

Gt. 26
And 1a
Vol 10

COMMENTARIORVM, AC DISPVTATIONVM IN Tertiam partem S. Thomæ.

TOMVS TERTIVS.

A Quæstione septuagesima tertia, vsque ad octuagesimam tertiam.

AVTHORE PATRE GABRIELE VAZQVEZ
Bellomontano, Theologo Societatis IESV.

Disputationibus de Eucharistia, & Missæ Sacrificio additæ sunt disputationes quindecim de Sacramento Ordinis.

AD REVERENDISSIMVM D. D. ANTONIVM
Venegas Episcopum ac Dominum vrbis Siguntinæ, Regiæ Maiestati à Consilijs, &c.

Del Colegio de la Comp.ª de Sto. de Soria



ANNO 1613.

BIBLIOTECA PROVINCIAL

CVM PRIVILEGIO.

Compluti, Apud Andream Sanchez de Ezpeleta.

COMMENTARIORVM, AC DISPVTATIONVM IN

Tertiam partem S. Thomæ.

TOMVS TERTIVS.

A Quæstione septuagesima tertia, vsque ad octuagesimam tertiam.

AVTHORE PATRE GABRIELE VAZQVEZ
Bellomontano, Theologo Societatis IESV.

Disputationibus de Eucharistia, & Missæ Sacrificio additæ sunt disputationes quindecim de Sacramento Ordinis.

ADREVERENDISSIMVM D. D. ANTONIVM
Venegas Episcopum ac Dominum Urbis Siguntinæ, Regiæ Maiestati à Consiliis, &c.



Anno 1613.

CVM PRIVILEGIO.

Compluti, Apud Andream Sanchez de Ezpeleta.

TIENE Priuilegios del Rey nuestro señor el Colegio de la Compañia de Iesus de la Villa de Alcala de Henares, para poder imprimir por diez años los Comentarios del Padre Gabriel Vazquez de la misma Compañia, sobre la tercera parte de Santo Thomas, que son el tomo tercero de ellos, y el tratado de Ordine. Y mãda que ningun olo pueda vẽder ni imprimir, sino es el dicho Colegio, o quien su poder huuiere, so las penas contenidas en los dichos priuilegios. En Madrid a 14. dias del mes de Deziembre de 1611. años. Priuilegio del tratado de Ordine, su fecha en el Pardo a 12. de Febrero de 1613 años.

TASSA.

YO Miguel de Ondarça Zauala Escriuano de Camara de su Magestad de los que en su Consejo residen, doy fe, que auiendose visto por los Señores del Consejo, vn libro intitulado, *Commentariorum, ac disputationum in tertiam partem Sancti Thomæ tomus tertius*, compuesto por el Padre Gabriel Vazquez de la Compañia de Iesus, que con licencia de los dichos Señores ha sido impresso, tassaron cada pliego del dicho libro en papel a quatro marauedis, y a este precio, y no a mas mandaron se vendiesse el dicho libro: y que esta fee se ponga en cada cuerpo del dicho libro, para que se sepa el precio en que se ha de vender. Y para que dello conste, de pedimiento de la parte del Colegio de la Compañia de Iesus de la Villa de Alcala de Henares, y mãdado de los dichos Señores del Consejo di esta fee, que es fecha en la Villa de Madrid a ocho dias del mes de Octubre de mil y seyscientos y treze años, y en fee dello lo firme.

Miguel de Ondarça Zauala.

ERRATA SIC CORRIGE.

PAgina 10. colum. 2. verſu 17. conſtitutio. lege conſtituto. 10. 2. 28. ſubſtaam. l. ſubſtantiam. 34. 1. 32. non eſſe. l. eſſe. 69. 1. 38. mens. l. meo ſis. 73. 1. 4. accedere. l. accendere. 76. 2. 4. oblata. i. oblatâ. 102. 2. 5. cum. l. cum. 191. 2. 55. pro. l. per. 210. 2. 53. veritatis. l. veritati. 219. 2. 10. vera. l. verâ. 222. 1. 16. & vbique. l. ei vbique. 223. 1. 31. illam. l. illum. 225. 1. 45. toru eſſe. l. eorũ noneſſe. 231. 1. 16. eſſe. l. non eſſe. 240. 1. 13. requiri. l. reperiri. 254. 1. 5. abſtractum. l. abſtractam. 259. 2. 26. dicemus cap. ſequi. l. conſtat ex dictis. 269. 2. 19 conſecratæ. l. conſecrata. 274. 2. 2. ſanguinis l. ſanguis. 281. 1. 2. concedere. l. concederent. 293. 2. 52. ſpeciem. l. ſpecierum. 314. 1. 8. modum. l. motum. 324. 1. 39. affectum. l. effectum. 328. 1. 46. ibi non eſſe. l. ibi eſſe. 346. 1. 12. corrumperetur. l. corrumperentur. 347. 2. 40. cum eſſe. l. cũ non eſſe. 348. 1. 3. corrumperet, & deſtrueret. l. in plurali. 352. 2. 34. diuerſum. l. diuerſam. 360. 2. 30. debet. l. debent. 366. 2. 17. à Deo. l. Deo 368. 1. 29. ſemper. l. non ſemper. 386. 1. 48. ſorores. l. ſororis. 385. 1. 47. Baſilius. l. Bilius. 385. 2. 35. ſepultura. l. ſepulturæ. 387. 1. 16. Ante coſec. ſed poſt. l. poſt conſ. ſed ante. 392. 1. 28. eſſe. l. nõ eſſe. 402. 2. 16. Thomiſtæ. l. Thomiſtas. 402. 1. 48. poſum. l. poſunt. 418. 2. 9. ſignificaret. l. ſignificare. 422. 2. 7. illud. l. illum. 430. 1. 6. Hic. l. Hoc. 433. 2. 52. quo. l. quod. 438. 1. 20. ſatisfactionis. l. iuſtificationis. 489. 1. ante numer. 5. docindi. l. de fide. 441. 1. 1. ſpecibus *adde*. tum vt non ſolum efficiamur vnus ſpiritus. 443. 1. 2. nihil l. aliquid. 457. 2. 54. cui. l. eum 457. 2. 30. doctrina. l. doctrinã. 456. 1. 3. quique. l. quibus. 497. 1. 19. duplicãdi. l. publicandi. 508. 2. 19. aſſe. l. eſſe. 510. 2. 5 eſſe. l. non eſſe. 515. 1. 18. ſpiritu. l. ſpiritui. 519. 2. 19. facare. l. facaro. 520. 2. 10. in conceſſum. l. id conceſ. 525. 2. 8. det. l. de. 525 2. 13. aliqua formula. l. aliquam formulam. 525. 2. 16. ab. l. ob. 526. 2. 45. haberet. l. habere. 532. 2. 10. qui. l. quia. 541. 1. 16. aut l. vt. 543. 2. 54. ineo ante. l. inchoante. 555. 2. 2. ſignificat. l. ſignificatæ. 555. 2. 24. ſententiam. l. ſententia 556. 2. 18. minori. l. maiori. 557. 2. 18. ſanctificatis. l. ſanctificantis. 560. 2. 5. ſenſum. l. ſeorſum. 561. 1. 1. percipient. l. percipiant. 581. 1. 20. ego. l. ergo ibidem. verſ. vltim. non manifeſtum. l manifeſtum. 588. 1. 24. qui putat. l. quos adduxi equis putet. 589. 1. 21. prima. l. primi. 591. 1. 23. ſacerdos. l. ſacerdotes. 591. 1. 51. ante. l. autem. 595. 2. 26. virtuali. l. virtualem. 606. 2. 27. aſſignatum. l. aſſignatam. 613. 2. 43. conſecratione. l. conſumptione. 618. 2. 10. in mutationequę. l. inmutatione reiquæ. 621. 2. 29. aperte ad nos. l. à Patre ad nos. 623. 1. 37. prohibendi. l. prohibendi. 631. 3. 40. aut non item *expunge hæc verba*. 632. 1. 4. quod ſcut. l. nihil obeſt nam ſicut. 632. 1. 14 inuentam. l. crementam. 634. 2. 7. & res oblata. l. & res conſecrata eſſet res oblata. 640. 2. 25. Proficiatur. l. proficiſcatur 644. 1 24. vinum. l. vinum 650. 1. 49. ipſum offerimus. l. ipſam offerimus. 653. 2. 56. conſtitut. l. conſtituunt. 657. 2. 35. ex præcedente, *tolle illud* ex. 659. 2. 32. ſpecies. l. ſpecie. 670. 1. 34. ſed reipſa. l. ſed res ipſa. 675. 1. 54. imperauit. l. impetrauit. 676. 1. 26. voluit. l. coluit. 679. 2. 20. alij l. alibi. 680. 2. 15. Creſanium. l. Creſconium. 681. 1. 16. eſt *dele*. 682. 2. 38. omnino. l. omnis. 683. 1. 33. prius autem in genere cauſæ finalis. l. prius autem intentione eſt prius in genere cauſę finalis, & col. 2. 52. non eſſet. l. quia non eſſet, & v. 56. id quod non eſt. l. id quod nunc eſt. 687. 1. 16. vicè Chriſtus. l. vicè Chriſti. 689. 1. 16. confirmare. l. conſumare. 690. 2. 36. & 73. ab effectu. l. ab affectu. 702. 2. 39. in vera charitate nobis indicia relinquere manifeſta. l. in vera charitate mori potuerunt, & huius etiam nobis indicia relinquere maxima, & v. 43. perſe. l. aperte. 704. 1. 52. primitijs *adde* imbuiſti. 712. 2. 15. vbi illud. l. vbi explicat illud. 713. 1. 35. ignatus. l. ſaginatus. & v. 42. Myſtalogica. l. myſtagogica, & col. 2. v. 5. Bracharenſe *adde* 3. cap. 1. 714. 1. 18. non ſola. l. cum ſola. 724. 1. 3. articulo 6. l. in 4. diſ. 13. quæſt. 1. art. 6. & col. 2. v. 5. concedendam. l. concedantur. 725. iuuare. l. iubere, & v. 38. quæſt ad vltimum. l. quæſt. 3. ad vltim. 733. 2. 35. 1. 2. diſput. cap. l. diſp. 220. cap. 3. 734. 1. 50. Alphabeto in fine. l. Alphabeto 37. lit. A. & B. 735. 2. 2. cap. 3. l. cap. 13. 736. 2. 23. dicit offerri. l. dicit non offerri. 645. 1. 44. ad impetrandam pœnam temporalem. l. ad impetranda alia bona, ſed etiam ad remittendam pœnam, 750. 2. 25. & in 4. diſ. 1. l. & in quarto diſ. 12. q. 3. art. 2. ibidem v. 3. Miſſa 11. l. Miſſa 1. 757. 1. 34. non poſſe l. poſſe 763. 1. 8. Alexandrum 3. l. 2. 768. 2. 50. ex pacto. l. ex feſto 773. 2. 42. reuerentia, l. irreuerentia. 775. 2. 12. ſolum. l. non ſolum. 776. 1. 23. amitti. l. non amittì. 779. 1. 37. conſiderandam. l. conſecrandã. 783. 1. 51. loquũtur. l. loquitur. 785. 1. 44. docendo, & c. *adde* occupatus eſt. 786. 2. 13. in primo caſu l. in primo capite. 797. 1. 5. in illo quidem *Adde* paragrapho. l. *& coniunge, hæc verba cum ſequentibus*. 801. 2. 23. maiorita l. minores. 803. 1. 1. lectorum. l. lectorem. ibidem v. 11. minore. l. minus, & col. 2. 28. conſtitutum, l. conſtituto. 812. 1. 33. teſtorum l. templum. ibidem. v. 37. l. cap. 19. §. 23. ibidem. v. 51. copia. l. aquam. 812. 1. 42. quod. l. quoque. ibidem. v. 55. antem pore. l. anteponere. 813. 2. 27. cum. l. cumque. 815. 1. 26. iam dudum. l. iamdiu. 816. 1. 44. in Hiſpalenſi *adde*. 2. 821. 1. 35. conſtitutas l. conſtituas. 822. 2. 17. tribuant. l. tribuatur. 823. 1. 13. Labius. l. Lazius ibidem. v. 39. Accuſatio. 29. diſt. in Epiſtola etiam 2. Cornelij Papæ, *dele, & loco horum omnium reponere*, Acuſatio. 2. quæſt. 7. & Cornelius Papa. 829. 1. 43. primitiua Eccleſia. l. primitiuæ Eccleſiæ. 830. 2. ſi non ante. l. non autem. 832. 1. 14. infundent. l. infundente ibidem v. 56. alias 22. l. alias 32. 835. 1. 52. anno 1538. l. anno 1588. 837. 1. 47. cæteri. l. cætera. 838. 1. 16. aliquam. l. aliqua. ibidem, 2. v. 19. ſub Iuliano primo. l. ſub Iulio primo. 843. 1. v. penultimo ex ſcripta. l. ex ſcriptura. 845. 1. 5. cap. 72. l. capite 52. 846. 1. 26. in verbis. l. in his verbis. 848. 2. 36. Ricardus d. 24. art. 3. q. 4 l. Ricardus. diſ. 24. art. 4. q. 3. ibidem verſ. 42. art. 5. ad quintum. l. art. 3. ad 5. ibidem. v. 57. Eccleſij, l. Eccleſiaſticis. 850. 2. 56. capite *adde*. 2. 854. 1. 48. *dele illa verba*. Non quidem ſingulos a ſingulis ibid. v. 41. Chriſtus, l. Chriſtũ. 857. 1. 45. c. 70. l. c. 50. ibi. col. 2. v. 9. materiæ, l alterius materiæ 858. 2. 25. conc 7. l. concl. 5. 861. 1. 30. Gregorij 4. lege Eugenij 4. & col. 2. 22. donatur, l. denotatur &. v. 41. per verba ſacerdotis, l. per hæc verba ſacerdotes. 863. 1. 8. cap. 76. l. 56. ibid. v. 55. Chryſoſt. hom. 35. lege homil. 85. ibid. col. 2. v. 44. commemoratus, l. connumeratus. 866. 2. 40. agitur, l. aguntur. 867. 1. 16. vilsimus, l. riſimus, ibidem v. 31. pertineret, l. pertinere, 873. 1. 15. cap. 16. l. cap. 15. ibid. v. 22. c. 17. l. c. 117. ibid. v. 32. ſtatutum, l. ſtatuum. 875. 2. 50. an, l. ne. 877. 2. 18. diaconatus, l. diaconus, 878. 1. 13. propoſita, l. oppoſita 879. 1. 2 presbyterum, l. presbyterium. col. 2. v. 4. ad Decentium, l. ad Decenium, 880. 2. 40. oppoſitum, l. oppoſitam, v. 41. periculoſum. l. periculoſam. 884. 1. 21. ſequi patem, l. qui paſsim 886. 2. 49. in. 5. tomo, l. in 1. tomo. 889. 1. 4. Epiſcopi, l. Epiſcopo. 891. 1. 3. translatio, l. translationem. 899. 2. 6. ex Leone in epiſt. 48, l. in epiſt 84. 902. 1 5. pœnas, l. pœnas. 902. 2. 29. ipſi, l. ipſe, ibidem v. 32. quoaut, l. quoautem, ibidem, v. 52. ab eo conſtituendum *adde* vocauit. 903. 2. 20. tamen conſtat, l. tamen non conſtat. 904 2. 44. epiſt. 38, l. epiſt. 34. ibidem. col. 2. v. 5. canone *Sacroſancta*. 22. adde diſtinctione. 905. 1. 4. voleetur, l. violenter. 915. 1. 7. Eccleſiæ, l. Euchariſtiæ. 918. 1. 21. canone 77. l. can. 7. 924. 1. 3. noluit, l. voluit. 925. 2. 29. diſt. 5. l. diſt. 25. 926. 2. 1. quæ, l. qui, ibidem v. 16. in cap. munus, l. in cap. manus. 927. 2. 48. Ledeſma quæſt. 40. cap. 1. l. Ledeſma 2. p. 4. q. 40. art. 1. 928. 1. 44. anno Domini 1589. l. 1489. 933. 1. 39. in 2. art. 1. in 2. arg. ibidem columna 2. v. 28. iudicant, l. indicant. 945. 2. 38. minus, l. magis. 949. 1. 3. ſolis, l. illis ſolis fieri. 951. 1. 50. deponit, l. depromit. 953. 2. 10. hi, l. hos. 961. 1. 52. Nicephorus lib. 3. l. Nicephorus lib. 13. 965. 2. 40. illorum, l. illius, 969. 1. 51. manus. l. manibus. 972. 1. 33. canone de iudicis, l. can. de Iudæis. 978. 2. 47. aduerſarij, l. aduerſari 982. 1. 34. Latini, l. Latinis. 984. 1. 46. vocare, l. vacare, ibidem v. 55. atque ſcriptura, l. ad quæ ſcriptura. 985. habentem, l. habente, ibidem 2. 46. quo, l. quem. 988. 1. 53. Martiniani, l. Marciani ibidem, 2. l. hebdodas, l. hebdomadas. 989. 2. 5. recte Nouatores, l. recte notat Nouatores. 991 2. 47 ſonant, l fouent. 992. 2. 14. quos, l. quod, 995. 1. 54. miniſtros, l. miniſtri, 996. 2. 32. nominis, l. nomine. 957. 1. 44. dictum fuiſſet, l. dicta fuiſſent. 998. minime conueniens *adde* putauit. 1007. 1. 43. habet, l. habes. 1013. 1. 50. coniugatum, l. vt alter coniugum, ibidem col. 2. v. 7. ſi, l. niſi. 1017. 2. 40. religioſum tantum profeſſum, l. ſed religioſus tantum profeſſus. 1019. 1. 12. Conc. Tolet. 1. l. 2. 1022. 2. 47 nuberent, l. viuerent. 1024. 1 38. definiti, l. definit. 1031. 2. 1. fieri poſt, l. fieri nõ poteſt.

¶Hic liber ſapientiſſimi Patris Gabrielis Vazquez è Societate IESV, Commentariorum in tertiam partem S. Thomæ demptis ijs mendis ſuo reſpondet exemplari. Datis Compluti, die 25. Menſis Septembris Anni 1613.

Magiſter Sebaſtianus de Lirio.

REVERENDISSIMO D. D. ANTONIO VENEGAS Episcopo, ac Domino Vrbis Siguntinæ, Regiæ ac catholicæ Maiestati à Consilijs Bartholomeus Perez de Nueros Rector Collegij Complutensis societatis Iesu S. D.

QVOD Faceret P. Gabriel Vazquez, si ad nostram reique Christianæ vtilitatem diuturnior illi vita contigisset, cuius tu in ore multus, cui plurimum debere Societatem nostram, plurimum seipsum, neque obscure, neque raro fatebatur: illius ego in studio, atque obseruantia vicarius illud idem, & meditor, & facio (Illustrissime Antistes) dum te Patronũ ex multis eligo quem ipse, credo, ex omnibus primum elegisset. Quod vt faciam, multæ me causæ neque illæ ignotæ, atque vulgares admonent. Quarum eam præcipuo loco numero, quæ apud viros officij memores & gratiæ, grauissima esse debet: quòd nostri ordinis causam ita studiosè susceperis, vt in te nemo, aut paternæ sedulitatis indulgentiam, aut fraternæ charitatis studium desideraret. Quod de te Vazquez professione noster, & animo omnino tuus, ita prolixe prædicabat, & aperte, vt te in eorum ordine, ac loco numeraret, qui meriti essent de nostra Societate quàm maxime. Quæ ratio, si cætera defuissent, excitare debuit illos, qui videri volunt non ingrati, vt opus illud quod, ipsi plurimi facerent, nomini consecrarent, & quasi consignarẽt tuo, quo suam inte obseruantiam, & studium solemni, ac publico declararent testimonio. Accedit quód quemadmodum nemo aut peregrina aromata, aut magni prætij margaritas affert ad eius mercis mercatorem ignarum, quoniam aut illa, quia contemneret, abijceret, aut quia vilia putaret, quàm minimum illorum prætium constitueret: sic ad te optimum, & ingeniorum arbitrum, & scriptorum iudicem scriptoris optimi non indignum opus, neque à prudẽtibus rerum æstimatoribus parũ expetitum, adducimus: qui probe nosti vsu cum Gabriele Vazquez familiari, & quid ingenio posset, & quantum studij, atque otij ad ingenij vim illam acrẽ & admirabilem addidisset. Liceat hoc apud Patronum, neque ignarum, neque (quod tua humanitas sperare nos iubet) inuitum de nostro Vazquez prædica-

re:quod libẽter audiũt,probãtque,qui ad iudicãdũ de aliorum literaria cura ſyncerũ afferũt animũ,& integrũ iudiciũ. Hoc vero accidiſſe tibi,nemo,credo dubitabit,qui modò tecũ aliquãdo de literarũ, literatorũ què meritis diſputãtẽ audierit:nõ enim,aut occultè,aut timidè quodnã eſſet tuũ de noſtro Vazquez iudiciũ,præte ipſo ferebas. Laudari à laudato viro nõ putabat præconiũ eſſe vulgare apud Næuiũ Hector : ſic neq; vulgare nos exiſtimamus eſſe præconiũ,ſi abs te viro ſapiẽte ſapiẽsquoq; Vazquez habeatur,& prædicetur. Neq; vero,dũ te ſapiẽtẽ vocat, tibi(Præſul Illuſtriſsime) noſtra aſsẽratur oratio,aut obſeruantiæ dat,quod negaret veritati. Neque enim dubiũ eſſe cuiquã poteſt, qui modò inter Hiſpanos peregrinus nõ eſt,quemadmodũ antiquã nobilitatẽ, regijque ſanguinis ſplẽdorẽ,ingenij quoque ornamẽta,& titulos adieceris: cũ literarũ prius,deinde honorũ,quos literarũ opinio peperit curſus,nemini ſit ignotus. Hic te primũ ea ætate, in qua alijs cõtigere ſolet nõ niſi perquã raro ingenij maturitas,ad ſeueriſsimũ,atque grauiſsimũ Inquiſitionis tribunal Granatenſe extulit:inde ad Toletanũ,tãdẽ ad Generale,atque ſupræmũ nõ mirus fœlici,quàm expedito curriculo promouit:ex quo ſanẽ quilibet nõ dubia coniectura colliget,nihil datũ eſſe gratiæ, nihil nobilitati; ſed exploratæ iã integritati in iudicãdo,& in deliberando ſapiẽtiæ. Neq; hoc ſtetit ſpatio virtutis tuæ, atque doctrinæ curſus. Nã cũ Hiſpani proceres maiora meritis deberi cognoſcerent,ad illud munus,quod cum prudẽtia, & vſu ſanctitatẽ quoque requirit,& humeros vere deſiderat Angelicos, ad Epiſcopalẽ nẽpe curã, & excubias te neq; aliquo ſtudio, aut arte moliẽtẽ,cũ magna hominũ gratulatione aduocauit. Præpoſitus itaq; primũ es Pampilonẽſi Eccleſiæ,vnde poſt quintũ iã annũ ad Siguntinã exedram tãdẽ egreſſus, tantũ Panpilonenſibus tui deſideriũ reliquiſti,quãtũ ante de te apud Siguntinos excitaueras. Hinc iam tertia ſe ſe oſtẽtat ratio,cur tibi debeatur hoc opus,& cur tu illud reſpuere neque debeas,neque poſsis. Quod enim Epiſcopo donũ minus importunũ, quàm quod de eo, quod in Epiſcopo propriũ eſt,tractat,atque diſceptat? Quid ſacerdoti excellentius,quàm venerabile Euchariſtiæ nõ ſolũ tractare,ſed etiam cõficere Sacramẽtũ? Atqui hoc ipſum argumentũ eſt,quod hoc volumine,quod inter alia eiuſdem Autoris monumenta nonũ obtinet locũ,noſter diſputat Vazquez. Accedit(quod alij in te mirantur,& laudant)ſingularis tua in venerabile, atque auguſtũ Euchariſtiæ Sacramentũ pietas:cuius tu quotidie, aliquod recens & eximiũ documentũ præbes. Quare opus de Euchariſtia animo in Euchariſtia tãpie,tamque ardenter affecto nõ poteſt nõ eſſe gratiſsimũ. Quod tu quia noſtrũ benigne ſuſcipias & quia iam multis nominibus tuũ, nõ àme tantũ, ſed ad Autore multo magis oblatũ, tamquam aduocatus Pater poſtumæ proli, & fouebis amanter & contra quorũdam neque benigniſsimos animos, aut iudicium æquiſsimũ,tuo iudicio nũquam nõ æquo, & animo nũquam nõ benigno, & tua ad extremũ ſingulari autoritate tuebere. Vt autem hoc oblatũ munus animi nõ ingrati documentum eſt:ſic idem abs te humaniter acceptũ amoris in noſtram Societatem tui præclaru merit,& illuſtre teſtimonium. Vale.

FACVL-

FACVLTAS PATRIS Prouincialis Societatis IESV.

EGO *Ferdinandus Luzero Prouincialis Societatis Iesu in Prouincia Toletana, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodũ Patre Claudio Aquauiua Præposito nostro Generali, facultatem concedo, vt disputationes de Eucharistia, & Sacrificio Missæ, & Ordine à Patre Gabriele Vazquez Societatis nostræ Theologo scriptæ, & eiusdem societatis Patrum Ludouici Torres Federici Xedler, & Gundisalui de Albornoz iudicio examinatæ, & approbatæ typis mandentur, in quorũ fidem, has literas manu nostra subscriptas, & nostri officij sigillo munitas dedimus Matriti 28. Octobris anni 1611.*

Ferdinandus Luzero.

APPROBATIO.

COMMENTARII Hi de Sacrificio Missæ, & Sacramento Eucharistiæ editi à Patre Gabriele Vazquez Theologo è Societate Iesu supremi Senatus iussu meo examini, & censuræ commissi quasi gemmæ ex fœlici fœlicioris ingenij discursu erumpentes, mihi visi sunt, qui non solum nihil continent nostræ catholicæ fidei alienũ quin potius contra omnes hæreses catholicam doctrinam, quasi à sapienti Patrefamilias dispensatam, atque ex abditis, & antiquitate Sanctorum Patrum tã Græcæ, quàm Latinæ Ecclesiæ depromptam acerrime defendit. Qua propter cum magno fidelium fructu, & infidelium confusione poterit hoc opus typis mandari. In Conuentu nostro Sancti Philippi Matriti decimo quarto Kalendas Dezembris anno Domini 1611.

Magister Fr. Philippus de Ocampo.

APPROBATIO ALTERA.

POR Comission y mandato particular de V. Alteza, he visto, y leydo los tres Tomos, que el Padre Gabriel Vazquez de la Compañia de Iesus ha escrito, intitulados Cõmentarios y disputationes sobre la tercera parte de Santo Tomas: y aunque el Autor es tan conocido, que solo con su nõbre estan censurados sus escritos, estos en particular merecen ser admitidos cõ sumo aplauso de todos: porque aũque ay de las materias que trata mucho comentado, y escrito, el estilo deste Autor es tan claro, y en las opiniones tan delgado y subtil, que juntas estas dos cosas se hallaran en pocos: y assi juzgo deuerse le dar la licencia, que pide, y honrarle V. A. sus estudios y trabajos tã luzidos, saluo, &c. En este Conuento de la Santissima Trinidad calle de Atocha, Enero 3. de. 1613.

El Prelentado Fray Iuan Bautista.

MOO

AD

AD LECTOREM.



N Tibi (optime Lector) vno volumine comprehenſos tractatus tres, P. Gabrielis Vazquez legitimos fœtus, quorum primus de auguſtiſsimo Euchariſtiæ Sacramento ſic diſputat, vt in fidei cõtrouerſijs tractãdis, agitãdis Scholæ quæſtionibus, Scripturæ ſacræ nodis explicandis, eorũ operam, & induſtriam, qui ſingulas harum facultatum ſeorſim, atque ex inſtituto profitentur, non requiras. Quæ ad Philoſophiam pertinent, quoniam interdum priſci temporis vetuſtatem ſapiunt, noſtræ ætatis Philoſophis nouas quaſdam argutias adamantibus, neſcio an cordi ſint futura, ſed pauca illa quidem, atque leuiora ſunt, quã, vt ex ipſis opus rebus grauiſſimis refertum debeat æſtimari. Alter, qui eſt de Sacrificio Miſſæ tractatus, ita de illo diſſerit præclarè, atque magnificè, vt de hoc argumento (quod ſine alicuius inuidia dictum eſto) optimè omnium meritus cenſeri poſsit: nihil enim magis ab Autore eſt, vel ſtudio elaboratum, vel ingenio perfectum. Acceſsit his tertius, tametſi præter Ordinẽ S. Thomæ, tractatus de ordine, in quo egregiè conſtitit, atque eo quidem magis hominis mira eruditio, ac penè incredibilis diligentia, quò minus is eſt in Scholis Theologiæ frequens, & ab alijs Recentioribus Theologis, qui ſuſquè deque omnia verſant, voce, aut de ſcripto agitatus. Demum de toto opere id præſtare auſim, tametſi inter alia eiuſdem Autoris poſtremo loco editum, adeò non debere poſtremo loco numerari, vt nulli ſit ſecundum. Quo vno pronunciato videor mihi illud magis, quàm longa, ac magnifica oratione commendare; nam ſuperiorum operum dignitatem, & gloriam nemo non videt, ſi modo videt aliquid, aut certè audit, quid de tanto Theologo, atque eius clariſsimis monimentis prædicet fama, quæ inuidiam, & obtrectationem, magnorum ingeniorum aſſeclam, tempore deprecante, non modo Theologiæ Gymnaſia oppleuit, ſed in ipſos orbis axes, ac cœli ſinus incurrens, ingenti quadam echo longe ac late crebreſcẽte, vbiq; reſonat, & vix eſt vllus, niſi circũforaneus forte aliquis Theologus, cui nil niſi quod humile atque vulgare eſt, arridet; aut nebulo, & ardelio quiſpiam, qui ſe de ſuis nugis miſerè amat, vt ſunt certè nonnulli homines futiles ingenio, & ad inanes, atque falſas argutias nati, qui Gabrielis Vazquez ſummum ingenium, & res humano quaſi faſtigio celſiores non miretur in dies magis, mactet que laudibus. Hoc tamen alterius temporis, & inſtituti eſt: nunc, quod inſtat, monendus mihi eſt Lector, adhuc nobis ſupereſſe vnum, aut alterum tomum, quàm primùm edendum, ex varijs, quas Autor publicè dictauit, Theologicas tractationes, tametſi ad prælum non concinnauit, ſed ſunt tanti Theologi impolita etiam opera rudis inſtar argenti, cui non deeſt bonitas, ſed venuſtas. Vale.

COM.

COMMENTARIORVM, AC DISPVTATIONVM PATRIS Gabrielis Vazquez Bellomontani è Societate IESV, in tertiam partem S. Thomæ à quæstione ſeptuageſima tertia, vſque ad octuageſimam tertiam

TOMVS TERTIVS.

PRÆFATIO IN TRACTATVM de Euchariſtia.

POSTQVAM Sanctus Doctor in hac tertia parte luculenter, & copioſe diſputationem de Chriſto domino perfecerat: de ſalutaribus remedijs, nempe Sacramentis, in quibus hominum ſalus ſpiritualis inuenitur, inuenta reparatur, reparata fulcitur, & bene fulta in valde perfectam accreſcit ſanitatem, ordinatim ſermonem eſt aggreſſus. Verùm abſoluta de Baptiſmi, & Confirmationis Sacramentis, tractatione, tertium in ordine locum ſanctiſsimæ Euchariſtiæ, dignitate verò primum impertitur. In eo enim, vt teſtatur Concilium Tridentinum, Seſsione 13. cap. 2. Saluator noſter diuitias diuini ſui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium ſuorũ. *Quandoquidem ſuo corpore, & ſanguine homines tanquam ſuperſubſtantiali eſca, & ſuauiſsimo potu dulcè paſcit, & cœleſtibus donis abundè locupletat, quo donum tranſcendens omnem plenitudinem, & affluentia diuinæ largitatis iurè nuncupatur, & ſancti Patres quidquid dignius eſt, atque excellẽtius tanto ſacramento propter Chriſti Domini præſentiam, effectuſque mirandos ſapienter cenſent tribuendum. Sed licet tanta ſit huius Sacramenti præſtantia, Diuus Thomas*

prius de Baptiſmo, & Confirmatione diſputauit, quòd ille ſit regeneratio ſpiritualis; hæc autem hominem in ſtatu virili, perfectoque relinquat, vt tandem capax reddatur Euchariſtiæ, quam in cibum perfectorum, nutrimentum, & conſummationem vitæ ſpiritualis Chriſtus Dominus inſtituit. Vnde meritò Diuus Thomas tertio loco, à quæſtione 73. vſque ad 83. de Euchariſtiæ Sacramento, & eius ritu ſuſcepit tractationem, cuius & ordinem nos libenter amplectemur noſtrarum diſputationum methodum ſeruantes. Quoniam verò myſterium hoc Sacramentum eſt, & ſacrificium, totum opus in duas partes præcipuas ſecandum propoſuimus, in quarum priori venerabilis Euchariſtiæ, vt Sacramentum eſt naturam, neceſſitatem, materiam, eſſentiam tranſubſtantiationis, præſentiam Chriſti Domini, proprietates, effectus, & præcepta pertractabimus: & denique in poſteriori parte tractatum de ſacrificio Miſſæ, eodem fere ordine ſeruato ad finem perducere curabimus.

QVÆSTIO

QVAESTIO SEPTVAgeſima ſeptima. De Sacramento Euchariſtiæ.

ARTICVL. PRIMVS.

Vtrum Euchariſtia ſit Sacramentum.

Notationes circa Articulum.

CONCLVSIO Eſt. *Sicut ad vitam ſpiritualem oportuit eſſe Baptiſmum, qui eſt ſpiritualis generatio, & confirmationē, quæ eſt ſpirituale augmētum: ita oportuit eſſe Sacramentū Euchariſtiæ, quod eſt ſpiritualis refectio, ſeu alimentū.*

Circa textum ſancti Thomæ.

Prima notatio.

PRIMVM Notandum eſt verbū *oportet*, in prædicta concluſione non denotare neceſſitatem ſimpliciter, ſed neceſſitatem congruentiæ, ſicut etiam vox *neceſſe* in tota quæſtione 61. ſolam congruentiam ſignificat, vt notauimus ibidē art. 1. & ſequentibus, manifeſtum enim eſt nullā neceſſitate ſimpliciter conſtrictum Deum ſacramenta inſtituiſſe, ſed abſque omnibus ſacramentis pro ſua voluntate potuiſſe hominem redimere, quanto magis ſine ſacramento Euchariſtiæ.

Secunda notatio. S. Thomæ.

Deinde obſeruandū eſt. Cum S. Thom. in hoc articulo vtitur ſimilitudine vitæ corporalis, & augmenti illius, vt oſtendat effectū huius ſacramenti, propter quē inſtitutū eſt, diuerſum eſſe ab alijs: ex qua etiā ſimilitudine demonſtrat, quare de hoc ſacramēto tractet in tertio loco non eſſe exactē, & ex omni parte ſeruandā analogiam, & ſimilitudinē. Quare cū in animali augmentum ſolū proueniat ex cibo, & virtute ipſa animalis interius in ipſum cibū operāte, diuerſus ordo ſeruatur in vita ſpirituali: nam augmentum ſpirituale, quod dicit S. Thomas cōferri per Confirmationē, non prouenit ex ſacramēto Euchariſtiæ, quod comparatur cibo, ſed ex alio ſacramento, nēpe Cōfirmatione. Præterea virtus, quæ conſeruat vitā animalis, nō eſt cibus ipſe, ſed calor ipſius animalis, conſeruatio autē vitę ſpiritualis animæ prouenit ab Euchariſtia, non ſolū veluti â cibo, ſed etiā, vt â principio efficiente. In eo igitur ſolū ſimilitudo, & analogia ſeruāda eſt, quod ſicut animal indiget cibo ad conſeruationē vitæ corporeæ, ita etiam anima ad ſuſtentationē vitæ ſpiritualis, ſuo etiam cibo ſpirituali indiget. Quod verò ait in ſolutione primi, perfectionem quam habet homo ex ſacramento Confirmationis cōparari perfectioni, quam habet animal per augmentū, eam verò, quam habet ex Euchariſtia cōparari perfectioni, quā habet homo ex aliquo extrinſeco, puta ex indumento, vel cibo, nō eſt ita intelligendum, quaſi effectus Confirmationis in anima intrinſecus ſit, effectus autē Euchariſtiæ non item: ſed ideò ſolùm, quia Euchariſtia cōparatur cibo corporali, cū per modum cibi ſæpius ſumatur ad conſeruationē, & nutritionē. Confirmatio autē comparatur virtuti effectrici augmenti animalis, quod quidē augmentū ſemel factum r unquam repetitur, neq; enim animal toto vitæ tēpore augetur, ſed tandē ad aliquā vitæ periodū peruenit, in qua nō augetur, ſed ſolū nutritur, & conſeruatur per nutritionē. Quod enim recentiores philoſophi non ſatis perfectā habentes mentem Ariſt. & naturam auctionis dicūt, toto tempore vitę animal augeri, verum cum in aliquo vitæ tēpore tantū amittatur ſubſtantiæ ex vna parte, quantùm adquiritur ex alia, ideò tunc animal ſimpliciter non augeri, hoc eſt non fieri maius, facile ex ipſo Ariſt. & ratione refelli poteſt. Ariſtoteles enim in lib. 1. de gener. cap. 5. text. 36. meritò inquit auctionem nō fieri in animalibus ſecundū materiam, ſed ſecundū formam, materiam autē ſe habere in animali ſicut aquam in vaſe, quæ ab ipſo vaſe formam habet, ſeu figuram, & fluit, & refluit, manente ſemper eadem forma vaſis. Intelligit autem per formam, ſecundū quam dicit fieri augmentum in animalibus, figuram corpoream, ſeu ſtructuram corporis, quæ fit ex partibus ſolidioribus, nempe ex oſſibus, neruis, & cartilāginibus, nam carnem, quæ replet vacuitates talium partium, comparat aquæ fluenti in vaſe, & vocat materiam, quia ſicut aqua ex ſe non habet figuram, ſed ex vaſe, in quo eſt, ita etiā, & caro in animali non habet figuram, ſed eam à ſtructura aliarum partium accipit, quia verò niſi partes illæ ſolidiores, ex quibus ſtructura animalis conſurgit, maiores fiant, animal ipſum non dicitur creſcere, quantumuis caro augeatur, ſed tantùm pingueſcere, ideò rectē dixit Ariſtoteles animal augeri ſecundum partes formales, hoc eſt ſolùm, dum ſolidiores illæ

Comparatio Confirmationis cum augmento.

Ariſtotelis locus elucidatur.

Ariſtoteles.

S. Thomas.

Cōuenientia Euchariſtiæ, & cibi in quo ſit.

partes maiores fiunt, non autem, dum caro creſcit, & pingueſcit, cumque in aliquo vitæ tempore, iam non fiant maiores, neque ex illis aliquid amittatur, dicitur tempus illud ſtatus animalis, in quo non creſcunt partes, ſecundum quas fit augmentum totius; quamuis aliæ partes creſcant: hoc modo interpretatur mentem Ariſtotelis Galenus lib. de vſu partium, quæ ſane interpretatio, ita audientis animo hæret, vt abſque vlla alia probatione ſtatim vera appareat. Ex quo etiam licet inferre diminutionem non eſſe motum naturalem animalis, quia partes illæ ſolidiores, ſecundùm quas fieri deberet diminutio, ſicut etiam augmentum, nunquam aliquid naturaliter amittunt ex ſubſtantia ſemel adquiſita: ſiquidem, & in ipſo cadauere difficillimè corrumpuntur. Hac igitur ratione dixi augmentum animalis non repeti, ſed ſemel tantum fieri, in quo confirmationis ſacramentum ei aſſimilatur; at verò nutritio animalis toto vitæ tempore durat, & alimento ſumpto fouetur. Ideoque neceſſe eſt frequenter illud ſumere, in quo ipſi rectè aſſimilatur ſacramentum Euchariſtiæ, quo ſæpius repetito anima ſpiritualiter alitur, & nutritur. Ob id tamen non negamus, tam per ſacramentum Euchariſtiæ, quàm confirmationis augeri gratiam iuſtificationis, ſed ſolùm in eo quòd diximus, hoc ſacramentum nutritioni comparatur, confirmatio autem augmento.

Galenus.

Corollar.

De eſſentia, & partibus huius ſacramenti. Diſput. 167.

Euchariſtiã eſſe verè ſacramentũ à Chriſto Dño inſtitutũ, & inter reliqua præſtãtiſſimũ. Ca. 1.
De natura, & eſſentia huius ſacramenti variæ ſcholaſticorum opiniones. Cap. 2.
Naturã huius ſacramenti totam in ſpeciebus conſecratis cõſiſtere, quinta, & vera ſententia eſt. Cap. 3.
Diluuntur argumẽta aliarũ opinionum. Cap. 4.
Quo pacto corpus, & ſanguis Chriſti ad hoc ſacramentum pertineat. Cap. 5.
Diluuntur argumenta contra prædictam ſententiam. Cap. 6.

Euchariſtiã eſſe vere ſacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, & inter reliqua præſtantiſſimum.

CAP. I.

QVAMQVAM Nonnulli recentiores Theologi cenſent hæreticos aliquos hoc ſacramentũ peculiariter negaſſe: ego tamen hactenus nullum inueni, qui hoc ſacramentũ de medio abſtulerit, præter eos, qui omnia in vniuerſum ſacramẽta negarunt, quos recenſuimus diſp. 131. c. 1. tametſi fuerint aliqui, qui circa hoc ſacramentũ, & modum illius contra ſenſum catholicæ Eccleſiæ aliqua manifeſtè docuerint, vt ſuis in locis in diſcurſu huius tractatus videbimus. Recentiores igitur Theologi dicunt hoc ſacramentũ negaſſe Archonticos, teſte Epiphan. hæreſ. 40. & Maſſilianos, ſeu Meſſelianos, teſte Theodoret. lib. 4. hiſtor. c. 10. & Bogomilos, vt conſtat inquiunt ex Euthym. in 2. p. Panopliæ titul. 23. c. 17. & deniq; Petrobruſianos, vt inquit Petrus Cluniacẽſis, in quadã epiſtola contra illos. Verũ ſi attentè legantur autores, qui de hac re ex profeſſo tractãt, nullũ inueniemus hæreticũ, qui hoc ſacramẽtũ peculiariter negauerit, quãuis de ipſo alios errores multi docuerint, quibus naturã, & virtutẽ illius de medio abſtulerũt, atq; primò qui dẽ Archontici, non hoc ſolũ ſacramentũ, ſed etiã reliqua omnia apertè negarũt, vt ex antiquis ſcriptoribus cõfirmauimus, ſupra q. 61. art. 4. vbi etiã oſtendimus, quinã hi Archontici fuerint, & vtrũ idem cum Aſcodrytis, ſeu Aſcodrupetis, an diuerſi. Secundo Meſſaliani, ſeu Maſſaliani nõ negabant ſacramentum Euchariſtiæ, ſed virtutẽ, & efficacitatẽ illius ad ſanctificandũ nos, vt fuſius oſtẽdimus 2. tom. diſp. 131. c. 2. Tertiò Bogomili nõ omnino negabant Euchariſtiæ ſacramentũ, ſed illud nihil aliud eſſe dicebãt, præter orationem dominicã, & Euangeliũ, quòd quamuis contra veram naturã huius ſacramenti ſit, vt conſtat, ita vt ipſum è medio tollat, tamen hoc nõ eſt expreſſè negare hoc ſacramentũ, alioquin, & omnes hæretici huius ætatis hoc ſacramentũ negare dicerẽtur, quia multa docent contra naturã, & eſſentiam illius, vt in decurſu huius tractatus videbimus. Quo circa Sanderus lib. 7. de viſibili Monarchia, hæreſ. 138 referens hunc Bogomilorũ errorẽ, rectè dixit, myſticũ venerandũ ſacramentum contemnunt, vt hodie Lutherani. Quartò denique de Petrobruſianis diſcipulis Petri de Bruis, qui fuerũt in Gallia ſub Honorio II. vt inquit Sanderus lib. 7. de viſibili Monarch. hæreſ. 142. eodẽ modo nõ cõſtat hoc ſacramentũ omnino negaſſe, ſed ſolũ veram præſentiã corporis, & ſanguinis Chriſti, ſub

1

Sententia Recentiorum, circa errores de hoc ſacramento. Archontici. Epiphanius. Theodoretus Euthymius. Petrus Cluniacenſis.

2

Nullus hæreticus hoc ſacramentum negauit, ex his, qui aliqua cõceſſerũt Sacramenti. Archontici. Meſſaliani.

Bogomili.

Sanderus.

Petribruſianorum error. Sanderus.

sub speciebus panis, & vini; sicut antea Berengarius negauerat, id quod ex verbis ipsius Petri de Bruis manifeste ostendemus. Porro, ipsos omnino hoc sacramentum negasse, colligere aliqui potuerunt; ex verbis Petri Cluniacensis, qui eadem ætate contra eos scripsit: nam lib. 1. Epistolarum epistola prima inter capita errorum Petri de Bruis. Quartum hoc modo memorat: *quartum capitulũ non solùm veritatem corporis, & sanguinis Domini quotidie, & continuè per Sacramentum in Ecclesia negat; sed omnino illud nihil esse, neque Deo offerri debere decernit.* Verùm ex secunda epistola. §. *Contrà id quod dicunt, Missam nihil esse nec celebrari debere,* solùm constat, vt dixi, hunc hæreticum, eiusque discipulos negasse veram Christi præsentiam in Eucharistia. Vtrum verò suam Eucharistiam, seu cœnam celebrarent alio modo, sicut nunc celebrant Caluinistæ, & alij hæretici huius temporis, qui etiam negant veram Christi præsentiam sub speciebus, an non, sed omnino hoc sacramentum negarent, nullo modo ex hoc autore colligi potest. Nam in eo. §. ipse Petrus Cluniacensis refert verba illius Petri de Bruis, quæ ad ipsum peruenerunt, in hunc modum? *Verba vestra quæ ad nos peruenire potuerunt, ista sunt, Nolite ô populi Episcopis, Presbyteris, seu Clero vos seducenti credere, qui sicut in multis, sic & in altaris officio decipiunt, vbi corpus Christi se conficere, & vobis ad vestrarum animarum salutem se tradere mentiuntur, mentiuntur planè: corpus enim Christi semel tantum ab ipso Christo in cœna ante passionem factum est, & semel, hoc est, tunc tantum discipulis datum est.* Hactenus verba Petri de Bruis. Ex quibus nemo colligere potest nisi errorem de præsentia corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia, quem sequuntur hæretici huius temporis. Habemus igitur præter hæreticos, qui circa naturam, & cœremonias huius sacramenti varie errarunt, nullum alium fuisse, qui speciatim hoc sacramentum omnino negaret, vt notauimus.

Berengarius

Petrus Cluniacensis.

Petrus Cluniacensis.

Catholica sententia.

Fides autem catholica docet Eucharistiam, de qua deinceps disputaturi sumus, vnum esse, ex septem Ecclesiæ sacramentis: ita definit Eugenius Quartus, in decreto fidei, quod est post vltimam sessionem Concilij Florentini. §. *Quinto Ecclesiasticorum,* & Concilium Tridentinum sessione 7. canone 1. de sacramentis, & ita sessione 13. multa circa hoc sacramentum idem Concilium speciatim definit, adde etiam definitionem Concilij Carthaginensis 3. cap. 28. & 29. & Lateranensis, quæ refertur in cap. firmiter, de summa Trinitate, & fide catholica, & capitis *cum Marthæ*, de celebratione Missarum. Eius autem institutio facta à Christo manifestè constat ex Matth. 26. Marci 14. & Lucæ 22. vt inferius videbimus. Nam Ioannis 6. solùm illius promissio facta est. Mitto nunc innumera testimonia Patrum, in tota hac materia à nobis alleganda, qui plane affirmant, & supponunt Eucharistiam esse vnum ex septem sacramentis, idque per petua Ecclesiæ traditione confirmatum est. Quomodo autem hoc sacramentum ab alijs differat, facile patebit ex ijs, quæ inferius circa naturam, & virtutem illius dicemus; quæ hoc loco explicare superuacaneum esse duxi.

Cõc. Carthaginense.

Concil. Lateranense.

Capit. cum Marthæ.

Probatur ex scriptura.

Matth. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

Ioan. 6.

Illud tamen hic addere oportet, nempe hoc sacramentum inter reliqua præstantissimum esse, de quo nullus hactenus catholicus dubitauit, neque vllus dubitare poterit, qui veram naturam huius sacramenti concesserit, atque in primis Concilium Tridentinum Sessione 7. Cano. 3. de sacramentis damnat eos, qui dicunt omnia septem Sacramenta paria, seu æqualia esse, vt nulla ratione aliud sit alio dignius. Id quod aliqui putant definitum propter hoc sacramentum, quod cæteris dignius est. Videtur autem præcipuè id definitum contra hæreticos nostri temporis, qui docent sacramenta omnia, nihil aliud esse quam cœremonias quasdam exteriores, quibus fides alitur, & excitatur. Hi enim eo ipso videntur asserere, æqualis dignitatis omnia esse, cum non sit maior effectus, & virtus in vno, quam in alio. Verùm cum idem Concilium sessioni 13. titulum præfixerit, in quo hoc sacramentum sanctissimum appellat, et interdum, ipsum appellet venerabile, sacrosanctum, alijsque epithetis, quibus non vtitur, cum de alijs sacramentis sermonem facit, manifestè indicat, hoc esse inter reliqua dignissimum. Adde quod in cap. 2. eiusdem sessionis, vt commendet dignitatem huius sacramenti, inquit, *In quo diuitias diuini sui erga homines amoris, velut effudit, &c.* Id quod de nullius alterius sacramenti institutione dixit, nec dicere potuit; adduci etiam solet ad hoc comprobandum testimonium Alexandri Papæ in epistola prima, quod refertur in Canone *Nihil*, de consecratione distinctione secunda, in hunc modum, *In Sacramentis, seu*

Eugenius in Conc. Florent.

Tridentinum.

Eucharistia Sacramentũ præstantissimum.

Concil. Trid.

Alexander Papa.

ſacrificijs nihil eſt maius corpore, & ſanguine Domini. Tùm teſtimonium Dionyſij 3. capit. de Eccleſiaſtica Hierarchia, qui ait hoc ſacramentum eſſe finem, & conſummationem ſacramentorum. Verùm Dionyſius in eo cap. 3. vel iuxta diuiſionem Perionij cap. 5. parum ab initio, non dixit ſacramentum Euchariſtiæ eſſe conſummationem reliquorum, quamuis ita transferat Camaldulenſis, ſed vt transfert Perionius, *Sacramentorum præſtantiſſimum*, Græce eſt, τελετῶν τελεστή. hoc eſt ſacramentorum ſacramentum, ſeu cœremoniarum cœremonia, ſicut dici conſueuit locus ſacratiſsimus, Sancta Sanctorum, & canticum præſtantiſsimum, Canticum Canticorum; hoc dixerim, quia non parum laborant aliqui Theologi recentiores, vt explicent, qua ratione cætera omnia ſacramenta ad hoc ſacramentum, veluti ad conſummationem referantur. Porro idem Dionyſius in eodem capite aliquantulum à principio, hanc excellentiam huic præſtantiſsimo ſacramento tribuit, vt fere nullum ſacramentum, ſeu myſterium muneris Hierarchici, nempe Epiſcopalis officij, ſine hoc ſacramento perficiatur; hoc eſt, fere nihil muneris ſui ſine hoc ſacramento Pontifex peragat: verùm cum dicimus hoc ſacramentum eſſe cæteris excellentius, non ſignificamus effectum illius eſſe nobis ad vitam maximè neceſſarium, ſed ideo præſtantiſsimum dicitur, quia in ſe continet ipſam ſanctitatem per naturam, nempe Chriſtum; vt docet Sanctus Thomas ſupra quæſtione 65. articul. 3. & Marſil. in 4. quæſt. 6. articul. 3. Durand. diſtinct. 8. quæſt. 1. numer. 6. & alij, & licet aliæ etiam aſsignari ſoleant rationes maioris excellentiæ, hæc nobis ſufficiat in præſenti, ecquòd res hæc manifeſta, & ſine controuerſia eſt.

D. Dionyſ. 8 Camaldu. eſt. Perionius. S. Thomas. Marſilius. Durandus.

De natura, & eſſentia huius Sacramenti varia ſcholaſticorum opiniones.

CAP. II.

CVM In hoc venerando, & ſanctiſsimo Euchariſtiæ ſacramento plura inueniamus, nempe corpus, & ſanguinem Chriſti ſub ſpeciebus, ipſas ſpecies conſecratas, verba conſecrationis, & ſumptionem, ſeu vſum ſpecierum, inter ſcholaſticos exorta eſt controuerſia, quidnam horum ad eſſentiam ſacramenti pertineat, & in quo tota ſacramenti eſſentia ita conſiſtat, vt pro eo nomen ſacramenti ſupponatur.

Recentiores nonnulli Theologi ſequuti Dominicum Soto in 4. diſt. 8. quæſt. vnica, artic. 1. prin o quidem tribuunt Vvaldenſi 2. tomo, qui eſt de ſacramentis, cap. 21. num. 1. ad 2. & 3. opinionem quandam, quã nullus hactenus ſcholaſticorum docuit, aut excogitauit, decepti quibuſdã verbis ipſius, quibus plane eam tradere videtur. Opinio autem eſt, in alijs quidem ſacramentis ſolùm ſignum ſenſibile, quod gratiam ſignificat, eſſe ipſum ſacramentum: at verò ſacramentum Euchariſtiæ eſſe ipſam inuiſibilem gratiam, per viſibiles res ſignificatam, hoc eſt, ipſum Chriſtum Dominum, quem verba conſecrationis ſignificant, & ſub ſpeciebus conſecratis conſtituunt. Et ſane prædictus autor non ſolùm dicit corpus, & ſanguinem Chriſti, eſſe verum ſacramentum, ſed etiam venerabile ſacrificium, ſeu ſacramentum Euchariſtiæ eſſe ipſum corpus Chriſti in recto ſub forma panis, quam connotat in obliquo. Et paulo ſupra in fine numeri 2. ita dixerat Chriſti corpus, & ſubſtãtiam eſſe ſacramentum, vt non debeat excludi ſpecies panis à ratione ſacramenti. Nempe exiſtimare videtur eam in obliquo, vt aiunt, ad eſſentiam ſacramenti pertinere. Fundamentum verò huius opinionis eſt modus loquendi Patrum, qui ipſum corpus Chriſti, & ſanguinem vocant ſacramẽtum. Refert autem ipſe Vvaldenſis Auguſtinum lib. 1. de baptiſmo paruulorum capit. 25. & Canonem, *loceſt*, de conſecratione diſtinct. 2. quem inquit deſumptum eſſe ex Proſpero in libro ſententiarum, quas ille ex Auguſtino decerpſit.

Sententia, quæ tribuitur Vvaldenſi. Sotus. Vvaldenſis. 10 D. Auguſt. Canon *hoc eſt.* D. Proſper.

Verùm ſi prædicti recentiores Theologi, & Sotus attente legiſſent Vvaldenſem, vidiſſent planè talem opinionem ipſum nũquam docuiſſe, ſed communem ſententiam Theologorum ſequi. Nam in capite præcedente numer. 1. definiuit ſacramentum in vniuerſum communi illa definitione, quam ex Magiſtro, & alijs ſcholaſticis ſupra adduximus tomo 2. diſputatione 128. cap. 3. *Viſibilis forma inuiſibilis gratiæ*, cumque ſub ea definitione complecti voluerit omne ſacramentũ, eam etiam de ſacramento Euchariſtiæ plane intellexit. Quare in illo cap. 21. non intendit aliter definire Euchariſtiam, ſed in ea aſsignare tria, quæ in omnibus

Liberatur ab hac opinione Vvaldenſis. 11 *Magiſter Sententiarum.*

bus ſacramentis ſcholaſtici aſsignare ſolent, videlicet ſacramentum tantum, rem, & ſacramentum ſimul, & rem tantum, rem autem, & ſacramentum ſimul, inquit, eſſe corpus & ſanguinem Chriſti, prout contẽtum ſub ſpeciebus, id quod omnes ſcholaſtici docent, & hæc duo verè appellari ſacramentum: teſtimonia autem Patruũ, quæ adducit, ad hoc deſeruiunt, vt ipſum corpus, & ſanguis Chriſti dicatur ſacramentum, cum ſit res, & ſacramentũ ſimul. Quo circa initio capitis, duas inquit, eſſe definitiones, alteram nudi ſigni ſacramentalis, nempe illam, quæ fuit ab eo tradita in præcedẽte capite, *Inuiſibilis gratia, viſibilis forma.* Et ſub hac non comprehendit corpus, & ſanguinem Chriſti: vocat autem rudum ſacramentum, quod ſcholaſtici dicunt ſacramentum tantum, alteram verò dicit eſſe ſalutiferi; & veriſimi ſacramenti, nempe *Inuiſibilis gratia ſub viſibili forma.* Vocat autem ſacramentum ſalutiferum, & veriſsimum corpus, & ſanguinem Chriſti, quod alij dicunt, & ipſe etiam in eodem cap. 21. ſacramentum, & rem. Ad hunc modum loquendi alludit Alexander 4. par. quæſ. 10. memb. 3. art. 3. cum inquit, ipſum corpus Chriſti aliquo modo verius dici ſacramentum, quam ſpecies. Appellat autem Vvaldenſis inuiſibilem gratiam, quia ipſa vnio duarum naturarũ in Chriſto, eſt vera gratia, & fons omnis gratiæ. Hæc eſt mens huius Doctoris ſyncerè intellecta. Nec verò mihi credibile vnquam apparuit virum doctum, opinionem, ita à communi ſenſu abhorrentem docuiſſe. Vtrùm autem natura, & eſſentia huius ſacramenti, quod dicit eſſe ſignum ſenſibile, & in quo tria illa diſtinguit, conſiſtat in ſolis ſpeciebus, an in verbis etiam conſecrationis, vel in aliquo alio, non explicat. Quemodo verò in hoc ſacramento tria illa, quæ diximus aſsignanda ſint, videbimus in hac diſputatione cap. ſequente.

12 Alexander.

Hac igitur omiſſa opinione, quod à ratione videatur omnino aliena, cum definitio ſacramenti, quæ ab omnibus traditur, corpori, & ſanguini Chriſti directè conuenire non poſsit, ſed ſpeciebus, vt conſtat.

13 Secunda opinio.

Secunda ſententia ſit. Hoc ſacramentum eſſe ipſam conſecrationem materiæ, per quam fit conuerſio in corpus, & ſanguinem Chriſti, iuxta quam conſtituenda videtur tota ſubſtantia ſacramenti directè, & vt aiunt in recto, in forma ipſa verborum, quibus fit conſecratio, nam panis, & vinum, erunt materia circa quam, & ideo ad eſſentiam ſacramenti in recto non pertinebit, ſed in obliquo, ita vt, ſacramentum Euchariſtiæ dicatur eſſe verba, quibus fit conſecratio. Quamuis ex auctoribus, quos pro hac opinione allegabimus, Marſilius videatur aſsignare pro materia huius ſacramenti, quod dicit conſiſtere in conſecratione, ipſas ſpecies, vt patet ex articul. 2. notatione ſecunda. Pro hac opinione citari poſſunt D. Thomas in 4. diſtinct. 8. quæſt. 1. articul. 2. in corpore, Marſilius in 4. quæſtio. 6. articul. 2. Durandus in illa diſt. 8. quæſt. 2. numer. 5. & Viguerius in ſumma inſtitutionum Theologicarum, cap. 16. §. 3. à principio, qui docere videntur, hoc ſacramentum conſiſtere in conſecratione ipſa materiæ. Quinimo, & Caietanus ſupra quæſtione 63. articul. 5. 6. Aduerte ſecundo. Vbi de ſacramentis in vniuerſum ait. *Et quoniam conſtat Sacramenta omnia paululum durare, vtpote habentia verba proformis, &c.* quibus verbis denotare videtur omnia ſacramenta in actione ſucceſsiua conſiſtere. Ex quo ſequitur iuxta ſenſum ipſius, hoc ſacramentum eſſe actionem ipſam conſecrandi, quæ conſiſtit in verbis, quibus fit conſecratio. Et articulo ſexto prope finem, inquit, aduerte hìc, quòd circa Euchariſtiæ ſacramentum poſſunt duo conſiderari, ſcilicet, ipſum ſacramentum, quod nihil aliud eſt, quàm actio ſacramentalis conſiſtens in conſecratione materiæ, & poteſt conſiderari vſus ſacramenti. Hunc etiam modum philoſophandi videtur ſequi, vt probabilierem Baſſolis in 4. diſtinctio. 8. quæſt. 1. 6. *Quantum ad primum*, eoquòd ipſum referat poſteriori loco. Notat autem tranſacta conſecratione, nihilominus dici manere ſacramentum, non quia integrum maneat, ſed quia aliquid illius perſeueret.

14 Marſilius. D. Thomas. Marſilius. Durandus. Viguerius. Caietanus. Baſſolis.

His omnibus accedere videtur Gabriel in 4. diſt. illa 8. q. 1. artic. 3. dub. 2. Verum eo loco Euchariſtiæ Sacramentum diuidit ipſe in tria Sacramenta, veluti ordinem, in tria etiam alia Sacramenta diſtribuit, & inquit, eſſe ſeptem ſolum ſacramenta, ſi in genere illa enumeremus, eſſe tamen plura, ſi ſpeciatim, & ſigillatim recenſeantur, quia ſicut ſub ordine ſunt tria, ita etiam ſub Euchariſtia, ſunt alia tria. Quæ autem ſub Euchariſtia conſtituit, ſunt conſecratio ipſa, tum etiam ſpecies conſecratæ, & demum vſus, & ſumptio ſpecierum, quorum ſingula, inquit, vocari poſſe, & eſſe ſacramenta, tametſi hoc dixerit cũ formidine,

15 Gabriel.

midine, vt ipſe ait: & articulo primo in prima notatione planè docuerit, hoc ſacramẽtum non conſiſtere in actione tranſeunte, ſicut cætera, ſed eſſe rem permanentem. Ea verò ratione probari poteſt, hoc ſacramentum in ipſa conſecratione conſiſtere, quia cum forma ſit præcipua in quauis re, ſimiliter eſſe debet in quouis ſacramento, ac tunc ſacramentum incipere debet, quãdo forma illius incipit: & tandiu durare, quandiu illa durat; ergo ſacramentum Euchariſtiæ, tunc incipere debet, quando verba conſecrationis, quæ ſunt forma ipſius, incipiunt, & tandiu durare, quandiu illa perſeuerant, ac proinde in ſola conſecratione ipſa conſiſtet. Porro autem, tria illa, quæ diſtinguit Gabriel eſſe etiam ſacramenta, probari poteſt, ex eo quod vnunquodque illorum, eſt vere ſignum rei ſacræ, vt patet.

16 Tertia opinio. *Aureolus.* Tertia opinio ſit Aureoli, vt refert Capreol. in 4. diſt. 8. quæſt. vnica, art. 2. in 3. argumento contra primam concluſionẽ, qui aſſerit vſum huius ſacramenti, pertinere ad eſſentiam illius, non tanquam diſtinctum ſacramentum, ſed tanquam quid requiſitum; ratio verò illius eſt, quia licet ſpecies ante vſum contineant Chriſtum, & verba hoc efficiant, vt ſub illis ſit Chriſtus, tamen non efficiunt gratiam, niſi per vſum: ergo vſus pertinet ad eſſentiam huius ſacramenti, ſiquidem pertinet ad ſignificationem, & efficacitatem gratiæ, per quam conſtituitur ſacramentum nouæ legis.

Quarta ſententia Recentiorũ. Quartâ opinio ſit quorundam recentiorum, qui docent eſſentiam huius ſacramẽti conſtare ſpeciebus, vt materia: & verbis, vt forma, tanquam partibus eſſentialibus, ſicut alia etiam ſacramenta duobus conſtãt: eoquòd in Concilio Florentino in vniuerſum ſit definitum, omnia ſacramenta conſtare rebus, & verbis, neque vllum ab hac definitione exceptum fuerit. Addunt tamen nonnulli ex illis, nomen huius ſacramenti ſignificare quidem vtrunque, nempe ſpecies, & verba, ſupponi tamen ſolum pro ſpeciebus. Alij verò dicunt, cùm hæc conſtitutio ſacramenti non ſit phyſica, nõ oportere, vt forma verborum permaneat cum ſpeciebus, ſed ſatis eſſe, vt ex illa in ipſis relinquatur denominatio quædam extrinſeca, & hac ratione dicantur ab illis, vt forma informari.

Conc. Flor.

Naturam huius Sacramenti totam in ſpeciebus conſecratis conſiſtere, quinta, & vera ſententia eſt.

CAP. III.

QVINTA Sententia communis, & vera eſt totam naturam, & eſſentiam ſacramenti in ſolis ſpeciebus ſacramentalibus conſecratis poſitam eſſe, verbis connotatis, vt efficienti forma: & hanc inter hoc ſacramentum, & alia, differentiam eſſe, quod cætera in vſu, & actione conſiſtant, hoc autem habeat eſſe permanens. Quam ſententiam tradidiſſe videtur Ricardus in 4. diſt. 8. artic. 1. vbi inquit, hoc ſacramentum eſſe ſpecies conſecratas: & in eo aſſignat tria illa, quæ ſequenti capite nos aſſignabimus. Eodem modo loquitur Alexander 4. p. t. quæſt. 10. memb. 3. art. 3. expreſſe tamen id docuerunt Scotus in 4. diſtinct. 8. quæſt. 1. §. *Ex his patet.* Ad tertium argumentum. Capreolus in 4. d. 8. quæſt. 1. art. 3. ad 9. contra 6. concluſionem, quod eſt fere in calce articuli, & Catherinus in opuſculo 2. de verbis, quibus Chriſtus conſecrault. Dominicus Sotus, in 4. diſt. 8. quæſt. vnica, artic. 1. Ledeſma in 1. par. quarti quæſt. 14. artic. 1. Claudius de Sanctes in repetitione 4. de Euchariſtia, cap. 12. aliquantulum à principio. Alanus lib. 1. de Euchariſtia, cap. 3. 4. & 5. nolo autẽ allegare pro hac opinione Gabrielem in 4. diſt. 8. q. 1. art. 1. notatione 1. & lectione 38. in Canonem Miſſæ; vbi hanc ſententiam ſequitur: eoquod in ea quæſtione 1. artic. 3. lib. 2. aliam ſequutus ſit minus probabilem, quam in fine capitis præcedentis memorauimus: referam tamẽ Maiorem in 4. diſt. 8. quæſt. vnica, vbi hanc ſententiam ſequitur, nam poſt definitionẽ Euchariſtiæ, inquit, Euchariſtiæ ſacramẽtum ſupponi pro ſpeciebus conſecratis directe connotatis verbis conſecrationis. Et poſtea ex profeſſo impugnat ſententiam Gabrielis. Ex his verò autoribus Maior, Sotus, & Ledeſma, Claudius, & Capreolus in illo articulo tertio, in ſolutione tertij, contra primã concluſionem, expreſſe etiam notarunt, ipſam ſumptionem non eſſe ſacramentum. Imò addit Capreolus contrà Aureolum, non eſſe quid pertinens ad eſſentiam illius, ſed eſſe vſum ſacramenti.

Vera ſententia. 17 *Ricardus.* *Alexander.* *Scotus.* *Capreolus.* *Catherinus.* *Sotus.* *Ledeſma.* *Sanctes.* *Alanus.* *Gabriel.* *Maior.* 18 *Capreolus.*

Quod

Quod verò attinet ad mentẽ S. Thomæ, contendit Dominicus Sotus, ipſum ita interpretari, vt in articulo primo huius quæſtionis ſententiam mutauerit, quam in 4. diſt. illa 8. fuerat ſequutus, eoquod in ſolutione ſecunda dixerit ſpecies panis, & vini aliquid efficere in anima virtute Chriſti ſub eis contenti. Mihi tamẽ videtur in illa ſolutione, nihil antiquæ ſententię mutare voluiſſe, nam, qui illam ſequuntur, ſimul etiam concedunt, ſpecies aliquid in anima efficere ratione Chriſti; quem continent. Neque hoc vlla ratione ſententiæ ipſorum aduerſatur: modum autẽ loquendi, quem ſequutus fuerat in illa diſt. 8. ſequutus etiam eſt in hac quæſtione, artic. 1. ad 3. cum inquit: *Et ideo Sacramentum Euchariſtiæ perficitur in ipſa conſecratione, alia verò ſacramenta perficiuntur in applicatione materiæ.* Poſſumus tamen benignè interpretari mentem ipſius, & aliquorum ex allegatis capite præcedente pro ſecunda ſententia. Qui ſolùm aſſerunt hoc ſacramentum perfici in conſecratione materiæ, ita, vt nõ cenſeant, ipſam conſecrationem, ſeu formam conſecrationis, eſſe ipſum ſacramentum, ſed eſſe cauſam effectricem ſacramenti: quod deinde permanet factum in ſolis ſpeciebus continentibus Chriſtũ. Neque verò opus eſt, tanquam nouam recenſere opinionem Marſilij, & aliorum, qui dicunt formam huius ſacramenti ad eſſentiam illius pertinere: hi enim nihil aliud docent, quam id quod in ſecunda opinione præcedente capite retulimus. Ipſe namque, & alij, qui eam ſequuntur, putant totam eſſentiam ſacramenti eſſe conſecrationem, quam dicunt eſſe formam ipſam. Et ideo non opus eſt hoc loco plures excogitare opiniones, quam reuera fuerint. Quod enim ab aliquibus refertur, tanquam aliorum recentiorum opinio, nimirũ aliquid relinqui in hoc ſacramento ex verbis conſecrationis, quod habeat rationem formæ, iam ſupra memorauimus, & manifeſte falſum eſt. Neque enim Eccleſia vnquam pro forma huius ſacramenti, aliquid aliud aſſignauit niſi verba.

Obſeruatio ad veram ſententiam.

Iam verò noſtram ſententiam, quam in hoc capite propoſuimus, cõfirmemus. Atque in primis illud obſeruandum eſt, non eadem ratione dixiſſe Sotum in reliquis ſacramentis, nomen ſacramenti non ſupponi pro forma, ſed pro materia tantum, & in hoc ſacramento formam non pertinere ad eſſentiam ſacramenti, nam quamuis dicat in reliquis ſacramentis, nomẽ ſupponi pro materia, non autem pro formã, nihilominus ob id non putauit formam non pertinere ad conſtitutionem eſſentialem ſacramenti, vt notauimus tomo 2. diſput. 129. cap. 3. ſed de nomine ſacramenti philoſophatus eſt ſicut de concretis accidentium, quale eſt *album*, quod eſſentialiter ſignificat albedinem, nempe in obliquo, licet dirẽcte pro corpore ſupponatur: at verò in hoc ſacramento, non putauit tantum, nomen ſacramenti non ſupponi pro forma, ſed etiam ipſam formam, vtpote tranſeuntem non pertinere ad eſſentiam ſacramenti, vt partem eſſentialem illius, eoquod ſacramentum ſit permanens, ſed tantum eſſe cauſam effectricem illius: & ideo inquit formam conſecrationis eſſe ſacramentale quoddam, & viam ad ſacramentum: nos autem eo loco diximus in reliquis ſacramentis nomẽ ſacramenti, ex æquo ſupponi pro materia, & forma ſimul, eo quod ſignificatio, qua conſtituitur ſacramentum in ratione ſacramenti, & quam explicat communis definitio tradita à nobis ſupra diſp. 129. cap. 3. non ſoli materiæ, nec ſoli formæ, ſed vtrique ſimul conueniat. In hoc autem ſacramento dicimus, ſignificationẽ ſacramentalem, qua conſtituitur ſacramentum, ſolis ſpeciebus conſecratis cõuenire, & ita eas ſolum ad eſſentiam huius ſacramenti pertinere: formam autem potius eſſe ſacramẽtale quoddã, hoc eſt, eſſe viam, ſeu cauſam effectricem ipſius ſacramenti. Loquimur enim cum citatis Doctoribus, de hoc ſacramento in facto eſſe: cum non conſiſtat in fieri, ſicut alia.

Probatur ſententia vera teſtimonijs. *Eugenius 4.*

Probatur igitur prædicta ſententia, primo ex decreto Eugenij IIII. in Concilio Florentino, poſt vltimam ſeſsionem. §. *Tertium eſt Euchariſtiæ.* Vbi dicitur, formam huius ſacramenti, eſſe verba ſaluatoris, quibus hoc conficitur ſacramentum. Reddit deinde rationem. *Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens hoc conficit Sacramentum:* vbi Pontifex, ita verba aſsignat pro forma huius ſacramenti, vt dicat, eſſe cauſam effectricem ipſius ſacramenti. Cum igitur verba ſint cauſa efficiens conſecrationis ſpecierum, conſequitur, ſolum ſpecies cõſecratas eſſe ſacramentum, formam autem verborum non pertinere ad conſtitutionem illius per modum cauſæ formalis, ſicut in alijs. Nam cauſa efficiens, & formalis eiuſdem rei inter ſe differre debent.

Vrgetur teſtimonium Eugen. 4.

Secundo, paulò ante, Pontifex aſsignauit pro materia in hoc ſacramento panem, & vinum, non dico ſpecies panis, & vini, ſed

ſed ipſam ſubſtantiam: pro formâ autem verba, quibus fit conſecratio. Quis autē dicat materiam huius ſacramentū, ex quâ conſtet, tanquam ex parte eſſentiali, eſſe panem, & vinum, cū potius ſubſtantia panis, & vini in hoc ſacramento non maneat. Signū igitur eſt, Pontificēnō aſsignaſſe materiam, quæ eſſet veluti pars eſſentialis ſacramenti, ſed materiam, circa quam verba operarētur conſecrationem, ſicut lignum dicitur materia combuſtionis: ergo cum aſsignat verba pro forma, non ea aſsignat pro forma, quaſi eſſentialiter conſtituente, qualis eſt in alijs ſacramentis, ſed pro forma, quæ ſit principium efficiens conſecrationis, circa panem, & vinum, & ipſius ſacramenti. Nam eodem modo aſsignat Concilium materiam, & formam: materiam autem pertinentem ad conſtitutionem ſacramenti non aſsignat, ſed pertinentem ad conſecrationis actionem, quę dicitur, circa quam fit conſecratio: ergo & verba nō aſsignat pro forma intrinſeca, ſed pro effectrice, & extrinſeca forma: dicitur autē forma, quæ ibi aſsignatur, quia ſunt certa, & determinata verba, ſub certa, & determinata forma, vt virtutem habeant conſecrandi. Tertio firmatur ex Concilio Trid. ſeſsione 13. cap. 5. vbi loquitur Concilium de adoratione huius ſacramenti, & capit. 6 vbi ſermonem habet de eo aſſeruando Cōcilium Tridentinum: & cap. 7. & 8. vbi facit verba de vſu illius, & præparatione ad ſumptionem. In his enim locis, plane loquitur de ſpeciebus tantùm conſecratis, eaſ. tantùm pro ſacramento vſurpans, vt manifeſtum eſt. Quin imò, & omnes communiter ita loquimur: nihil enim aliud niſi ſpecies conſecratæ dicuntur adorari, aſſeruari, & ſumi. Adde quod ſcholaſtici omnes, qui in hoc ſacramento tria illa aſsignant, quæ in alijs aſsignari ſolent, nempe ſacramentum tantùm, rem, & ſacramentum ſimul, & rem tantum, ea aſsignāt non habita ratione verborum, ſiquidem pro ſacramento tantùm aſsignant ſpecies ſolum cōſecratas, non autem verba. Poſtremo ratione probatur, quia vt ait idem Concilium Tridentinum in illa ſeſ. 13. cap. 3. commune hoc eſt ſanctiſsimæ Euchariſtię cum ceteris ſacramentis, eſſe ſymbolū rei ſacræ, nempe ſanctificantis nos, ſicut in definitione communi ſacramenti explicuimus: & inuiſibilis gratiæ formam viſibilē, ſeu ſenſibilem: ergo cui primariè conuenit hæc ſignificatio in Euchariſtia erit hoc ſacramentum: cui autem ſecundariè, & remotè, ad eſſentiam huius ſacramenti non pertinebit. Tum etiam ſacramentis nouæ legis conuenit, non ſolum eſſe ſigna ſanctitatis, & gratiæ inuiſibilis, qua ſanctificamur, ſed etiam eſſe cauſam effectricem inſtrumentariam illius, vt diſp. 132. declaratū eſt: ergo illud cui primariè, & proximè conuenit in Euchariſtia ſignificatio, & efficacitas inſtrumentaria gratiæ inuiſibilis ſanctificantis nos erit hoc ſacramentum. Alia verò extra eſſentiam illius ad ipſum alio modo pertinebunt: atqui ſignificatio, & efficacitas illa inſtrumentaria primariè, & proximè conuenit tantum ſpeciebus cō ſecratis, & non verbis, quæ dicuntur eſſe pro forma, niſi remotè, & ſecundariè, neque conuenit alicui conſtitutio ex verbis, & ſpeciebus: ergo eſſentia tota huius ſacramenti, non in verbis, ſed in ſpeciebus conſecratis poſita eſt. 24

Porro autem ſignificationem, & efficacitatem ſacramentalem, proximè, & primariè, conuenire tantum ſpeciebus conſecratis, non autē verbis, nec conſtituto ex verbis, & rebus; patet, nam quamuis verba ſignificēt verum Chriſti corpus, & ſanguinē ſub ſpeciebus panis, & vini, & id efficiāt, vt ſubſtantiam panis, & vini, in corpus, & ſanguinem Chriſti conuertatur: tamen neque ſignificant proximè, & primariè rē ſacram ſanctificantem nos, hoc eſt, gratiā, quod eſt de ratione ſacramenti, vt probauimus ſupra tomo 2. diſp. 128. cap. 3. neque illam proximè efficiunt, neque aliquid ex illis cōſtitutum, hoc ſignificat, aut efficit, ſed ſolum ſpecies: ergo nec verbis conuenit ſignificatio ſacramenti primariè, ſed ſpeciebus, neque eſſentialiter conſtituunt id, cui conuenit ratio ſacramenti, tanquam pars illius intrinſeca: & ita Scotus ſupra in fine articuli docuit, formam hanc non eſſe partem ſacramenti. 25

His rationibus, nō ſolum probatum manet, contra ſecūdam opinionem allatam capite præcedente, eſſentiam huius ſacramēti, non conſiſtere in ſola conſecratione, & verbis, ſed etiam contra quartam ibidem memoratam, verba non pertinere ad eſſentiam ſacramenti, tanquam partem illius eſſentialem, ſed ſolum eſſe cauſam effectricem, & formam extrinſecam ſacramenti, quod in ſolis ſpeciebus cōſecratis cōſiſtit. Loquimur enim de hoc ſacramento ſecundum eſſe permanens: an verò corpus, & ſanguis Chriſti pertineat etiam ad eſſentiam huius ſacramēti, vt pars illius, cap. 5. monſtrabimus. Ad hanc autem veritatem confirmandam,

Suadetur ex cōmuni loquendi forma.

23

Ratione firmatur Cōc. Trid

Quæ ſententiæ impugnētur ex prædictis rationib.

mandam nolo vti ratione illa vulgari, qua aliqui vtuntur in hûc modum, ſpecies ſunt quid permanens, & verba ſunt tranſeuntia: ergo ex vtriſque non poteſt vnum aliquid conſtitui, quia cum hæc conſtitutio ſacramentorum, non ſit alicuius entis per ſe, neque phyſica, ſed artificialis, non oportet fieri ex pluribus, quæ eodem modo ſint permanentia, aut eodem modo tranſeuntia, ſiquidem alia ſacramenta ita conſtituũtur ex duobus tranſeuntibus, altero vt materia, altero vt forma, vt nõ oporteat ea eſſe ſimul tempore, & ſimul tempore ceſſare, ſed aliquando ſint verba actione iam præterita, quæ eſt pro materia, & contra.

Vſus Euchariſtiæ non eſt Sacramentũ

Reſtat, vt paucis oſtendamus contra Gabrielem, vſum huius ſacramenti non eſſe ſacramentum. Id autem oſtenditur, tum ex ijs, quæ adduximus ad probandum totam eſſentiam ſacramenti ſpeciebus conſecratis compleri, tum etiam quia alioquin hoc ſacramentum non diceretur aſſeruari, neque diceretur conficia ſacerdote per verba, ſi ſacramentum eſſet vſus ſpecierum, & nõ ſpecies. Porro autem hoc ſacramentũ in plura diuidere abſonum eſt, & contra communem ſententiam, vt diſp. 168. cap. 2. videbimus. Notandum tamẽ eſt ſcholaſticos, qui dicunt vſum huius ſacramenti eſſe ſacramẽtum, aut pertinere ad eſſentiam illius, lõge differre ab hæreticis huius temporis, qui dicunt Chriſtum ſolùm eſſe ſub ſpeciebus in ipſo vſu, & ſumptione, nõ autem antea. Nam ſcholaſtici non negant, Chriſtum verè eſſe ſub ſpeciebus conſecratis, quæ ſeruãtur ante ſumptionem, ſed dicunt ſpecies illas non eſſe ſacramentum, adhuc prout continentes Chriſtum ante ſumptionem, aut ſaltem ſumptionem ipſam eſſe aliud nouũ ſacramentum diſtinctum a ſpeciebus: præterea neque vſum ad eſſentiam ſacramenti pertinere, ſicut putauit Aureolus, eodem modo probari poteſt.

16

Pro eũ ſupponat nomen Sacramenti.

Ex hac doctrina infertur nomen ſacramẽti, non tantum nõ ſupponi pro verbis, vel pro aliquo compoſito ex verbis, ſed etiam, neque aliquo ex his modis verborum formam, non ſine ſacramenti ſignificari, nam ſuppoſitionem nominis, & ſignificationem illius idem eſſe, oſtendimus ex profeſſo prima parte diſp. 157. cap. 4. nomina enim ſupponi pro rebus, nihil aliud eſt, quam pro illis ſubrogari. Idem autẽ eſt ſubrogari pro illis, & eas ſignificare, ſic enim capimus ſignũm pro re ſignificata. Fruſtra igitur recentiores illi, qui quartam ſequuntur opinionem, diſtinguunt in vocibus ſignificationẽ à ſuppoſitione. Addo etiam nomen ſacramẽti in vniuerſum, aut ſacramenti Euchariſtiæ ſpeciatim, non ſolùm non ſignificare, aut ſupponi directè, & in recto pro verbis, imo etiam non ſupponi pro illis, neque illa ſignificare indirectè, & vt dicitur in obliquo, tanquam aliquid eſſentiale pertinens ad conſtitutionem, & eſſentiam; nam licet *homo*, non ſignificet directè, & in recto animam, neque hoc modo pro illa ſupponatur, tamen indirectè, & inobliquo non poteſt nõ ſignificare illam, & pro illa ſupponi, quia ſignificat eſſentiam hominis, & pro illa ſupponitur, quæ eſſentialiter conſtat corpore, & anima. At vero, vt diximus, hoc ſacramentũ non conſtat verbis, vt aliquo eſſentiali, ſed verba tantum ſunt cauſa effectrix ipſius: & ideo non opus eſt cũ recentioribus, quiquartam ſequuntur opinionem capite præcedente poſitam, aſſerere in ipſis ſpeciebus conſecratis manere aliquid per modum formæ, à verbis præteritis, nempe denominationem extrinſecam, & ſi talis denominatio conſtituenda eſt, non eſt aliquid eſſentiale pertinens ad conſtitutionem huius ſacramenti, quia ſpeciebus ſolum conuenire poteſt hic reſpectus, & extrinſeca denominatio â verbis, vt à cauſa efficiente, quæ non eſt eſſentialis huic ſacramento. Neque nomine eius connotari poteſt, nam nomen rei effectæ nõ connotat cauſam effectricem. Quocirca ſi Deus, vt poteſt, ſine verbis conſecraret panem, & vinum ad eundem effectum, ad quẽ conſecrat Sacerdos, idem eſſet ſacramentũ, & tamen ſine forma verborum conſecrationis, & ſine reſpectu, & denominatione illa extrinſeca. Si autem Deus baptizaret, aut Angelus, non eſſet idem Sacramentum Baptiſmi, quia non eſſet eadem actio: hoc autem ſacramentum in actione conſiſtit, non autem in facto eſſe.

17

28

Hac etiam de cauſa fieri poteſt, vt hoc ſacramentum ab vno ſacerdote conficiatur, & ab alio miniſtretur, quia tota eſſentia illius in ſpeciebus ſolis conſecratis conſiſtit, non in verbis; ſi autem verba ad eſſentiam illius pertinerent, non diceretur alius illud conficere, & alius miniſtrare. Neque enim qui porrigeret hoſtiam conſecratam, diceretur miniſtrare verba conſecrationis, ſed qui conſecraret: ergo hic potius, quam ille diceretur miniſtrare ſacramentum.

Corollariũ

29

Diluuntur argumenta aliarum opinionum.

CAP. IIII.

Soluũtur argumenta ſecundæ ſententiæ.

IAM Verò argumenta aliarum opinionum facile diluuntur; ad prius argumentum adductum pro ſecunda ſentẽtia, ad probandum ipſam conſecrationem eſſe ſacramentum, & ita in ſolis verbis conſiſtere, reſpondeo, tunc quidem incipere, & permanere ſacramentum, cum incipit, & permanet forma illius, aut materia, quæ concurrunt ad conſtitutionem eius; quia verò forma in hoc ſacramento non concurrit, vt quid eſſentiale ad illius conſtitutionem, ſed vt cauſa efficiens, ideo non opus eſt, vt ſimul cum illa ſit, & ſimul cum illa tranſeat, quòd ſi cum forma illa tranſeunte aſsignaremus etiam materiam permanentem, ita vt ex vtraque conſtitueretur eſſentialiter ſacramentum, nihilominus diceretur manere manẽte materia, & præterita iam forma, ſaltem cum reſpectu ad formam præteritã, ſicut Doctores quartæ opinionis dixerunt.

Primum.

Secundum

Ad poſterius argumentum allatum pro eadem opinione reſpondeo, ex tribus illis, quæ ſub Euchariſtia dicit Gabriel eſſẽ ſacramenta, quia ſunt ſigna ſacra, vnum tantum nempe ſpecies conſecratas, proximè, & primarie eſſe ſignum illius rei ſacræ, quam ſacramentum debet ſignificare, vt verè ſit ſacramentum, prout de ipſo nunc diſputamus: & ideo ſpecies ſolùm conſecratas eſſe ſacramentum, non autem conſecrationem, aut vſum illarum. Etenim res ſacra, quam ſacramentũ ſignificare debet, eſt gratia ſanctificans nos. Ex illis autẽ tribus ſolùm ſpecies conſecratæ proximè, & primariè ſignificant gratiam ſanctificantem nos, nam conſecrationis verba, & ipſe actus conſecrandi, qui eſt prolatio verborum proximè, & primariè denotat corpus, & ſanguinẽ Chriſti, vt cauſam effectricem noſtræ ſanctitatis noſtram autem ſanctitatem ſecundarie tantum, & remotè, vt patet: & hac ratione probauimus conſecrationi, ſeu verbis non conuenire rationem huius ſacramenti, ſed ſolis ſpeciebus conſecratis. Præterea vſus, & manducatio ſpecierum conſecratarum non denotat hanc gratiam ſanctificantem nos, quatenus vſus eſt, ſed quatenus continet in ſe ſpecies conſecratas. Gratia enim, quæ in hoc ſacramento denotatur, eſt gratia vnionis corporis myſtici. Hanc autem ipſe ſpecies conſecratæ cõtinentes corpus, & ſanguinem per ſe ſignificant. Et quamuis vſus ſit cõditio, ſine qua ſpecies hanc gratiam non efficerent, & præuia operatio, quã habere debet inſtrumentum iuxta notata ſupra diſp. 132. cap. 5. tamen inſtrumentum, quo hæc gratia dicitur in nobis fieri, ſunt ipſæ ſpecies conſecratæ: & hinc etiam ſolutum manet argumentum tertiæ opinionis, quæ erat Aureoli.

Quare vſus non ſit ſacramentũ.

30

Diluũtur argumenta quartæ opinionis Eugenius 4.

Ad argumenta vero quartæ opinionis reſpondeo, Eugenium IIII. in illo decreto fidei citato non dixiſſe omnia ſacramenta in vniuerſum conſtare verbis, vt forma, & rebus, vt materia, quaſi vtrumque horum ex æquo ad ſacramenti ſubſtantiam, & eſſentiam pertineat, ſed dixit omne ſacramentum non ſolùm duobus, verùm etiam tribus perfici, videlicet rebus, tanquam materia, verbis tanquam forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentũ cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia, ſubdit. *Quorum ſi aliquid deſit, non perficitur ſacramentũ.* Data opera dixit *perfici*, non autem dixit, *conſtare*: nam ſacramentum perficitur, non tantum partibus eſſentialibus, ſed etiam cauſa efficiente, licet ſolùm conſtet partibus eſſentialibus, quæ ſolùm conſtituere ipſum dicuntur. Quamuis ergo dicat Pontifex, ſacramentum perfici verbis, vt forma, nõ ideo dixiſſe videtur, etiam conſtitui verbis, ſicut parte eſſentiali, quod quidem apertè denotaret, ſi diceret conſtare rebus, vt materia, & verbis, vt forma. Et ita inferius agens de forma huius ſacramenti, non dixit eſſe verba, quibus conſtituatur hoc ſacramentum, ſed, *Quibus hoc conficitur ſacramentum.* Aſsignans nimirum verba, non pro forma conſtituente, ſed pro forma efficiente ipſum ſacramentum. Hoc eodem modo inter requiſita ad perficiendum ſacramentum numerauit Pontifex miniſtrum, conſtat autem ipſum non pertinere ad conſtitutionem ſacramenti, vt partem illius, ſed tantũ vt cauſam efficientem: eodem igitur modo & formã verborum numerare potuit.

31

32

Obiectio.

At dicat aliquis, cum inter requiſita ad hoc ſacramentum ponatur materia, & illa non poſsit eſſe cauſa efficiens ſacramenti, ſed pars eſſentialis illius, eique reſpondeat forma, ſequitur etiam formam pertinere ad hoc ſacramentum, tanquam partem illius ſubſtantialem, quaſacramentum conſtituatur, aut cõſtituetur ſola materia ſine forma, quod ſicut in naturalibus fieri nequit, ita etiam neque in artificialibus concedendum eſt. Nam vbicunque eſt conſtitutum ex materia, debet eſſe conſtitutum ex forma, ſiquidem

dem materia non dicitur, niſi vbi etiam eſt
Reſponſio forma. Reſpondeo Pontificem in eo decreto, non aſsignaſſe materiam pro conſtitutione huius ſacramenti; tanquam partem illius, ſed vt conficiatur, aſsignat autem materiã, non ſacramenti ipſius, ſed conſecrationis, nempè circa quam fuit conſecratio, nã pro
33 materia huius ſacramenti aſsignat panem, & vinum, his verbis. *Cuius materia eſt panis triticeus, & vinum de vite.* Quis autem dicat panem, & vinum eſſe materiam, qua conſtet
Altius examinantur verba Pontificis. hoc ſacramentum? certè nullus hoc dicere auſit. Qui verò quartam ſequuntur ſententiam, pro materia huius ſacramenti non aſsignant panem, & vinum, ſed ſpecies panis, & vini, & pro forma verba, quibus conſecratæ ſunt. Hoc autem modo nõ aſsignauit Pontifex materiam huius ſacramenti, nempè tanquam partem componentem, ſed tanquam ſubiectum, circa quod fieret cõſecratio, imò verò nullus hactenus illo modo aſsignauit formam, & materiam præter recentiores, qui quartam ſequuntur ſententiam, eoquòd neſcirent alio modo ad conſtituendum ſacramentum vtrãque aſsignare. Vocauit autem Pontifex materiam, circa quam fieret conſecratio, materiam huius ſacramẽti, quia circa illam hoc ſacramentum perficitur, non quia ex illa conſtet: verba autem, quibus perficitur, vocauit formam, quia ſub certa forma ſenſus redacta, vim habent efficiendi hoc ſacramentum, nam & formæ etiam conuenit agere circa materiam. Quãuis igitur pro omnibus ſacramentis aſsignauerit materiam, & formam vniuerſè, tamen in hoc longè diuerſo modo ſenſit eſſe, vt patet ex dictis: & licet in hoc ſacramento aſsignauerit materiam, eam non aſsignauit, vt
34 componẽtem, ſed vt ſubiectum, circa quod fieret conſecratio, & ita ei nõ aſsignauit formam componentem, quæ materiæ componenti reſpondet, ſed effectricẽ, quæ reſpondet materiæ, circa quam fit aliquid. Ideoque meritò ſupra tom. 2. diſput. 129. cap. 3. diximus nomen ſacramenti ſupponi directè, & pro forma, & materia ſimul in alijs ſacramẽtis, quę in vſu conſiſtunt, non autem in hoc ſacramento.

Corollariũ Ex dictis ſequitur in hoc ſacramento in facto eſſe, ſicut non eſt forma conſtituens, ſic etiam non eſſe materiam, quæ ſit pars illius. Hæc enim duo, ita ſibi inuicem reſpondent, vt vbi non eſt vnum, non ſit aliud, ſed hoc ſacramentum in facto eſſe ſimplex eſſe, ideſt abſque materiæ & formæ compoſitione: nam quòd componatur ex ſpeciebus, & ex corpore Chriſti, dicemus capite quinto.

Quo circa Doctores, qui quartam ſententiam ſequuntur, maiè reprehendunt Scotũ, *Scotus.* quòd dixerit hoc ſacramentum, non habere aliqua verba pro forma, ſed verba ſolùm aſsignari pro forma cõſecrationis. Hoc enim dicere debent quotquot quintam ſententiã, quàm diximus eſſe probabiliorem, ſequuntur; ex quibus aliqui dixerunt verba non eſſe aliquid ſacramenti, ſed ſacramẽtale quoddam, & preuium ad ſacramentum. Quod autem dicunt aliqui aſsignari poſſe in hoc ſacramento ſpecies conſecratas pro materia, ſignificationem autem pro forma, eo ſenſu verum eſſe poteſt, quo nos ſupra tom. 2. diſp. 129. cap. 3. explicuimus, in quouis ſacramento res, & verba eſſe veluti ſubiectum, & materiale ſignificationis, & ſignificationem eſſe veluti formam ipſam ſigni, verùm, vt ibidem diximus, hoc modo non aſsignatur à Doctoribus communiter, & ab Eccleſia, materia, & forma in ſacramentis, ſed vtraque aſsignari ſolet ex parte ſubiecti materialis, 35 cui ineſt, vel tribuitur ſignificatio ipſa. Et ita in hoc ſacramento non eſt opus aſsignare materiam, & formã conſtituentẽ ſubſtantialiter ipſum, ſed ſolùm materiam circa quàm, & forma, qua fiat conſecratio, vtrectè dixit Scotus loco citato. Semper tamen eõ cedendum eſt in omni ſacramento eſſe res, vt materiam, & verba vt formam, licèt non eodem modo in omnibus ſacramentis, neq; eadem ratione loquendum eſt de ſacramento in fieri, & in facto eſſe.

Quo ſenſu ſignificatio poſſit eſſe forma Euchariſtiæ.

Quo pacto corpus, & ſanguis Chriſti ad hoc Sacramentum pertineat.

CAP. V.

HACTENVS Solùm oſtendimus, verba conſecrationis nõ pertinere ad eſſentiam ſacramenti, ſed eam totam conſiſtere in ſpeciebus conſecratis panis, & vini. Cùm enim probatum ſit, verba eſſe cauſam effectricem huius ſacramenti, & verba id efficiant, vt ſpecies ſint conſecratæ, manifeſtè conſequitur ſacramentum eſſe ſpecies conſecratas. Verùm cum ſpecies, eo ipſo quod conſecratæ ſunt, contineant ſub ſe corpus, & ſanguinem Chriſti, conſequi etiam videtur corpus Chriſti, quòd continent aliquo

modo

modo ad ſubſtantiam huius ſacramẽti pertinere: tametſi inter ſcholaſticos controuerſum ſit. Marſilius in 4.q. 1.art.1.in tertia conditione, & q.6.art.2.notat.3.inquit corpus, & ſanguinem Chriſti non eſſe ſacramentum, prout ſacramentum in vniuerſum definitur, *Signum ſenſibile rei ſacræ ſanctificantis nos*, quamuis dicatur ſacramentum, & res huius ſacramenti, & quòd ſit aliquo modo ſignum, ſaltem ſpirituale, ſpiritualis gratiæ: ſubdit tamen eſſe annexum quid huic ſacramento. Quo ſanè modo loquendi denotare videtur, non eſſe partem huius ſacramenti, quæ conſtituat ſubſtantiam illius, ſed aliquid ei coniunctum, tanquam effectum, eo quod conſecratio, & ſpecies ſimiliter coniunctum habeant corpus, & ſanguinem Chriſti, in quæ fit conuerſio, quæ eſt effectus conſecrationis: eandem ſententiam ſequutus eſt Dominicus Sotus in 4. diſt. 8.q.vnica art.1.allegari etiam poteſt Ricardus in 4. d.8.art.1.q.1.vbi inquit, ſpecies conſecratas eſſe ſacramentum, quia ſunt ſignum duplicis rei ſacræ, nempe corporis, & ſanguinis Chriſti, atque vnitatis corporis myſtici, quod fit per gratiam. Videtur ergo excludere à ratione partis eſſentialis huius ſacramenti corpus, & ſanguinem Chriſti, cum dicat hæc eſſe ſignificata per hoc ſacramentum: probari autem poteſt hæc opinio, primùm ex cõmuni ſentẽtia Theologorum, cum Magiſtro in 4.d.8. & Hugone de ſancto Victore tom.3.lib.2 de ſacramentis part. 8. ca.7. qui diſtinguit in quo uis ſacramento tria, primùm eſt ſacramentum tantum, alterum eſt res tantùm, tertium eſt res, & ſacramẽtum ſimul. In hoc autem ſacramento, ſacramentum tantùm dicunt eſſe ſpecies panis, & vini, rem tantùm gratiam, qua ſanctificamur, rem & ſacramentum ſimul, corpus, & ſanguinem Chriſti: ergo cenſet corpus Chriſti non pertinere ad ſubſtantiam huius ſacramenti, nã cum hic quæritur de ſubſtantia huius ſacramenti ſolũ quæri videtur de ſubſtantia illius, quòd dicitur ſacramentum tantùm, non ſacramentum, & res. Deinde confirmatur, quia ſacramentum eſt inuiſibilis gratiæ, viſibilis forma: hæc autẽ definitio ſolùm conuenit ſpeciebus ſacrãmentalibus, quia illæ ſolùm ſunt ſenſibiles, & ſignificant gratiam inuiſibilem: at verò corpus, & ſanguis Chriſti, vtpote ſpirituali modo exiſtentia ſub ſpeciebus, nõ poſſunt eſſe ſignum ſenſibile, neque ad rationem ſigni ſenſibilis pertinere: ergo neque ad rationem ſacrãmenti. Hinc infert Dominicus Sotus nomen ſacramenti non ſupponi pro corpore, & ſanguine Chriſti, neque pro compoſito ex corpore, & ſanguine, & ſpeciebus, ſed pro ſpeciebus tantùm: tametſi corpus, & ſanguis Chriſti dicantur res, & ſacramentum ſimul, ſicut character in Confirmatione, qui tamen, neq; eſt ſacramentum, neque aliquid pertinens ad ſacramenti ſubſtantiam, ſed effectus illius.

Marſilij ſententia.

Sotus. Ricardus.

Probatur.

Magiſter. Hugo.

Confirmatur.

36

37

Vera tamen ſententia eſt ad ſubſtantiã ſacramenti Euchariſtiæ, non minus pertinere corpus, & ſanguinem Chriſti, quam contritionem ad ſubſtantiam ſacramenti confeſſionis, quæ dicitur pars eſſentialis eius, vt ita hoc ſacramentum ſit compoſitũ quid ex corpore, & ſanguine Chriſti, & ſpeciebus, ſicut ſacramentum cõfeſſionis ex dolore, & confeſsione, & forma abſolutionis, & ſpecies prout coniunctę cum corpore, & ſanguine, & contra, dicãtur ſacramentum. Hanc ſententiam ex recentioribus tradunt Claudius Sainctes in repetitione ſecunda de Euchariſtia cap.4. in principio, vbi definit Euchariſtiã, quæ eſt hoc ſacramentum, his verbis. *Corpus Domini forma panis opertum, ſeu res duabus rebus conſtans panis effigie, & vera carne Chriſti.* Et repetitione 4.cap.3. longe poſt medium docet, ſolũ corpus Chriſti non poſſe habere rationem fœderis, & teſſeræ noui teſtamenti, eo quod ſit modo ſpirituali, teſſera autem, & fœdus debeat eſſe quid ſenſibile, neque ſolas ſpecies poſſe ſimilẽ rationem ſubire, quia niſi haberent Chriſti corpus, efficaces non eſſent, ſicut eſſe debet fœdus, & teſſera noui teſtamenti: ac proinde rationem fœderis, & teſſeræ, hoc eſt ſacramenti ex vtroque ipſe conſtitui: eandem ſententiam ſequutus eſt Alanus lib.1.de Euchariſtia cap.3.4.& 5.imo etiam Caietanus ſui non memor infra q. 75. art.1. § *& poteſt formari*: allegatur etiam Bonauentura in 4. d.8. in expoſitione literæ, nam dubio primo circa primam partem, ita de ſacramento Euchariſtiæ loquitur, vt videatur ſub eius ſubſtantia complecti corpus, & ſanguinem Chriſti: citatur denique Capreolus. Verùm vt optimè notauit Sotus de hac re diſtinctè non loquitur, nam in 4.d.8.q.1.art3.cõtra primam concluſionem, inquit ſacramentum poſſe tribus modis vſurpari: primum pro ſigno ſenſibili, quod eſt ſacramentum, & non res: deinde pro eo, quod eſt res, & ſacramẽtũ; poſtremo pro compoſito ex vtroque.

Verior ſententia.

Sainctes.

Alanus.

Caietanus. Bonauent.

Capreolus.

38

39

que. Ex quo colligit corpus Christi esse de essentia, & substantia sacramenti vsurpati tertio modo, quia corpus Christi est res, & sacramentum, & ita componit sacramentũ tertio illo modo. Cum igitur, nunc solum controuersia sit de sacramento, prout communiter sic definitur. *Signum rei sacræ sanctificantis nos*, non possumus Capreolum pro hac nostra sententia allegare.

Probatur ex Patribꝰ

Iam tamen confirmare facile possumus primum testimonijs Patrum, deinde rationibus. Ex Patribus primò Ignatius in epistola ad Smyrnenses vt refert Theodoretus in dial. 3. ita scribit: *Eucharistias, & oblationes non admittunt, quòd non confiteantur Eucharistiã carnẽ esse saluatoris nostri Iesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est, quã pater sua benignitate suscitauit.* Secũdò Iustinus in apologia ad Antoninum Imperatorem sic ait *alimentum hoc appellatur Eucharistia: neque ut cõmunem panem, neque ut communem potum ista sumimus: sed quemadmodum per verbum Dei, caro factus Iesus Christus seruator noster & carnẽ & sanguinem salutis nostræ causa habuit, ad eundem modum etiam eam alimoniam, in qua preces sermonis ab ipso profecti, quæ sunt actæ, incarnati illius Iesu carnem, & sanguinem esse sumus edocti.*

Ignatius. Theodoretus

Iustinus.

40

Tertio, Irenęus lib. 4. aduer. hæres. c. 34. inquit panem percipientem Dei vocationẽ, iam non communẽ panem esse, sed Eucharistiam duabus rebus constantem, terrena, & cœlesti. Etquamuis per duas illas res non intelligat Irenęus corpus Christi, & species panis, sed duas naturas eiusdem Christi, alteram diuinam, alteram humanam, vt optimè obseruauit Claudius in illo cap. 4. Tamen hoc testimonio eodem modò nostra sententia confirmatur, sic enim plane fatetur Irenęus, hoc sacramentum non esse communẽ panem, sed panem, qui est ipse Christus in duabus naturis.

Irenæus.

Claudius Sanctes

Probatur ratione 41

Ex his Patrum Testimonijs hanc deducere possumus rationem, Eucharistia est corpus Christi, seu constat corpore Christi, vt ait Ignatius; hoc sacramentum est Eucharistia, ergo hoc sacramentũ est corpus Christi, aut constat corpore Christi; eodẽ modo nõ cõmunis, sed spiritualis cibꝰ animę, aut est corpus Christi, aut cõstat corpore Christi, hoc sacramẽtũ est nõ cõmunis, sed spiritualis cibus, ergo hoc sacramentum, aut est corpus Christi, aut constat corpore Christi. Quę duę rationẽ ne quidẽ iudice euidẽtes plane sunt. Tum quidẽ, quod secundũ Logicæ regulas legitimè dispositæ, tum etiam, quod præmissæ earum negari nulla ratione queant, eo quòd altera illarum, vt patet, est manifesta, altera verò desumpta ex verbis Patrum, quos allegauimus. Quis enim negare audeat ideo hoc sacramentũ esse cibum spiritualem animarum, quia constat corpore Christi, neq; enim species secundum se rationem cibi spiritualis habent, nisi quia continẽt intra se corpus Christi, vt ita ex vtroq; fiat cibus spiritualis virtutis, ratione corporis Christi, qui tamen visibiliter manducetur ratione specierum, & hac ratione Paulus 1. ad Corint. 11. inquit *probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat & de calice libat.* 42 *qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.* Ac si diceret non dijudicans panẽ illũ, qui cõmunis nõ est, sed cõstat corpore domini, ideo cõmunis nõ est, sed sanctus, quia a pollutis manducari nõ potest, quia aut sanctitas ipsa est, nempe Christus, aut ea constat. Et ideo Hieronym. in illud 1. Malachię *in quo polluimus*, & refertur cãnone *multi*. 1. q. 1. *polluimus* (ait) panem, hoc est corpus Christi, quando sordidi accedimus ad altare. Porrò corpus Christi; & ipse sanguis eius, vere cibus, & vere potus dicitur ab ipso Christo, Ioannis 6. qua ratione dicimur, & nos ali & sustentari corpore, & sanguine Christi: sicut inquit Tertullianus lib. de carne Christi.

1. ad Co. 11

Hieronymus

Ioannis. 6.

Tertullianꝰ

Præterea sunt alij Patres, qui plane affirmãt hoc sacramẽtũ cõstare speciebus, & corpore, atque sanguine Christi. Ambrosius lib. de iis, qui initiãtur cap. 9. & lib. 4. de sacramentis cap. 4. & refertur canone, *Omnia* de consecratione d. 2. inquit. *In hoc sacramẽto Christus est, quia corpus Christi est & spiritualis est alimonia, quia corpus Christi spirituale est, & vbi accessit consecratio, de pane fit corpus Christi*, vbi plane inquit ipsum corpus Christi esse sacramentum, nempe quod corpore Christi illud constet, & ideo hoc sacramentum esse spiritualem cibum, quia est corpus ipsum Christi, quod spirituale est, sicut supra ex alijs Patribus deducebamus.

Ambr. Ambros.

Ist tamen præclarum testimonium non satis ab aliquibus syncere intellectum, ex quo ipsi aliam communẽ, & veram doctrinam, quam sequẽte capite obiter explicabimus, hauserunt à vero sensu illius longe alienam, ex eo autem nostra sententia mirum in modum confirmari poterit. Testimoniũ est apud Gratianum in canone, *hoc est*, de consecratione d. 2. vbi sic dicitur. *Hoc est quod dicimus, quod modis omnibus approbare cõtendimus, sacrificium Ecclesiæ duobus modis conficì, duobus constare visibili elementorum specie, & san-*

Gratianus

& ſanguine, & ſacramento, & re ſacramenti: id eſt, corpore Chriſti: & paulo infra *conficitur igitur ſacrificium Eccleſiæ duobus, ſacramento, & re ſacramẽti, id eſt, corpore Chriſti*. Hactenus in canone, quem teſtatur Gratianus, ſe deſumpſiſſe ex Proſpero in libro ſententiarũ Auguſtini & ex eodem illum refert Algerus libro 1. de Euchariſtia cap. 15. in 4. tomo Bibliothecæ ſacræ. & Iuo Carnotenſis in ſua decretorum compilatione 2. p. cap. 9. habet etiam Lanc francus in libro contra Berengarium. Quamuis autem in eo libro Proſperi prædictũ teſtimoniũ non inueniatur, magnæ tamen auctoritatis nobis eſſe debet. Omiſſa autem nunc doctrina, quam inde deduxerunt Hugo de ſancto Victore 3. tomo lib. 2. de ſacramentis p. 8. cap. 7. Magiſter ſententiarum in 4. d. 8. Innocentius III. in cap. *cum Martha*. de celebratione miſſarum, & ſcholaſtici, de qua inferius dicemus, nunc ſatis ſit hoc teſtimonio probare ex ſententia horum auctorum, hoc ſacramẽtum, quod ſacrificium vocant, duobus conſtare, & viſibili ſpecie elementorum, quam ſacramentum appellant, quia eſt ſignum ſacrum corporis, & ſanguinis Chriſti, & ipſo corpore, & ſanguine Chriſti.

D. Proſper Algerus

Iuo. Carnotẽſis

Lãcfrancus

Hugo de Sancto Victore Magiſter Sẽten.

Innocẽtius. 3 e. 44

Confirmatur alia ratione

Demũ confirmari poteſt hęc opinio ratione ducta excõmuni modo loquẽdi Theologorũ, quẽ deſumpſerunt ex Eugenio IIII. in decreto illo fidei, quod eſt in Concilio illo Florentino, quia communiter dicitur ſacerdos, hoc ſacramentum verbis conficere, ſpecies autem nõ conficiuntur à ſacerdote, ſed hoc tantùm efficitur, vt corpus, & ſanguis Chriſti ſub ſpeciebus contineatur: ergo hoc ſacramentum vtroque conſtat, videlicet, & ſpeciebus, & corpore, atque ſanguine Chriſti.

Diluuntur argumenta contra prædictam ſententiam.

CAP. VI.

Ad prius.

IAM Verò, quæ pro priori ſententia allata ſunt, facile diluentur. Ad prius dicimus veriſsimam quidem eſſe doctrinam illam, vt in omni ſacramento tria illa diſtinguantur, nempè ſacramentum tantum; ſacramentum, & res ſimul, & res tantum: eamque Magiſtrum, & ſcholaſticos in loco allegato rectè tradidiſſe, concedimus præterea iuxta hanc doctrinam rectè

Magiſter

ab ipſis in 4. diſt. 8. & ab Hugone, & Innocentio III. locis citatis aſsignari in Euchariſtia pro ſecrãto tantùm ſpecies, pro re, & ſacramento, corpus, & ſanguinem Chriſti. & pro re tantùm gratiam, quam in nobis efficit hoc ſacramentum. Nihilominus dicimus hinc nihil contra noſtram ſententiam probari. Addo tamen interim ſine idoneo fundamento ſcholaſticos tria illa in omni ſacramento, aut in hoc etiam ſacramẽto Euchariſtiæ, ex illo Canone *hoc eſt*, quem ſupra allegauimus, deduxiſſe: nam quamuis apud Gratianum ante emendationem illius, poſt verba citata hæc adderentur *Eſt igitur ſacramentum, & res ſacramenti, corpus Chriſti*. Ex quibus colligere potuerunt Hugo, Magiſter, & Scholaſtici, ſacramentum ſimul, & rem ſacramenti eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti. Et reliqua duo aſsignare eo modo quo ſupra diximus, tamen verba hęc, quæ ſunt apud Gratianum in noua editione decreti, ita emendata ſunt ex Iuone, & Algero, vt minimè inde colligi poſsit, corpus Chriſti eſſe rẽ ſimul, & ſacramentum, ſed ſolùm eſſe rem ſacramenti, nempe, quæ per ſignum omnino ſenſibile ſignificetur. Prædicta verba ex Iuone, & Algero, ita emẽdata ſunt. *Eſt igitur ſacramentum & res ſacramenti, id eſt, corpus Chriſti*. Illud autem *id eſt corpus Chriſti* refertur tantum ad illud, *& res ſacramenti*, non ad vtrumque ſimul: vt enim explicaret, quid eſſet res ſacramenti, nam de ſacramento ſatis notum videbatur, addidit, *id eſt corpus Chriſti*, & hoc ipſum dixerat paulo antea illis verbis. *Sacrificium Eccleſiæ duobus conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti carne, & ſanguine, & ſacramento, & re ſacramẽti*. Vbi duo illa, quæ dixerat antea, nempè viſibilem ſpeciem elementorum, & inuiſibilem carnem, & ſanguinem Chriſti explicuit per alia duo, videlicet per ſacramentũ, & rem ſacramenti, & ſpeciei elementorum tribuit ſacramentum, carni autem, & ſanguini tribuit rem ſacramenti, id quod etiam verbis illis ſequentibus expreſſum eſt. *Conficitur igitur ſacrificium Eccleſiæ duobus, ſacramento & re ſacramenti, id eſt corpore Chriſti*. Ex hoc igitur loco Hugo, & Magiſter, & alij ſcholaſtici colligere non potuerunt corpus, & ſanguinem Chriſti eſſe ſacramentum, & rem, vt contendit Sotus in 4. d. 8. q. vnica art. 2. ſed duo tantum diſtinguere, nempe ſacramentum, quod ſit ſpecies viſibilis, & rem ſacramenti, quæ ſit corpus, & ſanguis Chriſti: conſtat igitur ex hoc loco non potuiſſe prædictos auctores

Hugo Innocentius 3.

exprimitur verus ſenſus canonis hoc eſt

41

Iuo. Algerus

Soto

in a-

in ſacramento Euchariſtiæ; nè dum in alijs, colligere tria illa, quæ diximus; ſed ſolùm in Euchariſtia duo illa, nimirum rem, & ſacramentum.

Vers Auguſtini.

Eſt præterea alius locus Auguſtini, ex quo etiam contendit deducere Sotus, corpus, & ſanguinem Chriſti eſſe rem, & ſacramentum ſimul, nam quod ſit res, patet ex teſtimonio allegato: dici autem etiam ſacramentum colligit ex Auguſtino in Epiſtola 23. circa finem, vbi ita ſcribit. *Sicut ergo ſecundùm quendam modum ſacramentum corporis Chriſti corpus Chriſti eſt, ſacramentum ſanguinis ſanguis Chriſti eſt, ita ſacramentum fidei fides eſt, nihil eſt autem aliud credere, quàm fidem habere.* Verùm Auguſtini ſenſus

47

longè diuerſus eſt: neque enim ipſe contendit corpus, & ſanguinem Chriſti appellari ſacramentum aliquo modo, quia nimirum ſit res, & ſacramentum ſimul, ſed contra oſtendere voluit id, quod poſtea etiam docuit

Algerus Iuo.

Algerus libro primo de Euchariſtia, capite quarto, & quinto, & Iuo loco citato, nempe ſacramentum ipſum aliquando appellari nomine rei ſacræ contentæ ſub eo, non ſimpliciter, ſed aliquo modo, hoc eſt nuncupatiuè, & ſecundùm modum quendam ſimilitudinis, & ita ipſas ſpecies viſibiles continentes rem ſacram, videlicet corpus, & ſanguinem Chriſti vocari aliquando corpus, & ſanguinem propter id, quod continent, vt inde colligat Auguſtinus paruulos aliquo modo credere, non quia affectu, & operatione credant, ſed quia dicuntur etiam fidem habere. Fidem autem dicuntur habere, quia habent ſacramentum fidei, nempe Baptiſmum, nam & Baptiſmus, ſicut & ſpecies panis, & vini, nomine ipſius rei ſacræ, quam cõtinent, aliquo modo nuncupari poſſunt.

In quouis ſacramento tria diſtinguenda ſunt. Hugo. Magiſter.

Cæterùm veram exiſtimamus ſententiam Hugonis, Magiſtri, & Scholaſticorum, qui in ſingulis ſacramentis tria illa, quæ adduximus in argumento diſtinguũt, ſcilicet ſacramentum tantùm, rem, & ſacramentum ſimul, & rem tantùm: atque in hoc ſacramento pro re, & ſacramento ſimul, rectè aſſignari corpus, & ſanguinem Chriſti: eſt enim res ſacramenti, quia eſt res ſacra ſignificata per ſpecies ipſas, nam ſpecies non ſolùm ſignificant gratiam animæ, ſed etiam ipſum corpus, & ſanguinem, quamuis ſimpliciter non dicantur ſacramentum, quia ſignificent corpus, & ſanguinem, ſed quia

48

ſignificent gratiam, qua ſanctificatur anima: vt enim diximus 2. tom. diſputat. 128. cap. 3. res ſacra, ex cuius ſignification e dicitur ſacramentum; eſt gratia ſanctificans animam. Præterea idem corpus, & ſanguis Chriſti dici poteſt ſacramẽtum, quia etiam ſignificant animæ ſanctitatem, aut ratione ſui, & ita ſunt ſpirituale ſignum, aut ratione ſpecierum, & ita ſunt ſignum ſenſibile. Eſt igitur corpus, & ſanguis Chriſti res, & ſacramentum ſimul, quia ſignificatur, & ſignificat. At verò ſacramentum tantùm, ſunt ſpecies ſolæ ſenſibiles, quia ſolùm ſignificant, & nullo modo ſignificãtur. Hinc tamen non licet inferre corpus, & ſanguinem Chriſti non pertinere ad ſubſtantiam huius ſacramenti, quaſi res, & ſacramentum ſimul eſſe debeat extra rationem ſacramẽti ſimpliciter, cùm ſit extra id, quod dicitur ſacramentum tantùm. Etenim illa tria in quolibet ſacramento ita debent diſtingui, vt res, & ſacramentum ſimul non ſemper debeat eſſe extra rationem ſacramenti ſimpliciter, licèt ſit extra rationem ſacramenti tantùm. Nam in ſacramento Pœnitentiæ ex communi ſententia Theologorum dicentus rem, & ſacramentum ſimul, eſſe contritionem, ſeu dolorem, at verò ſacramentum tantùm eſſe ſigna exteriora Pœnitentis, & verba abſolutionis. Nemo autem negare poteſt, contritionem, ſeu dolorem eſſe partem ſubſtantialem ſacramenti Pœnitentiæ, & tamen non eſt pars eius, quod dicitur ſacramentum tantùm, vt conſtat. Sic igitur in præſenti, quamuis corpus Chriſti non ſit pars eius, quod dicitur ſacramentum tantùm, nempe ſpecierum, tamen dici debet pars totius ſacramenti ſimpliciter, cuius eſt ſignificare refectionem ſpiritualem animæ, quæ fit per gratiam; quamuis in aliquibus ſacramentis, res, & ſacramentum, qualis eſt character in Baptiſmo, ad eſſentiam ſacramenti non pertineat; & ita reſpondetur priori argumento.

Diluitur poſterius argumentum.

Ad poſterius argumentum ex hac eadem doctrina reſpondeo, cum dicitur ſacramentum eſſe inuiſibilis gratiæ viſibilem formam, ita eſſe intelgliendum, vt non oporteat ſacramentum ſecundùm omnem ſui partem eſſentialem, eſſe viſibilem formam inuiſibilis gratiæ, vt patet in ſacramento Pœnitentiæ, quod non eſt viſibilis forma ſecundùm dolorem internum, ſed ſecundum ſigna alia exteriora, cum tamen dolor internus ſit pars eſſentialis illius, vt ſuo loco ex omnium ſententia videbimus, neceſſe autẽ eſt, vt id quod eſt pars eſſentialis alicuius ſacramẽti, ſignificetur per aliquid ſenſibile, vt ratione illius totũ ſacramẽtũ dicatur viſibilis forma inuiſibilis gratiæ, ſicut in

49

ſacramento Pœnitentiæ internus dolor confeſsione ipſa ſignificatur, vt ita per illam totum ſacramentum ſit viſibilis forma inuiſibilis reconciliationis. Sic igitur in Euchariſtia corpus Chriſti ſignificatur, vt cibus per ſpecies panis ſenſibiles, & ſanguis, vt potus per ſenſibiles ſpecies vini, vt vtrumque ſimul denotet ſpiritualem refectionem, quam vnumquodque illorum ſolùm ſenſibiliter non ſignificaret:, ac proinde ſacramentum non eſſet: nam ſpecies ſolùm non denotarent refectionem ſpiritualem, ſed corporalem, cum ſint cibus, & potus materialis: corpus autem, & ſanguis eâm quidem denotare poſſet, non tamen ſenſibili modo qui neceſſarius eſt ad rationem ſacramenti. Ex qua doctrina non ſolùm diluitur poſterius argumentum, ſed etiam noſtra ſententia mirum in modum explicatur: nam cùm ſacramentum definiatur per ſignificationem rei ſacræ, non cuiuſcumque, ſed ſanctificantis nos, nempe gratiæ ſpiritualis, & ſpecies ſenſibiles per ſe ſumptæ, ſolùm poſſent eſſe ſignum corporis Chriſti, non autem refectionis ſpiritualis, non poſſent dici propiè ſacramentum, prout de ſacramentis nunc agimus ſed latiori ſignificatione, prout ſacramentum dici poteſt ſignum cuiuſcumque rei ſacræ, qua ratione in ſingulis ſacramentis diſtinguimus, id quod dicitur ſacramentum tantùm âre, & â re, & ſacramentum ſimul. At ſpecies ſolas non poſſe eſſe ſignum refectionis ſpiritualis, manifeſtum eſt: quia nanc ſolùm ſignificare poſſunt, quatenus in ſe corpus, & ſanguinem Chriſti continent.

50 Explicatur magis propria ſententia.

ARTICVLVS II.

Vtrùm hoc Sacramentum ſit vnum, vel plura.

CONCLVSIO eſt: hoc ſacramentum eſt multa materialiter, formaliter tamen, & perfectiuè vnum.

Vtrùm hoc Sacramentum ſit vnum, an plura. Diſp. 168.

Vtramque ſpeciem Euchariſtiæ vnum, non plura eſſe ſacramenta. Cap. 1.

Plures ſpecies panis, & plures ſpecies vini cõſecratas eſſe plura ſacramenta numero diuerſa. Cap. 2.

Vtramque ſpeciem Euchariſtiæ vnum, non plura eſſe ſacramenta.

CAPVT. I.

HOC Loco non eſt diſputãdum, an ſub ſacramento Euchariſtiæ circà quãlibet ſpeciem plura ſacramenta contineantur, ita, vt vnum ſit conſecratio, aliud ſpecies conſecrata, aliud autem vſus, & ſumptio illius, de hoc enim ſuperius ſatis dictum eſt contra Gabrielem, ſed cum in hoc ſacramento ſint duo genera ſpecierum conſecratarum, altera panis, altera vini, & duę formę cõſecrationis diuerſæ, altera corporis, altera ſangninis Chriſti: tum etiam cùm ſingulæ harum ſpecierum & formarũ numero multiplicari poſſint, vt in diuerſis Miſsis contingit, ideò de duplici vnitate ſacramenti, altera, quam vocant ſpecificam, altera quam vocant numericam ſolùm diſſerendum eſt: de priori dicemus in hoc capite, de poſteriori verò in ſequente. Circa prius igitur de vnitate ſpecifica quidam Scholaſtici exiſtimarunt, Euchariſtiam non eſſe vnum, ſed duo ſacramenta, alterum corporis, alterũ ſanguinis Chriſti. Ita refert Capreol. in 4. d. 8. q. vnica art. 2. in argumẽto contrà ſecundã concluſionem. Eandem ſententiam tradidit Maior. in 4. d. 8. q. vnica. §. *Contra prædicta*, propoſitione 2. quamuis poſtea propoſitione 3. dicat Euchariſtiam conſtantem ſpeciebus panis, & vini eſſe vnũ ſacramentũ, hoc ſenſu, quia ambę ſpecies dicũtur repræſentare idem. Quo circa tandem concludit, tantũ eſſe ſeptem ſacramenta; ita vt ſicut omnia requiſita in Baptiſmo integrant vnum ſacramentũ, eodem modo contingat in Euchariſtia. Cæterum hanc ſententiam abſolutè ſequitur Gabriel. in 4. d. 8. q. 2. art. 1. notatione 4. & artic. 2. concluſ. 2. vbi inquit, ſacramentum Euchariſtiæ, nempe ſpecies panis, & vini cõſecratas, non modo nõ eſſe vnũ ſimpliciter, hoc eſt, in genere entis naturalis, verũ etiãm neq; vnum vnitate ſacramenti. Addit verò in 3. concluſione hoc ſacramentum non eſſe vnum vnitate ſignificati, ſi attendamus id, quod primariè per ſpecies ſignificatur, eo quòd ſpecies panis primariè ſignificant corpus, ſpecies autem vini ſignificant ſanguinem: tametſi ratione ſignificati totalis ſint idem ſacramentum, hoc eſt, ſignificat

1

Status quæſtionis.

Prima opinio. Capreolus, Maior.

Gabriel.

2

gnificet idem. Vocat autem totale ſignificatum totum Chriſtum, qui in ſe continet, non ſolùm id, quod eſt ſub ſpeciebus primariè, & ex vi verborum, ſed etiam id, quod eſt per concomitantiam.

Probari autem poteſt primùm hæc ſententia autoritate, deinde ratione. Primùm quidem autoritate, nam Eccleſia interdum panem, & vinum conſecratum vocat ſacramenta, & non ſacramentum, vt in illa oratione Miſſæ poſt communionem. *Sacramenta, quæ ſumpſimus Domine &c.* ita etiam plurali nomine vocat Concilium Africanum cap. 4. Carthaginenſe 3. cap. 24. & 29. Ex Patribus verò Autor ſermonis de cæna Domini apud Cyprianum. Ambroſius lib. 5. de ſacramentis cap. 1. & canone *in ſacramentis*, canone. *Comperimus*. Canone *tribus gradibus*, canone, *ſpecies*. Canone. *Iteratur* de conſecratione diſt. 2. eodem plurali nomine Euchariſtia a Patribus vocatur.

Eccleſiæ autoritas

Cōc. Africanum. Cōc. Carthaginenſ. Cyprianus. Ambroſ.

Præterea confirmatur ratione quia ſi non eſſent plura, ſed vnum ſacramentum, ſequeretur, eum qui ſolùm ſumit Corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, & non ſumit calicem, non ſumere integrum ſacramentum. Tum etiam ſequeretur conſumpto corpore Chriſti ſub ſpeciebus panis, non manere integrū ſacramentum in calice. Ad hęc cum aſſeruatur ſolum corpus Chriſti pro ægrotis ſub ſpeciebus panis, non diceretur aſſeruari integrum ſacramentum, quæ videntur falſa. Deinde probatur, quia in hoc ſacramento reperitur duplex forma, & duplex materia, ex pluribus autem non componitur vna; ergo eſt duplex ſacramentum. Neq; huic rationi obſtat, quod plura ad conſtitutionem vnius ſacramenti concurrere poſſint: hoc enim in alijs ſacramētis, ita contingit, vt quodlibet illorum, quibus ſingula conſtituuntur, nihil perſe efficiat, neque ſignificet gratiæ, & ita ex omnibus fit vna forma, & vna materia; in Euchariſtia autem eſt duplex materia, & duplex forma, & quælibet per ſe habet ſuam ſignificationē, & effectum gratiæ, ergo vna quæq; per ſe eſt ſacramentum.

Rationibus ſuadetur

3

Vera tamen, & comunis ſententia eſt ſpecies panis, & vini conſecratas eſſe vnum ſacramentum Euchariſtiæ: vnum, inquam, ſpecie in genere ſacramenti: nam vtrum plures ſpecies panis conſecratæ ſimul cum pluribus ſpeciebus vini ſint plura ſacramenta numero diuerſa, inferius videbimus. Prædictam verò ſententiam ex Scholaſticis ſequuntur S. Thomas, & Caieta. & Alexander 4. part. queſt. 10. Membro 3. artic. 1. Bonauentura in 4. diſtin. 8. 2. part. artic. 2. queſt. 2. Ricardus, artic. 1. quæſt. 2. Scotus quæſt. 2. §. *Reſpondeo*. Duran. quæſt. 1. ad 1. Paluda. quæſt 1. artic. 1. concluſione 2. Capreolus q. vnica artic. 1. concluſione vnica. Baſſolis q. 1. §. *quantum ad primum articulū*, non longè a fine. Marſilius in 4. quæſt. 6. arti. 2. concl. 2. quæ eſt circa finem articuli. Dominicus ſotus in 4. d. 8. q. vnica ar. 2. Ledeſma in 1. p. 4. q. 14. art. 2. quibus etiam adde Gabrielem in lectione 53. in canonē Miſſę litera M. vbi oppoſitum docet ei, quod antea in 4. loco citato docuerat, & Theologi in Catechiſmo Romano agētes de hoc ſacramēto aſſeuerāter affirmant hoc ipſum, nempe (vt ipſi aiunt) autoritate Eccleſiæ edocti, ſequuti nimirū Sotum loco citato, qui aſſerit hanc ſententiam, tamquam Eccleſiæ confeſsionem eſſe amplectendam.

Alexander *Bonau.* *Ricard.* *Durādus.* *Paluda.* *Capreolus.* *Baſſolis.* *Marſilius.* *Sotus.* *Ledeſma* *Gabriel.* *Catechiſ.* *Roma.* *Gabriel.* *S. Thomas.*

S. Thomas. *Caietanus.*

Explodituir probatio quorū dam.

Hæc autem ſententia non eſt ex eo probāda, quòd ex oppoſita ſequeretur eſſe plura, quam ſeptem ſacramenta contra Eccleſiæ doctrinam, & confeſsionē, vt indicare vidētur Theologi Catechiſmi Romani & Dominicus Sotus locis citatis, nā facile quiſq; reſpondere poſſet, eſſe quidem ſeptem ſacramenta ingenere, non autem in ſpecie: ſicut enim ſub ſacramēto ordines ſignificātur tres ſacri ordinis diuerſi, quorūvnuſquiſq; eſt ſacramentū ab alio diuerſum, ita poſſent ſub Euchariſtia duo ſacramenta aſsignari. Præterea hæc ſententia confirmanda non eſt, ex eo, quod vna fuerit inſtitutio vtriuſq; ſpeciei in hoc ſacramento, nam cū diuerſis verbis, & non eodem momento tēporis Chriſtus conſecraueŕit panem, & vinum, non poſſet dici vna inſtitutio, niſi aliū de conſtaret eſſe vnum ſacramentum. Ad de, quod eodem verbo, & eodem tempore plura potuiſſent inſtitui ſacramenta, illud autem verbum vim haberet plurium inſtitutionum. Nec etiam probanda hæc veritas eſt ex vnitate rei, quam continet, nempe Chriſtum. Nam cum vna quæq; ſpecies primariè, & per ſe diuerſum ab alia contineat, vt notauit Grabriel, ex hac parte deſumi non poteſt vnitas ſacramenti; neq; enim alio modo nūc eſt dicendum vnū ſacramētum, quā diceretur in triduo, ſi conſecraretur. Tunc autem ſpecies panis non continerent, idem quod ſpecies vini.

4

Ratio vnica pro vera ſententia.

Sed probari debet vnica ratione, qua vſus eſt S. Thomas, in artic. 2. & alij non pauci, deſumpta ex fine, ad quem hoc ſacramentum inſtitutum fuit, nam cum fuerit inſtitutum ad refectionem ſpiritualem

gratiæ, quàm ſignificat, & ex cuius ſignificatione rationem ſubit ſacramenti, vim habet cuiuſdam conuiuij. Conuiuium autem licèt conſtet duplici re, nempe cibo, & potu, quia tamen non intelligitur refectio integra conuiuij in cibo, aut in potu, ſed in vtroque ſimul, ideò dicitur vnũ conuiuium, cibus, & potus, & vna refectio: ac proinde ſacramentum refectionis vnum erit ex duplici ſpecie, altera cibi, & altera potus. Ex quo non leue ſumitur argumentum ad probandum ſpecialem gratiam diſtinctam ab ea, quæ confertur per corpus Chriſti, tribui per ſanguinem ipſius, vt diſputatione 215. cap. 2. dicetur. Quòd ſi eadem omnino gratia per
6 vtramque ſpeciem conferretur, ita vt prius collata per vnam, non conferretur per aliam, nec augeretur, ſed tantùm in eo caſu per poſteriorem conferretur, in quo non eſſet per priorem collata, non rectè diceremus ex vtraque ſpecie integrari idem ſacramentum, vel eſſe idem ſacramentum ex vtraque ſpecie compoſitum, ſed eſſe idem ſacramentum ſpecie, licèt numero eſſent duo diuerſa, quorum vnumquodque loco alterius ad idem ſubrogari poſſet in eo caſu, quem diximus, veluti ſi ſacramentum Pœnitentiæ, aut Baptiſmi duobus modis inſtitueretur, & cum duabus diuerſis materijs, & diuerſis formis, ita vt prius, quod reciperetur efficeret gratiam, aliud autem nihil efficeret, niſi in eo caſu, quo priùs nihil effeciſſet propter impedimentum, & ita loco illius ſubrogaretur, certè non eſſet vnum ſacramentum Baptiſmi, neque Pœnitentiæ ex vtroque illo, veluti ex partibus integratum, nam quo pacto pars ſacramenti dici poſſet, quæ in aliquo caſu alijs operantibus ipſa nihil operaretur, neque concurreret, ſed totum ab alia fieret, & ipſi nihil omnino relinqueretur integri effectus? ſed de hoc ſuo loco dicemus quid ſit probabile.

Porrò autem hanc vnionem ad vnum effectum integrum in genere moris, ſatis eſſe ad integritatem vnius ſacramenti, manifeſtum eſt, nam cùm ſacramentum non ſit ens aliquod naturale, ſed artificiale, ſatis eſt, vt dicatur vnum, ſi habeat integritatem in genere moris ad vnum effectum, in eodem genere, qualis eſt refectio ſpiritualis per modum conuiuij. Quamuis enim in conuiuio ſit duplex refectio ſecundũ eſſe naturæ, altera cibi, altera potus; eſt tamen vna in genere moris illa, quæ eſt vna in genere conuiuij, in quo genere vna refectio dicitur, ſicut
7 vnum conuiuium. Similiter in ſacramento Pœnitentiæ ſunt duæ partes, non ſolùm ſecundùm eſſe naturæ diuerſæ, ſed etiam in genere ſacramenti, vna eſt contritio, cõfeſsio, & abſolutio, altera verò eſt ſatisfactio; neq; vtraq; ad eundem effectum inſtituta, nam contritio, confeſsio, & abſolutio, ad remiſsionem culpę, & ad remiſsionem pœnæ per ſe inſtituta eſt. Ita tamen, vt non ſemper totam pœnam auferat. At verò ſatisfactio ad remiſsionem ſolius pœnæ per ſe refertur: quia verò in genere moris eſt vnus integer effectus remiſsio culpæ, & pœnæ (eſt enim remiſsio peccatorum ſecundùm omnem modum) ideò ſacramentum Pœnitentiæ, etiam addita ſatisfactione, vnum integrum ſacramentum eſt.

Explicatur a ſimili Pœnitentiæ.

His accedit, quòd ſancti Patres, & Eccleſia Euchariſtiam ſæpe etiam appellant ſingulari nomine ſacramenti, vt in illa oratione feſti Corporis Chriſti. *Deus, qui nobis ſub Sacramento mirabili, &c.* neq; obſtat, quòd ſtatim in eadem oratione dicatur, *ita nos corporis, & ſanguinis tui ſacra myſteria &c.* nam etiam in plurali dicuntur ſacramenta, & myſteria ſpecies panis, & vini ob rationem, quam inferius dicemus. Præterea. Eugenius IIII. in decreto illo ſæpius allegato, & Concilium Trident. ſemper de hoc ſacramento loquitur, quaſi de vno.

Eugenius. Cõc. Trident.

Iam verò argumenta prioris ſententiæ diluenda ſunt: ad prius de ſumptum ex autoritate, reſpondent aliqui, Euchariſtiam latiori quidem ſignificatione dici ſacramẽta, propter plura ſigna, quæ ſimul concurrunt ad integritatem huius ſacramenti. Ratio autem ob quam, ea quæ, vt partes concurrunt in hoc ſacramento dicuntur ſacramenta, non autem, ea quæ concurrunt in alijs, peculiaris eſſe videtur, quia in alijs partes ſacramenti per ſe non ſignificant aliquid ſacrum, ſed cum alijs coniuncta; at verò in hoc ſacramento quælibet ſpecies per ſe aliquid ſacrum denotat. Hæc tamẽ ratio non videtur poſſe pro omnibus ſacramentis deſeruire, nam ſaltem in ſacramẽto Pœnitentiæ ſatisfactio aliquid per ſe ſignificat peculiari ratione, quã aliæ partes non ſignificant, nempe remiſsionẽ pœnę, quæ pertinet ad completam, & perfectam remiſsionem peccatorum. Potiſsima igitur, & peculiaris ratio ob quam Euchariſtia conſueuit dici ſacramenta eſt, quia ſacramentum duobus modis dicitur, vt notauimus 2. tomo huius 3. partis diſput. 128. capite. 5. nempe ſignum cuiuſcunque rei ſacræ ſiue ſanctificantis nos, ſiue non ſanctificãtis, & ſignũ rei ſacræ ſanctificãtis

Expediũtur argumenta prioris placiti.

nos,

nos, hoc est gratiæ: tum etiam sacramentum dici solet ipsamet res abscondita. qua ratione ipsam incarnationem mysterium, seu sacramentum appellamus. Cum igitur Patres vocant Eucharistiam sacramenta, non ita appellant ex significatione rei sacræ
9 sanctificantis nos, sic enim vnũ potius esset dicẽdũ sacramẽtum, cum vnam gratiam integræ refectionis, & conuiuij significet, sed dicuntur plura sacramenta communi illa significatione, quia denotant duas res sacras, nempe corpus, & sanguinẽ Christi: vel ipsę duæ res sacræ, & absconditę dicũtur sacramenta: iuxta ea, quæ notauimus.

Ad primũ respõsio. Ad priorem verò rationem allatam pro prædicta sententia respondeo, neq; illum, qui sumit solum species panis, sumere integrum sacramentum, neq; dum species illæ asseruantur integrum asseruari sacramentum. Et similiter consumptis speciebus panis, non manere in calice integrum sacramentum, neq; quidquam horum asserere absurdum esse, eo quod altera species non est integrum sacramentum, quia non est integrum conuiuium, quod est proprium huius sacramenti, dicitur tamen asseruari, aut manere sacramentum, asseruata, aut manente vna specie, & sumi etiam sumpta vna
10 specie. quia vna quæq; species est signum rei sacræ sanctificantis nos: ideo autem nõ est integrum sacramentum, quia non significat totam gratiam conuiuij, & refectionis spiritualis.

Ad secundum. Ad posteriorem verò rationem de forma & materia, significatione, & effectu huius sacramẽti, respõdeo nõ cõstare, sed perfici duplici forma, & duplici materia, nã, vt capite 5. disputationis præcedentis probauimus, hoc sacramentum non componitur ex materia, & forma, sed materia, & forma pro consecratione illius solùm assignatur, quòd dici solet in fieri. Adde quod licèt duplici materia, & forma constaret, eius tamen vnitas de sumenda esset ex significatione, & effectu. Quamuis autem species panis, & vini post consecrationem duo significent, & quãuis duo efficiant, nempe duas gratias, vt disput. 215. dicemus, tamen quia ex vtraq; gratia vna integratur refectio per modum spiritualis conuiuij, ideo merito vnũ est dicendum sacramentum, non plura, si de sacramento loquamur, prout à nobis definitũ est 2. tomo. disput. 128. cap. 3.

(?.)

Plures species panis, & plures species vini cõsecratas, esse plura sacramenta numero diuersa.

CAPVT. II.

Prima sẽtentia. DIXIMVS Hactenus de vnitate huius sacramẽti, quam vocant specificam, quod superest, disputemus de vnitate, & pluralitate, quã numericam appellant: de qua re pauci Scholastici disputarunt: referuntur nihilominus tres opiniones diuersę. Prima est vnitatem numericam huius sacramenti, non pendere ex physica continuatione, & vnione, sed ex morali, ita vt non solum dicatur vnũ numero sacramentum, quod physica continuatione vnum est, vt vna hostia cõsecrata, sed etiam plures partes eiusdem hostiæ diuisæ, vel plures hostiæ simul, quando nimirum sumuntur eadem sumptione, & permodum vnius, cum quis in eadem Missa consumit simul cum hostia, quam consecrauit, plures alias, quæ seruantur pro ęgrotis: hãc sententiam tradidisse videtur Sotus in 4. dist. 8. quæst. vnica art. 2. circa medium, & Ledesma in 1. parte quarti q. 14. art. 2. in tertia ratione suæ sententiæ: vbi ex sententia quam ipsi ibidem impugnãt agẽtes de vnitate specifica huius sacramenti, tanquã falsum inferunt, plures hostias consecratas, quando sumuntur permodum vnius, non esse vnum sacramentum. Idem clarius docet Sotus ibidem paulo inferius respondẽs ad quoddam argumentum. Ratio autem huius sententiæ, quam prędicti autores non confirmant, esse potest quia licet in eodem conuiuio plura fercula sumantur, vnũ conuiuium est: ergo licet plures hostię consecratæ sumantur, vnum sacramentum censeri debet.

II

Sotus.

Ledesma.

Secunda sẽtẽtia. Secunda sententia quam recentiores aliqui valde probabilem, & dignam tanto sacramẽto putant, est, non tantum esse vnum numero sacramentum plures hostias consecratas, quando ab eodem Sacerdote, aut fideli ita simul sumũtur, vt censeatur moraliter vnica sumptio, sed etiam vbicunq; consecrãtur, & à quibuscumq; sumuntur. Probant autem primum exillo 1. ad corint. 10. *Vnũ corpus sumus omnes, qui de eodem pane participamus.* Nam sicut Paulus intelligit omnes fideles esse vnum numero cor-

pus Eccleſiæ, ita ſignificat omnes vno numero ſacramento ſuſtentari, & ali. Deinde id probant ex Ambroſio in capit. 10. ad Hebræos, & refertur in Canone, *In Chriſto*, de conſecratione diſt. 2. vbi dicitur vnam eſſe hoſtiam, & non multas, quàm Chriſtus obtulit, & quàm omnes Sacerdotes offerunt: ergo ſicut eſt idem numero ſacrificium, quod attinet ad rem oblatam, erit etiam idem numero ſacramentum. Idem enim quod Eccleſia offert, vt ſacrificium, ſumit etiam, vt ſacramentum. Ratione verò confirmant. Primùm, quia ſi Verbum Diuinum aſſumeret duas humanitates, eſſet vnus homo; ergo Chriſti Corpus aſſumens duas ſpecies, ſub quibus ſacramentaliter conſtituitur, erit vnum ſacramentum. Præterea ſi plures hoſtiæ conſecratæ eſſent loco ſibi coniunctæ, aut propinquę, vt in eodem vaſe, eſſet vnum numero ſacramentum: neque enim cum ſeruantur pro ægrotis plures hoſtię conſecratæ, dicuntur plura ſacramenta; ergo ſimiliter, ſi eſſent loco maximè diſtinctę, eſſet etiã vnum ſacramentum: nam propinquitas loci parum ad vnitatem referre videtur.

D. Ambroſ.

Stabilitur ratione.

13

Mihi verò probatur tertia ſententia, nimirum plures ſpecies panis, & vini conſecratas eſſe plura numero ſacramenta. Dico autem plures ſpecies conſecratas, ſiue, quæ à diuerſis, ſiue quæ ab eodem ſimul Sacerdote conſecratæ ſint, ſiue ante conſecrationem fuerint diuiſę, & diuerſę, ſiue poſt cõſecrationem, ſiue à diuerſis, ſiue ab eodem ſimul ſumantur. Ratio verò eſt, quia licet vnitas ſacramenti ſpecifica, aut numerica, non ſit ſumenda ex vnitate phyſica rerum, quibus conſtat, vt capite præcedente probauimus, & ita ex pluribus rebus naturalibus concurrentibus per modum vnius fiat vnum ſpecie, & numero ſacramentum, tamen concurſus moralis plurium rerum ad conſtituendum vnum numero ſacramentum non eſt pro voluntate ſola cenſendus, ſed iudicari debet ex aliquo conſtituto, ex quo vnitas artificialis ſacramenti ſumi debet, ita vt tunc dicamus plura ad vnum concurrere, quando ex illis fit vnum in eo genere. Vnitas autem artificialis ſacramenti ſumenda eſt ex eo quòd eſt eſſentiale, aut ſubſtantiale ſacramento in genere ſuo; non autem ex aliquo accidẽtario, vt patet, at qui in pluribus ſpeciebus panis, & vini conſecratis eo modo, quo diximus, nihil eſt eſſentiale in genere ſacramenti, ex quo ſumatur vnitas, eſt autem eſſentiale aliquid, ex quo ſumatur pluralitas; ergo non vnum, ſed plura erunt ſacramenta.

Tertia ſententia, & probabilior.

Ratio.

Porrò autem nihil eſſe eſſentiale, vnde ſumi poſſit vnitas ſacramẽti, ſed potius pluralitas, probatur. Nã ſi aliquid eſſet, ex quo deſumi poſſit hæc vnitas, aut eſſet loci propinquitas, ſeu communicatio, vt quando in eadem pyxide plures ſpecies panis ſeruantur, hoc autem, quis non videat accidentarium eſſe, non eſſentiale ſacramento in genere ſuo: aut id eſſet, quod ex eadem hoſtia conſecrata plures partes diuiſæ eſſent, quando poſt diuiſionem reipſa ſunt plures ſpecies, hoc autem etiam eſt ſacramento valde accidentarium, ac proinde ad vnitatem illius, nihil omnino refert, ſi alias multitudo ſpecierum ſufficit ad multitudinem ſacramentorum. Adde etiam, quòd ſi ex hoc capite ſumenda eſſet vnitas ſacramenti, ſolùm in eo caſu cenſeretur vnum ſacramentũ, quando poſt conſecrationem vnius hoſtiæ, aut calicis plures particulę ſpecierum conſecratarum diuiderentur, non autem quando ante conſecrationem eſſent diuiſę, quòd etiã eſſet contra primam, & ſecundam opinionem; aut illud vnde ſumeretur vnitas, eſſet, quod per eandem numero formam ab eodẽ ſacerdote ſimul tempore plures hoſtię eſſent conſecratę, hoc autem eſt accidentarium ſacramento Euchariſtię, ac proinde nihil conferens ad vnitatem illius. Tùm quia, vt pręcedente diſputatione cap. 5. probauimus, forma conſecrationis non eſt pars eſſentialis, aut ſubſtantialis ſacramẽti, ſed cauſa rei efficiẽs. Tum etiam, quia in Baptiſmo, vbi forma eſt pars eſſentialis ſacramenti, eadem forma conſtituuntur plura ſacramenta, vt cum Sacerdos aſpergens plures, ſimul eodem fonte dicit, ego vos baptizo: aut denique id, vnde ſumeretur vnitas, eſſet vſus, & ſumptio huius ſacramenti, quia ſimul ſumerentur ſpecies, aut moraliter, vt cum in eadẽ Miſſa vna parũ poſt aliam ſumitur, aut quia phyſicè etiam ſimul tempore ſumerentur, & deglutirentur: hoc autem eſſe non poteſt cauſa vnitatis ſacramenti, quia vt oſtendimus ſupra diſput. præcedenti, cap. 3. ſumptio, & vſus Euchariſtię, neque eſt ſacramẽtum, nec pars eſſentialis ſacramenti. Nihil igitur eſſentiale, aut ſubſtantiale eſſe poteſt, ex quo hęc vnitas ſacramenti, quam aduerſarij defendere contendunt, deſumatur, nã ex eo quòd accidentarium eſt, eã non poſſe deſumi manifeſtè probatum manet. Porro autẽ vnitatem corporis, & ſanguinis Chriſti ſignificati per ſpecies nihil conferre ad vnitatẽ numericam ſacramenti, inferius patebit.

14

15

Cõtra verò aliquid eſſe eſſẽtiale, ex quo in eo caſu ſumatur pluralitas, ita vt plures ſpe-

ſpecies panis, & plures ſpecies vini, quomodo cunq; cõſiderẽtur plura numero ſacramẽta dicantur, manifeſta ratio conuincit, nam tota eſſentia ſacramenti nouæ legis conſiſtit in eo, vt ſignificet rem ſacram ſanctificantem homines, hoc eſt, gratiam iuſtificantem, et illam quam ſignificant, efficiant. Ergo vbi cumq; fuerint plura ſignificata, & effectus, erunt plures etiam ſignificationes, & cauſę, ac proinde plura ſacramenta: nam quamuis vna ſola cauſa permanens poſsit plures habere effectus, tamen vna cauſa, quæ ſui conſumptione operatur, quale eſt ſacramentum, vnum tantùm effectum habere poteſt. Nunc autẽ videamus, quomodo in pluribus ſpeciebus conſecratis ſint plures ſignificationes, & cauſæ.

36 Primum quidem patet eſſe plures ſignificationes. Nam vnaquęq; ſpecies conſecrata integram inſe habet ſignificationem propriæ refectionis, & gratiæ ſine communione alterius: vnaquęq; enim per ſe, aut cibus ſpiritualis eſt, aut potus ab alia diſtinctus: deinde plures eſſe rationes cauſæ in pluribus ſpeciebus patet, quia vnaquæq; illarum ſuam gratiam efficere poteſt, vna quidem in vno, & alia in alio, quod tamen vna ſpecies conſecrata minime facere poteſt: quod autem plures ſpecies conſecratæ, ſi ſimul ab eodem ſumantur, non efficiant

37 maiorem, aut plures gratias, ideo eſt, quia ſumptio eſt conditio ſine qua hoc ſacramẽtum non operatur, & ita per vnam ſumptionem plura Sacramenta ad vnum effectum limitãtur, quia tunc eſt vnica tãtum refectio, licet plura ſacramẽta ſumãtur: actualis autẽ ſumptio non eſt pars ſacramẽti, vt cap. 3. præcedentis diſput. probatum eſt, ſed hoc ſacramentum eſt ipſe cibus, & potus ſpiritualis in facto eſſe permanens, ſignificans ex ſe effectum refectionis ſpiritualis conuiuij.

Et ſanè licèt illæ omnes ſpecies, quæ ſimul ſumuntur, dici poſſent vnum ſacramẽtum, propter vnam ſumptionẽ, tamen ineptè ſatis omnes ſpecies, quæ in mũdo nunc ſunt conſecratæ, & ſeruantur, dicerentur vnum, & idẽ numero ſacramẽtum propter vnum corpus, & ſanguinem Chriſti, quem ſignificant; nam iuxta ea, quæ diximus 2. tomo diſputa. 128. cap. 3. ſacramentum non dicitur ex eo, quòd ſignificet quamlibet rẽ ſacram, ſed gratiam ſanctificantẽ homines. Parum igitur refert, quòd omnes ſpecies cõtineant idem corpus, & ſanguinem Chriſti, vt vnum ſacramentum dicantur.

Adde, quod licet ſpecies conſecratæ dicerentur ſacramentum, quia continerent, & ſignificarent corpus Chriſti, plures ſpecies, plura numero ſacramenta eſſent, eo quòd hoc modo ſpecies ſolæ ſine corpore Chriſti, eſſent ſacramenta, cum res ſignificata non ſit eſſentialis ſacramento, & licet eſſẽt vnũ ſignificatum, eſſẽt plura ſigna, idem ſignificantia.

Eneruantur aduerſariorũ fũdamenta

Iam verò argumenta aliarum opinionũ facilè diluentur. Ad rationem prioris ſentẽtiæ iam diximus, cum plures ſpecies ſimul ſumuntur, eſſe quidem vnum conuiuium ſpirituale, & vnam refectionem actualem, nihilominus ſumi multa ſacramenta numero diuerſa, quia ſacramentum hoc non conſiſtit in vſu, & actuali refectione conuiuij, ſed in cibo, & potu, qui præcedit refectionem, & ſignificat gratiam, vt diximus.

Ratio primę ſẽtẽtię

Explicatur Paulus

Ad teſtimonium Pauli allatum pro ſecunda ſententia, reſpondeo, ideo nos dici vnũ corpus myſticũ, qualis eſt reſpublica, quia de vno pane participamus, vno inquam pane, qui ratione contenti eſt vnus numero, quod tamen neceſſarium non eſſet ad rationẽ vnius corporis myſtici. Ex eo autẽ quòd ſpecies conſecratæ dicantur idem numero panis ſpiritualis ratione contenti, non licet inferre eſſe eundem numero panem ſpiritualem in ratione ſigni, & ſacramenti, cum nõ ſit idem numero ſignum, ſed ſatis eſt, vt dicatur idem panis ſpecie vt omnes, qui de illo participamus, dicamur vnum corpus myſticum.

Reſpõdetur Ambº

Ad alterum teſtimonium Ambroſij Reſpondetur, eum ibi ſolũ loqui de hoſtia, quæ offertur in ſacrificium incruentum. Hoſtia autem, non eſt ſpecies conſecrata, ſed Chriſtus, vt ſuo loco dicemus, & contendit vnũ tantum eſſe Chriſtum, qui offertur, non plures: de ſacramento autem in ratione ſacramenti nihil dicit. Porrò cum eſſentia ſacrificij pro actione offerendi, tota poſita ſit in cõſecratione, vt diſputatione 222. c. 5. oſtendemus, conficitur plane plures hoſtias ſimul conſecratas, ad vnum tantum ſacrificium pertinere, licet ſint plura numero ſacramenta, quia vna eſt actio conſecrandi ex parte miniſtri, quæ eſt eſſentia ſacrificij, ad eſſentiam tamen ſacramenti non pertinet, cum tota ſit permanẽs, & in ſpeciebus conſecratis conſiſtat, vt diximus.

Satisfit rationibus ſecũdæ ſẽtentiæ

Ad priorem rationem pro eadem opinione dico, in eo caſu quo verbum aſſumeret duas humanitates, fore duos homines ſecundùm probabilem opinionem, vt prima part. diſputa. 155. cap. 4. monſtrauimus & ita in præſenti eo argumento contra nos nihil probari. Adde etiam,

licèt in eo caſu non eſſent duo homines, ſed vnus, minime fore, vt inde colligi poſſet vnum corpus Chriſti ſub ſpeciebus numero diuerſis eſſe idem ſacramentum. Nam ſi in eo caſu eſſet vnus homo, ideò eſſet, quia homo denotaret ſuppoſitũ, vel ſaltem multitudo ſuppoſiti ad multitudinem concreti naturæ requireretur: in præſenti autem alia eſt ratio, nam cum eſſentia ſacramenti conſiſtat in ſigno, & ſint plura ſigna, erunt plura numero ſacramenta. Ad poſteriorem rationem reſpondeo plura eſſe numero ſacramẽta, ſiue ſpecies plures ſimul in eodem vaſe propinquę ſint, ſiue diſtãtes, nã cõmunicatio in loco, ſicut eſt extra eſſentiam ſacramenti, ita etiam nihil ad illius vnitatem, aut multitudinem referre poteſt, ſed aliunde, vt diximus, deſumenda eſt.

Ad poſteriorem.

ARTICVLVS III.

Vtrum Euchariſtia ſit de neceſſitate ſalutis.

CONCLVSIO eſt. *Perceptio Baptiſmi eſt neceſſaria ad inchoandam ſpiritualem vitam, perceptio autem Euchariſtiæ eſt neceſſaria ad conſummandam ipſam, non ad hoc, quod ſimpliciter habeatur, ſed ſufficit eam habere in voto, ſicut, & finis habetur in deſiderio, & intentione.* Hæc eſt cõcluſio articuli verbis ipſius S. Thomæ expreſſa, quæ ſanè difficilis eſt, ſicut etiam tota litera articuli; quia tamen in diſputatione ſequente mẽtem illius elucidare conabimur, ideò nunc explicatio neliteræ huius articuli ſuperſedere opere pretium iudicaui.

An Sacramentum Euchariſtiæ ſit neceſſarium medium ad æternam beatitudinem, & ſalutem. Diſput. 169.

Status controuerſiæ. Cap. 1.

Hoc Sacramentum eſſe neceſſarium neceſſitate, non ſolùm præcepti, ſed etiam finis, ſeu medij aliqui ſcholaſtici non eodem modò exiſtimarunt. Cap. 2.

Hoc Sacramentum ſolùm eſſe neceſſarium ad ſalutem neceſſitate præcepti alij multò probabilius aſtruunt. Cap. 3.

Diluuntur argumenta primæ opinionis. Caput 4.

Status controuerſiæ.

CAP. I.

INTER eã, quæ neceſſaria dicũtur eſſe ad ſalutem, duo genera neceſſariorum à recẽtioribus ſcholaſticis, & antiquis ſolent diſtingui. Et quãuis antiquiores de hac re ex Profeſſo non tractauerint, tamen ex S. Thoma, & Gabriele, Durando, & Paludano prædicta diſtinctio non obſcure colligitur, vt inferius videbimus: ergo quædam dicuntur neceſſaria ad ſalutem neceſſitate medij, remedij, ſeu finis: quædam autem neceſſitate præcepti. Interdum autem accidere ſolet, vt vtraque neceſſitas in eadem re cõcurrat: diuerſa tamen ratione, vt inferius explicabitur; Doctores tamen, qui vtrumque genus neceſſitatis conantur explicare, non conueniunt inter ſe. Huius diſtinctionis mẽtionem faciunt Durandus in 4. diſtinct. 9. quæſt. 2. num. 6. & Paludanus eadem diſtinctione, quæſt. 1. num. 7. & ſequẽtibus, Canus relectione de ſacramento Pœnitentiæ, poſt 3. concluſionem. §. *Ex his colligere*. Dominicus Sotus in 4. diſt. 2. quæſt. 6. art. 4. & diſt. 5. quæſt. vnica, artic. 1. & diſt. 8. quæſt. vnica, artic. 3. & diſt. 14. quæſt. 1. articul. 5. qui neceſſarium neceſſitate medij vocãt neceſſarium neceſſitate finis, ſicut etiam Sanctus Thomas, Petrus Sotus, lib. de inſtitutione Sacerdotum, lectione 8. de Euchariſtia, & lectione 5. de Baptiſmo, vbi alteram neceſſitatem appellat non neceſſitatem medij, ſed remedij, & recentiores demũ Theologi in hoc articulo, & in materia de Baptiſmo, & de Pœnitentia.

I

Quotuplex ſit neceſſitas.

Durand. Paludanus.

Canus.

Dominicus Sotus.

S. Thomas. Petrus Sotus.

In explicanda tamen differentia inter vtrũque genus neceſſitatis variant, vt dixi. Canus loco citato inquit bifariam aliquid eſſe ad ſalutem neceſſarium. Primùm, quia præceptum eſt, vt innocentem à morte liberare, ſeruare iuramenta, &c. Deinde, quia medium eſt ad ſalutem, ita vt ſi in præcepto ſit, ideo præcipiatur, quia medium eſt, qualem dicit eſſe fidem, Baptiſmum, & Sacramentum Confeſsionis, diſcrimen autẽ aſsignat hoc pacto, quia illud, quod eſt neceſſarium, vt medium, ſeu neceſsitate finis, non poteſt vllo modo ſuppleri, niſi ſaltem explicito deſide-

2 Neceſsitatem medij & præcepti, qua ratione diſtinguat Canus.

deſiderio, & voto ipſius, quando illius copia non habetur. Quod verò eſt neceſſariũ neceſsitate ſcla præcepti, & obſeruari non poteſt, non poſtulat ſuppleri per explicitũ votum, & deſiderium.

Refutatur Canus.

Hæc tamen ſententia facilè refelli poteſt, nam vt vidimus ſecundo tomo, diſput. 149. cap. 3. Baptiſmus eſt neceſſarius neceſsitate medij, & tamen ſine voto explicito illius ſaluari poteſt, qui ignorat illud inuincibiliter; idem de ſacramento confeſsionis dicemus in tractatu de Pœnitentia. Quod verò nonnulli recentiores addunt, hanc ſententiam Cani ſaltem, ita veram eſſe, vt neceſſe ſit votum explicitum in eo, qui habet ſcientiam illius, & reipſa illud habere non poteſt, eodem modo refellendum eſt. Quia vt loco citato dicemus, non eſt neceſſarium votum expreſſum clauium, etiam in eo, qui non ignorat remedium illarum. Idemque de Baptiſmo dicemus in ea diſputione. 149. cap. 3.

Impugnãtur alia in prædicta ſententia.

3 Recentiorum diſcrimen.

Alij verò recentiores exiſtimantes in prædictis caſibus ſufficere votum implicitum, dixerunt illud eſſe neceſſarium neceſsitate medij, ſine quo in re, vel in voto ſaltem implicito vitã æternã obtineri non poteſt. Ita vt votum implicitum ex ordine ad tale medium, virtutem habeat perducẽdi ad vitam æternam. Exemplum autem adhibent ſacramenti Pœnitentiæ, ſine quo in re, vel in voto implicito, quod eſt in contritione, nemo poteſt regnum cœlorum obtinere: ita vt ipſa contritio hanc habeat virtutem ex ordine, quẽ habet ad claues, & ad ipſum ſacramentum in re, cuius vices ſupplet, cum non poteſt haberi copia ipſius ſacramenti. Ex quo etiam inferunt illud, quod eſt neceſſarium neceſsitate medij; ſeu finis, non ideò eſſe neceſſarium, quia præceptum ſit, ſed potiùs ideo præceptum ſit, quia neceſſariũ; contra verò neceſſarium neceſsitate præcepti eſt ſolùm neceſſarium, quia præceptum eſt.

5

Explodi-tur prædictum diſcrimen.

Hic etiam modus philoſophandi manifeſta ratione confutari poteſt. Primùm, quia quodlibet præceptum rei notabilis eſt huiuſmodi, vt niſi reipſa, vel voto obſeruetur, nemo poſsit regnum cœlorum adipiſci. Nã ſi illud ſciat, & ad illud attendat, non poterit conſequi æternam vitam, niſi obſeruet illud, quando occurrit. Si autem illud ignoret, aut ad illud non attendat, ſaltem ſine voto illius implicito, quod includitur in qualibet iuſtificatione non poterit ſaluari, ac proinde quælibet res poſita in præcepto erit neceſsaria neceſsitate medij, quia eſt neceſſaria in re, aut in voto ſaltem implicito: aut ſaltem hactenus non ſatis explicatum eſt, quid ſit neceſſarium neceſsitate medij, quod diſtinguatur à neceſſario neceſsitate præcepti. Deinde falſum eſt, quod aſſerunt prædicti Theologi, contritionem habere vim iuſtificandi ex ordine, & reſpectu, quẽ includit ad claues, quaſi ex ipſo ſacramento reipſa à Chriſto inſtituto deriuata fuerit aliqua virtus in contritionem, vt ſupplens vices illius iuſtificare poſsit.

4

Poſtremò denique falſum etiam eſt, quod dicunt omne, quod eſt neceſſarium neceſsitate medij, non ideo eſſe neceſſarium, quia præceptum ſit, ſed potius contra, ideo præceptũ, quia ex ſe neceſſarium. Nam ſi ſacramentum Confeſsionis non præciperetur, non eſſet neceſſarium neceſsitate medij, neque in re, neque in voto, etiam ſi inſtitutum eſſet pro remiſsione mortalium, ſicut reuera inſtitutũ eſt. Quamuis enim eſſet remedium contra mortalia, quia tamen liberum eſſet vnicuique illud accipere, recte poſſet æternam conſequi ſalutem ſine illo, & ſine voto illius. Nam votum illius non includeretur in contritione, ecquòd in ea non includitur votum conſiliorum, & ita quiſque iuſtificari poſſet cùm ſola contritione, etiam ſi expreſſe vellet nunquam confiteri, & ita occurrente occaſsione poſſet, ſi vellet non cõfiteri: ſicut nunc etiam ſacramentum Pœnitentiæ quod eſt remedium contra venialia, non eſt neceſsarium neceſsitate medij in re, vel in voto, vt iuſtificentur à venialibus: quia ad hunc effectum poſſumus illud omnino, & quouis tempore omittere.

5

Improbatur Durandus. *Paludanus. Gabriel.*

Hoc eodem modo refelli poteſt ſententia Durandi, quem ſequuntur Paludanus, & Gabriel, diſtinguunt enim duplex illud genus neceſſarij ad ſalutem hoc modo, vt quædam dicantur neceſſaria ratione ſui, quædam autem ratione præcepti, & ea videntur dicere neceſſaria ratione ſui, quæ ſunt neceſſaria neceſsitate finis, ſeu medij, inter quæ connumerant ſacramentum Pœnitentiæ, & Baptiſmi. Refelli igitur eodem modo poteſt: nam ſi ſacramentum Pœnitentiæ aliquo modo eſt neceſſarium neceſsitate medij, ideo eſt, quia poſitum fuit in præcepto, vt proximè dicebamus, alioquin non eſſet neceſſarium ratione medij, ſeu finis, imò neque vllo modo.

Dominici Soti opin.

Dominicus Sotus diſt. il. a inquit illud eſſe neceſſarium neceſsitate medij, ſeu finis, ſine quo nemo gratiam conſequi poteſt, etiam ſi non ſit in præcepto, nec alio modo ipſe diſtinguit hoc genus neceſſarij à neceſ-

ſario, quòd eſt præcepti. Subdit tamen in eodem articulo §. *Secundo arguitur.* Regulam quandam ad dignoſcendũ ea, quæ ſunt neceſſaria neceſsitate medij, in hũc modũ. *Si poſtquam homo iam eſt in gratia conſtitutus, non amplius ad tale opus tenetur, deſendi poteſt non fuiſſe neceſſarium, niſi neceſsitate finis.* Affert exemplum contritionis, quam non eſt

6 neceſſe iterum habere, poſtquam quis iuſtificatus eſt, ex quo colligitur nõ fuiſſe neceſſariam, niſi neceſsitate medij.

Repellitur Verùm Dominicus Sotus hoc modo philoſophandi non explicat exactè, in quo cõſiſtat neceſsitas medij, ſeu finis, nam quamuis aliqua ſint neceſſaria neceſsitate medij, quæ non ſunt neceſſaria neceſsitate præcepti, qualia ſunt auxilia gratiæ pręuenientia, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, tamen alia etiam ſunt neceſſaria neceſsitate finis, & medij, quæ ſunt neceſſaria ſimul neceſsitate præcepti. Fides enim vtroq; modo neceſſaria eſt, vt inferius patebit, Sotus autem non diſtinguit vtramque neceſsitatem, quãdo in eodem actu ſimul concurrit. Deinde regula, quàm aſsignat vera non eſt, quia ex illa ſequitur nullum eſſe præceptum contritionis ſed eã ſolùm eſſe neceſſaria neceſsitate finis, ſeu medij, quia poſt iuſtificationem nullus iure aliquo tenetur ad habendã iterum contritionem, vt patet. Id autem quòd ſequitur falſum eſt: nam vt diſputatio. 152. cap. 2. oſtendimus, præceptum aliquod cõtritionis eſt ſaltem, vt per eam iuſtificemur, quando alia via iuſtificationem obtinere non poſſumus. Ita vt ſi illam non habeamus nõ ſolùm damnemur, quia non fuimus iuſtificati, ſed etiam peculiare peccatum omiſsionis nobis imputatur, quia contritionem non habuimus.

7 Denique Petrus Sotus lectione illa de Baptiſmo §. *de ſecundo* neceſſarium medium,

Petri Soti placitum. quòd ipſe rectè appellat remedium, inquit eſſe illud, quòd neceſſarium eſt etiam ijs, quibus vel annuntiari non poteſt, vel certè non eſt annuntiatum, ſicut paruulis, & ijs etiam, qui non audierunt Euangelium, ac ſi diceret, tale eſt, ſine quo nõ poteſt alicui ſalus contingere: etiam ſi illud inuincibiliter ignoret. Verùm quamuis regari non poſsit, omne illud, quod eſt ſimpliciter medium, re ipſa ita eſſe neceſſarium, vt nulla ignorãtia illius excuſare aliquem poſsit ab hac neceſsitate, tamen non ſatis hoc modo explicatur formalis ratio medij neceſſarij, quatenus diſtinguitur à neceſſario ex præcepto. Tum etiam cùm cõtingat, vt aliquid dicatur medium in re, vel in voto nõ explicito, ſed implicito, quod quidem reperitur in ignorãtibus, hoc pacto non ſatis intelligitur, quænam ſit ratio medij in vniuerſum.

Diminutè explicat neceſsitatem medij.

Prima obſeruatio pro vera ſententia. Vt igitur diſtinctionem prædictam intelligamus, & ſtatum præſentis controuerſiæ melius explicemus, notandum eſt. Primùm cum hic agimus de neceſsitate medij, ſeu finis, & dicimus aliquid eſſe neceſſarium neceſsitate finis, ſeu medij, non eſſe intelligendum neceſſarium abſolutè, & ſecundùm ſe, ſed relatè; nempe ad conſequendam æternã ſalutem, quàm habemus, vt finem nobis propoſitam. Inquirimus igitur, vtùm aliquid ſit neceſſarium ad conſequendam vitam æternam, ita vt ſine illo eam conſequi nullus poſsit. Deinde notandum eſt præceptorum obſeruationem neceſſariam eſſe ad hunc finem, vt manifeſtum eſt, & ita aliquam habere rationem medij. Loquor autem de præceptis obligantibus tranſgreſſores ſub reatu mortalis peccati. Nihilominus non omnẽ obſeruationem præcepti dicendam eſſe neceſſariam ad prædictum finem neceſsitate medij, ſeu finis, ſeu remedij, vt ſcholaſtici allegati loquuntur: quia conſequendæ beatitudini diuerſo modo comparantur obſeruatio præcepti neceſſaria, & id quod dicitur neceſſarium neceſsitate medij, ſeu remedij, ſeu finis. Aliter enim concurrit obſeruatio præceptorum ad conſequendam æternam beatitudinem, & illa, quæ communiter dicuntur media; nam obſeruatio præceptorum negatiuè ſolùm neceſſaria eſt ad ſalutem ſimpliciter, ne ſcilicet per tranſgreſsionem præcepti impedimentum aliquod opponamus ſaluti noſtræ, & iuſtificationi, & eam amittamus. Non autem poſitiuè, quia ipſa obſeruatio præceptorum, non eſt neceſſaria poſitiuè ad conſequendum iuſtificationem, per quam ſolam ſalutem conſequimur, neque enim obſeruatio cuiuſcumque præcepti eſt neceſſaria, vt poſitiuè conferat nobis iuſtificationem, licèt maximè ad eam impetrandã iuuet, & diſponat, & neceſſaria ſit ad augmentum gratiæ, & ſalutis, quòd per bona opera adipiſcamur, & ne iuſtificationi impedimentum apponamus. Eſt igitur obſeruatio præcepti medium aliquo modo neceſſarium ad ſalutem, nempè negatiuè. Et ideò non dicitur medium abſolutè, ſeu remediũ abſolutè: at verò ſunt alia, quæ nos iuſtificant, & auferunt à nobis peccata poſitiuè, vt ſacramenta, & contritio, & hæc dicuntur media alio modo, ſeu, vt rectè dixit Petrus Sotus remedia. Neque enim obſeruatio cuiuſuis præcepti, dici poteſt remediũ noſtræ ſalutis, licet medium aliquo modo dici

8

poſsit

Doctrina valde obſeruanda.

poſsit ad noſtram ſalutem. Et quamuis interdum contingat, vt eadem res, quæ dicitur medium hoc poſteriori modo, videlicet poſitiue, ſit etiam præcepta, vt cõtritio, ſeu ſacramentum ipſum, duo tamen in tali opere conſiderare poſſumus, quatenus ad duo deſeruit; alterũ quidem, quatenus tale opus exhibitum eſt cauſa, ne committamus peccatum, & ita ſalutem noſtram æternam amittamus, ſeu impediamus, alterum quatenus tale opus eſt nobis remedium contra peccata cõmiſſa, vt iuſtificemur, quia poſitiuè eſt cauſa noſtræ ſalutis. Prior ratio eſt præcepti, poſterior autem eſt ſolius medij, aut remedij. Quod ſi opus conducens ad iuſtificationem, poſitiuè non fuerit in noſtra poteſtate, qualis eſt primus motus intellectus, & voluntatis, non deliberatus, pertinẽs ad gratiam præuenientem, iuxta notata 1.2. diſp. 185. cap. 9. illud ſanè erit medium, ſeu remedium noſtræ iuſtificationis, non autem præceptum, quòd ſi fuerit neceſſarium, dicetur neceſsitate medij, ſeu remedij, ſeu finis neceſſarium, non autem neceſsitate præcepti.

diſcrimen verùneceſſitatis medij, & præcepti.

Iam verò manifeſtè conſtare poteſt, quid vocetur neceſſarium ad ſalutem neceſsitate medij: quid verò neceſsitate præcepti, nam illud, in quo eſt ſola obſeruatio præcepti, & neceſſariò confert ad ſalutem negatiuè, hoc eſt, neceſſarium eſt, ne impediatur, aut amittatur iuſtificatio, & ſalus noſtra, dicitur ſolùm neceſſarium neceſsitate præcepti, quod autem confert neceſſario ad ſalutem, & remiſsionem peccatorũ mortalium poſitiuè, ita vt ſine illo ſalutè conſequi non poſsimus, dicitur neceſſarium neceſsitate medij, ſeu remedij, ſeu finis. Vt autem alter utro modo dicatur neceſſarium, tale eſſe debet, vt ſine ipſo ſalus obtineri non poſsit, quamuis interdum ipſum ſolùm non ſufficiat.

10

Enodatur ſtatus quæſtionis.

Ex ijs verò ſtatus præſentis controuerſiæ manifeſtè liquet. Nam cùm Euchariſtia poſſet eſſe nobis vtroque modo neceſſaria, ſicut de Pœnitentia dicemus, & neceſsitate præcepti, & medij, nunc ſolùm controuerſia eſt de neceſsitate medij, nam de præcepto illius, ac proinde de neceſsitate præcepti, quàm habet, inferius agemus diſput. 214. neque verò hic ſenſus cõtrouerſiæ alienus eſt à mente S. Thomæ: nam cùm ipſe inferius q. 80. art. 1. agat de præcepto huius ſacramenti, conſequitur in hoc articulo ſolùm diſputaſſe de neceſsitate medij, quatenus à neceſsitate præcepti diſtinguitur, vt etiam ex ijs, quæ inferius dicemus manifeſtum erit. Obſeruandum præterea eſt neceſsitatem, quam hactenus dixi nos eſſe medij, ſeu finis, aliquando denotari à S. Thoma per neceſsitatem ſalutis, vt in præſenti articulo aliquando etiam ſignificari per neceſsitatem finis. S. Thomas.

Hoc ſacramentum eſſe neceſſarium neceſsitate non ſolum præcepti, ſed etiam finis, ſeu medij, aliqui ſcholaſtici non eodem modo exiſtimarunt.

CAP. II.

Prima ſententia.

INTER eos, qui de hac re diſputarũt, tres ſolùm inuenio opiniones. Prima eſt quorundam recentiorum, qui cenſent hoc ſacramentum eodem modo eſſe adultis neceſſarium neceſsitate medij, ſeu remedij ſicut eſt Baptiſmus, vt ſine illo in re vel in voto ſuſcepto, nemo poſsit conſequi æternam ſalutem; addunt tamen votum huius ſacramenti, quod dicunt eſſe neceſſarium, non debere eſſe explicitum, ſed ſufficere implicitum, nempè in contritione aut ſacramento Baptiſmi, vel Pœnitentiæ, putant autem hanc fuiſſe mentem S. Thomæ vbicunq; de hac re mentionem fecit. atq; adeo eius autoritate primùm illam confirmant. Nam in hoc articulo, comparans Euchariſtiam cum Baptiſmo, inquit, non eſſe eodem modo neceſſariam, quo eſt Baptiſmus: diſcrimen autem in eo ſolùm conſtituit, quod Baptiſmus neceſſarius eſt ad inchoandam vitam ſpiritualem, at vero Euchariſtia ad eam conſummandam, non quidem, ita vt ſimpliciter, hoc eſt re ipſa habeatur, ſed ita, vt ſaltem habeatur in voto, ſicut finis habetur in deſiderio, & intentione. Hæc docet S. Doctor, at qui Baptiſmus ita eſt neceſſarius neceſsitate ſalutis vt non ſit opus illum habere re ipſa, ſed ſufficiat in voto, vt dicatur neceſſarius in re, vel in voto: hoc autem ipſum Euchariſtiæ concedere videtur S. Thomas, ergo hoc ſacramentum dicendum eſt neceſsarium neceſsitate finis ſicut dicitur Baptiſmus. & infra q. 80. art. 11. exeo, quod ſit neceſſarium votum huius ſacramenti neceſsitate ſalutis, vt dictum eſt in hoc articulo, colligit obligationem eſſe percipiendi hoc ſacramentum, cùm adeſt opportunitas, obligationem, inquam, non S. Thomæ. 11

non ſolùm Eccleſiaſtici, ſed etiã diuini præcepti, ſi autem non eſſet hoc ſacramentum neceſſarium, vt medium in re, vel in voto, ſed tantùm neceſsitate præcepti, perperam ex eius voto colligeret S. Doctor neceſsitatem præcepti, quia votum illius eſſet tale, quale eſſe debet cuiuſcumque alterius præcepti, ex tali autem voto, non rectè colligitur neceſsitas præcepti, ſed ſupponitur: & in ſolutione ſecunda illud, quod diximus de comparatione Baptiſmi, & Euchariſtiæ, manifeſtè expreſsit his verbis. *Ad ſecundùm dicendum, quod hoc ſacramentum dicitur, non eſſe neceſſitatis, ſicut Baptiſmus, quantùm ad pueros, quibus poteſt eſſe ſalus ſine hoc ſacramento, non autem ſine ſacramento Baptiſmi, quantùm verò ad adultos, vtrumque eſt neceſſitatis.* Vbi videtur loqui de neceſsitate medij, non præcepti, alioquì non dixiſſet pueris eſſe neceſſarium Baptiſmum, non autem hoc ſacramentum, quia hoc modo neutrum eſt neceſſariũ. Eodem modo videtur loquutus in 4. diſt. 8. q. 1. artic. 2. q. 1. & in diſt. 12. q. 3. artic. 2. q. 1. ad 1. Deinde eandem ſententiam probant teſtimonijs Scripturæ, & Patrum, nam Scriptura vbicumque huius ſacramenti mentionem facit, ei tribuit vitam ſpiritualem. *Ego ſum panis vitæ*; & iterũ, *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum*: & rurſus, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. non habebitis vitam in vobis, &c.* Ioan. 6. *Nam habere vitam ſpiritualem in Chriſto, & viuere in æternum*, ſunt neceſſaria neceſsitate medij: ergo, & hoc ſacramentum, cui tribuitur hic effectus, erit eodem modo neceſſarium. Accedit, quod exemplum, quo vſus eſt Chriſtus eodem capite, hoc neceſsitatis genus aperte indicat. *Sicut* (inquit) *miſit me viuẽs Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, viuet propter me.* Vt enim apta ſit comparatio, opus eſt, vt eodem genere neceſsitatis, quo Filius viuit propter Patrem, & nos etiam viuamus propter Chriſtum: atqui manifeſtum eſt filium, nullo alio modo poſſe viuere, niſi propter Patrem: ergo neque nos niſi propter Chriſtum, quod eſt neceſſarium neceſsitate medij. Adde, quod ſi hic ſolùm ageret Chriſtus de neceſsitate præcepti, id, quod de ſua carne dixit, dicere potuiſſet de quouis alio præcepto, quod credendum non eſt.

12 Confirmatur.

Probatur ex ſcripturis, & Patribus.

Ioann. 6.

13

Cyrillus.

Ex Patribus verò Cyrillus Alexandrinus, lib. 10. in Ioannem, cap. 13. ita loquitur. *Nõ poterat aliter corruptibilis hæc natura corporis, ad immortalitatem, & vitam traduci, niſi naturalis vitæ corpus ei coniungeretur, non credis mihi hæc dicenti, Chriſto fidem præbe, niſi manducaueritis, &c.* quibus verbis docet Cyrillus reſurrectionem eſſe effectum huius ſacramẽti, & ſolùm virtute illius obtineri poſſe, idẽ docere videtur lib. 4. in Ioannem, cap. 13. 14. 15. Gregorius etiam Nyſſenus in oratione de Euchariſtia docet non aliter poſſe nos conſequi immortalitatem, niſi per coniunctionem cùm immortali corpore Chriſti, Idem inquit autor ſermonis de cœna Domini: apud Cyprianum: & Ignatius in Epiſtola ad Epheſios, ideoque aſſerunt in Concilio Tridentino, ſeſsione. 13. cap. 2. hoc Sacramentum vocari pignus æternæ gloriæ.

Gregor. Nyſ.

Pſeudo Cyprianus.

Ignatius.

Conc. Trid.

Poſtremò ratione probatur eadem opinio. Primum, quia credibile non eſt aliqua alia ſacramenta, ita eſſe à Chriſto inſtituta, vt quædam illorum ſint, non ſolùm neceſſaria neceſsitate præcepti, ſed etiam medij; hoc autem præſtantiſsimum, omniumque excellẽtiſsimum ſacramentum, ita inſtitutum fuiſſe, vt ſolùm eſſet neceſſarium neceſsitate præcepti, qua multa etiam alia opera virtutum neceſſaria ſunt. Deinde, quia hoc ſacramentum inſtitutum fuit per modum cibi ad ſuſtentationem vitæ ſpiritualis; cibus autem neceſſarius eſt neceſsitate medij; ergo, & hoc ſacramentum. Quod ſi quis dicat cum Durando, ſpiritualem cibum comparatum cum vita ſpirituali, non eſſe eiuſdem rationis cùm cibo corporali comparato cum vita corporali; eo quòd vita ſpiritualis, non ſolo hoc cibo ſpirituali, ſed alio modo ex diuina gratia cõſeruari poſsit, at verò vita corporalis ſine cibo corporali nequeat. Eadem ratione dicere quis poſſet, neque Baptiſmũ, neque ſacramentum Pœnitentiæ eſſe neceſſarium neceſsitate medij, quia effectus illorum alia via, nempe per contritionem obtineri poteſt, cùm igitur, licet effectus horum ſacramentorum alia via obtineri poſsint, nihilominus dicuntur neceſſaria neceſsitate medij in re, vel in voto, quia inſtituta ſunt ad primam gratiam, quæ eſt neceſſaria ad ſalutem æternam, conficitur etiam hoc ſacramentum eſſe hoc modo neceſſarium ad conſeruandam vitam gratiæ per modum alimẽti, nempe in re, vel in voto, licet hæc conſeruatio alia via poſsit haberi, quàm neceſsitatem indicauit Dominus, cùm eodem modo de Euchariſtia loquitur Ioannis cap. 6. *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, &c. non habebitis vitam in vobis*, quo loquutus fuerat de Baptiſmo, Ioannis 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt introire in Regnum Dei.* Poſtremò eadem opinio confirmatur, quia non minus neceſſaria eſt ad ſalutem perſeuerantia in gratia, quàm primo

14

Præoccupatur Durandus.

Ioannis 6.

Ioannis 3.

ma ipſa gratia. Cùm igitur ſacramentum Bă
15 ptiſmi, & Pœnitentiæ dicantur neceſſaria neceſsitate ſalutis, quia ſunt neceſſariæ cauſæ primæ gratiæ, eadem ratione ſacramentum hoc erit neceſſarium hoc genere neceſſitatis, quia vt proprius effectus ei tribuitur perſeuerantia. Porrò autem effectum huius ſacramenti eſſe perſeuerantiam, docet Sanctus Thomas 4. contra gent. cap. 61. imò & Concilium Tridentinum ſeſsione 13. cap.
S. Thomas. Conc. Trid. 2. cùm ait. *Chriſtũ voluiſſe ſummũ hoc ſacramentum, tanquam ſpiritualem cibum animarũ, & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſeruemur*, & quamuis hic effectus, nempe perſeuerantia, non ſemper concedatur ſumentibus dignè Euchariſtiam, vt patet, & autores huius ſententiæ fatentur, tamen hoc certum eſſe inquiunt, nunquam dari perſeuerãtiam alicui, niſi virtute Euchariſtiæ; ſacramentum autem Baptiſmi, & Pœnitentiæ, non ſufficere ad perſeuerantiam probant, quia vtrique ſolùm prima gratia, vt effectus aſſignatur.

Corollarium prædicti placiti. Hinc etiam colligitur hoc ſacramentum eſſe quoque neceſſarium paruulis neceſsitate medij, quamuis non eodẽ modo, quo eſt Baptiſmus: hic enim eſt neceſſarius in re, at verò Euchariſtia in voto, non dicunt in re, vel in voto, ſed in voto, quod aſſerunt virtute includi in ipſo Baptiſmo. Et huic voto, tanquam effectum proprium adſcribunt præmaturam mortem paruuli, qua completur eius perſeuerantia, & prædeſtinatio.

Secunda ſententia. Caietanus. Dominicus Soto. Altera opinio, me quidem iudice eſt Caietan. in hoc articul. §. *Aduerte hic*, & Dominici Soti in 4. diſt. 8. q. vnic. artic. 3. vbi de hac re ex profeſſo diſputat. & diſt. 1. q. 6. artic. 4, qui dicunt hoc ſacramentum nõ eſſe neceſſarium ad ſalutem neceſsitate medij, ſeu finis, de qua loquimur, eo modo, quo eſt Baptiſmus, ſed alio modo. Nã Baptiſmus per ſe eſt neceſſarius in re ipſa, eo quòd eſt principium vitæ: principium autem vitæ ſecundum ordinem generationis, debet eſſe ſecundum rem: eoquòd eſt cauſa efficiens illius, per accidens verò, quia non adeſt copia talis ſacramenti, ſuppletur per votum, & ita eſt neceſſarium in re, vel in voto: at verò
16 Euchariſtia, quia eſt finis, & conſummatio vitæ ſpiritualis per ſe ſufficit in voto, eo quòd finis operatur in intentione, & non re ipſa. Porrò autem, ex eo quòd ſacramentũ Euchariſtiæ per ſe ſit neceſſariũ tãtùm in voto, Baptiſmus autem in re oritur, inquit Sotus, vt Baptiſmus habita opportunitate, & occaſione illius differri non poſsit: cõtrà verò Euchariſtia differri queat. Hãc ſententiam nullo fundamento ipſi confirmant, ſed ea ſolùm ratione eam pronuntiant, vt interpretentur mentem Sancti Thomæ, qui docere videtur in hoc articulo hoc ſacramentum eſſe neceſſarium neceſsitate medij, ſeu finis. S. Thomas.

Hoc Sacramentum ſolum eſſe neceſſarium ad ſalutem neceſsitate præcepti, alij multo probabilius adſtruunt.

CAP. III.

Vera ſententia. TERTIA Sententia multõ probabilior, & magis communis eſt, hoc ſacramentum ſolùm eſſe neceſſarium ex præcepto, ſicut reliqua, quę nobis præcepta ſunt, nõ autem
17 neceſsitate medij, ſicut ſacramentum Baptiſmi, & Pœnitentiæ dicitur eſſe. Ita debent aſſerere Alexand. in 4. q. 11. mẽb. 2. artic. 4. §. 2. verſiculo, *Conſequenter quæritur de neceſſitate*. Bonauent. in 4. diſt. 12. par. 2. artic. 2. q. 1. eo quòd dicant hoc ſacramentum non eſſe neceſſarium ex ſui inſtitutione, ſed ſolùm ex præcepto, intelligunt autem eccleſiaſticum ſolum præceptum, nam Bonauent. in ſolutione primi, & Alexan. in ſolutione vltimi, explicant illud Ioannis 6. *Niſi manducaueritis, &c.* de manducatione ſolũ ſpirituali, ac proinde negant præceptum diuinum huius ſacramenti. Quocirca cum Sanctus Thomas in 4. diſt. 9. articul. 1. quæſt. 2. & diſt. 12. quæſt. 3. artic. 2. quæſt. 1. cenſeat nullum eſſe præceptum diuinum huius ſacramenti, ſed tantum eccleſiaſticum, non potuit tunc exiſtimare, vt recentiores illi contendunt, hoc ſacramentum eſſe neceſſarium neceſsitate finis, ſeu medij: ex ijs verò, qui exiſtimant eſſe diuinum præceptum ſumendi hoc ſacramentum, Durand. in 4. diſt. 9. q. 2. à num. 5. vſque ad 7. Palud. in eadem diſt. quæſt. 1. artic. 1. à num. 6. Gabr. quæſt. 2. artic. 2. concl. 2. & 3. iuxta doctrinam, quam ipſe præmiſerat artic. 1. notatione 2. Petrus Sotus, lib. de inſtitutione Sacerdotum, lect. 8. de Euchariſtia circa medium. Viguerius de inſtitutionibus Theologicis, cap. 16. §. 3. verſicul. 19. planè docent non eſſe neceſſarium neceſsitate medij, ſeu, vt ipſi Ioann. 6. Sanctus Thomas Durandus Paludanus Gabriel. Petrus Sotus Viguerius

ipſi loquuntur de neceſsitate ſalutis. Quid verò in hoc articulo cenſeat Sanctus Thomas cap. ſequenti dicemus. Vnica verò ratio, & fundamentum pro hac ſententia nobis ſufficiat, quia, vt optimè ait Gabriel, illud tantùm eſt de neceſsitate ſalutis (vt ipſe loquitur) ſine quo ſalus æterna obtineri nō poteſt, atqui ſine Euchariſtia ſalus æterna obtineri poteſt; ergo Euchariſtia non eſt de neceſsitate ſalutis. Porrò autem ſine Eucha riſtia ſalutem æternam obtineri poſſe, ex effectu ipſius, & ex gratia neceſſaria ad ſalutem facilè probari poteſt, quia ad ſalutem ſolùm requiritur prima iuſtificatio cùm perſeuerantia, hoc eſt, ita eſt neceſſaria prima iuſtificatio, vt non ſufficiat, niſi morte ipſa cō ſummetur, vel poſt parum temporis, vt cū quis immatura morte poſt illam ſtatim præripitur, vel poſt aliquod tempus cùm victoria tentationum: vltra hoc autem nihil aliud omnino requiritur ad æternam ſalutem, & fœlicitatem: quamuis autem ſacramentum Euchariſtiæ ſumentibus ipſum, aliquando ſit cauſa perſeuerantię, & iuxta aliquorum opinionem aliquando etiam conferat primā gratiam, tamen neque prima gratia, neque perſeuerātia neceſſariò pēdet ab ea, eo quòd vtraque alio modo obtineri poſsit.

S. Thomas. Fūdamentum veræ opinionis. Gabriel.

18

Euchariſtia nō neceſſaria ad primā gratiam.

Cæterùm, vt oſtendamus hoc ſacrāmentum non eſſe neceſſarium ad ſalutem, ſicut dicitur eſſe ſacramentū Pœnitentię, nempe in re, aut in voto, probandum eſt ipſum non eſſe neceſſarium ad primam iuſtificationem, aut ad perſeuerantiam, aut in re, aut in voto, eo modo quo ſacramentum Baptiſmi, & Pœnitentiæ ad primam iuſtificationem eſt neceſſarium, hoc autem facilè monſtrari poteſt, nam hęc duo ſacramenta dicuntur neceſſaria in re, aut in voto ad primā gratiam, quia prima gratia obtineri non poteſt ſine illis in re ſuſceptis, aut ſine voto illorum, quod virtute includitur in contritione, ita vt mutuo ſibi inuicem ſubſtituātur, & vnum ſuppleat vices alterius, nam ſi non ſuſcipitur ſacramentum, eo quòd, aut non inſtat obligatio illius, aut non eſt copia, cùm cōtritione ipſa obtinetur prima gratia, aut ſi quis non habeat cōtritionem, ſuſceptione Baptiſmi, aut Pœnitentiæ obtinebit illam. Hoc autē modo non ſe habent inter ſe votū Euchariſtiæ,

19

& Euchariſtia reipſa ſuſcepta, neque compa ratione facta cum prima gratia, neque cum perſeuerantia: etenim ſi comparatio fiat cū prima gratia, ita illam adquirimus per votū Euchariſtiæ, quod includitur in contritione, vel in receptione ſacramenti Pœnitentiæ, aut Baptiſmi, vt Euchariſtia re ipſa ſumptā non ſuppleat vices illius, tanquam remedium ad hoc inſtitutum, cùm reuera inſtituta fuerit ad augmentum gratiæ, non autem ad primam gratiam per ſe, vt diſput. 203. c. 1. fuſius oſtendemus. Quod ſi vera eſſet ſententia eorum, qui dicunt aliquando conferri primam gratiam per hoc ſacramentum, nempe cum quis illam recipit attritus, exiſtimans probabiliter ſe eſſe contritum, quod quidem vtrùm ita ſit, an non, videbimus infra diſputatio. 205. capite quarto: tamen hoc eſt per accidens ratione ignorantiæ eius, qui recipit Euchariſtiam, quòd non ſatis eſt, vt ipſa Euchariſtia reipſa ſuſcepta dicatur vicem medij, aut remedij habere: vt enim haberet vicem medij, aut remedij, id deberet habere per ſe, hoc eſt ex ſui inſtitutione etiam in eo, qui eſt conſcius peccati; & ita in hoc non eſt medium ad ſalutem neceſſarium Euchariſtia in re, vel in voto, ſed in voto tantùm quòd non ſatis eſt, vt ipſa Euchariſtia dicatur neceſſaria, vt inferius videbimus. Conſtat igitur nō eſſe dicendam Euchariſtiam medium neceſſarium ad ſalutem in re, vel in voto, quod ratione primæ gratiæ ad ſalutem requiritur, ſicut dicitur ſacramentum Pœnitentiæ, quod quidem aduerſarij libenter fatentur.

20

Euchariſtia non eſt mediū neceſſariū in re, aut in voto ratione perſeuerantiæ. Conc. Trid.

Multò autem minus dici poteſt mediū neceſſarium in re, vel in voto ratione perſeuerantię, quę etiā requiritur ad ſalutē, quoniā licet Euchariſtia ſumpta ſit cauſa perſeuerantiæ ijs, qui perſeuerāt poſt illius ſumptionē, quòd virtute eius tribuantur eis auxilia perſeuerantiæ, quibus præſeruatur à mortalibus iuxta id, quod ſupra citauimus ex Concilio Tridentino, tamen ijs, qui perſeuerant, & non ſumpſerunt Euchariſtiam, cauſa perſeuerantiæ neque eſt Euchariſtia, neque votum illius, ſed ſola Dei voluntas: ergo Euchariſtia non eſt medium neceſſarium ad ſalutem comparatā cùm perſeuerantia. Porrò autem in eis, qui non ſumpſerunt Euchariſtiam non eſſe tribuendam perſeuerantiam Euchariſtiæ, vel voto ipſius, manifeſtè monſtrari poteſt. Aut enim ille, qui ſalutem æternam conſequitur ſine Euchariſtia eſt paruulus, aut eſt adultus: ſi paruulus raptus ex hac vita immatura morte, ſolùm ſaluatur virtute ſacramenti Baptiſmi, quo iuſtificatus eſt, & ratione peculiaris doni perſeuerantię, quo Deus peculiari ſua prouidentia immatura morte ipſum cum gratia iuſtificatum ex hac vita præripuit. Quis autem dicat hunc paruulum cōſequutum fuiſſe perſeuerantiam virtute Euchariſtię, aut in re, aut in voto, ſiquidem nequere ipſa Euchariſtia ei miniſtrata

ſtrata eſt, neque aliud votum habuit Euchariſtiæ præter ipſum Baptiſmum, qui in ſe virtute dicitur continere huiuſmodi votum. Baptiſmus autem, neque ex eo quòd Baptiſmus eſt, neque ex eo quòd continet tale votum, potuit eſſe cauſa immaturæ mortis in tali occaſione, vt eſſet perſeuerantia in
22 gratia, ſed hoc peculiari Dei prouidentia, & voluntate effectum fuiſſe, aſſerendum eſt: neque enim eo quòd inſtitutum fuit ſacramentum Euchariſtiæ, cuius votum contineret Baptiſmus, ideò Deus præripuit infantem recens baptizatũ, ſed quia alia de cauſa ipſe voluit.

Si autem ille, qui ſine Euchariſtia ſalutem conſequitur, eſt adultus, quia videlicet ſola contritione ante Baptiſmũ, vel ſolo Baptiſmo, aut Pœnitentiæ ſacramento iuſtificatus, ante quàm Euchariſtiam ſumeret in gratia mortuus eſt, idem etiam probatur, quoniam adulti, qui hoc modo ſaluãtur, non conſequuntur perſeuerantiam virtute Euchariſtiæ receptæ, vt patet; neque virtute voti ipſius, nam votum Euchariſtiæ in eis, aut eſt contritio, aut eſt ipſa ſuſceptio Baptiſmi, aut ſacramenti Pœnitentiæ, nihil autem horum eſt cauſa perſeuerantiæ, ſed peculiaris gratia, & prouidẽtia Dei, qua vno ex illis modis iuſtificatus, aut poſtea ſuperat omnes tentationes vſque in finem vitæ auxilio gratiæ peculiari ſibi conceſſo per ſingulas occaſiones, aut peculiari Dei prouidẽtia rapitur ante vllam occaſionem peccati, ne ſenſum eius ſubuerteret, neutrũ autẽ horum iuſtificatus conſequitur virtute iuſtificationis primæ, quæ facta eſt vno ex illis modis, in quibus includitur votum Euchariſtiæ,
23 vt patet: ergo neque virtute voti, quod virtute in illis continetur. Tum etiam, nõ ideò adultus vno ex illis modis iuſtificatus perſeuerat, quia inſtitutum ſit ſacramentum Euchariſtiæ, & ita eius iuſtificatio habeat votum talis ſacramenti, ſed ex ſola Dei voluntate, ergo Euchariſtia in re, vel in voto non eſt medium neceſſarium ad ſalutem comparata cùm perſeuerantia: ac proinde nõ erit medium neceſſarium ad ſalutem aut in re, aut in voto ratione effectus neceſſarij, ſicut eſt ſacramentum Pœnitentiæ, vel Baptiſmi, per quod confertur prima gratia, aut per votum ipſius incluſum in contritione, & alia via obtineri non poteſt. Quomodo autem votum ſacramenti Baptiſmi, aut Pœnitẽtiæ ſuppleat vices illius, & vtrùm virtutem habeat iuſtificandi ex ordine ad ſacramentum ipſum, an ex ſe, diximus ſupra tomo 2. diſput. 149. cap. 3.

Mitto multa alia, quæ recentiores aliqui congerunt in confirmationem huius ſententiæ, quæ parum habent momenti, tota enim nititur vnico fundamento, quod hactenus iecimus, & confirmauimus. Quòd enim alij eam probant, quia poſtquam aliquis in ægritudine ſumpſit Euchariſtiam, etiam ſi deinde committat peccata mortalia, non tenetur vlla lege ad recipiendum iterum illam: ſi autem Euchariſtia eſſet medium neceſſarium, iterum deberet illam recipere, ſi poſſit, eatenus ſolùm habere vim poteſt, quatenus à nobis probatum eſt perſeuerantiam illi homini, aliquando conferri ſola Dei voluntate, non virtute Euchariſtiæ, aut voti illius, nam ſi dici poſſet illi homini non donandam perſeuerantiam, niſi quia ſaltẽ haberet votũ recipiẽdi iterum Euchariſtiã, ſi iterũ cõualeſceret, horum Doctorũ ratio nihil probaret, id autem dici non poſſe facilè conſtat ex præcedentibus. Cum autem probauimus perſeuerantiam non neceſſario adſcribendam eſſe huic ſacramento, aut voto illius, data opera oſtendimus pluribus contingere perſeuerantiam ſola dei volũtate, non autem virtute, & in tuitu huiuſſacramẽti, aut voti illius: vt ita probaremus non omnibus, qui perſeuerãt cõcedi perſeuerãtiã ex vi huiuſſacramenti, aut voti illius. Quod enim aliqui conãtur oſtendere perſeuerantiã non eſſe effectũ huius ſacramenti, quia omnibus dignè illud ſumentibus concederetur, parum roboris habet: aduerſarij enim non contendunt, ità eſſe medium neceſſarium ad perſeuerantiam, vt quicumque dignè ſumpſerit illud, ſine dubio perſeueret, ſed ita vt nullus perſeueret, niſi virtute illius in re, aut in voto. Porro autem auxilium peculiare, quod diximus tomo 2. diſpt. 131. cap. 7. eſſe effectum peculiarem cuiuſq; ſacramẽti iuxta finem peculiarẽ illius, non ſemper eſt efficax auxilium, vt affirmant omnes, qui talem effectum ſingulis ſacramentis aſsignãt, ac proinde contra eos, qui dicunt hoc ſacramentum eſſe neceſſarium ad ſalutem, quia eſt neceſſarium ad perſeuerandũ, nõ rectè ſequitur, ſi eſt mediũ neceſſariũ ad perſeuerãtiã, omnes actu, & reipſa perſeuerare, qui re ipſa illud ſuſcipiũt, ſed vt eſſet neceſſarium, ſufficeret, vt nulli daretur perſeuerãtia, niſi aut ratione ipſius Euchariſtiæ receptæ, aut ratione voti illius.

Reijcitur aliquorũ probatio.

At dicat quis, ſaltem votum Euchariſtiæ eſſe medium neceſſarium ad ſalutem, quia votum illius eſt Baptiſmus, contritio, & ſacramentum Pœnitentiæ, hæc autẽ tria, ita ſunt

Obiectio prima.

ſunt ad ſalutem neceſſaria, vt vnum, aut alterum neceſſarium ſit. Reſpondeo votum Euchariſtiæ in vniuerſum, non hoc, aut illud, ſed aliquod eſſe quidem neceſſarium ad ſalutem, nam in omni prima iuſtificatione virtute includitur Euchariſtia. Verùm hac ratione votum cuiuſlibet præcepti eſt medium neceſſarium ad ſalutem, quia tale votum virtute, aut explicitè continetur in prima iuſtificatione, & in omni medio ad illam, in contritione autem, aut alio medio primæ iuſtificationis dicitur contineri votum Euchariſtiæ, non alia ratione, niſi quia Euchariſtia eſt ſub præcepto, & qui iuſtificatur, aut expreſſè, aut virtute proponit ſeruare præcepta omnia. Hinc tamen non licet inferre, Euchariſtiam non ſolùm eſſe neceſſariam neceſsitate præcepti, ſed etiam medij, ſicut ſacramentum Baptiſmi, & Pœnitentiæ dicitur eſſe; nam ſicut reſtitutio non dicitur eſſe neceſſaria vt medium, ſeu remedium, ſed tantùm vt præceptum, quamuis votum illius neceſſarium ſit ad ſalutem neceſsitate medij, & votum reliquorum præceptorum, vt diximus, ſic etiam Euchariſtia nõ dicetur eſſe neceſſaria neceſsitate medij, ſed præcepti: vt enim aliquid dicatur neceſſarium, non ſolùm vt præceptum, ſed etiã, vt medium, ſeu remedium, opus eſt in primis, vt ſit medium, ſeu remedium afferens poſitiuè ſalutem, iuxta ea, quæ diximus in 1. capite. Deinde tale debet eſſe, vt ſine illo non poſsimus conſequi ſalutem, & ea, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, & quia huiuſmodi eſt ſacramentum Pœnitentiæ, & Baptiſmi, non quidem re ipſa ſuſceptum, ſed in re, aut in voto, vno nimirum, aut altero modo, ideo dicitur medium neceſſarium ad ſalutem, non in re, nec in voto, ſed in re, aut in voto, quia alterutro modo neceſſè eſt iuſtificari, & non niſi alterutro cõſequi poſſumus poſitiuè primam iuſtificationem. At vero, quæ ſunt in præcepto re ipſa exhibita, non dicũtur media, ſeu remedia ad ſalutem poſitiuè, ſicut hìc loquimur de remedio, ſed tantùm negatiuè, vt notauimus cap. 1. & ita ipſa non dicuntur neceſſaria neceſsitate ſalutis in re, neq; dicuntur neceſſaria hoc modo in re, aut in voto, ſed tantùm votum illorum dicitur neceſſariũ, vt diximus, & licet Euchariſtia in re poſsit cõcurrere poſitiuè, tamẽ vt ſupra diximus, non eſt cauſa vnica perſeuerantiæ. Theologi vero primæ ſententiæ, qui docent hoc ſacramentum eſſe neceſſarium ad ſalutem neceſsitate medij, aut remedij, id contendunt de illo, quod de ſacramento Pœnitentiæ, & Baptiſmi, nempe vt ſit neceſſarium in re, vel in voto

Solutio.

24

25

At dicet aliquis: hoc pacto videmur incidere in ſententiam Caietani, & Dominici Soti, qui, vt capite præcedenti vidimus, dixerunt hoc ſacramentum non eſſe neceſſarium neceſsitate medij in re, ſed ſolùm votum illius, & in hoc differre à ſacramento Pœnitentiæ, & Baptiſmi, quod eſt neceſſarium in re, vel in voto. Fatemur ſane in concluſione ipſa cum eis nos conuenire, nihilominus in eo ab ipſis differre, quòd exiſtmare videntur, eſſe peculiarem rationem huius ſacramenti, vt votum illius ſit neceſſarium, quam non videntur admittere in alijs rebus, quæ ſub præcepto cadunt, cum tamen ſit eadem ratio: quod enim dicunt, ſacramentum Baptiſmi, & Pœnitẽtiæ ideo perſe eſſe neceſſarium medium ad ſalutem re ipſa ſuſceptũ, quia ſit principium vitæ, principium autem vitę ordine generationis debet eſſe ſecundum rem; per accidens verò, cum non adeſt copia talis ſacramenti, ſuppletur per votũ, & ideò eſt neceſſarium in re, vel in voto: at verò Euchariſtia è contra, quia eſt finis, & conſummatio vitæ ſpiritualis, per ſe ſufficere in voto, eo quod finis operatur in intentione, nullius prorſus momenti eſt, nam ad primam iuſtificationem, quæ eſt vita ſpiritualis, ita per ſe vim habet contritio, ſicut ſacramentum Baptiſmi, aut Pœnitentiæ. Quin imo in defectum, & locum illius, vt noſtræ imbecilitati ſuccurreret Deus, quia difficilè ad contritionem mouemur, ſubſtituit hæc duo ſacramenta, in quibus cum ſola attritione confertur nobis iuſtificatio. Exquo effectum eſt, vt vnum, aut alterũ horum ſit medium neceſſarium ad ſalutem, nempe, aut cõtritio, aut ſacramentum, non alterum tantùm.

Obiectio Secunda. Caietanus, & Sotus.

Solutio, & explicatio opinionis veræ

26

Prætereà non ex eo votum Euchariſtiæ ſolùm eſt neceſſarium ad ſalutem, non autem votum, aut ſacramentum ipſum, quòd, vt ait Caietanus, & Sotus, operetur hoc ſacramentum per modum finis, ac proinde in intentione: nam quamuis hoc ſacramentum inſtitutum ſit ad augmentum, & conſummationem vitæ ſpiritualis, tamen non ideo operari debet per modum finis in deſiderio, & voto. Quæ enim ſunt cauſa augmenti vitæ, & conſeruationis, ita re ipſa concurrere debent, ſicut ea, quæ ſunt principia vitæ. Eſt igitur ſolùm votum Euchariſtiæ neceſſarium neceſsitate medij, non autem ipſa Euchariſtia in re, vel in voto, propter rationem ſuperius aſsignatam. Verùm obſeruandum eſt, cùm dicimus votum Euchariſtiæ eſſe medium neceſſarium ad ſalutem, intelligi

poſſe

poſſe, non ſolùmm in adultis, ſed etiam in
27 paruulis, ſi per votum intelligamus etiá non actum aliquem, in quo implicitè ſaltem continetur propoſitum ſuſcipiendi hoc ſacramentum, ſed ipſum Baptiſmum, per quẽ paruulus obligatus manet ad ſumendam Euchariſtiam ſuo tẽpore. Et hoc modo S. Thomas in hoc articulo cõcedit in paruulis, qui baptizantur, votũ huius ſacramenti, eoquod per Baptiſmum ad Euchariſtiam referuntur. Verùm, cùm dicimus, votũ huius ſacramenti paruulis, aut adultis eſſe medium neceſſarium, non intelligimus eſſe neceſſarium ad ſalutem, quia ſit neceſſarium ad perſeuerantiam: iam enim probauimus, perſeuerantiam dari paruulis, aut adultis ex ſola Dei voluntate non ex voto, aut ordine ad hoc ſacramẽtum; ſed dicimus eſſe neceſſarium medium ad ſalutem, quia eſt neceſſarium ad primam iuſtificationem, vt explicatum eſt.

S. Thomas.

Diluuntur argumenta primæ opinionis.

CAPVT IIII.

Enodantur prima ſententiæ fundamenta.

EX Duobus opinionibus, quas capite ſecundo memorauimus, ſecundaunico tántũ fundamento confirmata fuit, quod capite præcedente ſimul cum ea corruatuimus: ſuperſunt igitur ſolùm argumenta primæ ſententiæ in hoc capite diſſoluenda. Et primũ quidem, quòd attinet ad teſtimonium deſumptum ex B. Thoma, fatemur ſanè mentem illius difficilem eſſe in hoc articulo, & infra q. 80. art. 11. nam quod affertur ex alijs locis nullius momenti eſt. Verùm in primis obijcimus nos aduerſarijs teſtimonium aliud eiuſdem, iudicio noſtro multo magis perſpicuum pro noſtra ſententia: nam ſupra q. 65. artic. 4. vbi agit de neceſsitate omnium ſacramentorum ad ſalutem, inquit, ex ſeptem ſacramentis duo tantùm eſſe ſimpliciter neceſſaria vnicuique ad finem, hoc eſt, ad ſalutem, ita vt ſine illis ea haberi non poſsit, nempe Baptiſmum, & Pœnitentiam; ſacramentum autẽ Ordinis eſſe neceſſarium hoc modo, non vnicuique, ſed toti vniuerſitati; cætera verò ſolum eſſe neceſſaria ad ſalutem non ſimpliciter, ſed eo ſenſu, quo dicitur aliquid neceſſarium, ſine quo finis cómode haberi nequit. Planum autem videtur S. Tho. nó negare huic ſacramento neceſsitatẽ præcepti; ergo prędicta doctrina intelligẽda eſt de neceſsitate medij, de quanũc diſputamus.

S. Thomas.

Retorquetur S. Thomas in aduerſarios.

Adde, quòd ſi S. Doctor huic ſacramento negat neceſsitatẽ diuini præcepti ex ipſius inſtitutione, & ſolum concedit præceptum Eccleſiaſticum ipſius, vt colligi videtur ex ſolutione 2. illius articul. 4. de quo agemus infra diſputatione 213. multò magis colligitur ex ſententia eiuſdem, hoc ſacramentum non eſſe neceſſarium neceſsitate medij, ſeu remedij. Nam ſi ex diuina inſtitutione non eſt in præcepto, quo pacto ex ſola conſtitutione Eccleſiæ effici poterat medium, ſeu remedium neceſſarium, de quo nunc diſputamus? Quomodo autem ex illa ſolutione ſecundi colligi videatur, hoc ſacramentum non eſſe neceſſarium neceſsitate præcepti diuini, ſed tantum Eccleſiaſtici, in ea diſputatione videbimus.

S. Thomas. 28

Quod verò adducũt Doctores primæ ſententiæ ex eodem S. Thoma in hoc articulo, ita debet intelligi, vt exiſtimauerit, non quidem hoc ſacramentum eſſe neceſſarium medium in re, vel in voto, ſicut eſt Baptiſmus, ſed rem huius ſacramenti, quæ eſt vnitas corporis myſtici, & deſignatur per hoc ſacramẽtum, de ea enim dixit, *Sine qua non poteſt eſſe ſalus*; non quatenus per Euchariſtiam confertur in augmento iuſtificationis; ſed quatenus haberi poteſt per aliud etiam ſacramẽtum, nempe per Baptiſmum, per quod etiã conſequimur hanc vnitatem in corpore myſtico ratione gratiæ, & iuſtificationis. Dixit autem S. Thomas, rem cuiuſcumque ſacramenti haberi poſſe ante receptionem ſacramenti ex ſolo voto illius, nempe virtute incluſo in receptione alterius ſacramenti; verùm non dixit hoc ſacramentum eſſe de neceſsitate ſalutis in re vel in voto, ſed ſufficere habere rem ſacramenti, quam per votum illius habere poſſumus. Locis autem citatis in 4. ſentẽtiarum nihil aliud docere voluit; quin imò, cùm ibi exiſtimauerit non eſſe hoc ſacramentum neceſſarium ratione ſuæ inſtitutionis, & præcepti diuini, ſed tantùm Eccleſiaſtici, vt videbimus diſput. 213. cap. 2. non potuit exiſtimare eſſe medium neceſſarium ad ſalutem. Quomodo autem intelligatur, quod ait infra quæſt. 79. artic. 1. ad primũ votum ſacramenti Euchariſtiæ habere vim iuſtificandi ex efficacia ipſius Euchariſtiæ, ibidẽ dicemus. Et in hũc ſenſum, quo S. Thom. intelligendus etiã eſt Innocentius Epiſt. 26. quæ eſt apud Auguſt. 93. & Auguſtinus multis in locis, vbi dicere videtur, hoc ſacramentum paruulis etiam eſſe neceſſariũ, quorum teſtimonia allegabimus, & explicabimus diſputatione 212. cap. 2. vel quod idem eſt, vt loquantur de manducatione

Explicatur S. Thomas in hoc articulo.

S. Thomas.

29

Innocentius Auguſtinus

Euchariſtiæ ſolùm per fidem, quæ paruulis etiam conuenit. hoc ipſo quòd recipiunt ſacramentum fidei, vt explicabimus etiam infra diſputat. 19. cap. 4. ex mente eiuſdem Auguſtini; licet locus Ioannis reuera de illa non ſit intelligendus, ſed de reali, vt diſputatione 179. cap. 4. probabimus: nam per hanc manducationem ſpiritualem paruuli etiam conſequuntur vnitatem illam cum Chriſto. Quare ex teſtimonijs horum Patrum colligi non poteſt vlla neceſsitas medij Euchariſtię in re, vel in voto, ſicut de alijs ſacramentis Baptiſmi, & Pœnitentiæ; ſed ſolum votum ipſius Euchariſtiæ eſſe neceſſarium, quod non negamus, ſicut votum cuiuſcumque alterius præcepti. Quomodo autem differant hæc duo, votum nimirũ huius ſacramenti eſſe neceſſarium neceſsitate medij, & hoc ſacramẽtũ eſſe neceſſariũ in re, vel in voto, ex his quæ ſupra diximus patet.

Ioann. 6.

30

Præterea fatemur ingenue, huic ſacramento in Scriptura tribui vitam ſpiritualem, tã quàm ſpirituali cibo, eo quòd inſtitutum ſit ad nutritionẽ, & augmentũ vitæ ſpiritualis, & ad preſeruationẽ à peccatis mortalibus, vt

Conc. Trid.

explicuit Concil. Tridentin. ſeſſione 13. cap. 2. nam, & illum locum Ioannis 6. intelligendum eſſe non ſolùm de ſpirituali, ſed etiam de reali manducatione, & ſumptione Euchariſtiæ diſput. 179. cap. 5. probabimus. Inde tamen non ſequitur, hoc ſacramẽtum non eſſe neceſſarium ad ſalutem neceſsitate medij: licet enim neceſſaria ſit conſeruatio vitę ſpiritualis, & preſeruatio à mortalibus, per quam conſummatur perſeuerantia; tamẽ hæc haberi poteſt alio modo ex ſola gratia Dei, vt ſupra probauimus. Nam quod dicitur Ioannis 6.

Ioann. 6.

Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, &c. non habebitis vitam in vobis, &c. de ſola neceſsitate præcepti intelligendum eſt. Neque enim particula *niſi*, vt volunt recentiores aliqui, neceſſariò cogit, vt intelligamus neceſsitatem medij; ſiquidẽ ea etiam vtimur frequenter ad explicandam neceſsitatẽ præcepti. Atque hinc etiam reſponderi poteſt ad teſtimonia Patrum: etenim quòd Cyrillus ait, nõ potuiſſe alio modo corpus noſtrum conſequi immortalitatem, niſi virtute huius ſacramenti, non eſt ita intelligendũ, vt Deus non potuerit alio modo immortalitatem corpori noſtro communicare; quis hoc nõ videat? ſed ita, vt nullo alio modo cõmodiùs id fieri potuerit, vt diſp. 204. cap. 5. oſtendemus: aut ſanè, ſicut ex ſequentibus verbis illius colligitur, vt nullo alio modo nos poſſimus conſequi immortalitatem poſt inſtitutionem huius ſacramẽti, niſi illud ſuſcipiamus, ſi poſſimus. Probat enim id quod dixerat illis verbis Domini Ioannis 6. *Niſi manducaueritis, &c.* & in hunc ſenſum cæteri Patres allegati pro eadem ſententia loquuntur. Id autem colligunt, non quia ipſa Euchariſtia in ſe ſit medium neceſſarium ad illum effectum; ſed quia præceptum illius nobis traditum eſt, quod neceſſariò obſeruare debemus, quoad eius fieri poſſit. Fatemur etiam, immortalitatem corporis eſſe effectum huius ſacramenti, & ita per illud nos accipere pignus, & arrham æternæ vitæ: quia cum per ſumptionem illius dicamur fieri vna caro cum Chriſto, & ille reſurrexerit in vitam immortalem, conſequitur, vt nos etiam reſurgere debeamus cum ipſo; nihilominus immortalitas ita eſt effectus huius ſacramenti ratione dicta, vt qui illud accipere non poſſit, ratione ſolius iuſtificationis illam conſequatur: nam qui in iuſtitia perſeuerat apud Deum, meretur non tantùm gloriam animæ, ſed etiam corporis ad quam pertinet immortalitas illius. Neque verũ ideò iuſtificatio ad finem perſeuerans, meretur gloriam corporis, & animæ, quia includat votum Euchariſtiæ: nam licet tale votum non includeret, vel quia Euchariſtia in præcepto non eſſet, vel quia non eſſet inſtituta, eodem modo eam mereretur. Adde, quòd, vt ſupra oſtendimus, perſeuerantia nõ ſemper donatur ratione Euchariſtię, ac proinde neque gloria corporis.

31

Immortalitas corporis effectus eſt Euchariſtię.

Deinde ex eadem doctrina, quam tradidimus, rationes eiuſdem ſententię diſſolui poſſunt. Ad primam dicimus, hoc quidem ſacramentum præſtantiſsimum eſſe; id tamen nõ ſatis eſſe, vt dicamus fuiſſe inſtitutum, vt medium neceſſarium ad ſalutem in re, aut in voto: nam excellentia huius ſacramenti in eo conſiſtit, vt aurem ipſius gratiæ in ſe contineat; neceſsitas autem medij in eo poſita eſt, vt ſit neceſſaria, & vnica cauſa in re, aut in voto alicuius effectus, ſine quo vitam æternam conſequi non poſſimus, quod non conuenit huic ſacramento, vt probatum eſt. Ad ſecundam reſpondeo, licet hoc ſacramentum inſtitutum ſit per modum cibi ſpiritualis, non ſequi eodem modo neceſſarium eſſe ad ſalutem ſpiritualem, quo cibus corporalis neceſſarius eſt ad vitam corporalem: quia cibus ſpiritualis hoc habet, vt augeat in nobis gratiam, & vitam ſpiritualem, & præſeruet à mortalibus, in quo conſiſtit ſpiritualis animæ nutritio, & ſuſtentatio. Verùm quia hoc fieri poteſt alia via ſine ſacramento Euchariſtiæ in re, aut in voto, vt capite præcedente monſtrauimus, ideò non eſt eodẽ modo

Satisfit rationibus eiuſdem opinionis. Ad primã.

Ad ſecundam.

32

Soluuntur Patrum teſtimonia. Cyrillus.

do neceſſarius ad ſuſtentationem ſpiritualis vitæ, quæ eſt perſeuerantia, quo eſt corporalis cibus ad ſuſtentationem vitę corporalis; nam vita corporalis alio modo ſuſtentari nequit, niſi cibo corporali. Et hoc modo reſpõdetur ad tertiam rationem ſumptam ex effectu huius ſacramenti, qui eſt perſeuerantia, & non differt à præſeruatione à peccatis mortalibus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter hoc Sacramentum pluribus nominibus nominetur.

Obſeruationes circa doctrinam Articuli.

EX Doctrinâ articuli colligitur concluſio affirmans. Explicat enim S. Doctor varia nomina, quibus hoc ſacramentũ ob varias eius ſignificationes nuncupari conſueuit: & quamuis multis alijs nominibus congruè ſatis appellari queat, tamen eorum omnium facilis ratio reddi poteſt, vt hac in re non opus ſit longiore texere diſputationem. Duo ſolùm notanda breuiter ſunt, alterum eſt de nomine *Euchariſtiæ*, quod antiquiſsimum eſt. Huius nominis mentionem fecerunt Iuſtinus in 2. Apologia ad Antoninum Imperatorem, & Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſ. cap. 34. Inquit autem S. Thomas, hoc ſacramentum hoc nomine Græco εὐχαριστία *Euchariſtia* nuncupari, ac ſi Latinè diceretur *Bona gratia*, vel quia hoc ſacramentum ſignificat futuram gloriam, vel quia cõtinet ipſum Chriſtum, qui eſt ſumma omniũ gratia; at verò Irenæus, & Iuſtinus docent, ita hoc ſacramentum fuiſſe appellatum, quia in gratiarum actionem conſecratur, quod etiam Remigius aduertit in illud 1. ad Corint. 10. *Calix benedictionis, &c.* Videtur autem occaſio huius nomenclaturę deſumpta ex verbis Lucæ 22. nam vbi in Vulgata Latina dicitur: *Et accepto pane gratias egit, & fregit*: pro eo quod eſt *gratias egit*, Græcè eſt εὐχαριστήσας: pro quo Matthæus capit. 26. habet, *Et benedixit, ac fregit*. Marcus autem cap. 14. *Benedicens, fregit*. Vterque autẽ Euãgeliſta Græcè habet εὐλογήσας. Nã exẽplar Græcũ Eraſmi in Matthæo pro eo, quod nos Latinè legimus, *Benedixit*, perperam legit, εὐχαριστήσας Latinè, *Et cũ gratias egiſſet*. Quauis autem Matthæus, & Marcus ita habeant, vt diximus, in conſecratione panis; tamen in cõſecratione calicis vtuntur eodẽ participio Græco εὐχαριστήσας, quò vſus eſt Marcus in conſecratione calicis.

34 Duo notãda. — Iuſtinus. Irenæus. S. Thomas. — Remigius. — Luc. 22. — Matth. 26. Marc. 14. — Eraſmus.

Eſt aliud nomen, quo hæretici huius temporis hoc ſacramentũ eo modo, quo ab ipſis conficitur, appellant, nempe *Cœna Domini*, à quo non ine abſtinendũ eſſe admonet Claudius Sainctes in 6. repetitione de Euchariſtia, cap. 1. & meritò quidẽ, eo quòd ſancti Patres hoc nomine vſi non fuerint ad ſignificandũ hoc ſacramentum: & ex alia parte hæretici eo malitioſè vtantur, vt diſput. 211. c. 2. videbimus: tametſi Ignatius ſemel tantũ, inquit, eo vſus ſit: locũ autẽ Ignatij ipſe nõ citat. Quòd autem apud Cyprianum ſermo de hoc ſacramento inſcribatur *de cœna Domini*, non credit Claudius, ſed maximè dubitat, vtrùm à Cypriano, ſeu autore illius ita inſcriptus ſit, an potius ita *Sermo in cœna Domini*, ſicut apud Bernardum alius hoc modo inſcribitur. Fatetur autẽ, aliquando eo nomine vſum Auguſtinũ: addit tamen inter Chriſtianos ad noſtra vſq; tempora tale nomẽ in vſu non fuiſſe; & ſanè Auguſtinus lib. 2. de ſermone Domini in mõte cap. 7. in 4. tomo de Oriẽtalibus inquit, eos non quotidie cœnæ Dominicę cõmunicare, cum hic panis nẽpe Euchariſtia, quotidianus dictus ſit. Et in hunc ſenſum etiam aſſerit in Epiſtol. 118. c. 2. *Alij quotidie cõmunicant corpori, & ſanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt*. Vbi appellat corpus, & ſanguinem Chriſti, quod alibi cœnam Domini vocauerat.

35 Cœna Domini, antequàm appelletur Euchariſtia. *Claud. Sainctes.* — *Ignatius.* — *Cyprianus.* — *Bernardus.* — *Auguſt.*

Alij verò recentiores Theologi fatẽtur ſanè, hac voce nõ eſſe vtendũ hoc tempore, ne verba cũ hæreticis communia habeamus; ea tamẽ vſos fuiſſe aliquos antiquos Patres: referunt autẽ Baſilium in Regul. breuior. in reſpõſio. 310. Nazianze. oratio. 2. & Nizetã in oratione Nazianzeni 42. vbi explicat illa verba, *Atq; & ille quidem, &c.* Verùm ſi attentè legatur Baſilius, non tam apertè de ipſo ſacramento Euchariſtię, quàm de cœna, quę in cõſuetudine fuit, cum cõmunicabat populus, vt diſput. 211. videbimus, loquitur: Naziãzenus verò, & Nicetas, nõ vocant hoc ſacramẽtum cœnã Domini, ſed cœnã myſticam, idẽ tamẽ videtur eſſe. Cæterũ ratio, qua probat Claudius hoc nomine non eſſe vtendũ, quia nimirũ voce illa cõprehendantur typicæ, & vulgares, ſpirituales, & cœleſtes epulæ, quibus Chriſtus Apoſtolos, & populum pauit, aut ſe refecturũ Beatos in cœlo pollicetur, mihi non probatur. Nam quamuis hæc omnia ea voce poſsint ſignificari, nihilominus per anthonomaſiam hæc ad ſignificandum hoc ſacramentum deſeruire

Recentiorum iudicium. — *Baſilius. Nicetas. Greg. Naz.* — 36 — *Claud. Sainctes.*

nobis poſſet, niſi ea hæretici abuterentur. Porrò dici poſſet hoc ſacramentum *Cœna Domini*, vel quia in cœna inſtitutum eſt, vel quia cœna illa agni Paſchalis figura fuit huius ſacramenti, in cuius complementum inſtitutum eſt. Cæterum vtrùm illud 1. ad Corinthios 11. *Cœnam Dominicam manducare*, pro Euchariſtiæ ſumptione ſit intelligendum, an non, vt inde hoc nomen deſumi potuerit, oſtendemus infra diſput. 211. cap. 2.

1. Cor. 11.

ARTICVLVS V.

Vtrum inſtitutio huius Sacramenti fuerit conueniens.

CONCLVSIO Eſt affirmãns: in cuius explicationem, & totius articuli nihil notatione dignum eſt, quod enim aliqui hoc loco diſputant de tempore, quo Chriſtus, obſeruans antiquam legem, cœnauit cum diſcipulis, vt in cœna hoc ſacramentum inſtitueret, tractandum eſt infra diſput. 172. vbi diſſeremus, vtrùm in fermẽtato, aut in azymo Chriſtus conſecrauerit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Agnus Paſchalis fuerit præcipua figura huius Sacramenti.

Notatio circa doctrinam Articuli.

CONCLVSIO Eſt affirmans, quãm optime confirmat Sotus in 4. diſt. 9. q. vnica, artic. 6. probans contra Vvicleph um, & cõtra Lutherum in veteri Teſtamẽto fuiſſe figuras huius ſacramenti, quarum vna fuit teſte Paulo Manna, quo filij Iſrael veſcebantur in deſerto: ait enim Paulus 1. ad Corinth. 10. *Omnes eamdem eſcam ſpiritualem manducauerunt, &c.* Quod autem ait, *Omnia in figura contingebãt illis*, alium ſenſum habet, quẽ explicuimus 1. p. diſp. 14. cap. 6. Porrò autem plures figuras huius ſacramenti præceſſiſſe declarat Cõcilium Trident. ſeſſ. 22. c. 1. in fine. Scholaſtici verò de hac re diſputant Durand. in Rationali diuin. ofucior. lib. 6. cap. 69. Gabriel. lect. 55. & 81, in Canonẽ, & alij Scholaſtici cum S. Thoma, & omniũ locupletiſſime noſter Cardinalis Bellarminus, lib. 5, de Euchariſtia cap. 7. & 8.

Sotus.

1. Cor. 10.

37

Conc. Trid. Durandus. Gabriel. S. Thomas. Bellarmin.

QVÆST. SEPTVAgeſima quarta de materia Euchariſtiæ quantum ad ſpeciem.

IVXTA Ea, quæ diximus ſupra diſp. 167. cap. 4. facilè colligi poteſt, quid hoc loco intelligat S. Thomas per materiam Euchariſtiæ ſecundũ ſpeciem: diximus enim hoc ſacramentum non conſtare materia, & forma, vt partibus ſubſtantialibus, ſicut alia ſacramenta; ſed materiam ſolùm aſſignari conſecrationi. In hac igitur quæſtione agit Sanctus Doctor de materia conſecrationis, & ita pro materia aſſignat panem, & vinũ quibus ſacramentum non conſtat, ſed circa quę fit conſecratio, & conuerſio, de qua etiam agit in hoc articulo. Quo circa nõ placet modus loquendi quorundam, qui panem, & vinum vocant materiã remotã. Nã quamuis in alijs ſacramentis ſit materia proxima, & remota, eo quòd conſiſtunt in vſu, & materia remota ſint res, quibus conſtant, vt in Baptiſmo aqua, proxima verò vſus earum, vt ablutio; tamen in Euchariſtia, cùm non conſiſtat in vſu, non eſt materia proxima, & remota, imò neque eſt materia vlla ex qua conſtet, cum non conſtet materia, & forma, ex quibus, vt partibus eſſentialibus confletur, ſed materia in hoc ſacramento ſolùm aſſignetur conſecrationi, vt diximus. Denique agit S. Thomas de materia ſecundum ſpeciem: nam cum materia ſit panis, & vinum, & ſint panis, & vinum multarum ſpecierum, opus eſt aſſignare ſpeciem peculiarem panis, & vini pro materia, circa quam fiat conſecratio; & ideo dixit in titulo de materia ſecundum ſpeciem.

S. Thomas.

In hoc ſacramento, non eſt materia proxima, & remota, ex qua cõſtet.

S. Thomas.

ARTICVLVS I.

Vtrum materia huius ſacramẽti ſit panis, & vinum.

CONCLVSIO Eſt, *Materia huius ſacramenti nulla alia eſt niſi panis, & vinum.* In hoc articulo ſolũ definit S. Thom. cõtra errores, qui de hac re fuerũt, materiam eſſe panem, & vinũ; qualis autẽ debeat eſſe panis,

S. Thomas.

nis, & vinum, decernit in artic. 3. vt ita definiat materiam huius ſacramenti ſecundum ſpeciem, ſicut in titulo quæſtionis propoſuerat.

ARTICVLVS II.

Vtrum requiratur determinata quantitas panis, & vini.

Notatio circa ſolutionem primi, & ſecundi.

CONCLVSIO Eſt. *Quantitas materiæ huius ſacramenti non eſt determinata.* Circa ſolutionem primi obſeruandum eſt, cum S. Thomas inquit, materiã cuiuſlibet rei naturalis naberedeterminatã quãtitatem ex comparatione cum forma, id non intelligere de ente naturali in vniuerſum ratione ſuæ ſpeciei, neque enim definire contendit, omne ens naturale ratione formæ ſecũdũ ſe poſtulare certã, & determinatã quãtitatem intrinſicè, hoc enim ad inſtitutum S. Thomæ non pertinebat, ſed de ſingulis rebus naturalibus docet poſtulare certã, & determinatam quantitatem; nõ extrinſicè, ſed intrinſice ratione formæ determinatæ, vt ita oſtendat diſcrimen inter materiam ſingularum rerum naturaliũ, quod attinet ad quantitatem & materiam huius ſacramenti.

Circa ſolutionem primi S. Tho.

38

Doctrina ſolutionis ſecundi veriſsimã eſt, & indubitata, nempe ſacramentum hoc verè confici à miniſtro, etiam ſi ille ex prauo fine conſecret, quia praua intentio miniſtri, quæ non aduerſatur ſubſtantiæ formæ non impedit effectum illius, vt ſupra tomo 2. diſp. 129. capit. 7. & diſp. 138. cap. 3. oſtenſum eſt; neque oppoſitum docuit Angelus, vt aliqui referunt verbo *Euchariſtia*, 1. nu. 21.

Circa ſolutionem ſecundi.

Angelus.

ARTICVLVS III.

Vtrum requiratur ad materiã huius ſacramenti, quod ſit panis triticeus.

Notatio circa ordinem doctrinæ Sancti Thomæ.

CONCLVSIO Eſt. *Materia huius ſacramenti eſt panis triticeus.* In primo articulo S. Thom. egit de materia conſecrãtionis huius ſacramenti in vniuerſum, quod attinet ad vtramque partem, nempe ad corpus, & ſanguinem Chriſti: ab hoc autem articulo incipit diſputare de materia ſolùm alterius partis, nempe conſecrationis corporis Chriſti, vt deinde ab articul. 5. diſſerat de materia alterius partis, & quæ ſunt difficilia circa vnam quamque, ſigillatim oſtendat. Litera vero huius articuli, & mens S. Thomæ in eo manifeſta eſt.

De materia conſecrationis corporis Chriſti. Diſput. 170.

Materiam conſecrationis corporis Chriſti eſſe panem, fides catholica docet. Cap. 1.

Non ex ſolo tritico confici poſſe panem idoneum conſecrationi, aliqui varicõpinantur. Cap. 2.

Solum panem triticeum eſſe materiam idoneam conſecrationi, vera ſententia adſtruit. Cap. 3.

Neque panem confectum ex amydo, neque maſſam ex tritico, ſed panem ex farina tritici ſine admixtione alterius rei eſſe idoneam materiam conſecrationi. Cap. 4.

Materiam conſecrationis corporis Chriſti eſſe panem, fides catholica docet.

CAPVT I.

HOC Sacramentum conſtare corpore, & ſanguine Chriſti manifeſtum eſt, & ideò etiam certum eſt apud catholicos pro duplici parte, qua conſtat, nempe corpore, & ſanguine Chriſti, quæ conſecrantur à Sacerdote, duplicem materiam aſsignandam eſſe, nõ ſacramenti, ſed conſecrationis, vt diſputa. 167. cap. 3. & 4. vidimus. De his igitur ſigillatim diſputare debemus, & primum de materia cõſecrationis corporis, circa quã varij referũtur errores, quos in hoc cap. cõfutabimus, ſimulq; catholicã doctrinã ſtatuemus. Referunt ſcholaſtici cum S. Thoma in art. 1. huius quæſt. primum errorem quorumdam, quos aſſerunt in pane, & caſeo hoc ſacramentum

1

Varij errores de materia cõſecrationis.

Primus error.

tum conſecrare conſueuiſſe. In cuius rei teſtimonium proferunt Epiphaniũ hæreſi 49. & Auguſtin. de hæreſibus ad Quodvultdeũ cap. 28. Qui Patres in prædictis locis referũt errores Artotyritarũ, quos Epiphanius dicit eſſe eoſdem cum Quintillianis, Pepuzianis, & Priſcillianis, & Phrygibus: vt autem conſtat ex eodem Epiphanio hæreſi 48. hi omnes à Montano, & Priſcilla, & Maximilla vxoribus eius originem traxerunt: dicti autem ſunt Quintilliani, vt ait Aug. lib. citato cap. 27. à Quintilla, quam ipſe Montanus, vt Prophetiſſam habuit, ſicut colligitur ex eodem Epiphanio ibidem. Vtrùm autem eam habuerit, vt vxorem, ſeu concubinam, ſicut & alias duas, adhuc ſcire non potui. Quintillam tamen habitam fuiſſe vt ducẽ ab his hæreticis, affirmat etiam Epiphanius: dicti autẽ ſunt Pepuziani, vt inquit Theodoretus lib. 3. hæreticarum fabularum c. 2. Et Aug. lib. illo de hæreſibus c. 27. & Nicephorus lib. 4. hiſtoriæ cap. 22. quod eſt de Montaniſtis â Pepuza vico, quem Montanus vocauit Hieruſalem. Phryges autem, ſeu Phrygæ dicti ſunt, quia hic hæreticus multos ex Phrygia in ſuum errorem pertraxit, vt teſtatur Nicephorus loco citato. Vnde, & dicta eſt hæreſis hæc Kataphrygas hoc eſt ſecundùm Phrygas, qui in duas ſectas, & ſecundùm Proclũ, & ſecundum AEſchinem diuiſi ſunt, vt 1. p. diſp. 108. cap. 1. memorauimus.

Epiphan. Auguſtin.

Verùm de his hæreticis Epiphanius hæreſi illa 49. non narrat in pane, & caſeo hoc ſacramentum conſecrare conſueuiſſe, ſed eos Artotyritas fuiſſe appellatos, eo quòd in myſterijs ſuis panem, & caſeum apponerent, & ſic myſteria ſua facerent. Auguſt. vero de illis ſolùm inquit in hæc verba. *Offerũt enim panem, & caſeum dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ, & ouium fuiſſe celebritas.* Ex quo non conſtat ipſos in hac materia voluiſſe corpus Chriſti conſecrare, ſed hæc duo in ſacrificium Deo offerre: neſcio an in locum huius ſacramenti illud ſubrogarent. Quo circa ex recentioribus Theologis, qui hæreticorum recenſent errores Sãderus lib. 7. de viſibili Monarchia hæreſi 32. litera X. in Artotyritis, quos ait à Montano proceſſiſſe, & Gabriel, Prateolus in Elẽcho hæreſum verbo *Artotyritæ*, prædictum errorẽ illis tribuunt ſolùm eo modo, quo nos ex Patribus retulimus, neq; de materia Euchariſtiæ illũ intelligunt. Addo etiam Alphonſum de Caſtro verbo *Euchariſtia*, hæreſi 1. vbi agit de materia conſecrationis corporis Chriſti, errorisq; horum hæreticorum non meminiſſe.

Sanderus. Prateolus.

Cæterum ex antiquis Theodoretus lib. 3. hæreticarum fabularum cap. 2. quod eſt de Mõtaniſtis, de Pepuzianis, quos diximus eoſdem eſſe cum Artotyritis, inquit: *De myſterijs autem nonnulla quidam iactitant, ſ dilli nõ fatentur, & ſui accuſationem calumniam appellant.* Idem inquit Nicephorus lib. 4. hiſtoriæ c. 22. Ex quo ſuſpicari quis poſſet illũ errorem de pane, & caſeo, etiã in ſenſu quẽ diximus falſò illis impoſitum fuiſſe. Verùm prædictos Autores loqui de alio errore Pepuzianorum paulò inferius oſtendemus, eoſq; in prædicto errore verè fuiſſe manifeſtũ eſt ex ipſo nomine, quod deſumptũ eſſe ex hoc genere oblationis panis, & caſei teſtantur, Epiphan. hæreſi illa 49. & Aug. c. illo 28. nẽ pe â nomine Græco *αρτος*, quod ſignificat panẽ, & *τυρος* quod denotat caſeum.

3 Artotyriti cur ſic dicti.

Epiphan. Auguſtin.

Deinde referunt prædicti Theologi errorẽ Kataphrygarũ, quòd pane confecto ex farina, & ſanguine infantis pro materia conſecrationis corporis Chriſti vterentur. Referũt autẽ ex eodẽ Epiphan. loco citato, & hæreſi 48. in fine, & Auguſt. lib. citato c. 26. & 27. & Damaſc. lib. de hæreſibus hæreſi 43. & 49. Verũ Epiphan. hæreſi 48. vbi agit de Montaniſtis, quos Phrygaſtas, ſeu Phryges, aut Phrygas appellat, ea ratione, qua ſupra diximus in fine illius, refert in hæreſi eorũ, aut in coniugata eius, nẽpe Quintillianorũ, Priſcillianorũ, & Pepuzianorũ fuiſſe hunc errorem de ſanguine pueri; alio tamen modo. Vocat autẽ hæreſin. Quintillianorum coniugatam, ſeu affinẽ hæreſi Phrygarũ, quia ex Phrygibus originẽ duxerunt, ſiue quia fuit eadem, quę Phrygarũ ſecta. Omnes tamen à Montano, vt diximus orti ſunt, & ideò in ſequẽte hæreſi dixit Quintillianos, & Pepuzianos eoſdem eſſe cum Phrygibus.

Kataphr. Epiphan.

Cęterùm quod attinet ad prædictũ errorẽ, nemo ex antiquis dicit, hos hæreticos ex illo ſanguine, & farina panẽ cõfeciſſe pro materia conſecrationis, ſed Epiph. ſolũ ait, eos ſolitos cõparare ſibi ſanguinẽ infantis (quem æreis aciculis cõpungebant) ad apparatũ ſacrificij. Auguſt. verò lib. illo de hæreſibus c. 26. de Phrygibus, & Damaſc. lib. etiã de hæreſibus de Pepuzianis docent, eos ex ſanguine illo infantis, & farina, aut ſimilã panẽ cõficere ſolitos: addit verò Auguſt. hæc verba: *Quaſi Euchariſtiã ſuam conficere perhibẽtur.* Damaſcenus verò ſolùm ait, *confectum panem prodonarijs ſumunt.* Ex quibus non conſtat eos talem panem pro materia conſecrationis elegiſſe, ſed fortaſſe illum abſque alia benedictione, & conſecratione in ſacrificium offerre conſueuiſſe. Quare ex recentioribus Sanderus loco citato, & Prateolus in Elencho hæreſum

Auguſtin. Damaſcen. 4 Sanderus. Prateolus.

hæresum verbo *Katafhrygij*. Vbi hunc refe-
runt errorem, non dicunt prædictum panem
ab eis confici consueuisse pro consecratio-
ne corporis Christi: sed Sanderus ait eo pa-
ne in suis sacrificijs solitos vti, Prateolus
autem, vt suum pascha celebrarent. Denique
Castro. Alfonsus de Castro aduersus hæreses, ver-
bo *Eucharistia*, hæresi prima, vbi de materia
consecrationis contra hæreticos agit, huius
Mari. Vict. erroris non meminit. Marianus tamen Victo-
rius, & Erasmus in scholijs Epistolę Hiero-
Erasmus. nymi, quam inferius citabimus, dixerũt, pro
conficienda Eucharistia hunc panem fuisse
ab his Hæreticis excogitatum, de hoc au-
tem errore, vt à nobis expositus est, non au-
tem de præcedente, intelligẽdos esse Theo-
doretum, & Nizephorum, cum asserunt, hæ-
reticos Pepuzianos errorem de sacrificijs in
se ipsis non agnouisse, neque confessos fuis-
se, sed sibi falsò impositum. Et calumniam
Hieronyme appellasse colligo ex Hieronymo in Epistola
ad Marcellam de erroribus Montani sub fi-
nem, quæ est 54. vbi de Montanistis, ita lo-
quitur. *Prætermitto scelerata mysteria, quæ di-
cuntur de lactente puero, & de victuro Martyre
confarrata, malo, inquam, non credere: sit falsum
omne, quod sanguis est.* Dicit autem de victu-
5 ro Martyre, nam si puer ille viuebat post vul
nera illa, pro Sacerdote magno, si autem mo
riebatur, pro Martyre habebatur.

Errores qua ficti Gnostico. Deinde recensent recentiores nonnulli
errorem Gnosticorum ex Epiphanio hæresi
26. quòd panem humano semine conspersum conficerent ad conficiendum hoc sa-
cramentum. Verum, neque Epiphanius, ne-
que alius probatus auctor recens, aut anti-
quus hunc errorem Gnosticis adscribit. Re-
fert tamen Epiphanius loco citato, aliũ non
minus execrabilem, & nefandum horum hę
reticorum errorem, nam semen humanum,
(quod pudet dicere) proprijs manibus su-
sceptum Deo offerebant his verbis: *Offeri-
mus tibi hoc donum, corpus Christi*: & sic ipsum
edebant, dicebant etiam, inquit Epipha-
nius, *Hoc est corpus Christi, & hoc est pascha,
ideò patiuntur corpora nostra, & coguntur confi-
teri passionem Christi*. Eodem modo, vt ait
idem autor menstruum sanguinem ex fœmi
na colligebant, & in communi eo vescebã-
tur dicentes, *Hic est sanguis Christi*. Neque
vero existimo eos in turpi illa materia vo-
luisse consecrare corpus, & sanguinem Chri-
sti, sed illam pro corpore, & sanguine Chri-
sti habere. Ex recentioribus verò autoribus
nullus est, qui inter errores Gnosticorũ hunc
enumeret de pane confecto ex semine huma
no pro materia consecrationis: imò nec il-
lum, quem ex Epiphanio memorauimus.

Castro. August. Error Ma-nichæorũ. Postremò Alfonsus de Castro, verbo *Eu-
charistia*, hæresi 1. refert ex Augustino lib.
de hæresibus, cap. 46. errorem Manichæo-
rum in hac re, quod panem ex farina, & semi
ne humano pro Eucharistia conficerent. Cũ
enim (inquit Alfonsus) docerent omnem
creaturam Dei immundam esse, dicebant pa
nem semine humano purgari, & emundari,
& ideò eos Catharistas, hoc est emũdatores
fuisse vocatos. Reprehendit autem Alfonsus
de Castro Guidonem Carmelitanum, quod
hunc errorem tribuat Catharis, à quo asserit
eos maximè abesse, nisi forte (inquit) Gui-
do alios inuenerit Catharos præter Nouatia-
nos: existimare enim videtur Alfonsus hoc
loco verè non fuisse alios Catharos præter
eos, qui ex secta fuerunt Nouatianorum, cũ
tamen, vt vidimus 2. tom. quæst. 61. artic. 4.
alio in loco fateatur fuisse alios Catharos re
centiores præter Nouatianos, cuius oppositi
sensit idem Guido, vt ibidem notauimus. Vult igitur Alfonsus distinguere Ca-
tharistas à Catharis, & his Catharistis, quos di
cit fuisse de secta Manichæorum, hunc erro-
rem adscribere. Negare certè non possumus
Augustinum asserere electos ex Manichæis,
velut Eucharistiam conspersam semine hu-
mano sumere: dixi electos Manichęorum, nã
vt testatur ipse eodem capite Ecclesia eo-
rum duplici genere hominum constabat,
nempe electorum, & auditorum; inquit igi-
tur, electos scelus illud turpissimum solitos
committere. Præterea licet dicat Augusti-
nus, hos hæreticos admiscendum semen cõ
cubentium farinam substernere consueuis-
se, nempe, vt inde panem velut Eucharistiã
sumerent, tamen nunquam dicit huic pani
adhabita fuisse consecrationis verba, vt pro
materia Eucharistię esset; sed dicit ex eorum
Manichæorũ sententia partẽ diuinæ substan
tiæ in omnibus rebus, cibis, & escis esse col
ligatam, quam dicebant purgandam esse, vt
cibi sumerentur. Vt igitur hac ratione eam
purgarent, semen humanum farinæ misce-
bant. Nam cũ ijdem hæretici fingerent quas
dam naues, per quas hanc purgationem fieri
existimabant, quæ erant duo cœli lumina-
ria, luna, & sol, ita vt in illis essent virtutes
sanctæ, quæ se in masculos transfigurarent,
vt illicerent fœminas gentis aduersæ, & per
hanc ille cebram commota eorum concupi-
scentia fugeret de illis lumen, quòd mem-
bris suis permixtum tenebant, quodque par
tem diuinæ substantiæ appellabant, & lu-
men tale purgatum ab Angelis lucis im-
positum illis nauibus, ad Regna propria

De mate-ria consecrationis non errãt Manichæi iuxta Au-gustini. 7

reportaretur. Hac occaſione (inquit Auguſtinus) & ipſi ſemen humanum farinæ miſcebant, vt ſimili libidine, & illecebra lumẽ illud ex cibis purgarent. Ex quibus omnibus conſtat, nullam hactenus hæreſim fuiſſe circa materiam cõſecrationis corporis Chriſti, præter errorem Græcorum de fermentato, de quo diſp. 174. dicemus: tametſi quod attinet ad materiam conſecrationis calicis, aliquæ fuerint hæreſes, quas diſput. 175. cap. 1. afferemus.

Eſt igitur catholica veritas, materiã conſecrationis corporis Chriſti eſſe panem; qualis autem panis eſſe debeat, in ſequentibus dicemus. Et ſanè Chriſtum in pane corpus ſuum conſecraſſe, manifeſtè conſtat ex illis verbis Matth. 26. *Cœnantibus illis accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: accipite, & comedite. Hoc eſt corpus meum.* Idẽ dicitur Lucæ 22. & Marci 14. & 1. ad Corint. 11. Ex facto autẽ Chriſti primo conſecrantis corpus ſuum, & inſtituentis pro nobis hoc ſacramentum rectè intulit Eccleſia, hanc eſſe neceſſariam materiã huius ſacramenti, ſicut definiuit Eugenius Quartus, in decreto fidei, quod eſt in Concilio Florentino poſt ſeſſionẽ vltimam. §. *Tertium eſt*: & Innocentius Tertius, in Concilio Lateranenſi, & refertur in cap. firmiter, de ſumma Trinitate, & fide catholica. Mitto multa alia teſtimonia, eoquòd certiſsimares ſit apud omnes catholicos, & hæreticos etiam, qui hoc ſacramentum, & conſecrationem vtriuſque ſpeciei in eo admittunt: imò etiam, apud Lutheranos, & Caluiniſtas, qui in ſua cœna panem apponunt, licet putent non fieri conuerſionem illius in corpus Chriſti.

Catholica veritas circa materiã cõſecrationis.
Matth. 26.
Lucæ 22.
Marci 14.
ad Corint 11.
Eugenius 4.
Innocentius 3

Non ex ſolo tritico confici poſſe panem idoneum conſecrationi, aliqui varie opinantur.

CAPVT. II.

TAMETSI Sanctus Thomas in hac quæſtione de quantitate, & diſtantia materiæ conſecrationis corporis Chriſti, priùs quã de natura illius, in ſpecie diſputauerit, maioris tamen claritatis gratia opere pretium duximus de natura, & ſpecie eius diſſerere, ante quam de alijs accidentibus ipſius, nempe de quantitate, diſtantia, & qualitate tractaremus. Dicitur autem panis in vniuerſum à paſcendo, vt notãt periti latinæ linguę; & quamuis omni genere ciborũ paſcantur homines, tamen illud ſolùm dicitur panis, quod cũ omnibus alijs cibis comedi ſolet. Porrò panis in vniuerſum fit ex varijs rebus, nempe ex caſtaneis, ex herbis, & ex leguminibus, præſertim verò ex frumento, nomine verò frumenti intelligimus triticum, hordeum, & alia huius modi grana, quæ habent ariſtas: eſt autem certum apud omnes, panem ex caſtaneis, herbis, & leguminibus non eſſe materiam capacem conſecrationis corporis Chriſti, & idem eodem modo dicent de pane, qui fieri ſolet ex quodam genere grani, quod eſt apud Indos, & lingua eorum vocatur *Maiz*. Eoquòd eadem ratio illius ſit, atq; panis confecti ex caſtaneis, & leguminibus: quia licet apud Indos illud genus panis ſit ſatis cõmune, tamen apud reliquas nationes in vſu non eſt: materia autem huius ſacramenti debet eſſe communis, & in vſu apud pleraſq; nationes, vt infra videbimus.

Vnde panis hoc ſortiatur nomẽ

8

At controuerſia nonnulla eſt inter ſcholaſticos noſtros de pane confecto ex hordeo, & quouis alio genere frumenti, an eodem modo eſſe poſsit materia conſecrationis, ſicut etiam eſt panis triticeus. Gabriel lectione 35. in canonem Miſſę cenſet probabile, panem communem ex quocumq; genere frumenti confectum eſſe ideoneam materiã cõſecrationis, ſiue fiat ex tritico, ſiue ex ſpelta, ſiue ex alio genere frumẽti, ſub quo cõprehẽdit typhã, & hordeũ. Nã frumentũ dicitur eſſe granum quodcumq; habens ariſtas, quod diſtinguitur à fabis, & alijs leguminibus. In 4. autem diſt. 11. q. 2. art. 2. conl. 2. ſolum aſſerit non ſatis conuinci à Theologis materiam huius conſecrationis neceſſario debere eſſe panem triticeum, imo verò addit in illa lectione tutum non eſſe viro Theologo, etiam acerrimi ingenij, & magnæ eruditionis oppoſitum definire, & hanc ſententiam de pane hordeaceo ſubnotare, eo quòd nullus ſcholaſticus aliquid in rebus fidei definire queat, niſi euidente teſtimonio aliquo canonis, intelligit Scripturæ, vel Concilij, aut reuelatione, aut ratione efficaci quæ ad id conuincat, in hoc autem caſu nihil horum eſt: referunt autem recentiores aliqui pro hac ſententia Thomam de Argentina in 4. d. 11. q. 1. quòd ipſum etiam referat Gabriel in illa lectione, & Albertum in eadem diſt. art. 7. & Caietanum in antiqua impreſſione in articu. 3. huius quæ-

Prima Sententia

Gabriel.

9

Argentina.
Albertus.
Caietanus.

quæstionis, quãuis post impressionem Romanam, pars illa commentarij iam ex puncta sit. Verùm si Doctores attentè legantur, facilè constabit solùm Gabrielem esse pro hac sententia, quam retulimus: nam Argentina, & Albertus non loquuntur de pane hordeaceo, sicut Gabriel, sed solùm de pane ex spelta, neque volunt ex omni genere frumẽti, etiam hordei posse confici panem pro Eucharistia, sed ex omni genere tritici, sub quo ipsi speltam comprehendunt, de qua re infe rius dicemus. Caietanus verò solũ dixit triticum, aut aliud frumentum quodcumque esse sufficientem materiã, ex qua panis aptus consecrationi conficipossit, dummodo panis ille simpliciter panis dicatur. Quare cũ panis hordeaceus non dicatur simpliciter panis, non videtur docuisse de illo id, quod de pane triticeo existimauit, sed fortasis id videtur dixisse propter panem ex spelta, existimans esse aptum ad consecrationem, sicut etiam panem triticeum: de pane autem hordeaceo expressè dicit non esse idoneam materiam consecrationi, quia licèt hordeum sit frumentum, tamen panis ex illo confectus non est simpliciter panis, cum potius hoc genus frumenti in pabulum sit iumentorum. Quo circa pro hac sententia solùm allegari debet Gabriel.

10

Fundamẽta pro sententia Gabrielis.

Fundamenta verò illius sunt: primũ, quòd hactenus Ecclesia non definierit, materiam consecrationis corporis debere esse solũ panem triticeum, & non posse esse panem hordeaceum: ex Patribus verò, & Scriptura solũ colligimus Christum panem consecrasse: panis autem conficitur ex vna specie frumenti sicut ex alia: ex eo autem, quod Christus in certa quadam specie panis consecrauerit, nõ sequitur, inquit, non posse nos in alia specie panis consecrare, alioquin cum Christus cõsecrauerit in vna specie vini, verbi causa, rubri, vel albi, non poterimus nos in alia consecrare, quod non est asserendum; nam per vnã speciem nõ excluditur altera: Deinde affert Gabriel Augustinum in illud Ioãnis 12. *Nisi granum frumenti*, quem inquit dixisse inter multa alia grana frugum Christum se ipsum comparasse soli grano frumenti: subdit deinde hæc verba ex Augustino. *Vnde mos cœpit Ecclesia de illo solo grano conficere Corpus Domini*. Constat autem frumentum genus esse ad omnem speciem grani, quæ habet aristas, vt docet Isidorus libr. 17. Ethymologiarum cap. 3. Plinius lib. 18. Historiæ cap. 7. & Varro de re rustica, cap. 48. ergo hordeũ sub frumento, tanquam sub genere continetur, ac proinde non minus in pane hordeaceo fieri

Augustinus.

Isidorus. Plinius. Varro.

11

poterit consecratio, quam in triticeo. Postremò quia Cõcilia, & Pontifices quidem materia consecrationis loquuntur, aut solùm dicunt necessariam materiam esse panem, aut panem ex frumento. Vtrum verò debeat esse triticeus, an hordeaceus sufficiat, non explicant. Ita loquuntur Concilium Aurelianense 4. cap. 4. Bracharense 3. cap. 1. Carthaginense 3. cap. 24. Alexand. 1. Epist. decreta. cap. 4. & refertur à Gratiano, Canone *Cum omni crimini*, de consecratione dist. 2. & ab Iuone 2. p. sui decreti cap. 11. Innocentius 3. in Concilio Latera. & refertur cap. firmiter de summa Trinitate, & fide catholica: & idem in cap. *Cum Marthæ*, de celebratione Missarum, qui omnes præter Innocentium, solùm docent, panẽ pro materia consecrationis debere esse ex frumento: frumentũ autẽ, vt vidimus genus est ad omnem speciem grani, quod habet aristam, sub quo, vt diximus, comprehenditur hordeum; at verò Innocentius solùm dicit materiam esse panem. Cæterum cum Gabriel inquit, panẽ cuiuslibet frumenti esse idoneam materiam consecrationi, non censet licere Sacerdoti in quouis pane ex frumento consecrare, sed esse idoneam materiam, vt si fiat consecratio, effectum habeat; addit enim conclusione tertia, non excusari a peccato eum, qui in alio pane, quã triticeo consecrauerit, nisi consuetudo Ecclesiæ illud probet. Rationẽ verò huius esse inquit, quia vt quis sine peccato sacramentum ministret, non sufficit, vt in eã materia, & forma illud ministret, sub quibus firmum sit, & effectum habeat, sed oportet, vt secundùm morẽ Ecclesiæ, in quã est, illud ministret. Et hactenus de prima opinione, pro qua solùm, vt dixi, allegari debet Gabriel.

Conc. Aurelianens. 4. Bracharen. 3 Carthagi. 3. Alexand. Innocent. 3.

Cap. Firmiter. Cap. c. Marthæ.

12

Secũda sententia.

Secunda opinio est aliorum scholasticorum, qui docent non tantùm panem confectum ex tritico, sed etiam ex spelta, & farre idoneam esse materiam consecrationis, vt in ea effectum habeat. Ita docent Alexand. 4. par. quæst. 10. memb. 4. art. 1. §. 4. Albertus in 4. dist. 11. art. 7. Thomas de Argentina artic. 1. Paludanus, & Dominicus Sotus, in 4. dist. 9. quæst. 1. art. 2. quibus etiam annumerandus est Caietanus in artic. 3. huius quæstionis, qui docet ex omni genere frumenti, ex quo confici potest panis simpliciter posse fieri materiam idoneam consecrationi: quamuis autem reijciat panem ex hordeo, tamen panem ex spelta, & alijs generibus frumenti admittit; ex quo etiã patet multò plura grana frumenti admittere Caietanum ad materiam consecrationis, quam reliquos autores.

Alexand. Albertus. Thomas de Argent. Paludanus. Sotus. Caietanus.

Paludanus autem, & Sotus præter ſpeltam, etiam admittunt far, nam licet antiquorum far diceretur quicumque fructus terræ, vt inquit Varro, lib. 4. de lingua latina, quia id ferret terra; tamen nomen hoc vſu iam accommodatum eſt, vt denotet ſpeciem quã dam frumenti, quã vulgo Itali *farro* vocant, nam Hiſpani *farro*, appellant illud, quod fit ex hordeo confracto, & ablata etiam ariſta, & folliculo, ſeu integumento grani. Hi verò Doctores non eadem ratione, & fundamento nixi, in hanc eandem ſententiam cõuenerunt, nam Alexander, & Sotus ea ratione dicunt, ex ſpelta fieri poſſe panem idoneum pro materia conſecrationis, quia ſpelta eſt e iuſdem ſpeciei cum tritico, ſolùm ab eo accidentariè differens. Quibus ſub conditione accedit Durandus in 4. d. 11. q. 4. ait enim de ſpelta, & farre, ſi ſunt eiuſdem ſpeciei cum tritico (vt fertur) fieri poſſe panem idoneum conſecrationi, ſicut etiã ex tritico. Si verò ſpecie differunt, non ita, nam ſicut ex varijs vinis, inquiunt, ſolùm accidentariè differentibus poteſt fieri conſecratio ſanguinis, ita etiam ex varijs granis tritici accidentariè diuerſis confici poteſt panis ad conſecrationem corporis. Porrò autem ſpeltam eſſe eiuſdem ſpeciei cum tritico probant, quia in multis terris præſertim in agro Leodiẽſi ex tritico naſcitur ſpelta, in alio verò naſcitur triticum. Eodem modo ſub conditione loquitur Maior de tritico, & ſiligine, ſicut Durandus de tritico, & ſpelta, videtur autem accipere ſiliginem pro ſpelta, loquitur enim de ſiligine Leodienſi. At verò Albertus, Thomas de Argentina, & Paludanus id aſſerunt, etiam ſi exiſtiment hæc duo grana ſpecie differre, affirmant autem ex his granis poſſe fieri panem idoneum conſecrationi: tum quia non putant neceſſarium eſſe triticum eiuſdem infimæ ſpeciei ad materiam idoneam conſecrationi, ſed ſufficere genus tritici, ſub quo duæ tantum ſpecies conſtituuntur, nẽpe triticum, & ſpeltam. Tum etiam propter vſum aliquarum Eccleſiarum, quæ panem confectum ex ſpelta conſecrant. Quamuis autem hi autores nihil dicunt de typha, Hiſpanè, *centeno*, tamen eodem modo de hoc genere frumenti philoſophari debent, eo quòd ex tritico in aliquibus terris, typha naſcitur. Caietanus verò, vt vidimus, putat ſufficere omne genus frumenti, nec requiri determinatam aliquam ſpeciem, dũ modo panis, qui ex eo conficitur, ſimpliciter dicatur panis: cum autem non excludat expreſſè far, & ſpeltam, & typham, ſicut excludit hordeum, & in multis terris ex his fructibus, panis fiat, ſentire videtur ex illis fieri materiam idoneam conſecrationi.

Varro.

Ratio Alexandri. & Sot.

Maior.

Albert. & Thomas de Argentina.

Solum panem triticeum eſſe materiam idoneam conſecrationi, vera ſententia adſtruit.

CAPVT III.

QVAMQVAM Antè tempora Eugenij IIII. Concilia expreſſè non definierant panẽ idoneũ conſecrationi corporis Chriſti ex ſolo tritico debere eſſe, ſed ſolùm pro illo aſsignarunt frumentũ, vt ſupra vidimus: tamen ſenſus magis cõmunis Eccleſiæ fuit ex ſolo tritico, quod verè triticum diceretur, panem confici poſſe idoneum conſecrationi, id quod etiam Cõcilia illa & Patres intellexiſſe inferius videbimus. Poſtea verò Eugenius IIII. in decreto fidei, quod eſt in Concilio Florentino poſt vltimam ſeſsionẽ tradere volens Græcis certam de ſacramentis doctrinam. §. *Tertium ex Euchariſtia*, definit materiam huius ſacramenti, nempe conſecrationis illius, ſicut ſupra diſput. 167. c. 4. explicuimus, eſſe panem triticeum. Quamuis autem Alanus lib. 1. de Euchariſtia, cap. 11. non audeat definire, vtrùm Pontifex hoc loco ſtatuerit panem triticeum, vt materiam neceſſariam ſine qua non poſsit fieri conſecratio, an verò ſolùm aſsignauerit tanquam neceſſariam ex præcepto, tamen abſque dubio intelligenda eſt Pontificis definitio de materia neceſſaria, ſine qua non poſsit fieri conſecratio: nam nomine materiæ conſecrationis abſolutè ſumptæ intelligitur, ſine qua conſecratio non fit. Quo circa ineptè quis diceret materiam huius ſacramenti in Eccleſia Latina eſſe panem azymum, ſicut etiam ineptè diceret materiam huius ſacramenti eſſe vinum aqua permixtum, cum tamen ex præcepto hæc duo ad materiam ſacramenti pertineant. Et hac ratione idem Pontifex eodem §. cum aſsignat materiam conſecrationis ſanguinis Chriſti, non dixit eſſe vinum aqua permixtum ſed abſolutè dixit eſſe vinum de vite: addidit autem. *Cui ante conſecrationem aqua modiciſsima admiſceri debet: aqua autem ideo admiſcetur, quoniam iuxta teſtimonia ſanctorum Patrum creditur, Dominum in vino aqua permixto hoc inſtituiſſe ſacramentũ.* Quo ſanè loquendi modo planè indicauit

Eugenius 4. in decreto fidei.

Alanus.

Per materiam conſecrationis intelligitur ſemper quæ neceſſaria eſt

14

15

hanc mixtionem aquæ non pertinere ad ſubſtantiam materiæ, tanquam aliquid neceſſarium, ſed ſolùm ex præcepto aquam illam miſcendam eſſe. Eodem igitur modo loqueretur de pane triticeo, ſi triticum non pertineret ad ſubſtantiam materiæ huius ſacramenti. Denique cum Pontifex tradat Græcis hanc definitionem vt regulam fidei, credibile non eſt, materiam huius ſacramenti ſecundùm probabiliorem opinionem ſolùm aſsignaſſe.

Illatio cõtra Gabr.

Ex hac verò ſententia ſequitur cõtra Gabrielem, non poſſe confici materiam idoneã huius conſecrationis ex omni genere frumẽti, & ita panem hordeaceum conſecrari non poſſe, nam quamuis ante Eugenium IIII. nullum Concilium rem hanc definierit, ſed ſolùm aſsignatum fuerit frumentum pro pane, qui eſt materia neceſſaria; tamen Eugenius aperte rem definiuit. Antiqua verò Cõcilia, quæ ſolùm aſsignant frumentum pro pane conficiendo ad hanc conſecrationem, per frumentum non intelligunt omne genus frumenti, ſed illud, quod potiſsimum, & cõmuniter ita dicitur, nempe triticum, non quòd frumentum ſit analogum ad omnia frumenta, & abſolutè ſumptũ denotet id quod perfectius eſt, ſed quòd licèt ſit genus vniuocum ad omnia frumenta, triticum tamẽ, quòd nobiliſsimum ſit, frumentum abſolutè dicitur. Definitio autem Eugenij antiquior eſt multo ipſo Gabriele; tametſi potuerit ipſum latere. Contra eum autẽ, quatenus ita dicit ex omni frumenti genere poſſe confici panem pro conſecratione corporis, vt etiam hordeum comprehendat, decẽt cæteri omnes citati autores, etiam ſi Caietanum annumeres: nam ille non admittit in ô excludit hordeum pro tali materia. Eis etiã accedũt Petr. Sot. lib. de inſtit. Sacerd. lect. 2. de Euchariſt. Innocentius lib. 4. de myſterio Miſſæ, cap. 3. Scotus in 4. diſt. 11. q. 6. in principio, & Ricard. eadem diſtinct. art. 2. q. 2. qui nomine frumenti ſolùm triticũ intelligit: probat enim, ex ſolo tritico poſſe cõfici panem pro conſecratione, ex eo, quòd de ſolo frumento confici poſsit: ſi autem ex ſententia Ricardi idem non eſſent frumentum, & triticum, ſed frumentum genus eſſet, & commune quid tritico, & alijs, inde nõ poſſet ſuam concluſionem probare. Eandẽ ſententiam tanquam Eccleſiæ traditionem probant autores Theologi Catechiſmi Romani, agentes de materia huius ſacramenti. Porrò autem licèt apud prophanos autores nomen frumenti cõmune ſit omni grano, quod habet ariſtas, vt ſupra vidimus ex Plinio, & alijs, & in Scriptura aliquando hoc modo ſortaſsis accipiatur; tamen frequens vſus illius in eadem Scriptura eſt, vt triticum ſignificet, Geneſ. 44. cum dixit Ioſeph ſeruis ſuis: *Implete ſaccos eorum frumento*, per frumentum triticum intellexit. Ea enim de cauſa filij Iacob profecti fuerunt in Egyptum, vt triticum emerent, & ita Septuaginta pro frumento tranſtulerunt, *Eſcas*. Et inferius eodẽ cap. vbi Vulgata legit: *Emite nobis parum tritici*, ijdem Septuaginta vertunt *Eſcas*, Hebraicè autẽ in vtroque loco eſt nomen *Ochel*, Græcè autem eſt βρώματα. Hieremiæ autẽ 41. Vulgata ita habet, *Theſauros habemus in agro frumenti, & hordei: & olei, &c.* Vbi frumentũ accipit pro tritico, quod in Hebræo eſt *Chitàh*. Et in eo loco, & Pſalm. 4. nomine frumenti explicatur, cum dicitur *à fructu frumenti, &c.* Et 2. Paralipomenon 2. idem Hebræum nomen ponitur. Denique Ioannis 12. vbi Vulgata legit, *Niſi granum frumenti cadens in terram*, Græcè pro frumento eſt nomen σῖτος, quod Latinè eſt triticum, & ita prædictum locum intelligit Clemens Alexãdrinus lib. 6. ſtromatum de illo genere frumenti, quod eſt triticum. Quocirca dubitandum non eſt, cum Concilia, & Patres ſuperius allegati dixerunt, materiam conſecrationis corporis eſſe panem frumenti, intelleXiſſe panem tritici.

Frumẽtũ ſæpius in Scriptura vſurpatur pro tritico *Geneſ. 44.*

Hierem. 41.

Pſalm. 4.

2. Paral. 2.

Ioann. 12.

Clemens Alexandrinus.

19

Caiet.

Petr. Sot. Innocentio Scot. Ricard.

Catechiſm. Pij V.

38

Ex quibus omnibus illud contra Gabrielem ſequitur, nõ poſſe confici ſaltem ex hordeo panem idoneum materiæ conſecrationis. Deinde, quod attinet ad genus tritici, mihi probatur ſententia S. Thomæ in artic. 3. huius quæſtionis, & Viguerij in lib. inſtitutionum Theologicarum, cap. 16. §. 3. verſic. 1. & Ledeſmę 1. par. quarti q. 1. artic. 3. qui docent ex ſpelta, & farre non poſſe confici panem idoneum conſecrationi, huius verò potiſsimam rationem eſſe exiſtimo, quia hæ duæ ſpecies frumenti non ſunt veræ ſpecies tritici, neq; ex illis panis cõficitur, qui ſimpliciter, & abſq; additamento ab omnibus panis vocetur. Quod verò in quibuſdam terris ex tritico far, aut ſpelta naſcatur, non ſatis eſt, vt dicamus, hæc omnia eſſe eiuſdem ſpeciei. Nam, vt rectè notauit Paludanus, fieri poteſt, vt ex vna ſpecie grani, alia ſpecies mirus perfecta oriatur ratione ſolij, & conſtellationis, quæ ad hoc maximè iuuant. Ita ipſe ingenuè fatetur ſpeltam, & far â tritico ſpecie differre; tametſi alia ratione dicat ex ſpelta, & farre poſſe cõfici panẽ ad conſecrationem idoneum, vt ſupra vidimus. Et quamuis probabilius exiſtimem, non omnia grana tritici eſſe eiuſdem infimæ ſpeciei, nihilominus

Ex ſpelta, & farre nõ poteſt fieri materia conſecrationi apta. *S. Thomas. Viguerius. Ledeſma*

Ratio huius placiti.

Paludanus.

minus cenſeo ex omni grano tritici cõfici poſſe panem idoneum conſecrationi, dummodo ſimpliciter triticum ſit, & panis ex eo cõfectus ſimpliciter panis dicatur, ſicut etiã de vino dicam ad cõſecrationem ſanguinis. Porro autem nõ omnia grana tritici eſſe eiuſdem infimæ ſpeciei, mihi habeo perſuaſum ex diuerſis accidentibus, ex quibus natura rei, & ſpecies cognoſcitur: ſunt autem grana tritici maximè diuerſa ſecundùm accidẽtia, ita vt vnum ex alio non naſcatur, vt experiẽtia conſtat, ſignum igitur eſt, eſſe diuerſæ ſpeciei, inter ſpecies autem tritici à quibuſdam aſsignatur ſiligo Hiſpanè *candeal*, quod eſt genus quoddam tritici ſelectum, & ideò ſiligo dicitur. Ex quo dubium non eſt confici verum panem idoneum conſecrationi, vt notarunt Caietanus, Sotus, & Ledeſma locis citatis, & alij. Porrò ſiliginem eſſe ſelectũ triticum docent Iſidorus lib. 7. Ethymologiarum cap. 7. & Columella de re ruſtica, & Plinius lib. 18: cap. 8. vbi ſiliginem dicit eſſe delitias tritici. Cæterùm S. Thomas in illo articulo 3. huius quæſtionis ad 2. accepit ſiliginem pro eo, quod Græce dicitur *Typha*, Latinè *Blatta*, Hiſpanè *centeno*, non autem protritico ſelecto, vt notarunt Sotus, & Ledeſma, & nihilominus affirmauit ex illa poſſe confici panem idoneum conſecrationi: tametſi aliqui Thomiſtæ dicant perperam fuiſſe intellectum S. Thomam à Ledeſma, & Soto, & Doctorem ſanctum per ſiliginem non typhã intellexiſſe, ſed triticum ſelectum: nam ex typha dicunt nõ poſſe fieri panem idoneum conſecrationi. Verùm ex verbis S. Thomæ planè probari poteſt per ſiliginem non triticum ſelectum, ſed typham eum intellexiſſe. Ideò enim ait, poſſe confici panem idoneum conſecrationi ex ſiligine, quia putat eſſe eiuſdem ſpeciei cum tritico, eoquòd aliquando ex tritico ſiligo naſcatur, nempe (vt ipſe ait) in malis terris. Si autẽ per ſiliginem ſelectũ triticum ipſe intelligeret, non diceret naſci ex tritico propter exiguam terræ virtutem, neque enim ex tritico communi naſcitur ſelectum in terra parùm feraci, quin potius naſcitur typha: ergo per ſiliginem intellexit typham. Quod enim aliqui dicunt, ex communi tritico in terra parùm feraci naſci poſſe triticum ſelectum; non quidem in ſubſtãtia, ſed in colore, & ſapore, & hoc ſenſu locutum fuiſſe Doctorem ſanctum, nulla ratione probari poteſt. Nam terra parùm ferax nihil iuuare poteſt, vt naſcatur ex communi tritico aliud melioris coloris, & ſubſtantiæ. Cæterùm eius ſententia quatenus aſſerit ex ſiligine, quam ipſe accipit pro typha, poſſe confici panem idoneum conſecrationi, mihi non probatur, quia neque verè triticum eſt, neq; panis ex illo confectus apud omnes panis ſimpliciter dicitur. Parum autem refert, quòd ex tritico in terra aliqua naſcatur ſiligo, hoc eſt, typha, quia vt ſupra diximus ratione ſoli aliquando ex bono ſemine naſcitur frumentũ alterius ſpeciei, deterioris tamen naturæ.

Accidẽtia diuerſa indicant diſtinctionẽ ſpecificã.

20 *Caietan. Sotus. Ledeſma. Iſidor. Plin. Columella.*

Quid ſentiat S. Th. de ſiligine

21

Ex typha panis non conficitur conſecrationi aptus.

Argumenta verò Gabrielis, quibus contẽdebat ex omni genere frumenti, etiamſi hordeum comprehendas, panem confici poſſe idoneum conſecrationi, parum habent momenti. Ad primum dicimus iam eſſe definitum ab Eugenio IIII. materiam conſecrationis corporis eſſe panem triticeum, quæ definitio, vt ſupra notaui antiquior multò eſt ipſo Gabriele. Quod verò aliquis panis, ita cõficiatur ex vna ſpecie frumenti, ſicut ex alia, quemadmodùm, & vinum ex vna ſpecie vuarum, ſicut ex alia, nihil refert, vt dicamus, ſicut contendit Gabriel panem confectum ex hordeo, aut ex quouis alio frumento poſſe conſecrari: nam vinum ex varijs vuis diuerſę ſpeciei, eſt ſimpliciter vinum; at verò panis confectus ex qualibet ſpecie frumenti, vt ex hordeo, & typha nõeſt ſimpliciter panis. Quãuis igitur per vnam ſpeciem non excludatur alia quæcumque, excluditur tamen illa ex qua non fit panis ſimpliciter, & ita excluditur quæcumque ſpecies frumenti, quæ non eſt triticum, quia ex ſolo tritico fit panis ſimpliciter; panis verò ex alio frumento confectus non dicitur ſimpliciter panis; ex vuis verò vitis fit vinum, quod ſimpliciter dicitur vinum, quamuis non omnes vuæ ſint eiuſdẽ ſpeciei, vt manifeſtum eſt, quia pro materia calicis, vt inferius dicemus, ſignatur vinum de vite, quodcumque illud ſit. Ad illud verò, quod adducit Gabriel ex Auguſtino, reſpondeo, illud teſtimonium eſſe Gloſſæ ordinariæ in eum locum, quãuis dicatur deſumptum ex Auguſtino, in eo tamen non inueniri. Verùm quamuis eſſet Auguſtini, nihil contra noſtram ſententiam probaret, cum enim dicit de ſolo grano illo, nempe frumenti confici corpus Domini, per granum frumenti non quodcumque frumenti genus, ſed triticum tantũ intelligit, quod ſæpenumerò frumenti nomine ſignificatur, vt ſupra notauimus. Tertium autem argumentum ex dictis ſolutum manet.

Soluũtur argumen. Gabr. Ad primũ.

Ad ſecundum.

22

Ad teſtimonium ex Auguſt. deſumptum.

Ad tertium.

Neque

Neque panem cõfectum ex amydo, neque maſſam ex tritico, ſed panem ex farinatrici ſine admixtione alterius rei eſſe idoneam materiam conſecrationi.

CAPVT IIII.

HACTENVS Aſsignauimus ſolùm remotam materiã, ex qua conficiendus eſt panis pro conſecratione: nunc autem qualis debeat eſſe panis, hoc eſt, qualiter cõficiendus, vt dicatur ſimpliciter panis, oſtendendũ eſt. Ex tritico enim & fit farina, cum granũ molaconteritur, & fit amydum, cum ex ipſo medido medulla eius exprimitur, quæ poſtea exſiccata in farinam verti poteſt, & ex ea fieri panis. Præterea ex farina aqua permixta fit maſſa, quæ tandem calore ignis in clibano decocta dicitur panis.

Eſt igitur difficultas primùm: vtrum ex amydi farina poſsit fieri panis idoneus conſecrationi. Paludanus in 4. diſt. 11. q. 1. artic. 4. concluſ. 5. arbitratur, ex amydo verum panẽ confici poſſe idoneum conſecrationi, idemque docere videtur Maior diſt. illa 11. q. 2. ſi eius ratio rectè inſpiciatur, eoquod ex medulla, & ſubſtantia ipſius tritici fiat. Multò tamen probabilius, & certum eſt, panem ex amydo confectum non eſſe idoneam materiam conſecrationis: ita docent S. Thomas in articulo 3. huius quæſtionis ad 4. Scotus, Viguerius, Ledeſma, & Alanus locis citatis; Dominicus verò Sotus inter vtramque opinionem dubius manet. Ratio verò eſt, quia vt amydum ex tritico madefacto exprimatur, fit aliqua non modica corruptio, cuius indicium eſt peſsimus odor aquæ, quã madefit, & ipſius tritici: hæc autem corruptio eſt ipſius grani, & alterius rationis, quã ea quæ fit cum conteritur inter molas, hæc enim per ſe requiritur ad panẽ, cum ex grano prius debeat fieri farina, vt fiat panis; alia verò corruptio non tendit ad panem: facta autẽ hac corruptione, ſicut cum fit ex vino acetum, non manet ſimpliciter farina, nec panis ſimpliciter, & ideò neque idonea materia conſecrationi. Signum præterea huius corruptionis non leue eſt, quod panis confectus ex amydo alterius diuerſæ virtutis eſt, quàm ſi fieret ex ipſo tritico mola contrito. Adde quòd, vt ſtatim dicemus, non omnia, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſunt idonea materia cõſecrationi, etiam ſi alterum illorum idonea materia ſit, ſed illud tantum, quod in cõmuni vſu dicitur ſimpliciter tale; panis autem cõfectus ex amydo non dicitur panis ſimpliciter.

23 Paludanus. Maior. Ex amydo non cõficitur materia proxima conſecrationi. S. Thomas. Scot. Viguerius. Ledeſma. Alanus. Soto. Ratione ſtimatur.

Deinde eſt difficultas de maſſa, an ſit materia idonea, antequam in clibano coquatur. Et ſanè omnes Doctores ſuperiori cap. allegati, excepto Ioanne Maiore, ingenuè fatentur, ex maſſa rò poſſe cõſecrari corpus Chriſti, quamuis varient in ratione. Scotus, cui conſentit Gabriel lect. 35. in Canonem lit. E. hanc ſententiam ex eo veram exiſtimat, quod ex Chriſti inſtitutione conſecratio ſolùm fieri poſsit in pane; maſſa autem licet ſpecie non differat à pane, tamen panis dicenda non ſit: vt enim aliquid ſit ſufficiens materia conſecrationis, non ſatis eſt eſſe eiuſdem ſpeciei cum eo, quod eſt vera materia, ſed habere debet certum quẽdammodum, & ſtatum conſentaneum inſtitutioni Chriſti. Quo fit, vt panis incluſum in granis non ſit idonea materia; expreſſum tamen apta materia ſit, & vinum congelatum non ſit idonea materia, bene tamen liquatum; cum tamen hæc inter ſe ſolùm accidentariè differant, nõ autem ſecundum ſpeciem. Et hæc ratio ſufficiens ſanè eſt. Quare nõ eſt vllo modo probanda ſententia Maioris, q. illa. 2. qui videtur docere maſſam poſſe conſecrari, eo quòd ſit eiuſdem ſpeciei cum pane. Alij verò eandem ſententiam docent exiſtimantes, maſſam, & panem ſpecie differre, & ipſa vi ignis ex mixto illo cõpoſito ex aqua, & farina, formam quandam ſubſtantialem educi. Ita S. Thomas infra art. 6. & in 4. d. 11. q. 1. art. 1. q. 3. ad 3. Scot. Ledeſma, & Caietanus locis citatis in ſuperiori capite. Huius autem non leue indicium eſt, nõ parum diuerſus effectus, diuerſaque non parùm accidentia panis, & maſſæ: hinc enim diuerſitas ſubſtantiæ cognoſcenda eſt.

24 Maſſa nõ poteſt cõſecrationi deſeruire. Ratio Scoti, & Gabrielis. S. Thomas. cot. Ledeſma. Caietana

Obſeruandum tamen eſt: cum ex pane cocto, & mica madefacta, & digitis compreſſa fit quaſi maſſa, nondum amitti formam panis idoneam conſecrationi; alioquin panis inter dentes fractus, & vi ſaliuæ quaſi in maſſam conuerſus, non retineret conſecrationem; quod tamen nullus concedit. Neque enim hoc modo reduci poteſt ad ſtatum illum maſſę, quem habuit antequam in clibano coqueretur, neque tam citò corrumpi poteſt, & amittere ſtatũ panis idonei conſecrationi, in quo conueniunt Soto, Scotus, & Caiet. locis citatis in præcedenti cap.

A poſitio ridendo oſtenditur.

Reſtat

Reſtat igitur, vt ſolus panis, quī communiter dicitur panis, ſit apta materia conſecrationi corporis Chriſti: conficitur autem ex tritico mola, aut alio modo contrito, & in farinam conuerſo, admixta aqua naturali, & facta maſſa, quæ calore clibani decocta dicitur panis. Dixit autem maſſam fieri debere ex aqua naturali, vt ſit verè panis conſecrandus: nam ſi fiat ex lactè, aut aqua roſacea, aut miſceatur oleum, vel quid aliud præter aquam naturalem, non eſt ſimpliciter panis aptus conſecrationi; ſed potius dicitur placenta; niſi hæc miſcerentur in parua quãtitate: tunc enim quamuis peccatum eſſet contra puritatem debitam huius materiæ; tamen verè fieret in ea materia conſecratio; ſi autem notabilis quantitas harum rerũ miſceretur, nulla fieret conſecratio: hoc autem
26 diſcernendum eſt ex ſapore, nam ſi ſapor retinet aliquid aliarum rerum, verè eſt notabilis quantitas, quæ facit eſſe placentam, & non panem; ſi tamen farinæ admiſceatur aliquid ſalis, non redditur inepta materia conſecrationi, quamuis in Eccleſia Latina id non liceat, eo quòd illa conſueuit in azymo conſecrare: panis autem azymus fit ex ſola aqua, & farina ſine fermento, & ſale. Porrò autem panem fieri debere ex aqua naturali, ita, vt ſi miſceatur alius liquor, non ſit verus panis idoneus conſecrationi, docent S. Thomas artic. 7. huius quæſtionis ad tertium. Ricardus in 4. diſt. 11. artic. 2. q. 2. Sotus in 4. diſt. 9. q. 1. artic. 6. ad 3. argument. poſt ſecundam concluſionem, & Summiſtæ verbo *Euchariſtia*: eſtque apud omnes certiſsima res, & ſine controuerſia.

S. Thomas. Ricardus. Sotus.

Summiſtæ.

Obſeruatio. Poſtremò, cùm ex diuerſis granis miſceri poſsint variæ farinæ, & ex illis fieri panis, obſeruandum eſt, non quamlibet mixtionem impedire debitam materiam conſecrationis, ſed ſolùm notabilem, quæ diſſoluat ſubſtantiam ipſius panis triticei; dixi panis triticei, nam quamuis miſceantur farinæ diuerſæ ſpeciei intra genus tritici, non poteſt diſſolui vera materia conſecrationis, ſiquidem ſemper manet panis triticeus, qui ſimpliciter panis eſt. Porrò autem, eſſe ſpecies aliquas tritici diuerſas, ſuperius notauimus. Verùm ſi fiat mixtio farinæ alterius frumenti, aut grani cum farina tritici, & ea non ſit
27 notabilis, nulla ratione corrumpetur materia neceſſaria conſecrationi, ſed verè manebit panis triticeus, in quo fiat conſecratio: quia parua illa pars farinæ alterius grani abſumetur per maſſam, & decoctionem à reliqua parte panis; alioquin non liceret conſecrare panem ex tritico, quòd haberet admixtã pãucã aliã grãnã: & quãmuis panis amitteret aliquid de ſuo perfecto ſtatu propter admixtionem illam; nihilominus ſi maneret panis triticeus ſimpliciter, apta eſſet materia conſecrationi: ita docent S. Thomas in articul. 3. huius quæſtionis ad 3. & Bonauentura in 4. diſt. 11. par. 2. artic. 1. quæſt. 4. ad 3. Ricardus eadem diſt. artic. 2. quæſt. 2. ad 2. ſi tamen talis fieret mixtio in pane, vt non fieret tertia ſubſtantia, neque pars illa, quæ eſſet ex tritico, abſumeret illam, quæ eſſet ex alio grano, ſed vnaquæque in ſua ſubſtantia propria permaneret, conſecraretur illa, quæ eſſet ex tritico, non tamen illa, quæ eſſet ex alio grano.

De numero, quantitate, & præſentia materiæ conſecrandæ. Diſputatio. 171.

Numerum hoſtiarum debere eſſe determinatum? Cap. 1.

De quantitate materiæ conſecrandæ ſecundùm paruitatem. Cap. 2.

De quantitate materiæ conſecrandæ ſecundùm magnitudinem. Cap. 3.

Quo pacto materia conſecranda præſens eſſe debeat Sacerdoti. Cap. 4.

Numerum hoſtiarum debere eſſe determinatum.

CAPVT I.

De quibus ſit diſputãdum.

CIRCA Quantitatem mãteriæ conſecrationis, de qua hactenus loquuti ſumus, tria præſertim dicenda ſunt; primùm eſt, an debeat eſſe determinata, hoc eſt certa: ſecundũ, an requirat terminũ paruitatis: tertiùm, an poſtulet terminũ magnitudinis, quibus quartum addemus, de præſentia, & diſtantia illius occaſione magnitudinis. Quamuis autem hactenus ſolùm diſputatum ſit de materia conſecrationis corporis Chriſti; tamẽ ea quæ in hoc capite, & ſequente dicemus de determinatione, & quantitate huius materiæ, intelligi debent eodem modo dẽ determinatione, & quantitate meteriæ conſecrationis ſanguinis Chriſti. Primùm igitur circa determinationẽ materiæ, an debeat eſſe certa,

certà,& definita,dicendum eſt māteriam debere eſſe definitam, & determinatam, ſicut fuſius oſtendunt Durandus in 4.diſtinct.11. quæſt.7.& Ricard.diſt.10.artic.7. quæſt.2. rationem verò huius in vniuerſum nullā reddit Durandus: Ricardus verò eam aſſignat, quia reales operationes non ſunt circa ſingularia indefinita(quæ à logicis vaga dicuntur) ſed circa determinata,& ideò oportet, vt intentio, quæ eſt cauſa conſecrationis, feratur in aliquam determinatam materiam. Cæterùm Durandus loco citato,& Maior.diſt. 11.quæſt.2. §.*ſecundo arguitur* tractātes quęſtionem illam an ſacerdos habens in proſpectu vndecim hoſtias, volens ſolùm decē ex illis conſecrare,verè conſecret decem? Reſpondet,nullam conſecrari à ſacerdote illo, niſi ipſe deſignet certas decem hoſtias, quas velit,nam ſi eius intentio indefinite ſolùm feratur in decem,inquit,nullam conſecrari, & quòd in eo caſu ſacerdos non conſecret omnes,vt patet,cum talem non habeat intentionem:nec conſecrat decem,quia illa intentio conſecrandi decem non ſufficit ad cōſecrandum hoſtiam, ſub qua quælibet ex illorum numero æquè includitur, & excluditur: huiuſmodi autem eſt quælibet hoſtia ex vndecim.Ratio verò huius doctrinæ,quā certiſſimam eſſe credo,eſt,quia intentio miniſtri reſpondere debet,& quadrare verbis,quibus conſecrat,& verba ſimiliter intentioni: cum autem verba ſint demonſtratiua, quæ pro ſuo ſignificato poſtulāt aliquid certum, & determinatum;talis etiam debet eſſe intētio:atque hac ratione materia indefinita conſecrari non poteſt,quia ſignari,& demonſtrari nequit.

Hinc rectè infertur,in eo caſu, de quo loquitur Durandus,nullam ex decem hoſtijs cōſecrari, quia intentio fertur in materiam indefinitam, quam verba ipſa deſignare, & oſtendere non poſſunt.Eadem ratione,ſi ſacerdos vellet conſecrare mediam ſolùm hoſtiā, niſi ſignaret hanc, aut illam quam definitè habet à dextris,aut à ſiniſtris,non conſecraret. Quod ſi habens vndecim illas hoſtias præculis non limitaret ſuam intentionem ad decē, ſed abſolutè vellet cōſecrare eas,quas in proſpectu haberet, etiamſi ignoraret eſſe vndecim, & ſolùm putaret eſſe decem, omnes illas conſecraret: quia talis error non eſt ſufficiens cauſa limitandi intentionem in decē, ſed abſolutè tunc ferretur in omnes,quæ definitæ eſſent, vt pronomine demonſtratiuo ſignificari poſſent.Vt enim rectè notauit Durandus,talis ſacerdos in eo caſu vellet conſecrare totum,quod præ oculis haberet,neque error ille intentionem efficeret falſam, aut non determinatam.

Deinde ex eadem doctrina ſequitur, ſi ſacerdos ex vndecim illis hoſtijs vellet ſolùm decem conſecrare,etiamſi deſignationem illarum Deo committeret,fore,vt nullam conſecraret,quia adhuc eo modo non eſt ipſi definita, & certa materia, prout verba poſtulant. Obijciunt tamen aliqui primùm exemplum de Miſſæ ſacrificio quod quidem prodeſſe poteſt alicui animæ, etiamſi illam ſacerdos non definiat dumnodo applicationē ſatisfactionis ſacrificij conferat in Dei voluntatem vt eianimæ proſit, quam ipſe voluntate ſua ad hoc elegerit. Hinc autem probatur,poſſe etiam ſacerdotem decem hoſtias ex illis vndecim ita conſecrare, ſi velit eas ſolùm conſecrare,quas Deus voluerit, vel Petrus ſignauerit. Deinde obijciunt exēplum ſacramenti Pœnitentiæ,in quo ſacerdos poteſt velle abſoluere à duobus ſolùm peccatis venialibus, etiamſi illa non deſignet & definiat.

Verùm,vt prædictam doctrinā quæ certiſſima eſt,defendant,reſpondent primùm, illum modum intentionis non eſſe accommodatum hominibus:oportet enim expectare reuelationem,vt conſtaret quæ materia eſſet cōſecrata,& ideò talis intentio (inquiūt) eſt minus ſufficiens, & nullius efficacitatis. Aſſignant verò deinde diſcrimen inter intentionem ſacrificij Miſſæ,quæ in Dei voluntatem confertur,& intentionem conſecrandi, vt ex vna ad aliam argumentum duci nō poſſit:quia nimirum Deus eſt, qui proximè operatur remiſſionem pœnę virtute ſacrificij,& ideo in eius voluntatem intentio miniſtri optimè poteſt conferri. Contra verò,ſacerdos eſt qui proximè ſuis verbis conſecrat,& ideò ipſe ſuam intentionem definire debet, & in alterius voluntatem illam conferre nō poteſt.Hoc tamen diſcrimen mihi non probatur, eo quòd vtrobique Deus præcipuus autor eſt effectus ſpiritualis,nempe tam conſecrationis, quàm remiſſionis peccatorum, ſeu pœnæ: ſacerdos autem ſolum eſt miniſter inſtrumentarius impetrans a Deo vtrumque effectum: hac igitur ratione non poteſt prius illud argumentum diſſolui.

Adpoſterius verò exemplum de ſacramento Pœnitentiæ reſpondent: intentionem illam abſoluendi non verſari circa ſacramentum,ſed circa effectum ſacramenti, ac proinde ſi vellet ſacerdos huic,aut illi conferre ſacramentum,etiam ſi ſimul velit duo tantùm eis remittere venialia, fore,vt ſacramentum remitteret omnia,ſi ſubiectum eſſet diſpoſitum,

Durand. Ricard.

3 Materia, cuius deſignatio Deo committitur,non cōſecratur.

Obiectiones.

Durand. Maior.

Illationes ex ſuperiori doctrina.

Durandus.

Quid non nulli reſpōdeant primæ obiectioni.

4

Quid reſpondeant nonnulli ſecundæ obiectioni.

tum, quia intentio miniſtri non poteſt impe-
Exploditur dire effectum, ſi aliàs habeat intentionẽ con
ferendi, & faciendi verum ſacramentũ. Hæc
autem ſolutio multò minus mihi probatur:
quoniam intentioni confuſæ, & vniuerſali
miniſtri conficiendi verum ſacramentum, po
teſt alia diſtincta, & peculiaris intentio ita
nocere, vt ſacramentum omnino impediat,
etiamſi illa ſit circa effectum illius, quia po-
teſt etiam eſſe contra ſubſtantiam ſacramen
ti: nam ſi quis haberet intentionem conferẽ
di ſacramentum Pœnitentiæ confuſe, & ſi-
mul vellet illud non conferre ad remiſſionẽ
culpæ, & infuſionẽ gratiæ; ſed ſolùm ad re
miſſionem pœnæ, nullum conficeret ſacra-
5 mentum, quis hoc neget? & tamen prior il-
la intentio eſſet circa ipſum ſacramentum;
poſterior autem eſt circa effectum. Intentio
enim, quę eſt circa alium effectum diuerſum
ab effectu ſacramenti, abſque dubio eſt con-
tra ſubſtantiam ſacramenti.

Explicatur commune quoddam Doctorũ axioma.

Quod verò Doctores communiter dicũt:
nullam intentionem miniſtri nocere, aut im
pedire ſacramentum, dummodò habeat vni-
uerſalem illam intentionem efficiendi verũ
ſacramentum, intelligendum eſt ita, vt pecu
liaris intentio non repugnet cum vniuerſa-
li, & ſubſtantia ipſius ſacramenti: nam ſi re-
pugnat, omnino impedit ſubſtantiam ſacra-
menti, vt in caſu poſito. Similiter ſi miniſter
habeat intentionem abſoluendi ſolùm à duo
bus peccatis mortalibus, ſi ſint plura, quantũ
uis velit verum efficere ſacramentum, reve-
ra illud non efficiet, quia contra ſubſtantiam
ſacramenti eſt, talem effectum velle efficere.
Idemque dicendum eſt, ſi miniſter velit ex
pluribus venialibus, vnum, aut duo vagé ab-
ſoluere, non definiendo illud vnum, aut duo
peccata, à quibus vult abſoluere: nam cũ im-
poſsibilis ſit talis abſolutio, niſi ſignentur
6 peccata, aut intentio in illa determinatè fe-
ratur, talis intentio erit contra ſubſtantiam
ſacramenti. Porrò autem impoſsibilem eſſe
talem abſolutionem, patet, quia quando ſunt
plura quàm duo peccata, non eſt maior ratio
obquam ab his, quàm ab illis pœnitens abſol
uatur. Ex alia verò parte, cum ſacerdos non
velit abſoluere ab omnibus, impoſsibilis erit
abſolutio ab vllis peccatis, ac proinde ta-
lis intentio erit contra ſubſtantiam ſacra-
menti.

Soluitio vera prioris obiectionis.

Reſpondeo igitur ad prius, nõ ſatis eſſe ad
effectum conſecrationis, quòd miniſter con
ferat in voluntatem Dei definitionem harũ,
vel illarum hoſtiarum, quas conſecraturus
eſt, niſi talis definitio ita præcedat, & mani-
feſta ſit, vt ipſe ſacerdos verè poſsit illas ſig-
nare pronomine *hoc*, quo vtitur in verbis con
ſecrationis, quia intentio miniſtri reſponde
re debet verbis, & verba intentioni ipſius:
nam ſi ipſe definitè ſignare non poſſet duas
illas hoſtias inter multas alias, nullo modo eas
poſſet indicare, & ſignificare pronomine
hoc, ſed pronomen ſic prolatum ſuper omnes
hoſtias, omnes illas ſignificaret, & indicaret.
Quare fieri non poteſt conſecratio duarum
tantùm, ſi ſacerdos ſuam intentionem in vo
luntatem Dei conferat, ſiue iam manifeſta-
tam, ſiue in futurum manifeſtãdam, niſi ipſi
ante conſecrationem nota ſit, vt ea ratione
pronomine illo duas illas hoſtias ſignare poſ
ſit. Hac etiam ratione prædicti Theologi re
ſpondent ad illud, quod adducebatur in eo-
dem priori argumento, nempe, ſi conferatur
intentio ſacerdotis in voluntatem alterius
hominis ad conſecrandũ duas hoſtias è mul-
tis, tunc non poſſe fieri conſecrationem, ni-
ſi voluntas alterius prius ſit nota ſacerdoti
conſecraturo, vt eas pronomine illo indi-
care poſsit.

Miror autem non parùm, alio modo eos re
ſpondiſſe ad idem argumentum, quando in- 7
tentio miniſtri in voluntatem Dei conferre
tur, cum tamen eadem ſit ratio in vtroque.
Et quamuis in eo caſu, quo ſacerdos offerret
ſacrificium pro ea anima, cui Deus vellet il-
lud prodeſſe, re vera prodeſſet, inde nullum
ſumeretur argumentum pro conſecratione.
Cum enim in conſecratione vtamur prono
mine demonſtratiuo, neceſſaria eſt determi-
nata materia reſpectu ipſius conſecrantis, vt
probauimus: quæ ratio in ſacrificio locum
non habet. Deinde reſpondeo, eam applica-
tionem non profuturam, niſi an plius deſi-
gnaretur, vt ſi quis diceret, ſacrificium hoc
proficiat animæ, quam Deus nouit eo magis
indigere, ſic enim iam definit ſacerdos eam,
pro qua illud offert; verùm ſi eam non deſi-
gnet vllo modo, ſed tantùm relinquat Deo
deſignandam, nihil efficiet, quia ipſius eſt,
non Dei applicare intentionem offerendi, vt
alteri proficiat. Et idem cenſeo, ſi ſacerdos
vellet abſoluere à duobus peccatis veniali-
bus, quorum deſignationem Deo committe
ret, quia proprium eſt ſacerdotis abſoluẽtis,
intentionem ſuam dirigere in certam mate-
riam, cum ipſe exerceat actum iuriſdictio-
nis, dum abſoluit. Et ita ad poſterius argumẽ
tum facilè reſpondetur, erat enim ductum
à ſimili ex ſacramento Pœnitentiæ: dicimus
igitur in eo caſu, quo ſacerdos vellet abſolue
re à duobus ſolùm è multis peccatis veniali
bus, nullum fore ſacramentum, & abſolutio
nem a peccatis obrationem dictam: & eodẽ
modo,

Soluitio poſterioris argumẽti.

modo, si sacerdos vellet consecrare duas solùm hostias non definitas, nec signatas ex multis, nullam futuram consecrationem.

Refellitur Maior. Ex eadem doctrina sequitur, falsum esse quod ait Maior in 4. dist. 11. q. 2. posse facere dotem consecrare primam partem proportionalem hostiæ versus calicem, & cæteras impares, quas dicit esse infinitas, & ita mansuras infinitas partes proportionales pares non consecratas, & infinitas impares consecratas: hoc igitur falsum est, nam præterquam quòd materia hoc modo non potest esse definita, & determinata, ac proinde iuxta ea, quæ diximus, pronomine demonstratiuo, quo vtimur in consecratione designari non possit, & ita consecrari nequeat: sequitur aliud absurdum ex prædicta doctrina, nimirũ quamlibet partem consecratam, non esse omnino consecratam, quia cum partes proportionales sint communicantes, vnaquæque illarum continebit in se consecratam, & non consecratam. Præterea sequeretur, continuũ diuisum esse in omnem sui partem, siquidem in consecratis non esset substantia panis, in alijs verò esset, quæ omnia immerito concedit Maior, & non reputat absurda.

De quantitate materiæ consecrandæ secundum paruitatem.

CAPVT II.

9 IAM Verò de duobus alijs, quæ proposuimus, aliquid dicamus, nempe de quãtitate materiæ cõsecrãdæ, quæ duobus modis cõsideratur, altero secũdũ paruitatẽ, altero secundùm magnitudinem: de paruitate in hoc capite dicemus, de magnitudine verò insequente. Porrò quantitas parua duobus alijs modis esse potest, videlicet aut in toto compositi, vt pars illius, aut separata, habens rationem totius per se: si sit cõiuncta toti, nulla prorsus est difficultas de parua quantitate, quia minor quæcumque recte consecrari potest secundùm omnium sententiam, quia cum aliqua hostia consecratur, quæuis pars illius consecratur, & cum non sit minima pars illius, sequitur quamcumque minorem, & minorem consecrari. Quamuis enim verum sit formam panis, aut alterius rei conseruari non posse in minori, & minori quantitate separata, tamen certum etiam est in minori, & minori coniuncta conseruari, & ita quamlibet partem hostiæ quantumuis paruam posse consecrari, nam post verba consecrationis sub qualibet parte, sub qua erat panis, est corpus Christi, & nihil omnino panis manet.

Quæ sit difficultas huius capitis.

De quantitate verò parua separata difficultas est, an quælibet, quantumuis paruá consecrari possit, & sanè certum est, si ea aliquo sensu percipi queat, esse idoneam, vt consecretur, si tamen nullo sensu percipi possit, difficultas est inter Doctores. Dominicus Sotus in 4. distinctione 9. quæstione vnica articulo 1. docet, quamuis minimam partem, in qua forma, & substantia panis possit conseruari, posse consecratum corpus retinere, & à principio consecrari. Et quod attinet ad retinendum corpus Christi semel consecratum, ita existimat veram hanc sententiam, vt oppositam putet esse manifestũ errorem. Soti opinio.

Probat verò Sotus hanc sententiam duabus rationibus, prior est, quia, vt materia sit apta consecrationi, & ad retinendum corpus Christi semel consecratum, ea solùm regula videtur attendenda, si quantitas illius sufficiens sit ad conseruandam formam panis: nam Christus succedit sub speciebus substantiæ panis. Posterior ratio Soti est, quia ad rationem Sacramenti illud solùm pertinet, vt sit ex specie, & natura sua signum sensibile; quòd verò per accidens ratione paruæ quantitatis sentiri non possit, nihil obstare videtur rationi Sacramenti; præsertim inquit Sotus iuxta opinionem Maioris, qui in hac re contrarium opinatur: affirmat enim posse consecrari panem coopertum linteo, & vinum inclusum, & coopertum etiam in calice. Accedit, vt ait Sotus quod si sufficit quantitatem esse sensibilem perfectissimo oculo, aut sensu licet non sit sensibilis sensu minus perfecto, sicut opinatur Maior, sufficiet etiam, si nulli sit sensibilis: quid enim refert, alteri esse sensibilem, si à me sentiri nõ potest, vt à me conficiatur Sacramentum, & consecretur materia? 10

Opinio Maioris. Contra verò, Ioannes Maior in 4. distinctione 11. quæstione 2. §. *Contra istud*, non solùm docet, non posse consecrari partem minimam, quæ nullo sensu percipi potest, etiã si in ea substantia panis possit conseruari, id quod etiam docuerat in distinctione 10. quæstione prima §. *Sed contra hanc conclusionem*, sed etiam in hoc eodem §. affirmat, nõ manere ibi corpus Christi consecratum, si post consecrationem hostia in partes illas minimas diuidatur. Ratio verò illius est, quia 11

Sacramẽtum eſt ſignum ſenſibile rei ſa-
11 cræ, ſi autem conſecrari poſſet illa minima pars, vel ſemel cum alijs conſecrata Chriſtũ ſub ſe continere, eſſet Sacramentum Eucharistiæ; & tamen ſenſibile non eſſet: quia igi tur Chriſtus ſolùm eſſe voluit ſub ſpeciebus panis & vini Sacramentali modo, & hic modus debet eſſe ſenſibilis: vt iudicemus ſub aliqua quantitate manere, aut conſecrari poſſe, non ſatis eſt, ſi ſub illa quantitate manere poſsit ſubſtantia panis, ſed opus eſt, vt manere poſsit talis ſubſtantia ſenſibili modo.

Iudicium Autoris.

Ego ſanè exiſtimo, rationem Ioannis Maioris non eſſe contemnendam, vt putare videtur Dominicus Sotus. Nihilominus in hac re diſtinctione aliqua opus eſt, vt veram de ea ſententiam pronunciemus. Aliter igitur exiſtimo philoſophandum eſſe de parua quantitate ad retinendum poſt diuiſionem corpus, aut ſanguinem Chriſti ſemel conſecratum, & de illa, vt conſecretur, & ſub ſe incipiat corpus, aut ſanguinem Chriſti per conſecrationem continere.

Prima pars veræ opinionis.

Dico igitur primùm, quamlibet paruam quãtitatem panis, aut vini ſeparatam, in qua poſsit conſeruari ſubſtantia panis, ſufficientem eſſe, vt corpus, aut ſanguis ſub ea per cõſecrationem conſtitutus retineatur, in quo cum Soto contra Maiorem conuenio: adducor autem in hanc ſententiam, non ratione Soti, ſed alia diuerſa ducta ex principijs Maioris, nam illud, quod decet Maior certum exiſtimo, nimirum ſpecies conſecratas, & re-

Soſum Maior.

12 tinentes corpus, aut ſanguinem Chriſti eſſe Sacramentum, ac proinde debere eſſe quid ſenſibile, ſiquidem Sacramentum eſt ſignum ſenſibile rei ſacræ. Neq; verò ſatis eſt, vt putat Sotus, rem eſſe ſenſibilem ex ſuo genere, licèt in indiuiduo non ſit, vt dicatur Sacramentum, quia id, quod eſt Sacramentum illis, quibus eſt Sacramentum, debet eſſe ſenſibile: ergo non ſatis eſt ex genere ſuo eſſe ſenſibile, ſed in indiuiduo; alioquin illis eſſet Sacramentum, quibus non eſſet ſenſibile, nẽpe hominibus; verũ vt ſit Sacramẽtum non eſt neceſſe, vt omnibus hominibus etiã imperfecti ſenſus ſit ſenſibile; ſed ſatis eſt, ſi aliquibus vno, aut alio ſenſu ſenſibile ſit, vt ita abſolutè, & omnibus dicatur Sacramentum. Ideò autem puto in omni quantitate ſeparata, quantumuis parua, in qua poſſet manere ſubſtãtia panis, manere corpus, aut ſanguinem Chriſti conſecratum, quia nulla poteſt tam parua ſeparari, quæ ſi retineat in ſe formam, & ſubſtantiam panis ſine corruptione, non ſit ſenſibilis alicui hominialiquo ſenſu, vel viſus, vel tactus, vel guſtus; alioquin nec poſſet ſubſtantia panis conſeruari, cum hæc diſpoſitio ſit non minus neceſſaria formæ panis, quam quantitas, & alia accidentia. Hac igitur ratione conuenio cum Soto in hac priori parte ſententiæ; differo tamen ab eo, quòd exiſtimem ad prædictum effectum debere eſſe quantitatem illam aliquo modo ſenſibilem in indiuiduo, in quo cum Maiori conuenio, ab hoc tamẽ differo, quod exiſtimet poſſe eſſe aliquam quantitatẽ, ſub qua conſeruari queat forma panis, & vini, ita paruam, vt ſentiri non poſsit.

Secunda pars veritatis ſententiæ.

Deinde quòd attinet ad quantitatem materiæ panis, aut vini, in qua fieri debet conſecratio, exiſtimo neceſſarium eſſe, vt ſenſu percipi poſsit à ſacerdote, à quo conſecrari debet, nec ſatis eſſe, vt alteri ſit ſenſibilis. Et in hac parte conuenio aliquo modo cum Maiori, & differo à Dominico Soto; ratio verò eſt, non quia illa materia non eſſet ſufficiens ad Sacramentum, cum ſaltem alijs eſſet ſenſibilis, & iuxta ea, quæ antea diximus, retinere poſſet corpus, aut ſanguinem antea conſecratum, ſed quia cum ille, qui conſecrat vtatur pronomine demõſtratiuo, quod ex ſe denotat rem aliquo modo ſenſibilẽ ipſi proferenti, ſiquidem ad ſenſum demõſtrat, vt diſp. 201. cap. 1. & 4. dicemus, verè nõ poſſet formam conſecrationis ſuper illam materiam proferre, & ita neq; conſecrare: quod enim quis neque ſentit, nec ſentire poteſt, quo pacto ſignare poteſt pronomine, *hoc* aut *hic*? Quod autem dicebat Sotus ex ſententia Maioris ſequi eam etiam quantitatẽ, quæ ſentiri nequit, poſſe conſecrari, quia ille aſſerit conſecrari poſſe panem opertũ linteo, & vinum calice clauſum, friuolum eſt: vt enim verè quis vtatur pro nomine *hoc*, de monſtratiuo ad ſenſum, ſatis eſt, ſi rẽ ipſam ſenſibilem ſecundariè demonſtret, nempe in cluſam in alia re ſenſibili, eo modo quo infe rius cap. ſequenti explicabimus. Et ex ijs quæ diximus facile dilui poſſunt argumenta pro opinione Soti, & Maioris adducta, quæ contra noſtram ſententiam pugnant.

Soſum.

Quòd ſi aliquis quærat, an ſi pars aliquã
14 hoſtiæ; quæ non poſſet vllo modo à conſecrante ſentiri, eſſet incluſa in vaſe aliquo, & ipſe ex relatione hoc ſciret, poſsit ab eo conſecrari. Reſpondeo, fore, vt non poſſet, quia licet ipſe ſignare poſsit vas, in quo contineretur, ratione cuius videretur ipſam ſignare remote; tamen quia nullus dicitur deſignare remote ratione vaſis continentis, niſi id, quod poteſt per ſe, & proximè deſig-

Expeditur dubium aliud.

designare, ideò rite, & verè vti non posset in forma consecrationis pronomine illo demõstratiuo *hoc*, ac proinde eam non cõsecraret, quãuis posset vti pronomine, *istud*, vel *illud*, quæ in sua propria significatione non sufficiunt, cum non denotent rem præsentẽ proferenti; sed alteri, & solùm ad intellectum demonstrent, vt disp.201. ostendemus.

De quantitate materiæ consecrandæ secundum magnitudinem.

CAPVT III.

CIRCA Quantitatem secundũ magnitudinem hostiæ, & materiæ consecrandæ difficultas est, an sit aliqua determinata quantitas, ità vt maior consecrari non possit. Hæc autem difficultas solùm est ratione ipsius quantitatis: nam de quantitate ratione distãtiæ sequente capite dicemus. Circa magnitudinem autem quantitatis solùm ratione ipsius, prima opinio, vt refert Bonauentura, est, eam solùm quantitatem consecrari posse à sacerdote, quæ secundum ritum Ecclesiæ consecrari debet, ita vt si maior apponatur, consecratio illius irrita sit. Verùm hæc sententia merito reijcitur ab ipso Bonauentura, vt inferiùs probabimus.

Prima opinio.

15 Altera opinio est ipsius Bonauent. in 4.d. 10. 2.p. distinctionis art.1. q.4. Alexand. 4. p.q.10. memb.4. artic.2. §.6. versiculo *Consequenter quæritur. Vtrum virtus data verbis possit conuertere elementa*. Et Angeli verbo *Eucharistia* 1. num.25. quidocent, non posse sacerdotem, quamcumque magnam quantitatem panis, aut vini consecrare, sed eam dumtaxat, quæ ad vsum fidelium est accommodata. Ratio verò eorum est, quia cum Christus circa hoc Sacramentum, & reliqua sapientissimè omnia dispoſuerit, credendum non est, hanc potestatem sacerdotibus reliquisse, vt quamlibet quantitatem consecrare possent, nisi prout vsus fideliũ exigeret, in quorum vtilitatem hoc Sacramentum institutũ est; siquidem nec prudens homo talem potestatem suo ministro reliquisset, quæ non esset in ædificationem.

15 Secunda opinio. *Bonauent. Alexand. Angelus.*

Huic etiam opinioni annumerari debet Paludanus in 4. dist. 11. quæst. 1. artic. 3. conclus. 1. qui re vera dixit, quantitatem materiæ consecrandæ esse apud Deum determinatè, quamuis ab homine dignosci nequeat.

Paludani placitum.

Ratio verò illius est, quia virtus sacerdotis nempe character, & virtus verborum, quibus consecrat, finita est, virtus autem finita non potest non postulare materiam finitam, & determinatam, circa quam operetur, ita vt circa maiorem non possit.

Tertia tamen sententia vera, & cõmunis est, sacerdotẽ verè habere potestatem consecrandi quamcumque magnam quantitatẽ sine termino, spectata solùm ipsa magnitudine secundum rationẽ quantitatis. Nam, vtrũ aliqua magna quantitas defectu debitæ præsentiæ possit consecrari an non, inferiùs videbimus. Cũ verò dicimus, posse sacerdotẽ quamcumq; magnã quantitatẽ consecrare, non intelligimus, id efficere posse sine peccato, sed, si velit cõsecrare, consecrationẽ effectũ habere. Hanc sententiã sequitur S. Tho. in art.2. huius quæstionis; quãuis probabilẽ existimet etiã oppoſit in opuſ.59.c.5. Eam dẽ sequutus fuerat in 4.d.11.art.7.q.1. Durãd.q.7. Gabri.q.2.art.3.dubio 1. & lect.35. in Canonẽ litera H. Sot. in 4.d.9.q.vnic.art. 2. Ledesm. 1. p. quarti q.15. art.2. Ratio verò est, quia nihil omnino obesse potest, quominùs quæuis quantitas quantũuis magna consecrari possit, si adest intentio consecrandi, & verba rite proferantur. Quod enim dixit Palud. ideò non posse quãlibet magnam quantitatẽ cõsecrari, quia virtus sacerdotis, nempe character, & virtus verborũ similiter est finita, friuolũ est, quoniã sacerdos non cõsecrat virtute propria, sed Dei, quæ est infinita, ipse autẽ sacerdos solũ est minister, & instrumentũ morale per verba, vt explicuimus 2. tom. disp. 132. c.5. ac proinde eius virtus operari potest in materiã cuiuscumq; quantitatis; quinimo eodem modo operari in illam posset, etiam si physicum instrumentum esset, quia non operaretur virtute propria, sed Dei, quæ est infinita.

Vera opinio.

16

S. Thomas.

Durandus. Gabriel. Soto. Ledesma.

Paludanus refellitur.

Quod verò dicebant cæteri Doctores, potestatem consecrandi datam esse in vsum fidelium, non minus falsum est: nam quamuis ad hunc finem collata fuerit hæc potestas, nihilominus non ita collata est vt ea tãtum quantitas materiæ consecrari posset, quæ pro fidelibus sufficeret; alioquin mille incommoda orirentur: nam si semel consecratæ essent hostiæ sufficientes in vsum fidelium, non posset vlla alia consecrari. Adde, quod cum vsus fidelium non posset facilè definiri, vt videremus, quot hostiæ possent pro illis consecrari, semper in dubio versaremur, an fieri posset noua consecratio. Demum, cum constet sacerdotibus commissam fuisse potestatem consecrandi, ita vt

17

licèt conſecrare vellent in malum vſum, nè pe pro veneficijs, & incantationibus, conſecratio eorum effectum haberet, neq; hoc imprudentiæ concedentis poteſtatem tribuendum eſt, cur etiam non concedemus, eamdem poteſtatem eodem modo illis fuiſſe cõmiſſam pro conſecratione maioris quãtitatis materiæ, quàm pro vſu fidelium neceſſaria eſſet? Similiter cum Chriſtus tradiderit poteſtatem conſecrandi corpus ſuum, edendum â peccatoribus, cur etiam in noſtro caſu idem non concedemus? Hoc autem eximiæ prudentiæ, & ſapientiæ opus fuit. Nam cum ipſi Chriſto nullum damnum euenire poſsit ex eo, quòd in malos vſus corpus, & ſanguis ipſius conſecretur, multum autem referat, poteſtatem miniſtri certam eſſe, ne de illa ipſe ſacerdos, aut alius facilè dubitare poſsit, rationi maximè cõſentaneum fuit, vt ſemper effectum haberet, quoties rite verba à Chriſto tradita proferrentur. 18

Ex prædictis ſoluuntur, & refelluntur oppoſita fundamẽta.

His rationibus non ſolùm confirmata mãnet ſententia communis, ſed etiam aliorum ſententiæ manifeſtè refutatæ, earumq; fundamenta, & rationes ſolutæ. Patet etiã falſitas primæ opinionis, quia licèt ſacerdos peccet, non ſeruans ritum conſuetum Eccleſiæ, tamen non ob id cenſendum eſt eius cõſecrationem irritam eſſe, & inanem. Quod verò Doctores ſecundæ opinionis afferũt ex Hugone, nempe omne Sacramentum irritũ cenſeri, ſi contra inſtitutionem celebretur, veriſsimum eſt, ſi ſermo ſit de diuina inſtitutione; dicimus tamen, Deum non ita inſtituiſſe hoc Sacramentum, vt in determinata quãtitate ſolùm conſecratio firma, & valida eſſet; ſed ita vt quamuis inſtitutum fuerit in vſum fidelium, & peccaret ſacerdos, ſi vellet maximam aliquam quantitatem cõſecrare, nihilominus non efficeret contra ſubſtantiam inſtitutionis, vt conſecratio irrita cenſeretur.

Hugo.

Quo pacto materia conſecranda præſens eſſe debeat Sacerdoti.

CAPVT IIII.

DIXIMVS Capite præcedente, non eſſe determinatam quantitatem materiæ, in qua cõſecratio effectum habeat, & ita ſi velit ſacerdos conſecrare quantumuis magnam quantitatẽ, conſecratam manere. Hoc autẽ intelligendũ eſſe monuimus ratione ſolius quantitatis, non autem ratione diſtantiæ: accidere enim poſſet, vt ſacerdoti apponeretur magna aliqua quantitas, cuius omnes partes nõ poſſet habere præſentes, & de hac peculiaris eſt difficultas in hoc capite examinanda. Vt autẽ eam melius explicemus prius videndũ eſt, qua ratione verba conſecrationis poſtulent materiã præſentẽ. In qua difficultate Ioann. Maior. in 4. d. 11. q. 2. §. *Circa hanc quæſtionem*, ad 4. dubitationẽ ingenuè fatetur, peccaturum quidẽ ſacerdotem, qui hoſtiam quã à tergo haberet, & poſt parietẽ exiſteret, conſecraret: fore tamen, vt eius conſecratio effectũ haberet. Probat autẽ ex eo, quia poteſt conſecrare vnam hoſtiã poſitam ſub alia, ita vt eam non videat, ſimiliter etiã poſitam ſub linteo, ergo ſimiliter eam quam haberet à tergo, & quę poſt parietem eſſet. Ex qua ſententia ſequi videtur, neceſſariam non eſſe præſentiam materię, vt conſecretur. 19 Maioris opinio,

Verùm cõmunis, & vera ſententia eſt, materiam conſecrandam preſentem eſſe debere ſacerdoti, vt conſecratio effectum habeat, ita docent S. Thomas in 4. d. 11. q. 2. artic. 1. Durand. q. 6. num. 6. & cæteri allegati ſuperiori capite pro tertia ſententia, qui dicunt poſſe ſacerdotem conſecrare quamcumque magnam quantitatem, ita vt cõſecratio eius effectum habeat, addunt enim: *Quam poteſt habere ſibi præſentem.* Quibus eſt annumerandus Viguerius lib. Inſtitutionum Theologicarum cap. 16. §. 2. verſic. 1. qui non ſolùm dicit, materiam debere eſſe preſentem, verùm etiam ita propinquam, vt verba conſecrationis ad ipſam vſque ſecundùm eſſe reale perueniant, vel ſaltem ſecundùm ſpeciem ſenſibilem. Aliqui enim putant ſonum peruenire ad auditum, non ſecundùm eſſe reale, ſed ſecundum ſpecies ſenſibiles. Id autem probat primùm ex Auguſtino tract. 80. in Ioannem, vbi inquit: *Accedit verbũ ad elementum, & fit Sacramentum.* Ac ſi diceret: pertingit ad materiam vſque, & ita fit Sacramentum. Deinde probari poſſet, quia ex doctrina aliquorum Thomiſtarum, ſacerdos eſt phyſicum inſtrumentum ad conſecrandum: inſtrumentum autem phyſicum præuia aliqua actione propria attingere debet materiã in qua producendus eſt effectus præcipuus: ergo materia debet eſſe ita propinqua, vt diximus. Vera ſententia. S. Thomas. Durandus. Viguerius. 20 Auguſtinus.

Verum abſq; hac limitatione, & ſine prædicto Viguerij additamento in ſententia cõmuni perſiſtendum eſt, nam quod ille addidit abſque vllo fundamento eſt: tum quia ſacerdos non eſt inſtrumentum Phyſicũ Dei, ſed

sed tantùm morale vt 2. tomo huius 3. partis disp. 132. c. 5. ostensum est: tum etiã, quia licet esset physicum Dei instrumentum, nõ opus esset attingere physica sua actione propria, aut effectu materiam ipsam consecrandã. Sufficiat igitur nobis contra Maiorem cũ cæteris Doctoribus asserere, materiam consecrandam debere esse præsentem: nam, & verba ipsa consecrationis ratione pronominis demonstratiui, necessario postulant effectum præsentem, nempe corpus, & sanguinem Christi: præsens autem esse non potest, nisi matetia panis, & vini, cuius loco succedere debet, præsens fuerit.

21

Qualis de eat esse præsentia quantitatis.

Cæterùm de ipsa præsentia qualis esse debeat, difficultas aliqua est. Illud autem in primis præmittere debemus, præsentiam materiæ non consistere solùm in distantia, aut existentia in loco, quæ vulgo appellari solet præsentia, sed in ea peculiari distantia, quæ denotet ordinem aliquem ad cognitionẽ alicuius, cui ipsa materia dicitur præsens, aut ipse materiæ, ita vt ab eo cognoscatur: qua ratione Deus dicitur esse in rebus omnibus, non tantùm per essentiam, & potẽtiam, sed etiam per præsentiam, nempe per cognitionem, quasi habens res omnes in prospectu suo, sicut 1. p. disp. 30. c. 1. explicuimus. Pronomen igitur *hoc*, demonstratiuum hoc genus præsentiæ denotat præsertim cum absolutè ponitur, vt in verbis consecrationis. Nam si quis non cognosceret rem aliquam, non posset eam pro nomine aliquo demonstratiuo verè designare. Quamuis autem necessarium sit, materiam consecrandam hoc modo esse cognitione præsentem; tamen nõ quæuis præsentia sensus accommodata est, vt verba consecrationis cum eo pronomine demonstratiuo *hoc* verè enuntientur, & fiat consecratio: nam si materia nimium distans esset in prospectu oculorum, vtpotę nõ mediocris magnitudinis, verbi causa, distans per milliare, vel amplius, non enunciaremus verè prædicta verba consecrationis per pronomen demõstratiuum *hoc*, sed vti deberemus pronomine *illud*, aut *istud*, etiamsi sensu perciperetur, vt patet. Porrò cum dicimus rem debere esse in prospectu, vt dicatur præsens & accommodata consecrationi, per prospectum intelligimus, vel oculorum notitiam, vel etiã tactus, aut etiã auditus. Nam cæcus, qui contingeret panem, vel calicẽ rectè posset vti pro nomine illo demõstratiuo, & ita consecrare: & eadem ratione materiam, quã haberet à tergo consecrare posset, si eam contingeret, & perciperet tactu, aut ratione ipsius, aut ratione alicuius continentis: nam

22

ipso tactu rectè indicare potest rem illam, quam pronomine demonstratiuo ostendit. Similiter etiam, si eam sentiret auditu, vt si sentiret propè vinũ ex vno vase in aliud infundi & sonum illius infusionis audiret, rectè dicere posset, hic est sanguis meus.

Quòd si quis dicat, posse nos vti pronomine demonstratiuo, vt ostendamus rem longiùs distantem, vt cum videmus ciuitatem à longe, vel de qua loquebamur, vel in quam tendimus, dicimus, hęc est ciuitas, in quam tendimus; ex quo sequitur, posse etiam nos vti pronomine demonstratiuo, ad indicandam rem longius distantem, dummodo ea sit in conspectu oculorum. Respondeo, in eo casu posse nos vti pro nomine demõstratiuo, ad indicandam rem illam longius distantem; non quia sit in prospectu, sed quia, vel de illa ante inciderat sermo, vel quia ad illam antea dirigebamus iter nostrum, ratione cuius censetur nobis, quasi pro inquior, vt indicari possit pronomine *hoc*: hæc enim est demonstratio quasi ad intellectum, non autem ad sensum; dico ad intellectum, quo antea de illa ciuitate, vel loquebamur, vel cogitabamus. Demonstratio autem, quæ fit per verba consecrationis debet esse ad sensum, cum tunc primùm de corpore, & sanguine Christi, quem consecramus, incidat sermo, & occasio loquendi.

23 Diluitur obiecti o quædam.

Præterea obseruandum est, cum dicimus rẽ debere esse in prospectu, vt indicetur pronomine prędicto demonstratiuo, non intelligi debere, rem illam per se sentiri; sufficit enim, si sentiatur ratione continentis, & hac ratione panis, qui est linteo coopertus conse crari potest, & indicari pronomine illo; cum tamen panis existens post parietem non possit; non quia grossior sit paries, & ita prædictũ modum indicandi impediat, sed quia paries hoc modo non habet vicem continẽtis. Quare si panis esset post linteum, ita vt videri non possit, neque linteo cõtineretur perinde esset ad prędictum effectum, ac si post parietem esset constitutus. Censetur autem panis contineri à linteo, quando suprà ipsum altare cooperitur linteo, vel alio modo inuoluitur. Idem dicẽdum est de pane, & vino incluso in vase. Ratio verò est, quia cũ per metonymiam accipiatur continens pro contento, signato continente, signatur etiam & contentum; cum verò est cumulus aliquis hostiarum, omnes simul consecrari possunt, etiamsi singulę non videantur, nec sensu aliquo perse percipiantur, quia cum sint vnus cumulus, & pronomen *hoc* totum designet, satis est videri, aut sentiri

Obseruatio.

24

vnam hoſtiam, aut plures illius multitudinis, vt verè pronomine illo indicentur.

Difficultas exorta ex peditur.

Verùm enim verò difficultas quædam reſtat, an ſi tanta ſit panis, & vini quantitas, vt non poſsit ab oculo ſecundùm omnem longitudinem videri, aut alio ſenſu percipi, nihilominus tota conſecrari queat, eo ſolùm, quòd per partem aliquam ſentiatur, aut videatur, ſicut ſentitur mare per aliquam ſui

25

partem, cum tamen non videatur ſecundum ſe totum. Quidam cenſent, nõ ſatis eſſe ſentiri per aliquam ſui partem, niſi etiam tota ſentiatur, & pro hac ſententia allegari poſſunt Doctores, quos ſupra citauimus, qui dicunt quantumcumque magnam quantitatẽ materiæ conſecrari poſſe, dummodo ſit præſens ſacerdoti. Videntur enim ſentire, ſi ita ſit magna, vt non ſit ſecundùm ſe totam præſens, non poſſe conſecrari. Ego vero hoc difficile exiſtimo: nam ſi materia aliqua ita apponeretur, vt à fronte tota videretur; reliquę verò partes eius non viderentur, nec videri poſſent, eoquòd in modũ pyramidis procedentes, in cuſpidem deſinerent; ita tamen, vt non multum diſtarent, nemo negaret talem materiam totam ſimul conſecrari poſſe. Præterea, ſi in vaſe profundo eſſet magna vini copia, certè non videretur, neque ſecundùm ſe præſens eſſet, niſi ſecundùm exteriorem illam ſuperficiem: & tamen totum vinum in vaſe conſecraretur. Accedit, quòd nullum eſt corpus quantumuis paruũ, quod ſecundùm omnem ſui partem ſentiatur, & oculo comprehendatur, vt optimè notauit Auguſtin. & nos ex eius doctrina accepimus 1. part. diſp. 52. cap. 1. ergo ſatis videtur ad conſecrationem præſentia ſecundum partẽ, dummodò reliquæ partes continuæ ſint, vt tota materia quantumuis diſtans conſecrari poſsit. Et hic eſt caſus, ratione cuius hic de diſtantia, & præſentia materiæ diſputauimus, vt initio notaui.

Placitum quorũdã refertur, & refellitur.

Auguſtin.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum hoc Sacramentum debeat confici ex pane azymo.

Notatio circa Articulum.

26 Concluſio prior.

PRIOR Concluſio. *Neceſſaria materia conſecrationis corporis Chriſti ſolum eſt panis triticeus: neceſſarium autem non eſt, ſed ſolum conueniens, quòd ſit azymus, aut fermentatus, ſecundum varios ritus Eccleſiæ Latinæ, aut Græcæ.* Cum dicit S. Thomas, neceſſariũ non eſſe pãnem azymum, aut fermentatum pro materia conſecrationis, per neceſſarium intelligit id, ſine quo conſecratio non haberet effectum; non autem intelligit neceſſarium ex præcepto Eccleſiæ. Cum autem dicit, eſſe conueniens, per conueniens intelligit id, quod ex vſu cuiuſcũq; Eccleſię in præcepto eſt, nempe, vt in Eccleſia Latina ſit azymus panis, in Græca autem ſit fermentatus. Dicit autem conueniens, quia vtraque Eccleſia ratione aliqua adducta ſuo modo celebrat, quamuis vſus Eccleſiæ Latinæ rationi magis conſentaneus ſit. Infert autem ex dictis S. Thomas hanc poſteriorem concluſionem. *Conueniens eſt, vt vnuſquiſque ſeruet ritũ ſuæ Eccleſiæ in ſacramenti celebratione.* Intelligit autem, vt dixi, per conueniens idẽ, quod neceſſarium ex præcepto: hinc enim colligit peccaturum Græcum, qui in Eccleſia Græca celebraret in azymo, ſicut peccaret Latinus, qui celebraret in fermentato in Latina.

Concluſio poſterior.

S. Thomã

Vtrum Chriſtus in pane fermentato, an in azymo conſecrauerit. Diſput. 172.

Chriſtum eo anno, quo mortuus eſt, Paſcha Iudæorum celebraſſe, contra quoſdam hæreticos probatur, Cap. 1.

Chriſtum celebraſſe Paſcha Iudæorum, non 13. Luna, ſed 14. primi menſis, contra Græcos oſtenditur, Cap. 2.

Chriſtum Paſcha celebraſſe eum Diſcipulis 14. Luna in ſine, & ita in azymo conſecraſſe; Iudæos verò in ſine ſequentis diei, aliqui ex Latinis docuerunt, Cap. 3.

Chriſtum, cæteroſque Iudæos eadẽ Luna 14. Martij in priori, non in poſteriori veſpera celebraſſe, alij autumant, Cap. 4.

Chriſtum Dominum eadem die, & hora, qua cæteros Iudæos agnum Paſchalem cœnaſſe, probabilior opinio fert, Cap. 5.

Chriſtum, cæteroſque Iudæos eadem Luna 14. in ſine illius ſecundum legem Paſcha celebraſſe, eadem antiqua, & vera ſententia adſtruit, Cap. 6.

Duabus prioribus rationibus pro opinione Burgẽſis allatis reſpondetur, Cap. 7.

Quinque ſequentibus rationibus cap. 3. allatis pro ſententia Burgenſis ſatisfit, Cap. 8.

Notantur quædam pro ſolutione poſtremæ rationis Burgenſis, Cap. 9.

Diſſoluitur poſtremum argumentum ſententiæ Burgenſis, Cap. 10.

Diluun-

Diluuntur rationes ſententiæ Luiſij Legionenſis, Cap.11.
Diluuntur duo alia argumenta, quæ contra noſtram ſententiam fieri ſolent, Cap.12.

Chriſtum eo anno, quo mortuus eſt, Paſcha Iudæorum celebraſſe, contra quoſdam hæreticos probatur.

CAPVT I.

1 Cum quibus ſit cõtrouerſia.

VAMQVAM Propoſitã controuerſia de pane, quem Chriſtus conſecrauit, cum Græcis ſolũm nobis futura ſit, tamen, quia Latini, qui cõtra eos pro viribus cõtendũt, Chriſtum Dominum in azymo conſecraſſe, non eodem modo ſentiunt de tempore, quo Paſcha ab eo fuerit celebratum, ex quo maximè pendet definitio præſentis quæſtionis: non modo cum Græcis, verùm etiam cum Latinis de hac re ex profeſſo diſſerendũ nobis eſt: ita vt quacumque via contra Græcos oſtendamus, Chriſtum Dominum in azymo, non infermentato conſecraſſe, eumque morem iuſta de cauſa, & rationi magis conſentaneã Eccleſiam Latinã ſemper retinuiſſe. Quia verò in præſenti controuerſia de tẽpore, quo Chriſtus celebrauit, non ſolũ ſunt variæ catholicorum opiniones; verumetiam hæreticorum errores manifeſti, in primis in hoc capite eos refellamus, vt in reliquis contra alios, qui probabiles ſectantur opiniones, dimicemus.

Prima ſententia. *Villag. Sainctes.*

Fuit igitur ſententia Villagagnonis, vt refert Claudius Sainctes repetitione 1. de Euchariſtia cap.7. Paſcha Iudæorum non fuiſſe à Chriſto eo anno celebratũ: id quod ipſe ex eo colligebat, quòd Chriſtus cum Apoſtolis de Paſchate celebrando fuerit colloquutus ſeriùs, ac tardius, quàm poſſet ab ipſo agnus immolari. Nam Matth. 26. dicitur. *Prima autem die azymorũ acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes, vbi vis paremus tibi comedere paſcha?* Nullũ igitur iam reſtabat tempus, vt præpararetur agnus ad Paſchatis celebrationẽ, ſiquidem ante primũ diem azymorũ Paſcha celebrandũ erat. Eamdẽ ſententia multò antea ſequuti ſunt alij, vt meminit Theoph. in c.26. Matth. explicans illa verba. *Veſpere autẽ facto*, & Euthym. in idẽ caput. Prædictã autẽ ſententiã probabant ex illo, quòd ſtatim ibidẽ dicitur: *Diſcũbebat cũ duodecim diſcipulis:* qui enim agnũ Paſchalẽ mã ducabant, non diſcũbebant, vt moris erat in alijs cœnis; ſed ſtãtes illũ edebãt. Cũ igitur Chriſtus dicatur diſcubuiſſe cũ diſcipulis, ſequitur, cũ illis Paſchalẽ agnũ nõ comediſſe.

Matth.26. 2 *Theophyl. Euthym. Matth.26.*

Verũ hæc ſententia eſt manifeſtus error, qui perſpicuis Scripturæ teſtimonijs refelli poteſt. Nam eodẽ capite Matth.26. poſtquã diſcipuli interrogauerunt. *Vbi vis paremus tibi comẽdere Paſcha?* & ipſe Chriſtus oſtendit eis, vbi eam pararent, dicitur: *Et fecerunt diſcipuli, ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha.* Et Marci 14. *Primo die azymorum, quãdo Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli. Quo vis eamus, & paremus tibi, vt mãduces Paſcha?* Vbi apertè fit ſermo de ipſo agno Paſchali, qui neceſſario immolandus erat & comedẽdus in cœna. Præterea cũ hic ritus, & cæremonia eſſet celeberrima apud Iudæos, quo pacto credi poteſt à Chriſto fuiſſe prætermiſſam? nam quãuis ipſe nulla lege veteri teneretur, nihilominus nihil vnquã, quod lege illa præciperetur, quandiu vixit, prætermiſit: quòdſi hanc legẽ, aut aliã nõ obſeruaſſet, Phariſæi hoc ipſi obieciſſent, ſicut etiã ſæpius ipſum calumniati ſunt prętextu ſanctitatis, quòd Sabbathum non cuſtodiret, quando in eo ægrotos ſanabat.

Erroris ſimulatur prædicta ſententia. *Matth.26.* Marci 14. 3

Fundamenta autẽ prędicti erroris infirma ſunt, nam cũ Scriptura dicit, fuiſſe Apoſtolos miſſos à Chriſto prima die azymorum (quod erat prius fundamentum) non intelligitur ipſa hora, qua erat agnus immolandus, & occidendus; ſed multo antea eodẽ die naturali, vt inferiùs fuſius explicabitur. Neq; per primã diẽ azymorũ intelligitur prima ex ſeptẽ, qui poſt veſperã Paſche enumerantur quæ erat 15. Luna, ſed intelligitur 14. vt cap.3. & 5. & ſequent. videbimus. Præterea cũ Matth. dicit Chriſtũ cũ diſcipulis diſcubuiſſe, nẽpe in cœna (quod erat poſterius fundamentũ) non intelligitur de cœna agni Paſchalis, ſed de alia poſteriori cœna cõmuni, in qua dixit Chriſtus illud, quod refert Matthæus: *Quia vnus veſtrũ me traditurus eſt*, & multa alia, quę narrat Ioann. c.14. quãuis aliqui de cœna agni illud intelligãt, vt videbimus infra ca.9. Porrò autẽ, fuiſſe has duas cœnas diuerſas eadẽ nocte, eodẽ capite oſtẽdemus. Adde quòd per diſcumbere, idem quod accedere ad menſam intelligi poteſt, vt cap.illo 9. monſtrabimus.

Elidũtur fundamenta oppoſiti erroris. 4 Ioann.14.

At contra catholicã doctrinam, quam præmiſimus, obijcere poſſet aliquis hoc modo. Lege præceptum fuit, vt die decima mẽſis primi agnus adduceretur in domum, & ad 14. vſque, in qua erat immolandus, ſeruare-

5 Obiectio.

ſeruaretur: id quod Chriſtus non fecit, nec facere potuit, cum eadem die, qua erat immolandus, nondum haberet domum præparatam, vbi Paſcha celebraret, ſed ad eam præparandam eadem die 14. Apoſtolos miſſe rit. Reſpondent aliqui, illud de adducendo agno in domum decima die, non fuiſſe ſtatutum iure perpetuo in poſteros, ſed tantum pro ea nocte, qua filij Iſrael ægreſsi ſunt de AEgypto: & ita quamuis tradatur 12. cap. Exodi; alijs tamen in locis, in quibus fit mentio illius præcepti, nihil de illo ritu dicitur.

Reſponſio quorũdam

Exod. 12

Abulenſis male refertur à nonnullis.

Pro hac verò doctrina allegant Abulenſem in eum locum Exodi 12. Verùm hic autor id expreſsè non dicit, ſed diuidens caput illud in duas partes, priorẽ autem in tres alias: in tertia inquit, tradi ritum perpetuum in futuras generationes ab illis verbis. *Habebitis autem hanc diem:* multò autem antea præceſſerat illud de adducendo agno in domos decima die menſis. Accedit, quòd cum antea etiam præceſſerit in eodem capite modus, quo agnus comedendus erat, & hic ritu perpetuo poſteris etiam traditus fuerit, non apparet ratio, obquam dicamus, illud etiam de adductione agni in domum, non fuiſſe ritu perpetuo poſteris præceptum. Reſpondet igitur Claudius Sainctes repetitione 1. cap. illo 7. ex Ioſepho lib. 5. de bello Iudaico capit. 45. Ciues Hieroſolimitanos exteris aduenientibus, ad celebrandum Paſcha, cubicula, agnos, & omnia neceſſaria ſolitos præparare, & pretio accepto, aut gratis ſubminiſtrare. Hieroſolimitani igitur agnos neceſſarios pro ſe, & pro exteris decima die menſis primi præparabant, & ſeruabant vſque ad 14. eiuſdem menſis. Et hac ratione potuit Chriſtus mittere eadem die 14. diſcipulos ſuos ad hominem illum, apud quem celebraturus erat Paſcha. Porrò autem, vt idem Ioſephus eodem loco inquit, iuſta familia ad eſum agni viceni, aut etiam deni homines cẽ febantur: nam ſi quid ſupereſſet agni, igne comburebatur. Hoc etiam rectè admonet idem Claudius, vt oſtendat, friuolam eſſe aliam rationem prædicti erroris, quòd nimirum numerus duodecim Apoſtolorum minus ſufficiens videretur, vt cum illis ſolis Chriſtus Paſcha celebraret.

6

Ioſephus.

7

Quòd verò attinet ad panem, quem Chriſtus conſecrauit. Vtrùm fuerit fermentatus, an azymus, mihi certum non eſt, quid docuerint Autores prædicti erroris; verè tamen cũ tali errore docere potuerunt Chriſtũ in azymo conſecraſſe: negare enim non potuerũt, Chriſtum ea nocte cum diſcipulis ſuis ſaltẽ alias cõmunes epulas cænaſſe, ſiquidẽ Matt. cap. 26. dicitur. *Veſpere autem facto, diſcumbebat* (nempe Chriſtus) *cum diſcipulis ſuis*, quibus niſi cum pane azymo veſci non licebat. Demum quamuis ipſe in eo capite, & Marcus c. 14. Lucas 22. & Ioann. 14. expreſsè nõ dicãt, Chriſtum cœnaſſe agnum Paſchalẽ cũ Apoſtolis; tamen tres priores narrant, quo pacto Chriſtus miſſerit diſcipulos, vt ipſi pararent Paſcha, & quo pacto illud parauerint: quod perinde eſt, ac ſi dicerent, Chriſtum agnum cœnaſſe ſecundum legis conſuetudinem. Cæterũ illud Lucæ 22. *Deſiderio deſideraui, hoc Paſcha manducare vobiſcum, &c.* Aliqui de agno Paſchali, alij verò de myſterio Euchariſtiæ interpretantur, vt videbimus cap. 9. Omnes etiam mentionẽ faciunt cœnæ, in qua diſcubuit cum diſcipulis, quam quidẽ diſtinctam fuiſſe à cœna agni, eodẽ capite oſtendemus. Porrò cœnã hanc fuiſſe in choante iam 15. Luna, in qua non licebat vllo modo edere fermentatum panem, & poſt hanc Chriſtum conſecraſſe corpus, & ſanguinem ſuum, euidenter inferius probabimus. Prædicti igitur hæretici, negãtes Chriſtum cœnaſſe agnum Paſchalẽ, cõcedere potuerunt ipſum azymum panem, non fermentatum conſecraſſe. Et ſane poſteriores colligẽtes ex eo, quòd Chriſtus diſcubuit, ipſum non cœnaſſe agnum Paſchalem, quia agnus cœnandus erat non a diſcumbentibus, ſed ſtantibus, manifeſtè cõcedunt, ea nocte Chriſtum cœnaſſe, ac proinde ſentire etiam potuerunt, azymum panem, non fermentatũ, ab eo conſecratum fuiſſe.

Matth. 26.

Marcus 14. Lucas 22. Ioann. 14.

8

Chriſtum celebraſſe Paſcha Iudæorum, non 13. Luna, ſed 14. primi menſis, contra Græcos oſtenditur.

CAPVT II.

EX His verò, qui contrà hæreticos ſuperiori capite memoratos docent, Chriſtum eo anno, quo mortuus eſt, Paſcha Iudæorũ celebraſſe, Græci circa tẽpus celebrationis aliomodo errant: dicunt enim, Chriſtũ celebraſſe Paſcha Iudæorũ 13. Luna Martij; cæteros verò Iudæos 14. Quã ſententiã expreſsè tradiderunt Euthym. in c. 26. Matth. explicans illa verba. *Primo autẽ die azymorũ, &c.* Niceph. lib. 1. hiſtoriæ c. 28. ſequutus Chryſoſt. eamque ex antiquioribus Græcis antea docuit Epiph. hæreſi 50. dicit enim Chriſtũ occiſum fuiſſe 14. Luna Martij, quãdo alij Paſcha ſuum

9

Error Græcorum. Euthymius. Nicephorus. Chryſoſt. Epiphan.

suũ celebrabãt. Adde etiã Chrys. hom. 82. in Ioann. cũ explicat illud c. 18. *Nõ introierunt in Prætorium, &c.* & Theophylactus in eundem locum. Neque quidquam obstat, quòd Chrysostomus homil. 82. in Matth. & Theophylactus in illud Matth. 26. *Prima autem die azymorum*, dicunt, Christum cœnasse prima die azymorum: nam per primam diem azymorum intelligunt eam, quæ erat ante azymos, & quæ præcedebat Phase, in quo ex lege agnus occidendus erat, sicut etiam Euthymius loco citato, vt idẽ sit prima die, quod pridie. Et certè licet hi Patres non loquantur dè Luna 14. & 15. neque ostendãt, in qua die harum Christus celebrauerit Pascha: tamen planè dicunt, non celebrasse eo die, quo olim celebrabatur, nempe secundũ præscriptum legis: hoc enim significat vox *olim* apud Theophylactũ, & *antiquitus* apud Chrysostomum. Citari etiam posset Cyrillus (sicut aliqui allegant) lib. 12. in Ioannẽ cap. 2. quòd asserat, Iudæos nõ introiuisse in Prætorium, ne contaminarẽtur; sed vt agnũ Paschalem manducarent. Nisi quis dicat, non omnes Iudæos reseruasse agnum Paschalem in illam diem, quo Christus occidendus erat sed Pharisæos, & Sacerdotes, eo quòd prima die nimium fuissent occupati, vt Christum comprehenderent; quod tamen esse falsum cap. 7. ostendemus. Neque quidquam aliud docuit autor quæstionum veteris, & noui Testamenti quæst. 94. circa finem. Aliqui putant, eamdem etiam sententiam expressam esse in commentarijs Anselmi in Matthæum cap. 27. prope finem; in opusculo tamen de azymo, & fermentato, & in cap. 26. Matth. oppositum docuisse: & ita existimant, commentarium illum cap. 27. suppositicium esse. Verum Anselmus in illud cap. 27. explicãs illa verba, *& aduoluit saxum*, solũ dixit, Christum eodem die fuisse crucifixũ, quo agnus Paschalis immolatus est. Tũ etiam ait, Christum eo anno non celebrasse Pascha, quia nõ erat sub lege, & voluit corpus suum pro nobis immolare. Verùm hic autor per Pascha non intelligit eam solùm vesperam diei 14. in qua agnus immolabatur, nec solam immolationem agni; sed spatium septem dierum azymorum, & solennitatem, quæ in illis celebrari consueuerat. Et ita cap. 26. explicãs illud, *Scitis quia post biduum Pascha*, inquit, apud Euangelistas diem Paschæ pro diebus azymorum, & contra indiscriminatim vsurpari: & hoc sensu in priori loco dixit, Christum non celebrasse Pascha, hoc est, totã solennitatem azymorum; in libro autem de fermentato, & azymo, solùm ait, Christum consecrasse pànem ãzymum; an verò celebrauerit Phase, non docet; supponit tamen in illud cap. 26. Matth. Quare non est cur dicamus, cõmentarium illum capit. 27. suppositum fuisse: nam cum ait, Christum eodẽ die fuisse occisum, quo agnus immolatus est; nõ de ipso die naturali, sed de solennitate, quę per illos dies durabat intellexit.

Theophyl. *Cyrillus.* *Anselmus.* Mens Anselmi.

Primum autem fundamẽtum, & commune omnium est, vt hac ratione figuræ respõderet veritas. Cùm enim immolatio agni Paschalis figura fuerit expressa mortis Christi, vt constat ex illo Ioann. 19. *Os non comminuetis ex eo*, oportebat (inquiunt) vt eadem die Christus occideretur in Hierusalem, in qua à toto populo ex lege agnus immolabatur; hoc autem fieri non poterat, nisi Christus anticiparet celebrationem Paschæ, & pridie agnum Paschalem immolaret. Et ita intelligunt illud Pauli 1. Corint. 5. *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus*, nempe loco Paschatis Iudæorum.

Primũ fundamentũ. *Ioann. 19.* *1. Cor. 5.*

Secundò probatur hæc sententia, quia Ioann. 18. de Iudęis Christum accusantibus dicitur. *Et ipsi non introierunt in Prætoriũ, vt non contaminarẽtur, sed vt manducarẽt Pascha*, nempe mane eius diei, quo Christus occisus est, vt deindè ipsi ad vesperam manducare possent agnum Paschalem, neque immundi tia aliqua impedirentur; pridie autem Christus Pascha celebrauerat, vt constat ex ipsa historia Euangelij; ergo tempus celebrationis anticipauit.

Secunda probatio. *Ioann. 18.* 12

Tertiò confirmatur: quia Ioann. 19. dicitur Christus mortuus in Parasceue Paschæ, nempe ante horam ipsius celebrationis: nam celebratio Paschatis incipiebat prope occasum Solis: totum autem tempus præcedens erat Parasceue Paschæ, quia in eo præparabantur ea, quę necessaria erant ad celebrationem illius.

Tertia cõfirmatio. *Ioann. 19.*

Quartò denique, quia Ioann. 14. dicitur, *Ante diem festum Paschæ, &c.* ea verò, quæ ibi narrat facta Ioannes, ante diem festum facta fuerunt in ipsa celebratione Paschatis, & paulo post cœnam ipsius agni: ergo Christus ante diem festum Paschę, qui erat lege præfixus, celebrauit. Hęc duo posteriora argumenta addidimus in confirmationem huius sententię, quæ sanè communem difficultatem habent, & fauere etiam videntur opinioni quorumdam Latinorum, quam cap. sequente asseremus; duobus autem prioribus vtuntur Patres Græci superius allegati, nam in expositione eorum locorum Scripturę, quę adduximus, hanc sententiam pronuntiarunt.

Vltimum fundamentum. *Ioann. 14.* 13

Error Græcorum recentiorũ.

Ex hac ſententia, quam aliquâ tunc probabili ratione Patres docuerunt, ortus fuit error recentiorum Græcorum, qui non ſolùm docent, Chriſtum non in azymo, ſed in fermentato conſecraſſe, de quo præſens controuerſia propoſita eſt; verumetiam Latinos non perficere verum ſacramentum, quia in azymo conſecrare contendunt. Hunc errorem tribuit Græcis Guido Carmelitanus libro de hæreſibus, & Alfonſus de Caſtro lib. aduerſus hæreſes, verbo *Euchariſtia*, hereſi 2. illumque aperte profitetur hac noſtra ætate Hieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus in cenſura Orientalis Eccleſiæ ad hereticos Germaniæ, capit. 10. in quo opere multa alia pulchrè ſatis contra eoſdem hereticos pronuntiauit. Ex antiquioribus verò in eodem errore fuerunt Euthymius in cap. 26. Matthæi. & Nizephorus libro 1. hiſtoriæ cap. 28. Cæpiſſe autem videtur hic error de fermentato inter Græcos poſt mille, & vigiſti annos à Chriſto nato, vt conſtat ex Leone IX. in Epiſtola ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum, capit. 5. Illius meminit Anſelmus in libello de fermentato, & azymo. Quo autem tempore ſine errore Græci cæperint fermentatum conſecrare, diſputatione ſequente dicemus. Huius autem erroris fundamentum eſt: quia ſi Chriſtus prì die, quàm Iudæi Paſcha celebrauit; licet in cœna illius vſus fuerit pane azymo, iuxta præceptum legis; tamen, quia eo die non erat prohibitus panis fermentatus in alijs cœnis, & prandijs, & poſt cœnam agni iterum cùm eiſdem ſuis diſcipulis Chriſtus cœnauit: atque in hac poſteriori cœna communi corpus ſuum, & ſanguinem conſecrauit, rectè colligi videtur non in azymo, ſed in fermentato conſecraſſe. Verò autem Chriſtum in ſecunda cœna corpus, & ſanguinem ſuum conſecraſſe inferius capit. 9. perſpicuè oſtendemus.

Refunditur ſuper eos error.

Verùm hæc ſententia, quòd attinet ad diem, in quo Chriſtus Paſcha celebrauit (nã de fermentato, quo Græci vtuntur in conſecratione, ſequenti diſputatione dicemus) meritò à Latinis erroris inſimulatur, eo quòd manifeſtis Scripturæ teſtimonijs aduerſetur. Quo circa Latini omnes planè fatentur Chriſtum Dominum 14. Luna menſis primi, prout de more erat, Paſcha celebraſſe, quando non licebat vti pane fermentato, ſed ſolùm azymo: ac proinde Chriſtum Dominum in azymo conſecraſſe. Teſtimonia autem Scripturæ ſunt Matth. 26. Marci 14. & Lucæ 22. vbi dicitur, prima die azymorũ miſſos fuiſſe diſcipulos à Chriſto, vt pararent ei Paſcha. Matth. verò, & Marcus poſtea ſubdunt, *Veſpere facto*. Lucas verò, *& hora facta*, nempe eodem die Chriſtũ cum diſcipulis ſuis cœnaſſe, & corpus, & ſanguinem ſuum illis dediſſe, quæ ſane teſtimonia plane conuincũt, vt minimũ, Chriſtum conſeciaſſe eo tẽpore, quo ipſe debuit veſci ſolùm azymis. Nã vel cœnauit 14. Luna ad veſperam, vel 15. inchoante, vt inferius oſtendemus: & vtroque modo non potuit veſci fermentato.

Oriãe. Caſtro. 14 Euthymius. Nizephorus. Leo IX. Anſelmus. Fundamẽtum prædicti erroris. 15 Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22.

Reſponſiones quædam refelluntur.

At reſpõdet primò Euthymius, diem 13. vocari ab Euangeliſtis primum azymorum: quia præcedebat illam. Verùm quis non videat, inepte vocari primám diem alicuius menſis, quæ proximè præcedit ipſam primã diem? Deinde reſpondet, Euangeliſtas non dixiſſe illum diem fuiſſe primum azymorum ſed inſtituiſſe primũ diem azymorum, nam vtitur verbo Græco προλαβε quod eſt Præteritum Aoriſton verbi antiqui λαυθω vnde eſt ελαβειν infinitiuũ; illud autem interpretatur Euthym. pro eo quòd eſt *inſtare*. Verùm vt periti linguę Græcè notant, hoc verbũ ſignificat *venire*: & ita Lucæ 22. vbi eſt hoc Verbum; rectè tranſtulit noſter Vulgatus, & Eraſmus: *Venit autem dies azymorum*. Cæteri autem Euangeliſtæ non vtuntur hoc verbo; ſed ſolum dicunt, *Prima die azymorum*. Adde, quòd Lucas, qui vtitur illo verbo Græco in prædicto loco, prius initio capitis, vbi Latinè legimus, *Appropinquabat dies feſtus azymorum*, vtitur alio verbo Græco, pro eo, quod eſt, *appropinquabat*, nempe ἤγγιζε, quod quidem Eraſmus Latinè vertit, *inſtabat*. Cũ igitur poſtea dixit λήθη, denotare voluit (vt vertit Vulgatus) idem quod *venit*, hoc eſt, iam veniſſe diem primã azymorum. Sed recentiores Græci oppreſsi teſtimonijs Euangeliſtarum, quæ adduximus, imprudenter dixerunt; tres priores Euangeliſtas erraſſe, & à Ioanne fuiſſe correctos, cap. 14. cum dixit, *Ante diem feſtũ Paſchæ, &c.* Ita refert S. Thomas in 4. diſt. 11. q. 2. art. 2. q. 3. & Alfonſus de Caſtro loco citato. De his tamen hæreticis, qui Scripturas non recipiunt, curandum non eſt. Adde, quòd cum Chriſtus exactiſſimè ſemper legem obſeruauerit, mirandum valde eſſet, in ipſa hora mortis ſuæ obſeruationem illius neglexiſſe, præſertim cum ab aduerſarijs tranſgreſsionis inſimulari facilè poſſet.

Reſponſiones quædam refelluntur. Luc. 22. 16 Eraſmus. Græcorũ impudentia. Ioann. 14. S. Thomas. Caſtro. 17

Quo die Chriſtus celebrauerit.

Reſtat igitur, vt Chriſtus eo die, qui lege erat præſcriptus, nempe 14. Luna ad veſperam celebrauerit, ac proinde nullo modo in fermentato potuerit conſecrare; ſiquidem

quidem legis ſtatuta ſeruauit, vt ſuppeni-
mus. Quo autē pacto non potuerit eſſe pa-
nis fermētatus in ſecunda cœna, in qua Chri
ſtus conſecrauit, infra cap. 10. manifeſtè pro
babimus. Hæc eſt ſententia omnium Lati-
norum, tam Patrum, quàm Scholaſticorum,
& aliorum ſacræ Scripturæ interpretum,
quos ſigillatim memorare, non eſt neceſſe.
Inferius autem eos dumtaxat referemus: in
ter quos, hac ſuppoſita ſententia, aliqua eſt
diſſenſio: neque enim eam omnes eodē mo-
do defendunt. Ex Græcis verò pro ea allega
Theodoretus re placuit Theodoretum q. 24. in Exodum
ante medium, vbi ait, in lege veteri præce-
ptum fuiſſe, vt agnum ſacrificarent 14. Lu-
na ſub veſperam: & ſubdit, *Sub hanc enim ve*
18 *ſperam etiam Chriſtus Dominus traditus eſt Iu-*
dæis. Negare autem non potuit Theodore-
tus, paululum poſt cœnā captum fuiſſe Chri
ſtum à Iudæis. Tum etiam allegandus eſt
Theophylus. Beda. Theophylus Alexandrin. in Epiſt. ad Theo
doſium apud Bedam libro de Ratione tem-
porum cap. 57. vbi docet, Chriſtum cœnaſ
Victor. ſe Luna 14. Idem ſenſit Victor Antiochen.
in illud Marci 14. *Prima autem die azymorū*,
in primo tomo Bibliothecæ ſacræ: Scholaſti
ci omnes, & Scripturę interpretes huius ęta
tis, qui hanc quæſtionem diſputant. Aliqui
verò ex illis citare ſolent pro ſententia Græ
Origenes. corum Origenē tractatu 35. in Matth. quòd
aſſerat Chriſtum immolatum fuiſſe 14. Lu-
Epiphanius na, ſicut etiam docuit Epiphanius hereſ. 50.
quem ſupra pro ea ſentētia allegauimus. Et
rurſus eumdem Origenem citant pro ſenten
tia Latinorum in tractatu 33. in Matthęum,
Matth. 26. quòd aſſerat illud Matthæi 26. *Scitis, quia*
poſt biduum Paſcha fiet, dictum fuiſſe à Chri-
ſto vndecima Luna; cum tamen 14. Paſcha ce
lebraretur: & ita poſt biduū futurum eſſet;
Origenes vbi conſulendus ſit, & quid ſentiat. inde autem colligat Chriſtum traditū fuiſ-
ſe 14. Luna: & deinde ſubiungat, Chriſtum
paſſum eſſe prima die azymorum, cum præ-
cedente veſpera Paſcha celebraſſet. Verùm
Origenes ſolùm de hac re agit tractatu 35. in
Matthę. ibi autem non dicit immolatū fuiſ-
ſe Chriſtum 14. Luna, in qua alij Iudæi Paſ-
cha ſuum celebrabant ſicut alij Patres Grę-
ci docuerunt, ſed potius docet cum Latinis,
19 Chriſtum cœnaſſe 14. Luna ad veſperam, &
ea nocte traditum fuiſſe, vt crucifigeretur.
Fortaſsis aliqui colligere potuerunt, Orige-
nem in ſententia Grecorū fuiſſe ex eo, quòd
in illud, *Scitis quia poſt biduum, &c.* dicat hęc
verba. *Neque enim dixit, poſt biduum Paſcha*
erit, aut veniet, vt ne oſtenderet, illud Paſcha fu
turum, quod fieri ſolebat ſecundum legem; ſed
Paſcha fiet. Hoc eſt, quale numquam fuerat fa-
ctum: vt per hoc nouum Paſcha illud ſuccidat an-
tiquum. Quibus docere videtur Chriſtum
immolatum fuiſſe poſt biduum tanquā no-
uum Paſcha Chriſtianorum, quòd deleturū
erat antiquum. Verùm Origenes per Paſcha
nouum, quod dicit futurum poſt biduū, non
intelligit imm olationem Chriſti, & mortē;
ſed traditionem illius, vt crucifigeretur: &
ita inquit ſubdidiſſe Euangeliſtam. *Et Filius*
hominis tradetur ad crucifigendum. Et quam-
uis non dicat Origenes, Chriſtum crucifixū
fuiſſe prima die azymorum; tamen ex ver- 20
bis eius aperte colligitur: dicit enim paulò
inferiùs, poſt duos dies factū fuiſſe Paſcha,
quando traditus ipſe eſt nocte. Ex ſententia
igitur Origenis conſtat, Chriſtum traditum
eſſe 14. Luna poſt cœnam, & Paſcha ab eo cū
diſcipulis celebratum.

Argumenta verò Græcorum infra cap.
9. diluentur; aliqua enim ex illis fauent opi
nionibus Latinorum, quas etiam refutabi-
mus: capite autem 10. oſtendemus, quo pa-
cto ſecundùm veram ſententiam veritas re-
ſponderit figuræ, quod pro fundamento prę
cipuo Græci aſſumebant. Quod verò attī-
net ad id, quod aſſerunt de conſecratione in
azymo, notantes Latinos, diſputatione ſequē
te dicemus.

Chriſtum Paſcha celebraſſe cum Diſcipulis decima quarta Luna in fine, & ita in azymo conſe-craſſe, Iudæos verò in fine ſequentis diei, aliqui ex Latinis docue runt.

CAPVT III.

OMNES Latini, vt diximus cā
pit. præcedente, conſtanter cō
tra Græcos affirmant, Chriſtum
Dominum celebraſſe Paſcha & 21
cum diſcipulis ſuis cœnaſſe Luna 14. in qua
ſecundùm legem Paſcha celebrandum erat:
vt ita etiam defendant Chriſtum in azymo
conſecraſſe. Verùm inter eos non ſatis con-
uenit, vtrùm Iudæi eodem die celebraue-
rint; an ſequēte: & vtrùm in principio 14. Lu
næ Chriſtus celebrauerit; an in fine: hoc eſt,
vtrùm in veſpera, à qua incipiebat dies ſecū
dum Iudæorum computationem, qua in fe-
ſtiuitatibus vtebantur; an in veſpera, in qua
dies

dies finiebatur; ſiquidem à veſpera in veſperam ſua feſta, & Sabbatha Iudęi celebrabãt. Vtrouis autem modo omnes pro viribus cõtendunt probare communem Eccleſiæ Latinæ ſententiam, nempe Chriſtum in azymo celebraſſe. In hoc igitur, & ſequente capite duas opiniones Latinorum, quæ nobis non probantur, referemus, & proprijs ipſarum fundamentis confirmabimus, vt deinde cap. 5. & ſequentibus noſtram ſententiam proferamus.

22

Eſt igitur quorumdam Latinorum ſententia, Chriſtum Dominum Paſcha celebraſſe in fine Lunæ 14. ſic enim explicant illud *ad veſperam*: & ita legem ipſam abſque vlla diſpẽſatione obſeruaſſe; Iudæos verò ex diſpenſatione ipſis conceſſa, in ſequentis diei veſperam Paſchæ ſuæ celebrationẽ diſtuliſſe. Ex quo duo inferunt, vnum eſt Chriſtũ in azymo, non in fermentato conſecraſſe, eo quòd ſecundùm legem, quã obſeruare voluit, permiſſum ſolùm eſſet in celebratione Paſchæ, vti pane azymo. Alterum eſt, veritatem figurę reſpondiſſe, dum eodem die, & Iudæi immolarunt agnum Paſchalem, & Chriſtũ, qui eſt verus agnus, & Paſcha noſtrum occiderunt. Hanc ſententiam ſequitur Paulus Burgenſis in additione in caput. 26. Matth. Nicolaus de Lyra in illa verba eiuſdem capitis, *Erat autem prima dies azymorum*. Ioannes Hentenius in præfactione in commentaria Euthymij in Euangelia, Gagneius in illud Matth. 26. *Erat autem prima dies azymorum*, & in illud Ioann. 18. *Non introierunt in Prætorium*. Claudius in eumdem locũ Ioannis 18. Ianſenius in Concordia Euangelica, cap. 128. in eadem verba. Onuphrius Panninus, lib. 2. Faſtorum ſub anno 180. Ioannes Lucidus in tractatu de Paſsione Chriſti cap. 9. Paulus Sempronienſis in ſua Paulina. Catherinus lib. 2. contra Caietanum: & noſter Maldonatus in illud Matth. 26. *Scitis, quia poſt biduum Paſcha fiet*, qui omnium quidem efficaciſsimè eam confirmat.

23

Burgenſ. *Lyra.* *Hentenius.* *Gagneius.* *Claudius.*

Ianſenius. *Onuphrius.* *Lucidus.* *Sempronienſis.*

Catherinus. *Maldonat.*

Pro huius autem ſententiæ confirmatione, & maiori eorum, quę dicenda etiam à nobis ſunt, perſpicuitate, quędam prẽmittenda ſunt. Primùm eſt, feſtiuitates Hebræorũ ſolitas computari à veſpera vnius diei, vſq; ad veſperam ſequẽtis, hoc eſt, à Solis occaſu, id quod colligitur ex Leuit. 23. & nos inferiùs fuſiùs explicabimus. Secundùm eſt, menſes apud Iudæos eſſe Lunares: quare idẽ eſt 14. Luna alicuius mẽſis, & 14. dies illius. Conſtabat autem menſis 30. diebus, & 12. horis naturalibus, & duobus tertijs vnius horæ, cum tribus minutis. Porrò autem initiũ

Qua ratione Hebręi ſua feſta computarent.

Leuitic. 23.

Menſes Iudæorum Lunares.

anni ſumebatur ex menſe Martio, vt dicitur Exodi 12. Incipiebat autem Martius à Nouilunio, quod erat prope Æquinoctium vernale. Ex quo fieri poterat, vt dies, ſeu Luna Martij, quę apud Iudæos eſſet 14. apud alias nationes habentes annos ſolares, eſſet aliqua dies Aprilis. Et ita, vt notauit Onuphrius loco citato, eo anno, quo Chriſtus mortuus eſt, Luna 14. Martij apud Iudæos fuit 18. dies Aprilis apud alias nationes. Tertium eſt, omnia feſta Iudæorum præter Sabbathum, per diuerſas dies Hebdomadę exordium, & mobilitatem accepiſſe à Neomenia, ſeu Kalendis menſis primi: nam ſi Neomenia, ſeu Kalendæ huius menſis erant feria 5. feſtum Azymorum erat etiam feria 5. nempe 14. Luna, & hoc eodem modo cætera feſta Hebręorum variãda erant. Quarto obſeruandum eſt: quocumque die occurreret Nouilunium vernalis Æquinoctij, eodem etiam conſuetum fuiſſe celebrare Neomeniam, & Kalendas primi menſis apud Hebręos; niſi in duobus caſibus: alter erat quando Nouilunium incipiebat poſt decimã octauam horam illius diei: tunc enim cum magis declinaret in ſequentem diem, meritò cautum fuit, vt Neomenia inciperet à die ſequẽte: & iuxta hanc mutationem variari debebant cętera feſta. Hoc autem Nouilunium dicebatur antiquum, & vetus ab Hebręis. Alter caſus erat, quando Nouilunium Æquinoctij vernalis occurrebat in ſecũda, vel in quarta vel in ſexta feria. Hæc omnia refert Ianſenius loco citato ex quodam hiſtorico Autore Iudæo, in libro quodam, cuius titulus eſt SEDAR OLAN, ex quo citat hęc verba. *Sic ſtatuerunt magiſtri noſtri iudices Sanhedrin magni nominis in ſæculo, in domo ſanctuarij ſecunda, cum extructa eſſet, & conſummata. Tunc apparuit ſolium ignem perfectiſsimum, ſuper quod ſedebat Rex mundi ſublimis valde, ſtans inter porticum, & acceperunt coronam, apprehenderuntque ſigillum reconditum, & ſanxerunt, ordinaueruntque ſtatutum perpetuum, & traditũ eſt in manu Rabbi Eliezer, qui reliquis omnibus maior erat: & is ordinauit diẽ ſortium non obſeruari die ſecundo quarto ſeptimo Hebdomadæ, nec Paſcha ſecundo quarto, & ſexto, neque diem retentionis tertio, quinto, & ſeptimo, neque principium anni ſecundo quarto, & ſexto neque diem expiationis primo, tertio, & ſexto in æternum.* Hactenus Ianſenius ex illo hiſtorico Iudęo. Hebręorum igitur traditione Burgenſis, & alij dixerunt, eo anno, quo Chriſtus paſſus eſt, Chriſtum celebraſſe Paſcha Luna 14. cęteros autem in ſequentem diem celebrationem diſtuliſſe. Huius autem diſpen-

Exodi 12. 24

Exordium feſtorum vnde.

Neomenia quando celebratur.

25

Ianſenius.

Sedarolam.

dispensationis, & concessionis, vt scilicet Pascha differri posset in 15. Lunam, nullum aliud fundamentum habemus, vt fatentur Burgensis, & alij, nisi antiquorum Iudæorum traditionem post reedificationē Templi tempore Esdræ, ne scilicet duo festa duobus diebus proxime, & sine medio secum concurrerent: sic enim molestū esset populo illa obseruare, cum nullum seruile opus, etiam ad parandos cibos, in eis fieri posset. Cùm igitur prima dies azymorum esset solennis, vt inferius ostendemus ex cap. 12. Exodi, & ita nullum opus seruile in ea fieri liceret, permissum fuit, inquiunt, eo anno nō celebrari 15. Luna, quæ erat feria 6. ne cum festiuitate Sabbathi proxime cōcurreret; sed Luna 16. quæ in ipso die Sabbathi occurrebat. Hac igitur de causa, quia proxime post celebrationem Paschæ incipiebat celebrari prima dies azymorum solennis, permissum fuit etiam

27 ipsis Iudæis, Paschatis festum in Lunam 15. transferre, cōtra verò Christus nolens hac permissione, & dispensatione vti 14. Luna ad vesperam Pascha celebrauit, quòd sequenti die occidendus esset, & immolandus, quando cæteri Iudęi Pascha celebraturi erant. Nam, vt inquit Burgensis, eo anno quo Christus mortuus est, prima Luna, seu coniunctio Lunæ prope Æquinoctium vernale contigit feria 5. hora 19. diei cum aliquibus minutis. Et ita hæc Neomenia repellenda erat vsq; ad sequentem diem, iuxta superius notata: ac proinde prima Luna, seu Neomenia primi mensis: quòd quidem & Christus tunc obseruauit. Quia verò hoc modo Luna 14. illius mensis futura erat in feria 5. & ita dies primus solennis azymorum in feria 6. proximè ante Sabbathum ob rationem dictā: Hebręi festum Paschatis in feriam 6. quæ erat Luna 15. reiecerunt: Christus autem feria 5. quæ erat Luna 14. illud celebrauit. Quare iuxta hanc sententiam duplex fuit dies

28 Paschatis, & duplex primus dies azymorum solennis: alter secundum legem: alter secundū dispensationem illis ab antiqua traditione factā. Hoc est fundamentū vnicum huius sententiæ, vt Autores illius asserant, eo anno potuisse quidem Iudęos in diem 15. Paschæ celebrationem differre; etiam si Christus decima quarta, secundum legem illud celebrauerit.

Cur translatio Paschalis ab istis autoribus asseratur.

Verumtamen ita factum fuisse ex eo probatur, quia plures difficultates, quæ in hac re obijci possunt, hac via facilè dissoluuntur; si autem dicamus Christum, & Iudęos omnes eodem die Pascha celebrasse, nulla ratione dissolui queunt. Primò, quia Ioannes 18. cùm Iudæi accusarent Christum coram Pilato, dicitur. *Ipsi non introierunt in Prætorium, vt nō contaminarentur, sed vt manducarent Pascha:* nondum igitur ederant Pascha: atqui Christus pridie iam illud cœnauerat: ergo non eodem die Christus, & Iudæi Pascha celebrarunt. Secundò, Ioannes 19. inquit. *Erat autē Parasceue Paschæ hora quasi sexta.* Loquitur autem de die, & hora, qua Christus damnatus, & crucifixus est, diemque illum vocat Parasceue Paschæ, hoc est, pridie ante Pascha: ergo illo die, & hora, qua Christus crucifixus est, nondū Iudęi pascha celebrauerant; Christus autem pridie illud ederat: ergo non eodē die ipse, & Iudæi celebrarūt. Tertio, Ioannes dicit cap. 19. diem illum Sabbathi, ante quem Christus mortuus est, fuisse magnum, hoc est, nō vulgarē, sed sanctiorē, quàm cęteris annis fuisset; sanctior autem, & celebrior esse non potuit, nisi eodem die alia celebritas, & festiuitas concurreret; signum igitur est, eo anno Iudæos in Sabbatho illo celebrasse primū diē azymorum, qui aliàs etiam solennis erat; ac proinde Pascha comedisse feria 6. ad vesperam, quando Christus cruci affixus est: cumque Christus pridie illud comedisset, sequitur, ipsum, & Iudæos non eodē die Pascha celebrasse. Quartò, si Christus eo-

29 dem die cum Iudęis Pascha celebrauit, & prima dies azymorum vtrisque eadem fuit, credibile non est, Iudęos, qui se conseruatores legis fatebantur, Christum prima die azymorū cruci affixisse: nā quamuis Deum nō reuererentur, vt eius festum seruarent: tamen plebem timerent, ne ipsos lapidaret, quòd violarent Legem. Quo circa Matth. 26. Marci. 14. de Iudęis sic dicitur. *Dicebant autem non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Ex quo patet, in quiunt aduersarij, noluisse Iudęos mortem Christi vsque in Pascha differri, sed potius, vt acceleraretur, antequàm dies Paschę veniret, quiipsis post duos dies futurus erat: & ita effectum esse, vt Christus moreretur, antequàm ipsi Pascha, & primū diem azymorum celebrarent: quòd tamen ita accidisset, si Iudęi eodem die quo Christus Pascha comedissent: nam Christus iuxta prescriptum legis, quod ipse obseruauit

30 14. Luna Pascha cœnauit, & 15. quæ iuxta hanc computationem erat prima azymorū solennis, passus est: & ita si Iudæi cùm eo eodem die Pascha comedissent, in die festo Christus occisus esset. Quintò, Ioannis cap. 13. Christus dixit Iudæ, cum ipso cœnanti *quod facis, fac citius,* quibus verbis discipuli intellexerunt, Christum significare illi voluisse, vt emeret ea, quæ ad diem festum Paschæ

necessa-

Primum incōmodum

Secūdum. Ioann. 19.

Tertium.

Quartum

Matth. 26. Marc. 14.

Quintum. Ioanni. 13.

neceſſaria erant. Id autem magis conueniret, ſi Paſcha illud, de quo Chriſtus loquebatur, adhuc futurum erat: reſtabat igitur Paſcha aliquod; non quidem celebrandum ab ipſo Chriſto: hoc enim Chriſtus dixit in cœna, poſtquam agnum Paſchalem iam cœnauerat: ergo celebrandum à Iudæis. Sextò, ſi Iudei iam cùm Chriſto eodem die 14. celebraſſent Paſcha, & dies, in quo Chriſtus mortuus eſt, fuiſſet omnibus primus dies azymorum, minime potuiſſet Ioſephus homo iuſtus, Chriſtũ de cruce deponere, & ſepelire: quia dies ille ſolennis erat, & in eo non licebat operari. Nec verò ſatis ſit huic argumento, ſi dicatur, Ioſephum ex deuotione in Chriſtum illud feciſſe: quoniam, vt dicitur Marc. 16. mulieres, quæ ex deuotione Chriſtum ſequebantur, emerunt aromata poſtquàm Sabbathum tranſiuit, eo quòd in Sabbatho id nó liceret: & ita neque ex deuotione in Chriſtum auſæ ſunt Sabbathum violare, quia hoc illis à populo nullo modò permitteretur: quare neque Ioſepho permiſſum fuiſſet Chriſtũ in die ſolenni ſepelire. Adde, quod cũ Chriſtus duceretur ad ſupplicium, & crucem ſuã portare non poſſet, miniſtri angariauerunt Simonem, vt pro eo crucem portaret, quod ſane erat opus ſeruile, minime licitum in die ſolenni azymorum. Septimò eadem ſententiã probatur ex illo Matth. 26. vbi Chriſtus loquens de tempore Paſchatis, quòd ab ipſo celebrandum erat, dixit. *Tempus meum prope eſt:* nam ſi Chriſtus eodem die Paſcha eſſet celebraturus, quo cæteri Iudæi, nequaquam ſuum diceret tempus illud. Octauo denique Ioann. 13. dicitur, *Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus &c.* in quo die narrat, Chriſtum cum diſcipulis ſuis cœnaſſe; per diem autẽ feſtum Paſchatis plane intelligit Ioãnes pridianum, & proximum diem ante feſtum Paſchatis: cumque Chriſtus Luna 14. Paſcha celebrauerit, neceſſe eſt vt intelligamus illud, *Ante diem feſtum* non ante diẽ, in quo ipſe Paſcha celebraturus erat; ſed ante diem, in quem Iudæi Paſcha reſeruauerant: nam ſi de illo, in quo Chriſtus celebrauit, loqueretur, non diceret ante diem feſtum; ſed in die feſto Paſchatis.

Sextum. 31 Septimo. Matth. 26. 32 Octauum. Ioann. 13.

Hæc ſunt argumenta præcipua, quibus probatur, cum mutatione illa Paſchatis facta à Iudæis ex antiqua Patrum diſpenſatione, omnia, quæ dicuntur in Scriptura, rectè quadrare: quæ tamen ſine incommodo vix explicari poſſe videntur, ſi dicamus, Chriſtum, & cæteros Iudæos eadem 14. Luna à lege præfixa, Paſcha celebraſſe. Pro hac ſententia Burgenſis allegari ſolet Rupert. li. 2. in Leuiticum cap. 36. & 10. libro in Matth. in illud cap. 26. *Scitis quia poſt biduum, &c.* ille tamen in eo tantùm conuenit cum Burgenſi, & alijs, vt Iudæi ex diſpenſatione legis, quam ex longa traditione acceperant, eo anno in ſequentem diem ſolùm tráſtulerint primam diem ſolennem azymorum, nempe in 16. quæ fuit Sabbathum; Paſcha tamen celebrauerint ſimul cùm Chriſto 14. Luna, quæ fuit feria 5. ad veſperum illius: & ita 15. dies vacauerit, vt in ea poſſent occidere Chriſtum: cui quidem ſententiæ aliqua ſolùm ex ijs, quæ pro ſententia Burgenſis adduximus, fauere poſſunt. Nam illud Ioannis 18. *Non introierunt in Prætorium*, & alia huiuſmodi, nihil ei adſtipulantur, vt patet. 33 Ioann. 18.

Burgenſis. Rupertus.

Chriſtum, cæteroſque Iudæos eadem Luna decimaquarta Martij in priori, non in poſteriori veſpera celebraſſe, alij autumant.

CAP. IIII.

INTER Latinos, qui contra Burgenſem, & alios cap. præcedente memoratos affirmant, Chriſtum 14. Luna cũ Iudæis Paſcha celebraſſe, paucis ante annis controuerſia exorta eſt, vtrùm in veſpere poſteriori: an in priori illius diei 14. illud celebrauerit; certum eſt enim ex Scripturâ Exod. 12. Paſcha celebrandum fuiſſe 14. Luna ad veſperam. Verùm, quia feſtiuitates Iudæorum à veſpere vnius diei naturalis incipiebant, & in veſperum alterius naturalis diei terminabantur: controuerſum eſt inter aliquos recentiores Theologos, & Scripturæ Interpretes, vtrùm in priori; an in poſteriori veſpera illius Lunæ 14. Paſcha fuerit à Chriſto celebratum. Exod. 12. 34

Legionẽſis opinio.

Luyſius Legionenſis, vir non ſolũ in ſcholaſtica Theologia, ſed etiam in ſacris literis hac noſtra ætate valde inſignis, in opuſculo quodam de vtriuſque agni typici atque veri immolatione legitimo tempore, pro viribus demonſtrare contendit, Chriſtum cum cæteris Iudæis decima quarta Luna menſis Martij Paſcha celebraſſe; non quidem in poſteriori veſpera illius; ſed in priori, nempe in fine 13. diei naturalis. Oppoſitamque ſententiam ex vulgari quodam errore ortam, conſtanter affirmat. Nec opinio iſta, primùm tradita fuit à Legionenſi, nam Oleaſter eam do

cuit

cuit caput 23. Leuitici, & Stella in cap. 12. Lucæ: citanturalij falso tamen.

35 Primum fundamentum.

Tria verò sunt huius sententiæ præcipua fundamenta. Primum, quòd vespera in Scriptura, in assignandis diebus festis, nõ finem, sed principium diei significat: cùm tamen vulgo per vesperam postrema pars diei intelligatur, eo quòd nostri dies nocte terminentur. Est autem, inquit, insignis error, iuxta nostram consuetudinem dies Hebræorum computare & metiri, cùm dies illorum à vespera vnius diei nostri inciperẽt, & toto mane sequentis diei ante vesperam illius claudenturtur: nam à vespera subsequentis diei nostri incipiebat alius dies Hebræorum; præsertim in festiuitatibus, quas celebrabant. Cùm igitur iuxta præscriptũ legis Exod. 12. agnus Paschalis immolandus esset 14. Luna ad vesperam, iuxta Hebræorum computationem, & mensuram: sequitur, in priori vespera, quę erat 13. Luna secundum nostram computationem, Christũ Pascha celebrasse: quia iuxta Hebręorum mensuram vespera sequentis diei, non pertinebat ad 14. sed ad 15. quæ erat prima azymorum. Hunc autem modum metiendi, & computandi dies, vt à vespera initium ducerent, videntur Hebręi desumpsisse ex illo Genes. 1. *Et factus est vespere, & mane dies vnus*, vbi non ponitur pro fine diei vespera, sed mane.

Secundũ fũdamentum.

Alterum fundamentum est, quòd eodem tempore, & eadem hora immolandus esset secundũ legem à Iudæis, & à Christo agnus Paschalis, qua primum fuerat à Patribus eorum in AEgypto immolatus: hoc enim fuit semper legitimum tempus immolandi: si quidem in memoriam beneficij, quod Patres eorum acceperunt, hæc agni solennitas instituta est; tunc autẽ immolatus fuit ab eis ineunte 14. Luna: ergo à Christo, & à Iudæis illius temporis eadem hora immolatus fuit. Porrò autem antiquos Iudæos in AEgypto immolasse agnum ineunte decima quarta Luna, probat primum Luysius ex Iosepho, qui lib. 2. Antiquitatum cap. 5. aliàs 13. in fine, iuxta translationem Gelenij, ita scribit loquens de celebratione Paschatis. *Illucescente quarta decima, omnes ad exitum animati, sacrificabãt*: illucescere autẽ 14. diem, idem est, quod incipere; Græcè autem est ἐπιφώσης δὲ τῆς τετταρτεσκαιδεκάτης. Ipse verò Luysius vertit. *Appetente decima quarta die, omnes accincti aditer sacrificabant. & sanguine domos lustrarunt.* Deinde eamdem sententiam confirmat ex Scripura, nam Hebræi egressi sunt de AEgypto, quando egressi sunt de Rameſſe: dicitur enim Exodo. 22. *Profecti sunt*

36 Iosephus. Gelenius.

Firmatur ex Scriptura.

filij Israel de Rameſſe in Socoth: de Rameſſe autem egressi sunt noctu post occasum Solis, inchoante 15. Luna: ergo non potuerũt eadem nocte Pascha celebrare. Ex quo fit, vt præcedente nocte illud celebrauerint, quæ 14. Lunę initium erat. Porrò filios Israel noctu egressos fuisse de AEgypto, expresse dicitur Exod. 12. illis verbis. *Nox ista est obseruabilis Domini quando eduxit eos de terra AEgypti*: egressos autem fuisse initio noctis, patet ex illo Deuteronomij 16. *Immolabis Phase vespere ad Solis occasum quando egressus es de AEgypto*. Quia verò ex hoc loco potiùs videbatur colligi, agnum Paschalem fuisse immolatum vespere proximo ante noctem, in qua Iudæi educti sunt de terra AEgypti: ex quo rursus sequeretur, nõ fuisse egressos initio noctis, sed in fine: quia inter immolationem agni, & exitum multa gesta sunt, quę maius spatium, quàm inter vesperam, & initium noctis requirebant, vt ex dicendis cap. sequente, & alijs patebit, ideo per Phase eo loco Luysius intelligit alia sacrificia Paschalia, eo die solita immolari, quæ etiam dicuntur Phase Numeror. 28. vt inferius cap. 7. videbimus. Denique noctẽ illam, qua egressi sunt Iudæi de AEgypto, fuisse initium decimæ quintę Lunæ colligit ex Numerorũ 35. vbi dicitur, *Profecti sunt de Rameſſe mense primo, quinta decima die mensis primi*. Hinc autẽ rectè colligi videtur id, quod supra inferebamus, nempe Iudæos nõ celebrasse Phase eadem nocte, qua egressi sunt de AEgypto; quia Phase comedebant noctu post occasum Solis in proprijs domibus, ex quibus iussi sunt non egredi, sed manere tota illa nocte, in qua ad medium illius Angelus pertransiuit, & percussit primogenitos AEgyptiorum, vt dicitur Exod. 12. Ex quo etiam fit id, quod supra colligebamus, nempe nocte præcedente, quæ erat initium 14. Lunę, Iudęos Paschalem agnum immolasse; id quod Numerorum 33. etiam videtur expressum his verbis. *Profecti de Rameſſe in mense primo in quinta decima die mensis primi, altera die Phase filij Israel in manu excelsa, videntibus cunctis AEgiptijs, & sepelientibus primogenitos, quos percusserat Dominus, &c.* vbi aperte dicitur, altera die post Phase celebratum, egressos fuisse filios Israel de AEgypto, vt nos contendimus. Et sanè res ipsæ gestę ab immolatione agni, vsque ad egressum filiorum Israel de AEgypto hoc manifestè indicant: nam post immolationem agni tota nocte illa intra domos suas manserunt vsque ad ortum diei sequentis, vt dicitur Exod. 12. *Nullus vestrum egre-*

37

38

Exod. 12.

Deuter. 16.

Numer. 28.

Numer. 33.

Exod. 12.

dicatur oſtium domus ſuæ uſque mane. Poſteà verò hortantibus AEgyptijs, orta iam luce, cęperunt omnes Hebræi ex omnibus vicis, in quibus habitabant congregari in Rameſſe, vt inde omnes ſimul egrederentur. Dicitur enim Exod. 12. *Profecti ſunt de Rameſſe ſexcenta ferè millia peditum virorum abſque paruulis,* 39 *& mulieribus; ſed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis oues, & armenta, & animantia diuerſi generis multa nimis*: atquì tanta hominum multitudo non poterat ibi ſimul habitare: ergo neceſſe fuit, ex alijs locis illuc cógregari. Ad hoc autē neceſſarius fuit ſaltē vnus dies integer, vt poſſent omnes eo conuenire. Vlterius cùm filij Iſrael petierint ab AEgyptijs vaſa argentea, & aurea, & plurimas veſtes commodatas, idque non potuerit fieri nocturno tempore, neceſſe eſt, vt aſſeramus, poſt eſum agni vno integro die eos apud AEgyptios manſiſſe. Ex quo apertè ſequitur, die decimaquarta in priori veſpera eos agnum Paſchalem immolaſſe. Denique fundamentum tertium Luyſij eſt in hūc modū. Chriſtus legitima die, & hora Paſcha celebrauit, ſicut ſupra probatum eſt; ſi autē dicamus, eum Paſcha celebraſſe in poſteriori veſpera, hoc eſt, in fine Lunę decimę quartæ, cogimur aſſerere, ipſum fuiſſe crucifixū in prima die ſolenni azymorum: nam ſequēte die artificiali occiſſus eſt, quod videtur abſurdum: quia in eo die tale opus ſupplicij licitum non erat. Si autem dicamus eum cœnaſſe agnum Paſchalem in priori veſpera Lunæ 14. hoc abſurdum, aut aliud non ſequitur: quia Luna 14. non erat ſolennis, ſed in ea quodcumque opus ſeruile licebat. Adde, quòd hoc modo veritas etiam meliùs reſpōderet figuræ: nam eadem die 14. qua agnus Paſchalis immolabatur, verus agnus Chriſtus immolatus eſſet, licēt non eadem hora; iuxta aliā verò opinionem nullo modo reſponderet: quia neque eadem hora, neque eadē die Chriſtus immolatus eſſet, qua agnus immolari conſueuerat; ergo prędicta ſententia vera eſt. Alia ſolent adduci, quæ minoris momenti ſunt, vel nōdifferunt ab aliquibus, quæ retulimus pro opinione Burgenſis.

Tertium fūdamentum.

40

Chriſtum Dominum eadem die, & hora, qua cæteros Iudæos agnum Paſchalem cœnaſſe, probabilior opinio fert.

CAP. V.

Bipartitur vera ſentētia.

PErantiqua, & peruulgāta Latinorum ſententia, quæ mihi multo probabilior ſemper viſa eſt, duas habet partes: altera eſt contra opinionem Burgenſis, & aliorum, quos cap. 3. memorauimus: altera verò contra præcedentem Luyſij ſententiam, quam proximè retulimus: prior autem pars in hoc capite; poſterior verò in ſequente nobis confirmanda erit.

Prior pars probatur in hoc capite.

Prior igitur pars eſt, Chriſtum Dominū, cæteroſque Iudęos eadem Luna 14. Martij, eademque hora à lege præfixa, Paſcha celebraſſe, neque Iudæos vlla permiſſione, aut conceſſione legis vſos Paſcha in alterum diē tranſtuliſſe. Poſterior verò pars eſt, Chriſtum, cæteroſque Iudęos eadem Luna 14. in fine illius ſecundum legē Paſcha celebraſſe. Ex quo manifeſtè inferemus, Chriſtum non fermentatum; ſed azymum panem conſecraſſe. Priorem partem, quam diximus eſſe contra Burgenſem, & alios Doctores cap. 3. citatos, ſupponunt vt veram omnes, tam Latini, quàm Græci Patres, quos contra cōmunem opinionem Græcorum cap. 2. allegauimus: quibus etiam adde Anſelmum, & Bedam explicantes prædicta loca Euangeliſtarum, quæ citauimus, Ambroſium Epiſt. 83. Auguſtinum Epiſtol. 86. Autorem ſermonis de cœna Domini apud Cyprianum. Et quā uis Rupertus loco citato in 3. capite, opinionem, quam ibi memorauimus referat tamquā Iudęorum traditionem; addit tamen, nullum in Scriptura fundamentum habere. His etiā accedunt Scholaſtici noſtri, qui hanc partem contra Burgenſem vno ore affirmant S. Thomas, & Caietan. & Recentiores, quæſt. 46. art. 9. Alexand. 4. par. q. 10. membr. 4. art. 1. §. 3. & q. 28. membro 4. art. 3. §. 2. ad 6. Magiſter hiſtoriarum capite de cœna Domini. Gabriel in Canonem Miſſæ, lectione 34. Bonauentura in 4. diſt. 11. art. 2. q. 1. Ricard. artic. 2. q. 3. Dominicus Sotus in 4. diſt. 11. q. 1. artic. 4. & Abulenſis in Defenſorio 2. par. capit. primo, & ſequentibus, qui omnium, me quidem iudice, copioſiſsimè, & eruditiſſimè de hac re diſſeruit, & ex quo Recentiores, qui exactè rem hanc contra Burgenſem diſputarunt, pleraque deſumpſerunt.

Anſelmus. Beda. Ambroſius. Auguſtinus Pſeudo Cyprianus. Rupertus.

41

S. Thomas. Caietanus. Alexander Magiſter hiſtoriarum. Gabriel. Bonauentu. Ricardus. Sotus. Abulenſis.

42

Probatur ratione cōtra Burgēſem.

Hanc verò partem noſtræ ſententiæ confirmare, & oppoſitam ſententiam, quam ſequutus eſt Burgenſis, refellere, facile poſſumus. Prætermiſsis autem aliquibus rationibus, quibus Burgenſem impugnat Dominicus Sotus, quòd minoris momenti eſſe videan-

videantur. alijs efficacioribus, quarũ nonnullis ipſe etiã vſus eſt cõtra eumdẽ Burgenſem, pugnemus. Præmittendũ tamẽ in primis eſt, iuxta opinionẽ ipſius abſq; vlla difficultate defendi poſſe, Chriſtũ in pane azymo conſecraſſe; cùm tamen iuxta Græcorũ ſententiã, non ita facilè defendi queat. Nam cũ Burgenſis dicat, Chriſtũ cœnaſſe agnũ Paſchalẽ Luna 14. ad veſperã, hoc eſt, in fine, vt ſequente capite explicabimus, & finita ſolennitate Paſchali, ſtatim incepiſſe feſtum azymorũ pro ijs, qui eo die Paſcha celebrabant ſecundũ legem, in quo pro illis nullũ erat fermentatũ; neq; enim licebat eis, inter Paſcha, & diẽ primum azymorũ alium diẽ interponere, vt infra dicemus, ſequitur, Chriſtum neceſſariò in azymo conſecraſſe, vt inferiùs iuxta noſtrã opinionẽ etiam probabitur. Deinde etiã Burgenſis rectè defendere poteſt iuxta ſuã ſentẽtiam veritatẽ, nempe, immolationem Chriſti, reſpondere figurę, hoc eſt, immolationi agni Paſchalis, quia eo die, quo ab alijs agnus immolabatur, ipſe cruci pro nobis affixus eſt. Poſtremo, quãuis lex illa antiqua Iudaico populo à Deo tradita fuerit; tamen nõ ſatis apertè cõtra Burgenſem probare poſſumus, nulla iuſta etiã de cauſa potuiſſe ſummos Pontifices eã aliquo modo interpretari, vt ita ex eorum interpretatione, ſeu diſpenſatione aliquam pateretur mutationem, ſicut contẽdit Dominicus Sotus. Quòd ſi talis diſpenſatio, & interpretatio adhiberi potuit legi antiquæ, & vt ait Burgenſis, ei adhibita fuit, per eam idem Sotus, infert contra illum, Chriſtum non obſeruaſſe legem: quinimò ſecundùm ſententiã Burgenſis, Chriſtus obſeruaſſet legẽ ſine interpretatione: cæteri autem vterentur interpretatione, & quaſi diſpenſatione illius: ſiquidem nullus aſſerit, in eo caſu, qui eo anno occurrit, quemquam coactũ fuiſſe, diem Paſchæ in ſequentem diem differre, ſed ſolùm id conceſſum fuiſſe ex benignitate, & interpretatione legis.

43

Efficaces rationes cõtra Burgenſem.

Sed iam efficacioribus rationibus noſtram confirmemus, & Burgenſis opinionem refellamus. Ex triplici autem medio rationes contra Burgenſem ducere poſſumus. Primũ quòd talis traditio Hebręorũ cõmentitia ſit. Deinde quòd ex ipſius ſententia ſequãtur incommoda, quæ ipſe vitare contendebat. Poſtremò ex Scriptura. Ex primo igitur medio

Prima ratio.

talis ratio ducitur. Licet ea poteſtas reſideret penes ſummos Pontifices interpretandi legẽ diuinam, & quaſi in ea diſpenſandi: tamen ea nulla ratione vti poſſent, niſi vrgente aliqua neceſsitate, aut cauſa rationi maximè cõſentanea: in præſenti autem nulla talis neceſsitas erat, vt toti populo concederetur, feſtiuitatem Paſchatis in ſequentem diem tranſferre: tum, quia leuis admodũ cauſa erat occurſus ducum dierum feſtorum, in quibus non liceret parare cibaria, vt Põtifices, & maiores eo modo legem interpretarentur; præſertim cùm ante tempora Eſdræ abſque vlla interpretatione, & diſpenſatione lex illa fuiſſet obſeruata: tum etiam, quia neque in feſto expiationis, neque in prima die azymorum; etiamſi ſolennes dicerentur, prohibebãtur Iudæi, cibos ad prandium, & cœnam prę parare. Et quidem de feſto expiationis oppoſitum probari nequit: quòd enim non liceret, facere in eo opus ſeruile, nõ ſatis videtur, vt prohibitum etiam eſſet, cibos præparare: quia hoc nõ eſt opus ſeruile, & in die, in quã prohibebatur opus ſeruile, hoc opus concedebatur, vt ſtatim patebit; at verò de prima die azymorũ, non ſolùm oppoſitum probari non poterit; verum etiam id, quod diximus, Scriptura expreſſè tradit: Exod. enim 12. & Leuit. 23. dicitur: *Nihil operis facietis in ea, exceptis ijs, quæ ad veſcendum pertinent*: quod ſanè dictum eſt, quia hoc non erat opus ſeruile; quinimò peculiare fuit Sabbatho, vt in eo omne genus operis prohiberetur; etiam ſi ad ciborũ præparationem pertineret Exod. 16. Et ita vt capit. 7. notabimus, Paraſceue, hoc eſt, præparatio ciborum in die præcedente feſtũ, ſolum erat ante Sabbathum; non autẽ ante aliquod aliud feſtum Iudæorum. Iam verò quis nõ videat, nihil incommodi, nihil moleſtiæ fuiſſe illi populo, duos dies feſtos, & ſolennes abſque alio intermedio obſeruare?

Sacerdotes veteres nõ diſpenſaſſe in tempore celebrandi.

44

Exod. 12. Leuit. 23.

Exod. 16.

Præterea, quod ait Burgenſis, hanc Neomẽniarum, & feſtiuitatum tranſlationem à tempore Eſdrę factã fuiſſe, ne ſeptimus dies feſti Tabernaculorũ in Sabbathum incideret: quòd neceſſè eſſet, hoc genus feſti ludis, & choreis celebrari, quæ in Sabbatho non licebant; cum in eo omne genus operis, & laboris eſſet prohibitum, non minùs friuolum eſt: nam, ſi hęc diſpenſatio cępit ſolùm à tempore Eſdrę, vnum ẽ duobus dicere neceſſe eſt, nempe, aut ante tempora illius nunquam hoc feſtum in Sabbathum incidiſſe, quod manifeſtè falſum eſt; quis enim credat, tot ſęculis ante Eſdram, ſecundùm aſtrologicam cõputationem, nunquam hoc feſtum cum Sabbatho occurriſſe? aut in Sabbatho ſine illis ludis, & choreis, quæ lege ipſa præcipiebantur, hoc feſtum fuiſſe celebratum? quod non minus falſum eſt. Ecquis, obſecro, nõ videat, ſimiles ludos, quòd in Dei honorẽ fierent, ſolennitati Sabbathi aduerſari non potuiſſe? Nã, ſicut dixit Chriſtus Matth. 12. *Nõ legiſtis in lege: quia Sabbathum Sacerdotes in Templo*

45

Burgenſis ſolutio explodituꝛ.

violant, & ſine crimine ſunt? nempe, quòd illa opera aliàs ex ſe ſeruilia, & quibus Sabbathũ alioquin violaretur, in honorem Dei fieri præciperentur: cur obſecro non dicemus, ludos, & choreas, quæ aliàs feſtũ violarẽt, feſtiuitati illius nihil derogaſſe, eoquòd lege ipſa in honorẽ Dei, & ipſius feſti ſolennitatẽ præciperentur? alioquin & dãnare deberemus eos, qui muſicis inſtrumentis, & pſalmis Sabbatha, & feſta celebrabant.

Nehem. 2. Quod autẽ dicitur 2. Nehemię c. 8. de hac feſtiuitate Tabernaculorũ: *Nõ enim fecerãt ita liter a diebus Ioſue, filij Nũ filij Iſrael:* nõ eſt de aliqua feſti trãſlatione intelligendũ; ſed quòd (vt ait Lyranus) ab illo tẽpore numquã cum tanta lætitia feſtũ illud fuerat celebratũ; vt ex ipſo contextu patet. Adde, quòd ſi à tẽpore Eſdræ, hęc legis interpretatio, ſeu diſpenſatio cæpiſſet, Philo Iudæus, & Ioſephus diligentiſsimi cœremoniarũ, & legũ illius populi obſeruatores, & aliqui Patres, tã Latini, quàm Græci illud notaſſent: nihil autẽ tale apud eos legimus: ergo manifeſtum figmentum recentiorũ Iudæorum eſſe videtur, qui fortaſſe hanc feſtorũ trãſlationẽ ſibi excogitarunt ante quingentos ſolũ annos non quidem pro cõponenda hac noſtra præſenti controuerſia inter Latinos, & Grẽcos, de qua nihil curabãt, ſed vt ipſi abſq; vllo incõmodo tẽporali ſua feſta celebrarẽt. Quare viris doctis, & catholicis ſeruire nõ debuit, pro dirimẽda lite præſentis quęſtionis. Nõ ſolũ autẽ apud Patres nullã huius feſtiuitatis aut alterius trãſlationẽ ex cõceſsione aliqua facta legimus; verũ etiã aliqui ex illis expreſſe docẽt, Iudæos ſemper obſeruaſſe 14. Lunã Martij pro Paſchatis ſolennitate, in quacunq; die occurriſſet hebdomadæ. Nã cum mentionẽ faciũt hæreticorũ, qui dicũtur Teſſaraſcędecatitæ, hoc eſt, Quatuordecimani, ſeu Paſchatitę, qui cõtendebant, Paſchanoſtrũ celebrandũ eſſe in eadẽ Luna 14. Martij, in qua à Iudæis celebratur, & eo die ſoluenda eſſe ieiunia, hoc eſt, ipſis finẽ imponendũ, vt infra explicabimus, dicunt, eoſdẽ ſolitos fuiſſe cũ Iudęis celebrare Paſcha 14. Luna Martij, quocumq; die occurriſſet ſeptimanæ; ſiue in feria 5. ſiue in Sabbatho, ſiue in Dominica. Ita expreſſę docẽt Epiphan. hęreſ. 50. Ambroſ. Epiſt. 83. Auguſt. lib. de hęreſibus ad. Quod vultdeũ. c. 29. Euſeb. lib. 5. hiſtor. c. 22. Ex quo manifeſte conſtat, Iudæos ante tempora Concilij Niceni primi, in quo hæc controuerſia definita, & hæreſis damnata eſt, abſq: vlla trãſlatione hoc feſtũ: & alia celebraſſe.

Lyranus. *Philo.* *Ioſephus.* 46 47 *Epiphan.* *Auguſtin.* *Euſebius.*

Quinimo ex ipſis Rabbinis hæc traditio, quam narrat Burgenſis, improbatur primum ex teſtimonio Rabbi Iſaac, cuius teſtimoniũ afferemus c. 12. Deinde ex teſtimonio Rabbi Abenezra, in 23. c. Leuitici, vbi aperte affirmat, hãc traditionẽ non ſolũ non fuiſſe ab initio ſecundi Tẽpli; ſed etiam neq; eo tẽpore quo fiebat Talmud, quod quidẽ poſt paſsionẽ Chriſti aliquot annorũ centurijs cõpoſitũ fuit. Adde quòd cũ Epiphanius Hebręus natione eſſet, nõ ſolũ nõ meminit huius cõceſsionis transferendi Paſcha; ſed etiã referens prædictum errorem, teſtatur, qualibet die ſeptimanæ ab illis hæreticis cũ Iudæis Paſcha celebrari conſueuiſſe. Commentitium igitur eſt aſſerere, hanc conceſsionem pro tranſlatione feſtorum à tempore Eſdræ initium duxiſſe: & hactenus de primo medio.

Rabbi Iſaac Abene Zra.

48 Secunda ratio ab inconuenienti.

Deinde oſtẽdamus, ex ſentẽtia ipſius Burgẽſis ſequi incõmoda, ad quæ euitanda ipſe dixit, cõceſſam fuiſſe Iudæis tranſlationẽ illam feſtorũ. Primũ quidem, quia ſi ipſi, eo anno, quo Chriſtus paſſus eſt, celebrarũt Paſcha 15. Luna, & primã diem azymorũ 16. nempe in Sabbatho, ſequitur, etiã celebraſſe ſeptimam diẽ azymorũ feria 6. ſequentis hebdomadę, qui ſane dies erat eadẽ ſolennitate, qua primus, venerabilis. Hoc autẽ modo duo feſta duobus diebus ſine medio proxime cõcurrerent, nẽpe ſeptima dies feria 6. & ſequente die ſolẽnitas Sabbathi: inciderẽt igitur Iudęi in idẽ incõmodum, quod euitare cupiebant, niſi ſeptimam illa diẽ etiam transferrent, ita vt non continuo cũ alijs celebraretur: quod quidẽ abſurdũ eſſet. Neq; enim ad hoc, vt ſeptẽ illi dies azymorũ abſque continuatione celebrarẽtur, conceſsionẽ vllam factã fuiſſe, credendũ eſt. Prętereà ex Ioſepho lib. 13. Antiquitatũ cap. 16. conſtat, tẽpore Hircani feſtum Pẽtecoſtes eo anno, quo Chriſtus mortuus eſt, proximè poſt Sabbathũ fuiſſe, ſicut etiã fuit dies reſurrectionis Chriſti: in cuius rei teſtimoniũ tota Eccleſia in hac die ſolennitatẽ Pẽtecoſtes, & aduẽtus Spiritus Sancti celebrat: ergo eo anno feſta ſolennia duobus continuis diebus concurrerunt, nempe Sabbathum, & Pentecoſtes: nam & diem Pentecoſtes Iudæis fuiſſe ſolennem, ſicut primam diem azymorum, non eſt, qui ambigat. Et hactenus de ſecundo medio.

Ioſephus.

49 Tertia probatio ex Scripturis. *Matth. 26.*

Poſtremo, hæc pars noſtræ ſententiæ confirmari, & oppoſita opinio Burgenſis confutari poteſt aliquibus Scripturæ teſtimonijs. Primum Matth. 26. *Scitis, quia poſt biduum Paſcha fiet*: nam illud *Paſcha fiet*, ita vniuerſale eſt, vt non de Paſchate à ſe ſolo; ſed ab omnibus ſecundum legem celebrandum, Chriſtus intellexerit, etenim ſi ipſe ſolus celebraturus eſſet Paſcha poſt biduum, cæteri autem ex diſpenſatione poſt triduum; etiam ſi ſecluſa diſpenſatione ſecundum le-

gem,

gem poſt biduum futurum eſſet, non diceret Chriſtus *fiet*: hoc enim verbum denotat id, quod reipſa futurum erat; non autem quòd ſolùm fieri præcipiebatur. Cùm igitur Chriſtus poſt biduum Paſcha celebrauerit, ſequitur, reliquos Iudæos illud etiam celebraſſe. Secundum teſtimonium eſt Marci 14. Marc. 14. *Primo die azymorum, quando Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli, quo vis eamus, & paremus tibi, vt manduces Paſcha?* Conſtat autem eodem die ad veſperum, hoc eſt, in fine illius Chriſtum Paſcha celebraſſe: ergo & reliqui eodem etiam die celebrarunt; alioquin non dicerent, *Quando Paſcha immolabant*. At dicat quis, eodem etiam die aliquos ex Iudæis, nolentes vti diſpenſatione, ſeu interpretatione legis, Paſcha celebraſſe: & ideò dictum eſſe, *Quando Paſcha immolabant*. Verùm, præterquàm quòd hoc incertiſsimum eſt, illud *immolabant* cum commune, & vniuerſale ſit, nõ de aliquibus, ſed de omnibus planè dictum videtur.

Teſtimonium tertium, quo etiam præcedens magis declarátur, eſt Lucæ 22. *Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha*; illud enim *neceſſe* omnes comprehendit, non aliquos. Tum etiam omnem legis diſpenſationem, aut conceſsionem contrariam excludit. Nam ſi totus populus ex conceſsione legitima abſque crimine poterat celebrationem Paſchatis procraſtinare: nequaquam verum eſſet illud, *Neceſſe erat occidi Paſcha*. Dices, neceſſe erat ſecundùm legem, quamuis propter conceſsionem obligatio illius ceſſaſſet. Verùm quis non videat, diſpenſatione, & conceſsione facta contra legem aliquam, id, quod antea neceſſario faciendum erat, hoc eſt, ex obligatione legis, iam deinceps non fieri ex hac neceſsitate, aut obligatione: ac proinde neceſſe non eſſe, vt fiat? Adde, quòd ſi aliqui poſſent in populo Iudaico legem obſeruare abſque vlla diſpenſatione; alij verò diſpenſatione vti, magna eſſet deinde etiam in populo perturbatio in computatione aliorum feſtorum, quæ ex hac ſolennitate pendebant: nempe, in celebratione Pentecoſtes, quæ fieri debebat poſt quinquaginta dies, vt inferius dicemus: quidam enim vno; quidam verò alio modo illos dies ad hanc ſolennitatem computarent: quò circa, ſi talis fuiſſet à tempore Eſdræ legis interpretatio, potiùs dicendum eſſet, non fuiſſe collatam in liberam hominum poteſtatem, ſed in conſuetudinem, & legem tranſijſſe: & ita Chriſtus non potuiſſet ſine magno ſcandalo 14. Luna Paſcha manducare; ſicut contra Græcos diximus, nõ potuiſſe 13. Luna illud celebrare.

His, quæ hactenus diximus, non ſolùm cõfutatur ſententia Burgenſis, & aliorum; ſed etiam opinio Ruperti eodem modo impugnanda eſt, quatenus aſſerit, eo anno ex diſpenſatione tranſlatum fuiſſe primum diem ſolennem azymorum: quatenus verò aſſerit, non fuiſſe tranſlatum feſtum Paſchæ; ſed à Chriſto, & Iudæis fuiſſe celebratum 14. Luna in fine, hac peculiari ratione refellẽda eſt: quia ſequeretur Chriſtum in fermentato, non in azymo conſecraſſe: nam cum azymus ſolùm præceptus eſſet in eſu agni, & deinde in feſtiuitate azymorum, quę proximè incipiebat: & Chriſtus conſecrauerit non in cœna agni, ſed in alia, inchoante iam 15. Luna, atque eo anno 15. dies azymorum transferenda eſſet in 16. & ita in 15. nulla eſſet feſtiuitas: efficitur planè, poſt cœnam agni iam licitum fuiſſe veſci fermentato: & ita Chriſtum non fuiſſe vſum azymo in illa cœna, vt conſecraret; ſiquidem azymo nullus vtebatur, niſi vbi lege præſcriptum erat. Hac eadem ferè ratione contra ſequentem opinionem vtemur ad probandum, non in priori veſpera decimę quartę Lunę; ſed in poſteriori Chriſtũ Paſcha celebraſſe. Adde contra Rupertum, quòd multò minùs liceret diem aliquẽ interponere inter Paſcha, & primũ diẽ azymorũ, quàm Paſcha ſimul cũ die azymorũ trãsferre. Et quãuis aliquid legamus de tranſlatione feſtorũ, vt ſupra memorauimus: nihil tamẽ ſcriptũ legimus de diuiſione ecrũ. Cũ igitur præciperetur, vt ſtatim poſt Paſcha inciperent dies azymorũ, idque præceptũ fuerit cõtinuè in memoriã continui beneficij, vt inferiùs videbimus, nulla ratione dici poteſt, Iudęos eo anno inter Paſcha, & primũ diem azymorũ vnũ integrũ diem interpoſuiſſe. Ex hac parte noſtræ ſententię plane ſequitur, Chriſtũ Dominum occiſſum fuiſſe 15. Luna, hoc eſt, poſtridie eius diei, in quo Paſcha celebrauit: ac proinde in die primo ſoleni azymorũ, vt inferiùs c. 8. in ſolut. 4. argumenti ſententię Burgenſis dicemus: nunc ad poſteriorem partem noſtrę opinionis gradum faciamus.

Impugnatur Ruperti placitũ.

Chriſtum, cateroſque Iudæos eadem Luna 14. in fine illius ſecundum legem Paſcha celebraſſe, eadem antiqua, & vera ſententia adſtruit.

CAPVT VI.

HAEC Eſt poſterior pars noſtræ ſententię, quã precedente capite premiſimus: eamque optimè confirmat noſter Franciſcus Ri-

52 Ribera. Prima ratio pro poſterioripartevera ſententia, ex ſignificatione veſperæ. Exod. 12.

bera, oppoſitamque opinionem Legionenſis confutat libro quinto de Templo, capite tertio. Prima ratio deſumpta eſt ex ſignificatione veſperæ alicuius diei, qua contendit, per veſperam non initium diei, ſed finem intelligi. Arguit igitur ex illo Exod. 12. vbi de agno Paſchali dicitur: *Immolauitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam*: illud enim, *ad veſperam*, omnes, tam antiqui, quàm recentiores Scripturæ Interpretes pro fine diei, & poſteriori veſpera accipiunt: dicunt enim, huic veſperæ, in qua immolandus erat agnus, proximè, aut mox ſucceſsiſſe initium 15. Lunæ. Ita notauit Hugo de Sancto Victore, in annotationibus in Exodū, Lyranus in eum locū, & Abulenſ. ibidem. q. 10. & 19. & in 2. p. Defenſorij cap. 7. & 8. Ex antiquioribus verò Ambroſ. Epiſt. 83. Beda in lib. de ratione temporum, cap. 61. & alij; quos in ſeriùs referemus: atque hanc eſſe communem Latinorū ſententiā, fatetur in genere Luyſius. Verum, quia ipſe vltimum fidit teſtimonio Ioſephi, quòd ſupra pro ſententia ſua attulimus: altero teſtimonio eiuſdē ipſum reuincere cōtendit noſter Ribera. Ioſephus igitur lib. 3. Antiquitatum, cap. 10. inquit in hunc modū. *Menſe autem Xantico, qui noſtris Niſan vocatur, & annum exorditur, Luna quarta decima, Sole Arietem obtinente: quandoquidem hoc menſe ab AEgyptiaca ſeruitute liberati ſumus, ſacrificiū, quod tunc exeuntes feciſſe diximus, Paſcha nominatum, quotannis inſtaurare, lege iubemur, celebramuſque id per ſodalitia, nihil è victimis in ſequentem diem relinquentes, quæ eſt quintadecima, & azymorum feſtiuitas prima.* Ex quibus verbis colligit noſter Ribera, diem proximè ſequentem immolationem agni eſſe 15. diē, qui erat primus azymorum: & ita veſperam illam Paſchæ, quæ in decima quarta cōputabatur, fuiſſe poſteriorem veſperam, in qua 14. dies finiretur; non autem priorem. Cæterum reſpondere poſſet Luyſius, proximè ſequentem diem eſſe quidē decimum quintū, & primum diem azymorum; illum autem dici proximè ſequentē, Græcè ἐπιοῦσαν non quidem horam celebrationis Paſchæ, ſed Lunā 14. ita vt per totā Lunam 14. quæ à veſpera immolationis computabatur vſque ad ſequentem veſperam, manere poſſet aliquid agni, non tamen vſque ad decimam quintā, quæ à poſteriori veſpera inchoanda erat. Verum hoc ex ipſa Scriptura Exod. 12. aperte refellitur. Nā quod dixit Ioſephus. *Nihil è victimis in ſequentem diem relinquentes.* Moyſes dixerat, *ne quid remanebit ex eo quidquam vſque mane*: per mane enim quis non intelligat partem illam naturalis diei, quæ nocti ſuccedit? Cùm igitur immolatio agni fieri deberet ad occaſum Solis, præcipiebat Deus, vt nihil illius mānē ret vſque ad lucem ſequentis diei naturalis. Ex Ioſepho autē habemus, præceptum fuiſſe, vt nihil remaneret vſque ad decimāquintam, quæ erat prima dies azymorum: ergo illud mane ſequens pertinebat ad primam diem azymorum, quæ erat 15. Luna: ac proinde veſpera præcedēs, in qua agnus erat immolandus, nō erat prior, ſed poſterior diei 14.

53 Reſpōſum pro Legionenſi.

Refellitur Exod. 12.

54

Confirmatio.

Accedit, quòd modus ille communis loquendi Scripturæ *Ad veſperam*, nuſquam inuenitur ſignificare priorem, ſed poſteriorem partem diei. Cùm igitur præcipitur immolatio agni 14. Lunæ ad veſperam Exodi 12. intelligi debet de veſpera poſteriori. Porrò autem per veſperam alicuius diei intelligi poſteriorem, conſtat ex alijs Scripturæ locis, Geneſ. 30. *Redeunteque ad veſperam Iacob de agro.* Tum etiam Exod. 18. dicitur, Moyſem ſedisſe, vt iudicaret populum à mane, vſque ad veſperam: quis enim per veſperam his locis non intelligat finem diei, ſicut per mane initium illius? Et quamuis Leuitici 23. dicatur, *A veſpera vſque ad veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra*; hoc eſt, à nocte præcedente, vſque ad occaſum Solis ſequentem; tamen, cum dicimus in veſpera Sabbathi, aut alicuius feſti, aut potius cùm dicimus Sabbatho ad veſperam: quæ poſterior eſt, magis proprie dicitur veſpera, nempe ante occaſum, quàm prior, nempe poſt Solis occaſum. Denique cum de quouis die dicimus, ad veſperam illius fieri hoc, aut illud, finem communiter intelligimus. Quo circa Lucas c. 23. de Sabbatho incipiente dixit: *Et Sabbathū illucēſcebat*: noluit autem dicere *Veſpere autem Sabbathi*. De fine autem Sabbathi, vergente ad initium Dominicæ, quæ dicitur prima Sabbathi, dixit Matth. 28. *Veſpere autem Sabbathi, quæ lucēſcit in prima Sabbathi*, quæ quidē verba de poſteriori veſpera Sabbathi intelligenda ſunt, vt patet; iuxta ſententiam autem Luyſij, non de poſteriori, ſed de priori intelligi deberent: quia ipſe vnam tantū veſperā, illamq; priorē in Sabbatho, & quouis alio die cōcedit. Eodē modo Leuit. 23. dixit Moyſes, *Et affligetis animas veſtras die nono menſis*; addidit autem, *A veſpera in veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra.* Porrò autē dies, quē præcipit eo loco in ieiunio, & afflictione obſeruari, erat dies expiationū: hic autem decimus erat, vt eodē capite dixerat Scriptura. Noluit autem dicere Moyſes, *A veſpera*, vel *ad veſperā decimi diei affligetis animas veſtras*: ne finem tantum decimi diei intelligeremus, ſed dixit; *affligetis animas veſtras die nono*. Et ne intelligeremus ſolum die nono, & non decimo affligendas eſſe animas, ſubdidit *à veſpera*

Geneſ. 30. Exod. 18.

Leuitic. 23.

Lucas 23.

Matth. 28.

55 Leuitic. 23.

veſperam in veſperam, &c. ac ſi diceret; à veſpera noni diei, vſque ad veſperam decimi diei, ſicut cæteras omnes feſtiuitates hanc obſeruare debetis. Prætereà ſeptima diēs azymorum, quæ etiam ſolennis erat, finiebatur die vigeſima prima ad veſperā: & ita illud, quod dicitur Exod. 12. *Vſque ad diem viceſimam primam eiuſdem menſis ad veſperam*: alio modo intelligi non poteſt, niſi de poſteriori veſpera diei viceſimæ primæ. Si igitur per veſperam viceſimæ primæ diei intelligimus finē illius, & poſteriorem veſperā, cur per veſperam 14. idem etiam non intelligemus?

Exod. 12.

Demum de veſpera Lunæ 14. in qua erat immolandus agnus, in Hebraico textu non dicitur *ad veſperam*, ſed *inter duas veſperas, vel inter duo veſpertina*. Et ſeptuaginta hoc modo etiam verterunt: quod ſane ſignificat confinium duarū veſperarum. Quod ſi confinium duarum veſperarum ſumendum eſſet ex parte initij decimæ quartæ Lunæ, immolatio agni contingeret poſteriorem veſperā decimæ tertiæ, & ita ſolennitatem Paſchæ nimiū retraheremus: & hactenus prima ratio.

Hebræa ſignificatio.

Septuaginta.

56 Secunda ratio exhorta immolationis Iudæorum. Exod. 12.

Secūda verò petita eſt ex die, & hora, qua Iudæi Paſcha immolarūt eo anno, quo egreſſi ſunt de AEgypto: illa enim eadem poſteriori ex præcepto Dei immolare debebant. Exod. enim 12. dicitur: *Habebitis hunc diē in monumētum, & celebrabitis eum, &c.* Eademque hora Chriſtus Dominus, eo quòd ſeruare voluit legem, immolare debuit. Iudæos autē exiſtentes in AEgypto poſteriori veſpera Lunę 14. Paſcha immolaſſe, colligitur manifeſtē ex Scriptura: nam Num. 33. dicitur, eos exijſſe altero die poſt Phaſe, *Profecti* (inquit Scriptura) *de Rameſſe inmenſe primo in quinta decima die mensis primi, altera die Phaſe, filij Iſrael in manu excelſa*. Neque obſtat, quòd aliqui Codices vulgati mendoſe legant, *Altera die fecerunt Phaſe*: nam Vulgata emendata meritò expunxit illud *fecerunt*, eoquòd ſenſum mutaret. Neque enim fecerunt filij Iſrael Phaſe altera die poſt egreſsionem; ſed potiùs priuſquàm egrederentur; niſi per Phaſe intelligere vellemus alia ſacrificia Paſchalia, quæ, vt cap. 7. videbimus, Phaſe etiam dicūtur; quod huic loco minimè conuenit: hic enim ſolùm deſcribere vult Moyſes tempus egreſsionis, & ſtationes ſingulas peregrinationis, & egreſsionis de AEgypto. Cùm igitur ait, *altera die Phaſe*, idem eſt, ac ſi diceret, *altera die à Phaſe*. Tum etiā eos exijſſe manè, quod proximè ſucceſsit veſperi, ſeu nocti, in qua celebratū fuit Phaſe, cōſtat ex cap. 12. Exodi: nam poſtquàm præcepit Moyſes filijs Iſrael, vt immolarent Paſcha ad veſperā Lunæ 14. definiens illis modum, quo deberent Paſchā comedere, inquit: *Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus*. Quid eſt *Nocte illa*, niſi nocte Lunę 14. quam veſperā, priùs vocauerat. Et paulò inferius inquit. *Trāſibo per terrā AEgypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra AEgypti*. Et poſt multa inquit, filios Iſrael feciſſe, ſicut præceperat eis Dominus, hoc eſt, celebraſſe Phaſe ritu eis aſsignato; proximè autē ſubiungit. *Factum eſt autem in noctis medio; percuſsit Dominus omne primogenitū in terrā AEgypti*. Nemo autem dubitare poteſt, hanc eandem noctem, in qua Dominus percuſsit primogenita AEgyptiorum, fuiſſe illā, in qua præceperat, vt comederetur agnus Paſchalis aſſus igni cum lactucis agreſtibus. Cū autē AEgyptij viderent necem tantorum primogenitorum, ſurrexerunt ex lectis, vt narrat Scriptura eo loco, & vrgebant, cōpellebantque Hebræos, vt egrederentur de terra velociter. *Pharao quoque vocauit Moyſem, & Aaron nocte illa, & ait; Surgite, & egredimini de populo meo vos, & filij Iſrael*. Quis autē dicat, AEgyptios, & Pharaonē expectaſſe Iudæos toto ſequente die, vt ſe ad iter præpararent; ſiquidē ipſi media nocte ſurrexerunt, vt illos compellerent exire? Adde, quòd, vt narrat Scriptura eo capite, Iudæi tanta cum feſtinatione ad iter ſe præpararunt, & exierunt, vt nō potuerint conſperſionem farinæ fermentare, & aliquid præparare pulmēti: ideoque coacti ſunt azymis panibus ſubcinericijs veſci: in cuius memoriam poſt Paſcha dies ſeptem azymorum inſtituti ſunt: ſignum igitur eſt, parum poſt mediam illam noctem, in cuius initio Paſcha fuerat immolatum, ex AEgypto eos exijſſe: nam, ſi toto ſequente die vſque ad poſteriorem veſperam manſiſſent, potuiſſent quidē, & conſperſionem fermentare, & præparare cibos pro itinere. Hoc ipſum aperte docet Ioſephus lib. 2. Antiquitatum cap. 5. Hieron. in illud Oſeę 3. *Dies multos expectabis*. Beda de ratione temporum cap. 61. & Abulenſ. in cap. 23. Leuitic. q. 6. ideoque hic etiā Autor in cap. 16. Deuteronomij q. 1. inquit, admonitos fuiſſe filios Iſrael à Domino, nequid illius agni relinquerent vſque mane, quia ſciēbat eos manè egreſſuros ex AEgypto.

Numer. 33.

57

58

Ioſephus. Oſeæ 3. Beda. Abulenſis.

Tertia ratio depromitur ex tempore, quo Chriſtus Paſcha celebrauit, & quo mortuus eſt: Chriſtus enim eadē veſpera, & eadē hora, qua antiqui Iudęi ex precepto Domini immolarūt: & qua cęteri Iudęi immolare debebāt agnū Paſchalē, cū diſcipulis illū comedit, vt feſtiuitatem illam celebraret, ſicut Luyſius etiam fatetur: finita autem cœna in illa nō-

Tertia ratio ex tempore, quo Chriſtus celebrauit.

ſte traditus eſt, & comprehenſus à Iudæis, vt Euangelica narrat hiſtoria; neque aduerſarij negant; die autem proximè ſequente cruci affixus eſt: atqui dies illa in qua occiſus, & cruci affixus eſt, fuit prima ſolēnis azymorū: ergo Chriſtus Phaſe celebrauit præcedente die 14. in poſteriori veſpera. Porrò autem Chriſtum fuiſſe occiſum prima die azymorum, in quo tota difficultas huius rationis eſſe poſſet, diſertis verbis tradit Ambroſ. Epiſtola 83. quæ referre opus non eſt. Iſichius in cap. 23. Leuitici. Beda in lib. de Ratione temporum cap. 45. Innocent. 3. lib. 4. de ſacro altaris myſterio cap. 4. Mitto autē Abulenſem, Sanctū Thomam, cæteroſque Scholaſticos, & Scripturæ Interpretes, quos ſupra pro vera ſententia memoraui: quī omnes docent, Chriſtum paſſum fuiſſe prima die azymorum.

Ambroſius. *Iſichius.* *Beda.* *Innocentius* *Abulenſis.* *S. Thomas.*

59

Quartam, poſtremamque rationem, contrà prædictam Luyſij ſententiam deſumit noſter Ribera ex eo, quòd alia erat feſtiuitas Phaſe, in ſola poſteriori veſpera Lunæ decimæ quartæ ſedem habens: alia autem erat ſeptē dierum azymorum. Verùm quia hæc doctrina, quam veram exiſtimamus cap. 11. à nobis fuſius explicabitur ideò hoc loco ea ſuperſedere decreuimus. His tamen rationibus addere poſſumus aliam: quia ex oppoſita ſententia videtur ſequi id, quod Græci contendunt: nimirum Chriſtum conſecraſſe panem fermentatum, non autem azymum. Etenim ſi in priori veſpera Lunæ 14. Chriſtus comedit agnum Paſchalem ad Solis occaſum, ſequitur, poſt cœnam agni potuiſſe vti pane fermentato in quauis alia cœna, vel prandio ante ſequentem veſperam, à qua incipere debebat primus dies feſtus azymorum: nam, vt ipſi aduerſarij ingenue fatentur, Luna 14. nō erat ſimpliciter vetitum fermentatum; ſed tantùm pro cœna agni: cum igitur Chriſtus non conſecrauerit corpus ſuum in ipſa cœnā agni, vt inferius cap. 9. monſtrabimus; ſed in alia cœna: conſequitur, in ea vſum fuiſſe pane fermentato, & in eo conſecraſſe; at vero in noſtra opinione id non ſequitur, quia cum iuxta illā immolatio agni fieret in poſteriori veſpera, & proximè inciperet dies prima ſolennis azymorum, conficitur plane, nō fuiſſe fermentatū panem quē Chriſtus cōſecrare poſſet. In cuius rei cōfirmationē refert Ianſen. c. 144. Concordiæ Euāgelicæ ex traditione Hebræorum, quæ eſt in principio libri Talmudici, qui *Peſachim*, hoc eſt, Paſcharū inſcribitur, ſudeos ea nocte qua agnū immolabant, ſolitos fuiſſe inquirere lumine lucernæ fermentatū, vt è domibus ſuis illud ejicerent. Quod ſi aduerſarij cōcederent, totā illā Luna 14. à principio vſq; in finem, non fuiſſe licitū veſci fermētato, ſed ſolū azymo: ſequitur, fuiſſe Iudæis octo integros dies azymorum. Verùm nonnulli id, quod inferimus, ingenue fatentur: dicunt autē, ideò in Scriptura ſolum numerari ſeptē dies azymorū, quia illi incipiunt numerari ab altero die à Phaſe, à quo incipit celebrari egreſſus filiorum Iſrael de AEgypto: nāPhaſe præceptum fuit in memoriā tranſitus Domini, quādo illa nocte Angelus eius tranſibat domos Iudęorū, & ingrediebatur domos AEgyptiorum, vt eorū primogenitos occideret. Horum tamen reſponſum vſque adeò manifeſtam vim infert Scripturę Exod. 12. & alibi, vt non ſit opus illud refellere: vbique enim Scriptura ſolùm præcipit ſeptēdies azymorum ſimpliciter: nā Luna 14. ſolum dicebatur azymorum ad eſum agni; ad nihil autem aliud præcipitur eo die vſus azymorum, vt ex Scriptura patet.

Ribera.

Vltima ratio.

60

Ianſenius.

Reſponſio quorūdam

Refellitur.

61

Ex quibus omnibus habemus, Chriſtum non ſolum 14. Luna cum cęteris Hebręis, ſed ipſum, cęteroſque omnes poſteriori hora illius diei Paſcha celebraſſe: quo autem modo, vel quando conſecrauerit, multaque alia ſcitu digna, ad noſtræ ſententiæ maiorem explicationē in ſequentibus explicabimus, ex quibus etiā apparebit, non potuiſſe ipſum panē fermentatum conſecrare, quo præſertim hæc noſtra diſputatio ſpectat.

Burgenſis.

Duabus prioribus rationibus pro opinione Burgenſis allatis reſpondetur.

CAP. VII.

IAM Verò opus eſt, vt rationibus ſententiæ Burgēſis, & Luyſij, qui nobiſcū contra Græcos ſentiūt, reſpondeamus: ſimulq; conuellamus fundamenta Græcorū, quibus etiam Burgenſis, & alij in cōfirmationē ſuæ ſententię vtūtur, vt ſupradixi. In hoc autē capite tria ſolū priora argumēta Burgenſis diſſoluemus: nā de præcipuo illius fundamento iā ſatis dictū eſt, eſſe cōmentum ex cerebro recentiorū Hebræorū abſq; vlla ratione depromptū: quare, cū illi traditioni de tranſlatione feſtorū credendū non ſit, difficultates Scripturæ, quas pro ſe affert Burgēſis, ea via componendæ non ſunt. In noſtra autem ſententia perſiſtentes, eas omnes facile diluemus: tandemque oſtendemus, quo pacto veritas rectè reſponderit figuræ.

62

Ad primam igitur rationem, deſumptam ex illo Ioannis 18. *Non introierunt in Prætorium,*

Diſſoluitur prima ratio Burgēſ.

vt non contaminarentur; sed vt manducarent Pascha. Respondent S. Thom. in hac 3. p. q. 46. art. 9. ad 1. Bonauent. in 4. dist. 11. artic. 2. q. 1. ad 2. Alexan. Gab. Magister Histor. & Sotus locis allegatis à nobis supra ca. 5. Iudæos non fuisse ausos introire in Prætorium, vt ederent Pascha, hoc est, panes azymos, quibus septẽ illis diebus vesci debebant: addè etiã eundem S. Thom. in Catena, cũ explicat illum locũ Ioann. 18. vbi pro ea expositione citat Alcuinum, & Innocẽtium 3. in lib. 4. de mysterio Missæ cap. 4. Verũ hoc responsum nõ placet Abulen. 2. p. Defensorij cap. 8. Primũ, quia panes azymi nusquam in Scriptura Pascha appellentur; licet ipsa dies Paschæ dies azymorum dicatur. Quod enim aliqui dicunt vt prædictã solutionẽ aliquo modo probabilem reddant, nomen Paschæ, quatenus extensum fuit ád significandum totum ipsum tempus azymorum, extensum etiam fuisse ad significandũ cibos peculiares illius temporis, nempe panes azymos, firmum fundamentum non habet: inuenimus enim vsũ huius nominis in veteri Testamento pro tota solennitate; non autem pro cibis omnibus illius; ita vt ad azymos etiam panes extẽdatur: tum etiam, quia nulla lege cautum erat, vt azymi panes non nisi à mundis manducarentur: id quod etiam confirmat Burgẽsis ex consuetudine, quã nunc Hebræi obseruant; ea tamen mihi parum momenti esse videtur. Quare multò meliùs ratione ipsa confirmatur: nam si quis casu, vel culpa sua his diebus immunditiam aliquam contraheret, non posset vllo pane vesci: siquidem fermentatus non erat in toto Israel. quod sanè absurdum, etiam existimat Abulensis. Ad hæc, immundities solùm impediebat tactum, & vsum sacrarum rerum, & Sanctuarij; panes autem azymi non erãt sacri, sicut erant panes propositionis: cùm nusquam Scriptura id dicat; quin potius introducti fuerunt in populo Iudaico, veluti panes afflictionis. Et ita Deuteronom. 16. dicitur panis afflictionis in memoriã pauoris, & timoris, quo Iudæi egressi sunt de AEgypto. *Septem diebus* (inquit Scriptura) *comedes absq; fermento afflictionis panem, quoniam in pauore egressus es de AEgypto, vt memineris diei egressionis tuæ.* At verò panes propositionis ideò sacri erant, & mundities ad illorum esum erat necessaria, quia offerebantur Deo; quæ autem offerebantur Deo sacra erant. Neque Ioseph. 3. Antiquitatum; & Philo de Vitâ contemplatiua inter res, aut cibos sacros panes azymos cõputarunt; sed inter cibos destinatos ad celebrationem festi; cum tamen

S. Thomas. Bonauent. Alexand. Gabriel. Magist. hist. Sotus.

62

Alcuinus. Innocent.

Abulensis refutat prædictam solutionem.

63

Deuter. 16.

Iosephus. Philo.

alias non essent panes sacri, sed potius vt diximus afflictionis, à qua facilè quis se posset liberare, si se redderet immũdum. Et sanè mirum esset hos cibos sacros esse, & nusquam in Scriptura adesum illorum munditiem postulare. Nec verò prædictæ expositioni fauet Augustinus tract. 114. in Ioannem & Chrysost. hom. 82. in Ioãnem, & Theophylactus explicans prædictum locum, vt aliqui referunt. Nã Augustinus solùm dixit: *Dies enim agi cœperant azymorum, quibus diebus contaminatio illis erat, alienigenæ habitaculum intrare*; non tamen dixit, hanc contaminationem Iudæis impedimento fuisse ad vescendum azymis: potuerunt enim censeri contaminati ad alia, quæ illis diebus agenda erant, vt inferius videbimus. Verba autem Chrysostomi quæ desumpsit Theophilact. hæc sunt, *Siue ergo Pascha totam appellet solennitatem, siue quod tunc faciebant, &c.* Ex quo loco supra capite 2. deduximus, Chrysost mum, & Theophilact. in posteriori explicatione existimasse, Iudæos eo die agnũ fuisse immolaturos, Christum autem pridie illum sacrificasse. Cùm verò dixit, per Pascha intelligi totam solennitatem eorum dierum, non existimauit, Iudæos tunc fuisse contaminationem, ne impedirentur vesci panibus azymis; sed ne impedirentur celebrare totam illam solennitatem: alia enim in ea fiebant, ad quæ erat necessaria mundities, vt notauimus.

64

Augustin. Chrysostom. Theophyl.

Alij verò existimare possent, Christũ quidem, reliquumque populum Iudæorum eodem die Pascha celebrasse: Pharisæos tamen, & sacerdotes, qui Christo insidiabantur, illiusque mortem procurabant, celebrationem distulisse in sequentem diem, ne nempè in primam solennem azymorum ad vesperam, vt ea nocte Phasem caperent, & morti cum primùm traderent. Aliqui verò citant pro hac sententia Chrysostomum in illa Homil. 82. in Ioannem, cùm explicat locum citatũ, & 85. in Matth. & Theophylact. in eumdem locum Ioannis, Cyrillum Alexandrinum lib. 12. in Ioannem cap. 2. dicuntque pro ea allegari à S. Thoma in Catena in cap. 22. Lucæ. Eusebium Emissenum: citant etiam Leonẽ 1. in Serm. 7. de Passione, qui verba desumpsit ex Hieronymo in illud Matth. 26. *Tunc congregati sunt.* Verùm ex nullo horum probari potest hæc sententia: nam Chrysostomus, Theophylactus, & Cyrillus aperte docent, vt supra vidimus, nõ solũ sacerdotes; sed etiã reliquum populum Iudæorum immolasse Phasem tempore à lege statuto, & eo die Christum fuisse ab eis occisum; cum tamen pridie ipse Pascha celebrasset. Emissenus autem

65

Aliorum solutio.

Chrysost. Theophyl. Cyrillus.

Euseb. Emiss. Leo Papa. Hieronym. Matth. 26.

Refutatur responsio, & examinãtur autores allegati.

bis, aut terin eo capite allegatur à S. Thoma, & tamen nihil de hac re dicit. Denique Hieronymus, & Leo id non docent, ſed ſolùm aſſerunt, eo tempore, quo ſacerdotes cõgregarunt concilium, vt Ieſum caperent, & occiderent, non fuiſſe occupatos ſecundum legis præſcriptum in prę parandis vaſis Templi, & in alijs, quæ ad ſolennitatem Paſchalem neceſſaria erant; ſed potiùs vacaſſe morti Chriſti, & in eam crudelitatem conſpiraſſe. Quamuis autem hæc ſententia aliquos haberet patronos, quos tamen ego hactenus ignoro, nihilominus nullo modo nobis probaretur. Primùm, quia credibile non eſt, ſacerdotes, & iudices populi legem de ſolennitate Paſchæ ita publice auſos fuiſſe tranſgredi: nam populus, ſuarum cœremoniarum ſtudioſiſsimus, eos lapidaret. Tùm etiam, quia credibile eſt Iudam, & ſacerdotes Iudæorum de traditione Chriſti, & de hora, & de loco iam antea conueniſſe: cumque ſcirent Chriſtum conſueta hora celebraturum Paſcha, nihil ipſis obſtare poſſet, nullaque occupatio ipſis eſſet impedimento, quominus agnum eadem hora, & ipſi immolarent: cũque alio multo faciliori modo prędictus locus Ioannis explicari poſsit, vt videbimus, non eſt cur ſine firmiori fundamento hanc ſolutionem amplectamur.

66

Impugnatur prædicta opinio

Reſpondeo igitur cum Abulenſi 2.p. defenſorij cap. illo 8. per Paſcha eo loco non intelligi azymos panes, neque Paſchalem agnum, ſed alia ſacrificia quæ illis ſeptem diebus azymorum afferebantur, & Paſcha etiã dicebantur, quibus quidem non niſi mundi veſci poterant. Primùm igitur, illis ſeptem diebus plura alia ſacrificia offerri cõſueuiſſe, docet Ioſephus 3. lib. Antiquitatum cap. 13. aliàs 10. Probari etiam ſolet ex Leuitic. 23. & Numer. 28. Scriptura tamen, & Ioſephus ſolùm meminerunt holocauſti, quòd in igne cremabatur, ex quo nihil comedebatur, & hirci, qui offerri debebat in ſacrificiũ pro peccato, de quo non niſi ſacerdotes edere poterant; de alijs tamen ſacrificijs, & hoſtijs idem probatur ex Deuter. 16. vbi dicitur, præcepiſſe dominum, vt ei celebraretur Phaſe de ouibus, & de bobus in loco, quem ipſe elegiſſet: nam oues tunc non ferebãtur in holocauſtũ; ſed tantũ arietes, & bobes. Et 3. lib. Eſdræ cap. 1. qui licèt apocryphus ſit, in hac tamen re non modicæ auctoritatis eſt, imò etiam 2. Paralipomen. 30. & 35. dicitur, Principes domus Domini dediſſe ſacerdotibus multa animalia ad faciendum Paſcha. In Hebræo autẽ dicitur *in Paſchata*, quòd ipſamet ſacrificia animalium Paſchata dicantur.

Vera Abulenſis ſolutio.

67

Quid Paſcha.

Ioſephus.

Leuitic. 23. Numer. 28.

Deuter. 16.

3. Eſdræ. 2. Paralip.

68

De his autem omnis multitudo comedere poterat, ſi tamen munda eſſet, vt dicitur Leuitic. 7. & Deuter. 12. Hoc idem dicitur de ſacerdotibus Leuitic. 6. & 10. & Deuter. 12. Et quamuis in his locis ſolùm videatur fieri mentio horum ſacrificiorum, quę eo die Phaſe, hoc eſt. 14. ad veſperam offerebantur; nihilominus idem credendum eſt factum fuiſſe omnibus illis ſeptem diebus; ſicut expreſſe docuit Auguſtinus lib. 5. quęſtionum veteris Teſtamenti, qui eſt in Deuteronomiũ q. 42. in fine: vbi interpretatur locum illum ex Deuteronom. cap. 16. Idemque Ioſephus teſtatur, vt ſupra vidimus.

Leuitic. 7. Deuter. 12.

Auguſtinus.

Porro autem, hæc ſacrificia dicta fuiſſe in Scriptura *Phaſe*, conſtat ex illo Deuteronomij 16. *Immolabiſque Phaſe Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in locum, quem elegerit Dominus Deus tuus.* Imò, vt notauimus ſupra 2. Paralip. cap. 30. & 35 in Hebræo ipſa animalia, quæ offerebantur, dicebantur Paſchata. Cùm ergo ait Euangeliſta Ioannes, noluiſſe Iudæos introire in Prætorium, ne contaminarentur; ſed manducarent Paſcha intelligendus eſt de ſacrificijs, quæ diximus Paſcha nuncupari. Per Iudæos autem, vel intelligit ſacerdotes, qui manducaturi etiã erant de ſacrificio pro peccato, quod quotidie offerendum erat, & ideò oportebat eos mundos eo die eſſe, vel omnes quoque alios Iudęos, quos etiam oportebat eſſe mundos: vt de ſacrificijs pacificis ederent. Adde, quòd tanta erat animalium multitudo, quę 14. Luna ad veſperam pro Phaſe prẽter agnum immolari conſueuerat, vt conſtat ex illo lib. Eſdrę, & ex locis Paralipomenon citatis: vt credibile ſit, in poſterum diem, non parũ ex illis manere conſueuiſſe: cumque ex reſiduo comederent omnes, noluerunt pollui, vt licitè, & ſecundùm legem comedere poſſent: ſolius enim agni Paſchalis hoc propriũ erat, vt nihil illius maneret vſq; mane, ſed aut totum comederetur, aut reſiduum igne conſumeretur.

2. Paralip.

69

Ad ſecundũ reſpondeo, in primis quidẽ negari non poſſe, loco citato in argumento *Paraſceue* coniunctum eſſe cũm genitiuo *Paſchæ*, nihilominus inde probari non poſſe, ſententiam Burgenſis. Nam παρασκευὴ Latine *Paraſceue* ex vſu, & conſuetudine ſignificat præparationem ciborum, quæ pridie fieri conſueuit ad manducandum: id quod etiam notauit Auguſtinus tractatu 117. in Ioãnem: vbi docet, Iudæos apud Latinos dẽgentes libenter hoc nomine vti; quamuis apud Græcos multa alia ſignificet, vt notant periti linguæ Græcę, & Budæus in commenta-

Diluſio argumenti ſecũdi Burgenſis.

Auguſtinus.

70

Budæus.

mentarijs. De solo autem die Sabbathi constat ex Scriptura, ita fuisse solennem, vt non liceret, in eo cibaria præparare ad manducandum; imo neq; ignem accedere. De Sab-
Exodi 35. batho ita dicitur Exod. 35. & ita cap. 15. eiusdem libri præceptum fuit Iudæis, vt feria 6. colligerẽt cibũ pro eo die, & pro Sabbatho. In Paschate autem, & solennitate azymorũ permissum erat cibos ad prandium, & cœnã
Exodi 12. præparare, vt patet Exod. 12. & ita solus dies Sabbathi Parasceuem habebat. Cùm igitur dixit Euangelista, *Parasceue Paschæ*, non intelligit pridie ante solennitatem Paschæ, in
Marc. 15. quo cibi præpararentur ad Pascha; sed pridie ante Sabbathum. Et ita Marcus cap. 15. de eodem inquit: *Erat autem Parasceue, quod est ante Sabbathum.* Dicitur autem ab alio Euangelista, *parasceue Paschæ*; non quia erat Parasceue Sabbathi, quòd in Pascha incideret; sed quia Parasceue erat vnus dies Paschatis: nam intra septem dies opus erat, vt esset aliqua Parasceue, nempe ad Sabbathum.

71 Maldonati obiectio

Obijcit tamen noster Maldonatus in illud Matth. 26. *Scitis quia post biduum*, hoc modo. Si festum Ioann. Baptistę pridie festi Corporis Christi celebraretur, inepte appellaremus diem illum vigiliam Ioannis Baptistæ ex eo quòd esset vigilia Corporis Christi, & in eumdem diem incidisset, in quo festum Ioannis Baptistæ celebraretur. Verum obiectio hæc facile dissolui potest: nam cum vigilia communis sit & festo Ioannis Baptistę, & Corpori Christi, & alijs sanctis, eo quod vnumquodque horum festorum habeat suas proprias vigilias, veluti Parasceuẽ: hoc ipso, quòd diceremus vigiliam Ioannis, aut alterius sancti, intelligeremus eam, quæ diem festum talis sancti præcedit; at verò Parasceue vna tantùm erat, & ad vnum diem, nempe ad Sabbathum, & ita etiamsi diceretur *Paschæ*, intelligebatur esse Paschæ, quia in Pascha incidebat; & Sabbathi, quia pro Sabbatho in ea cibi præparabantur. Veluti si vigilia tantùm esset pro aliquo die hebdomadæ, nempe si esset feria sexta pro Sabbatho, & nõ pro vlla alia solennitate, aut festo, recte diceremus, nunc est vigilia Natiuitatis, si festũ Natiuitatis in feria 6. celebraretur, perinde enim esset, ac si diceremus, nunc est dies Veneris Natiuitatis Domini, hoc est, incidẽs in diẽ Natiuitatis.

Dissoluitur.

72 Quod verò ait noster Maldonatus loco citato Parasceuen Paschæ fuisse appellatam, non quia esset Parasceue pro ipso Pascha te, sed pro die Sabbathi, in quam illo anno Iudæi Pascha suum transtulerant: si intelligat de Paschate, hoc est, de sola solennitate agni Paschalis, & immolationis illius, quæ fiebat ad vesperam, falsum est: quia etiam si Iudæi eo anno transtulissent Pascha, tamen illud celebrare debuerunt feria 6. ad Solis occasum, postridie quàm Christus eadem hora illud celebrauit, & ita potuisset esse Parasceue pro solennitate Paschali, siquidem ipsam antecedebat.

Contra ea tamen quæ diximus, obijcere etiam posset quis Augustinum, qui tractatu 120. in Ioannem in illa verba: *Illi ergo propter Parasceuem*, ita scribit. *Accelerata vult intelligi sepultura Christi propter Parasceuem, quã cœnam puram Iudæi latine vsitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat.* Cardinalis Baronius tom. 1. suorũ Annalium sub anno 34. Domini §. 154. hunc locum Augustini luculenter, vt reliqua tractat, & quid per cœnam puram Augustinus intelligat, diligenter inquirit. Et quãuis multos citet Autores, qui dicunt illam fuisse cœnam puram, quæ absque animatis parabatur: vt ita non quodlibet ieiunium pura cœna diceretur; sed illud, in quo abstinentius homines victitarent.

Augustinus exponitur. Quid cœna.

Baronius.

Verùm, quia nusquam legimus Iudæos feria 6. in honorem Sabbathi ieiunasse, & Augustinus loquitur de Parasceue, quę erat feria 6. ideò inquit, Iudæos non ideò Parasceuem cœnam puram appellasse, quia in ea pro honore Sabbathi ieiunarent, cumque qualibet 6. feria aliam puram cœnam non inueniret, existimauit, per Parasceuem non intellexisse Augustinum quamlibet 6. feriam, quæ Parasceue, nempe Sabbathi dicebatur; sed eã tantùm, quę intra festiuitatem azymorum eo anno contigit. Et quia tunc in quauis cœna, & prandio non licebat vesci alio pane, quã azymo, qui merito dicitur purus panis, eo quòd nihil fermenti, & corruptionis admixtum habeat, ideò dixit, cœnam puram ab Augustino fuisse vocatam cœnam illius Parasceues, quòd futura esset cũ solo pane azymo; non autem cœnam cuiuscumque alterius Parasceues.

73

Ego verò existimo, ex sententia Augusti ni omnem Parasceuẽ dictam fuisse â Iudęis, qui apud Latinos tunc erant, cœnam puram non autem solam illam Parasceuem, quæ in solennitate Paschali contingebat. Nam si illa rati ne dicenda esset cœna pura, quia cum azymis panibus solùm fieret, non solùm cœna in Parasceue illa; sed in quauis alia die azymorum pura diceretur; hoc autem falsum esse ex verbis Augustini statim apparet: ille enim putat, idem vocari â Iudęis apud Latinos degentibus cœnam puram, quod alij cõ

Mens Augustini explanatur magis.

muniter Paraſceuem appellabant: quaſi hęc duo reciprocentur. Et Iræneus lib.1. aduerſus hæreſes cap.10. non longe à fine inquit: *Et propter hoc Moyſem in ſexta die dixiſſe, hominem factum, diſpoſitionem autem nō ſexta die, quæ eſt in cœna pura, nouiſſimum hominem in regenerationem primi hominis apparuiſſe.* Vbi ait ſexta feria dici cœnam puram; non loquitur autem de feria 6. Paſchæ, ſed de feria 6. abſolutè; loquebatur autem de erroribus Valentinianorum; & rurſus lib.5. cap.23. ſub finem tractans eamdem rem, inquit de primis hominibus: *Siue ſecundum verum, & eumdem diem, in quo, & manducauerunt, & mortui ſunt, quoniam vna conditionis dies, ſiue ſecundum hunc circulum dierum: quia in ipſa mortui ſunt, in qua & manducauerunt, hoc eſt, Paraſceue, quæ dicitur cœna pura, ideſt, ſexta feria.* Eodem modo Amalarius lib.1. de Eccleſiaſtico officio cap.13. dicit, à Iudæis, qui inter Græcos viuebant, ſextam Sabbathi vocari Paraſceuem, à Iudæis verò inter Romanos degentibus appellari cœnam. Conſtat autem non ſolùm feria 6. quæ erat in feſto azymorum, vocari ſolitam Paraſceuem, ſed omnem feriam ſextam, quia in omni feria 6. cuiuſcumque hæbdomadæ cibi præparabantur pro Sabbatho. Non ergo debemus cœnam puram pro ſola Paraſceue Paſchæ, ſed pro omni Paraſceue accipere.

Iræneus. 74

Amalarius

75 Quare Paraſceue cœna pura dicatur. Baronius.

Obſcurum tamen eſt, quâ de cauſa omnis feria 6. ſeu Paraſceue Sabbathi dicta ſit cœna pura: & me quidem iudice, ſola coniectura definiri poteſt. Quidam, qui hanc ſequuntur ſententiam contra Baronium, dicunt, fortaſsis ſolitos fuiſſe Iudæos propter feſtiuitatem Sabbathi ſolennem aliquam cœnam inſtituere: ſiquidem cœna pura inter ſolennitates Iudęorū à Tertulliano computatur lib.5. contra Marcionem cap.4. difficile tamen creditu videtur, ſolennem aliquam cœnam à toto populo Iudaico ſingulis ſextis feriis celebrari, cum nuſquā hoc legamus. Et quamuis talis cœna eſſet, ego nō video, qua ratione dicēda eſſet cœna pura, potiùs enim ſolennis diceretur; alioquin plures aliæ dici poſſent cœnæ puræ; quia plures etiam erant ſolennes cœnæ.

Tertullian.

Autoris iudicium.

Ego igitur ſuſpicor, cœnam puram fuiſſe appellatam ſextam feriam, ſeu Paraſceuem, non propter cœnam, quam eo die Iudæi capiebant, ſed quia eo die ſecundum legē cœna pro Sabbatho ritè, & ſincerè parabatur; dicebatur autem cœna potius, quàm prandium, quia eo tempore præcipuum prandiū erat cœna. Et ita in Euangelio, & in Scriptura, cum agitur de conuiuijs, paſsim fit mentio cœnæ, & non alterius prandij; pura autē ideò vocabatur, quia fiebat ſecundùm ritū legis, & præceptū illius, quę cœna aliàs impura eſſet, ſi in ipſo Sabbatho pararetur. Quòd autem Paraſceue, ſeu feria 6. vocetur nomine operis, quod in ea fit, mirum nō eſt, nam dies Paſchæ dicitur Paſcha, cum tamen Paſcha ſignificet etiam agnum, qui eo die immolabatur. Hęc coniectura nobis interim ſufficiat, donec alia melior ocurrat. Nam licēt ignoraremus cauſam, ob quam feria 6. cœna pura vocabatur, teſtimonium Auguſtini nihil nobis noceret.

Quinque ſequentibus rationibus cap.3. allatis proſententia Burgenſis ſatisfit.

CAPVT VIII.

Tertia Burgenſis ratio diſſoluitur.

AD Tertiam rationem pro eādē ſententia Burgenſis cap.3. allata, reſpondent cōmuniter Doctores, qui noſtram ſequuntur ſententiam, cum Abulenſi loco citato, diem illum Sabbathi, in cuius Paraſceue Chriſtus fuit cruci affixus, ideò fuiſſe dictum magnum, nō ſolùm, quia Sabbathum erat, alioquin de omni Sabbatho id dici poſſet; peculiariter autem videtur dictum de illo dumtaxat: neq; ex eo, quòd ſimul occurrerent cū die primo ſolenni azymorum, vt Doctores, qui ſequuntur ſententiam Burgenſis, docēt; ſed quia in vnum diem azymorum nempe ſecundus inciderat. Nam quamuis ille ſecūdus dies azymorum non eſſet ſolennis; efficiebat tamē, vt Sabbathum, quod in ipſum inciderat, eſſet magis celebre. Sic etiam notat Rupertus in illum locum Ioannis 19. Solennis autem dies illi Sabbathi cenſeri poterat, propter magnam hominum multitudinem, quæ Hieroſolymis conuenerat ad diem Paſchatis. Cum enim non poſſet ad ſua redire primo die azymorum, qui proximē Paſchati ſuccedebat: quia non licebat in eo iter agere: neque ſecunda die, eo anno id facere liceret, quia incidebat in Sabbathum: ideò neceſſe erat Hieroſolymis manere: ac proinde tanta hominum frequentia Sabbathum illud reddi ſolennius. Dicunt igitur, ea de cauſa curaſſe Iudæos, ne remanerēt in cruce corpora Sabbatho, ſed ante deponerentur: quia erat nimis ſolennis dies Sabbathi, & in eo non licebat corpora de cruce deponere, neque etiam in cruce relinquere.

Abulenſis.

76

Rupertus. Ioann.19.

Verùm

78 Impugnatur à Maldonato.

Verùm noſter Maldonatus acute ſatis hãc ſolutionem impugnat ex eo, quòd nihil facere potuit ad id, quod Ioannes probare voluit, Sabbathum illud reddi ſolennius propter occurſum ſecundi diei Paſchatis. Reddebat enim Euangeliſta rationem, cur Iudæi rogarunt Pilatum, vt Chriſto crura frangerẽtur, nempe, vt citiùs animam exhalaret, & ante diem Sabbathi de cruce tolleretur: neque enim inchoante Sabbatho, inquit, id licebat, neque decens erat, vt corpus in cruce remaneret; ad hoc autem nihil referebat, diem illũ Sabbathi incidiſſe in ſecundã die azymorũ: neque enim aliquid impedimenti afferre poterat ſecunda dies azymorum ſecundùm ſe, vt remanerent in cruce corpora, aut de cruce tollerentur; dies autem prima, quòd ſolẽnis eſſet, impedimento eſſe poterat, ne corpus de cruce tolleretur, & ſepeliretur, quia in eo non licebat operari.

Idem argumentũ retorquetur in Maldonatum.

At, cum hæc opera, ſi prohibita erant aliquo præcepto, non minus eſſent vetita die Sabbathi, quam prima die azymorum: argumentum Maldonati in ipſum retorquere poſſumus: nam ſolus ipſe dies Sabbathi ſecundùm ſe impedimento eſſe poterat ſepulturæ: ſi tale opus aliquo die prohibitum eſſet: ergo ea de cauſa, quam diximus fruſtra Euãgeliſta dixiſſet, fuiſſe magnum illum diem

79 propter occurſum primæ diei azymorum: nam quamuis vtrumq; prohibitum eſſet prima die azymorum; ſicut etiam die Sabbathi: non opus erat commendare ſolennitatẽ Sabbathi ex prima die azymorum, vt oſtenderet Euangeliſta cauſam, ob quam corpus Chriſti non poſſet manere in cruce, quia ad hoc ſatis ſuperque erat ipſa Sabbathi ſolennitas.

Vt igitur reſpondeamus huic rationi, & prædictùm locum Euãgeliſtæ explicemus, notandum eſt, manere corpora in cruce die Sabbathi, ex ſe non fuiſſe expreſſè prohibitum; ſed alia de cauſa id decens non fuiſſe: nẽpe quia Deuteronomij 21. præcipiebatur, vt

Deuter. 21. eodem die corpora damnatorum de patibulo tollerentur, & ſepelirentur. Cum igitur Chriſtus eſſet cruci affixus feria ſexta circa meridiem, licet toto illo die vſque ad noctẽ ſecundùm hanc legem in cruce manere poſſet, & nocte ipſa ſepeliri, tamen, quia ab initio noctis incipiebat ſolennitas Sabbathi, quam â veſpera in veſperam celebrari opertabat: & inchoante hac ſolennitate, non decebat ſepelire: ideò petierunt Iudæi, vt

80 frangerentur eius crura, & de cruce tolleretur. Dixi autem, decens non fuiſſe inchoante Sabbatho corpora ſepelire; non autem dixi, id nõ licuiſſe, quia quamquã in Sabbatho ſepultura revera licebat, vt in hoc cap. etiam videbimus; tamen ſi præueniri poterat die alio minus ſolenni, magis decens erat, eam in Sabbathum non reſeruare. Hoc autem intelligo ſecundum veram legis intelligentiam, quã in ſolutione ſextę rationis explicabo: nã fortaſsis & Principes aliqui Iudæorum eo tempore ſuperſtitioſe exiſtimabant, neque in Sabbatho, neque in die prima azymorum ſepulturam licere. Cumque iam iudicaſſent, non eſſe ſeruandam primam diem azymorum, quod ſpectabat ad mortem Chriſti, & ad alia, quæ circa ipſum geſta ſunt, vt in ſolutione ſequentis rationis dicemus, ideò iudicarunt, eo etiam die Chriſtum deponendum de cruce, vt vnus tantùm dies feſtus violaretur, nẽpe primus azymorum, qui minus ſolennis erat, & iam ex cauſa, quam dicemus, violatus erat, & non violaretur etiam Sabbathum, quod ſolennius erat. Et ob hanc cauſam fortaſſe, aut ob aliam prius dictam, rogarunt Pilatum, vt frangerentur crura damnatorum, & ita cito deponerentur de cruce, & ante ſolennitatem Sabbathi ſepelirentur; ad hoc autem nihil ominò faciebat, Sabbatum illud incidere in ſecundam, aut etiam in primam diem azymorum.

Exiſtimo igitur, Euangeliſtam ſolùm mẽ 81
tionem feciſſe ſolennitatis ipſius Sabbathi proprię, & non alterius, quam tunc Sabbathum aliunde haberet: quaſi diceret, Iudęos rogaſſe Pilatum id, quod diximus, ne opus eſſet ſepelire corpora illa in ſolennitate Sabbathi, quod aut nõ licebat, aut potius, vt ego cenſeo, ſolùm decens non erat, cum ſepultura præueniri poſſet, & dies ille Sabbathi ſoleniſsimus eſſet, & contra legẽ in cruce corpora manerent vltra diem. Vſus autem eſt Euangeliſta pronomine, *ille* cum dixit; *Erat enim magnus dies ille ſabbathi*: non quòd de illo dumtaxat Sabbatho, quod tunc fuit cum ſecunda die azymorum, loqueretur, aut illum ſolùm magnum eſſe diceret: nã de ipſa ſolennitatę Sabbathi ſecundum ſe planè loquebatur, ac proinde de omni Sabbatho; ſed quia, cum ſolennitas Sabbathi iam antiquata eſſet poſt mortem Chriſti, & apud Chriſtianos nihil illius maneret: eo pronomine indicauit illud Sabbathum in vniuerſum, quaſi præteritum, quod olim ex lege Dei apud Iudæos fuerat ſolenne: tunc autem nulla ſolẽnitate apud Chriſtianos celebre erat: ac ſi diceret: dies ille Sabbathi, quocumque 82
modo occurreret, magnus erat, hoc eſt, ſoleniſsimus apud Iudæos. Quare eo pronomine *ille* non deſignauit Euangeliſta ſingu-

lare

lare illud Sabbathum, quod tunc fuit vnã dies azymorum, ſed quodcumque Sabbathum, tanquam quid præteritum, & antiquatum vt diximus. Quo ſanè modo loquendi vti non poſſet, ſi adhuc ſolennitas illa apud Chriſtianos vigeret. Porrò autem omnem diem Sabbathi iure optimo magnum vocauit, quia inter cæteras feſtiuitates Iudæorum feſtiuitas Sabbathi maxima erat, cum in ea ſola ita deberet populus ab opere vacare, vt neque cibos quidem parare liceret.

Quarta oppoſitio infirmatur ab Abul.

Ad quartam rationem reſpondet Abulenſis loco citato, nõ fuiſſe lege antiqua Iudæis vetitum accuſare, pronunciare ſententiam, aut iuſdicere in prima die ſolenni azymorũ; & ſane id in Scriptura expreſſum non reperitur. Verùm, cum in eo nihil operis liceret præter illa, quæ ad præparandos cibos neceſſaria erant, videtur colligi, opus accuſandi, & iuſdicendi eodem modo fuiſſe prohibitum. Præterea non ſatis erit, ſi quis reſpondeat, non Iudæos, ſed Pilatum, & Gentiles, qui erant illius miniſtri, id feciſſe: nam & Pilatus obſeruabat etiam in iudicando illius populi feſta, & ipſi Iudæi eo die liberarunt non parum in accuſando Chriſto; ſi autẽ vetitum eſſet ea lege iuſdicere, vetitum etiam eſſe deberet, quemquam accuſare. Reſpondeo igitur, ea quidem lege vetitum eſſe opus forenſe accuſandi, comprehendendi, & damnandi; nihilominus Principes ſacerdotũ conſilio inito iudicaſſe, tunc expedire Chriſtum comprehendere, & occidere, ne tota gens periret: eoquòd dicerent, Chriſtum eſſe hominem ſeditioſum, Reipublicę perturbatorem, & maximè blaſphemum, qui legẽ, & gentem ipſorum omnino perdere vellet.

Verior ſolutio.

83 Hac igitur de cauſa in concilio ſuo interpretati legem ob maius bonum, quod ipſis videbatur, iudicarunt, ipſum in ſolennitate azymorum comprehendere: & oblata proditoris Iudæ occaſione, qui Chriſtum ſine tumultu populi noctu tradere volebat, non dubitarunt, in die feſto Paſchæ ipſum comprehendere, & occidere: & ſanè, niſi aliqua ratione ipſi exiſtimarent, ſe poſſe Chriſtum occidere in die feſto, nequaquã de illo die cõſultaſſent; conſultarunt autẽ de die illo, cum dixerunt Matth. 26. *Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo.* Neque verò ideò dixerũt: *Ne forte tumultus, &c.* quia putarent, id minimè licere, aut quia timerent, propter aliquam feſti violationem ſe à plebe, aut lapidãdos, aut male tractandos; ſed cum viderent Chriſtum à plebe vt Prophetam haberi, & in die feſto magna hominum multitudo cõuenire deberet: timuerũt valde, ipſum in die feſto ſupplicio afficere: ne forte plebs cõtra ipſos tumultu excitato pro Chriſto pugnaret, vt eum eriperet. Nihilominus omnibus expenſis iudicarunt, melius eſſe, oblatã à Iudà occaſionem captare, quàm propter hunc timorem eam omittere. Neque mirum eſt, Iudæos ſic fuiſſe legẽ interpretatos, aut ſciẽter fuiſſe eam tranſgreſſos, vt Chriſtum comprehenderent, & occiderent; ſiquidem conſtat, eadem de cauſa multa eos die Sabbathi feciſſe, quæ aliàs minimè licebant. Nã Pilatum adierunt, & rogarunt, vt ſepulchrũ cuſtodiendum curaret, ne Chriſti diſcipuli ipſum furarentur. Ipſi etiam acceſſerunt ad ſepulchrum, & poſitis cuſtodibus, adhibitoque ſigillo, illud munierunt: quæ licèt leuiora ſint, tamen argumento nobis eſſe poſſunt, vt ſciamus, eos non dubitaſſe feſtum violare eo modo, & ob eam cauſam, quam diximus. Ex quo patet, noluiſſe Iudæos mortẽ Chriſti accelerari, antequàm dies Paſchæ veniret, vt prædicta quarta ratio contendebat.

Matth. 26.

84

85 Quintum argumentum diluitur.

Quintum argumentum pro prædicta opinione apud neminem alium legi, niſi apud noſtrum Maldonatum: miror tamen virum valde doctum ea ratione vſum pro illa ſentẽtia. Nam quo pacto intelligere potuerunt diſcipuli, Chriſtum monuiſſe Iudam, vt emeret ea, quæ neceſſaria erant ad Paſcha, quod ab alijs celebrandum erat? neque enim legimus, Iudam curam de alijs, quàm de Chriſto, & Apoſtolorum Collegio habuiſſe. Si autẽ ſolùm intellexerunt, Iudam empturum neceſſaria Chriſto, & diſcipulis pro die feſto Paſchæ, vt revera intellexerunt, dicit enim Ioannes. *Quidam enim putabant, quia dixiſſet ei Ieſus, eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum*; nempe, à nobis celebrandum, ſequitur, eos non intellexiſſe de ipſo Paſchate: quaſi Paſcha aliquod futurum adhuc eſſet; ſed de alio die. Nam, licet ſupereſſet Paſcha à Iudæis celebrandum, ab ipſo Chriſto iam celebratum erat. Qua igitur ratione diceret Chriſtus: *Eme nobis neceſſaria ad diẽ feſtum Paſchæ*: hoc eſt, ad Paſcha? neceſſaria enim ad Paſcha ea dicuntur, quæ neceſſaria ſunt ad celebrandum Paſcha. Intellexerunt igitur diſcipuli, Iudam empturum aliquid ad primam diem azymorum, quæ proximè ſequebatur: nam, vt capite ſequẽte videbimus, dicebatur etiã feſtum Paſchæ.

86 ſolutio ſexti argumenti

Ad ſextã rationẽ reſpõdent aliqui, licèt in die ſolenni azymorum prohibita eſſent opera ſeruilia; minime tamen prohibitam fuiſſe ſepulturam, & alia opera miſericordiæ: & ita rectè potuiſſe Ioſephum ea die Chriſtum ſepelire, & de cruce deponere; putant

tant tamen eadem operâ misericordiæ vt se pulturam, fuisse in Sabbatho vetita. Ego tamen in Scriptura hoc discrimen non inuenio inter primam diem azymorum, quæ solennis erat, & diem Sabbathi; sed in eo solùm quòd die prima azymorum liceret parare necessaria cibos ad cœnam, vel aliud prandiũ; in die autem Sabbathi non item. De opere autem non faciendo eadem verba habet Scriptura pro vtroque festo: nam Exod. 12. deprima, & septima azymorum die dicitur: *Nihil operis facietis in eis exceptis his, quæ ad vescendum pertinent.* Exod. autem 20. de die Sabbathi dicitur: *Non facies omne opus in eo tu, & filius tuus, &c.* Hoc est, nullum opus; idè autem est, quod dixit de prima die azymorum, nempe *nihil operis*: & de die Sabbathi: *Omne opus non faceis.* Quocirca ego non video, qua ratione opera misericordiæ vni concederentur diei, alteri verò denegarentur. Et quis, obsecro, dicat, sepulturam prohibitam fuisse in die Sabbathi; concessam autem in die prima azymorum; & non potius in vtroque die concessam: alioquin, neque in Sabbatho liceret ægrotos curare, quod est absurdum. Etenim cum Pharisæi, & sacerdotes Iudæorum reprehenderent Christum, quòd in Sabbatho curaret, vt patet ex Matth. 12. Marci 3. Luc. 6. & 13. Ioann. 7. Christus ipsos prius conuicit, interrogans eos, an liceret Sabbatho benefacere? nam cum ipsi id negare nõ possent, quasi argumentũ deducens hoc modo: atqui curare est benefacere (& quasi cõcludens) ergo Sabbatho licet curare: dixit statim homini habenti manum aridam: *Extẽde manum tuam.* Præterea conuicit eos exemplo domestico, quia vnusquisque illorum Sabbatho soluebat bouem, aut asinum suũ, & ducebat ad fontem, vt biberet; tum etiã, si quis eius in foueam caderet, ipsam inde extrahebat, & in hoc laborabat; nec putabat sibi diem Sabbathi. Quis igitur neget multo maiori ratione die Sabbathi licuisse benefacere defunctis, ipsorum corpora sepeliendo; etiamsi ad eorum sepulturam præparandam corporalis aliqua fatigatio, & labor necessarius esset? Habemus autem præclarum exemplum Thobiæ 2. capite huius rei: nam cum esset dies festus Domini, & factum esset prãdium bonum in domo Thobiæ, eique nuntiatum esset, quemdam Iudæum iugulatum in platea iacere; relinquens prandium iuit, & quæsiuit eum, atque in domum suam detulit, vt illum occulte noctu sepeliret. Quocirca, vehementer miror viros doctos, & Christianos non plene intellexisse hoc argumentum ex praua Phariseorum intelligentia, qua legem siniſtrè interpretabãtur, fuisse desumptum. Quãuis autem eo tempore, quo Christus mortuus est, Principes sacerdotum, & Pharisæi non pauci ita legem interpretarentur, vt non licerent hæc etiam opera misericordiæ in die Sabbathi, & idem de die prima azymorum iudicarent; tamẽ ideò permisserunt Ioſephum, & mulieres sepulturæ Christi in prima die azymorum incumbere, quia ipsi etiam curarunt, vt eo die corpus de cruce deponeretur; neque enim permitterent depositum de cruce inhumatum manere. Causam vero, ob quam curarunt, vt potiùs die azymorum corpus Christi sepeliretur, quã in die Sabbathi, superiùs in solutione tertiæ rationis diximus: nempe quia ipsi iudicarunt expedire, non obstante lege, Christum eo die iudicari, & cruci affigi. Ioſephus verò, cum esset vir iustus, & mulieres, quæ Christum sequebantur, iure optimo eo die Christum sepelierunt: tum quia rectè intelligebant, opus illud misericordię in tali die licere; sic enim ex doctrina Christi, vt vidimus didicerant: tũ etiã in reuerentiã ipsius, quẽ vt magnum Prophetã, & Messiam habebant: à sacerdotibus autem ob rationem dictam non fuerunt prohibiti.

Contra vero, cũ Sabbatho sepulto iam corpore quieuerunt, nec de sepultura Christi curarũt: vt dicitur Luc. 23. in fine: & reuertentes parauerunt vnguẽta, & aromata, & Sabbatho siluerunt secundũ mandatũ: non ideò dicuntur siluisse secundũ mandatũ, quia non possent vngere Iesum: hæc enim pro sepultura illius solùm cura supererat: sed quia, vt ipsum vngere possent, necesse erat priusaromata emere, quę non habebant. Hæc autem Sabbatho non vẽdebantur, & ita opus fuit toto Sabbatho expectare, vt eo trãsacto aromãta emerent, quibus vngere possent corpus Iesu. Porrò autẽ vngere corpus mortuũ ad sepulturã nõ fuisse prohibitũ die Sabbathi, manifestũ est, quia erat opus misericordiæ, sicut & ipsa sepultura, quã diximus eo die licuisse. Præterea, non habuisse aromata, quibus vngere possent corpus, sed opus fuisse ea emere, constat ex Marc. c. 16. *Et cum transisset Sabbathum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.* Quod verò dicitur Luc. 23. in fine, *& reuertentes* (nempe à sepulchro die Paraſceues sub finẽ) *parauerunt aromata, & vnguenta, & Sabbatho quidẽ siluerunt secundũmãdatũ*: per figurã præoccupationis omnes Interpretes, qui melius sentiũt, intelligendum putant: ita vt priùs narretur: cũ tamen prius factum non fuerit; nam priùs reuertentes, secun-

Explicatur responsio quædam.

Exodi 12.

Exodi 20.

87

Matth. 12. Marci 3. Luc. 6. & 13 Ioann. 7.

Sepelire licebat in Sabbatho

88

Thobiæ 2.

89

Lucæ 23.

98

Marci 16.

Luc. 23.

ſecundùm mandatum ſiluerunt die Sabbathi, & poſtea parauerunt aromata, vt dicit Marcus. Nequeverò intelligi poteſt vllo modo, eo die, quo reuerſæ ſunt mulieres, quædam aromata paraſſe, quæ præmanibus habebant, quædam verò trãſacto Sabbatho emiſſe, vt aliqui opinantur: nam idem Lucas capite 24. ſequente in principio inquit: *Vna autem Sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentũ* (nempe mulieres, de quibus in fine capitis præcedentis dixerat, paraſſe aromata, & Sabbatho ſiluiſſe) *portantes, quæ parauerũt aromata*: quaſi dicat, portantes eadem aromata, quæ in fine præcedentis capitis diximus reuertentes paraſſe; planum autẽ eſt ex Marco, emiſſe aromata poſt Sabbathum. Ea igitur aromata, quæ parauerunt, prius emerãt: non eo die, quo reuerſæ fuerant; ergo poſt Sabbathum. Adde, quòd illi qui dicunt, mulieres paraſſe quædam aromata eo die, quo reuerſæ ſunt ex ſepulchro, alia verò poſtea emiſſe, id aſſerunt, ne dicãt eas in Sabbatho aromata paraſſe; tametſi, meo quidẽ iudicio, id non eſſet prohibitum, vt dixi: & tamen in eorum ſententia ſequitur, ea pauca aromata, quæ præmanibus habebant, præparaſſe in die Sabbathi: nam, cùm iam reuertebantur à monumento, finiebatur Paraſceue, & Sabbathũ incipiebat: dicit enim Luc. c. illo 23. in fine: *Et dies erat Paraſceues, & Sabbathum illucſcebat*. Hoc eſt, incipiebat, vt inferiùs dicemus: & poſteà narrat, mulieres reuertẽtes ex ſepulchro paraſſe aromata. Porrò autẽ illucſcere diem Sabbathi, idem eſſe, quod incipere feſtiuitatem illius initio noctis, patet; nã mulieres reuerſę ſunt ex ſepulchro feria ſexta, iam fere ad occaſum ſolis; ſiquidem Chriſtus eo die ſerò depoſitus fuit de cruce, & ita reliquum diei neceſſariũ fuit pro officio ſepulturę; Sabbathi autem ſolennitas incipiebat ab initio noctis, ſicut reliqua feſta, vt ſequente capite dicemus.

Denique, quod in eadem ratione adducebatur de Simone veniente de villa, nihil difficultatis habet. Et primum quidem, quod attinet ad iter, ipſe enim veniebat de villa: reſpondeo, eo opere non violari diem feſtũ azymorum, eoquòd fortaſsis parum diſtabat villa illa, ex qua veniebat, vel non erit neceſſe, hoc opus illius excuſare. Deinde, quod attinet ad factum miniſtrorum, qui ipſum angariauerunt, vt tolleret crucem Ieſu, multò minus confirmat ſententiã Burgẽſis: nam Euangeliſta vſus eſt verbo Græco ἠγγάρευσαν, quod Latine ſignificat, *conducere*, non ſimpliciter; ſed vi quadam compellendo, & adigendo: & ideò Eraſmus tranſtulit *adegerunt*. Vulgatus verò Interpres idẽ verbum Græcum Latinum fecit, & ita dixit, *angariauerunt*. Cùm autem miniſtri illi Pilati, qui Chriſtum ad ſupplicium ducebãt Gẽtiles eſſent, hoc ipſo quòd opus illud mortis Chriſti, ipſis præceptum erat, & ipſe nõ poſſet crucem ſuam, cui erat affigẽdus, portare, non dubitarunt Simonem illum compellere, vt eam deferret: & ita ipſi poſſent, opus ſibi iniunctum perficere.

Ad ſeptimam rationem ſumptam ex illo Matth. 26. *Tempus meum prope eſt*. Reſpõdeo, non ideò Chriſtum illud tempus Paſchatis celebrandi vocaſſe ſuum, quia ipſe ſolus illud celebraturus eſſet; ſed quia ſummopere illam horam deſiderauerat, in qua cum diſcipulis poſtremam illam cœnam ſumpturus erat: atque hac ratione dixit Ioannes cap. 14. *Sciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem*. Eadem enim de cauſa dixit, *hora eius*, qua etiam dixerat: *Tempus meũ prope eſt*. Ita reſpondent Abulenſis, & Sotus locis citatis. Hac etiam ratione dictum putò à Chriſto Lucæ 22. *Deſiderio deſideraui, hoc Paſcha manducare vobiſcum*, vt inferius explicabitur.

Luca 24.

Luca 23.

Burgenſis.

Eraſmus.

Vulgatus.

Matth. 26.

Abulenſis. Sotus. Luca 22.

Notantur quædam, pro ſolutione poſtremæ rationis ſententiæ Burgenſis.

CAPVT IX.

PRO Sententia Burgenſis octauũ ſolùm ratio ſuperſt, cui ſi reſponſum fuerit, rationibus etiam Græcorum erit ſatisfactum: eædem enim omnino ſunt: in fine tamẽ nonnulla notanda erunt pro maiori perſpicuitate eorũ, quę hactenus reſpondentes aduerſariorũ rationibus diximus.

Ad octauam igitur, & poſtremam rationem reſpondent ſcholaſtici, quorum ſententiam, vt probabiliorẽ cap. 5. ſequuti ſumus: nimirum S. Thomas, Sotus, Alexander, & Gabriel locis citatis, Durandus in 4. in illa diſtinct. 11. num. 11. & Bonauent. eadem diſt. artic. 2. quæſt. 1. ad 3. Euangeliſtam cap. illo 13. dixiſſe, *Ante diem feſtum*, vſurpando diem feſtum non pro feſtiuitate tota; ſed pro die, quem vocant vſualem, ſeu artificialem, qui erat pars feſtiuitatis: nam feſtiuitas diei feſti Paſchæ incipiebat à veſpera Lunæ 14. & finiebatur in veſpera Lunę 15. Dies autem feſtus Paſchæ vſualis, incipiebat abortu ſolis

Solutio poſtremæ Burgenſis rationis.

S. Thomas. Sotus. Gabriel. Durand. Alexand. Bonauent. Ioan. &c.

Lunæ

Lunæ 15. aut à media nocte: & quia Christus Dominus immolauit Pascha 14. Luna ad vesperam, hoc est, circa occasum Solis, illud autem comedit, cœnauitque cum discipulis incipiente nocte illa, cæteraque omnia egit, quæ ibi narrat Euangelista: ideò, inquiunt, rectè dixit: *Ante diem festum Paschæ*: non *ante festum*; sed *ante diem festum*. Hanc solutionem ego veram existimo, eius tamen explicandæ gratia, quædam notanda inferius subijciemus. Nam quod aliqui respondent cum Abulensi loco citato, illud dixisse Euangelistam de fine Lunæ 14. antequam inciperet festiuitas primę diei azymorũ, quæ dicebatur dies festus Paschę, & azymorum: facile refelli potest ex eo, quòd, vt inferius dicemus, quamuis agnus Paschalis immolandus esset Luna 14. ad vesperam, hoc est, ad Solis occasum, cuius sacrificium in mactatione, & occisione positum erat, & ante Solis occasum comedi deberet, aut saltem eius cœna deberet incipere, vt inferius videbimus; tamen ea, quæ dicit Ioannes cap. illo 13. fecisse Christum ante diem festum Paschæ, nõ fecit ante Solis occasum; sed in ipsa nocte, quando iam inceperat festiuitas azymorum.

Abulensi.

95

Ioann. 13.

Vt igitur solutionem, quam ex sententia scholasticorum præmisimus, ampliùs confirmemus, & explicemus, quædam obseruanda sunt. Primũ est apud Iudeæos post exitũ de Aegypto in primo mense fuisse duo genera feriarum, quas sanctas vocabant: alterum feriæ, quę dicebatur Phase, alterum feriarum, quę dicebantur azymorum. Hæ autem celebrandæ erant per dies septem, quorum primus, nempè Luna 15. & septimus, hoc est 21. ita solennes erant, & festiui, vt in eis non liceret operari, sicut neque in alijs festis, nisi ea, quę ad præparandos cibos necessaria erãt. Hæc omnia constat ex cap. 12. Exod. & Leuit. 23. Porrò feriam Phase, seu Paschę fuisse omnino distinctam à ferijs azymorum, ex eodem capite 12. colligitur: nam: postquã Deus præcepit filijs Israel, vt immolarent agnum 14. Luna illius mensis ad vesperam, ritumque descripsit, quo sacrificare, & comedere illum deberent, statim addidit: *Septem diebus azyma comedetis*: nempe à 15. Luna vsque ad 21. Id quod multo magis expressit Leuit. 23. ibi enim inquit: *Hæ sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam, Phase Domini est: & quinta decima die mensis huius solennitas azymorum Domini est: septem diebus azyma comedetis, &c.* Has autem ferias, quæ sanctæ, & celebres

Obseruantur nõnulla pro vera solutione.

Exodi 12. Leuit. 23.

96

Domino erant, non omnes fuisse ita solennes, & festiuas, vt in eis non liceret operari; sed tantum primam diem azymorum, quæ erat 15. Luna primi mensis, & septimam diẽ, quæ erat 21. manifestum est ex eisdem locis, & ità inter has ferias prima azymorum, & septima dicebantur dies festi azymorum; alij vero non erant festiui, quamuis in eis aliquid in Dei cultum, & reuerentiam fieret, & ideò dicerentur feriæ sanctæ, quas celebrare debebant filij Israel.

Secũdaob seruatio.

Secundo obseruandũ est, festiuitates Iudæorum ex præcepto Domini consueuisse celebrari à vespera vnius diei in vesperam alterius. Leuitic. enim 23. dicitur *à vespera in vesperam celebrabitis sabbatha vestra*: nãper Sabbatha intelligit Scriptura omnem solennem, & festum diem, in quo non licet operari: hoc enim dixit, postquàm præceperat, vt dies decimus septimi mensis obseruaretur, nempe dies expiationum, qui solennis, & festiuus erat: cumque præcepisset, vt in eo affligerent animas suas, & inciperent à nono die, vt horam designaret noni diei, à qua inciperet afflictio continuanda per decimum diem, subiunxit, *A vespera in vesperam celebrabitis sabbatha vestra*. Nempe solennitates & festa. Et ita à nono die ad vesperam, hoc est à fine illius incipiebat hæc solennis festiuitas. Præterea hanc legem intelligi, non solùm de die Sabbathi, quæ erat post remain hębdomada, sed etiã de omni solẽnitate festiua, præter id, quod diximus, cõfirmat maximè illud, quod paulò ante in eodẽ c. de eodẽ die expiationis legimus in hũc modũ: *Nihil ergo operis facietis in eo, legitimum sempiternum erit vobis, &c.* Et subditur statim ratio his verbis: *Sabbathum requietionis est*: ipsa enim solennitas festiua expiationum, vocatur à Moyse Sabbathum. Cum igitur postea dixit: *A vespera in vesperam celebrabitis Sabbatha vestra*. De omni festiua solẽnitate intelexit; siquidẽ in omnibus huius modi festiuitate populus ab opere vacabat: ac proinde dies requietionis erat, quod nomine Sabbathi denotatur. Quocirca, cum prima dies azymorum, quę erat 15. Luna primi mensis, solẽnis esset, & festiua, vt ostendimus, debuit incipere à vespera diei 14. sicut dies expiationis, quæ erat decima septimi mensis inchoari præcipitur à vespera noni diei. Sex verò alij dies azymorum continui esse debebant, etiamsi quinque inter medij festiui non essent: quia præcepit Dominus, vt in illis omnibus filij Israel affligerent animas suas, & non nisi panibus azymis vescerentur. Cęterùm, cum feria, & celebratio Phase festiua nõ esset, opus

97

98

non

non erat, vt à veſpera Lunæ 13. inciperet, & finiretur in veſpera Lunæ decimæ quartæ, quia non erat Sabbathum Domini. Cumque tota celebratio illius diei, in immolatione, & manducatione agni inſumenda eſſet: & hæc tantùm futura eſſent Luna 14. ad veſperam: ſequitur, ad hanc celebritatem nullum aliud tempus deſignatum fuiſſe præter veſperam illam; quare ſi in ea vtendum erat panibus azymis, non toto die, ſed in illa dumtaxat veſpera vtendum erat.

Præoccupatio. Neque obſtat, quòd Exodi 12. de hac die 14. dicatur: *Et celebrabitis eam ſolennem Domino.* Nam per *ſolennem* non debemus intelligere feſtiuam diem, ſed Domino dicatam, & aliquo cultu celebrandam, nempe immolatione, & manducatione agni.

99 Tertia obſeruatio deſignificatione veſperæ. *Exodi 12. Leuitic. 23.* Tertio notandum eſt, veſperam duobus præcipuè modis in Scriptura inueniri: nam & veſpera dicitur pars diei, quæ eſt poſt meridiem, vergente iam Sole ad occaſum, & poſt ipſum Solis occaſum. Hoc autem colligimus ex ipſo capite 12. Exodi, & Leuitic. 23. nam, vbi Vulgatus legit ad *veſperam*, cùm de immolatione agni Paſchalis ſit ſermo, in Hebræo dicitur *Berhagharbaim*, hoc eſt, *inter duas veſperas*, aut *duo veſpertina*: quod idem eſt, atque in confinio duorum dierum, quorum prior in veſpera priori modo finiebatur, & poſterior in veſpera poſteriori modo incipiebat. Alijs etiam modis inquit Abulenſis in caput 12. Exod. quæſt. 10. vſurpari in Scriptura veſperam; hi tamen duo, quos ipſe etiam affert, nobis ſufficiant. Porrò autem, veſperam vſurpari pro initio noctis poſt Solis occaſum, probat ille ex Leuitic. 24. vbi Dominus præcipiebat, vt Aaron accenderet lucernas in tabernaculo à veſpera vſque mane: nam cum ad depellendas tenebras ſolùm accenderentur, ſolùm poſt occaſum Solis accendi opus erat; non autè poſt meridiem. Cardinalis autem Toletus in illud Ioann. 13. *Ante diem feſtum Paſcha:* cenſet, agnum occidendum, & immolandum in Luna 14. prope Solis occaſum; verùm, quia opus erat ipſum igne aſſari, & alia præparari, vt ab omnibus comederetur: addit, non potuiſſe comedi ſecundum legem Luna 14. ad veſperum, hoc eſt, in poſteriori veſpera, ſed Luna 15. inchoante, ſeu appetente comedi debuiſſe: quia totum aliud tempus præcedentis veſperę, quę pertinebat ad celebritatem Phaſe, neceſſariũ erat mactationi agni, & prępartioni ipſius, vt comedi poſſet. Hoc autem etiã colligit ex eo, quod dicitur Exodi 12. *Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus.* Manifeſtum enim eſt, Scripturam loqui de carnibus agni immolati; non autem de alijs, quæ poſt eſum agni comedi poterant, vt infra dicemus: nam nullæ aliæ comedendæ erant cum lactucis agreſtibus, niſi carnes agni Paſchalis. Tum etiam, quia agnus comedendus erat cum panibus azymis; azymi autem panes non erant comedendi niſi appetente prima ſolennitate azymorum.

Abulenſis. Ioann. 13. Exodi 12.

Quo tẽpore agnus immolandus. Ego verò exiſtimo, agnum non ſolum immolandum Luna 14. ad veſperum, hoc eſt, ante Solis occaſum: ſed etiam in eo veſperè feſtinanter comedendum fuiſſe; nihil tamen obſtitiſſe, quominus manducatio illius attingeret aliquam partem noctis poſt occaſum Solis, à qua incipiebat ſolennitas primi diei azymorum, qui erat Luna 15. Primum quidem, in veſpera Lunę 14. comedendum fuiſſe agnum, patet: quia hæc veſpera Phaſe Domini erat: Phaſe autem duobus conſtabat, nempe immolatione agni, & manducatione eius, vt colligitur ex prædictis locis. Tum etiam, quia Exod. 12. præcipitur, vt de cima quarta Luna ad veſperum azyma comedãtur. *Primo*, inquit, *menſe quarta decima die menſis ad veſperam comedetis azyma, vſque ad diem viceſimam primam.* Atqui decima quarta die non erant azyma comedenda in alijs prandijs, niſi cum agnus comedebatur: ergo agnus comedendus erat veſpera illa: dixi autem, manducationem agni durare potuiſſe vſque ad inchoationem noctis: quia Exodi 12. ſolùm prohibetur ne ſeruetur aliquid agni vſque mane. Tum etiam, quia vix eſus agni poſt eius immolationem finiri poterat ante occaſum Solis. Et hac ratione dictum puto in eo cap. 12. Exod. *Et edent carnes nocte illa aſſas igni.* Nam de illo tantùm ſermo erat.

Exodi 12.

101

102 Vltima obſeruatio circa cœna Chriſti. Vltimo obſeruandum eſt, Chriſtum Dominum non tantũ cum diſcipulis ſuis agnũ manducaſſe (quam aliqui primam cœnam vocant) ſed etiam alias duas cœnas, aut ſaltem vnam cum eis ſumpſiſſe. Verùm varias de hac re ſententias breuiter recenſeamus. Quidam ſequuti Autorem ſermonis de ablutione pedum apud Cyprianum, cenſent, cœnæ nomine, cum ait Ioann. 13. *Et cœna facta*, intelligendum eſſe, quidquid in ea cœna factũ eſt; etiam Euchariſtię inſtitutionem: qua trã ſacta, inquiunt, Chriſtũ lauiſſe pedes. Verùm hæc ſententia probanda non eſt: & aliqui eã reijciunt, quòd eſus agni nuſquã in Scriptura dicatur cœna. Hoc tamẽ nõ video magni momenti eſſe: nã cũ agnus ederetur ad veſperã, non inepte eius eſus diceretur cœna. Etiãſi ad ſacrificiũ agni pertineret. Deinde,

Pſeudo Cyprianus Ioann. 13.

merito

merito refellitur, quia ex Ioanne cap.13. manifestè cõstat, Christum prius lauasse pedes, & iterum recubuisse: ergo corpus, & sanguinem suum illis nondum ministrauerat: vtimũ enim, quod Christus in cœna fecit, fuit, corpus, & sanguinem suum discipulis porrigere, vt constat ex cap.22. Lucæ, & ex 1. ad Corinth.11. vbi dicitur: *Similiter & calicem, postquam cœnauit dicens, &c.* Deinde post lotionem pedum dixit: *Vnus ex vobis me traditurus est*, eodem capite illo Ioann.13. hoc autem dixit, antequàm Eucharistiam ministraret, vt patet ex alijs Euangelistis. Postremò causam lotionis pedum hi Doctores non videntur intellexisse, cum præcipuè facta fuerit pro sumptione Eucharistiæ, vt inferius videbimus, & rectè notauit Ianssenius capit.130. Concordiæ, & Maldonatus loco citando.

103 *Lucæ 22. 1.Corin.11.* *Ioann.13.* *Ianssenius. Maldonat.*

Alij putant Christum lauisse pedes ante ipsam cœnam agni, more Orientalium, & in ea corpus suum, & sanguinem consecrasse, & illud *facta* explicant, ita vt idem sit, quod *parata*. Hæc tamen sententia facile refellitur ex ipso textu Ioannis: dicit enim cœna facta Christum surrexisse, vt lauaret pedes: nõ ergo lauauit pedes ante cœnam agni, quæ fuit prima; alioquin ab ea non surgeret: nam vt surgeret à cœna, oportebat, aut eam finisse, aut incepisse. Adde, quòd, vt inferius ostendemus, non opus erat, neque in more positum, vt ante cœnam agni conuiuarum pedes lauarentur. *Refellitur quorundam placitum.*

Alij verò, inter quos est noster Maldonatus, & Claudius Sainctes repetitione 7. de Eucharist. cap.7. dicunt, tres cœnas Christũ fecisse: primam agni Paschalis, quam legalẽ vocabant; alteram communem post finitam cœnam legalem: eo quòd mos erat satiãdæ, nutriendęque naturæ causa, finita cœna agni, ex quo non multum singulæ commedebant, aliam ex alijs cibis cœnam instituere: tertiam Eucharistiæ, quam nemo Euangelistarum cœnam vocat. Dicunt igitur, finita secunda cœna, Christum surrexisse, & lauisse pedes discipulorum, vt eis Eucharistiam ministraret. Putant autem, necessarium esse concedere hanc secundam cœnam communem: quia Ioann. cap. 13. dixit, cœna facta Christum surrexisse, & vestimenta sua deposuisse, vt lauaret pedes discipulorum: & tandem lotis pedibus iterum recubuisse, nẽpe in mensa, in qua cœnauerat. Hanc autem cœnam, qua iam peracta, dicitur, Christum surrexisse, non fuisse cœnam legalem agni, ex eo probant, quia licet Scriptura expressè non dicat, agnum comedendum fuisse à stantibus; tamen ita describit modum, quo illum commedere debebant Exodi 12. vt plane colligatur, ipsos stantes, & non recumbentes agnum edere debuisse. Et hic est communis, & probabilis sensus, & opinio. Quod enim dicunt Recentiores nonnulli, non fuisse lege præceptum, vt stantes solùm ederent agnum, friuolum, & nulla ratione probabile est. Ea enim, quæ præcipiebantur ad esum agni, nullomodo in recumbentes cõueniebant: nam, si quis recumbat, & altera manu baculum teneat, comedere vix poterit, quanto magis festinanter; in lege autem præcipiebatur Exodi 12. vt baculos altera manu tenerent, & festinanter comederent. Deinde, cum mos recumbendi esset supra lectulos benè compositos, & à terra eleuatos, vt nostro tempore viri eruditissimi demonstrant: minime decebat habere pedes calceatos, sed nudos: & hac ratione mos inoleuerat, vt pedes conuiuarum ante cœnam lauarentur; lege autem præcipiebatur, vt edentes agnum, haberent calceatos pedes. Deniique cum etiam deberent esse accincti, quæ omnia denotabant præparationem ad transitionem, consequens est, vt etiam stantes deberent comedere. *Exodi 12.*

104 *Christum tres fecisse cœnas, qui defendant. Maldonat. Sainctes.* *Ioann.13.*

Citant prædicti Recentiores pro hac sententia Ambrosium in capite decimo quinto Lucæ, quòd dixerit, Ioannem in cœna legali agni recubuisse supra pectus Domini: nihil tamen in eo inueni. Citant etiam Chrysostomum homilia 69. in Ioannem, quòd dicat non prius lauisse pedes discipulorum, quam cum eis discubuerit, id quod inquiũt intelligi nequit, nisi de cœna legali: nam homilia 82. in Matthæum docet, Christum ante cœnam lauisse pedes. Hoc tamen testimonio Chrysostomi id non probatur: nam homilia illa 69. in Ioannem, in illud, *Cum surrexisset à cœna*, solùm dixit, prius lauisse pedes, quàm discubuerit: & post omnium discubitum à cœna surrexisse, hoc est, à mensa, vt maiorem, inquit, humilitatem ostenderet, id quod intelligere videtur, ita vt, antequàm inchoaret cœnam, post discubitum surgeret à cœna. In eo autem maiorem humilitatem ostendit ex sententia Chrysostomi, quòd, cum iam ad cœnandum recubuisset, antequàm cœnare inciperet, surrexit, & pedes singulorum lauit; lauare autem eos poterat, etiamsi recumberent, & in hoc maiorem humilitatis speciem præbere; si autem solũ peracta cœna legali antequàm secundam inciperent, lauasset pedes nescio, quàm maiorem humilitatem ostenderet, vt contendit Chrysostomus, etiamsi in cœna legali recubuisset: *Ambrosius citatur, similiter & Chrysost.* 106

ſiquidem id fiebat pro alia cœnâ, tunc inchoanda. Vel certè ſenſus Chryſoſtomi eſt,
107 *Theophyl.* quem expreſsit Theophylactus in illud Ioânis 13. *Et cœna facta*, hoc eſt, inchoata iam cœna non agni, ſed communis: ita vt maius exẽplum humilitatis præbuerit in hoc, vt inter epulas ſurrexerit, & non dubitauerit pedes diſcipulorum in præparationem Euchariſtiæ (vt explicat Ianſenius cap. 130. Concordiæ) lauare. *Ianſenius.* Neque verò hic Autor pro hac ſententia citari poteſt, ſicut citatur à Recentioribus: nam quamuis ille ſolùm dicat fuiſſe vnã cœnam, eamque duabus partibus conſtitiſſe, nẽpe eſu agni & ſumptione Euchariſtiæ, & poſt eſum agni ſurrexiſſe Chriſtum, vt lauaret pedes; cum antea recubuiſſet: tamen ipſe nullam vim facit in verbo *recumbere*, neque negat, agnum à ſtãtibus comedi debuiſſe, ſed *recumbere* potuit accipere communiter, pro eo, quod eſt accedere ad menſam, ſicut alij accipiunt, vt infra notabimus. *Baronius impugnatur.* Citãt præterea Baronium tomo 1. Annalium ſub anno 34. Chriſti. Verum hic Autor ibi. §. *Verum quod ad hanc*; non audet negare, præceptum fuiſſe antiqua lege, vt agnus non niſi à ſtantibus ederetur; quinimo id expreſſe cõcedit, ſed ſolum ait, à tempore captiuitatis Babylonicæ vſum illum antiquum legis fuiſſe intermiſſum, id quod probat ipſe ex libro, quem vocant Ritualem Hebræorum. Ego tamen non video, qua ratione hæc diſpenſatio in lege fuerit introducta, aut introduci rectè potuerit contra legem Domini. Quare ſicut ipſe non credit Hebræorum traditioni conſictæ de tranſlatione Paſchæ, quam defendunt Burgenſis, & alij, neque huic etiam debuiſſet credere. Et quamuis ea eſſet in lege introducta diſpenſatio, ſeu permiſsio, neque enim præceptum contrarium introduceretur: credendum non eſt, Chriſtum ea vſum fuiſſe, ſed ſtando agnum comediſſe.

108 Sed vt ad inſtitutum redeamus, debuiſſet noſter Maldonatus meminiſſe eius, quod dixerat in illud Matth. 26. *Diſcumbebat, &c.* Illud enim explicat de cœna agni: cumque fateatur agnum à ſtantibus, non à recumbentibus edendum fuiſſe, nihilominus inquit, recumbere ibi, idem eſſe quod ad menſam accedere, atque cœnare: nam ex nimia conſuetudine recumbendi ad cœnandum, retenta eſt vox ad ſignificãdum quemlibet acceſum ad cœnam: ſicut & nos modo dicimur accũbere menſæ, cum tamen ſedeamus, & non accumbamus. Cur igitur in eo loco Ioann. 13. ſurgere à cœna, idem non erit apud noſtrum Maldonatum quod à menſa diſcedere, & finire cœnam, retenta voce ex nimia conſue- *Ioann. 13.*

tudine ſurgẽdi, ad ſignificandum quemlibet diſceſſum à menſa, & finem cœnæ. Ter tia non video, qua ratione neceſſe ſit, tres cœnas inſtituere, cum ſufficiant duæ, & cõmodè explicare poſsimus, in poſteriori Euchariſtiam inſtitutam fuiſſe, ita vt ipſa Euchariſtiæ inſtitutio, & manducatio ſuerit pars cœnæ poſterioris, vt inferius videbimus. 109 *Abſq; cauſa afferuntur tres cœnæ.*

Alij etiam hanc ſententiam impugnant, quia Chriſtus Sacramentum inſtituit, antequàm Iudas diſcederet, & antequàm illi intinctum panem daret: ergo poſt inſtitutionem adhuc cœna durabat. Verùm quod attinet ad Iudam, an ſumpſerit Euchariſtiam, infra diſput. 217. c. 2. videbimus. Alij verò putant finita cœna legali agni, & inchoata alia cœna communi, ſed nondum finita, ſurrexiſſe Chriſtum, vt lauaret pedes, & poſtea accubiſſe, vt in reliquo illius cœnæ Euchariſtiam illis porrigeret. Et ita illud, *Cœna facta*, intelligunt de cœna agni: quia tamen dicitur, Chriſtus ſurrexiſſe à cœna, intelligunt inchoatam fuiſſe aliam, in qua recumberet, quæ non potuit eſſe cœna agni: quia in ea cõuiuæ non recumbebant, ſed ſtabant. Pro hac ſententia refertur Auguſtinus tractatu 55. in Ioannem, & 3. lib. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 1. & iuxta illam dicendum eſt, Chriſtum corpus ſuum conſecraſſe inchoata ſecundâ cœna, & nondum finita. Horum tamen ſententia quod attinet ad lotionem pedum, mihi non probatur, quoniam cum conſuetum fuerit, lauare pedes ante ipſam communem cœnam, non eſt cur dicamus, Chriſtum incepta iam communi cœnâ illos lauiſſe, & in media cœna ad hoc ſurrexiſſe: nam quamuis myſterium aliquod denotare vellet ipſa lotione pedũ, illud denotare poſſet ſeruata conſuetudine communi. Quod verò attinet ad conſecrationem corporis, mihi non diſplicet: decet enim in cœna communi Chriſtum illud conſecraſſe. *Auguſtin.* 110 *Ianſenij mens.*

Alij, vt Ianſenius cap. 130. Concordiæ, dicunt, vnam tantum fuiſſe cœnam; quę duabus partibus conſtitit, nempe eſu agni, & ſumptione Euchariſtiæ, & poſt eſum agni ſurrexiſſe Chriſtum, vt lauaret pedes: atque hoc ſignificari, cum dicitur Ioann. 13. *& cœna facta*, hoc eſt, manducato iam agno Paſchali, *ſurgit à cœna*, nempe ad lauãdos pedes, non pro eſu agni Paſchalis, ſed pro communione Euchariſtiæ, vt inferius explicabitur. Neque verò, vt Recentiores aliqui, eiimputant, hic Autor exiſtimauit, ante finitũ eſum agni Chriſtum à cœna ſurrexiſſe, & Sacramentum inſtituiſſe: hoc enim manifeſtè *Ioann. 13.*

falsum

111 falſum erat, & confutari apertè poterat ex
Conc. Trid. Concilio Tridentin. ſeſsione 22. cap. 1. vbi
Clement. 1. dicitur, celebrato vetere Paſchate, Chriſtum nouum inſtituiſſe. Et ex Clementina I. de reliquijs, & veneratione Sanctorũ, vbi
Auguſtin. dicitur; *Sumpta cœna, &c.* & ex Auguſtino in epiſtola 118. & refertur, *Canone Liquido*, de conſecratione diſt. 2. & ex illo, quod canit Eccleſia in feſto corporis Chriſti: *Poſt agnum typicum expletis epulis.* Et ſanè veriſimile nõ erat, cœnam illam, quæ ex lege feſtinanter ſumenda erat, fuiſſe tanto myſterio interruptam; ſed potius priùs perfectam, vt figurã, cui veritas corporis Chriſti ſuccederet. Ni-
Diſplicet. hilominus mihi non placet omnino ſententia Ianſenij, vtà nobis explicata eſt: nam ſi poſt eſum agni non ſupereſſent alij cibi pro alia cõmuni cœna, nõ dixiſſet Euãgeliſta. *Cœnãtibus autẽ illis accepit Ieſus panẽ, &c.* Tunc enim, cum accepit panem, vt conſecraret illum, adhuc cœnabant. Adde, quòd, vt Chriſtus conſecraret corpus in cœna, conueniẽs fuit, vt ex ipſa cœna occaſionem acciperet. Quocirca non eſt credendum, poſt eſum agni ad ſolam Euchariſtiæ inſtitutionem recubuiſſe.

112 Alij dicunt, finita quidem cœna agni Paſchalis, Chriſtum lauiſſe pedes, & iterum ad cœnam communem accubuiſſe, cum ad cœnam agni antea etiam accubuiſſet: & antequam inciperet cœnam communem, Sacramentum Euchariſtiæ inſtituiſſe. Huic tamẽ opinioni videtur obſtare illud Matthæi, & Marci: *Cœnantibus autem illis, &c.* neq; enim id commodè diceretur ex eo ſolum, quòd recubuiſſent, aut priorem cœnam agni Paſchalis iam ſumpſiſſent, vt patet. Falſo autẽ
Damaſcen. pro hac ſententia citatur Damaſcenus 4. de fide cap. 14. Apud Baronium non inueni, quid ſentiat de tempore inſtitutionis Euchariſtiæ: vtrùm inter cœnandum, an finita cœna cõmuni: niſi quod ſub anno Chriſti 34. duas eſſe cœnas, inquit, aut duas menſas eiuſdem cœnæ: alteram pro agno: alteram pro communi cœna, & lotione pedum: ac proinde Euchariſtiæ inſtitutionem, ſentit, fuiſſe poſt finitam cœnam agni: quæ omnia vera ſunt, vt ſtatim videbimus. Illud autem, quod dicet conſueuiſſe Iudæos lauare pedes conuiuarum etiam pro cœna agni, mihi non probatur, quia cum deberent illum edere ſtantes, & calceati, ceſſabat cauſa lotionis, quam inferius dicemus. Tum etiam Chriſtus hũc morem obſeruaſſet, & ita lauiſſet pedes ante
113 cœnam agni, ſi vera eſſet illa doctrina. Reſpondet ipſe, id non feciſſe Chriſtum, quia iam diſcipuli loti accedebant. Colligit autẽ, eos lotos ad cœnam agni acceſſiſſe, ex illo, quod Chriſtus dixit Ioann. 13. cum ipſorum vellet lauare pedes pro ſecunda cœna: *Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet: & vos mundi eſtis, &c.* Miror tamen, virum doctiſsimum ex hoc loco talem opinionem probaſſe: nam cum lotio ante conuiuium introducta non eſſet totius corporis, ſed ſolũ pedum: aut diſcipuli acceſſerunt lotis pedibus, aut immundis; ſi lotis pedibus: ergo nõ indigebant lotione pedum pro ſecunda etiá menſa; ſi verò immundis pedibus: ergo pro vtraque indigebant ea lotione, etiam ſi totũ eorum corpus lotum eſſet. Et quidem exemplum, quo vtitur Chriſtus in verbis citatis eſt eorum, qui cum totum corpus ſuum lauerunt in balneo, nihilominus in pedibus exeuntes inde aliquid immunditiæ contraxerunt, ita vt indigerent ſolum lotione pedum, vt omnino, & perfectè mundi eſſent. Adde, quòd hoc exemplo Chriſtus vſus non eſt, vt oſtenderet diſcipulis, eos indiguiſſe tunc lotione pedum corporalium; ſed vt eis oſtenderet, indigere aliqua lotione animæ, 114
quã aliquæ maculæ minores purgarentur, id que exemplo illo eis oſtendit, & propterea dixit, *Et vos mundi eſtis*: nempe in anima: indigetis nihilominus purgatione leuiorum macularum, quæ aſsimilatur lotioni pedum; vt fuſius explicabimus 1. 2. diſputat. 139. capite 4.

Alij denique, quorum ſententia mihi probabilis videtur, intelligunt illud. *Cœna facta*, de ſola cœna agni, ita vt nulla alia incepta fuerit, ſed vt inciperent aliam communem cœnam, Chriſtum à cœna agni ſurrexiſſe, vt lauaret pedes, eoquòd in prima cœna, nẽpe agni, cum deberent conuiuæ ſtare, & pedes calceatos habere, non erat in more poſitum, lauare pedes conuiuarum; at verò in communi cœna, cum deberent recumbere, mos erat lauare pedes conuiuarum. Et ita Chriſtus Lucæ 7. capite notauit Phariſæum, qui ipſum inuitauerat, quòd non lauiſſet pedes eius: *Aquam* (inquit) *pedibus meis non dediſti*. Quare cum Chriſtus lauerit pedes diſcipulorum, credendum eſt, eos tunc lauiſſe, cum moris erat apud Iudæos conuiuarum pedes lauare, nempe ante cœnam communem, in qua recumbere ſolebant. In hac verò ſecunda cœna iam inchoata; nondum tamen finita, Chriſtum Euchariſtiam inſtituiſſe, idem Doctores aſſerunt. 115
Quia manifeſtum eſt, Chriſtum Euchariſtiã inſtituiſſe, poſtquam iterum recubuit, & cœnantibus illis eam miniſtraſſe, vt inferius etiam dicemus. Porrò autem inchoata hac

Ioann. 13.

Expoſitio probabilis.

Luc. 7.

ſecundâ cœna communi Chriſtum ſurrexiſſe, & inter cœnandum lauaſſe pedes, non ita facilè probari poteſt: quia neque de tali conſuetudine conſtat: Chriſtum autem morem conſuetum ſeruaſſe, credibile eſt.

Quæ obſtent prædictæ opinioni.

Huic poſteriori ſententiæ duo obſtare videntur, alterum, quod noſter Maldonatus adducit loco citato in illud Ioann. 13. *& cœna facta*: nempe, quôd Euangeliſta dicat Chriſtum à cœna ſurrexiſſe, & lauiſſe pedes, & iterum recubuiſſe; à cœna autem agni non ſurrexit, quia in ea neque ſedit, neque recubuit: & ita, ſi tantùm illam celebraſſet, non rectè dixiſſet Scriptura, eum iterum recubuiſſe. Verùm, hoc nihil obſtare huic ſententiæ, ſi ſequamur expoſitionem, quam ipſe Maldonatus adhibet illis verbis Matth. 26. *diſcumbebat, &c.* manifeſtum eſt ex ijs, quæ ſupra ex ipſo retulimus. Neque verò mihi diſplicet ſenſus ille, vt recumbere, ſeu accumbere, idem ſit, quod ad cœnam, ſeu menſam accedere; at verò ſurgere, idem ſit, quod à menſa diſcedere. Et hoc modo illud Matth. 26. *Veſpere autem facto diſcumbebat*, interpretari poſſumus de cœna agni, vt explicat Maldonatus: præceſſerat enim legatio Chriſti, quam per diſcipulos ſuos fecerat ad hominem, incuius domo Paſcha celebraturus erat: *Apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis*: & ſtatim inquit Euangeliſta: *Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis*. Et paulò poſt ſequitur: *Cœnantibus autem illis*. Quibus verbis cœna communis indicatur. Hoc eodem modo intelligere poſſumus illud Lucæ 22. *Et cum facta eſſet hora, diſcubuit*. Nempe ad cœnam agni legalem, de qua proximè dixerat: *Euntes autem inuenerunt, ſicut dixit illis: & parauerunt Paſcha*. Poſtquam igitur dixerat, paratum fuiſſe Paſcha, hoc eſt, agnum Paſchalem, ſubdit: *Et cum facta eſſet hora, diſcubuit*. Quis autem intelligat, hoc dictum fuiſſe de cœna communi; non autem de legali, in quâ Paſcha, quod diſcipuli parauerant, edendum erat? Quod autem ait ſtatim: *Deſiderio deſideraui, hoc Paſcha manducare vobiſcum*. Rectè explicat Ianſenius cap. 131. Concordiæ de ipſo agno Paſchali; tametſi noſter Franciſcus Turrianus tract. 2. de Euchariſtia c. 3. Et Roffenſis lib. 5. contra OEcolampadium, non de typico Paſchate, quod tantùm figura erat, hoc eſt, de vetere agne: ſed de myſtico Paſchate intelligendum putent, cum Tertullian. lib. 4. contra Marcionem cap. 40.

Maldonat. Matth. 26.

116

Lucæ 22.

Ianſen.

Turrian. Roſſenſis.

Tertullian.

Quod enim aliqui Recentiores dicunt, Paſcha hoc loco ſumi poſſe pro tempore Paſchali, ex ignorantia vocis profectũ videtur: ſic

117

enim *Paſcha* debet eſſe in caſu auferendi, nõ autem in caſu accuſandi; neque enim Chriſtus manducare deſiderauerat tẽpus Paſchale: eſt autem in caſu accuſandi, vt patet ex Græco: & ita omnes accipiunt pro ipſo agno. Subdit tamẽ Ianſenius id, quod notauit etiam Theoph. in c. 22. Lucæ, cauſam tanti deſiderij non fuiſſe agnũ veterem, ſeu Paſcha illud antiquum ſecundum ſe, ſed quod in ea nocte, abrogato veteri Paſchate, noua myſteria diſcipulis traditurus, & commendaturus erat. Hoc dixerim obiter, vt probem illud *diſcubuit*, quod eſt Luc. 22. dictũ fuiſſe pro cœna agni, & non pro cœna communi: nihilominus non vſurpari proprie pro accubitu ſolo in menſa; ſed communiter pro quouis acceſſu ad illã: etiãſi ſtandum iuxta illam eſſet, ſicut in cœna agni.

Ianſen. Theoph.

Alterum, quod huic poſtremæ ſententiæ obſtat, eſt finis, ob quẽ Chriſtus lauit pedes diſcipulorũ. Neq; enim lauiſſe eos ſecundũ Iudæorũ conſuetudinẽ, vt cum eo recumberent in cœna communi, ſed, multò altiori ratione id feciſſe, credendum eſt. Neque verò ſolũ, vt eis præberet huiuſmodi exemplũ, aſſerendum eſt, Chriſtum lauiſſe pedes: nam quãuis & hoc voluerit; hæc tamen præcipua cauſa non fuit, vt rectè noſter Maldonatus notauit in illud Ioann. 13. *Quod ego facio, &c.* ſed aliquod myſterium maius eis ſignificare voluit; nempe aut Sacramentũ Baptiſmi, aut Pœnitentiæ, vt ex aliquibus Patribus notat idẽ Maldonatus: aut (quod ego verius puto) ablutionẽ leuiorũ culparũ pro ſumptione corporis & ſanguinis ſui, quẽ eis miniſtraturus erat in ſecunda cœna, vt fuſius explicui 1. 2. diſp. 139. cap. 4. Ego quidẽ fateor, ea lotione pedum Chriſtum ſignificare Apoſtolis voluiſſe leuiorum culparũ ablutionem, qua præparandi eſſent ad ſumendũ Euchariſtiam, & ideô dixiſſe Petro: *Si non lauero te, non habebis partem mecum*: hoc eſt non accipies corpus, & ſanguinem meum. Et rurſus: *Quod ego facio, tu neſcis modo; ſcies autem poſtea*. Nempe cũ ſumas corpus, & ſanguinẽ meũ. Nihilominus cẽſeo, totũ hoc ſignificare voluiſſe Chriſtũ, ſeruata conſuetudine lauandi pedes conuiuarũ in principio mẽſæ. Nam quãuis Chriſtus non magni faceret, lotis manibus aut pedibus manducare: quia vt ipſe dixit Matth. 15. *Non lotis manibus manducare nõ coinquinat hominem*: tamen etiã Lucæ 7. notauit Phariſeũ, quod ipſius pedes non lauaſſet, antequã cũ eo recũberet. Et quãuis Chriſtus non iudicaret neceſſariam hanc lotionem ante prandiũ; nihilominus eam ex more cõgruè ſeruare poſſet, vt diſcipulis aliquod myſteriũ

Altera obiectio.

118

Maldonat.

Matth. 15. Lucæ 7.

indica-

indicaret. Similiter cum dixit Petrò: *Si non lauero te, non habebis partem mecum*. Non ſolũ
119 ei ſignificare voluit, ſe illi non daturum calicem, & ſanguinem ſuum; id enim nondum intelligere poterat Petrus; ſed etiam nõ permiſſurum, vt cum eo in cœna communi recumberet, ex quo fieret, vt neque corpus, & ſanguinem ſuum illi daret, quem in ea cœna omnibus miniſtraturus erat. Id autem poſtea intellexit, ſicut ei dixerat Chriſtus: *Quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies autem poſtea*. Petrus autem ea ſola ratione, quòd tunc intellexit ſe non cœnaturum cœnam communem cum Chriſto, reſpondit: *Non tantum pedes, ſed & manus, & caput*, ne ſcilicet priuaretur eo communi beneficio, ſed cum Chriſto cœnaret.

Iuxta hanc opinionem dicere debemus, Chriſtum in cœna communi cõſecraſſe corpus, & ſanguinem ſuum, illumque diſcipulis dediſſe; non quidem finita illa, ſed adhuc illis cœnantibus: & ita illud Matth. & Marc. *Cœnantibus illis, &c.* propriè accipiendũ eſt. Quod verò quidam contra hanc ſententiã, quod attinet ad inſtitutionem Euchariſtiæ, obijciunt, credibile nõ eſſe, Chriſtum inter alias epulas inſtituiſſe hoc Sacramentum, & ita ante hanc ſecundam cœnam inſtitui debuiſſe, parum momenti habet: nam inter cœnãdum voluit illis hunc pretioſiſſimum cibum miniſtrare in ſignum maioris amoris, quàm eſſet cœna, & conuiuium illud commune.

Quid dicẽdum recũſanti dictam opinionem.

Si cui verò hæc poſtrema opinio non placuerit, ſed exiſtimauerit, lotionẽ pedũ fuiſſe poſt cœnam cõmunem: vt ita verbũ illud *recumbere*, & *ſurgere*, propriè interpretetur de cœnã, in qua conſueuerant Iudæi accumbere; neceſſario ſequi debet, aut Maldonati expoſitionem, vt fuerint tres cœnæ, & in tertia corpus, & ſanguinẽ ſuum Chriſtus ſolùm conſecrauerit: aut aliorũ ſententiã, qui dicũt, fuiſſe duas tantùm cœnas; alterã legalẽ agni; alterã communem: & hac inchoata, ſed nondum perfecta, Chriſtus ſurrexiſſe dicatur, vt lauaret pedes: & iterũ in eadẽ cœna recubuiſſe: iuxta expoſitionẽ verò Maldonati aſſerere debet, illud *Cœna facta*, quod eſt apud Ioannem cap. 13. ita intelligi de ſecunda cœna, vt idem ſit, quod *finita cœna*. Iuxta aliam verò ſententiam intelligi debet de prima, ita vt inchoata fuerit ſecunda.

Diſſoluitur poſtremum argumentum ſententiæ Burgenſis.

CAPVT X.

EX His verò, quæ notauimus, plãne ſequitur in primis, poſtremum illud argumentum nihil momenti habere pro ſententia Burgenſis: eo quòd Euangeliſta non dixerit: *Ante Paſcha*, vel *ante diem Paſchæ*, ſed *ante diem feſtũ Paſchæ*: Nam Paſcha, ſeu Paſchale tempus nõ tantùm ſignificat veſperam illam Lunæ 14. in qua agnus Paſchalis immolabatur, ſed etiã totum tempus azymorum; imo etiam ipſa ſacrificia, quæ omnibus illis diebus immolabantur, vt ſupra capite 7. probauimus; inter dies autem azymorum ſolus primus, nempe decimus quintus, & poſtremus, nempe vicesimus primus, erant feſtiui, in quibus non licebat aliquid operari; at verò cæteri non erant, vt in præcedente capite notauimus. Cum igitur ait Ioannes: *Ante diem feſtum Paſchæ*, & non, *Ante diem Paſchæ*, per diem feſtũ intelligit decimũ quintum, qui erat primus dies azymorum, hoc eſt, in 14. Luna, in cuius veſpera immolabatur agnus, & comedebatur. Aliqui verò intelligunt cum Abulenſi, in ipſa veſpera Lunę 14. ante Solis occaſum, in qua agnus immolabatur, vt ita intelligatur, ante diem decimum quintum, non ſolũ quem vocant vſualem, ſed etiam ante ſolennitatem diei decimæ quintæ, quæ erat prima azymorum. Hoc tamen diximus defendi non poſſe: non quia ante Solis occaſum, quando adhuc perſeuerabat ſolennitas agni Paſchalis, & nondum inceperat ſolennitas primi diei azymorum, non ederetur agnus; hoc enim falſum eſt, vt præcedente capite monſtraui, ſed quia cum ait Euangeliſta: *Ante diem feſtum Paſchæ*: denotat plura alia præter eſum agni Paſchalis, quę Chriſtus geſſit, nẽpe lotionẽ pedum, & ſecundam cœnã, in qua conſecrauit, & ſermonẽ longum, quem ad diſcipulos ſuos habuit: quæ omnia poſt occaſum Solis facta ſunt, vt ex præcedente cap. colligitur: neque enim tam breui ſpatio poſt ſacrificiũ agni ante Solis occaſum hæc omnia fieri poterant. Cũ igitur iam cœpiſſet prima ſolennitas azymorum pro 15. Luna, neceſſario dicendum eſt, illud, *Ante diem feſtum*, intelligendum eſſe de tempore ante diem proximum vſualem azymorum, hoc eſt, nocte illa præcedente, ante lucem diei decimæ quintæ. Porrò autẽ, diem feſtum pro luce ſolum accipi potuiſſe, etiãſi feſtiuitas à veſpera præcedẽte inciperet, manifeſtum eſt: nã & in ipſa ſolẽnitate nox à die diſtinguebatur: & vt ait Bed. quẽ ſequẽte cap. referemus, Hebræi dies cõputabant à prima luce,

121 Explicatur Euangeliſta Ioãnes.

122

123 Beda.

in ſequentem lucem; licet ſolennitates feſtiuas â veſpera in veſperam, cum tamen aliæ gentes dies alio modo computarent, vt ibidem dicemus. Quare, licèt apud Hebræos diceretur feſtiuitas Sabbathi, ſeu Sabbathũ veſpera feriæ ſextæ; tamen non dicebatur dies Sabbathi, vſque quo lux inciperet: iuxta illud Geneſ. 1. *Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem.* Et ideò Euangeliſta non dixit: *Ante feſtum Paſchæ*, ſed *ante diem feſtũ Paſchæ*: Ac ſi dixiſſet, *ante lucem feſtiuitatis Paſchæ.*

Deinde ex hac eadem doctrinâ cõtra Græcos, qui etiam vtuntur prædicta ratione, & contra quoſcumque alios ſequitur, Chriſtũ non potuiſſe conſecrare panem fermentatũ, ſed tantum azymum: eoquòd, vt præcedẽte
124 capite probauimus, Chriſtus in nulla cœna veſci potuit ſecũdũ legem, quam re vera obſeruare voluit, pane fermentato. De cœna agni manifeſtum eſt; de alia communi probatur: quia, vt ſupra notauimus, ſecundam cœnam celebrauit poſt occaſum Solis, ac proinde intra feſtiuitatem azymorum, in qua nihil fermentati remanebat in finibus Iſrael. Ex quo etiam fit, vt Chriſtus non conſecrauerit poſt multam noctem, vt aliqui volũt; ſed aliquantulum poſt Solis occaſum: quo tempore durare debuit cœna communis.

Veritas figuræ reſpõdet.

Poſtremò denique ſequitur, rectè reſpondiſſe veritatem figuræ, quo vt fundamẽto præcipuo Græci nituntur: ad hoc enim nõ opus erat, vt eadem die, & hora Chriſtus crucifigeretur, quo agnus Paſchalis immolari conſueuerat à Iudæis, ſed ſatis conſentaneum conueniensque fuit, vt non in eadem die, ſed in eadem ſolennitate Chriſtus pateretur: quia non ſolùm occidendus erat, vt figuram impleret, ſed etiam legem obſeruaturus, antequàm pateretur: vt eius obſeruatione oſtenderet, quid in ſe ipſo vero agno paulò poſt futurum eſſet; nempe quòd immolandus eſſet, nullumque os ipſius confringendum: quem admodum neque agni Paſchalis.

Aliquorũ placitũ impugnatur.

Aliqui dicunt, eodem tẽpore, quo agnus edebatur, inſtitutum fuiſſe ſacrificium altaris, quod eodem agno Paſchali figurabatur. Verùm, cùm in cœna agni non fuerit inſtituta Euchariſtia, vt oſtendimus ſupra: & agnus ille fuerit præcipue figura ſacrificij Chriſti cruenti in priori ſolutione perſiſtendum eſt. Hoc modo intelligendi ſunt aliqui
125 Patres, qui videntur dicere, Chriſtum occiſum fuiſſe in die Paſchæ. Ita Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 23. cum ait, Moyſem prædixiſſe locum, diem, & horã mortis Chriſti, cum deſignauit locum, diem, & horã immolationis agni. Eodem modo loquitur, & explicari debet Tertullianus lib. contra Iudæos. Mitto Chryſoſtomum, & Theophylactum, & Epiphaniũ: hi enim plane ſentiũt, Chriſtum occiſum fuiſſe 14. Luna, vt ſupra notauimus cap. 2. De Anſelmo etiam, quid ſenſerit, ibidem notauimus. Ex his verò, quę diximus ad rationes Burgenſis diluentur etiam argumenta Græcorum, quæ eadem omnino ſunt. *Tertullian.*

Diluuntur rationes ſententiæ Luyſij Legionenſis.

CAPVT XI.

RELIQVVM Eſt, vt diluamus rationes, quibus Luyſius Legionenſis probare cõtendit, Chriſtum in priori veſpera Lunæ 14. agnum immolaſſe. Verùm, antequam ſingulis reſpondeamus, opus eſt, vt quartam rationem, quam contra prædictam ſententiam attigimus ſuprà cap. 6. hoc loco explicemus, 116
& deducamus ex ijs, quæ cap. 9. notauimus: ibi enim manifeſtè oſtendimus, celebritatẽ Phaſe non fuiſſe â veſpera præcedentis diei, ad veſperam Lunæ 14. ſed ſolùm in veſpera 14. Lunę ſedem habuiſſe: eoquòd dies ille non eſſet feſtiuus: & illud Leuitic. 23. *A veſpera in veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra*, de ſolis ſolennitatibus feſtiuis, quæ ſolùm dicebantur Sabbatha, eſſet intelligendum. Hinc autem rectè colligitur, celebritatem Phaſe non habuiſſe duas veſperas; ſed in ea tantùm, quę erat 14. Lunæ, poſtquam proximè incipiebat veſpera prior primę diei azymorum, Phaſe celebrari conſueuiſſe. Ex quo ſequitur contra Luyſium, celebrato Phaſe ad veſperam, non manſiſſe poſteriorem veſperam illius feriæ, in qua Chriſtus cruci affigeretur; ſed proximè incepiſſe feſtum azymorum, in quo Chriſtus occiſus eſt. Prædicta autem ratio in hanc formam redacta efficaciſſima eſt: ſolùm Sabbatha celebrabantur à Iudæis à veſpera in veſperam: celebritas Phaſe non erat Sabbathum: ergo non celebrabatur à veſpera in veſperam. Porrò autem, Phaſe non potuiſſe dici Sabbathum, cõſtat, quia Sabbathum idem eſt, quod dies requietionis. Nam cum Leuit. 23. præceptum eſſet vt
128 in die expiationis nihil operis fieret, de cuius etiã ſolennitate dictum erat, vt celebraretur veſpera nonidiei, ſicut c. 9. diximus: ſubditur ratio his verbis: *Sabbathum enim requietionis*

eſt

eſt: & quidem vox ipſa ita hoc denotare videtur, vt in ſolennitatem Phaſe minime conuenire queat. Contra verò hac voce appellari poſſunt omnes ſolennitates feſtiuæ, in quibus non licebat operari, ſicut vocata eſt ſolennitas expiationum: atque hinc etiam corruit primum fundamentum Luyſij: quamuis enim feſtiuitates, in quibus non licebat operari, apud Hebræos celebrarentur à veſpera in veſperam: & prior pars eſſet veſpera; tamen inde non fit, etiam Phaſe hoc modo celebratum fuiſſe: vt enim oſtendimus, vna tantum veſpera, quæ erat in Luna 14. hæc ſolennitas concludebatur.

Solutio ſecunda. Adde, quòd, quãuis ea fuiſſet ex illis, quæ à veſpera in veſperam celebrabantur, nempe à nocte præcedente; nihilominus modus ille loquendi Scripturæ, *ad veſperam*, non ſignificaret priorem veſperam, hoc eſt, nocté, quæ eſſet initium illius: ſed poſteriorem ante Solis occaſum, in qua finiretur. Quare, cũ Scriptura dicit, hanc feriam celebrandã fuiſſe decima quarta Luna ad veſperam, intelligit in fine Lunæ 14. ante Solis occaſum celebrandam fuiſſe: ſicut ſi diceret; Luna 15. quæ eſt prima azymorum ad veſperam, hoc, aut illud fuiſſe faciendum, non intelligeremus, illud debuiſſe fieri Luna 15. in priori veſpera, quæ erat nox Lunæ 14. ſed in poſteriori ante Solis occaſum, vt manifeſtè probauimus ſupra cap. 6. Quod autem Geneſ. 1. dicitur: *Factus eſt veſpere, & mane dies vnus*: quo loco videtur poni veſpera pro initio diei, parum habere momenti pro ſententia Luyſij, conſtat ex Beda lib. de ratione temporum cap. 3. non multum ante finem: vbi expreſſe ait, Hebræos ſolitos fuiſſe computare dies iuxta primæ conditionis ordinem à mane vſque ad mane: ſupponentes vmbrarum tempus luci, hoc eſt, in poſteriori loco tempus vmbrarum conſtituentes; cum tamẽ Aegyptij ab occaſu Solis ad occaſum: Romani à medio noctis in medium alterius noctis: Athenienſes verò à meridie in meridiẽ dies ſuos computare conſueuerũt. Hæc autẽ computatio diei à luce in lucem maximè cõgruit diuinæ Scripturę, vt notauit ibidem Beda, dicens, diuina autoritate ſic eſſe dies computandos, quia Geneſ. 1. dictum eſt: factum eſſe diem vnum, hoc eſt, primum veſpere, & mane: luce, & nocte; nempe tota nocte, & tota luce. Neque vero Scriptura ſimpliciter præmiſit noctem, ſeu veſperam, vt ab illa dies incipere diceretur: nam, vt rectè notauit Ambroſius lib. 1. Hexameron capite 10. & indicat Baſilius homil. 2. in Hexameron: iam antea præmiſerat lucem, cum dixit: *Appellauitque lucem diem, & tenebras nocte*m: & ita inuerſo ordine ſtatim diem compleuit ex tenebris; non quę præceſſerunt lucem, ſed quæ ſequutæ ſunt, & ex luce quæ prior fuerat: neque enim dies vllus incepiſſe dicitur, antequam eſſet lux.

128 129 130 131

Solutio ſecundæ rationis. Ad ſecundam rationem Luyſij: concedimus quidem, Chriſtum, cęteroſque Iudæos eadem hora ſecundum legem immolaſſe agnum, qua & patres eorum, antequam exirent de terra Agypti, ex iuſſu Domini immolarunt. Negamus tamen, Iudæos in Aegypto agnum immolaſſe ineunte Luna 14. ſed in fine illius. Primum autem, id, quod adducebatur ex Ioſepho ad probandum, Iudæos in Aegypto immolaſſe agnum in eunte Luna 14. friuolum eſt. Quod enim vertit Gelenius: *Illucęſcente*, & Luyſius, *appetente*, hoc eſt, *incipiente decima quarta Luna*: Potius vertendum erat: *Poſtquàm adfuit dies decimus quartus*, aut ſicut alij transferunt: *vbi verò venit quarta decima*. Nam participium Græcum non eſt præſentis temporis ἐπιφαῦσα, ſed præteriti ἐπιφάσας: poſtquam, inquã, adfuit, vel illuxit; non quidem ſtatim in initio, ſed ſuo tempore. Neque vero Zonaras quidquã aliud dixit in primo libro ſui chronici: nam vbi Latinè in ipſo legimus; oriente Luna egreſſos fuiſſe filios Iſrael die decimo quinto menſis Xantici, hoc eſt, primi: pro *Oriente Luna*, in Græco legimus πεμπτῃ καὶ δεκάτῃ κατὰ σελήνην, hoc eſt, ſi verbum pro verbo reddas, *Quinta, & decima ſecundùm Lunam*: quem modũ loquendi ſeruauit Ioſephus lib. 3. Antiquitatum cap. 10. loquẽs de Luna 14.

Gelenius. Explicatur Ioſephus. Zonaras.

Deinde ad id, quod adducitur ex Scriptura ad idem probandum, nempe, filios Iſrael in Aegypto immolaſſe agnum 14. Luna in priori veſpera, quæ 13. Lunam contingebat: reſpondent aliqui, filios Iſrael ante decimũ quartum diem fuiſſe congregatos à Moyſe, & Aaron in eumdem locum, ex quo profecturi erant: & diſtributos per ſodalitia: vaſa autem aurea, & argentea, & aliam ſupellectilem ante 14. diem, vt docet Auguſtinus quæſtion. 45. in Exod. aut certè iam iam profecturos ab Aegyptijs eos petiſſe, & præ nimio deſiderio, quo Aegyptij cupiebant, vt diſcederent, facilè ea ab illis obtinuiſſe: atq; hoc modo rectè fieri potuiſſe, vt agnum immolarent 14. Luna ad veſperam, hoc eſt, in fine illius ante Solis occaſum: & primogenitos Aegyptiorum Deus media nocte ſequente occideret: & poſtea Aegyptij conterriti cogerent ipſos, vt ſtatim egrederentur de Aegypto, eiſque commodarent quid quid petijſſent: & ita parum ante lucem

Auguſtinus.

egrederentur, ſicut eis à Moyſe conſtitutum erat: iam enim à Moyſe moniti ſciebant, ſe decima quinta Luna, vt dicitur Numer. 35. parum ante lucem profecturos. Quocirca propterhæc, quæ diximus, non opus fuit eis, integrum diem concedere poſt immolationẽ agni; hoc eſt, totam decimam quartam Lunam, ſed in eo ſpatio aſsignato ea omnia fieri potuerunt.

Numer. 33.

Porrò autem, filios Iſrael iuxtà præceptũ Moyſis ante decimam quartam Lunam fuiſſe congregatos in vnum locum; nempe in oppidum Rameſſes, confirmant primùm ex Ioſepho lib. 2. Antiquitatum ca. 5. alàs 13. vbi de Moyſe ita loquitur: *Ille verò inſtructos prius ad profectionem, & per ſodalitia diſtributos in vno loco continebat.* Deinde probant etiã ex Hieronymo in epiſtola ad Fabiolam, quæ eſt 127. in prima manſione: vbi loquens de Rameſſe, inquit: *Ad hanc vrbem, quæ in extremis Aegypti finibus erat, populus congregatus eſt, qui in deſertum exire cupiebat.* Iuxta hanc verò doctrinam reſpondent ad alia Scripturæ loca, quibus conte debat Luyſius, poſt immolationem agni integrum diem Iudæis conceſſum fuiſſe, vt ad iter ſe præpararent. Quod enim dicitur Exodi 12. *Nox iſta eſt ob ſeruabilis Domini: quando eduxit eos de terra Aegypti*, intelligendum eſt (inquiunt) vt non fuerint egreſsi nocte illa in initio, aut in medio illius, ſed in fine, aduenientе iam aurora. Porrò illam noctem; nempe Lunæ 14. obſeruabilem fuiſſe domini, dicunt: tum celebritate Phaſe ante Solis occaſum, cuius eſus durabat etiam per aliquam partem noctis; tum etiam ſolennitate azymorũ. Quod verò dicitur Deuteron. 16. *Immolabis Phaſe veſpere ad Solis occaſum, quando egreſſus es de Aegypto:* Aſſerunt, non denotare idem temporis momẽtũ immolationis, & egreſſus; ſed quia Phaſe immolari debuit prope initium noctis, ſub cuius finem egreſsi ſunt filij Iſrael de terra Aegypti, ideò dictũ eſſe: *Quando egreſſus es de terra Aegypti.* Porrò autem, in eo loco Scripturam loqui non de ſacrificijs immolandis quolibet illorum ſeptẽ dierum, vt exponit Luyſius, ſed de Phaſe immolando 14. Luna ad veſperum, patet: quia dicitur: *Veſpere ad Solis occaſum*: in alijs enim diebus non erat opus, ſacrificia hac hora immolari. Cum igitur dicatur poſtea: *Quando egreſſus es de terra Aegypti*: Intelligendum neceſſario videtur de veſpera, quæ propinqua erat nocti egreſſus. Hæc autem erat poſtrema veſpera Lunæ 14. ergo in ea immolabatur Phaſe: & ita neceſſariò dicendum eſt, egreſſos fuiſſe filios Iſrael non initio noctis: quia poſt immolationem, antequàm egrederentur, multa facta ſunt, quę in tam breui ſpatio fieri non potuerunt, vt omnes fatentur; ſed in fine illius: & ea ratione dictũ fuiſſe illud, *Quando egreſſus es, &c.*

Ioſephus.

Hieronym.

132

Exodi 12.

Deuter. 16.

133

Hæc omnia, quę retulimus circa loca Scripturæ, quibus contendit Luyſius probare, filios Iſrael egreſſos fuiſſe initio noctis: & ita debuiſſe agnum immolare in priori veſpera, mihi probantur. Illud verò, quod dicitur de modo, quo populus congregatus eſt, & egreſſus de Rameſſe, difficile videtur: quia impoſsibile erat, tantam hominum, & iumentorum multitudinem in vnum oppidũ Rameſſes congregari. Porrò, ipſos omnes fuiſſe iuxta oppidum in tentorijs, difficile etiam creditu eſt: quia id nullo modo Pharao permitteret; ſiquidem cum eis denegabat diſceſſum, quem ſæpius conceſſerat, ſemper ſuſpicabatur, aliquid mali eos machinari contra ipſum: idem igitur eodẽ modo ſuſpicaretur, ſi eos videret in vnum iam congregatos. Tum etiam id manifeſtè pugnat cum Scriptura. Primum, quia Exod. 12. præceptum fuit filijs Iſrael, vt ſanguine agni immolati linirent vtrumque poſtem, & ſuperliminaria domorum; ſupponebat igitur Moyſes, ipſos manſuros intra domos: nam ſi in tentorijs habitarent, hoc facere non poterant.

134

Exod. 12.

Prætereà in eodem capite præcipiebatur, vt ea nocte poſt immolatum agnum nemo egrederetur de domo ſua; non dixit domo, vel tentorio, ſed domo: ſupponebat igitur Moyſes, ipſos intra ſuas domos manſuros. Adde, quòd in eodem capite legimus hæc verba: *Erit autem vobis ſignum in ædibus, in quibus eritis. Et videbo ſanguinem: & tranſibo.* Signum igitur eſt, eos manſiſſe intra ædes ſuas permixtos cum Aegyptijs nocte illa: nam ſi fere omnes fuiſſent in vnum locum congregati iuxta ciuitatem Rameſſem in tentorijs, opus non fuiſſet, eo ſanguine tabernaculà ſua inſignire, vt ab Aegyptijs diſtingui poſſent, & ab Angelo incolumes ſeruari.

Reſpondeo igitur, Iudæos ſemper manſiſſe in terra, & regione illa, quam ab initio Pharao ſignauit pro Iacob, & filijs eius, quãdo in Aegyptum venerunt. Ea autem fuit terra Geſſen, prope ciuitatem Rameſſem, vt patet ex capite 47. Geneſis, vbi Pharao dixit Ioſepho, vt fratribus ſuis optimam aliquam partem aſsignaret; *In optimo* (inquit) *loco fac eos habitare: & trade eis terrã Geſſen.* Et paulò infra; *Ioſeph verò patri, & fratribus ſuis dedit poſſeſsionem in Aegypto in optimo terra loco Rameſſes, vt præceperat Pharao.* Cũ igi-

Solutio vera.

Geneſ. 47.

135

tur

Numero 33. tur dicuntur Numerorum 33. filij Israel profecti de Rameſſe: intelligendum eſt non de ſola ciuitate Rameſſe; ſed de tota terra Geſen, in qua habitabant inter AEgyptios, quæ dicta eſt Rameſſes: quia hæc erat præcipua ciuitas illius, iuxta quam omnes habitabant in terra illa Geſen. Profecti autem ſunt verſus eumdem locum Socoth, prout antea per Moyſem moniti erant, vt patet ex cap. 12. Exod. & ita opus non fuit, vt per ſingulas ciuitates Moyſes, & Aaron Hebræos tunc iterum admonerent: ſed eadē hora, qua ſurgentes AEgyptij de lectis ſuis, territi occiſione filiorum ſuorum, ipſos compellebant, vt feſtinanter exirent, egreſsi ſunt verſus illum locum; iuxta præſcriptum Moyſis, quod antea illis dederat. Præfestinatione autem conſperſionem farinæ fermentare non potuerunt. Nihilominùs, antequàm exirent, vnuſquiſque petijt à vicino ſuo vaſa aurea, & argentea, & aliam ſuppellectilem; ſicut etiam antea præceperat illis Moyſes: quod quidem, ſi fuiſſent in vnam ciuitatem Rameſſem ſub tentorijs congregati, facere non potuiſſent. Quantùuis autem feſtinanter egreſsi ſunt, iam iam diluculum Lunæ 15. inſtabat. Et hoc pacto intelligendum eſt illud Exod. 12. *Nullus veſtrū egrediatur oſtium domus ſuæ vſq; mane*: ibi enim manſerunt; & ibi præpararunt, & petierunt ab AEgyptijs ea, quæ diximus. AEgyptij autem in eorum domos omnia illa detulerunt, vt tandem inchoante hora proficiſcerentur. Ad teſtimonium verò Ioſephi, quo alij probare nitebantur, fuiſſe omnes Iudæos in vnam ciuitatem antea congregatos, reſpondeo, eum non dixiſſe, Iudeos tunc à Moyſe fuiſſe congregatos in vnam ciuitatem; ſed in vno loco contentos, & ad profectionem inſtructos fuiſſe: quod quidem rectè intelligitur de tota illa Prouincia Rameſſe, in qua ipſi antea degebant. Ad Hieronymum verò dico, eodem modo explicari poſſe.

Exod. 12.

136

Teſtimoniū quod dam Ioſephi exponitur.

Hieronym.

Et hæc ſufficiant pro ſecunda ratione, cui maximè fidit Luyſius. Ad tertiam iam ſupra cap. 8. dictum eſt: nam eadē ratione pro ſua ſententia vtitur Burgenſis, quòd videlicet nō liceret prima die azymorum, quemquam ſupplicio afficere: oſtendimus enim, qua ratione, quamuis lege id vetitum eſſet, Phariſæi non dubitarent, eo die Chriſtum accuſare, condemnare, & occidere. Quomodo autē iuxta veram ſententiam veritas rectè reſpōderit figuræ; etiam ſi non eodem die, & hora fuerit Chriſtus cruci affixus, qua immolatus fuit agnus: contra Burgenſem explicatum etiam à nobis eſt ſupra cap. 10. & ita rationes Luyſij ſolutæ manent.

137

Diluuntur duo alia argumenta, quæ contra noſtram ſententiam fieri ſolent.

CAPVT XII.

SVPERSVNT Duo argumenta, quibus aliqui contra noſtram ſententiam vtuntur. Primum igitur argumentum eſt: quia cum ab ea die, in qua offerebantur manipuli, enumerandi eſſent quinquaginta dies: & in quinquageſimo celebrandum eſſet feſtum Pentecoſtes, ſequitur, eo anno fuiſſe tranſlatum feſtum azymorum: nam ſi non tranſferretur, offerendi erant manipuli in die Sabbathi: & ita feſtum Pentecoſtes eo anno in Sabbathum incideret; incidit autem in Dominicam diem; nempe ſequentem, Sabbathum. Deinde quia Leuit. 23. dicitur, altera die poſt primam diem azymorum offerendos eſſe manipulos ſegetum coram Domino; hos autem non licebat metere in ipſo primo die azymorum, quòd ſolennis, & feſtiuus erat, ſicut Sabbathum, vt nihil operis liceret facere in eo: neque licebat metere in ipſo Sabbatho, quod tunc proxime ſequebatur decimam quintam diem azymorum ſolennem, & feſtiuā: & in quo eo anno offerendi erant: ergo neceſſe fuit, eo anno transferri diem primum azymorum in ipſum diē Sabbathi: vt ita altero die poſt Sabbathū illud, qui eſſet primus hebdomadę, meterentur manipuli, & offerrentur: quia in eo die licebat operari.

Primum argumentū contra primā ſententiam.

138

Secundum argumentum. *Leuitic.* 23.

Reſpondeo ad priùs, vt colligitur ex Leuitic. 23. in primo menſe; hoc eſt, Martio offerendos quidem fuiſſe manipulos meſsium die proximo poſt diem primum azymorum, nam poſtquā Moyſes in eo cap. loquutus eſt de prima die azymorum, quę erat 15. illius menſis, ſubiungit; *Cùm ingreſſi fueritis terrā, quam ego dabo vobis: & meſſueritis ſegetem: feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis veſtræ ad Sacerdotem, qui eleuabit faſciculum coram Domino vt acceptabilis ſit pro vobis, altero die Sabbathi: & ſanctificabit illum.* Cùm dicit, *Altero die Sabbathi*, intelligit poſtridie Sabbathi; hoſt eſt, feſtiuę diei azymorum, quam Sabbathum appellauit: quia in ea non licebat operari. Oſtendimus enim ſupra cap. 9. omnem diem feſtiuum Sabbathū in Scriptura vocari. Ita intellexerunt Ioſephus 3. Antiquitatum, cap. 19. & 13. Lyranus, Abulēnſis, & Caietanus. Eo autem anno, quo Chriſtus mortuus eſt, manipuli oblati fuerunt die Sabbathi,

Reſponſio ad primū. *Leuitic.* 23.

139

Ioſephus. Lyranus. Abulenſ. Caietan.

thi: hoc eſt ſeptimo die hebdomadæ. Quod autem præcipiebatur eodem capite, vt à die illo, in quo offerebantur manipuli, numerarentur ſeptem integræ hebdomadæ: & altera die poſt ſeptimam integram hebdomadã eſſet feſtum Pentecoſtes, intelligi debet ab illo die excluſiuè, hoc eſt, non computato illo die, in quo manipuli offerebãtur. Porrò autem neceſſarium fuiſſe, vt ſeptem hebdomadæ integræ, & vna dies, quibus conficiebantur 50. dies numerarentur à die oblationis, quæ erat ſecunda poſt primum azymorũ excluſiuè: & ita eo anno, quo Chriſtus mortuus eſt, computarentur à die prima hebdomadæ, quam nos Dominicã vocamus, patet, quia eo anno feſtum Pentecoſtes incidit in diem Dominicam; ſi autem à Sabbatho, in quo oblati ſunt manipuli; nempe à ſeptima die illius hebdomadę, in qua fuit feſtum azymorum incluſiuè, quinquaginta dies numerarentur: eo anno feſtum Pentecoſtes non inciderit in Dominicam, ſed in Sabbathum: vt ex computatione conſtat. Debemus ergo excludere diem oblationis manipulorum, & à ſequenti incluſiuè numerare. Et illud, *Ab altera die Sabbathi*, quod eſt Leuitic. 23. intelligendum eſt excluſiue; vt ſenſus ſit, poſt illam. Quem ſenſum ſæpe enumero reddit illud *ab*. Vt ſi dicamus; ab hoc Sabbatho vſq; ad Sabbathum ſequens numeratur vna ſeptimana. Et hac ratione voluit Deus, vt inter oblationẽ manipulorũ hordei pro primitijs, quæ tunc offerebantur: & oblationem panũ primitiarum tritici, qui offerebantur in Pentecoſte, eſſent ſeptem plenæ hebdomadæ. Quare, quod aliqui cõminiſcuntur, vt defendant, computandum eſſe diem oblationis manipulorum in ſeptem hebdomadis: & nihilominus eo anno feſtum Pentecoſtes incidiſſe in Dominicam, mihi non probatur, neque cũ vera computatione conſtare poteſt.

140

Quorundam ſenſus non placet. Iſichi. Rupert. Oleaſt.

Quidã verò cũ Iſichio, & Ruperto, & Oleaſtro in eum locum Leuitici dicunt, eo anno, quo Chriſtus mortuus eſt, oblatos fuiſſe manipulos prima die hebdomadæ poſt Sabbathum, quod fuit ſeptima dies hebdomadę Paſchæ: quia illud Leuitic. 23. *Ab altera die Sabbathi*, intelligitur de Sabbatho, quod erat ſeptima dies hebdomadæ, incidente inter dies azymorũ. Id tamen non quadrat contextui: quia cum ſolum facta fuiſſet mentio ſolennitatis azymorum, ad quam refertur hæc oblatio primitiarum; & in ea eſſet ſolennitas, quæ vere dicebatur Sabbathũ, non eſt cur ad aliud Sabbathum recurramus.

141

Aliorum mens etiã diſplicet.

Alij verò dicunt, eo anno, quo feria ſexta erat primus dies feſtus azymorum, ſolitam tranſferri oblationem in ſequentẽ diem poſt Sabbathum, ne in ipſo Sabbatho, hoc eſt, ſeptimo hebdomadæ die manipuli offerrẽtur, cum in eo metendi eſſent, & ſpicæ torrẽdæ igni & deferendę ad ſacerdotem. Hoc tamẽ multò minùs mihi placet: quoniã hæc omnia, vt infra dicemus, non erant vetita die Sabbathi, ſi in eo oblatio faciendi erat. Obſtat etiã traditio quædam Hebræorum, quã infra referemus, & ita reſpondetur ad prius.

Poſterius verò, in quo dicebatur, nõlicuiſſe metere ſegetes in prima die azymorum, neque in Sabbatho proxime ſequente, parum habet momenti: quia quamquam præcipiebatur in lege, vt eo die, quo offerrentur manipuli, meterentur: nam Deuteronomij 16. dicitur: *Septem hebdomadas plenas numerabis tibi ab ea die qua falcem miſeris*: hæ autem etiã numerandæ erant à die oblationis; tamen ad hoc vt Deo manipuli offerrẽtur, in quauis ſolennitate feſtiua licitum erat eos metere: ſicut etiam licitũ erat, animalia occidere, quæ in cultum Dei ſacrificanda erant: quia, cùm hæc opera fierent in cultum ipſius Dei, non intelligebantur prohibita, ſicut ſupra cap. 5. probatum eſt. Id quod manifeſtè confirmari poteſt ex traditione Hebræorum, quã refert Rabbi Iſaac Arama autor libri Achidach Iſaac; hoc eſt, legationis Iſaac, quam affert Cardin. Toletus in cap. 13. Ioãnis, annotatione 5. Eſt autem hic liber pars quædam Talmud. In eo igitur libro refertur, in poſsibile eſſe colligere manipulos, niſi nocte Lunę 16. hoc eſt, poſt veſperã Lunæ 15. quæ erat feſtiua: *Tunc autem* (inquit) *poſtquam tenebræ factæ ſunt, metens dicit aſtantibus, occubuit ne Sol? id quod ter interrogat. Quod ſi fuerit Sabbathum, interrogat etiam; eſt ne Sabbathum; reſpondent autẽ, eſt. Et rurſus: metam ne? & reſpondent, mete.* Ex quibus conſtat, in eo die, in quo offerebantur manipuli, etiam ſi Sabbathum eſſet, meti potuiſſe. Atque hinc etiam conſtat contra ſententiam Burgenſis, interdum occurriſſe primam diem azymorum feſtiuam in Paraſceue Sabbathi; ſiquidem in Sabbatho aliquando manipuli offerebantur, qui in ſecũda die azymorum offerendi erant; neque fieri conſueuiſſe tranſlationem à tempore Eſdræ, vt illi contendebant: nam & prædictus liber multis annis poſt Chriſti aduentum compoſitus fuit.

142

Solutio ſecundi.

Deuter. 16.

De Sabbatho δευτεροπρωτῳ, *hoc eſt, ſecundo primo. Diſp. 173.*

Varia ſententiæ. Cap. 1.
Vera ſententia. Cap. 2.
Obiectio contra explicationem traditam de Sabbatho ſecundo primo. Cap. 3.

Variæ ſententiæ.

CAPVT 1.

1 PRO Intelligentia eorum, quę ſuperiori diſputatione à nobis diſcuſſa ſunt, obiter videamus, quid ſit Sabbathum ſecũdum primũ, de quo Lucas ait cap. 6. in hæc verba: *Factum eſt autem Sabbatho ſecundo primo, cùm tranſiret per ſata, vellebant diſcipuli eius ſpicas & manducabant confringentes manibus:* nã ex iis, quæ diximus de feſto Pentecoſtes, facilè nobis erit explicare, quid ſit Sabbathum ſecundùm primum: quod ſanè vſque adeò difficile viſum eſt, vt vix locus Scripturæ inueniatur, in cuius expoſitione Interpretes ita varij deprehendantur. In primis autem hunc locum, vt-

Lucas.

Hieronym.

pote difficilẽ, Hieronymus Magiſtro ſuo Nazianzeno, quem Conſtantinopoli audiuit, vt ipſe teſtatur in cap. 6. Iſaię, explicandum propoſuit, vt ipſe refert in Epiſtola ad Nepotianum, quæ eſt 2. num. 31. & tamẽ, vt ipſe Hieronymus narrat, Nazianzenus eleganter luſit: *Docebo te* (inquiens) *ſuper hac re in Eccleſia:* illius tamen expoſitionem hactenus non habuimus. Chryſoſtomus homil. 40. in Matthæum docet, Sabbathum ſecundum primũ vocari diem feſtum, qui proximè conſequebatur diem ſeptimum hebdomadæ, nempe Sabbathum. Verùm hac ratione, quãuis ipſe explicare poſſet, quare diceretur ſecundum; tamen, quare diceretur primũ, non poſſet oſtẽdere. Adde, quòd vix etiam explicare poteſt, quodnam feſtũ eo anno Chriſti, qui fuit 31. occurrerit proximè poſt Sabbathum ſeptimanæ.

Chryſoſt.

2 Demum, cùm Iudæi diſcipulos Chriſti reprehenderent, quòd in illo Sabbatho ſecundo primo vellerent, & fricarent ſpicas ad veſcendum, nõ potuit dies ille alius eſſe, niſi ſeptimus dies ſeptimanæ, qui cũ primo die Sabbathũ dicitur: nam in omnibus alijs feſtis vt vidimus cap. 5. ſuperioris diſputationis, licebat parare cibos ad veſcendum; licèt Sabbatha dicerentur, vt notauimus capit. 9. præterquàm in ſeptimo die hebdomadæ.

Altera expoſitio.

Noſter Ribera lib. 5. de Templo Salomonis, cap. 1. & Baronius tom. 1. Annalium ſub anno 32. Chriſti, & 16. Tiberij maxim e probant expoſitionem Theophylacti, & Euthymij in eum locũ Lucæ: pro qua Maldonatus citat Chryſoſtomum; quam uis ipſe Chryſoſt. in ea non fuerit ſententia, vt Sabbathum ſecundum primum dicatur Sabbathũ ſuccedens feſto occurrenti in feria 6. hoc eſt ſeptima dies hebdomadæ, occurrens ſtatim poſt aliud feſtum. Et ſane ſermonem eſſe ibi de Sabbatho, nempe de die ſeptimo hebdomadę, iam ſatis probatum eſt. Et ita Matth. cap. 12. & Marcus 2. abſolutè de Sabbatho loquuntur; neque addiderunt *ſecundo primo.* Putant autem prędicti Autores in feria 6. eo anno fuiſſe primã diem azymorum, quę etiã Sabbathum dicebatur, vt ſupra in hoc capite notauimus. In qua etiam ſententia fuit Epiphanius hæreſi 30. non longè à fine, & Iſidorus Peluſiot. lib. 3. Epiſt. 110. & Titus Boſtrenus in prędictum locum Lucæ 6. cap.

Ribera. Baronius. Theophyl. Euthym. Maldon.

3 Verum hæc expoſitio mihi videtur difficilis, ſicut præcedens. Tum, quia licèt Autores illius rectè explicent, illud dictum fuiſſe de Sabbatho; hoc eſt, de die ſeptima hebdomadæ: tum etiam explicare poſſent, quare diceretur illud Sabbathum ſecundum; nempe, quia erat poſt primum aliud feſtum; tamẽ reddere rationem non poſſent, ob quam diceretur primum; niſi forte, quia Sabbathum illud dignitate primarium erat: ordine tamen ſucceſſionis ſecundum. Qui modus loquendi, mea quidem ſententia, valdè inſolens eſt: neque Scripturę proprius videtur. Accedit, quòd cum hęc acta fuerint anno 32. Chriſti Domini, vt hiſtoria, & Baronius ipſe narrat, & anno 33. ineunte, quo Chriſtus mortuus eſt, prima dies azymorum fuerit feria 6. credibile non eſt, eo etiam anno 32. fuiſſe in eadem feria 6. imò ſecundum computationem aſtronomicã, id fieri non potuit, vt conſtat. Quod verò ait Baronius, Sabbathum huiuſmodi dictum fuiſſe Sabbatum Sabbatorum, neque ipſe probat, neque probare poteſt: nã Sabbathum ſecundo primum, non fuit dictũ, quia eſſet maximum.

Difficilis ſẽtentia iſta

4 Epiphanius hæreſi 51. longè ante finem obſcura quadam ratione explicat, Sabbathũ ſecundo primum fuiſſe primã diem azymorum; non ſeptimam, vt ipſum intellexit Cardinalis Baronius. Ideò autem ait, appellari Sabbathum ſecundum: quia Sabbathum primarium eſſet ſeptimus dies hebdomadę, quã à Deo pro Sabbatho in ipſa rerum creatione ſtatutus eſſet. Et ideò hac ratione hæreſi illa 30. citata vocauit Sabbathum ex natura, ſecundum autem Sabbathum vocat feſtum, quod

Epiphanij explicatio.

quòd ex lege ſtatutum eſt; qualem inter alia putat eſſe primam diem azymorum: & ideò illam vocat Sabbathum ſecundum, hoc eſt, ex lege: verùm, quia multa erant feſta ſtatuta per legem: & feſtum azymorum in ſeptẽ rurſus dies reuoluebatur: ideò primam diẽ azymorum vocat Sabbathum primum; ordine nimirum durationis comparatione aliorum: cũque ſit ſecundum iuxta ea, quæ ex ipſo retulimus, rectè dicitur ſecundum primum. Et quamuis hac etiam ratione dici poſſet Sabbathum ſecũdum primum prima dies Tabernaculorum: quæ etiam erat feſtiua, ſicut & octaua; non tamen aliæ intermediæ, vt conſtat ex cap. 23. Leuitic. & prima dedicationis Templi, & prima ſortium; tamen id, quod narrat Lucas, factum in Sabbatho ſecũdo primo, non poteſt intelligi de primo die feſto Tabernaculorum: quia hoc feſtum erat in Septembri, in quo non ſunt meſſes in illa regione: neque de quoquam alio feſto primo, niſi de prima die azymorum.

Recentiorum iudicium. *Caiet.*

Alij verò Recentiores Theologi cum Cãietano in eum locum cenſent, Sabbathum illud ſecundum primum, fuiſſe ſeptimum diẽ azymorum, qui feſtiuus erat, & eodem modo celebris, ſicut primus. Dicunt enim, quędam apud Hebræos fuiſſe Sabbatha; hoc eſt, feſtiuitates ſimplices, nempe, vnius diei tantum; aliàs verò per plures dies, vt feſtum azymorum, Tabernaculorum, dedicationis Templi, & ſortium: in quibus primus, & vltimus dies erat æquè feſtiuus, & venerabilis; hunc autem dicunt vocari conſueuiſſe Sabbathũ ſecundum primum, vel ſecundo primum, at verò primum diem appellatum fuiſſe Sabbathum ſimpliciter: cumque in nullo aliorum feſtorum fieri potuerit id, quod narrat Lucas, vt paulò antea deducebamus: concludunt, id factum fuiſſe in ſeptima die azymorum.

Maldonati ſententia

Denique noſter Maldonatus in illud Matthæi 12. *Abijt Ieſus per ſata Sabbatho*, inquit, hoc Sabbathum ſecundo primum fuiſſe diẽ Pentecoſtes; ideò autem ſecundo primũ vocari: quia, cum præter Sabbathum, quod eſt ſeptima dies hebdomadæ, eſſent tria alia feſta inter Iudęos præcipua; nẽpe, azymorum, primitiorum, ſeu Pentecoſtes, & Tabernaculorum: omnia quippe alia feſta multò erãt inferiora; inter illa tria feſtum primitiuorum, hoc eſt, Pentecoſtes, & loco, & dignitate ſecundum erat. Dicitur ergo primum, quia inter primas feſtiuitates numerabatur; dicitur autem ſecundum: quia ſecũdum locum obtinebat.

Verùm contra has tres poſteriores expoſitiones eadem ratio pugnat, quam contra expoſitionem Chryſoſtomi ſupra confecimus. Nam, ſi in prima die, aut ſeptima azymorum, aut in die Pentecoſtes diſcipuli vellerent ſpicas, non reprehenderentur à Iudæis, nec minimam ſpeciem culpæ præbuiſſent: manifeſtum enim erat, etiam cuicumque de plebe, præparare cibos, ſolùm fuiſſe vetitum in die ſeptima hebdomadæ; conceſſum autem in omnibus alijs feſtis Iudęorum, vt cap. 9. præcedentis diſput. probauimus: qua igitur ratione reprehenderent Iudęi diſcipulos Chriſti, quòd in aliquo ex illis diebus ſpicas vellerent? At reſpondet noſter Maldonatus, diſcipulos non fuiſſe à Iudæis notatos, quòd parerent cibos; ſed quia ſpicas colligebant, quaſi quodammodo meterent, quòd in nullo feſto licebat. Huic tamen reſponſo obſtat manifeſta ratio, primùm: nam colligere, ſeu vellere aliud eſt, quàm metere, vt notat Irenęus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 20. Deinde, quia vellere ſpicas ad manducandum, non maioris laboris erat, nec magis prohibitũ eſſe poterat, quàm eas manibus fricare, vt purgarentur: at qui purgare eas non potuit eſſe vetitum; ſiquidem, & illud erat præparare eas, vt ederentur, quòd per inde erat, atque præparare cibos: ergo neque vellere ſpicas, prohibitum erat. Et quidem, vellere ſpicas, ad ipſam præparationem ciborum etiam pertinebat: qua igitur ratione prohibitum eſſe poterat? Porrò autem, diſcipulos tũc aliquid feciſſe, quod reprehenſione dignum eſſet, niſi neceſſitate famis excuſarentur, manifeſtum eſt, quia hac ſolà ratione Chriſtus pro eis reſpondit, & eorum factum defendit.

Reſponſio Maldonati.

Impugnatio. *Iren. lib.*

7

Præterea, eos qui dicebant, Sabbathum ſecundo primum fuiſſe poſtremam diem feſtiuam azymorum, impugnare poſſumus ex eo, quòd, licèt ille poſtremus dies rectè dici poſſet ſecundum Sabbathum; tamen nõ ſatis explicatur, quare dictus etiam fuerit primum Sabbathum: tũ etiam non ſatis probant, qua re omnes ſimiles feſtiuitates, quę erant in poſtremo diẽ, dicerentur Sabbathum ſecundo primum, vel ſecundum primum. Quare, vel hac ſola de cauſa eorum opinio probanda nõ eſſet.

8

Alia expoſitio. *Ianſenius*

Sunt præterea aliqui, qui cũ Ianſenio cap. 37. Concordię dicant, Sabbathum ſecũdum primum dictum fuiſſe, quia erat in eo duplex ſolennitas: altera Sabbathi: altera verò alterius feſtiuitatis. Quorum ſententia probari poteſt ex Matth. cap. 12. Nam, quod Lucas c. 6. dixit: *Sabbatho ſecundo primo*, Matthęus dixit, *Sabbathis*: ſi Græcam lectionem ſequamur; hanc verò expoſitionem Ianſenius tribuit

Matt. 12. *Lucæ 6.*

buit Chryſoſtomo homil.40.in Matthęum. Verum neque probari facile poteſt, eo anno feſtum aliquod incidiſſe in diem Sabbathi, in quo diſcipuli vellerent ſpicas: neque prædicta ratio quidquam momenti habet: nam, 9
vt rectè admonet Maldonatus, frequens eſt apud Hebræos, quorum phraſim Matthæus ſequutus eſt, plurali numero vti pro ſingulari. Adde, quòd vix commodè explicari poteſt, quare diceretur Sabbathum ſecundo primum, aut ſecundum primum, ratione duplicis ſolennitatis.

Vera ſententia.

CAPVT II.

Vera expoſitio Lucæ.

MIHI Igitur cum alijs viris doctis videtur, prędictum locum Lucæ, explicari poſſe ex eo, quod cap.12.præcedētis diſputationis retulimus ex Scriptura circa hebdomadas numerandas poſt feſtum azymorum vſque ad Pentecoſtem. Nā ab altera die Sabbathi, in quo offerebātur manipuli ſegetum; hoc eſt, ab altera die primę diei azymorum, quæ ſolennis & feſtiua erat, & ideò Sabbathū etiam dicebatur, vt ſupra in cap. illo 12. notaui: numerabantur ſeptem hebdomadæ integræ, vſque ad feſtū Pentecoſtes: in quarum ſingulis, ſeptimus dies erat dies Sabbathi ordinarij, & feſtiui: & ita, ſicut numerabantur ſeptem hebdomadæ vſque ad Pentecoſtem, enumerabantur etiam ſeptem Sabbatha. In Sabbatho igitur primo inter hæc ſeptem, diſcipuli vellebant ſpicas, & manibus fricabant. Dictum fuit autem ſecundum primum: tùm quia primum erat eorum, quæ vſque ad Pentecoſtem numerabantur; dicebatur autem ſecundum reſpectu Sabbathi, 10
in quo offerebantur manipuli; hoc eſt, reſpectu primi diei azymorum, qui etiam Sabbathū dicebatur, vt notauimus: dicit enim Leuitic.23. Leuitic. 23.
Numerabitis ergo ab altero die Sabbathi, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas. Hic autem dies, qui etiam Sabbathum dicebatur erat primus dies azymorum, in quem cumque diem hebdomadæ incidiſſet, eo quòd nihil operis in eo fieri liceret. Quare ego non exiſtimo, *ſecundo primo* eſſe vnam dictionem, vt putauit Vatablus in illud Luc.6. ſed eſſe duas: & ita Vulgata emendata vt duas dictiones ſcribit hoc modo *ſecundo, primo*. Quo circa in Græco etiam duæ dictiones eſſe debent: ac proinde Vatabl.
non eſt dicendum δευτεροπρώτῳ, ſed δευτερῷ πρώτῳ: nam ſi eſſet vna dictio ſignificaret Sabbathum, non primum ſimpliciter, ſed ſecundarie primum: quod eſſet additamentum diminuens dignitatem illius: cūque non velimus hoc denotare, ſed Sabbathum, quod reſpectu vnius ordinis ſit duratione primum; reſpectu verò alterius ſecundum: multo melius in duas dictiones diuidimus, & dicimus Sabbathum illud fuiſſe, non ſecundo primum, ſed ſecundum primum.

Iuxta hanc verò expoſitionem rectè conſtant ea, quæ Lucas narrat; nempe reprehenſos fuiſſe diſcipulos Chriſti à Phariſęis, quòd viderentur Sabbathum; hoc eſt, ſeptimū diē hebdomadæ violare: & à Chriſto etiam fuiſſe excuſatos. Nam, quod ait Irenæus libr. 4. aduerſus hæreſes, cap. 20. non fuiſſe prohibitum in Sabbatho vellere ſpicas, ſed manere: mihi non probatur: nam, ſi id verū eſſet, Chriſtus alio modo defenderet diſcipulos ſuos contra Iudæos, qui ipſos calumniabantur: ſicut etiam alijs in locis calumniam eorum cōtudit, qui ipſum accuſabant, quòd in Sabbatho curaſſet, vt vidimus cap.8. præcedentis diſputationis: ibi enim excuſauit factum, oſtendens illud, non eſſe vllo modo lege prohibitum; hìcautem diſcipulos ſolùm excuſauit, quòd lex intelligenda non eſſet, cum inſtaret neceſsitas. Id quod explicuit exemplo Dauidis, qui panes propoſitionis comedit, quibus veſci laicis non licebat. Quare concedere viſus eſt, opus illud vellendi ſpicas, & fricandi eas prohibitum fuiſſe lege, ſicut etiam opus quodcumque præparandi cibos, vt cap.illo 8. monſtrauimus. Iudæi igitur accuſabat opus, quod ipſorum lege tunc etiam prohibitum videbatur. Chriſtus autem concedens illud opus eſſe vetitum eſſe, illud excuſauit ratione inſtantis neceſsitatis, vt patet ex ipſo textu.

Commendatur tradita expoſitio.

Irenæus.

11

Obiectio contra explicationem traditam de Sabbatho ſecundo primo:

CAPVT III.

VERVM Explicationem, quam tradidimus de Sabbatho ſecundo primo, & cæteras omnes eorum, qui aſſerunt, hoc Sabbathum ſecundum primum fuiſſe, aut in ipſa ſolennitate azymorum, aut prope illam, noſter Maldonatus exeo impugnat: quia impoſsibile erat 12

Maldonati argumentum.

eo

eo tempore, nempe in primo menſe, qui reſpondebat noſtro Martio, fuiſſe ſegetes maturas, vt ita diſcipuli vellerent ſpicas, eaſque confricatas ederent: ſiquidem in Africa, quę calidior regio eſt, ſegetes non tam cito maturescunt. Tum etiam, quia cum dicat Ioann. cap. 18 tempore paſsionis Chriſti miniſtros Ioan. 18. calefeciſſe ſe ad prunas, quia frigus erat: ſegetes maturæ eſſe nó poterant. Verũ hęc obiectio Maldonati ex Scriptura diſſoluitur, & id, quod in ea aſſumitur confutari poteſt. Primũ igitur, in menſe Martio fuiſſe maturas, 13 aut quaſi maturas ſegetes in Paleſtina, vt diſcipuli illas fricarent, & ederẽt, probatur ex Deuteronomij cap. 16. vbi in principio dicitur: Diſſoluitur. *Obſerua menſem nouarum frugum, & verni primum temporis.* Deuter. 16. Conſtat autẽ, hũnc menſem eſſe primæ Lunę Martij poſt Aequinoctiũ, in quo azymorum dies & Phaſe celebrari præcipitur eodem capite. Cùm igitur hic mẽſis azymorum dicatur mẽſis nouarum frugum: ſequitur, iam eo menſe, aut maturas, aut prope maturas eſſe conſueuiſſe; alioquin, ſi tunc ſolùm herba eſſet ſegetũ, non diceretur mẽſis nouarum frugum, cùm multò ante herba naſci ſoleat. Deinde Leuit. 23. præcipitur, vt poſtridie diei primæ azymorũ offeratur manipulus ſpicarum, his verbis: Leuitic. 23. *Feretis* (inquit) *manipulos ſpicarum, &c.* Credibile autem nó eſt, has ſpicas offerri conſueuiſſe, ante quàm grana proferrentur; imò verò frequentius accidiſſe, vt iam maturas illas offerrent, colligitur plinè ex Leuit. 2. cap. in fine, vbi dicitur: Leuitic. 2. *Si autem obtuleris munus primitiarũ frugũ tuarum Domino, de ſpicis adhuc virentibus, torrebis igni, & confringes in morem farris, & ſic offeres primitias tuas Domino.* Cum enim eodem die; 14 nẽpe, altero poſt primũ azymorum exceptо Domini ſemper deberẽt offerri, & huius modi dies ſecundum curſum Lunæ eſſent cõputandi, vt cap. 9. præced. diſput. dictũ eſt: non ſemper eodẽ modo ſegetes maturæ eſſe poterant: ſed aliquando omnino maturæ; aliquando verò adhuc virẽtes offerebantur torreri igni, vt calore illius matureſcerẽt, & cõtundi poſſent in modũ farris; ſic enim offerri debebant. Dixi autẽ, ex hoc loco colligi, vt plurimum offerri conſueuiſſe ſpicas maturas, quia id, quod præcipitur Leuit. 2. pro aliquo caſu raro, aut minùs frequenti præceptũ videtur. Porrò has ſpicas primitiarũ, quas offerendas eſſe tunc, diximus, debuiſſe eſſe hordeaceas, docet Ioſephus lib. 3. Antiquitat. cap. 10. vbi ait: Spicæ primitiarum hordeaceę. Ioſephus. *Secunda azymorũ die, quæ eſt menſis huius decima ſexta, &c. hordei primitias offerũt* Poſtea verò ſubdit; ex eo licitũ fuiſſe publicas, ac priuatas ſegetes metere: quod verò ibi dem ait, manipulũ ſpicarũ igni torrendum, intelligi debet iuxta id, quod diximus, ſi adhuc ſpicæ virides, & nõ omnino maturæ eſſent; hoc enim plane conſtat ex Leuit. 2. cap. quod citauimus. Quocirca hę ſpicę, quę offerebãtur, nõ ſolũ erant primitiæ fructuũ eiuſdem generis, nẽpe hordei, ſed etiam omniũ fructuum: eo quòd primum inter reliquas ſegetes hordeum matureſcit. Ex quo etiam infero, nunquam offerri conſueuiſſe ſpicas tritici, aut alterius frumenti. Leuitic. 2.

Cæterum noſter Ribera in lib. 5. de feſtis Hebræorum cap. 5. fatetur quidẽ, has ſpicas, quę offerebantur in ſecundo die azymorum, eſſe debuiſſe hordei, non autẽ tritici; nã triticeæ (inquit) offerendæ erant in die Pentecoſtes: idque probat ex 34. cap. Exodi, vbi dicitur: Riberę placitum. Exod. 34. *Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs frugum meßis tuæ triticeæ, & ſolennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.* Nã per priorem ſolennitatẽ, quam dicit eſſe hebdomadarũ, intelligit Pentecoſtẽ, 15 quæ erat poſt ſeptẽ integras hebdomadas, à die ſecunda azymorum, vt diximus. Per poſteriorem verò ſolennitatem: *Quando redeunte anni tempore*, intelligit feſtum Tabernaculorum in menſe Septembri, iuxta alterum AEquinoctiũ, vt explicat Abulenſ. in c. 34. Exo. q. 18. Vatabl. in eũ locũ, quem transfert Vatablus. *Feſtũ collectionis.* Verũ impoſsibile erat, primitias ſpicarum triticeæ meſsis vſque in Pentecoſtem differri: quis enim credat, non niſi poſt ſeptem hebdomadas plenas ſpicas tritici maturas meti potuiſſe? Per primitias igitur frugum meſsis triticeæ, vt optimè docet Abulenſis loco citato, intelligit duos primos panes, qui offerri debebant 16 ex ſimila tritici noui, in primitias frugũ meſſis triticeæ in Pentecoſte: nam eo tempore ſine dubio, iam nihil metendum reliquum fuiſſe, ex dictis facile colligitur. Porro autem, hos duos panes primitiarum offerendos fuiſſe in Pentecoſte, patet ex cap. 23. Leuitici: nam, poſtquam de feſto Pentecoſtes loquutus fuerat Moyſes, ſubiungit: Leuitici. 23. *Et ſic offeretis ſacrificium nouum Domino, ex omnibus habitaculis veſtris, panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini*: de ſpicis autẽ tritici nullibi mẽtio fit in ſcriptura. Cũ igitur Exo. 34. dicitur, in die Pẽtecoſtes offerẽdas eſſe primitias meſsis triticeæ, intelligere debemus, non ſpicas, ſed panes.

Quod verò dicebat noſter Maldonatus, in Paleſtina non potuiſſe matureſcere meſſes in primo menſe, conſtat ex dictis, falſum eſſe. Nec mirum eſt, in Paleſtina tam ci- Maldonati incommoda expediuntur 19

to eas matureſcere; ſiquidem in noſtra Hiſpania in agro Carthaginenſe, & Murciano, hoc eodem tempore metuntur hordea & paulò poſt triticum. Adde quòd primus menſis Hebræorum, cum eſſet Lunaris, & prope Æquinoctium ſumeretur initium illius, ali quando reſpondebat bona ex parte noſtro Aprili: potuerunt igitur eo anno Domini 32. cùm eſſent omnino maturæ ſpicæ hordei,
17 ſpicę triticeæ eſſe prope maturitatem, quando diſcipulio ſtauo die ab oblatione manipulorum vellebant ſpicas, vt eas manu fricantes poſſent emundare ad manducandũ. Quod verò eo anno, quo Chriſtus mortuus eſt, frigus eſſet noctu, & miniſtri ſe calefacerent ad ignem, nihil eſſe non debet: nam rectè accidere potuit aliquantulum frigoris ex aliqua cauſa, etiam ſi eſſet in tempore maturitatis frugum; ſiquidem & in Auguſto aliquando nos ex aliqua cauſa ſimile quid experti ſumus. Et hactenus de tempore, quo Chriſtus Paſcha celebrauit, & mortuus eſt. Ex quo etiam manifeſte patet, ipſum in azymo conſecraſſe, ſicut, & nos Latini conſecramus. Verùm an hæc qualitas panis neceſſariò requiratur ad conſecrationem, ſequente diſputatione videbimus.

An pro materia conſecrationis corporis Chriſti neceſſarius ſit panis azymus, vel fermentatus. Diſput. 174.

Varij de hac re hæreticorum errores. Cap. 1.
Variæ catholicorum ſententiæ. Cap. 2.
Catholica & vera ſententia. Cap. 3.
Diluuntur argumenta Græcorum. Cap. 4.

Varij de hac re hæreticorum errores.

CAPVT I.

1 VAMVIS Ex Græcis Patribus, qui ante ſexcentos annos floruerũt, aliqui fuerint, qui exiſtimarunt, Chriſtum Dominum diem celebrationis Paſchæ anticipaſſe: & pridie, quàm lege erat præceptum, agnũ Paſcha lem comediſſe; nullus tamen eorum docuit, in fermentato pane cõſecraſſe corpus ſuũ: ſicut Recẽtiores aliqui poſt mille, & triginta annos dogmatizare cœperunt. Quorũ meminit Leo IX. in Epiſtola 1. aduerſus præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani cap. 5. Quinimò Epiphanius hæreſi 30. diſputans contra Ebionitas, plane teſtatur, ritum in azymo cõſecrandi ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus ſeruatum fuiſſe: quod ſanè nõ ſolùm de Latina, ſed etiam de Græca Eccleſia intelligit, quando hunc ritum Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus tribuit. Neque enim credendum eſt, primos illos Epiſcopos Eccleſiæ Grecę præfectos alium ritum, prętet quàm traditũ ab Apoſtolis ſeruaſſe. De Ebionitis enim longè ante medium, ſic ait: *Myſteria autem faciunt ad imitationem Sanctorum in Eccleſia, ab anno in annum per azymos, hoc eſt, non fermentatos panes, & alteram myſterij partem per aquam ſolam.* Per myſteria intelligit ſacramentum Euchariſtiæ; per alteram verò partem, quam dicit eos per aquam ſolùm perficere, intelligit conſecrationem calicis. Inquit igitur, hos hæreticos imitatos fuiſſe Sãctos Dei; hoc eſt, catholicos in conſecratione corporis, quam in azymis conficiebant. Quo circa recẽtiores Græci, vt Euthymius, & Nicephorus cap. 2. prędcedentis diſputationis allegati, qui poſt ſexcentos annos contendunt, vt diximus, ſolum panem fermentatum conſecrandum eſſe: ita vt ſi fiat conſecratio in azymo, non modò peccatum ſit; verùm etiam neque effectum habeat: ideoque Latinos azymitas vocant, vt teſtatur Anſelmus in libello de azymo, & fermentato; & Leo IX. loco citato: hanc ſuam doctrinam, & conſuetudinem ex antiquo vſu ſuæ Eccleſiæ confirmare non poſſunt: ſiquidem conſtat ex Epiphanio, antiquitus tempore Ebionitarum etiam Eccleſiam Grecam in azymis conſecrare conſueuiſſe.

Leo IX. *Epiphan.* 2 *Euthym.* *Nicephor.* *Anſelm.* *Leo IX.* 3

Verùm, quamuis hic error Grecorum, quẽ retulimus, antiquiores Euthymio, & Nicephoro non habeat Autores: nonnulli exiſtimarunt, vſum conſecrandi corpus Chriſti in pane fermentato; ſine errore tamen prędicto, multò antea in Eccleſia Greca cœpiſſe. Ita docent S. Thomas, artic. 4. huius queſtionis, Sotus in 4. diſt. 9. q. 1. artic. 4. Durand. in 4. diſt. 11. q. 4. num. 10. Bonauent. eadem diſt. p. 2. artic. 2. q. 1. ad vltimum. Ricard. artic. 2. q. 3. Paludanus q. 1. artic. 4. concluſione 6. Scotus in 4. diſt. 11. quæſt. 6. quæ eſt ſecundę partis ſub finem. Alexander. q. 10. membro 4. art. 1. §. 3 ad vltimũ: dicunt enim, vtramque Eccleſiam Græcam, & Latinam à tempore Apoſtolorum in azymo inſtar Chriſti conſecraſſe; poſtea verò exhortante hæreſi Ebionitarum, qui dicebant, legalia eſſe obſeruanda: vniuerſam

Vſum fermẽtati in Euchariſtia ſine errore introductum laudet nonnullis. *S. Thom.* *Sotus.* *Durand.* *Bonauent.* *Ricardus.* *Paludan.* *Scotus.* *Alexand.*

uerſam Eccleſiam, etiam Latinam, in ſerm. tato cœpiſſe conſecrare; hac verò occaſione ceſſante, Latinam Eccleſiam ad priſtinũ morem redijſſe: Græcam autem fermentatum obſtinato animo conſeruaſſe. Hoc autẽ confirmant autoritate Leonis Papæ, certè nó alterius, quàm Noni in Epiſtola illa aduerſus preſumptiones Michaelis: Claudius Sainctes in repetitione 10. de Euchariſtia cap. 4. ante medium, dicit, teſte Ricardo Victorino, ad extirpandam hæreſim Ebionitarum, Leonem Pontificem decreuiſſe, vt deinceps non in azymo, ſed in fermentato conſecraretur. Ego in Ricardo Victorino id inuenire nõ potui: neque video, quo fundamento doctus Ricardus id aſſerere potuiſſet: nam de Leone primo, aut de alio Leone Pontifice, vſque ad Nonũ, nihil tale leginius; de Nono autẽ potius ſcimus reprehendiſſe Græcos, quòd nos azymitas vocarent: cum eo tẽpore ipſi in fermentato conſecrarent: & hanc noſtram conſuetudinem contra Græcos pro viribus defendiſſe. Adde, quòd talis error Ebionitarũ, de ſeruandis legalibus ſimul cum Euangelio, tunc minime vigebat, neque tempore alicuius alterius Leonis: Fortaſsis Claudius citare voluit Ricardum quòd diceret id, quod ſupra ex Scholaſticis retulimus: idque autoritate Leonis IX. cõfirmaret, ſicut vidimus. Verum, neque Leo IX. id, quod Scholaſtici citati dixerunt, aſſeruit, neque Gregorius Magnus, qué citat S. Thomas: neque video, vllo firmo fundamento id affirmari poſſe: nam antiqui Patres, qui Ebionitarum hæreſis meminerunt, nihil de tali vſu conſecrandi in fermentato occaſione illius erroris in Eccleſia Dei introducto, dixerunt; quin imò Epiphanius hæreſi illa 30. dicit, hæreticos Ebionitas corpus Chriſti eodem modo; hoc eſt, in azymis conſecraſſe, ſolitôs fuiſſe, ſicut etiam Sancti in Eccleſia, nempe, Catholicà conſecrant. Quamuis autem prædicti hæretici dicerent, poſt Chriſti aduentum legalia obſeruanda fuiſſe, vt narrat Epiphanius hæreſi illa 30. & hæreſi 18. & Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 36. & Auguſtinus lib. de hæreſibus ad. Quod vult deum hæreſi nona; ob id tamen non iudicaret Eccleſia Catholica vt conueniens, panem azymũ in fermentatum pro cõſecratione commutare. Nam, cum in hoc imitaretur Chriſtum: multoque meliùs hoc modo dignitatẽ huius myſterij ſignificaret: non iudicaret rationi conſentaneum, hũc panem relinquere, prætextu vitandi prædictum errorem cum multa alia Eccleſia retineat, quòd a Chriſto ſint inſtituta, vt notauit Anſelmus, & nos ſequente capite dicemus, quibus aliquo modo antiqui Iudæi in cœremonijs vtebantur. Adde, quòd cum Ebionitæ in eo errauerint, vt temperantiæ, & abſtinentiæ pretextu, in ſola aqua calicem conſecrarent: ad vitandum hunc errorem, nunquam Eccleſia à miſtione aquę cum vino abſtinuit, ne in miſtione aliquid commune cum Ebionitis haberevideretur; ſed potiùs in hoc Chriſtum imitata, aquam ſemper vino infudit. Denique, ſi Eccleſia vniuerſalis, occaſione vitandi errorem Ebionitarum, aliquo tempore ab azymo pane abſtinuiſſet: & tandem Latina poſt multum temporis ad illum redijſſet: & ex illo tẽpore Græci contra Latinam Eccleſiam morem fermentati conſeruaſſent: fatendum etiã eſſet, tempore Epiphanij, Chryſoſtomi, Baſilij, Nazianzeni, qui multo poſt tẽpore Ebionitarum fuerunt, Eccleſiam Græcam in fermentato conſecraſſe; hoc autem falſum eſſe, deprehẽditur ex teſtimonio Epiphanij quod ſupra adduximus.

Cæterum ſuſpicari poſſet aliquis, alio tempore, & alia de cauſa in Latina Eccleſia introductum fuiſſe panem fermentatum ad conſecrationem: quia vt ſcribit Euſebius lib. 5. hiſtoriæ cap. 22. inter Eccleſiam Latinam, & Græcam olim diſſenſio fuit, vtrùm dies Paſchæ obſeruandus eſſet à Chriſtianis Luna 14. Martij, quocumque die ſeptimanæ occurreret: ita vt in eo die finem haberent Eccleſiaſtica ieiunia, quæ circa Paſcha fieri conſueuerant, an non. Circa quam controuerſiam Victor Papa decreuit, vt narrat idem Euſebius, cap. 23. non in quocumque die ſeptimanę celebrandum eſſe Paſcha Chriſtianorum; ſed in die Dominica: ita vt in ea ieiunia ſoluerentur, & non ante: quòd ſi dies Dominica eſſet 14. Luna Martij, in ſequentem Dominicam Paſcha noſtrum transferendum eſſet, eo quòd ad huc poſt 14. Lunam fieri deberet commemoratio paſsionis Chriſti, & in eius honorem ieiunandum, vt diſputatione 172. viſum eſt. Hoc igitur Victor Papa definiuit. Aſianam verò Eccleſiam damnauit, quòd cum Iudæis Paſcha Chriſtianum celebraret 14. Luna, in quocumque die occurreret hebdomadę, & in eo ieiunia ſolueret, ſeu finiret. Cuius Pontificis decretum habemus in primo tomo Conciliorum. Hanc verò damnationem egrè tulit Polycrates octauus Epiſcopus Aſianus: & Concilio congregato ſcripſit epiſtolam ſuper hac re ad Victorem Papam, in qua dicebat, morem ſuum antiquum ſemper ſe inuiolabiliter obſeruaturum, eo quòd à Ioanne Apoſtolo, & à Philippo, vno ex ſeptem Diaconis, & à duabus filiabus eius, quæ apud ipſos Aſianos ſepultæ erant, & ab alijs

Leonis 9. probatur te ſtimonio. *Clau. Sainc. Ricard. Victor. ratio.*

Quam ſit difficilis.

4

Greg. Mag. S. Thom.

Epipha.

5

Irenæus. Auguſtinus.

Anſelmus.

6

Conſuetudo pro fermentati introductione in Euchariſtia. *Euſeb.*

Victor Papa

7

Polycrates.

Irenæus. Eusebius.

alijs Episcopis anteceſſoribus ſuis illum accepiſſent. Præterea Irenęus, & ipſe Græcus apud Gallos, vt narrat idē Euſeb. c. 24. ad eumdem Victorem, alterā ſcripſit epiſtolam, in qua docebat, placere ſibi id, quod ipſe Victor Papa decreuiſſet, vt Paſcha die Dominica celebraretur: diſplicere tamen, quòd Aſianam Eccleſiam ſchiſmaticam cenſeret, quia antiquum morem ab Apoſtolo Ioanne traditum retineret. In cuius confirmationem refert diſsidiū inter Polycarpum, & Anicetum Papā de hac eadem re: & quo pacto Anicetus nunquā potuerit Polycarpum de ſua opinione dimouere: eoquòd & Polycarpus diceret, ſe in illa re à Ioanne Apoſtolo edoctū fuiſſe; & ita pace integra, & charitate illęſa, vnumquemq; in ſua ſententia permāſiſſe. Hæc eſt ſumma Epiſtolæ Irenęi, quam refert Euſebius lib. 5. hiſtoriæ cap. 24. contendebat enim ipſe, vt vtraque Eccleſia, tā Latina, quā Aſiatica pace ſua frueretur, & antiquum morē Aſiatica retineret. Hęc deſumpſimus ex Euſebio, ex quibus aliquis fortaſſe poſſet nimiæ auſteritatis, & ſeueritatis ſugillare Victorē, quòd antiquum morē illius Eccleſiæ, & illius obſeruatores dānauerit: neq; exemplo tot ſanctorum virorum cōmoueri potuerit, ne illos vt ſchiſmaticos haberet, & declararet. Verū vt rectē notauit Baronius tomo. 2. Annalium, ſub anno Chriſti 198. §. 15. qui accuratè omnia conſiderauerit, accuſare nullo modo poterit Victorem, ſed potiùs iudicabit, opportunè ſatis ab eo damnatū fuiſſe huiuſmodi morē, etiam ſi à Ioanne, & Polycarpo fuerit obſeruatus: nā eo tempore inualuerunt in Aſia Montanorum hæreſes, iudicio ipſorū, ab ipſo ſuo Paracleto quaſi lege diuina promulgatæ: inter quas hæc vna erat, vt decimaquarta Luna Martij Paſcha eſſet neceſſariò celebrandum; de Montaniſtis Cathaphrygibus ita colligitur ex Paciano in epiſt. 1. de catholico nomine ad Sympronium, quæ eſt in 3. tom. Bibliotecæ Sacrę. Scribit enim, hos hæreticos ſequutos Montanū, & Maximillā, varias quæſtiones excitaſſe, nempe, de Paſchate, de Paracleto, &c. Differebant autem Montaniſtę ab hæreticis Quartadecimanis, quòd Montaniſtę 14. diē, in qua Paſcha celebrādum eſſe dicebant ſecundū curſum Solis; at verò Quartadecimani ſecundum curſum Lunę computabant, vt teſtatur Sozomenus lib. 7. hiſtor. c. 18. & 19. Erant porrò Quartadecimani hęretici, qui non ſolùm, vt Polycrates, dicebāt 14. Luna Paſcha eſſe celebrandum, & ieiunia finienda; ſed etiam id neceſſarium exiſtimabant. Hæc igitur neceſsitas impulit Victorem, vt talem morem omnino abrogaret, etiam ſi cum errore in Polycrate, & alijs coniunctus non eſſet. Præterea hæc hæreſis ita inualuit, vt Romanæ Eccleſię ſinum peruaſerit, & Blaſtum in ea ſectatorem habuerit: de quo ſcribit idem Pacianus, & Tertullianus lib. de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, cap. 53. *Eſt præterea* (inquit Tertullianus) *his omnibus etiam Blaſius accedens, qui laterenter Iudaiſmum vult introducere, Paſcha enim dicit, non aliter cuſtodiendum eſſe, niſi ſecundum legem Moyſi, decima quarta menſis.* Huncautem non potuit Irenęus ab ea hęreſi reuocare: ea de cauſa ſcribens librum de ſchiſmate, vt teſtatur Euſebius lib. 5. capit. 19. In hoc errore, aut ſchiſmate poſt decretum Victorij multi nihilominus permanſerunt: ex quibus multos etiam reuocauit poſtea Concilium Nizenum, vbi decretum eſt, vt Paſcha iam amplius à nemine celebraretur decima quarta Luna, ſed id, quod diximus ex Victore Papa, obſeruaretur, ne cum Iudæis vllo modo conuenire videremur. Cuius definitionis, & damnationis hęreticorum Quartadecimanorum mentionem fecerunt Patres à nobis allegati ſupra diſputatio 172. capite 5. Hac igitur occaſione quis putare poſſet, ab eo tempore in Eccleſia Dei, tam Græca, quàm Latina introductum fuiſſe, vt in fermentato conſecraretur: eo quòd, ſicut in die celebrationis Paſchæ non expediebat cum Iudæis conuenire, ita etiam neque in pane azymo.

Verùm nullum huius mutationis azymi in fermentatum veſtigium apud veteres ſcriptores inuenimus. Cum enim de azymo pane numquam in Eccleſia Dei diſſenſio, aut hæreſis antiquitus fuerit exorta, ſicut circa Paſchę celebrationem: & in conſecratione azymi Eccleſia imitaretur factum ipſius Chriſti: & multò melius myſterium corporis Chriſti azymo pane ſignificaretur, quàm fermentato: non potuit in tota Eccleſia Dei conſuetudo hęc in fermentato conſecrandi introduci, ne cū Iudęis commune aliquid Chriſtiani haberēt. Quòd enim Iudęi in aliquibus ſolēnitatibus azymis panibus vę ſcerētur, ſufficiens ratio eſſe nō potuit cōſecrandi fermentatū, vt c. 4. ex Anſelmo oſtendemus. Innocētius III. lib. 4. de Myſter. Miſſæ. c. 4. inquit, Græcos, poſtquā tunicā Chriſti incōſutilē per ſchiſma ruperūt, ritū ſacrificādi temerè mutaſſe; hoc tamē ex nullo probato Autore, aut hiſtoria cōfirmat. Schiſma autē Græcorū cœpit tēpore Leonis IIII. Papę, qui electus eſt anno 847. Ego verò id difficile exiſtimo: nā, ſi tūc vſus fermētati cœpiſſet, non ſine errore cœpiſſet, hoc eſt, Græci

Pacianus. Tertullianus.

Irenæus.

Euſeb.

Conc. Nic.

Baronius.

Pacianus.

Sozomenus. Quartadecimani.

Coniectura præcedens nulla eſt.

Anſelm. Innocen. 3.

Difficile eſt placitū Innocētij.

ex eo tempore non permitterent Latinos apud ipſos degentes in azymo celebrare, quin potiùs ipſos vt azymitas, & iudaizantes execrarentur. Hoc autem ſolum cœpiſſe à tempore Leonis Noni inferius patebit. Quocirca cenſeo, hunc Græcorum vſum cùm errore coniunctum ante tempora Leonis Noni non cœpiſſe, neque ex aliqua vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudine ortum habuiſſe, ſicut Scholaſtici exiſtimarunt: quòd enim in ſexta Synodo generali, Canone 11. prohibetur, vt nullus, vel ſacerdos, vel laicus Iudæorum azyma comedat, vel vllam cum eis familiaritatem ineat: non intelligitur de azymo pane, qui conſecratur; ſed de azymo pane, quem Iudæi comedunt in ſuis ſolennitatibus: ibi enim prohibet Concilium omnem cum eis conſuetudinem, & communicationem. Dixi autem, Græcorum vſum conſecrandi in fermentato cum errore coniunctum, tempore Leonis Noni cœpiſſe: nam, ſi de vſu ſolùm conſecrandi in formentato ſine errore loquamur: ante tempora Leonis Noni viguiſſe cenſeo: ipſe enim in ea epiſtola nunquam reprehendit vſum Græcorum de fermentato: reprehenderet autem, ſi tunc nouus eſſet; ſed ſolùm ipſos damnat, quòd Latinorum vſum malè notarent, ipſoſque Latinos azymitas, & iudaizantes dicerent; cum tamen ipſorum Græcorum vſum Eccleſia Latina toleraret, vt patet ex capit. 29. illius epiſtolæ: ſupponit igitur, ante illa tempora talem conſuetudinem apud Græcos viguiſſe: id quod capit. 3. ex hoc loco etiam colligemus. Qua verò occaſione, vel quo tempore cœperit vſus fermentati in Eccleſia Græca, definitè explicari non poteſt; tametſi, vt diximus, de erroris ipſorum initio ſatis conſtat; nam, tempore Leonis Noni cœpiſſe, manifeſtum videtur. Hereſis enim Græcorum, & ſchiſma, quod memorauimus, vt admonet Alfonſus de Caſtro aduerſus hereſes, verb. *Euchariſtia*, hereſ. 2. in eo non eſt, quòd fermentatum conſecrent panem; ſed quod dicant, azymum conſecrare peccatum eſſe, & conſecrationem in eo effectu non habere: ac proin de Latinos, qui in azymo conſecrant, azymitas vocent: nam, vt inferius videbimus, fermentatum panem conſecrare, Eccleſiæ Græcæ permiſſum eſt.

Hæretici verò noſtri temporis Lutherani, & Zuingliani, non diſputant de neceſſitate conſecrandi in azymo, aut fermentato, quòd rem parui momenti exiſtimarent; verbis tamen & factis morem Græcorum probant, & eum conſuetudini Latinorum præferunt: atque in primis Centuriatores, Centuria 11. cap. 8. ita deſcribunt diſſenſionem Græcorum, & Latinorum de fermentato, & azymo, vt Græcorum ſententiam probare videantur. Calui. lib. 4. inſtitutionum cap. 17. §. 43. dicit quidem, parum referre azymo, aut fermentato vti; ſubdit tamen, ante Alexandrum Papam vniuerſam Eccleſiam in fermentato conſecraſſe: atque hunc Pontificem primum inſtituiſſe, vt in azymo conſecraretur: idque feciſſe, vt nouo illo ſpectaculo populum in admirationem traduceret: vbi manifeſtè vſum azymi reprehendit. Demum Kemmitius in 2. par. examinis Concilij Tridentini ſeſſione 22. cap. 7. cum Caluino etiam affirmat, parum intereſſe vti fermentato, aut azymo, ſicut perinde eſt vti vino albo, vel rubro. Et ita Caluiniſtæ in ſua cœna pane fermentato vtuntur, quòdiudicent, morem Græcorum meliorem eſſe, vel potius quòd melioris ſaporis ipſis videatur pro ſua cœna: neque enim hi conſecrant, ſed ſimplicem panem manducant, vt videbimus diſput. 179. cap. 1.

Verùm, vt omittamus id, quod attinet ad vſum azymi, & fermentati, de quo ſtatim dicemus; interim duo mendacia Caluini notare libet: alterum eſt, in vniuerſa Eccleſia ſemper fuiſſe vſum conſecrandi in fermentato, vſq; ad Alexandrum Papam: nam, vt ſupra in hoc capite probauimus, nunquam talis vſus fuit in vniuerſa Eccleſia: alterum mendacium eſt, ab Alexandro introductum fuiſſe vſum conſecrandi in azymo. Neque verò Caluinus dicit, à quo Alexandro fuerit introductus: quocumq; autem modo intelligat, manifeſtum mendacium eſt. Nam, ſi loquitur de Alexandro II. & III. aut de alijs poſterioribus, planè decipitur; ſi quidem hi omnes fuerunt poſt Leonem Nonum, qui acriter defendit contra Græcos morem conſecrandi in azymo, vt patet ex illa epiſt. 1. citata: nunquam autem poſt Leonem talem vſum conſecrandi in fermentato introductum fuiſſe in Eccleſia Latina, omnibus compertum eſt. Si verò loquantur de Alexandro Primo, manifeſtum etiam mendacium eſt: tum quia Leo Nonus in illa epiſtol. 1. c. 5. contra Græcos aſſerit, vſum conſecrandi in azymo Eccleſiam Dei ab Apoſtolis accepiſſe; cap. autem 24. ait, Martyres Dei in primitiua Eccleſia noſtris azymis ſaginatos fuiſſe: tum etiam, vt ſupra memorauimus in hoc cap. Epiphanius loquens de Ebionitis, manifeſtè teſtatur, illos more ſanctorum, hoc eſt catholicæ Eccleſiæ in azymo conſecrare conſueuiſſe: Ebionitæ autem multò antiquiores ſunt Alexandro Primo: ergo ex ſententia Epiphanij, ante tempora Alexandri vniuerſa Eccleſia in azymo conſecrauit.

Varia

13

14

15

16

Sexta Synodus.

Leo Nonus.

Caſtro.

Lutherani. Zuingliani. Centuriatores

Caluinus.

Kemmitius

Caluiniſmi dacia.

Leo Nonus

Epiphan.

Variæ Catholicorum ſententiæ.

CAPVT II.

PRAETER Errores Græcorum, & hæreticorum, qui vtuntur fermentato, memoratos, ſunt variæ ſententiæ, tam circa neceſsitatem azymi, & fermentati ad effectum conſecrationis, quàm circa præceptum de vſu illius. Hugo quem ſequi videtur, & refert Gloſſa in cap. *Literas* de celebratione Miſſarum, in quit, ita eſſe neceſſarium Græcis vti fermentato, Latinis verò vti azymo ad conſecrationẽ, vt ſi Græcus in azymo, & Latinus in fermentato conſecrare velit, nihil efficiat; hoc autem, nõ video, ex quo hic Autor colligere potuerit: niſi quia, vt inferius dicemus, ex præcepto vti debet Græcus fermentato; latinus autem azymo.

Hugonis opinio. *Gloſſa.*

17

Secunda ſententia eſt, ita in azymo conſecrationẽ fieri debere, vt ſi in fermẽtato fiat, nullum habeat effectũ. Pro hac ſententia nemem legi, niſi quòd ab aliquibus tribui ſolet Armenijs: colligi autẽ videtur ex Niceph. lib. 18. hiſtor. cap. 53. in medio, vbi non ſolũ dicit, Armenios in azymo, ſicut Latinos conſecrare, ſed etiam paulò inferiùs refert eos aſſerere, cõmunionem Græcorum nihil eſſe, hoc eſt, ipſos verè non conſecrare. Fundamẽtum autem illius nullum aliud eſſe poteſt, niſi quia Chriſtus in azymo conſecrauit: quod enim Chriſtus in conſecratione ſeruauit, id tanquàm neceſſarium ad effectum illius inſtituiſſe videtur.

Opinio ſecunda. *Armenij.*

18

Tertia ſententia eſt, neque panẽ azymum, neque fermentatũ eſſe neceſſarium, vt conſecratio effectum habeat: azymũ tamen ita eſſe neceſſarium Latinis, & Græcis, vt qui in eo non conſecrauerit, peccet. Hanc ſententiam ſine dubio docuit Paludanus vt inferiùs oſtẽdemus, & aliqui tribuunt Scoto in 4. diſt. 11. q. 6. in ordine, quæ eſt prima ſecundæ partis diſtinctionis: in qua quæſtione ſub finem ſolùm dicit, vt minimũ eſſe peccatũ Latinis, in fermentato conſecrare, & fortaſſe Græcis, quod nõ ſe conforment ad vſum Eccleſiæ Petri. Cuius ſententiæ ratio eſſe poteſt, quia, cũ Eccleſia Latina conſecrans azymũ, ſequatur traditionem Chriſti, & Apoſtolorum; Græca etiam ad merendũ, & vſum illius cõformari debere, & proprio ſenſu in hac re non duci. Hoc eodem modo id docet Gabriel ex ſententia Scoti, illam ſimpliciter referens lect. 34. in Cononem Miſſæ, litera G. in fine. Pro eã tamen falſo refertur Alforſus de Caſtro, aduerſus hæreſes, verbo *Euchariſtia*, hæreſ. 2. nam expreſſe dicit, vnumquemque ſacerdotem conſecrare debere iuxta ritum ſuæ Eccleſiæ, vt infra dicemus, definitum eſſe ab Eugenio IIII.

Paludan. *Scotus.* *Caſtro.* *Gabriel.*

Quarta ſententia, quæ refertur, eſt, tam in fermentato, quàm in azymo conſecrationem effectum habere; nihilominus Latinos peccare, ſi vtantur fermentato ad conſecrationem; Græcis verò liberũ eſſe, hoc, aut illo pane vti. Hanc ſententiã aliqui tribuunt Paludano in 4. diſ. 11. q. 1. art. 4. concluſ. 6. Verũ ille hoc loco ſolùm docet, peccare Latinum, ſi in fermentato cõſecret, referens autem ſententiã eorum, qui dicunt, peccare etiã Græcũ, ſi vtãtur azymo: ſubdit, nullũ Græcorũ teneri præcepto ſuę Eccleſiæ ad celebrandũ in fermẽtato, eo quod, cum eorũ Eccleſia ſchiſmatica ſit, nõ debet vllus eorũ præceptis illius parere. Ex quo nõ ſequitur, liberũ eſſe illis, hoc aut illo pane vti. Quinimo planè ſequitur id, quod Scot. dubiè de Græcis dixit: nimirũ peccare eos, ſi fermẽtato vtantur, & ad vſum Eccleſiæ Petri ſe ipſos non conformẽt: nam ſi Græci nõ obligãtur præcepto Eccleſiæ Græcę, eo quòd ſchiſmatica ſit, haud dubiè tenebũtur præcepto Eccleſię Latinæ, cui tanquã catholicæ quilibet baptizatus parere debet.

Paludanus. *Scotus.*

19

Catholica, & vera ſententia.

CAPVT III.

QVOD Attinet ad vſum fermẽtati, & azymi, tã in Eccleſia Latina, quã Græca quando nimirũ coeperit: & an in Eccleſia Græca ſemper fuerit vſus fermentati, in Eccleſia autẽ Latina vſus azymi: ſatis, ſuperque à nobis eſt dictum ſupra cap. 1. Reſtat igitur, vt explicemus, an neceſſariũ ſit vti azymo, aut fermẽtato ad effectũ cõſecrationis: & quid in hac re tã Latino, quã Græco liceat, aut præceptũ ſit. Primũ igitur, panẽ tam fermẽtatum, quã azymũ ſufficiẽtẽ materiã eſſe, vt conſecratio effectũ habeat, doctrina catholica, & ab Eccleſia aperte definita eſt, tã contra Græcos, quã contra Gloſſam, & Hugonẽ quos in 1. & 2. cap. memorauimus. Ita definiuit Eugenius IIII. in Cõcil. Florent. ſeſſ. vlti. in literis vnionis. §. *Item in azymo*. Idẽ definiuit Leo IX. in ea Epiſtola prima ſupra citata: nam in ea non reprehendit vſum fermentati, ſed Græcos, quod vocent Latinos azymitas, &

Catholica doctrina.

20

Eugenius. Leo Nonus.

Putent eos in vſu azymi peccare, nullumque efficere ſacramentum. Id quod etiam rectè notauit Alfonſus de Caſtro aduerſus hæreſes, verbo *Euchariſtia*, hæreſi ſecunda, hanc eamdem doctrinam antea docuerunt Anſelmus in illo opuſculo de fermentato, & azymo, & Innocentius Tertius, in quarto lib. de ſacrificio Miſſæ, cap. 4. & Scholaſtici omnes, qui hactenus ſcripſerunt, tam antiqui, quàm recentiores, quos ſigillatim memorare, neceſſe non eſt. Et ſanè de pane fermentato omnes, tàm Græci, quàm Latini ingenuè fatentur, ſufficientem materiam eſſe conſecrationis, vt effectum habeat. De azymo autem rectè idem exiſtimant Latini, eo quòd Chriſtus verè in azymo conſecrauerit, vt diſputatione 172. monſtrauimus. Tùm etiam, quia licèt in fermentato conſecraſſet, eodem modo in azymo conſecrari poſſet, ſicut è contra dicimus de fermentato, quamuis in azymo re vera conſecrauerit. Nam, cum ex facto Chriſti illud habeamus, quod acceperit panem, ipſumque benedicens conſecrauerit: inde quidem colligere poſſumus, panem eſſe neceſſariam materiã conſecrationis: cumq; panis ita verè ſit, & dicatur, qui eſt azymus, ſicut qui eſt fermentatus, planè colligitur, tam azymum, quàm fermentatum ſufficientem materiam conſecrationis eſſe: negare igitur Græci non poſſunt, tàm azymum, quàm fermentatum panem idoneam eſſe materiam conſecrationis, etiam ſi exiſtiment, Chriſtum in fermentato conſecraſſe: quemadmodum etiam non negant vinum tam rubrum, quàm album conſecrari poſſe; cum tamen Chriſtus in alterutro tantùm conſecrauerit. Ideò autem omnes meritò ita exiſtimant, quia vtrumque vinum, ſimpliciter vinum eſt. Et quidem azymum panem ſimpliciter panem eſſe; aperte teſtatur Theodoretus, oratione 10. in Danielem, explicans enim illa verba: *Die autem viceſima, & quarta*, contendit probare contra Hebræos, extra Hieruſalem Paſcha celebrari non poſſe. Id autem probat ex facto Danielis, qui menſe primo, vt ibi dicitur, vſque ad viceſimam quartam diem ieiunus manſit: nam ſi celebraſſet Phaſe, vtique panes azymos comediſſet, & ita ieiunus non fuiſſet. Quòd ſi dicant Hebræi (inquit Theodoretus) panem deſiderium, ſeu deſiderabilem ſolùm non comediſſe, arguit contra eos ex eo, quòd non fermentatus, ſicut etiam fermentatus vocatur panis, vt ita etiam panis deſiderabilis dici poſſit, nempe, pro fame depellenda. Adde etiam, quòd Chriſtus Dominus eadem die reſurrectionis ſuæ apparuit diſcipulis euntibus in Emaus: & diſcipuli ipſum tunc agnouerunt in fractione panis: dies autem azymorum adhuc perſeuerabant, vt patet, in quibus nihil fermentatum erat in domibus Iſrael: ergo tunc Chriſtus fregit, & dedit diſcipulis ſuis panem azymum. Verum, tunc temporis Chriſtum conſecraſſe panem, diſputatio. 196. cap. 3. oſtendemus, vt intelligant Græci, idoneam materiam conſecrationi eſſe panem azymum.

Caſtro. Anſelmus. Innocen. 3.

21

Theodoret.

22

Arguit Theodor. Hebræos.

Verùm, quamuis vterque panis, nempe fermentatus, & azymus ſit apta materia conſecrationi; nihilominùs multò congruentiùs eſt panis azymus, quo vtitur Eccleſia Latina, quàm fermentatus, quo vtitur Eccleſia Græca. Primum, quia Chriſtus Dominus ea materia vſus eſt, vt diſputatio. 172. oſtendimus: tùm etiam, quia hoc ab ipſo Chriſto, & Apoſtolis Eccleſia Latina accepit, vt in primo capite huius diſputationis ex Epiphanio probauimus. Ad hæc, ſpecies panis azymi ex ſe multo magis repræſentant myſterium, quod ſub ſe continent: denotant enim puritatem, & ſanctitatem corporis Chriſti: tum etiam puritatem, quam habere debent, qui ad hoc ſacramentum accedunt: vt rectè notauit Anſelmus opuſculo de fermentato, & azymo poſt medium; ſiquidem panis azymus nullam omnino patitur corruptionem; contra verò fermentatus, hoc ipſo quòd fermentatur, aliquo pacto corrumpitur. Ob id tamen non negamus, fermentato aliquo modo ſignificari myſterium hoc, & ita aliquo modo ſecundùm ſe conuenire myſterio; ſed ſolùm contendimus præter exemplum Chriſti, & Apoſtolorum, quodquidem omnibus alijs rationibus præferendum eſſet, eſſe etiam in ipſo azymo pane maiorem vim exprimendi myſterium hoc, & ea, quæ ad participationem illius requiruntur.

A prior materia azymus panis.

23

Anſelmus.

Deinde, nequaquàm dubitare poſſumus, non ſolùm tam Græcis, quam Latinis licere amplecti conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ; verùm etiam ad hoc præcepto ſuo quemlibet eorum teneri. Primum quidem licitum eſſe cuilibet, tam Græco, quam Latino conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ amplecti, apertè docet Leo Nonus in illa epiſtol. 1. cap. 29. ibi enim Pontifex conqueritur de Græcis, quòd cum Romana Eccleſia intra, & extra Romam plurima monaſteria, & Eccleſias Græcorum haberet: eorumque vſum in fermentato conſecrandi pacifice toleraret: neque eorum conſuetudinem, & paternam traditionem

24

Licet Græco, & Latino morem ſuæ Eccleſiæ ſeruare, imo tenetur. Leo Nonus.

nem vllo modo perturbaret; nihilominus ipſi Græci Latinorum Baſilicas, & monaſteria non permitterent, niſi ipſorum more in fermentato conſecrarent: & azymitas eos dicerent: ſubdit autem Pontifex; *Scit enim* (ſcilicet Romana Eccleſia) *quia nihil obſunt ſaluti credentium diuerſæ pro loco, & tempore conſuetudines, quando vna fides per dilectionem operans bona, quæ poteſt, vni Deo commendat omnes.* Ex quo loco duo colligo; alterum eſt, quod nũc probare contendo, nimirum, licitum eſſe vni cuique, tam Græco, quam Latino morem, & traditionem paternam ſuæ Eccleſiæ amplecti, & obſeruare; alterum eſt, quod diximus ſupra capite primo, nimirum tempore Leonis cœpiſſe quidem errorem Græcorum contra Latinos de fermentato, quem ſupra memorauimus; vſum tamen illius antiquiorẽ eſſe: ſiquidem Leo in ea epiſtola dicit, Eccleſiã Latinam non perturbare Græcos à paterna ipſorum traditione in vſu fermentati: ſupponit igitur, tunc nõ incœpiſſe vſum illum, & conſuetudinem, ſed iam antea etiam apud Græcos, qui inter Latinos viuebant, viguiſſe; alioquin hunc vſum Græcorum non vocaret paternam traditionem. Adde, quòd ſi tunc primus hic vſus introductus eſſet, introduci quidem poſſet in Græcia ipſa; at verò in Eccleſijs Græcorum, iam diu apud Latinos exiſtentibus, nequaquàm introduceretur; ſed Pontifex eis reſiſteret, ne antiquum morem mutarent, ſed retinerent. Hoc ipſum confirmatur autoritate Eugenij III. in illis literis vnionis. §. illo citato, vbi id expreſſe affirmat. Ratio autem eſt manifeſta: nam, cũ Pontifices permittant, vt quilibet morem ſuæ Eccleſiæ retineat, & aliàs tam fermentatus, quàm azymus panis ſit idonea materia conſecrationis, nulla ratione dici poteſt, licitum non eſſe, vnumquenque morem ſuæ Eccleſiæ obſeruare. Et ita hoc etiam tempore Romæ Græci in ſuo Collegio vtuntur fermẽtato in conſecratione, ſciente ipſo Pontifice, & conſentiente; tametſi non permittantur laicis Euchariſtiam in fermentato miniſtrare, ſed in azymo, more Eccleſiæ Romanæ. Sunt tamen in Italia aliqui religioſi Latini, qui nihilominus officia diuina, & Miſſam Græco ſermone celebrant; hi tamen non in fermentato, ſed in azymo conſeciant.

Deinde non ſolùm licitum eſſe, verum etiam vnumquemque debere Eccleſiæ ſuæ morem amplecti, expreſſe etiam declarauit idem Eugenius III I. Et hæc eſt ſententia omniũ aliorũ Scholaſticorũ, quos non oportet referre. Ratio autem eſt manifeſta: nam hoc ipſo, quòd Pontifex ſummus permittit, vt Græcus ſeruet morẽ ſuę Eccleſię, & vt lege ſuę Eccleſiæ ligari poſsit: conſequitur, ipſum Græcum ſeruare debere morem illius. De Latino autem dubiũ non eſt debere etiã morem ſuæ Eccleſię ſeruare: permiſit autẽ Latina Eccleſia, vt Græca morem illum fermentati prę cipere poſſet iuſtis de cauſis præſertim cum nihil nocerent ſaluti credentiũ diuerſę pro loco, & tempore conſuetudines, vt dixit Leo Nonus ſupra citatus. Id quod intelligendum eſt in his rebus, quæ ſine ſcandalo ſeruari poſſunt, neque diuino præcepto aliquo modo repugnant.

Exhot teſtimonio inferuntur duo.

25

Eugen. 4.

Ratio.

26

Tenetur quiuis morem ſuę Eccleſię ſeruare. Eugen. 4.

Verùm enim verò difficultas eſſe poteſt, an ſacerdos Græcus, dum eſt in Eccleſia Latina, aut Latinus, dum eſt in Græca, debeat ſuum morem ſeruare, ſicut ſi in propria eſſet Eccleſia. Ledeſma in 1. par. 4. queſt. 15. articul. 4. dubio 2. abſolutè docet, Græco in Eccleſia Latina non licere in fermentato conſecrare: neque Latino in Eccleſia Græca in azymo. Ratio illius eſt, quia vnuſquiſque cenſetur eſſe illius Eccleſiæ, in qua eſt: ac proinde ſeruare debet omnes illius conſuetudines, & leges. Quam ſententiam aliqui intelligunt non ſolùm de ijs, qui iam ſunt incolæ regionis, & Eccleſiæ alienę; ſed etiã de peregrinis, & de ijs, qui negotij alicuius gratia in aliena Eccleſia commorantur. Quam ſententiam confirmant ea ratione, quia leges, & conſuetudines regionis non ſolùm obligant incolas illius, ſed etiam peregrinos, quamdiu fuerint in ea. Alijs verò hæc ſententia ſeuera nimis, & dura videtur, ſi intelligatur etiam de peregrinis: tum quia probabile exiſtimant, ſecluſo ſcandalo, peregrinos non obligari legibus, & conſuetudinibus alicuius regionis, aut oppidi: tum etiam, quia licèt oppoſitum eſſet verum de alijs legibus, & conſuetudinibus locorum; tamen de hac conſuetudine (inquiunt) non eſſet: quia ea ita eſt in Eccleſia introducta, & approbata, vt quiſque, vbicumque ſit, ſeruare debeat legem, & conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ. Confirmant autem teſtimonio Leonis Noni in illa epiſtola, capit. 29. vbi dicunt, eum aſſerere, vnumquemque ſinendum eſſe celebrare iuxta ritum ſuæ Eccleſiæ; etiamſi in alieno ſolo verſetur. Aſſerunt quoque, huic ſententiæ fauere Eugenium IIII. in literis vnionis citatis.

Exoritur dubium.

Ledeſmę opinio.

27

Leo Nonus.

28

Eugen. 4.

Autoris mens.

Ego verò aliter cenſeo; neque de omnibus eodẽmodo dicendum arbitror. Et primũ quidem de peregrinis, vel de ijs, qui alicuius negotij gratia ſolum alicubi habitant, dico, debere eos ſeruare morem Eccleſiæ ſuæ,

ita vt peregrinus Græcus in Eccleſia Latina in fermamento, Latinus autem in Græca in azymo conſecrare debeat; non quia nó exiſtimem in vniuerſum verum, peregrinos, & alienigenas alicubi habitantes ſolius negotij gratia ſeruare debere conſuetudines, & leges ciuitatis: nam re vera talibus legibus obligantur: neque oppoſitum aliquam ſpeciem probabilitatis habere puto; ſed quia hæc conſuetudo ita eſt â Sede Apoſtolica approbata, vt quilibet antiquam traditionem ſuæ proprię Eccleſiæ vbique obſeruare debeat. Eccleſia autem propria alicuius cenſetur, non illa in qua eſt peregrinus, aut aduena, ſed ea, ad quam redituus eſt. Deinde, ſi aliqui Græci, aut Latini in alieno ſolo in modum congregationis religioſę viuant, aut alio modo propriam Eccleſiam habere permittantur, dicendum eſt, eos ſeruare debere conſuetudinem ſuæ patriæ, nimirum, conſecrandi in fermentato: hac enim ratione Leo Nonus, in illa 1. epiſt. cap. 29. reprehendit Græcos, quòd non paterentur in ſuis terris Eccleſias, & monaſteria, in quibus Latini in azymo conſecrarent: contra verò ipſe teſtatur, inter Latinos; imò etiam in ipſa vrbe Romæ, quàm plura monaſteria, & Eccleſias Græcorum eſſe, in quibus permittuntur in fermentato cõſecrare.

29

Leo Nonus.

Poſtremo, ſi quis Latinus inter Græcos nõ vt aduena, & peregrinus, ſed vt incola habitaret: neque propriam Eccleſiam Latinam haberet, deberet quidem in fermentato conſecrare; ſicut contra, ſi ita habitaret Græcus inter Latinos, deberet azymo in conſecratione vti. Ratio verò eſt, quia hi iam non cenſentur eſſe alterius Eccleſiæ, quàm illius, in qua tam quàm incolæ viuunt, & celebrant: vnuſquiſque autem debet ſequi legem, & conſuetudinem Eccleſiæ ſuæ, vt Eugenius loco citato expreſſè dicit. Sicut contra illi, qui inter alienos permittuntur habere Eccleſias, more proprio debent celebrare, ſicut ſi inter ſuos degerent: quia tunc, ſequentes morem Eccleſiæ, quam permittuntur ſecundum proprium ritum habere, dicuntur ſeruare conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ. Pontifices autem hoc volunt, vt vnuſquiſque morem ſuæ Eccleſiæ retineat, & ſeruet; etiam ſi inter alienos habitet. Hęc tria, quæ diximus de habitantibus inter alienigenas, planè deducta ſunt ex illa doctrina communi Eugenij Quarti, & Leonis Noni, quam ſæpiùs repetiuimus, nempe, vnumquemque debere ſequi morem Eccleſiæ proprię: nam vno modo alienigena cenſetur eſſe alienæ Eccleſiæ; alio vero modo cenſetur eſſe proprię: & ità in vno caſu debet ſeruare patriæ conſuetudinem; in alio verò morem illius regionis, in qua habitat. 30 31

Diluuntur argumenta Græcorum.

CAPVT IIII.

QVOD Supereſt, diſſoluãmus argumenta Græcorum, quæ ſunt apud Anſelmum libro de azymo, & formentato, & Centuriatores Magdeburgenſes Centuria vndecima capit. 8. ex libro Michaelis Epiſcopi Conſtantinopolitani, contra quem ſcripſit Leo Nonus ſumpta, & ex Euthymio in cap. 26. Matth. eademque habet Hieremias Patriarcha, in Cenſura confeſsonis Auguſtanæ. Primum argumentum eſt: Dominus, cùm inſtituit Euchariſtiam, accepit panem: ac proinde facto ſuo inſtituit, vt materia conſecrationis eſſet panis: atqui panis azymus, non dicitur ſimpliciter panis; ergo neque Chriſtus inſtitutione ſua hunc panem reliquit pro materia conſecrationis. Porrò autem panem azymum non eſſe ſimpliciter panem, probant: quia panis Græcè dicitur ἄρτος à verbo ἀείρω quod Latine ſignificat attollere, & erigere, eo quòd farina conſperſa fermentatione attollitur: quod ſanè non conuenit pani azymo. Reſpondeo; iam ſatis ſupra capite præcedente oſtenſum à nobis fuiſſe, panem azymum eſſe ſimpliciter panem eiuſdem ſpeciei cum fermentato, ſolùmque ab eo accidentariè diuerſum: quæ ſanè diuerſitas obſtare non debet, quominùs ſit apta materia conſecrationi. Quinimo ex eo, quòd Chriſtus dicatur accepiſſe panem, & panis azymus ſit ſimpliciter panis, probauimus ibidem, panem azymum eſſe *idoneam* materiam conſecrationi. Quamuis autem, ἄρτος Græcè, Latinè *panis* diceretur, ab illo verbo Græco ἀείρω hoc eſt, *attollo*, ex eo quòd farinæ conſperſio fermentatione attollitur in ſe ipſa: non probaret panem fermentatum ab azymo ſpecie differre: nam nomenclatura illa ab aliquo accidentario deſumi potuit: neque probaret panem azymũ non eſſe dicendum ſimpliciter panem. Nam cùm Græci azymo nõ vterẽtur potuiſſent ab eo, quod ex fermẽtatione accideret, panẽ nũ cupare; inde tamen non ſequeretur, apud

Anſelm. Centuriatores.

Hierem. Patriarch. Primum argumentum.

Solutio.

32

alias

alias nationes azymum panem non dici simpliciter panem. Adde, quod licèt panis azymus, & fermentatus specie differrent; nihilominus vterque posset esse materia idonea consecrationis: sicut etiam vinum album, & rubrum specie differunt, & tamen vtrumque idonea materia est consecrationi calicis: quòd enim vnum ab alio specie differat, non obstat, quominùs vtrumque simpliciter nuncupetur nomine generis. Denique periti etiam linguæ Græcę dicunt, panem Græcæ ἄρτον, vocari ab attollendo, nō quia attollatur conspersio farinę ipsa fermẽtatione; sed quia attollat vires, & virtutẽ corporis, eam corroborando.

33

Refellitur Caluin.

Neque verò ex eo, quòd panis azymus, & fermentatus solùm accidentarie differant, rectè infert Caluinus, eodem modo permissum esse debere, vti fermentato, sicut azymo in consecratione; sicut indiscriminatim vtimur vino rubro, & albo: id igitur non rectè infert Caluinus: quoniam licet accidentariè differat azymus à fermentato, nihilominùs iusta de causa Ecclesia Latina suis præcipere potuit, vt in azymo solùm ad imitationem Christi consecrarent: Græcos autem permittere, vt fermentato ad consecrationem vterentur.

Secundum argumen.

Secundum argumentum Græcorum est: quia azymi panes videntur proprij Iudæorum: ac proinde, sicut in alijs, quæ lege ipsi obseruant, non licet cùm eis communicare,

34

sic etiam non licebit in consecratione Eucharistiæ, vti pane azymo, ne cum illis in aliquo conueniamus. Primum argumentum probare contendebat, consecrationem in azymo non habere effectum: hoc autem solùm videtur probare, licitum saltim non esse, in eo consecrare, ne cum Iudæis conuenire videamur. Adde, quòd, sicut mutata fuit à Latinis, & Græcis dies celebrationis nostri Paschatis, ne scilicet fieret Luna decima quarta Martij, quo die Iudæi Pascha suum celebrant, ne cum eis conueniremus: ita etiam mutari debuit panis azymus in fermentatum.

Solutio Anselmi.

Hoc argumentũ rectè dissoluit Anselmus loco citato. Respondet autẽ, nos non vti pane azymo, vt legem antiquam, & finem illius seruemus; sed vt imitemur Christum, qui in eo consecrauit: veluti si quis azymum comederet aut causa salutis, aut recreationis, non diceretur iudaizare. Adde, quòd, vt ait idẽ Anselmus, nos, vtendo azymo, solùm vtimur re, qua vtebantur Iudei in suis cœremonijs nō autem vtimur cœremonia ipsa, & modo, quo re illa, hoc est, azymis Iudei vtebantur: hoc autem satis non est, vt dicamur iudaizare,

35

aut cum Iudeis aliquo modo conuenire, qui iurè prohibendus sit; alioquin non liceret baptizare cathecumenos aqua Baptismi: nam & Iudei aqua vtebantur in suis baptismatibus. Adde etiam, quòd Iudei in suis sacrificijs offerebant etiam panes fermentatos, vt constat ex 7. cap. Leuit. & ex 23. eiusdem libri: quare eadem ratione non liceret vti fermentato in hoc nostro sacrificio. Quod verò adducebatur de mutatione Paschatis, diuersam habet rationem: nam, cum in ea cœremonia conuenire videremur in die: & aliqui hęretici docerent, necessariò ita fieri debere, vt in primo capite vidimus: iure optimo Ecclesia iudicauit expedire, hoc tempus mutare: ne cum Iudeis in illo die conueniremus, sicut hæretici illi contendebant. Fuit etiam alia ratio maximę cõuenientiæ, vt Pascha mutaretur: quia, si cum Iudeis celebraretur quacumque die hebdomadę, non ieiunaremus in commemorationem diei Passionis Christi, vt

Leuitic. 7. & 23.

36

notauimus ex Ambrosio diput. 172. cap. 5. Ne igitur hoc ieiunium omitteretur, translata fuit solennitas nostri Paschatis in diem Dominicam proximam post Lunam 14.

Tertiũ argument. *ad Cor. 3. Anselm.*

Tertium argumentum Græci desumebãt ex illo 2. ad Corinth. cap. 3. *Littera enim occidit, spiritus autem viuificat.* Ex quo inferunt, inquit Anselmus, literam, quæ vetus Pascha iubet in azymis celebrare, nos occidere, cum eam seruamus, in azymo consecrando. Tum etiam argumentantur ex illo Amos 4. *Sacrificate de fermento laudem.* Ex quo etiam inferunt, sacrificium nostrum debere esse in fermentato. Respõdet Anselmus ad prius illud testimonium, perperam à Græcis intellectum esse: nam eo loco solùm contendit Paulus, literam legis præcipientis occidere nos, hoc est, nõ præbere nobis vires ad operãdum, & faciendum ea, quæ lege ipsa præcipiuntur; imò verò potiùs esse muscipulam, & occasionem peccandi, si desit spiritus gratiæ efficacis adiuuantis nos: spiritu autem ipsius gratię nos viuificari in obseruationem legis, vt latè etiam eumdem locum ex hac eadem doctrina expossuimus. 1. p. disput. 16. c. 4. Quare inde nullum argumentum desumere possunt Græci. Adde, quòd, dum azymis sacrificamus & consecramus, non sequimur literam antiquę legis, quæ alia sacrificia longè diuersa præcipiebat; sed vtimur solũre, qua antiqui Iudæi ex lege sua ad diuersos ritus, & cœremonias vtebantur. Ad alterum testimonium acutè satis respõdet Anselmus hoc modo: aut illud dixit Propheta, exhortãdo populum Iudæorum, vt sacrificaret panem fermentatum in Galgala, & approbando huius

Amos. 4.

Respõsio Anselmi ad Paulum

37

Respõsio Anselmi ad Amos.

modi ſacrificium, cum dixit. *Venite in Galgala, & impiè agite, & ſacrificate de fermentato in laudem*: & hoc modo Græcos occidit litera Prophetæ, dum ipſi ad literam faciunt, & obſeruant id, quod ipſe præcepit aut dixit, exprobando Iudæis huiuſmodi ſacrificium, ſicut reuera dixit: & ita perperam Græci ſacrificium, quod Propheta reprehendit, amplectuntur, & ſacrificant. Porrò autem, illud dixiſſe Prophetam exprobando, & quaſi ironice; non autem exhortando, probat Anſelmus ex eo, quòd dixit eodem contextu ſermonis, *impiè agite*, hæc enim verba non poſſunt eſſe exhortantis. 38

Ob nullam neceſsitatem licet Latino vti fermento. *Ledeſma.*

Hoc loco quærunt aliqui, an ratione alicuius extremæ neceſsitatis, nempe, adminiſtrandi ægroto Euchariſtiam, liceat vti fermentato, cùm alius panis haberi non poteſt. Rectè autem reſpondet Ledeſma 1. par. quarti. q. 15. artic. 4. dub. 1. non licere, reddit rationē: quia melius eſt ſeruare Eccleſiæ conſuetudinem, quàm miniſtrare ægroto Euchariſtiam, cùm hoc Sacramentum nō ſit neceſſarium ad ſalutem; addo tamen, niſi ex præcepto; hoc autem non obligat, niſi cum commode haberi poteſt copia illius, nempe ſeruatis alijs requiſitis ad celebrationem, vt etiam dicemus inferiùs.

ARTICVLVS V.

Vtrum vinum vitis, ſit propria materia huius Sacramenti.

CONCLVSIO Eſt affirmans. Intelligitur autem de materia cōſecrationis ſanguinis, ſicut in præcedentibus dictum eſt de materia conſecrationis corporis Chriſti. Quid verò ſentiat S. Thom. de muſto, in ſequente diſputatione videbimus.

ARTICVLVS VI.

Vtrum aqua ſit vino permiſcenda.

CONCLVSIO Eſt. *Vino, quod offertur in hoc Sacramento, debet aqua miſceri.*

ARTICVLVS VII.

Vtrum permiſtio aquæ ſit de neceſsitate huius Sacramenti.

CONCLVSIO Eſt. *Miſcere aquam vino, non eſt de neceſsitate Sacramenti*, non dicit *de neceſsitate* abſolutè, ſed *de neceſsitate Sacramenti*, hoc eſt, etiam ſi non miſceretur aqua, conſecratio effectum haberet: nam, quòd miſceri debeat aqua vino ex præcepto, in ſexto articulo Sanctus Doctor tradiderat.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aqua debeat in magna quantitate apponi.

CONCLVSIO Eſt. *Tutius eſt parum aquæ vino miſcere, tantum autem aquæ miſcere vt diſſoluantur ſpecies vini, nō licet.* Quo autem pacto aqua in ſanguinē conuertatur: vtrùm antequàm in vinum; an neceſſario prius in vinum conuerti debeat, diſputatione ſequente examinabimus.

An vinum vitis, ſit idonea materia conſecrationis ſanguinis. Diſput. 175.

Vinum vitis ex vbis eſſe materiam conſecrationis calicis, catholica, & certißima ſententia eſt. Cap. 1.

Tres difficultates circa pradictam doctrinam. Cap. 2.

Vinum vitis ex vuis eſſe materiam conſecrationis calicis catholica & certißima ſententia eſt.

CAPVT I.

IN Hoc cap. omnia, quæ pertinent ád materiam neceſſariā conſecrationi calicis, explicāda nobis ſunt: fere omnia autem extra controuerſiam eſſe videntur: atq; ideò initio præmitte-

mittemus Autores, qui de hac re disputant. Hi autem sunt Sanctus Thomas in hac quæstione artic. 5. Caietanus, & Recentiores ibi dem, Alexander 4. par. q. 10. membro 4. articulo 1. §. 7. & 8. & 9. Bonauent. in 4. dist. 11. part. 2. distinctionis art. 1. quæst. 4. Ricard. artic. 2. quæst. 4. & 5. Durand. quæst. 4. n. 7. Scotus quæst. 6. quæ est 1. secundæ partis §. *Ad secundam quæst.* Maior. quæst. 2. Gabr. quæstion. 2. art. 2. concluſ. 4. & lectione 35. in canonem litera I. Paludanus dist. illa 11. quæstion. 1. art. 5. Marsilius quæst. 6. artic. 1. par. 1. non parum ante finem. Dominicus Sotus in 4. distinct. 9. quæst. 1. artic. 5. Ledesma in 1. part. quarti quæst. 15. art. 5. Et Viguerius de Institutionibus Theologicis cap. 16. §. 3. versic. 1. Primò autem omnes eodem modo docent, solùm vinum vitis, quæ propriè dicitur vitis, esse materiã necessariam, & idoneã consecrationi calicis, & sanguinis Christi: id quod definitur in Concilio Lateranen si sub Innocentio III. & refertur in capite *Firmiter*, de summa Trinitate, & fide catholica. Et in capite *Sicut*, eo titulo, vbi damnatur error Ebionitarum, qui dicebant, aquam puram esse materiam huius consecrationis, & ita sobrietatis, & temperantiæ causa solam aquam consecrabant. Idem definiunt Eugenius IIII. in decreto fidei quod est post vltimam sessionem Concilij Florentini §. *Tertium est.* Concilium Carthaginense 3. capit. 24. *Aurelianense* 4. cap. 4. Antidiorense capite 9.

S. Thoma. Caietan. Alexand. Bonauent. Ricardus. Durandus. Scotus. Maior. Gabriel. Paludanus. Marsilius. Dom. Sot. Ledesma. Viguerius. Conc. Later. 4 Euge. IIII. Cõc. Carth. Aurelianẽse, Antisiodor. 2

Porrò autem, hæreticos illos Ebionitas hanc veritatem negasse, & aquam puram ad consecrandum adhibuisse, testatur Epiphanius hæresi 30. nam aliquantulum ante medium de illis inquit in hæc verba: *Mysteria autem faciunt ad imitationem sanctorum in Ecclesia, ab anno in annum per azymos, hoc est, non fermentatos panes: & alteram mysterij partem per aquam solam.* Idem dicit hic Autor de Taciano, hæresi 46. non longè à principio: tametsi hunc errorem, nescio qua de causa, Augustinus lib. de hæresibus cap. 10. non commemorat inter errores Ebionęorũ, seu Ebionitarum, neque cap. 25. inter errores Tacianorum. In hoc autem errore fuisse Aquarios, testatur ipse in eodem libro cap. 64. quos ego in alio antiquiore non legi distinctos ab Ebionitis, & Tacianis; eos tamen, vt multo recentiores, Augustinus refert. Neque Recẽtiores aliqui, originem horum Aquariorum aliam fuisse, ostendunt. Contra hunc errorẽ disputat Cyprianus in 2. lib. epistolarum epistol. 3. quę est ad Cęcilium in ordine nũc 63. Neque verò ibi dicit Cyprianus, hunc errorem excogitatum, & inuentũ fuisse ab Episcopis Romanis, seu Latinis, vt falso ei adscribunt Centuriatores Centuria III. cap. 6. & 7. citantes ipsum in epistola ad Cornelium, sed admonet, quosdam tunc fuisse Episcopos, qui ignorantia potius, quam pertinatiã in hoc versarentur errore: contra quos disputat in ea epistola. Eosdem etiam confutat Chrysostomus homilia 83. in Matthæum, in illud, *non bibam amodo.* Colligi solet hæc veritas catholica ex illo Matth. 26. Marc. 14. & Lucæ 21. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis.* Verùm quia hunc locum fusiùs examinare debemus infra disp. 196. c. 4. & 6. ideò, nunc hoc testimonio super sedendum est; ibi autem videbimus, quàm rectè ex hoc loco probari possit hæc doctrina Ecclesię cõmunis, & catholica traditio.

Aquarij. Cyprian. Augustin. Epiphan. 3 Centuriat. Chrysost. Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 21.

Ideò autem diximus, vinum, quod est ex vite, esse materiam consecrationis, ad excludenda alia vina, quæ non sunt ex vite, qualia sunt vina pomorum, frumenti, & alia ex alijs fructibus: & ita Canone 3. Apostolorũ prohibetur, ne in calice sicera, quæ est vinũ expomis, offeratur. Dixi etiam, vinum debere esse ex vite, quæ propriè vitis sit, & cuius rami palmites appellantur: nam sunt aliquæ, quæ latiori quadam significatione vites nuncupantur, qualis est vitis balsami, quia similis est viti, ex qua fit vinum. Ex his autẽ non fit liquor idoneus consecrationi sanguinis, qui propriè vinum dicatur. Cum verò dicimus, vinum vitis esse idoneam materiam cõsecrationis, comprehendimus omnia genera vinorum, quæ fiunt ex vitibus, licèt differãt specie, vt supra etiam dixi de varijs granis tritici, velut vinum rubrum, & album: quod cumque enim genus vini ex vite est idonea materia consecrationis sanguinis: quia quod libet illorum est vinum simpliciter, & ita vtrumque aptum ad significandum id, quod post consecrationem sub speciebus continetur. Canon. 3. Apostol. 4

Aliqui probant, hæc vina specie differrè ex Aristot. 4. metheororum ca. 10. ibi tamẽ id non dicit. Bene video, Ricardum, & Maiorem locis allegatis, quos sequuntur Recentiores aliqui cum Ricardo loco citato ad primum, & Soto asserere, vina omnia esse eiusdem speciei. Verum siue hoc, siue oppositũ dicamus, quod attinet ad materiam consecrationis, citra controuersiam est id, quod diximus. Alexander putat, aptius significari sanguinem Christi speciebus vini rubri, quàm albi: nam, & vinum rubrum in Scriptura vocari solet sanguis vbæ, Deuteronomij 32. in cantico Moysis, & 1. Machab. 6. Nihilomi Aristotel. Ricard. Maior. Sotus. 5 Alexand. Deuter. 32. 1. Mach. 6.

nus aptius conſecrâtur in albo alia de cauſa: nam, licèt ſpecies vini rubri aptius ſignificent ſanguinem Chriſti; tamen mundities debita tanto Sacramento, multò melius ſeruatur, ſi in conſecratione vtamur vino albo.

Agreſta in epta conſecrationi

Secundò certum apud omnes eſt, ex ſucco vbarum, antequàm maturæ ſint, qui dicitur *agreſta*, non poſſe confici, & conſecrari ſanguinem, ita vt effectum habeat conſecratio, ſiue agreſta ſpecie differat à ſucco vuæ maturæ, hoc eſt, à muſto, ſiue non: quia quocumque modo differat, non eſt, neque dicitur ſimpliciter vinum. Et ita in Miſſali Romano, inter defectus Miſſæ aſſignatur, ſiquis in agreſta conſecrauerit. Porrò autem, agreſtam ſpecie differre à muſto, quod eſt ſuccus vuæ maturæ, docet Alexand. Colligit autem diſcrimen hoc ex diuerſis effectibus, qui aperte indicant diſcrimen ipſius ſubſtãtiæ: neque mirum eſt, quòd ſuccus ille ſpecie mutetur, cum ad maturitatem peruenit, & idem fructus arboris hoc modo in perfectiorem ſpeciem paulatim tendat. Verum, licet diceremus cum Paludano, agreſtã, & muſtum ſpecie non differre, nihilominus aſſerere debemus, ex illa non poſſe confici alteram partem huius Sacramenti, quia re vera non habet ſtatum muſti, in quo ſolum dici poteſt, & eſt vinum: hoc autem intelligo, etiã ſi agreſta expreſſa ſit ex granis: nam ſi eſſet incluſa adhuc in illis, alia etiam ratione in illa non poſſet ſanguis conſecrari.

Alexand. 6

Paludan.

Tertiò omnes etiam docent, in muſto expreſſo ex vbis verè conſecrari ſanguinẽ Chriſti, etiamſi illud nondum ſit defæcatum, & bene coctum: eſt enim ex omnium ſententia eiuſdem rationis cum vino, etiamſi admiſtam habeat partem alterius ſubſtãtiæ, quæ ex granis ipſis expreſſa ſimul cũ ipſo eſt. Et ita in canone, *Cum omne* de conſecratione diſtinct. 2. qui eſt Iulij Papæ in epiſtola ad Epiſcopos per Aegyptum miſſos: & refertur, & approbatur in Concilio Bracharenſi 3. cap. 1. permittitur, vt tempore neceſsitatis in muſto ex botris expreſſo conſecretur. Quòd autem ibidem damnat Pontifex eos, qui expreſſum botrum in Sacramento calicis offerunt, non debet intelligi de liquore ipſo vini, aut muſti expreſſo, iam ex granis: hoc enim ibidem ipſe probat, vt diximus; ſed de ipſis granis à racemo, & botro ſeparatis tantum, & non expreſsis: ſic enim ipſe Pontifex inferius explicuit, cum conceſsit, in muſto expreſſo fieri poſſe conſecrationem: permittens, vt tempore neceſsitatis in muſto ex botris expreſſo conſecretur. Porrò autem eſſe eiuſdem ſpeciei muſtum, & vinum, omnes, qui de hac re diſputant, ingenue fatẽtur: ſolum enim differunt, vt magis, & minus defæcatum. Citatur ab aliquibus Ariſt. 4. meteororum cap. 10. pro hac ſententia, nihil tamen ibi dicitur. In nonnullis Eccleſijs fertur hanc eſſe conſuetudinem, vt aliquo die anni conſecratio fiat in muſto ex vbis expreſſo: neque eſſet intolerabilis, ſi fieret non in ſolo muſto, ſed in vino iam defæcato, cui aliqua particula muſti expreſsi adiungeretur. Ideò autem in ſolo muſto non permittitur, niſi tempore neceſsitatis: quia cum defæcatum non ſit, habet alias partes alterius ſubſtantiæ admiſtas, propter quas etiã ſapore differt à vino defæcato, & ſpecie ab eo videtur differre.

Canon cũ omne. 7

Conc. Brach.

Ariſtotel.

Quartò certum eſt, in vino, quod dicitur *lora*, ſeu *acinacium*, Hiſpanice, *agua pie*, quod quidem fit ex aqua iniecta in racemis, iam expreſsis, aut in acinis, qui fundo dolij ex vino iam defæcato relinqui ſolent, nec licere, nec poſſe fieri conſecrationem: quod quidẽ intelligendum eſt ita, vt communiter fieri ſolet, eoquòd maior eſt pars aquæ, quæ acinis injicitur, quam ſubſtantia vini, quæ in eis manet: & ita non poteſt habere veram rationem vini, licèt aliquod accidens illius retineat. Verùm, ſi magna copia vini, aut muſti in acinis maneret: & parum aquæ ſecundùm proportionem injiceretur, poſſet fieri verum vinum, ita vt in eo conſecratio verè fieret, & liceret: nam, cum eſt parua quantitas aquæ, in vinum ipſum facile cõuertitur. Quare, quod aliqui efficere ſolẽt in aliquibus regionibus, nempe, dolio, in quo eſt magna copia muſti, aliquam partem aquæ multò minorem injicere, eoquòd id neceſſarium iudicent, vt meliùs muſtum decoquatur, nihil nocet conſecrationi, neque vlla ratione damnari debet: eoquòd parua illa aquæ quãtitas facilè in ipſum muſtum conuertitur; licèt virtus muſti, & vini leuiter retundatur: hoc enim non ſatis eſt, vt verã natura vini amittatur. Hęc ſunt certa apud Autores, quos in principio citauimus. Tria verò, licèt facilia, in controuerſia poſita ſunt, quæ tamen in ſequente capite breuiter expediemus.

8 Quid de lora dicendum.

9

Tres difficultates circa prædictam doctrinam.

CAPVT II.

Difficultas prima.

PRIMVM Difficultas eſt; an in æceto conſecrari poſsit, ita vt conſecratio effectum

Alexan. ctum habeat. Alexander existimauit, id fieri posse: eo quòd iudicio eius acetum, & vinum non substantiali specie, sed accidentarie solùm differant. Alij verò omnes, qui huius rei mentionem fecerunt, affirmant, neque licitum esse in aceto consecrare: neque, si quis eo ad consecrationem vteretur, aliquid effecturum. Fundamentum verò vnicum est, quia siue specie substantiali differat à vino, siue non differat, non dicitur, neque est simpliciter vinum, quod ad potum communiter deseruiat; materia autem consecrationis 10 debet esse vinum. Adde, quòd revera acetum, quod perfectè acetum est (de hoc enim nunc loquimur) specie differt à vino, & ex corruptione vini fit, vt reliqui Autores fatétur. Aristotel. Id quod supponere videtur Aristot. cũ 8. metaphysic. cap. 5. quærit; cur vinum non fit materia aceti, nec potentia acetum; & cur viuens non sit potentia mortuus: supponit enim Aristot. corruptionem fieri vini in acetum. Hanc sententiam intelligunt omnes de aceto, quod iam perfectè acetum est, nihil retinens vini: nam si sit vinum acidum, vel acescens, plane concedunt fieri posse in eo consecrationem, ita vt effectum habeat, quamuis ab eo abstinendum sit, quoad fieri possit: atque ita interpretantur contrariam opinionem, & benigne exponunt Alexandrum, Bonauent. Bonauentura, Gabriel, Sotus, Ricardus, & Viguerius, vt non intelligatur de perfecto Gabriel. aceto. Et hoc eodem modo explicandus est Sotus. Innocentius III. lib. 4. de sacrificio Missæ Ricardus. cap. 30. cum ait, vinum acidum, quod vocatur acetum, esse materiã consecrationis sanguinis: & Isidorus lib. 8. Ethymologiarum Viguerius. capit. 3. vbi inter species vini enumerat acetum. Innoc. III. Isidorus.

Deinde dubium est: an mustum intra grãnum conclusum, & nondum expressum, sit apta materia consecrationi. Nam in canone 11 *Didicimus*, de cõsecratione distinct. 2. solùm Canon Didicimus. prohibetur, ne in calice consecrando vuę cũ vino misceãtur. Ricardus probabilem refert Ricard. opinionem eorum, qui asserunt, in musto nõdum ex granis expresso consecrationem effectum habere. Fundamentum autem illius esse potest: quia mustum expressum, & non expressum sunt eiusdem speciei: ergo si in vno consecratio habet effectum, poterit etiã in alio habere. Ego tamen hactenus non legi, qui eam opinionem sequeretur. Oppositam verò expresse docẽt ipse Ricardus, Scotus, Gabriel, Maior, Sotus, & Caietanus: & hoc modo Sotus, & Caietanus exponunt S. Thomam in solutione tertij, cum ait, in musto posse fieri consecrationem, vt supra dixi-

Satisfit difficultati. Ricardus. Scotus. Gabriel. Maior. Sotus. Caietan. S. Thomas.

mus: hoc enim plane ipse intelligit de musto expresso. Probat autem Sotus hanc sentẽtiam, simulque fundamentum oppositę euertere contendit: quia mustum conclusum in granis, & expressum specie differant: nã per 12 expressionem, inquit ille, partes crassiores in liquorem resoluuntur: sicut cum ex amygdalis succus exprimitur. Quocirca ex sententia ipsius in expressione musti est aliqua corruptio & noua generatio; nec sola partium, & liquoris separatio, ita vt intra granum non sit natura, & substantia liquoris, sed aliæ partes crassiores, quæ contusę, & expresse in liquorem substantialiter mutentur: sicut etiã aqua calore in vapores resoluitur per veram sui corruptionem, & generationem vaporis. Hæc tamen ratio mihi maximè displicet, quia expressio huius nihil aliud est, quã sola separatio liquoris ab alijs partibus crassioribus, cum quibus mistus continebatur. Cuius rei indicium manifestum est, quod si mustum expressum in dolio seruetur, crassiores partes subsident; liquor autem defæcatus supra manet: quòd si crassiores partes in liquorem conuerterentur, nullæ fæces manerent. Similiter in amygdalis cum succus ex illis exprimitur, separantur partes crassiores, & succus per se manet: opus autem est infusione aliqua aquæ, vt crassiores partes facilius diluantur, & succum, quem in se inclusum habebant, emittant. Adde, quòd si granum vuæ diuidatur, aut scindatur absque vlla compressione, succum è se emittet, & liquorem: signum igitur est, intra granum liquorem esse in propria specie, & substantia. 13 Hoc dixerim de omnibus liquoribus, qui ex alijs rebus, vel sola cõtusione exprimũtur, vel etiam expressione, & aliqua aquæ infusione, nam de succo, qui per modum olei exprimitur ex amygdalis, & alijs seminibus, alia videtur ratio. Existimo enim ibi esse aliquam corruptionem, & transitum substantialem in formam aliquam virtute ignis, & aliarum præparationum; tametsi ex oleis sine hac corruptione verum oleum exprimatur, & aqua calida ad hoc solùm deseruiat, vt facilius exprimi possit: signum autẽ huius est, quia sola compressione absque aqua calida verum oleum exprimi potest.

Alij verò hanc reddunt rationem, ob quam mustum in granis inclusum consecrari nequeat: quia non est præsens sacerdoti consecranti, vt illud ostendere possit per verba consecrationis. Hæc verò ratio mihi etiam non probatur: quia sicut vinum inclusum in vase consecrari potest, etiamsi non videatur: quia satis est ad veritatem verborum ratione

Aliorum etiam ratio impugnatur.

vasis

vaſis continentis demonſtrati, & ſentiri: ità etiam ſufficeret vt muſtum incluſum in gra-
14 no conſecraretur, quia ratione ipſius grani demonſtrari poſſet.

Præoccupatio. Quòd ſi dicas, diſcrimen eſſe, quia vinum in vaſe incluſum per ſe ſenſibile eſt, & per accidens ſolùm non poteſt ſentiri, incluſum autem in grano per ſe ſenſibile non eſt. Hoc facile refelli poteſt: quia, qui granum demõſtrat, non ſolùm demonſtrat id, quod exterius videtur, ſed quidquid in eo incluſum eſt, & ad naturalem conſtitutionẽ illius pertinet, qualis eſt ſuccus. Quare, ſi Deus voluiſſet totum botrum vuæ in ſanguinẽ ſuũ conuertere, rectè id efficere poſſet verbis demonſtratiuis ex viſolius veritatis verborum, ita vt nihil ſubſtantiæ in botro maneret, ſed tota ſubſtantia illius in ſanguinem tranſiret: quis hoc neget? Cum enim liquor contineatur in grano per modum vnius, monſtrato grano, monſtratur etiam & liquor.

Ratio Autoris. Ratio igitur ea eſt, quia liquor includitur, non ſecundùm modum potus, ſed potiùs cibi, niſi exprimatur: & ita non dicitur bibi, ſed manducari: quia igitur materia conſecrationis debet eſſe potus ſecundùm modum potus, vt ita ſignificet ſanguinem Chriſti per modum potus ſpiritualis: ideò non eſt idonea materia conſecrationis: ac proinde, ſi circa illum dicantur verba conſecrationis, nullum effectum habebunt.

15 Poſtremò denique, difficultas eſt de vino congelato, an ſit idonea materia conſecrationis. Nonnulli dicunt, non eſſe idoneam materiam conſecrationis. Ita ſentiunt Armilla verbo *Euchariſtia*, numero 19. Ledeſma 1. parte quarti quæſtion. 15. articulo 5. dub. 1. & Alanus libro primo de Euchariſtia capite decimo primo. Ratio verò huius ſententiæ eſt: quia, vt vinum ſit apta materia conſecrationis, non ſolùm debet habere formam, & natutam vini, ſed etiam debet, ità conſeruari, vt bibi poſſit, & propinari, non ſolùm potentia remota, ſed propinqua; alioquin, & muſtum intra granum conſecrari poſſet, ſi ſufficeret, ita eſſe in remota potentia, vt biberetur, ſic enim eſt muſtum nondum expreſſum. Altera ratio addi poteſt: quia vinum per congelationem corrumpitur: eo quòd, cum ſit natura ſua, non parum calidum, per congelationem fit maximè frigidum: aut potius dum fit maximè frigidum, congelatur: ergo dum tranſit ad alterum extremum corrumpitur.

16 Mihi tamen probatur ſententia Soti, loco citato in præcedente capite, quàm priùs tradiderant Angelus, verbo *Miſſa*, numero vigeſimo tertio, & Sylueſter verbo Euchariſtia quæſtione decima diſtinctione quinta, nimirum, vinum congelatum eſſe materiam idoneam conſecrationi, etiam ſi omnino congelatum ſit. Et ſane ſi fieri poſſet, vt vinum congelaretur vſque ad ſui corruptionem, ſicut exiſtimat Sotus, in eo caſu hęc ſententia intelligenda non eſſet. Tunc enim citra controuerſiam eſſet, neque in eo fieri conſecrationem, neque ſpecies ſemel conſecratas, ſi hoc modo congelarentur, conſeruaturas ſub ſe ſanguinem Chriſti ſemel conſecratum. Hoc enim certum eſt, vt inferiùs dicemus: tandiu aliquam eſſe materiam aptam ad retinendum effectum conſecrationis, atque ad conſecrationem ipſam recipiendam, quamdiu non peruenit ad corruptionem. 17
Cenſeo tamen, hoc modo non poſſe vinum congelari; licèt, vt aliqui ferunt, aqua ità aliquando congeletur, vt in lapidem tranſeat chryſtallinum, ſicut nomẽ ipſum chryſtalli quod Græcum eſt, denotare videtur: nam cum ſubſtantia vini ſubtilioris, & magis aereę naturæ ſit, non poteſt naturaliter ratione frigoris, & ſiccitatis extrinſecæ, ita immutari, vt in lapidem tranſeat: neque oppoſitum experimento aliquo hactenus didicimus.

Noſtra igitur ſententia intelligitur de alio ſtatu congelationis, ex quo, aut calore, aut humiditate aliqua facilè liquari poteſt, & ad priſtinum ſtatum reuerti, in quo nulla eſt corruptio ſubſtantialis vini. Sic autem intellecta facilè probatur. Nam eadem naturalis diſpoſitio ſpecierum, quæ ſufficit ad conſeruandum ſanguinem ſemel conſecratum, ſufficiet etiam ad recipiendam initio conſecrationem: eadem enim requiritur vtrobique ſignificatio: quòd ſi conſecrationis effectus, cum primùm verba proferuntur, non poteſt rectè ſignificari per ſpecies ſubſtantiæ, ſuprâ quam verba proferuntur ſecundum ſtatum, quem tunc ſubſtantia habet, non poterit ſignificari deinde poſt conſecrationem: ac proinde ſanguis, qui ſub eis cœperat eſſe, deinde amplius non erit, & contra: atqui ſi ſpecies vini poſt conſecrationem, habentes ſub ſe ſanguinem Chriſti, congelentur, nihilominus retinebunt, & verè ſignificabunt ſanguinem Chriſti: ergo vinum ſub eo ſtatu, & diſpoſitione, apta materia erat, vt in ea initio fieret conſecratio. 18

Sotus. Angelus. Sylueſter. Vinum cõgelatũ eſt apta materia conſecrationi.

Armilla. Ledeſma. Alanus.

Porrò

Porrò autem, species vini congelatas sub se retinere sanguinem, quem semel per consecrationem habuerunt, indubitatum est: nã in Missali Romano in defectibus Missæ præcipitur, vt si species post consecrationẽ congelentur, liquentur aliquo calore, & ita consumantur: quod quidem nullo modo præciperetur, nisi sub se sanguinem semel consecratum conseruarent: nam si illum non retinerent, potiùs deberet aliud vinum consecrari, vt integrum consumeretur sacrificiũ. Qui verò hanc sequuntur sententiam, assere re etiam debent, sacerdotem non peccare, si vinum congelatum in calice consecret: quia nullo præcepto aliàs id prohibetur ex mente aliquorum; sed obstat Ecclesiæ consuetudo, & quòd ipse sacerdos non poterit sumere vinum sic consecratum.

Responsio ad priusargumentũ. 19

Rationes verò allatæ pro priori sententiã valde infirmæ sunt. Ad priorem respondeo: materiam quidem consecrationis sanguinis non solùm debere esse vinum, sed etiam habens statum, & modum potus: ita vt non habeat potiùs rationem, & modum cibi: vinum autem congelatum non se habet, sicut mustum in granis inclusum: hoc enim habet modum cibi, quia verè manducatur cum reliqua substantia grani, & nullo modo bibitur, nisi prius exprimatur, & separetur: at verò vinum congelatum nullo modo habet modum, & statũ cibi, neq; vllomodo manducatur, sed potius habet rationem potus, quia non traijcitur in stomachum nisi liquefactum calore oris. Et ita, licèt non sit proximè aptum, vt bibatur; tamen non habet aliũ statum, nisi potus: & ita idonea materia est consecrationis. Ad posteriorem rationem respondeo; vinum per congelationem transire ad statum nimij frigoris, & alicuius siccitatis; hunc tamen non sufficere ad illius corruptionem; sicut etiam nimius calor, cum aqua feruet, non omnino corrumpit eam. Neque verò ad temperamentum vini pertinet summus calor, aut tantum postulat caloris formaliter, quantum frigoris; quinimo formaliter plus habet frigoris, quàm caloris; tamet si virtute magis calidũ sit: eoquòd subtiliores species, & partes habet, quę facile in vaporem calidum resoluuntur: tum etiam, ratione mordacitatis, quam habet, facilè in nobis excitat calorem.

Ad posterius.

(.3.)

An vino consecrando misceri debeat aqua. Disput. 176.

Aquam vino consecrando miscendam esse, contra hæreticos ostenditur. Cap. 1.
Diluuntur obiecta hæreticorum contra prædictã doctrinam. Cap. 2.

Aquam vino consecrando miscendam esse, contra hæreticos ostenditur.

CAPVT I.

EX Hæreticis, qui fatentur, materiam consecrationis calicis necessariam esse vinum, Armeni docuerunt, solùm vinum absque mistione vlla aquæ offerendum esse in consecratione. Quem errorem in Armenis damnant Patres Trullani can. 32. ex ijs, qui additi sunt sextæ Synodo generali. Ea verò de causa Armeni in eo errore fuerunt, inquit Nicephorus lib. 18. historiæ cap. 53. ne ipsa mistione aquæ cum vino duas in Christo naturas fateri viderentur: ipsi enim Euthychyanorũ errorem in hac re sequũtur. Innocentius III. in lib. 4. de sacrificio Missæ cap. 32. Guido Carmelitanus in catalogo hæresum, Castro aduersus hęreses verbo *Eucharistia*, hæresi 7. & alij etiam scholastici putant, hunc errorem, de non miscenda aqua vino, non tantum fuisse Armenorum, sed etiã Græcorum. Refert etiam Alanus lib. 1. de Eucharistia capite 13. ex Nicolao Cabasila in expositione liturgiæ, aliquos Græcos consueuisse, non ante consecrationem, sed post illam aquam calidam speciebus vini admiscere. Verùm Cabasilas non negat, ante consecrationem Græcos admiscere aquam vino; imò id expresse dicit cap. 8. sed ait, post consecrationem solitos esse miscere aquam calidam ante communionem, ad notandum aduentum Spiritus Sancti. Et sane hodie etiam hanc consuetudinem inijciendi aquam in calicem consecratum Græci obseruant: & ego dum Romę essem, & eorum Missę interessem, hanc cœremoniam in ea obseruari vidi. Ea verò denotant, ni fallor, & verbis exprimunt

1 Armeni. PP. Trullan. Nicephor. Innoc. III. Guido. Castro. Alanus. Cabasil. 2

primunt communionem populorum in vno calice: nam aquæ ſunt ſymbolum populorum.

Græcorũ vſus.

Porrò autem, Græcos miſcere ſolitos aquam cum vino ante conſecrationem, ad de notandum ex latere Chriſti ſanguinem, & aquam exijſſe, notat idem Cabaſilas in illo

Cabaſ.

cap. 8. Huius autem conſuetudinis Græcorum, nempe, miſcendi aquam calidam ſpecie

Conc. Flor.

bus vini conſecratis meminit Cõcilium Florentinum ſeſsione vltima aliquantulum ante finem: nam poſt literas vnionis, & ſubſcriptiones Patrum in eiſdem literis Pontifex à Græcis quædam, quæ difficilia videbantur, quæſiuit, inter alia verò hoc vnum erat; cur poſt conſecrationem aquam feruentem, non autem frigidam in calicem conſecratum infundant. Cui quæſtioni, ſicut & alijs, exceptis duabus poſterioribus, Græcos ſatisfeciſſe, ibidem teſtatur Pontifex. Præterea eumdem errorem conſecrandi in puro vino ſine vlla aquæ miſtione notauit in Armenijs Theophylactus in cap. 19. Ioannis circa finem, ſicut & Nicephorus. Sunt etiam quamplura teſtimonia Græcorum Patrum, quæ infra

Theophyl. Nicephor.

3

feremus, aſſerentium, Chriſtum aquam vino miſcuiſſe, & ideò in Miſſa miſceri debere. Neque ex vllo Autore antiquo colligi poteſt, hunc errorem fuiſſe vnquam Græcorum, cuius optimum indicium eſt, etiam ſchiſmaticos tempore Concilij Florentini, & modo ſemper miſcere aquam vino conſecrando. Et ita Eugenius in decreto fidei poſt ſeſsionem vltimam Concilij Florentini §. *Tertium eſt Euchariſtiæ.* In medio inquit. *Cum ergo tam ſancta Romana Eccleſia à beatiſsimis Apoſtolis Petro, & Paulo edocta, quam reliquæ omnes latinorum, Græcorumque Eccleſiæ, in quibus omnis ſanctitatis, & doctrinæ lumina claruerunt, ab initio naſcentis Eccleſiæ, ſic ſeruauerint, & modo ſeruent: inconueniens admodum videtur, vt alia quæuis regio ab hac vniuerſali, & rationabili diſcrepet obſeruantia. Decernimus igitur, vt etiã ipſi Armenij ſe cum vniuerſo orbe Chriſtiano cõforment: eorumque ſacerdotes in calicis oblatione paululum aquæ, prout dictum eſt, ad miſceant vino.* Propter quod teſtimonium rectè notauit Caietan. in commentario artic. 5. decipi eos, qui putant, Græcos vnquam in prædicto errore fuiſſe, cum ſolum præcipiatur Armenijs, vt eo depoſito ſequantur morem, tã Græce, quam Latinę Eccleſiæ in miſtione aquæ: hoc enim non diceret Eugenius in eo Concilio in conſpectu Græcorum, & Armeniorum, de quorum vnione cum Eccleſia Latina tunc agebatur. Lutherani verò, & Caluiniſtæ Armenios ſequuntur, quatenus nullam aquam ſuo calici miſcent. Ità docet Lutherus in libro contra Henricum VIII. Regem Anglię, & in formula Miſſæ pro Eccleſia Vvitembergenſi: putatque ſtolidos eſſe, qui aquam calici infundunt. Kemnitius verò in 2. parte examinis Concilij Tridentini ſeſsione 22. cap. 7. & canone 9. docet, rem hanc eſſe indifferentem, neque eſſe certum, quid Dominus fecerit, hoc eſt, vtrum aquam vino miſcuerit, an non: denique non eſſe id neceſſarium, neque præcipi vllo modo poſſe. Tilmanus Hechuſius libro ſexcentorum errorum Pontificiorum titulo 17. enumerat tres eorum errores. Primum, quod dicant, aquam miſcendam eſſe vino conſecrando. Secundum, quòd aſſerant, ſine peccato mortali id omitti non poſſe. Tertium, quòd affirmẽt hanc eſſe Apoſtolicam traditionem. Deniq; Petrus Richerus Caluiniſta, vt refert Nicolaus Villagagnonius lib. 1. contra articulos quoſdam Caluinianos cap. 73. affirmat, ſe hoc à Caluino didiciſſe, nimirum hæreticos, blaſphemos, & ſacrilegos eſſe, qui aquam vino miſcent in calice conſecrando, & ita Caluinus nuſquam facit mentionem miſcendæ aquę in cœna ſua.

Caietan.

Lutherani. Caluiniſtæ. Lutherus.

4

Kemnitius.

Tilmanus.

Richerus. Nic. Villag.

5

Catholica tamen ſententia eſt, & Chriſtũ aquam vino miſcuiſſe ante conſecrationem, & omnes ſacerdotes id facere debere: & quãuis id ex Scriptura probare non poſſimus: quia nulla mentio miſtionis aquę in ea fit: tamen ex antiqua Eccleſię traditione à Patribus explicata, & monumentis cõſignata, facilè confirmari poteſt: neque enim in Scriptura omnia fidei noſtræ dogmata expreſſa eſſe debent. Aliqui intendunt contra Caluinum, neque ex Scriptura colligi poſſe, materiam conſecrationis debere eſſe vinum: quia illud Matth. 26. *Non bibam de hoc genimine vitis, &c.* Putant, non eſſe dictum de calice Euchariſtiæ, ſed de calice cœnæ legalis: cum tamẽ Caluinus, & alij hæretici Euchariſtiæ vinũ calici infundant. Vtrùm autem hoc verum ſit, an non, diſput. 196. capit. 6. videbimus. Nunc verò nobis ſufficiat antiqua, vt diximus Eccleſiæ traditio, Patrum teſtimonio confirmata.

Catholica ſententia.

Matth. 26.

Caluinus.

Primò, ita expreſſe dixit Iacobus frater Domini in ſua litargia, quæ eſt in 6. tomo Bibliothecæ Sacræ in hęc verba: *Similiter, poſtquam cœnauit, accipiens calicem, & permiſcens ex vino, & aquâ, & aſperſiens in cœlum.* Quod teſtimonium cum alio Baſilij, quod inferiùs allegabimus, citat Trullana Synodus in canone 32. Marcus ſimiliter etiam Euangeliſta in ſua liturgia inquit: *Similiter, & calicem poſtquam cœnauit accipiens, factaque*

6

Iacobus.

Synodus Trullana. Marcus.

vini,

vini, & aquæ commixtione, &c. In Miſſa etiam Aethiopum, quam nuper per Genebrardum tranſlatam habemus in eodem 6. tomo Bibliothecæ Sacræ, ponitur oratio, cuius titulus eſt: *Orabo quando ponitur vinum, & aqua in calice à Diacono.* Præterea ex Patribus innumeri ſunt, & ex omnibus mundi partibus, qui hanc traditionem expreſsè nobis ſcriptã reliquerũt. Baſilius in ſua liturgia. Nyſſenus in oratione catechetica c. 37. Ioann. Chryſ. in ſua liturgia. Damaſcen. 4. de fide cap. 14. Theophyl. loco citato, Theodor. in dialogo 1. inquit enim, Chriſtum ſuum ſanguinem feciſſe id, quod in calice commiſtum erat. Hi omnes Patres ſunt Orientales. Quibus etiã accedit ex Recentioribus Samona, & ipſe Syrus Epiſcopus Gazæ in diſputa. cum Achmet Sarraceno, quæ eſt in 4. aut 6. tomo Bibliothecæ Sacræ. Germanus Epiſcopus Cõſtantin. in Theoria rerum Eccleſiaſticarũ, non longe à principio, eſt autem in 6. tomo Biblioth. Sacræ. Nicolaus Methonenſis in lib. de Euchar. in 6. tom. Biblithecę Sacræ.

Baſil. Nyſſen. Chryſoſtom. Damaſcen. Theophyl. Theodoret.

Samona.

Germanus.

Nicol. Met.

Ex Latinis verò eamdem traditionem ſcriptam nobis reliquerunt Clemens Romanus lib. 8. conſtitutionum cap. 17. alias cap. 12. vbi ait: Chriſtum ante conſecrationem aqua, & vino calicem miſcuiſſe. Iuſtinus in ſecunda Apologia prope finem. Cyprian. lib. 2. epiſtolarum epiſt. 3. quæ eſt 63. in ordine. Ambroſ. lib. 4. de Sacramentis cap. 4. & lib. 5. cap. 1. Auguſtin. tract. 120. in Ioann. Iſid. lib. 1. de officijs cap. 18. Euſebius Emiſſenus ſerm. 5. de Paſchate: hic fuit Abbas Monaſterij Lirinenſis. Beda in illud Marc. 14. & Luc. 22. Anſelmus in eadem verba Matth. 26. *Hic eſt calix*, & Bernard. epiſt. 69. Amalarius Epiſcopus Treuerienſis lib. 3. de officijs Eccleſiaſticis cap. 19. Rabanus lib. 1. de de inſtitutione Clericorum cap. 31.

Clemens.

Iuſtin. Cyprian.

Ambroſ. Auguſtin. Iſidor. Emiſſenus. Beda. Anſelmus. Bernard. Amalarius.

Rabbanus

8

Sunt præterea Pontifices, & Concilia, quę apertè hanc traditionem nobis explicarunt. Alexander I. in epiſtola 1. cap. 4. Eugenius IIII. in decreto fidei, quod ſupra allegauimus. Iulius Papa. vt refertur canone: *Cum omne crimen*, de conſecratione diſtinct. 2. quẽ citat Eugen. IIII. in decreto fidei. Idem etiã definiunt Concilium Carthaginenſ. III. cui inter fuit Auguſtin. canone 24. Concil. Africanum canone 4. Concilium Bracharenſe III. canone 1. Trullana Synodus canone 32. Concilium Aurelianenſe IIII. cap. 4. Antiſiodorenſe cap. 3. Vormatienſe cap. 4. Triburienſe canone 19. & tamquam Apoſtolicam, & antiquam traditionem ad Chriſti imitationem in Eccleſia introductam, eam nobis proponunt. Denique in capitulis Græcarum Synodorum collectis à Martino Braccharenſi cap. 55. eadem traditio cõtinetur. Et hæc ſufficiant ad probandum, miſcendam eſſe aquã vino in calice conſecrando.

Alexan. I. Euge. IIII. Iulius.

Conc. Cart. Africanum. Bracchar. Trullanum. Aurelian. Antiſiod. Vormatienſ. Triburienſ.

Mart. Bracchar.

Vtrùm autẽ neceſſarium ſit, eam infundere, ex diuino, an ex Eccleſiaſtico ſolum præcepto, videbimus diſputatione ſequenti capite 2.

Diluuntur obiecta hæreticorum contra prædictam doctrinam.

CAPVT II.

IAM Verò, quæ hæretici noſtri temporis contra catholicam doctrinam, quam præmiſimus obijciunt, facile diſſolui poſſunt. 9

Primo arguunt Lutherus, & Kemnitius locis citatis ex eo, quod miſtio aquæ cum vino peſsimam habeat ſignificationem: nã Iſai. 1. dicitur: *Vinum tuum miſtum eſt aqua.* Quã ſimilitudine Propheta denotauit, vt exponit Hieronymus ibidẽ, ſinceritatem corruptã fuiſſe à Iudæis. Reſpondetur, eamdem rem variè conſideratam in Scriptura ipſa interdum malum aliquid ſignificare, nonnunquã verò aliquid bonum: ſicut Leo interdum ſignificat Chriſtum Geneſ. 49. *Catulus Iuda, &c.* Et Apocalyp. 5. *Vicit Leo de tribu Iuda*, nonnunquam verò ſignificat Dæmonẽ Pſal. 90. *Conculcabis Leonem, & Draconem.* 1. Petri 5. *Tamquam Leo rugiens circuit, &c.* Similiter accidit in miſtione aquæ cum vino; nam in ijs, qui vinum vendunt, & mala eſt, & malũ quid ſignificat, eoquòd, qui vinum vendũt, profitentur, ſe purum, & merum illud vendere; & ita ille, qui emit, decipitur, emens miſtum pro mero: & hac ſimilitudine vſus eſt Iſaias cap. 1. vt exponit Hieronymus, nempe de cauponibus, qui aquam miſcent vino; 10 at vero hoc idem in ijs, qui bibunt vinum, res bona eſt, atque optimam habet ſignificationem: eſt enim opus temperantiæ, quod Chriſto negare non poſſumus: hoc igitur opere bono, bonum aliquid ſignificari poteſt. Adde, quòd aliquando rebus malis bonæ ſignificantur vt 1. part. diſput. cap. de parabolis notauimus: tametſi cum Chriſtus aliquid fecit ad aliud ſignificandum, vt in præſenti, non potuit huiuſmodi res aſſumere.

Prima obiectio. Lutherus. Kemnitius. Iſai. 1.

Reſpõſio.

Geneſ. 49. Apocal. 5. Pſalm. 90. 1. Petri. 5.

Secundò arguit Lutherus, & Kemnitius contra catholicos, quòd prędictam ſententiã confirmant ex eo, quòd de latere Chriſti ſanguis

Secunda obiectio diluitur.

guis, & aquâ exiuerit: hâc enim ratione (inquiunt) probari non poteſt miſtio aquæ cũ vino, primum quia ex latere Chriſti profluxit quidem aqua, & ſanguis; ſed ſeorſim, non miſta cum ſanguine; alioquin non potuiſſet diſcerni aqua, & ſanguis, quæ ex latere Chriſti fluxerũt, aqua autẽ in calice cum vino miſcetur. Deinde, quóniã aqua, & ſanguis, quæ ex latere Chriſti fluxerũt, ſignificant duo Sacramenta, nẽpe Baptiſmũ, & Euchariſtiã, vt multi Patres docent: ergo illa ratione nõ probatur, miſcẽdã eſſe aquã cũ vino ad conſecrãdum ſanguinẽ. Reſpõdeo, licèt catholici hãc rationem adducant, potiſſimam rationem huius noſtræ doctrinę eſſe exemplum Chriſti, cuius imitatione vniuerſæ Eccleſiæ, excepta Armeniorum, aquam vino ſemper miſcuerunt. Verùm negare non poſſumus, hãc miſtionem fieri, quia ſanguis, & aqua delatere Chriſti fluxerunt. Eam cauſam expreſsit Eugenius in ſuo decreto fidei iam citato: nã licèt ſanguis, & aqua impermixta delatere fluxerint, bene poteſt ſignificari miſtione aquæ cum vino in calice, effuſio ſanguinis, & aquæ: neque enim catholici dicimus, miſtionem aquę & vini in calice ſignificatam fuiſſe fluxu illo ſanguinis, & aquę ex latere Chriſti, ſed potius contra, illum fluxum ſanguinis, & aquę ſignificare contendimus infuſione vini, & aquæ. Huic autem non obſtat, quôd in ipſo calice miſceantur: nam in ipſa infuſione diſtincta ſunt, ſicut etiam ex latere Chriſti ſanguis, & aqua diſtincta fluxerũt: tamen in terrâ fuerunt permiſta, & ita Auguſtin. tractat. 120. in Ioannem, & Theophylactus, quamuis dicant aqua, & ſanguine ſignificata fuiſſe duo Sacramenta, affirmant nihilominus, indeque colligunt miſcendam eſſe aquam, & vinum: & ita in noſtro Miſſali Toletano præmittebatur oratio infuſioni aquæ, in qua dicebatur, ob hanc cauſam nos illam miſcere cum vino, quia de latere Chriſti fluxerunt ſanguis: & aqua. Hanc etiã cauſam expreſsit Nicolaus Cabaſila cap. illo 8. citato, non quia ſignificetur effuſione ſanguinis, & aquæ de latere Chriſti hęc aquę, & vini miſtio ſed contra, ad denotandũ, duo illa ex latere Chriſti fluxiſſe. Et addit etiã Eugenius IIII. iam citatus aliam rationem, ob quam aquam vino miſceamus, quã etiam adduxerat Concilium Vormatienſe citatum, nempe, vt ſignificemus vnionẽ populi Chriſtiani cum Chriſto: nam per aquam populũ ſignificamus, vt patet Apocal. 17. *Aquæ multæ, populi multi.* Cæterùm, vt diximus, potiſſima cauſa huius traditionis eſt exemplum Chriſti: ita eam primo loco idem Eugenius

11

Eugen. 4o

12

Miſſale Toler.

Cabaſil.

Euge. IIII.

Conc. Vorm.

Apoc. 17.

præmiſerat. Has etiam tres cauſas, ob quas miſcemus aquam vino in calice conſecrando, expreſsit Concilium Tridentinum ſeſſione 22, cap. 7. & in primo loco hanc, vt potiſsimam ponit: quia Chriſtum ita feciſſe creditur. Modum etiam ſignificandi effuſionem aquæ, & ſanguinis ex latere Chriſti, vt â nobis expoſita eſt, expreſsit his verbis: *Tum etiam, quia ex latere eius aqua ſimul cum ſanguine exierit, quod Sacramentum hac miſtione recolitur:* Vtramque verò cauſam, quam diximus, eodem modo expreſſerunt Patres Trullani canone 32.

13 *Conc. Trid.*

Patres Trullani.

Tertium argumentum hęreticorum impugnat hanc poſteriorem rationem miſcendi aquam vino, quam ex Eugenio adduximus, eoquôd in Euchariſtia non debemus commemorare vnionem Chriſti cum Eccleſia; ſed paſsionem Chriſti: tum etiam, quia Chriſto non vnimur, niſi poſt effuſionẽ ſanguinis: ea enim fuit cauſa noſtræ ſalutis, & vnionis cum ipſo: ergo perperam miſcetur aqua cum vino ante conſecrationem ad denotandam hanc vnionem, ſiquidem ipſa conſecratione, & non ante denotatur effuſio ſanguinis, per quam Chriſto coniuncti ſumus. Ad hęc, Chriſtus ſolo ſuo ſanguine redemit nos abſque vlla permiſtione cum noſtro: ergo in calice, in quo Chriſti paſsio, & noſtra redemptio repręſentatur, non debet aqua miſceri, ne coniungere videamur opera noſtra cum paſsione Chriſti, quaſi illa non ſufficerit. Quare Kemnitius hoc imputat catholicis, vt ipſos liberiùs reprehendat: nempe hanc miſtionem fieri in calice, vt ita non ſolum Chriſtus ſed etiam populus Deo iſtatur, cum ſacrificium offertur.

Tertia obiectio.

Kemnitius.

14

Reſpondeo quidem, in Euchariſtia non ſolum fieri commemorationẽ paſsionis Chriſti, ſed etiam vnionis populorum inter ſe, & cum Chriſto: indeenim colligit Paulus 1. ad Corinth. 10. nos omnes vnum eſſe, quia de vno pane, & de vno calice participamus: & quamuis aqua apponatur vino ante conſecrationem, non ideò fit, vt ante conſecrationem hanc vnionem denotemus; ſed vt ſuo tempore, nempe, facta conſecratione, eam ſignificemus. Neque verò ex eo, quòd apponitur aqua vino, denotamus, nos etiã Deo offerri, vt ſacrificiũ cũ Chriſto; ſed nos participare fructũ huius ſacrificij. Mitto obiectiones Kemnitij cõtra Conciliũ Tridentinum, quod in ſeſſion. 22. canon. 9. damnat eos, qui dicunt, aquam non eſſe miſcendam vino, eo quôd fit contra Chriſti inſtitutionem, friuolæ enim ſunt, neque indigent ſolutione.

Soluitur.

1. Ad Cor. 10.

Primo

Vtrum miſcere aquam vino ſit neceſſarium ex diuino, an ex humano præcepto. Diſputatio 177.

Circa præceptum miſtionis aquæ cum vino opiniones duæ minime probandæ. Cap. 1.
Tametſi Chriſtus aquam vino miſcuerit, cum primum conſecrauit; præcepto tamen ſolo humano, non diuino eam nos miſcere debere. Cap. 2.
Diluuntur argumenta aliarum opinionum, in primo capite allata. Cap. 3.

Circa præceptum miſtionis aquæ cum vino opiniones duæ minime probandæ.

CAPVT I.

1 PORTET Iam, vt videa mus; vtrum miſceri debeat aqua vino ex diuino præcepto, an ex humano: qua quidem difficultate expedita, facile quoque conſtabit, an ita ſit neceſſaria aqua in calice pro conſecratione, vt ſine illa nullum effectum habeat conſecratio. Nonnulli Scholaſtici exiſtimarunt, hoc eſſe præceptum, non ſolùm humanum Eccleſiæ, ſed etiam diuinum. Id non obſcure docuit Alexander Alenſis 4. part. quæſt. 10. membro 4. articulo 1. §. 6. in ſolutione argumentorum: vbi aſſerit, Chriſtum Dominum appoſuiſſe aquam vino conſecrando tam quam neceſſariam, non quidem ad effectum Sacramenti, ſed ad ſignificationem, ob quã ipſe Chriſtus aqua mappoſuit. Eamdem ſententiam ſequuntur Hoſius in confeſsione catholica cap. 14. & Alphõſus de Caſtro aduerſus hæreſes verbo *Euchariſtia*, hæreſi 7. vbi ſupponens, ex diuina inſtitutione aquam miſcendam eſſe vino, ſubdit: *Quod ſi ex Chriſti inſtitutione non eſſet, Eccleſia nihilominus hoc ſtatuere poterat*. Verùm hi Autores non docent, ſine aqua conſecrationem effectum nõ habere. Quare, quod attinet ad diuinum præceptum, fortiori ratione hanc ſententiam ſequuntur, qui dicunt, ita eſſe neceſſariã aquæ miſtionem cum vino, vt ſine illa conſecratio nihil efficiat, quam ſententiã docuit Armacanus lib. 9. de quæſtionibus Armeniorum capit. 9. Fundamentum verò huius ſententiæ præcipuum eſt: quia, cum certa traditione habeamus, Chriſtum aquam vino miſcuiſſe, noſque ipſum in Sacramentorũ conſecratione & adminiſtratione imitari debeamus, ſequitur, hoc nobis, à Deo præceptũ traditum fuiſſe, vt & nos aquam etiam miſceamus: qua ratione ſancti Patres, & Concilia hoc mandatum videntur appellaſſe diuinum. Cyprianus epiſtola 63. in ordine, quæ eſt 3. libri ſecundi, initio epiſtolæ loquens contra eos, qui vinum abſque vlla aqua conſecrabant, hanc appellat Dominicam traditionem: id quod ſæpius in ea epiſtola repetit. Et paulò inferius contra eoſdem inquit: *Nõ hoc faciunt, quod Ieſus Chriſtus Dominus, & Deus noſter ſacrificij huius autor, & doctor fecit, & docuit*. Verbum *docuit* denotare videtur præceptum eius, quod faciendum erat. Et paucis interpoſitis de hac traditione loquens, inquit, *Sed quando aliquid Deo inſpirante, & mandante præcipitur, neceſſe eſt, Domino ſeruus fideliter obtemperet*. Fatetur igitur eſſe Dominicum mandatum, vt aquam vino ad 3 conſecrationem miſceamus. Et ante mediũ epiſtolæ: *Inuenimus, non obſeruari à nobis, quod mandatum eſt, niſi ea, quæ Dominus fecit, nos quoque faciamus, & calicem Domini pari ratione miſcentes à diuino magiſterio non recedamus: ab Euangelicis autem præceptis omnino recedendum non eſſe, & eadem, quæ Magiſter docuit, & fecit, diſcipulos quoque obſeruaturos, & facere debere, conſtantius, & fortius in alio Beatus Apoſtolus docet, &c.* Nihil certè clarius pro hac ſententia dici potuit: quare prædicta verba pro prædictę ſententiæ confirmatione nulla expenſione indigent.

Præterea Concilium Carthaginenſe 3. canone 24. & Africanum canone 4. hoc præceptum videntur appellaſſe diuinum, aut Dominicam traditionem, cum dicunt: *In Sacramentis corporis, & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam quod ipſe Dominus tradidit, & hoc eſt panis, & vinum aqua miſtum*. Cũ enim dicat hanc miſtionem Dominũ tradidiſſe planè videtur eam vocare Dominicam traditionem. Adduci etiam ſolet ad hoc canon ille 32. Trullanæ Synodi: ibi tamen ſolùm dicitur hæc Apoſtolica traditio. Demum clariùs hoc idem docuiſſe videtur Concilium Aurelianenſe Quartum, capite quarto: nam poſtquam dixit, vinum aqua miſcendum eſſe, ſubdit rationem his verbis:

Prima opinio.
Alexand.
Hoſius. Caſtro.
2
Armacan.
Cypriani
3
Conc. Carth. African.
Syno. Trull.
4
Conc. Aure.

Quia ſacrilegium iudicamus, aliud offerri, quàm in mandatis ſacratiſſimis Saluator inſtituit. Porrò autem, vinum ſine aqua conſecrare, nõ ſolùm vetitum eſſe; verum etiam, ſi quis hoc modo conſecrare velit, nihil omnino efficere, præter illa, quæ adduximus, vt oſtenderemus, & Chriſtum ita conſecraſſe, & diuinum præceptum ita faciendi nobis tradidiſſe (ex quo videtur ſequi, pro neceſſaria materia conſecrationis miſcendam eſſe aquam vino; alioquin conſecrationem nullum effectum habere) probari videtur ex verbis Concilij Vormatienſis Canone 4. ſub finem. *Non enim* (inquit) *poteſt calix Domini eſſe aqua ſolùm, aut vinum ſolùm, niſi vtrumque ſibi miſceatur*: Et hactenus de prima ſententia. Conc. Vor.

Secunda opinio. Valdenſis. Altera verò ſit, quam docuit Vvaldenſis tomo tertio, qui eſt de Sacramentis titulo 4. capite 32. numero 10. nimirum Chriſtum non miſcuiſſe vinum aqua in calice ad conſecrationem, & Eccleſiam formam miſcendi aquam vino non exemplo Chriſti, ſed à fluxu ſanguinis, & aquæ ex latere Chriſti percuſſo, accepiſſe; fateturque nihil minus, præceptum eſſe miſcendi aquam vino ante conſecrationem: ac proinde aſſerere videtur, ſolùm eſſe præceptum humanum Eccleſiæ ad repræſentandum fluxum ſanguinis, & aquæ ex latere Chriſti. Porrò autem, Chriſtum nõ miſcuiſſe aquam vino conſecrando, probat quibuſdam Patrum teſtimonijs. Primum eſt 5 Auguſtini, cuius locum non refert, nec verba, ſed ſolum ſenſum proprijs verbis ita expreſsit: *Auguſtinus enim palàm dicit, non tunc inſtituiſſe Chriſtum vinum miſtum, nec ab illo loco Eccleſiæ forma cepit originem; ſed à fluxu ſanguinis, & aquæ perfoſſo latere Chriſti, ſicut ſupra dixit Ambroſ. & aquam miſtõ inquit Auguſt. nõ quod poſt cœnã dabatur, ſed de latere eius.* Hactenus Vvaldenſis, referens ſententiam, & ſenſum Auguſtini proprijs verbis, vt dixi; ac ſi diceret; Auguſtinus non inquit, aqua miſtum fuiſſe illud vinum, quod poſt cœnam dabatur, hoc enim conſecratum erat; ſed de latere eius, hoc eſt, ex latere Chriſti nos formam accepiſſe vtrumque miſcendi. Secundum teſtimonium eſt Chryſoſtomi homilia 83. in Matthæum, vbi explicans illud: *Non bibam de genimine vitis huius, &c.* inquit, *& cuius gratia non aquam bibit reſuſcitatus, ſed vinum, vt aliam hæreſim pernicioſam euelleret: quia aſſerunt quidam, in myſterijs aquam vtentes* (intelligit Ebionitas) *monſtrari: quoniam & cum myſteria tradidit, vinum tradidit: & cum reſuſcitatus ſub myſterijs nudam menſam appoſuit, vino vſus eſt.* Ponderat autem Vvaldenſis, quòd Chryſoſtomus nullam aquæ, ſed ſolius vini mentionem fecerit. Tertium teſtimonium eſt Innocentij III. capite: *In quadam noſtra*, de celebratione Miſſarum. Vbi inquit: *Neque hoc poſſet argumento probari, quòd in Sacramento Euchariſtiæ admiſcenda ſit aqua vino, ſi de latere Chriſti non aqua, ſed flegma cum ſanguine profluxiſſet.* Ex quibus verbis colligit Vvaldenſis, non fuiſſe aquam vino miſcendam, ſi de latere Chriſti aqua non fluxiſſet: quòd ſi Chriſtus eam miſcuiſſet, & nos etiam miſcere deberemus, etiam ſi de latere illius aqua non fluxiſſet. Quartum teſtimonium eſt Rabani libro de corpore, & ſanguine Domini capite 8. *Planè* (inquit) *aqua in ſanguine miſcetur. Quare miſceatur? dum in natalitio calicis factum fuiſſe, non legimus. Illa maximè cauſa eſt: quia de latere Chriſti, vbi paſsio impletur, ſanguis pariter cum aqua manauit. Quod certe myſterium Apoſtoli plane intelligentes faciendum in calice cenſuerunt, vt nihil deeſſet nobis in hoc Sacramento ad commemorationem paſsionis, quod tunc extitit in cruce ad confirmationem noſtræ redemptionis.* Eadem verba habet Paſchaſius Ratbertus Abbas Monaſterij Corbeienſis libro de corpore, & ſanguine Domini capite 11. in principio, quem refert idem Vvaldenſis, & eſt in ſexto tomo Bibliothecæ Sacræ. Vocant autem natalitium, ſeu natale calicis ipſam primam cõſecrationem à Chriſto factam. Innoc. III. Rabanus. 7 Paſchaſius.

Poſtremo denique adducit Vvaldenſis teſtimonium Alexandri Primi in illa prima epiſtola capite illo quarto: vbi non dicit, miſcendam eſſe aquam vino, quia Dominus eam miſcuerit; ſed vt celebretur paſsio Chriſti, eamque traditionem ſe à Patribus accepiſſe; non dicit à Chriſto, ſed à Patribus. Alexand. I.

Tametſi Chriſtus aquam vino miſcuerit, cum primum conſecrauit: præcepto tamen ſolo humano, non diuino eam nos miſcere debere vera ſententia eſt.

CAPVT II.

CATHOLICA Tamen ſententia eſt, & ab Eccleſia definita, Chriſtum

Christum Dominum in cœnâ ante consecrationem aquam vino miscuisse, vt
8 sanguinem suum consecraret. Nihilominus, nos solo præcepto humano Ecclesiastico ad id teneri, probabilior solùm sententia est, & nondum ab Ecclesia definita: adhuc enim probabile est, præceptum de hac re à Christo traditum esse.

Prima pars veræ sententiæ. Prior pars huius sententiæ, quam dixi definitam esse, & ad fidem catholicam pertinere, à Patribus, & Concilijs manifestè tradita est. Iacobus, & Marcus in suis liturgijs eam expressè docuerunt. Clemens Romanus, Cyprianus, & Irenæus, & multi alij ex Patribus supra disputatione præcedenti cap. 1. allegatis, quos consultò prætermitto. Ijs verò solum addere placuit duo testimonia, quę vidit, & allegauit Vvaldensis; perperam tamen ea intellexit.

Hieronym. Alterum est Hieronymi in illud Marc. 14. *Amen dico vobis: quia non bibam:* Vbi ita scribit: *Accepit Iesus panem, & benedixit, & fregit, tradēs, ac figurans corpus suum in pane, quod est Ecclesia præsens, quæ accipitur in fide; bene dicitur in numero: frangitur in passionibus: datur in exemplis: sumitur in doctrina: formans sanguinem suum in calice vino, & aqua misto: vt altero purgemur à culpis, altero redimamur à pœnis.* Hæc Hieronymus, vbi expressè tradit id, quod diximus. Quod enim ait Vvaldensis, Christum formasse calicem nostrum mistum in nocte cœnæ; sed mistionem eius in cruce fecisse, friuolum est, & manifestam vim inferens verbis Hieronymi. Alterum testimonium est Damasceni 4. de fide cap. 14. quo vtebatur Robertus Vvallingâ Magister Vvaldensis, vt ipse testatur in eo capite, vbi aperte hoc ipse asserit. Verùm ad hoc testimonium inquit Vvaldensis in hęc verba: *Quæ* (nempe autoritas Damasceni) *fortius me pulsaret, si suspicione careret, vel scriptoris, vel interpretis: quia quidam codices illam non habēt, sed per transeunt, vt ignotam.* Parcendum tamen est viro docto, qui exemplar Græcum non videtur legisse, in quo hæc dicitur, ὁμοίως δὲ λαβὼν καὶ τὸ ποτήριον ἐξ οἴνου, καὶ ὕδατος ac si verbum pro verbo reddas Latinè. *Similiter autem accipiens & calicem ex vino, & aqua &c.* & ita transtulerunt Faber, & Billius. Nolo etiam omittere friuolum responsum eiusdem Vvaldensis, quo præclarum testimonium Cypriani eludere contendit: nam manifesta verba, quæ capite præcedente ex ipso adduximus, ita interpretatur, vt per calicem Dominicum, quem dicit Cyprianus, Dominum ex aqua, & vino obtulisse, nō intelligatur ille, quem ipsemet in illa nocte ob-

Damasten. 9 Rob. Vval singan. Faber. Billius. Cyprian. 10

tulit, sed calix noster, in quo celebramus: hūc enim, ait, Dominicum appellasse. Friuola sanè interpretatio: nam Cyprianus de calice Dominico loquitur, vt ostendat, eadem nos facere debere, quæ ipse Dominus fecit, vt patet ex verbis citatis. Neque in testimonijs allegatis Dominicum calicem vocat; sed solùm inquit nos debere facere id, quod præceptor noster fecit, & docuit. Verùm Vvaldēsis solùm legit alia verba Cypriani ex principio eiusdem epistol. 63. quæ sunt apud Gratianum canone. *Sic in sanctificando*, de consecratione distinct. 2. vbi sæpius fit mentio calicis Domini; satius tamen illi fuisset in Cypriano totam epistolam perlegere. Gratianus.

Probatur efficacius prima pars

Præter hęc autem sunt duo egregia testimonia, quibus plane ostenditur, id, quod diximus fecisse Christum in cœnâ, ex catholica traditione Ecclesiam semper credidisse. Alterū est Eugenij IIII. in decreto fidei quod est post sessionem vltimam Concilij Florentini. §. illo. *Tertium est Eucharistiæ* ante mediū, vbi dicit: *Aqua autem ideò admiscetur vino: quoniam iuxta testimonia Sanctorum Patrum, creditur, ipsum Dominum in vino aqua permisto hoc instituisse Sacramentum.* Alterum est Concilij Tridentini sessione 22. capit. 7. vbi reddens rationem, ob quam aqua vino misceri debeat in calice, ait: *Tum quòd Christum Dominum ita fecisse credatur.* Certe credulitas hęc, quam expressērunt Eugenius, & Patres Tridentini, non est tantùm coniecturalis, & probabilis, sed fidei catholicæ: siquidem ex doctrina, & traditione Patrum in disputatione exhibita deprompta fuit. Cum verò dicimus, Christum aquam vino miscuisse in cœna, non asserimus, ratione temperantiæ, sed alia de causa id fecisse: sciebat enim, quid Ecclesiæ ipsius expediret. Quòd si ratione solius temperantiæ id Christus effecisset, sicut docet Hugo Heterianus, lib. 2. contra Græcos cap. 16. liceret sane plus aquę infundere calici, quam permissum est; præsertim in ea regione, vbi fortiora sunt vina, quàm in Germania, & Italia. Adde, quòd, cum Christus parum ex calice singulis propinare deberet, non opus fuit, ita temperare illum. Porrò autem singulis paululum propinatum fuisse ex illo calice, sicut etiam parum panis consecrati ministratum est, patet, quia, sicut eumdem panem consecratum fregit, & inter omnes diuisit, ita etiam ex eodem calice omnes biberunt, vt patet Matth. 26. & Marc. 14. & ita Luc. 22. dixit Christus: *Accipite, & diuidite inter vos omnes.* Quocirca deceptus etiā fuit Kēnitius locis citatis, cū asserit, in calice Christū aquā infudisse ea solum

Eugen. 4ū

Conc. Tridē

II

Qua de causa miscuerit Christus aquam vino.

Hugo Heterian.

12

Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22.

Kemnitius.

de cauſa, quia vina Orientis fortiora ſunt: & ita non oportere, vt reliqui omnes aquã vbiq́ue terrarum infundant: iam enim diximus, non fuiſſe hanc rationem miſtionis huius, ſed alias. Mitto alia Conciliorũ, quæ adduximus, teſtimonia, quibus hoc idem probari videtur; quinimo Chriſtum non ſolũ illud feciſſe, ſed etiam nobis id præcepiſſe: quia, vt capite ſequente videbimus, non de miſtione aquæ cum vino in calice loquuntur: & hæc ſatis de priori parte noſtræ ſententiæ.

Poſterior pars veræ ſententię.

Poſteriorem verò partem, nempe, non eſſe diuinum præceptum, ſed humanum Eccleſiæ, miſcendi aquam vino, quam diximus eſſe probabiliorem, ex Scholaſticis noſtris docet Scotus in 4. diſtinct. 11. quæſt. 6. in fine, quę eſt prima ſecundæ partis. §. *Ad ſecundam quæſtionem* in fine. Vbi poſtquam dixit, miſtionem aquæ cum vino non eſſe ſimpliciter neceſſariam de neceſsitate (vt ipſe loquitur) Sacramenti, ſubdit hæc verba: *Eſt tamen de neceſsitate Miniſtri, propter præceptum Eccleſiæ.* Scotus.

Scotus. 13

Sotus etiam in 4. diſtinct. 9. quęſtion. 1. articul. 6. in eadem ſententia planè eſt: poſt quam enim probauit, non eſſe de neceſsitate Sacramenti miſtionem aquæ, concludit, eſſe neceſſariam ex præcepto: *Eſt enim* (inquit) *mos Eccleſiæ ſolenniſsimus*. Citatur etiã pro hac ſententia Durãdus in 4. diſtinct. 11. quæſtion. 5. & Ledeſma in prima parte quarti quæſtion. 15. artic. 8. hi tamen ſolùm docent, miſtionem aquæ, & vini non eſſe ita neceſſariam, vt ſine illa conſecratio nõ habeat effectum, quod dici ſolet, de neceſsitate Sacramenti; ſed neceſſariam ſolùm ex præcepto: hoc autem omnes Scholaſtici docent. Poterat autem quis, horum ſententiam ita interpretari, vt miſtio non eſſet neceſſaria materia conſecrationis; eſſet tamen ex diuino præcepto facienda: ideò horum teſtimonijs hæc ſententia confirmanda non eſt. Niſi dicamus, id, quod ex diuino præcepto in adminiſtratione Sacramenti neceſſariò faciendum eſt, ita ad illius inſtitutionem pertinere, vt ſine illo Sacramentum non conficiatur. Et ſane in alijs Sacramentis, hoc ita videmus: ſic autem hęc noſtra ſententia omniũ Scholaſticorum autoritate probari poſſet.

Durandus. Ledeſma.

Quia verò poſſet quis nimiùm contendere, poſſe aliquid eſſe neceſſarium in materia, & forma ex præcepto diuino in Sacramento, quod ad eſſentiam illius, & effectum nõ pertineret, & hoc ſaltem in hoc Sacramento verum eſſe: licèt horum reſponſum mihi non probaretur: ideò inconfirmationem huius ſententiæ ſolum adduci poteſt Guillielmus Durãdus lib. 4. Rationalis diuinorum officiorum cap. 30. num. 18. vbi inquit: *Commiſcetur autem aqua vino in calice ex inſtitutione Alexand. Papæ I.* Vbi plane docet, ſolùm eſſe præceptum Pontificium; fallitur tamen apertè in eo, quod ait, autorem illius fuiſſe Alexandrum I. conſtat namq́ue multò antiquius fuiſſe, vt vidimus capite 1. præcedẽtis diſputationis. Quinimò Alexander ipſe huiuſmodi præceptum ſe à Patribus accepiſſe teſtatur, inquit enim in epiſtola 1. cap. 4. *Non enim debet, vt à Patribus accepimus, & ipſa ratio docet, in calice Domini, aut vinum ſolum, aut aquã ſolam offerri.* Sic etiã Synodus Trullana tamquam antiquius præceptum à tempore Apoſtolorum illud nobis tradit: confirmat enim illud teſtimonio Iacobi in ſua liturgia. Cęterum ex hoc loco Alexandri colligi planè videtur, hoc præceptum eſſe Eccleſiaſticum, nempe, à Patribus ſolùm, non à Chriſto acceptum. Id quod Concilium Tridentinum ſeſsione 22. cap. 7. his verbis apertè docere videtur: *Monet deinde ſancta Synodus, præceptum eſſe ab Eccleſia ſacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miſceant.* Nam ſi illud eſſet primariè à Chriſto præceptum, non ſolum dixiſſet; *ab Eccleſia*, alioquin eadem ratione dicere poſſet, ab Eccleſia fuiſſe præceptum, vt non niſi in vino conſecraretur, & his, & alijs ſolùm verbis: quod tamẽ inepte dictum eſſet. Nam quamuis ea, quæ præcepit Chriſtus, etiam Eccleſia præcipiat; tamen non dicitur ſimpliciter illud Eccleſia præcipere. Hac etiam de cauſa Eugenius IIII. in illo decreto fidei, ſæpius citato, ſolùm reprehendit Armenios, quòd non miſcentes aquam vino, ab vniuerſali Eccleſię obſeruantia diſcreparent; ſi autem diuinum præceptum in hoc tranſgrederentur, non ſolùm hac ratione reprehendendi eſſent, vt patet.

Guillielm. Durand. Alexand. I. Synod. Trul lana. Conc. Trid. 15 Euge. IIII.

14

Ex hac doctrina ſequitur primum, hoc præceptum diſpenſatione ab Eccleſia relaxari poſſe iuſta de cauſa, ſi talis vnquam ſubeſſe poſsit, ſicut cętera omnia. Quòd verò addit Ledeſma loco citato, etiam ob aliquam neceſsitatem, hanc aquæ miſtionem priuata autoritate omitti poſſe, mihi nulla ratione probatur: nam non minus, imò multò magis neceſſarium eſt, aquam miſcere, quàm cum certis veſtibus Miſſam celebrare: dici autem non poteſt ob aliquam neceſsitatem priuata autoritate aliquid horum omitti poſſe, vt patet: nam vt populus audiat Miſſam, aut quis Sacramentum accipiat in extrema neceſsitate, id fieri nequit; ſiquidem hoc Sacramentum non eſt neceſſarium omnino ad ſalutem,

Corollaria. Ledeſma. 16

tem, sed solùm ex præcepto, quod non obligat, nisi cum commodè accipi potest, vt supra etiam in simili casu notauimus.

17 Deinde ex eadem doctrina colligere licet misticnem aquæ non pertinere vt quid necessarium ad materiam consecrationis calicis, & ita sine illa consecrationem effectum habere: cuius oppositum perperam docuerũt Autores, quos capite præcedente citauimus. Nam, si missio aquæ solum est ex præcepto Ecclesiastico, ad essentiam materiæ consecrationis pertinere non potest; neque defectus illius irritam efficiet consecrationem: nam, quæ ad constitutionem essentialem Sacramentorum, & ad effectum illorum pertinent, ex iure diuino sunt.

Hæc doctrina est cæterorum omnium Scholasticorum, quos non est opus sigillatim referre: id enim omnes expresse dixerunt, vt supra notaui. Et præter sensum communem Ecclesiæ, qui hoc confirmat, Eugenius IIII. in illo decreto fidei id non obscurè indicauit: nam, postquam dixit, materiam huius Sacramenti esse panem triticeum, & vinum de vite, in quo id, quod essentialiter requiritur, declarauit, addidit: *Cui ante consecrationem modicissima aqua admisceri debet*: quasi dicat, ex præcepto; non quòd ad essentiam materiæ pertineat.

Eugen. IIII.

Quæ obseruationes.

Præterea duo alia huic doctrinæ addenda sunt: alterum est, aquam ita esse miscendam vino ante consecrationem, vt licèt domi vinum sit aqua mistum, id non sufficiat; sed opus sit ab ipso sacerdote in altari aquã infundi. Id quod rectè notarunt Ledesma, & Guillielmus Durandus locis citatis, Sanct. Thomas in articulo octauo huius quæstionis ad 3. Alexander 4. parte, quæstione 10. membro 4. articulo 1. §. 5. versiculo, *Etiam quari potest*. Ricardus in 4. distinctione 11. articulo 3. quæstione 6. & Gabriel quæstione 2. articulo 3. dub. 4. in fine. Ratio verò est manifesta, quia præceptum impositum est sacerdoti, vt ipse facto suo non solũ Christum imitetur, sed etiam significet ea, quæ supra diximus; nihil autem horum efficeret, si ipse aquam vino non infunderet: debet autem infundi ante oblationem: sic enim hoc præceptum semper fuit intellectum in Ecclesia: & Græci etiam eo tempore eam infundunt. Quare neque sufficeret pro præcepto seruando, si aquam Diaconus infunderet, vt rectè notauit Guillielmus Durandus capite illo 20. libro 4. numero 18. Ledesma 1. parte 4. question. 15. articulo 7. dubio 3. Id quod intelligendum est, si Diaconus, aut Subdiaconus autoritate propria id faciat:

18 *Ledesma. Guill. Dur. S. Thom. Alexand. Ricardus. Gabriel.*

Guill. Dur. Ledesma.

nã, vt dicitur in rubricis Missalis Romani, in Missis solennibus, seu maioribus Subdiaconus aquam immittit; ita tamen, vt prius ampullam aquę offerat sacerdoti benedicendã, qui sua benedictione præmissa, permittit Subdiacono, vt aquam infundat: quod perinde est, ac si ipse eam infunderet, sicut etiã Diaconus vinum infundit, tamquam minister sacerdotis, qui ei in altari ministrat. 19

Alterum est, aquam miscendam vino modicam esse debere. Concilium quidem Triburiense, quod prouinciale fuit, nec approbatum capite illo 19. permittit, tertiam partem aquę in calice infundi. At verò Eugenius IIII. in decreto illo fidei sæpius allegato definit, modicissimam esse debere; tertia autem pars modicissima non esset. In capite etiam *Pernicioſus*, de celebratione Missarum damnantur illi, qui multum aquæ vino iufundunt. Verùm definiri non potest, quanta illa esse debeat: illud tamen obseruandum est, vt comparatione vini modicissima sit.

Postrema obseruatio.

Conc. Trid.

Eug. IIII.

Cap. Pernicioſus.

Diluuntur argumẽta aliarum opinionum in primo capite allata.

CAPVT III.

IAM verò ea, quæ adduximus pro sententijs oppositis facile diluemus. Ad illud vnicum fundamentum, quod adduximus pro prima sententia de facto Christi respondemus, Christum quidem aquam calici infudisse, vt probauimus, & in hoc nobis exemplum præbuisse; nullam tamen tulisse legem de hac re, sed Ecclesiæ dispositioni illam reliquisse. Quod verò attinet ad Cyprianum, fateor in genue existimasse, hoc esse diuinum præceptum, vt ex verbis citatis patet: neque enim video, qua ratione congruenter ea exponi possint, ne de diuino præcepto intelligantur; ea verò nõ probant, vt aliqui contendunt, necessariam esse aquę infusionem ad substantiam materiæ consecrandæ. Quamuis enim comparet aquam in calice Domini consecrando aquę cum farinã ad panem conficiendum, qui consecrari debet; nihilominus ad hoc tantùm cõparatio illius deseruire debet, vt ex ea solam obligationem præcepti colligat; alioquin vt rectè notauit Sotus loco citato, anteceſſores suos, qui fortasse ex ignorantia, seu simplicitate aquã calici nõ infuderunt, nõ excusasset, dicẽdo, veniã illis concedendam esse,

Primũ primę sententiæ diluitur. 20

Cypriani.

Soti.

ſed plane dixiſſet, nihil omnino eos confeciſſe.

21 Explicantur Concilia.

Ad alia verò Concilia adducta pro eadem ſententia, quæ hoc præceptum videntur appellare Dominicam traditionem, reſpondeo, ea non loqui de miſtione aquæ cum vino, quando dicunt: *Sicut Dominus tradidit*, ſed de oblatione vini in calice, quam dicunt, ità à Domino traditam eſſe, vt nihil aliud pro illo offerri poſsit, & hoc appellant Dominicam traditionem, ſeu. *Id, quod Dominus tradidit*. Et quamuis ſimul etiam dicant, aquam eſſe vino miſcendam; ad hoc tamen non debent referri verba illa: *Sicut Dominus tradidit*, quibus aduerſarij nituntur. Hunc ſenſum ego planè colligo ex Concilio Antiſiodorenſi canon 8. alludens enim ad id, de quo prædicta Concilia Carthaginenſe, & Africanum locis citatis loquuta fuerant, inquit, & in hunc modum definit: *Non licet in altario in ſacrificio diuino mellitum, quod mulſum appellant, neque vllum aliud poculum extra vinum cum aqua miſtum offerre, &c.* Illa igitur verba, *Quàm quod ipſe Dominus tradidit*, quæ ſunt in Concilio Carthaginenſi, & Africano, & à Synodo Trullana canone 32. ex Concilio Carthaginenſ. III. memorantur, non ſunt referenda ad miſtionem aquę cum vino; ſed ad vinum, quod ità neceſſario offerri debet, vt in eius locum aliud poculum alio modo miſtum, ſicut mellitum, ſeu mulſum ſubrogari nequeat. Ad illud verò quod ex Concilio Vormantienſi canone 4. allatum eſt ad probandum, nullum effectum habere conſecrationem, ſi aqua non miſceatur, reſpondeo, ideò dictum ibi fuiſſe, non poſſe eſſe calicem Domini, aut aquam ſolùm, aut vinum ſolum: quia aqua ſine peccato non poteſt omitti; non autem, quia ad eſſentiam materiæ pertineat, ſicut etiam de Cypriano diximus. Denique cum Chriſtus facto ſuo nō reliquerit nobis præceptum miſcendi aquā vino, vt ſupra diximus, multo minùs dici poteſt aquam pro ſubſtantia materiæ conſecrādæ miſcuiſſe. Et hactenus de fundamento primæ ſententiæ.

Antiſiodor. Concil.

Conc. Vor.

22

Vvaldenſ.

Ad primum verò teſtimoniū, quod Vvaldenſis pro ſecunda ſententia adduxit, reſpondeo, malè ipſum citaſſe teſtimonium Auguſtini, & ſententiam illius verbis ſuis expreſsiſſe: nam ſi quod eſt huiuſmodi teſtimonium apud Auguſtinum, illud eſt in libro de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 75. qui liber non eſt Auguſtini, ſed Genadij qui fuit ex Maſsiliēſibus: neque in materia de gratia omnino bene audit, vt notauimus 1. part. diſputat. 91. Ibi autem habet hæc verba: *In Euchariſtia non debet pura aqua offerri, vt quidam ſobrietatis falluntur imagine, ſed vinum cum aqua miſtum: quia & vinum fuit in redemptionis noſtræ myſterijs, cum dixit; Non bibam amodo de hoc genimine vitis, & aqua miſtū, quod poſt cœnam dabatur, &c.* Ex quibus oppoſitum planè colligitur. Quocirca miror, virum doctum, & eruditum hoc teſtimonio talē opinionem excogitaſſe.

Auguſtin.

23 *Chryſoſtom.*

PP. Trullae

Ad ſecundum teſtimoniū, quod eſt Chryſoſtomi, miror ſanè, Vvaldenſem non legiſſe ſenſum illius expreſſum a Patribus Trullanis in canone illo 32, ſæpius allegato. Quòd enim Chryſoſtomus nullam aquę mentionē fecerit, imo aſſerat, Chriſtum aquam nō bibiſſe, mirum non eſt: agebat enim tunc contra Ebionitas, qui ſolam aquam calici infundebant ad conſecrandum: & ideò de aqua nō curauit. Hoc etiam teſtimonio vtebantur Armenij, vt ijdem Patres teſtantur, ad probandum, nos non debere aquam vino miſcere: & eo modo quo diximus Patres Trullani reſpondent. Addunt prętera, Chryſoſtomum in ſua Eccleſia ſemper tradidiſſe aquā vino miſcendam eſſe, & ita in ſua liturgia ſtatuiſſe. Ex quo etiam intelligere debuit Vvaldenſis, Chryſoſtomum planè exiſtimaſſe, Chriſtum aquam vino miſcuiſſe.

Innoc III.

Ad teſtimonium, quod erat Innocentij III. in capit, *In quadam noſtra*, de celebratione Miſſarum, reſpondeo, eum non dixiſſe, ſi de latere Chriſti aqua non fluxiſſet, fore, vt non eſſet aqua vino in calice miſcenda; ſed vt probari non poſsit, aquam vino miſcendam eſſe ex illa ratione, qua nunc etiam probamus, nempe quòd aqua de latere Chriſti fluxiſſet: ob id tamen non negat, ex alio capite id probari non potuiſſe, nempe, ex facto Chriſti, & ex alia cauſa, quam ſupra expoſuimus.

Rabanus.

24

Ad quartum teſtimonium, quod eſt Rabani & aliorum, reſpondeo, ipſos plane ſenſiſſe, potiſsimam cauſam, ob quam nos miſcemus aquam cum vino in calice ad conſecrandum, eam eſſe, quòd de latere Chriſti ſanguis, & aqua exiuerit, vt calice noſtro vtrūque ſignificaremus: in hoc tamen Patres illi imitandi non ſunt: nam Concilium Tridentinum, & Eugenius in illo decreto primam cauſam huius miſtionis dicunt eſſe, vt Chriſtum imitemur, qui ita fecit. Cęterum non negant prędicti Patres, Chriſtum miſcuiſſe vinum, & aquam; ſed dicunt, hoc factum non legi in Scriptura: ac proinde exiſtimant, non eſſe, ita certum, ſicut id, quod in Scriptura expreſſum eſt de aqua, & ſanguine fluentibus ex latere Chriſti. Verùm,

Conc. Trid. Eug. III.

poſtquam

poſtquam definitum creditur à Concilio Tridentino, & ab Eugenio, iam nobis ita certum eſſe debet, ſicut illud, quod in ſcriptura de aqua, & ſanguine expreſſum eſt.

25 Vvaldenſ. Alexand.

Quod verò poſtremo adducit Vvaldenſis ex Alexandro Primo, nihil etiam momenti habet pro ſententia ipſius: nam, quamuis Pontifex dicat, ſe hoc præceptum à Patribus accepiſſe, non negat, Chriſtum aquam vino verè infudiſſe; ſed ſi quid negat, illud eſt, præceptum miſcendi, quod ſeruat Eccleſia, non eſſe à Chriſto traditum, ſed à Patribus: id quod nos ingenuè fatemur.

Vtrum aqua, quæ miſcetur vino, cõuertatur in corpus Chriſti, etiam ſi prius in vinum conuerſa non fuerit, an non. Diſputatio. 176.

Tres ſententiæ, quas adducit Innocentius, & alia quarta Recentiorum. Cap. 1.

Aquam miſtam vino non conuerti in ſanguinem Chriſti, niſi prius in vinum ſubſtantialiter fuerit mutata, probabilior ſententia eſt. Cap. 2.

Diluuntur argumenta tertiæ ſententiæ, quæ in primo capite allata ſunt. Cap. 3.

Tres ſententiæ, quas adducit Innocentius, & alia quarta Recentiorum.

CAPVT I.

1 QVAMQVAM Scholaſtici omnes, vt ſupra vidimus, ingenue fateantur, aquam, quæ infunditur vino, non pertinere ad ſubſtantiam materiæ conſecrandæ; difficultas tamen inter nonnullos eſt, an aqua illa, quæ vino infunditur, in ſanguinem Chriſti tranſeat, etiam ſi in vinum ipſum prius non conuertatur. De qua re tres opiniones refert Innocentius III. in capit. *Cum Marthæ*, & in capite *In quadam*, de celebratione Miſſarum, quæ eo tempore inter Theologos circumferebantur, & quartam aliam, à Recentioribus nuper excogitatam, nos adijciemus, cuius ille non meminit. Innoc. III.

Prima opinio erat, vinum infuſum calici conuerti in ſanguinem, & aquam in humorem flegmaticum, quem de latere Chriſti dicunt exijſſe. Hæc opinio licèt eo tempore à quibuſdam Theologis aſſereretur, nũc verò nullus eſt, qui illam ſequatur. Imo vero apud nullum ex ijs, qui hactenus ſcripta ſua prælo mandarunt, eam inueni. Merito autem damnatur, vt abſurda, & erronea ab Innocentio III. in capite illo, *In quadam*, de celebratione Miſſarum: tria enim continet aperte falſa. Primum eſt, aquam non conuerti in vinum virtute ipſius: hoc enim veræ philoſophiæ manifeſtè aduerſatur: quis enim neget, tantam eſſe vim vnius ſubſtantiæ, vt in ſe poſſit alteram conuertere? Quod ſi vna poteſt alteram in ſe hoc modo conuertere, hoc non eſt negandum. efficacitatiui vini præſertim cum modica aquâ infunditur, ſicut ex præſcripto Eccleſiæ facere debemus. Alterum eſt, aquam, nondum in vinum conuerſam, in humorem illum tranſire: nã quid quid conuertitur in aliam ſubſtantiam, cum fit conſecratio, virtute verborum conuertitur: verba autem ſolum vim habent conuertendi iuxta veritatem ſignificationis: nam, vt oſtendemus infra diſputatio. 202. capitè 2. eadum taxat ratione verba habent vim cõuertendi vnum in aliud, vt vera reddantur; nullum autem verbum conſecrationis denotat aliquid ad cuius veritatem neceſſaria ſit conuerſio aquæ in humorem illum, ſiquidẽ illis ſolus ſanguis Chriſti ſignificatur. Tertium eſt, ex latere Chriſti non fluxiſſe veram aquam, & ſanguinem, ſed flegmaticum humorem, & ſanguinem: id quod, vt abſurdum damnat Innocentius in illo capitẽ, explicans, de latere Chriſti veram aquam, & verum ſanguinem exijſſe. Id quod confirmat ex illo 1. Ioannis 5. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis.* Et ex illo Ioannis 19. *Et continuo exiuit ſanguis, & aqua.* Nam ſi non eſſet vera aqua, quæ de latere Chriſti exiuit, inquit Innocentius, Ioannes, qui illud vidit, & vt ipſe ait capite illo decimo nono: *Teſtimonium perhibuit*, non dixiſſet, aquam, ſed humorem flegmaticum exijſſe. Et hæc eſt communis Doctorum interpretatio in illum locum, vt teſtatur Dionyſius ibidem. Prima opinio ab Innocent. relata. Damnatur 2 1. Ioannis 5 3 Dionyſius.

Omiſſa ſecunda opinione refertur tertia relata ab Innoc.

Omiſſa verò ſecunda opinione relatâ ab Innocentio, quam vt veram inferiùs confirmabimus; ſecundo referamus illam, quâ ipſe tertio loco commemorat. Ea verò eſt, aquâ infuſam vino, & in multas partes diuiſam, ſemper permanere ſub ſpecie, & ſubſtantia aquæ: & quia non pertinet ad ſubſtantiam materiæ conſecrationis, non conuerti in ſanguinem Chriſti. Et ſane, ſi aqua maneret in propria materia, & ſubſtantia, aſſerendum eſſet, vt infra oſtendemus, eam non conuerti in ſanguinem Chriſti. Verùm hæc ſententia ea ratione mihi nõ probatur: quia negat efficacitate vini aquam in ipſum conuerti. Et hac etiam ratione in dicto capite, *Cum Marthæ*, non probatur Innocentio. Tum etiam impugnari poteſt, quia ex ea ſequeretur, ſi gutta vini magnæ copiæ aquæ miſceretur, fore, vt in ſanguinem Chriſti conuerteretur: quia à magna illa aquæ copia non corrumperetur. Aduerſatur præterea teſtimonijs Patrum, qui totum calicem plenum aqua, & vino, dicunt, in ſanguinem Chriſti conuerti, vt in confirmatione ſequentis opinionis videbimus. Mitto alia argumenta parui momenti, quę contra hanc ſententiam fieri poſſent: ea enim etiam adduci ſolent pro tertia ſententia, quam ſtatim referemus, & à nobis neceſſario diluenda ſunt, ne contra veram ſententiam aliquid probent.

Improbatur.

4

Noua quędam ſententia.

Tertio loco adducamus ſententiam, quã tribus ab Innocentio relatis addendam eſſe diximus: ea verò eſt, aquam infuſam vino in calice, manere quidem in propria forma, & natura, in plures tamen minimas partes diuiſam; nihilominus ſic commiſtam cum vino in ſanguinem Chriſti ſimul cum ipſo vino conuerti. Hanc opinionem nonnulli Theologiæ profeſſores hac noſtra ætate ſequuti ſunt. Ex ijs verò, qui ſua ſcripta prælo mandarunt Alanus lib. 1. de Euchariſtia cap. 13. eam expreſſè docuit; imo aſſerere videtur, hanc ſententiam ad fidem catholicam pertinere; cum tamen priùs ſolum vt probabiliorem illam pronunciauerit. Fundamenta huius ſententiæ ad duo præcipua capita reducuntur: ſub altero continentur teſtimonia Patrum, qui docere videntur, aquam, & vinũ tranſire in ſanguinem Chriſti: ad alterum verò pertinent rationes, quibus probari videtur impoſsibile eſſe aquam ſemper in vinũ conuerti, ante quam fiat conſecratio.

Alanus.

5

Probatur ex Patribus.

Quod igitur attinet ad prius caput, ſunt plures Patres, qui id, quod diximus, docere videntur. Primum teſtimonium ſit Damaſceni libro 4. de fide cap. 14. vbi ait, Chriſtum accepiſſe calicem ex vino, & aqua, & diſcipulis ſuis illum tradidiſſe; & ſtatim inquit: cum, qui omnia verbo ſuo fecit, potuiſſe vinũ, & aquã in ſanguine ſuũ cõuertere. Hoc eodẽ modo ſæpiùs in eo capite loquitur. Secundum teſtimonium eſt Algeri lib. 1. de Euchariſtia cap. 16. non multò ante finem, vbi ſic dicit: *Cum enim vinũ pro Chriſto, aqua ſacrificetur pro populo, & vtrumque vnus ſanguis fiat: quid niſi capitis, & membrorum inde compaſsione, & morte vnitatem ſignificat?* Tertium teſtimonium eſt Paſchaſij Abbatis Corbeienſis lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 11. ſtatim poſt medium, & eſt in 4. tomo Bibliothecę Sacræ, aliàs 6. vbi ſic loquitur. *Propterea non inconuenienter etiam ob hoc ibidem aqua conſecratur, nõ quòd aqua permaneat, ſed vertatur in ſanguinem, vt ſignificet, quid fides percipiat.* Similia habet idem Autor cap. 19. Quartum teſtimonium eſt Martini Epiſcopi Bracharenſis in collectione capitulorum ex Synodis Græcorum cap. 55. vbi inquit: *Non oportet, aliquid aliud in ſanctuario offerri præter panem, vinum, & aquam, quæ in typo Chriſti benedicuntur: quia hæc tria vnum ſunt in Chriſto Ieſu.* Quintum eſt Rabani libro de corpore, & ſanguine Chriſti cap. 4. vbi ita ſcribit: *Aqua non manet, ſed conſecratur, & conuertitur in ſanguinem Chriſti.* Sextũ teſtimonium eſt Ambroſij lib. 4. de Sacramentis cap. 4. & refertur canone *Panis* ſecũdo de conſecratione diſt. 2. vbi habet hæc verba: *Calix eſt vini, & aquæ plenus: vbi verba operata fuerint, ibi ſanguis efficitur.* Quo loco Ambroſius data opera ſolius ſanguinis poſt conſecrationem mentionem feciſſe videtur, cum tamen dixiſſet, ante conſecrationem eſſe aquam, & vinum: vt indicaret, etiá aquam in ſanguinem conuerti. Citatur etiá teſtimonium Alphonſi de Caſtro verbo *Euchariſtia*, hæreſi 7. parum à principio; nihil tamen de hac re dicit; ſolum enim aſſerit, ſe non audere definire, vtrùm modica aqua, quæ miſcetur vino in calice, conuertatur in vinum, an maneat in propria natura abſq; ipſius vini corruptione; de conuerſione autẽ aquæ in ſanguinem Chriſti nihil omnino dicit.

Igeus.

Paſchaſius.

Martin. Epiſcopus.

6

Rabanus.

Ambroſius.

Caſtro.

7

Probatur rationibus.

Ad alterum caput plures rationes ſpectant, quibus aduerſarij monſtrare nituntur, non poſſe aquam in vinum conuerti, vt in ſanguinem Chriſti per conſecrationem tranſeat. Prima eſt, ſi neceſſaria eſſet cõuerſio aquæ in vinum, vt deinde tranſiret in ſanguinem Chriſti, valde incerta eſſet conuerſio; quin potiùs aſſerendum eſſet cum ſecunda opinione, aquã ſemper manere in propria ſubſtantia: quia vix credi poteſt, priùs in

Prima.

ſubſtan-

substantiam vini conuerti. Porrò autem, vix credi posse, aquam in vinum conuerti, primũ probari potest: quia ex Concilio Triburiensi cap. illo 19. habemus, miscerì posse tertiã partem aquæ vino consecrando; quis autem credat, tam paruo tempore eam conuerti posse in substantiam vini, nempe, à tempore offertorij, quando præparatur calix consecrandus vsque ad tempus consecrationis, quod nullo modo attingit medietatem quadrantis? Deinde quia interdũ accidere posset, vt post sumptum corpus Christi à sacerdote, necesse esset, iterum vinum calici infundere ad consecrationem, & aquã illi miscere, ex eo quòd initio ob ignorantiam vinum calici infusum non fuit: tunc verò statim post infusionem, & mistionem necesse esset proferre consecrationis verba: credibile autem non esset, in tã breui temporis spatio posse aquam in vinum conuerti: ergo aut incidere cogimur in secũdam sententiam, quæ asserit, aquam manere in propria substantia: aut dicere debemus, in corpus Christi proximè conuerti. Secunda ratio: credibile non est Christum miscuisse modicissimam aquam, sed bonam partẽ eius vino infudisse, vt temperate biberetur; tanta verò quantitas aquæ conuerti non potuit in substantiam vini: ergo dicendum est, in substantiam corporis Christi proximè conuersam fuisse, vt contendit hæc opinio: aut cum secunda opinione asserendum, in propria natura, & substantia mansisse. Tertia ratio: si farinæ triticeæ misceretur aliquid farinæ hordei, aut alterius seminis, & panis ex vtraque confectus consecraretur, dicendum esset, particulã illam ex farina alterius seminis in corpus Christi transire: ergo eodem modo dicẽdum est de aqua mista vino in consecratione sanguinis. Quarta ratio: si aqua nondum conuersa in vinum, vt accidere interdum potest, non cõuerteretur in sanguinem, falsa essent verba consecrationis: nam pronomen *Hic* designaret totam materiam præsentem. falsum autem esset de tota illa dicere, *Hic est sanguis, &c.* aut dicendum est, pronomen *Hic*, non designare totam materiam præsentẽ, sed aliquid illius, nempe, solum vinum, quod videtur falsum. Quinta ratio: quamuis facta mistione aqua in sua substantia permaneat, neq; in vinum substantialiter conuersa sit; tamen totum illud, quod mistum est, censetur, & dicitur absolutè vinum, & per modum vnius potus significatur, & nominatur: ergo totum illud demonstratur verbis consecrationis: ac proinde virtute illorum in sanguinem Christi conuertitur. Sexta ratio sumitur ab experimẽto: quia arte aliqua separari potest aqua à vino: signum igitur est, non transmutari in vinum: ac proinde secundum se, mistam tamen cum vino, in sanguinem Christi conuerti.

8 *Concil. Tril.*

Secunda.

9

Tertia.

Quarta.

Quinta.

10

Sexta.

Aquam mistam vino non conuerti in sanguinem Christi, nisi prius in vinum substantialiter fuerit mutata, probabilior sententia est.

CAPVT II.

VERA Tamen sententia est, quã Innocent. III. in cap. illo *Cum Martha*, de celebratione Missarũ, secundo loco recensuit, nimirum aquam prius in vinum conuerti & deinde cũ ipso vino in sanguinem Christi transire. Ex qua sequitur, si prius aqua in vinum non conuertatur, in propria substatia manere, neque in sanguinem Christi conuerti. Hanc opinionem sequuti sunt omnes Scholastici, qui posteà scripserunt, Alexander 4. par. quæst. 10. membr. 4. artic. 1. §. 4. versicul. *Consequenter quæritur, in qua quantitate.* Bonauentura in 4. dist. 11. par. 2. artic. 1. quæst. 3. in corpore, & ad 3. Ricard. artic. 3. quæst. 5. Scotus q. 6. quæ est prima secundæ partis. §. *Ad secũdam quæstionem*, quæ est septima in ordine, Palud, quæst. 1. articul. 6. conclus. 5. Gabriel in Canonem lectione 35. litera O. & in 4. dist. illa 11. quæst. 2. artic. 3. dub. 3. Maior quæst. 2. parum post initium, & Vigerius in summa cap. 16. §. 3. versicul. 1. Et sanè Innocentius III. in eodem cap. hanc opinionem probabiliorem esse dixit: nam recitatis tribus opinionibus, ex quibus secunda erat, aquam in vinum transire, & deinde in corpus Christi conuerti, dixit. *Verum inter opiniones prædictas illa probabilior videtur, quæ asserit, aquã cum vino in sanguinem transmutari.* Quòd verò asserunt Recentiores Theologiæ professores, qui tertiam sententiam, superiori capite à nobis memoratam, defendunt, Innocentiũ non dixisse, aquam prius transire in vinum, vt conuertatur in sanguinem Christi, sed aquã simul cum vino in sanguinem Christi transmutari, quod quidem non est contra prædictam opinionem: nam, qui illam sequuntur, hoc etiam dicunt, friuolum est. Nam Innocẽtius prædictis verbis, ex tribus solùm opinio-

Innocen. 3.

11

Alexand. Bonauent.

Ricard. Scotus. Paludan. Gabriel.

Maior. Vigerius.

11

12

nibus ab ipſis recitatis, vnã ſolùm approbãt, nempe, eorum, qui dicunt, aquam ſimul cum vino in ſanguinem Chriſti conuerti; nulla autem ex opinionibus ab eo cõmemoratis erat, aquam permanentem in propria ſubſtantia, permiſtam tamen vino in corpus Chriſti cõuerti; ſed ſecunda erat, aquam in vinũ tranſmutari, & ita in vinum tranſmutatam, in corpus Chriſti conuerti. Hanc igitur ſignificauit, cum dixit, aquam cum vino in ſanguinẽ tranſmutari. Si vero intellexiſſet illis verbis opinionem Recentiorum, quam ſuperiori capite tertio loco retulimus, falſo dixiſſet. *Inter opiniones prædictas:* illa enim non erat prædicta, ſed noua, hóc noſtro tempore excogitata.

Adde, quòd licèt ſibi obieciſſet Innocentius ſententiam Philoſophorum, qui dicunt, aquam infuſam vino arte aliqua ſeparari poſſe ab illo: ex quo videbatur ſequi, non tranſ-
13 mutari in vinum, ſicut prædicti Recentiores contendunt: ac proinde ſi cõuertitur in ſanguinem, proxime in illum conuerti: nihilominus ex tribus opinionibus memoratis ſecundam approbauit, vt hactenus oſtẽdimus, quã nos in hoc capite confirmandam propoſuimus. Deinde prædicta opinio Recentiorum impugnari poteſt teſtimonio Ariſtotel. 1. de generatione, cap. vltim. textu 88. vbi ait: *Inter agentia porrò, & patibilia, quæ facilè diuidi poſſunt, multa cum pauxillis, magna cũ puſſillis collocata, nullam reddere poſſunt miſtionem; id tamen, quod imperat, amplificant: alterũ enim ad id, quod imperat, recedit, vt gutta vini, quæ quidem mille aquæ pateris nõ admiſcetur: ſpecies enim vini diffletur, & in vniuerſam conuertitur aquam. At cum pari virium præſidio æquabilitate quodammodo tenentur, tunc vtrumque ex ſuâ ipſius natura ad imperans tranſit: in qua quidẽ motione non alterum, ſed medium, & cinnus efficitur.* Quaſi dicat: id, quod paruum eſt, & facilè diuidi poteſt, vimque habet agendi, &
14 patiendi cum alio magno, facilè etiam ad diuiſionem miſceri nó poteſt: eoquòd, vt miſceretur, deberet effici ex vtroque vnũ quid medium: cum autem alterum paruum eſt, in id, quod eſt magnum, facile tranſmutatur, & illud efficit maius. Cum igitur modiciſſima aqua injci debeat, & infundi vino, eaque facile diuidi poſſit: ſequitur, ex illa, & vino nó fieri miſtionem, ſed aquam in vinũ tranſmutari. Neque obſtat, quod Ariſtot. exemplum afferat guttæ vini, cum mille aquæ menſuris infunditur: eadem enim ratio eſt in noſtro caſu, in quo aqua eſt modiciſſima reſpectu vini. Adde, quòd cum gutta aquæ infunderetur mille menſuris vini, non diffunderetur diuiſa per omnes partes vini, ſed inter propinquiores diuideretur, & ab eis corrũperetur; perinde igitur eſt infundi minori vini quantitati, & in partibus illius diuidi, vt ab eo corrumpatur. Tum etiam Ariſtot. vt ſtatim oſtendat, ex quibus fieri poſſit miſtio, inquit, debere eſſe vtrumque pari virium æquálitate præditum, vt ex vtroque, etiam altero aliquo modo prædominante, fiat vnum medium, & cinnus, hoc eſt cõmune. Neque vero dici poteſt in præſenti, non fieri miſtionem in aliquid commune vnum, neq; quod minus eſt corrumpi, & tranſire in maius, ſed manere in ſua natura: nam, cum vinum ex ſe efficax ſit, & vim habeat agendi, vt fatetur Ariſtot. & aqua infuſa ſit modiciſsima, eaque rurſus in plures minimas partes diuidatur, vt vndique ſit circumdata bona copia vi 15
ni, negari non poteſt, paruo tempore corrumpi, & in vini ſubſtantiam tranſmutari; præſertim cum ipſa parum reſiſtere poſſit natura ſua.

Poſtremo denique eádem ſententia ratione Theologica confirmatur: nam cum materia neceſſaria huius conſecrationis ſit vinum; aqua verò non ſit ex diuina inſtitutione ad hoc deſtinata; ſed ſolùm ex præcepto Eccleſiæ, vt ſupra probauimus, calici infundatur: ſequitur, nulla ratione per verba conſecrationis in ſanguinem tranſire: quod enim opinione hominum totum illud dicatur, aut reputetur vinum, parum refert; ſiquidem materiæ ſubſtantia non ex hominum æſtimatione, ſed ex ipſa diuina inſtitutione pendet. Quòd ſi Chriſtus ita aquam calici infudiſſet, vt ipſa in propria ſubſtantia maneret, & nihilominus eam in ſuum ſanguinem commutaſſet, ſine dubio ad ſubſtantiam materiæ pertinere voluiſſet; ſiquidem aquam in ſua propria ſubſtantia ſubiectum idoneum conſecrationis efficeret.

His tamen addendum eſt, ſi interdum contingat ob breue temporis ſpatium aquam in 16
vinum non conuerti, quia maior pars aquæ infunditur, quàm in vinum poſsit conuerti: facta conſecratione illam manere in propria forma, & ſubſtantia permiſtam ſimul cum ſpeciebus vini; neque hoc eſſe incidere in tertiam opinionem ab Innocentio III. refutatam; illius enim Autores in vniuerſum negábant, aquam in vinum conuerti, & ita dicebant, ſemper manere in propria natura ad miſtam ſpeciebus vini conſecrati.

Ariſtot.

Præoccupatio.

Diluuntur argumenta tertiæ sententiæ, quæ in primo capite allata sunt.

CAPVT III.

EX Omnibus opinionibus, quas memorauimus, solùm tertia opinio habet aliqua pro se argumenta, quæ diluere oportet. In primis autem adduximus quam plura testimonia Patrum, qui dicunt, aquam simul cum vino in sanguinem Christi conuerti; ea verò omnia vnico modo explicanda sunt; neque enim vllus eorum ait aquam secundum se proximè conuerti in sanguinem Christi, sed aquam simul cum vino in sanguinem Christi transire. Hoc autem, & nos etiam fatemur eo quòd aqua transmutatur in vinum, vinum autem in sanguinem Christi cõuertitur. Hoc igitur eodem sensu Patres dixerunt, aquam simul cum vino conuerti in sanguinem Christi, nõ quidem simul solùm coniunctam per infusionem, sed coniunctam per transmutationem. Neque verò prædicta expositio, quam testimonijs Patrum adhibemus, extorta iudicari debet; cum & Innocentius III. approbans secundam illam opinionem, quam loco citato memorauit, & nos cum eo in cap. præcedenti probabiliorem esse diximus hoc eodem modo, quo cæteri Patres, loquatur; cum tamen sentiat, aquam non cõuerti in sanguinem Christi, nisi prius in vinum fuerit transmutata. Inquit enim de hac opinione, quòd asserat, aquam cum vino in sanguinem Christi tranmutari. Adde, quòd Patres hoc tantùm contendebant, vt aqua vino misceretur; de modo autem, quo in sanguinem transiret, non curarunt.

Satis fit tertiæ sententiæ.

Autoritati Patrum satis fit.

17

Innocens 3.

Iam verò rationes dissoluamus. Ad primã respondetur, non esse incertum, aquam in sanguinem transire, si sequamur legem positam ab Ecclesia, nempe miscendi solùm modicissimam aquam: sic enim satis certum est, aquam facile conuerti in vinum, ac proinde in sanguinem. Quòd si hanc mensuram aquæ ab Ecclesia positam transgrediamur, mirum esse non debet, si dubium sit, & incertũ, an aqua in sanguinem conuertatur: quia prius in vinum conuerti non potest. Illud verò quod adducebatur ex Concilio Triburiensi, nempe tertiam partem aquæ vino consecrando misceri posse, non video, vsu receptum esse ab Ecclesia: siquidem Eugenius IIII. declarauit, modicissimam aquam esse vino infundendam; Concilium autem illud approbatũ non fuit. Et quod attinet ad permissionem, à Pontifice reuocari potuit. Ad aliud autem de vino, quod infunditur post sumptionem corporis, vt consecretur propter defectum præcedentem, respondeo, nihil obstare si tũc maneat aqua in propria substantia, eo quòd propter breue temporis spatium in vinum conuerti non potest. Neque verò ob id cogimur incidere in sententiam, secundo loco à nobis commemoratam, quam Innocentius minus probabilem putat: illa enim asserit, aquam nunquam in vinum cõuerti, & ita semper in propria substantia permanere, neque vllo modo in sanguinem Christi transire; nos autem solùm dicimus, hoc fieri posse aliquando, nimirum, quando ob breue temporis spatium in vinum conuerti non potest: idemq; dicemus, quando maior pars aquæ infunderetur, quàm quæ posset pro eo tempore in vinum conuerti. Et quamuis hoc cauere semper debeamus, sequentes regulam traditã ab Eugenio; tamen, cum illud euitare non possumus vt in casu proposito, in quo iure diuino præcipimur, iterum vinum, & aquam calici infundere, illudque consecrare, vt fiat integrum sacrificium, curandum non est, an aqua in vinum prius conuerti possit, quod necessarium est, vt in sanguinem transeat. In alijs verò casibus cum commode fieri potest, seruandum est id quod diximus. Cæterum, licèt non seruaretur, sed aliquantulum plus aquę infunderetur, quã deberet, & ideò non conuerteretur in vinum, neque in sanguinem Christi, nihilominus verba consecrationis effectum suum consequerentur circa vinum vt inferius explicabitur.

Respondetur rationibus.

Ad primã.

18

Conc. Trib.

Eugen. 4.

Secunda autem opinio, quæ dicit, aquam non conuerti in sanguinem Christi, sed semper in sua substantia permanere, non ideò nobis probata nõ fuit, quod diceret, aquam manentem in propria substantia, & in vinum non conuersam, in sanguinem Christi nõ conuerti; sed quia diceret, nunquam in vinum conuerti, vt in sanguinem transire possit.

19

20

Ad secundam rationem respondeo, Christum quidem semper temperate bibisse, & tẽperate etiam discipulis propinasse: nihilominus in calicem consecrationis parum aquæ infudisse, quæ commode in vinum conuerti posset, etiã si vina illa Orientis fortiora essent, quàm alia vina Germaniæ, aut Italiæ: eo quòd calice illo consecrato ita discipulis propinaturus erat in fine cœnæ, vt modicum ex illo vnusquisque bibiturus esset: nam totum calicem diuidendum inter eos consecrauit,

Ad secundam.

uit. Sic autem non oportebat, vinum ita temperare, ſicut cum vnuſquiſque totum calicem biberet: veluti inter eos etiam, qui com-
21 municant contingit: nam vinum purum eis ſolet propinari poſt communionem corporis Chriſti; id tamen temperantiæ, & ſobrietati non aduerſatur. Cum autem Chriſtus inſtituere vellet tunc, & definire materiam huius conſecrationis, noluit temperare vinum aqua, ſicut antea conſueuerat, ſed ſolùm parum aquæ vino infundere: vt denotaret id, quod etiam nos ipſum imitati ſignificamus. Et quamuis Chriſtus tantum aquæ vino infudiſſet, vt in vinum non potuiſſet tranſmutari, ac proinde neque ipſam in ſanguinem conuertiſſet, ſed in propria ſubſtantia permanſiſſet, quod quidem cum veritate, & effectu verborum conſtare poſſet, vt inferius explicabitur; nihilominus nos ſequi deberemus formam ab Eccleſia præſcriptam, vt modicam nimirum aquam vino infunderemus, quæ in ipſum vinum facilè tranſmutari poſſet. Neque credendum eſt, Chriſtum totum, quod erat in calice, voluiſſe conſecrare, ſed vinum tantum, ſi aqua permanebat in propria ſubſtantia, cum nollet illam ad ſubſtantiam materiæ pertinere.

Ad tertiã. Ad tertiam rationem dico, cùm miſceatur aliquid farinæ hordeaceæ farinæ triticeæ, & ex vtraque fit conſperſio, & panis, ſi ſit parua quantitas hordei comparatione totius conſperſionis, per tot tranſmutationes in panem triticeum conuerti: & ita in
22 corpus Chriſti tranſire; at verò ſi maneat ſub propria forma, & ſubſtantia, etiam ſi miſtã ſit & in minimas partes diuiſa non tranſire vllo modo in corpus Chriſti; ſed in propria ſubſtantia manere: & ita dicendum de particula aquæ circunfuſa ipſi vino.

Ad quartã. Ad quartam rationem pronuncio, verbã conſecrationis ſupra totum calicem prolata demonſtrare ſolùm id, quod præcipuè ſub ſpeciebus vini in calice continetur, & ex quo denominationem accipit: aliud autem admiſtum in parua quantitate, aut contentum ſub eo, ita vt non poſsit denominationem calici tribuere, non demonſtrari etiam comitanter. Quare licèt parum aquæ manentis ſub propria forma, & natura, nec contentum ſub illa, poſsit pronomine illo demonſtrari, neque conſecrari, nihil obſtat, quominus verè proferantur verba illa, ratione ſolius contenti ſub ſpeciebus vini, quod præcipuum eſt, & toti denominationem tri-
23 buit. Nam communiter dicimus, illud quod eſt in calice, eſſe vinum; & de alio liquore miſto in parua quantitate non curã-
mus: ſicut etiam gutta balſami, aut olei, ſi vino in calice infunderetur, nõ demonſtraretur vllo modo pronomine demonſtratiuo, quod eſt in verbis conſecrationis, neque contentum ſub illa: & nihilominus contentum ſub ſpeciebus ita verè demonſtraretur, vt vinum ipſum virtute verborum in ſanguinẽ tranſiret, manẽte gutta balſami, aut olei in propria natura: hæc enim nullo modo conuerti poſſet in ſanguinem ratione illorum verborum. Et licet dicamus, neque aquam miſtam vino, & in ſua natura permanentem, nec contentum ſub ea, poſſe virtute verborum demonſtrari, & in ſanguinem tranſire, nihilominus aſſerere debemus, ſolum contentum ſub ſpeciebus vini, cui aqua eſt admiſta, poſſe verè demonſtrari verbis conſecrationis, & ita ipſum vinum in ſanguinem Chriſti conuerti: quia, vt dixi, verba ſolùm demonſtrant id, quod in calice præcipuum eſt, & ex quo denominatio ſumitur, & ratione illius ſolum
24 verba vera ſunt, & effectum ſuum habent in materia illius. Hæc eſt vera ſolutio prædictæ rationis. Quod enim aliqui dicunt, ex intentione proferentis verba ſolùm demonſtrare vinum, & non aquam, mihi non probatur: intentio enim miniſtri nihil efficeret, quando ſubiecta materia verè demonſtrari non poſſet: veluti ſi eſſet maxima copia aquæ, aut alterius liquoris, & minima vini: ſic enim verba non poſſent ex intentione miniſtri ad ſolum vinũ determinari, eo quòd ipſa ſolùm demonſtrant iuxta cõmunem ſignificationem, quã apud homines habent, quæ non pendet ex intentione proferentis: & ita illud, quod ex ſe idoneum non eſt, vt verè demonſtretur, non poteſt ſecundum intentionem proferentis verè demonſtrari.

Ad quintã. Ad quintam, vt reſpondeamus, fatemur quidem, id, quod in calice cõtinetur admiſta modica aqua, & permanente in propria ſubſtantia, dici abſolutè, & ſimpliciter vinum, & nõ aquam; nihilominus aſſerimus, totum illud non conuerti in ſanguinem; ſed aquam manere in propria ſubſtantia, vt proxime notauimus: quia denominatio ſumitur ab eo, quod præcipuum eſt. Quemadmodum etiam dicebamus, ſi gutta olei, aut balſami
25 calici vini miſceretur, totum illud ſimpliciter diceretur vinum, non autem oleum, aut balſamum, & vere demonſtraretur contentum ſub ſpeciebus illius per verba conſecrationis cum effectu conuerſionis in ſanguinem Chriſti; & tamẽ gutta balſami, aut olei per conſecrationem non tranſiret in ſanguinem Chriſti, ſed in propria ſubſtantia mane-

maneret: ergo ex eo, quòd totum, quod est in calice post missionem aquæ cum vino, dicatur vinum, non licet inferre, per verba consecrationis totum illud, etiam aquam manentē

Ad vltimā in propria substantia, in sanguinem Christi conuerti. Ad vltimā rationē respondeo, tunc solùm posse aquam infusam vino ab eo per artem separari, quando bona pars aquæ vino infusa non potuit à vino corrumpi; at verò, si parum aquæ infusum sit, post aliquod tempus, quale est ab offertorio Missæ vsque ad consecrationem, nulla arte à vino separari poterit, sed facile in vinum conuertetur: neque oppositum experimento, aut sensu comprobari poterit.

Tandem duo argumenta diſſoluuntur. Primum.

Duo alia argumenta pro prædicta sententia afferri solent, quæ mea sententia nihil difficultatis habent. Alterum est: si aqua aliquā do maneret in propria substantia, nec in sanguinem Christi conuerteretur, qui sumeret talem calicem consecratum, nō esset ieiunus: ac proinde post vnam Missam nō posset aliam

26 celebrare, vt fieri solet in die Natalis Domini, & in diebus festis, cū quis duas habet Ecclesias. Aliqui dicunt, cum esset periculum aliquod, & timeretur, aquam in vinum non fuisse conuersam, fore, vt qui sumeret eiusmodi calicem, non maneret ieiunus secundum Ecclesiæ præceptum: ac proinde fore,

Gabriel. vt, licèt nihil sumeret post calicem consecratum, non posset iterum celebrare. Quam sententiam sequitur Gabriel. lectione 35. in canonem Missæ, litera S. ibi enim solùm concedit, sacerdotem posse secundam Missam post primam celebrare, etiam si aqua nō fuisset priùs in vinum conuersa, sed in propria substantia mansisset: quia hoc facile discerni non potest. Quare in casu, quo id rectè dignosci posit, id non concederet.

Responsio vera. Ego verò existimo, id, quod sumitur per modum vnius potus cùm sanguine Christi, etiam si maneat in propria substātia, vt aqua, non violare ieiunium, quod Ecclesia requirit ante sumptionem: & ita posse sacerdotem iterum consecrare, & Missas celebrare eo tēpore, quo à iure plures celebrare permittitur. Cum enim illa mistio aquæ fiat ex præcepto Ecclesiæ ad significationem mysterij, nō

27 est credendum, illam sumptam in propria substantia, quando commodè conuerti nō potuit in vinū, obstare alteri præcepto ipsius Ecclesiæ de ieiunio, quod requiritur ad sumptionem huius sacramenti.

Secundū. Alterum argumētum est, quia si aqua maneret in propria substantia, non possemus adorare adoratione latriæ calicem: quia exponeremus nos periculo adorandi aquam in propria substantia. Respondeo, vt diximus suprā primo tomo, disput. 108. & disputat. 109. in adoratione duo esse, nempe, intentionem animi, hoc est, spiritū subiectionis, & summissionis, qui, si sit circa Deum, dicitur latria, & signa exteriora illius. Præterea hunc spiritū summissionis, & subiectionis, qui est latria, non ferri in species vini, neque in rem aliquā creatam tendere posse, sed in ipsum Deum; sola autem signa adorationis ferri in rem creatam, & in species illas. Tum etiam, vt ostendimus disput. 110. cap. 2. quamlibet rem mū

28 di possemus adorare signis exterioribus, ita vt spiritus subiectionis latriæ feratur in Deū existentem in ipsa. Cum igitur adoratores huius sacramenti spiritu suo solum ferantur in Christum ipsum; sola autem signa exhibeāt calici, & speciebus, nihil obstat, rem aliam esse mistam speciebus vini intra calicem, quō minus spiritus adorationis rectè in Deum feratur: & ipsi calici, & contento in illo signa solùm exhibeamus.

Vtrùm autem oporteat, aquam conuersam esse in vinum, antequam proferatur pronomen *Hic*, an verò sufficiat conuersam esse, antequam omnia verba consecrationis pronuncientur: ita vt, si ante finē prolationis omniū fuerit in vinum conuersa in fine, tandem in sanguinem Christi cum vino conuertatur, pendet ex eo, quod dicemus disputatio. 201. cap. 4. vbi etiam quæstionem hanc definiemus.

QVAESTIO SEptuagesima quinta. De conuersione panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi.

ARTICVLVS I.

Vtrum in hoc Sacramento sit corpus Christi secundum veritatem.

Notationes circa Articulum.

CONCLVSIO Est. *Verum corpus, & sanguinem Christi esse in hoc sacramento, neque sensu, neque intellectu deprehendi potest; sed sola fide, quæ autoritati diuinæ innititur.*

Circā

Circà titulum articuli notandum eſt, illud dici à S. Thoma, *ſecundum veritatẽ*, quod reipſa, & non in ſola ſimilitudine, & imagine eſt. Quem ſenſum colligo ex prioribus verbis primi argumenti, ex quibus, vt ſæpius notaui, deſumpſit titulos articulorum, qui eos ipſis articulis præfixit. Inquit enim Sanctus Doctor: *Videtur, quòd in hoc Sacramento non ſit corpus Chriſti ſecundùm veritatem, ſed ſolùm ſecundùm figuram.* Opponit igitur Sanctus Thomas id, quod eſt ſolùm in figura, & ſimilitudine, ei, quod dicitur eſſe ſecundum veritatem. Deinde notandum eſt, cum ait S. Doctor, præſentiam Chriſtii in hoc ſacramento intellectu deprehendi non poſſe, ſignificare, virtute intellectus non poſſe inueſtigari, & intelligi, niſi ex reuelatione aliqua credatur. Poſtremo obſerua, in titulo ſolum quærere S. Thomam de præſentia corporis Chriſti; in concluſione autem reſpondere de præſentia corporis, & ſanguinis.

An corpus Chriſti vere ſit ſub ſpeciebus huius ſacramenti Diſput. 179.

Hanc præſentiam hæretici negant. Cap. 1.
Veritas catholica a Concilijs definita. Cap. 2.
Eadem veritas teſtimonijs Patrum confirmatur. Cap. 3.
Ioannem Euangeliſtam cap. 6. de Euchariſtiæ Sacramento loqui, contra hæreticos, & nonnullos catholicos oſtenditur. Cap. 4.
Ex prædicto loco Ioannis 6. probatur prædicta veritas. Cap. 5.
Eadem doctrina catholica ex verbis inſtitutionis huius Sacramenti in vniuerſum probatur. Cap. 6.
Ex eiſdem verbis ſigillatim idem oſtenditur. Cap. 7.

Hanc præſentiam hæretici negant.

CAPVT I.

1 QVAMVIS Controuerſia propoſita ſit tantùm de præſentia corporis Chriſti; quia tamen eadem vtriuſque ratio eſt, id, quod de præſentia corporis Chriſti ſub ſpeciebus pānis dicemus, idem de præſentia ſanguinis dictum puta. Qui enim negant, aut concedunt corpus Chriſti præſens ſub ſpeciebus panis, idem, & eodem modo de ſanguine dicunt. Veram autem præſentiam carnis Chriſti in Euchariſtia, in primis negarunt Simonis, & Menandri ſectatores: de quibus loquens Ignatius in epiſtola ad Smyrnenſes, vt refert Theodoretus in dialogo impatibili, qui tertius eſt, folio 8. vbi contra hos hæreticos diſputat, inquit: *Euchariſtias, & oblationes non admittunt, quòd non confiteantur, Euchariſtiam eſſe carnem Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſua benignitate ſuſcitauit.* Autores huius hæreſis aliqui putant fuiſſe Græcos, qui veritatem carni Chriſti cœperunt negare. Verùm autores huius erroris, vt melius alij dicũt, fuerunt Simon, & Menander eius diſcipulus, vterque genere Samaritanus, vt ſcribit Nicephorus lib. 3. hiſtoriæ cap. 12. Porrò verba citata non inueniuntur in epiſtola Ignatij, quã modo habemus ad Smyrnenſes. Verùm cum in ea diſputet Ignatius contra eos, qui dicebant, Chriſtum neque hominem eſſe, nec paſſum fuiſſe, niſi tantùm putatiuè: qui erat error Simonis, & Menandri: abſque dubio credendum eſt, tempore Theodoreti verba illa fuiſſe in ea epiſtola. Verùm hi hæretici differunt ab hæreticis alijs, qui poſt Berengarium negarunt veritatem corporis Chriſti ſub ſpeciebus Euchariſtiæ. Nam hi hæretici ideò Chriſti carnem negarũt ſub Euchariſtia, quia nuſquam Chriſto carnem veram conceſſerũt; ſed ſolùm ſecundum exiſtimationem, & phantaſiam. At verò Berengarius, & alij noſtri temporis, concedentes Chriſto veram carnem, negant, eam eſſe ſub ſpeciebus Euchariſtiæ.

Lancfrancus verò in lib. de corpore, & ſanguine Domini poſt medium, qui eſt in 6. tomo Bibliothecæ ſacræ, refert, fuiſſe quoſdã hæreticos, qui in hoc vnum conuenirent, vt veram carnem Filij hominis, & verum eius ſanguinem ſub ſpeciebus Euchariſtiæ eſſe dicerent; in duos tamen errores diuiderentur: ita vt quidam eorum aſſererent, hunc Filium hominis, cuius caro, & ſanguis eſſet ſub Euchariſtia, eſſe quemlibet hominem, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum, in cuius carnem, & ſanguinem ſubſtantia panis, & vini conuerſa eſſet. Alij verò dicerent, hunc filium hominis non eſſe quemlibet hominem de turba; ſed virum iuſtum, ſanctum, & à communi hominum vita ſeparatum. Hos autem duos diuerſos errores colligebat Lancfrancus ex epiſtola Synodica ad Neſtorium, quæ eſt Concilij Alexan-

Qui negẽt Chriſti præſentiam in Euchariſtia.
Ignatius.
Theodoret.
Nicephor.
2
Berengar.
Lãcfrancus.
3

cõc. Alex. Cyrillus. Alexandrini, & recepta in Concilio Epheſino tom.1.cap.14. eſtque apud Cyrillũ 10. in ordine: in ea enim columna 4. de Euchariſtia, ita legimus: *Atque ita ad myſticas accedimus benedictiones, ac ſanctificamur, participes facti ſancta carnis, pretioſique ſanguinis Seruatoris noſtri omnium Ieſu Chriſti, nec vt communem carnem accipimus, abſit: nec tanquam viri ſanctificati, & Verbo ſecundum dignitatis vnitatem coniuncti, vtpote velut diuinam inhabitationem adepti.* Et in eadem epiſtola, anathematiſmo 11. ſic dicitur: *Si quis carnem Domini non confitetur viuificam, & ipſius Verbi, quod ex Deo Patre eſt, propriam; ſed tamquam alterius cuiuſpiam præter ipſum ſecundum dignitatem quidem: aut tamquam, qui diuinam dumtaxat inhabitationem ſit adeptus, cum ipſo coniuncti, &c. anathema ſit.* Quibus etiam teſtimonijs, & Lanc franci auctoritate ductus Thomas Vvaldenſis tom.2. qui eſt de Sacramentis, cap.19. num.2. ſentit, fuiſſe hos duos errores diuerſos circa Sacramentum Euchariſtiæ. Vterque tamen, ſalua pace, deceptus eſt: nullus enim hactenus præter Neſtorianos, contra quorum Magiſtrum ſcripta fuit epiſtola illa, dixit, in Euchariſtia eſſe carnem, & ſanguinem hominis communis. Hi autem in duas illas ſectas diuiſi non ſunt, vt putauit Lanc franc us. Neque enim vllus illorum exiſtimauit, eſſe in Euchariſtia carnem, & ſanguinem cuiuſlibet hominis communis de populo, ſed cuiuſdam hominis, qui dictus eſſet Chriſtus. Neque etiam vllus eorũ hunc hominem Chriſtum, cuius carnem, & ſanguinẽ dicebant eſſe in Euchariſtia, communem hominem appellabat, quia ſanctus, & iuſtus nõ eſſet; ſed quia non eſſet ſimul Deus per naturam, & ſolum per ſanctitatem, & dignitatẽ cum Deo coniunctus eſſet, vt vidimus 3. p. diſput. 15. cap. 1. Quod verò dixit Concilium illa epiſtola. *Nec, vt communem carnem accipimus abſit:* per quæ verba intelligit carnẽ Chriſti, quæ eſt in Euchariſtia, non eſſe carnem hominis, qui non ſit iuſtus; non dixit, vt oſtenderet, non eſſe carnem illam alicuius alterius hominis de populo, qui nõ eſſet Chriſtus: neque quia exiſtimaret, aliquos opportunũ aſſerere: nullum enim legimus id dixiſſe: neque quia putaret, aliquem opinari, hominem illum, qui dicitur Chriſtus, non eſſe hominẽ iuſtum, & ſanctum: nullus enim hæreticus, qui dixit, Chriſtum eſſe purum hominẽ, negauit, ipſum eſſe iuſtum, & ſanctum; ſed vt oſtenderet: hominem illum, cuius caro, & ſanguis eſt in Euchariſtia, eſſe hominẽ Deũ: & carnem eius ratione Deitatis, cui erat coniuncta, eſſe viuificatricem: gradatim autem procedens dixit, non eſſe carnem illam hominis non iuſti: hoc enim ibi intelligit per hominem communem, neque ſolum iuſti per dignitatem, & habitudinem cum Deo; ſed hominis, qui ſine vllo eſſet Deus. Et ita in anathematiſmo, vbi damnat errorem, qui tunc erat, ſolùm damnat aſſerẽtes, Chriſti carnem non eſſe carnem Verbi, ſed alterius cuiuſpiã, qui ſolum per dignitatem eſſet ſanctus apud Deum, ſicut docebat Neſtorius. Cũ verò ait: *Neque alterius cuiuſpiam*, non intelligit cuiuſcunque hominis de populo, vt putauit Lanc franc us; ſed alterius cuiuſdã ſuppoſiti, quod non eſſet Deus. Verum, vt rectè Recentiores aliqui notarunt, hæc hæreſis nõ tam pugnat contra myſterium Euchariſtiæ, quàm contra myſterium Incarnationis: imò de myſterio Euchariſtiæ ſecundum ſe rectè ſentiunt autores huius erroris, & contra hæreticos noſtri temporis apertè docent, quatenus aſſerunt, eandem carnem, & ſanguinem, qui fuit in Chriſto, virtute verborum ſub accidenti bus panis, & vini contineri; errant tamen, vt dixi, in ipſo myſterio Incarnationis. Quinimo etiã error Simonis & Menandri, & Manichæorum, quem primo retulimus, non pugnat cõtra myſterium Euchariſtiæ, ſed Incarnationis: quatenus illius autores negant, Verbum verum ſanguinem, & carnem aſſum pſiſſe: neglorientur hæretici noſtri temporis, ſententiam ſuam antiquam in Eccleſia fuiſſe. Quo circa nullus ex antiquis ſcriptoribus, qui hæreſes recenſuerunt, prædictos errores contra myſterium Euchariſtiæ notarunt, & in catalogo poſuerunt.

Recentiores verò alij Theologi putãt, primos autores huius erroris, quos poſtea alij ſequuti ſunt, circa præſentiam corporis Chriſti, fuiſſe Iconomachos, qui ſeptimæ pſeudo Synodo interfuerunt, cuius fragmenta referũtur in 7. Synodo Nicena 2. nam in 6. actione huius, tomo 3. non multum ante finem refertur fragmentum illius pſeudo Synodi ſub nomine Gregorij, in quo prædicti hæretici Euchariſtiam imaginem viuificantis corporis Chriſti vocabant: quos merito ibi reprehendit Epiphanius Diaconus nomine totius 7. veræ Synodi, vt inferius dicemus.

Ego verò exiſtimo, hos hæreticos nõ negaſſe veram corporis & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus Euchariſtiæ præſentiam: neque enim de hoc ipſi cum catholicis cõtendebãt; ſed peſſime ipſos de ſpeciebus Euchariſtiæ, & Sacramento Altaris fuiſſe loquutos: nam vt ſupra vidimus tom.1. diſput.106. cap.1. hi hæretici pro viribus cõtenderunt, humanitatem Chriſti nõ poſſe depingi, ne ſi Chriſtus ſub humanã

4

5

6

Valdenſis.

Iudicium Recentiorum refellitur.

Iconomac.

Septima Synodus Nicæna ſecunda.

7

Epiphanius Diaconus.

humana figura depingeretur, eius humanitas ſeparari videretur à Diuinitate, quæ depingi non poteſt. Ideoque dixerunt, Chriſtum reliquiſſe nobis quamdam imaginem ſui in hac vita, videlicet panem Euchariſtiæ. *Ne ſcilicet humana effigie effigurata, idololatria induceretur.* Ob id tamen hi hæretici non negarunt, per conſecrationem ſubſtantiam panis in corpus Chriſti conuerti: ſubdunt enim hæc verba: *Similiter etiã panem Euchariſtiæ veluti veram imaginem naturalis carnis, per ſancti Spiritus aggreßionem ſanctificatam, diuinum corpus eſſe voluit, illique ſic placuit. Medius autem venit ſacerdos, qui ex communi ſanctum id facit ſacra illa Anaphora.* Eſt autem *Anaphora* idem, quod pars illa Miſſæ, in qua ſunt verba conſecrationis. Hi verò hæretici non ſolùm ipſam ſubſtantiam panis ante conſecrationẽ vocarunt imaginem Chriſti; ſed etiã ſpecies ipſas poſt conſecrationem. Epiphanius autẽ Diaconus in illa actione nomine totius Synodi reprehendit meritò hos hæreticos, quòd ſacram Euchariſtiam vocarent imaginem corporis, & ſanguinis Chriſti; cum potius corpus, & ſanguis vocari debeat: nam illud dicitur imago, quod rẽ ipſam in ſe verè non continet, ſed eam tantum repræſentat. Fatentur nihilominus, ante conſecrationem rectè vocari panem, & vinum imaginem, & typum corporis, & ſanguinis, & ita appellatum eſſe ab Euſtatio in illud Prouerb. 9. *Edite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui, &c.* Et à Baſilio in deprecatione Anaphoræ, hoc eſt, Miſſæ, quam nunc habemus nos, in 6. tomo Bibliothecæ ſacræ. Eſt autem illa oratio inuocatio Sancti Spiritus.

Epiphanius Diaconus.

Euſtatius. Prouerb.

Baſilius.

8

Neque verò ijs, quæ diximus aduerſatur, quòd Epyphanius Diaconus eo loco notat prædictos hæreticos, & fugillat inconſtãtię, quòd modo negẽt præſentiam corporis Chriſti, nimirum, cum vocant ſpecies typum, & imaginem corporis, & ſanguinis Chriſti; modo autem ſacrum, & diuinum corpus appellent, confitentes præſentiam illius ſub ſpeciebus: nam hoc poſterius reipſa cõcedebãt; illud autem verbis ipſis ſolum indicare videbantur: ſiquidem imago, veritati rei opponitur. Quo circa exiſtimo, hos hæreticos ijs, qui negant veram præſentiam Chriſti in Euchariſtia annumerandos nõ eſſe. Ob eamdem autem rationem, quam diximus, rectè admonent Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 14. poſt medium & Theophylact. in cap. 26. Matth. & 1. ad Corinth. 11. panem, & vinum non eſſe dicendum figuram corporis, & ſanguinis poſt conſecrationem; ſed potius dici debere corpus ipſum, & ſanguinẽ Chriſti: nõ quòd tunc in Eccleſia Dei ille error, contrà quem diſputamus exortus fuiſſet; ſed quòd iam cœpiſſet inter Iconomachos prauus ille modus loquendi: ex quo prædictus error ſequebatur. Ob id tamen nõ puto, inter Græcos prædictum errorem; quinimo neque inter Armenios vnquam fuiſſe. Et ita in Concilio Florẽtino, vbi de eorum vnione cum Eccleſia Latina actum eſt, nũquam hic error in Græcis, aut Armenijs notatus fuit.

Præocupatio.

9

Damaſcen.

Theophyl.

10

Primus igitur autor huius erroris videtur fuiſſe quidam Ioannes Scotus; non ille qui dictus eſt Duns ſubtilis ſcholaſticus, ſed alius cuius meminit Lancfrancus in libro de Euchariſtiæ Sacramento contra Berengarium, colum. 5. qui eſt in 6. tomo Bibliothecæ ſacræ. Vbi ſcribit, in Concilio Vercellenſi fuiſſe recitatum librum huius Ioannis Scoti, & damnatum, ſicut etiam ſententiam Berengarij. Et quamuis expreſſe non dicat, quis nam huius Scoti error fuerit, videtur tamen colligi, eumdem fuiſſe cum errore ipſius Berengarij. Nã, vt idem Lancfrancus teſtatur, Berengarius in literis miſsis ad ipſum Lancfrancũ, ſententiam huius Ioannis Scoti mirum immodum extollebat. Floruit autem hic Ioannes Scotus tempore Caroli Magni, ſi fuit monachus ille, de quo ſcribit Tritemius lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis; qui tamen, referens opera illius, non meminit ſpeciatim alicuius libri de Euchariſtia. Illius etiam meminit Sanderus lib. 7. de viſibili monarchia hereſi 136. eique prædictum adſcribit errorem. Poſt hunc aliqui referunt ſecundo, Bertramum autorẽ huius erroris fuiſſe: extat enim adhuc liber de corpore, & ſanguine Chriſti ſub nomine illius, quem putant aliqui, vt inquit Sanderus lib. illo 7. hæreſi 133. ſcriptũ fuiſſe à diſcipulis Berẽgarij ſub nomine Bertrami. Tritemius verò libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis Bertramo monacho tribuit inter alios librum de corpore, & ſanguine Chriſti. Dicit autem, illum floruiſſe tempore Lotharij Imperatoris: alij tempore Caroli Craſſi: & contra errorem illius putant ſcripſiſſe Paſchaſium Abbatem Corbeienſem, qui tempore huius Imperatoris claruit. Ille verò in toto illo libro, quem habemus in 6. tomo Bibliothecæ ſacræ, non meminit Bertrami.

Primus huius erroris autor.

Quidã Scotus.

Lancfranc.

Berengarius.

Tritemius.

Sanderus.

11

Bertramus.

Paſchaſius.

Tertius autor huius hæreſis fuit Berengarius Archidiaconus Eccleſiæ Andeganenſis, cui tamquam primario autori hic error tribuitur: nõ quòd ille fuerit primus; ſed quòd primus illum apertè defenderit, & propagauerit. Scripſerunt verò contra ipſum Lancfrancus, Guitmũdus, & Algerus eo tempore, de quibus Petrus Cluniacenſis, dictus Venerabilis

Berengarius.

Lancfranc.

Guitmũdus.

Algerus.

Petrus Clun.

rabilis, in lib. 1. epistolarum, epistol. 2. capit. cui titulus est: *Contra id, quod dicunt, Missam nihil esse, nec celebrari debere* colum. 2. præclarum profert testimonium. Dicit enim, Lâc francum benè, planè, & perfectè contra Berengarium scripsisse: Guitmundum melius, plenius, & perfectius: Algerum verò optimè pleniſsimè, & perfectiſsimè disseruisse.

Henric. Petrus Bruis

Quartus Autor huius erroris a quibusdam dicitur esse Henricus quidam cum Petro de Bruis, ex quo dicti sunt *Petrobrusiani* hæretici illi, qui errorem illius sequuti sunt. Verùm de his ita loquitur Petrus Cluniacensis loco citato, vbi contra eos ex professo disputat, vt eorum errorem aliquo modo putet diuersum ab errore Berengarij, & eo maiorem. Inquit enim in hæc verba: *Si hæresis hæc vestra Berengarianis limitibus contenta esset, quæ veritatem quidem corporis Christi; sed non Sacramentum, vel speciem, aut figuram negabat, facilè me huius capituli labore expedirem. Et non dico ad Ambrosium, Augustinum, Gregorium: & antiquos, &c. sed etiam ad moderni temporis doctos, & catholicos viros vos mitterem*: & paucis interpositis; *Sed quia, vt dixi, errorem errore, hæresim hæresi, nequitiam nequitia superastis, non tantùm veritatem carnis, & sanguinis Christi, sed & Sacramentum, speciem, ac figuram negatis: ea propter sicut nouus langor noua medela curandus.* Horum igitur error in eo diuersus erat ab errore Berengarij, quòd negabant, facultatem vllam à Christo concessam fuisse Sacerdotibus, aut ministris, Missam vllo modo celebrandi in commemorationem eius quod Christus semel in cœna fecit, & ita eos minime consecrare corpus Christi: neque similitudinem aliquam illius ex potestate sibi concessa exhibere. Quod si hanc facultatem ipsi semel concederent, non dubitarent concedere, Sacerdotes sicut & Christum in cœna verè consecrare: ita vt virtute verborum panem, & vinum in corpus, & sanguinem Christi vere conuerterent. Quod tamen Berengarius, & alij hæretici nostri temporis, concessa illa facultate Missam celebrandi, negarũt: nam, neque de Christo in cœna concedere voluerunt, suum corpus, & sanguinem sub speciebus panis, & vini discipulis tradidisse.

Petr. Cluni.

13

Quintò loco aliqui commemorãt inter huius erroris sectatores hæreticos Albigenses, idque solum confirmant ex Antonino 4. par. Theologiæ tit. 11. c. 7. §. 5. Verùm, vt ostẽdimus supra tomo 2. quæst. 61. artic. 4. Albigenses qui dicti fuerunt noui Manichęi, seu Cathari, non errarunt circa præsentiã corporis, & sanguinis Christi; sed quòd omnino negarent Sacramenta nouę legis, quæ seruãt cãtholica Ecclesia, & alia pro illis ipsi subrogarent: pro Eucharistia autẽ solum panem bene dictũ substituebant, vt ibidem fusius probauimus. Porrò autẽ, cum hi hæretici sequuti Manichæum, veritatem corporis, & sanguinis Christi in mysterio ipso Incarnationis negarent, sicut Simon, & Menander inter sectatores huius hęresis, quam docuit Berengarius, commemorandi non sunt.

Antoninus. Albigenses.

14

Sextò loco recensetur pro hoc errore Autor secta Flagellantiũ, teste Bernardo Lutzẽburgensi, in catalogo hæreticor. De his tamẽ hæreticis pauca scripta inueni. Prateolus in Elencho hæresum, verb. *Flagellantes*, inquit; Flagellantes in Italia primũ ortos fuisse anno Domini 1273. sub Gregorio X. deinde verò multũ inualuisse anno 1313. sub Ioãne XX. Inter errores autẽ illorũ hunc non recensẽt. Sanderus verò lib. 7. de visibili Monarchia sub Ioanne XX. eos cõstituit anno 1324. & inter errores illorum hunc commemorat. Dicit autẽ Autore Tritemio in Chronico circa annũ 1350. in Vngaria, & Germania percrebuisse.

Flagellãtes. Bernardus Lutzemburg. Prateolus.

Sanderus.

Tritemius.

15

Septimò hunc errorẽ secutus est Ioannes Vvicleffus circa annũ Domini 1370. vt patet ex lib. 4. Trialogi. c. 2. & sequentibus. Huius hæretici libri delati in Bohemia anno 1400. totũ illud Regnũ infecerunt, vt scribit Aeneas Siluius lib. de origi. Bohem. c. 35. & Cochleus in histor. Husitarũ. Et quamuis Ioannes Hus reliquis erroribus Vvicleffi adhæserit; ab hoc tamẽ semper abhorruit: licet lacebirę. & alij in Bohemia illũ sequuti fuerint.

Valdenſ.

Aeneas Siluius. Cochleus. Ioan. Hus.

Octauò hunc errorem nostro sæculo docuit Carolstadius Lutheri discipulus, nã Lutherus hanc hæresim nunquam secutus est, licet aliqua principia illius posuerit.

Carolſtad. Lutherus. Zuuinglius

Nonò in eodẽ errore fuit Zuuinglius, quĩ, cũ prius docuisset hæresim Lutheri, nẽpe, in Eucharistia esse corpus Christi cum pane, tandem errorem prędictum docuit in libro, quẽ edidit de vera, & falsa religione.

Decimò eidẽ errori consensit Oecolãpadius in lib. de genuina expos. sit. illorũ verbor. *Hoc est corpus meũ.* Postremò deniq; Caluinus, & qui ipsum secuti sunt, eumdẽ errorẽ docuerunt quorum sententia nunc breuiter explicãda est, vt meliùs eã impugnare possimus.

Oecolampad. Caluinus.

16 Explicatur hæresis ista.

Primò igitur dicit, corpus Christi solùm esse in cœlo, ibiq; solũ manere, nec sub symbolo panis, & vini esse, in quo plane errorẽ Berengarij fatetur. Vt autẽ hoc facilius populo persuadere posset, subdit, cũ symbolo, & signo nobis etiã dari corpus, & sanguinẽ Christi: & ita symbolũ illud no esse omnino vacuũ, & inane; siquidẽ per illud Christus nobis donatur,

natur vt cum eo vniamur. Cæterùm, ne hoc modo videretur aſſerere, Chriſtum realiter eſſe in pane, ſiquidem dicebat, cum pane Chriſtum nobis donari, ſubiungit, hanc vnionem fieri, non per ingreſſum carnis Chriſti in carnem noſtram, ſed per fidem, quam, inquit, eſſe virtutem ex ipſo Chriſto deriuatam. Ex quo colligit, prauos homines non percipere corpus Chriſti, licet ſymbola illius manducent: putat enim, impios non habere fidem, & ita manducantes ſymbola, non vniri Chriſto. Et ſanè, cum hic modus vnionis Chriſti cum anima facilis eſſet, neſcio, qua de cauſa Caluinus ineffabilem, & incomprehenſibilem eſſe, dixerit.

Veritas catholica Concilijs definita.

CAPVT II.

17 VERITAS Catholica ab Eccleſia definita huic errori oppoſita, eſt, Chriſtum in Euchariſtia, non ſolùm vt in ſymbolo, ſed etiam verè, & realiter eſſe. De modo autem, quo in Euchariſtia eſt, & virtute cuius: præterea, quid primarie, quid autem ſecundariè ibi ſit: tum etiam, quæ ibi de Chriſto enuntiari poſsint, ſuis locis notabimus. Nunc verò hanc ſolùm veritatem contra prædictos hæreticos confirmare libet. Eſt autem in multis Concilijs definita, & contrarius error damnatus. Definita autem fuit primùm, antequàm contrarius error damnatus oriretur, in Concilio Alexandrino in epiſtola illa ad Neſtorium, recepta, & approbata in Epheſino, tomo primo cap. 14. & eſt 10. apud Cyrillum poſt medium illius: & in anathematiſmo 11. cuius verba præcedente capite retulimus: & in 7. Synodo, actione 6. tomo 3. in fine. Verùm tempore horum Conciliorum non fuerat exorta hæreſis, quam poſtea ſequuti ſunt Berengarius, & alij. Poſt exortum autem prædictum errorem definita fuit eadem veritas, & damnatus error contrarius, primùm in Concilio Romano, ſub Leone IX. & deinde in Vercellenſi, præſente eodem Romano Pontifice Leone IX. quæ quidem duo Concilia non extant. Vercellenſe tamen immerito aliqui confundunt cum Romano, quod diximus, vel cum alio Romano, quod, vt dicemus, contra eumdem Berengarium poſtea celebratum eſt. Por-

Definita catholica veritas.

Conc. Alex.

Conc. Epheſ.

Septima Synodus.

Conc. Rom. Vercellenſe.

18

rò vtriuſq; Cõcilij Romani, Vercellenſisque meminit Lancfrancus lib. de Euchariſtia, columna 5. qui eſt in 6. tomo Bibliothecæ ſacræ. Quamuis enim prius mentionem faciat alterius Concilij Romani, in quo Berengarius publicè errorem ſuum retractauit; tamen cum illud dicat fuiſſe ſub Nicolao, nempe Secundo, dubium non eſt, prius fuiſſe Vercellenſe ſub Leone IX. Hoc autem ea occaſione indictum fuit, vt teſtatur Lancfrancus. Cum ipſe Lancfrancus Romæ eſſet apud Leonem IX. in Synodo Romana, cui ipſe Leo præſidebat, delatæ ſunt ad Leonem literæ Berengarij, ſcriptæ ad Lancfrancum. Nam cum tabellarius, qui literas deferebat, non reperiſſet Lancfrancum Abbatem in Normannia, tradidit eas quibuſdam clericis, qui cum literas legiſſent, exiſtimarunt Lancfrancum in eodem errore cum Berengario verſari; & ita per quemdam Rhemenſem clericum eas ad Sedem Apoſtolicam tranſmiſerunt. Qua occaſione primùm in eo Concilio Romano lata eſt aduerſus Berengarium damnationis ſententia. Ipſe autem Lancfrancus iuſſu Pontificis à tali rumore ſe ipſum coram Synodo purgauit. In hac verò Synodo indictum eſt Concilium Vercellis, pro errore illo Berengarij damnando, celebrandum eo anno menſe Septembris. Et fortaſis hæc ratio fuit, obquã aliqui confundunt Concilium Romanum cum Vercellenſi contra Berengarium. Hæc omnia narrat Lancfrancus, qui vtrique Synodo interfuit. Denique menſe Septembri celebratum eſt Concilium Vercellis, præſidente eodem Pontifice, in quo Berengarius vocatus non comparuit; eius tamen ſententia ibi damnata fuit. Verum Berengario adhuc in ſuo errore perſiſtente, ſub Victore II. Papa apud Turones, non apud Rhemes, vt aliqui Recentiores decepti dixerunt, aliud Concilium, quod non extat, celebratum eſt. Huic autem non Victor, ſed eius Legati præfuere, & in eo ipſe Berengarius vocatus comparuit, eique optio data eſt defendendi ſuam ſententiam, vt de illa conuinceretur. Ipſe verò nolluit vllo modo eam defendendam ſuſcipere; ſed retractare coram toto Concilio: & hæc eſt prima abiuratio, quam Berengarium feciſſe legimus. Ita ſcribit Lancfrancus in eodem libro. Nã, quod ait ad Berengarium: *Sicut in Concilio Romano te iuraſſe, eſt ſuperius comprehenſum:* non debet intelligi de Romano Concilio ſub Leone IX. ſiquidem in eo ipſe Berengarius nõ cõparuit, vt vidimus; ſed ſub Nicolao II. quòd poſt Turonẽſe celebratũ fuit; quãuis de illo Lancfranc. prius fuerit locutus in ordine

Lancfranc.

Berengarij error, & retractationes.

19

20

ſuæ

suæ disputationis cum Berengario in libro citato. Cum tamen Berengarius adhuc in sua hæresi perseueraret, aliosque in suam sententiam adduceret, post Concilium Turonense celebratum est Romanum sub Nicolao, non Primo, vt optime notauit Surius tomo 3. Conciliorum, in notatione huius Concilij Romani, sed Secundo. Nam Nicolaus Primus multò fuit antiquior Berengario. Huius autem Concilij facit mentionem idem Lancfrancus postremo loco illis verbis. *Porro quid de hac re tempore Nicolai gestum sit, breui supra reseraui*: illius enim supra fecerat mentionem. An verò huic Concilio ipse interfuerit, non declarat in prædicto libro. In hoc Concilio sub certa verborum forma edita ab Vmberto Episcopo, vt testatur Lãcfrancus, ipse Berengarius clara voce coram toto Concilio iterum palinodiam cantauit. Huius abiurationis, & retractationis, quæ fuit secunda, meminit etiam Guitmũdus in lib. 3. de corpore, & sanguine Christi, columna sexta in principio, qui habetur in sexto illo tomo Bibliothecæ. Ea verò extat in 3. tomo Conciliorum in prædicto Cõcilio Romano sub Nicolao Secundo, & refertur à Gratiano canone. *Ego Berengarius*, de consecratione dist. 2.

Surius. 21 *Lancfranc. Vmbertus.* *Guitmund.* *Conc. Rom.* *Gratianus.*

Verùm, cum postea Berengarius cum discipulis suis, adhuc non quiesceret, licèt ad pristinum errorem plane non redierit, alium nouum excogitauit, nempe, Christum quidem simul cum substantia panis, & vini in Eucharistia esse. Quo errore, vt notauit Vvaldensis loco inferius allegando, significare videbatur, panem ipsum, & vinum figuras tantum esse corporis, & sanguinis Christi. Huius noui erroris Guitmundus, Autor illius temporis meminit in prædicto libro, columna 12. & illius sectatores vocat *Impanatores*. Porro autem, eosdem fuisse autores huius erroris, & præcedentis, colligitur ex verbis huius Patris, inquit enim. *Quos quidem alios dico, quasi alio errore detentos: nam aliâs idem sunt*. Ideo postremo contra Berengarium celebratum fuit aliud Concilium Romæ sub Gregorio VII. vt scribit Vvaldensis tom. 2. qui est de Sacramentis cap. 43. in quo tertio comparuit, & alteram etiam retractationem subcerta verborum forma publicè fecit, quam refert Surius in prædicta notatione. Et hæc est tertia obseruatio, si primam illam factam in Concilio Turonensi, non sub aliqua certa verborum forma comprehendas. In ea verò confessus est, non tantùm in Eucharistia Christum esse, sed etiam totam substantiam panis, & vini, in corpus, & sanguinem Christi conuerti. Huius etiam abiurationis, & Concilij mentionem faciunt Blondus Decade. 2. lib. 3. & Sabellicus lib. 3. nonæ Aeneadis. Denique in hac postrema abiuratione, & pœnitentia permansit, vt fusius scribit idem Laurentius Surius, & testatur Gerson, sermone primo de cœna Domini. Postea damnatus est hic error, & definita catholica veritas in Concilio Lateranensi, sub Innocentio III. & refertur in cap. *Firmiter. De Summa Trinitate, & fide catholica*. Porro autem, decretum illud de fide esse, stultè negant hæretici nostri temporis. Ea enim, quæ ibi pronuntiantur, tamquam fidei catholicæ dogmata proponuntur. Deinde eumdem errorem in Ioanne Vvicleffo damnauit Conciliũ Romanum generale, celebratum anno 1413. & similiter Constantiense. Nam sessione 8. non solùm confirmauit definitionem Concilij Romani; sed speciatim inter reliquos errores Ioannis Vvicleffi hunc etiam damnauit. Porrô illius Concilij Romani meminit Ioannes Cochleus lib. 1. historiæ Husitarum, illiusque definitionem recitat. Eandem sententiam catholicam definierunt Concilium Viennẽse sub Clemẽte V. vt refertur in Clementina vnica de reliquijs, & veneratione Sanctorum: & Concilium Florentinum, in decreto Eugenij, quod est post vltimam sessionem. §. *Tertium est*, post medium illius. Neque verò vnquam quæstio fuit in eo Concilio inter Græcos, & Latinos de præsentia Christi in Eucharistia, vt falsò mentiuntur hæretici huius temporis; sed solùm Summo Pontifici difficile visum est, quòd Greci verbis consecrationis hanc orationem adderent: *Et fac quidem panem hunc honorabile corpus Christi tui: quod autem in calice isto est, honorabilem sanguinem Christi tui*. Cui difficultati ipsi satisfacere noluerunt, cum tamen aliàs facile dissoluere possent, vt constat ex fine sessionis vltimæ illius Concilij. In prædicta verò oratione manifestè supponebant, Christum reipsa præsentem esse in Eucharistia. Quo circa existimo, hunc errorem inter Græcos nũquam fuisse, neque ante schisma, nec post illud. Nam, quod aliqui contendunt, Iconomachos fuisse, qui primùm hunc errorem docuerunt, falsum esse, supra demonstrauimus. Et cum tempore Leonis IX. Græci multa obiecerint Latinis, in quibus ab eis dissentiebant, nihil de præsentia Christi in Eucharistia obiecerunt. Et vt omittamus nunc antiquorũ Patrũ testimonia, qui in Ecclesia Græca hanc veritatẽ docuerunt, Recentiores, qui scripserunt post tempora Concilij Florentini, re-

Excogitat nouum errorem Bereng. retractato priori. *Vvaldens.* *Guitmund.* 22 *Vvaldens.* *Alia retractatio erroris Beren.* *Surius.* *Blondus.* *Sabell.* *Gerson.* *Conc. Later.* 23 *Conc. Rom.* *Constãtiens.* *Cochleus.* *Conc. Vien.* *Florentin.* 24

ni referāmus. Extant opuſcula Nicolai Methonenſis, Samonæ Gazenſis, Nicolai Cabaſilæ, Marci Epheſij, & Beſſarionis, in quibus aperte hæc veritas catholica, vt indubitata apud Græcos traditur. Et quod caput eſt, hoc ipſum nuper docuit Hieremias Patriarcha in cenſura Orientali ad Auguſtanam confeſſionem cap. 10. quod eſt de cœna Domini. Quæ cenſura ideò magni à nobis habenda eſt, quòd hæretici huius temporis hunc Patriarcham ſuorum errorum autorem, & patronum habere deſiderarunt; ipſe verò palam ipſos confutauit.

Nicol. Met. Samona. Cabaſil. Marc. Eph. Beſſarion. Hierem. Patriarc.

25

Demum, eadem catholica doctrina de veritate corporis, & ſanguinis Chriſti in Eucharitia contra recētiores hæreticos definita eſt in Concil. Tridentino, ſeſſione 13. per omnia fere capita, & canones, contrarijque errores confutati.

Conc. Trid.

Verūm quæret aliquis, an hæc veritas cātholica contineatur in articulis fidei, quos omnes ſcire debent. Neque enim quis fidelis dubitare poteſt, hanc veritatem inter veritates fidei, quas etiam articulos fidei vocare poſſumus, numerandam eſſe. Reſpondet Ledeſma in 1. par. 4. quæſt. 16. artic. 1. dub. 2. eſſe articulum fidei in eo ſenſu, in quo quærimus: citatque in hanc ſententiam Scotum in 4. diſt. 10. q. 1. & Iodocum Clicthoueum, quamuis huius locum non deſignet. Quam ſententiam Recentiores aliqui in ſenſum dictum ſequuntur, & pro ea allegant Durand. in 4. diſt. 10. quæſt. 1. num. 27. Gabrielem in Canonem Miſſæ, lectione 83. & Sotum in 4. diſt. 9. quæſt. 2. art. 2. Verùm neque Gabriel, neque Durandus in locis prædictis hoc docent. Gabriel verò lectione 39. litera C. cum dicit eſſe articulum fidei, ſolùm loquitur in ſenſu Scoti, nempe, quia ſit dogma fidei; non quia omnes, etiam non docti illud ſcire debeant; neque enim in hoc poſteriori ſenſu aliquis ex citatis præter Ledeſmam, & Recentiores loquuntur. Sotus verò ſolum ait, hanc veritatem non modo ab Eccleſia definitam eſſe, ſed etiam ex Scriptura manifeſte colligi.

Dubiūquodam expeditur.

Ledeſma.

Scotus. Clicthoueus

Durand. Gabriel. Sotus.

26

Nihilominus ego exiſtimo, hanc veritatē eſſe vnum ex articulis fidei, quem rudes etiā ſcire debent: illamque contineri in ſymbolo ſub illo articulo *Remiſſionem peccatorum*, exiſtimare, quis poſſet: nam virtute huius Sacramenti etiam peccata remittuntur. Verū quāuis ratione ſolius ſpeculationis rudes nō debeant hunc articulum ſcire, neque virtutem huius Sacramenti peculiarem ad remittendum venialia: quia hæc remiſsio non eſt ad ſalutem neceſſaria: tamē ratione alterius operis, ad quod omnes obligātur, nemo eſt adultus, qui illum ſcire non debeat, tum ratione Miſſæ, quam omnes certis diebus audire debent: nam, cum in ea hoſtiam conſecratā adorent, ſcire debent, quid eſt illud, quod adorant: tum etiam, quia adultire cipere debent aliquando hoc Sacramentum, & ad illud ſe præparare: oportet igitur, eos ſcire id, quod recipiunt: & ita parum refert, hanc veritatē expreſſam non eſſe in ſymbolo, vel expreſſe inter articulos fidei, qui in cathechiſmo parvulorum ponuntur: quia ibi ponuntur quæ potius in ſpeculatione poſita ſunt; præter illa autem ſcire debet quiſquam fidelis Sacramenta Eccleſiæ, quia ea recipere debet, ac proinde, quid in vnoquoque Sacramento contineatur.

Autoris iudicium.

27

Eadem veritas teſtimonijs Patrum confirmatur.

CAPVT III.

HANC Doctrinam catholicam innumeris teſtimonijs Patrum, recitatis eorum verbis, ex profeſſo, & doctiſsimē cōfirmat Gropperus tom. 1. de Euchariſtia, quem ſequitur Cardinalis noſter Bellarminus in toto lib. 2. de Euchariſtia tom. 2. oſtendens, per ſingulas mundi ætates ab inſtitutione huius myſterij hanc veritatē in Eccleſia Dei ita fuiſſe intellectam, & creditam: quorum Patrum loca, omiſsis eorum verbis, quæ nulla indigent expenſione, in præſenti capite ſolùm deſignabimus.

Gropper. Bellarmin.

Diſcipuli S. Andreæ.

In prima ætate ſunt diſcipuli Sancti Andreæ in libro, quem de paſsione ipſius ſcripſerunt, cuius autoritas contemni non poteſt, vt optime probat idem Bellarminus. In eo igitur libro hæc veritas apertè traditur, dum referuntur verba ipſius Apoſtoli Andreæ. Numerari etiam debet Ignatius in Epiſtola ad Smyrnenſes, quem citat Theodoretus in 3. Dialogo, vt ſupra vidimus; quamuis illa verba, quæ ad confirmationem huius veritatis pertinent, non ſint modo in exemplari epiſtolæ, quod habemus. Idem docuerunt Dionyſius de Eccleſiaſtica hierarchia c. 3. p. 3. In ſecunda ætate eſt Iuſtinus in Apologia 2. ad Antoninum Imperat. & Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 34. In tertia ſunt Tertullianus lib. 2. ad vxorem, & in lib. de reſurrectione carnis. Origen. homil. 13. in Exodū, & homil. 5. in diuerſa loca. Cyprianus ſermone 5. qui eſt de lapſis. Referri etiam poteſt

28

S. Ignatius. Theodoret.

Dionyſius.

Iuſtinus. Irenæus. Tertullian.

29

Origenes. Cyprian. Pſeudo Cypr.

Autor

Athanasius. Theodoretus.

Hilarius. Cyrill. Hieros. Ambros.

Basil. Nyssen.

Optatus. Nazian. Ephræm. Epiphan. Gaudentius. Chrysost.

30

Hieronym.

Augusti.

Cyrill. Alex.

Proclus. Theodoret. Gelasius. Leo primus.

Emissen.

31

Bellarmin. Remigius.

Primasius. Gregor. Isichius.

Damascen.

Autor sermonis de cœnâ Domini apud eumdem Cyprianum, qui, etiam hæreticis ingenue fatentibus, est alicuius grauissimi Autoris. In quarta ætate est Athanasius, cuius testimonium citat Theodoretus in 2. dialogo. Athanasij, eiusque verba refert desumpta ex oratione de fide; quamuis ea nunc in prædicta oratione non habeantur. Sunt etiam Hilarius lib. 8 de Trinitate. Cyrillus Hierosolymit. in 4. Catechesi Mystagogica in principio. Ambrosius lib. de Mysterijs initiandis cap. 9. & lib. 4. de Sacramentis cap. 3. 4. & 5. Basilius 2. lib. de Baptismo cap. 2. & in lib. de Spiritu Sancto cap. 27. Nyssenus in libro de Moyse, vbi disputat de manna Iudæorum, illudque cum nostra Eucharistia confert. Et in oratione catechetica capit. 36. Optatus Mileuitanus, lib. 6. contra Parmenianum. Nazianzenus oratione 2. de Pascha. Ephræm in libro *De natura Dei minimè scrutanda*, cap. 5. Epiphanius in Anchorato circa medium. In quinta ætate sunt Gaudentius tractatu 2. de Exodo. Chrysostomus homil. 6. ad populum, & homil. 51. & 83. in Matth. homilia 3. in epistolam ad Ephesios, & 3. *De incomprehensibili natura Dei*, & alibi sæpenumero. Hieronymus in cap. 26. Matth. & in epist. ad Hedibiam, quæst. 2. & cap. 1. ad Ephesios, & cap. 1. ad Titum. Augustinus lib. 9. Confessionum cap. 13. epistol. 44. & 86. & 118. cap. 1. & epistol. 120. & 3. libro de Trinitate cap. 4. & 10. & passim in suis scriptis idem testatur. Sunt etiam Cyrillus Alexandrinus, qui, vt omittamus id, quod supra retulimus ex Synodo Alexandrina, in epistola ad Nestorium, cuius ipse principuus Autor fuit, idē clarissimè docuit, & lib. 1. in Ioannem cap. 13. 14. 15. 16. & 17. & lib. 11. cap. 26. Proclus in lib. de traditione diuinæ Liturgię. Theodoretus in 1. dialogo, & in 2. Gelasius in lib. de duabus naturis, qui alius fuit ab eo, qui fuit Romanus Pontifex. Leo Primus, in serm. 7. & 14. de passione, & 6. de ieiunio, & epistola 23. ad clerum. Eusebius Emissenus, seu quicumque fuit Autor sermonis de corpore Domini, qui incipit *Magnitudo cælestium beneficiorum* quem nomine Eusebij citat Paschasius Abbas Corbeiensis, & hic fuit alius ab Eusebio Emisseno Græco, vt rectè probat Bellarminus lib. 2. de Eucharistia cap. 30. In sexta ætate sunt Remigius in cap. 10. prioris epistolæ ad Corinth. Primasius in caput 10. epistolæ ad Hebræos. In septima ętate sunt Gregorius homilia 22. in Euangelia; & lib. 4. dialogorum capit. 58. Isichius libro 2. in Leuiticum, cap. 8. In octaua ętate est Ioannes Damascenus lib. 4. de fide cap. 14. Epiphanius Diaconus in 7. Synodo, actione 6. tomo tertio, quem supra etiam allegauimus. In nona ætate sunt Theophylactus in cap. 26. Matth. & 14. cap. Marci, & in 6. cap. Ioannis, & in cap. 10. & 11. prioris ad Corinthios, Paschasius Abbas Corbeiēsis, in libro de corpore Domini. In decima ætate sunt Stephanus Episcopus Hęduensis lib. de Sacramento altaris capit. 15. & Fulbertus Episcopus Carnotensis, in epistola ad Adeodatum, quæ est in libris Paschasij. In vndecima ætate sunt Anselmus in cap. 11. prioris ad Corinth. & Oecumenius in idem caput. In duodecima ætate sunt Bernardus in vita Sancti Malachiæ, & Euthymius in cap. 26. Matth. & in Panoplia titul. 21. Vt interim omittam Petrum Cluniacensem, Petrum Lombardum, Hugonem, & Ricardum de Sancto Victore, & alios Recentiores, qui in sequentibus ætatibus cum Scholasticis numerantur. Quæ verò hęretici respondeant ad hęc Patrum testimonia, non opus est hoc loco examinarę: siquidem noster Bellarm. loco citato, & Gropperus tom. 1. de Eucharistia fusè omnia hęreticorum responsa, & obiectiones refellūt. Hęc igitur nobis sufficiant.

Epiph. Diac.

Theophyl.

Paschasius.

Stephanus. Fulbertus.

Anselmus. Oecumen. Bernard. Euthym.

Petr. Cluni.

32

Præter Bellarmin. hac nostra ætate eruditè satis, & doctè de hac præsentia corporis, & sanguinis Christi disputarunt Groppe. loc. cit. Ioannes Garesius in lib. peculiari de hac re, & Claudius Sainctes in sex prioribus repetitionibus de Eucharistia. Guillielmus Alanus, lib. 1. de Eucharistia cap. 23. Omnium autem argumenta, quę ex testimonijs Patrum, quos allegauimus desumi possunt, ad sex capita, seu classes reducit optime Bellarminus lib. illo 2. de Eucharistia cap. 39. Ex quibus omnibus colligere licet hanc veritatem, quā diximus perpetua traditione in Ecclesia Christi fuisse confirmatam, vt merito in prędictis Concilijs definita fuerit: iam verò ex Scriptura eam colligamus.

Bellarmin. Groppe.

Garesius. Sainctes.

Alanus.

Ioannem Euangelistam cap. 6. de Eucharistiæ Sacramento loqui, contra hæreticos, & nonnullos catholicos ostenditur

CAPVT IIII.

NON Solum hæretici, qui veram, & realem præsentiam Christi in Eucharistia negant; verùm etiam catholici nonnulli pij, & 33

& docti, qui illam planè concedunt, prō viribus defendere moliuntur, Chriſtum Ioan. 6. cap. nullam de hoc Sacramento mentionem feciſſe, etiam ſi verbis ipſis hoc myſterium indicaſſe videatur. Neque verò hæretici omnes, qui negant realem præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, caput Ioannis eodem modo interpretantur. Nā qui Vvicleffum, & Ioannem Huſium ſequuti ſunt, locum prædictum intelligunt de Euchariſtia: vt inde probent, vtramque ſpeciem laicis etiam neceſſariam eſſe; ſiquidem Chriſtus eodem modo de carne, & ſanguine loquutus eſt illis verbis. *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Hæretici autem noſtri temporis, vt defendant, Euchariſtiam non eſſe veram carnem, & ſanguinem Chriſti, ſed tantum ſymbolum, & ſignum illius, dicunt, Chriſtum in eo capite nihil de Euchariſtia, neque de corporali ipſius manducatione, & ſumptione, ſed de ſpirituali tantum, hoc eſt, de fide, qua credere debemus in Chriſti humanitatem, & paſsionem, loquutum fuiſſe. Ita interpretatur prædictum locum Lutherus in lib. de captiuitate Babylonica, cap. 1. Zuuinglius, libro de vera, & falſa religione cap. de Euchariſtia. Oecolampadius lib. de verbis Domini. *Hoc eſt corpus meum.* Kemnitius ſecunda parte examinis Concilij Tridentini circa cap. 1. ſeſsionis 21. Caluinus lib. 4. Inſtitutionum, cap. 17. §. 33. & Petrus Martyr in lib. contra Gardinerum, par. 1. in ſolutione 32. obiecti: in hunc autem ſenſum eum locum interpretati ſunt: quòd viderent, veritatem carnis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini eo maxime confirmari, ſi de manducatione, & ſumptione corporali Euchariſtiæ intelligatur. Porrò ex catholicis non defuere, qui cum hæreticis huius temporis ſentirent, prædictum locum non eſſe intelligendum de manducatione, & ſumptione corporali Euchariſtiæ, ſed de ſpirituali, vt dictum eſt, vt hac ratione effugerent argumentum Vvicleffi, qui ex prædicto loco contendit probare, etiam laicos debere ſumere calicem, & ſub vtraque ſpecie cōmunicare. Ita docent Gabriel, lect. 84. in canonem, litera V. & 87. litera X. & lectione 36. litera N. Nicolaus Cuſanus epiſtol. 7. ad Bohemos. Caietan. 3. p. q. 80. art. 8. Ioannes Heſelius in lib. de cōmunione ſub vna ſpecie. Ianſenius cap. 59. concordiæ Euangelicæ, in illud: *Et panis, quem ego, &c.* vbi de ſola ſpirituali manducatione per fidem totum illud caput ita accipit, vt primariè intelligatur de fide, qua credere debemus myſterium Incarnationis ſignificatum per carnem, & paſsionem ſignificatam per ſanguinē; per extenſionem autem, & accommodationem valde vtilem, & aptam, nec alienam ab inſtituto Chriſti, ſanctos Patres prædictum caput intellexiſſe de corpore, & ſanguine Chriſti in Euchariſtia. Ruardus verò Taper artic. 15. cùm primùm videatur à Caietano diſſentire, vt Ioannes loquatur de manducatione ſpirituali, non abſtrahens, ſed complectens tam ſacramentalem, quàm merè ſpiritualem; tamen in fine cum eo conuenire videtur: ait enim, non eſſe veriſimile, Chriſtū eo loco inſtituiſſe Sacramentum Euchariſtiæ, ex neceſsitate ſumendum: ſicut Ioan. 3. inſtituit Baptiſmum. Et ita prædictum locum non poſſe intelligi dè Sacramento, niſi ratione rei, ad quam inſtitutum eſt, nempe, ratione communionis, & vnionis. Neque à prædicta ſententia omnino abhorret Vvaldenſis tomo 2. qui eſt de Sacramentis cap. 91. vbi illud, *Biberitis meum ſanguinem*, non vult intelligi de ſumptione calicis in Euchariſtia. Idē enim dicere debet de manducatione carnis. Quæ verò huic interpretationi fauere videntur, infra afferemus, & explicabimus.

Iā verò enumeremus eos, qui hunc locū de corporali manducatione, & ſumptione Euchariſtiæ, ac proinde de vera, & reali præſentia Chriſti ſub ſpeciebus interpretantur. Nā ſi ſemel concedant aduerſarij, eo capite Chriſtum loquutum fuiſſe de manducatione, & ſumptione corporali Euchariſtiæ, negare nō poterunt veram carnis, & ſanguinis eius præſentiam. Noſter igitur Maldonatus in illud Ioann. 6. *Dixit ergo eis Ieſus, &c.* refert quam plures Patres, qui prædictum caput Ioānis de manducatione, & ſumptione Euchariſtiæ interpretantur: Originem in homil. in cap. 16. Numerorum, quæ, cum ſit homil. 7. forſan in curia præli, nona enumerata eſt. Cyprianum in ſermone de Cœna Domini, ſeu potius Autorem illius ſermonis apud Cyprianum. Et in ſermone de Oratione Dominica, & lib. 1. contra Iudæos cap. 22. Hilarium lib. 8. de Trinitate. Baſilium, in regulis moralibus, regula 21. cap. 1. & citari etiam poteſt cap. 2. Chryſoſtomum homil. 45. & 46. in Ioannem. Epiphanium hæreſ. 55. citari autem debebat hæreſi 26. ante medium. Ambroſium lib. 4. de Sacramentis cap. 5. & lib. 5. cap. 1. & libro 4. de Fide cap. 5. Auguſtinum lib. 1. de peccatorum meritis, & remiſsione cap. 20. & 24. & lib. 1. contra Iulianum, nempe cap. 4. & ſermone 2. dè verbis Apoſtoli. Hieronymum in magnis commentarijs epiſtolæ ad Epheſios in illud cap. 1. *In quo habemus redemptio-*

Ioan. 6.

Hæreticorum expoſitiones.

Ruardus.

Ioann. 3.

Vvaldenſ.

Lutherus. Zuuinglius. Oecolampa. Kemnitius.

Caluinus. Petrus Mart.

34

Fauentnō nulli catholici.

Gabriel.

Nicol. Cuſa. Caietan. Heſelius. Ianſenius.

35

36

Qui intelligant locū Ioa. de mā ducatione corporali.

Maldonat.

Origenes.

Cyprian. Hilarius.

Baſil. Chryſoſtom. Epiphan.

Ambroſ.

Auguſtinus

37

Hieronymus

demptionem, &c. & in epiſtola ad Hedibiam, quæ eſt 15. quæſt. 2. Theophylum epiſtol. ſeu libro 2. Paſchali. Nyſſenum in Eccleſiaſtem, nempe homil. 8. & lib. de perfecti hominis forma. Cyrillum in prædictum caput Ioannis. Theodoretum in dialogo impatibili, & lib. 4. hiſtoriæ capit. 11. Procopium in cap. 33. Iſaiæ. Gaudentium tractatu 2. ad Neophitos. Maximum Taurinenſem ſermone in illa verba Pſalm. 21. *Deus Deus meus*. Leonem 1. ſermo. 6. de ieiunio ſeptimi menſis. Proſperum in illa verba Pſalm. 135. *Qui dat eſcam omni carni*. Iſichium lib. 6. in Leuiticum cap. 22. Iſidorum lib. de officijs Eccleſiaſticis cap. 18. Euſebium Emiſſenum homil. 5. de Paſchate. Caſsiodorum in Pſalmũ 109. Damaſcenum 4. de fide cap. 14. Bernardum ſermone 3. in Pſalmum, *Qui habitat*. Theophylactum, Euthymium, & Rupertum in prædictum caput. Et quod caput eſt, Concilium Tridentinum, ſeſsione 13. cap. 2. & ſeſsione 21. capit. 1. Concilium Cabilonenſe 2. cap. 46. & Senonenſe cap. 10. Concilium Alexandrinum, in epiſtola ad Neſtorium recitata, & approbata in Concilio Epheſino, tomo 1. cap. 14. & eſt 10. apud Cyrillum. Citari etiam poteſt ſeptima Synodus actione 6. tom. 3. in fine.

Theophylus. Nyſſenus. *Cyrillus. Theodoret. Procopius. Gaudent. Maximus.* *Leo I. Proſper. Iſichius. Iſidorus. Emiſſen.* *Caſſiodor. Damaſcen. Bernard. Theophyl. Euthymius. Rupertus.* *Conc. Trid. Cabilonenſ. Senonenſe. Alexãdrinũ. Septima Syno.*

Quod vero reſpondent Ruardus, & Ianſenius, hos Patres in homilijs non tam inueſtigaſſe ſenſum literalem illius loci, quàm illũ per accommodationem pro explicando hoc Sacramento vſurpaſſe, nullam probabilitatis rationem habet: tum quia Concilia citata, cum agunt de dogmate fidei, illud colligunt ex prædicto loco: tum etiam, quia Patres non quacumque ratione prædictum locum vſurpant, ſed vt probent carnem, & ſanguinem Chriſti in hoc Sacramento verè manducari, & bibi. Et ſane, ſi hoc modo liceret, horum Patrũ teſtimonia eludere, nullum fidei dogma ex homilijs Sanctorum colligere poſſemus, quod eſt manifeſte abſurdum. Addeetiam, quòd cum multi excitatis ex profeſſo explicent verba capitis prædicti de hoc Sacramento, nullus afferri poteſt, qui in ſenſum, quẽ Ruardus, & Ianſenius contendunt, interpretetur. Accedit, quòd prædicto loco Ioannis contra Scotum, & Berengarium, non quidem per accommodationem (hoc enim nihil valeret) ſed in ſenſu literali vtuntur: Paſchalius lib. de corpore, & ſanguine Domini, cap. 14. Adelmanus in epiſtola ad Berengarium. Guitmundus lib. 1. de Sacramento Euchariſtiæ. Algerus lib. 1. etiam de Sacramento Euchariſtiæ cap. 10. 12. & 17. Vvaldẽſis cõtra Vvicleffum, tom. 2, qui eſt de Sacramentis, cap. 92. & 94. Ioannes Gerſon contra Huſitas, lib. de comunione laicorum, qui eſt in alphabeto 17. litera N. & noſtro tẽpore Sanderus librum de hac re edidit, vt hoc ipſum probaret.

Reſponſio Ruardi, & Ianſenij falſa.

39

Paſchaſius. *Adelman.* *Guitmund.* *Algerus.* *Vvaldenſ.* *Gerſon.* *Sanderus.*

Hi ſunt Patres, quorum teſtimonio noſter Maldonatus probare cõtendit, in cap. illo 6. Ioannis promiſſam fuiſſe verã carnem, & ſanguinẽ Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini. Ex quo apertè colligemus veram, & realem Chriſti præſentiam in Euchariſtia. Cæterũ ex Recentioribus, qui teſtimonio Ioannis ad hanc veritatẽ comprobandam vtuntur, non omnes eodẽ modo caput illud Ioannis intelligunt. Nam Cardinalis Toletus, quem Recentiores aliqui Theologiæ profeſſores ſequuntur, putat, Chriſtũ apud Ioannem eo capite cœpiſſe de myſterio Euchariſtiæ cũ Capharnaitis loqui ab illis verbis: *Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitã æternam*; probaſſe autem ex ſequentibus. Nam cũ in prædictis verbis duo propoſuiſſet Capharnaitis, nempe, & opus, quod exhibere debebant, vt cibum conſequerentur, & cibum ipſum, & ipſi quæſiſſent de ſolo opere, quo conſequuturi erant huiuſmodi cibũ illis verbis: *Quid faciemus, vt operemur opera Dei*. Reſpõdit Chriſtus: *Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eũ, quem miſit ille*. Ac ſi diceret, opus, quod exhibere debetis, vt vobis panis, & cibus promiſſus miniſtretur, eſt fides: nam credentibus Euchariſtiæ Sacramẽtũ cõceditur. Maldonatus verò in illa verba eiuſdẽ capitis, *Operamini cibũ, qui non perit*, inquit, ab illis agere Chriſtum cõmuniter de Sacramẽto, & de fide, & de gratia, & de omnibus, quibus ad vitã peruenitur æternam; ab illis tamen verbis, *Et panis, quem ego dabo*, proprie agere de Sacramento Euchariſtiæ.

Toletus. *Maldonatus* 40 *Maldonat.*

Mini tamẽ maximè placet ſententia Roſſenſis in libro contra Oecolãpadium, qui aſſerit, ab illis verbis: *Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita*: promiſſe Chriſtũ inſtitutionẽ Euchariſtię, in qua caro eius danda erat in cibũ, & ſanguis eius in potum; in reliquis verò præcedentibus nihil de Euchariſtia, & de corporali, aut ſpirituali eius manducatione; ſed ſolũ de fide egiſſe, & ſeipſum, vt credendũ, panẽ appellaſſe. Et ſane Cardinalis noſter Bellarminus lib. 1. de Euchariſtia, capite 5. notauit, controuerſiam non eſſe de omnibus, quæ Chriſtus dixit in eo cap. an de Euchariſtia intelligenda ſint, ſed de illis verbis: *Et panis, quem ego dabo*, & de ſequentibus; quaſi vt notum ſupponens, præcedentia verba non eſſe de Sacramento Euchariſtiæ intelligenda: tametſi nonnulli contrarium opinati fuerint, vt diximus. Ante illa autem

Roſſenſ. Vera ſententia. 41 *Bellarmin.*

verbâ, inquit, agi in eo capite de miraculo panum, & de fide, & de Incarnatione. Hanc verò ſententiam primum mihi perſuadeo: quia ex omnibus Concilijs, & Patribus qui ex prædicto cap. 6. Ioannis colligunt myſterium Euchariſtiæ, fere nullus eſt, qui ex
Cyprian. prioribus verbis illud colligat. Cyprianus quidem ſermone illo de cœna Domini, non ſolum citat verba illa, *Niſi manducaueritis, &c.* ſed etiam inquit, hoc Sacramentum dictum fuiſſe à Chriſto aliquando corpus ſuũ, aliquando panem, hoc tamen nihil obſtat noſtræ ſententiæ: nam iuxta eam ab illis verbis, *Panis quem ego dabo*, iam incipit Chriſtus loqui de Sacramento corporis ſui, vt infra exponemus. In lib. verò de Oratione Dominica, & lib. 2. contra Iudæos adducit teſtimonium Ioannis ab illis verbis: *Ego ſum panis viuus.* Verũ cum illud continuet vſque ad illa verba: *Et panis, quem ego dabo, &c.* à quibus,
42 vt diximus, iam incipit Chriſtus loqui de Euchariſtia, huic noſtræ ſententiæ non aduerſatur. Ambroſius quoque libro illo 6. de Sacramentis cap. 1. ad probandum hoc Sacramentum corporis Chriſti, primùm adducit
Ambroſ. illud, *Niſi manducaueritis, &c.* quod in poſterioribus verbis continetur. Deinde addit illud: *Ego ſum panis viuus, &c.* quod inter priora verba eſt; ob id tamen noſtram ſententiã minùs probabilem exiſtimare non debemus. Quoniam Ambroſius, neque de totius capitis ſenſu, & contextu ex profeſſo ibi agit, neque ex illis ſolis verbis: *Ego ſum panis viuus*, hanc veritatem colligere contendit: nam, cum priùs adduxiſſet ea, quibus expreſſe ſignificatur, quid mirum, ſi poſtea alia addiderit, quæ ad hoc idem Sacramentum accommodari poſſent, licet in ſenſu literali id non ſignificent? Idemque dicendum eſt de Hieronymo in epiſtola illa citata, qui loquens de hoc Sacrameneo, adducit
Hieronym. illud Ioanis 6. *Ego ſum panis viuus, &c.* Reliqui verò Patres nihil ex prioribus verbis,
Ioan. 6. ſed tantum ex poſterioribus citant, quibus hoc Sacramentum ſignificari, iam diximus.

43 Deinde non ſolùm Patres, qui ex profeſſo prædictum locum Ioannis interpretantur, huic noſtræ ſententiæ aperte fauent, vt
Hilarius. inferiùs videbimus, verùm etiam Hilarius loco allegato: nam, poſtquam columna ſexta adduxit illud: *Caro mea verè eſt eſca*, ex quo deduxit hoc Euchariſtiæ Sacramentum: poſtea columna 16. eiuſdem libri affert illud: *Operamini eſcam, quæ non interit.* Per *eſcam* intelligit myſterium Incarnationis, per opus autem comparandi, & fruendi hac eſca intelligit fidem in illud myſterium: nãm poſt illa verba citata, inquit ipſe in hunc modum: *Sacramentum, & corporationis, & Diuinitatis ſuæ*, (hoc eſt Sacramentum Incarnationis) *Dominus exponens, fidei quoque noſtræ, & ſpei doctrinam loquutus eſt, vt eſcam non intereuntem, ſed permanentem in æternum operemur: vt hanc æternitatis eſcam dari nobis à Filio hominis, mememiniſſemus: vt filium hominis ſignatum à Deo præſciremus: vt hoc eſſe opus Dei, noſceremus, credere in eum, quem miſiſſet:* & paulo infra, *Atque ita, quæ operatio eſcæ eſt, eadem operatio Dei eſt, in eum ſcilicet credidiſſe, quem miſit.* Hæc Hilarius. Ex quibus patet, Chriſtum illis verbis prioribus apud Ioannem ſolùm voluiſſe explicare myſterium ſuæ Incarnationis, nempe, vt homines crederent, ipſum eſſe verum Deum: & hoc myſterium pro pane vero haberent; credere autem in illum eſſet eis pro operatione panis, hoc eſt, pro manducatione: neque ipſum ampliùs quærerent propter panem illum, quem in deſerto illis miniſtrauerat ad ſatietatem. Nam cum dicat Hilarius eamdem eſſe Dei operationem, & panis, qui non perit, nempe, credere in myſterium Incarnationis, & hac fide ipſum quærere: aperte docet, idem eſſe manducare panem æternę vitæ, quod credere, Chriſtum eſſe verum Deum.

Multo clarius Chryſoſtomus homil. 44. *Chryſoſt.*
in Ioannem, explicans illud: *Ego ſum panis vitæ, &c.* hanc noſtram ſententiam tradidit, *Ianſen.*
ſicut ingenue fatetur Ianſenius, cap. illo 59. in illud, *Panis quem ego dabo, &c.* inquit enim *Iam in myſteriorum traditionem deuenturus eſt. Et primum de Diuinitate ſua ſic diſputat. Ego ſum panis vitæ. Neque enim de corpore hoc dictum eſt, de quo circà finem inquit: Panis, quem ego dabo, caro mea eſt; ſed adhuc de Diuinitate.* Sentit igitur Chryſoſtomus, ante illa verba; *Panis quem ego dabo, &c.* non diſputaſſe Chriſtum de carne ſua, quam daturus erat in cibum in Sacramẽto; ſed de ſua Diuinitate, nẽpe, vt illi homines, qui ipſum quærebant, vt iterum ab eo panibus corporeis ſaturarẽtur, crederent, ipſum eſſe Deum. Et hoc modo, nempe, per fidem, ipſum quærerent, & manducarent: ſic enim inuenirent ſaturitatem, & pane fruerentur æternę vitæ. *Theophyl.*

Theophylactus quoq; quem pro hac ſentẽtia citat Ianſenius, explicans illud: *Ego ſum panis vitæ*, inquit *Atqui credit in illũ panẽ, nõ eſuriet, neq; famẽ feret, audiendo ſermonẽ Dei:* quibus verbis ſignificat, idẽ eſſe manducare panem vitæ, quod credere Chriſtum: nam panẽ vitæ, dixerat, eſſe humanitatem Chriſti coctã igne Deitatis. Deinde verò ab illis verbis:

Et

Et panis, quem ego dabo: explicat mysterium Eucharistiæ. Eodē modo exponit prædictū locum Augustinus: nam tractatu 25. in cap. 6. Ioannis. explicans illud. *Respondit Iesus, & dixit eis, &c.* inquit; *Hoc est ergo manducare cibum, qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam* (nempe, vt credatis) *vt quid paras dentes, & ventrem? crede, & manducasti.* Et ita explicat opus Dei, de quo interrogauerant Iudæi; non quidem, quo quærendus esset tantum panis; sed quo & esset manducandus, vt manducatus satiaret. Si autem loqueretur Christus de Sacramento Eucharistiæ, non rectè dixisset Augustinus, *crede, & manducasti.* Et infra in illud: *Dixit autem eis Iesus, &c.* de eodem pane vitæ ita loquitur: *Panem de cœlo desideratis? ante vos habetis, & non manducatis.* Quæ verba de esu Eucharistiæ intelligi nequeunt. Neque enim Iudei illi, qui Christum quærebant, Eucharistiam ante se habebant, vt Christum in Sacramento edere possent; sed solum habebant Christum, quem credere possent, & credendo panem vitę mãducare. Idem inquit tractatu 27. exponens illud. *Quomodo ergo.* Ab illis autem verbis: *& panis, quem ego dabo*, incipit explicare Ioannē de Sacramento Eucharistiæ, in quo & corpus, & sanguinem Christus nobis tribuit.

Augustin. 46

Cõtextus Ioãnis explicatur. 47

Iam verò, vt reliqua omittam, in confirmationem nostrę sententię sufficiat nobis, contextum totius capitis breuiter ob oculos ponere, vt ex ipso facile vnicuique constet, quàm vera, & germana sit prædicti interpretatio. Nam verus sensus Scripturæ ex ipso contextu facile dignosci solet. Contextus igitur hoc modo colligendus est. Cum Iudęi illi, quos in deserto Christus saturauerat, nondum ex miraculo illo eius Diuinitatē cognouissent, neque ipsum vt Deum credidissent, & iterum ad eum venirent: dixit illis: *Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia saturati estis:* Hoc est, ex signo, quod vidistis in deserto, nondum me esse Deum credidistis: & ideò non queritis me ex hac fide; sed vt iterum corporaliter satiemini: *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater signauit Deus.* Hoc est, querite non panem, & cibum corporis, propter quem nunc ad me veniſtis sed alium, qui non corrumpitur, sed in ęternum manet, quem filius hominis præbebit vobis: intelligebat autem se ipsum, quem omnibus credendum exhibiturus erat, & statim illis se exhibuit, cùm se ipsum manifestauit: hunc enim Deus designauit vt panem, quem omnes quærere, & fide manducare debebat. Ipsi verò dixerunt: *Quid faciemus, vt operemur opera Dei?* nempe opera, quibus hunc panem habere possimus. Cùm enim dixisset Christus: *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet, &c.* intellexerunt, hunc esse cibum & panem Dei: ac proinde operibus Dei quærendum; & habendum esse. *Respondit Iesus, & dixit eis; Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille*: de quo antea dixerat, signatum fuisse à Patre, nempe, ad hoc, vt in eum homines crederent. Et post multa tandem dixerunt Iudei: *Domine semper da nobis panem hunc.* Illuc vsque Christus solum commendauerat illis panem vitæ ęternæ, & vt illum quærerent, & hunc panem dixerat esse eum, quem Pater misit in mundum, & quē ipse Filius hominis daturus esset. Iam verò ostendit palàm, se esse hunc panem, qui de cœlo descendit, & à Patre datus est. *Ego*, inquit, *sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis.* Vbi pro eodem vsurpat venire ad eum, & credere in eum. Nam postquam ostendit, fore, vt qui ad ipsum veniret, amplius non esuriret, subiungit: *Et qui credit in me, non sitiet*: Id quod planè constat ex eo, quod statim Christus dixit: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Venire (inquit) non potest per fidem; nisi hanc fidem dono acceperit à Deo: id enim est trahi à Patre, vt 1. part. disput. 98. cap. 3. monstrauimus. Iam igitur palàm dixit Christus, se esse panē missum à Patre de cœlo, & ab eo signatum, quē quęrere, & per fidem manducare Iudæi debebant. Hoc autem, inquit, ita planè dixi vobis, vt credatis: quia licet me videritis in deserto, miraculum illud feciſſe, nondum credi distis, me esse hunc verum panem, à Patre Deo de cœlo missum, & signatum. Sequitur deinde: *Murmurabant ergo Iudæi de illo, quod dixisset, ego sum panis, qui de cœlo descendi. Et dicebant, non ne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem?* Duas in eo capite legimus murmurationes, & hæc est prior: ex quibus id, quod contendimus aperte colligemus. Hoc priori loco non murmurabant Iudæi, quòd putarent, Christum dixisse, se esse panem dentibus edendum: iam enim ipsis explicauerat modum, quo hic panis vitæ edendus, & quęrendus esset, quod idem est, nempe, per fidem, cum dixit: *Hoc est opus Dei, &c.* Et iterum, *qui credit in me, &c.* Et hoc rectè intellexerant facileque distinxerant panem corporeum dentibus manducandum à panē vitę ęternę per solam fidem edendo. Discrimen etiam inter hunc panem, & manna à

48

49

Duæ Iudæorū de Christo murmurationes.

50

Chriſto conſtitutum, quod conſultò prætermiſimus, quia nihil difficultatis habebat, iam intellexerant. Et ita de hoc nihil murmurarunt; ſed quòd ſe ipſum Chriſtus dixiſſet panem viuum, qui de cœlo deſcendiſſet, quaſi quid diuinum, aut Deum ſe diceret. Putabant enim, ipſum eſſe Filium Ioſeph, & Mariæ, & in hoc myſterium Incarnationis nondum intelligebant, neque modum, quo de cœlo deſcendere potuiſſet. Chriſtus autẽ ad eorum murmurationem ſolùm reſpondit illis verbis: *Nolite murmurare inuicem. Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum.* Ac ſi diceret; quid mirum ſi inuicem murmuretis, quòd dixerim, me de cœlo veniſſe, idque nullo modo credatis: ſiquidem nondum fidei donum à Patre meo accepiſtis, neque ab eo intus tracti eſtis, vt credatis? &c. 51

Poſterior. Poſterior autem murmuratio eſt poſt illa verba: *Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.* Quibus iam Sacramentum corporis ſui promiſit: ſtatim enim ſubiungitur: *Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes; Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Nempe iam intellexerant, Chriſtũ loqui de alio genere manducandi, quàm per fidem; alioquin non alio modo murmuraſſent, quàm ſuperius. Hoc eodem modo ſermo Chriſti de manducatione carnis ipſius etiam diſcipulis eius difficilis viſus eſt; cum tamen circa priorem modum manducandi, & circa cibum ipſum, ſeu panem nihil illuc vſque difficultatis habuiſſent. Nam paulò inferius dixerunt; *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? &c.* Quorum difficultatem Chriſtus omnino non abſtulit; ſed illis verbis: *Spiritus eſt, qui viuificat, caro autem nõ prodeſt quidquam,* ſolùm eis expoſuit, vnde ſua 52
caro hanc vim haberet tribuendi vitã æternam: nempe nõ ex ſe, vt caro eſt, ſed ex Deitate: volebat enim, vt interim crederent, ſe eſſe Deum, vt ex præcedentibus patet. Quod verò nonnulli contendunt, illis verbis voluiſſe Chriſtum explicare modum manducandi carnem ipſius, mihi non probatur, vt ſequẽte capite dicam. Patet igitur, poſterioribus verbis Chriſtum egiſſe de carne ſua, vt erat in Euchariſtia manducanda; in prioribus autem non item.

Ratione probatur Chriſtum de Euchariſtia Ioannis 6. tractaſſe. Sed iam ratione probemus, Chriſtum in eo capite poſterioribus verbis de hoc Sacramento Euchariſtiæ tractaſſe. Omiſsis verò alijs, quæ ex eo capite deprimi ſolent, hæc vnica nobis ſufficiat. Si de Sacramento Euchariſtiæ Chriſtus vſquam agere voluiſſet, illudque nobis depingere, certè clarioribus verbis vti non potuiſſet. Fateor quidem, ſi poſtea Chriſtus nullum inſtituiſſet Sacramẽtum corporis, & ſanguinis ſui in cibum, & potum ſpiritualem animarum, fore, vt alia ratione prædicta verba interpretaremur: & ad eius mortem, & fidem ipſius quoquo modo ea accommodare poſſemus: verùm cũ poſtea Sacramentum corporis, & ſanguinis ſui inſtituerit dicendo: *Hoc eſt corpus meum: accipite, & comedite. Et hic eſt calix ſanguinis mei: bibite ex eo omnes,* quis dubitet, cum dixit in 53
hoc capite: *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus, &c.* illud, quod poſtea inſtituit Sacramentum, hoc loco promiſiſſe? Quòd enim prius ſe ipſum alio modo vocauerit panem per fidem edendum, non obſtat, quominus poſt illum modum cibi alium etiam promiſerit nobis, alio etiá modo edendum, licet idem ſit panis, nempe, ipſemet Chriſtus. Quod verò Euthymius & Adelmanus ſupra citati notárunt, Chriſtum in poſterioribus verbis, cum loqueretur de Euchariſtia, vſum fuiſſe verbo tẽporis futuri, quia tunc nondum erat præſens panis ille, prout in Euchariſtia miniſtratur, ſed ſolum illum promittebat; at verò in prioribus verbis, cum loqueretur de ſe tamquam de pane edendo per fidem, vſum fuiſſe verbo temporis præſentis, quia iam edi poterat illo modo, parũ habet momenti ad probandum id, quod contendimus: nam vtrobique, & futuro, & præſente vſus eſt. In prioribus enim verbis etiá dixit: *Quem Filius hominis dabit vobis*: loque- 54
batur autem de pane edendo per fidẽ. Rurſus in poſterioribus verbis, loquens de Euchariſtia dixit, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem*. Ideò hac ratione noſtram expoſitionem confirmare noluimus.

Euthym. Adelman.

Verum obijciet nobis quis Auguſtinum lib. 1. de peccatorum meritis, & remiſsione cap. 20. & lib. 3. cap. 4. & lib. 1. contra Iulianum cap. 4. & epiſtol. 106. & 107. vbi contendit, verba illa: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis vitam in vobis*, de paruulis etiam intelligi. Id quod etiam docet Innocentius in epiſtola decretali 26. ad Patres Mileuitanos, quę eſt apud Auguſtinum 93. vbi ſic loquitur: *Illud verò, quod eos veſtra fraternitas aſſerit prædicare, paruulos æternæ vitæ præmijs etiã ſine baptiſmi gratia poſſe donari, perfatuum eſt. Niſi enim manducauerint carnem Filij hominis, & biberint ſanguinem eius, non habebunt vitã in ſemetipſis. Qui autem hanc eis ſine regeneratione defendunt, videntur mihi ipſum baptiſmũ velle caſſare, cum prædicant, hos habere, quod in eos creditur, non niſi baptiſmate conferendum.*

Auguſtinus. Innocentius.

Cum

Cum igitur paruulis non ſit neceſſarium Sacramentum Euchariſtiæ, & prædictum locũ
55 intelligãt Patres allegati etiam de paruulis: ſequitur ex eorum ſententia, illa verba non de Sacramento Euchariſtiæ, ſed Baptiſmi, quod ſolum neceſſarium eſt paruulis, intelligenda eſſe. Prædictum locum cum Innocẽtij corruptum eſſe putat noſter Maldonatus in caput 6. Ioannis explicans verſum 53. ita vt pro *defendunt*, legendum ſit, *deferunt*, pro, *niſi Baptiſmate*, legatur, *ſine Baptiſmate*. Ego tamẽ non capio, quo pacto hac admiſſa emendatione, alius ſenſus ſit verborum Innocentij. Quare reſpondeo, potiùs ex verbis horum Patrum colligi, Ioannem loqui de Sacramento Euchariſtiæ, quia manifeſte ſupponunt, in hoc Sacramento eſſe verum corpus, & ſanguinem Chriſti, ab adultis re ipſa manducãdum; dicunt tamen etiam paruulis conuenire: non quòd putauerint, neceſſarium eſſe ad ſalutem paruulis, Euchariſtiæ Sacramentum re ipſa recipere, id quod aliqui eis falſo imponunt, vt diſput. 212. cap. 2. videbimus, ſed quia exiſtimauerint, eos non poſſe conſequi vitam æternam, niſi regenerati in baptiſmo manducent corpus, & bibant ſanguinem Domini, hoc eſt, incorporationem cum Chriſto conſequantur, vt diſputatione 169. cap. 4. notauimus, & diſputat. illa 212. cap. 2. ex mente Auguſt. dicemus: atque hoc idem eſt, quod manducationem ſpiritualem, quæ fit per fidem in Sacramento Baptiſmi, neceſſariam eſſe paruulis, vt diſput. illa 169. cap. 2. diximus, & diſp. 212. cap. 2. etiã notabimus. Quamuis igitur loquantur Auguſtinus, & Innocentius de manducatione ſpirituali, tamen re vera illam referunt ad Sacramentum Euchariſtiæ, cuius effectus, qui eſt incorporatio, conuenit etiam Baptiſmo, vt idem Auguſtinus explicat lib. illo 3. de peccatorũ meritis, & remiſſione cap. 4. Quòd ſi ſemel admittant, locum Ioannis de Euchariſtia intelligi: ſequitur ex eorum ſententia, ex illo loco rectè colligi veritatem corporis Chriſti in hoc Sacramento. Prædicta autem verba multo commodius, & melius intelligenda eſſe pro adultis tantùm de manducatione reali ipſius Euchariſtiæ, non obſtante horum Patrum autoritate, ex dictis planè conſtat.

Maldonat.

56

Duo Patrũ teſtimonia difficilia ſoluuntur. Auguſtin.

57

Difficiliora multo videntur duo teſtimonia: alterum Auguſtini lib. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 16. in hunc modum: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, facinus, vel flagitium videtur iubere: figura ergo eſt præcipiens, paſſionibus Domini eſſe communicandum, & ſuauiter, atque vtiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa, & vulnerata eſt.* Alterum eſt Bernardi ſerm. 3. in Pſalmum, *Qui habitat*, vbi inquit, *Quid autem eſt manducare eius carnem, & bibere eius ſanguinem, niſi communicare paſſionibus eius, & eam conuerſationem imitari, quam geſſit in carne?* Vbi prædicti Patres de manducatione, & ſumptione ſolùm ſpirituali videntur loquuti, & in hunc ſenſum locum Ioannis præcipuum interpretati. Reſpõdeo, hos Patres non intellexiſſe Ioannis verba de ſola manducatione, & ſumptione, quæ fit per fidem extra Sacramentum; ſed de ipſa manducatione, & ſumptione vera, & reali carnis, & ſanguinis in Sacramento: explicaſſe tamen modum, quo caro, & ſanguis Chriſti ſumendus eſt, nempe non cruente, ſicut carnibus beſtiarum veſci ſolemus eas prius occidendo; ſed in cruente ſub ſpeciebus panis, & vini eius paſſionibus memoriam recolentes. Nam, vt ſupra dicebamus, Chriſtus incœna monuit nos, vt quotieſcumque carnem, & ſanguinem illius ſumeremus, faceremus in memoriam paſſionis ipſius. Quem ſenſum egregiè explicuit Bernardus verbis ſequentibus: *Vnde*, inquit, *& hoc deſignat illibatum illud altaris Sacramentum, vbi Dominicum corpus accipimus: vt ſicut videtur illa panis forma in nos intrare, ſic nouerimus per eam, quam in terris habuit conuerſationem ipſum intrare in nos ad habitandum per fidem in cordibus noſtris.* Adde, quòd Auguſtinus multis alijs in locis à nobis ſupra allegatis, prædictum locũ Ioannis apertè explicat de ſumptione reali Euchariſtiæ, in qua dicit eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti re ipſa. Quo autem pacto ex hoc loco Ioannis ſic intellecto non colligatur, neceſſarium eſſe laicis hoc Sacramentum ſub vtraque ſpecie ſumere, oſtendemus diſput. 216. cap. 6.

58

Bernard.

Non minorem difficultatem habere vidẽtur verba Hieronymi, quem pro noſtra interpretatione allegauimus in magnis commentarijs epiſtolæ ad Ephelios in illud capitis primi: *In quo habemus redemptionem*: inquit enim, *Dupliciter verò ſanguis Chriſti, & caro intelligitur, vel ſpiritualis illa, atque diuina, de qua ipſe dixit; Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus, &c. vel caro, & ſanguis Chriſti, quæ crucifixa eſt, & qui militis effuſus eſt lãcea.* Vbi prædictum locum Ioannis 6. de carne, & ſanguine ſpirituali, hoc eſt, ſpirituali modo accepta intelligere videtur. Quid autẽ aliud eſt caro, & ſanguis ſpirituali modo, niſi prout per fidem comeditur, & bibitur? Magiſter in 4. diſt. 8. explicat Hieronymũ, ita vt per carnem priori modo intelligat corpus

Hieronym.

59

pus myſticum Eccleſiæ, poſteriori autē modo intelligat veram, & realem carnem, & ſanguinem ipſius Chriſti. Longe tamen abeſt hæc interpretatio à mente Hieronymi, vt inferius videbimus; tum etiam, iuxta eā expoſitio loci Ioannis, quam hactenus probauimus, conſtare nequit.

60 Alij dicunt Hieronymum non diſtinguere duplicem carnem, & ſanguinem, ſed duplicem ſtatum illius: id quod ex ſequentibus verbis ipſius colligunt. ſubdit enim iuxta hanc diuiſionem: *Et in ſanctis eius diuerſitas ſanguinis, & carnis accipitur, vt alia ſit caro, quæ viſura eſt ſalutare Dei, alia caro, & ſanguis, quæ regnum Dei non queant poſſidere.* Dicunt igitur, alterum ſtatum carnis, & ſanguinis eſſe mortalem, alterum immortalem: & immortalem carnem viſuram eſſe ſalutare Dei: mortalem verò mortem. Similiter alterum eſſe ſtatum carnis Chriſti immortalem, & ſecundùm quem eſt ſub ſpeciebus panis impaſsibilis: & ſic dici carnem, & ſanguinem eius ſpiritualem; alterum verò mortalem, & per fidem, prout caro eius cruci affixa, & ſanguis effuſus fuit, & hoc modo non dari in cibum, neque de illa intelligi illud Ioann. 6. *Caro mea verè eſt cibus, &c.*

Solutio vera. Ego verò alium puto eſſe ſenſum Hieronymi, atque ex verbis illius manifeſtè deduco. Nam in ipſa carne Chriſti ſecundùm ſtatum mortalitatis duplicem alium ſtatum conſiderat, alterum ipſius carnis, & ſanguinis ſecundùm ſe, & hoc modo dixit, nō eſſe cibum, & potum, quem Chriſtus Ioannis 6. promiſit: neque enim hoc modo ſpiritualis eſt: alterum verò ipſius ſanguinis, & carnis, prout vnitæ Verbo, & ab eo habentis vim cibi ſpiritualis: & hoc modo præclarè quidem intelligit locum Ioannis: quam ſanè differentiam Chriſtus nobis explicuit illis verbis eiuſdem capitis: *Spiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quidquam*, vt ſupra, & in ſequenti capite notabimus. Nam & ipſa caro Chriſti ſecundùm ſe abſque ſpiritu Dei non eſt verè cibus, de quo loquitur Chriſtus apud Ioannem capite illo ſexto. De carne autem hoc modo dicit Hieronymus fuiſſe à militibus affixam cruci, & de ſanguine, quòd effuſus fuerit. Eodem modo in nobis diſtinguit duplicem ſtatū altetum carnis, quæ viſura eſt Deum, nempe quæ ſpiritu Dei viuit etiam in hac vita mortali, iuxta illud ad Romanos capite octauo: *Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Alterum carnis ſecundum ſe, quam, inquit, non poſſe videre Deum. Porrò autem vtrumque ſtatum Hieronymum aſsignare in vitâ mortali patet: quia alteram carnem non vocat, quæ videt Deum, ſed quę viſura ſit Deum: hæc autem eſt mortalis, quæ viuit ſpiritu Dei, ſicut caro Chriſti viuifica efficitur Verbo Diuino. Alteram verò vocat, non quæ non videat; ſed quæ non poteſt regnum Dei poſſidere: immortalis autem caro id rectè poteſt, ſi ſpiritu Dei viuat. Patet igitur, ſecundam illam expoſitionem verbis Hieronymi etiam non quadrare; eam verò, quam diximus, rectè verbis eius conuenire. Eo modo, quo Doctores allegati explicarunt mentem Hieronymi in prędicto teſtimonio, intelligunt etiam quędam verba Clementis Alexandrini in 2. lib. pedagogi cap. 2. parum à principio: *Duplex eſt*, inquit, *ſanguis Domini: alter enim eſt carnalis, quo redempti ſumus ab interitu, alter verò ſpiritualis, quo ſcilicet vncti ſumus: & hoc eſt bibere Ieſu ſanguinem, eſſe participem incorruptionis Domini.* Ego verò eodem etiam modo, quo Hieronymum, puto intelligendum Clementem Alexandrinum: ſubdit enim ſtatim poſt verba citata: *Verbi autem virtus eſt ſpiritus, quemadmodum carnis ſāguis.* Ac ſi dicat; Virtus Verbi æterni eſt ſpiritus carnis in Chriſto, quo caro redditur ſpiritualis, ſicut ſanguis eſt ſpiritus carnis: ſubiungit verò: *Sic temperatum quidem vinum ad fidem conuiuio excipit, ſpiritus autem deducit ad incorruptionem: amborum autem temperatura, potus ſcilicet, & Verbi dicitur Euchariſtia, quæ & laudatur, & bona gratia eſt.* Vbi planè concedit in potu calicis virtutem Diuini Verbi, de quo inferius ait, carnem factum fuiſſe: & hanc virtutem eſſe ſpiritum, cui tribuit incorruptionis effectū, quę adſcribitur etiam Euchariſtiæ: & hoc intelligit per ſanguinem ſpiritualem: & per hunc inquit, nos vnctos eſſe, nempe, ad incorruptionem. Cum verò dicit, ſanguinem carnalem eſſe illum, quo redempti ſumus, non intelligit illum, prout eius merito redemptionem ſumus conſequuti: ſic enim ſpiritualis erat, Verbi ſpiritum in ſe continens, ſed intelligit ſanguinem ſecundùm ſe, qui vt dixit Hieronymus in paſsione effuſus eſt. Quia verò effuſione illius in paſsione redempti ſumus, quatenus virtute Verbi erat meritoria, ideò abſolutè dixit: *Quo redempti ſumus*, ac ſi diceret, qui effuſus eſt à militibus, & cuius effuſione virtute Verbi redempti ſumus.

Interpretatio loci Clement. Alexand.

61

62

63

Expra-

Ex prædicto loco Ioannis 6. probatur catholica veritas.

CAPVT V.

64 IIS Positis circa verum sensum verborum Ioannis: doctrina catholica de vera, & reali præsentia Christi in Eucharistia ex prædicto loco facile confirmari potest. Nam, cum Christus dixerit: *Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita:* & iterum, *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c.* quis, quæso, ambigat, carnem illius, & sanguinem in cibum, & potum nobis in Eucharistia verè ministrari? Cæterum hæretici, qui concedunt, Christum in eo capite de manducatione, & sumptione Eucharistiæ loqui, respondent, panem illum Eucharistiæ dici carnem, non propriè, sed figuratè, siue figura admittatur in verbo *est*, siue in nomine ipso carnis. Verum, præterquam quòd hæc interpretatio cum veritate verborum consecrationis constare nequit, vt cap. sequente ostendemus, nunc etiam manifestè refelli potest. Primũ quia Christus ijs, qui quærebant ipsum, eo quòd ab eo in deserto quinque panibus fuerant saturati, promisit multo meliorem panem: tum promittens se ipsum edendum per fidem: tum etiam promittens carnem, & sanguinem suum in Eucharistia, vt supponimus: ergo non solùm panem corruptibilem in Eucharistia promisit: neque enim Eucharistia melior panis esset propter solam significationem: siquidem, & panes illi, quibus in deserto Christus Iudæos satiauit, significare poterant Christum ipsum: tum etiam manna figura fuit ipsius. Cum igitur Christus in eo
65 capite panem multo præstantiorem ipso etiá manna promiserit: consequitur, non solùm panem, & vinum, sed carnem, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini in Eucharistia promisisse.

Præsentia Christi Sacramentalis suadetur.

Impugnatur hæretici.

Confirmatur vlterius.

Deinde dubitatio, & murmuratio Capharnaitarum hanc veritatem catholicam maximè confirmat. Nisi enim intellexissent, Christum suam carnem in cibum ipsis verè promisisse, nunquam murmurassent, neque dubitates dixissent; *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? &c.* Quòd si nõ rectè intellexisset verba Christi, & eadem si militudine carnis solum accipere debuissent, statim eos Christus vnico verbo institueret, & prauam eorum intelligentiam reijceret: atqui id Christus non fecit; quinimõ replicans id, quod dixerat, addidit: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* Et quamuis Capharnaitas de hac re non instrueret, neq; eorum dubitationem tolleret; tamen cum discipuli quoque id, quod dixerat, non intel
66 ligentes, scandalizati sunt, quòd existimaret sicut Capharnaitæ, Christum non similitudinem carnis, sed ipsam suam carnem verè daturum illis in cibum, ipsorum sanè errorem corrigeret, & veritatem ipsam eis aperiret, sicut alias facere consueuit, explicans illis priuatim parabolas, quas populo palàm explicare nolebat: si in illis verbis solum de similitudine suæ carnis, & sanguinis loquutus fuisset: at qui Christus discipulis scandalizatis in verbo, quod audierant, solùm dixit: *Hoc vos scandalizat? si ergo videritis Filium hominis ascendentem, vbi erat prius?* Quæ sanè verba, quòd concisa sint, & sub interrogatione legenda, ac proinde aliquid suppleri debeat, difficilia sunt. Verùm, quocumque modo illa intelligantur, Christus confirmat id, quod prius dixerat, & iterum, Capharnaitis dubitantibus, confirmauerat: nempe, se daturum in cibum carnem suam, & sanguinem in potum. Quidam intelligunt hoc modo. Si vos scandalizat, quòd dixerim, me daturum carnem meam in cibum, & sanguinem in potum, cum adhuc vobiscum sim: quid si me videritis ascendentem in cœlum? certè multò magis scandalizabimini, & minus credetis, cum me videritis in cœlo, & vos in terra manere: sic enim difficilius vobis videbitur, meam carnem in Eucharistia vobis ministrari posse. Quam expositionem sequuntur, qui hoc tempore disputant contra Caluinistas, & ex ea hoc modo contra eosdem argumentantur. Si Dominus solùm promisisset
67 sensus quo rũdam circa verba relata. corpus suum, vt panem fide manducandum, nõ esset difficilius; quinimo multo facilius, discipulis videntibus illius ascensionem id, quod Christus dicebat. Ascensione enim Domini corroborati, multò facilius edere possent per fidem corpus Christi, hoc est, faciliùs in ipsum crederent, quàm tũc, cum hæc à Christo audierunt: & tamen iuxta expositionem prædictam Dominus dixit, tunc illos magis scandalizandos, & minus credituros: ergo prædictus sermo non de pane per fidem edendo, sed de vera illius manducatione intelligi debet: prædictam verò expositionem ex Chrysostomo videntur sibi colligere.

Displicet interpretatio. Chrysost.

Ego verò, vt interim taceam, quid Chrysostomus senserit, & quo pacto predicta verba explicauerit: valde miror viros doctos, & inge-

ingenioſos non animaduertiſſe, diſcipulos tempore aſcenſionis non ſolùm, vt ipſi fatentur, fuiſſe multò magis in fide myſteriorum confirmatos, ac proinde de hoc Sacramento, quod hoc loco à Chriſto propoſitum fuit, non potuiſſe magis dubitare, & ſcandalizari, quàm tunc ſcandalizati ſunt, & dubitarunt: verum etiam ita fuiſſe in eo myſterio, & in alijs in cœna, & poſt paſſionem à Chriſto inſtructos, vt nihil prorſus de illo, aut de vllo alio dubitauerint, aut ſcandalizati fuerint. Quo igitur modo verbis illis: *Si ergo videritis aſcendentem, vbi erat prius?* ſimile additamentum fieri poterat? Sua ergo ipſorum ratione prædicti Doctores facile capiuntur. Præterea non minus difficile creditu, & horrendum erat, Chriſtum in terris mortalem ad hanc vitam degentem, carnem ſuam daturũ nobis ad manducandũ, ſi ea in fruſtra ſecanda erat, ſicut Iudæi exiſtimabãt, quã quod poſt aſcenſionem illam eo etiam modo in cibum nobis præberet, quis hoc non videat? ergo ſi diſcipuli non fuiſſent de fide huius Sacramẽti, & de modo illud manducandi rectè inſtructi, non minus poſt aſcenſionem ſcandalizarentur, & de eo dubitarent, quàm antea, cum Ioannis 6. dixerunt: *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire.* Porrò autẽ in Chryſoſtomo eam expoſitionem inuenire non potui. 69

Vera expoſitio, Alij putant, in illa oratione intelligi, *Tũc, non ſcandalizabimini.* Qui ſenſus mihi maxime probatur, atque ſine interrogatione non minus aptè illa oratione exprimi poſſet hoc modo: *Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi erat prius: profecto tunc non ſcandalizabimini.* Cum interrogatione autem rectè eam explicat Cyrillus lib. 4. in Ioannem capite 22. hoc modo: *Quid igitur videntes me in cœlum aſcendentem dicetis? an non erit hoc magnum dementiæ veſtræ argumentum?* quaſi diceret Chriſtus; Eo tempore comperietis, difficile creditu non eſſe id, quod vobis dixi. Hanc interpretationem ſequuti ſunt Chryſoſtomus, Auguſtinus, Cyrillus, Tgeophylactus, Beda, Rupertus, & Leontius in eum locum, & Theodorus Heracleenſis in catena Græca. Quidam tamen ex his illud additamentum referunt ad id, quod prius dixerat Chriſtus, ſe eſſe panem, qui de cœlo deſcendit: nam & in hoc Capharnaitæ ſcandalizati fuerunt; eorum autem ſcandalo optime videtur occurriſſe verbis citatis: nam videntes ipſum ad cœlos aſcendere facile intelligere poterant, ipſum eſſe verum panẽ, qui de cœlo deſcendiſſet. Ita referunt prædictum additamẽtum Chryſoſtomus, Theodorus Heracleenſis, Theophylactus, & Euthymius. Alij referunt ad illud, quod dixerat: *Qui manducat meam carnem, &c. habet vitam æternam:* vt probet Chriſtus, carnem ſuã virtute Deitatis vitam æternam dare poſſe, quæ eadem virtute in cœlum erat aſcenſura. Ita Cyrillus, & Leontius. Alij ad id, quo offenſi fuerant diſcipuli, cum dixerunt; *Quo modo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum.* Nam eo loco non dubitarunt de effectu huius manducationis, ſicut neque antea, cum Chriſtus dixit, ſe eſſe panem vitæ æternæ, qui edentibus eum daret vitã æternam: tunc enim non diſcipuli; ſed ſolum Capharnaitæ dubitarunt, & murmurarunt, non de effectu panis, ſed quòd dixiſſet, ſe de cœlo deſcendiſſe. Quia igitur in prædicto loco ſcandalizati fuerunt Iudæi putantes, Chriſtum carnem ſuam crudam daturum illis, vt eam manducarent more ferarum: ideò vt tolleret hoc ſcandalum, & horrorem, quem de modo illo manducandi conceperant, dixit: *Si ergo videritis, &c.* Ita Auguſtinus, Beda, & Rupertus. Alij, ne reſtringant Scripturæ verba, prædictum additamentum ad totam ſuperiorem diſputationem ſimul referunt.

Mihi tamen placet ſenſus Auguſtini, Bedæ, & Ruperti, eo quòd verba illa, *Si ergo videritis, &c.* ſolùm dixit Chriſtus ad diſcipulos ſuos, qui eodem modo, ſicut cæteri Capharnaitæ, & Iudæi ſcandalizati fuerant verbis illis: *Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt, &c.* Diſcipuli autem non fuerant ſcandalizati, neque murmurarunt, quòd Chriſtus dixiſſet, ſe de cœlo deſcendiſſe: neque de effectu panis, quem ipſe promiſerat: neque de vlla alia re, niſi de ſolo modo, quo exiſtimarunt, Chriſtum ſuam carnem eis ad manducandum daturum. 71

Verùm, vt dixi, quocumque modo prædictus locus intelligatur, ratio ex eo pro catholica veritate deprompta non parum momenti habet: ſiquidem Chriſtus Dominus nunquam diſcipulis ſuis explicuit, aut leuiter inſinuauit, id, quod dixerat, intelligendum eſſe de ſimilitudine carnis, ſed ſemper in ea opinione eos reliquit, vt exiſtimarent, ſe Chriſti carnem manducaturos; cum tamen, vt dixi, facile eis prædicta verba de ſimilitudine carnis explicare poſſet: idque ſine dubio faceret, ſi nullum aliud myſterium ſub illis lateret. Modum autem manducandi data opera noluit tunc planè explicare, ſicut neque capite 3. Nicodemo modũ renaſcẽdi ex aqua, & Spiritu Sancto planè explicuit. Sed cum difficile ei viſum eſſet, ſenem iterum naſci, 72 Ioan. 3.

Chryſoſt. Cyrill. Auguſtin. Theophyl. Beda. Rupertus. Leontius. Theodorus. 70

hoc

hoc solum voluit, vt sciret nãtiuitatem illã futuram modo spirituali. Tunc igitur Christus noluit etiam plenè explicare discipulis modum manducandi carnem ipsius; sed in tẽpus opportunum plenam illius explicationẽ reseruauit, nempe in tempus cœnæ, & ascẽsionis. Interim tamen voluit, vt id, quod ipse de carne sua dixerat, crederent; sin minus, vt abirent. Et ideò, cum multi ex discipulis scãdalizati abijssent, & ipsum reliquissent, dixit ad duodecim: *Nunquid, & vos vultis abire?* Si autem ipse solùm vellet illis dare panẽ, & vinum in similitudinem carnis, & sanguinis, qua obsecro ratione pateretur, miseros illos discipulos abire, quòd existimarent, carnem illius crudam se manducaturos, si cum eo manere vellent, cum ipse facile dicere posset, per carnem se intelligere solam carnis similitudinem? Cæterùm passus est eos abire,
73 neque voluit illis plenè explicare modũ edẽdi carnem ipsius: quia interim sufficiebat eis propter miracula, & alia, quæ in ipso viderant, illud ita indistinctè credere, & modum manducationis ab eo suo tempore pleniùs intelligendum expectare: sicut duodecim Apostoli fecerunt, cum pro illis respondit Petrus: *Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Illis autem verbis, *spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quidquam*, quæ post prædictam illam concisam orationem adiecit, non explicuit Christus modum manducandi carnẽ ipsius, sed hoc solùm tunc dicere voluit, carnem suam secundum se non profuturã ipsis, sicut promiserat, in vitam æternam ratione sui; sed ratione spiritus, hoc est, Diuinitatis, qua sancta, & efficax reddebatur: modũ autem eam manducandi amplius explicandum in aliud tempus distulit: interim hoc solùm ab eis exposcens, vt crederent, se manducaturos carnem illius, & sanguinem bibituros: ipsum que esse à Deo missum: eiusque carnẽ virtutẽ viuifica. diex Deitate habere. Quod enim aliqui dicunt, prædictis verbis: *Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quidquam*, modum etiam manducandi carnẽ eius Christum explicare voluisse: quòd nimirum non cruentus, neque sicut is, quo carne ferarũ edi solent, futurus esset: mihi non probatur, tum
74 quia verba ipsa hoc non dicant, vt patet: illis enim solùm denotatur vis, & efficacitas, quam Christus suæ carni tribuerat. Tum etiam, quia multi discipuli adhuc post hæc verba non intelligentes modum, quo caro Christi edenda esset, in scandalo permanentes, abierunt retro. Quod si Christus verbis explicasset, vel aliquo modo insinuasset modum, quo caro sua manducanda erat, nequaquam discipuli eius ipsum deseruissent. Mitto argumenta, quibus hæretici hanc nostram expositionem impugnare solẽt: ad ea enim, quæ aliquam præseferebant difficultatem, superiùs à nobis responsum est. Quomodo autem prædictus locus Ioannis 6. non loquatur cum paruulis, neque illis necessarium sit Sacramentum hoc ad salutem; licet necessaria sit illis res Sacramenti, nempe, vnio cum Christo per gratiam: & quo pacto de hac re Innocentius, & Augustinus loquantur, dicemus infra disputat. 214. cap. 4.

Eadem doctrina catholica ex verbis institutionis huius Sacramenti in vniuersum probatur.

CAPVT VI.

SACRAMENTVM Hoc solũ fuisse promissum Ioann. 6 fuisse autem institutum Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22. apud catholicos indubitatum esse debet. Et quidem, quod attinet ad institutionem, nemo est, qui ambigat, quamuis, quod attinet ad promissionẽ, non sit eadem omnium catholicorum sententia, vt superiori capite vidimus. Nunc igitur probare debemus ex verbis, quibus hoc Sacramentum à Christo institutum est, carnem, & sanguinem eius sub speciebus panis, & vinerè, & re ipsa contineri. Verba autem Christi apud Matthæum pro consecratione panis sunt: *Hoc est corpus meum.* Eadem sunt apud alios Euangelistas. Pro consecratione autem vini sunt; *Hic est enim sanguis meus.* Eadem habet Marcus, sine particula *enim*. Lucas autẽ: *Hic est calix, nouum testamentum in sanguine meo*, quæ etiã eamdem vim, & essentiam habent, vt hæretici quoque fatentur. Verùm, cum hæc verba, si plane intelligantur, manifestè catholicam veritatem de præsentia corporis, & sanguinis Domini confirment, hæretici nostri temporis, eam negantes, variè illa eludere, & siniſtrè interpretari conantur. Qui quidem in tanta varietate constituti sunt, vt nisi necessarium videretur, molestũ sanè esset, eas sigillatim recensere. Omissis verò plurimis aliis (nam anno 1577. libellus quidam editus est, in quo ducentę huius loci deprauationes continebantur) præcipuas hic enumerabimus: quibus confutatis, cæteræ

75 Ioann. 6. Matt. 26. Marc. 14. Lucæ 22.

Peruersæ explicationes adhibitæ ab hæreticis verbis consecrationis.

76

teræ quoque facile refelli poterunt. Prima
Carolſtad. eſt Carolſtadij, qui pronomen demonſtratiuũ *Hoc*, aut *Hic*, in aduerbiũ *Hic*, aut *Ex hoc*, conuertit: ita vt Chriſtus oſtenderet ſuum corpus, ſedens in eo loco cœnaculi. Sic docuit in libro edito Baſileæ anno 1524. eamque interpretationem ex reuelatione ſe accepiſſe teſtatur: ideoque contra illum edidit
Lutherus. Lutherus libellum, cuius titulus eſt: *Contra cœleſtes Prophetas*. Secunda eſt Buceri in re-
Bucerus. Laſko. tractationibus, quæ etiam adſcribitur Ioanni Laaſko, qui referunt pronomen demonſtratiuum ad totam actionem cœnæ, vt ſenſus ſit: hæc actio corpus, & ſanguinem Chriſti repreſentat, ſiue in ea exhibetur corpus,
Langus. & ſanguis Chriſti. Tertia eſt Ioannis Langi ad ſecundam apologiam contra Iuſtinum, qui per conuerſionem, vt aiunt Logici, propoſitionem intelligit hoc modo: *Hoc eſt corpus meum*, ideſt, *corpus meum eſt hoc*: nimirum *panis*, quia nutrit animas, & eas reficit inſtar
Zuinglius panis. Quarta expoſitio eſt Zuuinglij, qui li-
77 br. De vera, & falſa Religione cap. de Euchariſtia inquit, illa verba accipienda eſſe tropicé; tropum autem non eſſe in pronomine *Hoc*, ſed in verbo *Eſt*, vt idem ſit quod *Significat*. Huius autem confirmationem, quam dicit ſe in ſomnis per quandam apparitionem accepiſſe, deſumit ex illo Exodi 12. *Eſt enim Phaſe, ideſt, tranſitus Domini*: vbi *Eſt*, non poteſt non, inquit, accipi pro, *Significat*. Quinta
Boquinus. eſt Petri Boquini in examine libri Heshuſij non longe ab initio, vbi prædicta verba conſecrationis, inquit, eſſe vera per idiomatum communicationem: vt ſicut dicimus, *Homo eſt Deus*, & è cõtrario dicamus etiã; *Panis eſt corpus Chriſti*, & è contrario: & *vinum eſt ſanguis Chriſti*, & è cõtrario. Tres enim vniones ille concedit, ratione quarum idiomata diuerſarum rerum inuicem communicantur. Primam dicit eſſe naturalem animę cum corpore. Secundam hypoſtaticam duarum naturarum in Chriſto. Tertiam Sacramentalẽ, qualem dicit eſſe inter panem, & Chriſtum. Si-
Lutherus. milem communicationem concedit Lutherus in libro de captiuitate Babylonica cap. 1. eſt tamen diſcrimen inter eos, quia Lutherus concedit realem præſentiam Chriſti in
78 Euchariſtia, manente ſubſtantia panis, & vini: & hoc modo inter ſubſtantiam illam, & Chriſtum concedit idiomata communicari. At vero Boquinus hanc communicationem admittit inter Chriſtum exiſtentem in cœlo, & panem diuinum ratione Sacramenti,
Oecolampa. hoc eſt, ratione ſolius ſigni. Sexta eſt Oecolampadij qui per tropum intelligit prædicta verba. Tropum tamen concedit, non in pro nomine, *Hoc*, neque in verbo *Eſt*, ſed in nomine *Corpus*. Inquit enim, panem vocari corpus Chriſti per figuram metonymiam, qua nomẽ rei ſignificatæ tribuitur ſigno, vt ſenſus ſit, hic panis eſt ſignum, & figura corporis mei: ita exponit in libro de genuina expoſitione horum verborum. Septima eſt Ioannis Cal-
Caluin. uini lib. 4. inſtitutionum cap. 17. §. 21. qui cum Oecolampadio dicit, eodem modo eſſe tropum in nomine *Corpus*, addit tamen, panẽ nõ eſſe ſolam figuram corporis, ſed figuram, quæ rem ipſam exhibeat, & ideò non dixiſſe Chriſtũ, *Hic panis eſt figura corporis mei*, ſed *Eſt corpus meum*. Idem docet Petrus Mar-
Petr. Mart. tyr in libro de vtraque natura, intelligens, panem eſſe ſignum efficax, qui exhibeat rem ipſam. Verùm, cum hi hæretici negent realem præſentiam Chriſti in Euchariſtia, ſolùm concedunt ſignum illud, vt efficax, ità eſſe, vt tribuat Chriſtum per fidem ſolam, non autem re ipſa. Octaua eſt quorumdam Caluiniſtarum, quorum ſententiam refert 79
Ianſenius cap. 59. concordiæ Enangelicę in Ianſenius. illud: *Niſi manducaueritis, &c.* Hi docent, nomen *Corpus*, accipi pro corpore myſtico, nempe pro Eccleſia. Et ita cum Chriſtus dixit: *Accipite, & manducate: hoc eſt enim corpus meum*: dicere voluiſſe; quia vos eſtis corpus meę Eccleſię accipite, & manducate. Nona
Lutherus. eſt quã Lutherus excogitauit in libro, *Quod verba Domini firmiter ſtent*. Eam vero ipſe adduxit, vt irrideret Sacramentarios, qui negant veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia: dicens, ſe poſſe meliorem expoſitionem illorum verborum in eorum gratiam afferre, quàm ipſi adduxerant: nempe, vt ſenſus ſit, *Hic panis eſt corpus a me factum*. Hanc ve-
Campanus. rò expoſitionem, quam Lutherus iocoſe attulit, Campanus ſeriò defendit, vt teſtatur idem Lutherus in ſua confeſſione. Quæ omnes hęreſes, cum veritate catholica apertè pugnantes, fere in idem recidunt. Si tamen 80
octauam, & nonam excipias, quæ aliquid diuerſum ab alijs; quamuis non minus contrà doctrinam Eccleſiæ, continent. Et ita eodẽ modo eas ſimul refellemus, ſi probatum à nobis fuerit, verba Chriſti, propriè, non figurate de corpore, & ſanguine ipſius Chriſti intelligenda eſſe.

Iam igitur oſtendamus, Chriſtum in illis verbis, non figuratè & tropice, ſed propriè loquutum fuiſſe. Id autem probatur primùm ex re ipſa, de qua tunc agebatur, cui inepte figurata loquutio accommodari poteſt. Res autem de qua Chriſtus tunc agebat, & quã verbis nobis ſignificabat, eſt Sacramentum, teſtamentum, & dogma nouiter hominibus propo-

Chriſtus non tropo vſus in cõſecratorijs verbis.

propoſitum: hæc autem inepte per figuras, & tropos traderentur. Et quidem nemo, etiã ex hæreticis huius tẽporis, ambigit, Euchariſtiam, quam tunc Chriſtus nobis tradidit, eſſe Sacramentum, quo in ſalutem noſtram vti deberemus: & tunc nouiter traditum à
81 Chriſto fuiſſe, cum antea ſolum promiſſum eſſet; nullam autem legimus Sacramenti inſtitutionẽ in nouo, aut etiã veteri teſtamento per figuras, & tropos, ſed proprijs verbis populo traditam, vt inductione facile conſtare poteſt: alioquin magna occaſio errandi in vſu illius populo tribueretur: quis ergo dicat præſtantiſsimum omnium Sacramentorum, non palàm, ſed figurato quodam inuolucro verborum à Chriſto traditum fuiſſe. Certum etiam eſt Euchariſtiam habuiſſe vim noui teſtamenti à Domino inſtituti. Nã Matth. 26. & Marc. 14. dicitur: *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti.* Lucæ 22. & 1. ad Corin. 11. *Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine.* Quis autem, obſecro, quantumuis rudis, & ignarus, quoad eius fieri poſsit, non contendat; teſtamentum ſuum, in quo ſuam poſtremam exponit voluntatem, proprijſsimis, & diſſertiſsimis verbis condere? Et ita Exod. 24. vbi traditum fuit antiquis Patribus vetus teſtamentum, proprijſsimis, & apertiſsimis verbis conditum, & promulgatũ populo fuiſſe, legimus: hoc autem ideò expoſcit quodcumq; teſtamentum: quia poſtquam ſemel confirmatum fuerit morte teſtatoris, alio modo nihil ei addere, aut diminuere licet, ſed iuxta verba ipſius, illud exactè obſeruare, neceſſe eſt. Eadem etiam ratio eſt de pactis, vt diſſertis, & perſpicuis verbis fieri debeant, ne locus vllus, quoad fieri poſsit cauillis, & fraudibus relinquatur. Euchariſtiam verò habere vim pacti, manifeſtũ eſt: nam, cum habeat vim teſtamenti, habere etiam debet vim pacti: ſicut antiquum, quod ſimul teſtamentum, & pactum fuit: vt patet Exod. 24. & ex Paulo ad Hebræos 9. Ideò autem antiquum teſtamentum fuit etiam pactum, quia promiſsiones illius ſub conditione factæ fuerunt: nempe, ſi populus in vero Dei cultu perſeueraret. Atqui eodem modo facta inſtitutione Euchariſtiæ in ea promiſſa fuit æterna vita ſumentibus, ſi eam dignè ſuſciperent, vt explicauit Paulus 1. ad Corint. 11. ergo oportebat, Euchariſtiã proprijſsimis, & diſſertiſsimis verbis inſtitui: vt ſcirent homines, quid eſſet illud, quod in ea ſumerent: & ita cum ea, quæ decet, reuerentia ad illud accederent. Deniq; in ipſa Sacramenti inſtitutione traditũ fuit dogma fidei credendum omnibus, qui ſumere debent Euchariſtiam, vt ſuprà cap. 2. diximus; dogma autem fidei, quod omnibus proponendũ eſt, vt credatur, ineptè per tropos, & figuras traderetur, cum facilè omnes poſſent de eo dubitare: atque ita videmus, omnia fidei noſtræ dogmata, quæ omnibus credenda hactenus propoſita fuerunt, non figuratè, nec verbis improprijs; ſed apertè, & proprijſsimis vocibus tradita fuiſſe. Quod ſi in hoc dogmate figuratam locutionem admitteremus, locus pateret, ſicut inter hæreticos videmus, mille interpretationibus: neque conſtare nobis poſſet, quid eſſet illud, quod in Euchariſtia ſumimus: ac proinde, neque poſſemus ſcire, cũ qua reuerentia illud ſumere deberemus.

Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. 1. Cor. 11.

Exodi 24.

82

Exodi 24. Ad Heb. 9.

1. Cor. 11.

83

Aliqui etiã contendunt, in cœna Chriſtũ tradidiſſe præceptũ circa Euchariſtiã, & ideò proprijs, & diſſertis verbis illud tradere debuiſſe. Verũ, quia iuxta ea, quę à nobis dicta ſunt capite 4. ibi non fuit traditum præceptum, ſed Ioannis 6. vt ipſi etiam fatentur, cuius poſtea deberent eſſe memores, ideò ex hoc capite nolo prædictam ſententiam confirmare.

Ineffícax quorundã argumentum.

Reſpondent tamen Petr. Mart. 3. p. defenſionis ſuæ cõtra Gardinerũ, aliquãdo in Scriptura tradi Sacramenta, & dogmata figuratè. In exemplum dogmatum affert illud Deut. 4. *Deus ignis conſumens eſt*, & illud; *Quoniam vnus panis, vnũ corpus ſumus, multi ſumus omnes, qui de eodem pane participamus.* Et illud Exo. 12. vbi dicitur de agno, *Eſt enim Phaſe*, & Geneſ. 17. vbi circunciſio dicitur, *Pactum*, ſeu *fœdus*, & denique Luc. 22. vbi calix dicitur, *Nouum teſtamentum*, & quãuis afferat etiã exempla præceptorũ, quæ obſcurè tradita videantur: tamen nullum affert exemplũ teſtamẽti, & pacti, quod non ſit apertè traditum. Friuola tamen eſt reſponſio Martyris. Nam, quod attinet ad dogmata, licét aliqua in Scriptura metaphoricè explicentur, & figuratè, tamen nulla ſunt, quæ hoc modo primo tradantur, & omnibus proponantur credenda, ſed ea, quę iam nobis aliunde nota ſunt, vel quæ nõ ſunt omnibus proponenda, vt credatur: quę mirum non eſt, ſi metaphoricè, & per figurã aliquam explicentur. Quod enim dixit Moyſes Deuteron. 4. illis verbis: *Deus tuus ignis conſumens eſt*, iam ſatis notum erat toti populo, & ſæpius ante repetitum nẽpe, Deum poſſe vindictam ſumere vſque ad conſumptionem de ijs, qui legem eius tranſgrediuntur. Et ideò Moyſes vt efficatius illud populo oſtenderet comparauit ipſum igni conſumenti omnia, in quæ debachatur. Adde, quòd ſtatim hoc explicuit dicens, *Deus æmulator*: idenim ipſum ſignificat, apertiùs de-

84 Reſpõſio Petri Martyris.

Deuter. 4.

Exodi 12. Geneſ. 17.

Lucæ 22.

Impugnatur.

Deuter. 4.

85

notans in Deo affectum, quaſi iræ, & vindictæ: hunc enim in Scriptura ſignificat nomẽ, *Æmulator*. Præterea dogma, quod explicuit Paulus de vnitate corporis myſtici ratione vnius panis, quẽ omnes participamus, iam antea notum erat. Neque enim tunc primo traditum fuit myſterium vnitatis Eccleſiæ in vno corpore. Et ita Auguſtin. lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 6. & 9. inquit, nihil eſſe obſcure dictum in Scriptura, quod ad mores, aut fidem ſpectet, quod in alijs locis
86 planiſsimè dictum non ſit. Adde, quòd cum vnio illa non ſit myſtica, rectè explicata fuit à Paulo ſimilitudine illa vnitatis corporis, & vnitatis cibi, quo alimur, neque in cognitione metaphoræ, & figuræ quiſquam dubitare poterat, quod notiſsimum eſſet. Id quod etiam valde notandum eſt pro alijs myſterijs: nam licet primo figuratè traderentur, ſi tamen figura nota erat audientibus, & ſatis familiaris, perinde eſſet ea per figurã, & metaphoram tradere, atque ſi proprijs vocibus explicarentur. At verò illud genus figuræ, quod hæretici noſtri temporis in verbis cõſecrationis excogitarunt, valde inſolens, & obſcurum erat, vt myſterium, & dogma vſque adeò hominibus neceſſariò credendum, ſub eo traderetur: cum potius omnes de proprio, & vero corpore, & ſanguine Chriſti illud eſſent intellecturi, quàm de figura, & ſimilitudine illius. Id autem vſque quaque tolerabile eſſet, ſi ab initio naſcentis Eccleſiæ talis modus figuratè loquutionis in verũ ſenſum à Patribus, & maioribus eſſet intellectus, & populo explicatus. Verùm, cum omnes a principio ſemper intellexerint, verba illa de vero corpore, & ſanguine Chriſti eſſe accipienda vſque ad tempora Oecolampadij, & aliorum, quos memorauimus: ſi Chriſtus eo genere figuræ voluiſſet loqui, manifeſtam deceptionis cauſam toti Eccleſiæ præbuiſſet; imo, & Apoſtolos ipſos etiam decepiſſe dicendus eſſet, neque illis figuram vllo modo explicuiſſe: nã ſi eis illam apperuiſſet, ipſi etiam ſucceſſoribus explicatam reliquiſſent.

87 Præterea nuſquã legimus, Chriſtum Apoſtolis hanc figuram, ſi in prædictis verbis inuenitur, explicaſſe; cum tamen omnes parabolas illis palàm explicuerit, quas etiam populo explicare nolebat. Et ex hac etiam doctrina refellere poſſemus ea, quæ hæretici reſpondent de præceptis, quæ dicunt aliquã do figuratis loquutionibus tradita eſſe. Duo verò, quæ adducebat Petrus Martyr de Sacramentis; nullius momenti ſunt. Primum nã petra illa non fuit Sacramentum, cum non fuerit cærẽmonia inſtituta in vſum fidelium, ſed res naturalis. Deinde, licèt fuiſſet Sacramentum, abſque vlla figura, & metaphora inſtitutum, & traditum fuiſſet. Nam cum dicitur, *Petra autem erat Chriſtus*, in quo genere loquendi figura admittitur, figura ipſa non eſt circa petram, quam dicunt traditam eſſe in Sacramentum; ſed circa Chriſtũ, qui ipſa 88
petra ſignificabatur. Nos autem ſolùm diximus in tradendo aliquo Sacramẽto in vſum noſtrum, nunquam Scripturam vſam fuiſſe tropo, & figura. Ad aliud verò de agno, qui dicebatur *Phaſe* ſequẽte capite dicemus, vbi etiam oſtendemus, figuratã loquutionẽ circa ſubſtantiã myſterij, aut Sacramenti non eſſe admittendam: cum verò conſtat de ſubſtantia, & inſtitutione illius, nihil obſtare, non ine aliquo metaphorico & per figuram nuncupari, quod etiam valde notandum eſt. Ad alia verò duo de circunciſsione, quæ dicta fuit fœdus, & de calice qui dictus eſt teſtamentum, diſp. 199. cap. vlt. reſpondebimus. Denique cum communis regula interpretandi Scripturam ſit, nunquam ad tropos, & figuras confugiendum eſſe, niſi, aut alia Scriptura, aut aliquis articulus fidei, aut communis Eccleſiæ ſenſus, aut euidens ratio cogat: & nihil huiuſmodi in præſenti locum habeat: nulla ratione licebit prædicta verba figuratè interpretari.

Auguſtin.

Diluuntur argumenta Petri Mart.

Ex eiſdem verbis ſigillatim idè oſtenditur.

CAPVT VII.

HACTENVS Catholicam veritatem cõfirmauimus ex verbis, 89
quibus Chriſtus in huius Sacramẽti inſtitutione vſus eſt, in vniuerſum oſtendẽtes non figuratè, ſed propriè accipiendam eſſe. Nunc vero per ſingula demonſtremus, nullum tropum, & figuram in ipſis admitti poſſe: hinc enim id, quod contẽdimus, planè colligemus. Vtrùm autem hæc veritas catholica ex benedictione, & gratiarum actione, quam Chriſtus præmiſit, probari poſsit, an non, inferius videbimus diſp. 196. cap. 3. Prima vox eſt pronomẽ *Hoc*, quod quatuor modis explicatur ab hereticis. Alij volunt vſurpari pro *Hic*, aduerbio loci. Alij in ſua ſignificatione pronominis; ita tamen, vt referat totam actionem. Alij, vt demonſtret panem ex parte prædicati, alij vt demõſtret panem ex parte ſubiecti. Prima expoſitio eſt ſatis ridicula, & ab ipſis hæreticis exſibilatur.

Prima expoſitio pronominis *Hoc*.

ſibilatur. Nam quorſum Chriſtus diceret, *Hic ſedet corpus meum*, cum id manifeſtum eſſet? Adde, quod illa verba, *Hoc eſt enim corpus meum*: reddunt cauſam, ob quam eſſent manducaturi diſcipuli; inepta autem cauſa eſſet, quòd illic corpus ſuum ſederet.

Secunda. Secunda expoſitio facilè etiam refellitur, nam cum Chriſtus oſtenderet panem, quem in manibus habebat, non poterat non in illo pronomine illum, vel aliquid ſub illo oſtendere. Duas alias expoſitiones refutabimus infra diſp. 201. cap. 4. & ita ad verbum *Eſt* gradum faciamus.

90 Circa verbum *Eſt*. Secunda igitur vox in prædicta forma cõſecrationis eſt verbum *Eſt*. Circa quam vocem eſt quarta, & quinta expoſitio hæreticorum, ſuperiori capite memorata. Quarta eſt Zuuinglij, qui aſſerit, verbum *Eſt*, accipi pro verbo *Significat*. Hæc autem ex eo refellitur quòd verbum *Eſt* habet ſimpliciſsimam ſignificationem, ita vt ſit copula in omni propoſitione, in quam cętera verba reſolui conſueuerunt: ergo ratione ſui non poteſt accipi figuratè pro *Significat*, & ita nullus vnquàm Rhetor notauit, in tali verbo tropum, & figurã aliquando contingere. Innumera autem exẽpla, quæ affert Cáluinus, & alij ex Scriptura, in quibus verbũ *Eſt* accipitur pro *Significat*, nullius momenti ſunt: aut enim ſunt exempla rerum, quę adducuntur in parabolis, quę cum totæ pictæ ſint in ſignificatione, idem eſt illis addere verbum *Eſt*, & *ſignificat*, cum de illis prædicamus ſignificatum. Huiuſmodi eſt illud Geneſis 41. *Septem bobes ſunt ſeptem anni*. Nam bobes fuerunt in ſignum, & parabolam illorum annorum: *Semen eſt Verbũ Dei*. Matth. 13. ſic etiam dicitur Apocalypſis 17. *Septem capita, ſeptem montes ſunt, &c.* Aut ſunt exempla vocum, quarum etiam natura in ſignificatione conſiſtit: & ita perinde eſt ex vocibus, quæ idem ſignificant, vnã de alia prędicare per verbum *Eſt*, atque dicere, idem illis ſignificari. Quare non mirũ eſt, ſi pro verbo *Eſt* verbum *Significat*, poni poſſit: vt cum dicimus *Amare eſt diligere*, perinde eſt, ac ſi dicamus, *Amare ſignificat diligere*, hoc eſt, ſignificat idẽ, quod diligere. Aut certe ſunt alia exempla, ad quæ facilè reſpondere poſſumus. Primũ eſt ex Geneſ. 17. vbi aſſerunt, dici: *Circunciſo eſt fœdus*, id tamẽ falſum eſt: neque enim ibi circunciſio dicitur fœdus, aut pactum; ſed dicitur, *Hoc eſt pactũ meum, quod obſeruabitis inter me, & vos, &c. Circuncidetur ex vobis omne maſculũ*. Quod verò dicit infra, *Eritque pactũ meũ in carne veſtra in fœdus æternũ*: iam ſatis explicatũ manet in prędẽtibus. Ibi tũ pactũ accipitur, non pro ſigno pacti, ſed pro effectu ipſius pacti: nã ſub pactum cadebat actio ipſa circuncidendi, ex qua, vt effectus, manebat caro circũciſa: & ita nõ accipitur verbũ *Eſt* pro *Significat*.

Caluinus.

Geneſ. 41.

Matth. 13. Apocal. 17.

91 Primũ ex Geneſ. 17.

Secundũ. Exodi 12. Marci 14. Lucæ 22. Secundũ exemplũ eſt Exod. 12. vbi dẽ agno dicitur, *Eſt enim Phaſe*. Reſpondetur, ibi verbũ *Eſt* non accipi pro *Significat*, ſed ipſum agnũ eo nomine *Phaſe*, vocari: ſicut Marci 14. & Lucæ 22. non quidẽ per figurã, quia ſignificaret tranſitũ; ſed ſicut dies ipſe feſtus dicebatur *Paſcha*. Adde, quod, licèt diceretur metaphoricè, aut per figuram tranſitus, & Phaſe, quia in die tranſitus fuit immolatus; hoc omnibus manifeſtũ erat: neq; enim ignorare quis poterat, verũ eſſe agnũ, qui cõmuni vocabulo Paſcha dicebatur. Cum autem conſtat de ſubſtantia ipſa Sacramenti inſtituti, ſicut conſtabat de immolatione agni, parum refert, illud appellari nomine aliquo metaphorico, & figuratè. At vero figura, quæ eſt circa ipſam ſubſtantiã Sacramenti nullo modo admittenda eſt: quia per illã non ſatis conſtare nobis poteſt de ſubſtantia ipſa Sacramenti: veluti ſi admitteretur figura in ipſa immolatione agni, nõ conſtaret nobis, vtrum eſſet agnus verus immolandus, an ſolum eſſet ſimulacrum agni immolandi. Sic igitur, licèt admitteremus aliqua per figurã dici de corpore Chriſti: vt quod dicatur Teſtamentum nouũ, de quo dicemus diſp. 199. cap. vlt. nihil noceret: quia ſaltẽ conſtaret nobis de veritate ipſius ſanguinis Chriſti, quo ſubſtantialiter conſtituitur Sacramentũ; at vero admittere metaphoram circa ipſam ſubſtantiam Sacramẽti in inſtitutione illius, ſi ultrò eſt: ſic enim non clarè tradidiſſet nobis Chriſtus ſubſtantiam Sacramenti, neque quid eſſet, declaraſſet. Quis enim per ſanguinẽ, niſi ipſe declararet, intelligere poſſet figuram ſanguinis & non ſanguinẽ? & hoc valde notandum eſt pro omnibus, quę nobis obijciunt hęretici, & capite pręcedenti retulimus. Et hic patet ad illud Marc. 14 & Luc. 22. *Quo vis eamus, & paremus tibi, vt mãduces Paſcha?* Luc. 22. *In qua neceſſe erat occidi Paſcha*: eoquòd erat ſacrificiũ ipſius Paſchæ. Tertiũ eſt Leuit. 16. vbi dicunt haberi hanc propoſitionẽ, *Sacrificia ſunt expiationes*. Verũ id falſò citatur: & quãuis id diceretur, nihil inde aduerſarij probarẽt: nã cauſæ expiãdi dicuntur expiationes, nõ quia ſignificent, ſed quia efficiant expiationẽ ipſam. Quare ſi quis diceret; *Sacrificia ſeu Sacramẽta ſunt animæ expiationes*, nõdeberet explicare verbum *Sunt*, per *Significant*. Quartũ exemplum eſt ex Pſalm. 83. vbi dicũt haberi, *Area eſt Deus*. Verũ in eo Pſalmo ſolùm dicitur: *Videbitur Deus Deorum in Siõ*.

Marci 14. Lucæ 22.

92

93 Marci 14. Lucæ 22.

Tertium. Leuitic. 16.

Quartum. Pſalm. 83.

Nam, quāmuis hunc locum intelligāmus de Sion terreſtri, in qua collocata erat arca Dei: tñ nō ideò dicitur; *Videbitur Deus Deorum in Sion*: quia videatur arca, & arca ſit Deus: hoc enim nuſquam dicitur; ſed quia vt vidimus ſupra tom. 1. diſp. 104. cap. 4. ſcabellum pedum Domini erat arca, propitiatorium autēm erat ſedes: ibique Deus inviſibili forma apparere ſolebat, vt reſponſa daret. Alij verò, vt Auguſtinus, Hieronym. Theodor. nō de arca, ſed de ipſo Deo vero intelligunt, qui in cœleſti Sion videndus eſt. Mitto multa alia, quæ prolixè afferunt hæretici, quibus noſter Bellarminus optimè ſatisfacit, lib. 1. de Sacramento Euchariſtiæ cap. 11. & hæc ſatis contra quartam expoſitionem, quæ eſt Zuuinglij.

94

Bellarmin.

Boquini. Quinta verò, quæ erat Boquini de communicatione idiomatum, refellitur primùm: quia communicatio idiomatum inter ſubſtantias non oritur ex quauis vnione, ſed ex ſubſtantiali, qua in eodem ſuppoſito duæ integræ naturę vniuntur. Præterea hæc vnio hypoſtatica, quæ arctiſsima eſt, & multo maior, quam Sacramentalis, non ſufficit, vt altera pars naturæ humanæ de Deo, aut de natura diuina prædicetur. Et ideo non dicimus *Deus eſt corpus*, ſumpto corpore pro altera parte hominis, non pro prædicato communi, neque dicimus *Deus eſt anima*: ergo eodem modo dicere non poſſemus: *Hoc eſt corpus meum*, etiamſi ratione illius vnionis poſſent idiomata cōmunicari. Neque verò exiſtimo neceſſarium hoc nouum figmentum Boquini pluribus impugnare: cum abſque vllo fundamēto excogitatum fuerit: alioquin de quocumque genere vnionis, etiam ſecundum locum liceret nobis dicere, inter vnita poſſe idiomata communicari. Et hæc ſatis de ſecunda voce *Eſt*.

95

Circa vocem *Corpus* hæreſes impugnatur.

Tertia vox eſt *Corpus*, quam, quidā ex hæreticis memoratis dicunt, ſignificare corpus Chriſti myſticum: quorum inepta, & abſurda interpretatio ex ſequētibus verbis, *Quod pro vobis tradetur*, apertè confutatur: ſiquidē corpus Chriſti myſticum, quod erant Apoſtoli præſentes, non fuit traditum pro ipſis. Adde, quòd verbis calicis: *Hic eſt ſanguis meus*, vel *Calix in ſanguine meo*, non poteſt vllo modo ipſi corpori myſtico accommodari: fateri igitur debemus, verum ſanguinē Chriſti verba illa ſignificare. Alij *Corpus* capiunt pro ſigno corporis: quorū error nō minus facilè refellitur. Primū, quia *Corpus* nuſquam in Scriptura accipitur pro ſigno, ſed pro corpore vero, vel myſtico: quòd ſi aliquādo corpus Chriſti accipitur pro Eccleſia, quę eſt corpus myſticū, vt ad Coloſſ. 1. ſtatim explicatur: ad ditur enim, *Quod eſt Eccleſia*. Deinde, quia pronomen *Hoc*, non poteſt demonſtrare panē vt d. 201. c. 3. oſtendimus: ergo neque ſignum corporis: nam ſi aliquod eſſet ſignū, quod demōſtraret, debebat eſſe panis, vt aduerſarij cōtendunt. Poſtremò huic expoſitioni manifeſtè obſtant verba ſequentia: *Quod pro vobis tradetur*, ſeu *traditur*: quæ dicuntur de corpore demonſtrato: & illa, quæ dicuntur de ſanguine, *Qui pro vobis effundetur*, ſeu *effundetur*. Nam ſiue hęc referantur ad traditionem, ſeu effuſionem faciendam in cruce, ſiue ad oblationem in Euchariſtia, de quo d. 199. c. 2. dicemus, nullo modo quadrare poſſunt in ſignū corporis, & ſanguinis. Nā quāuis panis eſſet ſignū corporis, ineptè diceretur tradi, quia ſignificaret corpus verū, quod traditum eſt.

Coloſſenſ. 1.

96

Aliorū errorum refutatio.

Alij vero ex hæreticis, vt vidimus, docēt, *Corpus* accipi pro ſigno corporis Chriſti efficaci, non pro quocūque ſigno: & ideo rectè dici corpus Chriſti: idemque de ſanguine in verbis calicis dicunt. Horum tamen ſententia eodem modo refellenda eſt: eo quòd ratione efficacitatis, etiamſi vera eſſet, nempe, conferens gratiam ſuſcipientibus, figura corporis dici poſſet corpus: vt ſupra contra alios hæreticos notatum eſt. Cūque nullam aliam efficacitatem hi hæretici tribuant Euchariſtiæ, quàm vt moneat ad fidē Chriſti, quam etiam tribuebant antiquis Sacramentis, & aquæ benedictę: eadem ratione dicere poſſemus, Baptiſmus, & alia vetera Sacramenta ſunt Chriſtus, aut corpus Chriſti. Quod enim reſpondet Petrus Martyr, ideò illa antiqua Sacramenta non potuiſſe dici Chriſtum, nèque corpus Chriſti: quia nondū exhibita erat paſsio Chriſti, friuolū eſt: tum quia ſaltem nunc de Baptiſmo id dici poſſet: tum etiam, quia quando Chriſtus illa verba dixit, nondum exhibita erat paſsio illius.

97

Petri Mart.

Circa vocem *Meum* errores hęreticorum

Poſtremò aliqui hæretici admittunt figurā in illa voce, *Meum*, vt dixerit Chriſtus de pane ipſo, *Hoc eſt corpus meum*, ſcilicet, quod à me creatū eſt. & ſic de ſanguine. Hęc tñ ineptiſsima eſt, & abſurdiſsima interpretatio: nā ſtatim adijcitur verbis corporis, *Quod pro vobis tradetur*. Et verbis ſanguinis: *Qui pro vobis effundetur*, & tamēpanis nō eſſet tradendus pro illis, nec vinū effundendūin remiſsionē peccatorū. Prędicta expoſitio manifeſtam cōtinet abſurditatē, & ſtultitiā. Cum igitur cōſecrationis verba propriè, vt ſonant, accipienda ſint: manifeſtè colligitur, ſub ſpeciebus panis & vini veram Chriſti carnem, & ſanguinem prēſentes eſſe.

98

Quadam tamen teſtimonia Patrum, quæ adduci

ādduci ſolent ad probandum, in illis verbis aliquem tropum, & metaphoram eſſe admittendam, nullius momenti ſunt. Primum eſt Dionyſij in epiſtola 9. quæ eſt ad Titum, longe à principio, vbi inquit; *Ipſumque Ieſum in parabolis diuina, per typicæ menſæ apparatum deifica myſteria tradere.* Verùm hic locus nihil habet difficultatis: nam parabolas ſolùm tribuit Chriſto Ieſu ad propalanda diuina myſteria in prædicatione; de myſterio autem corporis, & ſanguinis eius ſolum inquit, traditum nobis fuiſſe per typicæ menſæ apparatum: quod quidem veriſimum eſt, etiam ſi ipſa Chriſti caro, & ſanguis verè ſub illis ſpeciebus contineantur: nam ſpecies illæ, & apparatus menſę typum gerunt eius, quod in ſe continent. Porrò illud de parabolis referri ſolùm ad prædicationem Chriſti, ex tranſlatione Perionij manifeſtum eſt (nam teſtimonium hactenus allegauimus ſecundũ tranſlationem Ambroſij Camaldulenſis) Perionius enim ſic habet: *Et Ieſum ipſum in parabolis de diuinis rebus diſſerere, & per figuratum menſæ apparatum, diuina tradere myſteria*, nempe, *cernimus.*

Dionyſius.

Perionius.

Camaldul.

99

Secundum teſtimonium eſt Tertulliani lib. 4. contra Marcionem capite 40. non longè à principio, vbi ita loquitur: *Acceptum panem, & diſtributum diſcipulis, corpus ſuum illum fecit, Hoc eſt corpus meum, dicendo: id eſt, figura corporis mei.* Verum cum multis in locis hic Pater veritatem corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia aſſerat, quę citat, & optimè expendit Pamelius in eum librũ numero 662. idque apertè fateantur Centuriatores Madeburgenſes centuria ſecunda, capite quarto: oportet, prædicta verba in aliquem bonum ſenſum interpretari. Pamelius ſequutus notationem marginalem Gagnæij, inquit, illud: *Id eſt figura corpiris mei:* referendum eſſe ad illud, *Acceptum panem:* Ac ſi diceret, panem, quiin lege veteri fuit figura corporis Chriſti, conſecrauit ipſe in corpus ſuum: ſicut poſtea de calice inquit: *Vt autem, & ſanguinis veterem figuram in vino recognoſcas, &c.* Idque, & nos confirmare poſſumus verbis, quę poſt teſtimonium citatum proximè addidit: *Figura autem non fuiſſet, niſi veritatis eſſet corpus.* Nam verbum *Fuiſſet*, planè refertur ad tempus antiquæ legis, quod præceſſit conſecrationem: ac ſi diceret, non fuiſſet in tempore antiquo panis figura corporis Chriſti, niſi re vera eſſet corpus Chriſti, cuius fuiſſet figura. Contendit enim ibi, contra Marcionem probare, Chriſtum verum corpus aſſumpſiſſe. Prętera ex verbis, quæ paulò poſt ſubdit Tertullianus, idem ſenſus clarius colligitur: ait enim: *Cur autem panem corpus ſuum appellat, & non magis ponē, quem Marcion cordis loco habuit, nō intelligens, veterem fuiſſe iſtam figuram corporis Chriſti dicentis per Hieremiam; Aduerſus me cō gitauerunt cogitatum, dicentis; Venite coniiciamus lignū in panē eius?* Acuta ſanè mihi videtur expoſitio, id tamen mihi eam difficilem reddit, quod Chriſtus dicat in caſu nominandi, *Id eſt figura corporis*, nam vt referretur ad illud, *Acceptum panē*, dicere debebat in caſu accuſandi: *Id eſt figuram corporis.* Prętera, vt ad illud referretur, dicere debuit, *Sui*; non *Mei*, pronomen enim *Mei* cogit, vt illud additamentum referamus ad illa verba, *Hoc eſt corpus meum, dicendo.* Reſpondeo igitur, eo loco Tertullianum figuram referre ad ſpecies panis, quę cum ſint Sacramentum, etiã ſunt figura corporis Chriſti; non quidem vacua, ſed veritatẽ ipſam continens: ita tamen, vt illud; *Id eſt figura corporis mei*, non ſit interpretatio verborum, quæ Chriſtus dixit: neque enim ęquiualent hæc verba illis, *Hoc eſt corpus meum*, ſiquidẽ his verbis, *Figura corporis mei*, non fieret corpus Chriſti verè ſub ſpeciebus panis, illis autẽ, *Hoc eſt corpus meum:* verè fit: ſed ita vt ſit explicatio, quam Tertullianus pro ipſo Chriſto addidit, ac ſi diceret: id, quod dixi eſſe corpus meũ, & in manibus habeo, eſt figura corporis mei, nempe, ſecundùm accidentia, quę videntur, & oſtẽdi poſſunt. Obſcurè ſanè loquutus eſt hic Autor, ſicut non raro loqui ſolet. Verùm cum mentem eius alibi ſatis explicatã habeamus, hæc interpretatio nobis ſufficere debet.

Tertullianus.

Pamelius.

Gagnæius.

100

Explicatur Tert.

101

Tertium teſtimonium eſt Hieronymi, quī in illud Marci 14. *Et mãducãtibus, &c.* ita ſcribit: *Accepit Ieſus panem & benedicens fregit, & transfigurans corpus ſuum in panem, quod eſt Eccleſia præſens, quæ accipitur in fide: benedicitur in numero: frangitur in paſſionibus: datur in exemplis: ſumitur in doctrinis, &c.* Marianus Victorius putauit, eos commentarios non eſſe Hieronymi. Verũ cuiuſcũque ſint, hoc certũ eſt, Autorẽ illorum non tam literales ſenſus, quã myſticos inquirere. Et ita in ſenſu myſtico explicans prædicta verba, applicat ad Eccleſiã, quã dicit nomine corporis Chriſti ſignificari. At verò Caluiniſtæ, quos c. 6. pro octaua interpretatione citauimus, prędicta verba in ſenſu literali de corpore myſtico Eccleſiæ intelligunt. Aliud verò teſtimoniũ eiuſdẽ Hieronymi in cap. 26. Matth. vbi ait, Chriſtũ panẽ accepiſſe, vt veritatẽ ſui corporis repræſentaret, nihil habet difficultatis: nã repręſentare ibi non eſt idem, quod ſignificare; ſed idem, quod præſens aliquid facere,

Hieronymus expõnitur.

Marianus Victor.

102

Caluiniſtæ.

& ob oculos ponere. Adde, quòd Hieronymus in prædicto loco non explicat verba conſecrationis metaphoricè, ſed ſolùm dicit, voluiſſe, veritatem corporis, & ſanguinis ſui repræſentare: ſicut etiam Melchiſedech panem, & vinum offerens, illud præfigurauit. Cætera omnia, quę afferri ſolent ab hæreticis, tam ad probandum in verbis conſecrationis eſſe aliquam metaphoram, & figuram, quàm vt probent, veram carnem, & ſanguinem Chriſti non eſſe in Euchariſtia, conſultò prætermitto: eo quòd, vt dixi, leuiora ſint, & ea exactè noſter Bellarminus tractet loco citato. Atque ob eamdem rationem tractare nolo duo Pauli teſtimonia, alterum primæ ad Corinthios. cap. 10. Alterum cap. 11. vbi apertè hæc doctrina catholica traditur; ſed ea examinat idem Autor eo lib. capite decimo ſecundo, & decimo tertio.

Bellarmin.

1. Cor. 10. & 11.

103 Hoc loco diſputare ſolent aliqui, quid quid pertinet ad modum, quo Chriſtus eſt in Euchariſtia, quem ipſi vocant præſentiam: vt ſatisfaciãt argumentis hæreticorũ, qui putant, impoſsibile eſſe, idem corpus in diuerſis locis, etiam à Deo collocari. Tum etiam, an idem corpus eſſe poſsit in diuerſis locis, quæ me iudice commodius in quæſtionem 76. reſeruari deberent. Ibi enim multa tractat Sanctus Doctor de modo, quo exiſtit corpus Chriſti in Euchariſtia, quæ in prædictis controuerſijs à nobis neceſſario explicanda ſunt. Vbi etiam argutijs hæreticorum contra hoc myſterium plenè ſatisfaciemus. Iam igitur ad articulum ſecundum gradum faciamus.

ARTICVLVS II.

Vtrum in hoc Sacramento remaneat ſubſtantia panis, & vini poſt conſecrationem.

CONCLVSIO Eſt, *Subſtantia panis, & vini non manet poſt cõſecrationem.* Hęc concluſio colligitur ex doctrina articuli: nam in eo ex profeſſo contendit S. Doctor, tamquàm hæreticam refellere ſententiam eorum, qui dicebant, ſubſtantiam panis, & vini poſt conſecrationem ibi manere. Quocirca ita exiſtimat Beatus Thomas, concluſionem huius articuli, ſicut præcedentes ad fidem catholicam pertinere.

S. Thom.

An ſubſtantia panis, & vini maneant in hoc Sacramẽto poſt cõſecrationem. Diſput. 180

Varij hæreticorũ, & catholicorũ errores. Cap. 1.
Nihil ſubſtantiæ panis, aut vini manere in hoc Sacramento, ab Eccleſia definitum eſt, Cap. 2.
Eadem catholica doctrina autoritate Patrum cõprobatur. Cap. 3.
Ex verbis Chriſti idem colligitur. Cap. 4.
Refelluntur catholici, qui ex verbis conſecrationis deſitionem panis, & vini colligi, negant. Cap. 5.
Refutantur hæretici, qui defendunt veritatem prædictæ enuntiationis ſine tranſubſtantiatione. Cap. 6.
Impugnantur variæ ſentẽtiæ, & errores, quos circa impanationem ſupra memorauimus. Cap. 7.
Refellitur error Vbiquiſtarum. Cap. 8.
Diluuntur argumenta aduerſariorum aduerſus cõuerſionem panis, & vini. Cap. 9.
Quædam Scholaſtici eorum opinio de hac re improbatur. Cap. 10.

Varij hæreticorum, & catholicorum errrores de hac re.

CAPVT I.

ABSOLVTA Iam diſputatione de vera, & reali præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, vt oſtendamus, quo pacto vtrumque virtute verborũ conſecrationis Preſens fiat, videndum priùs eſt, vtrum poſt prędicta verba ſubſtantia panis, & vini cum corpore, & ſanguine Chriſti permaneat; an potiùs deſinat eſſe. In qua etiã controuerſia non defuerunt hæretici; imò etiam catholici, qui variè errauerunt, quorum ſententias ſigillatim in hoc capite referemus. Primus error fuit Berengarij, qui vt ſcribit Guitmundus lib. 1. de veritate corporis, & ſanguis Chriſti columna 4. & 3. lib. columna 8. in 6. tomo Bibliothecæ ſacrę poſt ſecundam retractationem, quam fecit in Concilio Romano ſub Nicolao II. in hunc nouum errorem incidit: vt aſſereret, corpus

1

Error Berengarij. Guitmund.

corpus quidem, & ſanguinem Chriſti verè eſſe in Euchariſtia; cum illis tamen manere ſubſtãtiã panis, & vini, vt ex eodem Guitm. retulimus. d. 179. ca. 2. Quocirca diſcipulos Bereng. qui dicebant, hãc eſſe ſubtiliorẽ ſententiã eius, prædictus Guitmundus, *Impanatores* vocauit: quòd ſimul cũ pane corpus Chriſti obuoluere viderentur. Et quãuis Vvald. tomo 2. qui eſt de Sacramentis ca. 43. dicat, Berengarium hoc errore ſignificare voluiſſe, panem ipſum, & vinum eſſe figuras tantum corporis, & ſanguinis Domini; tamen hoc apertè non docuit: & ita tamquam nouus error illius prædicta ſententia refertur. An vero panis, & vini ſubſtantiam hypoſtatice vni ri Chriſto, Berengarius exiſtimauerit, cum aſſeruit, Chriſtum impanari, non explicat Guitmund. Exiſtimo tamẽ, eũ id nõ docuiſſe; ſiquidẽ id nunquã impugnat Guitmũdus; ſed ſolũ cõtra ipſum oſtẽdere contẽdit, ſubſtantiã panis, & vini in Euchariſtia non manere. Hunc errorẽ poſtea ſequuti ſunt Vvicleffus, & Lutherus, vt inferius videbimus.

Vvaldenſ.

2

Vvitleff. Lutherus.

Secundo alij hæretici; non quidem diſcipuli Berengarij, ſed eius acerrimi hoſtes, & inimici, vt ſcribit idem Guitmundus lib. illo 1. dixerunt, panem, & vinum in corpus, & ſanguinem ex parte ſolum mutari: id verò ita intelligebant, vt ſubſtantia illius partis, quæ ab indignis ſumenda eſſet, non conuerteretur in carnem, & ſanguinem Chriſti, ſed ea dumtaxat, quam digni eſſent ſumpturi. Quem ſenſum ex eo colligo: quia, vt refert idem Autor, alij tertio dixerunt, totum quidem panem, & vinum in ipſa conſecratione in corpus, & ſanguinem Chriſti mutari. Verùm, cum indigni accederent, & ſumerent hoc Sacramentum, carnem & ſanguinem Chriſti iterum in panem, & vinum redire. Qui verò fuerint hæretici, qui in hoc ſecundo, & tertio errore verſati ſunt, Guitmũdus non explicat.

Aliorũ hæreticorum errores.

3

Quarti error.

Quartò alij exiſtimárunt, materiam quidem panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti conuerti; formas tñ harũ ſubſtãtiarũ manere: quẽ errorẽ ſine nomine Autoris refert S. Thom. in articulo. 6. huius quæſtionis ex hæreticis. Demũ (vt omnes eorũ errores prius enumeremus, quã catholicorũ.) Quinto Lutherus libr. de captiuitate Babylonica cap. de Euchariſtia errorem Berengarij de impanatione apertè ſequutus fuit: in cuius confirmationẽ docet primò, neutrã partẽ huius queſt. ad dogma fidei pertinere, ſed vtrãuis ſalua fide defendi poſſe, nẽpe, & quòd nõ maneat panis, aut vini ſubſtãtia cũ corpore Chriſti, & quòd maneat; cũ tamẽ Cal uiniſtæ tranſubſtantiationẽ apertũ errorem eſſe pronuntient. Quocirca Brentius in confeſſione Vvitembergenſi cap. de Euchariſtia, & Kẽnitius in 2. p. examinis Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 4. magis reprehendit catholicos, quòd putent, tranſubſtãtiationẽ rẽ eſſe ad fidẽ pertinentẽ, quã quòd dicant, eſſe poſsibilẽ. Secũdo dicit Lutherus rationi, & Scripturę magis cõſentaneũ eſſe, vt ſubſtãtia panis, & vini maneat cũ corpore, & ſanguine Chriſti. Et in hac ſententia omnes Lutherani libenter conquieſcunt. Tertio concedit hanc propoſitionem, *panis eſt corpus Chriſti*, propter vnionem pãnis cum corpore. Sicut & hanc, *Deus eſt homo*, propter vnionem hypoſtaticã; verũ non explicat, vtrum prædictam vnionẽ panis cum corpore Chriſti putet, eſſe hypoſtaticã, ſicut aliqui catholici exiſtimarunt; an ſolũ Sacramentalẽ, quæ ſuffĩciat ad cõmunicationẽ idiomatũ, ſicut Petrus Bõquinus, quẽ prẽcedente diſp. cap. 7. retulimus, docuit. Kemnitius tamẽ in 2. p. examinis Cõcilij Tridentini planè affirmat, Lutheranos non concedere vnionẽ hypſtoaticã panis, aut vini cum Chriſto. Quarto docet Lutherus in ſermone de Sacramẽto cœnæ Dominicæ, & in lib. *Quod verba Chriſti, Hoc eſt corpus meũ: adhuc firmiter ſtent*, corpus Domini ex vnione, quam habet cũ Verbo (idemq; de ſanguine cẽſet) hoc adeptũ fuiſſe: vt ſit vbiq;, ſicut eſt Verbũ: ac proinde in hoc Sacramento ſit etiã cũ pane. Quam ſententiã ſequuti ſunt poſtea Brentius in apologia pro confeſſione Vvitembergenſi, in tractatu de cœna Dominĩ, & in lib. de duabus naturis, & alibi: Matthias Illiricus in libro de aſcẽſione Domini. Iacobus Schmidelinus in Theſibus: & deniq; ferè omnes Lutherani, vt patet ex libro concordiæ nuper edito: ex quo errore de Vbiquitate, dicti ſunt *Vbiquiſtæ*, & hactenus de erroribus hæreticorũ. Ex catholicis verò nõ nulli fuerũt, qui in præſenti cõtrouerſia apertè errarũt. Sextus igitur error ſit, quẽ Recẽtiores Scholaſtici, tãquã primo Autori cõmuniter adſcribũt Rup. Abbat. Tuitiẽſi, qui Guitm. quadraginta circiter annis poſterior fuit, nẽpe panẽ in Euchariſtia manere ſimul cũ corpore Chriſti, vnitũ hypoſtaticè Verbo diuino, ſicut eſt ipſa humanitas: ſic enim affirmat in c. 6. Ioann. explicãs illud, *Pãnis, quem ego dabo, caro mea eſt*. Et ita planè fatetur, per acta cõſecratione Chriſtũ dici, & eſſe panẽ. Idẽ fuſe etiã aſſeruit in lib. 2. de diuin. offic. c. 2. vbi docet, Chriſtum in Euchariſtia eſſe corpus panaceũ, & humanũ: & hæc duo corpora poſſe dici vnum propter vnionem in vna hypoſtaſi, & lib. 2. cap. 9. hoc ipſum repe-

Brentius.

Kemnitius.

4

Illiricus. Schmidelin.

5

Catholicorum errores.

Rupertus. Guimund.

Lutheri error.

tit: & tandem docet, impios homines in cõmunione ſolùm accipere corpus panaceum; pios autem vtrumq; ſumere: quia cum idem Chriſtus ſurſum ſit in carne, deorſum autem in pane: ideò, inquit, in pane ſolùm ſumitur ore corporali, quod etiam conuenit impijs; in carne autem, quę ſurſum eſt, non ſumitur niſi ore ſpirituali, quod impij non habent. Huius ſententiæ meminit Algerus lib. 1. de Sacramento c. 6. eodẽ 6. tom. Bibliothecę Sacræ, quam vocat hæreſim nouam. Fundamenta autem illius, quę ibi affert, inferiùs conuellemus. Quòd ſi prædictus liber de diuinis officijs, qui inter opera Ruperti circumfertur, verè Ruperti eſt, dubitari non poſſet, primum autorem huius erroris ipſum extitiſſe; tametſi aliàs vir doctus, & catholicus fuerit. Prædictum autem librum eſſe ipſius Ruperti, perſuaſum habent ſibi communiter Theologi noſtri temporis: idque ex profeſſo probat noſter Cardinalis Bellarminus lib. 3. de Sacramento Euchariſtiæ capit. 11. Nam, vt teſtatur (inquit) Vvaldenſis tomo 2. qui eſt de Sacramentis capit. 45. 65. & 93. circumferebatur olim liber quidam de diuinis officijs ſine nomine Autoris quo Ioannes Vviccleffus catholicos vrgebat, & nunc Ambroſij, nunc Iſidori, nunc Fulgentij eſſe affirmabat. Et quamuis catholici eo tempore quibuſdam coniecturis adducti exiſtimauerint, autorẽ huius libri eſſe Vvalerãmum, ſeu Valerãmiũ nihilominus autorẽ illius verè eſſe Ruper. Tuitiẽſem ipſe Bell. affirmat.

Primũ, quia ſententiæ, quas Vviccleffus ex eo libro citabat, ſunt apud Rupert. in 2. lib. de officijs c. 9. Deinde quia initiũ illius libri, quẽ citabat Vviccleffus, erat *Ea, quæ per anni circulũ*. Hoc autẽ etiã eſt initiũ librorũ de officijs apud Rupert. Deinde etiam, quia hic error conſonat alijs erroribus eiuſdẽ Ruperti in Exodũ, & in Ioannem, quos ipſe nõ commemorat. Poſtremo quia in procœmio horum librorũ de officijs enumerat ipſe omnia alia, quę eidem adſcribuntur opera.

Cæterum Vvalerammum autorem fuiſſe eorum librorũ, certa quadam coniectura probat Vvaldenſis tomo illo 2. qui eſt de Sacramentis cap. 47. (quam vt ipſe refert) Doctores Oxonienſes, dum ipſe Oxonijs commoraretur, inuenerunt. Nam Anſelmus lib. de corpore, & ſanguine Chriſti, quem ſcripſit ad Vvalerãmũ, & nunc inter opera ipſius non circumfertur, in principio ita ſcribit. *Lego, & relego chariſsimè opus veſtrum de officijs, multumque me delectat eius lectio: tum pro ſui vtilitate: tum pro Autoris dulciſsima mihi charitate. Sed, quoniam veritas charitatis, & charitas veritatis adulationis odit fucum, videor mihi videre in facie pulchri operis næuum vnum, qui, & ſi interim inter nos beneuola quadam diſſimulatione tegatur, ſi opus hoc exierit in manus eorum, qui carpere amant aliorum, & benedicta: futurus es in ſignum, quod tibi à multis contradicetur.* Subiungit deinde id, quod ipſe in eo opere notauerat. *Cur in ordine diuini ſacrificij tria illa digeſturus, materiam, intẽtionem, cauſamque finalem, de materia agentes dixiſtis poſt multa. Sed dicet mihi aduerſarius; Viuens, & ſenſibilis in corpore ſuo, mobiliſque eſt Deus, & homo Chriſtus; corpus autem ſacrificij vitam non habet, ſenſum non habet, mobile non eſt: corpus igitur Domini non eſt. &c.* Tandẽ Anſelmus contra prædicta verba, quæ ex ipſo retulerat, ita ſcribit. *Primum, quid hic ſacrificij corpus appelletis, penitus non aduerto: cum enim ad benedictiones myſticas, operante inuiſibiliter Verbo Dei corpus in corpus: ſubſtantia mutata ſit in ſubſtantiã, ſicut in menſa nuptiali aqua in vinum mutata, ſolum affuit vinum, in quod aqua mutata erat: ſic in menſa altaris ſolum adeſt corpus Domini, in quod verè mutata vera panis ſubſtantia: niſi quòd de aqua nihil remanſit in mutatione illa; de pane verè mutato ad peragendum ſacri inſtitutum myſterij, ſola remanet ſpecies viſibilis. Vnde Beatus Ambroſius; Ne (inquit) horror cruoris fieret, ideo in ſimilitudine accipimus Sacramentum: nam panis ſubſtantia poſt Dominici corporis conſecrationem in altari ſuper eſſe, ſemper abhorruit pietas Chriſtiana, nuperq; damnauit in Berengario Turonenſi, ejuſque ſequacibus: nam ſi hoc admitteretur: iam Verbum non incarnatum tantùm, ſed etiam dici poſſet impanatum. Sed ſicut ille dicebat, panis ſic in Domini corpus tranſiret, non tamen panis eſſe deſineret.* Hactenus Anſelmus in prædicto loco, ex cuius verbis Oxonienſes Doctores, vt teſtatur Vvaldenſis, collegerunt, autorem illorum librorũ de diuinis officijs, quos citat Vviccleffus, fuiſſe Vvalerãmum Epiſcopum Atemburgenſem, ad quem idem Anſelmus duos libros, aut epiſtolas aliàs ſcripſit, alteram defermentato, & azymo: alteram de diuerſitate Sacramentorum. Porrò autem hunc Vvalerãmum ſuſpectum fuiſſe circa res noſtræ fidei colligit Vvaldenſis cap. illo 47. ex eodẽ Anſelmo in lib. defermentato, & azymo in principio, noluit enim hunc Vvalerãmum ſalutare initio libri, ſeu epiſtolæ, eoquòd contra Pontificem faueret Imperatori.

Hæc coniectura Oxonienſium, & Vvaldenſis, mihi manifeſta videtur, vt aſſeramus, librum illum de diuinis officijs, qui inter opera Ruperti circumfertur, & in quo prædictus error de vnione hypoſtatica panis in Eucha-

16 Algerus. Rupertus. Bellarmin. Vvaldenſ. Vviccleff. Vvaleram. 7 Vvaleram. Vvaldenſis. Anſelmus. 8 9 10

Euchariſtia cum Verbo continetur, eſſe Vvalerámi. Verba enim, quæ citat Anſelmus ex illo libro ſcribens ad Vvalerámum: & in quibus dicit, ſe neuum inueniſſe, ſunt in prædicto opere de diuinis officijs lib. 2. cap. 9. vbi agitur de materia ſacrificij: nam cap. 10. agitur de intentione, & cap. 11. de vtilitate, ſeu fine illius: ad quæ tria capita alludit Anſelmus, cum dicit: *Cur in ordine diuini ſacrificij, &c.* Prætereà, vt inferius videbimus, Ioannes Pariſienſis Vvalerámo tribuit verba, quæ habentur in libro 2. de diuinis officijs, cap. 9. Cum igitur hæc ita ſint, & verba omnia, quæ citabat Vvicleffus, in eo libro, qui eſt inter opera Ruperti, contineantur: dubitandum non eſt, librũ de diuinis Officijs à Vvalerámo, non autem à Ruperto conſcriptum fuiſſe: & hunc errorem, de quo nunc agimus, primum Autorem, non Rupertum; ſed Vvalerámum habuiſſe, quamuis Rupertus in eo etiam poſtea fuerit, vt patet ex cómentarijs in Ioannem. Nam Vvalerámus, & Anſelmus antiquiores Ruperto fuerunt. Hic enim ſub Henrico V. claruit, & ſub Lothario III. obijt; illi autem ſub Henrico III. claruerũt, vt ſcribit Tritemius. Quod autem idẽ Tritemius lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis inter alia opera Ruperti prædictum librum cõnumerat. Inter opera autẽ Vvalerámi, ipſum non recenſeat, parum obeſt: in eo enim facilè labi potuit Tritemius, cum inter opera Ruperti iam circumferretur.

Ioan. Pariſ. *Tritemius.* *Beliarmin.*

11 12

Ex coniecturis autem, quibus adducitur noſter Bellarminus, vt exiſtimet, librum de diuinis officijs eſſe Ruperti, poſtrema ſolùm difficultatem nobis injicere poteſt: nam, quòd initium libri, quem citabat Vvicleffus, idem ſit cum initio librorum, qui ſunt apud Rupertum; & quòd ſententiæ, quas Vvicleffus citabat, ſint in libro, qui inter opera Ruperti circumfertur, atque in eo contineatur error, quem idem Rupertus alibi docuit, vt vidimus, ſolùm probant, librũ Vvalerámi eumdem eſſe cum eo, qui nunc eſt apud Rupertum: vel quia idem Rupertus inter opera ſua ſub nomine proprio illum ediderit, ſicut non raro accidere ſolet: vel quia alius inter ea illum poſuerit. Tum etiam ſolùm probant, Rupertum in eodem errore poſtea fuiſſe, vt notauimus. Quòd verò in fine libri enumeret Autor omnia opera, quæ Ruperto tribuuntur, ſicut dicebatur in poſtrema ratione, ſolùm probat, vel ipſum Rupertum, ſeu alium prædicto libro illum epilogum addidiſſe, vel omnia Ruperti opera huius Abbatis Vvalerámi eſſe, & à Ruperto ſub proprio nomine falſo edita fuiſſe: at teſtimonium Anſelmi, pro predictã coniecturã euidens mihi videtur. Ex quibus etiam patet, deceptum fuiſſe Dominicum Sotum in 4. diſtinct. 9. artic. 2. cum aſſerit, primum Autorem impanationis, hoc eſt, primum, qui aſſeruit, panem manere cũ corpore Chriſti, fuiſſe Vvalerámum, quem ipſe Valerianum appellauit: fatetur enim hunc Vvalerámum poſteriorem Berengario fuiſſe; Berengarius autem in poſtrema confeſsione hunc errorem, vt diximus, apertè retractauit. Quamuis autem hunc erroré de vnione hypoſtatica Verbi cum pane Vvalerámo, & Ruperto tribuamus, rectè potuit ab Algero notari, & impugnari. Nam Rupertus Abbas, qui fuit Vvalerámo poſterior, floruit anno 1124. vt teſtatur Tritemius: Algerus autem vixit, & obijt tẽpore Petri Cluniacenſis dicti Venerabilis, nã vt ſcribit idem Petrus lib. 4. epiſtolarũ, epiſtola 53. ſuo tempore ex Canonico Regulari Leodienſis Eccleſiæ, monachus Cluniacenſis effectus eſt, & in eodẽ monaſterio obijt; Petrus autem vixit tempore Bernardi; Bernardus verò floruit circa annum 1140. rectè igitur potuit Algerus prædictum erroré etiam in Ruperto confutare.

Dominic. Sotus deci pitur. *Petr. Cluni.*

13

Septimus error fuit cuiuſdã Theologi nomine Ioannis Pariſienſis, quem à nullo video inter hæreticos computari: hic enim, vt ſcribit Vvaldenſis tomo illo, qui eſt de Sacramẽtis cap. 65. nu. 1. apertè confutauit errorem Ruperti, quem memorauimus, & alio modo vnionem hypoſtaticam panis cum Chriſto in Sacramento altaris excogitauit, nempe medio corpore humanitatis Chriſti: ita, vt panis proximè vniretur corpori humanitatis, & ratione illius Verbo Dei: quem errorem, ipſe Vvaldenſis teſtatur, ſe legiſſe in opuſculo eiuſdem Ioannis. Porrò prædictus Ioannis hunc errorem docuit, vt Vvalerámo, ſuo iudicio, aliquo modo ſe aduerſari exiſtimaret. Nam ex verbis ſuperius à nobis citatis ex libro 2. de diuinis officijs cap. 9. qui eſt inter opera Ruperti, & ipſe Ioannes dicebat, eſſe Vvalerámi, colligebat, Vvalerámum in eo fuiſſe ſententia, vt aſſereret, in Euchariſtia poſt conſecrationem manere plura corpora & ſuppoſita, alterum panis, alterum Chriſti: & ita Chriſtum eſſe impanatum, vt ſola habitudine pani eſſet coniunctus, ſicut vetti; ſe verò è cõtrario aſſerere, in Euchariſtia vnũ tantũ eſſe corpus, licet duæ eſſent corporeitates: eo quòd ſubſtãtia panis, & vini ſine proprio ſuppoſito Verbo vniretur media humanitate, vt retulimus. Ex quo poſſet aliquis colligere, autorem illius libri de diuinis officijs, ſiue fuerit Valerámus, ſiue Rupertus, vnionem hypo-

Ioann. Pariſ. error.

14

ſtaticam panis,& vini cum verbo in Euchariſtia non conceſsiſſe. Verùm,ſi attentè legatur Autor illius libri locis à nobis ſuperius allegatis, apertè patebit, hypoſtaticam illam vnionem eum docuiſſe; hoc verò ſaltè ex teſtimonio prædicti Ioannis habemus, Autorē illorum librorum de diuinis Officijs, ex quibus verba illa allegāt, fuiſſe Vvaleram mum, cui ipſe ſe aduerſari putabat.

Durandi mens. Octauus error, qui recenſeri poteſt, eſt Durandi in 4. diſt. 11. quæſt. 3. num. 5. qui, vt defenderet veram conuerſionem, & transſubſtantiationem panis in corpus, & vini in ſanguinem Chriſti, dixit, non ſolùm accidentia harum ſubſtantiarum; ſed etiam materiā primam earum, poſt conſecrationē manere; non autem formam.

Nihil ſubſtantiæ panis, aut vini manere in hoc ſacramento, ab Eccleſia definitum eſt.

CAPVT II.

15 Catholica ſententia. CATHOLICA Sententiā eſt, iā ab Eccleſia apertè definita, poſt cōſecrationem nihil omnino ſubſtantiæ panis, aut vini in hoc Sacramento manere. Quam quidem primum confirmabimus definitionibus Conciliorū: deinde teſtimonijs Patrum: poſtremo verbis ipſius Chriſti, quibus hoc Sacramentum conficitur. Et quidem, panem non manere cum corpore Chriſti, neque vinum cum ſanguine, contra Berengarium primo definitum fuit in Concilio Romano, ſub Gregorio VII. vbi habemus poſtremam illius retractationem, quæ fuit huius erroris; non alterius, quē prius fuerat ſequutus, circa præſentiam Chriſti in Euchariſtia: nam in hunc errorem poſtremo incidit, vt vidimus ſupra diſput. 199. cap. 2. Secundò eadem veritas catholica, ſub nomine tranſubſtantiationis, definita fuit in Concilio Lateranenſi, ſub Innocentio III. vt refertur in capit. *Firmiter, De ſumma Trinitate, & fide catholica.* Definitur enim, in Sacramēto altaris corpus, & ſanguinem Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini eſſe, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinē Chriſti. Nec dubitare licet, definitionem hanc ad fidem pertinere, ſicut contendit Kemnitius; ſiquidem verba illa. *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur*, quæ initio capitis præmittuntur: & illa quibus concluditur caput? *Excōmunicamus, & anathematizamus, &c.* manifeſtè denotant, ea, quæ in eo capite aſſeruntur, ad fidem catholicam ſub anathematis pœna definiri. Et ita Lutherus in caput 1. de captiuit. Babylonia agnoſcit tranſubſtantiationem in prædicto capite definitam, vt dogma fidei. Tertiò hic error de pane damnatus fuit in Concilio Romano generali celebrato anno Domini 1413. in quo damnati ſunt articuli Ioannis Vvicleffi, quorum primus erat: *Subſtantia panis materialis, & ſimiliter ſubſtantia vini materialis manent in Sacramento.* Secundus autem huic etiam ſimilis erat. Huius Concilij definitionem memorat Ioannes Cochleus lib. 1. hiſtoriæ Huſitārum. Quartò damnatus fuit in Concilio Cōſtantienſi in ſeſsione 8. vbi confirmatur definitio Concilij Romani. Et iterū in fine Concilij approbata fuit à Martino V. Idem error damnatur in Concilio Florentino, in decreto Eugenij IIII. quod eſt in fine Concilij. §. *Tertium eſt Euchariſtiæ, &c.* Vbi dicitur, ſubſtantiam panis in corpus Chriſti; & ſubſtantiam vini in ſanguinem eius conuerti. Quamuis autem in prædictis Concilijs expreſſe non dicatur, totam ſubſtantiam panis conuerti in corpus Chriſti, ita vt nihil illius maneat: nihilominus hoc ipſo, quòd abſolutè definitur, conuerti ſubſtantiam panis in corpus Chriſti, & vinum in ſanguinem, definitur etiam, nihil ſubſtantiæ panis, & vini manere; alioquin non abſolutè diceretur ſubſtantia panis, & vini conuerti; ſed aliquid illius: ſiquidem conuerſione formali, qua vna forma per corruptionem tranſit in aliam, vt forma ligni in ignem, non dicimus, ſubſtantiam ligni in ignem conuerti, licèt dicamus, lignum in ignem conuerti: nam per ſubſtantiam ligni, etiam materiam ſignificamus, & ita per conuerſionem ſubſtantiæ ligni, conuerſionem quoque materiæ ipſius, & deſitionem illius denotamus; per conuerſionem verò ligni non item, ſed ſolum conuerſionem formalem eius. Nam ſubſtantia ligni non dicitur deſinere, niſi deſinente materia; lignum autem deſinere dicitur, deſinente ſolùm forma illius, & materia etiam permanente.

Conc. Rom. Conc. Later. Kemnit. Lutherus. 16 Conc. Rom. gener. Vvicleff. Cochleus. Conc. Con. Martin. 5. Conc. Flor. 17

Sed ne vllus locus dubitandi maneret: Concilium Tridentinum, ſeſsione 13. capit. 4. definit, fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, & vini, in corpus, & ſanguinē Chriſti. Et canone 2. damnatur, qui hanc doctrinam catholicam negauerit. Quo circa non ſolùm in hoc Concilio damnantur errores hæreticorum, qui dicebant, ſubſtantiā panis

18 Conc. Trid.

panis, & vini in Eucharistiâ manere; verum etiam eorum, qui asserebant, solam materiam panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi conuerti, formam autem manere: tum etiam eorum, qui affirmabant, aliquam partem conuerti, nempe, eam, quæ à viris pijs sumendâ esset; aliquam verò non conuerti, sed manere, eam nimirum, quam impij essent sumpturi. Damnatur etiam sententia Durandi, qui asserit, materiam panis, & vini manere; formâ autem dumtaxat conuerti. An verò eodem modo damnentur aliæ opiniones, quæ hoc nostro tempore à nonnullis in scholis cœperunt defendi cap. 10. videbimus. Et quamuis nullibi expressè definitum inuenimus, panem, & vinum in Eucharistia nõ vnirihypostaticè, aut Verbo Dei secundum se, aut medio corpore humanitatis, contra errores, quos supra retulimus, tamen non minùs prædicti errores, quàm præcedentes in Concilijs citatis damnati sunt hoc ipso, quòd damnatur, qui dixerit, substantiam panis, & vini, aut aliquid illius præter accidentia in Eucharistia manere. Errores autem, quos adduximus, inferius sigillatim confutabimus. Nunc verò eamdem doctrinam catholicam ex secundo capite, nempe, autoritate Patrum confirmemus.

Durandi sententia.

19

Eadem catholica doctrina autoritate Patrum comprobatur.

CAPVT III.

Lutherus. LVTHERVS Libro de captiuitate Babylonica cap. 1. sæpius affirmat, transsubstantiationem esse inuentum S. Thomæ, Scholasticorum, & Innocentij III. in Concilio Lateranensi, vt refertur in cap. *Firmiter, De summa Trinitate, & fide catholica.* Petrus autẽ Martyr lib. contra Gardinerum, obiecto 128. docet, etiam Innocentium III. fuisse primum Autorem transsubstantiationis: tum quod attinet ad nomen: tum etiam quod attinet ad rem. Idem docere voluit Caluinus lib. 4. Institutionum cap. 17. §. 5. cum dixit, tempore S. Bernardi nondum innotuisse orbi terrarũ transsubstantiationem: idem que sensit Kemnitius in 2. p. examinis Concilij Tridentini, sessione 13. cap. 4. cum ait, tempore Petri Lombardi nihil certi de hac re fuisse in Ecclesia. Neque verò hi hæretici multum curarent de nomine transsubstantiationis, aut de

S. Thomas. Innocent. 3.

Petr. Martyr

Caluinus. 20

Kemnitius.

ratione formali illius, de quâ nostri Scholastici non parum contendunt, vt disput. 181. videbimus: nisi vellent, aut simul cum corpore, & sanguine Christi conseruare substantiam panis, & vini in Eucharistia, sicut Lutherus eiusque discipuli, aut solam substantiâ panis, & vini sine corpore, & sanguine Christi retinere. Nam si semel ipsi faterentur, ex vi verbum corpus, & sanguinem Christi esse in Eucharistia, & eo ipso nihil substantiæ panis, & vini sub speciebus, & accidentibus manere, amplius non contenderent, vtrùm illa mutatio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi verè esset transsubstantiatio, & hoc nomine vocanda esset, an non. Vt igitur hæc duo de nomine transsubstantiationis, & de formali ratione huius conuersionis, & trãsmutationis in suum locum reseruemus, nũc solùm afferamus testimonia Patrum, qui antè tempora Innocentij, & Scholastici eorum planè dixerunt, substantiam panis, & vini aut nõ manere in Eucharistia, aut in corpus, & sanguinem Christi mutari, seu conuerti, quod idem est.

21

Iustinus in Apologia secunda prope finem, loquens de Eucharistia, inquit, illum panem, ex quo carnes nostrę aluntur, hoc est, panem communem prece Verbi Dei sanctificatum, esse carnem Domini. Irenæus lib. 4. aduersus hæreses cap. 34. post medium, inquit: *Quo modo autem constabit eis, eum panem, in quo gratia actæ sint, corpus esse Domini? &c.* dici autem non posset, panem illum post verba consecrationis, quæ idem sunt quod gratiæ actæ, esse corpus Domini, nisi in illud esset conuersus: sicut dicimus, aquam vinum factam, quæ mutata fuit in vinum in nuptijs Galilęæ. Nam vnio hypostatica, quam aliquî communiscũtur, vt diximus, non satis esset, vt dicere posſemus, panem esse corpus Domini, siue vnio fieret proximè cum corpore, siue cum Verbo: eoquod, vt vidimus tomo 1. huius 3. partis, disput. 64. cap. 4. communicatio idiomatum ratione vnionis non fit nisi inter integras naturas: quam rationem sequẽti etiã capite confirmabimus. Eodem modo loquuntur Tertullianus, & Cyprianus: nam Tertullianus lib. 4. in Marcionem cap. 40. inquit: *Acceptum panem corpus suum fecit, dicendo; Hoc est corpus meum.* Cyprianus verò in sermone de cœna Domini, seu potius Autor illius sermonis apud Cyprianum, ait, panem, quem Dominus discipulis porrexit, non effigie, sed natura mutatũ, factum esse carnẽ Christi. Cyrillus Hierosolymit. cathech. 4. mystagogica capitum à principio inquit, vinum in sanguinem suum Christum transmutasse. Et paulo post subiun-

Ex antiquioribus Patribus, catholica veritas confirmatur.

Iustinus.

Irenæus.

Tertullianus.

Cyprianus.

22

Cyril. Hierosolym.

ſubiungit, ſub ſpecie panis dari corpus, ſub ſpecie vini dari ſanguinem: quod eſt aſſerere accidentia ſine ſubiecto. Et in fine concludit, panem illum, qui videtur, non eſſe panem, licèt guſtus panem eſſe ſentiat. Ambroſius lib. *De iis, qui initiantur myſterijs* cap. 9. *Ambroſ.* inquit benedictione, hoc eſt, verbis conſecrationis, naturam ipſam mutari (intelligit panis, & vini) & ita non eſſe ibi, quod natura formauit; nempe, horum ſubſtantiam; ſed quod benedictio conſecrauit. 23 Nyſſenus. Nyſſenus in oratione magna catechetica. c. 37. affirmat, Dei Verbo ſanctificatum panem in corpus Verbi immutari: ſubdit etiam, naturam rerũ, quæ videtur, in illud, hoc eſt, in corpus Chriſti mutari. 18 Gaudent. Gaudẽtius tract. 2. de Exodo, qui eſt in 7. tom. Bibliothec. ſacræ, inquit, Deum de pane efficere corpus ſuum, & de vino ſanguinem: quod nequaquam verum eſſet, ſi horum ſubſtantia maneret. Chryſoſtomus homil. 83. in Matth. longe à fine concedit trãſ mutationem, nempe, ſubſtantialem: & homilia de Euchariſtia in Encenijs tom. 3. ait, conſumi ſubſtantiam myſteriorum, hoc eſt, panis, & vini, quæ in Sacramenta aſſumuntur, à ſubſtantia corporis Chriſti, ſicut cera ab igne conſumitur, & in ipſum conuertitur. *Chryſoſtom.*

Auguſt. Auguſt. in ſermone 28. de verbis Domini ita ſcribit. *Dixi vobis, quod ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur: vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur; ſed corpus appellatur.* Quod ſi panis ſubſtantia reipſa maneret, nihil obeſſet, quo minùs panis etiam diceretur; quamuis etiam corpus Chriſti aliqua ratione dici poſſet: nam multo maiori ratione à propria ſubſtantia, quàm ab aliena, quam contineret, nomen acciperet. 24 *Cyril. Alex.* Citatur etiam Cyrillus Alexandrinus, in epiſtola ad Caloſyrium, quæ inter eius opera nõ habetur; illius tamen teſtimonium citat Sanctus Thomas in catena, in illud Lucæ 22. *Et accepto pane*, vbi docet, oblata cõuerti à Deo in veritatem propriæ carnis. *S. Thomas.* Euſebius Emiſſenus, ſeu Autor ſermonis de corpore Domini affirmat; ante quam id, quod imponitur altari, conſecretur, eſſe ibi ſubſtãtiam panis, & vini; poſt verba autẽ Chriſti eſſe corpus, & ſanguinem Domini: *Quid*, inquit, *mirum eſt autem, ſi ea, quæ verbo creare potuit, poſſit creata conuertere.* Vbi plane vtitur nomine conuerſionis, cum qua ſubſtantia panis, & vini manere non poteſt, vt ipſi hæretici ingenue fatentur. *Emiſſen.* Huius teſtimonij plura alia verba recitat Guitmundus lib. 3. de corporis, & ſanguinis veritate, & Algerus lib. 1. de Euchariſtia cap. 7. ſimilia habet ipſe Emiſſenus, homilia Dominicę in Ramis palmarum; quæ cãpite ſequenti referemus. *Guitmund. Algerus.*

Remigius Rehmẽſis in. c. 10. primę ad Corinthios de pane, qui conſecratur, ait, tranſire in corpus Chriſti, quod idem eſt, atque conuerti. 25 *Remigius Remenſis.* Gregorius, teſte Paulo Diacono in eius vita, idem docet, & vtitur verbo *Conuertitur*, Beda ſermone de Epiphania verbo, *Tranſfertur* (quod idem ſignificat) hoc ipſum docet. *Gregorius. Beda.* Damaſcenus 4. de fide capit. 14. eamdem ſententiam habet, vtiturque verbo, *Immutantur*. Et paulò inferius vtitur verbo, *Vertuntur*: & exemplo alimenti, quod in corpus, quod alitur, conuertitur. *Damaſcen.* Theophylactus in illud Ioannis 6. *Ego ſum panis vita*, habet verbum, *Transformatur*, & *Mutatur*, nempe, in carnem Chriſti. *Theophyl.* Strabus Autor Gloſſæ, in cap. 11. primę ad Gorinth. hoc ipſum apertiſſime docet, explicans, quomodo ex pane, & vino ſola accidentia permaneant. Vtitur autem verbo, & nomine cõuerſionis. *Strabus.* Remigius Antiſiodorenſis in Pſal. 21. vſus verbo, *Tranſferre*, hoc ipſum aperte tradidit: Amalarius Treuerenſis lib. 3. de Eccleſiaſticis offic. cap. 24. in fine per verbum *Verti*, idem expreſsit. Paſchaſius Corbeienſis lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 1. non longè à principio, apertè dicit, præter figuram panis, & vini in Euchariſtia nihil aliud eſſe, quàm carnem, & ſanguinem Chriſti. *Remig. Antiſiod. Amalarius Paſchaſius.*

Reſpondet tamen ad hoc teſtimonium Kẽnitius (quod falſo putauit eſſe Ambroſij) in 2. parte examinis Concilij Tridentini ſeſſio. 13. cap. 4. panem quidem in hoc Sacramento eſſe, ideò autem non credi ibi eſſe, quia videtur; corpus autem Chriſti credi, quia ſola fide apprehenditur. Verùm Kemnitius, ſicut ſuam ignorantiam detegit, cum dicit, teſtimonium eſſe Ambroſij, eodem modo hac ſua ſolutione profitetur, ſe non totum caput illud, ſed fragmẽtum allegatum alicubi legiſſe: quia idem Paſchaſius paulò ante ex profeſſo probauerat, in Deo eſſe potentiam conuertendi vinum in aliud. *Kemniti. refellitur.* *Nam ſicut*, ait, *ſola voluntas rerum cauſa eſſe creditur, ita quoque quidquid eam rurſus Dei virtus eſſe decreuerit,* 26 *iure aut creſcendo augeatur, aut naſcendo; licet pro noſtris offenſis diminuatur: aut mutando in aliud omnino, quod non erat, prætermiſſo naturæ ordine, conuertatur, rectiſſimè confitemur:* nempe, vt oſtenderet, panem, & vinum in hoc Sacramento ita in corpus, & ſanguinem Chriſti conuerti, vt ſola figura maneat, quæ videtur: id quod poſt medium capitis his verbis declarauit: *Sed viſu corporeo, & guſtu propterea non demutantur, quatenus fides exerceatur ad iuſtitiam, & ob meritum fidei merces iuſtitiæ conſequatur.*

quatur. Et paulo inferius *& ideo non ob miraculũ istũ* (scilicet panis, & vinũ) *mutantur exterius in speciem, sed interius, vt fides comprobetur in spiritu.*

Fulbertus. Accedit etiam Fulbertus Carnotensis, qui in epistola ad Adeodatum, quæ est in primo tomo Bibliothecæ factæ, non longè à fine, inquit, dubitari non posse, panem & vinum in Christi substantiam commutari. Probat autem ex verbis consecrationis, ex quibus & nos capite sequente deducemus: vtitur etiã verbo conuersionis. Hi omnes Patres ante Berengarium scripserunt, quorum testimonia ipsi sufficere debuissent, ne veritatem corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia negaret, aut cũ vero corpore, & sanguine Christi panem, & vinum manere diceret. Post Berẽgarium etiam sunt alij antiqui Patres, qui eãdem veritatem catholicam de substantię panis, & vini (vt vocant) desitione, & illius cõuersione in corpus, & sanguinẽ Christi aperte confirmarunt. Hi sunt

28

Lanc franc. Lancfrancus lib. de corpore, & sanguine Domini longè à principio. Vbi, tradens hanc veritatem, vtitur verbo cõmutandi. Adelmanus in epistol. ad Berengarium, vbi vtitur verbo trãsferendi. Hugo Lingonensis, in epistola ad eumdem Berẽgariũ, vbi vtitur verbo transformandi: Guitmundus lib. 3. de corporis, & sanguinis Christi veritate: vbi docet substantiam panis, & vini in corpus, & sanguinẽ Christi verti, vocatque sententiam postremam Berengarij de existentia substantiæ panis, & vini in Eucharistia hæresim. Eamdem doctrinã etiam docet Anselmus Cantuariensis in lib. de corpore Domini, qui inter opera eius non circumfertur: Ioannes tamen Garetius verba ipsius citat, vbi inquit, in hoc Sacramento mutatã substantiam panis in aliam substantiam, nẽpe, in corpus Christi, sua accidentia in eum ita transtulisse, vt corpus Domini albedine panis non reddatur album, &c. Accedit Algerus, qui lib. 1. de corpore Domini capit. 7. hunc titulum præfixit: *Quòd remanentibus qualitatibus suis substantia panis & vini in verum corpus Christi mutetur*, atque prædictam veritatem in eo cap. multis confirmat: idemque in 6. cap. tradiderat. Idem docuit Petrus Cluniacensis dictus Venerabilis, libr. 1. epistolarum, epistol. 2. capit. cui titulus est, *Contra id, quod dicunt, Missam nihil esse, nec celebrari debere*: vbi, ex professò hanc veritatẽ de desitione substãtiæ panis, & vini, & conuersione illius, manifestè confirmat. Accedit Hugo de Sancto Victore lib. 2. de Sacramentis par. 3. cap. 7. vbi inquit, speciem panis, & vini cerni, non tamen credi; at vero substãtia corporis, & sanguinis credi, speciem tamen illius nõ cerni, nempe, in Sacramento Eucharistiæ. Et cap. 9. non minus præspicuis verbis tradit nobis conuersionem panis, & vini; & subdit. *Conuersio autem non secundum venientem, sed secundum transitionem credenda est.* Quibus omnibus consentiunt Petrus Lombardus in 4. sententiarum, dist. 11. & Euthymius in caput 26. Matthæi: postea vero omnes Scholastici in eadẽ distinctione, & alibi, quos sigillatim referre opus non est: eoquòd eorum catholica sententia in hac parte omnibus satis nota sit.

Hisigitur testimonijs catholica veritas rectè confirmatur: nam ex his Patribus aliqui ex presse dicunt, substantiam panis, & vini desinere, & destrui: alij verò dicunt, conuerti, transmutari, aut immutari in corpus, & sanguinẽ Christi, vel quid simile pronũtiant: vt autem rectè notauit Gabriel in 4. dist. 11. quæst. 1. artic. 2. post concluſ. 4. id quod in aliud conuertitur non manet, sed desinit. Idemquè colligitur ex alijs, qui dicunt, panẽm fieri corpus Christi, aut de pane fieri; quos infra referemus disput. 181. c. 14. Quo etiam loquendi modo Ecclesia vtitur in canone, cum dicit: *Quam oblationem tu Deus in omnibus quæsumus benedictam, &c. facere digneris, vt nobis corpus, & sanguis fiat dilectissimi Filij tui, &c.* sicut rectè notauit Guitmundus, & Algerus locis citatis. Illud enim, quod verè dicitur fieri aliud, vel ex quo dicitur fieri non tanquàm ex materia, non permanet, sed desinit, alioquin inepte diceretur fieri aliud, vel ex illo fieri. Quo circa manifestè deprehenditur mendacium Lutheri, eiusque discipulorum, qui imprudenter dixerunt, hanc conuersionem substantiæ panis, & vini, per quã desinit sub speciebus, eique succedit substãtia corporis, & sanguinis Christi, ab Innocentio III. & à Scolasticis fuisse excogitatam. Nec minus apertè mentitus est Caluinus lib. 4. institutionum cap. 17. §. 14. cum dixit, hãc catholicam veritatem omni antiquitatis patrocinio destitutam esse.

29

Algerus

Petr. Clun.

Hugo de S. Victor.

Petrus Lombardus. Euthymius.

30 Qua ratione Catholica veritas ex præfatis testimonijs probetur.

Gabriel.

Guitm. Algerus.

31

Lutherus.

Caluinus.

Ex verbis Christi idem colligitur.

CAPVT IIII.

Ex forma consecrationis absentia panis, & vini probatur.

EANDEM Catholicam doctrinam multis rationibus confirmare solent Recẽtiores Theologi; cæteris autem omissis, quæ parum efficaces sunt, vnica nobis sufficiat, ducta ex

ex verbis Chriſti, quibus Chriſtus pānēm, & vinum conſecrauit: qua non ſolum probati Autores, ſed etiam Eccleſia perpetuo vſa eſt, vt teſtatur Cōcil. Trident. cuius teſtimoniū inferius afferemus. Ea verò eſt huiuſmodi: Matth.26. Chriſtus Matt.26. & apud alios Euangeliſtas accipiēs panē dixit: *Hoc eſt corpus meū.* Et accipiēs calicē, ſubiūgit: *Hic eſt enim ſanguis meus*: id autem verè pronuntiauit; ergo non tantū ipſa ſignificatione verborum effecit, vt ibi verè eſſet corpus, & ſanguis ſuus, ſicut præcedente diſputatione probatum eſt, & nunc 32 etiam ſupponimus; verum etiam, vt ſubſtantia panis, & vini amplius non maneret, ſed eſſe deſineret: alioquin ſi vtrumque ſimul ibi maneret, nempe, & ſubſtantia panis ſimul cum corpore Chriſti, & ſubſtantia vini cum ſanguine, neque corpus Chriſti, neque ſanguis eius prædictis verbis verè poſſet demonſtrari. Nam quamuis ſub vna ſubſtantia, quæ habet figuram vaſis, & ſub accidentibus eius, ita poſsit alia contineri, vt vtraque verè demonſtrari queat: veluti cum vinum ſub dolio continetur, verè dicimus: *Hoc eſt vinum*, & *Hoc eſt dolium*; tamen, cum vna ſubſtantia aliam ita penetraret, & cum ea eſſet, vt ſolùm cernerentur, & ſenſu perciperentur accidentia illius, quæ ab alia penetratur, non poſſet vtraque ad ſenſum verè demonſtrati; ſed ea tantum, cuius eſſent propria accidentia, quæ ſenſu perciperentur. Et ita, ſi Angelus eſſet in aliquo corpore, nemo oſtendens corpus illud, verè, & propriè dicere poſſet; *Hoc eſt Angelus*: ſicut etiam oſtendens quodlibet corpus, in quo Deus re ipſa eſt, nemo verè enuntiare poteſt *Hoc eſt Deus*, ſed, vt verè enuntiet, dicere debet, *Hic eſt Angelus, & hic eſt Deus*, hoc eſt, in hoc corpore aut loco. Ratio vero diſcriminis inter ſubſtantiam, quæ habet figuram vaſis, & aliam, quæ eam non habet, hæc 33 eſt: quia accidentia, quæ non habent figuram vaſis continentis ex ſe, primariè ſaltem indicant propriam ſubſtantiam, quam diu ibi eſt; non autem alienam. Quare, ſi ſimul ſit aliena ſubſtantia cum propria, non poterit aliena per illa accidentia primariè demonſtrari: ac proinde, ſi ſimpliciter, & abſque additamento quis vtatur pronomine demonſtratiuo, propriam ſubſtantiam debet de illo enuntiare; tametſi addendo aliquid vtramque ſubſtantiā verè demonſtrare poſſet. Quinimo videtur per pronomen demonſtratiuum non poſſe alienam ſubſtantiam ſimul cum propria demonſtrari, addita particula, *Et*, hoc modo: *Hoc eſt panis, & Angelus, aut hoc eſt panis, & Deus.* Id circo neceſſe eſt, ſolùm aliē nām ſubſtāntiām ſub ſolis accidentibus alterius eſſe, ad hoc vt ſub illis demōſtrari queat in enuntiatione per pronomen *Hoc*, demonſtratiuum. Cum enim tale pronomen directū ad accidentia, quę ſentiuntur, nō demonſtret illa, ſed ſubſtantiā ſub illis, & propria primariè; imo ſolùm demonſtretur, vt dictum eſt: efficitur, vt præſente propria, aliena nequeat demonſtrari; è contrario verò ſi propria ſubſtātia ſub accidētibus ſuis nó ſit, ſed aliena, re ctè etiā, imò neceſſarrò aliena demonſtretur.

34 At verò, cū ſubſtantia aliqua inter reliqua accidentia habet figurā vaſis, non ſolū demōſtrari poteſt ipſa per pronomen demonſtratiuum ratione accidentiū naturalium, ſed etiā aliena ſubſtantia, quæ cū ea eſt, ratione accidentis artificialis, nēperatione figuræ vaſis: eo quòd, ſicut propria accidentia naturalia ex ſe indicant propriam ſubſtantiam, quā naturaliter, & ex ſe ſolùm comitantur ipſam: ita artificialis indicat alienam: eo quòd figura vaſis ad hoc effecta fuerit, vt alienam ſubſtantiam in ſe contineat: & ita oſtenſo dolio, aut vaſe, non tantùm dicimus: hæc eſt terra igne cocta, aut lignum, aut æs; ſed etiam dicimus: hoc eſt vinum, aut oleum, aut aqua.

Cū igitur Chriſtus Dominus, poſtquā accepit panem, verè enuntiauerit, illud, quod ſub ſpeciebus offerebat, eſſe corpus ſuū: & accepto calice cū vino, illud, quod ſub ſpeciebus illius offerebat, eſſe ſanguinē ſuū: neq; verè hæc verba enuntiare potuerit de ipſa ſubſtantia panis, & vini, vt patet, neq; de ſuo corpore, & ſanguine naturali, ſi cūſubſtantia panis & vini, ſub proprijs accidētibus illius ſimul manerent, vt probatum eſt: neceſſariò fieri debuit, vt ſubſtātia panis, & vini deſineret, & ſola ſubſtātia corporis, & ſanguinis Chriſti ſub illis accidētibus maneret. Nā quod hæretici dicūt, manēte ſubſtantia panis, & vini, prædictas enūtiationes Chriſti veras eſſe per figurā, nō de corpore, & ſanguine Chriſti naturali, ſed de figura illius, iā ſuperiori diſputatione impugnatū eſt. Et ita hìc ſupponimus, corpus, & ſanguinē Chriſti naturalem verè ſub illis accidentibus contineri. Hoc autem ſuppoſito prædicta ratio, quod attinet ad deſtructionem ſubſtantiæ panis, & vini, de qua hìc ſolùm diſſerimus, efficaciſsima eſt.

35 Hac ratione ex Scholaſticis noſtris prędictā doctrinā de panis, & vini deſtructione confirmarunt S. Thom. in preſenti articulo, & Caietan. in cōment. §. *Cōtra ſecundā rationē*. Ferrarienſ. 4. contra gent. c. 63. §. *Aduertendum quod*. Marſil. in 4. q. 8. art. 1. poſt 4. concluſionem, & ad 8. argumentum. Adde etiam Ricardum in 4. diſt. 11. art. 1. quæſt. 1. qui vnico verbo

S. Thomas. Caietan. Ferrar. Marſil. Ricardus.

Ratio declaratur.

verbo eam attigit, & Recentiores Theologos, præsertim eos, qui contra hæreticos ex instituto disputant. Ex quibus vnus est Iuardus Taper artic. 14. §. *Argumentum autem.* Nam apud vllum alium ex antiquioribus eã inuenire non potui. Iuardus.

Ratio hæc ex Patribus stabilitur.

Ex Patribus etiam, quos capite præcedente allegaui, quamplures sunt, qui prædictam veritatem catholicam ex verbis consecrationis, quæ expendimus, collegerunt, nimirum, quia verè a Christo prolata sunt. Ambrosius lib. *De iis, qui mysterijs initiantur*, cap. 9. in medio, inquit. *Nam Sacramentum istud, quod accipimus, Christi sermone conficitur: quòd si tantum valuit sermo Eliæ, vt ignem de cœlo deponeret, nõ valebit Christi sermo, vt species mutet elementorum?* Per mutationem elementorum plane intelligit conuersionem panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi: nam, si panis maneret simul cum corpore, & vinum cum sanguine, nequaquam mutari dicerentur. Cum igitur hanc mutationem dicat, fieri virtute verborum, & hæc pendeat ex significatione, sicut effectus supra naturam virtute verborum Eliæ, qui ex eorum significatione pẽdebat, patratus est, destructionem panis, & mutationem veritati verborum non obscure tribuit. 36 Ambros.

Et ita paulò inferiùs subdit hæc verba: *Ante benedictionem verborum cœlestium alia species nominatur, post consecrationem sanguis nuncupatur*: intelligit verè: subiungit enim: *Et tu dicis amen hoc est, verum est*, idem indicat Nysse nus loco citato in præcedente capite, cũ ait, panem verbo Dei sanctificatum transmutari in corpus verbi. Clariùs verò Chrysostomus homilia illa 83. in Matth. post medium: vbi loquens de hoc mysterio Eucharistiæ, exhortatur, vt non ad ea, quæ ob oculos habemus, solùm aspiciamus; sed etiam verba Christi, hoc est, sensum illorum teneamus: subdit rationem: *Nam verbis eius defraudari non possumus; sensus verò noster deceptu facillimus est, illa falsa esse non possunt; hic sæpius, atque sæpius fallitur. Quoniam ergo ille dixit, hoc est corpus meum*, (nempe verè) *nulla teneamur ambiguitate; sed credamus, & oculis intellectus id perspiciamus.* Hactenus Chrysostomus, vt ostendat, quo pacto mysterium hoc credere debeamus: quia Christus verè dixit: *Hoc est corpus meum.* Inferiùs autem post non pauca explicat hoc mysterium, & opus Dei, quod credẽdum proposuerat his verbis: *Non sunt humanæ virtutis hæc opera. Quæ tunc in illa cœna confecit, ipse nunc quoque operatur. Ipse perficit, ministrorum nos ordinem tenemus: qui verò hæc sanctificat, & trãsmutat, ipse est*: ipsam igitur trãsmutationem, seu conuersionem panis in corpus, & vini in sanguinẽ Christi, colligit Chrysostomus ex eo, quòd Christus dixit; *Hoc est corpus meum, &c.* de cuius enuntiationis veritate, nullo modo ambigendum est. Clarius tamen Emyssenus in homilia Dominicæ in Ramis Palmarum explicans illud: *Cœnantibus illis, &c.* id ipsum ex veritate verborum colligit. Nam, postquam dixit, Christum sacerdotem in æternum panem, & vinum in substantiã sui corporis, & sanguinis conuertere, rationem illius cõuersionis reddit hoc modo. *Tunc per se dicit, & modo per suos ministros, hoc est corpus meum: & tanta est eius verbi virtus, & efficacia, vt statim fiat, quod dicitur.* Vbi plane sentit, conuersionem elementorum, ac proinde desitionem eorum fieri ipsa significatione verborum, cum fit id, quod dicitur. Et ipse Emyssenus, seu Autor sermonis de corpore Domini, vt est apud Guitmundum lib. 3. de corporis, & sanguinis Christi veritate ante medium, ait, verbis illis fieri conuersionem substantiæ panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, quasi ad nutum præcipientis: sentit igitur, illis verbis præcipi, ac proinde connexionem illam significari, & ideô fieri. 37 Nyssenus. Chrysostom. 38 Emyssen. Guitmund.

Nec minus perspicue idem eodem modo tradidit Damascenus 4. lib. de fide cap. illo 14. post medium. Nam, postquam dixit, panem, & vinum in corpus, & sanguinem Christi in hoc Sacramento immutari, subiungit: *Quòd si, quo pacto id fiat, requiris, sat tibi sit audire, quòd per Sanctum Spiritum id fiat.* Et paucis interpositis. *Neque quidquam amplius nobis perfectum, & exploratum est, quàm quòd verbum Dei verum est, & efficax, atque omniporens.* Vbi efficacitatem verborum à veritate non separat, sed cum ea coniungit, & causam huius immutationis vtramque esse pronuntiat. Quemadmodum autem paulò anteà dixerat, substantiam panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi immutari, ita etiam postea subdit, admirabili modo in Christi corpus, & sanguinem verti: ita vt sit vnum, & idem cũ eis, sicut alimentum post transmutationem in corpus, quod alitur, diuersum est ab eo, quod antea erat, & idem cum eo, in quod cõuertitur. Gregorius etiam Nyssenus in oratione illa magna, quæ dicitur catechetica, capit. 37. non longè à fine, inquit, panem, qui à Christo in alimentũ sumebatur, ab ipso Verbo eatenus fuisse sanctificatum, quatenus in substantiam corporis Christi, per modum cibi transibat; in Eucharistia verò non per modum cibi sumpti, & transmutati in corporis substantiam, sed per verbum Dei, & orationem transmutatum, nempè per illam, *Hoc est* 39 Damascen. Nyssenus. 40

corpus meum. Verbis igitur conſecrationis hanc tribuit virtutem, nõ quidem aliter, niſi quia ipſa verè enuntiantur. Conſentit Cyrillus loco allegato in præcedente capite, cum inquit: *Ne dubites, an hoc verum ſit, ео manifeſte dicente: Hoc eſt corpus meum: ſed potiùs ſuſcipe verba Saluatoris in fide: cum enim ſit veritas, non mentitur.* Et tandem concludit, oblata conuerti à Deo in veritatem carnis ſuæ. Paſchaſius Abbas Corbeienſis lib. de corpore, & ſanguine Domini qui eſt in 4. tom. Bibliothecæ ſacræ cap. 1. non multũ ante verba, quæ ſuperiori capite citauimus, inquit: *Omnia enim quæcumque voluit Dominus, fecit in cœlo, & in terra: & quia voluit, licet figura panis & vini hic ſit omnino; nihil aliud quàm caro Chriſti, & ſanguis poſt conſecrationem credenda ſunt. Vnde ipſa veritas ad diſcipulos: Hæc, inquit, caro mea eſt pro mundi vita.* Vbi ex eo, quòd Chriſtus dixerit, illud, quod offerebat, eſſe carnem ſuam, colligit, ipſum voluiſſe, vt nihil panis ibi maneret præter figurã. Demum ex ijs, qui ante Berengarium ſcripſerunt Fulbertus in epiſtola ad Adeodatũ, quæ eſt in primo tomo poſt mediũ, ex verbis conſecrationis eamdem veritatem apertè confirmat hoc modo: *Dubitari etenim nefas eſt, ad cuius nutum cuncta ex nihilo ſubito ſubſtiterũt: ſi pari potentia in ſpiritualibus Sacramentis terrena materies naturæ, & generis ſui meritum tranſcendens, in Chriſti ſubſtantiam commutetur, cum ipſe dicat; Hoc eſt corpus meum. Et paulò poſt: Hic eſt ſanguis meus.* Quòd ſi ex veritate verborum non rectè colligeretur, de hac conuerſione dubitandum non eſſe, non addidiſſet: *Cum ipſe dicat, &c.* ſed aliunde illud probaſſet.

Cyrillus.

Paſchaſius.

41

Fulbertus.

Verùm ex ijs, qui contrà poſtremum Berengarij errorem, qui eſt de impanatione, poſtea ſcripſerunt, vnus Guitmundus ad confirmandam prædictam veritatem, hoc noſtro argumento, ex verbis Domini petito, ita manifeſtè vſus eſt, vt eius verba hoc loco recitare operepretiũ duxerim. Ergo lib. 3. de corporis, & ſanguinis Chriſti veritate in Euchariſtia, poſtquam contra diſcipulos Berengarij impanatores aliqua dixit, eoſque autoritate Patrum manifeſtè conuicit, ex verbis cõſecrationis ita arguit. *Hos impanatores ſuos ipſe Dominus verbo oris ſui interfecit, cum accipiens panem, gratiaſque agẽs, ac benedicens ait: Hoc eſt corpus meum: non ait; In hoc latet corpus meum: nec dixit; In hoc vino eſt ſanguis meus, ſed dixit, Hic eſt ſanguis meus.* Ex eo igitur, quòd Chriſtus verè dixerit: *Hoc eſt corpus meũ:* & non dixerit; *In hoc latet corpus meum:* colligit contra Berengarium, eiuſque diſcipulos, dictos, *Impanatores*, in hoc Sacramento ſubſtantiam panis, & vini non manere. Merito igitur Concilium Tridentinum non ſolùm prædictam doctrinam de panis, & vini deſitione, vt catholicam definiuit ſeſſione 13. cap. 4. verum etiam ex veritate verborũ conſecrationis eam ab Eccleſia fuiſſe deductam, definit his verbis. *Quoniam autem Chriſtus Redemptor noſter, corpus ſuum id, quod ſub ſpecie panis offerebat, verè eſſe dixit: ideo perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuo ſancta hæc Synodus declarat, per conſecrationem panis, & vini conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis eius.* Qua ſane definitione Cõcilium non ſolùm veritatem ipſam, ſed fundamentum eius ita apertè definiuit, vt, qui aſſereret nihil panis, & vini in hoc Sacramẽto manere; id tamen ex prædictis verbis Chriſti non colligi, eodem modo hæreticus eſſet, ac ſi articulum ipſum negaret. Hoc enim fundamentum, non quomodocumque, ſed vt à tota Eccleſia approbatũ, à Concilio ipſo definitur.

Guitmund.

42

Conc. Trid.

43

Quomodo autem nihil obſtaret adorationi Chriſti in Euchariſtia, ſi ſimul cum pane, & vino eſſet, quamuis ſine illis commodius adoretur, diximus ſupra tomo primo diſputio. 108. cap. duodecimo, neque ideo, cum S. Thomas in hoc articul. 2. ea ratione probat, panem in Euchariſtia non manere, quia obſtaret adorationi contendit, non potuiſſe Chriſtum manente pane, verè adorari, vt rectè notauit Sotus in 4. diſt. 9. quæſt. 2. art. 2. ſed quia ignoranti plebi poterat eſſe occaſio idololatriæ: & ita ratio non conuincit, ſed congruenter ſolùm oſtendit, ibi non eſſe panem.

S. Thomas explicatur

Sotus.

Refelluntur catholici, qui ex verbis conſecrationis deſitionem, & conuerſionem panis, & vini colligi, negant.

CAPVT V.

NON Solùm hæretici, qui pãnem, & vinum cum Chriſto in Euchariſtia manere, dicunt, dũ prædicta ratione premũtur, vim illius infringere contendunt; ſed etiam nonnulli ex Scholaſticis noſtris, qui in doctrina catho-

44 Rationem præcedentis capitis catholici aliqui infringunt.

catholicâ nobiſcum conueniunt, eâ minimè conuincuntur: ac proinde vim eius incautè negare, non dubitant. Ex Scholaſticis primus
Scotus. eſt Scotus, qui in 4. diſt. 11. q. 8. §. *Hic duo videnda ſunt*, verſicul. *Hoc non igitur*. Et infra verſiculo: *Aliud de Hoc, vel Hic*, planè docet, potuiſſe ſeruari veritatem verborum conſecrationis etiam ſi in Euchariſtia maneret ſubſtãtia panis, & vini: & vere potuiſſe vti Chriſtum aduerbio *Hic*, quod denotat locum, dicendo: *Hic eſt corpus meum*: ſicut verè vſus eſt pronomine *Hoc*, quamuis pronomine *Hoc*, magis verè denotauerit corpus ſuum. Probat
45 autem Scotus, quia, quemadmodũ nunc verè dicimus: *Hoc eſt corpus meum*, & pronomen *Hoc*, non oſtendit hoc accidens, ſed contentũ ſub accidentibus, ita etiam, licèt maneret panis ſub proprijs accidentibus, verè diceremus: *Hoc eſt corpus meum*: quia non oſtenderemus ſubſtantiam panis per ſua accidẽtia, ſed contentũ ſub pane. Ideo autẽ (inquit) maluit Chriſtus vti pronomine *Hoc*; non autẽ aduerbio *Hic*, quia per pronomẽ magis exprimitur veritas corporis Chriſti, quàm per aduerbiũ; licet per aduerbiũ etiam rectè exprimeretur.

Quòd verò attinet ad deſitionem panis, & vini, & conuerſionẽ illius in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti; planè affirmat, eſſe dogma fidei ab Innocentio III. explicatum
Innocen. 3. in Concilio Lateranenſi, vt refertur in capitulo *Firmiter. De ſumma Trinitate, & fide catholica*, ſicut etiam eſt, Chriſtum in Euchariſtia verè, & re ipſa contineri; tametſi non eodem modo de vtroque dogmate ſentiat. Nam in prædicta queſtione. §. *Hic duo*, in principio inquit, ab initio inſtitutionis huius Sacramẽti hanc præſentiam Chriſti in Euchariſtia ad veritatẽ fidei expreſſè pertinuiſſe, hoc eſt, in Eccleſia Dei tãquã fidei dogma ab omnibus credendũ expreſſè fuiſſe declaratam. In §. autem: *Ad argumenta*, de panis conuerſione, & deſitione inquit, fuiſſe ab Innocentio III. in prædicto Concilio tamquã fidei articulum, & dogmã definitũ, ſubſtantiam panis, & vini in conſecratione deſinere, & in corpus, & ſanguinem Chriſti conuerti. Ex quo ſanè indicat, ante Innocentium III. nõ fuiſſe hoc dogma apertè declaratum, ſicut fuerat illud de
46 præſentia Chriſti in Euchariſtia, quamuis à principio fuerit verũ. Demum in prædicto §. *Ad argumenta*, docet, ex duobus ſenſibus, quos Scriptura habere poſſet; circa conuerſionẽ panis, Eccleſiã hunc elegiſſe, & declaraſſe: quia à principio hoc ſpiritu, & ſenſu Scriptura ipſa condita fuit; vt verba ipſa denotarent hanc conuerſionem, & deſitionem ſubſtantiæ panis, & vini; cum tamen ſine illa verum ſenſum habere poſſent. Hæc eſt ſententia Scoti fideliter expoſita circa prædictam rationem, quam ex verbis conſecrationis collegimus; quam neque Cameracenſis ſequitur, vt Recentiores aliqui Theologi putant, neque Kemnitius pro ſuo errore Scotum allegans, intellexit. Nam Kemnitius loco citato de Scoto, & Cameracenſi inquit: *Scotus, item Cameracenſis, & alij differte fatentur, neque verbis Scripturæ, neque ſymbolis fidei, neque veterum ſententijs cogi nos ad dogma tranſſubſtantiationis*, quod ſane manifeſtum mendatium eſſe, ex dictis planè conſtat. Nam Scotus aperte docet hoc dogma fidei definitum eſſe ab Innocentio III. imo etiam traditum in Scriptura iuxta intellectum, quem Eccleſia elegit, & declarauit tamquam verum, & ab ipſo
47 Spiritu Sancto traditum. Fatemur ingenue Petrum de Alliaco Cardinalem Cameracenſem in 4. quæſtione 6. articul. 2. in quarta opinione, quam ſequitur, totum id quod vult Kemnitius, docuiſſe: & ita ſententiam Scoti minime fuiſſe ſequutum, ſicut Recentiores Theologi referunt. Inquit enim, hanc ſententiam, quam diximus eſſe catholicam, neque euidenter colligi ex Scriptura, neque ex definitione Eccleſiæ, ſed ſolum magis communem, & doctrinæ Patrum magis conſentaneam eſſe. Verum vnus Cameracenſis, inter Scholaſticos nominales nullius nobilitatis, & eruditionis Theologus, contra tot inſignes Eccleſiæ Patres quid ponderis, & momenti habere poteſt? Et quamuis ſubtilis Scotus idem dixiſſet, quod Cameracenſis, nihil nos contra tot Patrũ, & Cõcilij Tridentini teſtimonia mouere deberet.

Cameracen. Kemnitius. Petrus Alliacus.

Sententiam tamen Scoti, quod attinet ad vim ſignificationis verborum conſecrationis, ob eamdem rationem ſequitur Durandus in 4. diſtinct. 11. quæſtione 2. numero 15. aſſerit enim, vera ſignificatione verborum conſecrationis integrè ſeruata, manere potuiſſe ſubſtantiam panis, & vini, & reddi veram enuntiationem ratione ſolius præſentiæ corporis, & ſanguinis Chriſti; quia indefinita propoſitio vera redditur pro vna ſingulari. Et ita, licèt non eſſet vera prædicta enuntiatio demonſtrato pane, & vino; eſſet vera demonſtrato corpore, & ſanguine Chriſti.
48 Neque enim, inquit, neceſſe eſt, vt pronomẽ *Hoc*, demonſtret ſubſtantiam panis, & vini; ſi quidem, & nunc non demonſtrat accidentia illius, ſed corpus, & ſanguinẽ Chriſti ſub illis contentũ. Durand. plane conſentit Paludan. in 4. d. 21. q. 2. ait. 1. num. 24. vbi reſpondet ad 4. argumentum illius. Adde etiã OKamũ in 4. quæſtio. 6. columna 2. vbi primum

Durand. Paludan. OKamus.

modum opinandi probabilem putat, niſi ab Eccleſia oppoſitum eſſet definitum. Primus autem modus eſt, manere ſubſtantiam panis, & vini: reddit autem rationem, quia neque repugnat rationi, neque autoritati ſacræ Scripturæ. Sentit igitur, ex teſtimonio Scripturæ oppoſitum non colligi. Id clarius docet quodlibet. 4. quæſtione 30. Verum enim verò videas aliquos Theologiæ profeſſores noſtri temporis, qui in vtramque partem aliquantulum claudicantes, non putant improbabile id, quod Scotus de verbis conſecrationis dixit, nempe, illis demonſtrari poſſe ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti, non ſolum conuerſa, & deſtructa, ſed etiam manente ſubſtantia panis, & vini, vt ita quaſi duplex ſenſus in prædictis verbis contineatur; alterum tamen elegerit Eccleſia à Chriſto edocta tanquam catholicum, nempe, ita ibi eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti, vt ſubſtantia panis, & vini non maneat. Quocirca, dicunt, argumentum ſumptum ex illis verbis, ſecundum omnem ſenſum, quem habere poſſunt, efficax non eſſe: quia aliquis verus ſenſus cum ſubſtantia panis, & vini manere poſſet; tamen ſecundum ſenſum maxime proprium, quē Eccleſia à Chriſto edocta ſemper intellexit, argumentum euidens eſſe ad probandum, ſubſtantiam panis, & vini ibi non manere.

49 Quid ſentiant Recentiores, circa prædictam rationem.

Ego verò primùm contra Scotū exiſtimo, dogma hoc de panis, & vini conuerſione, & definitione, non ſolùm in Eccleſia Dei extraditione ſemper fuiſſe, ſed etiam multò ante Innocentium III. expreſſe fuiſſe definitum. Et primùm quidem, Eccleſiam hoc dogma ſemper intellexiſſe, teſtatur Concilium Tridentinum ſeſſione 13. cap. illo 4. illis verbis. *Ideò perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idq; nunc denuo ſancta hæc Synodus declarat, &c.* Neque verò obſtat, quòd aliqui Theologi, in traditionibus, & doctrina Patrum parum verſati, oppoſitum dixerint, aut hoc ſub opinione non certa eſſe exiſtimauerint: nam de antiquo Eccleſiæ ſenſu, & traditione, non vnius, aut alterius Doctoris, ſed iudicio Concilij iurè ſtare debemus. Præterea, multo ante Innocentium hoc dogma contra Berengarium, & Impanatores fuiſſe expreſſe definitum, conſtat ex omnibus Concilijs, quæ cap. 2. allegauimus.

Mens Autoris.

Trident.

50 Deinde contra Scotum, cæteroſque Scholaſticos, quos memorauimus, abſq; vllo dubio pronuntio, verum ſenſum verborū conſecrationis vnum tantū eſſe poſſe, & cum illo ſubſtantiam panis, & vini minimè poſſe permanere: neque oppoſitum, quod aliqui dixerūt eſſe probabile de duplici ſenſu, neque minimum veſtigium probabilitatis habere. Data opera dixi, verum ſenſum vnicum eſſe; non autem dixi, proprium ſenſum vnicum eſſe: vt denotarem, ſubillis verbis, quod attinet ad ſubſtantiam panis, & vini, non poſſe contineri duplicem ſenſum verum, alterum proprium, alterum improprium, & figuratum, qui interdum in Scriptura reperitur: neque duplicem ſenſum verum, alterum proprium, alterum minus proprium; ſed vnicum tantum, qui verus eſſe poſsit, & ex illo euidenter Eccleſiam conuerſionē panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti collegiſſe. Dixi autē, quod attinet ad ſubſtantiam panis, & vini: nā quod ſpectat ad corporis, & ſanguinis Chriſti præſentiam, alia erit ratio, vt inferius videbimus. 51

Notantur aliqua pro intelligentia veræ ſententiæ.

Vt autem hanc noſtram ſententiam ex verbis Cōcilij Tridentini manifeſtè deducamus, ſupponendum in primis eſt, in Scriptura non ſolùm inueniri verba vera in proprio ſenſu, & non figurato, verumetiam non raro in ſolo metaphorico, ſeu figurato ſenſu reperiri, quādo nimirū in proprio ſenſu & non figurato ſine aliquo incōmodo vera eſſe nequeūt. Quocirca, cum Eccleſia colligit alicuius veritatis definitionem ex aliquo Scripturæ loco, qui, & in ſenſu figurato, & proprio accipi poſſet, nō dicit ſe illam veritatem colligere ex eo, quòd talia verba Spiritus Sanctus in verō ſenſu protulerit: ſi tam in figurato, quā in proprio ſenſu illa verè proferre potuit; ſiquidem vtrūuis verè dici potuit, nempe, & id quod in proprio ſenſu ſignificatur, & id, quod in figurato. Quare, vt alteram partem Eccleſia certò definiat, prius ab Spiritu Sācto edocta elegit ſenſum, aut figuratum, aut proprium, & ex veritate illius colligit dogma, quod cōtendit: idemque ſeruare debet, quoties locus aliquis in duplici ſenſu proprie verus eſſe poteſt. Cū autem duplex ſenſus illo modo verus eſſe potuit in aliquo loco, ſenſum illū, quē Spiritus Sanctus exprimere voluit, colligit Eccleſia ex antiqua traditione, & conſenſu Patrū. Ita fecit Concilium Tridentinum ſeſſione 13. cap. 7. cum definiuit, ante ſumptionem Euchariſtiæ præmittendam eſſe confeſsionem, idque deduxit ex illo præcepto Apoſtoli 1. ad Corinth. 11. *Probet autem ſe ipſum homo*, neque enim ſic colligi: *Quia verè dixit Apoſtolus: Probet autem ſe ipſum homo: ideò ſemper ſenſit Eccleſia, probationem illam fieri debere per confeſſionem*. Nam cum verbis Apoſtoli etiam in proprio ſenſu acceptis, verè ſignificari poſſet probatio conſcientiæ, aut per confeſsionem, aut per ſolam contritionē, ex ſola 52

Conc. Trid.

veri-

veritate absolutè non rectè colligeret, eam probationem debere esse per confessionem; sed prius ex his duobus sensibus, quorum quilibet verus esse posset, elicere debuit eum, quē Apostolus tradere voluit; & ita subiungit: *Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati, quamtumuis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali confessione, ad Sacramentum Eucharistiæ accedere debeat.* Quibus verbis denotauit, Ecclesiastica traditione fuisse declaratum, ex duobus sensibus, quos prædicta Apostoli verba verè habere possent, eum solum, qui est de probatione facienda per confessionem in præcepto ab Apostolo tradito, intelligi debere. Eodem modo idem Concilium in eadem sessione cap. 1. probat corporis, & sanguinis Christi præsentiam in Eucharistia ex eo, quòd Christus Matth. 26. Marc. 14. & Lucæ 22. discipulis suis dixit, se suum ipsius corpus, ac sanguinem prebere. Id autem non colligit sub illa forma, sub qua colligit conuersionem panis, & vini, nimirum, quia Christus verè esse dixerit corpus suum, & sanguinem, quem illis præbebat; sed prius elicit sensum verum, quem Christus tradere voluit, & ex illo loco prædictum dogma confirmat. Nam cum aliquis, sicut hæretici, contendere possit, sub illis verbis duplicem sensum contineri posse, alterum proprium, & sine figura, alterum figuratum; si autem figuratus admitteretur, nihil ex illo testimonio probari posset: ideo definit, verba illa in propria, & apertissima significatione, quam præseferunt, à Patribus semper fuisse intellecta, atque ad fictitios, & imaginarios tropos contrà prædictum sensum in exponendis his verbis hæreticos indignissimè confugisse: & ita dogma fidei confirmat. E contrario verò cum verba vnicum tantùm sensum verum habere possunt, Ecclesia non definit aliquid ex illo loco cum illo additamento; *Prout à Patribus explicari, & intelligi consuevit*, sed absolute ex illis definitionem deducit. Cum enim non variè, sed vno tantum modo intelligi non posset, non oportet addere illud: *Prout ab Ecclesia intelligi consuevit.* Tunc autem rectè colligit Ecclesia suam definitionem ex eo, quod hoc, aut illud verè dixit. Cū igitur Concilium Tridentinum sessione 13. cap. illo 4. colligit conuersionem panis, & vini ex eo, quòd Christus verè esse dixit corpus, & sanguinem suum illud, quod offerebat, manifestè supponit, illorum verborū sensum vnicum esse, hoc est, non nisi vno modo verba illa vera esse posse, nempe ita, vt substantia panis, & vini ibi non maneat; alioquin sub ea forma nihil colligeret, sed addere deberet, quo pacto ab Ecclesia locus ille semper fuerit intellectus. Adde, quòd si prædicta verba rectè considerentur, non significat expressè, nec significare possunt panis, & vini conuersionem, aut desitionem, aut perseuerantiam sub accidentibus, neque minimū verbum, quod eam denotet, inter illa reperitur: ergo circa substantiam panis, & vini non potest in illis verbis duplex subesse sensus, alter manente substantia, alter substantia non manente: verba enim illa solùm significant, illud esse corpus, & sanguinem Christi; non autem, quòd desinat, aut nó desinat panis, & vinum. Ex vera autem significatione illorum circa corpus, & sanguinem Christi, quem significat talis conuersio, certa, vt diximus, ratiocinatione colligitur: & ideò Cōcilium data operā definit, ex eo, quod Christus vere esse dixit corpus suum, quod offerebat, Ecclesiam semper sensisse, conuersionem fieri; non quia verba talem conuersionem expressè significent; sed quia sine conuersione eorum veritas constare non posset: supponitur enim ex cap. 1. illa verba sine tropo, & figurā propria esse intelligenda de vero, & reali corpore Christi. Hoc autem supposito ex sola veritate verborum sine noua sensu conuersionem colligunt Patres Concilij, eo quòd iure optimo existimarunt, permanente substantia panis, & vini, non potuisse Christū verè dicere, *Hoc est corpus meum*, & *Hic est sanguis meus*: nempe ob rationem superiori capite à nobis expositam: quia pronomen non alienam, sed propriam substantiā accidentium, quando illa adest, significat. Nihil igitur probabilitatis habet eorum sententia, qui cum Scoto, & alijs dicunt, potuisse Christum, verba illa consecrationis verè proferre, etiam si substantia panis, & vini sub suis accidentibus maneret. Fundamentū autem Scoti, & Durandi, quod idem est cum fundamento hæreticorum, sequente capite conuellemus.

Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22.

Concil. Trid.

Refutantur hæretici, qui defendunt veritatem prædictæ enuntiationis sine transsubstantiatione.

CAPVT VI.

HAERETICI Quoque Panistæ, seu Impanatores, variè contendunt veri-

Hæretici qui ab ſentiam panis ex forma conſecrationis non agnoſcunt

tatem verborum conſecrationis ſine conuerſione panis, & vini cum vera, & reali præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti defendere, quos in hoc capite refellere oportet. Primùm reſpondent Lutherani, ſicut Kemnitius in examine Concilij Tridentini, in caput quartũ, & Canonem 2. ſeſsione 13. ex ſententia Lutheri refert, enuntiationem illam Chriſti: *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt ſanguis meus*, non eſſe proprie intelligendam, vt verba ipſa ſonant, ſed aliquo modo impropriè: vt ſenſus ſit: *Hoc continet corpus meum*, vel *ſanguinem meum*, vel, *Hoc ſimul eſt cum corpore*, ſeu *ſanguine meo*. Probat autem Lutherus, hunc ſenſum neceſſariò admittendum eſſe: quia, ſi velimus per illud pronomen *Hoc*, demonſtrare id, quod præſens eſt, enuntiatio non minus erit falſa, facta etiam conuerſione panis, & vini, ſi maneant accidentia, vt catholici docent, quàm ſi non fieret conuerſio. Cum enim præſentia maneant accidentia, pronomen *Hoc*, illa demonſtrabit, & ita enunciatio falſa erit: ac proinde, vt eſſet vera, non ſolùm deberet fieri conuerſio ſubſtantiæ in ſubſtantiam, quã vocant transſubſtantiationem, ſed etiam accidentium in ſubſtantiam, quam vocant trans accidentationem.

Lutherus. Kemnitius.

57

Impugnantur Lutherani.

Verũ dũ hac via Lutherani contendunt cũ vera præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti ſubſtantiam panis, & vini ſimul in Euchariſtia defendere, Sacramentarijs hæreticis, qui veram præſentiam illius contra ipſos negant, arma præbent; nam ſi ſemel liceat verba conſecrationis impropriè interpretari ex parte verbi, aut copulæ *Eſt*, vt non ſignificet conuenientiam prædicati cum ſubiecto, nimirum, hoc eſſe illud, vt communiter verbum ſonat, & ſicut Lutherani interpretantur, ſed prædicto illo modo: *Hoc eſt ſimul cum corpore meo*, vel *cum ſanguine meo*: cur non etiam Sacramentariis licebit, prædicta verba ſuo modo impropriè interpretari? vt ſenſus ſit: *Hoc ſignificat corpus meum*, vel *ſanguinem meum*: ſic enim etiam ipſi impropriétatem ſolùm admittunt in verbo, & copula *Eſt*; non autem in nomine *Corpus*: nam de vero, & reali corpore, & ſanguine Chriſti, dicunt, per Euchariſtiam ſignificari. Fundamentum autem Lutheranorum, quo etiam nitebantur Scotus, & Durandus, vt aſſererent, veritatem illorum verborum ſine conuerſione panis, & vini integrè ſeruari poſſe, valde infirmum eſt. Nam pronomen, *Hoc*, aut *Hic*, non accidentia etiam ob oculos poſita; ſed ſubſtantiam propriam, aut alienam ſub illis exiſtentem demonſtrat; ac proinde, licèt accidentia maneant, conuerſa ſubſtantia panis, & vini, verba illa rectè demonſtrant corpus, & ſanguinem Chriſti, cum aliam ſubſtantiam demonſtrare nequeant. Si tamen ſubſtantia panis, & vini non conuerteretur, non alienam ſubſtantiam, nempe corporis, & ſanguinis Chriſti, ſed propriam, videlicet panis, & vini demonſtrarent: & ita enunciatio falſa redderetur. Et quamuis pronomen *Hoc*, aut, *Hic*, non demonſtret id, quod eſt in principio, vel ante prolationem verborum, neque quid commune ei, quod eſt in principio, & in fine; ſed definitè id, quod eſt in fine, vt diſputatione 201. capit. 3. videbimus; nihilominus tamen, ſi maneret ſubſtantia panis, & vini, corpus Chriſti cum pane, & ſanguis cum vino, tali pronomine demonſtrari non poſſet, vt ſupra oſtendimus; alioquin ſi Angelus exiſteret in corpore aliquo, rectè diceremus: *Hic eſt Angelus*, demonſtratis accidentibus corporis, quod eſt falſum.

59

Obiectio diluitur.

Sed obijciet quis hoc modo: Cum corpus humanum à Dæmone obſidetur, rectè dicimus: *Hic eſt Dæmon*, vel *Hic Dæmon talis, aut talis vocatur*: ergo eodem modo Chriſtus vẽ re dicere potuit: *Hoc eſt corpus meum*; etiam ſi panis cum eo in Euchariſtia maneret. Reſpondeo, diuerſam eſſe rationem: nam tunc ſolùm verè dicere poſſumus, *Hic eſt Dæmon*, vel *Hic Dæmonita, aut ita vocatur*, oſtenſo corpore, quod obſidet, quando videmus, aut ſenſu aliquo effectum aliquem ipſius in eo corpore percipimus: nam ratione illius proprij accidentis, & effectus ab eo prouenientis rectè poteſt ipſe Dæmon pronomine illo demonſtrari; at verò ſi nullus effectus proprius Dæmonis appareret, ineptè diceremus, neque verè enuntiare poſſemus: *Hic eſt Dæmon*, niſi ſubſtantia corporis in ipſum Dæmonem conuerſa. Nam ratione accidentium corporis potiùs ſubſtantia ipſius corporis, quàm Angeli per pronomen *Hoc* demonſtraretur.

Deinde reſpondet Kemnitius in prædicto loco, & ante illum reſponderat Lutherus in epiſtola quadam de transſubſtantiatione, poſſe verè, & propriè enuntiari corpus Chriſti de ſubſtantia panis, ſicut etiam in Chriſto Homo verè, & propriè dicitur Deus: quem modum veræ enuntiationis Ariſtoteli quidem ignotũ fuiſſe, dicunt, ob id tamen negari non poſſe: nam vt in ſpiritualibus vnum de alio dicatur, opus non eſt, vt idem cũ eo ſit, ſed ſufficit, ſi vnione aliqua ſingulari vtrumque coniungatur: id quod aliquibus exemplis illuſtra-

58

60

Reſponſio hæreticorum. *Kemnitius. Lutherus.*

illuſtrare contendit. Nim cum Chriſtus Ioã-
Ioann. 20. nis 20. inſufflans in diſcipulos dixit: *Accipite Spiritum Sanctum*, flatum ipſum ſignificauit, eſſe Spiritum Sanctum, non propter idẽ titatem, ſed propter ſingularem coniunctionem. Eodem modo Baptiſta cap. 1. Ioãnis co-
Ioann. 1. lumbam, quam ſupra Chriſtum vidit, dixit eſſe Spiritum Sanctum illis verbis: *Vidi Spiritum deſcendentem, ſicut columbam.* Sic etiam figuræ corporeæ, ſub quibus in veteri teſta-
61 mento Chriſtus apparebat, propter peculiarẽ cum illis coniunctionem abſque identitate dicebantur Deus. Denique Num. 10. cum arca progrederetur, dixit Moyſes: *Surge Domine, & diſſipentur inimici tui, &c.* Nempe hoc
Numer. 10. modo arcam interpellans: mirum igitur non eſt, vt propter peculiarem coniunctionẽ ipſe panis dicatur corpus Chriſti, licet idem cum eo non ſit.

Futilis, & inanis ſolutio. Verùm hæc reſponſio futilis eſt, & inanis: nulla enim vnio duarum naturarum, niſi ſit in ſuppoſito, aut formæ accidentariæ cũ ſubiecto, ſufficit, vt vna de alia propriè prædicetur, licèt ſine tali vnione vnum de alio, & interdum impropriè dicatur, vt in ipſis exẽplis, quibus vtitur Kemnitius, erit manifeſtum. Quocirca, licèt propriè, & ſine figura in Chriſto dicamus, *Homo eſt Deus*, ratione vnionis in ſuppoſito: de quo genere prædicationis multa diximus 1. tom. à diſput. 63. tamen ratione alterius vnionis, niſi ſit accidentis cum ſubiecto, vnum de alio proprie non enuntiamus; tametſi interdum impropriè prędicemus, vt patet in exemplis allatis à Kemnitio; nemo enim dixerit proprie, & ſine figura, flatum, aut columbam appellatam fuiſſe â Chriſto Spiritum Sanctum: aut arcam, & figuras corporales, quæ in veteri teſtamento apparebant, vnquam vocatas fuiſſe Deũ. Quà re cum Angelus, qui perſonam Dei ſub illis
62 formis gerebat, affirmabat, ſe eſſe Deũ, non propriè, ſed figuratè tunc eũ loquutũ fuiſſe, exiſtimare debemus. Ac proinde, ſi quis vellet vti pronomine demõſtratiuo *Hoc*, aut *Hic* nequaquã proprie, aut ſine figura dicere poſſet, *Hic eſt Spiritus Sanctus*, aut *Hic eſt Deus*, ſicut dicimus in Chriſto, *Homo eſt Deus*, & *Deus homo*. Cum igitur, vt hic contra Sacramentarios ſupponimus, & concedit Lutherus, corpus, & ſanguis Chriſti verè, & proprie ſit in Euchariſtia, non ſicut in imagine, & figura, ſed re ipſa virtute verborum conſecrationis: aperte conſequitur, non figuratè, ſed proprie dici, illud eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti, quod pronomine illo demonſtratur: nam ſi figuratè ſolùm diceretur, ſicut in prædictis enuntiationibus Deum de ſigno, & figura enuntiari diximus, certe virtute verborũ corpus & ſanguis Chriſti nõ fieret præſens reipſa, ſed ſolũ repręſentaretur in pane, & vino, tanquã in figura: atqui in ſenſu proprio, & ſine figura ne modixerit, etiã hereticus, corpus Chriſti de pane, & ſanguinẽ de vino enuntiari: ergo admiſſo ſemel, quod admittit Luther rus, & nos iã efficaciter probauimus, nimirũ, prædicta verba ſine tropo, & figura eſſe intel ligẽda, neceſſe eſt fateri, ſubſtantiæ panis, & vini conuerſionem fieri, ne de illa enuntiemus, eſſe corpus, aut ſanguinem Chriſti. 63

Decepti̊o Kemnitij & Lutheri Adde, quòd Kemnitius, & Lutherus manifeſtè decepti ſunt in prædictis exẽplis. Nam quãuis deflatu, & de colũba illa in ſenſu figurato, non autẽ in ſenſu proprio verè enũtiare poſſemus eſſe Spiritũ Sanctum, ſicut figurę illæ, in veteri teſtamento dicebantur Deus; tamẽ in prædictis locis neque flatus; neque colũba dicta eſt Spiritus Sanctus. Etenim cũ inſufflans in diſcipulos dixit Chriſtus: *Accipite Spiritũ Sanctũ*, id non dixit de flatu illo corporali; ſed ſub illo ſignificans Spiritũ Sanctum Dei, dixit: *Accipite Spiritum Sanctũ*, nẽ pe eum; quẽ hoc flatu corporali vobis ſignifico. Similiter Baptiſta nõ dixit, columbã eſſe Spiritum Sanctũ; ſed intelligens, eã eſſe ſymbolũ Spiritus Sancti, dixit, ſe vidiſſe, Spiritũ Sanctum quaſi columbã ſupra Chriſtũ deſcẽdere. Eodem modo arca non eſt dicta Deus Numer. 10. ſed cũ illa quæ erat ſuppedaneũ Dei, vt tom. 1. diſput. 104. c. 4. notauimus, eleuaretur, Moyſes ad ipſum Deum verba conuertens, dicere ſolebat: *Surge Domine, & diſſipentur inimici tui*, nimirũ eo modo, quo arca teſtamenti Dei etiã eleuari conſueuerat: 64 mitto exemplum, quod affert Kemnitius de dolio continente vinum, & de marſupio, in quo eſt pecunia. Iam enim ſuperiori cap. diximus, peculiarem eſſe rationem harũ rerũ propter formam artificialem, qua aptæ ſunt ad continendum aliquid aliud, vt pronomen *Hoc*, non ſolum ſubitantiam ipſarum, ſed etiã earum rerum, quas continent, verè demonſtrare poſsit.

Poſtremũ Kemnitij argumentum. Poſtremo arguit Kemnitius in hunc modum: Pontifices inquiunt, ſubſtantiam panis, & vini non deſinere niſi in fine prolationis verborum: atqui pronomen *Hoc*, aut *Hic*, demonſtrat id, quod eſt in principio prolationis, cum initio proferatur; ergo iuxta eorum ſententiam tunc demonſtrat propriam ſubſtantiam illorum accidentium, nimirum panem, & vinum: tunc enim aliud demonſtrare non poteſt: ac proinde ipſi etiam admittere debent impropriam enuntiationem, & prædicationẽ, ſiqui

dem de pane, & vino propriè dici non poteſt, quòd ſit corpus, & ſanguis Chriſti. Hanc
65 difficultatẽ Scholaſtici noſtri varie diſſoluere nituntur defendentes, ea pronomina demonſtrare id, quod eſt in principio prolationis, vt in prædicto argumento ſupponit Kẽnitius. Verùm diſputatione 201. cap. 3. perſpicuè oſtendam, neceſſarium eſſe aſſerere illis pronominibus ſolùm demoſtrari id, quod eſt in fine prolationis, vt verba conſecrationis in proprio, & non figurato ſenſu vera eſſe poſſint, atque hoc pacto argumentum Kẽnitij facilè diluetur.

Impugnantur varia ſententiæ, & errores, quos circa impanationem ſupra memorauimus.

CAPVT VII.

Refellũtur quidam errores.

EX Ijs, quæ hactenus dicta ſunt, confutatus manet præcipuus error Impanatorum, quatenus in vniuerſum affirmant, panem, & vinũ in Euchariſtia cũ corpore, & ſanguine Chriſti manere; quod ſupereſt alios errores peculiares, & ſententias circa impanationem ſigillatim refellamus: & primùm quidem ſecundum errorem eorum, qui dicebant, panem, & vinum in corpus, & ſanguinem Chriſti ex parte mutari. Nam ſi ea ratione hoc ita eſſet, ne ſcilicet corpus, & ſanguis Chriſti ab indignis ſumeretur: ſequeretur, nullum vnquam quantumuis peccatis obnoxium, peccaturum, ſumendo hoc Sacramentum; ſiquidem ipſe ſciret, hoc ipſo, quòd in peccato accederet, non carnem, & ſanguinem Chriſti,
66 ſed ſolùm panem, & vinum ſe in hoc Sacramento ſumpturum. Nec minus facile tertius
Guitmund. error, quem refert idem Guitmundus, & capit. 1. huius diſputationis memorauimus, eadem ratione refellitur. Quia ſi poſt conuerſionem totius panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti per conſecrationem, illæ partes, quæ à peccatoribus ſumendę erant, iterum in panem, & vinum redirent, nemo peccare diceretur ex eo, quòd corpus, & ſanguinem Domini indigne ſumeret, ſiquidem certus eſſet, corpus, & ſanguinem Chriſti ſe in peccato nunquam ſumpturum; licet peccaret, eo quòd ſuo peccato cauſa eſſet, vt pars conſecratæ conſecrationem amitteret: id autem, quod inferius contra vtrumque errorem, abſurdum eſt, & contra verba Apoſtoli
1. Cor. 11. 1. ad Corint. 11. *Itaque quicumque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & ſanguinis Domini.* Et
75 iterum. *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Nam, ſi peccatores verè nõ ſumerent corpus, & ſanguinem Chriſti, ſumentes ſolùm panem, minimè dicerentur rei corporis, & ſanguinis: neque dici poſſent non diiudicare corpus Domini, ſiquidem illud non ſumerent, & certo ſcirent, ſe illud in peccatõ numquam reipſa ſumpturos. Præterea non minùs facilè refellitur error eorum, qui dicebant ſolam materiam panis, & vini conuerti; formam autem manere: nam præterquam
Conc. Trid. quòd Concilium Tridentinum, vt vidimus capit. 2. apertè definit, nihil panis, & vini in hoc Sacramento manere: iuxta eam ſententiam pronomen *Hoc*, aut *Hic* formam propriã illorum accidentium, potius quam ſubſtantiam alienam ibi exiſtentem demonſtrarent. Adde, quòd nulla eſt ratio, aut cauſa, ob quã dicamus, materiam ſolam, non autem formã etiam conuerti: præſertim cum forma ſine materia abſque vlla neceſſitate omnino præ
Lutherus. ter naturam ibi maneret. Errorem verò Lutheri, qui abſolutè docet, panem, & vinum, abſque vnione hypoſtatica cum corpore, & ſanguine Chriſti in hoc Sacramento eſſe, iam ſatis, ſuperque impugnauimus, cum oſtendimus, panem, & vinum in corpus & ſanguinẽ Chriſti conuerti. Quod verò de vbiquitate docet, capite ſequente refellemus: & hactenus de erroribus hæreticorum.

Obſeruandum tamen eſt, hunc errorem
68 immerito tribui Scoto in 4. diſt. 11. q. 6. Maiori. q. 1. & Cabrieli. q. 2. & lectione 25. in canonem Miſſæ: nam hi Autores nõ docent, formam ſubſtantialem panis manere, ſed ſolùm dicunt, formam panis nõ eſſe ſubſtantialem, ſed accidentariam; & ita non mirum, ſi aſſerant, cum reliquis accidentibus manere.
Scotus. Maior. Gabriel.

Deinde errores catholicorũ impugnemus. Et primum quidem error de vnione hypoſtatica panis, & vini cum Verbo, qui tribuitur Vvalerãmo ſeu Ruperto, teſtimonijs, & ratione ſuperiùs facta confutatus manet. Oſtendimus enim, iuxta fidem catholicam nihil panis, & vini cum corpore, & ſanguine Chriſti in Euchariſtia manere: id quod intelligitur ſiue facta vnione illius cum Verbo, ſiue non. Nunc verò hac peculiari ratione refelli poteſt: nam ſi aliqua ratione vnio illa concedenda eſſet, maxi-
Errores catholicorũ impugnantur. Vvalerãmus Rupertus.
mè,

me, vt corpus, & sanguis Christi reipsa simul cum pane in eodem loco constitueretur. Hæc autem ratio nullius momenti est: nam quamuis panis, & vinum cum Verbo hypostaticè coniungeretur, posset corpus & sanguis Christi in cœlo solùm esse, & à pane, & vino longè distare. Quamuis igitur hæc 70 sententia Conciliorum autoritate damnata non esset, vt ostendimus, nullo modo esset admittenda: eo quòd Autores illius absque vlla ratione, & causa nouam vnionem panis, & vini cum Verbo concedant.

Petrus Mirandulan. Quocirca, id, quod asserit Picus Mirandulanus in Apologa quæst. 6. non esse contra doctrinam Patrum asserere, manere, non suppositum, sed naturam panis in hoc Sacramento vnitam Verbo Dei, erroris notam apertè meretur: nam vt vidimus supra cap. 1. Algerus lib. 1. de Sacramento, cap. 6. sententiam de vnione hypostatica naturæ panis cum Verbo hæresim nouam appellat. Tum etiam cum ex veritate verborum consecrationis fieri conuersionem panis, & vini in corpus, & sanguinem, optima ratione, autoritate Patrum, & Concilij Tridentini confirmauerimus, facilè constare potest, quantùm à veritate catholica Mirandulanus aberret.

Algerus.

Ioan. Paris. Deinde non minus refellèndus est error Ioannis Parisiensis, qui dixit, panem, & vinum hypostaticè vniri Verbo medio corpore humanitatis: tum, quia contra Ecclesiæ definitionem, & doctrinam Patrum fatetur, in Eucharistia panem, & vinum manere. Tum etiam, quia vt 1. tom. disput. 25. cap. 3. ex professo probauimus, nulla persona creata terminare potest alienam naturam; & quamuis posset, id in præsenti locum non haberet: quia in Christo nó est persona, sed solùm natura: nulla autem natura terminare potest aliam naturam, & ita, neque panis, & vinum vniri possunt Verbo media humanitate. Fatemur tamen ingenue, si panis, & vinum Verbo hypostaticè vnirentur media humanitate, aut corpore, & sanguine eius, fore, vt vbicumque esset panis, aut vinum, esset etiam humanitas, aut corpus, & sanguis eius. 71

Error Durandi. Demum error Durandi postremo loco cómemoratus confutatur: tũ ratione cómuni, quia contra definitionem Concilij Tridentini aliquid panis, & vini in Eucharistia manere, affirmat: ac proinde dicere debet, non fieri conuersionem totius substantiæ panis, & vini in totam substantiam corporis, & sanguinis Domini: tum etiam ratione peculiari refelli potest, quam in disputationem sequentem capit. 1. reseruamus, vbi de conuersione, quæ fit in hoc Sacramento, ex professo contrà Durandum disseremus. Supererat hoc loco refellere errorem Vbiquistarum, quem cap. 1. huius disputationis inter errores Lutheri recensuimus; sed, vt huic capiti finem imponamus, de vbiquitate commodiùs in sequenti capite disseremus.

Refellitur error Vbiquistarum.

CAPVT VIII.

HAERETICI Non paucihuius ætatis, vt simul cum pane, & vino præsentiam Christi in Eucharistia defendant, ausi sunt humanitati Christi ratione vnionis cum Verbo immensitatis attributum concedere, & talem idiomatum communicationem ratione vnionis tribuere, vt in antiquum errorem Theopaschitarum, & Eutychetis incidere cogantur. Ita est eorum ingenium, vt ad suos errores confirmandos, & disseminandos, alios tam diu in Ecclesia sepultos ab inferis reuocare, non dubitent.

Theopaschit. Eutychetis. Kemnitius.

Kemnitius igitur in libro de duabus naturis cap. 4. 21. & 23. inquit, essentiale quidem non esse vnioni hypostaticæ, idiomata naturæ diuinę ita communicari humanæ, vt reipsa humanitas dicatur, & sit omnipotens, & immensa, seu, vt ipse loquitur, omnipræsens; id tamen necessario consequi vnionem hypostaticam, affirmat. Docet itaque, non solùm naturæ humanæ concretè significatæ communicari secundum vocem proprietates naturæ diuinæ, vt cum dicimus: *Homo est creator, omnipotens, & immensus.* Sed etiam ipsi naturæ humanę abstractè significatæ ita re ipsa communicari proprietates diuinas, vt re vera sit omnipręsens, & omnipotens: vt hac ratione defendant, humanitatem Christi simul cum pane in Eucharistia præsentem esse. In hanc sententiam ex hæreticis consenserunt Brentius, & Schmidelinus: nisi quòd prædictam proprietatum communicationem putant esse, non quid consequens vnionem, sed quid pertinens ad essentiam illius. Eãdem proprietatum cómunicationem concedit Vvigandus in lib. de cómunicatione idiomatum: tametsi proprietatem creatoris cœli, & terræ, & alias similes, dicat, nó fuisse cómunicatas humanitati, quia cum Deus creauit cœlũ, & terram, non erat homo. Eamdem cómunicationem docuerunt Nicolaus Selneccerus, in pedagogio, & in epistola ad Theologos

72

73

Brentius. Schmidelin.

Vvigandus.

Nicol. Seln.

Vvitembergenſes, vbi damnat hanc propoſitionem. *Humana natura in Chriſto non eſt omnipotens*: atque in hunc ſenſum explicat illud 2. ad Corint. 5. *Etſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum ſed nunc iam non nouimus*: eoquòd putet in humanitatem Chriſti diuinas proprietates ex vnione fuiſſe deriuatas. Omnes denique Lutherani hoc ipſum docent, licet in ea controuerſia, vtrùm hoc pertineat ad eſſentiam vnionis, an ſit aliquid conſequens illius, non eodem modo conueniant, quod noſtra nihil omnino intereſt.

2. Corint. 5.

Refellitur memoratus error.

Verum, præterquam quòd hi hæretici in errore Theopaſchitarum, & Eutychianorum manifeſtè verſantur, errant etiã aperte in defendenda præſentia reali Chriſti in Euchariſtia, quam Eccleſia catholica docet. Primum quidem errant, & in hæreſim Eutychianorum, & Theopaſchitarum incidere coguntur: quia impoſsibile eſt, proprietates naturæ diuinæ humanæ communicari, ſi vtraque inconfuſa, & impermiſta permaneat. Nam quo, obſecro, pacto, ſi vnaquæque nullo modo mutatur, proprietatem alterius accipere poteſt? Quo circa eodem modo in Conciliis

74

definitur, proprietates vnius naturæ ratione vnionis, alteri realiter non communicari, licèt de illa concretè ſignificata prædicétur, ſicut definitur, manere in Chriſto duas naturas inconfuſas, & impermixtas, ſalua vtriuſq; naturæ proprietate. Conciliorum autem definitiones fuſius memorauimus 1. tom. diſputatione 14. cap. 2. ideoque hoc loco iterũ eas referre, ſuperuacaneum duxi. Ideò autem cum naturæ in Chriſto inconfuſæ maneant, & impermiſtæ, vna proprietates alterius reipſa recipere nequit: quia ſunt omnino repugnantes. Nam proprietas omnipotẽtiæ, quę eſt diuinæ naturæ, & finitæ potentiæ, quæ eſt naturæ creatæ, manifeſtè interſe pugnãt, ſicut finitum, & infinitum in eodem genere, vtita eidem conuenire nõ poſsint. Idem de

75

aliis proprietatibus inductione conſtare poteſt. Adde, quòd, ſicut repugnat Deo proprietas naturæ creatæ, ita repugnat naturæ creatæ proprietas increata Dei: aut igitur nulli naturæ in Chriſto cõmunicantur reipſa proprietates alterius, aut ſi naturę humanæ communicantur proprietates diuinæ, eadem ratione diuinæ naturę communicabuntur proprietates humanę; & ita, ſicut natura humana eſt mortalis, & in Chriſto mortua fuit, ita etiã diuina reipſa mortalis erit, & in Chriſto mortua.

Reſponſio Brentij reijcitur.

Reſpondet Brentius, libro de maieſtate Chriſti hominis, Concilium Calcedonenſe, dum contendit, proprietates vnius naturæ ab ea reipſa non tolli, l qui tantùm de proprietatibus quæ ita conſequuntur eſſentiam, aut ad eam pertinent, vt ab ea ſeparari nequeant; non autem de alijs proprietatibus, quas ipſe accidentarias vocat, vt eſſe in loco, & eſſe corruptibile: hæ namque ſeparari poſſunt ab eſſentia: & ita non mirum, inquit ille, ſi ab humanitate Chriſti ratione vnionis fuerint reipſa ſeparatæ. Verùm hoc pacto defendi non poteſt, humanitati Chriſti communicatam fuiſſe reipſa omnipotentiã Deitatis. Cum enim omnipotentia, & infinita potentia idem ſint, & infinita potentia in genere potentiæ cum finita omnino pugnet: conſequitur, omnipotentiam non fuiſſe cõmunicatam humanitati: quia, ſi ſic communicaretur, finitam ſuam potentiam amittere deberet: quod tamen iuxta doctrinam Brẽtij fieri nequit, ſiquidem finita virtus potentiæ, non eſt proprietas naturę creatæ ita accidentaria, vt ab ea ſeparari poſsit per infinitam virtutem ei communicatam. Accedit, quòd licèt humanę naturę communicari poſſit proprietas incorruptionis, ſeu incorruptibilitatis ratione doni alicuius, aut ratione diuinę protectionis: tamen neque intrinſeca illa potentia ad corruptionem ab ea tolli, neque diuina proprietas incorruptibilitatis, quę eſt ſine vlla potentia, etiam remota ad corruptionem, ſed quid ſimile ei communicari poteſt. Idem dicendum eſt de exiſtentia in omni loco: nam quamuis naturæ humanæ cõmunicari poſsit exiſtentia in omni loco; tamen hæc non eſt proprietas immenſitatis, quæ conuenit diuinæ naturæ; ſed quid ſimile ei: ſicut etiam æternitas, quæ communicari poteſt creaturæ, non eſt diuinę naturæ proprietas, ſed quid ſimile. Quamuis autem modus exiſtendi in omni loco humanitati Chriſti communicari poſsit; tamen nulla ratio ſuppetit aduerſarijs, vt dicant, ex vnione reipſa fuiſſe communicatam: ſiquidem integra manente vnione, potuit humanitas ſine hac proprietate manere.

76

Aliæ duæ ſolutiones reiudicantur. Kemnitius.

Reſpondẽt præterea Autores concordiæ, in repetitione articulorum controuerſorum artic. 8. & Kemnitius lib. de duabus naturis. c. 21. 22. & 23. proprietates quidem humanitatis non communicari Deitati, ſed eam illę ſam manere, Diuinitatis autem proprietates cõmunicari reipſa humanitati per gratiam, neque à Deo auferri: & ita non ſequi miſtionem aliquam earum cum natura creata: afferunt exẽplum animę, cuius proprietates corpori cõmunicantur, quamuis proprietates quæ erant animę nõ fiãt proprietates corporis, nẽpe per informationẽ. Afferũt quoq; aliud exẽplũ ferri

77

canden-

candētis, cui cōmunicātur, inquiūt, ignis proprietates, nēpe, candor, & calor, nō per informationem, sed per vnionem. Ex qua doctrina planè colligitur, eos sentire, proprietates Deitatis non communicari formaliter, & intrinsecè, per informationem ni mirum, humanitati, sed tantum per vnionem, & coniunctionem, nempe, quia vnitur Deitati, cui per informationem illæ proprietates conueniūt: hoc autem modo idem dicere debent de Diuinitate, vt ei communicentur, non per informationem, sed per vnionem ratione humanitatis proprietates creatæ, & ita illæsa permaneat. Quod si hac sola ratione proprietates increatæ communicatæ fuerunt humanitati, eodem modo ipsa illæsa permansit, sicut Diuinitas; ac proinde nō opus est aliter de humana, quàm de diuina natura in hac proprietatum communicatione philosophari. Tum etiam, si proprietates diuinæ cō municatæ fuerunt humanitati absque informatione, fieri non potuit, vt ipsa diceretur omnipotens, & omni præsens. Nam ex eo quòd coniuncta sit cum diuina in eodē suppoſito, & diuina sit omnipotens, & omni præsens, eoquod magis intrinsicè, quàm per informationem habeat omni potentiam, & omni præsentiam, aut potius hæc ipsa sit: fieri non potest, vt ipsa etiam sit omnipotens, & omni præsens, aut omniſciens: nihil enim per potentiam alterius est potēs, aut per præsentiam alterius præsens; sed per eam solùm, quam vt formam in se habet. Mitto multa alia, quæ in prædicto exemplo ferri candentis ineptè dicta, & rationi pugnantia Recentiores optimè impugnant. Satis enim iudicaui ex hoc responſo Kemnitij, & aliorum colligere, humanitatem Christi non esse omni præsentem, vt ipſi contendebant.

87

Etſi poſsibilis eſſet Chriſtivbiquitas, nō foret contendenda.

Hactenus oſtendimus, humanitati Christi, non potuisse ipsa communicari vbiquitatem, quam hæretici contendunt, sicut neque omnipotentiam. Iam verò, licet ea posset communicari, re vera communicatam nō fuisse, facilè probari potest.

Ioann. 6. & 11.

Et primum quidem ex Scriptura id apertè colligitur. Nam Ioannis 6. dicitur, *Cum vidisset ergo turba, quia Iesus non esset ibi: & cap.* 11. dixit Christus, *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quia non eram ibi.*

Matt. vlti.

Matth. vltimo, *Non est hic, surrexit, &c.* Ex his enim locis apertè constat, Christum secūdum humanitatē alicubi non fuisse, ac proinde humanitati ipsius ratione vnionis nō fuisse illam vbiquitatem communicatam.

86

Deinde idem probatur ex eo, quod in symbolo confitemur, Christum conceptum fuisse de Virgine, ac prcir de humanitatem eius in solo vtero Virginis fuisse: tum etiam, ad inferos descendisse, & ascendisse in cœlos: quę quidem vera non essent, si Christus secūdum humanitatem vbiq; esset. Nam partus Virginis, seu Christi natiuitas, descensus, & ascensus sunt veri motus, quibus humanitas Christi mota fuit, moueri autem non potuisset, si vbique esset: nam quod mouetur, & relinquit locum, in alio nouiter incipit esse; quod autem vbique est, neque relinquit locum, neque alium nouiter adquirit.

Præterea testimonijs Patrum eadem vbiquitas manifestè confutatur, quorum verba referre, opus non erit; sed sufficiet loca solū signare, in quibus dicunt, aut Christum secūdum humanitatem, aut secundum Diuinitatem moueri, vadere, & venire, aut recedere, aut adesse, aut abesse, aut quid simile. Ex quo manifestè liquet, eius humanitatē, cui hæc tribuuntur, non esse vbique. Ita loquuntur Ambrosius lib. 2. de fide c. 4. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 14. in fine. Chrysostomus homilia in illud Ioannis 3. *Filius hominis; qui est in cælo.* Ruffinus in symbolum Augustin. tract. 78. in Ioannem, & in epistola ad Dardanum, Cyrillus Alexandrinus lib. 11. in Ioannem cap. 21. Theodoret. dialog. 2. & 3. Leo Magnus serm. 2. de Ascensione. Gregorius homil. 28. Vigilius lib. 1. & 4. contra Euthychetem, Fulgent. lib. 2. ad Trasimundum cap. 17.

Probatur idem Patrum testimonijs.

88

Ambrosius. Cyri. Hier. Chrysost. Ruffinus. Augustin. Cyri. Alex. Theodoret. Leo Magn. Gregorius. Vigilius. Fulgentius.

Omissis verò ijs, quæ hæretici dicunt de ascensu Christi ad cœlos, vt ad prædicta testimonia respondeant, interpretantes prædictum ascensum metaphorice, & secundum figuram, non de cœlis corporeis, quę sultissima sunt: alterum commune eorum responsum refellamus. Dicunt igitur visibiliter, & localiter circunscriptiue non esse vbique, & ita posse ascendere, & descendere, adesse, & abesse, &c. & hoc tantum probari prædictis testimonijs: at verò diuino modo vbique esse.

Hæretico rū figmentum.

Cæterùm figmentum huius responsi facilè euanescet, si attendamus, modum existendi alicubi duobus solùm modis humanitati Christi etiam per potentiam absolutam posse conuenire, nempe, aut circunscriptiue ratione propriæ quantitatis, quo pacto ipsa humanitas primariè, & ratione sui in loco constituitur: aut spirituali modo, sicut nunc est in Sacramento, nempe, vel quia prius coniungitur corpori, & ratione illius in loco est, sicut inferius disp. 189. fusiùs oſtendemus: vel quia, vt alij volunt, ratione sui primarie in loco constituitur definitiuè, tota in toto, & tota

89

Repellitur

tota in quauis parte; alius autem diuinus modus existendi alicubi nulla ratione intelligi; ne dum explicari potest: atqui nullum fundamentum est, vt asseramus ante institutionem Sacramenti humanitatem Christi fuisse alicubi modo illo spirituali, cum vnio hypostatica integrè possit seruari, existente humanitate modo suo naturali in aliquo determinato loco circumscriptiuè: eo quòd, vt supra notauimus per vnionem nullo modo mutatur: ergo nullo modo humanitas fuit, aut est vbique.

82 Postrema vbiquitatis refutatio.

Postremo denique hæc vbiquitas ex ipso Sacramento Eucharistia, cuius gratia ab hæreticis fuit excogitata, impugnari potest: nam si humanitas Christi spirituali, seu diuino illo modo ab hæreticis conficto esset vbique: eodem modo esset in pane, & vino, quod à sacerdote offertur, & in pane, & vino, quod est in mensa cuiusque: ac proinde frustra esset Eucharistia instituta ad sumẽdum in ea verum corpus, & sanguinem Christi, cum in quauis alia substantia, quam edimus, & bibimus sumi posset.

Lutheri effugiũ clauditur.

Respondet Lutherus libro: *Quòd verba Domini adhuc firma stent*: quamuis humanitas Christi vbique sit; tamen non posse vbique, hoc est, in quauis re sumi. Affert autem in huius responsi confirmationem exemplum radiorum Solis, qui quamuis quacũque ex parte aeris nos circumstantis sint circumfusi: tamen si quis velit eos capere, vel in cistam cõijcere, non poterit.

Verum responsum hoc dignum est Autore suo, eiusque ignorantiam non obscure indicat. Nam, si substantia humanitatis Christi ita est vbique, vt omnem aliam substantiam, in qua est, comitetur, qua, obsecro, ratione fieri potest, vt quis sumat, & deuoret, aut bibat aliquam substantiam, vt panis, aut vini, & tamen substantiam humanitatis non sumat: siquidem, qui deuorat aliquid, deuorat etiam, & sumit id, quod ipsum necessariô comitatur. Ideò autem radios Solis capere non possumus, etiamsi capiamus substantiam, quam comitantur, nempe aerem, quia non sunt substantia, sed accidens pendens in sui conseruatione à præsentia Solis: ideoque in ipsa substantia aeris esse desinũt, hoc ipso, quòd aer in aliquo vase concluditur, & capitur, quia tunc opponitur aliquod impedimentum opaci Soli, ne lumen illud in aere conseruet. Quare licet respiraremus aerẽ, in quo esset lux radiorum, ipsos radios cum aere non attraheremus, quia propter impedimentum opaci, non possent amplius in ipso aere conseruari. Idemque dicendum esset, etiamsi radij Solis essent substantia quædam subtilis, quæ aeri circũfunderetur, aut ipsum penetraret: nam eodẽ modo ab ipso Sole eorum conseruatio ita penderet, vt interposito aliquo impedimento, statim in ipso aere esse desinerent.

83

84 Brentij solutio frigida.

Deinde Brentius in lib. de duabus naturis, & ascensione Christi aliter defendit sententiam Lutheri de vbiquitate: inquit enim corpus Christi vbique esse personaliter, hoc est, re ipsa (neque enim putat, solam personã Christi vbique esse) in cœna autem, seu Eucharistia esse ex definitione Dei secundũ efficaciam, ita vt in Eucharistia solum sumatur efficaciter, nempe cum fructu, quia Deus ita definiuit, & statuit. Verùm ex hac solutione sequitur, Christum verè non sumi in Eucharistia, sed solum quamdam illius efficaciam, & energiam, sicut Caluinus, & eius discipuli docent: nam, si humanitas Christi re ipsa est vbique extra cœnam, & Eucharistiam, sumpta Eucharistia non dicetur manducari, & sumi: sicut etiam, quia Deus est vbique, cum manducatur panis quicũque, non dicitur Deus manducari, & sumi: quia hæ actiones denotant motum in ea re, quæ sumitur. Id autem, quod mouetur, debet non esse vbique: iuxta doctrinam autem catholicã Deus solùm dicitur sumi, & manducari in Eucharistia per communicationem idiomatũ: quia sumitur homo, qui est Deus.

Caluinus.

85

Denique si vera esset sententia Lutheranorum de vbiquitate, nulla esset virtus, & efficacitas verborum consecrationis: neque enim ex vi illorum esset præsens corpus Christi in Eucharistia, neque panis, aut vinum esse desineret, quæ duo absurda damnata esse, ex ijs, quæ supra diximus, manifestè liquet. Mitto argumenta Vbiquistarum, quibus probare contendunt, proprietates Deitatis re ipsa, & non sola prædicatione fuisse communicatas humanitati: omnia enim illa friuola sunt. Testimonia enim omnia, ex quibus ea desumunt nihil aliud probant, quàm cõmunicationem idiomatum per solam prædicationem inter naturas concretè significatas: vel certè, proprietatem aliquam excellentiæ communicatam fuisse re ipsa humanitati, quæ non sit propria Dei: vt quod fuerit autor salutis, & remissionis peccatorum per modum meriti.

(.?.)

Diluun-

Diluuntur argumenta aduersariorum aduersus conuersionem panis, & vini.

CAPVT IX.

86 MVLTA Obijciunt nobis hæretici contra doctrinam catholicam de conuersione panis, & vini quam hactenus confirmauimus, leuiora quidem, & minoris momenti, quæ tamen in hoc capite breuiter referre, & confutare operepretium duximus. Mitto autem, quod obijcit Kemnitius de nomine ipsi transubstantiationis quòd nouum, & barbarum sit: ac proinde ad introducendam nouam, & barbaram doctrinam introductũ videatur. Nam vt ostendi 1. part. disp. 109. capite 5. nouitas vocis, aut quod in Scriptura nusquam expressè habeatur, nihil obstare debet, quominùs, si ea mysterium nostræ fidei rectè explicetur, ipsa vti non possimus. Qua de causa vocem Græca ὁμοούσιον, admiserunt Patres Concilij Nizeni, vt in ea disputatione notaui, licèt noua esset, neque in Scriptura expressè haberetur. Et quamuis aliqui ea voce fuerint vsi, vt ibidem diximus, & de ea antea fuerit controuersia, an apta esset ad denotandum consubstantialem Filium Patri, & ita Patres Nizeni illius vocis autores nõ fuerint, nihilominus eodem prorsus modo potuisset ab illis admitti, & primum excogitari, quòd ad mysterium Trinitatis explicandum idonea esset. Nam, vt eadem 1. part. disput. 3. cap. 5. ex Cicerone notaui disciplinarum autoribus licitum fuit, semperque licebit, noua vocabula artis excogitare, quibus rem cõmodius, & breuius explicare queant.

87 Mitto etiam secundum argumentum eiusdem Kemnitij, nempe nihil pro articulo fidei habendum esse quod non ex manifestis, & firmis Scripturæ testimonijs colligatur: iam enim supra contra ipsum, aliquoſque catholicos ostendimus, doctrinam catholicã de conuersione panis, & vini ex manifesto Scripturę testimonio deduci, semperque ab Ecclesia deductam fuisse; tametsi ad definiẽdum dogma fidei necessarium nõ sit, ex Scriptura illud certò colligere, cum sola traditio Ecclesiæ sufficiat vt 2. 2. quæst. 1. art. 10. videbimus.

Tertium Matth. 26. Tertio arguit Kemnitius ex illis locis, vbi Eucharistia panis appellatur Matth. 26. *Accepit panem*, de quo statim subdit, *Hoc est corpus meum*. Et de calice, quem plenũ vino accepit Christus, dixit, esse calicem noui testamenti in sanguine suo, Luc. 22. & 1. ad Corinth. 11. quæ quidem dici non possent, nisi in Eucharistia panis, & vinum verè manerẽt. Verùm hoc argumentum facilè inferius diluemus disp. 201. cap. 3. vbi ostendemus pronomen *Hoc* aut *Hic*, quod est inter verba cõsecrationis, non demonstrare id, quod est ante, aut in principio prolationis, sed quod est in fine. Hoc autem modo, nec panem, nec vinum, neque calicem cum vino demonstrare potest; sed corpus ipsum, & sanguinẽ Christi. Et sane, si pronomen *Hoc* demonstraret panem, vt contendunt Lutherani: aut falsa esset Domini sententia, aut panis diceretur corpus Christi metaphoricè, & figuratè, nempe, quia repręsentaret corpus Dominicum: quod tamen Lutherani non concedunt. Cum igitur ex eorum sententia prædicta verba vere sint accipienda, nullo modo ipsi contendere possunt, panem ipsum triticeum per pronomen illud demonstrari. Quòd vero Eucharistia post consecrationem dicatur panis, intelligẽdum non est de pane tritice-, sed ita dicitur vt ait Lanc francus lib. de Eucharistiæ Sacramento, non lõge à fine, vel quia ex pane fit, vel quia panis apparet, vel certè, quia est cibus spiritualis animæ, & omnis cibus non ipse panis mysticè, & figuratè denotatur, vt etiam notauit Algerus lib. 1. de Sacramentõ cap. 16. post medium, sicut etiam manna frequenter in Scriptura panis dicitur Exod. 16. & Psalm. 77. & Ioann. 6. qua etiam ratione eodem capite 6. Ioannis Christus dixit: *Caro mea verè est cibus*. Neque mirum est in eodem capite 1. ad Corinth. 11. panem varie accipi, primùm quidẽ pro pane triticeo, deinde pro pane spirituali: id enim contextus, & series doctrinę Pauli manifestè indicat. Et ita primæ ad Corinthios 11. primùm panis accipitur pro pane cœlesti, qui est Christus in Eucharistia: vt autem falsò putat Kemnitius, pro pane triticeo, cum dicitur: *Panis, quem frangimus, &c.* Et tamen paulò inferius sine controuersia accipitur pro corpore Ecclesię, cum dicitur, *Vnus panis multi sumus*.

Lucæ 22. 1. Cor. 11.

88

Lancfranc.

Algerus.

Exod. 16. Psalm. 77. Ioann. 6.

1. Cor. 11.

89 Vltimum Kemnitij argumentũ.

Vltimo argumentatur Kemnitius ex materia huius Sacramenti, quam, inquit, esse panem, & vinum: nam materia permanere debet in ipso Sacramento, & ad constitutionẽ illius conuenire. Aliqui respondent, ad rationem Sacramenti Eucharistię solа accidentia panis, & vini pertinere. Ad illud tamen de materia respondent materiam, ex qua conficitur hoc Sacramentum, esse panem triticeũ, & vinum vitis, quę manent in hoc Sacramento, pro

Kemnitij argumenta. Primũ.

PP. Nizeni.

Cicero.

Secundũ.

Tertium Matth. 26.

to, prò vt opus eſt ad ſignificãdum. Egò verò iuxta doctrinam traditam ſupra diſp.167. cap.3. facilius reſpondeo, Sacramentum hoc non conſtare materia, & forma in facto eſſe, ſed tantum in conſecratione illius.

Petr.Mart. Argumentũ primũ. Ioan.6. Matth.26.

Porrò Petrus Martyr in libro contra Gardinerum, primò ſic arguit: ſicut Dominus Ioannis 6. de ſe dixit, *Ego ſum panis, &c.* ita Matth.26. dixit de pane; *Hoc eſt corpus meum*: atqui dicens illa verba Ioann.6. non ſe conuertit in panem: ergo neque dicens illa Matth.26. conuertit panem in corpus ſuum.

90

Reſpondeo, priora illa verba planè dixiſſe Chriſtum de ſe ipſo, ſiquidẽ ait, *Ego ſum, &c.* at verò poſteriora non dixiſſe de pane: quia pronomen *Hoc* non demonſtrat panem, vt inferius diſp. 201. cap.3. fuſius oſtendemus. Præterea, cum Chriſtus de ſe dixit: *Ego ſum panis viuus, & panis vitæ*, non loquebatur de hac carne, vt edenda per modum cibi in hoc Sacramento, ſed de ſe ipſo vt per fidem credendo, quem panem appellauit: eoquòd eſſet cibus per fidem operans in vitam æternam. Nam de Sacramento Euchariſtiæ poſtea inci pit in eo capite tractare, vt notauimus ſupra diſp.179. cap.4. Hinc autem rectè ſequitur per illa verba: *Ego ſum panis viuus*, aut *panis vitæ*, non potuiſſe fieri conuerſionem: nam ſi de ſe ipſo illa dixit, ipſe etiam debuit poſt verborum prolationem permanere, vt de ipſo verè enuntiatũ eſſet illud: *Ego ſum panis, &c.* verè autem enuntiatum fuit, quia de Chriſto vere dicitur, quòd ſit panis ſpiritualis animæ per fidem edendus. Quod ſi pronomen

91

Hoc, in illis verbis: *Hoc eſt corpus meum*, demonſtraret panem, fatemur etiam, fore, vt nulla conuerſio virtute illorum fieri poſsit: quia panis, de quo enuntiantur, manere deberet. Cùm autem *Corpus* eo loco in propria ſignificatione accipiatur, vt diſp.179.cap.6. oſtẽdimus, neceſſe eſt fateri, pronomen *Hoc*, non demonſtrare panem, ſed ipſum corpus Chriſti, quod eſt in fine prolationis, vt diſp. 201. cap.3. probabimus. Sic autem fieri debet cõuerſio panis: quia alioquin non eſſet vera enunciatio, vt iam monſtrauimus.

Argumentũ ſecundum. Petr.Mart. Caluinus. Vviclef. Vvaldenſ.

Secũdo arguit Petr.Mart. hoc modo, ſi panis deſineret eſſe, anihilaretur: quod autẽ anihilatur nõ poteſt cõuerti: ergo ſi panis deſineret eſſe, nõ cõuerteretur in corpus Chriſti, vt catholici docent. Hoc idẽ contendit Caluin. lib.4. inſtitutionum capite 17. §. 14. & ante ipſum Ioannes Vvicleffus, vt refert Vvaldenſis tom.2. qui eſt de Sacramẽtis c.68. Verũ ex ijs, quæ trademus inferius d.183. c.2. hoc argumẽtũ facilè diluetur, vbi de modo, quo panis deſinit, ex profeſſo tractabimus.

Tertio argumentatur ex confeſsione Berengarij approbata à Concilio Romano ſub Nicolao II. & relata à Gratiano de conſecratione diſtinctione 2. cap. *Ego Berengarius*, cuius nos meminimus ſupra diſputãt. 179. capite 2. quia in ea dicitur, panem, & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem eſſe non ſolùm Sacramentum, ſed etiam verum corpus, & ſanguinem Domini, & ſenſualiter, & in veritate ſacerdotum manibus tractari & frangi, & fidelium dentibus atteri: hæc autem de Chriſti carne nequaquam dici poſſunt. Ex verbis etiam eiuſdem confeſsionis Ioanes Vviclef, vt refert Vvaldẽſis tomo 2. qui eſt de Sacramentis cap.42. num. 2. probare contendebat, panem, & vinum manere in Euchariſtia: quia in ea dicebatur, panem, & vinum eſſe hoc venerabile Sacramentum. Quocirca, vt idem Vvaldenſis memorat cap.45. memb.1. dicebat, Eccleſiam tempore Innocentij Tertij ſenſiſſe contra id, quod ſub Nicolao II. in abiuratione Berengarij docuerat, nempe, in Eucharistia panem, & vinum verè manere. Quinimo ipſe Berengarius, vt teſtatur Lancfrancus in lib. de Euchariſtiæ Sacramento longè ante medium, poſt tertiam illam abiurationem cœpit docere panem, & vinum ſimul cum corpore, & ſanguine Chriſti in Euchariſtia manere, idque ex verbis, quibus in ea abiura-

Tertium. Conc.Rom. Gratianus.

92

Vviclef.

Vvaldenſ.

Lancfranc.

93

tione vſus eſt, hoc modo colligebat. *Sicut enim, qui dicit, Chriſtus eſt ſummus angularis lapis, Chriſtum non aufert, ſed Chriſtum eſſe, omnino conſtituit: ita, qui dicit; Panis altaris ſolummodo eſt Sacramentum: vel panis altaris ſolummodo eſt verum corpus Chriſti, panem in altari eſſe, non negat: panem, & vinum eſſe confirmat immenſa Dominica.*

Dubiũ diſſoluitur Berengarij.

Reſpondeo primùm, ex eo, quòd in prædicta abiuratione dicatur, panem poſt conſecrationem eſſe non ſolùm Sacramẽtum, ſed etiam verum corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, minime ſequi, panem, & vinum manere. Nam licet re vera manerent, non ob id dicerentur eſſe verum corpus, & ſanguinem Domini, niſi figuratè ſolũ, quia eſſent ſignum illorum; ſed ex illis verbis ſolũ colligi id, quod tunc Nicol. in Conc. Roman. contra Berengarium contendebat, nimirũ panẽ, & vinũ non eſſe Sacramẽtũ, hoc eſt, ſignũ ſolũ ſine corporis, & ſanguinis Chriſti præſentia; ſed etiam verum Chriſti corpus, & ſanguinem ibi eſſe. Ideò autem dicitur, panem eſſe ipſum Chriſti corpus, & vinum ſanguinem: quia, vt ait Lancfrancus, poſt cõſecrationẽ corpus Chriſti eſt panis cœleſtis, & ſanguis eius potus, aut vinũ etiã cœleſte, & ſpi-

Nicol.M.

Lancfranc.

94

& ſpiritnale: vel potius, quia id, quod in aliud conuertitur, dicitur quodammodo poſt conuerſionem incipere eſſe illud, vt diſput. 181. cap. 13. videbimus: panis igitur poſt conuerſionem eſſe dicitur corpus Chriſti, ſicut etiam dicitur fieri corpus Chriſti: quia nimirum iam non manet in ſua natura, ſed in corpus Chriſti conuerſus: male igitur ex verbis ſuæ abiurationis inferebat Berengarius, panem, & vinum manere: quia ſi re vera manerent, vere dici non poſſet, panem eſſe corpus Chriſti verum poſt conſecrationē, ſicut prædicta abiuratio continebat.

Modus loquendi abiurationis Berengarij.

Quod vero attinet ad alteram partem abiurationis, in qua dicebatur frangi corpus Chriſti, verè tangi, dentibus atteri, & manducari, dicimus, eam deſumptam fuiſſe ex doctrina Patrum, qui vt veram præſentiā corporis Chriſti in hoc Sacramento denotarēt, his modis loquendi vſi ſunt. Chryſoſt. hom. 83. in Matthæum de Chriſto in hoc Sacramēto inquit, *Ipſum vides, ipſum tangis, ipſum comedis*, & homil. 45. in Ioannem, *Non ſe tantū videri permittit deſiderantibus ſed & tangi, & manducari, dentes carni ſuæ infigi.* Et homilia 24. in priorem ad Corinthios, *Quod in cruce paſſum non eſt, id in oblatione patitur, & propterea frangi ſuſtinet, vt omnes ſatiet.* Similia habet Cyrillus lib. 12. in Ioann. ca. 58. quę omnia verè de corpore Chriſti dicuntur: nō quia hæc ipſi ſecundum ſe, & proximè conueniant, ſed quia remotè, medijs nimirum ſpeciebus panis, quæ ſecundum ſe, & proximè videntur, teruntur, franguntur, & tractātur: ſicut etiam Chriſtus dixit Lucæ 8. *Quis me tetigit*, cum tamen nullus ipſum proximè, ſed veſtem eius tetigiſſet. Ideò autē addita fuerunt verba illa, *Senſualiter, & non ſolum in Sacramento*, nempe, illa omnia, quę enumerauimus, Chriſto in Euchariſtia conuenire; vt denotaretur, ſub illis ſpeciebus, quæ ſentiuntur, non tantum eſſe Chriſtum veluti in ſymbolo, & Sacramento, ſed etiam re ipſa: vt ita ſenſualis tractatio remotè ratione ſpecierum, veluti ratione veſtimenti tegētis, illi re vera conueniret, quę non niſi ſpiritualiter conuenire poſſet, ſi in hoc Sacramēto veluti in ſymbolo, & figura tātum eſſet: quia ſymbolum illud, & figura eſſet tātum ad intellectum, non ad ſenſum. Vtrum autē hę, & aliæ ſimiles enuntiationes ſine improprietate vlla verè enuntientur, an non, dicemus diſp. 193. cap. 2. Mitto tria alia argumenta Petri Martyris, quia in eis tangit alias difficultates, quæ alijs in locis ex profeſſo tractandæ à nobis ſunt: ex quarum ſolutione argumenta Martyris facillimè diluentur.

Chryſoſtom. Cyrill. Luce 8.

95 96

Primum argumentum ſumptum eſt ex mutationibus, quæ fiunt in hoc Sacramento, quæ ſine ſubſtantia panis, & vini fieri nō poſſe videntur: quia panis poſt conſecrationem alterari poteſt, & ex illo animal nutriri, & veneno infici; de hoc tamen diſſeremus diſp. 195. cap. 4.

Primum.

Secundum argumentum ſumptum eſt ex natura accidentis, de cuius ratione videtur eſſe, vt inſit ſubſtantiæ, & ſubiecto; ſi autem fieret conuerſio ſubſtantiæ panis, & vini, manerent eorum accidentia ſine ſubiecto; de hoc tamen agemus diſp. 194. cap. 2.

Secūdum.

Tertium argumentum deſumptum eſt ex tempore, quo fieri debet conuerſio: nam ante prolationem verborum fieri nequit: eo quòd virtute ipſorum non fieret: neque ſimul, quia conuerſio fieret ſucceſsiuè, ſicut ipſa prolatio: nēque poſt: quia verba non eſſent vera, ſiquidem enuntiarent eſſe id, quod nondum erat. Verùm, quam parui momenti hoc argumentum ſit, ex ijs, quæ inferius dicemus diſp. 201. patebit.

Tertium.

Quartum argumentum eſt: ſi fieret conuerſio, verum eſſet dicere, ex pane fit corpus Chriſti, hoc autem multis nominibus falſum eſt. Primùm, quia ſequeretur, ex pane generari corpus Chriſti: quia mutatio ad ſubſtantiam eſt ſola generatio. Deinde, quia ſequeretur, fieri à ſacerdote Deum, & hominē, qui eſt Chriſtus, ſi à ſacerdote fit id, quod eſt in Euchariſtia. Poſtremò quia ſequeretur corpus Chriſti, quod eſt in Euchariſtia, eſſe aliud ab eo, quod fuit in vtero Virginis: quia id, quod fuit in vtero Virginis, factum fuit ex carne Virginis: quod autem in Euchariſtia, factum eſt ex pane. Cæterùm inferius explicabimus verum ſenſum, in quo dicere poſſumus, ex pane fieri corpus Chriſti: ex quo etiam conſtabit, nihil abſurdi ſequi, vt Martyr contendit. Quod verò obijcit de fallitate ſenſus circa ſenſibile, quæ ſequi videtur ex conuerſione, & minimè decet, friuolum eſt: nam ſenſus in Euchariſtia non magis fallitur circa ſenſibile proprium, & commune poſt conuerſionem, quàm naturaliter decipere tur ante conuerſionem: nam, ſi aliqua eſt deceptio, ea eſt circa ſubſtantiam propriam illorum accidentium, quam ſenſus diiudicare nequit, ſed intellectus; hanc autem corrigit fides: id quod ſtatui præſentis vitæ, in quo per fidem ambulamus, maximè decens eſt.

Quart: m.

97

Sed obijcit Kemnitius hoc modo. Patres probabant contra Marcionem, & Manichęū, Chriſtum eſſe verum hominem: eo quòd māducaret, & biberet, dormiret, & fatigaretur, quæ

Kemnitij obiectio.

quæ ſunt accidentia propria hominis, & vitæ, ergo eadem ratione ex proprijs accidentibus panis probare nos poſſumus ſubſtantiã
93 Solutio. panis. Reſpondeo, Patres non contendiſſe cum Marcioniſtis, & Manichęis, vtrum in Chriſto eſſent ſolum accidentia humanitatis, an verò etiam eſſet ſabſtantia; ſed vtrũ hæc ſubſtantia eſſet verę humanitatis, an ſolum apparentis, cum tamen alias omnes cum catholicis cõuenirent, in Chriſto præter ſubſtantiam Deitatis eſſe aliam; in hac verò controuerſia rectè Patres argumentantur contrà prædictos hæreticos, & ex proprijs accidentibus humanitatis, quæ in Scriptura Chriſto tribuuntur colligunt, ſubſtantiam illam, quam etiam Marcioniſtæ, & Manichæi fatebantur in Chriſto præter Diuinam, eſſe veræ humanitatis, & non apparentis, & aereę: cum illa, quę narrat Scriptura, propriè accipienda eſſent: manducare enim, & bibere, & fatigari non eſt apparentis, & phantaſticæ humanitatis, ſed verę. Adde, quòd, licèt argumenta deſumpta ex alijs ſenſibus per ſe ſola ſenſum non conuincant, ſed intellectum; tamẽ vt 1. part. diſp. 184. cap. 2. notauimus, argumentum deſumptum ex tactu conuincit plenè ſenſum ad hoc, vt fateamur, illud corpus non eſſe ſolùm apparens, ſed veræ humanitatis. Hæc ſunt, quę hęretici noſtri temporis obijciunt nobis ad probandum, in Euchariſtia manere panem, & vinum, nihil curantes de vnione hypoſtatica illius cum Verbo.

99 Quorumdam hæreticorũ ſenſus. Proſperus. Algerus.

Qui verò tempore Algeri docuerunt, panem, & vinum in Euchariſtia ita manere, vt vnita ſint hypoſtaticè Verbo Dei, ſicut eſt humanitas, nitebantur teſtimonio Proſperi in libro ſententiarum Auguſtini, ſicut refert idem Algerus lib. 1. de Sacramento cap. 6. in principio: ibi enim inquit Proſper, ſacrificiũ Eccleſię duobus cõſtare, ſicut perſona Chriſti duobus conſtat, nempe, Deo, & homine; addebant enim, vt notat Algerus, ita perſonaliter ſacrificium Eccleſię duobus conſtare. Cum autem illis diceretur, illam elementorum ſpeciem non eſſe cum Chriſto vnam perſonam, ſed Sacramentum ipſius, & figuram, obijciebant Ambroſium ad Gratianum, qui ita dixit: *Sicut dicitur Sacramentum aſſumpti hominis, ſic dicitur Sacramentum Dominici corporis:* & Beatum Maximum qui dixit, *Deũ ſub carnis myſterio venientem.* Reſpondet tamen Algerus ad teſtimonium Proſperi vnico verbo, nempe, eum non adduxiſſe ſimilitudinem vnitatis perſonalis: ſed ſolum dixiſſe, vtrumque, nempe hoc Sacramentum, & myſterium Incarnationis, duobus conſtare; quod enim attinet ad perſonalis vnitatis ſimilitudinem, aduerſarij ex ſuo cerebro addiderũt; reliqua verò nihil difficultatis habẽt. Eodem modo explicari debent Cyprianus in ſermone de cœna Domini, Remigius Rhemenſis in cap. 10. prioris ad Corinthios, & Haymo in eumdem locum, Damaſcen. lib. 4. de fide cap. 14. cum vtuntur ſimilitudine vnionis hypoſtaticę in Chriſto ad explicandam preſentiam Chriſti in hoc Sacramento: neque enim de vnione hypoſtatica Verbi cũ pane curarunt, ſed ſolum preſentiam Chriſti in Sacramento explicare voluerunt.

Ambroſ. *Maxim.* Reſpõſio.

Cyprian. *Remig.* *Haymo.* *Damaſcen.*

100

Sunt præterea alia tria teſtimonia Patrum difficiliora, quæ probare videntur, non vnionem panis, & vini cum Verbo, ſed naturam, & ſubſtantiam ipſam panis, & vini in hoc Sacramento ſimul cum corpore, & ſanguine Chriſti manere. Primum eſt Gelaſij Papæ in lib. de duabus naturis in Chriſto aliquantulum ante finem, qui eſt in 4. artic. 5. tomo Bibliothecæ Sacrę, vbi ita inquit: *Circa Sacramenta, quæ ſumimus corporis, & ſanguinis Chriſti, diuina res eſt: propter quod, & per eamdem Diuinæ efficimur conſortes naturæ, & tamen eſſe non deſinit ſubſtantia, vel natura panis, & vini.* Canus lib. 6. de locis cap. vltim. ad 9. & Claudius Sainctes repetitione 8. de Euchariſtia c. 4. non improbabiliter putant, librum illum non eſſe Gelaſij Papæ, ſed Gelaſij Cæſarienſis: eo quòd non parum in eo laudetur Euſebius Cæſarienſis, qui tamen apud probatos viros malè audit: & quòd in eo nulla fiat mẽtio Concilij Calcedonenſis, & Leonis Papę in confirmationem doctrinę, quam autor illius contendit defendere. Et ita hoc teſtimonium nullius momenti cenſeri debet. Deinde Compilator Bibliothecę Sacrę in annotatione marginali benignè prędicta verba interpretatur, vt dicatur ſubſtantia, & natura panis, & vini manere, quia effectum, & proprietatem ſubſtantiæ habet, vt alere, & ſimilia. Et ſanè autor illius lib. paulò inferius cõuerſionem panis, & vini non obſcurè indicauit illis verbis: *Vt ſicut in hanc ſcilicet in Diuinam tranſeunt* (nempe panis, & vinum, de quibus antea loquutus fuerat.) *Sancto Spiritu perficiente ſubſtantiam, permanente tamen in ſua proprietate naturæ.*

Gelaſius.

101

Canus. *Sainctes.*

Alterum teſtimonium eſt Chryſoſtomi in epiſtola ad Cęſarium monachum, vbi inquit, poſt conſecrationem liberari panem ab appellatione panis, & dignum fieri appellatione Dominici corporis, etiam ſi natura panis in ipſo permaneat; quod ſanè explicari à nobis poſſet, ſicut præcedens. Verùm, vt optimè probat noſter Turrianus lib. 1. de Euchariſtia cap. 18. §. *Ad illud*, hęc epiſtola nõ

Chryſoſtom.

102

Turrianus.

aſſ

eſt Ioannis Chryſoſtomi, ſicut etiam antea
Steph Vin. notauerat Stephanus Vintonienſis Epiſcopus in libro confutationis cauillationum ad obiectionem 201. ſed cuiuſdam Ioannis Conſtantinopolitani: & ita inter opera Chryſoſtomi, aut Latinè ſcripta, aut etiam Græcè nó reperitur, vt noſter Turrianus obſeruauit. Nihilominus rectè defendit Vintonienſis, ideò hunc Autorem dixiſſe, naturam panis in Euchariſtia manere, quia videtur, palpatur, guſtatur, & corrumpitur; cum verò ſtatim ſubdat: *Et non duo corpora, ſed vnũ Filij Dei corpus prædicatur*, nempe, in Euchariſtia, manifeſtè denotauit, ſubſtantiam panis in corpus Chriſti conuerti, vt idem Stephanus rectè notauit; alioquin Sacramentũ hoc duo corpora, alterum panis, alterũ Chriſti dicerentur.

Theodoret. Tertium teſtimonium eſt Theodoreti in 1. dialogo pag. 13. vbi de Chriſto ita ſcribit: *Symbola, & ſigna, quæ videntur appellatione*
103 *corporis, & ſanguinis ſui honorauit; non naturã quidem mutans, ſed naturæ gratiam adijciens.* Stephanus Vintonienſis ad obiectionem 246. de doctrina Theodoreti in dialogis inquit, etiamſi ſcopum ſpectet ille à fide catholica non alienum; ea tamen, quæ interdũ docet minimè digna eſſe, quæ in examinanda doctrina catholica aliquid momenti habere videantur, eo quòd per contentionem prolata ſint ad cõuincendos hæreticos, quos conuincere quoquo modo, non ſolet improbari: & ita doctrinæ Theodoreti hac in parte non multum fidit. Facile tamẽ reſpõderi poteſt, nomine naturæ ſymbolorum, quæ videtur, non intellexiſſe ſubſtantiam, ſed ipſam exteriorem naturam accidentis, quæ videtur, & ſentitur, cui adiecta eſt gratia interior corporis, & ſanguinis Chriſti. Hoc autẽ ex verbis ipſius manifeſtè colligitur: nam, cum paulò antea dixiſſet, Chriſtum nomina commutaſſe in hoc Sacramento, vt corpori ſuo nomen ſymboli, & ipſi ſymbolo nomen ſui corporis tribueret: Eraniſtes ab Orthodoxo quæſiuit cauſam huius mutationis nominum; ſubdit autem eam Orthodoxus hoc modo, *Volebat enim eos, qui ſunt diuinorũ myſteriorum participes, non attendere naturam eo-*
104 *rum, quæ videntur, ſed per nominum permutationem, mutationi, quæ fit ex gratia, credere.* Cauſam igitur mutationis nominum dicit eſſe mutationem per gratiam in ipſis ſymbolis factam; certè non aliam, niſi ſubſtantiæ illorum accidentium in corpus, & ſanguinem Chriſti. Cum igitur dixit, non mutari naturam ſymbolorum; per naturam, non intelligit ſubſtantiam illorum, quæ illa ſuſtentabat, ſed ipſammet accidentium eſſentiam, quæ ſentitur.

Quædam Scholaſticorum opinio de hac re improbatur.

CAPVT X.

Quorumdam opinio nihil probabilis. ANTEQVAM De natura huius conuerſionis diſſeramus, ſupereſt, vt in hac diſputatione opinionem quãdam Scholaſticorum, quę quidem me iudice nihil probabilitatis habet, refutemus. Ea verò eſt, in hoc Sacramento non manere materiam, aut formã panis, aut vini, quod eſt remotum ſubiectũ quantitatis, ſed eſſe illius, quod eſt proximũ ſubiectum eiuſdem quantitatis, per quod in hoc Sacramento exiſtit: nam cætera accidentia in quantitate exiſtunt. Hanc opinionem
105 hoc modo refert Paludanus in 4. d. 12. q. 3. artic. 1. nu. 5. eamq; tribuit Gotfredo quodl. 8. quæſt. 17. Aliqui tamen Recentiores eam intellexerunt non de eſſe exiſtentię, ſed de ſubſiſtẽtia: & hoc modo eam Gotfredo etiã adſcribunt; cum tamen Paludanus nihil de ſubſiſtentia dicat: fortaſsis Gotfredus pro eodem vtrãmque vſurpauit, nempe exiſtentiam, ſeu eſſe, & ſubſiſtentiam. Eandem opinionem eodem modo intellectam tribuit Pico Mirandulano in Apologia quæſt. 9. quamuis dicat, ipſum nihil affirmando eam pronũtiaſſe; ipſe tamen ibi non loquitur de ſubſiſtentia, ſed de exiſtentia, & de hac prædictã opinionem non ſequitur: ſolùm dicit fieri poſſe, vt conuerſa eſſentia panis, & vini in corpus, & ſanguinem, maneret eius exiſtentia tamquam proximum ſubiectum quantitatis ſine eſſentia, quæ erat remotum. Gotfredus igitur primum probat, id fieri poſſe, quia licèt eſſentia ſit prior ipſo eſſe, & exiſtẽtia, & hac ratione videatur exiſtentia nõ poſſe manere ſine eſſentia, quia poſterius ſinẽ priori manere nequit, tamen, quia eſſentia ſe habet ad eſſe, & exiſtentiam ſicut potentia ad actum, & ſicut materia ad formam, id rectè, inquit, fieri potuit: nam Deus multò melius efficere poteſt, vt forma ſit ſine materia,
106 quàm materia ſine forma. Cum igitur in myſterio Incarnationis fecerit, vt eſſentia humanitatis maneret ſine ſuo eſſe, & exiſtẽtia, multò melius poterit efficere, vt eſſe alicuius naturæ, & eſſentiæ ſine illa maneat. Deinde probat, ita neceſſariò fuiſſe factum in myſterio

Paludan. Gotfred. Pico Mirãd. Gotfredi argumenta. Primum. Secundũ.

ſteri Euchariſtiæ hac ratione. Nihil creatũ conuerti poteſt in increatum; vnum autem creatum in aliud etiam creatum rectè poteſt, quando communicant in materia, & in genere: defectu cuius accidens creatum conuerti non poteſt in ſubſtantiam creatam; eſſentia autem panis rectè conuertitur in eſſentiam corporis Chriſti: quia in genere, & materia conueniunt: atqui eſſe panis, quod creatum eſt, non conuenit in materia, vel genere cum eſſe corporis Chriſti, quod increatũ eſt: eo quod in Chriſto vnum tantùm ſit eſſe Diuinum actualis exiſtentiæ: ergo conuerſa eſſentia panis in eſſentiam corporis Chriſti, ne
107 ceſſe fuit, vt eſſe exiſtentiæ panis remaneret, quia ſi conuerteretur, conuerti deberet in exiſtentiam corporis Chriſti, in hanc autem conuerti non poſſet, quia Diuina eſt, & increata. Hæc ſententia quamuis, quod attinet ad priorem partem, quæ eſt de poſsibili, placeat Pico Mirandulano, quia poſsibile eſſe exiſtimat, vt exiſtentia panis ſine eſſentia ipſius maneat; tamen, quod ad poſteriorẽ partem ſpectat, quæ eſt de facto, ei non probatur: quia cenſet, poſſe fieri, vt non ſolùm eſſentia panis, ſed etiam exiſtentia illius conuertatur in eſſentiam corporis Chriſti, aut ſaltem exiſtentia annihiletur: neque opus ſit, in exiſtentiam Diuinam conuerti. Vtraque autem pars huius opinionis Paludano diſplicet, & poſteriorem quidem prædicta ratione Mirandulani refellit: priorem autem hoc modo. Impoſsibile eſt effectum formale eſſe ſine forma manere: atqui eſſe exiſtentiæ, inquit, eſt effectus formalis eſſentiæ: ergo ſi ne eſſentia ſua manere nequit.

Picus Mirãd.

Recentiores via diuerſa idẽ ſectantur placitum.

Recentiores nonnulli hac noſtra ætate eãdem ſententiam, alio tamen fundamento innixi, ſequuti ſunt: putant enim, eadem exiſtentia ſecundùm rem exiſtere ſubſtantiam & accidentia ipſius: cumque accidentia, quę manent in hoc Sacramento, exiſtant eadem exiſtentia, qua antea exiſtebant, colligunt, manere exiſtentiam, quę erat ſubſtantiæ ſine ſubſtantia ipſa. Poſtea verò melius ſapiẽtes ſententiam mutarunt; tametſi prædictã non improbabilem exiſtiment.

108

Quantum diſp iceat alijs.

Contra eos verò alij acriter inuehuntur: eoquòd hanc opinionem, vt probabilem defendant, cum ex principijs fidei facilè deducatur, eam erroris nota dignam eſſe. Nam in Concilio Tridentino ſeſsione 13. cap. 4. & canone 2. definitur primùm, conuerſionẽ fieri totius ſubſtantię panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti: ſi autem exiſtentia illius ſubſtantiæ remaneret, tota ſubſtantia non conuerteretur. Deinde definitur in eo

Conc. Trid.

canone, poſt conuerſionem nihil manere, niſi accidentia panis, & vini: quòd ſi exiſtentia panis, & vini maneret, non ſolùm accidentia, ſed etiam aliquid aliud maneret.

Mens Autoris circa definitionem Triden. Cõc.

Ego ſanè exiſtimo, definitionem Concilij Tridentini directè contra prædictam opinionem non pugnare: alioquin non ſolùm erroris, aut improbabilitatis, ſed etiam hæreſis inſimulanda eſſet. Nihilominus cenſeo, optima & efficaci ratione Autores illius poſſe conuinci erroris, ſicut eum, qui negaret, Chriſtum eſſe riſibilem. Primùm quidem, dẽ finitionem Concilij directè non pugnare cõtra prædictam opinionẽ, ideò exiſtimo: quia
109 cum definit conuerſionem fieri totius ſubſtantię: per totam ſubſtantiam expreſſè non intelligit exiſtentiam illius, aut modum ſubſtantialem, ſed partes eſſentiales eius, nempe materiam, & formam: modum autem, & exiſtentiam eatenus ea definitio complectitur, quatenus illa neceſſariò comitari debent eſſentiam, & accidentibus communicari non poſſunt: idem quoque de ſubſiſtentia, quæ eſt modus ſuppoſiti intelligo. Quare, cum dicit etiam Concilium, nihil ſubſtantiæ panis, & vini manere in hoc Sacramento præter accidentia, expreſſè non excludit exiſtentiam ſubſtantię, ſed de ea idem intelligendum eſt tacitè eſſe definitum, quatenus neceſſariò comitari debet eſſentiam panis, & vini, & accidentibus communicari nequit: nam hac ratione rectè ſequeretur, manente exiſtentia panis, manere etiam eſſentiam, & ſubſtantiam illius, quod expreſſe eſſet contra definitionem. Si tamen fieri poſſet, vt exiſtentia ſubſtantiæ eſſet exiſtentia accidentium, ea definitione non excluderetur exiſtentia panis, & vini.

Efficaci ratione improbatur eadem Recentiorũ ſententia

Iam vero efficaci ratione oſtendamus manente exiſtentia panis, & vini neceſſario manere debere totam ſubſtantiã illius: ac proinde eos, qui aſſerunt, manere exiſtentiam, in damnationem Concilij neceſſario incidere. Primùm quidem: cum eſſentia, & exiſtentia cuiuſque rei re vera non diſtinguantur, ſequitur, ſubſtantiam panis, & vini ab exiſtentia ipſius re ipſa non diſtingui; ac proinde manente exiſtentia panis, & vini, eſſentiã illius, & ſubſtantiam neceſſariò manere. Porrò autem eſſentiã cuiuſque rei ab exiſtentia illius re ipſa non diſtingui, ſatis, ſuperque à nobis demonſtratũ eſt 1. tom. d. 72. c 2. Deinde, licèt eſſentia, & exiſtentia cuiuſcũque rei diſtinguerentur realiter, tamen fieri non poſſet, vt exiſtentia ſubſtantię cum accidentibus ſine ſubſtantia ipſa maneret: nam vel maneret ad hoc, vt accidentia per eã exiſterent, vt puta-

110

runt

runt Recentiores Theologi, quos posteriori loco memoraui; aut ad hoc, vt quantitas in ea tamquam in subiecto proximo existeret,
Gotfredus. Picus Mirā. vt Gotfredus fieri existimauit, & Mirandulanus, saltem possibile esse, fuit arbitratus; neutrum autem secundum rectam Philosophiam dici potest: ergo, qui diceret, manere existentiam panis, & vini, cogetur idem asse
111 rere de substantia ipsa: quia, si ad neutrum illorum, quæ diximus, manere potest existentia, sequitur, ad nihil aliud manere, nisi vt per illam propria substantia existat: cogeretur igitur asserere, simul cum existentia substantiam quoque manere, ac proinde in canonem incideret. Et primum quidem, si existentia substantiæ distingueretur à substantia ipsa, fore, vt manere non posset ad hoc, vt accidentia per illam existerent, probatur: quia per eamdem existentiam non potest substantia per se existere, & accidens inesse: cum enim ipsa suaptè natura sit existentia per se, cuicumque ea communicatur, per se existere debet, & non inesse; alioquin eadem esset existentia per se, & in alio, seu inexistentia: ergo impossibile est, existentiam substantiæ sine essentia illius manere. Deinde manere non potest existentia substantiæ pro subiecto proximo quantitatis, sicut existimauit Gotfredus re vera manere, & Picus Mirandulanus, saltem id esse possibile: quoniam in existentia accidentis non inest proximè existentiæ substantiæ, sed ipsi substantiæ existenti: merum enim figmentum est, constituere solam existentiam, tamquam subiectū proximum quantitatis, sicut quantitas est proximum subiectum aliorum accidētium. Cum enim existentia sit actus alicuius naturæ, etiamsi ab ea distingueretur, non posset esse subiectum inexistentiæ alicuius accidentis: id enim, quod sustentat accidentia,
112 non est actus substantiæ, sed substantia ipsa. Eodem modo dicendum est, non posse vllo modo manere subsistentiam panis, aut vini, quam vocant suppositalitatem, vt in ea sint, aut terminentur accidentia: tum quia cogitari nequit, nedum explicari quo pacto per substantiam panis, & vini absque ipsa substantia eorum accidentia terminentur, & sustententur. Tum etiam, quia cum subsistentia, seu suppositalitas nihil aliud sit, quā modus perfectatis, vt in primo tomo disputatione 31. capite 6. fusè probauimus: & hic modus non possit manere sine substantia, & existentia, cuius est modus: sequitur, neque subsistentiam ipsam manere posse.

Fundamē tis Gotfredi satisfit. Fundamenta verò Gotfredi valde infirma sunt. Ad primum dicimus, existentiam esse veluti actum; & essentiam veluti potentiam; nihilominus existentiam non posse manere sine essentia, cuius est: tum quia, vt diximus primo tomo, disputatione 72. cap. 2. existentia ab essentia non distinguitur; tum etiam quia, licet distingueretur, hoc solùm præstare posset talis existentia, vt propria essentia existeret ratione illius, & à propria essentia essentialiter penderet: ac proinde ab ea separari non posset. Ad posterius respondeo, esse existentiæ panis, & vini conuerti cum ipsamet substantia vtriusque in corpus, & sanguinem Christi, & in ipsum esse existentiæ creatum corporis, & sanguinis: quia, vt ostendimus primo tomo, disput. 71. capite secundo, humanitas Christi non existit existentia increata, sed creata, & propria, quamuis 113 terminetur personalitate increata Verbi: idemque de sanguine eadem ratione dicendum est. Adde, quòd, vt inferius disputatione 184. capite tertio ostendemus, non repugnat, aliquid creatum conuerti in increatum saltem tamquam interminum inadæquatum, & ita ex hac parte nihil obstaret, quominus in existentiam increatam Verbi conuerteretur, si per eam humanitas existeret. Denique non opus esset (sicut rectè Paludanus notauit) vt existentia panis, & vini in existentiam corporis, & sanguinis Christi directè conuerteretur, ita vt essentia in essentiam, & existentia in existentiam transiret, sed vt conuerteretur in ipsam essentiam, & naturam corporis Christi, si in existentiam illius conuerti non posset. Et hæc satis de præsenti controuersia: nam quid senserit Caietanus agens de conuersione, vtrum docuerit manere entitatem aliquam communē, quæ erat panis, & vinum, an non, in sequente disputatione videbimus: tum etiam an efficere posset Deus, vt Christus inciperet esse in hoc Sacramento sine conuersione panis, & 114 vini in corpus, & sanguinem eius disputatione 182. cap. 3. & 4. dicemus.

Prius dilui tur. Posterius. Paludanus.

ARTICVLVS III.

Vtrum substantia panis, & vini annihiletur.

CONCLVSIO Est, *Substantia panis, & vini, neq; resoluitur in priorē suā materiā, ex qua cōposita erat, neq; annihilatur.*

Circa hāc conclusionē cōtrouersia est cum Scoto, & alijs, quā nisi priùs rectè intellexerimus, naturā cōuersionis, quæ sit in hoc Sacrāmēto, definire nō poterimus: ideò in dis- 183 illā reseruare operepretium duximus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum panis poſsit conuerti in corpus Chriſti.

CONCLVSIO Eſt, *Panis conuertitur in corpus Chriſti* (idemque de vino in ſanguinem intellige) *non conuerſione formali, quæ eſt duarum formarum, quarum vna alteri ſuccedit in eodem ſubiecto: ſed conuerſione totius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam, quæ ſubſtantialis conuerſio dicitur, & vnico proprio nomine, Transubſtantiatio poteſt appellari.* In hoc articulo nihil amplius habet Diuus Thomas, quod ad explicandam naturam huius conuerſionis, de qua magna eſt inter Scholaſticos controuerſia, conducere poſsit, præter pauca verba in ſolutione primi: ex quibus nos in ſequente diſputatione non obſcurè mentem ipſius colligemus, & veram naturam huius conuerſionis modo ſatis accommodato intellectui noſtro myſt & erio fidei explicabimus. Articulus quintus, ſextus, & ſeptimus, adducentur infra poſt diſput. 184.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hæc ſit falſa ex pane fit corpus Chriſti.

PRIOR Concluſio eſt: *Vere dicere poſſumus; Ex pane fit corpus Chriſti, ſicut etiam dicimus; Ex non ente fit ens, & ex albo nigrum.*

Poſterior concluſio; *Aliquo pacto concedi poſſunt hæ propoſitiones: Panis eſt corpus Chriſti, & panis erit corpus Chriſti, & de pane fit corpus Chriſti.* Placuit doctrinam huius articuli ſimul cum doctrina præcedentis examinare, quia ei affinis maximè eſt, & explicata natura transubſtantiationis facile conſtabit, quid de prædictis propoſitionibus ſentiendum ſit.

De natura, & eſſentia tranſubſtantiationis, & conuerſionis panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti. Diſputatio 181.

Per tranſubſtantiationem fieri, vt materia panis incipiat eſſe ſub forma corporis Chriſti exiſtimauit Durandus. Cap. 1.

Tranſubſtantiationem eſſe actionem terminatam admodũ præſentiæ corporis, & ſanguinis Chriſti ſub accidentibus, Paludanus, Marſilius, & Sotus docuerunt. Cap. 2.

Tranſubſtantiationem formaliter eſſe actionem, per quam modus aliquis ſubſtantialis producatur, Recentiores varii opinati ſunt. Cap. 3.

Tranſubſtantiationem eſſe conuerſionem ipſius Chriſti, Gabriel putauit. Cap. 4.

Tranſubſtantiationem eſſe nouam conuerſionem corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, Recentiores nonnulli contendunt. Cap. 5.

Tranſubſtantiationem eſſe non poſſe conſeruationem corporis, & ſanguinis Chriſti, ex natura ipſa conſeruationis, & conuerſionis contra præcedentem ſententiam demonſtratur. Cap. 6.

Idem terminus ad quem conuerſionis aduerſus eiuſdem ſententiæ Autores probatur. Cap. 7.

Idem ex ratione inſtrumenti aduerſus eoſdem mõſtratur. Cap. 8.

Prædictum modum conuerſionis ſuperuacaneum eſſe, ex veritate verbo: ũcõſecrationis, & ex fine Sacramenti contra eoſdem oſtenditur. Cap. 9.

Tres illæ ſententiæ refelluntur. Cap. 10.

Tranſubſtantiationem formaliter non eſſe actionem, ſed ordinem ſubſtantiæ in ſubſtantiam, & ad ipſum corpus, & ſanguinem Chriſti terminari, vt probabilior opinio, Scholaſticorum auctoritate confirmatur. Cap. 11.

Prædicta ſententia exponitur, & confirmatur. Cap. 12.

Fundamenta quintæ opinionis in cap. 5. allata cõuelluntur. Cap. 13.

Quo pacto ratione huius conuerſionis corpus, & ſanguinem Chriſti de pane, & vino enunciare poſsimus. Cap. 14.

Per tranſubſtantiationem fieri, vt materia panis incipiat eſſe ſub forma corporis Chriſti, exiſtimauit Durandus.

CAPVT. I.

NON Solùm ex doctrina Patrum, & Conciliorum, quam præcedente diſputatione adduximus, conſtat, nihil ſubſtantiæ panis, & vini in Euchariſtia manere; verùm etiam eam ita deſinere, vt in corpus, & ſanguinem 1

guinem Chriſti conuerti, ſeu trãſmutãri dicatur, eiuſque conuerſio conuenienter, & propriè à ſancta catholica Eccleſia transſubſtantiatio ſit appellata. Cumque hoc myſterium conuerſionis ita poſſet explicari, vt rudibus etiam, & ignaris ad intelligendum facile rederetur, ſicut antiqui ſcholaſtici illud explicarunt; audito non ine trãſubſtãtiationis, tãtainter Recẽtiores aliquos Scholaſticos de natura illius exorta fuit controuerſia, vt, quò magis ſe ab ea extricare connati fuerint eo maioribus difficultatibus ſe ipſos implicauerint. Ex quo etiam effectum eſt, vt myſterium fidei noſtræ, non modo difficile ad explicandum, & intelligendum ab eis redditum fuerit, ſed etiam aduerſariorum noſtrorum argutijs, & cauillationibus illud magis expoſuerint: cum aliàs, ſi ſyncere, & plane explicaretur, ſagittæ paruulorum plagæ hæreticorum effectæ fuiſſent. Ipſa vero vox conuerſionis, & transſubſtantiationis diſſenſioni, & controuerſię occaſionem dedit: quòd actionem phyſicã, alicuiuſque rei productionem primariè ſignificare videretur. Quare tota eorum diſputatio in inquirenda natura huius actionis, & termino per eam producto poſita eſt, hoc eſt, ſolicitè inquirunt, qualis actio ſit hæc conuerſio, & ad quẽ terminum per ipſam productum terminetur: quo ſanè principio ſuppoſito, neceſſe fuit, plures inter Scholaſticos opiniones oriri: cũ nihil, quod plenè hac via difficultatem explanet, inueniri queat.

Durandi ſententia.

Durandus igitur in 4. diſt. 11. q. 3. num. 5. ſupponens, vt alij nõ pauci, hanc conuerſionem formaliter eſſe actionem, & productionem alicuius termini: tum etiam exiſtimãs, non poſſe aliquid in aliud conuerti, niſi maneat aliquid illius in eo, in quod cõuertitur: inquit, per conuerſionem panis in corpus Chriſti nihil aliud fieri, quàm vt materia panis incipiat eſſe ſub forma corporis Chriſti, ſicut cibus conuerti dicitur in ſubſtantiam eius, quod alitur ex eo, quod materia illius 3 per conuerſionem illam incipit eſſe ſub forma eius, quod alitur: idemque de vino comparato cum ſanguine, iuxta ſuam ſententiam dicere debet. Colligit autem hanc opinionem ex verbis Damaſceni 4. de fide capite 5. Damaſcen. vbi vt aliquo modo explicet hoc genus cõuerſionis in corpus, & ſanguinem Chriſti, inquit: *Quin ne hoc quoque alienum fuerit dicere, quòd quemadmodum naturaliter panis per cibum, & vinum, & aqua per potum in comedentis, ac bibentis corpus, & ſanguinem immutantur, corpuſque alterum fiunt, atque à priori ipſius corpore diuerſum, ſic propoſitionis panis, ac vini, & aqua per Sancti ſpiritus innocationem, & aduentum mirabili modo in corpus, & ſanguinem vertantur: neque ſunt duo, ſed vnum, & idem.*

Hæc Damaſcenus: quibus perſpicuè ſatis expreſsiſſe videtur id, quod Durãdus docuit. Neque vero ex hoc ſequitur, inquit Durandus, vt corpus Chriſti ſubſtantialiter mutetur, quia corpus, quod nutritur, per cõuerſionẽ aliméti in ſe ipſum ſubſtãtialiter mutatur. Neque etiam mirum, inquit, videri debet, quod materia noua adueniat corpori glorioſo: nam, vt docet Auguſtinus 13. de ciuitate capite 22. non poteſtas; ſed indigentia comedendi corporibus reſurgentium auferetur. Quocirca & Beda aſſerit, Chriſtum poſt reſurrectionem non egeſtate, ſed poteſtate comediſſe: ita vt alimentum verè fuerit in corpus eius conuerſum: nam alioqui non diceretur verè comediſſe. Ex quo etiam infert, hanc conuerſionem eſſe ſupra naturam, & vt ipſe ait, miraculoſam: non quod attinet ad rem factam, quia idem fit, quod per mutationem, ſed quantùm ad modum faciẽdi: quia præter communem curſum naturalium cauſarum fit.

Durandus. 4 Auguſtinus. Beda.

Deinde ratione, quam idem Durandus paucis indicauit, hæc opinio confirmari poteſt: quia modus hic conuerſionis poſsibilis eſt: atque, ſi hoc modo fieret, abſque vlla difficultate myſterium veræ conuerſionis, & transſubſtantiationis defendi poſſet: ergo hęc potius opinio, quam quæcumque alia præferenda eſt. Adde etiam, quòd veritas verborum conſecrationis cum hoc modo conuerſionis rectè conſtare poteſt: neque ad veritatem illorum ſtabiliendam opus eſt aliud genus conuerſionis comminiſci. Cum igitur ex ſola veritate verborum conuerſio colligatur, vt vidimus præcedente diſputatione capite quarto, neceſſè non erit, aliud genus conuerſionis, nempe totius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam aſſerere.

Ratio pro Durand.

Hæc tamen ſententia erroris merito inſimulatur ab omnibus poſt definitionẽ Concilij Tridentini ſeſsione 13. capite 4. & canon 2. Ibi enim definitur, in hoc Sacramento fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, & vini in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti; ſi autem panis, & vini materia maneret, non fieret conuerſio totius ſubſtantiæ, ſed materia illius dumtaxat tranſmutaretur, ſicut in nutritione, & generatione. At dicat quis: quamuis maneat materia in genito, quæ erat in corrupto, nihilominus tota ſubſtantia præcedens dicitur corrumpi, & in ſubſtantiam geniti trãſire: ergo in præſenti eodem modo

5 Error eſt Durandi ſenſus. Conc. Trid.

Occurritur obiectioni.

dicere poſſemus. Verùm hæc obiectio paruī momenti eſt, eo quòd, licèt ſubſtantia, quæ præceſſit in corrupto, abſolutè dicatur corrumpi, & conuerti in ſubſtantiam geniti, tamen dicere non poſſumus, fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ: vnum enim in aliud
6 conuerti ſolum dicitur ex eo, quòd in illud deſinit: ac proinde tunc ſolùm dicitur fieri conuerſio totius in aliquid, quando totum deſinit in illud, & ex eo, quod illud eſt, totum aliud deſinit: hoc enim eſt in illud deſinere. Cum igitur dicat Concilium, fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, & vini, manifeſtè indicat, totam ſubſtantiam panis ita deſinere, vt nihil illius maneat. Atque hunc ſenſum manifeſtè explicuit Concilium canone illo ſecundo: nam poſtquam damnauit negantes, fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, & vini, ſubiungit: *Manentibus dumtaxat ſpeciebus panis, & vini.* Adde, quod ſi aliquid panis, & vini maneret in corpore, & ſanguine Chriſti, eiuſmodi conuerſio non rectè peculiari nomine diceretur transſubſtantiatio; alioquin omnis corruptio, quæ coniuncta eſt generationi, aut mutationi, diceretur transſubſtantiatio, quod hactenus non audiuimus. Ideò igitur, data opera, in vtroque loco citato Concilium addidit, conuerſionem panis, & vini in hoc Sacramento fuiſſe ab Eccleſia appellatam transſubſtantiationem: quia dixerat, prædictam conuerſionem fieri non quomodocumque; ſed totius ſubſtantiæ. Et ſanè, ſi aliquid ſubſtantiæ panis, & vini in corpore, & ſanguine Chriſti maneret, multum ſubſtantiæ corporis, & ſanguinis Chriſti accreſceret, & indies, aut ſimpliciter augeretur, vel pingueſceret: aut opus eſſet, vt ex parte pingueſceret, ſeu augeretur, & ex parte minueretur, vel flacceſceret, non ſolùm in
7 Euchariſtia, ſed etiam in cœlo. Nam vt oſtendemus diſputatione 192. capite 3. nutritio, quę conuenit corpori exiſtenti in vno loco, conuenit eidem in quocumque alio: ſicut & quæcumque mutatio, quę non reſpicit locum: id autem nequaquam affirmare licet de corpore glorioſo.

Ex forma conſecrationis totius ſubſtantiæ deſitio probatur.

Demum cum ex ſola veritate verborum conuerſio, quæ fit in hoc Sacramento, colligenda ſit, neque aliunde Eccleſia illam deducere potuerit (hoc enim vnicum fuit Eccleſiaſticæ traditionis fundamentum, vt ſupra vidimus ex Concilio Tridentino) ex eadē, & nos deducamus, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ, ita vt nihil illius maneat in hoc Sacramento. Supponendum autem in primis eſt in conuerſione panis in corpus Chriſti interuenire panis deſtructionem, quam deſitionem vocant; eam vero non exprimi verbis conſecrationis, licèt virtute ſignificationis illorum fiat. Quare, quod panis deſinat, non fit primarie, ſed ſecundarie. Sicut enim, cum corrumpitur aliquid, eius 8
corruptio non fit primarie vi naturæ, ſed ſecundarie: naturæ enim operatio, & virtus primarie reſpicit formam geniti: & quia per illam expellit formam corrupti, & in hoc conſiſtit corruptio, ideò dicitur ſecundarie corrumpere, qua de cauſa non dicimus, agens corrumpendo generat; ſed generando corrumpit: ita etiam in hac conuerſione philoſophandum eſt, vt verba primarie ſignificēt corpus, & ſanguinem Chriſti; non dico, efficiant (nam, vtrum hoc neceſſarium ſit, inferius videbimus) ſed ſignificent, ita vt vi huius ſignificationis neceſſario conſequatur deſitio panis, & vini: eo quòd cum illis veritas talis ſignificationis conſtare nō poſsit: atqui verba illa, *Hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus*: non ſignificant corpus, & ſanguinem Chriſti, habentem in ſe nouam materiam panis informatam ſua forma; ſed corpus ſimplīciter: ergo vi ſuæ ſignificationis non denotant corpus, & ſanguinem Chriſti, quaſi nouiter nutritum noua materia, ſed corpus ſimpliciter, ſicut antea erat: ac proinde ex vi huius primariæ ſignificationis non ſequitur talis modus deſitionis panis, & vini, vt eorum materia maneat in corpore, & ſanguine Chriſti, ſicut materia cibi in alito, ſed deſitio abſolutè, quę eſt totius ſubſtantię. Nam cum deſitio, vt diximus, non ſignificetur expreſſè verbis conſecrationis; ſed primariùm ſignificatum ſecundarie conſequatur, fit, vt conſequi debeat talis deſitio ſubſtantiæ conuerſę, qualis primariæ ſignificationi verborum reſpondet: hoc eſt, vt deſitio ſubſtantiæ ſecundùm formam tantùm, manente materia, fiat ex vi verborum ſignificántium informationem nouę formæ in illa materia.

Quare, cum verba conſecrationis non de- 9
notent hanc nouam informationem materiæ panis, & vini, vt diximus, conficitur planè, ex vi ſignificationis eorum non deſinere panem, & vinum eo modo, quo contendit Durandus, ſed ſecundum totam ſuam ſubſtantiam. Rectè igitur Concilium Tridentinum ſeſſione 13. capite illo quarto dixit, ex eo ſolùm, quod Chriſtus verè pronuntiauit verba conſecrationis, Eccleſiam perpetuò collegiſſe conuerſionem fieri non ſolùm ſubſtantię panis, & vini quomodocumque, ſed totius: quia, vt precedente diſputatione capite quarto notauimus, cum ſubſtantia

Durandus. Conc. Trid.

ſtantia panis, & vini veritis horum verbo-
rum conſtare non poteſt. Et quamuis ni-
hil obſtaret veritati verborum, ſi ſolùm ma-
neret materia panis, & vini informata for-
ma corporis, & ſanguinis Chriſti: & tunc
10 nihilominus, ſi maneret materia eo modo,
non fieret conuerſio illa, quam adſtruit Du-
randus virtute ſignificationis verborum; ſed
verba ſolùm ſignificarent corpus Chriſti: &
quamuis illud præſens efficerent, ac proin-
de reſpectu præſentiæ illius practica eſſent,
& virtutem haberent effectricem; tamen cō
uerſionem non efficerent, neque ad eam ef-
ficiendam vim haberent; ſed talis conuerſio
cum eorum ſignificatione comitantr ſe habe
ret: ac proinde verba ſolùm ſpeculatiua eſ-
ſent, non practica: quia, vt diximus, verba
ſolùm efficiunt, & ſunt cauſa deſitionis pa-
nis, & vini eo modo, quo deſitio reſpondet
primariæ ſignificationi verborum, quam ſe-
cundaria conſequitur, ſicut corruptio gene-
rationem. Et non ſolùm eſſent ſpeculatiua
reſpectu deſitionis panis, ſed etiam reſpectu
corporis Chriſti, quia non poſſent ipſum fa-
cere præſens per veram enunciationem, niſi
conſequenter deſtruerent totam ſubſtantiā
panis: ſed aliunde factum præſens verè ſpe-
culatiue ipſum enunciare poſſent. Verba au
tem non ſignificant directè, & formaliter,
ſeu primariè nouam illam informationem
materiæ panis, & vini, ratione cuius ſola for
ma eorum deſinat eſſe, & materia maneat. Et
hac ratione non ſolùm confutatus manet er-
ror Durandi, verum etiam fundamentum,
quod pro illius opinione adduximus, fundi-
tus euerſum.

11 Damaſce-nus expli catur. Ad id verò, quod ipſe affert ex Damaſce-
no, reſpondetur, noluiſſe hunc Patrem ſimi-
litudinem, quam adduxit cibi in omnibus
neceſſario ſeruandam eſſe, ſed ea quoquomo
do explicare conuerſionem panis, & vini in
corpus, & ſanguinem Chriſti, ne videretur
Deo impoſsibilis. Quo autem pacto vera ra
tio conuerſionis, & transſubſtantiationis nō
poſtulet commune ſubiectum, quod maneat
ſub termino adquem cap. 11. ex inſtituto ex
Auguſtin. mens. plicabimus. Cum verò inquit Auguſtinus ci
tatus à Durando, corporibus glorioſis nō po
teſtatē comedendi, ſed egeſtatē ſublatā eſſe,
non putat, corpora glorioſa in ſe cibū, quem
edunt, conuertere: hoc enim abſonū eſt, ſed
poteſtatē habere conterendi cibū dētibus, &
traijciēdi in ſtomachū. Cū enim nō egeāt ci
bo, fruſtra diceret, illū in corpora ipſorū con
uerti: locū autem Bedæ, quem ad hoc etiam
allegat Durandus, diſtinctè non ſignat.

Tranſubſtantiationem eſſe actionem terminatam ad modū præſentiæ corporis, & ſanguinis Chriſti ſub accidentibus, Paludanus, Marſilius, & Sotus docuerunt.

CAPVT II.

NONNVLLI Scholaſtici, 12
ſupponentes etiam, tranſubſtantiationem eſſe actionem, & productionem alicuius termini, & contra Durandum planè aſſerentes, nihil ſubſtantiæ panis, & vini in hoc Sacramento manere, dixerunt, terminum huius actionis eſſe modum quendam, quo Chriſtus eſt in hoc Sacramento ſub ſpeciebus, quamuis in hoc modo aſsignando inter ſe ſe etiam variauerint. Paludanus in 4. diſtinctione 11. quæſtione 3. articulo 2. ad 2. numero 24. abſolutè docet, terminum huius actionis, quæ eſt conuerſio, eſſe modum, quo Chriſtus eſt in hoc Sacramento: qualis verò ſit modus ille, ipſe amplius non explicat. Iuxta hanc autem ſententiam, inquit, panem, & vinum nō conuerti in corpus, & ſanguinem Chriſti ſecundùm aliquod eſſe, quod ei intrinſece addatur, vt dicebat Durandus, ſed in corpus, & ſanguinem Chriſti ſecūdùm modum, quem in hoc Sacramento habet, planè ſupponens, conuerſionem terminari non poſſe ad eſſe antiquum corporis, & ſanguinis Chriſti, quod antea erat, ideoque aliquid noui requiri, ad quod conuerſio illa terminetur. Quod ſi hic Autor per modum, quo Chriſtus eſt in Euchariſtia, intelligat ſolùm præſentiam, 13
quam aliqui localem vocant, multi etiam Autores pro hac eius ſententia à Recentioribus Theologis allegari ſolent: primum Scotus, & aliqui ex ſchola eius, vt Tartaretus in 4. d. 11. q. 4. & quodlib. 10. q. 1. §. *Et ſi dicas*, Lychetus ibidem q. 4. art. 2. §. *Vlterius quantum ad iſtum*. Et Guillielmus de Rubione q. 1. articul. 3. Deinde ex Nominalibus Maior. q. 1. OKam quæſtion. 6. Petrus Alliacenſis quæſtione 6. Franciſcus Mayronis quæſtione penultima. Poſtremo ex alijs Capreolus in eadem diſtinct. 11. quæſtione 1. articulo 3. ad 2. Durandi contra ſecundam concluſionem, quòd modum philoſophandi Paludani, & verba illius probet. Ledeſma etiam in 4. 1.

Terminū tranſubſtantiationis eſſe præſentiam ſentiunt nonnulli. *Paludan.*

Scotus. Tartaretus. Lychetus.

Rubion. Maior. OKam. Alliacenſis. Mayron. Capreolus.

Ledeſma.

parte, quæſtione 16. articulo 2. ad 9. Scoti, & articulo quarto dubitatione tertia ad quintũ, quòd dicat, ad conuerſionem ſolùm requiri ſucceſsionem ſubſtantiarum, & nouum modum exiſtendi in ſubſtantia, quæ ſuccedit. Quinimo allegari ſolet Alenſis 4. parte, quæſtione 34. membro 3. articulo 1. & 2. Bonauentura in 4. diſtinctione 10. articulo 2. quæſtione 1. Marſilius quæſtione 8. articulo 2. concluſione 7. & 8. & Guillielmus Pariſienſis tractatu de Euchariſtia §. 1. paulò ante finem: eoquòd dicant, per hanc actionem non fieri, quod non erat; ſed quod alicubi erat, alibi collocari. Item, per conſecrationem corpus Chriſti non accipere eſſe; ſed accipere eſſe hìc. His etiam addunt Recentiores aliquos, qui contra hæreticos ex profeſſo diſputant, nempe Ioannem Heſſellanum libro de corpore Chriſti folio 177. & folio 213. Claudium de Sainctes libro de Euchariſtia repetitione 7. capite 6. & Cardinalem Bellarminum libro 3. de Euchariſtia capite 18. Huius autem ſententiæ ſic in vniuerſum intellectæ fundamentum eſſe poteſt: quia nihil aliud videtur neceſſarium, vt verba conſecrationis ſint vera, quam corpus, & ſanguinem Chriſti hoc modo ſub ſpeciebus conſtitui: conuerſio autem nulla alia de cauſa aſſerenda eſt, niſi vt verba conſecrationis reddantur vera, ſiquidem ex ſolâ ipſorum veritate colligitur, vt ſupra diximus.

Alenſis. Bonauent. Marſ. Guillel. Par.

Heſſellan. Sainctes. Bellarmin.

14

Ex his Autoribus, quos pro hac ſententia ab aliquibus allegari diximus, ego non legi Tartaretum, Lychetum, & Ioannem Maiorem, Guillielmum de Rubione: quia præmanibus eorum libros non habui. Quocirca, quid ipſi in hac re ſenſerint, iudicare nõ poſſum. Illud ſolùm adnotabo, Lychetum nõ ſcripſiſſe in 4. inquo allegatur: in quodlibeto autem 10. in quo de transſubſtantiatione diſputat, prædictam ſententiam non ſequitur, vt videre licet §. *Ibi vlterius quantum ad iſtum*: ibi enim refert, & probat ſententiam, quam tradit Scotus in quodlibeto 10. §. *De ſecundo*. Verſiculo, *Vlterius quantum ad iſtum articulum*, quem §. falſo allegant Recentiores tamquam Lycheti in 4. diſtinctione 11. quęſtione 4. articulo 2. Scotus autem non prędictam ſententiam Paludani, ſed noſtram, quam inferius referemus, apertè tradidit. Ex alijs verò ſolùm exiſtimo, Marſilium loco citato ſententiam prędictam, quam ex Paludano retulimus, & fortaſſe Ledeſmam, cuius verba examinare nolo, ſequutos fuiſſe: cęteros autem longe ab ea abeſſe, ſi eorum verba rectè expendantur.

15

Verùm, ne vlli ſine optimo fundamẽto fides adhibeatur, atque vt legentibus planè oſtendamus, hos Autores ab opinione eis falſò impoſita, non tumultuariè, & abſque examine, ſed verè à nobis vindicari, ea, quæ ſinguli docent, paucis referamus.

Mitto Capreolum, Scotum, Alexandrum Alenſem, & Bonauenturam: hi enim, vt inferius oſtendemus, noſtram, & Sanct. Thomæ ſententiam planè ſequuntur. Maior verò quæſtione illa quinta, non longe à principio, poſtquam definiuit transſubſtantiationem, dicens, eſſe ſubſtantiam deſinentem omnino, loco cuius alia ſubſtantia proximè ſuccedit: paulò inferius, inquit, terminum formalem conuerſionis panis eſſe corpus Chriſti: quia eſt id, quod ſub intentionem conuertentis primariè cadit: iuxta opinionem autem Paludani, & Marſilij dicere deberet, terminum formalem, & primarium eſſe corpus Chriſti, prout ſub ſpeciebus, imo modum ipſum accidentarium corporis Chriſti. OKam verò quęſtione illa ſexta, quamuis ad primum dubium concedat, in corpore Chriſti fieri aliquam mutationem, quatenus incipit nouo modo eſſe in loco; tamen ad quintum dubium planè fatetur, eſſe in loco circunſcriptiuè, aut definitiuè accidere transſubſtantiationi: quamuis illud, in quod nunc fit transſubſtãtiatio, incipiat eſſe in loco hoſtię definitiuè. Id quod eodem modo, & multò clarius dixit Petrus Alliacenſis quæſtione illa ſexta, articulo ſecundo, ad tertium dubium, litera I. Ex Recentioribus verò Ioannes Heſſellanus in libro de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia folio illo 177. in medio, cum ſibi propoſuiſſet argumentum contra transſubſtantiationem panis in corpus Chriſti, quia debeat aliquo modo non eſſe id, quod alterius in ipſum mutatione fit; reſpondet, aliquo modo corpus Chriſti non fuiſſe ante conſecrationem: quia ſub eiſdem ſpeciebus, ſub quibus iam eſt, antea non erat: folio autem 213. pagina ſecunda, non longe à fine ſolùm inquit: *Per benedictionem factum eſt, hoc eſt, per conſecrationem, vt ſanctum Chriſti corpus fiat; non quidem ſimpliciter, ſed ſub iſtis ſpeciebus, ſicut vſitato ſermone dicimur, illud conſecrare.* Ex his autem verbis, quis, obſecro, colligat, ipſum ſenſiſſe, terminum formalem conuerſionis eſſe modum illum exiſtendi ſub ſpeciebus, aut corpus Chriſti ſub eo modo? Nam in quauis opinione fatendum eſt, in conuerſione hoc fieri, vt corpus Chriſti ſit ſub ſpeciebus: non quia

Maior. 16

oKam.

Alliacenſis.

Heſſellan. 17

conuer-

conuersio formaliter solùm sit mutatio illâ facta in corpore Christi, sed quia hęc mutatio saltem necessario comitetur conuersionem. Ex quo etiam patet, quam sine fundamento prædicta opinio tribuatur Guillielmo Parisiensi: ille enim in tractatu de Eucharistia capite illo primo solum inquit: *Transsubstantiatio est transitus substantiæ panis materialis, atque visibilis ad aduentum viuifici panis saluata forma: ideſt, varietate accidentium ad ministerium Sacramenti.* Porrò Claudius de Sanctes repetitione illa septima, capite sexto nihil aliud dicit, quod prædictæ sententiæ fauere posset: nisi quòd respondens ad dicta quædam Patrum, qui dicunt, de pane creari corpus Christi, inquit, illo modo loquendi non significari nouam rei formationem, sed nouum modum existendi: sicut apud Isaiam dicitur: *Ecce ego creo nouos cœlos, &c.* Hinc autem quis, obsecro, colligat, transsubstantiationem formaliter esse productionem terminatam ad modum, quo Christus existit sub speciebus, tãquam ad terminum illius? Demum nostro Bellarmino, nescio, qua ratione prædicta sententia imputetur: nam tertio libro de Eucharistia capite 18. quamuis dicat, conuersionem panis in corpus Christi, non esse productiuam, neque conseruatiuam, sed adductiuam corporis Christi; tamen cum sibi obiecisset, quòd exhac doctrina videretur se qui, terminum ad quem huius conuersionis non esse substantiam, sed accidens, & ita conuersionem non esse substantialem, sed accidentariam: respondet, esse substantialem cõ
19 uersionem: tum quia terminus à quo est substantia, quæ desinit: tum etiam, quia terminus ad quem est substantia: eoquod per conuersionem non fiat præsentia, quia relationes non fiunt, sed consequuntur; sed fiat vt corpus Christi succedat pani, ac proinde substantia in substantiam transeat: *Non enim* inquit, *panis conuertitur in præsentiam corporis, sed in ipsum corpus Domini.* Certè nihil clarius contra prædictam sententiam Paludani, & Marsilij pronuntiare ipse potuit: vt videas, quàm immerito existimetur, cum Paludano, & Marsilio in hac re sensisse.

Impugnatur relata opinio. Bellarmin.

Cæterùm cuiuscumque hæc opinio sit, vnica ratione, quam Bellarminus paucis insinuauit, impugnari potest in hunc modum. Si conuersio formaliter esset actio, & productio, & terminus illius, per eam mirum productus, esset modus ille præsentię, aut corpus Christi sub eo modo, planè
21 consequeretur, non esse actionem substantialem: ac proinde neque transsubstantiationem; eò quòd per eam non substantia, sed modus ille accidentarius produceretur. Quare si conuersio esset productio eius, in quod aliud dicitur conuerti, vt Autores huius opinionis supponunt, panis, & vinum non in corpus, & sanguinem, sed in modum illum præsentię vini, & sanguinis diceretur conuerti; ideoque non transsubstantiatio, sed transaccidentatio potius diceretur. Ratio verò, quæ pro fundamento huius sententię allata est, non probat, trãs substantiationem esse formaliter actionem, quæ solùm ad modum illum præsentię terminaretur; sed hoc solùm, vt quamuis nihil aliud in hoc Sacramento producatur, nisi modus ille præsentię: nihilominus sit vera transsubstantiatio, non quidem terminata ad modum illum secundùm rationem formalem transsubstantiationis, sed ad corpus, & sanguinem Christi, vt inferius explicabitur.

Sotus. Proeadem Paludani sententia allegare possumus Dominicum Sotum in quarto distinctione nona, quæstione secunda, articulo quarto, ad argumenta Scoti, qui planè asserit, transsubstantiationem esse actionem terminatam ad præsentiam corporis, & sanguinis Christi sub speciebus: ideò autem dicit actionem substantialem, non quia per eam substantia producatur, sed quia ipsa ex se sit substantię productiua. Hic autem modus philosophandi, præter quam quòd eòdem prorsus modo impugnari potest, quo sententia Paludani impugnata est, cum ab ea non differat in assignando termino huius actionis: peculiari etiam alia ratione philosophica potest refelli. Nam contra bonam Philosophiam vocat Sotus hanc actionem substantialem, quòd productiua sit. Quamuis enim causa effectrix quandoque efficiat actu, quandoque verò non efficiat, sed efficere possit, ideque à Philosophis effectiua, & productiua dicatur; tamen nusquam in Philosophia audiuimus, actionem aliquam esse productiuam, sed productionem. Cum enim actio non sit potentia faciendi, sed ipsa effectio, non debet dici productiua sui termini, sed productio illius. Quare si aliqua sit actio, quâ re vera terminus accidentarius, & non substantialis producatur, dici non potest sub- 23
stantialis ex eo, quòd sit productiua substantiæ, sed accidentaria productio, & actio ex eo, quod per illã re ipsa producitur. Cum igitur per transsubstantiationem ex sententia Soti non substantia, neq; quid substãtiale, sed accidẽtarius modus produca-

planè conficitur, transſubſtantiationem, non ſubſtantialem, ſed accidentariam actionem eſſe.

Transſubſtantiationem formaliter eſſe actionem, per quam modus aliquis ſubſtantialis producatur, Recentiores varie opinati ſunt.

CAPVT III.

Sententia quæ tranſubſtantiationem dicit eſſe actionem productionem.

ALII Exiſtimantes cum præcedentibus, transſubſtantiationē formaliter eſſe actionem productionem, ac proinde habere terminum nouiter productum, ad modum quē dam ſubſtantialem confugerunt, quem huic actioni pro termino aſsignarent: ne cogerentur aſſerere, transſubſtantiationem eſſe actionem accidentariam, non ſubſtantialem, ſicut contra Doctores præcedentis ſententiæ ſuperiori capite tamquam abſurdum infereba mus. Pro qua ſententia à quibuſdam Recentioribus Theologis allegantur Sotus in 4. diſtinct. 9. quæſt. 2. art. 2. ad 2. & art. 4. §. *Igitur conuerſio*, Michael de Palacios in 4. diſt. 11. diſp. 1. & Ledeſma in 4. 1. part. quæſt. 16. art. 1. dubio vltimo. Capreolus in 4. diſt. 11. quæſt. 1. art. 3. ad 1. & 3. Scoti contra 1. concluſionem, & ad 1. Durandi contra 2. & ad argumenta Scoti, Durandi, & Aureoli contra 3. concluſionem: Claudius de Sainctes in libro de Euchariſtia repetitione 4. cap. 4. & repetitione 7. cap. 6. & repetitione 5. & 5. & Alanus lib. 1. de Sacramentis cap. 34. 35. 36. & 37. mitto Sanct. Thomam, quem ſane neſcio, quo fundamento pro hac ſententia etiam allegant: nam ex eo, quòd ipſe dixerat infra quæſtione 78. articulo 5. verba conſecrationis non efficere, vt corpus Chriſti ſit corpus Chriſti, neque vt panis ſit corpus Chriſti; ſed vt contentum ſub ſpeciebus ſit corpus Chriſti (quod ſanè ſolùm dixit, vt oſtenderet, qua ratione verba conſecrationis eſſent vera) quis, obſecro, colligat, eū loquide formali termino transſubſtantiationis: & pro termino aſsignaſſe modum, quo Chriſtus ſub accidentibus in Euchariſtia exiſtit?

Sotus. Palacios.

Ledeſma. Capreolus.

23

Sainctes.

Alanus.

Adde, quòd licet in prædicto loco hunc modum pro termino formali conuerſionis aſsignaſſet, nullo prorſus verbo, vel leuiter inſinuaſſe videretur, hunc modum exiſtendi ſub accidentibus non accidētarium, ſed ſubſtantialem eſſe. Ex alijs verò Doctoribus pro hac opinione allegatis, ſolùm Michaelem de Palacios, & Alanum non legi; cæteri tamen, quos legere potui, nihil ſanè habent, quo prædictam opinionem, prout à nobis explicatam vllo modo indicare videatur: tum quia non dicunt, terminum formalem huius actionis eſſe modum, quo exiſtit corpus Chriſti ſub accidentibus: tum etiam, quia hunc modum non vocant ſubſtantialem. Legantur ipſi, nam ſingulorum verba expendere ſuperuacaneum duxi. Sufficiat nobis examen, quod præcedente capite circa ſingulorum allegationes pro alia opinione fecimus. Neque enim omnia, quæ falſo allegantur, ita ſigillatim examinare neceſſe eſt: neque ipſa docendi ratio patitur, cum id obiter notare, frequenter ſufficiat.

24

Recentiorum explicationes circa modum ſubſtantialem, quem dicunt terminum cō uerſionis.

Solum igitur reſtant Recentiores aliqui Theologiæ profeſſores huius ætatis, qui prędictam ſententiam doceant. Dupliciter autem hic modus ſubſtantialis, quem dicunt eſſe terminum productum per cōuerſionem, ab eis aſsignatur.

25

Prima explicatio probatur primò.

Primum quidem, ita vt ſit præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus, nō qualiſcumque, neque ſecundum locum, ſed talis, vt ex vi illius tamquam formæ incompoſsibiles deſinant panis, & vinum: non ſecus ac forma hominis expellitur, & deſinit informare ex eo, quòd alia forma in eādem materiam introducitur. Perrò autem neceſſe eſſe cōſtituere in corpore, & ſanguine Chriſti talem modum, qui cum ſubſtantia panis, & vini conſtare nequeat, ſed ſit cauſa veluti formalis oppoſita, ob quam deſinant panis, & vinum, probant primo. Quia niſi talis modus aſſereretur, planè fieret, vt panis, & vinum annihilarentur: quia eorum deſitio ita terminaretur ad non eſſe totius ſubſtantiæ ſecundum ſe, vt ex nullo termino poſitiuo oppoſito illud non eſſe conſequeretur: ac proinde efficeretur, vt panis, & vinum nō cō uerterentur in aliquid, ſed in nihil deſinerent.

Secundò. Conc. Trid.

Secundo, quia, vt Concilium Tridentinum teſtatur ſeſsione 13. capite 4. ex veritate verborum conſecrationis Eccleſia ſemper intellexit, deſinere totam ſubſtantiam panis, & vini: ex quo etiam conſequitur, ipſa verba eſſe cauſam inſtrumentariam, & efficere, vt deſinant panis, & vinum: fieri autem nequit, vt aliquid creatū deſtruat aliud, & efficiat, vt non ſit, niſi ratione alicuius effectus poſitiui, quem primariè produ-

26

cat:

cat: solus enim Deus voluntate suâ proximè efficere potest, vt non sit res aliqua, ea manihilando, & nullo termino positiuo contrario prius producto: ergo, vt verba efficiant nó esse panem, & vinum, debent prius efficere aliquid positiuum, quod sit causa veluti formalis opposita substantiæ panis, & vini, per quam ipsa substantia panis, & vini destruatur: nihil autem aliud esse potest, nisi modus aliquis substantialis in corpore, & sanguine Christi: ergo talis modus necessario ponendus est, qui sit terminus formalis huius conuersionis: terminus enim ad quem conuersionis est ille, qui pugnat cum termino à quo.

Tertiò. Tertio probant, quia si panis, & vinũ desinerent ex sola Dei voluntate absque eo, quòd effectus aliquis oppositus primariè produceretur, vt diximus, nouum miraculum in hoc Sacramento sine causa adderetur, siquidé destrueretur substantia panis & vini, nulla creata causa id postulãte. Neque satis est, inquiũt, si recurratur ad veritatem verborum, vt dicamus, ea postulante, substantiam panis, & vini desinere. Nam si solum vellet Christus efficere, vt corpus, & sanguis suus præsens fieret in Eucharistia tali præsentia, quæ cum substantia panis, & vini non repugnaret, non institueret hęc verba: *Hoc est corpus meum*, sed *Hic est corpus meum*: hoc enim satis erat, vt corpus, & sanguis Christi presens esset absq; eo, quòd panis, & vinum desinerent. Vocant autem ptædicti Theologi hunc modum substantialé, eo quòd sit talis præsentia, vt ex vi illius substantia panis, & vini permanere non possit: si enim esset accidentarius modus, cũ substantia panis, & vini suapte natura non pugnaret. Explicantes autem amplius hũc modum substantialem præsentiæ, dicunt, nihil aliud esse, quàm vnionem corporis, & sanguinis Christi cum speciebus panis, & vini, quas sustentant absque imperfectione, nempe absque specierum ipsarum inhæsione.

27

28 Improbatur ratio quorundã Recentiorum.

Verum hæc sententia mihi nulla ratione probatur, neque alijs huius ætatis Theologis, qui hac ratione eam refellunt. Quia si vera esset, necesse esset fateri duas positiuas actiones, & productiones in transsubstantiatione; alterã, qua adduceretur corpus, & sanguis Christi ad locum specierum; alteram, qua fieret vnio ipsius cum speciebus. Nam cum aliqua duo vniuntur, quæ antea non erant vnita, necesse est, illud, quod alteri debet vniri, prius ad eumdem locum adduci, postea verò vniri; aut saltem primùm produci, & deinde vniri, quando eius esse non est in alio esse, sed illud per se natum est esse. Adducunt exemplum animę rationalis, quæ, aut prius naturâ producenda est per creationem, & deinde vnienda corpori per generationé, nimirum, quando antea non existebat: aut si antea existebat, vt in resurrectione, saltem prius debet ad locum corporis adduci, & postea vniri. Hæc tamen eorum ratio, & exemplum allatum nullius momenti est. Nam quãuis necesse sit, prius produci id, quod vniendum est, vt deinde vniatur: quando nimirum illud antea non erat, & esse illius non est in esse, vt in anima rationali, cum primũ corpori vnitur; tamen, si id, quod vniendum est, antea existebat, non opus est, vt prius adducatur ad locum, in quo est illud, cui vniri debet, & deinde vniatur; sed ipsa vnione fieri potest præsens ei, cui vnitur: & consequenter esse in eodem loco cum illo, vt in exemplo de anima in resurrectione, & de Angelo cum vnitur alicui corpori. Eodem igitur modo potuit corpus, & sanguis Christi eadem actione vniri speciebus, & præsens fieri. Et ita iuxta prædictam opinionem non esset necesse, duas actiones positiuas in conuersione concedere. Hæc autem nostra ratio locũ habet in ijs, quæ non sunt in loco circumscriptiuè, & secundùm se ita se habent, vt per se distare non possint, neque loco propinqua esse, qualia sunt spiritualia, aut quæ spirituali modo se habent: hæc enim solum possunt distare, aut propinqua esse ratione corporis, cui vniuntur, vt 1. par. disput. 195. c. 3. & 4. fusius ostendimus: ac proinde eadem actione vniuntur corpori, & propinqua fiunt, aut distant. Adde, quòd hi, qui hunc modum substantialem pro termino transsubstantiationis adstruere moliuntur, non dubitabunt, duas illas actiones positiuas in transsubstantiatione concedere, quarum vna aliam comitetur; licèt vtraque ad essentiam transubstantiationis tam quam pars illius directe nõ pertineat, sed altera tantum sit veluti prævia, & necessariò prius requisita.

Inefficax est prædicta ratio, & exemplum.

29

30 Impugnatur primò.

Ea igitur ratione hæc opinio mihi nõ placet, primum, quia nulla vnio excogitari potest in corpore, & sanguine Christi cum speciebus, nullus ve modus, qui vere substantialis sit, suapte natura pugnans cum substantia panis, & vini, vt ita vera conuersio asseratur. Tum etiam, quia licèt talis modus substantialis, & pugnans cum substantia panis, & vini esse posset, ratio conuersionis, quæ traditur ab Ecclesia, non posset defendi. Primum quidem, nullam vnionẽ cum speciebus, nullumve modum, qui substantialis sit, excogitari posse, patet: quia, cum species sint accidentia de prædicamento accidentis, vnio cũ illis, quocumque modo fiat, non potest non

ſſe accidentaria, nõ ſolùm vt accidens quinti prædicabilis, quod ſolũ in eo conſiſtit, vt poſ-
31 ſit affirmari, & negari de ſubiecto ſine corruptione illius: quodque aliquando ſolet eſſe ſubſtantia quædam, vt in hac prædicatione, circulus eſt ligneus: ſed etiã, vt accidens prędicamenti, quod ſecundum ſe eſt vera forma accidentaria. Quis enim dicat, ſuſtentare accidentia, etiã ſeclusa imperfectione, quam habet ſubiectum ex eo, quòd accidentia ipſi inſint, ſi hoc poſsibile eſt, eſſe modum ſubſtantialem? Accedit, quòd intelligi nequit, nedũ explicari, quo pacto corpus, & ſanguis Chriſti gerant vicem ſubiecti accidentium ſine illa imperfectione, quam diximus, niſi ſuſtentando ipſa accidentia in genere cauſæ efficientis inſtrumentariæ. Hoc autem, præterquam quòd impoſsibile eſt, iuxta doctrinam à nobis traditam 1. par. diſput. 176. cap. 4. vbi oſtendimus, non poſſe quamlibet rem ad quemlibet effectum aſſumi à Deo pro ſolo nutu ipſius vt inſtrumentum, non ſufficeret ad defendendam veram tranſubſtantiationem, & terminum illius, vt prædictæ opinionis Autores contendunt, etiam ſi poſsibile eſſet. Primum quidem, quoniam vnio illa,
32 vt diximus, accidentaria eſſet: ſiquidem agere eſt forma accidentaria de prædicamẽto accidentis: ac proinde actionem ſubſtantialem, qualem contendunt eſſe tranſubſtantiationem, terminare non poſſet. Deinde, quia vna actio non poteſt eſſe terminus alterius actionis; ſi autem actio tranſubſtantiationis terminaretur ad hunc modum ſuſtentandi accidentia, terminaretur ad aliam actionem. Poſtremò nullus modus vnionis in corpore, & ſanguine Chriſti cum ſpeciebus eſſe poteſt, qui ita ſuapte natura pugnet cum ſubſtantia panis, & vini, vt vim habeat, quaſi formaliter oppoſitam deſtruendi ipſum panem, & vinũ: ſicut forma geniti vim habet formaliter oppoſitam, vt deſtruat formam corrupti, vel vt illam expellat; quia ſimplex præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti cum ſubſtantia panis, & vini hoc pacto pugnare nequit; ſiquidem Chriſtus ſimul cum pane, & vino eſſe poterat. Neque modus ſuſtentandi accidentia ſine illa imperfectione, quã diximus, pugnare poteſt cum ſubſtantia ipſa panis, & vini; ſiquidem Chriſtus conſeruare poſſet accidentia, tam vnita, quàm ſeparata à proprio ſubiecto, ac proinde corpus Chriſti ſuſtentare efficienter accidentia non pugnat cũ ſubſtantia ipſorum; ſiquidem permanẽte ſubſtantia, corpus Chriſti ea ſuſtentare poſſet. Alius autem modus, & vnio veluti formalis cum accidẽtibus
33 ſine imperfectione illa excogitari nequit, qui ita pugnet cum ſubſtantia panis, & vini, vt illam veluti oppoſita forma neceſſario expellat, & deſtruat: ergo neq; ex parte modi vna tranſubſtantiatio, & conuerſio aſsignari poteſt: vt enim eſſet conuerſio, talis eſſe deberet modus ille, vel vnio, vt cum ſubſtantia panis, & vini omnino pugnaret. Manet igitur probatum id, quod priori loco propoſuimus, nempe, nullum poſſe eſſe modum in corpore, & ſanguine Chriſti, qui verè ſubſtantialis ſit, & natura ſua pugnans cum ſubſtantia panis, & vini, quique terminus conuerſionis eſſe queat. At dicat quis, modum ſuſtentandi efficienter accidentia ſeparata, & ſeparabilia a propria ſubſtantia omnino pugnare cũ ſubſtantia ipſorum: quia hoc ipſo, quod accidẽtia ſeparãtur, ſubſtantia manet prẽter naturam; ac proinde, ne ita maneat modo non conſentaneo naturæ rerum, deſtruitur. Verùm hoc reſponſum friuolũ eſt: vt enim infra oſtendemus, in hac conuerſione non eſt prius in ordine efficiendi ſeparare accidentia, & ſeparata conſeruare, quàm ſubſtantiam panis, & vini deſtruere, ſed prius eſt deſtruere ſubſtãtiam ipſam ratione termini oppoſiti, in quẽ conuertitur, quàm ſeparare accidentia: hoc enim ipſo, quod ſubſtantia deſinit, nõ corruptis accidentibus, neceſſe eſt, ipſa per ſe ab aliquo conſeruari.

Obiectionis ſolutio

34

Præterea, licèt talis modus eſſet poſsibilis, vt Recentiores contendunt, nihilominus defendi non poſſet conuerſio, ſicut ab Eccleſia aſſeritur: id quod poſteriori loco propoſuimus. Et hac ratione facile probatur, ſi talis modus eſſet veluti forma oppoſita pugnans cum ſubſtatia panis, & vini, & corpus ipſum, & ſanguis Chriſti non pugnaret, eſſet quidẽ conuerſio harum ſubſtantiarum; ea tamen non eſſet in corpus, & ſanguinem Chriſti, ſed in modum illum: at Eccleſia in proſa, quę eſt in Miſſa corporis Chriſti, ita inquit: *Quòd in carnem tranſit panis, & vinum in ſanguinem.* Et Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 4. definit, in hoc Sacramento conuerſionem fieri totius ſubſtantię panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti: non dixit in modum, ſeu in corpus ſub illo modo, ſed in corpus, & ſanguinem abſolute. Antiqui quoque Theologi pro termino, in quem fit conuerſio, communiter aſsignãt ipſum corpus, & ſanguinẽ Chriſti, vt inferius videbimus. Ergo licet modus ille eſſet in corporẽ, & ſanguine Chriſti oppoſitus ſubſtantiæ panis, & vini: nihilominus non poſſemus defendere veram rationem, & terminum tranſubſtantiationis, & conuerſionis, quam Eccleſia docet. Porro autem, ſi modus ille eſſet terminus pro-

Impugnatur ſecũdo

Conc. Trid.

35

ductus

ductus per conuerſionem, ad quem ipſa terminaretur, fore, vt non poſſemus dicere, panem in corpus conuerti, ſed in modum, aut in corpus ſub illo modo, patet: quia ſi per alicuius conuerſionem fieret calor in ligno, non diceremus, illud conuerti in lignum, ſed in calorem, ſeu in lignum calidum. Veluti cum frigus ipſius ligni in calorem eiuſdem dicitur conuerti.

Deinde alij Recentiores etiam Theologi, vt conuerſioni ſubſtantiali, ſeu transſubſtantiationi, tamquam actioni, & productioni hunc nouum modum per ipſam productum pro termino ad quem aſsignēt, aliter de ipſo modo philoſophantur. Dicunt igitur, hunc modum ſecundum ſe accidentarium eſſe; tamen comparatum cum termino à quo ſubſtantialem dici poſſe: eo quod ita pugnet cum ſubſtantia præcedente, vt per oppoſitionem cum ea, ipſam deſtruat, & in ſe ipſum cōuertat. Quocirca dicunt hanc conuerſionem vocari ſubſtantialem; non quia ſit in ſubſtantiam, ſed quia ſit ſubſtantiæ. Probāt autem hanc ſententiam hoc modo, quia ab eodem habet hæc transſubſtantiatio, quòd ſit conuerſio, & quòd ſit ſubſtantialis conuerſio: à termino autem à quo, qui conuertitur, habet, quòd ſit conuerſio; ergo ab eo & quòd ſit ſubſtantialis, habere debet.

Aliorum mens.

36

Verùm hæc ſententia præter quamquòd rationibus ſuperius factis refelli poteſt: eo quod nullus poteſt aſsignari modus ſuapte natura pugnans cum ſubſtantia panis, & vini, qui terminus actionis ita eſſe poſsit, vt in eū fiat conuerſio: tum etiam, quia hoc pacto defendi nequit transſubſtantiatio, & conuerſio, qualis ab Eccleſia aſſeritur, nempe in corpus, & ſanguinem Chriſti, non in modum, vt ſupra fuſius probauimus; peculiari etiam alia ratione confutatur. Quia transſubſtantiatio non dicitur ex eo ſolum, quòd ſit ſubſtantię; ſed ex eo etiam, quòd ſit in ſubſtantiā: alioquin ſi aliqua ſubſtantia cōuerteretur in ſolā quantitatem, vel ſolum in aliud accidens ſine ſubiecto, diceretur transſubſtantiatio, quod eſt abſurdum. Quo circa Concilium Tridentinum ſeſsione illa 13. ca. 4. poſtquam dixit, in hoc Sacramento fieri conuerſionē totius ſubſtantiæ panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti (non dixit in modum, ſed in corpus, & ſanguinem) ſubiungit: *Quæ conuerſio conuenienter, & proprie à ſancta catholica Eccleſia transſubſtantiatio eſt appellata:* nēpe, quòd ſit ſubſtantiæ panis, & vini in corpus & ſanguinem Chriſti. Ratio vero eſt, quia ſicut transformatio denotat tranſitum ab vna forma in aliam, ita & transſubſtantiatio denotare debet trāſitum vnius ſubſtantiæ in aliā: id enim incluſum in ſe habet prępoſitio *Trās*, nempe, ab vno in aliud eiuſdem rationis. Ex quo etiam conuellitur fundamentum huius poſterioris ſententiæ. Nam licet conuerſio dicatur ex termino à quo, tamen non ſolùm ex illo dicitur, ſed etiam ex termino ad quē. Quamuis enim ſolus terminus à quo dicatur conuerti; tamen in ipſa conuerſione denotatur etiam terminus ad quem tamquā id, in quod fit conuerſio: namque omnis conuerſio eſt alicuius in aliquid aliud terminata. Quocirca, vt dicatur ſubſtantialis conuerſio, ad vtrumque terminum reſpicere debemus, vt diximus: & ita ſi fieret, aut conuerſio accidentis in ſubſtantiam, aut ſubſtantiæ in accidens, transſubſtantiatio, ſeu ſubſtantialis conuerſio non diceretur. Mitto hic opinionem aliorum Recentiorum, qui dicunt, transſubſtantiationem eſſe quidem actionem, non per quam fiat modus ille ſubſtantialis, quem hactenus impugnauimus, neque per quā fiat præſentia Chriſti ſub ſpeciebus, neque per quam producatur, aut conſeruetur ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti, ſed perquā hoc ſolùm fiat, vt corpus, & ſanguis Chriſti ſit id, in quod panis, & vinum conuertuntur, & ita terminetur ad ipſum corpus, & ſanguinem Chriſti, quatenus ſunt id, in quod conuertuntur panis, & vinum. Addunt præterea, requiri aliam actionem, per quam fiat corpus, & ſanguis Chriſti prēſens, & adducatur. Hāc igitur opinionem mitto, neque de illa multū curandum eſſe puto, cum multo facilius refelli poſsit, & nullo prorſus fundamento Philoſophiæ innixa videatur. Nam vt ſubſtantia aliqua deſinens tranſire, aut cōuerti in aliam dicatur per conuerſionem, quæ ſit actio poſitiua, non ſatis eſt, vt alia ſubſtantia in locum illius adducatur, &, ſi nul atque alia adducitur, ipſa deſinat, hæc enim duo, nempe deſitio vnius ſubſtātię, & adductio alterius comitanter ſe poſſent habere, ita vt vna non ſit alterius cauſa; ſed requiritur, vt deſitio vnius ſubſtantiæ ortum habeat ex aliqua alia actione, quæ dicatur conuerſio, ita vt dicatur agēs faciendo aliquid, corrumpere, aut deſtruere illud, quod conuertit; ſicut generatio vnius dicitur cauſa corruptionis alterius; alioquin, & deſitio vnius erit anihilatio, vt diſput. 183 cap. 3. oſtendemus: & id, quod deſinit, nō dicetur in illud conuerti, quod ſit per aliā actionem. Ergo priuſquam terminus ad quem ſit id, in quod aliud, quod deſinit, dicatur cōuerti, oportet, circa illum aliquam actionem verſari, per quam, aut ipſe, aut aliquid illius producatur, ſi productione ipſa dicendum

Refellitur.

Conc. Trid.

37

38

Alia opinio

Expugnatur.

39

dum eſt conuerti in illud, quod fit; ac proinde per actionem, quæ ſit conuerſio, nó poteſt id ſolũ fieri, vt corpus Chriſti ſit id, in quod panis conuertitur; ſed aliquid prius fieri debet, quod ſit fundamentum, ratione cuius dicatur corpus ipſum eſſe id, in quod panis cõuertitur.

40 Confirmatur. Adde, quòd cum eſſe id, in quod panis dicitur conuerti, ſit tantũ denominatio extrinſeca in corpore Chriſti, prouenire debet ex aliquo priori fundamento ſufficienti: ſufficiens autẽ huius denominationis fundamentum non eſt deſitio panis ſola: quia hæc ſine conuerſione eſſe poterat, vt patet: neque deſitio panis cum adductione corporis Chriſti: quia adduci poterat, & eſſe præſens deſinente pane abſque eo, quod conuerteretur in corpus Chriſti, nempe, ſi præſentia corporis Chriſti non eſſet cauſa deſitionis panis, ſicut fieri poterat: ergo, vt corpus Chriſti dicatur eſſe id, in quod panis cõuertitur, aliquid aliud tamquam fundamentum concurrere debet: quòd ſi hoc debet eſſe actio, quæ dicitur conuerſio, per illam aliquid prius debet produci; nam, ſi hæc non intercedat, pro ſola Dei voluntate, abſque vlla interres ipſas mutatione, non poteſt nunc denominari panis conuerſus in corpus Chriſti, & corpus Chriſti id, in quod conuertitur panis; nunc verò non ita denominari: ſed ex diuerſo fundamento prouenire debet, quòd ita denominetur, aut non denominetur. Quòd ſi fundamentum huius denominationis eſt actio, quæ vim habeat conuerſionis, per illam aliquid prius hac denominatione produci debet, vt patet: præſertim cum actio realis ad extrinſecam denominationem terminari nõ poſsit, ita vt per illam talis denominatio fieri dicatur; ſed ex eo, quòd aliquid reale per illam fiat, talis denominatio prouenire debeat. Nos quidem, qui negamus, conuerſionem eſſe actionem poſitiuam, quæ ſit cauſa deſitionis panis, conſtituimus fundamentum ſufficiens huius denominationis, non in aliqua actione, ſed in eo, quòd corpus, aut ſanguis Chriſti præſens demonſtretur, vt capite vndecimo, & duodecimo vberius explicabimus.

41

Transſubſtantiationem eſſe conſeruationem ipſius Chriſti, Gabriel putauit.

CAPVT IIII.

CAETERVM, vt alij Theologi in hac conuerſione duo illa defenderent, quæ primo aſpectu in conuerſione ſubſtantiali neceſſaria videtur, nempe, & quòd ſit actio, & quòd ſit non ſolũ â ſubſtantia, ſed etiam in ſubſtãtiam terminata, dixerũt, hanc cõuerſionẽ eſſe quidẽ actionem productionẽ, terminum autẽ per eam productũ, & factũ eſſe ipſum Chriſtum, in quẽ fiat conuerſio; tametſi de productione Chriſti in hoc Sacramento nõ eodem modo, hi omnes philoſophentur.

42 Gabriel. Gabriel in 4. diſt. 11. q. 1. art. 3. dubio 2. & in Canonem lectione 40. ita philoſophatur, vt dicat, transſubſtantiationem eſſe conſeruationem ipſius Chriſti virtute verborũ continuatam; tametſi aliam etiam actionem neceſſario includat, aut ſecum habeat, per quã corpus Chriſti ſit præſens ſpeciebus panis, & vini, & quam putat eſſe neceſſariam, vt ſit cõuerſio. Hoc autem docet contra Scotum: nam, vt ipſe etiã Gabriel notat, Scotus cẽſet, eam mutationẽ ſecundum locum non eſſe neceſſariam, dummodo per transſubſtantiationem incipiat aliquid creari, aut cõſeruetur in eſſe, quod antea habebat. Pro hac ſententia refert Gabriel OKãmũ, in ipſo tamen neque in 4. ſententiarum, neque in quodlibetis eã inuenire potui: fortaſsis eam docuit in tractatu de Sacramento Euchariſtiæ, quem etiam aliquando idem Gabriel citare ſolet. Quamuis autẽ Scotus dicat, poſsibile eſſe genus transſubſtãtiationis hoc modo, vt deſinẽte vna ſubſtantia alia incipiat per creationẽ, aut per eam conſeruetur; tamẽ, quod attinet ad factum in hoc Sacramẽto, hæc ſententia Gabrielis ei nõ placet. Præter multa autem alia, contra ſequentem opinionem inferius afferenda, quæ hanc etiam manifeſte impugnant, vnica ratione Scoti núc refellenda eſt. Quia nimirũ verba conſecrationis ſunt cauſa conuerſionis, ac proinde debent etiam eſſe cauſa termini per conuerſionem producti, ſi per illam aliquis terminus producitur. Quare ſi aliqua actio fuerit, vel res aliqua, cuius ipſa verba nõ fuerint cauſa, ea nõ poteſt eſſe trãsſubſtantiatio, aut terminus illius: atqui conſeruatio Chriſti non eſt actio procedens â verbis cõſecrationis, neque eſſe Chriſti permanẽs eſt effectus ipſorũ: ergo talis actio non poteſt eſſe trãsſubſtãtiatio, neq; eſſe Chriſti terminus illius. Porro autẽ talẽ actionẽ, & terminũ non poſſe à verbis procedere tanquãab efficiente, patet; quia Deus etiam ſine illis verbis eodem prorſus modo Chriſtum conſeruaret in ſuo eſſe: ergo, cũ conſeruat illis prolatis, conſeruatio

OKamm.

Scotus.

Gabrielis impugnatur ſententia primo.

43

seruatio non procedit ab eis, sed per accidens, & concomitanter cū eis se habet. Hæc ratio eò vim habet, quòd secundum nostrā sententiam, quam 2. tomo disput. 132. cap. 3. confirmauimus, verba consecrationis nō sunt instrumentum physicum ad transsubstantiationem, sed tantum morale: nàm si physicum essent, hæc ratio parum momēti haberet, quia rectè posset Deus assumere rem aliquam, vt physicum instrumentum ad creationem, aut conseruationem alicuius alterius rei, quam aliàs sine tali instrumento per se ipsum ex vi decreti sui proxime conseruaret: assumpto autem instrumento conseruaret quidem rem illam alio modo: & tunc instrumentum illud
44 non esset causa conseruandi rem illam simpliciter, sed conseruandi eam tali modo, esset-que causa, sine qua eo modo non conseruaretur. At verò cum verba sint solum instrumēta moralia ad conuersionem: & hoc genus instrumenti solùm operetur mouendo voluntatem principalis agentis ad effectum: fieri nequit, vt sint causa instrumentaria ad conseruandum Christum: siquidem neque esse possunt causa, sine qua non. Nam si Deus eodem modo conseruaturus esset Christum sine verbis, atque illis etiam prolatis: sequitur, verba ipsa moraliter nihil operari ad conseruationem, siquidem nullo modo mouent voluntatem ipsius Dei ad talem actionem, & effectum.

Secunda ratio qua via sit efficax.

Alia ratione peculiari hæc opinio refelli solet: quia nimirum conuersio est actio noua, ac proinde nouum habere debet terminum: eo quòd actioni nouę nouus terminus debet assignari. Hæc tamen ratio eatenus solùm vim habet: quatenus actio conseruationis, & desitio panis, & vini ex se cōnexionem nullā habent: ac proinde in nullo tēpore incipere possunt eam habere. Nam si aliquando cōnexionem possent habere, ita vt ex eo, quòd Deus inciperet tali tempore conseruare Christum, panis, & vinum desinerent, non opus esset, vt conseruatio esset noua actio ad nouum terminum; sed antiqua conseruatio ad terminum antiquum ab eo tempore inciperet esse transsubstantiatio, in quo panis, & vinum virtute illius desinerēt. Verùm, quia impossibile est,
45 tales actiones suapte natura inter se cōnecti, vt vna aliam inferat, ideò antiqua actio conseruationis, quæ ab initio non fuit transsubstantiatio, non potest incipere postea habere rationem transsubstantiationis, quia aliquid noui per eam produci nequit, quod incipiat pugnare cum substantia panis, & vini, & causa sit vt ipsa desinat. Parum autem refert, quòd præsentia corporis, & sanguinis Christi incipere possit habere connexionem cum desitione panis, & vini virtute veritatis verborum, sicut inferius videbimus, vt proinde dicamus, ex eo tempore conseruationē Christi subire rationem transsubstantiationis. Quia quemadmodum noua creatio Christi, 46
etiam si sola virtute verborum inciperet cōnexionem habere cum desitione panis, & vini, ad rationem transsubstantiationis nō pertineret: ita etiàm neque conseruatio; sed vtraque solum comitanter se haberet cum vera ratione transsubstantiationis, sicut contra sequentem opinionē probabimus. Et sane præter quā quòd impossibile est, virtute verborum consecrationis tamquam physici instrumenti Christum conseruari: quia eadem ratione à se ipso conseruaretur: & licet posset saltem vt instrumentum morale ad sui conseruationem concurrere, inutile videretur, Christum hunc modum transsubstantiationis instituisse, cū ad salutem nostram, quā in hoc Sacramento contendit, nihil referret pro vno solo instanti, in quo primo finiuntur verba, virtute illorum tamquam physici instrumenti, aut moralis se ipsum conseruare.

Hactenus contra sententiam Gabrielis pugnatum est, qui non explicat, vtrū transsubstantiatio sit antiqua actio, qua conseruabatur Christus, an noua alia: postea verò Recentiores aliqui hanc sequuti sententiam, eam amplius explicare voluerunt; vt sequente capite videbimus.

Transsubstantiationem esse nouam conseruationem corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia, Recentiores nonnulli contendunt.

CAPVT V.

RECENTIORES, Quibus Hęc sententia Gabrielis mirum immodum placet, quòd ad explicandam naturam conuersionis cęteris omnibus accommodatior eis videatur, eam amplius explicare contedunt. Dicunt igitur primum, transsubstantiationem esse actionem ipsam consecrationis, qua corpus, & sanguis Christi in antiquo suo esse conseruantur; talis quidem virtutis, vt si terminus per eam productus antea non esset, per eam nouiter produceretur. Pro qua sententia non 47
solum

Pro ſententia Recẽtiorũ quidam ſinittre citantur.

ſolũ allegant Gabriel. quiv t ſupra vidimus, eã ita in vniuerſum expreſſe docuit; ſed etiam, quamplures alios antiquos Scholaſticos, qui pro noſtra ſententia iure citari debent. Hi ſunt Antiſiodorenſis, Ricardus, Bonauent. Alexand. Henricus, Ferrarienſis, Capreolus, B. Thomas, Paludanus, & Marſilius, quos pro ſecunda opinione ſupra allegauimus. Quòd enim ex his quidam dicant, hanc conuerſionem non eſſe ſimilem acquiſitioni noui loci; quid, obſecro, referre poteſt, vt exiſtimemus, eos ſenſiſſe, ſubſtantiam ipſius corporis, & ſanguinis Chriſti per hanc conuerſionem produci? Præterea quòd Sanctus Doctor dicat, hanc conuerſionem aſsimilari creationi: quia non eſt ex aliquo ſubiecto, non ſufficit, vt arbitremur, eum exiſtimaſſe, eſſe veram creationem, & conſeruationem ſubſtantiæ corporis, & ſanguinis Chriſti, vt exponentes ſentẽtiam illius clarius oſtẽdemus. Denique quòd aliqui dicunt, conuerſionem hanc non ad quid nouum, ſed ad ipſum corpus Chriſti, quod antea erat, & ita ad ſubſtantiam terminari, cum noſtra ſententia rectè conſtat, etiã ſi dicamus, conuerſionem nõ eſſe actionem, per quam conſeruetur ſubſtantia corporis Chriſti, quam multò clarius ex prædictis Doctoribus deducemus: ergo abſque fundamẽto pro hac allegantur. Cumque hi Recentiores Theologi ſecundam ſententiam primùm tribuerint Paludano; deinde non dubitant pro ſua etiam ipſum citare, facile enim eſſe ſolet dicta Doctorum, niſi ſyncere explicentur, in quam volueris partem conuertere.

48

Fundamẽtum primũ

Primum fundamentum huius ſententiæ, ſic in vniuerſum intellectæ, deſumptum eſt ex Patribus, qui dicunt, in hoc Sacramento corpus Chriſti creari, & ex pane, aut de pane fieri: panem, & vinum fieri corpus, & ſanguinem Chriſti aut in ſanguinem, & corpus mutari, conuerti aut tranſire. Hæc enim omnia denotare planè videntur productionem aliquam ipſius ſubſtantiæ corporis, & ſanguinis Chriſti. Ita loquuntur Autor ſermonis de cœna Domini apud Cyprianum, & idem Cyprianus epiſtol. 63. Ambroſius lib. 4. de Sacramentis cap. 4. & Autor Canonis, *Vtrum ſub figura* de conſecratione diſt. 2. qui tribuitur Auguſtino; eſt tamen Paſchaſij, Rabani, & Algeri, vt habet Gratianus emendatus Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 14. Gaudentius tractatu 1. in Exodum. Adelmanus in epiſtola ad Berengarium. Euſebius Emiſſenus homilia 5. de Paſchate. Cyrillus Hieroſolymitan. catechesi 4. & Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 34. Confirmant etiam aut oritate eiuſdem Damaſcenus loco citato, & Gregorij Nyſſeni in oratione catechetica cap. 37. eo quòd vtantur exemplo cibi; qui cõuertitur in ſubſtantiam eius, qui alitur, & nutritur: hæc autẽ conuerſio ſit actio, & productio ſubſtantiæ eius, qui nutritur.

49

Pſeudo Cypr. Cyprian. Ambroſ. Cano. vtrũ ſub figura. Gratian. Damaſcen. Gauden. Adelmanus. Emiſſenus. Cyril. Hiero. Irenæus.

Damaſcen. Nyſſen.

Secundum fundamentum.

50

Secundum fundamentum horum Theologorum, illudque præcipuum eſt, quia, ſi in hoc ſacramento ſubſtantia ſanguinis, & corporis Chriſti non produceretur; ſed ſolùm circa illam eſſet actio, quam vocant adductiuã, vera ratio conuerſionis ſubſtantialis, & tranſubſtantiationis nõ poſſet defendi: eſſet enim ſolùm tranſlatio quædã in locũ, per quã non rectè diceremus, ſubſtantiã in ſubſtãtia conuerti, ſed in locũ tranſire. Cũ igitur nomen ipſum conuerſionis ſubſtantialis, & tranſubſtantiationis præferat tranſitum, & commutationem ſubſtantiæ in ſubſtantiam, & poſita hac actione ſubſtantiali cõſeruationis corporis, & ſanguinis Chriſti, rectè poſsit explicari, & defendi conuerſio, & tranſitus ſubſtãtiæ in ſubſtantiam, nõ ſolùm cõgruenter, ſed etiam neceſſariò talis actio in hoc Sacrameto aſſerenda eſt.

Tertium fundamentum eſt, quia licet, vt Scotus cõtendit, cum ſola actione adductiua ſubſtantiæ corporis, & ſanguinis Chriſti veritas verborum conſecrationis rectè conſtare poſſet ſine actione ſubſtantiali: ac proinde genus aliquod conuerſionis: tamen etiam cũ actione, quæ ſit productio ipſius ſubſtantiæ corporis, & ſanguĩnis Chriſti, prædicta verba eodem modo vera eſſe poſſent: ergo nulla ratio eſt, ob quam Scotus inferat, conuerſionem in hoc Sacramento fieri priori modo, potius quam poſteriori. E contrario verò, cum multò melius, & magis proprié, verba conſecrationis veré efferantur, ſi cõcedamus actionem, non ſolum adductiuam corporis, & ſanguinis Chriſti, ſed etiam eam, quæ ſit productio talis ſubſtantiæ: conficitur, potiori ratione conuerſionem hoc poſteriori modo, nempe cũ actione, quæ ſit productio ſubſtantiæ, eſſe aſſerendam. Porrò autem potius concedendam eſſe tranſubſtantiationem illo poſteriori modo, quã priori, ſic probant: quia omnes mutationes, quas à Deo legimus factas ſupra naturam, quod attinet ad ſenſum, & id, quod apparet, ſuppleri optimè poſſent per ſolam mutationem, & adductionem ad locum, vt in conuerſione aquæ facta in vinũ in Cana Galilææ fieri potuiſſet; nam ſi aqua, & vinum aliunde fuiſſent adducta, ſatis eſſet, vt Chriſtus inopiam vini ſuppleret; nihilominus dicimus, id quod certiſsimum eſt, inopiam vini tunc fuiſſe conuiuis conceſſam per conuerſionem aquæ in vinum, quæ fuit vera vini

Tertium Scotus.

51

52

pro-

productio: ergo idem dicendum est de conuersione, quæ fit in hoc Sacramento, cum eam perfectissimo modo fieri oportuerit.

Quartum. Quarto confirmari potest eadem sententia hac ratione. Quia si Diuinam potentiam, & veritatem verborum solùm attendamus, non fuit necessarium, desinere substantiam panis, & vini, vt verba consecrationis vera essent. Nam si Deus substantiam panis, & vini sine suis accidentibus alio in loco conseruaret, vt pronomine demonstratiuo sub illis accidentibus non demonstraretur, vera essent verba consecrationis; & tamen dicimus, ex veritate verborum colligi, substantiam panis & vini desinere: non alia quidem ratione, nisi quia modus conuersionis, quę fit per desitionem substantiæ præcedentis, magis congruit prædictis verbis: ergo eadem ratione dicendum est, per conuersionem corpus, & sanguinem Christi produci in hoc Sacramento; licèt sine hac productione verba vera esse possent: quia multò magis accommodatus est, hic modus conuersionis veritati verborum, quæ non localiter (vt ipsi loquuntur) sed substantialiter significãt, neque indicant aliquid illuc adduci, sed per modum substantiæ denotant, illud quod demonstrant, esse corpus, & sanguinem Christi: neque significant, aliquid fieri circa corpus, & sanguinem Christi, prout sunt in cœlo, sed circa hunc panẽ, & vinum, transmutando illa. Cum igitur hęc actio magis sit accommodata veritati verborum, quã sola actio adductio, & vtrouis modo conuersio hæc sit æquè difficilis, quia æque difficile intellectu est, adduci substantiã primariè, vt modo indiuisibili existat, & quãtitas ratione illius secundariè, vt eodem modo ibidem sit, atque id fieri per conuersionẽ, quæ sit productio substantiæ: sequitur multò maiori ratione concedendam esse actionem, quæ sit productio substantiæ, quã quæ solum sit adductio.

53

Quę actio sit ista, quam conuersionem Recentiores appellant. Deinde prædicti Theologi, dum explicare volunt, vtrum hæc conseruatio corporis, & sanguinis Christi in hoc Sacramento sit eadem cum ea, qua conseruabatur, antequã fieret cõuersio panis, & vini, an diuersa, varij deprehenduntur. Nam, cum primùm ea ratione ostẽdere vellint, diuersam esse: quia actio, qua substantia corporis Christi conseruabatur in cœlis, non videretur sufficere ad conseruandum idem corpus in Eucharistia: eo quòd in cœlis sit extensum modo naturali; in Eucharistia verò sit modo præter naturam: vt autem conseruetur res præter naturam, nouum, & maiorem influxum Dei conseruantis postulat: veluti cum accidens extra subiectum per se cõseruãtur, aut si mãteriã sine forma, vel substantiam materialem sine materia Deus conseruaret: respondent, quamuis hæc ratio probabilis sit, tamen ea efficaciter non probari, diuersam, & nouam actionem conseruationis necessariam esse in hoc Sacramento, vt panis, & vinum in corpus, & sanguinem Christi conuertatur. actio enim, per quam res ab agente conseruatur, aut fit, tunc solùm debet variari variato modo in re producta, aut conseruata, quando modus est quid intrinsecum pertinens ad rationẽ illius actionis, vt videmus in conseruatione accidẽtis extra subiectum. Nam actio, qua accidens fit ex subiecto, & in subiecto, suapte natura pendet à subiecto: quare, variato hoc modo, ita vt accidens nõ fiat ex subiecto, aut in subiecto, sed per se, necesse est variari actionem. At verò, quando modus rei factæ non est ei intrinsecus, & pertinens ad rationem, & essentiam actionis, non oportet, variato modo variari etiam actionem, etiam si auferatur modus naturalis, & supernaturalis ei communicetur. Tunc enim satis erit actioni antiquæ, & naturali, qua res fiebat, & conseruabatur, aut conseruaretur, & fieret, addere nouã aliã actionem supernaturalem circa modum supernaturalem, sicut videmus in mysterio Incarnationis. Nam eadem actione genita, & facta est humanitas, & conseruatur in supposito Diuino, cum ea, qua conseruaretur, & generaretur in proprio; nisi quòd nunc adiunctam sibi habet aliam nouam actionem, qua fit vnio huius naturæ genitæ, & conseruatæ in persona Diuina.

54

Variant. Cæterùm paulò inferiùs planè fatentur, diuersam esse actionem, qua nunc conseruatur corpus, & sanguis Christi in Eucharistia ab ea, qua antea conseruabatur. Nam, cum ipsi concedant, verba consecrationis efficaciter attingere conuersionem, idemque tribuant ipsi humanitati Christi, tanquam coniuncto instrumento: ex quo videbatur sequi absurdum, nempe, idem esse effectum, & causam sui in genere efficientis, & ita idem se ipsum efficere: respondent, absurdum quidem esse, vt idem seipsum efficiat, seu conseruet secũdùm primã rationem existendi, vel (vt ipsi loquuntur) secundùm primam dependentiam, vel primum influxum causæ efficientis, per quem sufficienter constituitur, & conseruatur in rerum natura: hoc est, nihil posse esse causam efficientem sui per primam sui productionem: bene tamen posse idem iam productum pro priorem productionẽ, esse causam sui per aliam posteriorem. Ex qua doctrina sequitur, duas esse actiones conseruatiuas

55

56

Christi

57 Chriſti: alteram, qua conſeruatur modo naturali in cœlo: alteram, qua conſeruatur modo præter naturam in Euchariſtia.

Transſubſtantiationem eſſe non poſſe conſeruationem corporis, aut ſanguinis Chriſti, ex natura ipſa conſeruationis, & conuerſionis contra præcedentem ſententiam demonſtratur.

CAPVT VI.

PRAETER Rationes, cap. 4. cõtra Gabrielem allatas, quæ etiam contra hanc opinionem apertè pugnant, ſunt aliæ multò efficaciores, quibus non ſolùm prædictã ſententiam, verum etiam illam, quam ex Gabriele ibidem commemorauimus: eo quòd parum inter ſe differant, manifeſtè refellere poſſumus. Rationes autem duobus modis contra prædictam opinionẽ colligi poſſunt. Primũ oſtendendo, impoſsibile eſſe, panem, & vinum cõuerti in corpus, & ſanguinem Chriſti per cõſeruationẽ ipſius ſubſtantiæ corporis, & ſanguinis: ita vt hæc conſeruatio ſit ipſa conuerſio, præſertim eo modo, quo aduerſarij docent. Deinde etiam demonſtrando, ſi id fieri poſſet, abſque fundamento affirmari, ita à Chriſto fuiſſe inſtitutum, & factum, & quotidie à ſacerdotibus effici. In hoc autem capite, & duobus ſequentibus priori modo, in nono autem poſteriori contra prædictam ſententiam pugnabimus.

58

Impoſsibilitas conuerſionis per conſeruationem probatur primo.

Ergo, impoſsibilem eſſe hunc modum cõuerſionis per conſeruationem ſubſtantiæ corporis, & ſanguinis Chriſti, probatur primùm: quia aut corpus Chriſti conſeruatur eadem actione, qua in cœlo, vel in terris extra Sacramentum conſeruabatur; aut diuerſa: quocumque autem modo conſeruetur ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti, conſeruatio eius non poteſt eſſe conuerſio panis, & vini in ipſam ſubſtantiam conſeruatam: ergo impoſsibile eſt, conſeruationem corporis, & ſanguinis Chriſti eſſe conuerſionem; ac proinde transſubſtantiationem, quæ nihil aliud eſt, quam conuerſio. Porrò autem, quocumque modo conſeruetur corpus, & ſanguis, conſeruationem eorum non poſſe eſſe conuerſionem, patet: quia productio termini ad quem, eatenus poſſet eſſe conuerſio termini à quo in ipſum terminũ ad quem, quatenus eſſet cauſa deſitionis illius, iuxtà ſenſum, quo dicere ſolemus, generatio vnius, nempe termini ad quem, eſt corruptio alterius, hoc eſt, termini à quo; non formaliter, ſed, vt Philoſophi loquuntur, cauſaliter. Qua etiam ratione generatio, aut productio termini ad quem dici ſolet conuerſio termini à quo in ipſum terminum ad quem: ſicut nutritio dicitur conuerſio alimenti in ſubſtantiam animantis: quia, nimirum, eſt cauſa corruptionis, & deſitionis alimenti: atqui conſeruatio corporis, & ſanguinis Chriſti, quouis modo intelligatur, quatenus productio, & actio eſt, non eſt cauſa deſitionis panis, & vini, ſed omnino peracidens illam comitatur: ergo non poteſt eſſe conuerſio panis, & vini. Ideò autem non poteſt eſſe cauſa deſitionis panis, & vini, quia eſſe corporis, & ſanguinis Chriſti, quod producitur, aut cõſeruatur, nõ pugnat vllo modo cum eſſe panis, & vini: quocumque enim modo Chriſtus in Euchariſtia produceretur, ſiue modo naturali, ſiue modo ſupernaturali, aut præternaturam ſub ſpeciebus panis, & vini collocaretur, aut extra, rectè poſſet cum ſubſtantia panis, & vini conuenire, & ſimul manere: ſiue enim penetraret quantitatem, & ſubſtantiam panis, & vini, & conſeruaretur in ſuo modo naturali quantitatis, ſiue eſſet indiuiſibili modo, manere poſſet cum eo. Inferius enim diſputatione 182. cap. 3. oſtendemus, poſſe Deum cum ſubſtantia panis, & vini, abſque illius conuerſione conſtituere ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti. Præterea; nullum poſſe eſſe modum in corpore, & ſanguine Chriſti productum, ratione cuius ſubſtantia illius, & eſſe pugnet cum ſubſtantia, & eſſe panis, & vini, cap. 3. apertè monſtrauimus: quòd ſi aliquis eſſet, inde ſolũ probaretur, productionem illius modi eſſe transſubſtantiationem, vt Doctores tertiæ ſententiæ contendebant. Qui vero præcedẽtem ſequuntur opinionem, negant planè, productionem alicuius modi eſſe transſubſtantiationem: & docent, eſſe ipſam ſubſtantiæ corporis, & ſanguinis Chriſti productionem. Accedit, quòd, vt inferius probabimus, non poteſt eſſe duplex corporis, & ſanguinis Chriſti conſeruatio, altera in cœlis, altera in terris, ſed vna tantum vtrobique; mirabile autẽ eſſet, ſi antiqua conſeruatio à momento conſecrationis inciperet eſſe transſubſtantiatio, & conuerſio; cum tamen eadem omnino antea non eſſet, & terminus productus per eam nullo modo cum ſubſtantia panis, & vini

59

60

61

pugna-

Diluitur aduersariorum responsum.

pugnaret, vt eam destrueret. Ingenuè sáne fatentur aduersarij, neque enim vlla ratione negare poterant, terminum quidem productum per hanc conseruationem, nempe substantiam corporis, & sanguinis, suapte natura cum substantia panis, & vini non pugnare, vt eam destruat, sed solum habere oppositionem, quam vocant incompossibilitatem ratione veritatis verborum, per quæ significatur: eo quòd non potest vere significari per pronomen demonstratiuum, nisi substantia panis, & vini desinat esse, vt disputatione præcedente cap. 4. satis, superque ostensum est. Nos verò hanc eorum responsionem libenter admittimus, ex ea tamen inferius ostendemus, conseruationem illam corporis, & sanguinis Christi per accidens omnino se habere, & comitanter cum desitione panis, & vini, ac proinde ad rationem conuersionis minime pertinere: nam conseruatio, vt conseruatio substantiæ corporis, & sanguinis Christi, siue sit antiqua, siue sit noua, propter peculiarem modum, quo Christus incipit esse præter, aut supra naturam sub speciebus, integre manere possit sine conuersione, manente nimirum substantia panis, & vini: aut quia sine verbis Deus vellet corpus & sanguinem Christi ita sub speciebus constituere eo modo indiuisibili, quem nunc habet: aut quia hac forma verborum illud efficeret: *Sub hoc pane, & vino sit corpus, & sanguis meus*: tunc enim absque dubio non fieret conuersio; & tamen esset eadem omnino conseruatio, quæ nunc est: signum igitur est, per accidens solùm, & comitanter comparari conseruationē corporis, & sanguinis Christi cum desitione panis, & conuersione illius: ac proinde ad rationem transsubstantiationis nullo modo pertinere. Quemadmodum, si eodem tempore, quo anihilaretur homo, crearetur Angelus, creatio Angeli non esset conuersio: quia per accidens omnino se haberet cum anihilatione hominis, vt disput. 184. capit. 3. ostendemus: & quemadmodum, si Deus crearet Angelum intra corpus aliquod eodem momento, quo corpus illud per corruptionem sui, & generationem alterius in illud, transmutaretur in aliud, creatio Angeli ad prædictam transmutationem, seu conuersionem non pertineret: quia causa non esset corruptionis, & desitionis. Demum, cū verba eodem modo possent esse vera, & ratione veritatis destruere panem, etiam si antea corpus, & sanguis Christi esset in pane, & vino, & tunc esset vera conuersio, sicut nunc est: manifestè conficitur, ipsam conseruationem, quæ ante verba non erat conuersio, quia non erat causa desitionis panis, & vini, neque cum illa connectebatur, post verba ipsa non habere rationem conuersionis, cum secundùm rationem actionis eadem omnino maneat. Idemque dicendum esset, etiam si corpus, & sanguis Christi non conseruarentur à Deo; licèt hoc sit impossibile. Nam siue corpus, & sanguis antea essent cum pane, & vino, siue virtute verborum adducerentur, eodem modo verba essent vera, & virtute veritatis eorum panis desineret: ac proinde conuerteretur. Quo circa conseruatio, quæ nunc est, omnino accidentarie & comitanter se habet cum desitione panis, & vini: ideoque ad rationem transsubstantiationis, & conuersionis pertinere nequit.

Responsio quorundā

Cæterum respondent aliqui, ad rationem veræ conuersionis substantiæ in substantiā non esse necesse, productionem substantiæ, in quam altera dicitur conuerti, ita connexam esse cum desitione substantiæ conuersæ, vt suapte natura substantia producta pugnet cum substantia conuersa: & ita productio substantiæ, in quam fit conuersio, suapte natura sit causa desitionis substantiæ conuersæ, sed satis esse, si productio vnius, & desitio alterius comitanter se habeant: pro qua sententia allegant Scotum, quodlibet. 10. Gabriel. lectione 40. in Canonem Missæ. Maiorem in 4. distinct. 12. quæst. 1. Rubionem quæst. 1. articul. 3. Capreol. quæst. 1. articul. conclusione 3. Michaelem de Palacios eadem distinct. disputatio. 2. in fine. Ledesmam 1. par. 4. quæst. 16. articul. 4. dubio 3. in fine & Ferrerienſem 4. contra gentes, cap. 63. Ego sane non legi Rubionem, nec Michaelem de Palacios, alios tamen legi, verum in eis prædictam sententiam expressam non inueni: neque enim de ea re expresso disputant. Ex ijs tamen, quæ docent circa naturam conuersionis, videtur colligi. Nam, aut dicunt, transsubstantiationem ex eo solùm fieri, quòd vna substantia sub accidentibus, aut in loco alterius ita producatur, vt simul desinat alia, nullam verò contrarietatem, aut repugnantiam inter ipsas substantias assignant; sed solùm dicunt, non posse fieri transsubstantiationem, nisi maneat aliquid commune, vt accidens, aut locus: ita autem docent omnes locis citatis, excepto Gabriele. Aut dicunt (vt ipse Gabriel) vnam substantiam posse in aliam conuerti, etiam si non maneat locus, aut accidens commune vtrique, ex eo solum, quòd Deus ita producat vnam, aut eam

Scotus. Gabriel. Maio. Rubio. Capreol. Palacios. Ledesma. Ferrariensis.

eam conſeruet deſtructa alia, vt neque illam produceret, aut conſeruaret, niſi aliam ſimul deſtrueret. Iuxta quam doctrinam Gabrielis, quam ipſe etiam dicit eſſe Scoti, connexio inter productionem, ſeu conſeruationem vnius ſubſtantiæ, & deſitionem alterius in ſolam Dei voluntatem, non in oppoſitionem ſubſtantiarum referenda eſt.

Impugnatur reſponſum prædictum.

Hæc tamen ſententia, & reſponſio, cuiuſcumque ſit, nequaquam probanda eſt. Nam, ſi productio vnius ſubſtantiæ nullo modo eſt cauſa deſitionis alterius ſubſtantiæ, comitanter omnino ſe habere debet cum illa: ac proinde non magis habere poteſt rationem conuerſionis, quàm ſi ſimul tempore cum ea non eſſet: neque enim temporis vnitas, aut (vt dici ſolet) identitas, & ſimultas ſatis eſt, vt productio, ſeu conſeruatio vnius ſubſtantiæ, ſimul exiſtens cum deſitione alterius, rationem conuerſionis ſubſtantiæ deſinentis ſubire poſsit. Neque etiam ipſa intentio agentis ſufficit, vt in duabus illis actionibus dicatur eſſe conuerſio ſubſtantiæ deſinentis in ſubſtantiam productam: nam conuerſionis ratio non ex intentione interna ipſius operantis, ſed ex modo exteriori agendi deſumi debet. Quare,

67

ſi ipſa productio ratione ſui, etiam ſi ſit ſimul cum deſitione, non eſt conuerſio ſubſtantiæ deſinentis, certè manens in ſe eadem, ex ſola intentione operantis non dicetur conuerſio ex eo ſolùm, quòd agens

Obſeruatio.

aliàs non produceret vnam, niſi aliam ſimul ſemper deſtrueret. Quod ſi dicas, in ipſo modo operandi ratione ſaltem veritatis verborum eſſe connexionem inter conſeruationem ſubſtantiæ corporis Chriſti, & deſitionem panis, attendas obſecro id, quod ſupra diximus, ipſam conſeruationem corporis Chriſti minimè variari ex veritate verborum; ſed eamdem omnino manere: ergo, ſi ſine verbis non haberet rationem conuerſionis, etiam cum illis eam habere non poteſt; ſed omnino per accidens cum conuerſione ſe habebit. Adde, quòd veritas verborũ non poſtulat conſeruationẽ corporis Chriſti, neq; eã ſignificat, ſed aliunde eã ſupponit: imo ſi corpus nõ indigeret cõſeruatione, nihilominus verba eodem modo eſſent vera, & præſentia corporis cum deſitione panis ratione veritatis ſolùm connexa eſſet, & vera ibi cõuerſio interueniret: er

68

go conſeruatio, aut productio corporis Chriſti non eſt conuerſio, neque ad rationem conuerſionis per ſe pertinet.

Alia reſpõſio.

Reſpondent deinde; ad rationem conuerſionis non requiri, vt productio vnius termini, & deſitio alterius connectantur propter oppoſitionem, & repugnantiam ipſorum terminorum inter ſe; ſed ſatis eſſe, vt ratione ipſius agentis ſint connexæ, quòd agens non poſsit producere vnum terminum, niſi per aliam actionem prius deſtruat alterum, ita vt ad productionem termini ad quem conuerſionis requiratur tamquam præuia diſpoſitio ex parte agentis deſtructio termini à quo, etiam ſi ipſi termini inter ſe non pugnent. Adhibent verò in naturalibus exemplum ab ipſis confictum; neque enim ſimile quid in tota natura rerum inuenerunt, aut inuenire poterunt. Si ignis (verbi cauſa) inquiunt, non poſſet producere ignem ex ligno, niſi prius corrumpendo lignum, non per formam ignis, ſed per præuias diſpoſitiones accidentarias: & ita corrupto prius ligno, formam ignis introduceret, corruptio illa ligni & productio ignis diceretur cõuerſio ligni in ignẽm; ſicut enim conuerſio componitur ex duabus mutationibus, nempe, ex deſitione vnius termini, & productione alterius, cur non poſſet etiam interdum componi ex duabus actionibus, & productionibus, quarum vna ad alteram referretur, nempe ex ea, per quam producerentur diſpoſitiones, quibus corrumperetur terminus à quo, & ex ea, per quam produceretur terminus ad quem? Ita etiam, dicunt, accidere in conuerſione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti: putant enim, panem, & vinum deſinere non ex vi productionis, aut conſeruationis corporis, aut ſanguinis Chriſti, ſed ex vi alterius actionis, quæ præcedit, nempe, ex vi ſeparationis accidentium à ſubiecto; ita vt hæc ſit cauſa, ob quam deſinat panis, & vinum; quia ſpoliata accidentibus naturaliter poſtulant non manere; deſtructo autem pane, & vino, dicunt, ſtatim ſequi conſeruationem corporis Chriſti in hoc Sacramento. Aſſerunt igitur, hanc conuerſionem componi ex duabus productionibus, quarum prior ad ſeparationem accidentium terminatur, ex qua proxime oritur deſitio panis, & vini: altera verò ad corpus & ſanguinem Chriſti: & hoc modo rectè dici ratione harum duarum productionum, quarum prior ad aliam præparat, panem, & vinum conuerti in corpus, & ſanguinem Chriſti.

69

70

Verum hoc reſponſum mihi multò minus probatur, quàm precedens. Primum quidem: quoniam hi Autores, neſcio quo præpoſtero ordine, deſitionem panis inchoant à ſeparatione accidentium; cum tamẽ, vt diſ

Refutatur

put-

put. 183. cap. 2. ostendemus, accidentia manēant separata, quia eorum subiectum desinit: & ita prior sit desitio subiecti, quàm accidentium separatio. Deinde; quia si prædictus ordo seruaretur, & hìc aliqua conuersio panis, & vini desinentis interueniret, ea non esset in corpus, & sanguinem Christi, sed in eam formam, quæ proxime esset causa desitionis: & in exemplo illo naturali ab ipsis conficto, eodem modo philosophandum esset. Nam, si ex parte agentis dispositiones accidentariæ contrariæ ligno prius corrumperent illud, vt deinde idem agens formam ignis in eius materiam introduceret: certe lignum, non in ignem, sed in accidentarias dispositiones conuerteretur: omne enim, quod corrumpitur, in eam formam, per quam corrumpitur, conuertitur; non autem in aliam secundariè introductam. Dum enim agens corrumpit aliquid per formam contrariam introductam, id, quod corrumpit, in id, quo illud corrumpit, conuertit. Ergo in Eucharistia conuersio non fieret in corpus, & sanguinem Christi, sed in accidentium separationem, aut modum, quem habent separata. Nisi velint concedere, conuersionem primarie fieri in separationem accidentium, & secundarie in corpus Christi: quod nullus hactenus dixit, neque ipsi concedunt: vel duplicem esse conuersionem, quod multò minus affirmare licet. Et sanè, facta conuersione in aliquid primarie, ineptè diceremus, in aliud secundarie fieri, cum quo desitio rei conuersæ connexionem non haberet. Prædicta autem ratio præsertim vim habet in ipsorum sententia: quia putant, ideo desitionem panis, & vini non esse anihilationem; non quia desinat ex vi corporis, & sanguinis Christi, sed ex vi separationis accidentium. Nam si non anihilatur panis, ideò est, quia in aliquid desinit: quare si primarie desinit in separationem accidentium, in eam sane conuerti dicendus est.

Confirmātur dicta.

Adde, quòd ex parte agentis prius est corpus, & sanguinem Christi esse ibi, quàm desinere panem, & vinum, vt sequente disputatione ostendemus. Denique, cum ex sola veritate verborum connectantur præsentia, & conseruatio corporis, & sanguinis Christi cum desitione panis, & vini: separatio autem accidentium naturaliter postulet, & sit causa desitionis panis, & vini, vt aduersarij fatentur, potius conuersio dicenda esset in separationem accidentium, quam in ipsum corpus, & sanguinem Christi. Colligamus igitur ex dictis, conseruationem corporis, & sanguinis Christi ad rationem conuersionis vllo modo spectare non posse.

Idem ex termino ad quem conuersionis aduersus eiusdem sententiæ Autores probatur.

CAPVT VII.

DEINDE Hoc ipsum esse impossibile, si de conuersione, quæ nunc fit in hoc Sacramento, loquamur, non minus apertè confirmari potest ratione sumpta ex termino, in quem hæc conuersio fieri dicitur. Eo quòd hæc conseruatio ad vnum terminum ad quē, conuersio autem ad alium refertur; si autem conuersio esset ipsa actio conseruationis, in idem prorsus diceretur fieri conuersio, quod fieret per conseruationem. Porrò autem, conuersionem non terminari ad idem, ad quod tendit, & terminatur conseruatio, manifestè ostendam hac ratione. Conuersio panis ita fit in corpus Christi, vt non includat vllo modo animam: at conseruatio, quæ nunc est in hoc Sacramento, est corporis Christi, prout includit animam: ergo non terminantur ad idem conseruatio, & conuersio. De conuersione id, quod assumpsimus, patet: quia panis dicitur conuerti in id solum, quod est ex vi veritatis verborum, in reliqua verò, quæ dicuntur esse cum corpore Christi per comitantiam, non dicitur fieri conuersio. Qua ratione Ecclesia in Prosa Missæ corporis Christi canit illud: *Quod in carnem transit panis, & vinum in sanguinem.* Et Concilium Tridentinum sessione decima tertia, capite quarto, & canone secundo dicit, conuersionem fieri totius substantiæ panis in corpus Christi; non dixit, in Christum, aut in animam, sed in corpus, ostendens, in id solùm fieri conuersionem, quod est ex vi verborum in Sacramento: & Eugenius Quartus in decreto fidei, quod est in Concilio Florentino. §. *Tertium est*, ita inquit. *Nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur; ita tamen, quòd totus Christus continetur sub specie panis, & totus sub specie vini*: nempe, ostendens, terminum formalem solùm esse corpus in conuersione panis: reliqua verò esse ibi

Non esse eumdē terminū conuersionis, & conseruationis probatur ratione.

Ecclesia Tridentū

Eugen. 4.

per concomitantiam, vt sit ibi totus Christus: neque enim dixit, conuerti panem in totum Christum; sed in corpus eius: ita vt sit ibi totus Christus. Quo circa nemo rectè dixerit, panem, aut vinum conuerti in Christum: alioquin etiam diceretur fieri conuersio in Deitatem ipsius, quod nemo concedet, aut in corpus viuum, & animatum Christi: nam in ea, quæ sunt in hoc Sacramento per concomitantiam non potest dici fieri conuersio: hæc enim solùm dicitur fieri in id, in quod per se terminatur, in id autem solùm per se terminatur, quod est per se, & vi conuersionis in Sacramento; non in id, quod est per cõcomitantiã: quia hoc est ibi per accidens. Et ita quamuis Maior in 4. distinctione 11. quæstio. 1. non longè à principio dicat, panem secundariè cõuerti in sanguinem, qui comitatur corpus; subdit tamen, formalem terminum conuersionis panis esse corpus. Esse autem animam (ac proinde corpus animatum) in Sacramento solũ per comitantiam, & ratione connexionis, seu cõiunctionis naturalis ipsius animæ cum corpore Christi, non autem ex vi verborum, definit apertè Concilium Tridentinum sessione 13. cap. 3.

75 Maior.

Porrò autẽ conseruationem corporis Christi, quæ nunc est in Sacramento, per se, & primariè terminari ad corpus animatum, ac proinde cum anima; quod etiam in hac nostra ratione assumpsimus, patet: quia nunc nõ conseruatur aliud corpus nisi viuum, & cum anima: ergo conseruatio corporis Christi, & conuersio panis in corpus Christi non terminantur ad idem. Et quamuis sit duplex conseruatio, vna, qua sola materia corporis Christi conseruatur, & hæc dicatur creatio ex nihilo: altera, qua conseruatur compositum ex materia, & anima, & hæc non sit creatio, iuxta ea, quæ prima parte disput. 174. capit. 4. diximus; neutra tamen harum, quocumque modo vocetur, siue dicatur creatio, siue non, terminatur primariè ad terminum, in quem dicimus primariè, & propriè fieri panis conuersionem. Nam terminus conuersionis formalis nõ est pura materia: hæc enim non significatur nomine corporis; neque est materia cum anima: sic enim anima Christi esset in hoc Sacramẽto ex virtute verborum, & conuersionis: ergo nulla conseruatio ex his duabus, siue materiæ solius, siue materiæ cum anima habet eumdem terminum, quem habet conuersio: ac proinde non potest esse connersio. Nisi dicant aduersarij, esse duas conuersiones panis, alteram in corpus ex significatione verborum, alteram in totam humanitatem ex efficacitate verborum, quod est absurdum: cum conuersio panis, quæ fit in Sacramento tribuatur virtuti verborum, & hæc non possit esse in totam humanitatem, quæ conseruatur, sed in corpus, seu carnem Christi, siquidem virtus verborum, & vis verborum idem sunt: & ex vi verborum non est tota humanitas, sed solùm corpus sub speciebus panis.

Conseruatio Christi ad quid terminetur.

76

77

Ad hoc argumentum nihil respondent aduersarij; ex ijs tamen quæ ipsi docent, vt explicent, quid sit in hoc Sacramento ex vi verborum; quid verò per accidens, & per comitantiam, colligere possumus, quid ipsi responderent. Dicunt igitur, ex vi actionis, & efficacitatis verborum non solùm esse in hoc Sacramento materiam, nec solùm esse animam Christi secundùm gradum generi-cum, secundùm quem tribuit materiæ esse corporis; sed etiam secundùm gradum inferiorem viuentis, animalis, & hominis: quia efficacitas causæ non tendit ad gradum generi-cum in vniuersum, sed ad totam entitatem individuam: & ita concedunt, efficacitatem verborum per se, & æque primarie attingere materiam, & animam, producendo, aut conseruando corpus viuum hominis, vt homo est. Addunt tamen, totum hoc non esse ex vi significationis verborum in Sacramento: neque idem esse efficacitatem verborum, & vim significationis, vt id, quod est ex vi vnius, sit etiam ex vi alterius. Quam distinctionem colligunt ipsi ex Sancto Thoma infra quæst: 81. artic. 2. ad 3. vbi nihil prorsus de hac re agit; articul. autem 3. ad tertium, quædam verba habet, quæ huic sententiæ fauere videntur, & inferius explicabimus.

Quid respondeant aduersarij.

78

Verùm hoc responsum facilè explodi potest. Primum quidem: quia efficacitas verborum pendet ex significatione, vt illud per se efficiant verba, quod significant: siquidem eatenus efficiunt, quatenus significant; quod verò aliquid consequenter, & per accidens efficiant, quod expressè non significent, non satis est, vt dicamus, efficacitatem verborum diuersam esse à significatione. Cum enim loquimur de efficacitate, loquimur de ea comparatione primarij effectus, & per se, & ita pro eodem vsurpat S. Doctor esse aliquid in Sacramento ex vi significationis verborum & ex vi cõsecrationis, seu Sacramenti: inquit enim in ea q. 81. artic. 4. ad 3. animam Christi esse in hoc Sacramento ex reali concomitantia: non autem ex vi consecrationis: consecratio autẽ est actio cõsecrandi: actio verò consecrandi est conuersio: ergo negat esse

Reijcitur responsum prædictum

S. Thomæ.

ibi

ibi animam Christi ex vi conuersionis, & efficacitatis verborum primaria. Et quæstione 76. articulo. 1. idem esse existimat, esse aliquid ex vi significationis verborum, & ex vi Sacramenti: inquit enim: *Ex vi quidem Sacramenti est sub speciebus huius Sacramenti id, in quod directè conuertitur substantia panis, & vini præexistens, prout significatur per verba formæ.* Vbi planè sentit, efficacitatem, & vim Sacramenti primariè tendere in id, in quod fit conuersio, & in illud, quod primarie verbis ipsis significatur: pro eodem, nempe, vsurpans vim significationis, & efficacitatem. In alia verò solutione tertia, articulo tertio hoc solùm dixit, quod sententiæ aduersariorum aliquo modo fauere videtur, nempe, accidentia corporis Christi esse in Sacramento ex reali concomitantia, non autem ex vi Sacramenti, ex qua est ibi substantia corporis Christi: & ideò virtutem verborum ad hoc se extendere, vt sit in hoc Sacramento corpus Christi cum quibuscumque propriis accidentibus. Vbi videtur distinguere virtutem verborum à vi, & virtute Sacramenti. Verùm, quis non videat, vim Sacramenti, & virtutem verborum Sacramenti eamdem esse? Dicit igitur Beatus Thomas, virtutem verborum ad hoc se extendere, vt faciat esse corpus cum accidentibus, non ex primaria efficacitate, sed quia accidentia comitantur corpus Christi: adducto enim corpore ex vi primaria verborum, accidentia etiam, quæ in ipso sunt, adduci debent, & vis Sacramenti eadem est, vt primarie efficiat corpus; per concomitantiam autem postulet, vt ibi sint accidentia. Quare, cum loquitur Sanctus Doctor de vi Sacramenti, loquitur de ea comparatione primarij effectus; cum verò de virtute verborum, comparat eam etiam ad secundarium, qui per concomitantiam consequitur.

77

80

Confirmatio.

Deinde, si efficacitas verborum nunc primarie attingit corpus Christi viuum, conseruando illud, vt viuum, & cum anima: & conseruatio hæc est ipsa conuersio: consequitur planè, panem conuerti in corpus viuum: ac proinde in animam, & materiam, & informationem, ita vt hæc omnia sub se complectatur terminus ipse conuersionis, quæ nunc est, & in finem sæculi durabit: huic autem obstat communis modus loquendi Ecclesiæ, & Concilicrum: nam data opera non dixerunt, panem conuerti in humanitatem, aut in materiam, & animam, sed in corpus: eo quod per se terminus huius conuersionis non est humanitas tota. Vel certe, vt supra inferebamus contra aduersarios, sequitur, esse nunc duas conuersiones panis, alteram ex vi seu virtute verborum in corpus, seu carnè tantùm, non inclusa anima; alteram verò ex efficacitate verborũ in corpus viuum, quod meritò diximus esse absurdum.

81

Præcludi tur effugiũ

Neque vero dici potest terminus conuersionis corpus secundum rationem communem, & vniuersalem corporis, quæ conflatur ex materia, & anima rationali secundùm rationem communem formæ in materia: quoniam vnaquæque actio tendit ad formam singularem, & indiuiduam; nulla autem est, quæ solùm terminetur ad rationem communem, & vniuersalem. Et quamuis inter causas concurrentes ad eumdem effectum vni tribuatur interdum ratio communis, & vniuersalis: vt in beatitudine, & clara visione Dei intellectui ratio visionis; alteri vero simul concurrenti tribuatur ratio magis peculiaris: vt lumini gloriæ ratio claræ visionis Dei, sicut 1. p. disput. 43. cap. 5. vberius demonstrauimus; tamen nulla est actio, quæ solùm terminetur ad rationem communem; sed quælibet debet terminari ad rem indiuiduam, iuxta illud Aristotel. 1. Metaphysicæ cap. 1. quod in hunc sensum fusius explicuimus 1. tomo disp. 21. cap. 3. *Actiones autem, ac generationes omnes circa singulare sunt.* Quo circa, si conuersio est actio terminata ad corpus, tota terminari debet ad corpus secundùm indiuiduam rationem: ac proinde cum constituitur viuum sub speciebus panis, terminari debet ad animam, per quam viuit: quia impossibile est, actionem vllam ad rem secũdum rationem communem solam terminari, cum ipsa singularis, & indiuidua sit. Respõdent tamen, qui prædictam sententiam sequuntur, virtutem verborum consideratam secundùm se, & (vt aiunt) in actu primo, respicere vt adæquatum obiectum corpus humanum constans ex materia, & forma in vniuersum: sic autem nullum incommodum esse, virtutem verborum terminari ad aliquid commune: nam hoc omnibus potentijs, quæ plures possunt effectus habere, conuenit. At vero virtutem verborum consideratam in actu secundo, hoc est, ipsam operationem, & actionem verborum, versari non tantùm circa materiam, sed etiam circa hanc, aut illam formam singularem: quæ sane determinatio desumenda (inquiunt) est ex statu, in quo materia reperitur, nempe sub hac, aut illa forma. Hoc tamen responsum refelli facilè potest. Primum, quia omnis potentia, quæ vt obiectum adæquatum respicit rationem aliquam communem, vt visus respi-

82

Aristot.

Solutio quorumdã impugnatur.

83

cit colorem, ita operatur re ipſa, vt virtute ſua operetur circa quodcumque ſingulare obiectum, ſub ratione illa communi contentum: ergo quamuis virtus verborum in actu primo verſaretur circa relationem communem formæ, prout ex illa, & materia in vniuerſum componitur corpus, tamquam circa obiectum adæquatum, etiam diceretur verſari circa hanc, & illam formam ſingularem: vt, quemadmodum dicimus, non ſolùm colorem, ſed etiam hunc colorem virtute natiua viſus videri; ſic etiam diceremus, virtute verborum, non ſolum corpus, ſed etiam tale corpus, nempe viuum, aut etiam mortuum ſub ſpeciebus panis conſtitui. Deinde, quia ſi actio ipſa verborum terminatur non ſolùm ad materiam, ſed etiam ad animam: rectè ſequitur, non ſolam materiam, ſed etiam animam eſſe virtute verborum ſub ſpeciebus panis, vt ſupra probauimus. Adde, quòd licèt modus philoſophandi horum Doctorum aliquo modo defendi poſsit, ſi nomine corporis intelligerent rationem communem corporis, quæ in prædicamento ſubſtantiæ eſt ſpecies ſubalterna; ſic enim vna ſaltem ratio communis aſſignari videretur pro termino per ſe transſubſtantiationis, quæ fieret virtute verborum; tamen, cum nomine corporis intelligant organicum, tam mortuum, quam viuum, quod nomine carnis ſignificatur iuxta Proſam illam allegatam; *Quòd in carnem tranſit panis*: & corpus hoc modo non ſit vniuocum, ſed æquiuocum, vt diſput. 186. cap. 3. contra eoſdem oſtendemus: ego non video, quo pacto hæc ſententia defendi poſsit. Nam, cum ex vi ſignificationis verborum, & efficacitatis primariæ, ſeu conuerſionis non ſit determinate in Euchariſtia corpus Chriſti viuum, ni mirum, cum anima, neque mortuum cum forma cadaueris, neque ratio communis vniuoca corporis, ſed corpus tantum vno, aut alio modo, quod æquiuoce ſignificatur: verba enim æque mortuum corpus, atque viuum denotant: forma autem cadaueris, aut anima per concomitantiam ſolùm in Euchariſtia ſint: ſequitur, nihil firmum, & determinatum poſſe aſsignari pro termino phyſicæ actionis, & productionis, ac proinde hanc conuerſionem, qua nunc conuertitur panis, & vinum in corpus, & ſanguinem Chriſti, nõ poſſe eſſe phyſicam actionem, & productionem. Quam quidem rationem breuiter attigimus 1. par. diſput. 176. cap. 6.

84

85

Idem ex ratione inſtrumenti aduerſus eoſdem monſtratur.

CAPVT VII.

QVAE MADMODVM de efficacitate humanitatis Chriſti, & Sacramentorum ad producendam gratiam duplex eſt opinio, altera eorum, qui dicunt, ſolum eſſe inſtrumenta moralia Dei: altera eorum, qui cenſent, eſſe phyſica inſtrumenta, ita etiam de efficacitate humanitatis Chriſti, & verborum conſecrationis ad conuerſionem panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti duplex etiam opinio eſt; altera de morali, altera de phyſica efficacitate: ex vtraque autẽ probare poſſumus, conuerſionem panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti non eſſe phyſicam actionẽ conſeruationis ipſius corporis, & ſanguinis Chriſti. Et primùm quidem, ſi dicamus Chriſti humanitatem, & verba conſecrationis ſolum eſſe inſtrumenta moralia Dei ad conuerſionem: nam, vt ſint inſtrumenta moralia ad conuerſionem, debẽt aliquo pacto mouere Diuinam voluntatem: atqui nullo pacto mouent eam ad conſeruandum corpus, & ſanguinem ſuum: ergo conſeruatio non poteſt eſſe ipſa conuerſio; alioquin, ſicut mouent ad conuerſionem, ad conſeruationem etiam mouerent. Porrò autem, neque humanitatem, neque verba ad conſeruationem corporis, & ſanguinis Chriſti mouere voluntatem Dei, patet: quia licet talia verba conſecrationis à Chriſto inſtituta non eſſent, neque nomine illius à ſacerdote proferrentur, nihilominus Deus corpus, & ſanguinem Chriſti eodem modo cõſeruaret, vt contrà Gabrielem dicebamus: ergo humanitas Chriſti per talia verba non eſt morale inſtrumentum conſeruationis ſuæ: ac proinde neque conuerſionis panis, & vini in corpus, & ſanguinem ipſius, ſi conuerſio eſt ipſa conſeruatio: hoc autẽ eſt abſurdum: ergo dici non poteſt, conuerſionem eſſe conſeruationem. Adde, quòd vt humanitas ſit inſtrumentum etiam morale, ſupponi debet exiſtens, & pro eo inſtanti, in quo eſt inſtrumentum in ſuo eſſe conſeruata: ergo non poteſt eſſe inſtrumentum ſuæ conſeruationis pro eo inſtanti, quo eſt conuerſio; ac proinde neque ipſius conuerſionis. Ad hoc argumentum reſpõderi poſſet, eſſe duas conſeruationes corporis Chriſti, & vnam earum ſupponi in humanitate, vt poſsit eſſe inſtrumẽtum per verba

86

Prima ratio ex ratione moralis inſtrumenti ſumpta.

87

Confirmatio.

ba ad alteram: hoc tamen responsum inferius à nobis confutabitur.

Secunda ratio sumpta ex physico instrumento.

Deinde, si de instrumento physico loquamur, multò melius colligitur, Christi humanitatem, & verba non esse instrumentum physicum conuersionis, sicut neque conseruationis suæ. Nam, quamuis fieri posset, vt idem esset causa moralis suæ ipsius conseruationis; tamen impossibile omnino videtur, idem esse causam, seu instrumentum physicum conseruandi seipsum: idem enim seipsum physicè efficeret, quod est manifestè absurdum: si autem conuersio esset ipsamet conseruatio corporis, & sanguinis Christi, hoc ipso, quòd humanitas per verba esset physicum instrumentum ad conuersionem, esset etiam ad conseruationē sui ipsius. Hoc argumentum vim habet contra Doctores præcedentis sententiæ, qui humanitati Christi ad omnes effectus supra naturam, & Sacramentis ad producendam gratiam, & verbis consecrationis ad transubstantiationem, & conuersionem substantiarum physicam efficacitatem concedunt, & simul asserunt, conuersionem panis, & vini esse conseruationem ipsius corporis, & sanguinis Christi. Respondent verò, in possibile quidem esse, idem efficere, seu conseruare se ipsum secundùm primam rationem existendi, vel secundum primum influxum efficientis causæ, per quam sufficienter constituitur, vel conseruatur in rerum natura: quia causa efficiens supponitur existens, & minime pendens à suo effectu. Et hoc sensu asserunt, dixisse Sanctum Thomam infra quæst. 78. articul. 4. ad 2. corpus Christi, vel aliquid ab eo procedens, non esse instrumentum ad suam primam formationem ex matre. Verum postquam res semel sufficienter existit, & per actionem vnius causæ producta est, si per aliam actionem distinctam iterum fiat, & conseruetur, rectè potest, inquiunt, esse instrumentum ad sui conseruationem, & productionem posteriorē, siquidē iam per priorē actionē supponitur existens.

88

Solutioni aduersariorū occurritur.

S. Thom.

89

Cæterum respōsum hoc nouiter excogitatum, & in Philosophia, aut Theologia hactenus numquā auditū, est contra S. Thom. 1. p. quæst. 104. artic. 2. ad secundū: ait enim. *Ad secundum dicendum, quod cū propria causa sit conseruatiua effectus ab ea dependentis: sicut nulli effectui præstari potest, quòd sit causa sui ipsius: potest tamen ei præstari, quòd sit causa alterius: ita etiā nulli effectui præstari potest, quod sit sui ipsius conseruatiuus; potest tamen ei præstari, quod sit conseruatiuus alterius.* Hæc S. Thom. Expendendum autē est, Doctorē Sanctum eodē mōdō loquī de effectu respectu sui ipsius in prima productione, & in cōseruatione. Deinde refelli potest non modo ex eo, quòd impossibile est, eamdem substantiam substantialiter nō mutatam, duabus actionibus, altera priori, altera posteriori, pro eodem temporis momento produci, aut conseruari, sed etiam ex eo, quòd, licèt idem duabus actionibus produci posset, aut cōseruari, ad sui vllā productionem, aut conseruationem neutiquam instrumentū physicum esse posset. Primum igitur impossibile est, Christi humanitatem, etiam si incipiat existere in Sacramento, duabus, aut pluribus actionibus conseruari, altera prout in cœlo, altera prout in Eucharistia. Nam, sicut ostendimus in 1. tom. disput. 10. cap. 8. & latius disput. 19. cap. 4. impossibile esse, eūdem effectum omnino eumdem pendere a duabus causis, quas vocant totales, ita etiam impossibile erit, per duas productiones, aut conseruationes eamdem rem bis produci, aut conseruari, eadem enim vtriusque ratio est: nam rem aliquam ab alia, vt à causa pendere, non est voluntatis Dei, sed indigentiæ ipsius. Quod si res aliqua non indiget noua causa, vt ibi dicebamus, Deus velle, seu efficere nequit, vt pendeat à pluribus, quas vocant totales: hoc enim perinde esset, atque efficere, vt res, quæ nullo alio indiget, absque vlla sui mutatione aliquo alio indigere inciperet, quod est absurdum. Similiter rem pendere à productione veluti ab actu, agentis est indigentiæ, non autem solius voluntatis Dei: quare si res non indiget pluribus productionibus sui, non poterit pluribus produci. Et ita aduersarij ex eo, quòd res eadem pendere potest à pluribus causis totalibus, si Deus velit, colligunt, posse etiam pluribus productionibus etiam totalibus simul produci. Quod si dicas hoc verum esse de eadem re omnino non mutata: & ita Christi humanitatem permanentem in cœlo non posse secundùm modum, quem ibi habet, duabus actionibus produci, seu conseruari; quia tamen permanens in cœlo vno modo, incipit alio modo esse in Eucharistia, ideó duabus actionibus conseruari posse: responsum hoc facile confutari potest. Quoniam, licèt humanitas Christi, dum incipit esse in Eucharistia, incipiat habere nouū modum sibi accidentarium, nempe, indiuisibiliter existendi, & præsentiæ in Eucharistia; tamen substantia eius substantialiter non mutatur, neque mutari potest, neque nouo modo pertinēte ad ipsam in Sacramento incipit esse: ergo non indiget noua

Christi humanitas non potest duplici actione cōseruari. Prima ratio.

90

Occurritur obiectioni.

91

cauſa, ſeu actione, qua conſeruetur ipſa; licet ſit neceſſaria noua actio, qua modus exiſtendi in Euchariſtia producatur. Adde, quòd, vt diſputatio. 192. cap. 3. probabimus, ea, quæ conueniunt Chriſto abſolute ſecundum ſe, & non relate ad locum, neceſſario comitantur ipſum in Euchariſtia: & ita quidquid huiuſmodi habet in cœlo, habet in Eccleſia, & è contrario; quàuis de ijs, quæ habet relatè ad locum alia ſit ratio, vt ibidem dicemus: ſubſtantia autem humanitatis, & conſeruatio eius conuenit Chriſto abſolute ſecundum ſe, non relate ad locum: ita vt eadem ſit in cœlo, & in Euchariſtia. Neque enim conſeruatio ſubſtantiæ humanitatis reſpicit cœlum aut Euchariſtiam, ſed ſubſtantiam ſecundum ſe, ſiue ſit in loco, ſiue nullibi, ſiue in hoc loco, ſiue in alio: & ita non dicimus, humanitatem Chriſti conſeruari hìc, aut alibi conſeruatione, & actione ſubſtantiali; ſed conſeruari abſolute: ergo eadem cõſeruatio comitatur eam in cœlo, & ſub ſpeciebus panis, & vini; cumque vnica ſit ſubſtantia illius ſubſtantialiter eadem, nulloque modo variata, & vnica ſola conſeruatione indigens, efficitur, vt vnica, & eadem conſeruatione vbique, nempe in cœlo, & in Euchariſtia conſeruetur: quia impoſsibile eſt, vt pluribus actionibus conſeruetur, quæ vnica tantum indiget. Et quamuis Deus poſsit ſupra naturam efficere, vt res non indigens duabus cauſis, & conſeruationibus, à duabus penderet; ob id tamen dicendum non eſſet, id effeciſſe cum corpore Chriſti, vt cum poſſet vnica conſeruatione vbique cõſeruari, duabus, aut pluribus conſeruaretur. Accedit, quòd, licèt propter nouum modum, quo Chriſtus incipit eſſe in Euchariſtia, addenda eſſet noua conſeruatio diſtincta ab ea, qua conſeruatur in cœlo ſecundùm modum naturalem; tamen non deberent, nec poſſent addi ſingulæ conſeruationes pro ſingulis Sacramentis. Nam cum idem ſit modus ſecundùm ſpeciem, quem habet Chriſtus in ſingulis Sacramentis, & multiplicatis ſpeciebus, & Sacramentis non multiplicetur ſecundum numerum, niſi modus præſentiæ: pro ſubſtantia ipſa non deberent, nec poſſent multiplicari conſeruationes. Ex quo ſequereretur, vt in ſingulis Sacramentis, aut conuerſio, & tranſubſtantiatio non eſſet, aut ea non eſſet conſeruatio ſubſtantiæ corporis Chriſti.

Confirmatio prior.

92

93

Secunda ratio.

Deinde etiam ſi concederemus eſſe duas, aut plures conſeruationes corporis Chriſti, & vnam earum eſſe priorem, qua videlicet conſeruaretur ſecundum ſuum eſſe naturale in cœlo; aliæ verò eſſent poſteriores natura, quibus conſeruaretur in Euchariſtia: nihilominus dici non poſſet, ipſummet corpus Chriſti eſſe inſtrumentum phyſicum ad ſui cõſeruationẽ, ſiue per diuerſam, ſiue per eandem actionem. Nam, quamuis duobus modis à Deo conſeruaretur, & prius vna conſeruatione, quam alia; tamen intelligi nequit, nedum explicari, quo pacto idem omnino à ſe ipſo vllo modo pendere poſsit. Certè ſi per duas conſeruationes non produceretur idem omnino, rectè diceretur, productũ per poſteriorem pẽdere à producto per priorem: tamen cum idem omnino ſecundum ſubſtantiam per vtramque producatur, fieri nequit, vt idem per poſteriorem pẽdeat à ſe ipſo producto per prioré: quia idem indigeret ſe ipſo vt eſſet.

94

Tertia ratio.

Deinde intelligi nequit, quo pacto hæ productiones ordinem haberent, vt vna eſſet prior, altera poſterior natura, cum eſſet eadem omnino ſubſtantia per eas producta. Quòd verò vna eſſet prior tempore, nempe, ea, qua Chriſtus conſeruaretur antea in cœlo, parùm referret, vt diceretur prior natura: ordo enim temporis non eſt cauſa ſufficiens ordinis ſecundùm naturam. Præterea modus præternaturam, quo eſt in Euchariſtia non ſufficeret, vt conſeruatio illius, dũ eſſet in Euchariſtia, eſſet poſterior: nam etiam in cœlo habet aliquem modum ſupra naturam, nempe, impaſsibilitatem: & modus ipſe accidentarius, qualis vterque eſt, non poſſet conſtituere ordinem inter conſeruationes ipſius ſubſtantiæ, ſi plures eſſent.

Confirmatio poſterior.

95

Poſtremò denique, licet hæc omnia, quæ aduerſarij comminiſcuntur de corpore Chriſti, & de duabus ipſius conſeruationibus, & de virtute verborum, fieri poſſent: ſaltem id, quod aſſerunt de efficacitate phyſica verborum ad conuerſionem, ſuperuacaneum eſſet, nempe, vt per vnicum ſolum inſtans quo fieret conuerſio, verba attingerent efficacitate ſua conſeruationem Chriſti, & deinde à ſolo Deo conſeruaretur.

Prædictum modum conuerſionis ſuperuacaneum eſſe, ex veritate verborum conſecrationis, & ex fine Sacramenti contra eoſdem oſtenditur.

CAPVT

CAPVT IX.

HACTENVS Contrà ſententiam cap. 5. memoratam, priori modo ex iis duobus, quos diximus capit. 6. pugnatum eſt: atq; rationibus non parum efficacibus oſtenſum, eum modum conuerſionis, quem Autores illius ſunt fabricati, impoſsibilem eſſe. Iam verò poſteriori modo demonſtrandum contra illos eſt, etiamſi poſsibile eſſet hoc genus conuerſionis, quod ipſi comminiſcuntur; nihilominus ſuperuacaneum eſſe, ad difficultates illius confugere, cum alia faciliori via, & ratione, quidquid ad myſterium noſtræ fidei pertinet, declarari, & defendi poſsit. 96

Alia ratione idem oſtenditur.

Nam ſi alia faciliori via, & ratio ſuppetit ad explicandam, & defendendam tum efficacitatem, & fructum huius Sacramenti: tum etiam veram conuerſionem, & tranſubſtantiationem: inutile planè erit, alia difficiliora ſine vlla neceſsitate excogitari. Ergo alia faciliori via, & ratione ea, quæ pertinent ad myſterium Euchariſtiæ, explicari poſſe, & defendi, ſic oſtenditur. Myſterium Euchariſtiæ præter fructum, quem producit in anima, totum in hoc conſiſtit, vt verum corpus, & ſanguis Chriſti cum reliquis comitatibus ipſum ſub ſpeciebus panis, & vini re ipſa cõtineatur: tum etiam, vt nihil ſubſtantiæ panis, & vini in hoc Sacramento maneat, ſed in corpus, & ſanguinem Chriſti tota illorum ſubſtantia conuertatur; eiuſque conuerſio verè, & propriè tranſubſtantiatio appelletur: hæc autem omnia rectè defendi, & explicari poſſunt, etiamſi aſſeramus, tranſubſtãtiationẽ nõ eſſe productionem illam, ſeu conſeruationem ſubſtantiæ carporis, & ſanguinis Chriſti: ſed ad eam ſufficere adductionem corporis, & ſanguinis Chriſti, & deſitionem totius ſubſtantiæ panis & vini, vt verè enuncientur verba conſecrationis: ergo ſuperuacaneum eſt, aliud genus tranſubſtantiationis cum Autoribus prædictæ ſententiæ adſtruere. 97 Porrò autem, eo modo rectè defendi, & explicari omnia, quæ ad myſteriũ pertinent, patet: nam præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti, & deſitio ſubſtantiæ panis, & vini ſine illo genere productionis, quę ſit tranſubſtantiatio, rectè defendi poteſt, neque de hoc vllus vnquam dubitauit. Præterea veram tranſubſtantiationem, & conuerſionem ſubſtantiæ panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti, prout Eccleſia docet, & credit, ſine illa actione phyſica eſſe poſſe, hac vnica ratione probatur. Veram, & propriam conuerſionem, & tranſubſtantiationem collegit Eccleſia ex ſolà veritate verborum, vt definit Concilium Tridentinum ſeſſione 13. cap. 4. ergo hoc ipſo, quòd verba conſecrationis vera eſſent, ſecluſo quocumque alio, vera & propria tranſubſtantiatio in hoc Sacramento fieret: atqui vera eſſent verba conſecrationis hoc ſolùm, quòd panis, & vinum deſinerent, & inciperent ibi eſſe corpus, & ſanguis Chriſti ſub ſpeciebus; etiã ſi aut non conſeruarentur à Deo noua, aut antiqua actione, aut huius conſeruationis ad veritatem ipſam verborum nulla ratio haberetur: ergo nulla habita ratione illius veræ tranſubſtantiatio, & conuerſio intelligi, & defendi poteſt. Verba Concilij ſunt. *Quoniã autem Chriſtus Redemptor noſter, corpus ſuum id, quod ſub ſpecie panis offerebat, verè eſſe, dixit: ideo perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuò ſancta hæc Synodus declarat, per conſecrationem panis, & vini conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis eius: quæ conuerſio conuenienter, & propriè à ſancta catholica Eccleſia, Tranſubſtantiatio, eſt appellata.* Cum igitur Concilium ex nullo alio, niſi ex veritate verborum, dicat, Eccleſiam collegiſſe tranſubſtantiationem, fateamur neceſſe eſt, nihil aliud ad veram tranſubſtantiationem eſſe requiſitũ. Huius argumenti, quo ſæpius in diſputationibus vſus fueram, ad hoc ipſum obiter probandum mentionem feci 1. part. diſp. 176. cap. 6. variaſque ſolutiones, quibus Recentiores Theologi poſtea illud diluere conati ſunt, ibidem adduxi, eaſque hoc loco repetere non grauabor: eoquod inſtituti noſtri ratio huius rei exactam tractationem in præſenti poſtulet. Conc. Trid.

Respondent igitur primo, qui prædictam ſententiam cap. 5. recitatam ſequuntur: Eccleſiam non collegiſſe tranſubſtantiationẽ ex ſolà veritate verborum; ſed tamquam notum ſuppoſuiſſe, Deum effeciſſe hoc myſterium modo maximè conueniente ipſi veritati verborum, qui ſanè erat, vt per actionem ſubſtantialem produceretur terminus ad quem. Sicut etiam Eccleſia colligit ex eadẽ veritate, ſubſtantiam panis, & vini deſinere: quia hoc erat maximè conueniens: cùm tamen vera eſſe poſſent verba, licèt ipſa ſubſtãtia non deſineret, ſed extra locum accidentium ſeparata conſeruaretur. Negare certè non poſſumus, Eccleſiam ſupponere, conſecrationem, & conuerſionem fieri modo conueniente ipſi veritati verborum, nempe, vt vera reddantur verba, magis conuenientem modũ à Deo obſeruari: nam, ſi id fieri poteſt 98

99 Aduerſariorum ſolutio prima explo ditur.

Vera tranſubſtantiatio ſine actione phyſica vnica ratione probatur.

ſine nouis miraculis, non eſt credendum, nouа miracula ad hunc finem Deum patrare voluiſſe, hoc autem reperitur in modo conuerſionis, quem nos contendimus, per ſolam ſimplicem adductionem corporis Chriſti, & veram enunciationem verborum, ſine noua cõſeruatione, & efficacitate in ipſam Chriſti humanitatem. Nam ſi hoc modo verba poſſunt eſſe vera, & ex ſola veritate eorum colligi poteſt conuerſio, quæ verè, & propriè transſubſtantiatio dicatur, fateri debemus, hoc modo factam fuiſſe ſine noua actione ſubſtantiali in ipſam Chriſti humanitatem. Et quamuis antiquam conſeruationem à ſolo Deo negare non poſsimus, neceſſe non erit ad veritatem verborum, eam tunc incipere virtute verborum, & rationem conuerſionis in ea conſtituere: præſertim, cum hic modus philoſophandi de actione ſubſtantiali nouiter excogitatus non ſine nouo miraculo, inſuperabiles difficultates contineat, vt vidimus. 100

Ideò autem ex ſola veritate verborum colligit Eccleſia, deſinere totam panis, & vini ſubſtantiam: tametſi verba vera eſſe poſſent, ſi ſubſtantia ab accidentibus ſeparata extra locum illorum conſeruaretur: quia manere ſubſtantiam extra accidentia præter naturam, ad nihil aliud, niſi vt verba redderentur vera, eſſet nouum, & continuum miraculum minime neceſſarium. Quocirca ſupponens Eccleſia, non eſſe à Deo nouum miraculum faciendum, neque conſeruandas ab eo ſubſtantias præter naturam, rectè intulit, vt verba reddantur vera, fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, & vini, nihilque illius, non ſolum in hoc Sacramento, ſed etiam abſolutè manere. 101

Cæterum prædicta reſponſione non contenti reſpondent ſecundo, Concilium non collegiſſe conuerſionem ſubſtantiæ panis, & vini ex ſola veritate verborum: quia ad hoc ſupponere debebat, fore, vt verba conſecrationis vera eſſe non poſſent, ſi ſubſtantia panis, & vini ſub accidentibus manerent: quod valde, inquiunt, incertum eſt, & infirmum principium: ſed eam collegiſſe ex traditione Eccleſiæ. Hoc tamen reſponſum, meâ quidem ſententia, non parum derogat autoritati Concilij Tridentini loco citato, quod non ſolùm definit, in hoc Sacramento fieri conuerſionem, quæ verè, & propriè dicatur transſubſtantiatio, idque perpetua Eccleſiæ traditione firmatum eſſe, ſed etiam, inquit, Eccleſiam id collegiſſe, & credidiſſe, idemque denuo definire, & credere ex eõ, quòd Chriſtus vere eſſe dixit corpus ſuum, quod ſub ſpecie panis offerebat: non ſolùm igitur rem, ſed etiam fundamentum definitionis vnicum oſtendit, & definit. Quod ſi fundamentum valde infirmum, & incertum eſt, vt aduerſarij (neſcio quomodo) affirmare audent, definitio quoque valde infirma, & incerta erit, quod eſt abſurdum. Quamuis autem aliquando Eccleſia ſuam definitionem confirmet teſtimonijs, ex quibus aliqua non efficaciter eam probant; tamen, quando Patres in Concilio dicunt, ex hoc, aut illo loco hanc, aut illam veritatem Eccleſiam collegiſſe, & colligere, quis, obſecro, fundamentum illud infirmum, & incertum eſſe, dicere audeat? 102

Præterea prædictum reſponſum cum verbis Concilij conſtare nequit. Nam reſponſum eſt, Eccleſiam non collegiſſe conuerſionem ex ſola veritate verborum, ſed ex traditione; Concilium vero aſſerit, eam collegiſſe Eccleſiam ex eo, quòd Chriſtus verè eſſe dixerit corpus ſuum, quod offerebat ſub ſpecie panis: & nihil aliud affert, ex quo hanc conuerſionem colligeret, & in quo Eccleſiæ traditio fundamentum habuerit. Ergo hoc reſponſum cum verbis Concilij conſtare nequit; ſed illis plenè contradicit. Porrò verba conſecrationis vera eſſe non poſſe, ſi ſubſtantia panis, & vini ſub accidentibus proprijs maneant, præcedente diſputatione capite quarto, non ſolùm ratione efficaci probauimus, ſed etiam multorum Patum conſenſu firmatum eſſe, planè oſtendimus: ergo Concilium Tridentinum non infirmum, & incertum, vt prædicti Recentiores auſi ſunt affirmare, ſed firmum, & ſtabile definitionis ſuæ fundamentum præclare iecit. 103

Tertio reſpondent, ex ſola veritate verborum conſecrationis non collegiſſe Concilium ſubſtantialem conuerſionem, ſed conuerſionem ſubſtantiarum, quam numquam vocauit cõuerſionem ſubſtantialem, licet transſubſtãtiationem appellauerit: cumque neceſſe ſit, inquiunt, in hoc Sacramento concedere non ſolùm conuerſionem ſubſtantiarum, & transſubſtantiationem, ſed etiam ſubſtantialem conuerſionem, & commutationem: neceſſe quoque erit, concedere nouam actionem ſubſtantialem, qua producatur terminus, in quem fit conuerſio: quia ſubſtantialis conuerſio, & commutatio ſine productione ſubſtantiali termini intelligi nequit. Ego ſanè valde miror, viros doctos, & eruditos, 104

Solutio ſecunda impugnatur. Primo.

Secundo.

Solutio tertia infirmatur.

contentos non eſſe conuerſione ſubſtantiarum, quæ proprie transſubſtantiatio dicatur, cùm hac ſola conuerſione Eccleſia ſemper contenta fuiſſet, totumque myſterium veritatis, & efficacitatis verborum ad hoc vnum reduxerit, vt fieret conuerſio ſubſtantiæ in ſubſtantiam, quæ propriè, & verè transſubſtantiatio nuncuparetur: aut dicant nobis, quo nam fundamento nixi, præter vnam transubſtantiationem aliquem alium modum conuerſionis, & actionis ſubſtantialis in hoc Sacramento affirment? Nam licèt poſſibilis eſſet, temerè ſanè aſſereretur: cum Eccleſia nunquam illum docuerit, & eatenus ſolùm conuerſio in hoc Sacramento adſtruenda à Theologis ſit, quatenus verâ transſubſtantiationem defendere poſsint: nouum autem genus conuerſionis, quod mille patitur difficultates, abſque vlla neceſsitate confingere, ſuperuacaneum cenſeri debeat. Porrò ſi conuerſio, quę in hoc Sacramento colligitur ex ſola veritate verborum, non ſolùm dicitur à Concilio Tridentino ſeſsione 13. cap. 4. ſubſtantiæ in ſubſtantiam, nempe, panis in corpus Chriſti & vini in ſanguinẽ eius, ſed etiam transſubſtantiatio: cur obſecro, ſubſtãtialis non appellabitur? Adde, quòd, cum ſupra oſtenſum ſit, actionem illam conſeruationis corporis Chriſti, ſiue antiquam, ſiue nouam, quam prædicti Theologi adſtruere moliuntur, nihil omnino conducere ad panis, & vini deſitionem, ſed comitanter ſolùm, & per accidens cum illa ſe habere, ac proinde ad conuerſionem pertinere non poſſe: præter conuerſionem, quam ex ſola veritate verborum Eccleſia colligit, nullum aliud genus cõuerſionis in hoc Sacramento firma aliqua ratione potuit excogitari.

105

Conc. Trid.

Quarta ſolutio diluitur.

Quartò reſpondent, Concilium non colligiſſe transſubſtantiationẽ ex veritate omnino ſpeculatiua, ſed ex practica, quæ facit id, quod ſignificat: id autem, quod ſignificat, eſſe veram transſubſtantiationem, quæ neceſſario poſtulat productionem termini, ad quem. Ego quidem fateor veritatem verborum conſecrationis practicam eſſe: addo tamen, veritatem practicam non eſſe in alio poſitam, quam ſpeculatiuam: nam vtraque in eo conſiſtit, vt enunciet, eſſe id, quod eſt; tametſi practica hoc habeat peculiare, vt verba enunciationis etiam efficiant id, quod ſignificant, ad quam veritatem ſufficit, vt in fine prolationis operentur; ſpeculatiua verò id ſupponit iam factum. Cæterum, vt verba cõſecrationis ſint vera veritate practica, nihil aliud requiritur, niſi vt corpus Chriſti virtute verborum ita fiat preſens ſub ſpeciebus, vt demonſtrari queat, & eo ipſo deſtruatur panis: eo quod non verè enunciaretur corpus Chriſti, manente ſubſtantia panis. Quod ſi hoc ſufficit, vt in ore ſacerdotis verba ſint practica, & vera, & vt Chriſtus verè eſſe dixerit corpus ſuum id, quod offerebat ſub ſpeciebus panis: ex quo Eccleſia colligit transſubſtantiationem, ſuperuacaneum profecto erit aſſerere, corpus Chriſti ita fieri preſens ſub ſpeciebus, vt virtute verborum producatur, ſeu conſeruetur. Et hactenus contra ſententiam cap. 5. memoratam ſatis, ſuperque pugnatum eſt. Supererat nunc vt argumenta eius diluerem us; quia tamen explicata noſtra ſententia difficultatem eorum (ſi aliquã habent) ſuperabimus, ſolutionem eorum in cap. 13. reſeruare, operepretium duximus. 107

Aliæ ſententiæ refelluntur.

CAPVT. X.

SVPERSVNT Tres aliæ ſentẽtiæ minoris momenti à nobis refellendæ, ante quam noſtram in medium proferamus. Inter quas primo loco recenſenda eſt ea, quam in commentario articuli 4. ex profeſſo nobis tradidit Caietanus, & ſiniſtrè à Recentioribus Theologis, & à Dominico Soto in 4. d. 9. queſt. 2. artic. 4. explicata refertur. Dicunt enim, Caietanum in ea fuiſſe ſententia, vt exiſtimaret, eamdem prorſus rem, quæ erat panis, per conuerſionem fieri corpus Chriſti, & de vino ſimiliter: ſicut (inquit Sotus) in prædicationibus, & enunciationibus accidentarijs cõtingere videmus. Nam de eodem homine, qui nunc eſt ſanus, dicimus poſtea, eſſe ægrotũ. Alij verò Recentiores ita Caietanum intelligunt, vt dicat, eamdem indiuiduam, & ſingularem ſubſtãtiam, ſeu entitatem, in ſpecie infima panis manentem, fieri corpus Chriſti per transſubſtantiationem. Quam ſanè opinionem tribuunt etiam Enrico quodlibet. 9. queſtion. 9. & quodlib. 11. quæſt. 4. & Ricardo in 4. diſt. 21. artic. 14. atque in eam nõ parum inclinare dicunt Vvaldenſem tom. 2. qui eſt de Sacramentis cap. 48. & 68. & 69. imo & S. Thomam in 4. d. 11. q. 1. art. 2. ad 1. cum ait, terminum à quo conuerti in terminum ad quem, ſcilicet in corpus Chriſti, nõ vt ſit ſub ipſo, ſed vt ſit ipſum corpus. In hãc autem opinionem hoc modo intellectam, ſeu potius confictam, Sotus, & alij Recentiores acriter inuehuntur.

Caietanus. Sotus.

108

Enricus. Ricardus. Vvaldenſis.

S. Thomas.

Verum

Falſo ali qui citantur à Recentioribus.

Verum, ſi attente legantur Autores, nullus eſt, qui hanc ſententiam hoc modo explicatam doceat. Nam Caietanus loco citato §. *Proſolutione*, ex teſtimonio quodam Ambroſij lib. 4. & 5. quod ipſe refert hoc modo; *Quod erat panis, eſt corpus Chriſti*, infert, terminum à quo huius actionis, conuerſioniſque eſſe illud: *Quod erat panis* ſecundum rationem panis: quod autem erat panis, vt inci-

109 piens eſſe corpus Chriſti, habere rationẽ termini ad quem: ita vt terminus ad quem non ſit corpus Chriſti ſecundum ſe, & abſolutè; ſed hoc, quod erat panis, eſſe corpus Chriſti. Putat enim, de ratione termini ad quem eſſe, vt in eodem momento actionis, & cõuerſionis ita incipiat, vt antea non fuerit: cumque corpus Chriſti ſecundùm ſe non incipiat tunc, ſed antea etiá fuerit, è contrario verò hoc, quod erat panis, incipiat tũc eſſe corpus Chriſti, & antea non fuerit: infert, terminum ad quem non eſſe ipſum corpus Chriſti ſecundùm ſe; ſed hoc, quod erat panis, eſſe corpus Chriſti. Quocirca, notat nullam mutationem fieri per hanc actionem in ſubſtantia ipſa corporis Chriſti. Idem docet de termino ad quem. §. *Ex his autem*. In §. autem, *Neque obſtat dictis*, ita planè explicat ſuã ſententiam Caietanus ex mente Doctoris ſancti, vt qui in priori ſenſu eam explicarunt, ipſum non videantur legiſſe. Nam teſtimonium illud Ambroſij ita intelligit, vt non denotet aliquod commune ſubiectum mutationis re ipſa ſub ratione panis, & corporis Chriſti ſucceſsiue, niſi metaphorice ratione accidentium, quæ manent: vel ſi propriè intelligatur propoſitio Ambroſij pro termino à quo, & ad quem huius mutationis, ſenſus ſit: quod ſub ſpecie panis primum fuit panis, deinde eſt corpus Chriſti: ita vt relatiuum, *Quod* idem referat, quòd demõſtrat pronomen *Hoc*. Ex quibus ſanè apparet, iuxta ſententiam Caietani, illud, *Quod erat panis*, nõ referri ad ſubſtantiam, aut entitatem aliquã, quæ ſub vtroque termino re ipſa ſit; ſed ad contentum vage, quod etiam per pronomen *Hoc* demonſtari, aliqui putant; vt ſenſus ſit; contentum, quod erat panis, eſt corpus Chriſti: ita vt, quatenus incipiens eſſe ipſum corpus Chriſti, habeat rationem termini ad quem. Hoc eodẽ modo philoſophatur Ruardus Tapper articulo 14. §. *Ad hæc omnia*, ante medium.

110

Ruard. Tapper.

Quid ſentiat Enricus.

Enricus vero quodlib. 9. quæſtion. 9. nihil prorſus docet, quod ſententiæ Caietani priori modo intellectæ fauere videatur; quin potius ex profeſſo probat, hanc conuerſionem in eo conuenire cum creatione, quòd ſubiectum commune non habeat. Si autem putaret, manere entitatem aliquam panis, ſubiectum commune ei negare nõ poſſet. Quare, licet concedat hanc propoſitionem: *Panis tranſit*, aut *fit corpus Chriſti*, tamen hanc expreſſe negat, *Panis eſt corpus Chriſti*. In quodlibet. autem 11. quæſtione 4. in prædictã ſententiam inclinare videtur; eam tamen nullo modo docet: vt enim oſtendat, nullam creaturam in Deum conuerti poſſe, docet: ideò non anihilari panem in hac conuerſione, quia

111 conuerſum poſt conuerſionem ſui eſt aliquid, nempe id, in quod conuerſum eſt: quia verè dicimus: *Id, quod fuit ſubſtantia panis, eſt corpus Chriſti*. Et quia id, quod fuit creatura non poteſt eſſe Deus: ideò colligit, nullam creaturam in Deum conuerti poſſe. Verũ hic Autor non contendit, aliquam rem, aut entitatem manere, quæ prius fuerit panis, & poſtea ſit corpus Chriſti, cum id alibi expreſſe negauerit, negans ſubiectum commune huius mutationis; ſed contendit oſtendere, panis deſitionem non eſſe anihilationem: quia non eſſe illius coniunctum eſt cum eſſe termini ad quem, & hoc eſt quod ait, id, quod conuertitur, poſt conuerſionem eſſe id, in quod conuerſum eſt. Immerito quoque allegatur Ricardus pro hac ſententia, cum ille in 4. diſtinct. 11. artic. 1. quæſt. 5. aperte dicat, non manere ſubiectum commune vtrique termino in hac conuerſione. Nec alio modo intelligendus eſt Vvaldenſis cap. illo 48. numer. 38. cum exponens dicta Hugonis, & Ambroſij ait, panem accipere eſſe corpus Chriſti, non quia maneat, vt accipiat, ſed quia deſinit in corpus Chriſti: eodem etiam modo loquitur cap. 68. num. 1.

Ricardus exponitur.

112

Iam vero hanc ſententiam vtroque modo intellectam, paucis impugnemus: primum quidem in priori ſenſu, in quo fidei noſtræ, & veræ Philoſophiæ manifeſtè aduerſatur. Ex ea enim ſequitur, non fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, & vini, neque totam deſinere: ſiquidem iuxta ipſam manet illa entitas ſingularis, & indiuidua, quæ erat panis: quod eſt contra fidem. Tum etiam ſequitur, vnam, eamdemque rem ſubire poſſe, & rationem panis, & corporis Chriſti, quod in Philoſophia abſurdum eſt: nam deſtructa reliqua, omnem gradum, & entitatem, quæ in illa eſt, deſtrui neceſſe eſt: ſola enim eſt materia, quæ veluti commune ſubiectum manet, & accipit diuerſum eſſe à forma ſequente, quando ſolùm corrumpitur id, quod præceſsit. Cum vero in hoc Sacramento ita deſinat panis, vt non maneat materia illius, ſicuti contra Durandum probatum eſt: ſequitur,

Impugnatur in primo ſenſu prædicta ſententia.

113

nihil

nihil aliud panis manere posse, quod per cõuersionem incipiat esse corpus Christi.

Refellitur in secundo sensu.

Cæterum in posteriori sensu prædicta Caietani opinio facile quoque refelli potest. Nã cum dicat, corpus Christi secundum se, & substantiam suam non esse terminum huius conuersionis; sed solùm esse terminum hoc, quod est, corpus Christi esse id, quod erat panis, quod quidem incipit in eodem momento conuersionis: consequitur planè, hanc cõuersionem non fieri in substantiam, sed in modum accidentarium. Nam corpus Christi esse id, quod erat panis, eo modo, quo iuxta mentem Caietani exposuimus, nõ est substantia, sed modus, aut denominatio accidentaria. Cum enim, vt ipse Caietanus affirmat, terminus conuersionis in eodem momento, quo fit conuersio, debeat incipere, & nulla substantia neque modus substantialis, sed solùm accidentalis incipiat, fit, vt ex sententia illius terminus huius cõuersionis sit aliquis modus accidentarius, & ità incidere cogetur in sententias, quas ipse impugnauerat; 114 aut dicere debet, vt aliqui, qui ipsum siniſtre sunt interpretati, volunt, eamdem entitatem, quæ erat panis, manere, & fieri corpus Christi, vt pro termino conuersionis assignet substantiam, quæ cum ipsa conuersione incipiat. Qua vero ratione intelligendus sit Ambrosius à Caietano allegatus, inferius videbimus. *Ambrosius.*

Refutatur quorũdam opinio.

Supereſt solùm refutanda opinio quorumdam, qui dicunt, transsubstantiationem esse actionem, & terminari ad antiquam substantiam corporis Christi, sicut etiam motus intensionis terminari potest ad qualitatem anteà existentem; & sicut, si antea producta esset qualitas separata à subiecto, & postea ei vniretur, actio alterationis posset terminari ad qualitatem antea productam, quam sententiam ex parte docet OKam in 4. quæst. 6. ad secundum dubium, tametsi non videatur loqui de transsubstantiatione, quæ nunc est in Eucharistia, sed de ea, quæ potest esse. Hæc igitur opinio quouismodo intellecta rejicienda est, quia non satis explicat, quo pacto conuersio in antiquam substantiam corporis Christi fieri possit. Nam exempla, quæ affert, nihil omnino ad rem pertinent. Si enim motus, & actio intensionis terminari po- 115 test ad antiquam qualitatem, in ipsa qualitate aut produci debet gradus aliquis nouus, aut nouus modus afficiendi subiectum, iuxta varias opiniones de intensione formarum. Præterea si aliqua actio terminatur ad qualitatem, quæ antea existebat separata, vniendo illam subiecto, aliquem nouum modum, quẽ vocãnt inhæsionis in subiecto, producere debet; in corpore autem, aut sanguine Christi nihil noui producitur, nisi existentia sub speciebus, quæ non potest esse terminus substãtialis conuersionis, seu transsubstantiationis, vt probatum est. *OKam.*

Transsubstantiationem formaliter non esse actionem, sed ordinem substantiæ in substantiam, & ad ipsum corpus, & sanguinem Christi terminari, vt probabilior opinio, Scholasticorum autoritate confirmatur.

CAPVT XI.

EXPLOSIS iam aliorum opinionibus supereſt, vt nostram sententiam, quam antiquorum Scholasticorum sine controuersia esse censemus, in medium proferamus. Ea vero 116 est, rationem formalem transsubstantiationis, neque esse mutationem, neq; productionem alicuius rei, sed relationem quamdam ordinis inter substantiam, quæ desinit, & eam, in quam desinere dicitur, vt inferius explicabitur. Ex quo fit, vt hæc conuersio, seu transsubstantiatio habeat aliquid commune cum alijs actionibus, & mutationibus, sed nulli omnino assimiletur. Fit etiam, vt terminus ad quem huius conuersionis, & transsubstantiationis sit tota substantia corporis, & sanguinis Christi. Vera sententia antiquorum autoritate probatur.

Verum antequam hanc sententiam explicem, prius quidem eam fuisse antiquorum Scholasticorum ex verbis ipsorum sigillatim ostendam, quod quibusdam Recentioribus visum fuerit incredibile. Primo quidem Beatus Thomas in artic. 4. huius quæstionis inquit, hanc conuersionem esse totius substantiæ panis, & vini in totam substantiam corporis, & sanguinis Christi, & ita non esse conuersionem formalem per quam vna forma alteri succedit in eadem materia, neque contineri inter species motus naturalis. Præterea in solutione primi inquit in hæc verba: *Vnde, cum hæc conuersio substantialis importet quemdam ordinem substantiarum, quarum vna cõ* 117 *uertitur* *S. Thomas*

nèrtitur in alteram, eſt ſicut in ſubiecto in vtraque ſubſtantia, ſicut ordo, & numerus. Habemus
117 igitur ex S. Thoma, hanc conuerſionem nó terminari ad aliquem modum, aut denominationem ſubſtantiæ, ſicut Autores nonnulli hactenus memorati dicebant; ſed ad totã ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti. Non dicit ad Chriſtum, ſicut coguntur dicere, qui aſſerunt, hanc conuerſionem eſſe conſeruationem corporis Chriſti, vt vidimus capite 5. & ſequentibus, ſed ad corpus, & ſanguinem Chriſti. Habemus etiam ex eius ſententia, hanc conuerſionem eſſe ſicut in ſubiecto in vtraque ſubſtantia, tam in ea, quæ deſinit, quam in ea, in qua fit. Si autem eſſet conſeruatio corporis Chriſti, ſolùm eſſet in corpore Chriſti. Verum, cum ex mente S. Thom. dicimus, hanc conuerſionem eſſe in vtraque ſubſtantia, tam in ea, quæ deſinit, quàm in ea, in quam fit, debet intelligi nó de ordine ſolùm, qui formaliter dicitur conuerſio, ſed de ipſo, & de alio correlato, qui
118 dicitur ſucceſsio. Nam, vt cap. ſequente explicabimus, duplex ordo conſideratur, alter conuerſionis, & hic eſt ſubſtantiæ deſinentis in ſubſtantiam adductam; alter, huic reſpondens, & connexus, eſt ſubſtantiæ ſuccedentis, & hic eſt ſubſtantiæ adductæ, in quã fieri dicitur conuerſio, ad ſubſtantiam deſinentem. Si vero ſola ratio conuerſionis conſideretur, in ſolo ordine ſubſtantiæ deſinentis in aliam poſita eſt, & hic ſolùm eſt in ſubſtantia deſinenti: quare ſecundùm rationem ſolam formalem conuerſionis non eſt in vtraque ſubſtantia. Demum habemus ex ſententia eiuſdem, hanc conuerſionem conſiſtere in ordine ſubſtantiarum, & ideò eſſe ſicut numerum, & ordinem in vtraque ſubſtantia: nuſquam autem S. Doctor dixit, hanc cõuerſionem eſſe productionem termini ad quem, ſeu actionem. Hoc ipſum eodem modo docuit in 4. diſtinct. 11. quæſt. 1. artic. 3. quæſt. 1. ad 3. vbi de ſubiecto conuerſionis eodem modo loquitur: & tandem dicit, eſſe relationem ordinis, & ſucceſsionis, & non eſſe motum, qui habet cõmune ſubiectum. Conſentit etiam in articul. 4. quæſtiuncula 1. in corpore. Eamdem ſententiam ſequi-
Bonauent. tur Bonauentura in 4. diſtinct. illa 11. parte 1. artic. 1. quæſt. 2. in ſolutione primi, quæ incipit: *Si autem queras*, Ricardus eadem diſt.
Ricardus. Dionyſ. Car. Antiſiod. Alenſis. artic. 1. quæſt. 5. Dionyſius Carthuſianus 1. §. *Nunc perſeuerandum eſt*. Antiſiodorenſis li
119 bro 4. ſummæ tract. 5. cap. 2. & Alexand. 4. part. quæſt. 10. membro 5. art. 3. §. 4. quatenus aſſerunt, hanc conuerſionem aliquo modo conuenire cum alijs mutationibus, nulli tamen plenè aſsimilari: tam etiam ad antiquum eſſe corporis, & ſanguinis Chriſti terminari. Neque enim aſſerunt, aut vllo modo indicant, per hanc conuerſionem corpus, & ſanguinem Chriſti produci, aut conſeruari. Adde, quòd Alexander eadem quæſt. 10. mẽbro 4. art. 2. §. 2. verſiculo: *Conſequenter quaritur de verbo Eſt*, inquit, verbum *Eſt* magis cõgruere formæ conſecrationis, quàm verbum *Fit*: vt denotetur, per eam non eſſe tranſitum in id, quod fiat, ſed in id, quod ſimpliciter eſt. Sentit igitur, terminum ad quem huius conuerſionis, quem dixit eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti, non fieri per illam; ſed eſſe, & in illum vt exiſtentem fieri conuerſionem. Præterea Dionyſius non ſolum diſtinguit hanc conuerſionem ab alijs omnibus mutationibus, ſed cum S. Thoma loco citato, inquit, eam eſſe ordinem ſucceſsionis, & ita pro ſubiecto habere vtramque ſubſtantiam. His etiam addere poſſumus Ferrarienſem 4. contra Gentes cap. 63. §. *Circa octauũ*. *Ferrarienſis*
Vbi hanc conuerſionem vocat ſubſtantialẽ ſucceſsionem: quia eſt ſucceſsio vnius ſubſtantiæ poſt aliam ſub eiſdem accidentibus. 120
Et quamuis hoc modo non omnino explicetur natura huius conuerſionis, ſaltem habemus ex ſententia horum Doctorum, eam nõ eſſe productionem vllius termini, & ad ſubſtantiam antiquam terminari: ſed ſolum eſſe ordinem ſucceſsionis ſubſtantialis: qualis vero ſit, & quod requirat, vt hic ordo conuerſio dicatur, capite ſequente explicabitur.

Cæterum, quod multis mirabile videbitur, hanc ſententiam multo magis perſpicue tradidit nobis Scotus, quem multi Theologorum pro ſententia Paludani allegare ſolent. Nam in 4. diſt. 11. quæſt. 1. §. *Quantum ad tertium articulum*, poſtquam quæſiuit, an hæc tranſubſtantiatio ſit motus? Reſpondet, in motu, aut mutatione eſſe ſubiectum, quod mutatur, & eſſe formam ſecundùm quam mutatur, & habitudinem ſubiecti ad formam, ſecundum quam mutatur, & præterea relationem, ſeu ordinem ſucceſsionis, qua vnum alteri ſuccedere dicitur. Hinc autem infert, tranſubſtantiationem nõeſſe mutationem, neque quidquam illius habere præter illud formale, quod eſt ordo ſucceſsionis vnius ad aliud, quod præceſsit, quem vocat ordinem poſterioritatis. Neque obſtat, quòd eadem diſtinct. quæſt. 3. artic. 2. dicit, tranſubſtantiationem, quæ fit in hoc Sacramento, eſſe adductiuã, & terminari ad ſubſtãtiã, quatenus habet eſſe hìc: hoc enim modo loquendi non denotat, formalem terminum tranſubſtantiationis eſſe præſentiam illam corpo-

Scoti mẽs explicatur
121

corporis, aut ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus, ſed ſolum voluit diſtinguere duplex genus transſubſtantiationis. Alterum quod ſit in ſubſtantiam, quæ ſimpliciter incipit, vt cum deſinente vna ſubſtantia alia ſimpliciter producitur: alterum verò, quod ſit in ſubſtantiam iam productam, inquam putat non poſſe fieri transſubſtantiationem, niſi illa adducatur, & conſtituatur ſub eiſdem accidentibus, & hanc vocauit adductiuam; nunquam tamen negauit, hanc transſubſtantiationem terminari ad ſubſtantiam ipſam, imo
122 id expreſſe docuit in ſolutione primi: neque dixit, terminum ad quem eſſe præſentiam ſub ſpeciebus, ſed vt fiat hoc genus transſubſtantiationis, nouum quid, nempe præſentiam, fieri debere. Imo vero noſtram ſententiam magis explicuit in ſolutione ſecundi eiuſdem articuli, cum inquit, eam transſubſtantiationem, per quam ſubſtantia, in-quam fit, non accipit eſſe (qualem dicit eſſe in Euchariſtia) includere quamdam mutationem ad ſimplicem præſentiam circa terminum ad quem. Putat igitur productionem præſentiæ, quæ eſt adductio, non eſſe formaliter ipſam conuerſionem, ſed eſſe quid requiſitum ad illam; qua vero ratione requiratur, ſequente capite monſtrabimus. Eodem modo intelligendus eſt in eadem diſtinctione quæſtione quarta, circa finem, vbi iterum loquitur de conuerſione adductiua Sacramenti huius. Adde, quòd & in quodl. 10. expreſſe docuit, terminum huius actionis eſſe ſubſtantiam corporis Chriſti, non ſecundum rationem, qua nouiter ſuccedit ſubſtantię panis: hæc enim ratio, inquit ille, eſt eſſe hic, ſecundum quam non eſt terminus, ſed ipſam ſubſtantiam ſecundum ſe, nempe, intelligebat relationem conuerſionis, & ſucceſſionis ad ſubſtantiam terminari. Et in quarto diſtinctione decima, quæſtione pri-
123 ma. §. *Secundo multa*, & ſequentibus, ex profeſſo probat, corpus Chriſti non eſſe in Sacramento per conuerſionem formaliter, ſed per adductionem, vt ſequente diſputatione capite primo videbimus, conuerſionem ab adductione plane diſtinguens. Eamdem ſententiam ſequutus videtur Antonius Pantuſa in tractatu de vera carne Chriſti capite ſexto, ante medium, ſoluens quoddam argumentum hæreticorum.

Pantuſa.

Prædicta ſententia exponitur, & confirmatur.

CAPVT XII.

IAM Vero, vt explicemus rationem formalem transſubſtantiationis, & id, quod Eccleſia in hac re definire contendit, memorandum in primis eſt id, quod diſputatione precedente capite 2. & diſputat. 179. dicebamus, nempe, talem eſſe ſignificationem verborum conſecrationis, vt vi ſignificationis ipſorum, nõ ſolum fiat corpus, & ſanguis Chriſti præſens re ipſa ſub ſpeciebus, ſed etiam deſinat ſubſtantia panis, & vini, quia cum ſint à Chriſto inſtituta, & nomine illius proferantur, vera eſſe debẽt, vera autem eſſe non poſſunt, niſi efficiant corpus, & ſanguinem Chriſti præſentem ſub ſpeciebus; & deſtruant panem, vt locis citatis probauimus. Eſt igitur in hoc Sacramento duplex mutatio, aut quaſi mutatio; altera, qua corpus, & ſanguis Chriſti fit præſens, altera, qua deſinit panis, neutra autem eſt formaliter conuerſio, & transſubſtantiatio, ſed vtraque eſt fundamentum illius. Primũ notabile.

124

Præterea plurimum obſeruandum eſt, vtrumque effectum, ſeu mutationem, nempe adductionem corporis Chriſti, & deſitionem panis potuiſſe à Chriſto fieri alia forma verborum, nempe copulatiua, vt vocant, propoſitione, ſeu enunciatione, cuius altera parte ſignificaretur præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti; altera vero deſitio panis, & vini: vt ſi Chriſtus, aut ſacerdos nomine Chriſti diceret: *Hic ſit corpus meum, & amplius non ſit panis*, vel contra, *Hæc non ſit panis & ſit corpus meum*, & de ſanguine ſimiliter. Quamuis autem tunc idem effectus fieret, qui nunc fit, quod attinet ad deſitionem panis, & præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti, tamẽ non fieret eodem modo. Neque enim tunc Chriſtus, aut ſacerdos diceretur, adducendo, ſeu faciendo præſens corpus Chriſti, deſtruere panem, aut dèſtruendo panem, adducere corpus Chriſti; ſed diceretur ſimul adducere, & deſtruere: quia eodem modo deſitio, & adductio, in re ipſa ſe haberent, ſicut etiam
125 in ſignificatione verborum. In ſignificatione autem ita ſe haberẽt, vt ſignificatio vnius non eſſet cauſa ſignificationis alterius, neque ad ſuam veritatem illam, vt quid conſequens neceſſario poſtulant, ſed ſimul tantum ſe inuicem comitarẽtur, & per accidẽs, ſeu comitanter, vt dicitur, ſe haberent, ſicut in ea forma verborum apparet; at vero in forma, qua nunc vtimur ad conſecrandum, illa duo ſic ſe habent, vt vnum tantum ſignificetur, nempe corpus, aut ſanguis Chriſti præſens (neque enim verba conſecrationis ſigni-

Secũdum.

ſignificant deſitionem panis, & vini, vt pa-
ter) ita tamen, vt vera ſignificatio corporis,
& ſanguinis Chriſti præſentis neceſſario po
ſtulet deſitionem panis, & vini, vt diſputa-
tione præcedente capite 4. probauimus, ac
proinde deſitio neceſſario conſequatur cor-
pus Chriſti præſens, prout illis verbis ſigni-
ficatur. Quo ſit, vt ſacerdos vtens illis ver-
bis vere dicatur efficere preſens corpus, &
ſanguinem Chriſti, & ipſo corpore præſen-
te veré ſignificato deſtruere panem.

126 Tertium. Tertio notandum eſt, vt id, quod deſinit, dicatur in aliud conuerti, neceſſariam eſſe cõ nexionem inter illa duo, ita vt eſſe illius, in quod aliud cõuertitur, pugnet cum eſſe eius, quod in ipſum conuertitur, & ſit veluti forma oppoſita ei, ac proinde cauſa deſitionis illius, quaſi formaliter ipſum expellens, ſicut inter formas oppoſitas contingit. Nam, ſi in ter eſſe vnius, & non eſſe alterius non eſſet connexio aliqua, ſed comitanter ſolum ſe ha berent, ita vt deſinente vno inciperet, aut eſ ſet aliud, nullo pacto vnum in aliud dicere-tur conuerti, vt ſupra cap. 6. etiam probaui-mus: alioquin omne, quod incipit alio deſinẽ te, diceretur in illud tranſire, & conuerti. Cæterum, vt vere dicatur vnum in aliud cõ-uerti, non opus eſt, eſſe connexionem, quã diximus, ex natura rei: nam, ſi hæc neceſſaria eſſet, neque panis in corpus, neque vinum in ſanguinem Chriſti conuerti diceretur, quia vt capit. illo demonſtrauimus, inter corpus Chriſti in Euchariſtia ſub quocumque mo-do conſideratũ, & panem ipſum nulla eſt op poſitio, vt eſſe corporis ſit cauſa phyſica nõ eſſe panis. Ergo ſuapte natura nulla poteſt eſſe connexio inter illa duo, quæ dixi-mus.

Neque vero ſatis eſt, vt connexio ſolùm referatur in voluntatem Dei volentis vnum deſtruere, vel alio præſente, vel producto: nam ſi hoc ſatis eſſet, omne, quod ex volun-tate Dei deſinit, ſimul atque aliud eſt, dice-retur in illud conuerti. Adde, quòd conne-127 xio debet eſſe in ipſo modo efficiendi, non in tempore: nempe, quod ita Deus efficiat vnum, & illud ſtatuat, vt hoc ipſo talem mo dũ faciendi, & ſtatuendi ſequatur neceſſario deſitio alterius: ſi enim hoc modo nõ eſſe vnius, non eſt eſſe alterius, nulla intentione fieri poteſt, vt eſſe vnius ſit vere connexum cũm non eſſe alterius. Quamuis autem in-ter corpus Chriſti, & panem nulla ſit natu-ralis oppoſitio, neque eſſe corporis Chriſti ſuapte natura ſit cauſa deſitionis panis; ta-men in modo ſignificandi, & ſtatuẽdi ipſum in Sacramento per verba conſecrationis, ta-lis eſt oppoſitio cum pane, vt hoc ipſo, quòd ita per verba conſecrationis ſignificatur con ſequatur neceſſario non eſſe panis; non qui-dem primaria intentione, ſed ſecundaria, ſi-cut in generatione naturali, ſeu nutritione contingit, in qua reperitur etiam conuerſio rei deſinentis in rem genitam, ſeu produ-ctam: nam primaria intentio naturæ eſt indu cere formam geniti, aut eius, quod alitur; ſecundaria autem eſt, corrumpere ſemen, aut cibum. Hanc autem primariam intentionẽ, & ſecundariam ex eo colligimus, quòd agẽs naturale hoc ordine dicitur agere, vt indu-cendo formam vnam, expellat aliam, & ita ge nerando vnum, aliud corrumpat, non contra corrumpendo generet, aut expellendo indu 128 cat, vt 1. 2. diſputatione 211. cap. 3. fuſius o-ſtendimus. Cum igitur ſacerdos conſecrans eodem ordine dicatur agere, quo etiam ver-ba ſignificant; ſiquidem ſola virtute ſignifi-cationis verborum agit, & vtatur vna ſolum ſignificatione verborum individua, quæ ex-preſſe ita denotat corpus, & ſanguinẽ Chri-ſti præſentem, vt ad veritatem eorum neceſ ſe ſit panis, & vini ſubſtantiam deſinere: ſe-quitur; eiſdem verbis primarie ſtatuere cor pus, & ſanguinem Chriſti, prout ſignifica-tur, & ſecundarie deſtruere panem, & ita ſta tuendo corpus, & ſanguinem Chriſti deſtruere panem, & vinum; non autem è contrario deſtruendo ſtatuere.

Ex his, quæ præmiſimus facilè intelligi, & explicari poteſt modus huius conuerſio-nis, & ratio formalis illius. Nam, ſicut in naturalibus hoc ipſo, quod aliquid corrumpi-tur ab agente naturali vi actionis naturalis, quia producitur forma cõtraria, id, quod cor rumpitur, dicitur conuerti in id, quod pro-ducitur, & forma geniti ſuccedere formæ corrupti: eodem modo id, quod in hoc Sa-cramento deſtruitur, nempe panis, & vinum tranſire, & conuerti dicentur in corpus, & ſanguinem Chriſti: quia fuit veluti forma op poſita, & quaſi formaliter expellens, & de- 129 ſtruens ipſum panem, & vinum, vt explica-tum eſt.

Eſt tamen obſeruandum, actionem, quã producitur vna forma expellens aliam, per ſe pertinere ad conuerſionem: quia, cum produ ctio naturalis vnius formæ debeat eſſe in ſubiecto, & materia, vt ſecundum ſuum eſ-ſe naturale ipſam informet: & hoc ipſo, quòd materiam ſuapte natura informat, re-pugnet cum præcedente forma, ac proinde ipſam ſecum non patiatur, ſed eam à mate-ria expellat: conficitur, ipſam productio-nem formæ in ſubiecto, & materia ad con-

Explicatur conuerſio nis, & trãſ ſubſtantia tionis mo dus.

Obſerua-tio.

uerſio-

uersionem per se pertinere, & non se habere per accidens seu comitanter, vt dici solet. At vero quamuis corpus Christi producatur à Deo in Sacramento, quia ab illo conseruatur, & quamuis per verba consecrationis conseruaretur, aut re ipsa nouiter produceretur, quia antea non esset; tamen
130 nulla actio productio pertinet, aut pertineret per se ad conuersionem, quæ nunc fit in hoc Sacramento, sed omnino accidentarie, & comitanter cum ea se habet, & haberet, ita vt idem omnino genus conuersionis esset, etiam si corpus Christi à Deo non conseruaretur, sed tali conseruatione non indigeret: & idem genus conuersionis esset, siue per verba consecrationis corpus Christi conseruaretur, aut nouiter produceretur, quod nunc est, etiam si verba non attingant conseruationem corporis, & sanguinis Christi, aut illud nouiter producant: eo quòd corpus, & sanguis Christi, prout terminus cuiuscumque actionis physicæ, siue nouæ productionis, & creationis, siue conseruationis antiquæ, quæ est creatio continuata, quomodocumque illa sit, siue proxime à solo Deo, siue per verba, nullo modo pugnat cum panis, & vini substantia, neque ex vi productionis suæ eam destruere potest, sed tota ratio oppositionis, seu (vt vocant) incompossibilitatis corporis, & sanguinis Christi cum substantia panis, & vini prouenit ex sola veritate verborum: quia verè enunciari non potest, *Hoc est corpus meum*: & *Hic est sanguis meus*, nisi eo ipso, quod affirmatur, & statuitur corpus, & sanguis, panis, & vinum destruatur. Ad hanc autem veritatem nihil omnino refert, sed omnino accidentarie cum ea se habet quæ-
131 cumque physica productio corporis, & sanguinis Christi, ac proinde nulla physica productio formaliter est conuersio in hoc Sacramento, aut ad conuersionem ipsa per se pertinet. Ex quo etiam non leuiter impugnatur sententia capite quinto memorata, eorum, qui dicebant, conuersionem, quæ fit in hoc Sacramento, esse conseruationem corporis, & sanguinis Christi.

Quid sit conuersio formaliter explicatur

Cæterum videamus, quid sit formaliter conuersio nostro modo concipiendi. Est autem in conuersione naturali productio vnius termini, & corruptio alterius. In conuersione verò, quę fit in hoc Sacramento est adductio, seu præsentia corporis Christi, & desitio panis; nihil tamen horum videtur esse conuersio. Etenim, si quid eorum videretur esse conuersio, maximè corruptio, seu desitio vnius termini ex vi productionis, vel ex vi verę affirmationis alterius. Hæc autem esse non potest, tam in naturali conuersione, quam in ea, quę fit in hoc Sacramento: quia, quamuis terminus, qui corrumpitur, vel desinit, dicatur etiam conuerti, tamen desitio solum formaliter dicitur terminari ad non esse eius, quod desinit: conuersio autem ad terminum positiuum; nam in Eucharistia dicitur fieri conuersio in corpus, & sanguinem Christi, & ad illum terminari: panis autem, & vini desitio in non esse panis formaliter terminari dicitur. Quod autem, id quod desinit, seu corrumpitur, dicatur desinere in aliud, tam in conuersione huius Sacramenti, quam in conuersione naturali: dicimus enim lignum desinere in ignem, & panem in corpus Christi: non probat, ipsam desitionem terminari formaliter ad positiuum, in quod fit conuersio, sed modus ille loquendi solùm denotat formam oppositam, quę fuit causa desitionis, & corruptionis. Quocirca modus ille loquendi non formaliter, sed causaliter debet intelligi. Quis enim dicat, desitionem alicuius rei formaliter in aliquid terminari? Præterea conuersio formaliter esse non potest productio, aut adductio, seu affirmatio eius, & præsentia, quę est causa desitionis alterius, vt corpus Christi, aut ignis, qui
133 producitur in ligno: nihil enim horum dicitur conuerti, cum tamen dicatur produci, vel adduci, vel affirmari, & fieri præsens. Neque obstat, quod dicamus causam, quæ producit, aut adducit vnum terminum, conuertere alium in illum: hic enim modus loquendi etiam causaliter, & non formaliter est intelligendus, ita vt ipsa productio, seu adductio, non sit formaliter conuersio, sed causa illius.

Occurritur scrupulo.

Est igitur conuersio formaliter denominatio quędam ordinis per modum actus in eo, quod desinit, relata ad id, quod fuit causa desitionis tamquam ad terminum, & in termino ipso conuersionis est alia similis denominatio, etiam ordinis, relata ad id, quod desinit ex vi illius: nisi quod hæc denominatio ordinis in eo, quod desinit, dicitur conuersio, in eo autem, cuius vi desinit, dicitur successio; non quidem successio in loco, aut alio accidente, sed successio substantialis in esse, vt inferius explicabitur: vna autem denominatio relationis habet rationem prioris, & posterioris respectu alterius inuerso ordine, atq; hac ratione locũ habet doctrina S. Thom. supra memorata, cũ ait art. 4. ad 1. *Vnde, cum hæc cõuersio substantialis importet quemdam ordinem substantiarũ, quarũ*
134 S. Thom.

vna conuertitur, &c. Hoc autem intelligimus tam in conuerſione naturali corrupti in genitum, quàm in conuerſione, quæ fit in hoc Sacramento. Ratio vero eſt: quia in neutro genere conuerſionis ipſa productio, aut adductio, ſeu affirmatio vnius termini eſt formaliter conuerſio, neque corruptio, aut deſitio alterius, nihil autem aliud eſſe poteſt præter denominationem ordinis, vt diximus.

Quod ſupereſt explicemus fundamentum huius denominationis, & ordinis: nam denominationem hanc eſſe extrinſecam, & ſolius rationis in rebus denominatis ſumptam ex aliquo fundamento reali, ego pro comperto habeo; ſiquidem conuerſio eſt in eo, quod conuertitur, id autem, quod conuertitur, non eſt capax formæ realis intrinſecę, cum non ſit, ſed deſinat eſſe, & eo ipſo, quod deſinit eſſe, dicatur conuerti. Quocirca non placet ſententia Dionyſij citata, qui docet, hunc ordinem, & relationem in pane, qui deſinit, eſſe realem, & multo minus, quod Vvaldenſis in ſecundo tomo, qui eſt de Sacramentis capite 71. numero quarto, ante medium docere videtur, tranſubſtãtiationem eſſe realem actionem, quæ habeat pro ſubiecto panem, & vinum, quæ deſinunt.

Quod ſit fundamẽtum prædictæ denominationis.

Dion. Carth.

135 *Vvaldenſis.*

Eſt igitur fundamentum huius denominationis, quæ dicitur conuerſio in pane, primum quidem deſitio illius: niſi enim deſineret nulla ratione diceretur conuerti. Verùm, quia, ſi panis, aut vinum deſinerent, non vi alicuius oppoſitæ formæ, aut quaſi formæ, ſed ſola Dei voluntate, non diceretur conuerti, ideò præter deſitionem panis aliquid aliud per ſe requiritur, vt fundamentum huius denominationis. Illud autem quidam exiſtimant eſſe adductionem corporis, aut ſanguinis Chriſti: propter quod hęc conuerſio à Scoto adductiua dicitur; quod ſanè eatenus verum exiſtimo, quatenus ipſa adductione fit præſens corpus, & ſanguis, qui antea pręſens non erat: nam ſi alias præſens eſſet, & ſimul cum ipſo pane, non eſſet neceſſaria adductio, vt eſſet conuerſio: ſiquidem verba conſecrationis eodem modo tunc eſſent vera, ſicut nunc, ex ſola autem veritate verborum conſecrationis rectè ſequitur, & colligitur conuerſio, vt ſupra capite nono probauimus. Ergo pręter deſitionem panis, & vini fundamentum aliud neceſſarium huius denominationis, quæ vocatur conuerſio, eſt ipſummet corpus, & ſanguis Chriſti, prout verè ſignificatum illis verbis, cum ex vi illius veræ ſignificationis primariè ſtatuatur corpus, & ſecundariè deſinat panis, vt ſupra explicauimus. Ad veritatem autem verborum requiritur præſentia corporis, & ſanguinis ſub ſpeciebus, quę denotatur, aut connotatur pronomine, *Hoc*, ſiue per adductionem nouam, ſiue ſine illa ſit: & vtroque modo, virtuti verborum, tamquàm cauſę effectrici, tribuenda eſt. Nam ſi non adduceretur corpus Chriſti, ſed iam eſſet pręſens, virtute verborum illa præſentia ſtatueretur, quia efficacitas veritatem conſequitur, & veritas ſine illa conſtare non poſſet: id quod pro anihilatione etiam notabimus infra diſputatione 183. capite vltimo. Hæc igitur duo, quę diximus, ſunt neceſſaria, & ſufficiunt, vt panis, & vinum, hoc ipſo, quod deſinunt, dicantur conuerti in corpus, & ſanguinem Chriſti.

Scotus.

136

Obiectio.

Addicat quis: ſi ex parte termini ad quem huius conuerſionis non ſolùm requiritur corpus, aut ſanguis Chriſti, ſed etiam eorum præſentia neceſſaria eſt: quia corpus, & ſanguis ſine tali præſentia non ſufficerent ad deſtruendum panem, & vinum: ſequitur, panem, & vinum non conuerti in corpus, & ſanguinem Chriſti ſolùm, ſed etiam in præſentiam ipſam: ita vt illa ſit pars ipſius termini ad quem. Reſpondeo: primum quidem in ſolam præſentiam non poſſe fieri conuerſionem; ſiquidem illa ſola nullo modo ſufficeret ad deſtruendum panem, & vinum, neque ratione oppoſitionis naturalis cum eis, vt conſtat, neque ratione oppoſitionis naturalis deriuatę ex veritate verborum: nam ſola pręſentia corporis Chriſti, imo Chriſti corpus pręſens poſſet vere ſignificari, etiam ſi panis, & vinum manerent, ſi quis diceret hoc modo: *Hic fiat præſens corpus Chriſti*. Deinde dico, neque in corpus ſimul cum pręſentia fieri conuerſionem, tamquam in terminum ex vtroque compoſitum, neque ratione oppoſitionis naturalis cum pane, & vino, quę nulla certè in corpore Chriſti præſente eſt, vt conſtat: neque ratione oppoſitionis ex veritate verborum profecta: quia, vt dicebamus, corpus etiam, vt præſens, manente ſimul pane verè ſignificari poteſt. Deinde dico, conuerſionem fieri in ſolam ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti per ſe, & primarie ſignificatam per verba conſecrationis, non quidem ſine præſentia, ita tamen, vt ea expreſſe non ſignificetur, ſed ex modo ſignificandi ipſum corpus veritatis verborum ſupponatur. Nam pronomen, *Hoc*, non denotat expreſſe pręſentiã, neq; illam demonſtrat, ſed demõſtrat ſubſtantiã ipſam, quã ſignificat, ita tamen, vt eã

137

Diluitur.

Non poteſt fieri conuerſio ſubſtantialis in ſolã præſẽtiam neque in corpus ſimul cum illa.

138 Cõuerſio fit in ſolam corporis Chriſti ſubſtantiam.

vere

vere non demonstraret, nisi esset præsens, quia solis rebus præsentibus adhiberi solet pronomen demonstrativum. Quare, licèt præsentia inter requisita, & necessaria ad transsubstantiationem connumeranda sit; tamen ad terminum formalem, in quem fit conuersio, directe non pertinet: quia terminus, in quem fit conuersio est id, quod expresse significatur, ita vt, quatenus subest expressæ significationi, aduersetur substantiæ panis, & vini, & hoc ipso eam destruat per modum contrariæ formæ: hoc autem est solum corpus, & sanguis: sola igitur substantia corporis, & sanguinis Christi demonstrata, & vere significata oratione illa demonstratiua, est id, in quod formaliter, & primarie fieri dicitur conuersio.

Obseruatio. Postremo notandũ etiam est in consecratione huius Sacramenti duplicem esse ordinem in ipsis substantijs, & rebus ordinatis secundùm denominationem, veluti numerus in ipsis vnitatibus, & rebus numeratis. Est autem duplex ordo inuersus hoc modo, vt ordo conuersionis sit à pane, & vino

139 in corpus, & sanguinem Christi: & tunc corpus, & sanguis Christi sunt posteriora in hoc ordine: sunt enim terminus ad quem. Alter autem ordo sit à corpore, & sanguine Christi in panem & vinum: & hic dicitur successionis, non cuiuscumque, sed substantialis, hoc est, non secundùm locum, vel aliquod accidens, sed secundum esse: nam pani desinenti dicitur succedere corpus Christi, & vino sanguis: idem autem prorsus est fundamentum huius ordinis, & prioris, vt patet.

Corollarium ex dictis. Ex tota hac doctrina de conuersione manifeste colligitur, verba consecrationis non potuisse assumi, vt instrumentum physicum non solum communi ratione, qua in cæteris etiam Sacramentis vsi sumus tomo secundo, disputatione 132. capite quarto, sed peculiari ratione desumpta ex doctrina tradita. Nam, vt verba essent causa conuersionis, deberent esse causa desitionis substantiæ panis, & vini: quod enim non destruit substantiam, non potest dici illam in aliam con-

140 uertere: desitionis autem causa physica esse non possut: quia substantia illa solùm desinit per negationem influxus Dei, quo conseruabatur: non autẽ positiua actione contraria, vt patet: nam, licèt causa desitionis sit corpus, & sanguis Christi, prout vere demonstratus; tamen non est causa physica, cum id solùm habeat ex veritate verborum, vt iam ostendimus: atqui verba non possunt esse instrumenta physica, per quæ Deus neget influxum conseruationis, vt patet: ergo neque ad ipsam conuersionem.

Hic modus philosophandi ab hinc viginti octo, & amplius annis, cum adhuc iuuenis essem, mihi maxime placuit: tum quia nihil veræ Philosophiæ aduersaretur, neque iuxta eam vllas haberet difficultates, sicut præcedentes, præsertim is, quem capite quinto memorauimus: tum etiam, quia magis syncere explicaret mysterium nostræ fidei, ita vt hæreticis nihil difficultatis relin- 141
queret, ex quo occasionem capere possint catholicos insimulandi, quòd pro mysterijs fidei defendendis, & explicandis, impossibilia tradere videantur. Et sanè quoties mysteria nostræ fidei, quæ syncerè, & facilè intelligi, & explicari possent, ad eas angustias, & difficultates, qu iuxta veram Philosophiam vix superantur sine necessitate reuocamus, inutiliter, & incaute ludibrio hæreticorum ea exponimus. Et quis, obsecro, necessarium existimet ad defendendam veritatem verborum consecrationis, & ad institutionem, & fructum tanti Sacramenti, necessarium fuisse corpus, & sanguinem Christi duabus actionibus, quas totales vocant, substantialiter produci? Quod si hoc necessarium minime iudicari debet, qua ratione quisquam sit dicere, ita à Deo effectum fuisse? Adde, quòd, hoc impossibile esse, satis, superque à nobis capite octauo ostensum est: cumque in Philosophia insuperabiles habeat difficultates, minus aptum sanè est, quod ad explicandum tantum mysterium adducatur.

Porrò autem prædicto modo mysterium nostræ fidei magis syncere posse explicari, patet: quia Ecclesia sua definitione solùm contendit, talem esse vim, & efficacitatem verborum ratione significationis, vt efficiant corpus, & sanguinem Christi præsentem, & hoc ipso ipsius panis, & vini substantiam destruant ob rationem superius dictam: ac proinde panis, & vinum in corpus, & sanguinem Christi conuertantur, eorumque conuersio transsubstantiatio rectè ap- 142
pelletur: est enim instar conuersionis rei naturalis, quæ corrumpitur hoc ipso, quòd alia opposita ex eadem materia generatur: cumque sit conuersio totius substantiæ in substantiam in hoc Sacramento, qualis non esset vlla alia naturalis, rectè dicta est, transsubstantiatio: quę omnia ex veritate sola verborum, vt contendit Ecclesia, absq; vlla alia noua ratione philosophandi collegimus, & explicuimus. Quis igitur dubitet, hac via mysteriũ nostrę fidei facilius, & magis syncere expli-

explicari? Quo autem pacto hæc noſtra ſententia nullas contineat difficultates in ſequentibus patebit. Hæc ſententia noſtra ſatis, ſuperque confirmata eſt: tum rationibus quibus alias impugnauimus: tum etiam, quia ex ſola veritate verborum, vt contendit Eccleſia, hoc genus conuerſionis exactè explicatum à nobis eſt, cum nulla alia via id fieri poſſe videatur.

Fundamenta quintæ opinionis in capite 5. allata conuelluntur.

CAPVT XIII.

143 NVLLVM Sane eſt argumentum pro alijs ſententijs in confirmationem adductum, quod contra noſtram quoquomodo pugnare videatur, præter illa, quæ capite 5. pro quinta etiam opinione allata ſunt. Ita eſt quorumdam ingenium, vt ſatisfeciſſe ſibi videantur, ſi ad ſuperandas Theologicas difficultates, ſententiam aliquam excogitauerint, licet nulla ratione eam confirment, aut oppoſitas refellant: ſolùm igitur reſtat pro maiori confirmatione noſtræ ſententiæ, vt argumenta quintæ ſententiæ diſſoluamus.

Argumẽta primæ ſententię ſoluũtur. Primũ ex autoritate.

Ad primum igitur argumentum deſumptum ex modo loquendi Patrum, reſpõdeo: cum aſſerunt, corpus Chriſti in hoc Sacramento creari, aut ex pane fieri (hæc enim duo difficiliora videntur) nihil aliud ſignificare voluiſſe, niſi quòd virtute verborum panis conuertatur, aut tranſeat, aut mutetur in ipſum: ratione enim conuerſionis conſtituitur in hoc Sacramento, ac ſi nouiter crearetur. Cum autem Nyſſenus vtitur exemplo cibi, qui conuertitur in ſubſtantiam animantis per phyſicam actionem: quemadmodum benigne interpretandus eſt, ne dicamus, ipſum ſenſiſſe, manere materiam panis, ſicut manet materia cibi in nutritione: ita etiam explicandus eſt de actione phyſica, vt dicamus, nihil prorſus eum curaſſe de actione phyſica, tamquam neceſſaria ad hoc myſterium, ſed exemplo illius vſum fuiſſe, vt aliquo modo illud explicaret. Porrò conuerſionem, tranſitum, & mutationem panis in corpus Chriſti, non alio modo ab his Patribus, quam à tota Eccleſia ſemper fuiſſe intellectam, nemo eſt, qui ambigere iure poſſit. Ab Eccleſia autem non alio modo fuit intellecta, quam teſtatur Concilium Tridentinum ſeſſione decima tertia capite quarto, nempe quatenus ad ſolam veritatem verborum conſecrationis neceſſaria eſt. Ad hanc autem (etiam aduerſarijs ingenue fatentibus) neceſſaria non eſt productio corporis Chriſti virtute verborum, ſed cum ſola adductione conſtare poteſt: cur igitur nouum illud genus conuerſionis, videlicet, quæ ſit productio corporis Chriſti, ex prædictis teſtimonijs aduerſarij deducere non dubitant? Fateãtur igitur, hoc genus conuerſionis ex ſenſu Patrum, & Eccleſiæ ſe non collegiſſe, aut colligere potuiſſe, ſed ex ratione philoſophica ab ipſis excogitata, quæ quanti ponderis ſit, iam ſupra aperte vidimus: & ex ſolutione eorum, quæ ſuperſunt non minus clare videbimus.

Nyſſenus exponitur

144

Quo ſenſu accipiatur à Patribus conuerſio tranſitus. & mutatio in Euchariſtia.

Conc. Trid.

145

Ad ſecundum dicimus: etiamſi corpus, & ſanguis Chriſti in hoc Sacramento virtute verborum non conſeruetur, ſeu producatur; nihilominus veram rationem conuerſionis, & tranſubſtantiationis, quæ non ſit ſola tranſlatio quædam, & ſucceſsio ſubſtantiarum in loco, vt aduerſarij contra nos inferre moliuntur, poſſe defendi. Nam cum Concilium, & Eccleſia, teſte eodem Concilio loco citato, ex ſola veritate verborum conuerſionem ſubſtantię in ſubſtantiam, quæ verè, & propriè tranſubſtantiatio dicitur, colligat, ſemperque collegerit, & ad hanc non requiratur productio illa, perperam aduerſarij inferunt, ea via nos defendere non poſſe, & explicare veram conuerſionem, & tranſubſtantiationem, ſed ſolam tranſlationem ſubſtantię, & ſucceſsionem in eodem loco: aut dicere etiam debent, Concilium, & Eccleſiam nihil aliud, quam hoc colligere potuiſſe, quod eſt abſurdum. Porrò autem non ſolam conuerſionem ſubſtantię, ſed etiã conuerſionem ſubſtantialem, quod idem planè eſt, ex ſola veritate verborum rectè colligi, contra eoſdem Theologos ex eodem Concilio Tridentino ſupra capite nono probauimus. Ideò autem diximus, in hoc Sacramento non eſſe ſolam tranſlationem ſubſtantię, & ſucceſsionem in eodem loco alterius ſubſtantię, quia ſi hęc ſolùm eſſet, non deſineret vna ſubſtantia vi, & oppoſitione alterius, prout verbis conſecrationis ſignificatę, ſed ſignificatio vnius cum deſitione alterius comitanter, & per accidens compararetur, nimirum, ſi verba conſecrationis eſſent hoc modo, *Hic incipiat eſſe corpus meum, & non ſit amplius panis*. Tunc autem fate-

Secũdum argumentum diluitur.

Ex veritate verborum nõ ſolum colligitur conuerſio ſubſtãtię, ſed etiam ſubſtantialis.

146

fatemur, non fore conuersionem; differentiam autem inter hanc formam consecrationis, & alteram, qua nunc vtimur ad effectum transsubstantiationis, & conuersionis præcedente capite satis, superque demonstrauimus. Quia igitur nunc vtimur tali forma verborum, vt vna indiuidua significatione, qua solùm substantia corporis Christi demonstratiuè significatur, ita sit præsens corpus Christi, vt hoc ipso necessario destruatur, & desinat panis, iure optimo dicimus, sine alia productione corporis Christi substantiam panis in ipsum conuerti, & 147
non solùm corpus Christi pani succedere in eodem loco, aut speciebus, sed etiam substantiæ panis desinenti substantialiter succedere, vt capite præcedente explicauimus: non ergo solam successionem, & translationem ad locum, sed substantialem conuersionem hoc modo defendimus.

Tertium. Ad tertium argumentum fatemur quidem, vt ipsi contendunt, veritatem verborum consecrationis rectè constare posse vtroque illo modo, nempe, siue corpus Christi virtute illorum producatur, aut conseruetur, siue solum adducatur; dicimus tamen, ideò potius ex eadem veritate nos colligere, conuersionem cum sola adductione fieri absque eo, quod corpus Christi virtute verborum producatur, seu conseruetur: tum quia, si hoc sufficit ad defendendam catholicam veritatem mysterij, tam veritatis verborum, quàm conuersionis, quod quidem facilius est, frustra nouas difficultates sine aliquo fructu adderemus: tum etiam quia, vt præcedente capite monuimus, licèt in hoc Sacramento virtute verborum corpus, & sanguis Christi nouiter producerentur, aut conseruarentur, talis physica actio productionis, seu conseruationis nullo modo ad conuersionem, quæ hic fit ex sola vi, & connexione verborum absque vlla substantiarum oppositione pertineret. Quod autem Christus potuerit supplere in- 148
digentiam conuiuarum sola adductione vini absque conuersione aquæ in ipsum, verum quidem est: sed si solùm adduceretur vinum non destructa aqua, ex vi talis adductionis non esset conuersio: nihilominus miraculum à Deo tunc eo modo fieret; noluit tamen Christus ita facere, sed adductam aquam à ministris in vinum conuertere: in qua conuersione fatemur quidem, productionem physicam vini interuenisse, & mansisse materiam aquæ: quia nisi ita fieret, non fieret conuersio, neque verè diceretur aqua vinum facta. Hoc tamen nullo modo cogit, vt asseramus, in conuersione panis actionem, & productionem physicam corporis Christi interuenire, etiamsi necesse sit fateri, conuersionem etiam ibi fieri, & non solam translationem substantiæ, quia cum sola adductione conuersio verè, & propriè constare, & defendi potest.

Quartum. Ad quartum argumentum iam respondimus capite nono, diximus enim, veritatem verborum rectè constare potuisse, si substantia panis non desineret, sed ab accidentibus separata extra locum illorum constitueretur: & tunc quidem non futuram conuersionem; ideò tamen colligi sufficienter 149
ex veritate verborum conuersionem, quia vt notum supponit Ecclesia, non futuram separationem illam substantiæ, & extra locum accidentium conseruandam esse, quia sine fructu vllo, & cum nouo alio miraculo id fieret, quod non est asserendum: hoc autem supposito rectè colligit Concilium, conuersionem debere fieri totius substantiæ panis in corpus Christi, & vini in sanguinem, vt satis, superque monstratum est.

Quo pacto ratione huius conuersionis corpus, & sanguinem Christi de pane, & vino enunciare possimus.

CAPVT XIIII.

PROPTER Conuersionem panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi varias enunciationes corporis de pane, & sanguinis de vino apud Patres inueniemus, quæ primo aspectu difficiles videntur, & in bonum sensum eas interpretari oportet. Omissis autem enunciationibus, in quibus vtimur verbo conuersionis, & transitus, quales sunt ille, *Panis conuertitur, mutatur, seu transit in corpus Christi*, quæ nullam habent difficultatem, propriè enim solùm denotant conuersionem: sunt alia duo genera enunciationum difficiliora, quæ in bonum sensum explicanda sunt: alterum est cum verbo *Fieri*: alterum autem per verbum, *Esse*. Porro enunciationes, quæ sunt cum verbo, *Fieri*, duplici modo 150

inueniuntur, nempe enunciato corpore Chriſti de pane cum præpoſitione *Ex*, & *De* incaſu auferēdi, hoc modo, *Ex pane*, aut *de pane fit corpus Chriſti*: aut ſimpliciter enunciato ſine præpoſitione in caſu nominandi, hoc modo: *Panis fit corpus Chriſti*. Omiſſo autem ſenſu huius verbi, quod aliqui putant denotare phyſicam productionem corporis Chriſti, nam de eo ſatis à nobis capite 11. & 12. dictum eſt: ſupereſt nunc ſolùm difficultas in eo modo enunciandi ratione præpoſitionis *Ex*, & *De*. Et ſanè de præpoſitione *Ex* docet Sanct. Thomas in articulo octauo huius quęſtionis, etiam in ſenſu proprio veram efficere propoſitionem: eo quod ſolum denotet terminum à quo conuerſionis, & ordinem ſucceſſionis inter ipſum, & terminum ad quem. Sicut cū dicimus, *Ex nocte fit dies*, nempe, ſucceſſione motus localis: *Cœlum, & terram Deus ex nihilo creauit*, & alia huiuſmodi.

S. Thomas. 151

Sotus. Ledeſma. Enricus. S. Thomas.

Cum S. Thoma conueniunt Dominicus Sotus in 4. diſtinctione 9. quæſtione 2. articulo 8. concluſione 2. Ledeſma in prima parte quarti, quæſtione 16. articulo 8. & Enricus quodlibeto 9. quæſtione 9. Notant tamen S. Thomas articulo illo 8. & Sotus ibidem concluſione 3. hoc eſſe diſcrimen inter creationem, & hanc conuerſionem, quòd cum vti poſsimus præpoſitione, *Ex*, in vtraque ad denotandum prædictum ordinem ſucceſſionis; tamen in creatione non poſſumus vti verbo tranſmutationis, ſicut in hac conuerſione: quia terminus à quo creationis, qui eſt nihil non conuertitur in terminum ad quem, ſicut panis in corpus Chriſti, & ita quamuis verè dicamus: *Panis conuertitur*, ſeu *tranſit in corpus Chriſti*, dici tamen vere non poſſe, *Nihil tranſit*, aut *conuertitur in aliquid*.

152

Verum de præpoſitione, *De*, aliter exiſtimant idem Sanct. Thomas locis citatis, Enricus, & Sotus ibidem concluſione 6. inquiunt enim, ea denotari aliquod ſubiectum commune vtrique termino: eo quòd ſignificet cauſam conſubſtantialem, quæ quidem conſubſtantialitas, inquit Sanctus Thomas, attenditur penes ſubiectum commune in tranſmutationibus: & quia in generatione, vel alteratione manet commune principium, verè, & propriè dicitur, *De embrione*, aut *ſemine fit homo*, & *de albo fit nigrum*: quia aliquid, quod habebat formam ſeminis, ſeu embrionis recipit per generationem hominis formam illius, & ita fit homo: & aliquid, quod erat album, nempe ſubiectum, per alterationem recipit nigredinem, & fit nigrum. Quocirca exiſtimat, verba Patrum, ſi quando dicta præpoſitione in hac conuerſione vtantur, impropriè eſſe accipienda, & interpretanda, ita vt præpoſitio, *De*, non ſignificet conſubſtantialitatem, ſed vſurpetur pro, *Ex*, denotante ſolùm ordinem.

Nullum eſſe diſcrimen inter præpoſitionem De, & ex, putant aliqui. Alexander. Bonauent. Gabriel. Ledeſma. 153

Alij tamen nullum diſcrimen agnoſcunt inter præpoſitionem *De*, & *Ex*, ſed vtramque eodem modo accipi poſſe, exiſtimant. Ita Alexander 4. quæſtione 10. membro ſexto, articulo ſecundo §. ſecundo, Bonauentura in 4. diſtinctione 11. parte prima, articulo vnico, quęſtione ſexta in fine. Gabriel eadem diſtinctione quæſtione prima, articulo tertio, dubio primo, & lectione 49. in Canonem Miſſæ litera E. quibus etiam adde Ledeſmam articulo illo 18. Ex his tamen Alexander, & Gabriel putant, vtrouis modo accipi poſſe vtramque præpoſitionem *Ex* & *De*, nempe vt vtraque ſolum ordinem terminorum ſignificet, & vt etiam denotet conſubſtantialem cauſam, vt dixit S. Thom. de prępoſitione, *De*. Idem ſentit Ledeſma quamuis addit præpoſitionem *De* frequentius accipi in eo ſenſu, vt denotet aliquid commune manens ſub vtroque termino, quod alij dixerunt ſignificare cauſalitatem, ſeu cauſam ſubſtantialem. At vero Bonauentura vtramque prępoſitionem putat denotare cauſalitatem aliquam, & ideo prædictas enunciationes impropriè ſolum eſſe concedendas. Demum Ricardus in eadem diſtinctione 11. articulo primo, quæſtione quinta, ad ſecundū, ſolum mentionem faciens enunciationis, in qua vtimur præpoſitione, *De*, refert ſententiam Alexandri, & Gabrielis, & ſubdit, nullo modo eſſe concedendam prędictam enunciationem, etiamſi præpoſitio, *De*, ſolum ordinem ſucceſſionis terminorum denotet. Eo quòd corpus Chriſti non ſolum non fiat de ſubſtantia panis, ſicut de materia, ſed etiam non fiat poſt ſubſtantiam panis. Verum cum iam notatum à nobis ſit verbum *Fieri* in prædictis præpoſitionibus non ſumi proprie pro aliqua corporis Chriſti productione, ſed pro eo, quod eſt, corpus Chriſti adduci, ſeu fieri præſens in Sacramento, ex hac parte nihil difficultatis eſt in prędictis enunciationibus. Quod vero attinet ad præpoſitiones *Ex*, & *De*, exiſtimo verum id, quod ait Ledeſma, nempe vtramque vtrouis modo vſurpari poſſe, prępoſitionem tamen, *De*, frequentius ſignificare cauſam conſubſtantialem, & ſubiectum commune per modum materiæ; præpoſitionē autem, *Ex*, è cōtrario, videlicet, frequētius ſignificare ordinem terminorum. Attendens autem S. Doctor ad id, quod frequentius eſt, abſolutè docuit,

S. Thomas. Ricardus. 154 Iudicium Autoris

docuit, prædictas propositiones cum præpositione, *Ex*, in sensu proprio esse concedendas; at vero cum præpositione, *De*, non item. Quod autem sit discrimen inter præpositionem, *Ex*, &, *De*, cum denotent originem alicuius ab alio, diximus prima parte, disputatione 162. Prædictam verò propositionem, *De pane fit caro Christi*, habet Ambrosius lib. quarto de Sacramentis capite quarto, & refertur canone, *Panis*, secundo, *De consecratione*, distinctione secunda. Nescio autem, quo fundamẽto velit Dominicus Sotus, verba, quæ citauimus ex Ambrosio, emendare, ita vt loco præpositionis, *De*, sit, *Ex*: nam neque in illo codice ipsius Ambrosij, neque in decreto emendato ita legimus.

Ambrosius. 155

Sotus.

Si verò sermo sit de altero genere enunciationis cum verbo, *Fieri*, sine prædictis prępositionibus, nempe illo modo: *Panis fit corpus Christi*. Bonauentura loco citato inquit, concedendum esse; illud verò negandum, quod denotat innouationem aliquam circa corpus Christi, quale est illud, in quo est verbum generandi. Reddit autem rationem, quia verbum, *Fieri*, denotat transitum, non autem innouationem circa corpus Christi. Melius tamen docent Sanct. Thomas, Ricardus, Gabriel, Sotus, & Ledesma, hanc propositionem esse falsam, si secundùm proprietatem vocum accipiatur, cum quibus etiam conuenit Alexander articulo illo 2. §. 1. Ratio verò est manifesta: quia cum aliquid dicitur fieri aliud, debet aliquid esse commune, saltem materia sub vtroque termino transmutationis: hic autem nihil manet commune, nisi accidentia, quæ non sufficiunt ad veritatem prædictę enunciationis: nam illa non incipiunt esse, aut fieri Christus, sed continere illum. Nihilominus, si quando apud Patres reperiantur prædictę enunciationes, & loquutiones, ita, inquit, sunt explicandæ, vt non concedamus aliquid commune, quod prius fuit panis, & postea fiat corpus Christi. Quinimo addit Gabriel, ad veritatem harum loquutionum secundùm proprietatem non satis esse, si maneat materia communis, vt in generatione hominis. Et ita ex eius sententia hæc non est concedenda, *Semen fit homo*, sicut hæc, *Ex semine fit homo*: sed oportet, inquit, vt integra res maneat pro subiecto communi sub vna forma, quæ prius fuit sub alia, vt in mutatione accidentaria videmus. Nam peccator dicitur fieri iustus, & niger fieri albus, & frigidus fieri calidus. Nobis autem satis sit, in præsenti, non esse simpliciter, & proprie prædictam propositionem, *Panis fit corpus Christi*, verã.

Bonauent.

Sensus enunciationũ in quibus est verbum Fieri.

156

Adde, quod neque impropriè concedi possent prædictæ propositiones, nisi supponeretur fieri conuersio panis in corpus, & vini in sanguinem Christi: & hac ratione, quia in nuptijs aqua conuersa fuit à Domino in vinũ, quamuis non conuersione totius in totum, sed conuersione formali, manente materia, dicitur aqua vinum facta.

157

Alterum genus propositionis est per verbum, *Esse*, qualis est illa, *Panis erit corpus Christi*, vel *Quod erat panis, erit corpus Christi*, & huiusmodi propositiones secundum proprietatem sermonis, & vocum falsas esse, omnes citati Doctores planè affirmant cum Alexandro in illo mẽbro sexto, articulo tertio. Est tamen similis propositio in confessione Berengarij facta in Concilio Romano coram Nicolao Papa, quæ refertur en canone, *Ego Berengarius, De consecratione*, distinctione 2. Ibi enim iuxta fidem, & confessionem à Nicolao II. Pontifice ei traditam, dixit: *Panem & vinum, quæ in altari ponuntur post consecrationem, non solum Sacramentum, sed etiam verum corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, &c.* Quę verba sano modo interpretari debemus, vt Berengario solùm indictum fuerit confiteri, accidentia panis non solum esse Sacramentum, hoc est, symbolum Christi sine re ipsa, sed etiam ipsum corpus, & sanguinem Christi verè, & reipsa in se continere. Modus autem ipse loquendi, licet aliquam contineret improprietatem, pro ea tamen occasione, qua solùm Ecclesia à Berengario contendebat, vt veritatem corporis Christi in Eucharistia confiteretur, satis accommodatus fuit. Neque enim quisquam tunc suspicari iure poterat, ipsum et panem propositum in altari ita manere, vt etiam esset corpus Christi. Et quamuis Berengarius post prędictam confessionem voluerit, nouum errorem ex ipsa eruere, nempe, panis, & vini substantiam cum corpore, & sanguine Christi in Eucharistia manere: quia dixisset, panem ipsum non solum Sacramentum, sed etiam verum corpus Christi esse, vt vidimus disputatione præcedente capite nono; tamen, vt ibidem notauimus, planè postea abusus fuit verbis confessionis, & in prauum sensum contra intentionem Pontificis Nicolai, & Concilij Romani ea intellexit.

Quis sit sẽsus enunciationũ in quibus est verbũ Esse. Alexand.

Conc. Rom. Canõ. Ego Berengar.

Nicol. II.

158

An corpus Christi præsens fieri potuerit huic Sacramento absque cõuersione panis in ipsum. Disputat. 182.

Opiniones antiquorum Scholasticorum. Cap. 1.
Quid de hac re Recentiores Scholastici sentiant? Cap. 2.
Prima pars veræ sententiæ confirmatur. Cap. 3, Secunda, & tertia pars nostræ sententiæ probatur, Cap. 4.

Opiniones antiquorum Scholasticorum.

CAPVT I.

1 PACTENVS Satis, superque à nobis est demonstratũ, ita corpus Christi esse præsens huic Sacramento, vt hoc ipso, quòd verbis consecrationis significatur, destruat panem, & in se illum conuertat, qua de causa dici solet corpus Christi fieri præsens speciebus Sacramenti, non per motum localem, neque per generationem, sed per conuersionem panis in ipsum. Verum inter Scholasticos controuersum est, an Christi corpus alio modo, nimirum, sine conuersione panis in ipsum, præsens fieri potuerit huic Sacramẽto. Loquimur autem de eo genere præsentiæ, quod nunc habet sine extensione partiũ in loco. Nam, vtrum idem corpus possit esse in pluribus locis cum extensione partium in loco, an non, dicemus disputat. 189. Circa hanc verò controuersiam variæ sunt Scholasticorum sententiæ. S. Thomas in articulo 2. huius quæstionis, Alexander 4. parte quæstione 10. membro 7. artic. 3. §. 1. ad primũ, & memb. 5. artic. 3. §. 4. versiculo. *Consequenter quæritur, si loci mutatio.* Bonauent. in 4. d. 11. artic. vnico quæst. 3. Marsilius in 4. quæstion. 8. ad 8. Capreolus in 4. dist. 11. quæst. 1. artic. 3. ad 3. Scoti, contra primam conclusionem. Enricus in 4. dist. 10. quæst. 1. art. 1. & Ferrar. 4. contra Gentes cap. 63. §. *Argumenta itaque*, censent, corpus, & sanguinẽ Christi esse in Eucharistia, non per loci mutationem, seu motũ, sed per conuersionẽ panis in ipsum. Quo autẽ pacto conuersio sit

Status cõtrouersiæ.

Variæ sententiæ. Prima. *S. Thomas. Alexander. Bonauent. Marsilius. Capreolus. Enricus. Ferrar. sens. Ricard.*

2 cãusa, vt existat in Eucharistiã, non explicãt. Idem supponere videtur Ricardus eadem distinctione 11. art. 1. quæst. 1. ad 3. Ex his verò Autoribus S. Thom. Bonau. Marsil. Capreol. & Ferrar. ita tribuunt conuersioni hunc effectũ, vt nulla alia via corpus, & sanguis Christi ibi esse posset, aut nouiter collocari, nisi per motum, seu mutationem loci, quẽ prius Christus habebat: hac enim ratione probant, conuersionem fieri substantiæ panis, & vini: quia res antea existens non potest incipere esse, vbi antea non erat, nisi aut mutatione loci, in quo erat, aut couuersione alterius in ipsam: cumque corpus Christi non mutet locum, quem habebat, quia manet in cœlis, colligunt, factam fuisse conuersionem panis in ipsum, siquidem sub speciebus panis incipit esse. Alexander autem non vtitur hac ratione, vt probet, conuersionem fieri panis, sed solum docet, corpus Christi per conuersionem panis in ipsum incipere esse sub accidentibus.

Secunda opinio.

Scoto verò in 4. d. 10. q. 1. §. *De secundo multa*, & sequentibus, non solũ videtur, posse corpus Christi sub accidentibus panis nouiter collocari sine conuersione panis in ipsum, sed etiam, quod attinet ad quæstionẽ facti, corpus Christi esse in Eucharistia non per transsubstantiationem, sed per mutationem quamdam nouam secundum locum, quam vocat adductionem, & ab ipsa transsubstantiatione distinguit, sicut etiam nos supra disputatione præcedente cap. 11. vt hinc etiam appareat, quo pacto nunquam senserit Scotus, adductionem secundum locum esse formaliter conuersionem, quamuis sine illa non sit conuersio, neque verbis consecrationis nunc fieri potuerit.

3

Fundamẽta Scoti. Primum.

Probat autem hoc modo. Primo, cum hæc conuersio sit substãtialis, terminari debet ad substantiã, vt ad terminum proprium, & formalem, non autẽ ad præsentiam: substantia autem corporis Christi, in quam terminatur, est quid prius natura quam ipsa præsentia: ergo per conuersionem, quæ fit & terminatur in substantiam corporis Christi, non potest adquiri præsentia, sed per aliam posteriorem mutationem, seu actionem, quæ est adductio. Ex qua ratione Scoti manifestè patet id, quod præcedente disp. cap. 10. de mente, & sensu illius notauimus. Porrò autẽ adductionẽ esse diuersam actionẽ à transsubstantiatione, & cõuersione, inde etiã probat: quia potuit Christus fieri præsens substantiæ panis absque illius in ipsum conuersione: tunc autem necessaria esset mutatio illa adductiua: ergo, licèt modo sit simul cum

4

conuer-

Scotus assumit probandum. Secundū.

conuersione, ab ea distinguitur. Verum in hac ratione assumit id, quod probandum ipsi erat, & de quo præcipua est cótrouersia. Probat secundo, adductionē esse diuersam actionem à conuersione, & ita conuersionem ad præsentiam non terminari: quia si antea corpus esset præsens speciebus, & per motum secundùm locum posset panis substantia postea in ipsum conuerti, & nulla ibi esset mutatio, quæ diceretur adductio: ergo nunc etiam hæc mutatio à cōuersione differt. Porrò autem tunc fore, vt conuersio esse posset, iam supra à nobis probatum est disputatione præcedente cap. 11. Tertiò idem probat: quia posset Deus conuertere panē in corpus Christi existens in cœlo, etiam si non fieret præsens in Eucharistia: ergo transsubstantiatio ipsa non facit, vt sit præsens, sed adductio, quæ nunc cum transsubstantiatione simul est.

Tertium.

Sententia Durandi. 5

Durando etiam non placet sententia Sancti Thomæ: non quia exprimat, vt Scotus, cōuersionem nunc non esse causam, vt sit in loco (sicut falsò ei imputat Dominicus Sotus: idenim ipse iuxta suam sententiam de conuersione asserere minime potuit, vt statim dicemus) sed quia putauit contra Doctorē Sanctum, sine conuersione panis in ipsum potuisse corpus Christi sub accidentibus, aut cum ipso pane simul collocari. Porrò autem Durandum non potuisse negare, corpus Christi esse in Eucharistia ex vi conuersionis absque alia adductione, patet: quia censet, in hac conuersione manere materiam panis, eamque animā Christi animari, sicut materia cibi ani matur anima eius, qui nutritur: sic autem nullo modo fieri potuit, vt ex vi conuersionis non esset corpus Christi in hoc sacramento. Nam materia, quę animatur, necessario simul esse debet cum ipso corpore, cui per animationem coniungitur. Cumque iuxta hanc sententiam panis materia non adducatur in cœlum, vbi Christus est, necesse est, vt corpus Christi sit in terris, vbi panis erat. Impugnat autem Durandus Beatum Thomam, quia nō recte enumerat modos, quibus aliqua res incipere potest esse in loco, vbi antea non erat: sic enim ratio ipsius non recte colliget, non potuisse corpus Christi alio modo incipere esse in Eucharistia, nisi per conuersionē panis in ipsum. Porro S. Thomam non rectè enumerasse modos, quibus res potest incipere esse, vbi antea non erat, probat: quia prima sphęra cœli posset incipere esse, vbi antea nō erat, per hoc solum, quod noua alia supra ipsam crearetur. Deinde impugnat eiusdem S. Thomæ sententiam, quòd dicat, non potuisse alio modo corpus Christi in Eucharistia esse, nisi facta conuersione panis in ipsum, siquidem, manente substantia panis, posset Deus corpus Christi simul cum pane sub eisdem accidentibus collocare. Postremo, quia Christus manet sub speciebus per primum instans, in quo finita fuit prolatio verborū: conuersio autem solùm fuit in eo instanti, neque amplius durauit; ergo corpus Christi non est in hoc Sacramento per conuersionem, siquidem manet in hoc Sacramento præterita iam conuersione: atque oppositum, inquit Durandus, non parum derogat Diuinæ omnipotentiæ. Quod verò attinet ad modū, quo Christus esse posset in loco panis, nisi panis in ipsum cōuerteretur, eodem modo philosophatur, sicut de Angelo, quem dicit constitui in loco, non quidem ita, vt substantia illius sit in loco; sed ita vt haberet aliquem ordinem, seu habitudinem ad locum, sicut habet motor ad mobile, vt ex mēte ipsius explicuimus 1. par. disput. 188. cap. 5. Cum Durando consentit Ricardus in 4. dist. 11. art. 1. quæst. 1. quatenus ei non placet ratio illa S. Thomæ, qua probat, corpus Christi esse sub speciebus: inquit enim, rectè fieri posse, vt corpus Christi sit sub speciebus panis absque eo, quòd panis in ipsum cōuertatur, aut ipsū secundùm locum, & de loco mutetur. Cum his tribus Autoribus, quatenus asserunt corpus Christi posse sub accidentibus, seu cum pane collocari, etiam si maneat in cœlo, alio modo, quam per conuersionem, si sermo sit de potētia absoluta Dei. Concordant Caietanus in articulo 1. 2. & 3. huius quæstionis, & Dominicus Sotus in 4. dist. 9. quæst. 2. art. 2. qui in eum sensum S. Thomam interpretantur, vt solum de potentia ordinata fuerit loquutus. Quodverò attinet ad modum, quo nunc conparantur inter se transsubstantiatio, & præsentia corporis Christi in Eucharistia, Caietanus, & Sotus inter se non cōueniunt: nam quamuis dicant, conuersionem comparari cum modo existēdi sub speciebus, quem habet corpus Christi, sicut fieri cum facto esse, & termino producto, tamen Caietanus inquit, transsubstantiationem primarie terminari ad corpus Christi, & substantiam illius, secundarie autem ad modum existēdi, quem habet corpus Christi sub accidētibus: ita vt ibi duæ sint (vt ipse loquitur) nouitates: altera, entitatem panis habere esse formale ipsius Christi: altera, esse Christum sub speciebus: & hoc ordine inuicem comparentur, vt entitatem panis habere esse formale corporis Christi, sit prior natura, & terminus formalis conuersionis; esse autem Christum sub speciebus

Tertia. 7

Ricardus. Caietanus. Sotus.

8

Rationes Durandi contra sanctū Thom. Prima.

Secunda.

ciebus, ſit naturâ poſterior, & cauſalitate. Ac proinde dicendum ſit, ex eo, quod corpus Chriſti ſit terminus formalis transſubſtantiationis, eſſe ſub ſpeciebus, nõ è contrario. At vero Dominicus Sotus, id, quod dixerat de fieri, & facto eſſe, non amplius explicat. Cum Soto autem concordat Paludanus, quod attinet ad fieri, & factum eſſe, putat enim, transſubſtantiationem formaliter terminari ad præſentiam corporis Chriſti ſub ſpecie bus, vt præcedente diſputatione cap. 2. memorauimus. In eo tamen ab eo diſcrepat, conuenit verò cum Ferrarienſi 4. contra gen tes, cap. 63. quòd exiſtimat, Sanctum Thomam loqui de potentia abſoluta Dei, cum inquit, corpus Chriſti non poſſe fieri præſens ſub accidentibus panis, niſi aut per conuerſionem panis in ipſum, aut per motum ſecundum locum, cuius ſententiam in hac parte, cẽ ſent, eſſe veram.

Paludanus.

9

Quid de hac re Recentiores ſcholaſtici ſentiant.

CAPVT II.

10 RECENTIORES Nonnulli Theologi cum Scoto, Durando, Ricardo, Soto, & Caietano planè conueniunt in eo, vt corpus Chriſti per potentiam Dei abſolutam poſsit fieri præſens ſpeciebus panis, aut ſubſtãtiæ illius, abſque conuerſione panis in ipſum: ita vt manens in cœlo cum modo extenſionis, quem nunc habet in ſpeciebus, aut pane, incipiat eſſe modo indiuiſibili, de quo nũc loquimur Iuxta hanc vero ſententiã interpretantur Sanctum Thomam de potentiã ordinatã Dei. Iam verò, quod attinet ad actionem, per quam conſtituitur corpus Chriſti in hoc Sacramento, aut per quam conſtitui poſſet, nouam ipſi fabricati ſunt opinionem, quam in hoc capite referemus.

Noua Recentiorum ſententia explicatur

Dupliciter igitur, dicunt, poſſe corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, abſque conuerſione panis in ipſum indiuiſibili illo modo, totum in toto, & totum in quauis parte collocari. Primum per actionem ſolùm adductiuam; eo quòd modus ille indiuiſibilis per ſe produci poſsit, ac proinde abſque productione ipſius ſubſtantiæ fieri queat: neque enim ad productionẽ illius requiritur, vt corpus priorem locum, in quo erat deſerat per motum: ſiquidem certum eſt, vt diſput. 189. videbimus, per Dei potentiam poſſe corpus aliquod in diuerſis locis ſimul indiuiſibili modo collocari, non relicto priori, quem modo quantitatiuo occupabat, vt quotidie fit in Sacramento. Quod ſi neceſſarium eſſet relinquere priorem locum, vt corpus ſine conuerſione panis in ipſum per ſolam adductionem in Sacramento collocaretur, eodem modo id neceſſarium eſſet, vt per conuerſionem panis in ipſum præſens ibi fieret. Deinde docent, poſſe corpus Chriſti non relicto priori loco, nec facta conuerſione panis in ipſum, indiuiſibili illo modo in ipſo pane conſtitui per productionem ſui ſubſtantialem primarie terminatam ad eſſe ſubſtantiale, quod neceſſario conſequitur talis præſentia. Id autem probant hac ratione: quia ſi corpus Chriſti alibi non eſſet, poſſet produci, & â Deo creari cum noua præſentia in loco, ac proinde poſſet creari intra ſubſtantiam panis cum hac præſentia, quàm nunc habet in Sacramento, etiam ſi panis in ipſum non conuerteretur. Hoc enim nulla ratione impoſsibile apparet: ergo, licet iam ſit productum in cœlo priori productione, poſſet etiam iterum alia productione ita produci, vt exvi talis productionis, ad ſubſtantiam ipſius corporis terminatæ, corpus ipſum intra ſubſtantiam panis modo illo indiuiſibili inciperet eſſe: putant enim, productionem ſubſtantialem alicuius rei, etiam modo indiuiſibili, exſe ita præſentem eſſe alicubi, neque omnino abſtractam à loco, vt ex vi talis præſentiæ, quam habet, eamdem tribuat ſubſtantiæ productæ, & efficiat, vt in eodem loco producatur, vbi ipſa eſt. Vtrum autem productio ſubſtantiæ, & præſentiæ ſint duæ productiones conſequenter ſe habentes, an verò ſit vna, & eadem primarie termitata ab ſubſtantiam, ſecundarie vero ad præſentiam, non explicant. Porro, has duas productiones ſubſtãtiales ita eidem rei aſsignari poſſe affirmant, vt vna ſit in vno loco, vbi rem illam producit, & alia in alio, vbi eamdem etiam producit. Quia, quamuis neceſſe ſit, inquiũt, rem eſſe in eodẽ loco, vbi eſt productio illius, per quam conſeruatur: eo quòd actio ſit in termino (ſicut ipſi loquuntur) identicè, & in ipſa ẽtitate termini ratio eſſẽtialis, & prorſus inſeparabilis ſit actio, quæ conſtituit rẽ productam in ſubſtantiali eſſe ipſius; tamen non neceſſe eſt, omnem conſeruationem, & productionem rei eſſe, vbi eſt res ipſa producta, & conſeruata, quia actio eſt veluti modus rei productę ex natura rei ab ipſa diſtinctus; ac proinde recte poteſt eſſe in vno loco tantũ, licet res producta ſit in eo, & alio ſimul.

Quem

Quemadmodum cum res producitur, ſeu cõ
ſeruatur, oportet, rem, & actionem eſſe in eo
13 dem tempore, & tandiu rem durare, quan-
diu actio durat; tamen fieri poteſt è cõtrario,
vt duret res poſtquam productio, & conſerua
tio illius ceſſauit: nempe, quia prius ab vno
agente conſeruabatur, & deinde ceſſante ea
conſeruatione ab alio per aliam conſeruatur,
vt patet in lumine.

S. Thomas Ex hac verò doctrina facilè colligitur id,
quod ipſi paucis inſinuant, videlicet, rectè di
xiſſe S. Thomam, corpus Chriſti nunc fieri
præſens ſub ſpeciebus panis per ipſam con-
uerſionem, tamquam per actionem termi
natam ad præſentiam, ſaltem ſecundariè. Cũ
enim ex ipſorum ſententia cap. 5. præceden
tis diſputationis memorata, conuerſio panis,
& vini ſit ipſa productio; ſeu conſeruatio
corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis: tum
etiam corpus Chriſti per ipſam ſui productio
nem, & conſeruationem poſsit modo illo in-
diuiſibili in alio loco conſtituti, non relicto
eo, quem habet in cœlo: planè conſequitur,
nunc per ipſam conuerſionem panis in ipſum
ſub ſpeciebus illius collocari.

Prima pars veræ ſententiæ confirmatur.

CAPVT III.

14 NOSTRA Vero ſententia, ex
doctrina præcedentis diſputa-
tionis facilè deducta, in tribus
conſiſtit. Primùm eſt poſſe qui
dem Deum conſtituere corpus Chriſti modo
indiuiſibili in Euchariſtia, manente ſimul
ſubſtantia panis, aut illa deſtructa, & non cõ-
uerſa in ipſum corpus. Alterum eſt, non poſ-
ſe corpus Chriſti fieri præſens Encheriſtiæ
ex vi vllius productionis ſubſtantialis, aut cõ
ſeruationis. Tertium eſt nunc fieri præſens
non per conuerſionem ipſam, tamquam per
actionem primarie, aut ſecundarie terminatã
ad præſentiam, ſed per mutationem quam dã
accidentariam, quæ neceſſario requiritur ad
tranſubſtantiationem, licèt ipſa non ſit trãſ
ſubſtantiatio: & per hanc ſolam poſſe fieri
præſens. Iam verò ſingula, quæ diximus pro-
bemus. Primum quidem, in quo nobiſcum cõ
ueniunt Scotus, Durandus, Ricardus, Caieta
nus, Dominicus Sotus locis citatis, & Ledeſ-
ma 1. par. 4. quæſt. 16. artic. 2. omiſsis eorum
rationibus ſupra allatis, ſic oſtenditur: ſi for-
ma conſecrationis corporis Chriſti eſſet hęc:
Sit hic corpus meum, non minùs operarentur

Prima pars veræ ſentiæ probatur. Ledeſma.

hæc verba ratione veritatis, quàm nunc ope-
rantur ea, quæ pro forma habemus; ſiquidẽ 15
ea, quæ nunc habemus, non alia ratione ope-
rantur, niſi quia inſtituta ſunt à Chriſto ſum
ma Veritate: ac proinde nomine ipſius falsò
efferri nequeunt; vt autem vere efferantur, ne
ceſſe eſt, ibi eſſe corpus Chriſti, & non eſſe pa
nem: atqui eodem modo neceſſarium eſſet,
vt per verba illius prioris formæ, quam dixi
mus eſſe vera, ibi eſſe corpus Chriſti manente
pane: ergo ita etiam fieret abſque conuerſio-
ne panis in ipſum corpus.

At dicat aliquis, in priori caſu fore, vt ex *Præcluditur effugiũ*
parte rei faciendæ aliquid obſtaret, quomi-
nus verba illa effectum haberent; ac proinde
talem formam à Chriſto inſtitui non potuiſ-
ſe: eo quod impoſsibile ſit, alio modo Chri-
ſtum incipere eſſe in loco panis indiuiſibili
modo, niſi aut per motum ad locum, deſe-
rendo priorem, aut per conuerſionem panis in
ipſum, ſicut dixit S. Thomas. Verum hæc
obiectio friuola eſt: nullo enim modo cenſe
ri poteſt impoſsibile, corpus Chriſti ſimul cũ
panis ſubſtantia eſſe, & in cœlo manere, ſi-
quidem modus ille exiſtendi indiuiſibiliter
in pane, aut in ſpeciebus illius, quem habet
corpus Chriſti, non pugnat vllo modo cum 16
ſubſtantia panis; ac proinde ſine conuerſione
panis produci poſſet. Quinimò, vt inferius
oſtendam, nunc etiam, licet fiat conuerſio pa
nis in ipſum corpus, peculiari actione, quæ
non eſt conuerſio, producitur: ergo nihil ob-
ſtare poſſet, quo minus communicetur cor-
pori Chriſti manente etiam ſubſtantia panis,
& in ipſum minimè cõuerſa: ita vt, ſicut nũc
eſt totum in tota quantitate panis, & totum
in qualibet parte illius, eſſet etiã in ipſa ſub-
ſtantia panis: Certe, ſi aliquid obeſſet, quo
minus Chriſtus fieri poſſet præſens eo modo
ſubſtantiæ panis, nihil aliud eſſet, niſi quod
ſimul in cœlo manere non poſſet. Quis enim
neget, poſſe primaria actione, ante quã exi-
ſteret, hoc modo produci, & ſimul in ipſa
ſubſtantia panis conſtitui, ſicut nunc eſt ſub
accidentibus? Illud autem nihil obſtare, ni-
mirum, quòd ſimul in cœlo manere non poſ-
ſet, manifeſtum eſt. Nam ſicut nunc manens
in cœlo modo naturali poteſt eſſe ſimul mo
do indiuiſibili in quantitate panis: cur etiam
non poſſet ſimul manens in cœlo, illo modo
in ſubſtantia panis conſtitui? Conſtat igitur,
poſſe corpus Chriſti in cœlo manens, in ſub-
ſtantia panis collocari; ac proinde non ſolùm 17
deſerendo locum, aut facta conuerſione pa-
nis in ipſum in quantitate panis eſſe poſſe.
Præterea poſſe etiam ſub ſpeciebus panis eo-
dem modo conſtitui, non manente ſubſtan-
tia

tia panis, neque in ipſum conuerſa, patet: quia, ſi talis eſſet forma conſecrationis: *Sit hic corpus Chriſti, & non ſit panis*; deſineret panis, & non conuerteretur in corpus Chriſti: vt diſputatione præcedente cap. 6. monſtrauimus: & corpus Chriſti inciperet eſſe virtute verborum, ſicut nunc eſt: quia nihil omnino obeſſe poſſet, vt in præcedente caſu diximus: præſertim cum iam non maneret ſubſtantia panis. Recte igitur diximus in 1. par. noſtræ ſententiæ, poſſe corpus Chriſti in hoc Sacramento eodem modo conſtitui, aut manente ſubſtantia panis, aut in ipſum nullo modo conuerſa. Quod verò attinet ad mentem Sancti Thomæ, qui in articulo ſecundo negauit, ſubſtantiam corporis Chriſti alio modo poſſe fieri præſentem accidentibus panis, niſi aut deſerendo priorem locum, aut facta conuerſione panis in ipſum, exiſtimo ſane difficilem eſſe. Nam ſi ipſum vellimus interpretari, vt Caietanus, & Sotus interpretantur de potentia Dei ordinata, non autem de abſoluta, cum potentia Dei ordinata ex doctrina eiuſdem, quam explicuimus 1. par. diſput. 106. cap. 2. idem ſit, quod potentia determinata per voluntatem ipſius, inutilem planè diſcurſum S. Thomæ tribuemus: perinde enim eſt, ac ſi diceremus; Corpus Chriſti non poteſt fieri præſens in Euchariſtia, niſi vno ex duobus modis, quibus Deus voluit, corpus aliquod alteri fieri præſens; nempe, aut deſerendo priorem locum, aut per conuerſionem alterius in ipſum. Sic autem ſupponit myſteriũ præſentię corporis Chriſti conuerſione panis in ipſum, quod ipſe probare contendit: ac proinde diſcurſus eius inutilis omnino redditur. Prætermiſſa autem interpretatione, quam alij adhibent verbis Doctoris Sancti, ego ipſum eo modo intelligerem, vt congruente ſolùm ratione ex naturalibus probare velit id, quod in hoc myſterio contingit; ità vt Deus voluerit in ſuo opere ſupra naturam aliquo modo ipſam imitari. Cum enim in naturalibus vno tantũ ex duobus modis res aliqua poſsit eſſe, vbi antea nõ erat, aut ſolum deſerẽdo locum, & nulla alia in ſe, aut in alia re facta mutatione: aut conuerſa alia re in ipſam, veluti cum ignis per conuerſionem lignorum in ipſum extenditur, & occupat locum lignorum, quem antea non occupabat, & priorem ſuum locum non deſerit: ita etiam Deus voluerit facere in hoc myſterio, nempe, facere corpus Chriſti præſens in Euchariſtia, non deſerendo locum, qui eſt prior modus naturalis, ſed per conuerſionem panis in ipſum. Nam licet cõuerſio hæc ſit ſupra naturæ ordinem; tamen aſsimilatur hic modus alteri modo naturali, quo res incipit eſſe, vbi non erat, nempe, per conuerſionem, quæ in natura etiam reperitur. Si autem ſola adductione ad patrem non relicto priori loco Deus adduceret corpus Chriſti, ſicut potuit efficere, nouo alio modo vteretur, qui nullĩ naturali aſsimilaretur. Proceditigitur ratio Sancti Thomæ ex illo principio, non ſecundum potentiam abſolutam Dei, neque ſecundum ordinatam; ſed ſecundum potentiam naturæ creatæ, quam, vt diximus, Deus in hoc myſterio imitari voluit. Quod verò obijciebat Durandus in primara tione, friuolum eſt. Id enim, quod ſupponit Sanctus Doctor de modis, quibus res aliqua incipere poteſt eſſe, vbi antea non erat, intelligitur ſecundum potentiam naturæ, de rebus ſolum exiſtentibus in hac mundi vniuerſitate, nulla alia noiter creata. Neque enim dubitaret S. Thomas, rem aliquãantea non exiſtentem per ſui creationem incipere poſſe, vbi antea nõ erat. Adde, quòd, licèt crearetur noua ſphęra ſupra primam, non diceretur ea, quę nunc eſt prima, eſſe, vbi antea non erat; ſed ſolùm diceretur contineri aliquo, quo ante non cõtinebatur. Nam, quòd attinet ad diſtantiam, & motum, & propinquitatem, quę conſequitur neceſſario ipſum vbi, eodem modo nunc eſt ſphæra prima, quo eſſet, ſi alia ſuperior crearetur, quę ipſam contineret, vt cõſtat ex ijs, quæ diximus 1. par. diſput. 29. Concedimus igitur, neque S. Thomas id vllo modo negaret, non minus potuiſſe Deum potentia ſua abſoluta efficere, vt corpus Chriſti inciperet eſſe ſimul cum ſubſtantia, & accidentibus panis modo indiuiſibili quo nunc eſt ſub ſpeciebus illius, non relicto priori loco, quã potuit efficere, vt nunc ſit ſub accidentibus panis, conuerſa ſubſtantia in ipſum. Hoc autem ita concedimus, vt corpus Chriſti poſſet eſſe cum pane ſecundùm veram ſubſtantiam ſuam; ſicut Angelus cum eſt in corpore verè eſt ſecundùm ſubſtantiam ſuam, & non tantùm ordine quodã, & habitudine, ſicut Durandus cõminiſcitur, cuius ſententiã, quod attinet ad Angelos, ex profeſſo impugnauimus 1. p. diſp. 188. c. 5. Neque vero ipſe exiſtimat, corpus Chriſti nũc eſſe ſub accidẽtibus, ſolũ ſecundũ habitudinẽ, & ordinẽ, ſed ſecundum ſubſtantiã; cum dicat, vt ſupra vidimus, materiam panis in hac conuerſione manere, & informari anima Chriſti, ſicut materia cibi anima eius, qui alitur, animatur.

Quod ſupereſt diluamus argumẽtum Capreoli loco citato, quo contendit, non poſſe corpus Chriſti eſſe præſens ſimul cum ſubſtantia

18 Explicatur mens S. Thom.

19

20 Satis ſit rationib. Durandi.

21

Argumẽtũ Capreoli diſſoluitur.

ſtantia panis eo modo, quo nunc eſt, niſi per conuerſionem. Dicit autem, eo modo, quo
22 nunc eſt, nempe, indiuiſibili, vt ſit totum in toto, & totum in quauis parte: hoc enim denotat, cum inquit, non poſſe adquiri præſentiam corporis Chriſti eiuſdem rationis, non relicto priori loco, niſi facta conuerſione alterius ſubſtantiæ in ipſum. Id autē probat hac ratione: nam ſi corpus Chriſti manente ſubſtantia panis poſſet habere præſentiam eiuſdem rationis cum ea, quam nunc habet, aut eam haberet ratione propriæ quantitatis, aut ratione propriæ ſubſtantiæ, aut ratione vtriuſque: nihil autem horum poſſet eſſe ratio, vt eam haberet: ergo nullo modo eam habere poſſet. Probat autem inductione, nihil horum fore ſufficiens, vt eam haberet. Nam ſi ratione propriæ quantitatis eam haberet, vel ratione ſubſtantiæ, & quantitatis ſimul, iam Chriſti corpus non eſſet eo modo, quo nunc eſt, nempe, indiuiſibiliter, ſed circūſcriptiue, iuxta extenſionem quantitatis totum in toto, & pars in parte. Tum etiam oporteret, tunc relinquere priorem locū (putat enim hic Autor, idem corpus non poſſe vllo modo in duobus locis circumſcriptiue collocari) ratione autem nudæ ſubſtantiæ abſque vllo alio non poſſet talem præſentiā habere: quia nuda eſſentia, & ſubſtantia non poteſt eſſe fundamentum vllius præſentiæ cum alia ſubſtantia materiali, & corporea: neque eo modo, quo anima eſt præſens ſuo corpori, quod animat: neque ſicut ſubiectum eſt præſens accidentibus: neque ſicut Angelus eſt præſens corpori: neque ſicut Deus, conſeruando res omnes, eſt illis præſens; nam ſi aliquo ex ijs modis poſſet eſſe præſens, maximè ſicut Angelus: hoc autem fieri nequit: quia Angelus
23 eſt per contactum aliquem; ſubſtantia autem corporea ſecundùm ſe ſine quantitate, aut ſine modo quantitatis, nullum contactum habere poteſt. Hinc ergo colligit debere fieri conuerſionem panis in corpus Chriſti, vt illud habeat præſentiam indiuiſibilem ad ſpecies in ipſa conuerſione fundatam, quæ in ſola ſubſtantia fundamentum habere non poteſt. Reſpondeo ſubſtantiam ſecundùm ſe ablato modo extenſionis ad locum, quem habet ratione quantitatis, capacem eſſe, ſicut etiam Angelum præſentiæ indiuiſibilis, ſeu potius coniunctionis, & vnionis cum alio corpore, vel cum quantitate illius, non quidem vnionis, quæ per ſe ſit præſentiæ in loco, ſed vnionis, quę ſit ſolùm præſentię cum quantitate, & corpore, vt diſp. 190. c. 3. dicemus. Diſcrimen autem eſt, quod Angelus poteſt in ſe producere modum illum coniunctionis cū corpore, & vnire ſe corpori, at verò corpus Chriſti propria virtute nō poteſt alicui alteri corpori, aut ſubſtantiæ corporeæ indiuiſibili modo ſe vnire, poteſt tamen illū à Deo recipere, non ſolum cum vno corpore, ſed etiam pluribus, vt diſput. 189. oſtendemus. 24
Et hactenus de 1. p. noſtræ ſententiæ.

Secunda, & tertia pars noſtræ ſententiæ probata.

CAPVT IIII.

SECVNDA verò pars noſtræ ſententiæ, nimirum, non poſſe corpus Chriſti fieri preſens Euchariſtiæ ex vi vllius productionis ſubſtantialis, aut conſeruationis, contra Recentiores Theologos non minus facilè conuinci poteſt ratione ducta ex natura ipſius ſubſtantialis productionis, & conſeruationis. Atque imprimis ſuppono illud, quod præcedente diſputatione cap. 8. aperte oſtrauimus, nē pe, non poſſe rem vllam duabus productionibus quas totales vocāt, produci, ſed eadē omnino productione ſubſtantiali rem vbicumque produci, & cōſeruari, ita vt corpus Chriſti non alia cōſeruatione cōſeruetur in terris, & alia cœlo. Cum igitur eadem actio conſeruationis ſit, qua corpus Chriſti conſeruatur in cœlo, & in terra: conficitur, ex vitalis productionis non potius eſſe in cœlo, quàm in terra: ac proinde non ex vi illius, ſed alterius conſtitui in Euchariſtia. Idem dico de creatione, qua res primum creatur: cum enim illa eadem perſeueret per reliquum tempus: licet poſt primum inſtans dicatur conſeruatio, & in eo tempore innumera loca varientur, permanente eadē conſeruatione, & creatione, nequaquam dici poteſt ſubſtantia conſeruata, per eamdem actionem accipere eſſe ſubſtantiale, & præſentiam: eadem enim actione idem omnino ſemper producitur. 25

Non poteſt eadem res duplici totali actione produci.

Verum age, concedamus aduerſarijs, eamdem rem duplici actione totali cōſeruari poſſe: ſaltem negare iure non poſſunt, vtramque conſeruationem, vbicumque fuerit ſubſtantia, eſſe debere. Nam, vt oſtendemus diſput. 192. cap. 3. ea, quę ſunt in corpore Chriſti eique conueniunt ſine ordine ad locum, & abſolute, ſimul cum eo vbique ſunt, tam in Sacramento altaris, quàm in cœlo: quamuis ea, quæ ſolùm ei tribuuntur comparatione loci, non comitentur ipſum vbique: vtraque igitur cōſeruatio corporis Chriſti erit cum ipſo in cœlo, & vtraque in Sacramento: præſertim

cum

cum creatio, & conſeruatio rei à re creatã non ex natura rei, ſed ſola ratione diſtinguatur. Si autem vtraque conſeruatio eſt cum Chriſto in Euchariſtia, & in cœlo, fieri nequit, vt potiùs ex vi huius, quam alterius corpus Chriſti in Euchariſtia conſtituatur.

Occurritur aduerſarijs.

Quod vero aduerſarij reſpondent; ex eo, quòd productio, aut conſeruatio ſubſtantiæ ſuapte natura dicatur abſtracta à loco, non ſequi, ipſam debere eſſe, vbi res eſt, ſed è contrario, rem eſſe vbi productio eſt, nihil habet momenti. Nam hoc ipſo, quod aliquid conuenit corpori Chriſti ſecundùm ſe, vt eſſe album, aut eſſe glorioſum, & non comparatione loci, vt ambulare, & flagellari, ex omnium ſententia loco citato oſtendemus, & vbique cõuenire. Quare, ſi fuiſſet corpus Chriſti in Euchariſtia, quando flagellabatur in columna, licet in Euchariſtia non diceretur flagellari quia hæc paſsio denotat reſpectum ad locum; tamen vulnus inflictum in Euchariſtia etiam haberet. Hæc autem doctrina locum habet etiam in ijs, quæ reipſa à corpore Chriſti diſtinguerentur. Quare licet cõſeruatio eius hoc modo diſtingueretur ab eo, nihilominus ipſum conſequeretur, ſi ſuapte natura a loco abſtracta eſt.

26

Porrò autem eam eſſe à loco obſtractam manifeſta ratio conuincit: nam eadem omnino eſt conſeruatio in hoc, & in illo loco: ergo ex ſe non eſt loco alligata, neque illam reſpicit; ſed ſolam ſubſtantiam ſecundũ ſe, vbi cumque illa fuerit. Ego tamen non ſatis intelligo, quo pacto aduerſarij ex vna parte dicant, actionem conſeruationis identice eſſe in re conſeruata: & ex alia parte affirment, ex natura rei ab ea diſtingui. Quod etiam afferunt de tempore, in quo manet eadem res, & tamen non eadem conſeruatio, quia nimirum à diuerſis cauſis res conſeruatur: falſum plane eſt. Nam ſi variatur cauſa conſeruans, mirum non eſt, in diuerſo tempore variari conſeruationem; at ſi maneat eadẽ cauſa, etiam ſi tempus varietur, non poterit conſeruatio variari. Similiter etiam ſi varietur cauſa conſeruans corpus Chriſti iuxta locorum variationem, rectè dici poſſet in vno loco conſeruari per vnam conſeruationẽ, & in alio per aliam. Verum cum maneat eadem cauſa conſeruans, & res conſeruata eadem, vbicumque res fuerit, eadem conſeruatione conſeruabitur: ita vt ſi duabus conſeruetur per Diuinam potentiam, ambæ ſint cũ corpore Chriſti, vbicumque illud fuerit.

Aduerſarij non ſibicõſtant.

27

Per cõſeruationem non producitur præſentia in loco.

Ceterum demus etiam aduerſarijs, per vnã conſeruationem conſeruari corpus Chriſti in Euchriſtia, & per aliam in cœlo; obid tam defendere nõ poterũt, per ipſam conſeruationem produci præſentiam in loco, aut primariè, aut etiam ſecundariè: quia ſi per conſeruationem ſubſtantiæ corporis Chriſti produceretur præſentia in Sacramento, permanente eadem actione conſeruationis, eadem præſentia produceretur, quia vna, & eadem actio vnum tãtum terminum, ſiue primariũ, ſiue ſecundarium producere poteſt. Ex quo fieret, vt variata præſentia in Euchariſtia varietur conſeruatio ſubſtantiæ corporis Chriſti: & ita cum a ſacerdote ſucceſsiue deferretur ab vno loco in alium, ſucceſsiue etiã mutaretur conſeruatio; aut certè, ſi ſemper eſſet eadem conſeruatio, fore, vt præſentia non mutaretur: ac proinde, cum hoſtia defertur à ſacerdote, præſentiam non mutari: quod tamen aduerſarij non concedunt. Dicunt enim, corpus Chriſti in Euchariſtia ſecundum ſe habere ſuam propriam præſentiã, & diſtantiam, quam mutare, & variare poteſt quotidie per motum, quo ab alio defertur. Poſſet quidem aliquis dicere, præſentiã, quam habet corpus Chriſti in Euchariſtia, ſecundùm ſe non eſſe cum diſtantia, quam vocant loci, ſed ſolùm cum ſpeciebus, quibus quodammodo vnitur, vt nos etiam diſputatione 190. cap. 3. & 4. dicemus. Et hoc modo argumentum factum vim non haberet, quam contra aduerſarios habet: quia id non concedunt. Verum contra hanc ſententiam ſaltem ſequeretur, in qualibet diuerſa hoſtia corpus Chriſti diuerſa conſeruatione ſemper conſeruari: & ita pene innumeras eſſe nũc eiuſdẽ corporis Chriſti cõſeruationes, quod plane videtur ridiculũ, & aduerſarijs noſtræ fidei non paruam occaſionem iocandi, & irridendi noſtra myſteria ſine vlla neceſsitate præbet.

28

Effugium præoccupatur.

Poſſet præterea quis dicere, ità per eamdem actionem conſeruari, & produci ſubſtãtiam corporis Chriſti cum hac præſentia, vt præſentia ipſa ſit veluti modus ipſius ſubſtãtiæ, qui ſimul eadem actione cum ſubſtantia ipſa producitur; variata autem illa præſentia, variari conſeruationem, non omnino, ſed ſecundùm modum, veluti cum conſeruatur forma accidentaria extra ſubiectum, variatur ſecundum modum conſeruatio, qua in ſubiecto conſeruabatur. Verum hæc obiectio friuola eſt: quoniam ſiue præſentia illa ſit ſecundum locum, & diſtantiam immobilem, ſiue ſecundùm coniunctionem tantùm cum corpore, ſicut diximus, Angelum in corpore interdum exiſtere; nihilominus dici nõ poteſt, eſſe modum ſubſtantiæ, qui per eamdẽ actionem modificatam produci debeat, & conſeruari;

Aliud effugium claditur.

29

uari; alioquin & omnia accidentia ſubſtãtiæ, vt albedo, & nigredo eadem actione cũ
30 ſubſtantia modificata producerentur, & conſeruarentur, & ita illis variatis conſeruatio ſubſtantiæ variari diceretur ſecundum modum, quod eſt abſurdum. Cũ igitur hæ qualitates, quia ex ſe natæ ſunt actione diuerſa ab actione ſubſtantiæ produci, nẽpe per motum, & alterationem, non producantur, nec conſeruentur eadem actione modificata, qua conſeruatur ſubſtantia, idem de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia dicẽdum eſt. Hæc enim præſentia, quouis modo accipiatur, non eſt modus ſubſtãtialis, qui per ſe produci non poſsit, qualis eſt modus formæ accidentalis inhærendi, aut per ſe exiſtendi, ſed per ſe produci poteſt. Nam, ſi præſentia illa ſit ſecundum locum, per motum localem ſibi proprium adquiri, & variari poteſt, ſi autẽ ſolum ſit præſentia, & coniunctio cum corpore, ſicut diximus Angelo conuenire, etiam per ſe adquiri poteſt non producta ſubſtantia, ſed per ſolam adductionem; quis hoc negabit? ergo non poteſt produci, tamquam modus ſubſtantiæ per eãdem actionem modificatam. Porro autem per creationẽ rei corporeæ, & conſeruationem ſubſtãtialem eius,
Per cõſeruationem rei nõ producitur eius præſentia in loco qua à Deo cõſeruatur, neque primariè, neque ſecundariè produci præſentiã, aut vbi, quod habet in vniuerſum probari poteſt ratione ſuperius facta: quia eadem omnino manet creatio, & conſeruatio, quantumuis præſentia quotidie mutetur: ergo conſeruatio non erat cauſa primariè, aut ſecundariè præſentiæ,
31 ſed per aliam actionẽm, quæ comitetur ipſã creationem, debet produci. Quod enim dicunt aduerſarij, rem creatam debere eſſe, vbi eſt eius creatio, veluti prius concedentes præſentiam creationi, quam rei creatę, neſcio qua ratione verum eſſe poſsit, ſiquidẽ creare eſt in re creata velut in ſubiecto, ſi ab ea realiter deffert, ſiue illi inhæreat, ſiue adhæreat vt ipſi loquũtur: neque per ſe vllo modo eſt, vt per ſe diſtantiam, & præſentiam habere poſsit. Si vero ab ea non differt reipſa, vt probabilior opinio fert, quam 1. p. diſput. 173. capit. 3. probauimus, ſequitur, etiam eam a re creata, potius quam rem creatam ab ipſa præſentiam mendicare. Quare creationẽm rei talis
Alia eſt ratio creationis, & generationis quoad illã præſentias. exiſtimo eſſe naturæ, vt eadem omnino ab eadem cauſa ita incipere poſsit in hac præſentia, vt poſſet in quacumque alia incipere, & ex alia ſolum actione coniuncta, per quam ab eodem agente, prout ei placet, producitur diſtantia, & præſentia rei creatæ, potius incipiat in hac præſentia, quam in alia; at in
32 generatione naturali alia eſt ratio, cũ potius in hac præſentia, quam in alia res generetur? Nam, cum agens creatum, quod generat, indigeat materia, circa quam operetur, quanõ indiget Deus ad creandum: & materia in certo loco, & diſtantia conſtituta ſupponatur generationi, agens naturale neceſſario generat rem in hac præſentia, non in alia. Non dico, generationem ipſam terminari primariè, aut ſecundariè ad præſentiam: hæc enim, & accidentia, quæ rem genitam comitantur, alijs actionibus comitantibus generationem producuntur; ſed dico, ita eſſe alligatam generationem ratione materiæ huic præſentiæ, vt hæc præſentia rem genitam neceſſario conſequatur, per aliam tamen actionẽ diſtinctam à generatione, vt diximus. Quamuis ergo generatio ex ſe non reſpiciat hanc potius præſentiam, quam aliam, ſed ſolam ſubſtantiam rei genitæ; tamen ratione præſentis materiæ, quæ ſupponitur ad hanc potius præſentiam, quam aliam, res genita determinatur. 33

Ex his, quæ hactenus diximus, tertia pars noſtræ ſententiæ facile probabitur, nempe corpus Chriſti fieri præſens Euchariſtiæ, non per conuerſionem ipſam, tam quam per actionem primariè, aut ſecundariè ad præſentiam terminatam, ſed per mutationem quamdam accidentariam, quæ neceſſario requiritur ad tranſubſtantiationem, licet ipſa non ſit tranſubſtãtiatio. Nam ſi dicas, tranſubſtantiationem eſſe productionem ſubſtantialem corporis Chriſti, ſeu conſeruationem, vt prædicti Theologi dicunt, per illam non poteſt produci præſentia primariè, aut ſecundariè, vt paulo ante probauimus: ergo neque in hoc Sacramento per tranſubſtantiationem hoc modo producetur præſentiã, quam habet corpus Chriſti. Si vero tranſubſtantiatio ſit ordo ſubſtantiarum, vt ex propria ſententia diſputat. præcedente cap. 11. expoſuimus: quis non videat, per eam non produci præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti, ſi quidem eo modo tranſubſtantiatio non eſt productio alicuius, ſed tantum ordo, vt diximus, ſubſtantiarum? Porro autem tranſubſtantiationem non eſſe productionem ipſius præſentiæ, eadem diſp. cap. 2. ſatis, ſuperque a nobis probatum eſt: ſi autem eſſet productio alicuius modi ſubſtãtialis in ipſo corpore Chriſti, eodem modo per eam non poſſet produci præſentia, ſicut neque per conſeruationem ipſius corporis, vt patet. Reſtat igitur, vt præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia producatur per actionem quamdam peculiarem, quæ eſt mutatio in corpore Chriſti, vt incipiat eſſe ibi, non quidem deferendo locum priorẽ, ſed adquirẽdo nouum 34

Tertia pars propriæ ſententiæ.

modum

modum exiſtendi in Euchariſtia quem antea non habebat: ideoque non dicitur motus localis; hic enim eſt de loco ad locum; ſed mutatio ad nouũ illum modũ exiſtendi, quæ habet pro termino à quo negationem illius. Et pro termino ad quem ipſum nouum modum, vel præſentiam. Cæterum, cum hæc mutatio ſit neceſſarium fundamentum conuerſionis, ita vt ſine illa, aut præſentia in Euchariſtia non poſſet eſſe conuerſio, vt præcedente diſput. cap. 11. diximus, recte dici poteſt corpus Chriſti eſſe præſens per aliquid neceſſario comitans, & requiſitum ad conuerſionem. Et iuxta dicta explicandus eſt S. Thomas in articulo ſecũdo, & alij Scolaſtici cum eo allegati, qui dicunt, corpus & ſanguinem Chriſti eſſe preſentem in Euchariſtia per conuerſionem.

S. Thomas.

An panis, & vinum per conſecrationem anihiletur. Diſputatio 183.

Panem, & vinum per conſecrationem anihilari nonnulli Scholaſtici autumant. Cap. 1.

Panis, & vinum in hoc Sacramento non anihilari communis, & vera ſententia eſt; varie tamen ab Autoribus probatur. Cap. 2.

Poſterior ſententia optima ratione, & ſolutione argumentorum prioris confirmatur. Cap. 3.

Panem, & vinum per conſecrationem anihilari, nonnulli Scholaſtici autumant.

CAPVT I.

1 CONFESSA, Et mãnifeſtã res eſt apud catholicos, nihil ſubſtantiæ panis, & vini poſt conſecrationem in hoc Sacramento manere, vt diſput. 180. teſtimonijs Conciliorũ, & Patrum, atque ratione ducta ex ipſa Scriptura manifeſte oſtrauimus. Nihilominus inter eos controuerſum eſt, an panis, & vinũ ita deſinant, & nihil eorum maneat, vt illorũ deſitio anihilatio dicenda ſit: controuerſia ſanè vocum, & non rerum, ob id tamẽ non parum momenti cenſenda. Vt enim ſæpius monui, in myſterijs noſtræ fideĩ non ſolũm oportet rẽ ipſam, & veritatẽ attingere, ſed etiam ita circa illam ſyncere, & caſte loqui, vt verba noſtra nihil contrarium indicare videãtur, nec vllam, vel tenuiſsimam quidem ſuſpicionem malæ doctrinæ inijcere poſsint. In hac igitur controuerſia nõnulli Scholaſtici, veram tranſubſtantiationem concedentes, docent; panem, & vinum quę dicuntur conuerti, ita deſinere, vt verè anihilentur: In hac ſententia eſt Scotus quodlib. 10. art. 3. & in 4. d. 11. q. 4. §. *Ad quæſtionem dico.* Nam quamuis initio vt probabilem defendat oppoſitã; tamẽ poſt medium illius. §. Verſicul. *Si poteſt ergo teneri,* hanc expreſſe pobat. Pro eadem opinione, quę tamquã primo Autoti merito tribuitur Scoto, allegari ſolent OKam in. 4. q. 6. ad dũbium. 7. Gabriel in. 4. d. 11. q. 1. art. 3. dub. 6. & in lection. 14. in canonem Miſſę. Maior ea dem diſt. q. 1. §. *Contra tertiam concluſionem.* Et Angelus verbo Euchariſtia 1. num. 31. Verum non omnes eam abſolutè amplectuntur OKam primum aſſerit, ſi anihilatio ita accipiatur, vt id, quod anihilari dicitur, reducatur in nihil, & non conuertatur in aliquid, panem non anihilari; at ſi anihilari illud dicatur, quod reducitur in purum nihil, ſicut fuit ante mundi creationem, dicendum certe eſſe, panem anihilari. Et poſt multa argumenta, quæ pro hac parte proponit, deinde ſubdit hæc verba. *Ideo dico, quod vere ſubſtantia panis anihilatur, & tunc eſt ibi conuerſio panis in corpus Chriſti, ſicut ex nocte dies fit.* Quibus concedere videtur abſolute anihilationem cum conuerſione, & ita diſſoluit omnia argumenta, quæ ex natura cõuerſionis oppoſitum videbãtur probare: cum tamen antea prædictam opinionem non abſolute, ſed cũ ea diſtinctione propoſuiſſet.

Aliquorũ iudicium, quod deſitionem panis, & vini anihilationem adſtruit.

2

Scotus. OKamus. Gabriel. Maior. Angelus.

Diuerſimo de placitũ defenditur Quid ſentiat OKamus.

Gabriel quoque duos modos anihilationis proponit, vnũ quando aliquid deſinit ſecundùm ſe, & quodlibet ſui; alterũ verò, quando ita ſecundũ ſe deſinit, vt non deſinat in aliud, in quod conuertatur: priori modo, inquit, panem anihilari; non tamen poſteriori. Quo autem modo proprie dicatur anihilatio, non definit, ſed more ſuæ Scholæ vocabulis ludẽs, varie de hac re pronunciat, vt ſolet.

3 Mens Gabrielis.

Maior verò tribus etiam modis vſurpat anihilationẽ, primum pro deſitione, qua ita res deſinit, vt nihil ei ſuccedat, quã putat eſſe cõmunem ſignificationẽ; & hoc modo aſſerit, panem, & vinũ in hoc Sacramento nõ anihilari. Deinde pro quauis deſitione rei, cuius Deus eſt cauſa: nam, vt ipſe ait, hoc ipſo, quòd res deſtruitur ab agente, quod nullum ſubiectũ poſtulat, vt agat, dicitur anihilari, & hoc pa-

Iudicium Maioris.

cto censet, non solùm panem, & vinum in Eucharistia anihilari, sed etiam quamlibet rē, licet ab agente creato corrūpatur, ita vt quatenus à Deo destruitur, anihilari dicatur. Tertio denique ait, anihilationem dici posse desitionem, qua res omnino & secundùm totum sui esse desinit, siue aliud succedat, siue non: & hoc pacto panem, & vinum etiam anihilari. Neque de hac re, inquit, nimium contendendum est, sed vnicuique liberum relinqui debet, hoc, aut illo modo loqui. Denique Angelus censet, licet desitio panis secundùm se considerata sit anihilatio, tamen conuersionem eius non esse anihilationem: quia eius terminus non est nihil. Hæc sunt, quæ docent prædicti Autores. Ex quibus patet, non omnes opinionē Scoti absolute fuisse sequutos.

4

placitum Angeli.

Vnicū fundamentum pro prædicta sententia.

Vnico verò fundamento inhunc modū confirmari potest. Panis, & vinum ita desinit, vt nihil ipsorum maneat; ergo eorum desitio ad nihilum terminatur: ac proinde anihilatio dicenda est. Quod si dicas cum Ledesma in 1. p. 4. q. 16. art. 4. nō desinere quidquid est panis, & vini, sed manere accidētia eorū, & ita in termino ad quem non esse nihil, sed aliquid manifesta ratione id refelli potest: quia accidentia non sunt aliquid substantiæ nempe, ad eā essentialiter pertinens, licet in ea sint, & hac sola ratione eius esse dicantur: ergo etiam si illa maneant, nihil substantiæ manet, quod ei essentiale sit: ac proinde totum esse substantiale ipsius desinit, & nihil eius manere dicendū est. Adde, quod si substantia sub accidentibus, quæ nunc manēt, tota produceretur, diceretur creari: quia saltem secundùm omnia, quę ad ipsam substantialiter pertinēt, produceretur: ergo ea, quæ ad ipsam substantiæ constitutionem non pertinent, in eius creatione, & anihilatione considerāda non sunt. Verum, si obijcias cum eodem Ledesma, desitionem accidentium manente subiecto non esse anihilationem, licet subiectum ad intrinsecam rationem eorum non pertineat, ac proinde eandem rationem esse debere desitionis substantiæ, manentibus accidentibus: facile ostendemus, exemplum hoc nullius momenti esse. Nam, cum accidentia desinunt manēte substantia, ideo nō dicuntur anihilari, quia eorum esse, non est non esse simpliciter, ac proinde non est nihil; sed est nō esse albia, vt nigri, & non esse lucidi, quod etiam est aliud esse. Cum enim desinant in esse manēte subiecto eorum, non esse non est non esse simpliciter, sed idem est, quod subiectum albū, aut nīgrum, aut lucidum non esse, quod, vt dixi, est aliud esse. Sicut etiam è contrario, cū in subiecto producuntur, non dicuntur creari, vt ostendimus 1. par. disput. 174. cap. 4. quia eorum esse non est esse simpliciter, sed in alio esse: tunc enim, quod iam erat aliquid, nempe, subiectum, fit album, aut nigrum, quod est non fieri simpliciter aliquid, sed tale. Eodem modo cum corrumpitur equus, & solùm maneat materia prima illius, non solùm ideo non dicitur anihilari, quia manet aliquid pertinens ad eius essentiam, & substantiam, sed etiam quiaid, quod corruptum est, non fuit esse simpliciter, sed esse in aliquo, nempe, esse equi, quod forma tribuebat in subiecto, nempe, in materia: & ita non esse illius non est non esse simpliciter, sed non esse tale: sicut etiam productio illius in materia non est creatio, non solùm, quia ea productione non producitur totum, quod ad eius substantiam pertinet, cum supponatur materia iam producta, sed quia productio illius non est productio entis simpliciter, sed entis in alio, nempe equi, cuius esse tribuit forma in subiecto, vt loco citato etiam explicatum est.

Confirmatio.

Obiectio diluitur.

6

Hanc sententiam hæretici nostri temporis libenter amplectuntur: dicuntque, impossibile esse, aliquid desinere secundùm totum suum esse, quin anihiletur, vt ita aduersus catholicos probent, impossibilem esse conuersionem panis, & vini in corpus, & sanguinē Christi: quia dici non potest id, quod anihilatur in aliud conuerti: nisi vocabulis abuti velimus. Ita arguit Petrus Martyr in lib. contra Gardinerum obiectione 14. & oppositū asserere, nempe, cum desitione panis, & vini secūdum totam suam substantiam conuersionem fieri, ἀσυσκεύως, & monstrosum existimat. Caluinus etiam lib. 4. institutionū c. 17. §. 14. ait, catholicos nō posse defendere veram conuersionem, sed anihilationem panis, hoc ipso, quod asserunt, substantiam panis, & vini secundùm se totā desinere esse. Quo circa prædicta opinio de anihilatione panis, & vini aduersarijs nostræ fidei arma ministrasse videtur. Refert quoque Vvaldensis tomo 2. qui est de Sacramentis cap. 68. in principio, Vvicleffum, qui pro viribus contendebat, manere panem, & vinum in Eucharistia, ex sententia catholicorum tamquam absurdum inferre consueuisse, panem, & vinū anihilari: quod existimaret, impossibile esse aliquid secundùm se totum desinere, & non anihilari, vt Petrus Martyr etiam notauit. Ideo autem censet absurdum asserere, panem, & vinum anihilari: quia si quis ita diceret, videretur adstruere Deum malum Manichæorum, qui res ad nihilum redigeret.

prædicta sententia hæreticis est plausibi is.

7

Petrus Mart.

Caluinus.

Vvaldensis.

Vvicleffus.

8

Panem, & vinum in hoc Sacramento non anihilari communis, & vera ſententia eſt, varie tamen ab Autoribus probatur.

CAPVT II.

PER antiquã & peruulgatã Scholaſticorum ſententia, quam libenter amplector, eſt, dici non poſſe, panem, & vinum in hoc Sacramento anihilari. Eam nobis tradiderunt S. Thomas, Caietanus, & Recentiores Thomiſtæ in art. 3. huius quæſtionis. Et idem S. Doctor 4. contra gẽtes cap. 63. & Ferrarienſis ibidem, Alexander 4. p. q. 10. membr. 5. art. 3. §. 3. Henricus quod lib. 9. q. 9. & quodlib. 11. q. 4. & quodli. 12. q. 10. Vvaldenſis tomo 2. qui eſt de Sacramentis cap. illo 68. Bonauent. in 4. d. 11. p. 1. art. vnic. q. 3. Ricardus art. 1. q. 2. Durand. q. 3. Paludanus q. 3. art. 2. num. 25. tametſi non omnes eadem ratione ipſam confirment. Quo circa reiectis varijs rationibus, quæ ab eis afferuntur, & nobis minime probãtur, optimam, & efficacem rationem cap. ſequẽte afferemus.

S. Thomas. Caietanus. Ferrarienſis. Alexander. Henricus. Vvaldenſis. Bonauentu. Ricardus. Durandus. Paludanus.

9 Varie defenditur vera ſententia.

Durandus, vt veram rationem conuerſionis defendat, ſimulque oſtendat, panem, & vinum non anihilari, affirmare audet, materiã panis, & vini in hoc Sactamento manere. In huius tamen rationis confutatione immorandum nobis non eſt: eo quod diſput. 180. cap. 2. iam demõſtrauimus in ea errorem contineri, nempe, materiam panis, & vini in hoc Sacramento manere. Et ſane controuerſia propoſita iuxta catholicã doctrinã, quam ea diſputatione præmiſimus, examinanda nunc eſt, nẽpe, ſuppoſito, quod nihil prorſus ipſius ſubſtantiæ panis poſt conſecrãtionem maneat. Henrico verò, & Caietano, quinimo, & Decano Lonanienſi Ruardo articul. 14. alia non minus in Theologia, & Philoſophia abſurda ratio à pleriſque Recentioribus paſsim tribuitur: quòd nimirum dicant, ideò deſitionem panis, & vini non eſſe anihilationem, quia manet aliquid, quod erat ante ea panis, nẽpe, vt ipſi loquuntur, entitas aliqua, quæ erat panis, & poſtea eſt corpus Chriſti. Verũ, quod attinet ad Caietanum, & Henricũ, diſputatio 181. cap. 10. monſtrauimus, nihil tale eos ſomniaſſe, neque poſsibile eſſe, aliquid reipſa manere, quod antea eſſet panis, & vinum, ratione cuius, aut vera ratio conuerſionis defendi, aut ratio anihilationis à deſitione panis excludi poſſet; ſed eos ſolum ſenſiſſe, ideò in hoc Sacramento veram tranſubſtãtiationem eſſe, & anihilationem non interuenire, quia non eſſe panis, & vini coniunctum eſt cum eſſe termini ad quẽ: hoc enim eſt quod dicunt, id, quod conuertitur, poſt conuerſionem eſſe id, in quod conuerſum eſt: neque quidquam aliud docuit Ricardus in art. 14. §. *Adhæc omnia*, vbi in explicanda natura conuerſionis, & vt defendat, deſitionem panis nõ eſſe anihilationem, vtitur doctrina Caietani eo modo, quo ipſam explicuimus. Fallitur autem Dominicus Sotus, cum eamdem rationem tribuit Vvaldenſi, nã loco citato, aut alibi eam non habet. Alia ratione probat AEgidius in Theoremate 1. & 34. vt referunt Scotus, & Grabiel locis citatis, quia nimirũ panis ita deſinit, vt in materia corporis Chriſti in potentia maneat, & ita non deſinat in omnino nihil. Hanc verò rationem prædicti Autores refellunt, & Ferrarien. etiã 4. cont. gentes cap. 63. §. *Conſiderandum ſecundo*: quia ex ea ſequeretur, nihil poſſe à Deo anihilari, niſi omnibus rebus mundi ſimul etiam deſinentibus, quia manente quacumque alia, illa, quæ deſineret, diceretur manere in potentia materiæ alterius, quæ non deſineret. Neque obſtat, inquit Gabriel, ſi quis dicat, in tranſubtãtiatione manere panem in potentia materiæ, nõ cuiuſcumque alterius rei, ſed termini, in quem dicitur panis conuerti: nam cũ ad formam præteritam non ſit potentia naturalis, ſed ſola obedientialis in materia, perinde eſt aſſerere, manere panem in potentia materiæ corporis Chriſti, atque dicere, manere in potentia agentis ſupernaturalis, quod quidem in quocumque genere deſitionis contingit: ac proinde nulla deſitio poſſet eſſe anihilatio. Et ſane, me iudice, niſi alia ratio reddatur, ob quam deſitio panis non ſit anihilatio, eo quod maneat in potentia materiæ termini à quo: illa, quam ex AEgidio adduximus nihil prorſus momenti habet. Immerito autem ab aliquibus ea tribuitur Paludano in 4. diſt. 11. q. 3. artic. 2. num. 25. ſolùm enim dicit, ideò hanc deſitionem non eſſe anihilationem, quia panis deſinit in aliquid. Quæ quidem ratio, ſi rectè explicetur, optima eſt, vt inferius videbimus. Eamdem rationem adſcribit Capreolo Ferrarienſis loco citato: & quidẽ ille in 4. d. 11. q. vnic. art. 3. ad confirmatio nẽ primę rationis Scoti cõtra 2. cõcluſ. inter alias rationes eam affert, vt oſtendat, deſitiõnem panis non eſſe anihilationem; tametſi in ſolutione primæ rationis aliã ſolũ aſſignet, quia

Ruardus.

Ab aliquibus falſò tribuitur ratio, Enrico, Caietano, & Ruardo.

10

Siniſtrein tel igitur Vvaldenſis à Soto

Ratio AEgidij.

11

AEgidij ratio reijcitur, & immerito Paludano tribuitur.

12

quia nimirum non eſſe ſubſtantiæ deſinentis non eſt nihil, ſed non eſſe panis, quod eſt eſſe corporis Chriſti, quæ quidem ratio rectè explicata efficaciſsima eſt, vt infra videbimus.

Ratio recentiorũ. Cæterum Recentiores nonnulli hanc eamdem ſententiam alia via defendunt. Dicunt igitur, deſitionem panis nõ eſſe anihilationẽ: eoquòd panis non deſinit ex ſola negatione influxus Dei, quo conſeruabatur, ſed ex vi phyſicæ cuiuſdam productionis: veluti res naturales corrumpi dicuntur, & deſinere ratione generationis contrarię formæ. Hanc autẽ phyſicam productionem, virtute cuius conſequitur deſitio panis, dicunt eſſe ſeparationẽ accidentium ab ipſo, quam primaria intentione agentis fieri aſſeuerant: eam vero, inquiũt, ſecundarie conſequitur deſitio panis, ſicut in generatione vnius formę, & corruptione alterius naturali contingit. Vt enim referebamus diſput. 181. cap. 6. hunc ordinem putant, ex parte agentis ſeruari, vt primum ſeparentur accidentia: deinde ex vi illius ſeparationis deſinat ſubſtantia panis, & vini: poſtremo, corpus, & ſanguis Chriſti ibi producatur, & ex his omnibus conſtet cõuerſio. Porrò autem ſi hoc modo deſinant panis, & vinum, eorum deſitionem non eſſe anihilationem hac ratione probant: quia primarie deſtruitur totum illud, quod erat compoſitum ex ſubſtantia, & accidentibus, & conſequenter ſubſtãtia, quæ erat pars huius compoſiti, ſecundum ſe totam deſinit eſſe: eo quod prẽter naturam maneret ſine accidentibus: ac proinde ipſe modus operandi conſentaneus rebus expoſcit, vt omnino deſinat: cumque maneat aliquid totius compoſiti, nẽpe, accidentia, ipſa ſubſtãtia, quæ erat pars cõpoſiti nõ anihilatur, quia aliquid manet illius cõpoſiti, quod eſt veluti ſubiectum actionis.

13

Addunt prẽterea, ſubiectum huius phyſicæ productionis eſſe ipſam quantitatem, in

14 quã ex eorum ſententia per ſeparationẽ producitur modus quidam ſupernaturalis exiſtendi per ſe, quem, dicunt, pugnare cum exiſtentia ſubſtantiæ, & naturaliter poſtulare, vt panis omnino deſinat, ſicut expoſitum eſt. Denique eodem modo defendunt deſitionem panis ex vi phyſicæ actionis, quæ ſit ſeparatio accidentium, etiam ſi non dicamus, in quantitate produci modum illum exiſtendi per ſe, ſed ſolum aſſeramus, conſeruari quantitatem ſine ſubiecto actione propria nullo modo pendente à ſubiecto. Hæc enim actio terminata ad quantitatem talis erit naturæ, vt ex ſe pugnet cum exiſtentia ſubſtantiæ: ac proinde dicatur cauſa corruptionis alterius.

Verũ hęc rãtio, & ſentẽtia mihi nõ probatur, neque vt hac via veram rationem conuerſionis explicemus, vt notaui ſupra diſput. 181. cap. 6. neque vt defendamus, deſitionem panis non eſſe anihilationem. Et primum quidẽ quod attinet ad ordinem intentionis ad operandum, quem dicunt in conſecratione ſeruari, præpoſterus ſane eſt. Cum enim ſacerdos agat virtute verborum, atque eatenus ſolum verba efficere dicantur, quatenus ſignificant, ita vt effectus ſignificationi reſpondeat: intentio agentis ex intentione ſignificationis, & operandi colligenda eſt: ac proinde illud erit primarie effectum à Sacerdote, quod ab eo primarie ſignificatur; illud autem conſequenter, quod nullo modo verbis conſecrationis exprimitur; ad eorum tamen veram ſignificationem conſequenter, & neceſſario requiritur: hoc autem non debet prẽcedere, ſed ipſis verbis fieri: quia verba ita ſignificant, vt ipſa ſignificatione efficiant. Quis autem dubitet, primarium ſignificatum verborum eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti: cum hæc duo ſolùm expreſſè verbis ſignificentur; cætera verò, quę ad hanc veram ſignificationem verborum requiruntur, nempe, deſitionem panis, & ſeparationem accidentium, expreſſe non ſignificari? ergo dicẽdum eſt, deſitionem panis, & ſeparationem accidentium conſequenter, & ſecundariè fieri. Primum igitur in cõſecratione eſt corpus, & ſanguinẽ Chriſti prẽſentẽ verè enunciari: deinde panem deſinere & accidentia ſeparari; non autem è cõtrario, ſicut prędicti Doctores aſſignabant: at verò inter hæc duo, nempe inter ſeparationem accidentium, & deſitionẽ ſubſtantiæ, nobis etiã viſus eſt præpoſterus ordo, quem ijdem conſtituunt. Namad veritatem verborum conſecrationis, quibus corpus, & ſanguis Chriſti verè enunciatur, nihil aliud requiritur, niſi deſitio panis, aut ſeparatio eius ab accidentibus in alium locum, hanc autem ſeparationem ſubſtantiæ in aliũ locum pro conſecratione fieri, conſentaneum non fuit: quia nouum eſſet miraculum, vt in eadem diſputatione 181. capite nono notauimus: fieri igitur debuit, vt panis omnino deſineret: quod verò accidentia ſeparata manerent, aut cum modo per ſe peculiari, aut ſine illo, conſequens erat, & deſitione ipſa panis, & vini poſterius. Quo circa forma veluti oppoſita, & quaſi expellens ſubſtantiam panis, & vini non eſt modus per ſe, aut ſeparatio accidentium, ſed corpus, & ſanguis Chriſti, prout vere ſignificatur: ita vt dicere debeamus, ſacerdotẽ, cõſecrando corpus Chriſti, deſtruere panẽ, & re-

Recentiorum ratio vt inſufficiens reijcitur.

15

Ordo inter Chriſti corpus, & deſitionem panis: item inter deſitionẽ ſubſtantiæ & ſeparationem accidentium

16

linquere ſeparata accidentia, non è contrario. Quod ſi aliquis dicat, ideò prius eſſe accidentia ſeparari, quam corpus, & ſanguinem Chriſti in Euchariſtia conſtitui, aut ſaltem ſimul: quia, vt verè vtamur pronomine demonſtratiuo *Hoc*, debet manere aliquid ſenſibile, nihil autem aliud manere poteſt niſi accidentia: reſpondeo, requiri quidem accidentia panis, & vini, vt demonſtratio fieri poſsit, ea tamen non ſupponi ſeparata: ita enim vtimur pronomine *Hoc*, vt peracta prolatione verborum, & ſignato iam corpore, & ſanguine ſub accidentibus, hoc ipſo facere dos deſtruat panem, & accidentia maneant iam ſeparata: quia ad veritatem ſatis eſt, vt hæc omnia ſimul tempore fiant, cum ipſa prolatione, licet prius natura ex parte enunciantis ſit enunciare corpus Chriſti, quàm panem deſtruere: ſicut etiam in naturalibus induci non poteſt forma in materiam, niſi oppoſita expellatur in eodem inſtanti; prius tamen natura ex parte efficientis eſt inducere vnã, quàm contrariam expellere: quia agens, producendo vnam, expellit aliam. Conſtat igitur, perperam ab illis Doctoribus inter illa tria ordinem aſsignari. Præterea ſi forma oppoſita, & quaſi expellens ſubſtantiam panis, & vini eſſet ſeparatio accidentium, ſeu accidentia ipſa ſeparata, ſiue per modum peculiarem per ſe exiſtendi, ſiue ſine illo, & ideò non eſſet anihilatio, quia non eſſe ſubſtantiæ eſſet ipſum eſſe accidentium ſeparatorum: conſequeretur plane, panem, & vinum non conuerti in corpus, & ſanguinem Chriſti, ſed in accidentia ſeparata: nam, ſi non anihilarentur, quia deſinerẽt in aliquid, nempe, in illud, quod eſt veluti oppoſita forma, in illud etiam conuerti dicerentur: omne enim quod in aliquid deſinit, in illud conuerti dicitur: conuerterentur igitur in accidentia ſeparata, ſeu in modum ſeparationis ipſorum, non in corpus, & ſanguinem Chriſti. Hac etiam ratione vſi ſumus diſputatio. illa 181. cap. 6. vt eumdem ordinem aſsignatum à prædictis Doctoribus in tranſubſtantiatione impugnaremus, & oſtenderemus illis, non ſufficere connexionem inter accidentia ſeparata, & deſitionem panis; ſed debere eſſe inter ipſum corpus Chriſti, & deſitionem panis, & ſanguinem Chriſti, & deſitionem vini, vt verã conuerſionẽ panis & vini in corpus, & ſanguinẽ Chriſti contra hæreticos defendamus.

Obiectio-ni occurritur.

17

Idem alia tatione oſtenditur.

18

Ad hæc prædicti Theologi non videtur attẽdiſſe, qua de cauſa catholici cõtra Vvbi cleffum, alioſque hæreticos huius tẽporis, quos ſupra memorauimus pro viribus defendere conati ſint, deſitionem pãnis non eſſe anihilationem, ſicut illi malicioſe contendebant: ea enim fuit, vt oſtenderent, panem & vinum in corpus, & ſanguinem Chriſti conuerti: quiaid, quod in aliud conuertitur, nequaquam anihilari dicitur: ſicut è contrario rectè etiam notarunt hæretici, id, quod anihilari dicitur, in aliud non conuerti: ſi autem panis, & vinum ideò non anihilarentur in hoc Sacramento, quia ex vi ſeparationis accidentium deſinerent, conuerſio ipſa in corpus, & ſanguinem Chriſti nihil omnino refert ad hoc, vt panis, & vinum non dicerẽtur anihilari; ſiquidem ex ſola accidentium ſeparatione, nõ autẽ ex ratione conuerſionis in corpus, & ſanguinẽ Chriſti deſitio eorum hoc haberet, vt non diceretur anihilatio: hoc autem manifeſtẽ falſum eſt. Nam ſi ſub accidẽtibus ſeparatis corpus, & ſanguis Chriſti non conſecraretur, ſed ſola accidentia ſeparata manerent: quis vnquam contenderet, deſitionem panis, & vini anihilationem appellandam non eſſe. Tota enim cura fidelium in euitanda, & releganda voce anihilationis ab hoc Sacramento, in eo hactenus fuit, & eſſe debet, ne aſſerentes panem anihilari, dicere quoque videamur, ſacerdotem vtentem verbis conſecrationis, nihil aliud efficere, niſi panem, & vinum in nihilum redigere: eo quòd ille, qui rem aliquam dicitur anihilare, nihil aliud efficere dicitur: anihilari enim idem eſt, quod efficere, vt id, quod erat, nihil ſit. Vt igitur catholici oſtendant per conſecrationem verum corpus, & ſanguiuem Chriſti præſentem effici, & conſecratione illorum panem, & vinum deſtrui, vocem anihilationis euitare pro viribus curarunt. Contendere autem de panis, & vini deſitione, & ſeparatione accidentium, quæ nam ſit prior, & cauſa alterius, vtrum ratione ſeparationis accidentium deſitio ſubſtantiæ panis, & vini habere non poſsit rationem anihilationis, friuolum ſanè, & indignum non ſolùm tanto myſterio, ſed etiam, quòd inter Theologos diſputetur. Quid enim refert ad hoc myſterium, & Sacramentum, cuius explicatio, & defenſio ad Theologum pertinet, prius, aut poſterius natura ſeparari accidentia, quam deſinere ſubſtantiã panis, & vini? Nonne vtroque modo myſterium veritatis verborum, & cõſecrationis integrè conſtare poſſet?

19

Idem ex doctrina catholica monſtratur.

Fideles vocem anihilationis vitare curant.

20

At dicat aliquis, ex eo etiam hanc deſitionem non dici anihilationem, quia ſeparatio accidentium ad hoc tendit natura ſua, vt loco ſubſtantiæ prioris, alia ſubſtituatur,

Solutio ad uerſationũ infirma.

tuatur, & ita non ſolùm ratione ſeparationis accidentium; ſed etiam ratione alterius ſubſtantiæ hanc deſitionem non poſſe dici anihilationem. Verum hoc reſponſum friuolum eſt: primum, quia etiam ſi corpus Chriſti, & ſanguis non ſuccederent pani, & vino deſinenti; nihilominus deſitio eorum non diceretur anihilatio ſolùm ratione ſeparationis accidentium: ergo, & nunc illa ſola ſufficit, vt non dicatur anihilatio; licet ex corpore, & ſanguine Chriſti etiã nõ dica-
21 tur. Deinde quia ſeparatio accidentiũ ex ſe nõ poſtulat ſucceſsionẽ alterius ſubſtãtię, cũ ipſa accidẽtia ſeparata ſuapte natura nihil ab ea accipere poſsint, ſicut à ſubiecto proprio accipiebant; ſed ſola veritas verborum eam poſtulat: quam quidem ipſa verba prius natura efficiunt præſentem, quàm ſeparentur accidentia, vt ſupra probatum eſt. Quod ergo ſeparatio accidentium coniuncta ſit cũ alia ſubſtantia ſuccedente, accidentarium omnino eſt, & nullo modo cauſa, vt deſitio panis, & vini non ſit anihilatio, cum inhorum Theologorum opinione poſterius ſit ſuccedere ſubſtantiam ſub accidentibus ipſa ſeparatione, quæ ex ſe ſufficiet, vt deſitio panis non ſit dicenda anihilatio.

Ex principijs Philoſophiæ infirmatur ratio Recentiorũ.

Cæterum intra limites Philoſophiæ, ad quam prædicti Theologi pro hac Theologica controuerſia definienda confugerunt, per ſpicuè oſtendamus, deſitionem panis, & vini anihilationis rationem ſubterfugere non poſſe ea ratione, quia deſinat totum compoſitum ex ſubſtantia, & acidentibus, & aliquid illius maneat, nempe accidentia. Nam
22 ad creationem ſubſtantiæ non conſiderantur accidentia illius, quæ reuera non creãtur, neque creatione eius aliquo modo producuntur vt colligitur ex doctrina, quam tradidimus. 1. p. diſ. 174. c. 2. Quocirca ſub accidentibus, quæ manent in Sacramento, creari poſſet ſubſtantia, ſicut antea erat, eiuſque creationi nihil obſtare poſſent accidentia, quæ tunc non inciperent, ſed antea eſſent: quia tunc verè diceretur ſubſtantia ſub illis accidentibus ex nihilo produci: neque enim ex accidentibus produceretur. Eodem igitur modo ad anihilationem ſubſtantiæ nullius conſiderationis ſunt accidentia, vt licet maneãt, nihil omnino obſtent anihilationi. Sicut enim creatio non eſt compoſiti per accidens, ita neque etiam anihilatio.

Demum, quod attinet ad ordinem ſecũdum naturam inter deſitionem ſubſtantiæ panis, & ſeparationem accidentium, intra limites Philoſophiæ prędictam opinionem impugnemus. Nam, ſicut iuxta regulas Philoſophiæ prius creatur, aut producitur ſubſtantia, & ſimiliter prius corrumpitur, quam accidentia: cur etiam prius non deſinet, quam ſeparentur accidentia? Quamuis autem hoc alicui non videatur neceſſarium, ſaltem ita fieri poſſe, nullus iure negauit: deſinat igitur prius panis, & poſterius ſeparata manent accidentia: hoc ſemel admiſſo, manifeſte colligitur, ſemper ita deſinere. Nam ſi alio modo deſinere poſſet, nempe poſterius, quàm accidentia ſepararentur, oporteret, vt deſitio ſubſtantię, & ſeparata accidentia alio mo
23 do ſe haberent, quã cum prius deſineret ſubſtantia: nulla autẽ diuerſitas in ipſis aſsignari poteſt, vt patet: ergo eumdem ſemper ordinem prioris, & poſteriores inter ſe retinebunt. Etenim res eodem modo in ſe ipſis ſe habentes, eodem ordine inter ſe ſemper comparari debent. Ac proinde, ſi ſemel cõcedant aduerſarij, poſſe eſſe priorem deſitionem ſubſtantiæ ſeparatione accidentium, conficitur planè, nunquam poſſe eſſe poſteriorem.

Poſterior ſententia optima ratione, & ſolutione argumentorum prioris confirmatur.

CAPVT III.

VNICA Igitur, & efficax ratio prędictæ ſententiæ, quam cęteri omnes pro hac ſententia allegati paucis attigerunt, vberius autem explicata efficaciſsima eſt, tota in eo cõſiſtit, vt deſitio panis, & vini ea ſolùm de cauſa non poſsit anihilatio vocari, quia ex vi corporis, & ſanguinis Chriſti, pro vt verè enunciatur à ſacerdote, hæ ſubſtantiæ deſinant, ac proinde in ipſum corpus, & ſanguinem Chriſti conuertantur: quod enim in aliud conuertitur, nõ poteſt dici anihilari, quia non deſinit
24 in nihil, ſed in aliquid, nempe in id, in quod dicitur conuerti: & ſane nullus inficiari poteſt id, quod hæretici etiam ingenuè faſsi ſunt, vt ſupra vidimus, nempe id, quod anihilatur, non conuerti in aliud, & è contrario id, quod conuertitur, non anihilari. Ea igitur ratione, qua diſput. 181. cap. 9. 11. & 12. explicauimus, rationem conuerſionis panis, & vini in corpus Chriſti, explicare etiam debemus, deſitionem harum ſubſtantiarum non eſſe anihilationem, quia nimirum aliquid

Vera ratio, cur deſitio panis, & vini nõ ſit anihilatio.

primarie factum, aut ſtatutum ex vi verbō-
rum eſt cauſa deſitionis harum ſubſtantia-
rum per modum oppoſitæ formæ: hinc enim
plane conficitur ſacerdotem non anihilare
ſubſtantias, neque eas in nihilum reducere:
quia ille, qui anihilat, facit nihil; ſacerdos au-
tem facit aliquid, idque primariè: & quaſi ſe-
cundariè ex eo, quod fecit, prouenit vt à cau
ſa formali oppoſita deſitio ſubſtantiarum.
Quia igitur conſecrando, deſtruit; non anihi
lat, neque dicitur facere nihil, ſed faciendo
vnum, aliud deſtruere: quod non dicitur
propriè anihilatio. Tota autem ratio oppo-
ſitionis inter id, quod facit, & id, quod de-
ſtruit, non eſt ex natura rei, ſed ex ſola veri-
25 tate verborum, ex qua naſcitur connexio
inter illa duo, nempe, inter id, quod facit, &
deſitionem eius, quod deſtruit, vt diſput. illa
181. cap. 9. abunde monſtrauimus.

Primū no tatum pro vera ratio ne.

Huius autem rei explicandæ gratia duo
notanda ſuperſunt, alterum eſt, nihil amplius
requiri, vt deſitio panis, & vini non poſsit
verè, & propriè dici anihilatio, quàm vt poſ-
ſit dici, has ſubſtantias verè, & propriè in cor
pus, & ſanguinem Chriſti conuerti, & tranſ-
ſubſtantiari: nam vera, & propria conuerſio
ſubſtantiæ, vt etiam hæretici notarunt cum
anihilatione illius vere pugnat: cumque ad
veram, & propriam conuerſionem harum
ſubſtantiarum in corpus, & ſanguinem Chri-
ſti non requiratur oppoſitio ex natura rei in-
ter corpus Chriſti, & panem, & inter vinum,
& ſanguinem etiam præſentem; ſed ſolùm
ex modo veræ enunciationis per verba cōſe
crationis: aperte conſequitur, hanc ſolam
oppoſitionem ſufficere, vt deſitio earum ſub
26 ſtantiarum non poſsit verè, & propriè dici
anihilatio, ita vt corpus, & ſanguis Chriſti
præſens non ex natura rei, ſed ex ſolo mo-
do, quo vere enunciantur, ſint cauſa deſitio-
nis panis, & vini. Quare abſolute, & abſque
vlla diſtinctione dicendum eſt, hanc deſitio
nem verè, & propriè nō eſſe anihilationem.

Secundum notatum.

Alterum notandum eſt, cauſam deſitionis pa
nis, & vini ita eſſe corpus, ſeu ſanguinem
Chriſti eo modo, quo verè enunciatur præ-
ſens, vt licèt non fieret nouiter præſens
per adductionem, ſed antea eſſet præſens
cum pane, ſi eiſdem verbis enunciaretur, eo-
dem modo eſſet cauſa deſitionis panis, ſeu
vini; ac proinde eſſet cauſa, vt deſitio talis
ſubſtantiæ non poſſet verè, & propriè dici
anihilatio; tunc autem ſacerdos nihil nouiter
produceret, virtute cuius panem, ſeu vi-
num deſtrueret, ſed aliquid enunciaret: quod
quidem, eo modo enunciatum, eſſet cauſa
deſitionis illius; illudque ſufficeret, ne deſi-
tio diceretur anihilatio, ſicut etiam ſuffice-
ret, vt ſubſtantia panis, ſeu vini diceretur
conuerſio. Tunc etiam diceretur ſacerdos
faciendo vnum, aliud deſtruere; non quia vnum produceret, ſed quia vnum enunciaret, 27
& hoc ipſo aliud deſtrueret, ac proinde
non diceretur deſtruere faciendo nihil, ſed
aliquid faciendo, vt ita verè diceretur con-
uertere vnum in aliud, & id, quod conuer-
teret, non anihilare. Adde, quod licet antea
corpus Chriſti eſſet præſens cum pane, hoc
ipſo, quod verbis conſecrationis verè de-
monſtrare tur, verba eſſent cauſæ præſentiæ
pro eo momento, quo fit conuerſio, & dein-
ceps: ita vt ratione illius verè dicatur eſſe ibi
corpus Chriſti; licèt aliàs ex voluntate Dei
eſſet: & ita ſacerdos non ſolùm enunciaret ali
quid verè, quo enunciato deſtrueret panem,
& vinum, ſed etiam aliquid efficeret ad de-
ſtruendum panem, & vinum requiſitum, li-
cèt non eſſet formaliter oppoſitum pani, &
vino, vt ea deſtrueret, ſicut diſput. 181. cap.
12. diximus.

Diluitur argumentū prioris ſententiæ,

Reliquum eſt, vt argumentum prioris ſen
tentiæ, quod contra hanc noſtram aliquo mo
do pugnare videtur, diluamus, atque illius
ſolutione eam amplius confirmemus. Omiſ-
ſa igitur ſolutione Ledeſmæ, quam cap. 1. ad Ledeſma,
duxi: eo quòd manifeſtè confutata ibidem
eſt: reſpondeo, poſt deſitionem ſubſtantiæ pā
nis nihil illius manere, neque formam, neque
materiam primam, ſed ſolum accidentia; ni-
hilominus eius deſitionem nō poſſe dici ani
hilationem: eo quòd terminus anihilationis
non eſt nihil panis, ſed nihil abſolutè, nempe
tale, quod non ſit connexum cum aliquo eſſe;
nihil autem, ſeu non eſſe panis, & vini conne
xum eſt cum aliquo eſſe, nempe, cum eſſe cor
poris, & ſanguinis Chriſti: ſiquidē illud prout
verè enunciatum cauſa eſt, vt deſinant panis,
& vinum. Ideò autem nihil ſimpliciter debet
eſſe terminus anihilationis: tum quia ipſum
nomen anihilationis hoc denotat, vt ſit actio
tendens ad nihil; illa autem deſitio, quæ con
iuncta eſt, & connexa cum aliquo eſſe, non
tendit ad nihil: quinimò ſubſtantia, quę
per illam deſinit, dicitur in eam deſinere,
quæ eſt cauſa deſitionis, & ita terminus
illius deſitionis, non eſt nihil ſimpliciter,
ſed nihil talis ſubſtantiæ, videlicet, panis,
aut vini. Tū etiā quia ille, qui anihilat, ita di
citur facere nihil, vt nullo modo dici poſsit,
faciendo vnum, aliud deſtruere. Quando au
tem deſitio ſubſtantiæ talis eſt, vt non eſſe,
ad quod tendit, ſit coniunctum, & cōnexum
cū aliquo eſſe quod eſt cauſa illius: is, qui ef-
ficit ſubſtantiam illam deſinere, verè dicitur,

Terminus anihilatio nis eſt nihil ſimpli citer, & cur?

28

facien-

faciendo aliquid, substantiam illam destruere. Cum igitur in Sacramento Eucharistiæ, ita accidat, vt sacerdos verè enunciando corpus Christi, & sanguinem eius præsentem, & hoc ipso sub accidentibus illum statuendo, substantiã panis & vini destruat: ac proinde non esse panis, & vini non sit nihil simpliciter, sed non esse tale coniunctum cum esse Christi: sequitur, desitionem panis, & vini non esse anihilationem. Ob id tamen nõ negamus, si rursus sub accidentibus panis, & vini producatur substantia eorum secundùm se totam esse creationem: quia rationi creationis, vt supra dicebamus, non obstat, quòd eius accidentia præcedãt, & ipsa postea producatur, eo quod creatio in hoc solùm consistat, vt sit productio alicuius entis secundùm se totum, qualis est in eo casu: nam accidentia non considerantur in creatione substãtiæ, eo quod non pertineant ad esse substantiale ipsius, circa quod solùm creatio versatur. Hinc autem ineptè ducit Durandus argumẽtum ad probandum desitionem substantiæ panis, & vini esse anihilationem, etiam si accidentia maneãt. Nos enim non ideo dicimus esse annihilationem, quia maneant accidẽtia, quasi aliquid substantiæ manere dicatur, si quidem fatemur, nihil substantiæ manere; sed ideo, quia non esse substantiæ, non est nihil simpliciter, sed nihil talis substãtiæ, quod est tale nihil, vt explicatum est. Quare si alia substantia non succederet, vi cuius prior desineret, substantia desinens verè diceretur anihilari. Denique quamuis accidentia, quæ separata maneant, necessaria sint, vt desitio panis non sit anihilatio; tamen non ideò obstare dicitur anihilationi panis, quia ipsis manentibus dicatur manere aliquid panis, quia reuera nihil panis sunt pertinens ad eius substantiam, vt diximus; sed ideò sunt causa, vt desitio non sit anihilatio: quia necessaria sunt ad demonstrandum corpus Christi, ac proinde ad conuertendum panem in ipsum; conuersio autẽ nõ potest esse anihilatio, vt est ostẽsum.

29

Si iterum substãtia panis, & vini produceretur in Eucharistia, esset creatio.

Durandus.

30

An quælibet res in quamlibet aliam conuerti possit. Disputatio 184.

Variæ Scholasticorum sententiæ. Cap. 1.
Prior pars veræ opinionis. Cap. 2.
Refelluntur sententiæ aduersariorum, quas contra hanc priorem partem adduximus. Cap. 3.
Posterior pars veræ sententiæ. Cap. 4.

Variæ Scholasticorum sententiæ.

CAPVT I.

NON Solùm Scholastici nostri disputant de natura transsubstantiationis, quæ fit in hoc Sacramento, verùm etiam diligenter inquirunt, an alio etiam modo conuersio fieri possit. Cuius controuersiæ definitio proderit etiam, vt intelligamus id, quod de transsubstantiatione, quæ fit in hoc Sacramento in præcedentibus diximus. Varia autem fuerũt Scolasticorum, tam antiquorum, quam recentiorum placita, quæ in hoc capite, & sequente memorabimus: vt tandem nostram in hac quæstione sententiam pronunciemus. Illud autem in primis præmittendum est, cõ trouersiam non esse de conuersione, quam vocant formalem, nempe, qua in eadem materia vna forma in aliam conuerti dicitur: neque de quocunque genere cõuersionis; sed de eo tantùm, quo tota substantia in aliam cõuertitur. Durandus igitur in 4. dist. 11. q. 2. numer. 6. & q. 3. impossibilem esse existimauit conuersionem totius substãtiæ in aliam: ideoque in ea, quam fideles in Sacramento Eucharistiæ fieri fatemur, dixit, manere materiam panis, & vini, & animari anima, & forma corporis, & sanguinis Christi, quia impossibile putauit, transsubstantiationem aliter fieri posse, nisi manente communi substãtia. Præcipuum vero fundamentum, ad quod cætera reducuntur, est: quia, si talis esset desitio vnius substantiæ, vt ne materia quidem illius maneret, esset vera illius anihilatio: eo quod nihil prorsus illius maneret, non minus, quàm si nulla alia substantia ei succederet, ac proinde non esset conuersio: id enim, quod anihilatur, inepte dicitur in aliud conuerti. Verum hæc sententia damnata aperte est ab Ecclesia, vt notauimus supra disputatio. 180. & 181. Fundamentum autem illius inane est: nam, vt præcedente disputatione ostẽdimus, etiam si nihil maneat substantiæ conuersæ, nihilominus ea nõ dicitur anihilari: quia non esse illius non est nihil simpliciter, sed nihil tale, hoc est, talis substantiæ. Vbi etiam notauimus, tunc fore verè anihilationem, quãdo alia substãtia nõ succederet, quia nõ esse substantiæ desinẽtis esset nihil simpliciter, & nõ solùm nihil talis substãtię: eo quod nõ esse illius substãtiæ nõ esset cõnexũ cum esse alterius, sicut est non esse substantiæ desinentis,

1

Status quæstionis.

Durand. opinio

Præcipuũ Durandi argumẽtũ.

2

Erroris insimulatur prædicta sententia.

quando alia per conuerſionem ſuccedit: quā re non eſt eadem ratio deſitionis, quando ſuccedit alia ſubſtantia deſinenti, & quando nō ſuccedit, vt perperam contendit Durandus.

Paludanus verò in 4. diſt. 11. quæſt. 3. articul. 3. numer. 29. quamuis probabilem eſſe putet opinionem eorum, qui dicunt, vnamquamque rem in quamlibet aliam conuerti poſſe, dummodo in aliqua forma ſaltem loci communicent, & iuxta hanc opinionem, vt ipſe ait, non poſsit Angelus in corpus conuerti: nihilominus probabilius exiſtimat, ea tantum conuerti poſſe, quæ communicant in eadem materia; non quòd neceſſarium putet, in conuerſione manere materiam rei conuerſę: ſic enim incideret in errorem Durandi; ſed quia cenſet, neceſſarium eſſe, id, quod conuertitur in aliud, talis eſſe naturę, vt de illo aliud fieri poſsit, quod ſine communicatione in materia contingere nequit. Hæc tamen ſententia falſa eſt, & falſò etiam innititur fundamento. Nam, cum in conuerſione totius ſubſtantiæ in aliā, de qua ſolùm hic loquimur, nihil illius, neque materia (ſi eam habeat) poſsit manere, fruſtra omnino videtur requiri communicatio in materia, vt in illam conuerti poſsit. Quod enim ſubſtantia, in quam fit conuerſio, de alia, quæ in ipſam conuertitur, aliquo modo fieri dicatur, non probat, communicationem in materia neceſſariam eſſe: illa enim præpoſitio *De*, non denotat materiam, & ſubiectum cómune, ex quo fiat, ſed terminum à quo: ſicut cum dicimus: *De pane fit corpus Chriſti.*

Paludani ſententia.

3

Reijcitur prædicta ſententia.

Scotus in 4. diſt. 11. quæſt. 1. §. *De ſecundo articulo*, talem definitionem transſubſtantiationis præmittit, vt ex ea colligat quæſt. 2. §. *Hæc quæſtio*, & quodlib. 10. §. *De primo dico*: quamlibet rem creatam in quamlibet aliam creaturam conuerti poſſet: neque enim ad rationem conuerſionis poſtulat, vt maneat aliquid commune, ſub quo vna ſubſtantia alterii ſuccedat. Conuerſionem autem ſubſtantię in ſubſtantiam hoc modo definit: *Eſt tranſitio totalis ſubſtantiæ in ſubſtantiam.* In qua definitione nihil cōmune ipſe poſtulat. Addit autem in quæſt. illa 1. §. *De ſecundo articulo principali*: & quæſt. 2. §. *Hæc quæſtio*: & quod lib. 10. articul. 1. §. *De primo dico*, vt ſit ſucceſsio hæc, & tranſitus ſubſtantiæ in ſubſtātiam, vtrumque extremum illius; hoc eſt, tam ſubſtantiam conuertendam, quàm eam, in quam futura eſt conuerſio, debere eſſe ſubditam Diuinę virtuti: & ideò ſolùm vnam creaturam in alteram poſſe conuerti, non in Deū, neque Deum in creaturam. Quam ſententiā

Scot. mens

4

omnino ſequitur Caietanus in hac quæſtione articul. 4. §. *In reſponſione ad tertium*, prope finem, eam vero colligit ex S. Thoma: quia in eo articulo ad tertium docet, rationem, ob quam vnum in aliud conuerti poteſt, eſſe cōmunicationem in natura entis. Explicat autem Caietanus non de ratione entis in vniuerſum: ſic enim Deus in aliquid & aliquid aliud in Deū conuerti poſſet, quod falſum, & ſtultum exiſtimat; ſed de ente creato. Conſentit etiam Sotus, non eſſe improbabile in 4. d. q. 9. 2. artic. 4. non multum ante finem, cum ait, non eſſe improbabile, rem ſpiritualem in corporalem conuerti poſſe, & è contrario: ex quo facilè ſequitur quamlibet rem creatam in aliam creatam conuerti poſſe: & tandem notat nihil in Deum, neque Deum in aliud poſſe cōuerti. Qua vero ratione inter ſe comparari debeant deſitio vnius ſubſtantiæ & illa, in quā deſinit, non ſatis explicāt: niſi quòd ex eorum ſententia videtur ſequi, poſſe corpus in terris exiſtens cōuerti in Angelum exiſtentem in cœlis, ita vt deſitioni corporis ſuccedat Angelus. Vtrùm autem hæc conuerſio cuiuſlibet in quamlibet rem terminari poſsit ad rem iam exiſtentem: an verò neceſſe ſit, terminari ad rem nouiter productam, etiam non explicant; videtur autem eorum opinio, ita ſolum defendi poſſe, vt non niſi in rem nouiter productam fiat conuerſio. Denique nullum pro hac ſententia apud Autores illius fundamentum inuenio. Illud autē afferri poteſt: quia nihil videtur obſtare, quo minus dicamus, ita fieri poſſe; ac proindè illud Diuinæ potentiæ denegandum non ſit.

Caietan. S. Thomas.

Sotus.

5

Vnicū fundamentū Scoti.

Ex antiquis demum Scholaſticis Gabriel, lectione 40. in Canonem Miſſæ, litera N. & ſequentibus, & in 4. diſt. 11. quæſt. 1. artic. 1. notatione 2. & articul. 3. dub. 2. probabiliorem exiſtimat ſententiam OKami in 4. quęſt. 6. in principio, qui definiens conuerſionem ſubſtantialem, ſeu transſubſtantiationem, inquit, neceſſarium eſſe, vt fiat ſub eiſdem accidentibus, vel ſub eodem loco. Ex qua definitione plane ſequitur, non poſſe quodlibet in quodlibet in quocumque loco conuerti, nempe, ſpiritum in corpus, & ſpiritum in ſpiritum: quando quidem inter hæc non poteſt eſſe ſucceſsio ſub eiſdem accidentibus, vel loco. Quare ſi corpus deſinat in terris, etiā ſi eiſuccedat Angelus in cœlo, iuxta hanc ſententiá non erit conuerſio. Quod idē Gabriel docuit lectione illa 40. litera D. & initio illius dubij 2. dum non videtur requirere tamquā neceſſariā ad transſubſtantiationem ſucceſsionē ſub eiſdē accidentibus, ſolū dixit: *Secundum Scoti ſententiam.* Poſtea verò ſubdi

Sententia Gabri

OKamus.

6

dit

dit id,quod ſecũdum ſententiam ○Kamirẽ tulimus,quodque probabilius exiſtimat. Fũ damentum huius ſententię illud eſſe poteſt: quia,niſi ita philoſopharemur, concedere de beremus,in eo caſu, quôd vna ſubſtantia in terris deſineret, & eodem prorſus momento alia in cœlo aut etiam in terra, diſtans tamen ſecundum locum, produceretur, fore transſubſtantiationem deſinentis in eam, quæ incipit,quod eſt abſurdum. Addit præterea Gabriel in illo artic.3.dub.3. non poſſe rem vllam creatam in Deitatem conuerti:nam,quod Deitas in rem creatam conuerti nequeat,nullus eſt, qui ambigat, cum id, quod conuertitur in aliud, deſinere debeat: quod Deitati nequaquam conuenire poteſt. Pròbat autem,nihil in Deitatem cõuerti poſſe;quia illud,in quod aliud conuertitur, debet ſuccedere ſub accidentibus, aut ſaltem in loco vbi erat illud,quod deſinit,& cõuertitur: Deitas autem, cum ex ſe ſit vbique, nulli rei ſuccedere poteſt. Item Canus relatus hic in art.4. à Recentioribus Thomiſtis dixit,non quamlibet rem poſſe in quamlibet conuerti.

Fũdamentum Gabrielis.

7

Canus.

Demum,Recentiores nonnulli Theologi multa de cõuerſione docent. Primum de forma,qua vna forma in aliam tranſit. Deinde de materiali,qua vna materia in aliam ſub eadem forma conuerti poſsit. Poſtremo de cõuerſione totius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam: de qua ſolum Doctores alij diſputant, & præſens controuerſia propoſita eſt. Omiſſis vero ijs,quæ circa primum, & ſecundum docent,quod capite ſequente breuiter videbimus;de tertio dicunt,quamlibet rem creatam exiſtentem ſub accidentibus realiter à ſe diſtinctis, à quibus pendeat ſecundum eſſe,poſſe in aliam quamcumque cõuerti, quæ loco illius ſub eiſdem accidentibus conſtituatur. Primum quidem dicunt, quamlibet rem in quamlibet conuerti poſſe,nempe, ſpiritualem in ſpiritualem: & corpoream in ſpiritualem:& ſpiritualem in corpoream:& corpoream in aliam corpoream: quia cenſent, fieri poſſe, vt vnaſit ſub accidentibus alterius,quocumque modo comparentur. Deinde dicunt,talia debere eſſe accidentia vnius ſubſtantiæ, ſub quibus alia ſuccedere debet,vt ab illis eſſe ipſius pendeat & ex vi ſeparationis illorum ea deſinat,ſicut in myſterio altaris diſputat. 181. cap.6. philoſophati ſunt. Nam,eam ſolùm connexionem concedunt inter productionem vnius ſubſtantiæ, & deſitionem alterius,vt prior deſinat ex ſola vi ſeparationis accidentium,non autem ex productione poſterioris. Denique iuxta eorum ſententiam, quam in eadem diſputatione capite 5. memorauimus transſubſtantiatio debet eſſe productio illius rei,quæ ſuccedit deſinenti;ac proinde inferunt, nihil in Deum conuerti poſſe: quia Deus in tempore produci nequit. Inferunt præterea iuxta eamdem ſententiam, vt fiat conuerſio vnius ſubſtantiæ in aliam ſubſtantiam, debere manere accidens aliquod intrinſecum ſubſtantiæ deſinentis, per cuius ſeparationem ſubſtantia illa deſtruatur:ac proinde non ſuffice re,ſi maneat locus,in quo erat prior ſubſtantia. Quare dicunt,ſi Deus deſtrueret vnum corpus cœleſte,& aliud in locum illius crearet,non fore conuerſionem, ſed introductionem vnius corporis in locum alterius: quia ex vi introductionis alterius ſolùm ſequebatur in corpore deſinente mutatio ſecundùm locum,vt cederet alteri:quod ſi non eſſet neceſſaria ad rationem conuerſionis connexio inter terminos, vt ex vi productionis vnius deſineret alius,ſatentur, in eo caſu futuram conuerſionem vnius corporis in aliud. Hæc omnia,quæ diximus nullo iacto fundamento hoc modo pronunciant.

Recentiorum ſententia.

8

9

Prior pars veræ opinionis.

CAPVT II.

10

EX Doctrina tradita diſputatione 181.ad explicandam naturam conuerſionis, quæ fit in hoc Sacramẽto, facilè colligere poterimus contra ſententias præcedente capite memoratas,quid in præſente controuerſia dicendum ſit. Noſtra verò in hac re opinio duas continet partes,altera eſt, vnam ſubſtantiam in aliam conuerti non poſſe, niſi habeat accidentia intrinſece ſibi inhærentia,& ſubiecta ſaltem ſenſui, ſub quibus permanentibus demonſtratio fieri poſsit per pronomen. Altera eſt,neque Deum increaturam,neque creaturam in Deum tamquam in terminum integrum,& adæquatum conuerti poſſe;quamuis in illum tamquàm in aliquid ipſius termini rectè conuerti queat. Vt autem priorem partem confirmemus: illud in primis ſuppo nendum eſt,ad rationem conuerſionis ita eſſe neceſſariam deſitionẽ eius, quod in aliud conuerti dicitur, vt requiratur connexio aliqua inter deſitionem illius, & eſſe eius, in quod conuertitur:ita vt eſſe eius,in quodcõuertitur,ſit veluti forma oppoſita,& pugnãs cum eſſe illius,quod conuertitur, ac proinde

Duæ partes ſententiæ veræ.

Adconuerſionẽ quid requiratur

ſit cauſa deſitionis illius, vt diſp. 181. cāpit. 12. ex profeſſo notauimus, & confirmauimus. Nam, ſi comitanter ſolùm cum deſitione alterius ſe habeat ratione temporis, quo pacto id quod deſinit, in illud, quod incipit, aut eſt, conuerti dicetur? Præſertim ſi conuerſio fiat non in id, quod nouiter producitur, ſed in id, quod antea erat; alioquin omne, quod ſecundùm ſe totum nunc deſineret, volente Deo, diceretur conuerti in omne 10 id, quod ſecundùm ſe totum à Deo nouiter produceretur, quod apertè falſum eſt.

Probatur prima pars concluſionis.

Ex hac notatione priorem partem noſtræ ſententiæ confirmare poſſumus hac ratione. Inter eſſe ſubſtantiæ, in quam fit conuerſio, & eſſe ſubſtantiæ, quæ conuertitur, talis debet eſſe oppoſitio, & pugna, vt eſſe illius, in quā fit conuerſio, ſit cauſa deſitionis ſubſtantiæ, quæ in eam conuertitur, ſicut forma geniti eſt cauſa expulſionis formæ corrupti, ita vt eſſe vnius ſit nō eſſe alterius: inter nullas autem ſubſtantias talis pugna, & oppoſitio ſuapte natura, aut ex ſola Dei voluntate eſſe poteſt: ergo ex ſola veritate verborum conſtituenda eſt, ſicut nunc in hoc Sacramento reperitur: alia enim excogitari nequit: atqui ex ſola veritate verborum talis pugna, & oppoſitio eſſe nō poteſt, niſi vtamur illis pro nominibus, ſicut in forma conſecrationis vtimur: illa autem pronomina verè enunciari non poſſunt, niſi ſubſtantia conuertenda habeat accidentia intrinſeca, & ſenſui ſubiecta, ſub quibus fiat demonſtratio: ergo verā eſt prior pars noſtræ ſententiæ nempe, vnam ſubſtantiam in aliam conuerti non poſſe, niſi habeat accidentia intrinſeca, & ſenſui ſubiecta, ſub quibus per illa pronomina demōſtratio fiat. Hæc forma argumentationis eui dens eſt, vt conſtat: ſolùm ſupereſt, vt illa, 12 quæ in ea aſſumuntur, confirmentur. Primo quidem inter eſſe ſubſtantiæ conuertendæ, & illius, in quam fieri debet conuerſio, neceſſariam eſſe oppoſitionem, & pugnam, vt eſſe vnius ſit cauſa deſitionis alterius, in notatione præmiſſa, & ca. illo 12. probatum manet.

Inter ſubſtantias nulla poteſt eſſe oppoſitio ex natura rei.

Secundo, inter nullas ſubſtantias ſuapte natura eſſe poſſe talem pugnam, & oppoſitionem, manifeſtum eſt. Cum enim omnis ſubſtantia ſimul cum alia, ſiue ſpiritualis cū ſpirituali, ſiue ſpiritualis cum corporea, ſiue corporea cum ſpirituali, ſiue corporea cum corporea, produci, eſſe, & permanere poſſit, vt liquet, eſſe vnius cum eſſe alterius pugnare, aut cauſa deſitionis illius eſſe nequit. Tertio, neque ex ſola voluntate Dei hanc oppoſitionem vnam ſubſtantiam cum alia habere poſſe, probatur: quia ſola voluntas Dei, niſi mutet res ipſas, nequit eſſe cauſa, vt quę antea ſecum non pugnabant, poſtea ſecum pugnent, & opponantur. Nulla autem excogitari poteſt mutatio in ipſis rebus, ratione cuius talis oppoſitio ipſis cōuenire poſsit, quæ ſuapte natura eis non conueniebat. Hinc autem rectè ſequitur, totam oppoſitionem inter ſubſtantias ipſas, vt eſſe vnius ſit cauſa 13 deſitionis alterius, debere eſſe ex modo operandi ipſius Dei: nullus autem modus eſſe poteſt, niſi per verba, vt dixi, demonſtratiua, quibus nūc in conſecratione vtimur. Quia ſi Deus nullis verbis vteretur, ſed ſola ſua voluntate ſubſtantiam vnam omnino deſtrueret, & aliam ſimul produceret, nulla eſſet inter eas oppoſitio ex modo operandi Dei. Quod enim eodem tempore vna deſineret, & alia inciperet, ſufficiens non eſſet, vt inceptio vnius diceretur cauſa deſitionis alterius: quis hoc non videat?

Quæ ſit oppoſitio interſubſtantiam deſinentem, & productam incōuerſione.

Oportet igitur, vt aliquo inſtrumēto Deus vtatur, ex cuius modo operandi inceptio, aut eſſe vnius ſubſtantiæ poſsit eſſe cauſa deſitionis alterius, & ita inter ipſas ſubſtantias ratione inſtrumenti ſit oppoſitio. Nullum vero inſtrumentum huiuſmodi aſſumi poteſt, niſi verba. Ex verbis autem, ego non video, quo alio modo euenire poſsit oppoſitio inter ſubſtātias, & connexio inter eſſe vnius, & non eſſe alterius, niſi eo modo, quo nunc inter ſubſtantiam corporis Chriſti, & panē; inter ſanguinem, & vinum contingit, nimirum, vt ſubſtantia, inquam fieri debet conuerſio, per pronomen demonſtratiuum vna indiuidua enunciatione ita verè enuncietur, & demonſtretur, non ſignificata expreſſe deſitione alterius, vt hoc ipſo ſolo ſubſtantia, quæ conuerti debet, neceſſario deſinat; quia cum veritate demonſtrationis permanere nō poſsit. Dixi autem, vt hoc ipſo ſolo ſubſtantia, quæ conuerti debet, deſinat: nam ſi verba enunciarent deſitionem illius, & productionem, aut eſſe alterius duabus ſimul enunciationibus in vnam hypotheticam ſimul cō uenientibus, nulla eſſet oppoſitio inter ſubſtantias, aut connexio inter eſſe vnius, & nō eſſe alterius: ac proinde nulla eſſet conuerſio, ſicut diſp. 181. cap. 12. monſtrauimus. Verbi gratia, ſi Deus diceret, aut ſacerdos nomine Dei: *Sub his accidentibus*, aut, *hic ſit corpus Chriſti, & non ſit panis*: non eſſet oppoſitio inter ſubſtantiam Chriſti, & ſubſtantiam panis, neque connexio inter eſſe corporis Chriſti, & non eſſe panis: quia vnum non proueniret ex alio, ſed comitanter ſe haberent, & ſimul, vt ibidem diximus: indiuidua autem 15 enunciatio, ex qua oritur oppoſitio inter

ſubſtan-

ſubſtantias, & connexio inter eſſe vnius, & non eſſe alterius talis naturæ eſt, vt hoc ipſo quod vnam verè enunciat, & demonſtrat, ad ſui veritatem neceſſario poſtulet deſitionem alterius, licèt eam nullis verbis expreſſe denotet, vt oſtendimus diſputatione 180. capite 4. Vna igitur ſola forma verborum, quali nunc vtimur in conſecratione corporis, & ſanguinis Chriſti, eſſe poteſt, virtute cuius oppoſitio ſit inter ſubſtantiam, quæ conuerti debet, & eam, in quam conuerti debet, & connexio inter eſſe ſubſtantiæ, in quam fieri debet conuerſio, & quæ conuertenda eſt. Ac proinde dicendum eſt, ita factam eſſe conuerſionem panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti, vt alio modo, & ſecundum potentiam abſolutam Dei fieri nequiuerit; niſi quòd in hac noſtra forma vtimur ſolũ pro nomine demonſtratiuo, *Hoc*, & *Hic*, quod poſtulat materiam, non ſolùm præſentẽ ad ſenſum, ſed etiá nõ longè diſtantem, vt diſput. 171. cap. 4. notauimus. At vero ſi Deus vellet, poſſet fieri conuerſio pronomine demonſtratiuo, *Ille, illa, illud*, & *Iſte iſta, iſtud*, quod ſimilem præſentiam, & propinquitatem nõ denotaret, quam uis ad ſenſum aliquo modo referretur, vt infra explicabitur: quibus nunc non licet vti in conſecratione; imo ſi illis nunc vteremur, effectum non haberent, cum diuerſo modo rem demonſtrent, ac proinde non eodem modo ſignificent,

16

Corpora poteſt cõuerti in ſpiritualem ſubſtantiam.

Hinc autem ſequitur, non ſolum corpus in corpus poſſe conuerti, ſicut contingit in Euchariſtia, ſed etiam in ſpiritum: quia non ſolùm corpus, ſed etiam ſpiritus ſub accidẽtibus corporis manentibus ſine ſuo ſubiecto, ea forma verborum verè demonſtrari poteſt: ſiquidem corpus Chriſti, habens modũ ſpiritualem, ſub accidentibus panis demonſtratur. At vero cum ſub accidentibus ſpiritus, ſi poſſent ſeparari, nec corpus, neq; alius ſpiritus illis pronominibus demonſtrari queant: quia, vt infra oſtendemus, demonſtratio per illa pronomina aliquo modo reſpicit ſenſum; ideo neque ſpiritus in corpus, nec in ſpiritum conuerti poteſt.

17

Obijcitur Auguſtin.

At obijciat aliquis Auguſtinum lib. 7. de Geneſi ad literam cap. 12. vbi inquit: *Corpus, aut aliquid, ſiue terrenum, ſiue cæleſte conuerti in animam, ſierique naturam incorporeum, neque quemquam ſenſiſſe ſcio, nec fides hoc habet*. Idẽ docet Boetius libro de duabus naturis. Et idem Auguſtinus libro de immortalitate animę cap. 16. in principio negat, animam rationalem in irrationalem cõuerti poſſe. Scotus, qui exiſtimauit, quodlibet in quodlibet poſſe conuerti, reſpondet: ibi loquutum ſolũ

Boetius.

Scotus nõ ſatis exponit Aug.

fuiſſe Auguſtinum reſpectu potentiæ agentis creati, non autem reſpectu potẽtiæ Dei. Verùm cum Auguſtinus à cap. 9. contendat, animam à principio mundi non fuiſſe factã ex corpore, ſicut corpus factum fuit ex limo terrę: negari certè non poteſt, ipſum loqui de conuerſione reſpectu potentiæ Dei. Alij dicunt, ideò negaſſe hanc conuerſionem corporis in ſpiritum, quia nihil commune manere poteſt, quod tamen ad rationem conuerſionis neceſſarium eſt. Verum cum inter corpus, & ſpiritum non minus manere poſſint accidentia communia, quàm nunc manent inter panem, & corpus Chriſti exiſtens modo ſpirituali in hoc Sacramento, nihil obſtare videtur, quo minus fieri poſsit conuerſio, ſicut nunc etiam fit inter panem, & corpus Chriſti. Porro, Boetium loqui reſpectu potẽtię Dei, patet ex eo, quòd ipſe diſputat contra Eutychetem, vt probet, humanam naturam in Chriſto non fuiſſe cõuerſam in Deitatem: hoc autem planè intelligitur reſpectu potentię Dei, à quo ſolũm fieri potérat talis conuerſio, vt dicebat Eutychetes, ſi ea poſſibilis eſſet. Reſpondeo igitur, prædictos Patres non loqui de conuerſione totius ſubſtantię in ſubſtantiam, in qua nihil manet panis, ſed de conuerſione formali, aut quaſi formali, in qua manet ſubiectum cõmune, vt planè conſtat: nos autem loquuti ſumus de cõuerſione totius ſubſtantiæ in ſubſtantiam, cum diximus, corpus conuerti poſſe in ſpiritum, ſicut nunc panis in corpus habens modum ſpiritualem. Patres autem prædictos in illo ſenſu, quem diximus, intellexit Maior in 4. diſt. 11. quæſt. 1. §. 1. non longè à fine.

18

Aliorum interpretatio nõ ſufficiens.

Germana expoſitio.

Maior.

Refelluntur ſententiæ aduerſariorum, quas contra hanc priorem partem adduximus.

CAPVT III.

EX hac doctrina, quę me quidem iudice nulla ratione impugnari poteſt, tres opiniones aliorum, quas præcedente capite ſolum retulimus, nullumque de illis iudicium fecimus facili negotio confutabimus. Omiſſa igitur ſententia Durandi, quam, capite primo diximus, errorem eſſe, & opinione Paludani, quã etiam impugnauimus: primum ex noſtra ſententia, & contra Scoti opinionem colligitur,

19

non

non poſſe quamlibet ſubſtantiam in quamlibet aliam conuerti, quia, cum nulla ſubſtantia ſecundùm ſuum eſſe pugnare poſsit cum alia, ita vt hoc ipſo, quod eſt, ſit cauſa deſitionis alterius, planè conſequitur, ſine forma verborum, quam diximus, non poſſe vnam ſubſtantiam in aliam conuerti. Cumque ea forma verborum per pronomina demonſtratiua requirat aliqua accidentia ſubſtantiæ conuertendæ, ſub quibus maneat illa, inquã ſit conuerſio, vt ſub illis demonſtrari poſsit, ſicut ex dictis manifeſtum eſt: & quælibet ſubſtantia cum alia in his communicare non poſsit, conficitur, neque quamlibet ſubſtantiam in quamlibet poſſe conuerti. Porrò autẽ quamlibet ſubſtantia non poſſe manere ſub accidentibus alterius, vt demonſtrari poſsit, patet: quia vnus Angelus ſub accidentibus alterius, & corpus ſub accidentibus Angeli manere nequit non ſolùm vt pronomine aliquo demonſtratiuo ſignentur, & oſtendãtur, ſed neque vllo modo. Quod enim recẽtiores dicunt, poſſe vnum Angelum ſub accidentibus alterius, imo etiam corpus ſub accidentibus etiam Angeli aliquo modo manere, præterquam quod non ſanè intelligitur, & ex profeſſo refellere non oportet, etiã ſi id fieri poſſet, ad conuerſionem non ſufficeret: nam ad conuerſionem, vt diximus, requiritur illa demonſtratio per pronomẽ, quæ in hoc caſu non poſſet fieri. Neque enim videtur poſsibilis modus, quo per pronomina illa, quę diximus, ſub accidentibus vnius Angeli alius demonſtrari poſsit, etiam ſi demonſtratio fiat ad intellectum: nam de demonſtratione ad ſenſum id manifeſtum eſt. Cum enim vnum per aliud demonſtratur, & ad illud demonſtrandum vtimur pronomine demonſtrante ad intellectum, quale eſt pronomen, *ille, illa, illud*: id, per quod aliud demõſtratur, debet eſſe notius ei, cui fit demonſtratio: accidentia autem vnius Angeli, ſub quibus eſſe poſſet ſubſtantia alterius, nõ eſſent magis nota ei, cui fieret demonſtratio; quam eſſet ipſa ſubſtantia ſub illis exiſtens, vt manifeſtum eſt: ergo non per illa, ſed proximè per ſe demonſtraretur; ac proinde ex vi demonſtrationis vnius Angeli non deſtrueretur alius manentibus ſolùm accidentibus illius: quia Angelus ille non ratione accidentium alterius, ſed ſecundum ſe demonſtraretur. Sicut, etiam ſi Angelus alteri Angelo demonſtrare vellet intellectuali modo corpus Chriſti, non demonſtraret ratione accidentium panis, ſed proximè ratione ipſius: ac proinde ex vi talis demonſtrationis, neque deſineret alius Angelus, neque panis: quia ea tenus deſinere deberent, quãtenus facta demonſtratione alienæ ſubſtantiæ per ſua ipſorum accidentia, cum veritate demonſtrationis manere non poſsent: facta autem hac demonſtratione vnius Angeli exiſtentis ſub accidentibus alterius, vterque ſub illis manere poſſet: quia vnuſquiſque per ſe demonſtraretur. Sola igitur demonſtratione, quæ aliquo modo ad ſenſum fieret, aut ad ſenſum referretur, ſiue cum præſentia, ſiue cum aliqua diſtantia, vna ſubſtantia in aliam conuerti poteſt: hæc autem demonſtratio ſub accidentibus ſolùm corporis poteſt fieri. Dixi: quæ fieret ad ſenſum, vel referretur ad illum: quia per pronomen *Hoc*, fit demonſtratio ad ſenſum, hoc eſt, non tantùm rei ſenſibilis, ſed etiam præſentis; per pronomen autem *Illud*, fit ad intellectum: fieri tamen poteſt relata ad ſenſum eo modo, quo diximus, vt res intus exiſtens demonſtretur ad intellectum per accidentia ſenſibilia non præſentia, ſed diſtantia: quia nimirum de illa antea loquebamur. Et hoc modo fieri poteſt tranſubſtantiatio, vt ſi quis dicat: *Illud quod vidimus tali loco, eſt corpus Chriſti*, & tunc deſineret ſubſtantia illa, quam per propria accidentia vidimus, & conſtitueretur corpus Chriſti, quia per illa accidentia corpus Chriſti manente ſubſtantia propria illorum accidentium demonſtrari nequit, vt diſputatione 180. capite quarto, probatum eſt.

At dicat aliquis in hunc modum. Poſſet Deus eodem momento temporis vnam ſubſtantiam deſtruere, & aliam nouiter creare, aut conſeruare, aliàs non creaturus, neque conſeruaturus, niſi illam deſtrueret, nempe, ſi hoc ita promiſiſſet: hoc autem abſque vllis alijs accidentibus, quæ permanerent, videretur ſufficere ad conuerſionem, & ſine verbis demonſtratiuis: ergo falſa eſt doctrina, quam de conuerſione tradidimus. Verum hęc obiectio refelli poteſt: quia illud, quod in ea dicitur, non ſatis eſſet, vt ſubſtantia, quæ deſineret, in eam, quę conſeruaretur, aut crearetur, diceretur conuerti: eo quòd illa, quæ conſeruaretur, aut crearetur, non pugnaret cum ea ſubſtantia, quæ deſineret, neque eſſet cauſa deſitionis eius. Et quãuis Deus decreuiſſet non creare, aut conſeruare vnam, niſi deſtruendo aliam, vel non deſtruere vnam, niſi conſeruando, aut producendo aliam; nihilominus inter creationem, ſeu conſeruationem vnius, & deſitionem alterius non eſſet illa connexio, quę requiritur ad conuerſionem, neque Deus diceretur, faciendo vnã, aliam deſtruere, ſed dum facit vnam, aliam deſtruc-

20 Non quælibet ſubſtantia ſub alterius accidẽtibus manere poteſt.

21

22

Alia verborum forma qua fieri poſsit ſubſtantialis conuerſio

23 Obiectio.

Refellitur

24

destruere; vel quia premisit, producta vna aliam destruere, ita facere: ac proinde hæc duo comitanter se haberent. At vero cũ vtimur pronomine demonstratiuo Deus, & sacerdotes vere dicimur, enunciãdo vnam substantiam, aliam destruere, vt satis, superq; explicatum est.

Secunda sententia cõfutatur.

Deinde contra OKamum, & Gabrielem planè sequitur, quãlibet substantiam in quãlibet aliam non posse conuerti ex eo solum, quòd maneat communis locus: vt si in eodẽ loco, quo vna substantia desineret, alia crearetur, aut conseruaretur: quia communis locus non posset esse causa, vt per illum demõstraretur vna substantia, & alia desineret; siquidem hæc demonstratio fieri solùm potest per accidentia propria, & intrinseca, per locum autem non demõstratur substantia, sed in eodem loco æquè demonstrari potest vna substantia, sicut alia, ac proinde demonstratio vnius, non potest esse causa desitionis alterius, quod requiritur ad conuersionem.

Aliquorũ placitum examinatur.

Demum aliqua, quæ Recentiores circa hanc controuersiam dixerunt, ex prædicta doctrina impugnari possunt; tametsi nonnihil etiam ex ijs, quæ dixerunt mihi probetur. Illud enim placet, quod dicunt, nullã substantiam in aliam conuerti posse, nisi habeat accidentia inhærentia, quæ manere queant: neque sufficere, si solùm maneat locus communis vtrique substantiæ. Ratio verò, qua id probant, & id, quod inde deducunt, mihi placere non potest. Nam ea ratione dicunt, debere esse accidentia inhærentia vni substantiæ, sub quibus alia cõstitui possit, quia censent, in transsubstantiatione, quam putant esse productionem substantiæ, in quam fit conuersio, ex vi illius non desinere aliam substantiam, quæ dicitur conuerti; sed desitionem illius procedere debere ex separatione sola accidentium inhærentium: & quia ad hoc nihil potest conferre locus, quòd sit extrinseca forma, ideò asserunt, non sufficere ad conuersionem, si maneat vtrique substantiæ communis. Ego tamen hanc rationem supra impugnaui disputatione præcedente capite 2. tum quia est præposterus ordo, vt destruatur substantia, incipere à separatione accidentium: tum etiam, quia hæc causa desitionis neque sufficere potest ad rationem transsubstantiationis, seu cõuersionis, neque ad hoc, vt desitio talis substantiæ non sit annihilatio, vt aduersarij contendunt. Deinde quod ex eadem doctrina inferũt, multo minus mihi probatur, nimirum posse manere sub accidentibus cuiuslibet substantiæ quamlibet substantiam, & ita posse quamlibet in quamlibet conuerti ratione accidentium, quæ cõmunia quodammodo manere possunt. Hoc igitur mihi multo magis displicet, tum, quia impossibile censeo, substantiam spiritualem, & multô magis corpoream manere sub accidentibus alterius substantiæ spiritualis, quod ex professo non est opus probare, cum per se satis appareat, hanc communicationem sub eisdem accidentibus commentitiam esse. Tum etiam, quia, licèt possibilis esset, non posset eo modo fieri conuersio; cum enim conuersio alio modo fieri nequeat, nisi verbis demonstratiuis, vt capite præcedente conuicimus, & sub accidentibus spiritualibus talis demonstratio, aut alterius substantię spiritualis, aut etiam corporeæ fieri nequeat, vt iam ostendimus, conficitur planè, eo modo conuersionem fieri non posse: & hęc dicta sufficiant in confirmationem prioris partis nostrę sententiæ. Quod si aliquis contendat, non sola oratione demonstratiua fieri posse conuersionem, sed per verbum fieri, denotãdo, vnum aliud fieri, vt si dicamus: *Panis fiat corpus Christi*, & ita posse quodlibet in quodlibet conuerti, obstat ratio. Nam, vt dicebamus disp. 181. cap. vltimo, hæc propositio, *Panis fit corpus Christi*, in sensu proprio concedenda non est: si autem in sensu improprio concedi potest, ideò est, quia supponit factam conuersionem vnius in aliud, non quia per ipsam orationem fiat, aut ipsa sit causa, vt desitio vnius consequatur, & cõnexa sit cum esse alterius substantię: idemque dicendum est de propositione, in qua vtimur verbo conuersionis: neutra enim efficere potest significatione sua, vt esse vnius substantiæ prout significatum causa sit, vt alia in eam desinat; sed si supponitur ita factum per aliam orationem demonstratiuam, verè, & propriè dicimus, vnum in aliud conuerti. Vnum autem aliud fieri dicimus verè, licet non propriè.

25 Ratio Recentiorũ inefficax.

6

27

Effugium præcluditur.

Posterior pars veræ sententiæ.

CAPVT IIII.

28

CIRCA Posteriorem verô partem de conuersione substantiæ creatę in Deum Scholastici variè sentiunt, id quod mirum censeri non debet. Siquidem varie etiam de ipsa natura transsubstantiationis docẽt. Nam, quòd Deus in nullam creaturam conuerti possit, ita ma-

ita manifeſtum eſt, vt in quæſtionem cadere nequeat: cum illud, quod in aliud conuertitur, deſinere neceſſe ſit. Quamplures verò dicunt, nihil creatum in Deum conuerti poſſe. Ita ſentiunt Scholaſtici omnes, quos citauimus, & Hericus quodlib. 11. quæſt. 4. ex

Henricus. Scotus. Gabriel.

iis autem Scotus, & Gabriel eam reddunt rationem: quia, vt vnum in aliud conuertatur, vtrumque debet ſubeſſe potentiæ conuertentis, Deus autem nulli potentiæ ſubditur. Ca

Caietanus. Sotus.

ietanus vero, & Sotus eam reddit rationem: quia Deus, & creatura non conueniunt in ratione entis (intelligunt creati, & quod ſubſit potentiæ conuertentis: nam in ratione entis abſolute analogice conueniunt) quare in idem recidit hæc ratio cum ratione Scoti, & Gabrielis. Mitto rationem Hérici quodlibeto illo citato, quæ difficilis ſane eſt. Inquit enim, ideò non poſſe creaturam in Creatorem conuerti, quia id, quod erat creatura, nempe (vt ipſe loquitur) aliquitas creaturæ, non poteſt eſſe aliquitas Dei. Nam ſi id intelligat de eadem entitate numero, quam neceſſe ſit manere ſub vtroque termino, & ex creatura fieri Creatorem, eſt omnino abſurda ſententia: ſi autem aliud intelligat, nullius momenti, eſt.

Difficilis Henrici ratio.

29 Nonnulli Recentiores referunt pro oppoſita ſententia Maiorem in 4. diſtinct. 11. quæſtion. 1. & Caietan. ſupra in hac 3. part. quæſtion. 2. artic. 1. id tamen non docent. Caietanus enim in §. *Circa illam literæ, &c.* ſolùm inquit, rationem, qua probat S. Doctor, nihil conuerti poſſe in Diuinam naturam, quia illa eſt ingenerabilis, non habere locum in conuerſione totius ſubſtantiæ, quæ eſt tranſubſtantiatio, & de quanunc loquimur. Vt enim fiat hoc genus conuerſionis, neque oportet ex ſententia Caietani fieri ſubſtantiam, in quam fit conuerſio, neque generari; ſed ſolùm vim habere in conuerſione, quæ fit per tranſmutationem, vt eſt illa, qua alimentum conuertitur in animal, & elementa in mixtũ. Maior autem in illa quæſt. in principio, cum, explicans definitionem tranſubſtantiationis à ſe datam, dixiſſet, panem in hoc Sacramento non tranſubſtantiari in Deitatem: quia illa eſt vbique, quaſi diceret, quia non ſuccedit in loco panis, cum antea ibi eſſet, ſubdit,

Aliqui falſo citãtur pro ſententia oppoſita. Maior. Caietanus.

30 *Niſi dicas, quod ſufficit incipere eſſe ſub ſpeciali modo*, nempe virtute verborum. Sic autem concedere videtur, panem conuerti in Deitatem. Subiungit vero inferius, tranſubſtantiationem propriè eſſe ſucceſsionem alicuius ſubſtantiæ primariè ſuccedentis, & hoc ſenſu panem non conuerti in Deitatem, quia illa non primariè, ſed comitanter, hoc eſt, non ex vi verborum ſuccedit. Alio verò modo tranſubſtantiationem eſſe, prout ab ipſo fuerat definita, nempe: *Subſtantia deſinens totaliter eſſe loco, cuius alia immediate ſuccedit.* Non dicit, *Primariè*, ſed abſolutè, *Immediate ſuccedit*, & hoc pacto concedit, plures eſſe terminos conuerſionis huius, quæ fit in hoc Sacramento, inter quos numerat Deitatẽ. Hęc ſunt, quę docent Doctores in hac re.

Mens Autoris circa conuerſionem creaturæ in Deitatem.

Ego vero exiſtimo, nullam creaturam poſſe conuerti in Deitatem, ſicut in adęquatũ, & integrum terminum conuerſionis, bene tamẽ in illam ſicut aliquid ipſius termini. Vtrũque autem ex precedente doctrina facili ratione monſtrabo. Primum quidem, non poſſe Deitatem eſſe integrum, & adęquatũ terminum conuerſionis ſubſtantię corporeę, ſic oſtendo. Conuerſio, vt ſupra diximus, nõ poteſt fieri, niſi verbis demonſtratiuis verè enũciantibus terminum tranſubſtantiationis, vt cum dicimus, *Hoc eſt corpus meum*: hoc autem modo non poteſt vere demonſtrari ſub accidentibus corporis ſola Deitas. Nam, ſi ſola accidentia manerent, & in illis eſſet Deitas ſicut in omnibus alijs rebus, non diceremus verè, *Hæc eſt Deitas*, vel, *Hoc eſt Deitas*, ſed ſolum, *Hic*, hoc eſt, *In hoc loco eſt Deitas*, quia demonſtratio illa, qua dicimus, *Hoc eſt corpus*, ſuppo nit, ſubſtantiam illam, quam demonſtramus, ita claudi ea quantitate, & accidentibus, vt extra illa, in quacumque alia re non ſit: Deitas autem ita eſt ibi, vt difuſa ſit in omnibus alijs rebus: ergo non poteſt aliquod corpus in Deitatem conuerti. De ſpiritu autem manifeſtum eſt, quoniam nullum ſpiritum in alium ſpiritum poſſe conuerti, ſupra diximus.

31 Concluſionis fundamentum.

Deinde poſſe conuerti corpus in Deitãtem, vt in aliquid ipſius termini, patet: quia ſicut nunc vtimur verbis illis in conſecratione, *Hoc eſt corpus meum*, ex vi quorum non eſt Deitas, ſed ex ſola comitantia, vt diſputat. 185. cap. 2. explicabitur: eo quod illud pronomen, *Meum*, non referat ſuppoſitum, ſed ſolã humanitatem, ita etiam vti poſſemus his verbis: *Hoc eſt corpus meum Deificatum*, vel *Hoc eſt corpus Chriſti*, ex vi quorum Deitas eſſet in hoc Sacramento cum corpore: eo quòd expreſſe ſignificaretur vt forma Deificans, & ſanctificans humanitatem. Quemadmodum, ſi vteremur his verbis, *Hæc eſt caromea viuẽs*, vel *Corpus meum viuum*, ex vi illorum eſſet anima: id enim dicitur eſſe ex vi verborum, ſeu Sacramenti, quod expreſſe ſignificatur verbis ipſis conſecrationis: id autem, quod eſt in Sacramento ex vi verborum, eſt terminus cõuerſionis, & in id per ſe dicitur panis, aut vinum

32

num conuerti, ſiquidem enunciatione, & demonſtratione illius veluti oppoſita forma deſtruitur panis. Ergo tunc in Deitatem conuerteretur, non ſicut in terminum adæquatum, & integrum, ſed ſicut in aliquid illius: quemadmodum ſi diceremus, *Hæc eſt caro mea viuens*, vel *Corpus meum viuens*, nemo negaret, panem conuerti in corpus Chriſti animatum, ac proinde in animam, veluti in aliquid huius corporis. Atque hinc non obſcure colligitur, ad rationem transſubſtantiationis nõ requiri productionem termini ad quem, ſiquidem tunc per illam formam conuerſio fieret in Deitatem, vt diximus, & Deitas non produceretur.

33 De cõuerſione formali.

Quod ſupereſt nonnihil dicamus de conuerſione formali & materiali (ſi talis eſſe poteſt.) Formalis igitur conuerſio ſolum fit inter res compoſitas manente materia communi, ita vt vna forma aliam corrumpat: eoquõd ſuapte natura pugnat cum illa. Neque enim video, quo pacto per ſolam veritatem verborum fieri poſsit, ſicut conuerſio totius ſubſtantiæ in ſubſtantiam, de qua hactenus loquuti ſumus. Quocirca, & materia communis, quæ manet, capax eſſe debet vtriuſq; formæ, vt circa illam vna aliam corrumpat. Præterea ad hanc conuerſionem non ſufficit, vt vna forma expellatur ab alia, ſed etiam requiritur, vt corrumpatur: quare anima rationalis expulſa à forma cadaueris, non dicitur in illam conuerti.

De cõuerſione materiali.

De materiali verò conuerſione eadem prõportione Recentiores aliqui philoſophãtur, vt dicant, inter res compoſitas ex materia, & forma eam ſolùm fieri poſſe: deinde opus eſſe, vt eadem forma ſucceſsiue informet duas materias, & ita dicantur ſibi ſuccedere ſub eadem forma. Ego verò exiſtimo, hanc ſucceſſionem poſsibilem eſſe; veram tamen rationem conuerſionis habere non poſſe. De ſucceſsione non dubito: quia poſsibile eſt eamdem formam ſucceſsiue informare diuerſas materias: hanc verò ſucceſsionem non eſſe conuerſionem vnius materiæ in aliam, hac ratione mihi habeo perſuaſum. Quia, vt fiat cõuerſio vnius in aliud, oportet, vt illud, quod conuertitur, deſinat eſſe ex vi alterius, tamquam oppoſiti, vt ſupra ſæpius explicatum eſt: vna autem materia, quæ informabatur alia forma, non poteſt deſidere ex eo, quõd eadem forma incipiat informare aliam materiã. Nam aut hoc fieri deberet à creato aliquo agente, & modo naturali, & ita non deſineret prior materia, ſed alia forma informaretur; neque enim virtute agentis creati manere poſſet illa ſine vlla forma, aut anihilari; aut id fieri deberet ſola Dei potentia: & hoc modo intelligi nequit, quopacto informatio nouæ materiæ aduenientis ſit cauſa deſtruendi priorem per modum oppoſiti. Quoniam, vt forma illa per potentiam Dei nouam materiam informaret relicta antiqua, prius ſecundùm naturam, aut rationem relinquere debebat antiquam, vt nouam informaret: non autem informare nouam, vt antiquam relinqueret. Neque enim intelligi poteſt, quo pacto informatio nouæ materiæ expelleret, & deſtrueret informationem antiquæ: ſic autem, 35
licèt anihilaret Deus antiquam materiã, hoc ipſo, quõd à forma relinquebatur, ne præter naturam eam ſine forma conſeruaret; nihilominus informatio nouæ non eſſet veluti oppoſita forma, quæ eſſet cauſa deſtruendi antiquam: & ita materia deſinens non diceretur in nouam conuerti; id enim, in quod aliud conuertitur, debet eſſe cauſa, vt aliud deſinat. Adde, quod, licèt forma non priùs ſeparãretur à materia antiqua, quàm informaret nouam, ſed prius nouam informaret, & eam informando, relinqueret antiquam, non dicere tur materia in materiam conuerti, nec conuerſio materialis diceretur, ſed formalis; quia, materia noua non eſſet cauſa deſitionis materiæ antiquæ, ſicut vna forma expellens aliam cauſa eſt deſitionis illius; ſed informatio nouæ materiæ eſſet cauſa, vt deſineret antiqua informatio, & conſequenter materia deſtrueretur, ne ſine forma maneret; & ita nõ eſſet cõuerſio materialis, hoc eſt, materiæ in materiã, ſed formalis, hoc eſt informationis in informationem ſub alia materia.

Iudicium Autoris. 34

Cæterùm ſi fieri poſſet, vt materia ſeparata ſine forma haberet accidentia ſenſibilia cũ quantitate, ſub quibus demõſtratio fieri poſſet qualis nunc ſit in conſecratione, fieri poſſet conuerſio vnius materiæ in aliam materiam, vt ſi ſub accidẽtibus, quæ eſſent in vna 36
materia, nempe in materia Petri, aliquis aliam demonſtraret materiam, aliam, nempe, Ioannis, dicens, *Hæc eſt materia Ioannis*, vna in aliam conuerteretur, ſi verba ex Diuina inſtitutione eam vim haberent, quam verba conſecrationis nunc habent. Verum, quia vt probabilior opinio fert, accidentia corporea, non in materia prima, ſed in toto compoſito ſolum ſunt tamquam in ſubiecto: ideò ex vi talium verborum non poſſet deſinere vna materia, & alia ſuccedere: quia vtraque ſub eiſdem accidentibus manere poſſet: quia cum nulla eſſet magis propria accidentiũ, quã alia non potius vnã quãalia ſub illis demonſtraretur, vt demõſtratione ſui alia neceſſario deſineret, ne talem demonſtrationẽ impediret.

ARTI-

ARTICVLVS V.

Vtrum in hoc Sacramento remaneant accidentia panis, & vini poſt conuerſionem.

Notatio circa Articulum.

Sotus. CONCLVSIO Eſt affirmans. Circa ſolutionem ſecundi, & tertij notat Sotus, ideò ſenſum non decipi circa accidentia, quæ remanent in hoc Sacramento, quia non iudicat, ſed ſimplici ſolùm apprehenſione ſentit. Et ſanè 1.part.diſp.75.cap. 2.ex profeſſo probauimus, falſitatem, & errorem eſſe non poſſe, niſi in iudicio compoſitionis, & diuiſionis, & ita neque in ſimplici apprehenſione noſtri intellectus errorem, aut falſitatem eſſe poſſe. Verùm, quamuis ſenſus iudicaret compoſitione & diuiſione, in quâ falſitas poſſet requiri, in hoc caſu nullo modo deciperetur: quia, cum ſenſus ſolùm percipiat accidentia, non ſubſtantiam, de illis ſolùm iudicare poteſt. Vtrum autem ibi ſit ſubſtantia an non, diſcernere, & iudicare nequit. Ergo, ſi ibi aliqua eſſet circa ſubſtantiam deceptio, ſolum eſſet in intellectu: hãc autem fides corrigit, & emendat. Quod verò ait Sotus in 4.diſt. 9. quæſt.2. art.5. ſenſum nõ ſolùm percipere accidentia, ſed etiã ſubſtantiam, niſi intelligat per accidens, nulla ratione verum eſſe poteſt; nam ſubſtantia non eſt ſenſibilis per ſe, ſed per accidens, cum non ſit ſenſibile proprium, neque commune.

37 An verò in hoc Sacramento maneant non ſolum accidentia communia, ſed etiam propria diſput. 187. videbimus.

ARTICVLVS VI.

Vtrum facta conſecratione remaneat in hoc Sacramento forma ſubſtantialis panis.

Notatio circa Articulum.

CONCLVSIO Eſt, *Forma ſubſtantialis panis non remanet poſt conſecrationem.* De errore eorum, qui aſſerebant poſt cõſecrationem manere formã, & ſolũ conuerti materiam, ſupra d.180.c.7. ſatis dictum eſt. Nunc verò ſolũ ſupereſt, vt notemus, opinionem Scoti aſſerentis, formam panis eſſe accidentariam, & non ſubſtantialem, ſine errore defendi poſſe. Nam, licet fateri debeat, eam formam manere, ſicut alia etiam panis accidẽtia manent, nihilominus non debet aſſerere, neque aſſerit, formam ſubſtantialem panis, quam eamdem eſſe cum forma maſſæ exiſtimat, manere; ſed ſolùm eam, qua accidentarie differt à maſſa. Fides autem noſtra hoc ſolum contendit, vt nihil ſubſtantiæ panis, & vini in hoc Sacramento maneat; de forma autem, qua differt panis à maſſa, vtrum ſit accidens, an ſubſtantia, non curat. Quantum verò valeat ratio S. Thomæ, qua probat in corpore articuli; non manere ſubſtantialem formam panis à materia ſeparatam, facile patet. Supponit enim, eam non manere modo præter naturam: quia hoc inutile eſſet, & ita potius deſinere deberet cum materia, ſi autem maneret ſeparata, intellige, modo naturæ ipſius conſentaneo, recte infert, fore intelligibilem actu, & intelligentem, ſicut eſt Angelus, & anima, & quæuis natura, à materia ſuapte natura non pendens.

Scotus ab errore vindicatur.

38

ARTICVLVS VII.

Vtrum iſta conuerſio fiat in inſtanti.

CONCLVSIO Eſt affirmans, nihilque difficultatis habet. In quo autem inſtanti fiat, vtrum finita prolatione, an verò durante aliquo ſono vocis, aut indiuiſibili illius, diximus tom.2.d.132.c.5. dum agemus de modo, quo verba Sacramentorum operãtur: & hæc ſatis de tota hac quæſtione.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA SEXTA, De modo, quo Chriſtus eſt in hoc Sacramento.

39 HACTENVS Oſtendit S. Doctor, in hoc Sacramento eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti, & ſubſtãtiam panis, & vini non manere, iam verò ſpeciatim de modo, quo Chriſtus ipſe ſit in hoc Sacramento, diſputare incipit: nec enim hactenus de Chriſto ipſo, hoc eſt, de

est de toto Christo, sed de corporis, & sanguinis eius præsentia, in quæ fit conuersio, disseruit.

ARTICVLVS I.

Vtrum totus Christus sit sub hoc Sacramento.

CONCLVSIO Est *Totus Christus est in hoc Sacramento; quamuis quæcunque sunt ipsius Christi, non sint eodem modo: quia ex vi Sacramenti id solum est, in quod conuertitur substantia panis, & vini: ex naturali autem concomitantia est illud, quod reipsa ei coniunctum est.* Quo pacto titulus, & doctrina huius articuli differat à titulo, & doctrina subsequentis, sequenti articulo videbimus: doctrinam verò vtriusque disputatione sequente examinabimus.

ARTICVLVS II.

Vtrum totus Christus contineatur sub vtraque specie.

Notatio circa duos Articulos præcedentes.

40 PRIMA Conclusio est: *Sub vtrauis specie huius Sacramenti est totus Christus, quatuis omnia, quæ sunt in Christo, non sint eodem modo, vt superiori articulo dictum est*, nempe, in solutione primi. Secunda conclusio, *Sub speciebus panis est corpus Christi ex vi Sacramenti; sanguis autem ex reali concomitantia, sicut de anima, & Diuinitate superiori articulo dictum est.* Tertia conclusio, *Sub specie bus vini est quidem sanguis Christi ex vi Sacramenti; corpus autem Christi ex reali comitantia, sicut anima, & Diuinitas.* Circa vtrumque articulum difficultas statim se offert; quia idem in vtroque quæri videtur, & ita etiam eadem videtur vtriusq; doctrina. Verùm, quamuis non opus sit, secundum articulum addere, sed in primo paucis additis tota doctrina compleri possit: nihilominus neque idem in vtroque quæritur, neque eadem omnino est vtriusq; doctrina. Nam in 1. artic. non quæritur de singulis speciebus, quid in se contineant ex vi Sacramenti, & quid ex reali concomitantia; sed de toto Sacramento in vniuersum: & ita cum de toto illo inquit, illud esse ex vi Sacramenti, in quod substantia panis, & vini conuertitur, denotat, corpus, & sanguinem esse in hoc Sacramento ex vi verborũ, seu Sacramenti quod idem est: per concomitantiam vero, solum inquit esse animam, & Diuinitatem, vt patet ex solutione primi, nempe, respectu totius Sacramenti: nam, si de singulis loquatur speciebus alia est ratio, vt in secundo articulo. Postea vero in secundo articulo non quærit de toto Sacramento simul, neque de vtraque specie simul, sed de vtrauis, quauis ipse abutatur nomine, *Vtraque* pro *Vtrauis*. Quærit igitur S. Thom. an sub vtrauis specie, hoc est, sub qua libet specie sit totus Christus: & respondet, esse quidem totum, diuerso tamen modo ea, quæ sunt in Christo, esse in hoc Sacramento. 41 Omissa autem anima, & Diuinitate, de quibus dixerat in articulo primo esse per concomitantiam solum in hoc Sacramẽto: id quod ipse intellexit de toto Sacramẽto, ita vt nulla harũ esset ex vi Sacramẽti sub vlla specie, solùm agit de corpore, & sanguine, de quibus dixerat, esse ex vi verborum in hoc Sacramento vniuerse accepto. Et ostendit, quomodo in qualibet specie reperiantur, ita vt vnum illorum: nempe, corpus sit in vna specie, nempe, panis ex vi verborum, & Sacramẽti; in altera verò nempe, in specie vini per concomitantiam, sicut in primo articulo de anima, & corpore dixerat, non tantum respectu huius speciei panis, sed etiam respectu totius Sacramenti. Alterum vero, nempe sanguis sit ex vi Sacramenti, & verborum sub specie vini, per concomitantiam autem sub specie panis: quod quidem non explicauerat in primo articulo. Ratio verò, ob quam corpus sit per concomitantiam sub specie vini, & sanguis sub specie panis, eadem est, ob quã dixit, in toto hoc Sacramento esse per solam concomitantiam animam Christi, & Diuinitatem, nempe, quia re ipsa naturaliter coniuncta sunt ei, quod est sub vna, aut altera specie ex vi verborum, & Sacramenti. Quę quidem ratio sumpta ex reali coniunctione quanti momenti sit, patebit disputatione sequente cap. 2. Iam vero ad examinandam doctrinam vtriusque articuli gradum faciamus. 42

Difficultas circa titulos articuli vtriusque expeditur.

Vtrum totus Christus sit in hoc Sacramento ex vi verborum, seu Sacramenti; an alio modo. Disput. 185.

Totum Christum esse in hoc Sacramento, fides catholica docet. Cap. 1.

Quid ſit ex vi verborum, & Sacramenti ſub quâ libet ſpecie, & quid per naturalem connexionem, & concomitantiam? Cap. 2.
Totum ſanguinem eſſe ex vi verborum in calice. Cap. 3.

Totum Chriſtum eſſe in hoc Sacramento, fides catholica docet.

CAPVT I.

1 EX Antiquis hæreticis, nullus eſt (quem ego legerim) qui cõceſſo ſemel, corpus, & ſanguinem Chriſti in Euchariſtia eſſe, neget totum Chriſtum ſub qualibet ſpecie vere contineri; tametſi ex Recentioribus hæreticis nõ defuerint, qui hoc ita expreſſe docuerint. Vvaldenſis tom. 2. qui eſt de Sacramentis cap. 87. ex epiſtola Iulij Papæ ad Epiſcopos in Aegyptum miſſos, quæ refertur in canone, *Cum omne. De cõſecratione*, diſt. 2. & in Cõcilio Bracharenſe 3. cãnone 1. & Recentiores nonnulli eiuſdem Vvaldenſis autoritate ducti, dicunt, fuiſſe quoſdã hæreticos, qui panis ſpecies intinctas ſpecièbus vini conſecrati ad cõmunionis complementum populo tribuebãt, quòd exiſtimarent, ſub ſingulis ſpeciebus integrum Chriſtum non contineri, quos hæreticos, *Intinctores*, dictos fuiſſe, affirmant prædicti Theologi. Verum hoc nomine eos ſic nunc upatos fuiſſe, aut ipſos exiſtimaſſe ſub ſingulis ſpeciebus integrum Chriſtum non contineri, apud nullum antiquum, & probatũ Autorem inuenio. Neque verò putò, eos vtramque ſpeciem ad communionem laicorum neceſſariam eſſe docuiſſe, cum talis erroris Iulius Papa eos non inſimulet. Nam ſi vtrãque ſpeciem laicis neceſſariam eſſe exiſtimarent, non ſatis fuiſſet, ſpecies panis intinctas ſpeciebus vini eis porrigere; ſic enim populus non biberet ſanguinẽ Chriſti, ſed ſimul cum corpore illũ manducaret. Et ita oporteret ſpecies vini per ſe eis miniſtrare, vt ſanguinem Chriſti bibere dicerentur. Quocirca Pontifex illos hæreticos non reprehendit, quòd pro communione populi vtramq; ſpeciem neceſſariam eſſe exiſtimarent, ſed quod in eo facto Dominum non imitarentur, qui vnãquãque ſpeciem ſeorſim Apoſtolis cõmendauit, nec intinctum panem vlli alteri, niſi Iudæ porrexit. In quo vtrũ fuerit corpus Chriſti intinctum ſanguine, an nõ, diſp. 217. cap. 2. dicemus.

Vvaldenſis. Iulius Papa

Canon *ci omne. Conc. Brac.*

Qui eſſent *Intinctores* hæretici.

2

Præterea Alanus lib. 1. de Euchariſtia cap. 41. hunc errorem, quem retulimus tribuit omnibus hæreticis, qui dixerunt, non ſufficere populo alteram ſolùm ſpeciem ſumere, nã hoc ipſo videbantur exiſtimare in altera ſolùm ſpecie integrum Chriſtum non eſſe: ſi enim crederent, integrum Chriſtum in quali bet eſſe, non dicerent, alteram non ſufficere populo. Hoc tamen non eſt ſufficiens indicium, vt dicamus, hos hæreticos in eo errore fuiſſe, nam alia ratione exiſtimare potuerũt, non ſufficere populo alteram ſpeciem, vt d. 215. videbimus. Verum ex hæreticis noſtri temporis, qui veram, & realem præſentiã corporis, & ſanguinis Chriſti in hoc Sacramento concedunt, varie de concomitantia ſentiunt. Mitto autem Sacramentarios, qui veritatem corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia negant, & ſolùm in ea, veluti in ſigno eſſe dicunt: mirum enim non eſt, nullam concomitantiam in hoc Sacramento eos admittere. Nam in ſigno ea ſolùm res eſſe dicitur, quæ ipſo ſignificatur: nihil autem per concomitantiam ſignificari, aut in ipſo ſigno eſſe dicitur. Hi ſunt Caluinus lib. 4. inſtitutionũ cap. 17. §. 18. 35. & 47. Petrus Martyr in libr. de cœna Domini contra Gardinerum in obiectione 36. Lutherus verò, qui veritatem corporis, & ſanguinis in Euchariſtia fatetur, variè de concomitantia loquitur. Nam in aſſertione art. 16. concedit aperte, totum Chriſtũ accipi ſub qualibet ſpecie: in quo concomitantiam aliquam fateri cogitur; in informatione autem ad quemdam amicum de cõmunione ſub vtraque ſpecie, irridet concomitantiam: in libro autem ad Vvaldenſes quæſtionem de concomitantia tamquam inutilem, & vanam prætermittit. Lutherani vero in varias etiam opiniones diuiſi ſunt. Quidã concedentes verum corpus, & ſanguinem Chriſti in Euchariſtia, concomitantiam ſicut Sacramentarij negant, ex his eſt Tilmanus Heſhuſius in libro de ſexcentis erroribus Pontificiorum, titulo 17. errore 4. & 18. recenſet enim inter errores, quòd dicamus, totum Chriſtum ſub qualibet ſpecie cõtineri. Huic etiam conſentiunt Hermannus Hamelmannus in libro de communione ſub vtraque ſpecie, & Mathias Illiricus in libro contra Sacramentarios part. 2. argumento 25. & part. 3. in ſolutione 3. obiectionis. Alij verò fatentur, integrum Chriſtum ſumi ſub qualibet ſpecie, vt Brentius in confeſsione Vvitembergenſi artic. de Euchariſtia, & Kemnitius in diſ.

Alanus.

Sacramentarij.

3

Caluinus. Petr. Mart. Lutherus.

Lutheri inconſtantia notatur. Varij errores Lutheranorum.

Tilmannus Heſhuſius.

4

Hermanus. Hamelmann. Math. Illi.

Brentius. Kemnitius

in disputatione de vtraque specie in fine, idque asserere debẽt omnes Vbiquistæ. Alij denique, vt Melanchó in apologia art. 10. confessionis Augustanæ nolunt ad quæstionem hanc respondere.

Vbiquistæ. Melanchon.

Veritas catholica.

Catholica tamen doctrina ab Ecclesia iam definita est, totum Christum sub qualibet specie huius Sacramenti contineri. Ita definit Concilium Constantiense sessione 13. & Basilience sess. 30. & Tridentinum sess. 13. c. 3. & sess. 21. c. 3. & Eugenius IIII. in Concil. Florent. in decreto fidei, quod est post vltimam sessionem §. *Testium est*. Hæc autem veritas confirmari solet primum duobus Scripturæ testimonijs, alterum est 1. Ioannis c. 4. *Omnis Spiritus, qui soluit Iesum ex Deo nõ est, & hic est Antichristus.* Verum cũ ibi loquatur Ioannes contra Ebionem, qui Christũ purum hominẽ esse docebat, vnionem hypostaticã ipsius dissoluens, pro confirmanda hac veritate, hoc testimonio vti nollem. Alterũ est Ioann. 6. *Qui manducat me, viuet propter me: & Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*: ex quo loco aliqui ita arguunt, Christus non mãducatur nisi in specie panis: ergo sub specie panis non est solùm corpus, sed totus Christus: nam de solo corpore non diceret, *Qui manducat me*. Verum, quia si in triduo facta fuisset consecratio, non fuisset Christus totus sub specie panis, sed solùm corpus mortuum, & nihilominus vera essent prædicta verba. *Qui manducat me, viuet propter me*, neque enim minoris tunc virtutis esset Sacramentum, quam nunc: tum etiam quia per Synecdochem dici posset illud, *Qui manducat me*, &c. denũ quia cum dixit Christus, *Ego sum panis viuus*, statim subdit, *Et panis, quem ego dabo, caro mea est*, &c. ideò his testimonijs contra hæreticos vti nolo, sed alijs manifestis ex Patribus desumptis, eos conuincere curabo. S. Andreas, vt scribunt presbyteri Achayæ in vita illius, dicebat. *Ego Omnipotenti Deo, qui vnus, & verus est, immolo quotidie non taurorũ carnes, &c. sed immaculatum agnum in altari; cuius carnem postea quam omnis populus credentium manducauerit, agnus, qui sacrificatus est, integer persenerat, & viuus.* Supponebat igitur, totum Christum agnum immaculatum viuum cum anima sua esse sub speciebus panis, sub quibus eius caro manducatur, cum dicat, integrũ perseuerare, & viuum post manducationem: nã, si antea separata esset eius caro, in Eucharistia ipso viuo permanente, quod mirũ, si post manducationem carnis viuus perseueraret? Denotat ergo manducatio nem carnis eius nihil nocere vitæ quam etiam sub Sacramento habebat. Cyrillus Hierosolymitanus catechesis 4. mystagogica dicit, nos esse Christiferos, quando communicamus. Nempe supponens planè, in qualibet specie huius Sacramenti esse totum Christum. Ambrosius libr. *De iis, qui initiantur mysterijs*, capite 9. nõ multum ante finem inquit, *In illo Sacramento Christus est, quia corpus Christi est.* Colligit enim ex eo, quod sit corpus, esse ipsum Christum, quod qua ratione rectè inferatur, infra videbimus. Hieronymus in epistola ad Hedibiã, quæstion. 2. de Christo in hoc Sacramento, inquit, *Ipse conuiua, & conuiuium: ipse comedes, & qui comeditur.* Augustin. in Psalm. 33. inquit, Christum se ipsum portasse manibus suis, quando dixit, *Hoc est corpus meum*, Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Ioann. cap. 13. docet, per sacram Eucharistiam Christum in nobis manere, & habitare re ipsa. Id tamen multo clarius expressum est in canone *Singuli, De consecratione*, distinct. 2. qui desumptus est ex Missali Ambrosiano in præfatione dominicæ 5. post Epiphaniam: & ex Ambrosio citat Algerus lib. 1. de Sacramentis corporis, & sanguinis Dominici cap. 15. & Iuo Carnotensis in suo decreto. Magister autem in 4. distinct. 12. citat ex Hieronym. Denique Guitmundus lib. 1. de Eucharistia columna 7. citat ex præfatione, quæ per totum orbem Latinum decantatur.

1. Ioann. 4. 5

Ioann. 6.

6

Ambrosius 7

Hieronymus

Augustin.

Cyril. Alex.

Canon Singuli

Algerus. Iuo Carn. Magister. Guitmundus

Patres illã confirmãt S. Andreas

Cyril. Hier.

Torrò pro hac sententia est manifesta ratio. Nam, quoties aliqua coniuncta sunt, non potest vnum alicubi esse sine alio, si eorum coniunctio permaneat: corpus autem Domini ita nunc est, vt simul sibi coniunctam habeat animam, & sanguinem, & Diuinitatem: ergo vbicumque fuerit corpus, hæc omnia simul cum eo erunt, ac proinde totũ Christum sub speciebus esse, fatendum est. Maior propositio, cui tota hæc ratio innititur, primum intelligenda est de ijs, quæ adæquate sibi coniuncta sunt, qualia sunt corpus, anima, & sanguis: nam si aliqua non adæquate coniunguntur, quia vnum illorum latius patet, quàm aliud, non est propositio illa inuniuersum vera. Et hac ratione, cum humanitas, & Diuinitas sint coniunctæ, non rectè sequitur humanitatẽ esse vbicũque est Diuinitas, sicut Vbiquistæ contẽdunt: è contrario vero rectè sequitur, illud, quod latius patet, esse vbi est aliud, quod non ita late patet. Sic igitur intellecta propositione rectè intulimus, tria illa animã, sanguinẽ, & Diuinitatem esse in hoc Sacramẽto, vbi est corpus. Deinde prædictã propositionẽ nonnulli Recẽtiores Theologi, ita intelligũt, vt nullũ miraculũ intercedat præter illud, quod est necessariũ, vt vnũ corpũ in aliquo alio loco cõstituatur: nã reliqua

Ratio.

Maior prõpositio quo sensu vim habeat.

8

vbiquistæ.

(inquiunt) ex vi naturalis coniunctionis, ſi abſque peculiari alio miraculo ſmantur, neceſſario erunt ſimul cum illo in eodē loco; ſi vero aliud peculiare miraculū fiat præter primum, fieri, inquiunt, poterit, vt non omnia, quæ vnū comitantur in vno loco, ſimul etiā ſint cum illo in alio ſed potius vt vna res cō iuncta cum alia ſit ſimul cum ea in vno locō, & non in alio, & ita vt corpus viuum ſit cum anima in vno loco, & ſine illa mortuum in alio. Quia vero in hoc Sacramento miracula multiplicanda non ſunt, recte ſequitur, vt vbicumque per vnum miraculum fuerit corpus Chriſti, ſicut in Sacramento, ſint etiam ibi omnia alia ſimul cum eo, quæ ſibi coniuncta habet in cœlo. Ego vero exiſtimo ita verum eſſe maiorem propoſitionem intellectā priori illo modo, quem diximus de ijs, quæ adæquate, & inadæquate etiam coniunguntur, vt oppoſitum per Diuinam etiam omnipotentiam fieri nequeat, vt diſp. 192. cap. 3. manifeſtè mōſtrabimus. Quocirca multo magis efficaciter ratio prædicta confirmat id, quod contendimus,

9

Veritatē catholicam ex quadam teſtimonio nō colligi, ſed tota aliunde oſtenditur. Primo.

Nonnulli Theologi probare voluerunt, totū Chriſtum eſſe ſub ſpecie panis ratione dicta ex illis verbis, *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*, 1. ad Cor. 11. vel *Quod pro vobis datur*, Lucæ 22. quia nomine corporis eo loco intelligatur corpus viuum, ac proinde cū anima, & ſanguine; loquebatur enim Chriſtus (inquiunt illi) de corpore, quod tradendum erat in mortem: illud autem erat viuū. Tum etiā quia loquebatur de corpore, quod tunc ipſe habebat, illud autē erat viuum. Ex hoc tamen teſtimonio, id quod contendimus, probari nequit: ex eo enim ita explicato planè ſequeretur, ex vi verborū cōſecrationis eſſe ſub ſpecie bus panis non ſolū corpus, ſed etiā animam, & ſanguinem, quod eſt contra definitionē Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 3. definit enim, animam, & ſanguinem non eſſe ex vi verborū cum corpore ſub ſpeciebus panis, ſed ex naturali connexione, & concomitantia cū corpore. Quod autē Chriſtus prædictā verba dixerit de corpore, quod viuum tūc erat, parū refert: nam de eodē etiā mortuo verum eſt, traditum fuiſſe pro nobis: & verba illa: *Quod tradetur*, non pertinent ad conſecrationis formam, vt inferius videbimus. Præterea niſi verba illa, nēpe: *Hoc eſt corpus meum*, tam de viuo, quām de mortuo dici poſſent, & ex ſe vtrumque æquè ſignificarent, virtute illorum in triduo non poſſet fieri conſecratio, quod eſt abſurdū. Adde, quòd ad denotandā paſſionē Chriſti, in qua ſeparatū fuit corpus à ſanguine, Chriſtus ſub duplici ſpecie cōſecrauit, vt ſub altera ſolū corpus, in altera verò ſolū ſanguinē ex vi verborū conſtitueret, & ita mortem, & ſeparationem ſignificaret.

Conc. Trid. 10

Secundo.

Tertio.

Illud autē obſeruādū ſupereſt: cū dicimus, totū Chriſtū eſſe ſub qualibet ſpecie, non ſolū nos intelligere per totū Chriſtum corpus, animā & ſanguinē, ſed etiam cæteros humores, & ſpiritus vitales, & animales, quæ omnia ad ſui integritatem, & perfectionē poſtulat. Argumentum vero Caluini, quo hanc catholicā veritatem impugnat, friuolum eſt, de ſumptū ex ratione ſigni. Cum enim ipſe putet, corpus, & ſanguinem Chriſti non eſſe in Sacramento re ipſa, ſed tantum in ſigno, & figura, infert ex diuerſitate ſignorum diuerſitatem eorum, quæ ſub vnoquoque continētur. Verum, cum corpus, & ſanguis Chriſti vere, & re ipſa contineantur ſub ſpeciebus, ex diuerſitate ſignorum ſolū colligitur diuerſitas eorū, quæ ſub illis continentur ex vi verborum, non tamen ſequitur, nihil aliud per cō comitantiam ibi contineri. Cæteris verò argumētis hæreticorū ſolū probatur, ſub ſpecie bus panis ex vi verborū ſolū eſſe corpus, aut in ſolū corpus fieri cōuerſionē panis, quod nō negamus, non tamen impugnatur concomitātia, quam ipſi hæretici ferre non poſſunt. Neque enim in ea, quę ſunt in hoc Sacramento per concomitantiam, dicimus fieri conuerſionem, abſit: hoc enim diſp. 181. ſæpe notauimus; ſed contendimus, aliqua cum corpore Chriſti verè ſimul eſſe per concomitantiam, quod hæretici nullo modo impugnant.

Obſeruatio.

Argumento Caluini fit ſatis.

11

Quid ſit ex vi verborum, & Sacramenti ſub qualibet ſpecie, & quid per naturalem connexionem, & concomitantiā.

CAPVT II.

SENTENTIA Eſt omniū Theologorū à Sacro Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 3. confirmata, & definita, ita eſſe totū Chriſtum ſub vtraq; ſpecie, vt nō omnia, quæ ſunt ipſius, eodē modo ſub qualibet ſpecie ſint: nam quædā ſunt ex vi Sacramenti, & verborū conſecrationis, quædā autem ex naturali connexione, & concomitantia. Porrò ea dicuntur eſſe ex vi Sacramēti, & verborum conſecrationis ſub qualibet ſpecie, quæ ipſis verbis conſecrationis expteſſe ſignificantur, & in quæ ſolū dicitur fieri conuerſio, vt d. 181. c. 7. notauimus. Nā vis verborū, quæ dicitur vis ipſius Sacramēti, reſpōdere debet ſignificationi: & ita ea tantū per ſe ef-

Non omnia quæ ſunt Chriſti eodem modo ſub qualibet ſpecie eſſe veritas catholica eſt. *Tridentin.*

12

se efficit, quæ significat. Quod si interdum etiã aliquid aliud facit, id non efficit per se, sed per accidens ratione comitantię, & cõnexionis naturalis cũ eo, quod per se efficit. Ex hac doctrina cõmuni omniũ Theologorum, sic in vniuersum explicata, quæ, vt dixi, necessaria est, & ab ipso Conc. Trid. confirmata, rectè explicare possumus, quid sit sub qualibet specie Sacramenti ex vi verborũ, & quid etiã per naturalẽ cõnexionem, & concomitãtiã. Est igitur sub speciebus panis ex vi verborũ, non sanguis, neq; anima, neq; Diuinitas, quia solũ corpus illius humanitatis Christi per se significatur; cætera vero, vt inferius, vi debimus, non significantur. At vero ratione concomitantię, & connexionis naturalis sunt Diuinitas, sanguis, & anima, sicut Cõc. Trid. c. illo 3. expresse declarauit: quia hæc verbis cõsecrationis exprẽsse non significãtur: sunt tamen coniuncta, & connexa cum eo, quod significatur: eo autẽ ipso, quod virtute, & significatione verborũ corpus Christi sit præsens speciebus, cũ eo etiã fieri debent præsentia ea, quæ ipsum comitãtur, & cum eo naturali cõnexione connectuntur. Quocirca, si ea dẽ virtus, & significatio verborũ permaneret, & ea, quæ diximus, nõ essent cõnexa cũ corpore Christi, solũ corpus fieret præsens, quia solùm significaretur: & cætera, neq; ratione significationis, neq; ratione concomitantiæ, & connexionis, quã non haberent cum ipso, adducerentur. Et ita si consecraretur panis in triduo, cum sanguis, & anima separata erat à corpore, solũ esset sub speciebus panis corpus mortuum, & ex sangue; imo si separatum esset à Diuinitate, sine illa etiam sub illis speciebus consecraretur. Quomodo autẽ pronomen illud, *Meum* significaret: & vtrũ nunc referat Diuinũ suppositũ, an non, paulo post dicemus. Tum etiã, quale sit illud corpus, quod virtute verborũ sub speciebus panis constituitur, sequenti capite explicabimus. Idem, quod de speciebus panis cõsecratis diximus, eadẽ proportione de speciebus vini dicendũ est, nẽpe, sub illis solũ esse sanguinem Christi ex vi verborũ: quia solus ille significatur: cætera verò ex naturali cõnexione, & cõcomitãtia. Verũ contra id, quod diximus de Diuinitate, nimirũ, esse per cõcomitantiam sub vtrisque speciebus panis, & vini, sub nulla autẽ ex vi verborum, est difficultas, quoniã pronomen *Meum*, aut *Meus*, aut *Mei* referre videtur suppositũ, ac proinde ex vi significationis eius erit sub vtraq; specie suppositum Diuinum. Hoc autẽ semel concesso, necessario sequitur, ex vi verborũ esse Diuinitatẽ: nam si ex vi verborum esset humanitas, esset etiã ãnimã, quę est illi essentialis: ergo multo magis, si ex vi verborũ esset suppositũ Diuinũ, esset etiã Diuinitas, quę illi essentialis est; imo vero idẽ cũ eo secundũ rem est. Respondeo, pronomen, *Meũ*, aut *Meus*, aut *Mei*, non referre suppositũ, sed naturã humanã, cuius dicitur esse sanguis, & corpus, siue mortuũ, siue viuũ. Et ita neq; ipsa humanitas cũ anima ex vi prædicti pronominis est in hoc Sacramento: quia cũ corpus mortuũ rectè etiã dicatur esse huius, aut illius humanitatis, sicut *Meũ*, nõ sequitur, per pronomẽ illud denotari corpus cõiunctũ humanitati viuæ. Quodsi referret suppositũ, rectè sequeretur id, quod in argumẽto inferebamus. Quia verò refert humanitatem siue in hoc, siue in alio supposito existente, rectè etiã sequitur id, quod supra dicebamus, nẽpe, si corpus Christi separatum esset à Diuinitate, & verba in sua efficacitate permanerẽt, futurũ corpus, & sanguinẽ Christi sub speciebus sine Diuinitate, etiã per concomitantiã. Quod siquis dicat, per pronomẽ *Meũ*, aut *Meus*, nõ significari directè suppositũ Diuinũ, sed indirectè cõnotari, & ita illud nõ esse ex vi verborũ: hoc responsum facile impugnari potest. Eo quod cõnotatio est cõsignificatio, hoc est, vnius cũ alio significatio, ac proinde id, qp est ex vi cõnotationis, esset ex vi cõsignificationis, idẽ autẽ est esse ex vi consignificationis, & significatio: nã significatio cõnotatiui vtroq; cõstat, nẽpe, & directa significatione, & cõnotatione, ac proinde ad veritatẽ verborũ cõnotatiuorũ requiritur significatũ vtrũq; nẽpe, & directũ, & indirectũ: id quod in cõcretis accidẽtiũ planè videmus. Nã si quis dicat, *Hoc est albũ*, vt verũ dicat, ex vi verborũ debet esse, & subiectũ, & forma albedinis, cũ tamẽ forma nõ directè significetur, sed cõnoteturindirectè, vt 1. p. d. 155. c. 8. notauimus. Quod vero aliqui dicũt, nomẽ *Corpus* cõnotare suppositũ indirectè & ideò suppositũ esse per concomitãtiã in hoc Sacramẽto, falsum etiã est: primũ, quia si cõnotaretur Diuinũ suppositum, illud esset ex vi verborũ, sicut si connotaretur per pronomen *Meum*, vel *Meus*, vt probauimus. Deinde, quia, licẽt corpus cõnotaret suppositum aliquod, non connotaret determinate Diuinũ Filij, imo neque Diuinũ, sed Diuinũ, vel humanũ, siquidem in quocumque illud esset, idẽ corpus diceretur. Ad hęc corpus non est nomen concretũ, vt homo, sed abstractũ: eo quod sit nomen partis, sicut anima, & vere dicimus Verbũ assumpsisse corpus, sicut etiam animam: cum tamen non dicamus, assumpsisse hominem, aut aliquid concretum.

Porrò, totam Trinitatem esse in hoc Sacra-

13 Quid sit ex vi verborum sub speciebus panis, & quid per comitantiam.

14 Obiectio.

Diluitur.

15

Occurritur solutioni.

16 Particula *Corpus*, nõ connotat Diuinum suppositũ.

mento per concomitantiam, ſicut eſt Diuinitas, colligitur ex ijs, quæ diximus in 1. tomo diſp. 28. cap. 2. eoquod duæ perſonæ ſunt in Chriſto cum perſona Verbi per concomitantiã, non ſolùm ratione immenſitatis, ſed etiã ratione admirabilis cõnexionis cum illa; hic autem modus eſt per concomitantiam. Nam Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 4. agens de ijs, quæ ſunt in Euchariſtia per concomitantiam de anima ſub vtraque ſpecie, dixit, eſſe vi naturalis connexionis, & concomitantiæ: pro eodem, nimirum, vſurpans naturalem connexionem, & concomitantiam. De Diuinitate autem non dixit eſſe per concomitantiam, ſed dixit, eſſe propter admirabilem eius cum corpore, & anima hypoſtaticam vnionem. Cum igitur duæ aliæ perſonæ ſint in Chriſto non ſolùm ratione immenſitatis, ſed etiã propter hanc vnionem hypoſtaticam, non quia ipſę ſint perſonaliter vnitæ, hoc eſt, ratione ſuarum perſonalitatum terminauerint naturam; ſiquidem neq; eſſentia ratione ſui terminauit, ſed ratione perſonalitas is Verbi; ſed connexę naturali circuminſeſsione cum ea, quæ proximè terminauit: ſequitur propter idem fundamentum, tres perſonas, & eſſentiam eſſe in Euchariſtia; cumque eſſentia dicatur eſſe concomitanter, eodem modo dicentur duæ illæ perſonæ. Et hic eſt peculiaris modus exiſtendi ſub Sacramento. Fatẽtur quidem aliqui, ratione huius connexionis naturalis, & non ſolũ ratione immenſitatis duas illas perſonas eſſe in Euchariſtia: non tamen dici poſſe, eas eſſe per concomitantiam, quia ad hoc opus eſt, vt dicantur manducari. Hoc tñ reſponſum friuolũ eſt, quia non eſt idem, eſſe aliquid per concomitantiam in Euchariſtia, & quòd dicatur manducari; ſed prius debet aliquid ibi eſſe propter conſecrationem, vt dicatur manducari: ſi quidem ſanguis ſub ſpeciebus panis non ideò dicitur eſſe ibi per cõcomitãtiã, quia dicatur manducari; ſed potius è contrario: quia dicitur eſſe ibi per connexionẽ naturalem, dicitur manducari. Cum igitur concedamus ibi eſſe duas perſonas ratione conſecrationis, & non ſolùm ratione immenſitatis propter naturalem connexionem; cur non dicent, omnes perſonas manducari, ſicut Diuinitatem ipſam? aut explicent peculiarem modum exiſtendi ibi, ratione cuius Diuinitas manducari dicatur, non autem duæ illæ perſonæ.

17 *Trident.*

Reijcitur quorumdam reſpõſum.

18

Hunc modũ exiſtendi ſub ſpeciebus per concomitantiã negarũt ſanè, & irriſerunt Lutherus, & alij hæretici, vt vidimus ſupra capite præcedente: non, vt aliqui Recentiores exiſtimant, quia cenſerent vanã diſtinctionẽ, quam præmiſimus, eorũ videlicet, quæ ſunt in hoc Sacramento ex vi verborũ, & eorum, quæ ſunt per concomitantiã, ſi totus Chriſtus in Euchariſtia eſſe dicatur: nam ſi hoc ſemel admitterẽt cum catholicis prædictã diſtinctionẽ nonnegarent, ſed ingenue fateréntur. Quis enim diceret, ex vi ſignificationis verborum non ſolum corpus, ſed etiam animam, & ſanguinẽ ſub ſpeciebus panis contineri? Sed ideò prædictam diſtinctionẽ tamquam vanam, & inutilem irriſerunt: quia noluerunt, totum Chriſtum ſub qualibet ſpecie concedere. ſic autem nihil per concomitantiam ſub ſpeciebus eſſet.

Lutherus.

Hæretici nolunt cõmitantiã admittere & cur.

19

Porrò aliqui Recentiores hoc loco notarunt, Concilĩ, tãquam fidei dogma ſolũ declaraſſe, totũ Chriſtum eſſe ſub qualibet ſpecie; diſtinctionem verò prædictam eorũ, quę ſunt ex vi verborum, & eorum, quę per concomitantiam ſub ſpeciebus continentur, approbaſſe ſolùm vt ſententiam probabiliorẽ, nõ autem tamquam dogma fidei definijſſe, & ita qui illam negaret, manifeſtè hæreticum nõ fore: eo quod in canone 3. & 4. ſub anathemate ſolum definierit, totum Chriſtum eſſe ſub qualibet ſpecie; de diſtinctione verò illa nihil ſub anathemate tradiderit. Addunt præterea, negare prædictam diſtinctionem ingẽtẽ eſſe temeritatem, & magnum errorem cum ex principijs fidei ea nõ obſcurè colligatur.

Recentiorum iudicium circa definitionem Concilij Trid.

Verum horum ſententia mihi nullo modo probatur, nã cum ea, quæ Concilium in capitibus tradit ad doctrinam pertinentia, vt veritatem catholicam definiat, quiſquis oppoſitũ ſciens docuerit, aperte hæreticus erit, vt alibi etiam monuimus. Porrò autẽ ea, quę in capitibus traduntur, tamquam regulam fidei à Concilio definiri, patet ex vltimo capite ſeſſ. 6. vbi dicitur: *Poſt hanc catholicã de iuſtificatione doctrinam, quam niſi quiſque fideliter, firmiterque receperit, iuſtificari non poterit, &c.* Et ſeſsione illa 13. cap. vltimo in fine idẽ admonet Concilium his verbis. *Quoniam autẽ non eſt ſatis veritatem dicere, niſi detegantur, & refellantur errores, placuit ſanctæ Synodo, hos canones ſubiungere, vt omnes iam agnita catholica doctrina, intelligant quoque, quæ ab illis hæreſes caueri, vitarique debeant.* Et ſanè niſi ea omnia, quę in capitibus vt pertinentia ad doctrinam tradũtur, de fide eſſent, ita vt qui illa negaret hæreticus nõ eſſet, nihil firmum, nihilq; ſtabile Conc. extra canones tradidiſſet. Inſtitutũ verò Cõc. in ſerẽdis canonibus poſt traditã, definitãq; doctrinã in capitibus, vt cõſtat ex locis citatis, id fuit vt ſignaret nobis hæreſes, quę in Eccleſia fuerũt, aut ſũt, quaſq; cauere debemus. Neq; enim cõtra ea

20 Autoris mens, & Concilij definitio explicatur.

omnia,

omnia, quæ in capitibus Concilium definit, hæreſes in Eccleſia ab hęreticis traditę ſunt. Quare, cum circa exiſtentiam Chriſti in Euchariſtia nulla illuc vſque hæreſis fuiſſet contra definitionem illam, ex vi verborum, & per
21 concomitantiam, de qua hactenus loquuti ſumus, ideò nulla de ea in canonibus mentiò facta eſt. Dixi autem, nullam illuc vſq; fuiſſe hæreſim, nempe inter eos, qui admittunt, totum Chriſtum ſub qualibet ſpecie huius Sacramenti contineri: nam de modo, quo exiſtunt in hoc Sacramento omnia, quæ in Chriſto ſunt, nulla adhuc cum hæreticis diſſenſio, nulla inter catholicos varietas opinionum fuit: niſi circa ſignificatũ vocis *Corpus*, vt inferius dicemus. Hæretici vero ſolum errarunt, quòd dicerent, totum Chriſtũ non eſſe ſub qualibet ſpecie vllo modo; ſi verò ſemel admitterent exiſtentiam totius Chriſti, non dubitarent, prædictam diſtinctionem admittere: merito igitur Conciliũ, ne nouum confingere videretur errorem, quem damnaret, cum nullus illuc vſque de prædicta diſtinctione in Eccleſia fuiſſet, ſolùm anathematizauit negantes, totum Chriſtum ſub qualibet ſpecie eſſe. Tradens vero catholicam doctrinam, prædictam diſtinctionem neceſſariò probauit, cum alio modo myſterium hoc integre explicare nõ poſſet. His omnibus adde, quòd, ſi negare prædictam diſtinctionem error eſſet, quia aduerſatur veritati, quę ex principijs fidei planè deducitur: cum ea iam expreſſe tradita ſit à Concilio, illam negare non ſolum error, ſed etiam manifeſta hæreſis cenſeri deberet. Pro hac diſtinctione, quam dixi, ex vi verborum & per cõcomitantiam, non opus eſt referre Scholaſticos: omnes enim, nullo dempto, eam amplectuntur. Et admiſſo ſemel illo fidei dogmate
22 de exiſtentia totius Chriſti ſub qualibet ſpecie, manifeſta ratione, vt ſupra vidimus, colligitur, non omnia quæ ſunt in Chriſto, ex vi ipſa verborum, ſed ex naturali connexione, & concomitantia ſub ſpeciebus eſſe.

Obſeruatio quorũdam. Circa modũ verò exiſtendi per concomitãtiam notant aliqui, ſolã coniunctionẽ ſecundum locum, ſicut aqua in vaſe continetur, nõ ſufficere, vt aliquid dicatur eſſe in hoc Sacramento per concomitantiam cum eo, quod eſt ex vi verborum: & ita ſanguinem non eſſe cum corpore Chriſti per concomitantiam, eo quòd ſit intra venas ſicut aqua in vaſe; ſed quia vita hominis ab illo pendeat, ſicut ab aliquo neceſſario: id quod videtur ſignificaſſe Conc. Trid. Conc. Trident. ſeſſ. 13. c. 3. cum dixit, ipſum corpus eſſe ſub ſpeciebus vini vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, qua partes Chriſti Domini inter ſe copulantur. Egõ vero exiſtimo, etiã ſi vita Chriſti ſuapte natura à ſanguine nõ penderet, ſi tamen naturaliter eſſet cũ corpore, futurũ etiam ſub ſpecie
23 Placitum Autoris. panis per concomitantiã, nam per eamdẽ comitantiam eſſe ibi vngues, & capillos, etiam ſi non ſint animati, neq; ab illis pendeat vita Chriſti, fateri debemus. Dicitur autẽ ibi eſſe per concomitantiam, & naturalẽ connexionem illud, quod naturaliter coniunctum eſt, hoc eſt, id, quod vi naturali ipſius corporis cũ illo quoquomodo coniunctum eſt: huiuſmodi autẽ nõ ſunt veſtes, & calceamentũ. Ratio Ratio. vero eſt, quia poſito corpore ſub ſpeciebus, poni etiã cum illo debet id, quod ex vi naturali cum illo coniunctum eſt, etiam ſi ab illo vita ipſa corporis non pendeat, ſed ſaltẽ illud à corpore, vt à cauſa. Et hoc eſt, quod Concilium ſignificare voluit per naturalem connexionẽ, & concomitantiam. Eadem ratione puto, non eſſe ex vi Sacramenti cibum in ore, aut in ſtomacho, quando incoctus eſt, quia non alio modo ibi eſt, quã indumentũ in corpore humano, aut aqua in vaſe. Id, quod diximus de cibo in ore, aut ſtomacho, ita docuit Sot. in 4. d. 10. q. 1. art. 2.

Totum ſanguinẽ eſſe ex vi verborum in calice.

CAPVT III.

SOLVM Supereſt difficultas decor 24
pore, & ſanguine, quẽ dicimus eſſe ex vi verborũ, quid nimirũ per corpus, & ſanguinẽ intelligamus. Quia verò circa corpus, maior difficultas eſt, eius ſolutionem in ſequentem diſputationem reſeruamus; de ſanguine verò nonnihil in hoc capite dicemus.

Quid ſanguinis ſit ex vi verborum ſub ſpeciebus vini. Aliquorũ ſententia. De ſanguine, quod ad materiam illius attinet, quidã ita philoſophantur, vt nõ totus ſit ex vi verborũ cõſecrationis, ſed ille ſolũ, qui tẽpore paſſionis effuſus eſt. Dicunt enim, alii quẽ ſanguinẽ in venis, & iecore manſiſſe, & hũc nõ eſſe ex vi verborũ ſub ſpeciebus vini; ac proinde, ſi in triduo calix cõſecraretur, in calice nõ futurũ. Colligũt autẽ ex verbis cõſecrationis apud Matth. 26. & Marc. 14. & Luc. 22. *Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamẽti qui pro multis effundetur.* Cũ enim dixerit; *Qui pro multis effundetur*, planè indicauit, non de omni ſanguine, ſed de eo tantũ ſe loqui, qui effundẽdus erat in paſſione. Addũt prẽterea, forte nũc eũ ſolũ ſanguinẽ ita eſſe ſub Sacramẽto, vt neq; per cõcomitãtiã ſit aliusve ex Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

exiſtimánt, in corpore Chriſti glorioſo minorem copiam ſanguinis nunc eſſe, quam fuerit tempore paſsionis, quia aliquis etiam tũc erat in alimentum, nunc autem hac de cauſa nullus requiritur. Quocirca cenſent, ſatis eſſe concedere, nunc eſſe in Sacramento eum ſolum ſanguinem, qui effuſus eſt, eo quòd hic fuerit in reſurrectione iterum aſſumptus ab humanitate Chriſti. Atque hac ratione, inquiunt, nunc erit ex vi verborum totus ſanguis, qui eſt in corpore Chriſti: cum tamen in nocte cœnæ non fuerit totus ex vi verborum, ſed ille ſolum, qui effundendus erat.

25

Reijcitur.

Hæc tamen ſententia mihi non probatur: nam, cum illa verba, *Qui pro vobis effundetur*, non pertineant ad eſſentiam formæ, nulla ratione efficere poſſunt, vt ſolus ſanguis, qui effundendus erat, ſi alius in corpore Chriſti manſit, ſit ex vi verborum in Sacramento: cumque cætera verba ſanguinem Chriſti abſolute denotent: ſequitur, totum ſanguinẽ, qui nunc eſt in corpore Chriſti, eſſe in Sacramento ex vi verborum. Nam ſi ea verba non adderentur, fieret eodem modo conſecratio, illis autem non additis, totus ſanguis Chriſti eſſet ſub ſpeciebus vini: nullum enim verbum eſſet, ratione cuius hæc potius pars ſanguinis, quam altera eſſet, ac proinde totus eſſe deberet. Adde, quod cum Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. c. 3. loquens de eo, quod eſt ex vi verborum ſub ſpeciebus vini, inquit, eſſe ſanguinem, ſcilicet, qui eſt in corpore Chriſti, neque limitat adhunc, vel illum, planè intelligens totum ſanguinem, qui eſt in corpore Chriſti. Quod ſi aliquem Chriſtus dimiſiſſet, ille non eſſet ex vi verborum, ſiquidem iam non eſſet ſanguis Chriſti. Neq; obſtat, quòd addiderit verba illa, *Qui pro multis effundetur*, quæ licet non pertineant ad eſſentiam formæ, verè tamen enunciari debẽt de ſanguine Chriſti, qui ex vi verborum conſtituitur ſub Sacramento. Nam, licèt totus ſanguis non eſſet effuſus, tamen per ſynecdochem de toto ipſo ſanguine dici poſſet, *Qui effundetur*. Ad hæc: Chriſtum totum ſanguinem in paſsione ſua effudiſſe, multò probabilius eſt, ſiquidem ex latere ipſius iam mortui ſanguis, & aqua exiuit, cum tamen in alijs hominibus ſtatim, atque exhalant animam, ſanguis ita cõgelari ſoleat, vt ſub forma ſanguinis non maneat.

Totus ſanguis eſt ex vi verborum.

Conc. Trid.

Occurritur obiectioni.

26

Quod vero attinet ad modum continuationis, difficultas eſt, vtrum ſi ſanguis Chriſti eſſet diuiſus in varias partes in triduo, & ſub illa forma verborum conſecraretur, fieret continuus ſub ſpeciebus vini, an diuiſus etiam maneret. Nonnulli Recentiores autumant vt probabile, fore, vt ſanguis continuaretur, & ita continuus cõſtitueretur ſub ſpeciebus vini. Primũ, quia eſſet ex vi vnius formæ verborũ, atq; adeò per modum vnius ſignificaretur. Deinde, quia ex vi verborum efficeretur, vt ſanguis ille eſſet coniunctus in eodem loco: ergo fieret, vt continuaretur: nam res liquidæ, quę loco diſsitæ erant, ſi ſimul coniungantur, ita vt non diſtent, continuantur: eo quòd diuiſio illa ſolum ortum habeat ex diſtantia loci.

Difficultas excitatur circa continuationẽ ſanguinis.

Primo.

Secundo.

Hæc tamen ſententia nullo modo probanda eſt. Primum: quia forma illa verborum id ſolum operatur, quod neceſſarium eſt ad veritatem illius: cum enim efficacitas fundamentum habeat in veritate, ita inter ſe comparantur, vt vnum alteri reſpondeat, & æquetur; veritas autem rectè conſtare poteſt cum diuiſione ſanguinis. Nam ſi plura vaſa plena eſſent ſanguine alicuius animalis, rectè dicere poſſemus, *Hic ſanguis eſt huius animalis*: ergo eodem modo verè dicere poteſt ſacerdos in nomine Chriſti: *Hic eſt ſanguis meus*; ac proinde ex vi huius formæ, licet vna ſit, non ſequitur vnum ſanguinem continuum ſub ſpeciebus vini cõſtitui: nam in prædicta forma ſanguinis non denotat vnum numero ſanguinẽ indiuiduum, & continuum, ſed vnum ſecundum ſpeciem, qui ſit ipſius Chriſti.

27

Reijcitur primo.

Deinde eadem ſententia probatur, quia quamuis res liquidæ, quæ ob diſtantiam loci diuiſæ priùs erant, ſi iterum loco coniungãtur, fiant vnum continuum: tamen hoc ſolũ intelligi debet, ſi retineant modum exiſtendi in loco naturalem, hoc eſt, per modũ quantitatis, vt tota res ſit in toto loco, & pars in parte; tamen, cum res quanta exiſtit in aliquo corpore, aut in quantitate alterius modo ſpirituali, ità vt tota ſit in toto & tota in quauis parte, exiſtentia in eodem indiuiſibili loco non poteſt eſſe cauſa continuationis, quia cũ res ſit tota in toto, & tota in quauis parte, & ita, ſi ſit in plures partes diuiſa, vnà poſsit eſſe ſimul cum alia in eadem omnino parte, ex tali propinquitate non ſequitur continuatio. Adde, quòd, cum continuatio fieri debeat per extrema, opus eſt, vt vna pars non ſit in loco alterius, ſed extra illum. Quare, cum modus exiſtendi in hoc Sacramento ſit ſubſtantialis, & indiuiſibilis, nempe, vt tota ſubſtantia exiſtat in toto, & tota in qualibet parte, fieri nequit, vt per hunc modum exiſtendi, ea, quę antea diuiſa erant, continuentur.

Secundo.

28

Confirmatio.

Quid

Quid nomine corporis, quod dicitur esse sub speciebus panis, intelligi debeat. Disput. 186.

Tres opiniones Scholasticorũ refelluntur. Cap. 1.
Tres aliæ opiniones de eadem re. Cap. 2.
Corpus humanum constans carne, ossibus, & alijs, aut mortuum, aut viuum disiunctim, non autem alterum definitè ex vi verborum sub speciebus panis esse, probabilior opinio est. Cap. 3.

Tres opiniones Scholasticorum refelluntur.

CAPVT I.

DIXIMVS Præcedente disputatione, ex vi Sacramenti sub speciebus panis esse corpus Christi: quid tamen nomine corporis significetur, non explicauimus. Inter Scholasticos verò circa significatum illius, non leuis quæstio est, quã in hac disputatione omnibus opinionibus sigillatim recensitis, dissoluere, & definire, necessarium duxi.

1

Prima opinio.

Prima igitur opinio sit, nomine corporis materiam primam, qua cõstat humanitas Christi significari, & ita eam solum esse sub specie bus panis ex vi verborum, seu Sacramenti. Gabriel. Marsilius.

Ità docuerunt Gabriel in Canonem Missæ lectione 42. litera H. & Marsilius in 4. quæst. 8. artic. 1, in conclus. 2. secundi dubij, quę est in fine articuli. Maior.

Maior dist. 10. quæst. 5. parũ à principio. Ex quibus Gabriel expresse notat, corpus, quod est ex vi Sacramenti, nõ esse quid compositum ex materia, & accidentibus sibi inhærentibus, sed esse solam materiam: id quod alij etiam senserunt, licet expresse non notauerint. Pro hac sentẽtia citari solet à Recentioribus AEgidius theoremate 28. 29. & 30. cum tamen ille expresse dicat; Falsò citatur AEgidius.

corpus, quod est ex vi Sacramenti sub specie bus panis, esse non solam materiam, sed eam, prout habet quemdam modum ex quantitate, & alijs accidentibus, vt inferius explicabitur. Paludanus.

Referri tamẽ posset pro ea Paludanus, quia illius sententia ab hac opinione parum, aut nihil differre videtur. Fundamẽtum verò, quo nituntur Doctores citati, illud est: quia id, ex quo, & anima humanitas Christi constare dicitur, & componi, est corpus Christi, quod

Probatur primo.

2

dicitur, esse sub speciebus panis ex vi Sacramenti: atqui humanitas dicitur componi, & constare materia, & anima; ergo materia est corpus Christi, quod dicitur esse sub speciebus panis ex vi verborum. Præterea corpus huiusmodi non esse compositum ex materia prima, & accidẽtibus, probat Gabriel, quia accidentia illa variari possunt: terminus autem huius conuersionis semper debet esse idem. Secundo.

Hæc sententia vnica efficacissima ratione, qua etiam cõtra alias opiniones vtemur, refelli potest: quia, si sola materia prima esset terminus per se huius conuersionis, qui ex vi verborum sub speciebus panis constitueretur, fieret, vt corpus Christi consecrari eodem modo posset in triduo, etiam si Iudęi, & Gẽtiles permittente Deo illud combussissent, & cõuertissent in cineres; siquidem eadem materia prima, ac proinde idem corpus iuxta hanc opinionem maneret. & ita verbis consecrationis eodem modo, ac si combustum nõ esset, significari potuisset, hoc autem, quod inferimus, absurdum est: tum, quia, si ita fieret, sequeretur, posse tunc fieri consecrationem corporis, his verbis: *Hæc est mea materia prima*, ac proinde etiam nunc, cum eadem semper possit esse forma consecrationis; quod tamẽ nullus concedet. Nam si corpus idem est, quod materia prima, loco nominis corporis nomen materię primæ ponere licebit. Tum etiam, quia Christus promisit, traditurum se ipsum in cibum spiritualem non corpus quomodocunque, sed carnem suam: tunc autem nulla esset caro: ergo neque cibus spiritualis sub speciebus panis consecraretur. Quam rationem inferius cõtra tertiam opinionem fusius prosequemur.

Refellitur.

Corpus nõ est idem, q̃ materia prima.

3

Secunda opinio sit Paludani in 4. dist. 11. quæst. 3. art. 3. num. 32. vbi asserit, conuersionem panis fieri in corpus Christi, non in corpus, prout est genus, seu species subalterna in prædicamento substantiæ, neque in corpus de prædicamento quantitatis, nec in corpus prout conflatur ex materia, & quantitate, sed prout est compositum ex materia, & anima rationali: non quidem ita vt fiat conuersio in animam, quatenus tribuit materiæ esse corpori: quo pacto sola ratione differt à se ipsa, prout tribuit esse viuentis, & animalis; sed ita, vt fiat solùm ratione materię in totum cõpositum ex materia, & anima: quam quidem sententiam ipse nulla ratione confirmat, neque video, quo alio pacto confirmari possit, quam precedens, cũ ab ea nihil differre videatur. Nam aut intelligit Paludanus, terminum adæquatum conuersionis sub speciebus panis ex vi verborum esse totum compositum

Secunda opinio.

Paludanus.

4

ex materia, & anima, quatenus tribuit eſſe corporis: & hoc modo in ipſam animam tamquam in terminum non adæquatum, ſed tamquam in aliquid termini adæquati conuerſio fiet, ac proinde ex vi verborũ ſub ſpeciebus panis anima aliquo modo ſaltem ſecundum rationem communem eſſe debet; quod ipſe Paludanus negat. Aut intelligit, terminum adæquatum conuerſionis eſſe ſolam materiã primam, vt re vera intelligere videtur: & hoc modo incidit in primam ſententiam, atque eius opinio eodem modo, quo illa impugnãda eſt: nullo autem alio modo hanc ſententiam explicari poſſe, manifeſtum eſt.

4

Tertia. Tertia opinio ſit, corpus, in quod ex vi verborum conuertitur panis, eſſe corpus Chriſti ſecundum communem rationem corporis, quæ in prædicamento ſubſtantiæ eſt ſpecies ſubalterna, & habet eſſe ab anima ſecundum quãdam rationem communem: nam, cum anima ſit forma ſubſtantialis, tribuit materiæ omnes rationes, quæ in eo prædicamento collocantur, nempe eſſe ſubſtantiæ, corporis, viuẽtis, animalis, & hominis; atque adeo ipſa conſideratur ſecundum rationem communem formæ ſubſtantialis, formę corporis, formæ viuentis, formæ animalis, & formę hominis. Hanc ſententiam docuerunt Durandus in 4. d. 10. q. 2. num. 6. Caietanus q. precedente art 6. §. *In reſponſione ad ſecundum*. Ferrarienſis 4. contra Gentes cap. 64. §. *Conſiderandum tertio*. Dionyſius Carthuſianus in 4. diſt. 11. q. 1. Allegatur etiã pro ea Sotus, & Ledeſma. Verum aliam ipſi ſequuntur, vt ſequente capite videbimus, licet cum hac in aliquo conueniant, & cum eis Recentiores nonnulli; cũque corpus, quod eſt ſpecies ſubalterna prædicamenti ſubſtantiæ, intelligi nequeat ſine forma; & dicant, in humanitate nullam aliam eſſe præter animam rationalem, à qua habeat materia eſſe corporis: addunt etiam, ex vi verborum non ſolam materiam eſſe ſub ſpecie panis, ſed etiam animam rationalem. Ne tamen videantur ſentire contra cõmunem ſententiam Theologorum, qui dicunt, animam Chriſti nõ eſſe ex vi verborum ſub ſpeciebus panis, ſed per concomitantiam ratione naturalis connexionis cum corpore, id quod expreſſe definiuit poſtea Concilium Tridentinum ſeſſione 13. cap. 3. ideo ſubiungunt, duobus modis animam conſiderari poſſe, primum, quatenus eſt forma tribuens materiæ eſſe ſubſtantiæ, & corporis prædicamẽti ſubſtantiæ: deinde quatenus tribuit eidem materiæ eſſe viuentis, animalis, & hominis: atque priori ſolum modo eſſe ſub ſpeciebus panis ex vi verborum, poſteriori autem non item.

5

Durandus. Caietanus. Ferrarienſis. Dionyſius Carthuſianus. Sotus. Ledeſma.

Concil. Trident.

6

Verum hæc ſententia non minus facile refelli poteſt, quam precedens. Et primum quidem, quod attinet ad ſignificatum corporis, quod ex vi verborũ Autores illius ſub ſpeciebus panis conſtituunt: quia corpus, quod ſub ſpeciebus panis ex vi verborũ conſecratur, non eſt ſola ratio corporis in vniuerſum, quod eſt ſpecies ſubalterna prædicamẽti ſubſtantiæ. Nam, vt ſupra contra primam opinionem dicebamus, ſi hæc ſola ratio corporis eſſet ſub ſpeciebus ex vi ſignificationis verborum: ſequeretur, fore, vt eadem forma verborum poſſet conſecrari corpus Chriſti, etiam ſi in cineres redactum eſſet, ſiquidem in cineribus ratio illa corporis maneret, ac proinde ſignificatio verborum non minus vere tunc conſeruaretur, quàm nunc ſub anima rationali conſeruatur: eadem enim ratio corporis cineribus, & humanitati, & omni ſubſtantiæ materiali communis eſt: id autem quod inferimus in hac ratione abſurdum eſt: nam corpus, quod ex vi verborum conſecratur, non eſt quodcumque genus corporis, ſed tale, vt carnem humanam habeat: vt optime notauit Henricus quodlib. 4. q. 13. litera N. in primo Alphabeto. Corpus enim, quod vi verborum quæ Chriſtus inſtituit, conſecratur, eſt id, quod habet rationem ſpiritualis cibi: hoc autem conuenit carni, vt patet Ioannis 6. *Caro mea vere eſt cibus, &c.* atq; hac ratione ex mente Autoris ſermonis de cœna Domini apud Cyprianum, ſi vteremur his verbis, *Hæc eſt caro mea*, eodem modo fieret conſecratio, ſicut cum his: *Hoc eſt corpus meũ*. Inquit enim ibi: *Sed ex quo à Domino dictum eſt: Hoc facite in meam commemorationem, Hæc eſt caro mea, & Hic eſt ſanguis meus: quoties cunque hac fide, & his verbis actum eſt, panis iſte ſubſtantialis, & calix benedictione ſolenni ſacratus ad totius hominis vitam, ſalutemque proficit*. Nam, quamuis, vt inferius dicemus, ex vi verborum non tantum caro, ſed etiam oſſa, & nerui, & cartilagines, quibus totum corpus organicum hominis conſtat, ſint in hoc Sacramẽto, nihilominus per figuram ſynecdochem nomine carnis totum ipſum corpus ſignificamus: & eo præſertim, quia de ſola illa dixit Chriſtus Ioannis 6. *Caro mea vere eſt cibus, &c.* Eadem quoque ratione canit Eccleſia in Proſſa Miſſę Corporis Chriſti: *Quod in carnem tranſit panis*. Ideque dixit Autor illius ſermonis apud Cyprianum, & Guitmundus lib. 3. de Sacramento corporis Chriſti ſub finem. Nam, vt ſupra notauimus diſputatione 185. cap. 2. illud dicitur eſſe ex vi verborum ſub ſpeciebus panis, & vini, in quod ſubſtantia ipſius conuertitur, & è cõtrario. Conſtat igitur, corpus,

Refutatur primo.

Corpus vẽ eſt ſpecies ſubalterna ſubſtantię non eſt in hoc Sacramento.

7

Henricus.

Ioannis. 6.

Pſeudo Cyprianus.

8

Guitmũdus

pus, quod dicitur esse ex vi Sacramenti sub speciebus panis, non esse illud, quod secundum communem illam rationem est species prædicamenti substantiæ.

secundò. Deinde hoc ipsum probatur: quia pronomen, *Meum*, dici non potest de prędicato superiori; quod significatur per modum totius, & est species subalterna; sed solũ de eo, quod est pars integrans, aut saltem per modum illius significatur, & ideo non dicimus, *Hoc est viuens meum* signando rationem viuentis, quę in nobis est, neque dicimus; *Hoc est animal meum*, aut *homo meus* signando rationem animalis, aut hominis, quę est in nobis; rectè tamẽ dicimus, *Hoc est brachium, aut caput meũ, corpus*, aut *anima mea*: quia hæ sunt partes nostrę integrantes: eodem modo rectè dicimus: *Hæc est humanitas mea*, seu *animalitas*: quia, licèt sit integra natura, significatur vt pars hoc ipso, quòd vt forma abstracta significatur: & hac eadem ratione rectè dicimus: 9 *Hæc est substantia mea*: quia nomen *Substantia*; quod etiam concreti rationem habet, interdũ per modum abstracti, ac proinde per modum partis vsurpatur, ac si essentiam diceremus.

Tertio refellitur ab Scota prædicta sentia. Præterea, quod Autores huius sententiæ asserunt, ex vi verborum esse animam secundùm rationem illam communem, per quam tribuit materię primæ esse corporis de prædicamento substantiæ, in vniuersum duabus rationibus refellit Scotus: altera est; quia si hostia consecrata in nocte cœnæ, conseruaretur in triduo, in quo mortuus fuit Christus, maneret ibi consecrata, & corpus Christi retineret, non cum anima, quia illa per mortem esset separata: ergo per aliam formam. Altera ratio est: quia cõuersio hęc realis est, ac proinde fieri debet in aliquem terminum realem: atqui anima rationalis, prout tribuit materię esse corporis, etiam quatenus distincta à se ipsa, prout est forma hominis, non est quid reale, sed tantum quid abstractum per intellectum, sicut commune, & vniuersale solùm est aliquid præter singularia per intellectum: ergo in illud non potest fieri cõuersio. Vtriusque rationis mentionem fecerunt Caietanus, & Ferrarienſis locis citatis, & Sotus in 4. dis. 10. quæst. 1. artic. 1. & priorem facile dissoluunt. Dicunt enim, si in triduo conseruaretur hostia, quæ consecrata esset in nocte cœnæ, fore, vt maneret in triduo sub ea corpus Christi, non quidem idem numerò secũdum esse corporis, quod haberet à forma, sed idem numero ratione solius materiæ, & hypostasis: quod sane responsum inferius nobis probabitur, neque enim cum Scoto, & Henrico duplicem formam in homine, aut in alia vlla re mundi admittemus. Ad secundam verò rationem respondent, animam rationalem prout tribuit esse corporis, non esse ens rationis, vt conterdit Scotus probare, sed esse quid reale, distinctum tamen sola ratione à se ipsa, prout tribuit esse hominis, quæ duo longè diuersa esse seriò admonet Sotus loco citato: quasi Scotus siniſtre interpretatus fuerit S. Thomã vbicumque dicit, aliqua distinguiri sola ratione: in hunc sensum ipsum intelligens, vt illud, quod ratione sola ab alio distinguitur, sit solum ens rationis, & ita putant se argumento Scoti satisfeciſſe. Verum Scotus non contendit hoc argumento probare, animam sub ea ratione communi esse ens rationis, vt perperam ipsum Caietanus, Ferrariensis, & Sotus intellexerunt: sed contendit, nõ posse esse terminum conuersionis realis secundùm illam rationem communẽ: eo quod ipsa conuersio sit realis, & indiuidua; illa vero ratio communis nihil sit reipsa præter singulare, in quo est, neque in re ipsa ita existat abstracta, & communis, vt per se solã possit conuersionem realem terminare. Et sane, si cõuersio esset actio, & productio termini, in quem dicitur fieri, nulla ratione pro termino illius ratio illa cõmunis animę assignari posset: quia sicut actiones, & passiones versantur circa singularia, vt ex mente Aristotelis explicauimus tomo 1. huius 3. partis disput. 21. capit. 3. ita etiam ad singularia terminari debent. Aliqui verò ea ratione prædictũ modum philosophandi non probant: quia si semel cõcederemus, animam, quatenus tribuit materiæ esse corporis de prædicamento substantiæ, esse sub speciebus panis ex vi verborum, & Sacramenti, non possemus asserere, ipsam secundùm rationẽ animæ, hoc est, quatenus tribuit esse viuentis, & hominis, esse ibi ex naturali connexione per concomitantiam. Nam, cum sit eadem res omnino indiuidua, & singularis, non possumus in ea aliquid assignare, quod sit ex vi verborum, & aliquid quod sit per concomitantiam. Verùm hæc ratio facilè dissolui posset iuxta opinionem nostram, qui dicimus, conuersionem non esse productionẽ termini, in quem fieri dicitur, sed solam successionem substantiarum. Nã cum ratio conuersionis desumenda sit ex sola significatione verborum, vt in illud per se fieri dicatur, quod ipsis verbis exprimitur, rectè fieri posset in animam secundùm rationem, qua tribuit esse corporis, si in termino ad quem sola hæc ratio corporis significaretur. Cetere verò rationes animæ, quę illis verbis non exprimerentur, dicerentur esse per concomitantiam, non ratione connexionis realis

Secundo.

10 Caietanus. Ferrariensis. Sotus.

Aliqui bene eluit primũ Sco

Non bene respondẽt secundo.

11 Aristotel.

Alij alio modo prædictam sententiam incusant.

Ineffica ratio.

12

realis, ſeu identitatis, quia expreſſe non ſignificarentur. Quare, ſi per vocem, *Corpus*, in verbis conſecrationis poſitam intelligeremus
13 corpus de prædicamento ſubſtantiæ, abſque dubio intelligeremus etiam animam ipſam ſecundum rationem illam communem, quam in ſe habet: quia ex vi ſignificationis illius ſub ſpeciebus panis tantum conſtitueretur corpus, ſiue illud eſſet ab anima, ſiue ab alia forma, nempe, ſecundum rationem communem. Cumque in illa ratione communi corporis forma aliqua ſecundùm eãdem rationem includi deberet, & talis ratio in anima Chriſti reperiatur: recte ſequeretur, animam Chriſti ſecundum rationem illam, qua tribuit eſſe corporis, eſſe ſub ſpeciebus panis ex vi verborum: ac proinde in termino ad quem conuerſionis perſe includi. Cùm autem diceremus, animam ſecundum rationem communem pertinere ad terminum conuerſionis, non denotaremus, rationem illam communem eſſe quid diuerſum re ipſa à ratione indiuidua, & ſingulari; ſed diceremus, per vocem illam ſolùm denotari animam ſub ratione communi: nam voces conceptibus reſpondent. Cumque conuerſio, ſeu ſucceſsio ſolùm diceretur fieri ſecundum ſignificationem verborum, recte diceremus, fieri in corpus, & animam, etiam ſecundùm illam rationem communem: quia vi ſignificationis anima ſecundum illam ſolùm rationem ſuccederet: quæ, licet re ipſa non ſit abſtracta; habet tamen in re ipſa fundamentum diſtinctionis, & abſtractionis. Nihil autem aliud eſt dicere, animam ſecundùm illam rationem communem ſuccedere pani, quàm dicere, corpus, ſiue per animam, ſiue per aliam formam conſtitutum ſuccedere: cumque vtra que forma in ratione illa communi conueniat, idem eſt ſuccedere hãc, vel illam, quòd ſuccedere animam, prout cum alijs formis conuenit. Verùm, quia, vt ſupra dixi, nomi-
14 ne corporis non poſſumus intelligere rationem corporis de prædicamento ſubſtantiæ, ſed rationem corporis organici, ſiue mortui, ſiue viui, vt inferius oſtendemus, ideò dicendum eſt, animam Chriſti nulla ratione conſideratam ſub ſpeciebus panis eſſe ex vi verborum, & tamquam aliquid per ſe pertinens ad rationem termini conuerſionis, ſed per ſolam concomitantiam ratione connexionis naturalis ſub illis collocari, vt ſequẽte capite probabimus.

Tres aliæ opiniones de eadem re.

CAPVT II.

Quarta ſententia explicatur.

NON Longe abſunt à tertia ſententia, quam præcedente capite memorauimus, alij Theologi, qui primùm quidem aſſerunt, illud quod dicitur eſſe terminus per ſe conuerſionis panis, & voce coporis ſignificatur, eſſe corpus, nõ prout cõſtituitur in ſpecie ſubalterna prædicamẽti ſubſtantiæ, quæ cõmunis eſt omnibus ſubſtantijs materiam habentibus, ſed pro vt eſt corpus, quod dicitur heterogeneũ, & organicum, habens partes, & organa diuerſa, quod ſolũ reperitur in animalibus, & ex illis etiam corrupta, aut ſeparata anima reſtat, quale eſt cadauer. Deinde affirmãt, ex vi ſignificationis prædictę vocis nõ tãtum eſſe materiam primam, ſed etiam animã ipſam rationalem, non quatenus anima eſt, ſed ſecũdùm rationem communẽ, quatribuit eſſe corporis organici, ſicut Autores illius tertiæ ſententiæ hoc etiam modo philoſophabantur: conſiderant autem rationem quamdã corporis organici vniuoce communẽ corpori mortuo, & viuo; ac proinde dicũt, ex vi verborũ non ſolùm eſſe materiam humanitatis Chriſti ſub ſpeciebus panis, ſed etiam animã; non ſecundum rationem animæ, ſed ſecundũ rationem quamdã communẽ formę in materia, quã tribuit materiæ eſſe talis corporis. Hãc ſententiã aperte docent Dominicus Sotus in 4. d. 10. q. 1. art. 1. & Ledeſma 1. p. 4. q. 17. art. 1. dub. 3. & 4. qui pro tertia ſententia, quam cap. præcedente retulimus immerito allegantur; eandemque Recentiores nonnulli libẽnter cõplectũtur. Fundamentũ vero illius eſt. quia, ſicut ſupra contra tertiam ſentẽtiam probauimus, vt virtute verborum, quibus ex inſtitutione Chriſti vtimur, fiat conſecratio corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, eſſe debet nõ tantum materia, neque ſolũ ratio corporis in vniuerſum, ſed tale corpus, quod carnes, & oſſa habeat, & partes diuerſæ rationis, quale in animalibus reperitur; cũque exſentẽtia ipſorũ hoc eſſe corporis habeat materia ab anima tamquã à forma: ſicut ex vi verborũ ſub ſpeciebus panis corpus hoc modo conſtituitur: ita, inquiunt, etiam anima quatenus illi tribuit tale eſſe, cõſtitui debet. Verũ, quia ex vi verborũ non cõſtituitur ſub ſpeciebus corpus viuũ, neque mortuũ, ſed cõmune mortuo, & viuo, opus eſt in ipſa anima conſiderare rationem cõmunem, qua tribuit eſſe corporis abſtracti à mortuo, & viuo, & ſecundùm illam anima cõſtituenda eſt ſubſpeciebus panis, non autem quatenus anima eſt, ſic enim tribuit eſſe corporis viui.

Sotus. *Ledeſmæ*

Probatur.

15

16

Cæte-

Autores diuisi.

Cæterũ, qui hanc sequuntur sententiã nõ eodem modo philosophantur circa modum, quo anima secundum illam considerationem ex vi verborum sub speciebus panis dicitur esse. Nam Sotus loco citato, & Ledesma in dubio illo 4. dicunt, animam secundum illã rationem esse sub speciebus panis, tamquam quid connotantum nomine corporis, non autem tamquam partẽ ipsius corporis, quod dicitur ibi esse ex vi verborum. Censent enim nomen corporis non supponi pro composito ex materia, & forma, sed pro materia ipsa, cõnotata forma: quemadmodum concreta adiectiua supponi dicuntur pro subiecto habẽte formam, connotata solum ipsa forma. Probat autem Ledesma, corpus non supponi pro composito ex materia, & anima hoc modo: quia anima dicitur esse actus corporis: dici autem non potest actus ipsius compositi ex materia, & anima: sic enim esset actus sui ipsius; ergo corpus non est compositum ex materia, & anima. Nihilominus ipse, & Sotus affirmant, animam secundum rationem illam communem ex vi verborum sub speciebus panis esse, quia nomine corporis saltem connotatur: connotatum autem non minus est sub speciebus panis, quam id, pro quo nomẽ directè supponitur. Recentiores verò, quibus hæc opinio probatur, asserunt id, pro quo nomen corporis supponitur, esse non solam materiam connotatam anima, sed conflatũ ex materia, & anima, secundùm illam communem rationem, ac proinde animam esse sub speciebus panis ex vi verborum, non tamquam quid connotatum in materia, ita vt materia sit directum significatum, anima verò solùm connotetur, sed tamquam partem totius compositi, quod nomine corporis significatũ ex vi illius sub speciebus constituitur.

17

Recentiorum mens.

Refellitur prædicta sententia in vniuersum. Primo.

Hæc tamen sententia mihi non probatur, & primum quidem (vt hinc exordiar) si semel concedi posset, animam secundum aliquã rationem esse sub speciebus panis ex vi verborum, concedi etiam deberet, corpus, quod ex vi etiam verborum dicitur esse sub illis, esse quid compositum ex anima, & materia, & nomine corporis, non solam materiam directè significari, & cõnotari animam, sed directè significari compositũ illud æque includens materiam, & animam, & pro illo nomen supponi. Nam iuxta ea, quę diximus 1. p. disput. 115. diuersa ratio est concretorum nominum accidentium, & concretorum substantiæ: nã concreta substantiæ supponuntur pro natura ipsa, quæ, cum constet partibus physicis, composita est: ac proinde idem erit supponi pro natura, & pro composito ex vtraque parte, ex quo etiam fit vt supponi non possint pro vna parte, nempe pro materia connexa forma, seu anima, vel è contrario. Quis enim dicat, nomen, *Homo* supponi pro materia prima connotata forma, seu anima, vel è contrario? At vero concreta accidentium directè supponuntur pro subiecto ipso habente formam, & ita non pro composito ex subiecto, & forma, sed pro subiecto directè, connotata forma non directè. Quod si semel concedi posset, nomen corporis supponi pro sola materia connotata forma, non autem pro composito ex materia & forma, eadem ratione cõcedi deberet, nomen viuentis animalis, & hominis hoc eodem modo supponi. Prædicta igitur sententia ex hac parte, quam Sotus, & Ledesma soli sequuntur, probanda non est. Quod verò affert Ledesma ad probandum, corpus non supponi pro composito ex materia, & forma, friuolum est. Nam, quamuis corpus organicum includeret formam, nihilominus rectè diceretur anima actus corporis organici, non quia pro subiecto haberet corpus organicum, sed quia in composito, quod est corpus organicum, haberet rationẽ actus, & formę. Sicut etiam rectè dicere possumus: Anima est forma, & actus viuentis; Anima sensitiua forma, & actus animalis: &, Anima rationalis forma, & actus hominis. Atque hoc sensu Aristotel. 2. de Anima cap. 1. definiens animam dixit: *Est actus corporis physici potentia vitam habentis*: hoc est, exercentis operá vitæ per potentias, & instrumenta. Deinde id, in quo omnes Autores huius sententiæ cõueniunt: nimirum, ex vi verborum esse animã secundùm rationem communem, quã tribuit esse corporis, vnica ratione refellitur: nam, quamuis iuxta tertiam opinionem posset defendi, animam secundùm rationem illam communem ex vi verborum esse sub speciebus panis, si nomine corporis denotaretur corpus, quod est species subalterna prędicamẽti substantiæ: eo quod esset cõceptus corporis vniuoce communis corpori mortuo & viuo; tamen iuxtà hanc sententiam id nulla ratione dici potest: eo quod ratio corporis organici non sit vniuoce communis corpori organico mortuo, & viuo, sed vtrumque equiuoce corpus dicatur. Si enim ratio corporis vniuoce communis non est mortuo, & viuo, nulla ab his ratio communis abstrahi potest, quæ nomine corporis significetur; ac proinde neque anima, & forma corporis organici mortui in ratione aliqua communi conuenient. Ex quo manifestè sequitur, si anima esset ex vi verborum cum corpore sub speciebus panis, nõ fore secundùm rationem communem, cum talis

18

Discrimen concreti substantiæ à concreto accidentis.

19

Aristotel.

Secundo.

Non est aliquid commune corpori mortuo, & viuo.

20

lis ratio non ſit, ſed ſecundùm rationem ſpecialem, quod eſſet abſurdum. Nam, ſi ex vi verborũ eſſet canis latrabilis ſub ſpeciebus, dici nõ poſſet eſſe canẽ latrabilẽ ſecundũ rationẽ abtractam canis communem labrabili, & cœleſti: quia nulla talis ratio aſsignari poteſt. Porrò autem corpori organico viuo, & mortuo, non poſſe aſsignari rationem ſubſtantialem communem, manifeſtum eſt. Nam, ſicut carni mortuæ, & viuę, faciei mortuę, & viuæ non aſsignatur ratio communis: eo quod caro & facies mortua ſit æquiuoce caro, & facies:

Ariſtotel. vt teſtatur Ariſtoteles 2. lib. de Generatione animalium cap. 1. his verbis: *Non eſt enim facies niſi animam habeat, neque caro, ſed corrupta æquiuoce dicitur facies, aut caro, perinde quaſi lapidea, aut lignea facta ſit, &c.* ſic etiam neque corpori mortuo, & viuo communis ratio aſsignabitur: ſiquidem corpus hoc modo cõſtat carne, oſsibus, facie, brachio, & crure, & alijs huiuſmodi partibus. Adde, quòd ſi ratio corporis in vniuerſum communis eſſet corpori mortuo, & viuo, ſequeretur, hæc

21 duo in prædicamento ſubſtantiæ ſub immediato genere collocari, quod eſt abſurdum. Etenim corpus organicum hominis viuentis ſub animali immediate conſtituitur. Nam cũ in anima conſideretur ratio formæ ſubſtantialis, & ratio formę corporis, & ratio formæ viuentis, nondum intelligitur ratio formæ corporis organici, & heterogenei, cum nondum intelligatur forma animalis: alioquin, & omnis forma, quæ cum anima animalis conueniret in ratione formę corporis, aut formę viuentis, daret eſſe corporis organici, & heterogenei, quod eſt abſurdum; ſub animali autem corpus organicum mortuũ, ſeu cadauernõ conſtituitur. Excogitare autẽ aliud genus immediatum corpori mortuo, & viuo, formę corporis mortui & viui cõmentitium eſt, vt patet. Et hactenus de quarta opinione

Quinta opinio. Quinta opinio ſit, corpus, quod eſt terminus per ſe conuerſionis panis, & eſt ſub ſpeciebus illius ex vi verborum, eſſe compoſitũ ex materia, & forma quadam, quam vocant corporeitatis, & quam dicunt eſſe eductam de potentia ipſius materiæ, & priorem in homine anima rationali: ita vt in materia prius informata hac forma, anima rationalis veluti in ſubiecto recipiatur: hanc ſententiam tra

Henricus. didit Henricus quodlib. 4. q. 3. & quodlib. 9. q. 8. & quolib. 12. q. 10. vbi agit de termino conuerſionis. Docuerat autem quodlib. 3. q. 6. & 8. eſſe in homine formam quamdam

22 tribuentem materiæ eſſe corporis diſtinctam ab anima rationali. Eamdem ſententiam, quod attinet ad terminum conuerſionis panis, qui nomine corporis ſignificatur, ſequutus eſt poſtea Scotus in 4. diſt. 11. q. 3. §. *Ad rationes ergo*, verſicul. *Quantum ergo*, qui eſt circa finem. Vt autem notat ipſe loco citato, & paulo ante in eodem. §. & §. *De ſecundo*, verſicul. *Præterea cum dicitur*, nomine corporis non intelligit indiuiduum aliquod ſub genere corporis, quod eſt ſpecies ſubalterna prædicamenti ſubſtantię, ſed alteram partem compoſiti, nempe, ipſius hominis, quæ dicitur corpus continens carnem, & oſſa. Et idem cenſet Henricus, ſiquidem ipſe, hanc formam corporis in homine ſolum eſſe affirmat. Huius ſententiæ nullum aliud fundamẽtum eſſe video, niſi quod nulla alia via his Doctoribus facilior viſa ſit, vt explicarent terminum formalem huius conuerſionis; tum etiam, quia putarũt, eſſe corporis prouenire non poſſe ab anima rationali in homine, ac proinde ad conſtitutionem illius aliam formam eſſe aſsignandam. Et ſanẽ, quòd attinet ad præſentem controuerſiam de termino cõuerſionis ſignificato nomine corporis, hæc opinio mihi maxime probaretur, quòd iuxta eam omnes difficultates facile explanari poſſent, niſi doctrinæ Ariſtotelis, & veræ Philoſophię aduerſaretur. Porrò, eam contra Ariſtotelem, & veram Philoſophiam eſſe, facile nunc mõſtrare poſſumus. Primum quidem, quia, vt paulo ante dicebamus, ex ſentẽtia Ariſtotelis facies, & caro mortua æquiuoce facies, & caro dicitur: ergo eſſe carnis, & faciei non habet à forma diſtincta ab anima, quæ maneat in cadauere, vt Scotus, & Henricus contendunt. Nam, ſi ab illa forma eſſe carnis, & faciei proueniret, vniuoce quidem, & eodem modo facies, & caro eſſet cum anima, & ſine illa, neque æquiuoce caro, & facies diceretur, etiã ſi mortua eſſet. Tum etiã falſo dixiſſet Ariſtoteles, non eſſe faciem, neque carnem, niſi animam habeat, ſi eſſe carnis non ab anima, ſed ab alia forma proueniret. Quod autem diximus de facie, & de carne, eodem modo dictũ puta de corpore animalis, & hominis, quod organicum eſt, & diuerſas partes habet; ſiquidem corpus conſtat carne, & oſsibus, facie, & brachio, & alijs huiuſmodi. Deinde eãdem ſententiam veræ Philoſophiæ aduerſari omiſsis alijs, vnica ſolum ratione in hunc modũ oſtenditur. Quęcumque anima, etiam ſi ſit rationalis, eſt forma naturalis materiæ, ita eam informans, & tribuens eſſe ſubſtantiæ, vt tribuat ei omnẽ rationem intra genus ſubſtantiæ, quæ in homine, aut alio animante reperitur; neque enim tribuere poteſt rationem generis, quin tribuat rationem ſpecificam infimã, ac proin-

Scotus.

23

Prædicta ſententia contra Ariſtotel. eſſe oſtenditur.

24

Item cõtra Philoſophiam.

de

de omnes intermedias, cũ ipsa sit in specie infima, & tribuat etiam esse hominis, quod est infima species in prędicamento substantiæ: ergo præter animam frustra alia forma assignatur, sed ab vna anima tãquã à forma prouenire debet omnis illa ratio prædicamenti substantiæ, ita vt anima hoc ipso, quòd est forma naturalis materiæ, tribuat illi esse substãtiale, ac proinde constituat ipsam in genere substantiæ: neque solùm tribuat illi rationem substantiæ, sed corporeę substãtiæ. Nam cum omnis substantia in spiritualem, & corpoream sufficienter diuidatur, & non possit tribuere materiæ rationem substãtiæ spiritualis, etiãsi anima rationalis sit, quæ secũdum se spiritualis est: necesse est, vt tribuat esse substantiæ corporeę. Ideo autem rationalis anima, quæ secundum se spiritualis est, nõ potest tribuere esse substantiæ spiritualis, quia, vt 1. tomo huius 3. p. disput. 16. cap. 2. ostendimus, esse, quod tribuit anima, non est ipsamet anima, nec tribuit esse, solum tribuẽdo se ipsam; sed est quoddam esse receptum in ipsa materia, quod non est spirituale, sed corporeum. Præterea, quæuis anima non solum tribuit materiæ esse corporeæ substãtiæ, sed etiam esse viuentis, vt etiam Scotus, & Henricus ingenue fatentur, neque vlla ratione negare possunt, idemque de alijs prædicatis inferioribus necessario dicendum est: ergo nulla ratio restare posset in homine, aut alio animante, ad quam necesse sit aliam formam prætervnã animam assignare. Hac etiam ratione, dum libros de anima nostris studijs explicaremus, probauimus, non posse in eodem homine, aut animante esse plures animas, cum ab vna, & eadem omnis ratio viuentis substantiæ sufficienter proueniat. Respondere posset aliquis pro Scoto, non esse in homine formam corporis distinctam ab anima, vt tribuat aliquam integram rationem, ex ijs quæ tamquam species subalternæ in recta linea prędicamenti substantiæ collocantur: quia omnis huiusmodi ratio sufficienter ab anima prouenit; sed vt tribuat esse corporis organici, quod est altera pars hominis, & animantis, & cum forma cadaueris, & cum anima esse potest. Huic tamen responso obstat ratio manifesta: nam si materia prima ab vna & eadem anima, vt forma habet esse substantiæ, corporis, viuentis, animalis, & hominis quid opus est aliam formam pro parte altera, nẽpe, pro corpore assignare? Cum enim dixit Aristoteles 2. lib. de anima cap. 1. *Animã esse actum corporis organici*, pro eodem vsurpauit corpus organicum, & corpus potentia vitam habens: definit enim animam primùm in textu 4. hoc modo: *Forma corporis naturalis potentia vitam habentis*. Eamdem definitionem repetit textu 6. his verbis: *Anima primus est actus perfectioque corporis naturalis potentia vitam habentis*. Addidit autẽ: *Et talis plane* (videlicet corporis) *vt partes ipsius sint instrumẽta*: & textu 7. ita definit, *Ipsa perfectio prima, primusque actus est corporis naturalis, cuius partes sunt instrumenta*; pro eodem igitur accipit illud: *Cuius partes sunt instrumenta*, quod vulgus Philosophorum vocat organicũ, & illud, *Potentia vitam habentis*. Porro potentia vitã habens apud Aristotelem nõ est idem, quod habens vitam potestate, seu potentia, vt dici solet, non actu, sed idẽ, quod habens actu vitam, & per potentias, & instrumenta opera illius exercens: inquit enim textu 10. *Non est autem id potentia viuens, quod abiecit animam, eaque vacat; sed id, quod ipsam habet*. Ex qua doctrina rectè colligitur, cadauer mortuum, licet habeat diuersas partes, quas heterogeneas vocant: nihilominus non possedici organicum, quia partes eius non possent organa vocari, seu instrumenta, quod idem est. Nam partes corporis esse instrumenta seu organa, idem est apud Aristotelem, quod potentia vitam habere: potentia autem vitã habere, idem est, quod animam, & vitam habere, quàm corpus mortuum non habet, vt ex verbis Aristotel. patet. Fustra igitur assignaretur vna forma distincta ab anima, à qua materia haberet esse corporis organici, siquidem organa sunt ab ipsa anima, & non sine illa. Hinc sequitur, in quouis viuẽte, & animali frustra assignari diuersam formam, à qua materia habeat rationem corporis organici, sed ab eadẽ anima rationẽ corporis organici, & rationẽ viuẽtis prouenire, quia eadẽ est. Et ita Henricus, & Scotus in quolibet viuente, & animali eam peculiarem formam præter animam non assignant; cum tamen eædem diuersæ partes maneant in materia, separata anima, quæ videntur organa esse, vt in plantis abscisis, & iam mortuis, & in cadaueribus brutorum animantium. Verum eadẽ ratione in homine diuersa forma nõ esset assignanda, siquidem anima rationalis est verè actus corporis organici, sicut quæuis alia, ac proinde dans esse viuentis & animalis sicut reliquæ animę. Quod autem in cadauere hominis maneant diuersæ illæ partes simi les illis, quæ erant in corpore viuo parum refert: nam idem etiam cõtingit in cadauere animalium, in quibus peculiaris illa forma corporeitatis non constituitur ab vllo Theologo, aut Philosopho. Sicut igitur in alijs dicendum est, carnem eorum mortuam, & faciem

35

Non datur forma distincta corporeitatis.

Solutio Pro Scoto

Impugnatur.

Aristotel.

27

28

ciem æquiuoce carnem, & faciem dici, & ſic in alijs, ita etiam in cadauere hominis, ſiquidem in cadauere hominis diuerſæ partes non poſſunt dici diuerſa organa, niſi æquiuocè, ſicut dici nequeũt potentia vitam habere: ergo diuerſæ partes in corpore mortuo, & viuo, etiam hominis non proueniunt ab vna & eadem forma, ſed in viuo ab anima, in mortuo verò ab alia forma. Atque hinc etiam deſumi poteſt argumentum contra Recentiores, qui dicunt, corpus, quod ex vi verborum eſt in hoc Sacramento, eſſe corpus organicum prout abſtractum à viuo, & mortuo. Nam, vt vidimus ex Ariſtotele, organicum, & vitam habẽs idem ſunt. Quod ſi mortuum dicitur aliquo modo organicum, vel organa habens, æquiuoce tantum dici poteſt, ſicut de carne, & facie mortua diximus, æquiuoce carnem, & faciẽ vocari, ac proinde non poteſt vna communis ratio abſtracta à viuo, & mortuo, neque in homine, neque in alijs aſſignari, vt voce corporis per ſe ſignificetur, & ex vi ſignificationis eius ſub accidentibus panis conſtituatur

Sub hoc Sacramento non eſt corpus abſtrahens à viuo, & mortuo.

29

Obiectio.

Verum obijcies hoc modo; ſi anima definitur, per corpus organicum, quod viuit, ſequitur circulum committi in hac definitione, nã corpus viuens eſſentialiter refertur ad animã, per quam viuit, & loco nominis poſiti in definitione licet ponere eius definitionem, & ita in præſenti circulus committetur. Nonnulli dicunt, eorum, quæ eſſentialiter referũtur, vnũ per aliud, & è contrario definiri, & tamen non licere ponere eius definitum loco nominis poſiti in definitione. Verũ hoc falſũ eſſe oſtendimus 1. p. diſp. 104. c. 2. alioquin, vt ibi probauimus, ipſe Ariſtoteles 5. Metaphyſic. c. 15. non rectè probaſſet, viſum non dici ad viſibile, quia idem bis diceretur, hoc eſt, definitum in definitione poneretur; hoc enim debet fieri, ponendo definitionem nominis poſiti in definitione pro ipſo nomine poſito. Reſpõdere autem poſſet aliquis, in eo caſu non licere ponere definitionem pro ipſo nomine: quia viſus eſſentialiter referretur ad viſibile. Alij dicunt, animam definiri non per corpus, quod vitam habet, ſed per materiam primam cum quantitate, & organis diſpoſitã. Hoc tamẽ falſum eſſe, iam oſtendimus ex verbis ipſius Ariſtotelis. Quare reſpondeo, animam definiri per corpus, quod viuit: nullum autem poſſe committi circulum; quia corpus viuens non debet definiri, neque recte definiretur per partes phyſicas: tale enim genus definitionis nuſquam in Ariſtotele inuenies. Sed corpus organicum potentia vitam habens recte definitur metaphyſica definitione per hoc, *Quod ſit ſubſtantia corporea viuens*, quæ definitio recte poteſt poni abſque circulo loco nominis poſiti in definitione animæ. Quod ſi contingat aliqua mutuo eſſentialiter inter ſe referri, qualia dicunt aliqui eſſe materiam, & formam, dicendum eſt de illis idem, quod diximus de Patre, & Filio Aeterno, qui eſſentialiter mutuo referuntur, nempe, ſi cognoſcãtur propria, & quidditatiua notitia, vt ſũt in re ipſa, nõeſſe opus alia definitione, & vnũ in ordine ad aliud, & è cõtrario cognoſci ſine circulo, hoc eſt, ſine reperitione definiti, quod ponatur in ſua definitione; ſi autẽ pro hoc ſtatu nobis hæc definienda ſunt, non rectè definiri vnum in ordine ad aliud, vt relatum, vt ibi explicauimus. Materiam autem, & formam ego definirem ſicut Ariſt. 1. Phyſicorum, & ita non ſit opus incidere in vitium illud quod, diximus, eſſe fugiendum; hoc modo; *Materia eſt, ex qua aliquid fit, cũ inſit. Forma eſt principium motus, & quietis.* Neque vllam aliam definitionem harum in Ariſtotele inuenies. Vt quid igitur alium modum definiendi excogitabis? Quòd ſi quis hoc modo definiret materiam, *Quæ poteſt recipere formam*, & formam, *quæ poteſt eſſe in materia, & illi actu dare eſſe*, certe nihil declararet per has definitiones: quia ignotum per æque ignotum definiret, ſicut diximus loco citato de his etiam definitionibus: *Pater eſt, qui habet filium*. Et *Filius eſt, qui habet patrem*. Neque verò huic doctrinæ obſtat quod inquit Ariſtoteles 6. Topicorum cap. 3. imò ibi docet, definitionem tradendam eſſe per notiora, & priora; alioquin ineptã eſſe, ibique aſſignat locos, quibus hoc vitium definitionis cognoſcere valeamus; & ſecundus eſt, quãdo ſi loco nominis poſiti in definitione ponatur eius definitio, definitum ipſum etiam ponetur in definitione ſui: vt ſi quis definiat Solem, *Stellam in die apparentem*. Nã, qui die vtitur (inquit Ariſtotel.) Sole vtitur, vt ponatur loco diei eius definitio: dies enim dicitur Solis latio. Quod verò paulo antea dixerat, oportere quædam per oppoſitum definiri; cum tamen dixiſſet, hunc modum definiendi ineptum eſſe, quia non eſt per propria, & notiora, exemplũ afferens dupli, quod per dimidium definiri debet: non intelligitur de duplo, & dimidio: ita vt vnum referatur ad aliud, vt relatum: quia re vera refertur ad aliud vt abſolutum, vt 1. p. diſput. 159 cap. 6. explicuimus, ſed illud afferit pro exemplo eius, quod dixerat aliquando licere: imo neceſſarium eſſe rem definiri per oppoſitum, nempe, quando ad illud refertur; duplum autem, vt relatum, opponitur dimidio abſolu-

Aliquorũ ſolutio reijcitur.

Ariſtot.

Alia inſufficientes.

30

Vera ſolutio.

Non committitur circulus in animæ definitione.

Ariſtotel.

Formæ, & materiæ definitio.

31

Occurritur teſtimonio Ariſt.

32

tè sumpto, & per illud definiendum est, tàm quam per terminum, absque vllo vitio, & repetitione; sicut a Mathematicis definiri diximus disput. illa cap. 6. Neque verò existimãdum est, duplum, & dimidium tantum relatiue sumpta opponi; sed oppositũ dupli dicitur etiã esse terminus illius, quia ab eo distat, & quasi è regione positũ est. Adde, quòd, cũ hic Aristoteles contẽdat assignare exceptionem eius, quod dixerat, nempe, definitionẽ per opposita non rectè tradi, quia non datur per priora: huius ergo, quod est definitionem non esse tradendam per ea, quæ simul natura sunt, rectè assignatur exceptio relationum, quæ simul natura sunt cum terminis suis absoluris ad quos referuntur.

33

Sexta opinio Aegidij.

Sexta opinio est Aegidij, Theoremate 28. 29. & 30. vbi inquit, terminum formalem conuersionis panis, qui nomine corporis significatur, non esse materiam solam, neque materiam cum forma aliqua substãtiali, neque materiam cum quantitate, sed materiam cum modo quodam relicto ex quantitate, ratione cuius sit corpus, quod vocant organicũ, hoc est, corpus diuersarum partium, fundamentum huius sententiæ, pro vt ex locis citatis colligitur, est, quia existimat hic Autor Theoremate 30. materiam primam non posse vocari corpus: eo quod secundùm se non sit aliquid, sed medium inter aliquid, & nihil. Et ita notat, Philosophos, qui dixerunt materiam primam esse corpus, existimasse etiam, esse aliquid actu, nimirum aut ignem, aut aerẽ: neq; corpus esse materiam cũ quantitate, (intelligit autẽ corpus organa habẽs) eo quod anima dicitur actus, seu forma corporis organa habentis; ac proinde assignari debet pro corpore res vnius tantùm prædicamenti, & non pluriũ. Atqui materia cum quantitate non est vnius tantum prædicamẽti, sed ex vtraque fit vnum per accidens. Porro autem, corpus, cuius actus dicitur esse anima, debere esse vnũ per se, & in vno prædicamento, solũ probat: quia ex corpore, & anima fit vnũ per se, si autẽ corpus esset quid per accidẽs ex materia, & quantitate, ex ipso, & anima nõ fieret vnum per se. E contrario verò, quia putat, materiam primam cũ modo quodam quantitatis esse vnum per se, & non esse res diuersorũ prædicamentorum: ideo etiam colligit, materiam cũ hoc modo nomine corporis rectè significari. Hoc est, fundamẽtum, quo nititur Aegidius, cui & nos addere possumus aliud: quia hoc modo neque incidimus in incõmodũ, quod cap. præcedẽte inferebamus, cõtra asserentes, corpus esse solum materiam primam; neque in id, quod colligebamus cõtra eos, qui dicebant, nomine corporis nõ solam materiam, sed cõpositum ex materia, & anima significari, cũ hic Autor in corpore nullam formam includat. Denique Scotus ea ratione dicit, Aegidium docuisse, nomine corporis nõ significari materiã cum quantitate, quia, cum fiat transubstantiatio panis in corpus Christi, si corpus esset cõpositũ ex materia, & quantitate, vel si quãtitas requireretur ex parte termini, nõ fieret transubstãtiatio. Quam quidem rationem ego in Aegidio inuenire non potui.

34

Probatur primo.

Secundo.

Scotus.

Tertio.

35

Huius sententiæ meminit Scotus in 4. d. 11. q. illa 3. §. *Desecundo*, eamque impugnat hac ratione: quia, siue modus ille, quẽ constituit hic Autor, sit idem cũ materia, siue non, si conuersio solũ fiat in solam materiam cum modo illo, sequitur, nõ fieri conuersionẽ materiæ in materiam, & formæ in formam, cuius oppositum ipse Aegidius docuit, inquit Scotus. Et sane, si Aegidius dixisset, materiam panis conuerti in materiam corporis, & formam in formã, ego non video, qua ratione dicere potuisset, conuersionem solũ fieri in materiã cum modo quantitatis. Vbi autẽ illud dicat Aegidius, nõ indicat Scotus, neque ego ad huc inueni. Neq; est omnino certũ, in Sacramẽto materiã cõuerti in materiã, & formã in formã: cũ verba consecrationis, ex quorũ significatione ratio trãssubstãtiationis sumitur, id nullo modo velleuiter indicẽt. E Cõtrario verò, cum tota substantia, in quã fit cõuersio, non explicata materia, & forma, verbis cõsecrationis denotetur, planè cõsequitur, cõuersionem totius substantiæ in totam substãtiã cõfusè absque illa materiæ, & formæ distinctione fieri. Omissis verò duabus alijs rationibus, quibus Scot. vtitur cõtra prędictã opinionẽ, quas aliquo modo dissoluere posset Aegidius, sufficiãt nobis duæ aliæ; quarũ altera est ipsius Scot. loc. cita. in hũc modũ. Corpus, in quod dicitur fieri cõuersio, tale est, vt carnẽ, & ossa habeat, vt supra nos etiã ex Autore sermonis de cœna Domini apud Cyprianũ, & ratione monstrauimus; caro autẽ, & ossa non sunt sola materia, cũ quantitate, aut cũ modo illius, vt patet: ergo neq; corpus ex materia, & solo illo modo quãtitatis cõstituetur. Altera verò ratio est huiusmodi: impossibile est, effectũ formalẽ esse sine forma, à qua procedit, aut intelligi sine ea, siue sit effectus accidentarius, siue substantialis, siquidẽ virtus causæ formalis ad effectum illius à nulla alia causa, etiam à Deo suppleri potest; atqui modus ille quãtitatis est effectus ipsius quantitatis, cum à sola materia, vel ab alia forma procedere nequeat, vt patet: ergo neque esse,

Reijcitur ab Scoto non satis efficaciter

Duplici rãtione efficaciter refutatur. Prior.

36

Posterior.

neque intelligi poteſt non intellecta quantitate: ac proinde non poterit materia prius concipi à nobis, vt habens modum illum, quin intelligatur, vt habens quantitatem, ſicut neque album intelligi poteſt non intellecta albedine: ſi ergo conuerſio ſit in materiam cum modo quantitatis, fieri etiam neceſſario debet in ipſam quantitatem, quod Aegidius negat. Adde, quòd vix intelligi poteſt, quis ſit hic modus quantitatis præter quantitatem ipſam: ac proinde fruſtra pro præſentis cõtrouerſiæ ſolutione confingitur.

Corpus humanum conſtans carne, oſſibus, & alijs, aut mortuum, aut viuum disiunctim, non autem alterum definite, ex vi verborum ſub ſpeciebus panis eſſe, probabilior opinio eſt.

CAPVT III.

37 CVM Illud ſolùm dicatur eſſe ex vi verborum ſub ſpeciebus panis, quod verbis ipſis conſecrationis expreſſè ſignificatur, cætera verò ſolùm per concomitantiam: ex ijs, quæ ſupradiximus, & ex ſignificatione huius vocis *Corpus*, facilè colligere poterimus id, quod per ſe, & ex vi verborum ſub ſpeciebus panis conſtituitur, & cætera, quæ per concomitantiam ratione naturalis connexionis ſimul eſſe debent. Huius autem rei gratia primùm recolendum eſt, nomine corporis nec ſolam materiam, nec ſolam rationem corporis, quod eſt ſpecies ſubalterna in prædicamento ſubſtantiæ, ſed corpus diuerſarum partium, quod ſolum inanimantibus reperitur, ſignificari; nempe quod oſſibus, carnibus, neruis, & cartilaginibus cõſtat, vt ex ijs, quæ contra alias opiniones diximus, manifeſtè ſequitur. Deinde præmittere debemus id, quod capite præcedente ex doctrina Ariſtotelis probauimus, faciem, ſeu carnem mortuã, cæteraſque partes cadaueris, quæ organa vocantur, nempe oculum, pedem, &c. æquiuoce talia nuncupari. Cum igitur nomen, *Corpus*, in conſecrationis forma ſignificet corpus, quod dici ſolet organicum; hoc eſt, organa, aut partes diuerſas habens, tam mortuum, quam viuum, conficitur plane, nomen corpus æquiuoce de viuo, & mortuo in forma verborum prædicari.

Primũ notatum.

Secundum *Ariſtotel.*

38

Hinc autem facilè conſtat, quale corpus ex vi verborum conſecrationis perſe ſit ſub ſpeciebus panis, videlicet, neq; definite mortuum cum forma cadaueris, neque viuum cũ anima, ſed vno, aut alio modo, vt Logici dicunt, disiunctim. Ratio verò ex dictis aperte colligitur: nã cum illud dicatur eſſe ſub ſpeciebus, quod eſt ex vi ſignificationis, & ſignificatio huius vocis æque pateat ad viuũ corpus, & mortuũ ratione adiunctæ particulæ *Meum*, ſi ſolum ſpectemus ſignificationem illius, neque erit definite mortuum, neque definite viuum, ſed vno, aut altaro modo disiunctim, vt diximus. Porro autẽ, vtroque modo ſimul non eſſe, manifeſtum eſt nam, cũ ratione pronominis *Meum*, nomen *Corpus* determinetur, vt ſignificet nõ quodlibet corpus, ſed humanũ, & ſingulare, quod eſt humanitatis Chriſti: illud autẽ non poſsit vtroque modo eſſe nempe viuum, & mortuum etiam per potentiam Dei abſolutam, vt diſput. 192. cap. 3. oſtendemus, nõ poterit corpus ſimul viuũ, & mortuũ, ſub ſpeciebus panis collocari. Prętea non poſſe alio modo ſub ſpeciebus panis conſtitui, quam reipſa ſit, ex dictis etiam manifeſtè probatur. Et quãuis reuera poſſet per Diuinam potentiam fieri, vt vno modo in ſe eſſet, alio verò modo ſub ſpeciebus; id tamẽ nulla ratione fieri, neceſſario fatendũ eſt. Neque enim Chriſtus noua miracula patrare voluit præter ea, quæ neceſſaria erant, vt carnẽ ſuã nobis ad mãducãdũ præberet: ac proinde talẽ eã nobis exhibere voluit, qualis in ſe ipſa eſſet, nõ quidem ex vi ſignificationis verborum, ſed ex cõcomitantia naturalis cõnexionis. Quo circa talis eſt vis ſignificationis verborũ, vt vno, aut alio modo, nempe, disiũctim corpus cõſtituat: & hoc ſolum efficiat, vt id, quod eſt ſub ſpeciebus panis, corpus Chriſti ſit; quod autẽ definite ſit viuum, aut mortuũ, non ex ſignificatione habet, cum ea æque ad vtrumque pateat, ſed ex naturali comitantia: quia, nimirũ, corpus reipſa tale eſt. Ideò autẽ dicimus nomen *Corpus*, in verbis conſecrationis, tam viuũ, quam mortuũ ſignificare: quia vtrouis modo dicitur corpus Chriſti, ſicut etiam corpus patris mei dicitur tam mortuũ, quã viuuum, quamdiu nimirum retinet diuerſitatem partium: ſi enim in cineres redactũ eſſet, nequaquam corpus Chriſti, aut patris mei diceretur. Et ita ſacerdos nomine Chriſti rectè dicere poteſt: *Hoc eſt corpus meum*, ſiue illud viuum, ſiue mortuum fuerit.

Corpus cũ vna, aut alia forma disiunctim verbis conſecrationis ſignificatur.

Ratio.

39

Nõ poteſt alio modo ſignificari.

40

Cæterum contra hanc doctrinam duo poſſemus obijcere, quæ aliquam præ ſe ferunt difficultatem. Vnum eſt, quoniam, ſicut diſput. 181. cap. 6. & 7. probauimus, ideo

Obiectio prior.

tranſ-

transſubſtantiatio non poteſt eſſe actio terminata ad corpus Chriſti, quia nihil firmum, & definitum aſſignari poteſt, ad quod terminetur: eadem autẽ ratione non poterit eſſe ordo ſubſtantiarum, nẽpe, ordo vnius tranſeuntis in aliam, & alterius ſuccedentis, niſi pro termino, qui ſignificatur nomine corporis, aliquid definitum aſſignetur: ergo aut modus philoſophandi, quem probauimus non oberit, quo minus conuerſio poſsit eſſe actio & productio termini, in quem dicitur fieri;

41 aut ſi obeſt, eadem ratione obeſſe debet, quo minus ſit ordo ſucceſsionis, & trãſitus vnius ſubſtantiæ in aliam. Reſpondeo, diuerſã eſſe

Diluitur. rationem actionis, & ordinis, nam cum actio productio ſit quid rei, neceſſe eſt, vt habeat aliquid determinatum, & definitum pro termino, qui per eã producatur, cum productio circa ſingularia ſolũ verſetur; at vero ordo ille

Diſcrimen inter actionem productiuam, & ordinem ſucceſsionis. ſucceſsionis, & trãſitus cũ ſit rationis, bene poteſt intelligi terminari ad vnũ, aut aliud diſiunctim, ſicut veritas etiam reperitur aliquando in propoſitione, quæ continet ſenſum diſiunctũ; vt cũ dicimus. *Neceſſe eſt hominẽ currere, aut nõ currere*: & ad hoc diſiunctũ terminatur; ad nullã autem partem illius definite, & determinate: nam diſiunctiue falſa eſt hæc propoſitio, cũ quæuis pars illius ſit contingens, & non neceſſaria; at vero diſiũctim eſt vera: quia inter illa non eſt medium, ac proinde vnum, aut aliud eſſe neceſſe eſt. Sic ergo ordo panis tranſeuntis, qui eſt ordo rationis, intelligi poterit ad vnũ, aut ad aliud

42 corpus diſiunctim per ſe terminari, nẽpe ad viuum, aut mortuum: cum tamen non intelligatur terminari per ſe ad viuum, aut per ſe

Poſterior. terminari ad mortuum diſiunctiue.

Alterum, quod præſeferre videtur difficultatem aliquam, eſt: quia id, quod nomine corporis ſignificatur, & per ſe terminat conuerſionem, non eſt totum quod dam compoſitum ex materia, & forma; alioquin aliqua forma ex vi verborum ſub ſpeciebus conſtitueretur, ſed eſt altera pars compoſiti: hęc autem non poteſt eſſe niſi materia prima, aut ſi

Solutio placet aliquid aliud addere, erit ſola materia cum accidentibus. Reſpõdeo, non eſſe ſolam materiã primã, neque eam ſolam cũ accidentibus, ſed eſſe corpus, quod vocant organicũ, conſtans carne, oſsibus, & alijs, quæ diximus, & habens eſſe aliquod ſubſtantiale, non hoc, aut illud definite, & determinate, ſed mortuum, aut viuum: & quamuis viuum definitè includat animam, quia effectus formalis vitæ ſine anima eſſe nequit; nihilominus etiam pro vt viuum dicitur altera pars hominis, ſi quidem dicimus, hominẽ conſtare corpore, & anima: nam effectus illẽ vitæ, licet recipiatur in corpore, vt in 1. tomo huius 3. partis diſput. 19. cap. 2. explicuimus; tamen non eſt idem omnino cum anima, & ita homo dicitur conſtare materia 43
viuificata, & anima viuificante: eo quod in homine duo aſsignamus, & materiale, & ſpirituale; cum tamen corpus viuificatum, & anima ſolum differant ſicut includens, & incluſum, & ita corpus non ſit verè altera pars hominis ab anima omnino diſtincta, ſed eo modo, quo diximus. Qua de cauſa licet verè non ſit pars, ſignificatur vt pars, quando dicimus, hominem conſtare corpore, & anima. Nihilominus non dicimus, materiam prout viuificatam eſſe ex vi verborum ſub ſpeciebus panis, ſed corpus, aut mortuum, aut viuum diſiunctim, vt explicuimus. Et iuxta hæc poteſt intelligi Sanctus Thomas quæſtion. præcedenti articulo 6. ad 2. vt loquatur de anima vt termino conuerſionis, non ſecundum ſe, ſed ratione ſui effectus formalis. Ex hac autem doctrina facile diluitur prius argumentum, quod pro prima opinione, quæ eſt Gabrielis in 1. cap. adduximus. Ad poſterius autẽ dicemus cap. ſequente. Cæteræ autem opiniones cap. 1. & 2. memoratæ, nullum aliud habent fundamentum, niſi quod excogitatæ ab Autoribus videantur, vt facilhori quiſque via nobis explicaret, quid nomine corporis in præ dictis verbis conſecrationis ſignificaretur.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſit totus Chriſtus ſub qualibet parte ſpecierum panis, vel vini.

CONCLVSIO eſt, *Non ſolum ſub qualibet parte ſpecierum facta diuiſione, ſed etiam antequam fiat, eſt totus Chriſtus, ita vt totus ſit in tota ſpecie, & totus in quauis parte illius.* Ratio, qua Sanctus Doctor probat hanc concluſionem, difficilis eſt, eam tamen poſtea examinabimus: eius enim explicatio partim pendet ex doctrina ſequentis articuli 44

ARTICVLVS IIII.

Vtrum quantitas dimenſiua corporis Chriſti ſit in hoc Sacramento?

CONCLVSIO Est, *Quantitas corporis Christi* (idemque dictū puta de quantitate sanguinis) *est in hoc Sacramento; non ex vi Sacramenti, seu verborum consecrationis, sed per concomitantiam naturalis connexionis.* Conclusio hæc difficilis est, sicut etiã ratio præcedentis articuli, quæ ex doctrina huius conclusionis pendet: atque hac de causa sequente disputatione prius de materia huius articuli, postea verò de materia articul. 3. differemus.

Quo pacto quantitas, cæteraque accidentia sint cum corpore, & sanguine Christi in hoc Sacramento? Disput. 187.

Quantitatem Christi, aut saltem effectum illius formalem non esse in hoc Sacramento, Durandus, Gabriel, & OKam dixerunt. Cap. 1.

Quantitatem Christi sine proprietatibus suis, & accidentia nullum habentia ordinem ad locum, esse in hoc Sacramento, vera sententia est. Cap. 2.

Neque quantitatem, neque vlla accidentia corporis Christi esse ex vi verborum in hoc Sacramento, nonnulli existimarunt. Cap. 3.

Quantitatem in vniuersum, & aliqua accidentia esse ex vi verborum in hoc Sacramento, probabilior opinio fert. Cap. 4.

Quantitatem Christi, aut saltem effectum illius formalem, non esse in hoc Sacramento, Durandus, Gabriel, & OKam dixerunt.

CAPVT I.

1 Prima sententia.

IN Præsente disputatione duo nobis examinanda sunt, alterum an quantitas, & accidentia Christi sint in hoc Sacramento, quod in præsenti cõtrouersia supponi videtur: alterum, quo pacto in Sacramento sint, quod præcipue in quæstione proponitur. Circa prius no nulli Scholastici dixerunt, in hoc Sacramento esse totam substantiam Christi sine quantitate sua, licet quantitas maneat cum Christo in cœlo, & ita re vera in hac reat substantiæ ipsius, sicut Christus manet in cœlo, nec abeo discedit, licet incipiat esse in Eucharistia: ita absolute docuit Durandus in 4. dist. 10. quæst. 2. num. 7. & sequentibus: idque non solum probabile, sed etiam rationi magis consentaneum censet Maior in eadem distinct. quæst. 2. Eo hac etiam sententia citatur Gabriel in 4. distinct. 10. quæstione vnica artic. 2. & OKam in eodem 4. quæst. 4. in responsione quæstionis: quamuis infra respondens ad 6. dubium. §. *Aliter potest dici*, iuxta communem opinionem eorum, qui asserunt, quantitatem distingui a re quanta, adducat sententiam Durandi, & cõmunem, quã nos inferius sequemur, & dicat, vtrouis modo responderi posse.

Durandus. Maior. Gabriel.

OKammus.

Verum hi Autores iuxta propriam opinionem alio modo philosophantur de quantitate, quam Durandus. Nam Gabriel articulo illo 2. conclusione prima, plane fatetur, totam Christi substantiam cum omnibus accidentibus, quæ sunt in ea, esse in hoc Sacramento, & ita in conclusione secunda concedit, quantitatem, qua corpus Christi est quantum in cœlo, esse etiam cum corpore Christi in Eucharistia, quamuis per illam in Eucharistia non sit quantum. Probat autem, quantitatem Christi esse cum corpore Christi in Eucharistia: quia in eius opinione quantitas non distinguitur ex natura rei a re quanta, & ita quantitas corporis Christi non distinguitur ab ipso corpore: quare cum in Eucharistia sit corpus, erit etiam quantitas illius. Deinde probat, corpus Christi in Eucharistia per illam quantitatem non esse quantum, quia per illam in Eucharistia non habet partem extra partem secundum situm, & locum, quem putat esse effectum quantitatis. Hæc etiam est sententia OKami loco citato. Ex quo patet horum opinionem aliquo modo differre a sententia Durandi, nempe, quod attinet ad quantitatem ipsam, quamuis, quod attinet ad effectum illius, cum eo aliquo modo conueniat. Neque vero dicunt, vt aliqui putant, in corpore Christi, prout existit in Eucharistia, esse solam rem, quæ est quantitas, non autem quantitatem ipsam formaliter: sed absolute dicunt, ibi esse quantitatem, ita tamen vt non reddat corpus ipsum quantum.

Fundamentum Gabrielis.

2

Quan

Quantitatem Christi sine proprietate sua, & accidentia nullum habentia ordinem ad locum esse in hoc Sacramento, vera sententia est.

CAPVT II.

3 Christus est in Eucharistia cum propria quantitate modo indiuisibili.

S. Thomas. Alexander. Antisiodor. Bonauent. Ricardus. Scotus. Paludanus. Maior. Marsilius. Ledesma. Aegidius. Sotus. Henricus. Ferrariensis. Herueus. Innocens 3.

VERA Tamen sententia est corpus, & sanguinem Christi in Eucharistia habere suam quantitatem quam habet etiã in cœlo, itavt per eam ibi verè sit quantum, & extensum, modo tamen indiuisibili totum in tota quantitate specierum, & totum in quauis parte earum: ita docent S. Thomas in art. 4. huius quæstionis, & in 4. d. 10. q. 1. art. 2. q. 4. Alexãder. 4. p. q. 10. quæstionis membr. 7. art. 3. §. 4. Antisiodorensis lib. 4. summę tractu 5. c. 4. versicul. *Solutio.* Bonauent. in 4. d. 10. p. 1. distinctionis art. 1. q. 2. & 4. Ricar. art. 1. q. 2. Scotus. q. 1. §. *De secundo dicitur*, & sequentibus. Paludanus q. 2. num. 18. & sequentibus. Maior. q. 3. à principio. Sotus. q. 1. art. 4. Marsil. in 4. q. 7. art. 2. Ledesma 1. p. q. 17. art. 4. Aegidius quodlib. 1. q. 4. versicul. *Quarta autẽ difficultas*, & quodlibet. 2. q. 17. ante medium. Henricus quodlib. 1. q. 5. & Ferrariensis 4. contra gentes cap. 64. §. *Aduertendum tertio*: citatur etiam Heruęus in 4. d. 10. q. 1. art. 3. quem non vidi, & Innocentius 3. lib. 4. de mysterijs Missæ c. 8. vbi id expresse non dixit, sed solum ait, per Diuinã potentiã fieri, vt tam magnum corpus Christi sub tam parua quantitate hostię sit. Vtrùm vero hoc fiat retenta quantitate, an alio modo, non explicat, imò neque audet definire, vtrùm corpus Christi in Sacramento habeat situm, & distantiam secundùm locum, ita vt dicatur sedere, iacere, &c. an non.

4

Ratio sancti Thom. & aliorũ.

Probant autem S. Thom. in illo art. 4. ad 1. & art. 3. in corp. & ad 1. & Ricardus artic. 2. q. 1. Aegidius, Henricus, & Paludanus locis citatis, corpus Christi etiam cum quantitate existere modo indiuisibili, totũ in tota quantitate specierum, & pars in parte, supponentes, quantitatem corporis Christi esse in hoc Sacramẽto, hac ratione; quia quãtitas corporis Christi non est in hoc Sacramento per se, & ex vi verborum sed per concomitantiã, vel per accidens ratione substantiæ, cui coniungitur eo quòd conuersio substantiæ panis non sit in quantitatem, sed in substantiam corporis Christi: modus autem existendi rei non conuenit rei secundũ id, quod est illi per ãccidens, sed secundũ id, quod est per se; quã ratione corpus est in visu, secũdùm quod est visui per se, nẽpe secundùm albedinẽ, non secundùm dulcedinẽ: ergo modus existendi in hoc Sacramento conuenit corpori Christi secundùm id, quod est illi per se, nẽpe ratione substantiæ, quę per se, & ex vi verborũ in eo est, nõ ratione quantitatis, quæ est per cõcomitantiã, & per accidens, ac proinde corpus Christi, ita erit in hoc Sacramẽto, vt non sit totum in tota hostia, & pars in parte, qui est modus existẽdi quãtitatis, sed totũ in toto, & totum in qualibet parte, quod est proprium substantiæ secundùm se indiuisibilis.

5

Hæc tamen ratio mihi videtur dificilis. Nã si Deus vellet, ita fieri posset cõuersio substãtiæ panis in substantiã corporis Christi, vt, li cẽt quãtitas corporis Christi esset cũ substãtia illius per cõcomitantiã; nihilominus esset tota sub tota quãtitate panis penetrata cũm illa, & pars in parte; ita tamẽ vt locum cœli relinqueret. Nam, vt inferiusostendemus, idem corpus secundùm modũ quantitatis nõpotest in duobus locis simul esse. E cõtrario etiã fieri posset, si Deus vellet, vt quãtitas corporis Christi esset per se sub speciebus panis, & tamẽ non esset secũdum modum quantitatis: quid enim obstare posset, quo minus Deus constitueret corpus Christi modo substãtiali, & indiuisibili, sicut nunc est, etiã si verbis cõsecrationis directẽ, & per se quantitas illius significaretur: siquidẽ nomine quãtitatis nõ solum significari potest quãtitas secundũ modũ quãtitatis cũ extensione cõparatione loci, sed etiã sine illo, sicut nũc est in hoc Sacramẽto? Mitto ea, quæ Caiet. in art. 3. & aliqui Recẽtiores in defensionẽ huius rationis afferũt; cũ alia efficacior ratio pro nostra sentẽtia adduci possit. Prætereà alij eamdẽ sentẽtiã probant atq; oppositã impugnant, si admittatur, quãtitatẽ nõ distingui à re quãta, sicut Nominales existimãt, quia ipsi Nominales nõ videãtur cõuenienter suis principijs loquuti, cõfundẽtes nimirũ quantitatẽ, & effectũ illius cũ forma loci, quã vocamus *vbi*, siquidẽ quãtitas manet semper eadẽ in re, quæ mouetur: forma autẽ illa loci variatur. Ego tamẽ hactenus nõ legi apud vllum ex Nominalibus, quantitatẽ idẽ esse cũ forma loci, neq; video, qua probabilitatis specie illud posset asserere. Omissis vero alijs rationibus, prędicta nostra sententia hoc modo probari posset, & opposita refelli. Primum quidem si admitteremus, quantitatem à re quanta ex natura rei nullo modo distingui: nam si hoc semel concederetur, impossibile esset, vnam sine alia esse, ac proinde vbicumq; esset corpus Christi,

Non probatur ratio prædicta.

Caietanus.

6

Efficaciter ostenditur vera sentẽtiã si quantitas non distinguitur à re quanta.

ibi eſſet quantitas eius, quod negauit Durandus. Quod ſi iuxta hanc opinionem vbicumque eſſet ſubſtantia corporis Chriſti, neceſſario deberet eſſe quantitas eius, non poſſet ſine ſuo effectu formali eſſe, cuius oppoſitum

7 Gabriel & OKam in merito docuerunt: quis enim non videat, eum manifeſtam in ſe implicare contradictionem, qui effectum formalem in ſubiecto negat, & formam in eodem concedit? ſiquidem, vt forma aliqua tribuat effectum ſubiecto, nihil aliud requiritur, niſi ſubiecto ineſſe. Deinde ſi dicamus quantitatem diſtingui à re quanta, ſicut vera, & communis opinio fert, eadem ſententia nonnullis ſic probatur, quia id, quod eſt corpori Chriſti re ipſa coniunctum, nec ab eo ſeparatur, vbicumque fuerit corpus, ipſum debet eſſe: cum igitur quantitas eius ſit ei reipſa coniuncta, nec ab eo ſeparetur: ſequitur, non ſolùm in cœlo, ſed etiam in Sacramento cum eo eſſe: huic tamen rationi reſpondet Durandus quæſtione illa 2. citata, numero 15. omne illud, quod eſt alteri cõiunctum, eſſe ſimul cum illo, vbicumque illud fuerit tamquam in loco, ſi ab eo reipſa non ſeparatur; non tamen opus eſſe, vt exiſtat in illo vbicumque fuerit, non vt in loco, ſed per ſolam habitudinem ad locum: nam locus cœli, in quo Chriſtus eſt, non ſeparatur à corpore eius re ipſa, & tamen non eſt vbicumque corpus ipſum conſtituitur ſecundum habitudinem ſolam ad locum, neque enim eſt in Euchariſtia. Nonnulli Recentiores impugnant hanc Durandi ſolutionem, quod videatur negare realem præſentiã corporis Chriſti in Euchariſtia, ſicut præſentiam Angelorum in loco, vt vidimus 1. p. diſput 188. cap. 5. Verum hanc ſententiam imputare non poſſumus Durando. Nam, cum dicit, corpus Chriſti non eſſe in Euchariſtia vt in loco, intelligit (vt dici ſolet) per commenſurationem cum loco, ſeu circumſcriptiue, & hoc veriſsimum eſt. Præterea, etiam ſi diceret, nõ eſſe in Euchariſtia tamquam in loco (vt dici ſolet) definitiue, vera eſſet eius doctrina, nec veritati catholicæ de præſentia corporis Chriſti vllo modo aduerſaretur. Vt enim oſtendemus diſput. 190. capit. 3. corpus Chriſti ita verè eſt ſub ſpeciebus panis,

9 vt ſecundùm ſe in illis non ſit tamquam in loco, quia præſentia eius ſecundùm ſe non habet reſpectum diſtantiæ, & immobilitatis ad puncta imaginaria, qui eſt de ratione loci, ſed tota ratio diſtantiæ conuenit illi ratione ſpecierum. Cum verò inquit Durandus, corpus Chriſti in Euchariſtia eſſe ſub ſpeciebus per ſolam habitudinem ad locum, non negãt, eſſe verè, & reuerà ſub illis, ſicut de Angelorum præſentia in loco philoſophatur, vt 1. par. diſputatio. 188. cap. 5. notauimus; ſed ſolùm negare vult exiſtentiam corporis Chriſti ſub ſpeciebus tamquam in loco circunſcriptiue, vt explicauimus. Hac igitur ratione hæc communis ſententia confirmanda eſt: quia, cum in hoc Sacramento non tantum ſit materia, & anima humanitatis Chriſti, ſed etiam ſit caro, & corpus eius prout dici ſolet heterogeneum, & organicum, vt 1. p. diſp. 188. c. 3. monſtratum eſt, hoc autem eſſe nequeat ſine quantitate: conficitur plane, quantitatem humanitatis Chriſti eſſe in hoc Sacramẽto. Porro autem ſine quantitate non poſſe eſſe corpus organicum, carnem, & oſſa, patet, quia ſi materia prima ſine quantitate eſſet, non haberet caput, neque oculos, neque pedes, neque vllam membrorum, & inſtrumentorum diſtinctionem, quæ pertinent ad rationem corporis, quod vocant organicum. Hæc ratio ſupponit, neque materiam primam, neque vllam ſubſtantiam corpoream ex ſe habere partes ſine quantitate, quod quidem diſputatione 160. cap. 3. ex profeſſo probandum nobis eſt: & plane ſupponunt Sanctus Thomas, Ricardus, AEgidius, Henricus, & Paludanus locis citatis in ratione, quam ex ipſis ſuperius in hoc capite adduximus, cum dicunt, modum proprium exiſtendi ſubſtantiæ corpoream talem eſſe, vt ſit tota in toto, & tota in quamuis parte, quod proprium eſt rei indiuiſibilis, & ſpiritualis. Hoc vero ſuppoſito rectè colligitur, corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia cum ſua quantitate. Neque vero hæc ratio ſolùm vim habet in noſtra opinione, qui cenſemus, ſubſtantiam corpoream ex ſe ſine quantitate nullas partes extenſionis habere, ſed etiam nonnulli Recentiores, qui affirmant, omnem ſubſtantiam corpoream habere ex ſe partes extenſas, quas ipſi entitatiuas vocant, ea addu

11 cuntur, vt alterant, quantitatẽ corporis Chriſti eſſe in hoc Sacramento: eo quod exiſtiment, partes ſubſtantiæ corporeæ ſine quantitate eſſe homogeneas, & eiuſdem rationis, non autem heterogeneas, & diuerſæ rationis quales requirit corpus organicum animalis. Verum ſi eorum ſententiam de extenſione partium ſubſtantiæ corpoream ſine quantitate admitteremus, negare certe non poſſemus partes diuerſæ figuræ, quamuis non poſſent habere cæteras qualitates requiſitas, cum aliæ qualitates non niſi media quantitate inſint ſubſtantiæ, etiam ex ſententia horum Recentiorum. Accedit, quod, vt

oſten-

Si diſtinguitur nõ ſatis cõuincitur aba i quibus.

Durandi ſolutio.

Durandus ab errore vindicatur

Ratio Authoris.

10

Vis prædictæ rationis.

Subſtãtia ex ſe non habet partes.

oſtendemus diſput. 190. cap. tertio, ſi vera eſſet horum opinio in eo, quod aſſerunt, ſubſtantiã, & quodlibet accidẽs ex ſe habere ſuã extenſionem diſtinctam ab extenſione quantitatis, non eſſet neceſſe, cætera accidentia ineſſe ſubſtantiæ media quantitate, ſed proxime ratione ſui ineſſe poſſent, & ſubſtantiæ accommodata eſſent, vt illi proxime inhærerent: Et quamuis hæc ratio directè non probet noſtram ſententiã de ſanguine Chriſti, tamen ſuppoſito ſemel, quod corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus panis cum quantitate ſua, neque id rationi repugnet, vt inferius videbimus, non eſt cur de ſanguine Chriſti idem non concedamus; præſertim cum ſit in corpore Chriſti ſub ſpeciebus panis per concomitantiam. Adde etiam, quod vt infra oſtendemus, diſp. 192. c. 3. ea omnia, quæ ſunt in corpore Chriſti abſolute, & ſecundũ ſe, non reſpectu loci, conueniunt corpori Chriſti vbicunque fuerit; huiuſmodi autem eſt quantitas ſecundum ſe, & ſecundum ſuam eſſentiam, vt ſtatim dicemus.

Sanguis Chriſti, eſt ſub ſpeciebus vini cũ quantitate

12

Quo pacto parua quãtitas ſpecierum totum contineat Chriſtum, oſtenditur.

Quod ſupereſt, explicemus, quo pacto corpus Chriſti, cum ſit quantum, non occupet locum, & intra paruam quantitatem ſpecierum panis eſſe poſſit: nam ea ratione, vt ſupra diximus, Durandus negauit corpori Chriſti in hoc Sacramento quantitatem, quia putauit, ratione illius corpus neceſſario conſtitui in loco circũſcriptiue, & commenſuratiue, quod corpori Chriſti in Euchariſtia minimè conuenit. Eadem quoque ratione adducti Nominales, ſaltem negarunt corpori Chriſti effectum formalem quantitatis. Suppoſita tamen ſententia communi, quam probauimus, nempe, quantitatem corporis Chriſti eſſe in Euchariſtia, ita vt non occupet locum, neque eo circumſcribi poſsit, aut contineri, ſed in parua quantitate totũ in toto, & totũ in quauis parte ſit, ac ſi eſſet ſpiritus; cogimur neceſſario duo in quantitate diſtinguere, nempe, & eſſentiam illius, quæ in hoc cõſiſtit, vt extendat partes ſubſtantiæ ſecundum ſe abſque proximo fundamento, & abſque vllo ordine menſuræ ad locum: & proprietatem, qua extenſio ipſa partium proxime apta efficitur, vt loco contineri, æquari, circumſcribi, & menſuræ ſubijci poſsit. Ex his autem duobus prius concedimus quãtati Chriſti in Euchariſtia, poſterius autem negamus. Tribuimus igitur quantitati Chriſti in Euchariſtia ſolam eſſentiam, & denegamus proprietatem. Cumque talis ſit hæc proprietas, vt poſsit ineſſe quantitati, & quãtitas ſine illa manere, quamuis ipſa ſine quantitate eſſe nequeat, aſſerimus, non eſſe rem diſtinctam ab eſſentiã quãtitatis, ſed modũ illius diſtinctum ab ea ex natura rei, ſicut modũ à re, cuius eſt modus. Porro autem hanc proprietatem quantitatis eſſe non poſſe ſine eſſentia illius, vt ita dicamus, ab ea diſtingui non ſicut rem, ſed ſicut modum, manifeſtum eſt. Nullus enim cogitare, nedum explicare poterit, quo pacto extenſio aliqua cum ordine ad locum, & menſuram manere poſsit ſine extenſione partium ſecundum ſe. Porro hæc duo in quantitate diſtinxiſſe videtur Ariſtot. in prædicamentis cap. de quantitate: nam, licet ibi non aſsignauerit eſſentiam quãtitatis, ſed ſolùm ſpecies eius numerauerit; tamẽ poſtcõnumeratas ſpecies, vltimo loco inter alias proprietates illius hanc tamquã præcipuam recenſet, vt ſecundùm illã vnumquodque æquale, & inæquale dicatur: quod ſane prouenit ex quãtitate, quatenus habet modũ illum, quem diximus; ſiquidem ratione illius ſubditur menſuræ, ſine qua æquale, & inæquale nihil dicitur. Ex hac vero doctrina nõ obſcure colligitur, quo pacto, licet quantitas Chriſti ſecundùm eſſentiam, & modum ipſius ſit cum Chriſto in cœlo, nihilominus in Euchariſtia ſolùm ſit ſecundũ eſſentiam, non autem ſecundum modum. Etenim cum eſſentia ſolum conſiſtat in illa extenſione partiũ ſecundum ſe ſine ordine ad locum, etiam ſi corpus Chriſti ſit in diuerſis locis, vt in cœlo, & in Euchariſtia, ipſum vbique debet comitari: nam, vt diſp. 192. cap. 3. dicemus, ea, quæ ſunt in Chriſto, aut alio corpore abſolutè ſine reſpectu, aut ſine proximo fundamẽto huius reſpectus ad locum, vbique cum illo debent eſſe, ſi ſemel in vno loco cũ illo ſint; ea vero, quæ proxime habent ordinem ad locum, qualis eſt modus ille, aut ſunt fundamentum exiſtendi in loco, qualis eſt paſsio, quãtitatis, ſecundùm quã res æquales, & inæquales loco contineri, & circumſcribi dicũtur, non item: & hac ratione cũ Chriſtus retineat in Euchariſtia quãtitatis eſſentiã, quæ eſt abſoluta à loco, tamen modũ illum quantitatis ſecundũ quem æquatur, & cõtinetur à loco in Euchariſtia non habet. Hac verò ratione cõtrà Durandũ vti nolui, niſi prius oſtenderem, neceſſarium eſſe propter hoc myſteriũ duo illa, quæ explicauimus, in quantitate diſtinguere. Id, quod diximus de quãtitate, prout abſoluitur à loco, dicendũ eſt de omnibus alijs accidẽtibus, quæ cõueniunt Chriſto ſine reſpectu ad locum, vt in hoc Sacramento eſſe dicantur, ſicut diſp. 192. cap. 3. ex profeſſo oſtẽdemus.

13

Ariſtot. 2

Chriſtus cum ipſo Euchariſti. ſecundum eſſentiam, non ſecundum modũ

Duplex quantitatis extenſio.

1

3

Obſeruatio.

Poſtremo obſeruandum eſt, modũ illũ quãtitatis, quẽ diximus eſſe paſsionem illius, nõ eſſe relationem realem intrinſecam, neque

vt putauit Scotus, eſſe ſolam relationem realem extrinſecam, ſeu extrinſecus aduenientem, vt ipſe loquitur; ſed eſſe modum abſolutum habentem vicem fundamenti relationis æqualitatis, & continentiæ, aut menſurabilitatis: cum enim nulla relatio etiam extrinſeca ceſſare poſſet, & deſinere in re aliqua pro ſola voluntate Dei abſque mutatione alicuius abſoluti, quod habeat vicem fundamenti, vel termini, vt 1.2. diſput. 202. cap. 3. in iuſtificatione noſtra monſtratum eſt, modus ille quantitatis non poſſet deeſſe Chriſto in Euchariſtia. Eſt igitur modus ille proximum fundamentum relationis ſuapte natura reddens idoneam quantitatem, vt loco cõtineri, & menſuræ ſubijci poſsit, quæ ſunt relationes extrinſecæ; tũ etiã vt relatione æqualitatis, quæ eſt intrinſeca, ad aliam referri poſsit.

15

Neque quantitatem, neque vlla accidentia corporis Chriſti eſſe ex vi verborum in hoc Sacramento, nonnulli exiſtimarunt.

CAPVT III.

16 Prima ſententia.

VTRVM Vero quantitas, cęteræque accidẽtia ſint in corpore Chriſti in hoc Sacramẽto ex vi verborũ & per ſe, an per ſolam concomitantiã, & per accidens, vt dici ſolet, in cõtrouerſia quoque poſitum eſt, quam in ſequentibus capitibus definiemus. S. Thomas in articulo 4. huius quæſtionis ad 1. Aegidius, Henricus, Paludanus, & Ricardus præcedente capite à nobis allegati, abſolute docent, quantitatem corporis Chriſti eſſe ſub ſpeciebus panis, non ex vi verborum, & per ſe, ſed per concomitantiam; imò etiam inde probant, vt vidimus in eo capite, quantitatem corporis Chriſti eſſe in hoc Sacramento, & tamen nõ occupare locum, ſed totam eſſe in toto Sacramento, & totam in qualibet parte.

S. Thomas. Aegidius. Henricus. Paludanus. Ricardus.

Probatur.

Fundamentũ verò huius ſententiæ eſt, quia conuerſio in hoc Sacramento non in accidentia, ſed in ſolam ſubſtantiam fit: illud autem ſolum eſt in hoc Sacramento ex vi verborum, in quod per ſe fit conuerſio, vt ſupra diſputatione 185. cap. 2. notauimus. Hãc ſententiã amplectuntur Recentiores quidam eadem adducti ratione; confirmant autem maiorem propoſitionem illius, primùm; quia cum conuerſio ſit ſubſtantiæ panis, & non accidentiũ, debet eſſe in ſolam ſubſtantiam, & nõ in accidentia corporis Chriſti. Deinde ex verbis Cõcilij Tridentini ſeſsio. 13. cap. 4. inquit enim, per conſecrationem panis, & vini fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti: hinc enim ſequitur, non fieri in accidentia. Poſtremo denique, quia cum tranſubſtantiatio ſit actio, & productio ſubſtantialis termini, in quem dicitur panis, & vinum conuerti, & ſola ſubſtantia primarie fiat per illam actionem (neq; enim accidentia eadem ſimul actione ſubſtantiali primarie cum ipſa ſubſtantia produci poſſunt) conſequitur planè, ſolam ſubſtantiã corporis, & ſanguinis Chriſti eſſe primarie per ſe, & ex vi verborum in hoc Sacramẽto; accidentia verò ſecundarie, & per accidens, ſeu per concomitantiam: nam quidquid eſt in hoc Sacramento ex vi verborum, & per ſe fieri, & produci debet primariè virtute eorũ. Cætetum vt explicent, quo pacto accidentia propria corporis, & quantitas ſint per concomitantiam in hoc Sacramento, notant, quãuis multa ſint in hoc Sacramẽto per accidẽs, & per concomitantiam: tamen non omnibus eodem modo hanc concomitantiam in hoc Sacramento conuenire: nam multa eſſe poſſunt per concomitantiam in hoc Sacramento ſolum, quia re ipſa inſunt corpori Chriſti; licet ad illud per ſe non pertineant, quales ſunt actiones vitales, vel qualitates impreſſæ ab exteriori agente, inter quas connumerantur habitus infuſi, & dotes beatitudinis. At vero quantitas, & alia accidentia pertinentia ad corpus, vt ſit organicum, per ſe (inquiunt) ad ipſum corpus pertinent, ac proinde cum illo ſunt per concomitantiã, non ſolũ quia inſunt, ſed quia per ſe ad illud pertinent, & intrinſece illud comitantur. Ex quo etiam fit, vt quamuis hæc accidentia non producãtur per ſe actione ipſa conuerſionis, ſicut producitur ipſa ſubſtantia corporis, nihilominus per eam ſecundarie producantur: eo quod primarium terminum talis actionis naturaliter conſequuntur; quẽ admodum etiam per creationem animæ ſecundarie dicitur concreari voluntas, & intellectus, & quantitas per creationem materiæ.

A Recẽtioribus cõfirmatur, primo.

Secundo ex Tridentio.

Tertio.

17

Obſeruatio Recentiorum.

18

Quantitatem in vniuerſum, & aliqua accidentia eſſe ex vi verborum in hoc Sacramento, probabilior opinio fert.

CAPVT IIII.

19 EGO Vero existimo, quantitatẽ corporis Christi in vniuersum esse ex vi verborũ, & per se sub speciebus panis, hanc vero, aut illam singularem quantitatem esse solum per concomitantiam, atque per accidens. Pro hac sententia nostra, quatenus dicimus, quantitatem esse per se, & ex vi verborum in hoc Sacramento, nonnulli Recentiores allegant Gabrielẽ, & Nominales locis supra citatis. Verum Gabriel neque in lectione 42. in canonẽ Missæ, vbi de corpore Christi, quod dicitur esse terminus conuersionis, neque alibi hanc nostram sententiam docuit, nam ipse, & Marsilius, & Maior, quos disput. 186. cap. 1. memorauimus expresse docent, corpus Christi, quod dicitur esse terminus conuersionis, esse solum materiam primam. Gabriel vero addidit, non esse quid compositũ ex materia prima, & accidentibus. Citari etiam solet pro hac sententia Aegidius Theoremate 28. 29. & 30. quòd eam ex parte sequatur, quatenus asserit, materiam corporis Christi cum modo quodam quantitatis quamuis non cum quantitate esse per se terminum conuersionis, atque ita ex vi verborum materiam cum illo modo in hoc Sacramento esse. Verum nos asserimus materiam primam cum quantitate in vniuersum, hoc est, cum hac, aut illa, ac proinde cum effectu ipso quantitatis hoc, aut illo ex vi verborum in hoc Sacramento constituí. Nam, vt notauimus in illa disput. 186. c. 2. contra Aegidium, impossibile est, materiã primam recipere in se modum aliquem quantitatis, quin etiam in eo modo includat quantitatem ipsam: quare, si ex vi verborum esset modus quantitatis in hoc Sacramento, esset etiam quantitas ipsa. Neque vero existimo, hanc nostram sententiam esse contra S. Thomam, aliosque antiquos Scholasticos supra memoratos: nam cum illi asserunt, quantitatem esse per accidens, & per concomitantiam in hoc Sacramento, explicari debent de hac, aut illa quantitate singulari, & indiuidua, nõ autem de quantitate in vniuersum.

20 Iam vero hac vnica ratione, hæc opinio probatur. Sub speciebus panis ex vi verborũ constituitur corpus Christi, non prout corpus est species subalterna prædicamenti substantiæ, neque quatenus est sola materia prima, sed prout dicitur organicum, & heterogeneum, habens, nimirum, partes diuersæ rationis: hoc autem intelligi nequit, nedum esse, sine hac, aut illa quantitate: ergo nomine corporis hæc, aut illa quantitas, vt quantitas in vniuersum per se significatur, aut connotatur, ac proinde ex vi verborum consecrationis quantitas vniuersé erit in hoc Sacramento. Data opera dixi quantitatem corporis Christi in vniuersum esse ex vi verborũ, & per se sub speciebus panis. Nam, si loquamur de quantitate sanguinis, nullo modo, neque in singulari, neque in vniuersum per se erit sub speciebus vini: eo quod alia sit ratio corporis, & sanguinis. Nã substantia corporis sine diuersitate illa partium, quæ necessario postulat quantitatem, nomine corporis significari nequit; at vero substantia sanguinis sine quantitate vlla nomine sanguinis recte denotatur. Id quod dixi de quantitate in vniuersum respectu corporis, & sanguinis Christi, intelligo etiam de alijs nonullis accidentibus: nam diuersitas partium, quibus per se constat corpus organicum, non solum postulat quantitatem in vniuersum, sed etiam aliqua alia accidentia. Etenim caro præter quantitatem aliud temperamentum qualitatum postulat, vt dicatur caro, quàm os, vt nomine ossis significetur. Contra vero, vt sanguis nomine sanguinis significetur, neque quantitatem vllam, neque vllum aliud accidens postulat. Ratio vero discriminis est; quia cum caro, & os, & aliæ partes, quæ viuunt, animentur eadem anima, & ita per eamdem formam substantialem constituantur, ab ea non possunt recipere diuersum esse substantiæ, & viuentis: ac proinde prout solum animantur, nequeunt diuerso nomine significari: vt igitur diuersa nomina sortiri possint, opus est, per quantitatem, & alia accidentia diuerso modo disponi. Quia verò sanguis non animatur, neque viuit per animam, sed propriam suam formam substantialẽ habet, vt 1. tom. disput. 36. cap. 51. diximus, ab ea accipit tale esse substantiale, vt absq; vllo alio accidente differat à partibus alijs animalis, ac proinde diuersum nomen mereatur.

Dixi præterea, quantitatem, & reliqua accidentia in vniuersum ex vi verborũ esse sub speciebus panis cum corpore Christi; non autem hanc, aut illam quantitatem singularẽ, aut hæc, vel illa accidentia singularia determinate, nam iuxta veram, & antiquam Scholæ sententiam alia est quantitas, & alia sunt accidentia corporis mortui, & viui: cumque ex vi verborum non fit corpus mortuum in hoc Sacramento, neque fit corpus viuum, sed, vt dici solet, disiunctim mortuũ, vel viuum, sequitur, etiam non esse hanc quãtitatem, aut hæc accidentia determinate, sed in vniuersum. Hoc tantũ discrimen est, quod ex corpore mortuo, & viuo non potest abstrahi

Quantitas in vniuersum est in hoc Sacramento ex vi verborũ per se. Gabriel.

Marsilius. Maior.

Aegidius.

Explicatur S. Thom.

Vnicũ fundamentũ.

21

Discrimen inter quantitatẽ corporis, & sãguinis.

22

Quantitas hæc, aut illa, non est per se ex vi verborum.

ſtrahi conceptus aliquis vniuocus; ſi tamen abſtraheretur, ex vi verborum diceretur eſſe corpus ſecundum illam rationem communem, & vniuocam; at vero non ita eſt, ſed vt ſupra explicuimus diſputatio 186. capite ſecundo, & tertio. Cæterum â quantitate, & 23 accidentibus corporis mortui, & viui bene poteſt abſtrahi conceptus communis, & vniuocus, vt patet, ac proinde quantitas, & cætera accidentia pertinentia ad rationem corporis erunt ex vi verborum ſub ſpeciebus panis ſecundum rationem, & conceptum illum vniuocum, & communem.

Reſpõſum aduerſatiorum.

Huic tamen rationi reſpondent Recentiores, qui oppoſitam ſequuntur ſententiam, duplicem eſſe in animalibus partium diuerſitatem, quam organizationem in materia vocant; alteram ſubſtantialem â ſola forma prouenientem; alteram verò ab accidentibus, & quantitate. Concedunt enim non ſolùm extenſionem quamdam partium ex ſola materia, & forma prouenientem diſtinctam ab extenſione, quæ eſt propria quantitatis, ſed etiam in ea extenſione ſubſtantiali diuerſitatem partium ſecundùm diuerſam rationem ſubſtantiæ. Aliter quidem, quam in aqua, & in 24 alijs ſubſtantijs, quas homogeneas vocant, quia in illis ſolam extenſionem ſubſtantialem ſine diuerſitate ſubſtantiæ concedunt. Diuerſo autem modo philoſophantur de corpore organico, quod ſubſtantialiter conſtituitur per animam corruptibilem in brutis animantibus, & per animam rationalem in homine: eo quod in animabus corruptibilibus etiam perfectorum animantium dicunt eſſe partes ſubſtantiæ formaliter diuerſæ rationis, vnam, quæ reſpondet capiti, aliam, quæ reſpondet cordi, & ita de alijs: at vero in anima rationali, dicunt, non eſſe formaliter diuerſas partes, cum illa formaliter ſit indiuiſibilis, ſed ſolum eminenter, & virtute: eo quod ipſa talis ſit, vt tribuat diuerſam rationem ſubſtantiæ in hac, & illa parte materiæ, : cum tamen ipſa in ſe eam diuerſitatem non habeat: ſicut etiam dat eſſe corporis, cum tamen ipſa corporea non ſit. Ex parte vero materiæ hanc organizationem ita explicant, vt dicant, vnam partem ab alia ſubſtantialiter differre penes maiorem, aut minorem copiam materiæ, ſecluſa quacumque quantitate, & temperamento accidentium. Porrò hanc diuerſitatem partium ſecundùm ſubſtantiam confirmant ex opinione eo- 25 rum, qui dicunt, in genito non manere eamdem quantitatem, & eadem accidentia, quæ erant in corrupto, ſic enim videtur dicendum, animam introduci prius in materiam, quàm habeat accidentia, quibus organa diſtinguantur: & tamen in illo priori ſecundùm naturam concedenda eſſe organa, quæ ſuapte natura anima poſtulat. Verum hæc ſententia, & reſponſum facile refelli poteſt: eo quod vix intelligi, nedum explicari poteſt, quæ ſit diuerſitas partium, quæ ſufficiant conſtituere corpus organicũ ſine quantitate, & alijs accidentibus: tũ, quia, vt d. 190. c. 3. probabimus, ſine quantitate nulla extenſio eſſe poteſt in ſubſtantia: tũ etiam, quia licèt eſſe poſſet in ſubſtãtia ſine quantitate extenſio; tamen nulla eſt ratio, ob quam dicamus, diuerſam rationem ſubſtantiæ fore in vna parte, quàm in alia; præſertim cum forma eſt indiuiſibilis, vt anima rationalis: nam maior, vel minor copia materiæ non ſatis videtur, vt diuerſa ratio ſubſtantiæ ab eadem anima conſtituatur. Et ſanè licet hęc diuerſitas partium ſubſtantialium ſine accidentibus eſſe poſſet, tamen ſine quantitate, duritie, & ſiccitate requiſita, nulla eſſet pars, quę nomine oſsis nuncupari poſſet, vt patet: in Sacramento autem ex vi verborum ſunt oſſa, & carnes corporis Chriſti. Quare alij etiam Recentiores ingenue fatentur, quantitatem, & aliqua accidentia pertinere ad rationem corporis organici, quatenus organicum eſt; nihilominus non eſſe in hoc Sacramento ex vi verborum, & per ſe, ſed per concomitãtiam, quia verba (inquiunt) per ſe, ac formaliter ſubſtantiam ſolum ſignificant, quantitas autem, & reliqua accidentia requiſita non pertinent ad ſubſtantiam talis corporis, ſed ſunt proprietates illius, & debitę diſpoſitiones. Addunt tamen, verba concomitanter denotare etiam accidentia, & quantitatẽ, quatenus hęc neceſſaria ſunt, vt corpus ſit in rerũ natura; & ita quãuis non dicantur eſſe in Sacramento ex vi verborũ; ex neceſsitate tamen quadã conſequi veritatem verborũ. Et ita hanc cõcomitantiã maiorem eſſe, quã ſit animę ſub ſpeciebus panis, quãuis aliũde videatur nõ eſſe maior: eo quod eſt minor identitas inter quantitatẽ, & ſubſtantiã, quã ſit inter animã ipſam, vt tribuit eſſe corporeũ, & eãdẽ, vt tribuit eſſe hominis: nã ex eorum ſententia hoc poſteriori modo ſolũ eſt per cõcomitãtiã; priori autẽ modo per ſe, & ex vi verborũ. Hęc tamẽ doctrina multo minus mihi probatur, eo quod in ſe ipſa contraria implicare videatur: nam, ſi quantitas, & cætera accidentia ſunt de ratione corporis organici, vt prædicti Autores in primis affirmãt, quãuis ad ſubſtantiam ipſam, quę eſt corporis

Ad conſtitutionem organorũ requiritur neceſſario quantitas 26

Aliquorũ placitum.

27 Non ſecũ conſtant ſupradicti Autores.

poris, non pertineant, sed sint dispositiones illius sub significationem huius nominis *Corpus*, per se cadere, & ex primi debent: nomẽ enim quodcumque significat totum id, quod est de ratione significati, licet quædam solũ connotet, & indirectè, vt dici solet, significet, hoc est, in obliquo: sicut nomine hominis anima rationalis significatur in obliquo: neque enim anima est homo, sed homo constat anima. Quocirca, si homo esset ex vi verborum in hoc Sacramento, etiam anima deberet esse. Quare eadem ratione quantitas, & cætera accidentia ex vi significationis per se debent sub speciebus panis constitui, aut ad rationem corporis organici, quod est significatum illius nominis non possunt pertinere. Neque obstat, quod solùm connotentur, & indirectè significentur, quominus sub speciebus panis ex vi verborum constituantur.

28 Forma sanguinis etiã si in directè significetur est per se ex vi verborũ.

Nam forma sanguinis non significatur directè nomine sanguinis, sed connotatur, & tamen ex vi verborum sub speciebus vini constituitur. Illud enim dicitur sub speciebus per se, & ex vi verborum constitui, sine quo veritas verborum constare nequit. Veritas autem verborum non solùm sine directo significato sed etiam sine connotato constare nõ potest; verbi causa, veritas significationis huius nominis, *Album*, sine albedine constare nequit, & tamen albedo est connotatum: directum autem significatum est subiectum, quod illam habet. Deinde aut materia prima, & forma sine quantitate, & accidentibus vere dici possent corpus, aut non; si vere dici possent: sequitur, quantitatem, & accidentia ad rationem corporis organici, prout organicum est, non pertinere. Cuius oppositum prędicti Autores docent; si autem verè dici nõ possent; sequitur ad veritatem verborũ per se pertinere, ac proinde ex vi verborum sub speciebus constitui. Illud enim ex vi verborum ibi dicitur esse, sine quo veritas verborũ constare nequit. Postremò, si quantitas, & cętera accidentia solùm essent per concomitantiam sub speciebus panis, non consequerentur necessario veritatem verborum; omne enim, quod in hoc Sacramento est per concomitantiam integra manente veritate verborum, si Deus vellet, posset non esse, siquidem ad veritatem verborum necessarium non est, & re ipsa à substãtia corporis Christi separari potest. Quare quantitas, & cætera accidentia ad organizationem corporis pertinentia solùm essent sub speciebus panis, quia re ipsa coniuncta essent substãtiæ Christi, sicut quæcumque alia, non autem, quia necessario veritatem ipsam consequerentur.

Secundo.

Tertio.

29

Hic autem notandum est iuxtã veram Logicæ doctrinam, illud connotari aliquo nomine, seu indirectè significari, quod in obliquo casu significatur: id autem dicitur in obliquo significari, quod, licet per se pertineat ad significatum vocis, de ipso tamen vox in recto casu non prædicatur, sed in obliquo; huiusmodi autem in præsenti sunt quantitas & alia accidentia, quæ diximus: nam illa quidem corpus dici non possunt; id tamen, quod dicit corpus, sine illis intelligi, aut enũciari nequit. Quia quamuis corpus non sit quantitas ipsa in recto, tamen quantitate, & alijs accidentibus constat, prout corpus est. Neque obstat, quod nomen homo non dicatur in recto de humanitate, & tamen iuxta ea, quæ diximus 1. part. disp. 155. cap. 4. directè, & in recto eam significet: quod enim de ea non prædicetur, ex eo provenit, quia nomen homo non solùm significat humanitatem, sed etiam connotat suppositum, quod nomine humanitatis non connotatur, vt notauimus ibidem.

Obseruatio.

30

Hac ratione satis impugnata manet opposita sententia quam Recentiores intelligunt de quantitate non solum individua, & singulari, sed etiam in vniuersum, ita vt quantitas quatenus quantitas, & non tantum quatenus hæc quantitas, solùm sit sub speciebus panis per concomitantiam. Quod verò in explicationem prædictæ sententiæ dicunt, quantitatem non produci primo, & per se per actionem transubstantiationis, seu conuersionis, sed, vt dici solet, tantùm comproduci, primum impugnari potest, quia conuersio non est productio termini, in quem dicitur panis, aut vinum conuerti, vt dilp. 181. cap. 6. fuse probauimus. Deinde, quia si conuersio esset productio termini, deberet esse productio per se eius, quod verbis per se significatur: verbis autem non solũ significatur per se substantia, sed etiam quantitas, & accidentia ad organa, & partium diuersitatem pertinentia: ergo conuersio deberet esse productio per se non solius substantiæ, sed etiam accidentium, ac proinde non vna solum esset productio, sed plures, ex quibus vna tantum esset substantialis; neque enim eadem actione produci possunt accidens, & substantia, quamuis productio vnius necessario consequatur productionem alterius: eo quod, cũ fieri sit via ad esse, per quam esse rei pendet à sua causa, & sit diuersum esse substantiæ, & accidentis, diuersis quoque actionibus debent produci, quia diuerso modo pendent à sua causa: illud enim de comproductione, quod Caietano familiare est, mihi nunquam proba-

Quantitas in Eucharistia non comproducitur.

31

probari potuit. Quia vero nos ſuprà diſputatione 181. cap. 11. diximus, conuerſionem nõ eſſe actionem, quæ ſit productio termini, in quem dicitur fieri, ſed ſolùm ordinem terminorum inter ſe, non cogimur pro transſubſtãtiatione plures actiones aſsignare, ſed ordinẽ inter ſubſtantiam panis, & ſubſtantiam corporis cum quantitate, & alijs accidentibus, ad rationem corporis prout organici pertinentibus. Neque vero hoc obſtat, quominus dicamus, conuerſionem eſſe ſubſtantialem, licet etiam dicatur fieri in quantitatem, & accidentia; eo quod præcipue ſignificatum eſt ſubſtantia corporis, cætera vero connotãtur ſolùm.

32 Argumenta contrariæ ſententiæ diluũtur. Primum.

Hinc vero facile diluuntur argumẽta, quæ pro oppoſita ſententia capite præcedente allata ſunt. Ad primum dicimus, quamuis conuerſio ſit ſolius ſubſtantiæ, & non accidentium, nihilominus fieri non in ſolam ſubſtantiam, ſed etiam in quantitatem, & accidentia: illud enim ſolum dicitur conuerti, quod neceſſario deſinere debet, vt verba conſecrationis vera ſint. Ad hoc autem ſatis eſt, ſi ſola ſubſtantia panis deſinat, etiã ſi cætera eius accidentia maneant, vt patet ex ijs, quæ diximus diſput. 183. cap. 2. Porrò in illud dicitur fieri conuerſio, cuius præſentia ad veritatem verborum etiam requiritur: cumque veritas verborum poſtulet neceſſario non ſolã ſubſtantiam, ſed etiam quantitatem, & aliquã accidentia, vt probatum eſt, dicendum eſt non in ſolam ſubſtantiam, ſed in eam cum quantitate, & accidentibus conuerſionem fieri.

Secundũ.

Ad ſecundum reſpondemus, cum dixit Cõcilium fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in totam ſubſtantiam corporis Chriſti, expreſsiſſe quidem id, quod præcipuũ eſt in termino conuerſionis; reliqua vero, quæ etiam ex parte illius requiruntur, non negaſſe.

Tertium.

Ad tertium dicimus, transſubſtantiationem non eſſe actionem, vt diſput. 181. cap. 6. probatum eſt: ac proinde non eſt neceſſe aſſerere, per eamdem actionem, quæ eſt tranſſubſtantiatio, eque primario produci ſubſtãtiam, & accidentia cum quantitate, licèt dicamus in termino illius quantitatem cum illis accidentibus per ſe contineri.

An totus Chriſtus ſit ſub qualibet parte ſpecierum panis, vel vini. Diſputatio. 188.

Totum Chriſtum manere ſub ſingulis partibus diuiſis poſt conſecrationem. Cap. 1.

Totum Chriſtum ſub ſingulis partibus ante diuiſionem non contineri, quo ſenſu aliqui dixerint? Cap. 2.

Totum Chriſtum eſſe in ſingulis partibus Euchariſtiæ quantumuis paruis ante diuiſionem, contra Alexandrum, & Bonauenturam oſtenditur. Cap. 3.

In punctis, & indiuiſibilibus ſpecierum Euchariſtiæ non eſſe Chriſtum. Cap. 4.

Totum Chriſtum manere ſub ſingulis partibus diuiſis poſt conſecrationem.

CAPVT I.

TRIBVS Modis accidere poteſt, vt ſpecies panis, & vini diuidantur, & de ſingulis breuiter dicendum eſt, an totum Chriſtum contineant. Primo igitur contingit diuidi ſpecies ante conſecrationem, ita vt ſingulæ partes ſingulis formis verborum conſecrẽtur: & in hoc caſu nulla poteſt eſſe difficultas; ſed ita manifeſtum eſt, totum Chriſtum in ſingulis contineri, ac ſi illę non fuiſſent prius in eodem toto, & poſtea diuiſæ. Secundo contingere poteſt, vt ſpecies ante conſecrationem diuidantur, & vnica ſolùm forma verborum omnes ſimul conſecrentur, & in hoc etiam caſu non videtur vlla, vel minima apperere ratio dubitandi de præſentia totius corporis Chriſti ſub ſingulis illis partibus ſpecierum diuiſis. Nam, licèt ſint plura numero Sacramenta, vt diſput. 186. capit. 2. notauimus, vnica forma conſecrari poſſunt: eo quod forma in hoc Sacramento non eſt pars eſſentialis, vt diſp. 167. cap. 3. diximus: cumque veritas formæ verè proferatur circa ſingulas partes eiuſdem panis diuiſas, ac proinde

proinde aliquid Christi sub singulis esse debeat, vt veritati verborum effectus respondeat sequitur, totum Christum sub singulis esse, neque enim fas est dicere, aliquam partem in illis solum esse. Tertio modo contingit, vt species diuidantur in partes post consecrationem, & in hoc casu nonnulla posset difficultas alicui videri. Nihilominus certum apud Catholicos est, in singulis partibus post diuisionem totum Christum contineri, ita

Conc. Trid. definit Concilium Tridentinum sessione 13. canone 3. damnans eos, qui id negauerint in cap. 3. sine anathemate solum definit, totum Christum esse sub singulis partibus, an vero id de partibus ante diuisionem intelligat capite 3. dicemus: est tamen eadem ratio ante, & post diuisionem. Idem quoque de partibus diuisis post consecrationem definierat Eugenius IIII. in decreto fidei, quod est in Concilio Florentino post vltimam sessionem §. *Tertium est*. Idem dicitur in Missali Ambrosiano in præfatione Dominicæ 5. post Epiphaniam, & refertur in cano. *Singuli*, de consecratione distinctione 2. quem Iuo in suo decreto, & Algerus in lib. de Sacramento Eucharistiæ citant ex Ambrosio, Magister in 4. distinctione 12. capite 6. in fine, ex Hieronymo, Guitmundus in lib. de Sacramento corporis Christi ex præfatione, quæ per totum orbem Latinum decantatur. Idem dicitur in canone, *Qui manducat*, eadem distinctione, qui est Augustini in sermone 3. de verbis Apostoli, & refertur à Beda in cap. 10. prioris ad Corinthios. Adde etiam canonē, *Vbi pars*, eadem distinctione, qui refertur ex Hilario; in eo tamen non inuenitur; Algerus citat ex Augustino. Et Scholastici nonnulli, vt Gabriel lectio 42. in canonem Missæ citant hūc canonem ex Hilario Papa. Idemque ferè habetur apud Paschasium cap. 4.

Eugenius 4. Missale Ambros. 2

Canon Singuli. Iuo. Algerus. Magister. Guitmund. *Canō, Qui manducat Augustinus. Beda. Canon, Vbi pars.* 3

Hilarius. Gabriel. Hilar. Pap. Paschasius.

Probatur quoque ex facto ipsius Christi; nam, quamuis de pane aliqua sit controuersia, vtrū prius illū diuiserit, quam consecraue rit, an è contrario; tamen de calice dubitare nemo potest, prius fuisse totum consecratū, deinde Apostolis porrectum, vt singuli de

Luca 22. eo biberent. Nam Lucæ 22. dicitur, *Et acceptо calice gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos.* Quocirca hunc morem Ecclesia perpetuo retinuit, vt prius sacerdos consecret panem, deinde diuidat Sacramentum, & tandem accipiat: supponens manifestè, ipso facto totum Christum sub qualibet parte manere. Quanta vero debeat esse particula specierū, vt sub illa Christus maneat, diximus supra disputatio.

171. capit. 2.

Totum Christum sub singulis partibus ante diuisionem non contineri, quoscunque aliqui dixerint?

CAPVT II.

DE Modo, quo Christus existit in tota Eucharistia, & in singulis partibus ante diuisionem earum, prima sententia in hunc modum referri solet, vt ante diuisionem totus sit in tota quantitate panis, aut vini, non tamen sit totus in qualibet parte, sed pars in parte; post diuisionem autem sit totus in qualibet parte. Tribuitur autē Antisiodorensi lib. 4. summæ tractatu 5. cap. 4. & Alberto in 4. d. 13. artic. 11. Ex quibus Antisiodorensis, quē ego legi, id non asserit, sed solum inquit, sub tota quantitate panis, & vini esse Christum, ita vt sub nulla parte per se sit; cum tamen diuiditur quantitas, tunc esse integrum Christum sub qualibet parte per se: hoc autem prouenire non ex sola consecratione, sed ex consecratione simul, & diuisione, nam qualibet pars hostiæ consecratæ fuit cum tota. Albertum verō ego non legi, hactenus tamen mihi persuadere non potui, eum in prædicta sententia fuisse, sed id solum, quod Antisiodorensis dixit, docere voluisse. Refertur enim dixisse, Christum ante diuisionem semel tantum esse in tota quantitate panis, aut vini, quia significatur per modum vnius cibi; post diuisionem autem esse pluries in partibus diuisis, quia per modum plurium ciborum significatur. Quod quidē eodem sensu docuit Antisiodorensis, cum dixit, ante diuisionem non esse totum Christū in qualibet parte per se, bene tamen post diuisionem. Nam quis, obsecro, existimare posset, totum Christum esse in tota quantitate materiæ consecratæ, & partem in parte, nisi crederet, Christum cum sua quantitate non esse modo indiuisibili in hoc Sacramento, sed diuisibili, & (vt aiunt) con mensurabili? hoc autem, quis dicat, prædictos Scholasticos existimasse? Nam, si putarent, Christum hoc modo in Eucharistia esse, non possent vllaratione totum sub tam parua quantitate materiæ consecratæ concludere, sed necessario fateri deberent aliquas, imo plures partes eius extra quantitatem illam esse: quod quidem absurdum esse, quis non videret?

Prima opinio. 4

Antisiodor. Albertus. 5

Quare prædicta opinio si alicuius esset Doctо-

Doctoris, vel hac ſola ratione iam facta ſatis, ſuperque refutaretur; mentem tamen Antiſiodorenſis, & Alberti hoc modo ego explico, vt exiſtiment, totum quidem Chriſtum eſſe ſub ſingulis partibus materiæ conſecratæ ante diuiſionē, & poſt diuiſionē, diuerſo tamen modo. Nam ante diuiſionem ita eſt in ſingulis partibus, vt dicatur vno modo exiſtendi in illis eſſe cum mutua connexione: eo quòd ita eſt in vna, vt exiſtentia illius in ea pendeat ab exiſtentia in toto, & in alijs partibus. Ex quo prouenit, vt, ſi corpus Chriſti deſineret eſſe in alijs, eo ipſo deſineret eſſe in ea, & è cõtrario: quia in omnibus eſt per modum vnius, & ideò dixit Albertus, Chriſtum non eſſe in ſingulis partibus pluries ante diuiſionem; & Antiſiodorenſis, totum Chriſtum non eſſe in ſingulis partibus ſecundùm ſe. Ratio vero eſt manifeſta, quia in tota hoſtia, & ſingulis partibus ante diuiſionem eſt per modum vnius cibi. At vero poſt diuiſionem, ita eſt totus in ſingulis, vt exiſtẽtia eius in vna parte neque ſit connexa cum exiſtentia in alia, neq; ab ea pendeat: & ideò dixit Antiſiodorenſis, totum Chriſtum eſſe in ſingulis partibus ſecundùm ſe poſt diuiſionem, & Albertus, totum Chriſtum eſſe in ſingulis partibus pluries, quia eſt per modũ plurium ciborum. Rectè quoque addidit Antiſiodorenſis, hũc modum, quo totus Chriſtus exiſtit in ſingulis partibus ſecundum ſe poſt diuiſionem, non prouenire ex conſecratione ſola, ſed ex conſecratione, & diuiſione: nam, cum quælibet pars conſecrata fuit cum tota, ita conſecrata fuit per modum vnius, vt exiſtentia Chriſti in ea parte penderet ab exiſtẽtia in toto, & in reliquis partibus, & cum ea cõnexa eſſet: per diuiſionem autem effectũ eſt, vt quælibet pars ſecundùm ſe ſine vlla connexione cum alia Chriſtum contineret. Id quod dicimus iuxta hanc ſententiam de diuiſione, dictum etiam puta de corruptione. Nam, cum vna pars ſpecierum conſecratarũ corrũpitur, & alia ſine corruptione manet, perinde eſt, ac ſi vna ab alia diuideretur. & ita licet deſinat eſſe Chriſtus in parte corrupta, non deſinet eſſe in alia, quæ non corrũpitur, ſed in ea ſecundùm ſe iam incipit eſſe, in qua ſecundum ſe ante corruptionem non erat: & hactenus de prima ſententia.

Explicatur Antiſiodor. & Albert.

7

Eadem eſt ratio de corruptione partiũ, & de diuiſione.

8 Prædictæ ſententiæ mentionem faciunt cæteri Scholaſtici, quos ſtatim allegabimus: nullus autem in eum ſenſum eam explicat, vt Chriſtus ſit totus in tota ſpecie conſecrata, & pars in parte; ſed ita ſolum, vt totus Chriſtus dicatur eſſe in tota quantitate hoſtiæ conſecratæ, non autem totus in quauis parte. Quo autem modo ſecundùm hanc ſententiam Chriſtus ſit in qualibet parte non explicant. Quare Alexander cui prædicta ſententia non placet, contendit, tamquam abſurdũ ex ea colligere, Chriſtum ita eſſe in Euchariſtia, vt ſit totus in toto, & pars in parte. Quod ſanè ipſe non colligeret, ſi Autores prædictæ ſententiæ aperte id faterentur; ſed ſolum cõtenderet oſtendere, quàm eſſet abſurdum. Neque vero contra prædictam ſententiam quouis modo intellectam ſequitur id, quod idem Alexander inferre contendit, nempe fieri plures conuerſiones panis in corpus Chriſti, ſi per diuiſionem incipit eſſe totus in ſingulis partibus diuiſis, in quibus totus antea erat. Nam ſiue dicamus, totum Chriſtum incipere eſſe in ſingulis partibus diuiſis, in quibus antea totus non eſſet vllo modo; ſiue dicamus, tunc incipere eſſe totum eo modo, quo ſupra explicauimus, nempe, ſine connexione exiſtentiæ vnius partis cũ exiſtentia in alia, vt rouis modo id poterat fieri ſola Dei voluntate ſine noua conuerſione ex vi prioris. Præter Scholaſticos etiam allegatos prædictæ ſententiæ meminit Innocentius III. lib. 4. myſteriorum Miſſæ cap. 8. eam tamen non refert in eo ſenſu, vt totus Chriſtus ſit in tota Euchariſtia, & pars in parte; ſed vt totus ſit in tota ante diuiſionem; cum vero diuiditur, totus incipiat eſſe in ſingulis. Contra eam vero nihil aliud obijcit, niſi quòd, cũ in diuiſione non proferantur iterum verba, non videtur ex qua cauſa incipiat in ſingulis eſſe totus Chriſtus, ſi antea in ſingulis nõerat. Cæterum ſi hæc opinio intelligeretur eo modo, quo noſcam explicauimus, foret, vt nemini Scholaſticorum diſpliceret. Nemo enim negare poteſt diuerſo modo totum Chriſtum eſſe in partibus ſingulis diuiſis, & ante diuiſionem, eo quòd ante diuiſionem exiſtentia in vna pendeat ab exiſtentia in alia, poſt diuiſionem autem non item, quia poſt diuiſionem eſt in ſingulis ſecundum ſe: exemplum verò ſpeculi, quo vtuntur Autores huius ſententiæ, nimirum, quia in ſingulis partibus diuiſis apparent ſingulæ imagines eiuſdem rei, cum tamen in eis ante diuiſionem non apparerent, ad id ſolum accommodatum eſſe poteſt, ſicut prædicta opinio cõtendit, vt oſtendatur modus, quo totus Chriſtus eſt in ſingulis partibus diuiſis, quo antea in illis non erat, videlicet abſque connexione exiſtentiæ Chriſti in vna parte cum exiſtentia eiuſdem in alia.

Alexand.

9

Innocent. 3.

10

Qui meminerint prædictæ ſententiæ.

Totus

Totum Christum esse in singulis partibus Eucharistiæ quantumuis paruis ante diuisionem, contra Alexandrum, & Bonauenturam ostenditur.

CAPVT III.

QVAMQVAM Reliqui Scholastici cum Innocentio III. cap. citato vno ore affirmẽt, totum Christum esse in tota Eucharistia, & totum in singulis partibus ante diuisionem, sicut anima rationalis dicitur esse tota in toto corpore, & tota in singulis partibus; tamen nonnulli putant, has singulas partes, in quibus totus Christus esse dicitur, non esse quantumuis paruas, neque eas, quæ proportionales dicuntur, & infinitæ, sed determinatas quasdam partes & finitas, nempe eas solùm, in quibus separatis substantia panis, aut vini conseruari posset. Hanc sententiam plane docuit Alexander 4. p. q. 10. membro 7. art. 3. §. 5. nam, postquam contra primam sententiam, quam retulimus, fuse probauit, totum Christum esse sub singulis partibus ante diuisionem, in fine §. addit hæc verba: *Si autem quæritur, sub quot partibus, & quibus consistat corpus Christi? dicendum, quod sub quibus & quot esset substantia panis, si essent distincta & diuersa. Vnde sub minimis non secundum quantitatem, sed secundum speciem.* Quibus prædictam opinionem aperte tradit. Eadem sententiam sequutus videtur Bonauentur. in 4. d. 10. 1. par. distinctionis articulo vnico quæstio. 5. cum in corpore, inquit: *Aliorum opinio est, quòd corpus Christi ita est in toto, quod in qualibet parte, in qua saluatur species totius.* Et in solutione secundi ad hoc ipsum alludens, postquam dixit, totum Christum esse in singulis partibus, non pluries, sed semel tantum, subdit, hostiam non esse diuisibilem in partes infinitas, ita vt ratio totius, hoc est, panis vel proprietatis eius, permanere possit, quia in indiuisione continui est status naturalis. Idem expresse cum Alexandro sensit Gabriel lectio. 80. in canonem Missæ respondens ad primũ dubium litera T. Fundamentum huius sententiæ est: quia, nisi totus Christus esset in singulis partibus ante diuisionem virtute consecrationis non posset manere in illis post diuisionem, nisi noua adhiberetur consecratio. Si enim prior consecratio virtutem non haberet constituendi totum Christum sub qualibet parte ante diuisionem, quo pacto eam haberet, vt ipsum in qualibet constitueret post diuisionem? Cumque non quælibet pars, quæ in toto coniuncta conseruat formam panis simul cum aliis, possit eam conseruare separata, sed pars tantæ, aut tantæ magnitudinis, vt constat: sequi etiam videtur, totum Christum non esse sub qualibet parte ante diuisionem, sed in ea solum, quæ separata posset conseruare substantiam, & formã panis, quia in ea solum separata potest esse Christus, in qua conseruari posset substantia panis, non autem minori: & non alio modo Christus est in parte ante diuisionem, & post diuisionem; siquidem vtroque modo est totus in quauis parte.

Prima opinio. — Alexand. — 11 — Bonauent. — Gabriel. — Probatur. — 12

Vera tamen, & certa sententia est, totum Christum esse in tota Eucharistiæ quantitate, & totum in singulis partibus quantumuis paruis ante diuisionem (non loquor de indiuisibilibus, de his enim cap. sequente disseremus, sed de partibus diuisibilibus quantumuis paruis.) Pro hac sententia allegari possunt S. Thomas artic. 3. huius quæstionis. Ricardus in 4. dist. 10. artic. 1. quæst. 2. & artic. 6. quæst. 1. Marsilius in 4. quæst. 7. artic. 1. ad 4. rationem, & art. 3. dub. 2. Aegidius quodl. 1. quæst. 4. Dominicus Sotus in 4. dist. 10. q. 1. art. 3. & Ledesma 1. p. quarti, quæst. 17. artic. 3. dub. 3. non quod omnes expresse contra Alexandrum, & Bonauenturam dicant, totum Christum esse in singulis partibus quãtumuis paruis, ante diuisionem: id enim non omnes dicunt; sed quia vt minimum absolute absque vlla distinctione omnes docent, totum Christum esse in singulis partibus accidentium; sic enim videtur intelligere de partibus cuiusuis magnitudinis. Adde, quod Aegidius quodlib. 11. quæst. illa 4. sicut dicit, in qualibet parte esse totum illud, quod requiritur ad essentiam, & substantiam panis, ita asserit in qualibet esse totũ corpus Christi: nemo autem negauerit, in qualibet parte non diuisa quantumuis minima posse esse totam essentiam panis, & vini: ergo idem de toto Christo sentit, quem modum philosophandi sumpsit ex S. Thoma. Verum Aegidius theoremate 10. sententiam Alexandri videtur sequutus, quamuis non satis explicet, vtrum loquatur de partibus separatis, an etiã coniunctis. Marsilius præterea expresse loquitur de partibus quantumuis paruis: concedit enim esse in infinitis partibus syncathegorematice: quod non diceret, si id solùm intelligeret de partibus illis, in quibus solum

Vera sententia. Christus est in omnibus partibus etiãparuulis. — S. Thomas & Ricardus. — Marsilius. Aegidius. Sotus. Ledesma. — 13 — 14

lum ſeparatis conſeruari poſsit ſubſtantiâ panis, aut vini, vt patet. Id ipſum aperte docuit Capreolus in 4. diſt. 10. quæſtion. 4. art. 3. ad 2. contra 1. concluſionem, & Maior quæſtion. 1. §. *Quarto arguitur*. Pro eadem ſententia allegari poſſet Innocentius III. in lib. 4. myſteriorum Miſſæ cap. 8. eo quòd aſſerat totum corpus Chriſti miraculoſe in ſingulis partibus contineri: cum autem id probet ex eo, quòd ſi partes diuidantur, totum manet in ſingulis, apertè indicat, ſe loqui de partibus ſingulis, etiam ante diuiſionem. Mitto autē Hugonem de S. Victore 2. lib. de Sacramentis part. 8. cap. 11. alioſque Scholaſticos, qui citati pro hac ſententia ſolent: eo quod eam non doceant, neque huius controuerſiæ mẽtionem faciant.

Capreolus. *Maior.* *Innoc. III.* *Hugo de S. Victore.*

Hanc vero ſententiam nonnulli cum Soto loco allegato putant, non minus certam eſſe de partibus Euchariſtiæ ante diuiſionem, quàm de illis poſt diuiſionem; de partibus autem poſt diuiſionem eſſe confeſsionem apertam Eccleſiæ, & definitionem, vt præcedente capite vidimus. Quocirca aſſerunt, nõ minorem errorem eſſe id negare de ſingulis partibus ante diuiſionem, quàm poſt illam. Hoc ipſum expreſsè docuit Ledeſma artic. citato dub. 4. affirmãs hanc ſententiã de fide eſſe. Id autem probari poteſt: quia quamuis Concilium Tridentinum ſeſsione 13. cano 3. ſolùm de partibus poſt diuiſionem, & ſeparationem definiat, ſub ſingulis totum Chriſtum contineri; tamen cap. 3. idem de partibus abſolute, nulla mentione facta ſeparationis, & diuiſionis, definit. Doctrina autem à Concilio definita in capitibus non minus de fide eſt, quàm definita in canonibus, vt diſp. 185. cap. 2. num. 19. notaui. Nam in fine capitis 8. antequam canones ferantur in ea ſeſſione, ſupponit Concilium, doctrinam in præcedentibus capitibus traditam catholicam, & de fide eſſe, canones autem ſolum ſubijci ad damnandos contrarios errores. Addit præterea Sotus canonem, *Vbi pars*, de conſecratione diſtinct. 2. quem aliqui dicunt eſſe Hilarij Papæ, vt cap. 1. notauimus, vbi dicitur, *Vbi pars eſt corporis, eſt & totum.*

Sotus. *An ſit eadem ratio de partibus ante, & poſt factam diuiſionẽ. Alij affirmant.* 15 *Ledeſma.* *Conc. Trid.* *Canon Vbi pars.* *Hilar. Papa.*

Alij vero Recentiores Theologi melius exiſtimant, prædictam ſententiam de partibus ante ſeparationem non eſſe ita certã, vt eam negare ſit hæreſis, quamuis ſit error, vel errori proximum. Colligunt autem non eſſe hæreſim, quia Concilium Florentinum ſolum loquitur de partibus poſt ſeparationem: Tridentinum autem in propria, & expreſſa definitione, quam putant editam fuiſſe ſolùm in illo cano 3. addidit illud: *Facta ſeparatione*, vt ita definitionem prædictam limitaret. & de partibus ante ſeparationem nihil definiret. Dicunt verò, prædictam ſententiam negare eſſe errorem, vel errori proximum propter illa, quæ in confirmationem eius adduxerunt. Inter quæ nihil aliud maioris momenti eſt, quam definitio Concilij Tridentini ſeſsione decima tertia capite illo tertio.

Aliorum iudicium. *Conc. Flor.* 16 *Tridentin.*

Ego vero exiſtimo id, quod diximus de partibus ante ſeparationem, non eſſe ab Eccleſia vſquam tamquam de fide definitum, & ita illud negare non eſſe hæreſim manifeſtam, eſſe tamen non ſolùm temerarium, ſed etiam errorem, eò quòd optima ratione ex principijs fidei eam negantes ad abſurdum deduci poſsint. Primum igitur, nihil eſſe ab Eccleſia de hac re tamquam de fide definitum, non indeprobo, quia definitio, quam tradit Concilium Tridentinum in capitibus, non ſit propria, & expreſſa: hoc enim falſum eſſe diſput. 185. cap. 2. & 1. 2. diſputatio 200. cap. 6. numero 45. aperte oſtendimus; ſed quia id, quòd in illo capite definitur de partibus abſolutè, ſolùm intelligatur de illis poſt ſeparationem, vt ex inſtituto Concilij manifeſtè colligitur. Primum, quia cum Concilium repetit in canonibus, & ſub anathemate definit id, quod in capitibus ſimpliciter definierat, in eodem prorſus ſenſu idem vtrobique definit. Deinde, quia Concilium in capitibus, aut canonibus non contendit, catholicã ſententiam pronunciare, niſi occaſione alicuius erroris, ita vt in capitibus non damnet, neq; explicet errores, ſed catholicam doctrinam ſimpliciter definiat, in canonibus autem errores damnet: nullus autem fuerat error, occaſione cuius de partibus ante diuiſionem loqueretur; fuerat autem de partibus poſt ſeparationem: vt ſtatim explicabimus: ergo in capite 3. nihil contendit definire de partibus ante ſeparationem, ſeu diuiſionem; error autẽ, qui fuerat de partibus ſeparatis, occaſione cuius prædicta doctrina definita fuit in eo capite, & cano 3. non fuit in eo, quòd in partibus ſeparatis nihil Chriſti maneret, aut pars ſeparata Sacramentum non eſſet: hoc enim nullus hæreticus dixerat; ſed in eo, quòd nõ eſſet in partibus ſeparatis totus Chriſtus, ſed tantũ corpus eius, aut ſanguis ipſius. Supponebãt igitur ſupradicti hæretici, in partibus ſeparatis verum Sacramentum manere, eodẽ modo continens Chriſtum, ſicut in tota quantitate conſecrata ante diuiſionem; negabant tamen concomitantiam ſub tota quantitate, & ſub partibus diuiſis, & vtrobique ſolam aliquam partem Chriſti concedebant.

Erroneum & temerarium eſt negare Chriſtum eſſe in partibus ante ſeparationem. 17

Cõcilium ſolum loqui de partibus poſt ſeparationem probatur. Primo. Secundo. 18

Qui

Qui autem fuerint hæretici negantes concomitantiam, diximus supra disputati. 185. cap. primo. Occasione igitur huius erroris Concilium Tridentinum cap. illo tertio, agens de concomitantia definit, totum Christum sub qualibet specie consecrata nunc cõtineri, & totum sub qualibet parte, intelligens sine dubio, separatione facta, quamuis id ibidem non explicet, eo quòd de hoc solùm fuerat hæresis, de modo autem indibisibili existendi in singulis partibus ante diuisionem nullus error illuc vsque præcesserat; vt manifestũ est, sed inter Scholasticos solum controuersia fuerat, quam definire ad institutũ Concilij nõ pertinebat. Hac de causa idem Concilium confutans expresse prædictum errorem in canone tertio addidit verba illa, *Facta separatione*, & cum eo tantum additamento definit. Quod vero dicitur in illo canone, *Vbi pars*, *De consecratione*, distinctione secunda, non satis est, vt asseramus, prædictam sententiam definitam esse ab Ecclesia. Primum, quia licet aliqui putent, canonem illum esse Hilarij Papę, tamẽ, qui decretum Gratiani hoc tempore emendarunt, plane supponunt, ex Hilario Episcopo allegari: & quanuis esset Hilarij Papæ, ex verbis illius colligi non potest aperte, de partibus ante separationem intelligendum esse. Nam post illa verba: *Vbi pars est corporis, est & totum*, additur ratio in hunc modum; *Eadem ratio est in corpore Domini, quæ in manna, quod in eius figura præcessit, de quo dicitur; Qui plus collegerat, non habuit amplius, neque qui minus parauerat, inuenit minus. Non est quantitas visibilis in hoc existimanda mysterio, sed virtus Sacramẽti spiritualis.* Quę sane ratio intelligitur de partibus diuisis, vt tanta virtus sit in minori, quanta est in maiori, sicut etiam in manna contingebat sumentibus illud.

Explicatur canon *vbi pars.* 19

Omissis vero alijs rationibus, quæ in confirmationem nostræ sententiæ afferri solent, vnica efficacissima probari, & oppositum asserentes ad absurdum contra fidem deduci, ac proinde erroris conuinci possunt. Quoniam aut in minima aliqua parte, in qua separata forma panis, aut vini cõseruari nõ posset, est totus Christus, aut aliquid Christi, aut nihil illius? Si cõcedãt aduersarij, esse totum Christum, amplius cum illis contendendum non est: si vero dicant, esse aliquid Christi, & non totum Christum, sequitur absurdum, nempe, totum Christum esse in tot o Sacramẽto, & partem in parte, ac proinde non esse modo indiuisibili respectu loci, sed modo subiecto mensuræ, quod est absurdum. Sequitur præterea, fore, vt cum diuiditur pars illa, non possit retinere totũ Christum, sed solam partem illius: aut dicant, qua ratione totum retineat sine noua consecratione virtute solùm prioris, cum tamen antea partem solùm Christi sub se haberet? Si autem dicant, in illa minima parte nihil Christi, neque totum Christum esse, idẽ de alia minima parte, quę ei coniuncta est, dicere debent. Quare, si in qualibet illarum nihil Christi est, neque in vtraque simul aliquid erit. Illis autem duabus addere poterisaliam, & aliam paruam partem, ita vt eodem argumento aperte colligatur, in tota quantitate panis, aut vini nihil esse Christi. Hæc omnia, quæ inferimus hac ratione contra negantes, in qualibet parua parte esse totum Christum, apertè sunt contra fidem. Merito igitur diximus, nostram sententiam ita certam esse, vt opposita erroris in simulari debeat.

Ab absurdo probatur Christum esse in singulis etiam minimis partibus. 20

21

In punctis, & indiuisibilibus specierum Eucharistiæ non esse Christum.

CAPVT IIII.

DE Punctis etiam, & indiuisibilibus quantitatis, vt superficiebus, & lineis, controuersia inter Scholasticos est, an Christus totus sub illis sit, sicut etiam est sub qualibet parte ante diuisionem. Capreolus in 4. distinct. 10. quæstion. 4. artic. 3. ad 2. Scoti contra primã conclusionem, & Dominicus Sotus in 4. distinct. 49. quæst. 4. artic. 6. §. *Vnde ad argumẽta Durandi*. Planè affirmant, totum Christum non tantum in partibus singulis diuisibilibus ante diuisionem esse, sed etiam in punctis, & alijs indiuisibilibus; quinimo Sotus addit, non licere Theologo id negare. Hãc sententiam libenter amplectuntur Recentiores nonnulli, & probant primo exemplo Angeli: nam quemadmodum Angelus ita est in corpore aliquo veluti in loco, vt sit totus in toto, & totus in qualibet parte, & in quolibet indiuisibili, ita etiam, & Christus erit: siquidem in hoc Sacramento modo indiuisibili existit. Porro autem, Angelũ esse in singulis partibus, & indiuisibilibus, probãt primũ, quia præsentia Angeli in se cõtinua est, & vnita; cõtinua autẽ, & vnita intelligi nõ posset, ni sic respõderet omnibus partibus, & indiuisibi-

Prima opinio.

Capreolus.

Sotus.

Primũ fundamentũ ab exẽplo Angeli.

22

libus ſpatij, cui Angelus præſens eſt. Neque ſatis eſt (inquiunt) dicere, Angelum in ſpatio, ſeu corpore, & Chriſtū in Euchariſtia ita eſſe, vt in indiuiſibilibus ſolum dicatur eſſe extrinſece, non autem intrinſece, nimirum, ita vt non ſit in ipſo puncto, aut indiuiſibili, quaſi ipſum penetrans, ſed in tota quantitate proxima ipſi puncto, aut indiuiſibili: quia niſi intrinſece in punctis, aut indiuiſibilibus Chriſtus, & Angelus eſſet, eorum præſentia non poſſet eſſe continua, & vnita: eo quòd ex parte ſpeciei non continuaretur indiuiſibilibus ipſius ſpatij. Deinde probant exemplo durationis: nam quemadmodum duratio Angeli abſque vllà interruptione ita coexiſtit tota tempori noſtro ſucceſsiuo, vt non ſolum coexiſtat partibus, ſed etiam indiuiſibilibus: & non ſolum verè dicamus, Angelum eſſe in hora, ſed etiam in momento, & inſtanti quocumque illius, neque fieri poteſt, vt partibus coexiſtat temporis, quin etiam coexiſtat momentis, & inſtantibus: eodem modo de exiſtentia in loco ipſius Angeli, & corporis Chriſti exiſtentis ad modum Angeli philoſophandum videtur, vt nõ poſsit eſſe continua præſentia illius comparatione loci, aut corporis, in quo eſt, niſi tota eius ſubſtantia reſpondeat partibus ſpeciei, & indiuiſibilibus eius. Proſtremo probari poteſt, quia ſicut Angelus, quòd indiuiſibilis ſit, poteſt in indiuiſiblibi quantitatis eſſe, cum indiuiſibile indiuiſibili ex ſe reſpondeat: ita etiam corpus Chriſti indiuiſibili reſpondere poteſt, cum ſit in Euchariſtia modo indiuiſibili.

23

Secũdum ab exemplo durationis.

Tertium.

Chriſtum non eſſe in indiuiſibilibus vera ſententia.

Mihi vero videtur, corpus Chriſti non eſſe in indiuiſibilibus Euchariſtiæ, ſed in partibus ſolum diuiſibilibus. Ita docent Scotus diſtinctio. 10. quæſt. 9. §. *Hic dicitur*, verſiculo *Item corpus*, & tamquam verum in quodam argumẽto aſſumit Ricardus articulo 6. quæſtio 2. & Aegidius Theorem. 11. quam ſententiam Recentiores etiam nonnulli ſequuntur, qui eam probant: quòd in quantitate corporis nulla putent eſſe indiuiſibilia, neque puncta, neque lineas, neque ſuperficies reipſa, ſed ſolum cogitatione noſtra. Verum hac ratione prabanda non eſſet: nam prima parte diſputatione 192. capit. 2. Mathematica demõſtratione oſtendimus, in quantitate eſſe pũcta indiuiſibilia; ex quo etiam ſequitur, eſſe etiam ſuperficies, & lineas. Alijs vero omiſſis rationibus, quæ me quidem iudice leuioris momenti ſunt, duabus ſolùm probari poteſt. Primũ ratione Ricardi, & Aegidij: quia ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti ſuccedit ſubſtantiæ panis, & vini: ergo vbi ſolũ erãt ſubſtãtia pãnis & vini, poſtea eſt corpus, & ſanguinis Chriſti: ſicut è contrario etiam, vbi ſubſtantia illa non erat, neque corpus, & ſanguis Chriſti ſunt; atqui in indiuiſibilibus non erat ſubſtãtia panis, & vini: nam punctũ, aut linea, aut ſuperficies panis non eſt panis, ſicut pars panis eſt panis: ergo in his indiuiſibilibus non eſt Chriſtus. Reſpondent aduerſarij, in ipſa ſubſtantiae eſſe indiuiſibilia, etiam ſubſtantiæ propria, quibus ipſa continuatur ſine quantitate: concedunt enim, in ſubſtantia ſecundum ſe remota omni quantitate eſſe partes exſtẽſas, & termino cõmuni indiuiſibili ipſiuſmet ſubſtantiæ cõtinuatas. Dicunt igitur, hæc indiuiſibilia ſubſtantiæ conuerti in corpus Chriſti, ſicut etiam partes conuertuntur. Verùm præterquam quòd infra diſputatione 191. capit. 3. oſtendemus, nullam extenſionem, nullas partes, aut indiuiſibilia conuenire ſubſtantiæ ſecundum ſe, ſed ſola extenſione quantitatis extendi; & ita ſolum ab ea habere partes, & indiuiſibilia: quamuis hæc omnia illis concederemus, nihilominus ratio propoſita vim ſuam obtineret: quia indiuiſibilia illa ſubſtantiæ non eſſent ſubſtantia, ſicut indiuiſibilia quantitatis non ſunt quantitas: ergo illa non conuerterentur in corpus, & ſanguinem Chriſti; ac proinde Chriſtus non ſuccederet ſub indiuiſibili quantitatis, ſub quo indiuiſibile ſubſtãtiæ erat. Adde, quòd, licet corpus Chriſti indiuiſibili ſubſtantiæ panis ſuccederet in conuerſione, non ſuccederet in ſitu, quem indiuiſibile ſubſtantiæ cum indiuiſibili quãtitatis haberet: quia indiuiſibile ſubſtantiæ haberet proportionem menſuræ, ſeu commenſurationis (vt aiunt) cum indiuiſibili quantitatis, corpus autem Chriſti ſecundum modum indiuiſibilem, quem habet, non eſt ac comodatum indiuiſibili quantitatis, vt ei reſpondere, & commenſurari dicatur: ſicut inferius explicabitur. Porro autem indiuiſibile illud non fore ſubſtantiam, alia ratione probatur: quia alioquin poſſet ſacerdos ſolam ſuperficiem exteriorem, quam videt, conſecrare, ſicut etiam poteſt quamlibet partem, dummodo eam videat, aut naturaliter, aut etiam virtute Dei, ita vt eam ad ſenſum demonſtrare poſsit. Nam, quòd modo nequeat, quamlibet partem determinatam ante diuiſionem ſine alijs conſecrare, non aliunde prouenit, niſi quia illam ſentire non poteſt, ac proinde neque verbis conſecrationis ad ſenſum demonſtrare. Quare, ſi eam videret, nihil obeſſet, quominus ipſam conſecrare poſſet.

24

Ricardus. Aegidius.

Nen ſatis ab aliquibus probatur.

Prior ratio & illa efficax.

Reſpondent aduerſarij primum poſſe quidem

25

Solutio aduerſarorum.

Oppugnatur.

Indiuiſibile ſubſtantiæ nõ eſt ſubſtantia

Alia solutio infirmatur.

dem sacerdotem superficiem, quam videt, sine alijs partibus, & indiuisibilibus consecrare, neque id reputant absurdum. Hoc tamen responsum ratione impugnatur: quia superficies illa substantiæ cum esset modus illius, nec dici posset hoc aliquid, etiam si maneret sub accidentibus, & superficie quantitatis, nō obstaret, quominus sit nea esse posset corpus Christi, vere demostraretur per verba consecrationis: cum tamen manente substantia panis demonstrari non posset, sicut disputatio 180. caput 4. probauimus: & ita non posset fieri conuersio illius superficiei, quæ tamen semper fieri debet in consecratione, ac proinde nec consecrari posset. Id circo non multum fidentes huic solutioni prædicti Theologi, respondent deinde, non posse superficiem solam panis consecrari: quia Christus non est per se in indiuisibilibus, sed concomitanter: & ideo ablato eo, quod est per se, hoc est, nō cō secratis partibus in quibus per se esset corpus Christi, auferri debet id, quod est per accidēs, & per concomitantiam, hoc est, non poterit consecrari sola superficies: hæc enim solum consecratur, vt Christi præsentia in tota quantitate continua maneat. Verum, si semel concedatur, indiuisibilia substantiæ non esse materiam consecrationis, nulla ratio suppetere potest, vt dicamus, Christum esse in indiuisibilibus. Quod enim adducitur de continuatione præsentiæ, sufficiens non est, vt inferius videbimus. Adde, quod, licet ob prædictam continuationem necessarium esset, Christum esse in omnibus indiuisibilibus, quibus quantitas continuatur, opus tamen non esset existere in extremis.

Alia solutio non satisfacit.

27

28

Posterior ratio veræ sententiæ.

Altera ratio est, quia ex opposita sententia sequeretur, facta diuisione specierum panis consecrati, Christum nouiter incipere esse in extremis indiuisibilibus, quæ ex diuisione fiunt: cum tamen antea in illis non esset. Hoc tamē, quod inferimus, libenter fatētur Doctores prioris sententiæ, quod meiudice concedendum non esset: nullus enim hactenus concesit, sine noua consecratione effici, vt Christus sit vbi antea non erat. His, quæ diximus, solum probauimus, Christum non esse in indiuisibilibus panis, aut vini, supposita institutione Sacramenti: an vero per potentiam suam absolutam Deus efficere posset, vt in illis esset vno, aut altero modo, hoc est, in illis simul, & in partibus, vel in illis tantum, & non in partibus, non satis definiri potest. Nam cum eodem modo Christus sit in Eucharistia, quo est Angelus in corpore, & spatio: & vt ostendimus prima par. disputat. 192. cap. 1. non satis constet, vtrum Angelus possit esse in indiuisibili, & vtrum ei vniri queat, an non, eodem modo de corpore Christi incertum est.

An Deus possit collocare Christum sub indiuisibilibus

Iam vero ad argumenta prioris sententiæ respondetur. Ad primum dicimus, præsentiam Angeli, & corporis Christi in corpore, aut quantitate, seu modum vnionis cum illo, de quo multa diximus 1. parte disputatio. 192. in se quidem esse indiuisibilem, aut habere modum indiuisibilem: neque enim Angelus, aut corpus Christi æquatur per modum mensuræ quantitati, in qua est; habere tamen ordinem ad corpus, & quantitatem continuam, ita vt efficiat, Angelum, & corpus Christi esse in omnibus partibus quantitatis, quæ continuæ inuicem sunt, nihil omnino illarum prætermittens præsentia sua, sed in singulis quantumuis paruis totum existens: ad hoc autem non esse necessarium ipsum constitui in indiuisibilibus. Neque enim aliud genus continuationis ex parte ipsius modi, & præsentiæ, quę est in Angelo, & corpore Christi, necessarium est, nisi vt faciat ipsum præsens in tota quantitate, & totum in qualibet parte illius, quæ re vera cum alia continua est: neque ex eo, quòd non sit in indiuisibilibus, sequitur existere corpus Christi in partibus non cōtinuis. Eodem modo anima rationalis est quidem in tota materia, & tota in quauis parte illius, non tamen in indiuisibilibus ipsius materiæ. Nam modus, quo anima existit in tota materia, & in qualibet parte illius, est modus animationis; indiuisibilia autem materię non animantur: nihilominus anima dicitur esse in continua materia, & in partibus, continuis illius, quæ animantur.

29 Argumēta aduersa diluuntur. Primum.

Anima rationalis, non est in indiuisibilibus materiæ primæ.

Ad secundum de duratione respondeo, diuersam esse rationem durationis Angeli, atque ita ex illa nihil probari in præsenti. Nam Angelus non dicitur esse in tempore, & cum illo durare per modum aliquem, quo tempori, & durationi illius vniatur, sed solum, per simplicem (vt aiunt) existentiam cum tempore: & quia duratio non solum est temporis, sed etiam instantis, ideo Angelus duratione sua non tantum dicitur esse, & durare in tempore, sed etiam in instanti, hoc est, non tantum dicitur coexistere tempori, sed etiam instanti, ita vt, si in instanti aliquo non esset, duratio eius interrumperetur, neque continua esset, quia instans etiam durationis duratio est. At vero Angelus, & corpus Christi sunt in corpore, aut quantitate, & spatio per modum quem-

Secundū.

30

Angelus, est in tempore non per modū quo illi vniatur.

dam poſitiuum, quo illi vniuntur, de quo non ſatis conſtat, an poſsit cum indiuiſibili aliquo corpus, & Angelum ipſum vnire: vt 1. par. diſput. 192. cap. 2. notauimus. Quam
31 uis autem non ſint in indiuiſibilibus, ſed ſolum in reliquis partibus, eorum præſentia non interrumpitur, quia ſunt in partibus; quæ reuera continuæ ſunt: & ex parte modi exiſtendi in eis nulla alia continuatio videtur neceſſaria. Ad
Tertium. tertium reſpondeo, modũ indiuiſibilitatis Angeli, & corporis Chriſti, non eſſe eiuſdem rationis cũ modo indiuiſibilitatis puncti lineæ, & ſuperficiei: quia hæc indiuiſibilitas habet poſitionem in quãtitate continua, illa autem non, ſed eſt in genere ſubſtantiæ, & hac ratione non opus eſt, vt Angelus, & corpus Chriſti reſpondeãt indiuiſibilibus quantitatis, & ipſis accommodari poſsint, ſicut colligebamus 1. par. diſput. 192. cap. 2. de Angelis.

ARTICVLVS V.

Vtrum corpus Chriſti ſit in hoc Sacramento ſicut in loco.

CONCLVSIO Eſt, *Corpus Chriſti non eſt in hoc Sacramento, ſicut in loco, ſed per modum ſubſtantiæ; eo videlicet modo, quo ſubſtantia eſt ſub dimenſionibus.* Quo pacto prædicta concluſio intelligatur, & quomodo corpus Chriſti dicatur eſſe in hoc Sacramento non tamquam in loco à S. Thoma, in diſput. 190. explicabitur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum corpus Chriſti ſit mobiliter in hoc Sacramento.

CONCLVSIO Eſt, *Chriſtus per ſe immobiliter eſt in hoc Sacramento, per accidens tamen moueri poteſt:* quæ concluſio colligitur ex corpore articuli, & ex ſolutione 1. diſput. autem 190. fuſius à nobis ex mente Doctoris Sancti explicabitur.

An corpus poſsit eſſe in diuerſis locis ſimul. Diſput. 189.

Idem corpus non poſſe vllo modo eſſe in diuerſis locis, etiam ſi in vno tantùm ſit ſecundùm extenſionem, ſenſerunt hæretici. Cap. 1.

Idem corpus poſſe eſſe in pluribus locis ſimul, non tantum indiuiſibili modo; ſed etiam ſecundum extenſionem, ſcholaſtici aliqui docuerunt. Cap. 2.

Notantur aliqua, quæ Autores nonnulli concedunt, vt prædictã ſententiam defendãt. Ca. 3.

Ea, quæ notata ſunt in præcedente capite, immerito à prædictis Autoribus concedi. Cap. 4.

Non poſſe idem corpus ſecundùm extenſionem in diuerſis locis ſimul, bene tamen in vno ſecundum extenſionem, in alijs verò indiuiſibili modo a Deo conſtitui, authoritate probatur. Cap. 5.

Prædicta ſententia ratione probatur. Cap. 6.

Diluuntur argumenta hæreticorum in primo capite allata ad probandum, non poſſe eſſe vllo modo idem corpus in diuerſis locis. Cap. 7.

Reſpondetur argumentis catholicorum capite ſecundo adductis ad probandum, idem corpus poſſe eſſe in diuerſis locis ſimul ſecundùm extenſionem. Cap. 8.

Idem corpus non poſſe vllo modo eſſe in diuerſis locis, etiamſi in vno tantum ſit ſecundum extenſionem, ſenſerunt hæretici.

CAPVT I.

VERITATEM Cathoſicam de præſentia Chriſti in Euchariſtia, quam confirmauimus ſupra diſput. 179. hæretici noſtri temporis pro viribus impugnare, & obſcurare moliuntur, non modo Scripturæ, & Patrum teſtimonijs: quæ ibidem adduximus, ſed etiam ratione ex principijs Philoſophiæ ducta, quòd, nimirum, impoſsibile ſit, idem corpus in diuerſis locis ſimul conſtitui, ac proinde Deus id efficere non potuerit. Cuius rationis ſolutionem in hunc vſque locum reſeruauimus, quòd in ea neceſſario explicandus eſſet modus, quo Chriſtus in Sacramento exiſtit; vtrum videlicet in eo ſit tamquam in loco, an alio modo, de quo

S. Thomas. Hæreticorũ sententiæ.

de quo Sanctus Thomas in hoc ãrticul. 3. & 4. disseruit. Hæretici quidem non solum cõtendunt, impossibile esse, corpus secundùm extensionem ad locum, & mensurã ad subiectum in diuersis locis simul esse, & constitui, sed ita etiam, vt in vno solùm loco secundùm extensionem, in alijs verò indiuisibili modo existat, tametsi hunc modum existendi corporis cum quanticate sine modo extensionis ad locum ipsi non credant, vt in ferius dicemus. E cõtrario vero nõnulli catholici, vt se hæreticis omnino opponant, nõn solum affirmant, idem corpus à Deo constitui posse simul in diuersis locis, in vno quidẽ secundum extensionem, in alijs verò indiuisibili modo, sicut nũc est Christus in cœlo, & Eucharistia, sed etiam ita, vt simul in omnibus secundum eumdem modum extensionis constituatur, quæ duæ sententiæ propris rationibus in hoc capite, & sequente confirmandæ sunt.

2

Aliquorũ catholicorum placitum.

Observatio.

In primis autem supponendum est contra Abailardum, & Vbicleffum, quos memorauimus 1. p. disp. 106. cap. 3. & contra Caluinum in breui Cathechismo, vbi explicat primum articulum fidei, & in libro institutionum cap. 6. §. 27. & contra Petrum Boquinum lib. de cœna Domini, Deum non tantũ posse ea, quæ voluit facere, & aliquãdo facturus est, sed etiã ea quæ nunquã facere decreuit: id quod in ea disputat. aperte ostendimus: vbi quoque cap. 2. distinximus duplicem in Deo potentiam, alteram absolutam, nempe, vel à lege, vel à voluntate, alteram ordinatam, nempe, voluntate, vel lege: nunc igitur videndum est, an Deus potentia sua absoluta efficere possit, vt idem corpus sit in diuersis locis simul. Vt autem ostendimus in eadem 1. par. disputatio. 104. cap. 4. illud dicitur obiectum Diuinæ omnipotentiæ, quod vllo modo esse potest, atque in sua ratione nullam implicat contradictionem: videndum igitur est, vtrum corpus existere simul in pluribus locis, vno, aut alio modo, aliquã implicet contradictionem, vt ita à Deo fieri nequeat; an non implicet, vt fieri possit. Idem igitur corpus nullo modo esse posse in diuersis locis simul, probare nituntur Caluinus in vltima admonitione ad Vvestphalum, & Ioannes Vvicleffus, apud Vvaldensem tomo 2. qui est de Sacramentis cap. 72. Primo igitur arguit Vvicleffus: quia, sicut impossibile est, idem corpus simul esse in diuersis temporibus, ita etiam impossibile erit, esse simul in diuersis locis. Secundo arguit ex Augustino in Epistola tertia, quæ est ad Volusianum, vbi docet, nullum corpus totum posse esse simul vbique: si autem semel concedamus, idem corpus totum posse esse simul in diuersis locis, concedere etiam debemus, posse esse simul vbique. Accedit etiam idem Augustinus lib. 20. contra Faustum cap. 11. vbi de Christo ita loquitur: *Simul, & in Sole, & Luna, & in cruce esse non posset.* Nam, si idem corpus posset esse in diuersis locis simul, posset etiam, & Christus simul in Sole, & Luna, & in cruce esse. Hoc eodem argumento vtitur Caluinus: quia proprium sit Dei esse immensum, & ita in omni loco simul esse: ac proinde nulli corpori id communicari posse, sicut neque immensitatis attributum. Tertio arguit Caluinus ex illo Matth. vltimo. *Non est hic, surrexit enim.* Expendit enim vim illius causalis, & inquit, eam consequentiam infirmam fore, si posset idem corpus simul in diuersis locis esse: sic enim manere posset in sepulchro post resurrectionem, etiam si in alio loco simul esset. Quarto addunt Caluinus, & Petrus Martyr rationes philosophicas, quibus ad absurda contendunt deducere oppositum asserentes. Primum: quia si idem corpus esset in diuersis locis simul, idem esset à se ipso diuisum, & ita idem corpus esset multa, quod est absurdum. Deinde, quia, si idem corpus dicatur esse in pluribus locis, est manifesta contradictio: eo quod eo ipso sequeretur, non esse in loco: nam omne, quod est in loco, aut circumscribitur loco, aut definitur: quod autem circumscribitur loco, aut definitur, ita est in vno loco, vt non sit alibi, alioquin non circumsciberetur, & definiretur. Deinde quia ex prædicta sententia sequi videtur, idem corpus esse sursum, & deorsum, simul remotum, & proximũ eidem rei, moueri, & quiescere, accedere ad vnum locum, & ab eo recedere, calefieri etiam in vno loco, & in alio frigefieri, in vno loco male valere, mori, & occidi, & in alio rectè valere, & viuere: nam cum idem corpus esset in diuersis locis, diuersæ causæ contrarię possent ei applicari, ac proinde diuersi, & cõtrarij effectus, quos diximus, in eo fieri. His argumentis non solùm contendunt hæretici probare, idem corpus esse non posse simul in diuersis locis, secundum extensionem ad locum, quæ est propria quantitatis, sed etiam nullo alio modo indiuisibili, sicut catholici concedunt, defendentes præsentiam corporis Christi in Eucharistia.

Abailardus. Vvicleffus. Caluinus. Boquinus.

Vvaldensis. Primum argumentum Vvicleffi.

3

Secundũ. Augustin.

4

Tertium Caluini. Matth. vltimo.

Quartum eiusdem, & Petri Martyris ab absurdis.

Primo.

Secundo.

Tertio.

5

Idem corpus poſſe eſſe in pluribus locis ſimul non tantum indiuiſibili modo, ſed etiam ſecundum extenſionem, Scholaſtici aliqui docuerunt.

CAPVT II.

Secunda multorum opinio.

CONTRA Verò Scholaſticinó pauci, vt ſe hæreticis omnino opponant, affirmant, non ſolum poſſe Deum potentia ſua abſoluta conſtituere idem corpus ſimul in diuerſis locis, ita vt in vno ſolùm ſit cum extenſione ſua ad locum, in alijs verò modo indiuiſibili, ſicut nunc eſt in Sacramento, & in cœlo; verũ etiam ita, vt in omnibus locis ſimul ſit ſecũdùm extenſionem occupans locũ. Pro hac ſententia allegatur Hugo de Sancto Victore libro 2. de Sacramentis part. 8. cap. 11. immerito tamen: ibi enim ſolùm loquitur de corpore Chriſti, & ex eo, quòd ipſum vnum, & idẽ ſit in diuerſis locis ſimul, colligit, mirandum non eſſe, quòd in ſingulis partibus cum diuidũtur, ſit etiam totum non minus, quam antea erat in toto: agit ergo de modo exiſtendi Sacramentaliter in pluribus locis, non autem de modo ſecundum extenſionem ad plura loca. Refertur etiam Alexan. 4. p. q. 11. mẽbro 2. artic. 1. §. 7. quod expreſſe ſententiam hanc, quam retulimus, docuerit. De exiſtentia tamen corporis in pluribus locis ſimul ſecundum extenſionem ad locum ipſe non loquitur: ſolum concedit, ita corpus eſſe poſſe in diuerſis locis, vt in vno viuat, & habeat ſibi animam vnitam, in alio autem non habeat, neque viuat: & in hoc, inquit, nullam implicari contradictionem. Verum hoc potuit concedere de corpore exiſtente in vno loco ſecundùm extenſionem, & exiſtente in alio modo indiuiſibili; imo vero de corpore Chriſti, prout nunc eſt in diuerſis locis, id concedit. Quare non conſtat, vllo modo ipſum loqui de corpore exiſtente in pluribus locis ſecundum extenſionem.

Hugo de ſancto Victore immeritò citatus.

6

Alexãder illam non dicit.

7

Verum prædictam ſententiam expreſſe docuerunt Scotus in 4. d. 10. q. 2. §. *Dico ergo*, Ricardus quæſt. 2. Gabr. quæſt. vnica art. 2. concluſ. 7. & lect. 46. in canonem Miſſæ litera C. Marſilius in 4. q. 7. art. 3. in principio, & §. *His præmiſſis*, vbi diluit argumenta contra prædictam ſententiam. OKam quæſt. 4. ad 6. dubium Petrus Aliacenſis in quæſt. 5. artic. 2. litera Z. & ſequentibus. Aureolus apud Capreolum in eadem d. q. 1. art. 2. in fine. Claudius Sainctes in repetitione 4. de Euchariſtia capit. 7. & non pauci Recentiores Theologi huius ætatis. Allegatur quoque pro hac ſententia Ruardus Tapper. artic. 15. quamuis autem in eo art. § *Non igitur minus*, in eam inclinare videatur, nihil de hac re definit, ſed eã in cõtrouerſia poſitã eſſe affirmat.

Scotus. Ricardus. Gabriel. Marſilius. OKamus.

Aliacenſis. Aureolus. Sainctes. Ruardus

Probari poteſt hæc ſententia primum exẽplis, quia re vera ita factum ſit: deinde vero rationibus. Primum igitur exemplis oſtenditur. Nam cum Chriſtus Actorum 9. & 22. apparuit Paulo, mãſit in cœlo occupãs locũ, & ſimul fuit in terra, ſeu in aere vicino. Porro, Chriſtum manſiſſe in cœlo, hæretici etiam non negant: eo quod Actorum 3. dicatur: *Quem* (ſcilicit Chriſtum) *oportet cœlum ſuſcipere uſque in tempora reſtitutionis omnium*. Quia vero hęretici noſtri temporis negant, Chriſtũ in propria perſona viſum fuiſſe à Paulo, & ſolùm affirmant, viſum in aliqua ſpecie in aere, ſeu in terris, aut in propria perſona in cœlis, Theologi multis probant, Chriſtum reipſa Paulo in aere, aut in terris apparuiſſe. Et confirmari poteſt illis verbis Actorum 26. vbi Chriſtus dixit: *Ad hoc enim apparui tibi, vt conſtituam te miniſtrũ, & teſtem eorum, quæ vidiſti, & eorum, quibus apparebo tibi*. Quo circa idem Paulus 1. ad Corin. 9. inquit. *Nonne Chriſtum Ieſum Dominum veſtrum vidi?* Et cap. 15. *Nouiſſime autem omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi*. Quæ omnia vera non eſſent, niſi reipſa Paulus Dominum Ieſum Chriſtum vidiſſet. Deinde probatur eadem opinio ex alijs Chriſti apparitionibus, quas quidem aliquibus fuiſſe factas, graues, & antiqui Scriptores teſtantur. Egeſippus libro 3. de excidio Hieroſolymitano cap. 2. Ambroſius oratione contra Auxentium, & Athanaſius in apologia pro fuga ſua, affirmant, Chriſtum Petro in terris apparuiſſe, & cũ eo colloquutũ fuiſſe. Præterea idem Athanaſius in vita Antonij ſcribit, Chriſtum Dominum apparuiſſe B. Antonio: & Gregorius Magnus libro 4. dialogorum cap. 16. dicit apparuiſſe Beatæ Tarſillæ auitæ ſuæ. Ioannes verò Diaconus in vita S. Gregorij ſcribit, ipſi Gregorio apparuiſſe.

Primum fundamentum ab exemplis. Actor. 9. & 22.

8

Actor. 3.

Actor. 26.

1. ad Corin.

Egeſippus. Ambroſius. Athanaſius

9

Greg. Mag.

Ioan. Diac.

Deinde confirmari ſolet teſtimonijs Patrum Chryſoſtomi libro 3. de Sacerdotio, Primaſij, Anſelmi, & eiuſdem Chryſoſtomi, Autoris commentarij apud Ambroſium in cap. 10. ad Hebræos, Cyrilli lib. 12. in Ioannẽ cap. 32. & Theophylact. in c. 19. Ioannis, qui affirmant,

ſecundum tum amẽtum ab auctoribus. Chryſoſtom. Anſelmus. Cyr. Amb.

Cyril. Alex. Theophyla.

affirmant, eodē temporis momento Christū in cœlo, & in altari esse. Verum hi Patres, non loquuntur de corpore existente in diuersis locis simul, etiam secūdum extensionem, cum solū loquātur de corpore Christi existē te in cœlo, & altari. Quare hæc testimonia solum contra hæreticos probant, idem corpus posse esse simul in diuersis locis, dummodo in vno tantum sit secundum existentionē. Id quod confirmari etiam potest testimonijs omnibus, quibus supra disput. 179. veram Christi præsentiam in Eucharistia probauimus, ex hac enim catholica doctrina id manifeste sequitur: neque enim Patres dicunt, ita Christum esse in Eucharistia, vt locum cœli relinquat. Exemplis vero, quæ primo loco adducta sunt, probari videtur prædicta opinio de corpore, vt existere possit in diuersis locis simul secundum extensionem ad locū.

Quid probent citati Patres?

Explicantur exempla.

10

Aperitur Augustin. mens.

Adde etiam Augustinum lib. de cura pro mortuis agenda cap. 16. vbi proponit quæstionē, an cum in diuersis locis simul miracula fiunt inuocatione, & memoria alicuius Martyris, ipse Martyr in omnibus illis locis simul adsit. Respondet autem, quæstionem difficilem esse, neque eam audet definire. Verum hoc etiam testimonium non probat de corpore secundum extensionē in pluribus locis, sed de anima, quæ spiritualis est, cuius eadem est ratio, atque corporis existentis in pluribus locis simul sine extensione ad locum. Neq; quid quam amplius probat testimonium aliud eiusdem Agustini in eo lib. cap. 17. vbi refert, Ioannem quemdam monachum alteri longe posito apparuisse. Inquit autem dubiū esse, vtrū spiritus eius reuera fuisset in vtroq; loco, an alio modo id accidisset. Subdit verò: *Si ipse interfuit somnianti, mirabili gratia vtique id potuit, non natura, & Dei munere, non propria facultate.*

Posset tamen aliquis contendere, eamdem esse rationem, & corporis habentis extensionem ad locū, & spiritus, seu corporis existētis indiuisibili modo, vt si spiritus, aut corpus hoc posteriori modo potest esse in pluribus locis simul, possit etiā corpus priori modo. Etenim, si aliquid in causa est, vt corpora non possint esse simul in pluribus locis, non tam est moles, & extensio ad locum, quā vnitas: quòd videatur impossibile, eamdem rē à se ipsa diuidi, vt in diuersis locis collocetur. Nam, si semel rectè intelligamus, quo pacto possit idem corpus salua vnitate sui in diuersis locis constitui, falsè etiam intelligemus, posse diuersa loco simul ab eo occupari.

11

Tertium fundamentum ex rationibus petitum. Prima.

Postremo denique hæc sententia ratione probatur. Primum quidem, quia, sicut impossibile nō est duo corpora simul in eodē loco esse, & se inuicem penetrare, ita etiam nō videtur impossibile, idē in diuersis locis simul esse. Porro autem, duo corpora simul in eodem loco esse posse, manifestum est, neque vllus ex catholicis hactenus id negauit: hoc autē intelligo, siue communicata corpori dote subtilitatis, siue non cōmunicata. Deinde quia existere in diuersis locis etiam modo diuisibili, neque est cōtra rationē ipsius quantitatis, cū existentia in loco quouis modo posterior sit ipsa quātitate, ac proinde ei nihil nocere possit, neque cōtra rationē ipsam existēdi in loco modo etiam diuisibili. Nam ex hoc, quod dicamus, corpus per nouā aliam præsentiam in alio loco constitui diuisibili modo, nō licet inferre, priorem locū, & præsentiam amitti. Postremo denique, quia neq; in eo, quod diximus in præcedente ratione, neque alio modo aliqua potest assignari cōtradictio ex eo, quòd corpus in diuersis locis etiā secundum extensionem cōstituatur, neq; ex eo aliquod absurdum deduci: ergo id nō est potētiæ Diuinæ denegādum. Hæ rationes nō solum probant aduersus hæreticos, posse idem corpus indiuisibili modo, sed etiā aduersus catholicos secūdum extensionē in pluribus locis simul esse: eo præsertim quòd omnia absurda, quę alij catholici inferre contēdunt, & rationes, quibus vtuntur contra hanc sententiam, circa modum existendi in pluribus locis secundum extensionem, si alicuius momenti essent, eodem modo pugnarent contra catholicam doctrinam de existentia corporis Christi in pluribus locis modo indiuisibili.

Secunda.

Tertia.

12

Notantur aliqua, quæ Autores nonnulli concedunt, vt prædictam sententiam defendant.

CAPVT III.

EX Doctoribus, quos præcedente capite pro prædicta sententia allegauimus, nō pauci, neq; ignobiles ita eam defendūt, vt aliqua etiā ingenue fateātur, quæ aduersarij tāquā absurda cōtra ipsos inferre cōtendunt, cum tamen ea, me quidē iudice, negari potius deberent: neque ex eo, quod idem corpus vno, aut alio modo in diuersis locis simul esset, vllo modo sequi cōcedēdū esset. Ex quo sane

effectum eſt, vt etiam doctrina catholica de exiſtentia Chriſti in diuerſis locis indiuiſibili modo hæreticis in dies difficilior viſa fuerit. Quocirca, ante quam noſtram in hac controuerſia ſententiam proferamus, ſigillatim ea recenſere, & quo pacto ex prædicta ſententia non ſequantur oſtendere, operepretiũ fore exiſtimauimus. Ex ijs autem, quæ contra prædictam opinionem afferri ſolent, quędam ſunt contra exiſtentiam corporis in pluribus locis modo indiuiſibili: quædam autẽ contra exiſtentiam modo diuiſibili, & ſecundum extenſionem. Primo contra ipſos aliqui inferunt, ex prædicta ſententia, fore, vt idem homo poſſet eſſe ſimul in gratia, & in peccato, beatus, & damnatus, ſi ſimul in diuerſis locis eſſe poſſet: nam in vno loco poſſet peccare, & in alio diligere Deum, aut dolere de peccatis propter Deum, poſſet etiam in vno videre Deum, & in alio cruciari.

13

Primũ ab ſurdum.

Secũdũ.

Secundo ſequeretur, eumdem hominem viuere in vno loco, & mori in alio, quia in vno loco vulneraretur, in alio non, vel quia in vno poſſet eſſe coniuncta anima corpori ipſius, in alio vero poſſet ſolum corpus ſine anima collocari. Tertio ſequeretur, idẽ corpus poſſe eſſe propinquum alteri, & diſtans ab eo, eſſe ſurſum, & deorſum: quæ tria videntur ſequi ex eo, quòd idem corpus ſit in diuerſis locis etiam ſi in vno tantum ſit ſecũdùm extenſionem, in reliquis vero modo indiuiſibili. Contra modum vero exiſtendi in diuerſis locis ſimul modo diuiſibili, & ſecundùm extenſionem inferunt, fore, vt idẽ corpus ſimul moueretur motibus contrarijs: eo quod in vno loco caleſieret, in alio autem frigeſceret propter diuerſas, & contrarias cauſas, quæ in diuerſis illis locis eidem corpori applicarentur. Ex his vero contrarijs, quæ eidem corpori conuenirent, inferre contendũt contradictionem. Nam homo, qui eſt in peccato, non eſt in gratia, & damnatus non eſt beatus, & qui eſt mortuus non eſt viuus, & qui eſt propinquus, non diſtat, & id, quod eſt calidum, non eſt frigidũ: ac proinde iam per contradictionem negantur omnia illa, quæ de eodem affirmari diximus, nempe, eſſe in gratia, eſſe beatum, eſſe viuum, diſtare, & eſſe frigidum. Et ita ex eo, quod idem corpus ſit in diuerſis locis, ſequitur contradictio, quod idem eſt, atque in ſe implicare contradictionẽ. Doctores, qui præcedentem ſentẽtiã defendunt, varie reſpondent: neque enim omnes hæc omnia, quæ inferuntur, concedunt. Ricardus nihil reſpondet, neque ſimilia ſibi obijcit. Alex. planè concedit cõtraria etiã priuatiue in eodẽ homine exiſtente in diuerſis locis, vt albedinẽ, & nigredinẽ, vitam, & mortẽ, viſum, & cęcitatẽ. Quam ſententiã vniuerſe ſequuntur Gabr. Aliacẽ. Maior, & Claudius. Imo Gabriel non ſolũ id cõcedit, ſed etiam eamdem materiam in diuerſis locis, ita vt in vno ſit anima anima hominis, in alio vero anima bruti, aut etiã forma lapidis informata. OKam vero ſolũ meminit contrariorũ, eaque planè concedit eidem corpori in diuerſis locis, qualia ſunt ſurſum, & deorſum, calidũ, & frigidũ. Cęterũ cum inter oppoſita priuatiue, aut cõtrarie numerari ſoleãt beatitudo, & ſumma miſeria, ſeu pœna æterna, gratia, & peccatũ: Doctores citati, qui in eodem homine in diuerſis locis exiſtente admittunt vitã, & mortẽ, non eodẽ modo de his oppoſitis ſentiunt. Nam Aliac. loco allegato, & Gabr. in 4. d. 10. q. vnica art. 3. dub. illo 7. dicũt, qualitatẽ gratiæ, & peccati rectè eſſe poſſe in eodẽ homine non ſolũ exiſtente in diuerſis locis, ſed etiã in eodẽ. Putant enim ſuapte natura non eſſe ſibi contraria, aut vllo modo oppoſita: quia reddere hominẽ iuſtũ, & dignum æterna vita, non eſt, inquiũt, eſſentiale qualitati gratiæ, neq; operi bono, aut malo, vt homo per illud mereatur apud Deum, ſeu dignus ſit gloria, vel damnatione, & æterna pœna: ſed eſſe iuſtũ, & mereri apud Deum, ſeu dignũ eſſe gloria prouenit tãquã à cauſa formali à Diuina acceptatione, & dilectione; mereri autẽ, ſeu dignũ eſſe damnatione, & pœna æterna ex Diuina deſtinatione, & cõminatione, quæ ſunt verè contraria, & oppoſita. Cũque eadẽ ſit Diuina acceptatio, & dilectio, etiã ſi referatur ad eumdẽ hominẽ in diuerſis locis, habebit hunc effectũ, & denominationẽ iuſti, & merentis apud Deũ, vbicumq; ille fuerit, quia eſt eadẽ forma, & à loco omnino abſtracta, & abſoluta. Cõtra vero Ioann. Maior q. illa 4. §. *Secundo arguitur*, mentionẽ faciens huius ſententię, quod attinet ad meritũ, & iuſtitiã, ſeu gratiã apud Deũ, oppoſitũ cenſet probabilius, ita vt homo in vno loco exiſtẽs poſſit eſſe in gratia, & in peccato, dignus vita ętterna, & ętterna pœna; etiã ſi ipſe concedat cũ Gabr. & alijs, hos effectus in anima nõ prouenire ex ipſis qualitatibus, & operationibus, ſed ex Dei acceptatione, & voluntate. Alij vero Autores horum contrariorum non meminerunt.

Quartum.

14

Gabriel. Aliacenſ. Maior. Claudius.

OKam.

15

Aliacenſ.

Maior.

16

Solutio aliquorum. Ricardus. Alexand.

Porrò Theologi prædicti ita philoſophãtur, quia exiſtimant, exiſtente aliquo corpore in duobus locis, non neceſſario omnia, quæ ſunt in eo in vno loco, ipſũ comitari in alio; ſed fieri poſſe ſaltẽ à Deo, vt in vno loco maneat cũ illis, & in alio ſit ſine illis, vel cũ contrarijs, ſiue illa ſint abſoluta cuiuſcumque

ratio

rationis, siue relationes. Et quamuis Recentiores aliqui quibus hic modus philosophãdi maxime placet, tres referant diuersas Autorum sententias circa hanc comitantiam eorum, quæ in aliquo corpore sunt, nihilominus tamen omnes, quos hactenus allegauimus, in hoc conueniunt, vt saltem per Diuinam potentiam fieri possit id, quod diximus. Vtrum autem naturaliter sine nouo miraculo, quæcumque sunt in eodem corpore, deberent ipsum comitari in pluribus locis, in quibus à Deo constitueretur, an vero naturaliter etiam postularent in diuersis locis manere, nullus explicat præter Grabielem in illa lectione 46. in canonem Missæ, litera F. & G. Qui, cum doceat, sicut alij fieri posse, vt ea, quæ sunt in aliquo corpore in vno loco, non comitetur ipsum in alio, sententiam Scoti, qui dicit, vt infra referemus, omnia, quæ sunt in aliquo corpore absoluta à loco, & eo priora, comitari ipsum corpus in diuersis locis, in quibus simul à Deo constitueretur, interpretatur hoc modo, nisi fiat nouum miraculum. Per nouum autem miraculũ, inquit, fieri potest. Quòd si solum fiat à Deo miraculum circa existentiam eiusdem corporis in diuersis locis, & deinde sine alio nouo miraculo res in suo cursu naturali relinquantur, existimat, non solùm ex mente Scoti, sed etiã ex propria sententia, omnia, quæ sunt priora loco comitari corpus ipsum in pluribus locis, si in pluribus ponatur. Verum, hanc interpretationem non esse secundum mentẽ Scoti, inferius plane ostendemus.

17

Hæc sunt, quæ Autores allegati circa hanc rem docent: Recentiores autem referunt, quosdam ex illis docere, non solùm secundùm potentiam absolutam, sed etiam naturaliter fieri posse, vt ea, quæ sunt in aliquo corpore, ipsum nõ comitentur in alio. Alios verò asserere, secundum potentiam solũ absolutam id fieri posse, addito nouo miraculo; relictis autem rebus in suę naturæ cursu, id, quod existit in corpore in vno loco, comitari ipsum in alio: pro qua sententia refertur Sotus. Ego tamen in Doctoribus allegatis hanc diuersitatem opinionũ nõ inueni: quid verò senserit Sotus, inferius dicemus.

18

Sotus

Solutio alia Recentiorum.

Recentiores demum prædicti, quibus illa opinio de existentia eiusdem corporis in diuersis locis etiam placet, circa comitantiam alio modo philosophantur: dicunt enim primum, bene posse fieri à Deo per potentiam suam absolutam, vt ea, quæ sunt in corpore, etiam si sint absoluta à loco, ipsum comitentur in vno tantum loco, nõ in omnibus, quia nullam in hoc putant esse contradictionem: deinde dicũt, proprietates intrinsecas, & cõnaturales alicui corpori, aut rei, si naturæ suæ relinquantur, neque fiat circa illas nouũ miraculum, vt ex mente Gabrielis dicebamus, comitari corpus ipsum, vbicumque fuerit. Hoc tamen intelligunt, si corpus prius existens in vno loco, postea in alio ponatur per actionem solũ, quã vocant adductiuam, non autem per actionem, quæ sit noua productio substantialis eiusdem corporis. De actione adductiua hoc probãt: quia, sicut motis nobis naturaliter mouentur ea, quæ sunt in nobis, ita etiam adductis nobis, naturaliter adduci debent ea, quæ sunt in nobis: vt enim adducantur nobiscum, non opus est relinquamus priorem locum. Postremo addunt, si idẽ corpus ponatur in pluribus locis per plures actiones substantiales, quibus producatur, siue id fiat simul, siue successiue, fere ex voluntate Dei pendere, vt in omnibus illis habeat, vel non habeat easdẽ qualitates, seu proprietates à loco absolutas, tametsi magis congruum, & conueniens videatur naturis rerum easdem in omnibus locis habere. Probant autem, quia, cum hę proprietates non sint rebus debitæ, neque naturam illarum intrinsece sequantur, sed noua actione cum rebus ipsis producantur, nullam habẽte necessariam connexionem cum productione substãtiali ipsarum rerum, fit, vt ex sola Dei voluntate pendeat, has proprietates in diuersis locis simul cum ipsius rebus produci, & collocari. Ideo autem existimant congruum, & conueniens esse, vt comitentur res ipsas, vel corpora indiuersis locis, quia hoc ipso, quod insunt rebus existentibus in vno loco, videtur quodammodo debitum, vt comitentur eas etiã existentes in alijs locis. Hæc sunt, quæ videbantur sequi ex prædicta sententia de existẽtia eiusdem corporis in diuersis locis, eaque ingenue fatentur Autores illius, cum tamen, vt sequente capite videbimus, nullo modo sequantur, aut concedi deberent.

19

20

Ea, quæ notata sunt in præcedente capite, immerito à prædictis Autoribus concedi.

CAPVT IIII.

VERVM, quamuis ego existimãrem, idem corpus secundum extẽsionem in pluribus locis simul esse posse, tamen ea omnia, quæ in

præcedente capite notaui nullo modo concedere, tum quia ad defendendũ hoc myſterium id neceſſarium non eſt: tum etiam, quia cũ ſenſui multo difficiliora ſint, quã myſterium ipſum, ac proinde argumenta hæretico rum contra ea vulgo magis plauſibilia, effici tur, vt dum hæretici magna cum probabilita te illa impugnãt, magnificentiſsime ſe iactẽt, quod & myſterium quoque ipſum eadem probabilitate refellant. Et cũ antea cõtra myſterium Euchariſtiæ friuolis, & infirmis argumentis ſolũ vterẽtur, iam multo firmiora habere imperito vulgo videantur. Ex Doctoribus vero Scholaſticis, omiſsis illis, qui negãt, idem corpus ſecundùm extenſionem in pluribus locis ſimul eſſe poſſe: ex ijs etiam, qui, id fieri poſſe affirmant, aliqui docent, omnes abſolutas qualitates, & omnia accidentia præter locum, & relationes ex loco proueniẽtes: denique omnia, quæ ſuapte natura ſunt priora loco, ſemper comitari corpus, vbicumque fuerit. Ita expreſſe docet Scot. in 4. diſt. 10. quæſt. 2. §. *Dico ergo.* verſicul. *Aliqua argumenta.* Neque verò hoc putat Scotus, ſicut ipſum interpretatur Gabriel lectione illa 46. litera F. ſi res relinquantur à Deo ſecundùm ſuas naturas, & curſum ipſarum; ſi autẽ Deus velit, fieri poſsit, vt accidentia non comitentur corpus in omnibus locis; ſed id intelligit quocumq; modo. Ratio enim ipſius, vt inferius oſtendemus, ita manifeſte probat. Et idẽ planè aſſerit in eadem diſt. quæſt. 4. §. *Ad argumenta.* verſicul. *Ad aliud argumentum.* Affert autem Gabriel verba eiuſdem Scoti in ea q. 4. eiuſdem diſtinctionis. §. illo, *Ad argumentum*, in hunc modum: *Et etiam poſſet dici, quod non eſt neceſſe, poſita exiſtentia corporis hìc, & ibi, quòd illa, quæ inſunt corpori ſub vna exiſtentia, inſint ſubalia, loquendo etiam de formis abſolutis; neque tamen ſequitur contradictio, &c.* Verum Gabriel, non videtur totam eam quæſtionem legiſſe nam prædicta verba non ſunt ex ſententia Scoti, ſed illis ſolùm oſtendit id, quod aliquis poſſet reſpondere ad argumentum, ad quod ipſe planè reſponderat in verſiculo citato, dicens fieri non poſſe, vt vnum corpus ſit mortuum in vno loco, & viuum in alio: eo quòd ſequeretur manifeſta cõtradictio. Nam poſtquam adduxit verbis citatis id, quod aliquis reſpondere poterat, & id ratione confirmauit, impugnat aperte prædictum reſponſum. in verſic. *Contra vbicumque, &c.* cum Scoto plane conuenit Marſilius in 4. q. 7. artic. 3. ſuppoſitione 3. & conſonat doctrina totius articuli: idem docuit q. 8. artic. 3. quare immerito citari ſolet pro oppoſita ſententia. Neq; oppoſitũ ſenſit Dominicus Sotus in 4. d. 10. q. 1. art. 5. nã, licèt in prima propoſitione ex ijs, quas dixit eſſe adnotandas, aſſerat, omnia prædicata abſoluta, quę in vno loco corpori conueniunt, cõuenire eidem in alio ex natura rei, licèt non prædicata relatiua: & in ſecunda dicat, per nouum miraculum poſſe conuenire corpori aliquam qualitatem in vno loco, & non in alio: & in tertia, non poſſe duo contradictoria de eodẽ corpore verè enũciari, & alia huiuſmodi; ſubiungit: *Quæ profectò non ſunt creditu facilia*, vt ita oſtendat id, quod antea dixerat, nempe, ex ſententia eorum, qui dicunt, idem corpus poſſe eſſe in diuerſis locis, ſequi aliqua vſque adeo ſtupenda, vt prædictam ſententiam maxime dubiam reddant. Sententiam Scoti, quam diximus, ſequuntur etiam aliqui, qui dicunt, vnum corpus non poſſe eſſe in pluribus locis ſimul: eoquod contra eam tamquam abſurdum inferunt, poſſe idem corpus eſſe in vno loco viuum, in alio mortuum: & alia huiuſmodi, inter quos eſt Ledeſma in 1. p. 4. quæſtio. 16. artic. 1. Eamdem quoque doctrinam in vniuerſum ſequutus eſt Sanctus Thomas in hac quæſt. 76. artic. 4. & 5. ad 3. & quæſt. 81. articul. 4. quamuis non explicet, vtrum eam etiam intelligat ſecũdum potentiam Dei abſolutam, an non. Et Henricus quodlib. 9. quęſt. 32. Antiſiodorenſis lib. 4. ſummæ tractatu 5. cap. 5. quęſt. 6. poſt medium. Hi autem duo eam intelligunt etiam ſecundum potentiam abſolutam: quia dicunt, manifeſtam contradictionem contineri in eo, quòd quis dicat, idem corpus viuere in vno loco, & mortuũ eſſe in alio, à quo non longè abeſt S. Thom. loc. citat. cum abſolute abſque vlla limitatione prædictã doctrinã nobis tradat.

Iam verò ratione oſtẽdamus, ea omnia, quę notauimus, immeritò concedi à Doctoribus, qui præcedentem ſentẽtiam ſequuntur; tum quia facili ratione ad ea omnia reſpondere poſſent: tũ etiam, quia manifeſtam in ſe implicant contradictionem. Vt hinc etiam conſtet, Doctores, qui contendunt, idem corpus ſecundum extenſionem non poſſe eſſe in diuerſis locis, inepte ea tanquam abſurda cõtra ſententiam oppoſitam intuliſſe, cum tria priora, quæ enumerauimus, ſi alicuius momenti eſſent, etiam contra myſterium Euchariſtiæ pugnarent. Id autem primo in vniuerſum probatur hac ratione, quia priora loco, & abſoluta ab eo, ita conueniunt corpori, & rei ſecundum ſe, vt ei non conueniant vllo modo relate ad locum, cum ſint ab eo abſoluta, vt qualitas, & alia accidentia: ſicut è cõtrario relate ad locum conueniunt ea, quæ ex loco aliquo modo pendent, qualis eſt motus, actio in ſubie-

21 Omnia accidentia abſoluta à loco cõueniunt eidem corpori in pluribus locis exiſtenti. Scotus expoſitus Gabriel. 22 Marſilius. Sotus. 23 Ledeſma. S. Thomas. Henricus. Antiſiodor. 24 Exeoquod idem corpus ſit in duobus locis non ſequũtur notata abſurda. Primæ ſententiæ. 25

subiectũ, & passio ab agente, & c. ergo omnia absoluta à loco ita enunciantur de corpore absoluto a loco, vt per respectũ ad locũ eorũ enunciatio non limitetur. Id enim, à quo prędicatum absoluitur, non potest ipsum prædicatum limitare, quia nullo modo cũ eo connexum est, sed concomitanter omnino se habet: ita vt addere illud, vel non addere perinde sit. Verbi causa, si Petro conuenit esse album, enunciabitur de illo, siue habeat filiũ, siue non, eo quod albedo non conuenit ei respectu filij, sed absolute. Et ita cum dicimus, *Petrus est albus*, addere pro veritate enunciationis *cum filio*, aut *sine filio*, omnino est extra rem, & perinde est addere illud, atq; non addere: quia, quod habeat filiũ, aut nõ habeat, per accidẽs omnino est, vt sit albus: similiter, cum non sit albus per respectum ad motũ, aut quietem, parum refert, si pro veritate prædictæ enunciationis addas, *Ambulans*, vel *quiescens*. Cũ igitur corpus esse album absoluatur ab omni loco, & hoc prædicatum non cõueniat corpori relate ad locum, sed esse in hoc, aut illo loco omnino accidentarie, & concomitanter se habeat cum albedine, vt insit corpori, & ei conueniat, & de ipso prædicetur, sequitur, perinde esse dicere, *Petrus est albus in hoc loco*, atque sine additamento illo absolute dicere *est albus*, sicut perinde est dicere,

27 *Petrus est albus, ambulans*, vel *quiescens*, ac si illud non adderetur. Quare, si semel supponatur albus in vno loco, absolute etiam concedi debet albus sine respectu ad locum: cũ igitur postea conceditur non albus in alio loco, absolute etiam concedi debet non albus. Ac proinde ex prædicta sententia manifesta contradictio de eodem colligitur. Id quod diximus de albo, dicimus etiam de vita, & morte, de sanitate, & ægritudine, de gratia, & peccato, & de alijs prædicatis absolutis à loco.

In diuersis locis nõ est corpus album, & non albũ, vel nigrũ, mortuum, & viuum, &c.

Secundo de gratia, & de peccato, de merito vitæ æternæ & pœnæ æternę; peculiari alia ratione probatur, non posse vnum horum cõuenire homini in vno loco, & aliud in alio. Et sane, si vera esset Nominalium sententia, qui putant, hominem non reddi dignum vita, aut pœna æterna, nisi ex Dei voluntate acceptantis ad gloriam, aut destinantis ad pœnã, & peccatum imputantis, multò melius philosopharentur Gabriel, & Aliacensis, cum asserunt, non posse eũdem hominem in vno loco esse in gratia, seu dignum vita æterna, & in alio in peccato, & dignum æterna pœna; quã Maior, qui, prædicta facta suppositione, oppositum docuit: quia, cum hæ formæ prouenirent ex actu Diuinæ voluntatis, & hic circa eumdem hominem pro eodem tempore esset idem: eo quod Deus non posset simul eumdem hominem ad contraria acceptare, eadem esset in eodem homine, vbicumque esset, denominatio: quia actus Diuinæ voluntatis ad ipsum in quouis loco existentem eodem modo terminaretur. Verũ quia, vt probauimus 1. 2. disput. 204. actio peccati in homine cum qualitate gratiæ cõsiderata absque vlla acceptatione pugnat: eo quod peccatum absque vlla delectatione, & imputatione Dei ad pœnam reddit hominem ea dignum: & gratia absque vlla acceptatione ad gloriam, hominem ea etiam dignum constituit: id circo alia ratione id, quod diximus, probatur. Quia si gratia redderet hominem dignum vita æterna in vno loco, & non in alio, & peccatum in diuerso loco redderet dignũ æterna pœna:

Neq; idem homo in gratia, & in peccato.

Gabriel. Aliacensis.

Secunda ratio.

28 si postea in vno loco tantum constitueretur, aut in vno tantum statu maneret, aut in vtroque? atqui in vtroque simul non posset, quia ex natura rei ita inter se pugnant, sicut affirmatio, & negatio eiusdem de eodẽ, vt in ea disputatione vidimus: ergo in altero maneret; atqui neque in altero tantum posset manere: quia à peccato, quod semel cõmisit, non posset purgari per gratiam illam, cum non esset maior ratio, quare gratia expelleretur per statum peccati, quã status peccati per gratiam vt constat: ergo neque in alterutro maneret. Idem argumentũ fieri posset, si ille in vtroque loco moreretur, & post mortem anima eius desineret esse in duplici loco. Tertia ratio sit etiam cõmunis pro quocumque genere qualitatis corporeę, aut esse absoluti, & priuationis, quod conuenire potest corpori, & materiæ primæ. Nam Doctores oppositæ sententiæ, ideo dicunt, posse vnum corpus esse albũ in vno loco, & nigrũ, seu non album in alio, & sic de alijs qualitatibus contrarijs, quia censent, vnamquamque qualitatem habere suam extensionem distinctam ab extensione ipsius substantiæ, & ab extensione quantitatis, vt disput. 190. cap. 3. videbimus, ac proinde ex se habere præsentiam diuersam, quam cõmuniter vocant *vbi*: ex hoc enim inferunt, posse communicari vnũ *vbi* tantum qualitati, & duplex substantiæ, 29 & quantitati illius & ita ratione duplicis, *vbi* substantiam, & quantitatem esse in duplici loco, & distantia simul: ipsam autem qualitatem in vna solùm; ac proinde in vno loco, esse substantiam, & quantitatem cum qualitate, in alio verò sine illa.

Tertia.

Non est diuersa extensio quãtitatis, & aliarũ qualitatum neque diuersum vbi.

Verum præterquam quòd prædictum fundamentum ex principijs Philosophiæ facilè impugnabitur disputatione citata, vbi ostendemus, eamdem esse extensionem quantitatis

tis ſubſtantiæ, & cæterarum qualitatum, quæ corporeæ ſunt: ex quo etiã fiet, idẽ eſſe *Vbi*, & diſtantiam earum omnium, neque diuerſam eſſe poſſe; nunc etiam alio modo impugnari poteſt. Primum quia ſi tot eſſent extẽſiones, quot ſunt qualitates incorpore, & ita tot eſſent *Vbi*, & diſtantiæ, ſequeretur, fore, vt dum moueretur corpus habens quatuor qualitates, ſex motibus diuerſis ſecundũ locum, & ad ſex *Vbi* moueretur, nã vnaquæque qualitas ad ſuum *Vbi*, & ſuo motu moueretur, & ſubſtantia, & quantitas duobus alijs; quæ nemo hactenus dixit: tum etiam ſequeretur, albedinem, & nigredinem moueri per ſe, & non per accidens, hoc eſt, non motu alterius, ſed motu proprio, quod eſt contra doctrinam Ariſtotelis 5. Phyſicorum cap. 1. quã fuſè explicuimus 1. p. diſput. 191. cap. 3. Fore autem, vtid ſequeretur, manifeſtum eſt: quia albedo haberet ſuum proprium *Vbi*, & diſtantiam diuerſam à diſtantia, & *Vbi* quantitatis, & corporis: ea enim, quæ mouentur ad propriam formam, proprio motu, ac proinde per ſe mouentur. Quamuis autem dicere poſſet aliquis, hæc omnia moueri motu per accidens ad *Vbi*, quod habent ratione quantitatis; ſaltem concedere debet, moueri motu per ſe ad proprium *Vbi*: & licet vno motu moueantur per accidens, alio tamen motu moueri per ſe: quod plane eſt contra Ariſtotelem. Nam cum dixit, hæc moueri per accidens, planè intellexit, ita per accidens, vt nullo modo per ſe: quod enim vno tantum genere motus mouetur per accidens, ſi alio dicatur moueri per ſe, non dicitur ſimpliciter moueri per accidens, ſed cum additamento talis motus.

30

Ariſtotel.

Non eſt diuerſum *vbi* vitæ, & materiæ.

Deinde, quamuis qualitates omnes haberent diuerſum *Vbi* à quantitate, & ſubſtantia in eodem corpore; tamen materia, & vita, qua ipſa viuit per animam, non poſſet habere: neque enim eſt, aut eſſe poteſt alia quantitas, ſiue extenſio vlla materiæ, & alia vitæ deriuata in ipſam materiam ab anima: ſiue dicamus, effectum aliquem formalem ab anima in materiam deriuari, vt 1. tom. diſp. 19. cap. 3. explicauimus, ſiue dicamus, nihil aliud eſſe vitam in materiam, & eſſe hominis in illa, quàm animam, & materiam ipſam, & modum vnionis. Quis enim dicat, modum vnionis exiſtentem in ipſa materia habere aliud *Vbi*, quàm materiã ipſam, aut habere poſſe? Hinc autem rectè ſequitur, non poſſe vnionem, ſeu vitam materiæ relinqui in vno loco, & *Vbi*, & materiam in alium transferri, ac proinde fieri non poſſe, vt materia in vno loco ſit animata per formam, in alio verò non.

31

Poſtremò, licèt vita deriuata ab ãnimã in materiam, vel modus vnionis exiſtens in materia, haberet diuerſum locum, ſeu *Vbi*; nihilominus priuatio animæ, & vitæ in materia non haberet diuerſum locum, & *Vbi* à loco, & *Vbi* ipſius materiæ: quare vbicumq; ponerẽtur, & eſſet materia, quæ reuera alicubi eſſet priuata, deberet poni priuata. Si ergo ſemel eſſet in vno loco priuata, vbique etiam priuata eſſet, ac proinde non poſſet in vno loco eſſe animata, & in alio ſine anima, aut mortua: idem dico de alijs priuationibus. Exquo etiam infero, non poſſe idem ſubiectum in vno loco eſſe ſine forma, & in alio cum illa, & ita non poſſe eſſe eumdem hominem ſine viſu in vno loco, in alio verò cum illo, ſi loquamur de potentia ipſa videndi. Et multo minus verum exiſtimamus, quod alij dicunt, poſſe eumdem hominem eſſe in vno loco ſine oculo, quod eſt eſſe ſine aliqua parte integrante, veluti eſſe ſine brachio, & in alio cũ illo; nam pars corporis humani non habet diuerſum *Vbi*, & locum à loco, & *Vbi* totius, ſed vna pars loci totius illi reſpondet, & ita non poteſt manere brachium, aut oculus in vno loco, tranſlato toto corpore in alium, niſi iam incipiat habere nouum modum exiſtendi in loco, nempe per modum totius: tũc autẽ in nullo loco comitaretur corpus, quia non eſſet cum eo reipſa coniunctus. Ex vi ergo prioris loci, quem habebat per modũ partis, non poteſt non comitari totum corpus, cuius pars eſt.

Neq; priuatio vitæ in materia & ipſa materia.

38

Corpus nõ poteſt eſſe ſimul in vno loco cũ forma vna, & in alio ſine illa.

Miror autẽ Claudiũ Sainctẽ, & alios viros doctos huius ætatis, quòd putẽt, id, quod ipſi aſſerunt de corpore viuo in vno loco, & mortuo in alio, docuiſſe Hugonẽ de Sancto Victore, cuius locum ipſe Claudius non citat: id enim nuſquã ipſe dixit: poſſet quidem aliqua ratione prædictam ſententiam deducere, ſicut eam colligit Gabriel lectione illa 46. in canonem Miſſæ litera L. in fine ex doctrina ipſius Hugonis, quam retulerat lectione 37. litera F. Nam lib. 2. de Sacramentis p. 8. c. 3. dicit, Chriſtum in cœna corpus ſuũ diſcipulis impaſsibile tradidiſſe: hinc infert Gabriel, ſi illud conſecratum in triduo conſeruaretur, fore, vt ſub Sacramento ſemper viueret, quia erat impaſsibili modo, & tamen in cruce moreretur, & ita in vno loco viuus, & in alio mortuus eſſet. Verum ex hac doctrina firmum argumentum ad prædictam ſententiam comprobandam deſumi non poſſet. Nam, quòd ait Hugo, Chriſtum ſuũ corpus impaſsibile tradidiſſe diſcipulis in cœna non ideo dixit, quòd in Sacramento mori nõ poſſet, ſi extra Sacramentum moreretur: neq;

Claudius Sainctes. Falſo, & inutiliter citatur Hugo.

Gabriel.

33

quia

quia ibi haberet qualitates, & dotes gloriæ, quibus mortem, & passionem ibi impediret: non enim gloriosum ibi erat, sed quia, cum in Sacramento non esset secundum modum extensionis ad locum, à nullo contrario ibi
34 pati poterat; quod si ita existeret in Sacramento, vt esset etiam gloriosum, & qualitates immortalitatis haberet, non posset exterius, etiã in alio loco existens ab vllo occidi: neque oppositũ docuit Hugo: nam desinens esse sub Sacramento sicut reuera non fuit in triduo, etiam si illo modo impassibili in eo prius fuisset, reliquisset locum contrarijs, vt ab eis pati, & occidi posset. Hugo autem nihil docet de eo, quod esset, si in triduo sub Sacramento mansisset, neque de hac re vllam quæstionem proposuit. Et sanè constat ex verbis extremis illius capitis, Hugonem non aliam immortalitatem corpori Christi existẽti in Eucharistia tribuisse, nisi eam, quam diximus. Ideo enim, inquit, se tradidisse immortalem, quia incorruptibiliter manducabatur: & paulo inferius subdit: *Et in eo, quod dabatur, frangebatur, & non diuidebatur: edebatur, & non corrumpebatur.* Hugonis sententiam sic
S. Thomas. intellexit, & sequutus est S. Thomas in fra q. 81. art. 3. cum ait, dedisse quidem Christũ se ipsum passibilem modo tamen impassibili. Fateor tamen Innocentium 3. in lib. 4. de
Innocentij Tertij. mens. mysterijs Missæ cap. 12. alio modo sensisse, corpus Christi in Eucharistia tunc etiam in corruptibile fuisse, nempe, assumpta dote impassibilitatis. Verum numquam inuenies, ipsum docuisse, Christum in Eucharistia, ita fuisse tunc impassibilem, vt si in triduo sub accidentibus Sacramenti maneret, extra Eucharistiam occidi posset, & simul in Sacramento viuere. Quinimo horum sententiam initio capitis reiecit his verbis: *Sed quoniam incredibile iudicatur, vt secundum eamdem naturam simul esset mortalis, & immortalis, fuerunt alij, qui dixerunt, &c.* Cum igitur secundum aliorum sententiam statim docet, tunc Christum assumpsisse dotem impassibilitatis, non solum id dicit de Christo in Eucharistia, sed extra, siquidem fatetur, dotem subtilitatis, & agilitatis aliquando etiam
35 in hac vita mortali Christũ assumpsisse. Quare non concedit, Christũ mortalem se ipsum portasse immortalem, quando se ipsum discipulis præbuit, ac proinde nec asserit, qualitatem, & dotem illam in vno loco cum corpore Christi fuisse, & non in alio. Deinde vt probabile etiam subdit modum immortalitatis, quem supra nos absque dote gloriæ Christo in Eucharistia tribuimus, & probabiliorem existimamus: neque enim opus est, confugere ad dotem impassibilitatis, si alio faciliori modo defendere possumus, Christum se præbuisse Apostolis impassibilem. Neque cõtra hoc est, quod docent Henricus quodlibet. 5. q. 32. & Antisiodor. Antisiodorensis lib. 4 tractatu 5. cap. 5. q. 6. & alij, quos citabimus, disp. 192. cap. 3. & disp. 217. cap. 2. secundum sententiam cõmunem Theologorum Christũ præbuisse discipulis corpus suum passibile: intellegũt enim, ita tunc in Sacramento fuisse passibile, vt ibi habere posset vulnus & passionem inflictam sibi prout in loco existenti secundum extensionem, non quia prout existens in Sacramento cædi, aut percuti posset.

Henricus Antisiodorensis.

36 Firma igitur, & stabilis regula permaneat, quæcumque sunt priora loco, aut locum ipsum nullo modo consequuntur, aut per se respiciunt, ita comitari corpus in quo sunt, vt cum illo sint in pluribus locis eo modo, quo corpus ipsum in pluribus collocari possit. Ex quo etiam fiet, idem non posse moueri motibus contrarijs alterationis; sed qualitatẽ, quę in vno loco introducetur ab agẽte, ita per naturalem concomitantiam debere esse cum corpore in omni loco, in quo ipsum fuerit, vt contrariam expellat à corpore in quocumque loco vi naturali ipsius agẽtis, quod in vno loco applicatur. Neque vero hoc est agere in distans, sed in propinquum, quod, cum etiam sit distans, eumdem effectum in distantia habet, qui erit imprimitur ab agente propinquo in alio loco. Idem etiam de ægritudine, quæ prouenit ex vulnere in vno loco inflicto, & de omnibus alijs nunc breuiter dicendum est: nam de qualitatibus, & effectibus, quæ ab agente naturali imprimuntur corpori in vno loco, an ex vi actionis, & agentis naturalis imprimantur eidem in alio loco, & an verba, quæ denotant actiones & passiones, prædicari possint de eodem corpore in diuersis locis, disput. 193. & 194. videbimus, vbi ex hoc fundamento, quod nunc iecimus, philosophabimur.

Idem non potest moueri contrarijs motibus, etiã in diuersis locis.

37 Cæterum obijciet aliquis hoc modo: si idẽ corpus existere posset in diuersis locis, secum non deferret ad vnum locum *Vbi*, seu formam loci, quam haberet in alio: cur etiam eodem modo dici non potest, fore, vt corpus, quod existeret in vno loco, non deferret secum qualitatem, quam haberet in alio loco? Respondeo, diuersam esse rationem: nam si corpus posset esse in diuersis locis simul per Diuinam potentiam, ideo esset, quia sicut potest à Deo recipere duas qualitates etiam contrarias simul, posset quoque recipere duas formas loci, quas vocant duo *Vbi*; ita tamen recipere potest duas qualitates cõtrarias

Obiectio diluitur.

Discrimen inter formam loci, & aliasqualitates.

trarias ſimul, vt ab vnaquaque propriùm ſolùm recipiat effectum formalem, neque enim poſsibile eſt, vt vna tribuat effectum alterius. Eodem modo ita recipere poſſet duo, *Vbi*, vt ab vnoquoque reciperet ſuum effectum formalem, & ab vno non poſſet recipere effectum formalem alterius. Sic igitur fieri deberet, vt vnum, *Vbi*, eſſet forma, qua corpus illud ſolùm conſtitueretur in vna diſtantia, aliud autem in alia: ac proinde ita vnum, *Vbi*, conuenire ſolùm poſſet corpori
38 in vna diſtantia, non autem in alia: alioquin in eadem diſtantia eſſet per duo, *Vbi*, diuerſa, & interdum contraria. Sic igitur duæ formæ, *Vbi*, quaſi diſtraherent corpus, dum ipſum conſtituerent in diuerſis locis, & ipſæ formæ exiſtentes in eodem numero corpore (quod attinet ad diſtantiam) quaſi diuiderentur, & diſtraherentur, quamuis in ſubiecto vnitæ manerent; cum tamen aliæ formæ, quæ ſunt priores loco, aut ab eo non pendent, nullo modo diſtraherentur à corpore, & loco illius, ſed vbique ipſum committarentur. Quomodo autem ratione diuerſorum locorum idem corpus poſsit eſſe ſurſum, & deorſum, propinquum, & remotum, facile quoque ex dictis patet. Nam, ſicut ratione diuerſarum qualitatum poſſet eſſe album, & nigrum, ita etiam ratione diuerſorum, *Vbi* poſſet eſſe ſurſum, & deorſum, propinquum, & diſtans. Quo autem modo hæ poſitiones contrariæ, & diuerſæ conueniant corpori Chriſti exiſtenti in cœlo, & in Euchariſtia, vtrum per diuerſa *Vbi*, an alio modo, & quo pacto modum quantitatis ſecundùm extenſionem ad locum habeat corpus Chriſti in cœlo, & non in Sacramento, inferius dicemus. Nunc vero ex dictis ſolùm habeamus, eos, qui defendunt, idem corpus etiam ſecundùm extenſionem poſſe eſſe ſimul in diuerſis locis, concedere non debuiſſe, aut potuiſſe ea, quæ in hoc capite impugnauimus, cum plane abſurda ſint, neque ex eorũ ſententia ſequantur, vt vidimus: ſiquidem ea, quæ ſunt priora loco, non poſſunt non comitari corpus in omnibus locis: & eos, qui con
39 tendunt, non poſſe eſſe idem corpus ſecundùm extenſionem in diuerſis locis, hæc abſurda contra aduerſarios inferre, cum ex eorum ſententia minime ſequãtur, vt diximus: aut ſi his probaretur, non poſſe idem corpus ſecundum extenſionem eſſe in diuerſis locis, probaretur etiam, idem corpus non poſſe eſſe in vno loco ſecundùm extenſionem, & in alijs Sacramentali modo, quod eſt contra fidem.

Idem corpus in diuerſis locis ſurſũ, & deor ſ propinquũ & remotum.

Non poſſe idem corpus ſecundum extenſionem in diuerſis locis ſimul, bene tamen in vno ſecundum extenſionem, in alijs verò indiuiſibili modo à Deo conſtitui, autoritate probatur.

CAPVT V.

INTER Duas ſententias, alteram hæreticorum, alteram nonnullorum Scholaſticorum, quas memorauimus media, quæ mihi maxime probatur, duas continet partes, vna eſt, non poſſe idem corpus ſe 40
cundum extenſionem, & (vt aiunt) modo quãtitatiuo, ſimul in diuerſis locis à Deo collocari. Altera eſt, rectè poſſe idem corpus in vno loco ſecundùm extenſionem, in alijs verò modo indiuiſibili, & Sacramentali conſtituí: ſicut reipſa nunc eſſe corpus Chriſti, fide catholica confitemur. Hæc ſententia, quod attinet ad poſteriorem partem, citra controuerſiam eſt inter catholicos, eamque omnes ingenuè contra hæreticos confitentur. Priorem verò partem, de qua inter Scholaſticos quæſtio eſt, ſolum probabiliorem, & magis communem exiſtimamus: eam verò ex Scholaſticis docet S. Thomas quæſt. præcedente artic. 1. ad 3. Cum enim eſſet argumentum ad probandum, Chriſtum non eſſe ſub ſpecie-
bus: quia nullum corpus poteſt eſſe in pluribus locis ſimul: reſpondet, corpus Chriſti nõ eſſe in hoc Sacramento, ſicut corpus in loco, nempe, ſecundùm extenſionem, & menſurã loci, ſed quodã peculiari modo proprio huic Sacramento. Et ita, inquit, corpus Chriſti nõ eſſe in diuerſis altaribus, ſicut in diuerſis locis, ſed ſicut in Sacramento, ita tamen, vt verè & reipſa ſub Sacramento ſit. Quod ſi San 41
ctus Thomas poſsibile eſſe exiſtimaret, idẽ corpus eſſe in diuerſis locis ſecundùm extenſionem, minime id refugeret concedere, & ita argumento reſponderet. Clarius eamdem ſententiam ſequutus eſt infra quæſt. 81. ad ſecundũ, cũ enim eſſet argumentũ ad probandum, non potuiſſe Chriſtum accipere ſe ipſum in Sacramento, quia idem non poteſt eſſe in ſe ipſo, niſi ratione partium, quatenus, ſcilicet, vna pars dicitur eſſe in alia, vt tradit Ariſtoteles 4. Phyſicorum textu 34. reſpondet Sanctus Doctor, Chriſtũ in hoc Sacramento

Prior parẽ concluſionis.

S. Thomas.

Ariſtot.

cramento non eſſe in loco ſecundum propriã dimenſionem, ſed ſecundum dimenſionem ſpecierum: & ideò in quocumque loco, vbi ſunt ſpecies, eſſe etiam Chriſtum, & quia ſpecies illę potuerũt eſſe in manibus Chriſti, & ore eius, ideò ipſe Chriſtus potuit eſſe in ſe ipſo, videlicet, ſecundarie ratione ſpecierum. Subdit vero: *Non autem hoc potuiſſet eſſe, ſecundum quod comparatur ad locum per proprias dimenſiones.* Sentit igitur, idem corpus non poſſe eſſe in diuerſis locis ſimul ſecundũ extenſionem: ſi enim poſſet eſſe, non negaret, hoc etiã modo poſſe Chriſtum eſſe in ſe ipſo. Hoc idem indicauit in 4. diſt. 10. quæſt. 1. art. 1. ad 5. vbi hoc eodem modo ad idem argumentum reſpondet. Verum expreſſe, & ex inſtituto id docuit quodlib. 3. art. 2. & in 4. diſt. 44. quæſt. 2. artic. 2. quæſt. 3. ad 4. Bonauentura in 4. diſt. 49. 2. par. diſtinctionis art. 2. principali, qui eſt de dotibus, ſpeciatim artic. 3. qui eſt de dote ſubtilitatis, quæſt. 1. ad 4. Capreolus diſt. 10. quæſt. 1. artic. 3. ad primum Scoti eorũ, quæ ſecundo loco adducta fuere contra ſecundam concluſionem. Durand. quæſt. 1. num. 31. Paludan. quæſt. 1. numer. 115. in fine quæſtionis. Henricus quodlib. 9. quæſt. 32. Aegidius quodlib. 1. quæſt. 1. & quodlib. 2. quęſt. 17. & Theoremate 3. Ferrarienſis 4. contra gentes, cap. 63. §. *Ad euidentiam ſetundi.* & §. *Dicitur ſecundo.* Dominicus Sotus in 4. diſt. 10. quæſt. 1. articul. 5. vt precedente cap. notauimus: quamuis in 4. lib. phyſicorum oppoſitum docuerit. Ledeſma in 1. par. quarti quęſt. 16. artic. 1. dubita. 4. & Dionyſius Carthuſianus in 4. diſt. 13. quęſt. 3. dubitatione 1. Citantur quoque pro eadem opinione Heruæus quodlibet. 11. quęſt. 13. & Gotfredus quodlib. 13. quæſt. 4. Confirmari quoque poteſt hæc ſententia teſtimonio Auguſtini, quod cap. 7. in ſecundo argumento ex profeſſo explicabimus. Variæ autem ſunt rationes, quibus prędicti Doctores hanc ſententiam confirmant. S. Thomas, Durand. & Capreolus ea vtuntur: quia, quod eſt circumdatum loco, & circumſcriptum, ita eſt in illo, vt non ſit extra: nam, vt ait Durandus, quantitas ita determinat, & limitat corpus, vt faciat ipſum diſtare ab omnibus alijs, ac proinde ratione quantitatis non poſsit eſſe in pluribus locis ſimul; nihilominus, inquiunt, corpus Chriſti poteſt eſſe in pluribus Sacramentis, quia eſt in illis ratione ſuæ ſubſtantiæ, & ratione illius neque circumdatur, neque circumſcribitur, neque diſtat ſecundum ſe. Alia etiam ratione vtitur idẽ Sanctus Doctor in 4. quia, videlicet, corpus ratione quantitatis eſt indiuiſum, & limitatum in ſe, ſi autem eſſet in diuerſis locis ſimul ratione illius, à ſe ipſo diuelleretur, quod eſt impoſſibile. Henricus, Sotus, & Ledeſma probant ex abſurdis, quæ precedente capite examinauimus. Aegidius inde probat: quia ſicut res limitatur per ſuam naturam, vt eadem non poſſit eſſe in pluribus ſpeciebus, ita etiam corpus per quantitatem, vt non poſsit eſſe in pluribus locis: quibus etiam duæ aliæ annumerari ſolent, quarum prior Doctori Sancto tribuitur: videlicet, quia ſi idem corpus poſſet eſſe ſimul in pluribus locis, poſſet etiam eſſe in toto vniuerſo, ac proinde communicari ei poſſet attributum immenſitatis, quod proprium eſt Dei. Poſterior vero eſt: quia, ſi poſſet idem corpus ſimul in diuerſis locis collocari, communicatis diuerſis formis, quas vocant *Vbi*, poſſet etiam bis, & pluries in eadem diſtantia per duas, aut plures formas conſtitui. Has omnes rationes ego infirmas exiſtimo, aliquaſque earum ſigillatim diſſoluam cap. 8. quòd non ſolum contra exiſtentiam corporis in diuerſis locis ſimul ſecundum modum extenſionis, ſed etiam ſecũdum modum indiuiſibilem ſubſtantiæ, quo corpus Chriſti eſt in diuerſis altaribus pugnare videantur; reliquas vero vt minus ſufficięntes relinquam, eas enim omnes examinare, ſuperuacaneũ iudicaui: circa duas tamen illarum aliquid obiter notare operepretiũ duxi.

Primum, quamuis, qui oppoſitam ſententiam de exiſtentia eiuſdem corporis in diuerſis locis ſimul ſecundum extenſionem defendunt, concedere velint, poſſe idem corpus eſſe in toto vniuerſo, ſeu vbique ſimul; tamen ne in manifeſtum abſurdum prolabantur, id ita concedere debent, vt dicant, nõ poſſe cõſtitui idem corpus in toto vniuerſo ſub eadẽ diſtantia, ita vt totum habeat pro loco quaſi adęquato, ſed ita, vt conſtituatur in diuerſis locis per plures præſentias, & diſtantias ipſi communicatas, & vna forma *Vbi* occupet aliquid alterius, non tamen conſtituat corpus ſub vnamet diſtantia. Nam, ſi corpus vnius pedis ita conſtitueretur in loco totius vniuerſi, vt ſub vna diſtantia totum repleret, adæquaretur loco totius vniuerſi, & (vt dici ſolet) ei commenſuraretur; ſi tamen hoc corpus ratione primæ formæ *Vbi*, poneretur in loco vnius pedis tantum ſub vna diſtantia: deinde ratione alterius *Vbi*, poneretur in alia diſtantia, ita vt aliquid primæ, aut nihil illius occuparet, & ſic de alijs, non adæquaretur, neque commenſuraretur toti vniuerſo. Idem dico de corpore illo vnius pedis, vt non poſſit occupare locum quatuor pedum ſub vna indiuiſibili diſtantia, ſed ſub quatuor, vel pluribus

Bonau. Capreolus. Durandus. Paludanus. Henricus. Aegidius. 42 Ferrarien. Scotus. Ledeſm. Dion. Cart. Heruæus. Gotfredus. Auguſtinus. Variè probatur ab Autoribus. 43 44 Aliorum fundamenta debilia. Nonnulla pro illis notantur. 45

pluribus, quasi replicando ipsum, *Vbi*, in diuersa distantia, non minus, quàm si essent quatuor corpora quatuor pedum, & vnum post aliud spatium quatuor pedum occuparet, aut si quinque essent, & vnum subintraret, & participaret aliquid de loco, & distantia alterius. Ideo autem dixi, nō posse idem
45 corpus constitui in toto vniuerso, aut etiam in maiori loco sub vna distantia: quia inde sequeretur, minus corpus maiori posse adæquari, quod est impossibile: nam relatio adæquationis, seu æqualitatis quandiu manet eadem quantitas in extremis, variari non potest etiam secundum potentiam Dei. Quare, si suapte natura corpus paruum non poterat referri ad locum magnum relatione æqualitatis, non poterit etiam referri, ac proinde, neque ei adæquari per Diuinam potentiam: hæc enim nihil necessarium ad huiusmodi relationem supplere potest.

Deinde notandum est, eos, qui prædictam sententiam de existentia eiusdem corporis in diuersis locis simul defendunt, frustra, & absque vllo fundamento concedere, posse Deum constituere idem corpus intra eamdem omnino distantiam bis, & ter, existimātes, sub eadem distantia indiuisibili plures formas, *Vbi*, numero distinctas esse posse: hoc igitur frustra, & absque necessitate concedunt, cum neque ratio ipsa cogat, vt id concedant, neque id videatur possibile. Sicut enim in eadem omnino distantia impossibile est, esse diuersa loca continentia in eodem numero corpore ambiente, vel etiam in diuersis, cum ex distantia locus determinetur ad tale esse indiuiduum, & singulare, eadem ratione impossibile est, in eadem quantitate corporis contenti duas formas, *Vbi*, sub eadē omnino distantia fieri, & eidē corpori communicari; siquidem distantia non minus est
46 ratio formalis, *Vbi*, quàm loci continentis; dico autem distantiam à punctis fixis per cogitationem, quam alij vocant immobilitatem.

Prædicta sententia efficaci ratione probatur.

CAPVT VI.

HIS igitur, alijsq; rationibus omissis, quæ, me quidem iudice, parū momenti habent, vnica solum pro nostra sententia confirmanda nobis sufficiat, desumpta ex ipsa natura formæ, *Vbi*, & efficacitate corporis, quod illam habet. Nam si idem corpus posset esse in diuersis locis simul secundum extentionem, sequeretur, in omnibus simul moueri posse à principio interno, vel in vno naturaliter quiescere, & in alio ab eodem principio interno moueri, id quod nonnulli aduersarij in genue fatentur. Ponamus igitur eumdem lapidem supra trabem in duobus locis positum, & trabem remoueri: tunc sane duobus motibus simul deorsum, ac proinde à principio interno moueretur. Vel ponamus ipsum in centro naturaliter quiescentem, & supra trabem, aut columnam contra naturam: tunc sanè remota trabe, aut colūna, deorsum moueretur naturaliter, & ita à principio interno, & in centro naturali etiam à principio interno quiesceret. Hinc autem sequitur, fore, vt vtraque forma, *Vbi*, tam si lapis duobus motibus moueretur, quàm si in vno quiesceret, & in alio moueretur, tamquā à causa effectrice ab ipsa lapidis grauitate procederet: ac proinde grauitas naturali sua virtute causa esset conseruandi, aut efficiendi in eodem corpore duplex, *Vbi*, quod est absurdum. Idem argumentum fieri potest in animantibus, vt non possit idem in diuersis simul locis à Deo collocari: quia sic constitutum posset à se ipso in varias partes moueri: ex quo idem omnino incommodum sequitur. Adde, quòd idem animal in diuersis locis non posset illis non nutriri, aut augeri, ac proinde ab interna virtute diuersa *Vbi* in se ipso producere; quia impossibile est, animal, quod augetur, non occupare maiorem locū, quàm antea, & extendi.

47 Si corpus esset simul in diuersis locis, hoc posset habere à principio intrinseco.

Recentiores nonnulli vi huius argumenti oppressi negant, idem corpus sic constitutum in diuersis locis posse diuersis motibus moueri, sed necessario quiescere debere: id quod satis est, si intelligant de quiete in altero tantum loco: nam in eo, in quo naturaliter esset simul cum alio, nihil obesset, quo minus moueretur, dummodo in altero quiesceret. Probant autem, quia existimant, duo corpora posse se inuicem penetrare in eadem distantia, si à Deo ita constituantur; sic tamen penetrata nō posse propria virtute moueri, quia propria virtute se denuo penetrarent. Porro autem, duo corpora virtute Dei ita posse cōstitui, vt se inuicem penetrent, nemo est, qui ambigat. Verū hoc modo prædicta argumentatio dissolui non potest, nec aliqua ratio assignari duorū corporum se inuicem penetrantiū, ne propria virtute in contrarias partes moueri possint, & eiusdē corporis in diuersis locis simul constituti, ne in vnoquoque moueatur: nam corpora, quæ se penetrant

Responsio aliquorum

48

Refutatur

virtute Dei, habent manifeſtum impedimentum, ne à ſe ipſis ſi: penetrata moueantur: eo quod vnum corpus eſt extrinſecum obſtaculum, ne aliud moueatur intra illud: vt autē penetrata ſe moueri ent, moueri deberet vnū intra aliud, quod neutrum propria virtute efficere poteſt; vt autem corpus conſtitutum in diuerſis locis ſimul moueatur, nullum habet extrinſecum impedimentum & ex alia parte habet virtutem ſufficientem ad motum. Huius autem rei explicandæ gratia, notandum eſt, corpus graue, vbicumque extra centrum conſtituatur, talis eſſe naturæ, vt grauitet, & ſibi ipſi, atque corpori ſub ipſo cōſtituto impetum imprimat: eo quòd extra centrum nō quieſcit naturaliter, ſed contra naturam, ac proinde contra internum impetū: ex quo fit, vt reniti debeat; ſi autem in ipſo centro conſtituatur, ita propria grauitate ſe ipſum libret, vt non quieſcat, niſi centrum ſuæ grauitatis, quod eſt indiuiſibile, cum centro magnitudinis vniuerſi etiam indiuiſibili ſimul cōſtituatur, vt 1. 2. diſp. 81. cap. 3. fuſius oſtendi: eo quòd poſitum in centro à principio intrinſeco neceſſario quieſcat, ac proinde propria grauitate, & natura ibi libretur, & *Vbi*, quod habet, producat. Porro terræ, aut terreſtris corporis grauitatio extra propriū locum talis eſt, vt non ſolum ei conueniat, quādo contra ſuam naturam ab alio agente creato extra ſuum locū detinetur, aut motu ſibi contrario mouetur, ſed etiam cū à ſolo Deo hoc modo detineretur, aut moueretur: nam vt diximus eadem 1. 2. diſput. 25. cap. 4. etiā in eo caſu à Deo vim pateretur contra internum impetum. Hinc autem fit, vt cum lapis mouetur, aut detinetur ſurſum, etiam ad huiuſmodi motum, ſeu quietem, ac proinde ad ipſam formam, *Vbi*, vt efficiens cauſa concurrat. Nā, ſi duo homines in cōtrarias partes nauim impellerent, ſiue eam in medio immotā detinerent, quia æque vtrinque ab eis impelleretur: ſiue in vnam partem moueretur à potentiore, alio tamen renitente, vterque eſſet cauſa efficiens partialis illius, *Vbi*, per contrarios impetus naui impreſſos: quia tam is, qui eſt cauſa motus, quam ille, qui eſt cauſa, neve locius ab alio nauis moueatur, ſuo impetu concurrit, vt nauis habeat eo tempore illud *Vbi*, quod tunc non haberet, & vterque detinens nauim immotam eſt cauſa quietis, & *Vbi*, quod ipſa nauis tunc habet. Eodem quoque modo cum graue ſurſum moueturre nitens ſuo pondere, & grauitatione, ne velocius moueatur (quod quidem me iudice efficit imprimendo ſibi impetum quemdam, vt loco citato diximus) cauſa eſt illius formæ *Vbi*, quàm per impulſum proijcientis eo tempore habet. Neque propterea ſequitur, illum motum ſurſum eſſe naturalem ſimpliciter, eo quòd ad illum concurrat ipſa natura grauis: nam in eo duo conſideramus, alterum eſt motus, quatenus eſt aſcenſus ſurſum, & hoc modo fit à principio extrinſeco, & eſt contra naturam: altero modo, quatenus retardatio motus eſt, & hac ratione eſt naturalis, & à principio intrinſeco. His etiam adde, quòd corpus graue ſiue in vno, ſiue in duobus locis extra centrum à Deo cōſtitutum, in nullo naturaliter quieſceret, & detineretur, quia id nō fieret à principio interno, vt patet, ſiquidem natura non eſſet principium intrinſecum illius quietis, & detentionis: detineretur igitur, & quieſceret contra naturam, & ita grauitas illius reniteretur. Alioquin ſequeretur, fore, vt corpus illud extra ſuum locum à principio intrinſeco detineretur, & quieſceret, ne moueretur deorſum, quod eſt abſurdum, neque à Deo fieri poteſt. Porrò, fore, vt reniteretur, & contra naturam quieſceret, probatur: quia ſicut moueri loco non poteſt graue, niſi aut natura, aut vi, imo etiam teſte Ariſtotele, quem citauimus prima ſecundæ diſputatione vigeſima quinta capite tertio. *Omne, quod mouetur ſecundum locum, aut vi, aut natura mouetur*: ita etiam quieſcere, & detineri non poteſt niſi vi, aut natura: & quamuis poſſet aliquod loco moueri, neque contra naturam, & internum impetum, neque à natura, & interno impetu ipſius, quod ibidem oſtendimus falſum eſſe, nihilominus impoſsibile videtur, aliquid quieſcere, niſi aut à natura, & principio intrinſeco actiuo, & impetu interno, aut contra internum impetum naturæ. Sicut autem impoſsibile eſt, à natura, aut ab interno impetu extra ſuum locum proprium in contrario quieſcere, ita etiam impoſsibile eſt, non repugnante natura, neque contra internum impetum in eo loco ipſi contrario quieſcere.

Obſeruatio.

49

Corpus graue extra cētrum ſibi imprimit impulſum deorſum.

50

51

Ariſtotele.

Ex hac doctrinā ſequitur, fore, vt corpus graue, quod à Deo in duobus locis ſimul collocaretur, in vtroque interno impetu grauitaret, ſiue alter locus eſſet centrum mūdi, alter extra centrum ſuper terram, ſiue vterque eſſet ſupra terram; licet dicerem us, etiā fore, vt forma illa, *Vbi*, in vtroque loco à Deo produceretur. Nam quemadmodū, ſi graue in medio aere à Deo detineretur, nihil minus grauitaret, & deorſum impetu ſibi impreſſo à ſe ipſo reniteretur, quam ſi ab alio agente detineretur: ita etiam conſtitutum in duobus locis, in quolibet illorum grauita-

Corollariū primum.

ret, etiam ſi forma *Vbi* à Deo produceretur: neque enim grauitas corporis etiam poſiti in diuerſis locis minorem vim effectricem habet ad imprimendum impetum corpori, & mouendum ipſum, quam calor eius ad calefaciendũ aliud: ergo relicta ſuę naturæ in duobus locis duo, *Vbi*, in ipſo corpore aliquo modo etiam produceret, ſiue vtrobique detineretur à Deo extra proprium locum, & contra ſuam naturam, ſiue in vno loco tantũ hoc modo eſſet: ſemper enim grauitaret, atque ita ad locum, & *Vbi*, quod haberet, cooperaretur, aut quia extra naturalem locum detineretur: ſic enim contra naturam quieſceret, ac proinde reniteretur: aut quia in loco naturali eſſet, & ita à principio interno ibi quieſceret, & libraretur, ex quo etiam fieret, vt illud *Vbi*, quod ibi haberet ab intrinſeco impetu in ſe ipſo produceret.

52

Reſpõſum confutatur.

At dicat quis, corpus conſtitutum ſimul in diuerſis locis à Deo eo modo, quo diximus, habere impedimentũ, ne ad vtrumque, *Vbi*, cooperetur, vel ne vtrumque in ſe ipſo producat, nempe, quod id ſit impoſsibile, ſicut etiam duo corpora penetrata impedimentum habent, ne propria virtute moueri poſsint. Verum hæc reſponſio parum habet momenti, vt cap. 8. in ſolutione 1. rationis monſtrabimus. Poſſet quidem Deus imp edire effectum grauitatis corporis in ipſum, tum etiam auferre grauitatem à corpore, ne grauitaret; hoc tamen non obſtat, quominus dicamus, etiam hoc modo impoſsibile eſſe, idẽ corpus à Deo in diuerſis locis ſimul conſtitui: nam, ſicut impoſsibile eſt, idem corpus ita in diuerſis locis ſimul conſtitui, vt corpus ſit in actu primo proxime ad producendum in ſe ipſo plura *Vbi* ſimul, ſi natur- ſecundùm naturam operari: ita etiã impoſsibile eſt, ita conſtitui, vt ſit in actu primo remote ad eadem

53

plura *Vbi*, producenda in ſe ipſo, ſi ei cõceda tur ſua grauitas, quã ſuapte natura poſtulat.

Obiectio.

Cæterum obijciet aliquis hoc modo. Si prædicta ratio eſt alicuius momenti, ex ea etiam ſequitur, non poſſe idem corpus eſſe in diuerſis locis, ſeu quantitatibus modo indiuiſibili, ſicut eſt Chriſtus in quantitate panis: quia corpus ita exiſtens remotè ſaltem eſt in actu primo, vt habeat in ſe modum extenſionis ad locum, & careat modo illo indiuiſibili, quo impeditur, ne grauitet, & moueri poſsit in diuerſis locis.

Diluitur.

Verũ hęc obiectio facile refelli poteſt: quia corpus indiuiſibiliter exiſtens in diuerſis alijs corporibus, & quantitatibus, ſicut eſt Chriſtus in ſpeciebus panis, & vini, eſt quidẽ in potentia remota, vt careat illo modo indiuiſibili, & vnionis cum diuerſis quantitatibus & non ſit in illis modo indiuiſibili, ſed ſolum habeat modum diuiſibilem, non tamen eſt in potentia, vt modum diuiſibilem habeat in diuerſis locis ſecundũ extenſionem, ac proinde non eſt in potentia etiam remota, vt in diuerſis locis ſecundũ extenſionem, & per ſe moueatur; corpus autem exiſtens in diuerſis locis ſecundũ extenſionẽ, etiam ſi careret grauitate, eſſet in potẽtia remota, vt grauitaret, & moueretur, ſi ei grauitas, quam ſua natura poſtulat, daretur, neque illa contra naturam priuaretur. Porrò autẽ ea priuari contra ſuam naturam patet: quia, cum ſit qualitas abſoluta à loco, ſuapte natura deberet ipſum comitari, vbicumque eſſet, iuxta id, quod diximus ſupra cap. 4. Vt autem argumentum alicuius momenti eſſet, deberet conuincere, corpus Chriſti indiuiſibili modo in Euchariſtia exiſtens, eſſe in potentia ſaltõ remota, vt manens in cœlo, ſit etiam in Euchariſtia modo diuiſibili tamquam in loco, & ita vt in duobus locis ſecundùm extenſionẽ per ſe moueri poſsit, quod ſane nullo modo conuincit, nec leuiter ſuadet, ſed gratis omnino, & abſque fundamento ſupponit. Argumentum etiam alicuius momenti eſſet, ſi Chriſtus in Euchariſtia eſſet tamquã in loco: ſic enim in duobus locis exiſtens, eſſet in potentia remota, vt in illis ſimul per ſe moueretur remoto illo modo, quo impeditur, ne in Euchariſtia operari poſſet: atqui corpus Chriſti in Euchariſtia non eſſe tamquam in loco, diſputatione ſequente manifeſte oſtendemus.

54

Secundũ corollariũ

Sequitur præterea ex dictis, corpus in vtrõque loco nõ naturali ſimul conſtitutũ, naturaliter duobus motibus ſimul moueri poſſe, & ita duo *Vbi* producere: eo quòd, vt ſupra diximus, ab interno impetu in nullo illorũ extra centrũ quieſceret, aut detineretur à natura, ac proinde cõtra internũ conatũ ibi maneret. Ex quo etiam fieret, vt magis ei naturale, imò ſimpliciter naturale eſſet moueri: nam motus contra quietem violentam naturalis

55

eſt. Falſo igitur prædicti Theologi negarunt, tale corpus in duobus locis cõſtitutum ab interna virtute vtrobique poſſe moueri. Idem, quod diximus de corpore terreſtri, dicendũ eſt de aere, & igne, & dequolibet alio: quia vel ſuapte natura tendit ſurſum, vt communis opinio fert, aut ſuapte natura tendit deorſum, & ſolo impetu ſibi impreſſo à grauiori corpore deſcendẽte ſurſum impellitur, vt nonnulli exiſtimant: & vtrouis modo idẽ poteſt fieri argumẽtũ de corpore cœleſti. Similiter: quia vbicumque quieſcat, aut quieſcit abſque vlla interna repugnantia, & ita

quies

quies erit naturalis, & *Vbi*, in quo quiescet erit ipsi à principio interno: aut quiescit contra internum impetum, & ita etiam ab eo, vt ab effectrice causa procedet, sicut de loco, in quo quiescit graue contra naturam, dicebamus. Ex dictis constat, quo pacto impossibile sit, idem corpus in diuersis locis simul esse, quia simul in illis diuersis spatijs moueri posset, hoc enim eatenus solum censemus absurdum, quatenus sequeretur, idem corpus à propria virtute effectrice habiturum duo *Vbi* diuersa eodem tempore; non autem quia existimemus impossibile, diuersis motibus contrarijs, nempe sursum, & deorsum simul moueri, aut idem corpus propinquum, & distans ab altero esse. Hæc enim ex se minime essent impossibilia, siquidem de corpore Christi existente in cœlo, & in Eucharistia, hæc duo suo modo concedere debemus; sed quia, vt diximus, sequeretur, duo *Vbi* ab eadem virtute natiua corporis simul produci.

36

Obiectio.

At dicat quis, supposito priori miraculo, quo Deus efficeret, vt corpus in duobus locis simul collocaretur, fore, vt naturaliter, & à principio interno duobus motibus moueretur, illudque minime pugnare cum natiua virtute ipsius. Verum hæc solutio argumento facto non satisfacit; eo enim non solũ probatur, non posse idem corpus in duobus locis à Deo collocari: quia idem corpus non potest in duobus propria virtute moueri, & in de noua loca adquirere, sed etiam, quia cum à Deo in duobus locis poneretur, ad vtramque formam *Vbi* propria virtute, & ab intrinseco operaretur, & concurreret: quia vtrobique grauitaret, & ita impetu suo ad vtrumque *Vbi* cõcurreret, sicut supra probatũ est: hoc autem videtur impossibile quia impossibile est, creaturam propria virtute, & ab intrinseco cum Deo ad effectum supra naturã concurrere, tum etiam violentum esset huic corpori, si in duobus locis poneretur, duplici motu nõ moueri sola virtute propria absque nouo miraculo, quod videtur absurdum: cũ per miraculum primũ, quo poneretur in duobus locis, natura ipsius, & efficacitas nõ mutaretur vllo modo. Et quamuis idem ignis, si

Refellitur.

37

secundum extensionem ad locum in duobus locis à Deo poneretur, in illis simul posset materiam sibi proprinquam calefacere, nõ propterea dicendum est, posse idem corpus in duobus locis simul mouere, priori tantum miraculo supposito: nam si ignis poneretur in duobus locis, suppleretur à Deo aliquid ex parte principij ad calefaciendum, nempe, propinquitas loci, cuius defectus solũ in causa esse potest, vt diuersam materiã loco distãtem simul non calefaceret, nam ex parte principij calefaciendi sufficiens virtus esset ad calefaciendum diuersas materias, nisi distantia loci impediret. At verò, vt corpus in diuersis locis moueatur: & adquirat diuersa *Vbi*, idẽ omnino repugnat, quod impedit, ne propria virtute in diuersis locis primo constituatur. Nam constitui primo in diuersis locis, non est conditio propinquitatis requisita ad motum, sicut est ad calefaciendũ; sed est inceptio quædam effectus continuandi. Nã per constitutionem eiusdem corporis in diuersis locis simul hoc fieret, vt inciperet duplex forma *Vbi* continuanda per motum secundum locum: veluti initiũ calorisnon est conditio ex parte agentis ad continuandam calefactionem, sed est principium, ex quo continuari potest calefactio: ac proinde si ad tale duplex initiũ non potest concurrere virtus naturalis corporis, vt in duobus locis simul virtute propria cooperante constituatur, eodem modo concurrere non potest, vt in illis duobus simul à Deo conseruetur, & ab illis per motum in alijs, atque alijs continuo constituatur, cũ eadem omnino ratio sit principij, nempe, constitutionis primæ in duobus locis simul, & continuationis, nempe, existentię in duobus locis simul per motum ex tali principio, & initio continuatum, & hactenus de priori parte nostræ sententiæ.

38

Posterior vero pars de existentia eiusdem corporis in vno loco secundum extensionẽ, in alijs verò indiuisibili modo, sicut fatemur nunc esse Christum, facili ratione iam probari potest. Cum enim nihil eorum, quæ supra adduximus contra modum existendi in pluribus locis secundum extensionem, obstet, quo minus possit idem corpus esse in vno loco secundum extensionem, in alijs verò indiuisibili modo, plane cõsequitur, id à Deo fieri posse. Quod enim adduximus superius contra alium modum existendi in pluribus locis, in præsentinullam vim habet. Nam corpus Christi, quando est in Eucharistia, neque occupat locum, neque secundùm se distantiam habet, aut proprio motu moueri potest: sed ratione cuiusdam modi vnitur speciebus, sicut Angelus corpori, vt 1. p. disput. 188. cap. 7. explicuimus; & ratione specierum distat, & mouetur, vt inferius disput. 190. c. 4. dicemus. Sic igitur non sequitur absurdum, quod paulò ante inferebamus contra eos, qui dicunt, idem corpus posse esse in diuersis locis simul secundum extensionem: nam eo modo, quo Christus est in Eucharistia, neque distare potest, neq; in loco esse, neq; moueri

Posterior pars conclusionis stabilitur.

39

60

à ſe, vel ab alio ratione ſui, & per ſe, ſed ſolum per accidens. Quod autem ratione ſpecierum diſtet ab vno loco, & ſimul etiam ei propinquum ſit, moueatur ſurſum, & deorſum, moueatur, & quieſcat, nihil abſurdi continet. De oppoſitis autem circa illud tã contrarie, quam priuatiue, quæ ſit ſeruanda regula cap. 4. notauimus: nempe, vt ea, quæ Chriſto conueniunt, ita vt non pendeant à modo exiſtendi in loco, aut Sacramento, ſed veluti priora loco, aut ſaltem, non vt poſteriora, ei conueniant & in cœlo, & in Euchariſtia, & vbicumque fuerit.

Satisfit dubitationi.

Verùm quærat aliquis, quì fieri poſsit, vt modus quantitatis, ſecundùm extenſionem nondicatur eſſe cum Chriſto in Euchariſtia,

61 cum verè inſitipſi Chriſto, & reipſa ab eo non ſeparetur. Reſpondeo, in hac re eodẽ modo philoſophandũ eſſe, ſicut ſup. cap. 4. de duobus, *Vbi*, diximus, ſi idem corpus eſſe poſſet in diuerſis locis ſimul ſecundùm extenſionem. Nam, ſi idem corpus haberet duo, *Vbi*, per vnũ determinaretur ad vnam diſtantiam, & locũ, & per aliud ad alium, ac proinde vnum *Vbi* non eſſet in eadẽ diſtantia in qua eſſet aliud, neque in omni loco cum tali corpore. Eodem modo dicendum eſt, corpus Chriſti per formam, *Vbi*, quæ ipſi ineſt ratione modi quantitatis, quem appellamus extenſionem ad locum, determinari ad locum cœli, & diſtantiam illam, non autem ad alium locum, vel ad alium modum exiſtendi in alio corpore, aut ſub quatitate illius. Porro eidẽ corpori Chriſti Deus communicat quemdam alium modũ, qui, licet ei inſit, tamen non ineſt illi ratione modi quantitatis, qui dicitur extenſio ad locum, neque medio illo afficit ſubſtantiã eius, ſicut forma, *Vbi*, corpori ineſt ſed afficit ſubſtantiam corporis media eſſentia ſola quantitatis, ſicut albedo, & nigredo, & cæteræ qualitates, quæ ablato modo extenſionis ad locũ manere poſſunt in corpore: ratione autem talis modi communicati corpori Chriſti, corpus ipſum determinatur, & aptum redditur, vt coniungatur his, aut illis ſpeciebus vbicumque, & in quacumque diſtantia illæ fuerint: ſicut Angelus ratione ſimilis modi applicatur, & vnitur corpori in quacumque diſtantia: eſt enim ille modus quidam vnionis, ſicut in ea diſputatione 188. primæ partis diximus: cum igitur modus ille vnionis, non inſit corpori medio modo extenſionis ad locum, ſed media ſolum eſſentia quantitatis, efficitur, vt non vniat modum extenſionis cum ſpeciebus, ſed ſolam eſſentiam quantitatis, & ſubſtantiam eius cum alijs, quæ ipſam quantitatis eſſentiam nudam, & ſubſtantiam corporis comitantur, relinquat autem modum extenſionis ad locum ſolum in cœlo, quamuis reipſa à corpore Chriſti non ſeparetur.

62

Diluuntur argumenta hæreticorum in primo capite allata ad probandum, non poſſe eſſe vllo modo idem corpus in diuerſis locis.

CAPVT VII.

63 IAM Vero primum argumenta hæreticorum cap. primo adducta, quatenus pugnant contra catholicam doctrinam de exiſtẽtia corporis Chriſti in cœlo, & in altari: deinde vero argumenta Scholaſticorum, qui contendunt idem corpus ſecundùm modum extenſionis in diuerſis locis ſimul eſſe poſſe, facile diluemus.

Solutio primi argumẽti hæreticorum.

Ad primum igitur argumentum hæreticorum reſpondeo, diuerſam eſſe rationem de diuerſis temporibus, vt in eiſdem corpus ſimul eſſe queat, & de diuerſis locis, vt in eis ſimul per accidens poſsit collocari: nam cum diuerſa tempora ſibi neceſſario ſuccedant, hoc ipſo, quod diuerſa ſunt, ſimul eſſe non poſſunt: namque ſimul eſſe, & vnum alteri ſuccedere inuicem pugnant: ac proinde neque eãdem res eiſdem ſimul coexiſtere poteſt. At vero diuerſitas locorum eidem corpori ex hac parte repugnare non poteſt; quia diuerſa loca hoc ipſo, quòd diuerſa ſunt, nõ debẽt neceſſario ſibi ſuccedere, ſed ſimul ſunt. Si ergo ex alia parte nihil obſtet, quo minus eidẽ corpori conueniant, ex hac parte nihil obeſſe poterit. Ad ſecundum teſtimonium Auguſtini ex Epiſtol. 3. quæ eſt ad Voluſianum reſpondent aliqui, ipſum loqui de corpore exiſtente in loco naturaliter hoc eſt, ſecundùm modum ſuæ naturæ, ſecundùm quem dicit, non poſſe eſſe vbique; non autem negare per Diuinam potentiam eſſe poſſe. Ego vero primum exiſtimo, licet idem corpus per Diuinã potentiam poſſet eſſe in pluribus locis ſimul ſecundum extenſionem ad locum, nihilominus non fore, vt poſſet eſſe vbique hoc modo, quia non poterat ei reſpõdere totum vniuerſum tamquã vnus locus, niſi ei toti adæquaretur: ei autẽ adæquari non poſſet, vt ſupra vidimus cap. 5. Solum igitur replere poſſet vniuerſum pluribus præſentijs, & diſtan-

Diſcrimen inter diuerſa tempora, & diuerſa loca quoad ſimultatem.

Reſpõſum Auguſtin.

64

tijs;

tijs, ita tamen, vt inter vnam, & aliam poſſent eſſe alia infinita: nam poſſet eſſe (verbi cauſa) in loco decem pedum, & proxime poſt totum illum locum in alio etiam decem pedum interhęc tamen duo loca poſſent alia aſsignari, quę ex vtroque participarent, & haberent partem vnius, & partē alterius: Deinde dico, etiam ſi poſſet corpus paruum eſſe in toto vniuerſo ſecundum modum extenſionis, nihilominus non fore vbique totum, quia eſſet pars in parte & totum intōto. Auguſtinus autem nō negat idem corpus poſſe eſſe in toto vniuerſo, ſeu vbique, hoc eſt, in omni loco: de hoc enim non agit, ſed non poſſe eſſe totum vbique, quia vbicumque conſtituatur eſt pars in parte, & totum in toto: hoc autem intelligit, retento modo extenſionis ad locū: eo quòd proprium eſt ſpiritus, vt totus ſit vbique. Per *Vbique*, autem non intelligimus ſicut neque Auguſtinus totū vniuerſum ſed quamlibet partem loci cuiuſcumque: quia in qualibet totus ſpiritus eſt, corpus autē non item. Ob id tamen non negat, corpus modo ſpirituali exiſtens, & ſine extenſione ad locum poſſe eſſe totum vbique, ſicut Chriſtus eſt in Euchariſtia, cum expreſſe dixerit, totum Chriſtum eſſe in patribus minimis ſacramenti, vt ſupra vidimus diſput. 188, cap. 1.

Explicatur Auguſtin.

65

Ad alterum teſtimonium Auguſtini adductū in eodem ſecundo argumento, reſpondent etiam nonnulli, Auguſtinum loquutum fuiſſe de corpore naturali ordine ſeruato, ſic enim nō poteſt eſſe in diuerſis locis ſimul, ob id tamē non negaſſe, per Diuinam potentiam id fieri poſſe. Alij reſpondent, Auguſtinum loquutum fuiſſe contrà Manichæum, qui dicebat, Chriſtum non eſſe vnum hominem, ſed lucem quamdam expanſam per Solem, Lunam, & omnia alia loca: illum autem, qui à Pilato crucifixus fuit, fuiſſe phantaſma quoddam hominis, & ita Auguſtinum vti contra ipſos hoc dilemmate. ſi Chriſtus eſt ſpiritus, ſeu phantaſma, crucifigi non potuit: ſi autem eſt corpus expanſum per Solem, Lunam, & alia loca, non potuit totus ſimul eſſe in Sole, Luna, & in cruce: quia corpus ſic expanſum per plura loca non poteſt totum in ſingulis eſſe. Quocirca inferunt, Auguſtinum non negare, Chriſtum, aut idem corpus poſſe eſſe in pluribus locis ſimul. Verum argumentū Auguſtini contra Manichæos ſonge diuerſum eſt: vt enim ipſe refert, illi dicebant, Chriſtum patibilem ex terra genitum fuiſſe, & ex omni ligno ſuſpenſum fuiſſe, & in verba iacuiſſe: tum etiam fuiſſe Chriſtum à Pontio Pilato crucifixum: denique per Solem, & Lunam diſtentum. Quærit autem Auguſtinus ab eis, quòd Chriſtos eſſe dicant? Verum tres, an vnum tantum: & ſubiungit: *Quòd ſi ita eſt* (nempe ſi vnus tantum eſt Chriſtus) *illumque ſub Pontio Pilato paſſum eſſe conceditis, cum eum ſine carne eſſe narretis, nondum dico, quēadmodum tal em mortem ſine carne perpeti potuerit, ſed quæro, cui naues illas reliquerit, vn inde deſcendens talia parte retur, qualia ſine corpore fieri non poſſent?* Proxime autem addit: *Secundum præſentiam quippe ſpiritualem nullo modo illa pati poſſet, ſecundum præſentiam vero corporalem ſimul, & in Sole, & in Luna, & in cruce eſſe non poſſet.* Ecce Auguſtini argumentum, qui data opera non dixit. *Secundum præſentiam ſpiritualem*, (adde tamen: *Aut ſpirituali m do*, ſicut nunc eſt in Euchariſtia) ſimul in Sole, & in Luna, & in cruce eſſe non poſſe: ſciebat enim, id poſſibile eſſe, cum ſcirer, Chriſtum hoc modo nunc in Eccleſia in multis locis ſimul eſſe, ſed ſolum dixit, eo modo illa pati non potuiſſe. De præſentia vero corporali loquens non dixit, illa in tot locis pati non potuiſſe, ſed in multis locis ſimul eſſe non potuiſſe. Planum autem eſt, ipſum loqui non tantum ſecundum curſum naturalem omnium corporum, vt priores Doctores reſpondebant, ſed ſecundum potentiam etiam Dei abſolutam, vt ita eos conuincat. Alioquin, & ipſi facile reſpondere poſſent, per Diuinam potentiam id ſane fieri potuiſſe. Prętera, ipſum etiam non loqui, vt poſteriores Doctores dicebant, patet: quia Manichęi non dicebant, Chriſtum eſſe lucem illam exiſtentem in Sole, & Luna, & perfuſam per omnem locum: neque id impugnat contra eos Auguſtinus: ſed ſolum aſſerebant, Chriſtum diſtētum per Solem, & Lunam: de hoc igitur inquit Auguſtinus, ſecundum prę ſentiam corporalem non potuiſſe eſſe ſimul in Sole, & cruce. Quare iuxta doctrinam noſtram non tantum huic teſtimonio facile reſponderi poterit, ſed etiam ex eo noſtra ſententia non leuiter confirmari: dicimus igitur, Auguſtinum negaſſe, idem corpus poſſe eſſe in pluribus locis ſimul ſecundum corporalem prę ſentiam, hoc eſt, ſecundum extenſionem ad locum quod etiam nos negauimus: non tamē ſpirituali modo, quo Chriſtum eſſe in Euchariſtia concedimus.

Aliud teſtimonium eiuſdem Auguſtini variè explicatū.

66

Vera expoſitio.

67

98

Deinde, quod in eodē ſecundo argumento Caluinus aſſerebat, proprium eſſe Dei exiſtere vbique, ac proinde non poſſe corpori cōmunicari, nihil habet momenti: nam & æternitas eſt attributum Dei, & tamen aliqua creatura æterna eſſe poteſt, non quòd ipſum Diuinum attibutum, prout Deo conuenit,

Ratio ſtrictè ne eidem ſecundo argumento.

creaturæ cõmunicatur, ſed quòd ſine initio, & ſine durationis creatura fieri poſsit. Nam æternitas, quę eſt proprium Dei attributum, talis eſt, vt ſuapte natura ſit ſine initio, & ſine durationis, hoc eſt, vt nulli durationi conueniat, quę finem, aut initium habere poſsit, atque ipſi Deo ſuapte natura ita conueniat, vt ipſum eſſentialiter comitetur: æternitas autem, quę communicatur creaturæ, talis eſt, vt neque ſuapte natura conueniat durationi, cui ineſt, neque eſſentialiter eam comitetur, ſiquidem talis duratio, quæ eſſet æterna, poſſet etiam initium, & finem habere. Eodem quoque modo eſſe totum vbique, non ſolum in paruo, aut peculiari aliquo loco, ſed in toto etiam vniuerſo, communicari poſſet creaturæ etiam corporali, ſi modum habeat ſubſtantiæ, & indiuiſibiliter in ordine ad locum exiſtat, ſicut Chriſtus in Euchariſtia; obid tamen non diceretur corpori illi communicata immenſitas, quæ eſt Diuinum attributum: hæc enim ita Deo conuenit, vt ipſe Deus ex ſe ipſo poſtulet non ſolum eſſe vbique, hoc eſt, in toto vniuerſo, & in omnibus rebus illius, ſed etiam in quibuſcumque alijs, ſi nouiter crearentur: quod genus immenſitatis, ita prouenies ex natura Dei, nulli creaturæ cõmunicari poſſet. Quo circa ſolum communicari poteſt corpori, aut ſpiritui participatio quædam immenſitatis, ſicut, & æternitatis, vt 1. part. diſput. 177. cap. 3. explicatum eſt.

Ad tertiũ exponitur locus Matth.

Ad tertium argumentum ex illo Matth. vltimo: *Non eſt hic, &c.* reſpondeo, conſequentiam illam bonam fuiſſe, nempe, non eſt hic, qui ſurrexit. Quamuis enim per Diuinam potentiam poſſet manere in illo loco poſt reſurrectionẽ à mortuis, & ſimul in alio eſſe: tamẽ quia locus ſepulchri ſolum eſt pro mortuis recte intulit, non eſſe ibi, quia ſurrexit: vt quid enim maneret in loco mortuorum, qui iam ad vitam redierat?

Abſurdis fit ſatis.

Rationes vero philoſophicę ab abſurdo, quæ ab hæreticis afferuntur, leuioris momẽti ſunt. Primũ quia nõ conſequitur, idem corpus eſſe à ſe ipſo diuiſum ſi in diuerſis locis collocetur eo modo, quo diximus, ſed ſolum ſequitur, idem corpus habere diuerſum modũ exiſtendi: alterum in loco ſecundum extẽſionẽ ratione proprietatis quãtitatis, alterũ ſub ſpeciebus, per vnionem quãdam, vt diximus. Deinde non ſequitur illa contradictio, nempe exiſtẽdi in loco, & non exiſtẽdi: quia ſcilicet corpus exiſtens in aliquo loco circumſcriptiue, vt dici ſolet, ratione extenſionis quantitatis, non ideo dicitur circumſcribi, quia non ſit etiam in alio loco, ſed quia locus ille ei

70

ad æquate reſpondet, cũ autẽ dicitur eſſe definitiue in loco, aut corpus ſecundum modum indiuiſibilem, aut ſpiritus, non ideo dicitur, definiri illo loco, quia non ſit in alio, ſed quia ſecundum modum vnionis, quem cũ illo corpore habet, in quo eſt, adæquate illi reſpondet. Et ita ex eo, quòd idem corpus concedatur in duobus locis hoc modo, non ſequitur contradictio illa, nẽpe, quòd ſit in loco, & nõ ſit, neque ſequeretur ex eo quòd concederetur, idem corpus poſſe eſſe in pluribus locis circunſcriptiue ſecundum modũ quantitatis. Quomodo autem nihil abſurdi ſit, quòd idem corpus ratione diuerſorum locorum dicatur ſurſum, & deorſum, propinquum, & remotũ, tum etiam quomodo non ſequatur, idem corpus eſſe mortuum, & viuum, calidum, & frigidum, & alia huiuſmodi cap. 4. ſatis, ſuperque explicatum eſt.

71

Reſpondetur argumentis Catholicorum, capite ſecundo adductis ad probandum, idem corpus poſſe eſſe in diuerſis locis ſimul ſecundum extenſionem.

CAPVT VIII.

Diluitur primum argumẽtum ſcholaſticorum ab exemplis deductum.

DEINDE Argumenta cap. 2. allata, quibus Scholaſtici contendunt, idem corpus ſecũdum extẽſionem poſſe in pluribus locis ſimul eſſe, nõ minus facile diſſoluemus. Ad argumentum ſumptum ab exemplis, cum dicitur Chriſtus alicui apparuiſſe poſt Aſcenſionem in cœlos, aliqui dicunt, non eſſe intelligendum per ſe ipſum apparuiſſe, aut modo diuiſibili, aut indiuiſibili, ſed per Angelum, qui gereret perſonã illius, factas fuiſſe huiuſmodi apparitiones: ſicut prima parte diſputatione 185. capite ſecundo ex profeſſo probaui de alijs. Neque obſtare, quòd Actor. 26. dicat Chriſtus Paulo: *Ad hoc enim apparui tibi*, & quòd ipſe de ſe teſtetur vidiſſe Dominum Ieſum: nã, ſicut Angelus apparẽs in Veteri Teſtamento nomine Dei, dicebat. *Ego ſum Deus*, & qui Angelũ huiuſmodi videbãt, teſtabãtur ſe vidiſſe Dominũ, eo ſolũ, quòd Angelus ille nomine Dei apparebat, vt in ea diſputatione notauimus: eodẽ modo, & Angelus apparens in Nouo Teſtamẽto nomine Dei, aut Chriſti, & Deus, & Chriſtus vocatur, & qui ipſũ videt Chriſtũ etiã ſe vidiſſe teſtatur. Neq; obſtat, q̃ Paulus 1. ad Cor. 15. dicat, ſe Corinthijs tradidiſſe

Actor. 26.

Chriſti apparitiones miniſterio Angelorũ.

1. ad Cor. 15.

didisse, & quòd Christus mortuus est, & sepultus, & resurrexit, & postea, quasi in confirmationem resurrectionis adducat plures testes, quibus Christus apparuit, & inter eos se postremo loco enumeret, dicens: *Visus est, & mihi.* nam ad confirmandam suo testimonio resurrectionem satis fuit, quòd ei apparuisset Christus ministerio Angelorum. tamquã iam viuus; & Angelus nomine Christi tamquam viui loqueretur cũ eo. Nam, cum visio per Angelum deberet esse vera, manifestum signum erat resurrectionis. Sed melius S. Thomas

S Thomas. supra q. 57. art. 6. ad 3. sentit, Christum vt appareret per se ipsum Paulo, aut alijs, locum cœli deseruisse. Quo autem pacto testimonia

73 Patrum, quæ pro eadem sententia allata sunt non probent de existentia corporis secundũ

Patres explicantur. modum extẽsionis, in diuersis locis simul, sed solum de spiritu, aut de corpore habente modum spiritus, ibidem notauimus. Quod vero ibi adduximus ad probandum, esse eandem rationem spiritus, & corporis modo diuisibili existentis, parum momenti habet: neque enim obstat sola vnitas corporis, quo minus idem esse possit simul in diuersis locis modo diuisibili, sed moles, & extensio ad locũ, vt cap. 6. probauimus. Ad primam rationem concedimus, duo corpora posse se inuicem penetrare; non tamen idem corpus secundùm extensionem, & modo diuisibili posse esse in diuersis locis simul. Nam absurdum, quòd intulimus ex eo, quòd idem corpus eo modo sub diuersis locis simul esset, non potest colligi ex penetratione duorum corporum, neque vllum aliud. Quod si dicas, facta penetratione, aut possent corpora illa loco moueri, aut non possent corpora illa loco moueri? Respondeo non possent se propria virtute moueri, quia, si mouerentur, se penetrarent nouo modo virtute propria, quòd fieri nequit. Hoc autem sufficiens est impedimentum virtutis motricis, ne motum localem operetur: est enim extrinsecum impedimentum virtutis motricis, ne extra se operetur: sicut cum vnum corpus

74 alteri opponitur, non alia ratione, nisi quia illud propria virtute penetrare nequit. At obijcies, eodem modo corpus, si esset in diuersis locis simul modo diuisibili habitorum impedimentum, quod vincere non posset, ne propria virtute produceret plura, *Vbi*, in se ipso, sicut in penetratione etiam impedimentum habet, ne moueatur, quia producere plura, *Vbi*, in se ipso est impossibile, & ita vicem habet impedimenti. Verum, quis non videat, diuersam esse rationem? Nam si corpus esset in diuersis locis simul, nullum haberet extrinsecum impedimentum, neque vtrobiq; pr̃oduceret aliquod, *Vbi*. Quod enim aliquod *Vbi*, à Deo producatur contra internum impetum grauis, non obstat, quo minus impetus ipsius ad illud etiam, *Vbi*, producendum concurrat, vt vidimus. In penetratione autem est naturale impedimentum, & obstaculum: 75
quia corpus non potest propria virtute aliud penetrare, & naturaliter obest virtuti vnius corporis moles alterius, quod ei opponitur: quod autem obstat, ne fiat penetratio vlla, obstat eodem modo, ne fiat noua penetratio post priorem. Absurdum autem quod sequeretur ex eo, quòd idem corpus produceret in se ipso duo, *Vbi*, simul, vel ad illa duo simul vt efficiens concurreret, non est dicendũ obstaculum, ne corpus positum in diuersis locis posset vllo modo duo, *Vbi*, in se producere: sed sufficiens ratio, vt dicamus, non posse, idem corpus eo modo in diuersis locis simul collocari, quia si semel collocatum in duobus locis ex se expeditam alias habet virtutem ad agendum, sicut antea habet, & solum obstat impossibile, quod inde consequitur, totum impedimentum, & impossibilitas reducenda est ad principium, vnde id consequitur, nempe, ad positionem corporis in diuersis locis simul: hac enim semel facta, deinde naturale corpori videtur, secundum suam virtutem operari: quod si ex naturali modo operandi tunc impossibile sequeretur, fit etiam vt principium illud, nempe positio in duobus locis, sit impossibile. Porro autem, fore, vt si corpus in duobus locis simul eo modo constitueretur, duo in se, *Vbi*, produceret, si moueretur, vel ad illa duo concurreret effectiue, si quiesceret, vel alterum eorum produceret, ad alterum vero concurreret, cap. 6. satis superque ostensum est.

Ad secundam rationẽ dico, existere in pluribus locis simul secundũ extensionẽ esse cõtra rationẽ quantitatis, & cõtra rationẽ ipsam existendi in loco: quia hoc ipso, quod corpus est modo illo extẽso in vno loco, postulat necessario desinere esse in alio: eo quòd duo, *Vbi* 76
& loca eo modo eidẽ corpori conuenire non possunt, sicut c. 6. probatum est. Id autẽ etiã prouenit ex modo quantitatis: nam ab illo pẽdet, vt natura corporis operetur suum, *Vbi*, sicut ibidem diximus: ex quo sequitur absurdum, quòd ibi inferebamus. Repugnat igitur quantitati, & ipsi modo existẽdi in loco in pluribus locis simul esse, siquidẽ ex vtroq; capite sequitur absurdum, quod diximus. Atque hinc etiam solutio tertiæ rationis patet: nam, ex eo, quòd dicamus idem corpus in diuersis locis constitui, sequitur impossibile, quod capit. sexto notauimus, cum tamen illud,

Primo ratio diuimitur.

Occurritur obiectio.

Alia diluitur.

Secunda ratio dissoluitur.

Tertia

neque vllum aliud colligi possit ex eo, quod dicamus, idem corpus esse in vno loco secundùm extensionem; alibi autem indiuisibili modo.

An Christius sit in hoc Sacramento tamquam in loco, vt per se moueri possit? Disput. 190.

Christum esse in hoc Sacramento tamquam in loco per se, aliqui Theologi docuerunt. Cap. 1.

Corpus Christi sub hoc Sacramẽto ita esse in loco, & distantia propria, vt per se moueri possit, ijdem Theologi affirmant. Cap. 2.

Christum sub speciebus non esse tamquam in loco, neque habere proprium, Vbi, & distantiam, alij Theologi multo probabilius adstruunt. Cap. 3.

Corpus Christi ita esse in hoc Sacramento, vt ratione modi, quem in se habeat, non proprio motu intrinsece, sed solum motu specierum extrinsece moueri queat, ijdem Theologi probabilius adstruunt. Cap. 4.

Diluuntur oppositiones contra præcedentem sententiam. Cap. 5.

Christum esse in hoc Sacramento tamquam in loco per se aliqui Theologi docuerunt.

CAPVT I.

1 QVI Modum, quo Angeli in corporibus, & in loco esse dicuntur, bene norunt, facilè quoque intelligent, quid in præsenti controuersia de Christo in Eucharistia dicendum, sit. Quare, cum modus, quo Angeli in loco existunt, satis, superque à nobis explicatus sit 1. par. disp. 195. c. 3. superuacaneum sane videretur de modò, quo Christus est in Eucharistia in præsenti tractare, nisi in hac re varia sensissent Scholastici nostri, quę hoc loco examinare, inutile censeri non debet. Cum autem ea, quæ ad modum præsentię corporis Christi in Eucharistia, & quę ad motum illius pertinẽt, admodũ connexa sint sub hac vna disputatione tractare, atq; doctrinã art. 5. & 6. §. Thomæ simul elucidare, opere pretiũ duximus. Prior sententia nõ parũ hac ęrate plausibilis duas continet partes, quas Recentiores Theologi qui eam ampletuntur fusius explicant: nos tamen sub breuitate nobis cõsueta ita prestrigemus, vt nihil, quòd ad exactam intelligentiam, & confirmationem eius necessarium fuerit prętermittamus. Altera pars prędictę sententię pertinet ad locum, seu formam, per quam Christus existens in Eucharistia in loco esse dicitur, quamque *Vbi*, passim appellant. Altera verò ad motum secundùm locum: vel secundùm illam formam, quo Christum in Eucharistia moueri dicunt. De loco, seu forma illa, qua Christus in Eucharistia existens in loco esse dicitur, asserunt primum, in ipso Christo existente in hoc Sacramento esse modum quemdam distinctum ex natura rei ab ipso Christo, reductũ ad prędicamentum, quod vocant, *Vbi*, non autem pertinentem ad prędicamentum relationis. Esse quidem distinctum, ex natura rei à Christo, sicut modus distinguitur à re cuius est modus facile probant: quia Christus esse potest sine hac pręsentia, non tamen hęc pręsentia sine Christo. Ex quo rectè probatur distintio ex natura rei, non sicut rei à re, sed sicut modi à re: iuxta ea quæ diximus 1. parte disput. 116. cap. 5. Ad prędicamentum autem relationis non pertinere probant, quia esse non potest relatio rationis, cum sit quid reale, neque relatio realis, tum quia est fundamentum relationis propinquitas, & distantię, quę est realis; vna autem relatio realis non potest esse fundamentum alterius realis: tum etiam quia posset Christus manere cum eadem omnino pręsentia, quam nunc habet etiam destructis speciebus: ergo illa non pendet vt a termino a speciebus: nullum autẽ alium terminum realem habere potest: ergo non est relatio realis: hęc enim suapte natura postulat terminum realem.

Prior sententia bimembris.

2

Primũ assertum Recentiorum

3

Porro hunc modum pręsentię reducendũ esse ad prędicamentum, *Vbi*, in quo etiam constituitur pręsentia, quam corpus habet in loco ratione suę quantitatis, in quo eorũ sentẽtia potissime consistit, probãt autoritate Scholasticorum S. Thomas in 4. dist. 10. q. 1. art 3. q. 1. ad 1. Capreoli ibidem q. 1. art. 3. ad argumenta contra primam cõclusionem. Frerrari. 4. contra Gente c. 63. atque ita etiam affirmãt vt notum suponi ab Autoribus, qui dicunt, Christum ratione huius modi, seu pręsentię esse in hoc Sacramẽto, nẽpe ab Hugone lib. 2. de Sacramento p. 8. c. 11. Bonauent. in 4. d. 11 art. 1. 2. & 3. Durãd. q. 1. Scot. q. 1. & 2. Paludano q. 1. Maiore q. 4. Gabr. q. 3. & lection. 43. in

S. Thomas. Capreolus. Ferrariens. Hugo.

Bonauent. Durand. Scotus. Paludano. Maior. Gabriel.

43. in cānonem. Alano lib. 1. de Euchariſtia cap. 8. imo etiam à Chryſoſtomo homilia 24. in priorem ad Corinthios, & hom. 16 in epiſtolam ad Hebræos. Et quod caput eſt, colligunt ex illis verbis Concilij Tridentini ſeſſione 13. cap. 1. *Neque enim hæc inter ſe pugnant, vt ipſe Saluator noſter ſemper ad dexteram Patris in cœlis aſſideat, iuxta modum exiſtendi naturalem, & vt multis nihilominus alijs in locis ſacramentaliter præſens ſua ſubſtantia nobis adſit*, Qua vero ratione hæc verba ipſorum ſententiæ faueant, non explicant; fortaſsis ex eo colligunt, quòd Concilium dixerit, Chriſtum Sacramentaliter in alijs locis exiſtere: ac ſi eſſe in loco idem eſſet, quòd habere proprium, *Vbi*. Ratione verò probant: quia, cum hic modus realis ſit, oportet ad prædicamentum aliquod reuocari: ad nullum autem aliud nisi ius reuocari poteſt, quàm ad prædicamentum, *Vbi*, vt ipſi fuſius probant: rectè igitur ad prædicamentum *Vbi*, reducitur. Porro ſimilitudinem, & affinitatem huius præſentiæ Chriſti in Euchariſtia cum prædicamento, *Vbi*, declarant hoc modo. Quia, ſicut in corpore exiſtente in loco ſecundum modum extenſionis diuiſibilem, præter ſuperficiem continentem, ipſum corpus eſt etiam modus præſentiæ ipſius corporis replentis ſpatium, qui manet mutatis ſuperficiebus, ipſo autem corpore omnino immutato, ita vt ſi nulla eſſet ſuperficies continens, corpus haberet modũ illum præſentiæ, quæ per motum poſſet variari: ita etiam in corpore Chriſti intelligimus quemdam præſentiæ modum, per quem eſt intime præſens ſpeciebus, quas ipſas replens. Talem autem exiſtimant eſſe hunc modum, vt ex ſe conſtituat ipſum Chriſtum in tali, & tali diſtantia à puntis, quæ vocant imaginaria, qualia etiam conſideramus in loco continente, vt ei immobiſitatem tribuamus, per quam ipſum Ariſtoteles definiuit. Quinimo arbitrantur, ex fidei principijs plane colligi, talem modum præſentiæ Chriſti eſſe fundamentum diſtantiæ, & propinquitatis, ſiue diſtantia hæc, & propinquitas ſit relatio rationis, ſiue realis. Eumdem modũ præſentiæ in corpore Chriſti explicant exemplo ſubſtantiæ panis, cui ſuccedit corpus Chriſti in Euchariſtia. Cenſent enim, ſubſtantiã panis non ſolùm per quantitatem ſuam eſſe in loco, ita vt occupet illũ, ſed etiam ſecundum ſe non habita ratione quantitatis ita habere partes, quas vocant ſubſtantiales, vt per ſe ipſam propriam præſentiam cum diſtantia habeat, quam deſtructa quantitate ſua eodẽ modo retineret. Eadem ratione (inquiunt) in ſubſtantia corporis Chriſti, quæ ſuccedit pani, modus præſentiæ conſideráduseſt niſi quod ſubſtantiæ panis tribuit, *Vbi*, quodam talis naturæ, vt pars ſit in parte ſpatij, & tota in toto, & alio modo diſtet pars, & tota ſubſtantia, at vero ſubſtãtiæ corporis Chriſti tribuit tale *Vbi*, vt tota ſit in toto, & tota in quauis parte.

Alenus. Chryſoſtom. Cecil. Trid.

4

Ratio prædicta ſententia.

5

Ariſtotel.

ſimile.

6

Alij vero Recentiores Theologi, & Philoſophi putant hunc modum præſentiæ Chriſti in Euchariſtia ad prædicamentum, *Vbi*, non reduci, ac ſi ſpecies illius prædicamenti perfectè, & propriè non eſſet; ſed ad illud prædicamentu velut propriam, & perfectam ſpeciem illius pertinere. Et ita diuidunt prædicamentum, *Vbi*, in, *Vbi*, ſecundùm modum extẽſionis, quale dicunt corporibus conuenire, & in, *Vbi*, ſecundùm modum indiuiſibilem; quale aſſerunt eſſe in corpore Chriſti, & in Angelis, & in quauis ſubſtantia ſecundùm ſe: eo quòd alio modo non poſsint huic prædicamẽto, *Vbi*, ſpecies aſsignari, ſi ſolùm ſub eo conſtituamus *Vbi*, quòd conuenit corporibus ratione quantitatis diuiſibili modo, & (vt aiunt circumſcriptiue; cum tamen neceſſarium ſit ſub generaliſsimo cuiuſuis prædicamenti ſpeciesaliquas aſsignari.

Aliorũ plãcitum.

Poſtremo addunt Theologi, qui prædictã ſententiam ſequuntur, modum præſentiæ Sacramentalis, quem habet Chriſtus in Euchariſtia, eſſe ſuapte natura ſupernaturalem. Probant id ex ſententia Scholaſticorum qui affirmant, modum, quo Chriſtus exiſtit in hoc Sacramento, non poſſe etiam ab Angelo naturaliter cognoſci; poſſet autem ſine dubio, ſi ſuapte natura ſupernaturalis non eſſet, ſed naturalis, licet ex modo producendi cenſeretur ſupernaturalis, ſicut oculus cæco ſupra vim naturalium cauſarum reſtitutus, qui ab Angelo, imo etiam à nobis rectè intelligi, imo etiam videri corporali viſu poteſt: & hactenus de priori parte huius ſententiæ.

Corpus Chriſti ſub hoc Sacramento ita eſſe in loco, & diſtantia propria, vt per ſe moueri poſſit, ij lem Theologi affirmant.

CAPVT II.

POSTERIOR Vero pars prædictæ ſententiæ, quæ pertinet ad motum corporis Chriſti in Euchariſtia, eſt, Chriſtum in Euchariſtia

Secundum aſſertum

proprio motu moueri per ſe. Nam, ſicut puſtant, corpus Chriſti in Euchariſtia habere propriam præſentiam, & diſtantiam à punctis fixis, quæ imaginatione confingimus, & hanc variari, cum mouetur hoſtia, conſequenter affirmant, moueri per ſe, & non per accidens, nempe, non motu alterius, ſed proprio. Hanc partem de corpore Chriſti docuerunt Scotus in 5. diſt. 10. quæſt. 6. OKam in 4. quæſt. 5. §. *Quartum ad ſecundum*, & ad tertium eiuſdem artic. 2. Gabriel in canonem Miſſæ lect. 47. litera H. & in 4. diſt. 10. quæſt. vnica artic. 2. concluſio 10. & Maior quæſt. 6. Aliacenſis in 4. quæſt. 5. artic. 3. litera P. P. & ſequentibus Thomas de Argentina in 4. diſt. 10. quæſt. 2. art. vlt. concluſ. 3.

8

Scotus. OKam. Gabriel. Maior. Aliacenſis. Argentina.

Recentiores vero, qui hanc partem etiam ſequuntur, non ſolùm id docent de corpore Chriſti in Euchariſtia, ſed etiam de qualibet ſubſtantia exiſtente ſub quantitate, eo quod illa habet ſuam propriam diſtantiam, & præſentiam localem ſecundùm ſe, & non ſolum ratione quantitatis. Nullus tamen eorum dicit, corpus Chriſti in Euchariſtia moueri motu ſpecierum per accidens, ſicut re vera dicere debent, ſubſtantiam ſub quantitate moueri motu quantitatis, licet etiam alio motu ſibi Proprio moueatur. Cæterum de corpore Chriſti, quod dicunt moueri proprio motu, & per ſe in Euchariſtia, vtrum moueatur à ſacerdote, cum ab eo mouentur ſpecies an vero a ſolo Deo proximè moueatur, inter Doctores memoratos non ſatis conuenit. Nam Scotus, Gabriel, & Maior locis citatis, & OKam, quem ipſi referunt, dicunt corpus Chriſti in Euchariſtia non à ſacerdote, ſed proximè à Deo moueri: eo quod nullam aliã coniunctionem ipſi concedunt corpori Chriſti cum ſpeciebus, niſi coniunctionem præſentiæ localis in eadem diſtantia: ita vt ſpecies habeant vnum, *Vbi*, alterum vero habeat corpus Chriſti, licet vtrumque ſit in eadem diſtantia. Quam coniunctionem ratione ipſorum, *Vbi*, dicunt à ſola Dei voluntate pendere. Hinc autem inferunt, motis ſpeciebus non moueri corpus Chriſti à ſacerdote mouente ſpecies, ſed proximè à Deo: quia, quando aliqua duo connectuntur ſecundùm præſentiam localem ſola voluntate alicuius, & nulla neceſsitate: ſi vnum illorum ſecundùm ſe ſubditur efficacitati, & virtuti alicuius motoris, quia viribus illius accommodatum eſt, alterum vero ſecundum ſe non ſubditur quia ſecundum ſe ei accommodatum non eſt, ſed vires illius excedit: etiam ſi moueat vnum, non mouebit alterum, neque illud poterit mouere, ſed ſi futurum eſt, vt huiuſmodi mobile alterum etiam comitetur in motu, id debet fieri ſola voluntate eius, qui conſeruabat illud in tali præſentia, quam per motum mutare debet. Nam ſi Angelus (verbi gratia) inſideret lapidi ſola ſua voluntate, & ego vim haberem ad mouendum lapidem, etiam ſi illũ mouerem, non poſſem mouere cum eo Angelum niſi ipſe vellet comitari lapidem ſua voluntate: neque enim ego vim haberem, vt cum lapide Angelum mouerem niſi ipſe vellet. Eodem igitur modo cum Chriſtus ſola ſua, & Dei voluntate ſit ſub ſpeciebus, & ſacerdos mouens ſpecies nullam vim habeat in corpus Chriſti ſecundum ſe: ſequitur, nõ poſſe mouere ipſum cum ſpeciebus, ſed id, ſi moueatur, propria voluntate humana, aut Diuina moueri. Dixi autem propria voluntate humana, aut Diuina moueri ex ſententia horum Doctorum: quia Gabriel, Maior, & OKam exiſtimant, non ſolum à Diuina voluntate moueri, ſed etiam ab humana tamquam à proxima cauſa, ſeu (vt ipſi dicunt) tamquam à proximo fundamento; cenſent enim, voluntatem Dei, cooperari cum humana voluntate ad hunc effectum, vt corpus illius ſit ſub Sacramento. Eadem quoque ratione, ſi auis inſideret lapidi, & ego mouerem lapidem, auis autem propria virtute ſemper inſidens ſequeretur lapidem pari motu, ſiue ego poſſem etiam auem mouere ſiue non, quia magna eſſet, non diceretur a me moueri, ſed ipſa motu proprio, ſua propria virtute in ſe producto comitari lapidem. Alia tamen ratio eſt de anima, quæ cum non ſola voluntate, ſed nexu naturali coniuncta ſit corpori, mouetur ab eo, qui mouet corpus, etiam ſi ipſa ſecundùm ſe nõ ſit accommodata virtuti mouici illius, neque ei ſubiecta. Et hac ratione verum eſt, motis nobis mouentur etiam ea, quæ ſunt in nobis.

9

Hæc ſententia varie defenditur.

Mens Scoti, & aliquorum.

10

Verum Recentiores Theologia nobis memorati, qui cum Scoto, & alijs cenſent, corpus Chriſti in Euchariſtia habere proprium, *Vbi*, & modum exiſtendi in loco cum diſtantia, docent, licet Chriſtus per ſe moueri non poſsit propria virtute a ſe ipſo, pro vt in Sacramento exiſtit neque ab aliquo alio creato agente, ita vt ei primariè imprimat motũ; tamen, ſuppoſita inſtitutione huius Sacramẽti, per accidens moueri a ſacerdote, & a quocumque alio mouente ſpecies. Non dicunt, *Per accidens*, quia putent, ipſum Chriſti corpus exiſtens ſub ſpeciebus motu ſpecierum formali, & non proprio motu moueri: ſed quia motus proprius primariè ſpeciebus imprimitur, inde autem ſecundariè in genere cauſæ efficientis proprius etiam motus in ipſam Chriſtum deriuetur. Quare, cum dicunt, corpus

Recentiorum placitum.

xx

pus Christi per accidens moueri à sacerdote, illud, *Per accidens*, non vsurpant in sensu, quem tradidit Aristot. 5. Physicorum capite 1. cum dixit, partes moueri per accidens cum toto, & accidens cum subiecto, nempe. quia non proprio motu, sed communi totius mouentur, sed in sensu, quem expressit 6. Physicorum cap. 10. textu 86. cum dixit, hominem per accidens moueri motu nauis, non quia proprio motu non moueretur, sed quia motus illius à motu nauis secundariè deriuaretur, vt. 1. parte, disputat. 195. capite 3. notauimus Hanc autem sententiam, primum quidem sequuti sunt, ne cum Scoto, & alijs asserere cogerentur, corpus Christi non deferri à sacerdote, neque comedi, aut vorari à suscipiente illud. Nam, si ab ijs non diceretur moueri, eodem modo neque deferri, neque deuorari diceretur: hæc enim sunt species quædam motus. Vt autem defendant Christum moueri à sacerdote, cum tamen ex eorũ sententia habeat proprium, *Vbi*, in Eucharistia distinctum ab, *Vbi*, specierum, illudque mutet cum mouetur à sacerdote; ac proinde, non moueatur formaliter motu specierum, docent, coniunctionem Christi cum speciebus non esse per præsentiam cum distãtia, voluntate sola Dei, aut Christi conseruatam: sic enim incidere cogerentur in sententiam Scoti, & Gabrielis, sed speciebus ipsis communicatam esse virtutem quasi magnetis, qua ad se trahant corpus Christi, non solum cum primum virtute verborum sub se incipiunt continere illud, producendo in ipso, *Vbi*, & præsentiam, sed etiam cum mouentur vt secum deferant illud, & conseruent, nouum cumque, *Vbi*, & præsentiam successiue ipsi imprimendo. Ex hac autem connexione videntur sibi optimè colligere, sacerdotem ita motum imprimere speciebus primarie, easque mouere, vt inde etiam secundarie deriuet alium motum in corpus Christi, quod sub speciebus continetur, ipsi proprium. Sicut etiam dicunt, ratione connexionis naturalis animę cum corpore, illum, qui mouet corpus, & totum hominem, primarie ei imprimendo motum, secundariè etiam mouere animam motu illi proprio impresso, secundarie tamen in ipsam deriuato.

Aristot.

13

14

(?)

Christum sub speciebus non esse tamquam in loco, neque habere proprium, Vbi, & distantiam, alij Theologi multo probabilius adstruunt.

CAPVT III.

ANTIQVA Scholasticorum sententia, quæ mihi multo probabilior semper visa est, duas etiam continet partes. Alteram de modo, quo Christus existit in hoc Sacramento, alteram de motu locali, quo cum Sacramento ipso mouetur. Prior pars est, Christum in hoc Sacramento non existere tamquam in loco: quam ego hoc modo intelligo, vt modus vnionis, & coniunctionis Christi cum speciebus ex se non habeat ordinem vllum distantiæ, & immobilitatis, sicut habet, *Vbi*, & forma loci, sed tota ratio distantiæ, & differentiæ positionis, nempe, sursum, & deorsum, solum conueniat Christo ratione specierum, cum quibus coniungitur, sicut de Angelo etiam existente in loco 1. parte disp. 195. c. 3. philosophati sumus. Posterior pars prædictæ sententiæ est, Christum secundum modum coniunctionis cum speciebus, quem in se intrinsece habet, non proprio motu, etiam ab illo quasi efficiente deriuato, nec per se, sed solum motu specierum tamquam forma secundarie, & per accidens, ac proinde verè, & re ipsa à sacerdote tamquam à proximo motore posse moueri. Priorem partem huius sententiæ in hoc capite, posteriorem vero in sequenti ex professo probabimus. Priorem patrem ex Scholasticis sequutus est S. Thomas in hac quæstione artic. 5. cũ inquit, corpus Christi nullo modo esse in hoc Sacramento localiter: explicans autem hoc, asserit, Christum esse in hoc Sacramento per modum substantiæ: quia substantiæ succedit. Sicut autem ipse non concedit substantiæ existenti sub propria quantitate alium locum, vel distantiam præter illam, quam habet quantitas: ita neque Christo existenti sub Sacramento. Clarissime tamen id docuit in 4. dist. 10. quæst. 1. art. 3. ad quæst. 4 quem eodem modo sequitur, & citat pro hac sentẽtia Capreolus in eadem distinct. quęst 3. art. 1. post. 2. conclusionem. Consentit etiam Ricardus in 4. dist. 10. artic. 4. quæst. 1. cum docet,

Prior pars conclusionis explicatur.

15

Posterior pars.

S. Thomas.

Capreolus.

Ricardus.

cet, ideò corpus Chriſti, prout exiſtens in Sacramento, per ſe moueri non poſſe ſed ſolum per accidens per motum ipſarum ſpecierum quia, quatenus eſt ſub ſpeciebus conſecratis, non eſt per ſe in loco, neque per ſe vllam habitudinem habet ad illum, ſed tantum per accidens in eo eſt. Ex quo infert, vere, & re ipſa moueri à ſacerdote cum eleuatur, aut ad ægrotos defertur. Pro hac ſententia citari poſſunt Paludanus in 4. diſtinct. 10. quæſt. 3 artic. 3. numer. 18. & Petrus de Soto lib. de inſtitutione ſacerdotum, lectione 6. de Euchariſtia, quatenus aſſerunt, Chriſtum in Euchariſtia ſolum moueri per accidens motu ſpecierum. Id quod eadem ratione docent S. Thomas artic. 6. & Ledeſma 1. par. 4. quæſtion. 17. articul. 5. Multo clarius Durandus, quod attinet admodum, quo Chriſtus exiſtit in hoc Sacramento; idem ſenſit in eadem diſtinctione, quæſt. 3. numer. 6. Neque enim (vt aliqui Recentiores falſo ei tribuunt) exiſtimauit, corpus Chriſti vere, & re ipſa non eſſe ſub ſpeciebus. Verum pro hac opinione allegare nolo Alexandrum 4. parte quæſt. 10. memb. 7. articul. 3. §. 6. Bonauent. in 4. diſt. 10. 1. part. diſtinctionis, quæſt. 3. Et Sotum quæſt. 1. art. 5. nam, quanuis aſſerat, Chriſtum eſſe in hoc Sacramento non tamquam in loco; tamen non ſatis aperte hãc ſententiam, prout à nobis explicata eſt, ſequuti videntur: ſolum enim contendunt, Chriſtum in hoc Sacramento non eſſe tamquam in loco, quia neque circumſcriptiue in eo eſt, cum non contineatur à ſuperficie aliqua; neque definitiue, quia extra Sacramentum eſt. An vero per ſe habeat diſtantiam aliquã, ſecundum quam proprio motu moueri poſſit, non explicant. Alij vero, quos citauimus, perſpicue ſatis id explicarunt. Nihilominus ex doctrina Soti in articulo 6. & Ledeſmæ in artic. etiam 6. aperte ſequitur Chriſto exiſtenti in Euchariſtia non conuenire propriã diſtantiam, quia proprium motum ei denegant, & ſolum motum ſpecierum illi concedunt. Obiter quoque notandum eſt, perperam reprehendi Gabrielem in lectione 43. in canonem litera C. & in 4. diſt. 10. quæſt. vnica, artic. 2. conl. 9. à Soto loco citato, quòd vt ipſe ait dixerit, Chriſtum eſſe definitiue in Euchariſtia, quia ſit totus in toto, & totus in qualibet parte: hoc enim nunquam dixit Gabriel, ſed ſolum, ideo Chriſtum nõ eſſe in Euchariſtia circumſcriptiue, & commenſuratiue, quia eſt totus in toto, & totus in qualibet parte, quæ ſane optima ratio eſt. Ideo autem inquit, ibi eſſe definitiue, quia, licet ſit etiã in cœlo, & non ſolum in vna hoſtia, ſed in aliis etiam, tamen in qualibet hoſtia ità eſt, vt non ſit extra illam in aere, aut in alio corpore proximo. De quo modo loquendi in præſenti nihil curãdum cenſui, ſed ſolum probãdum, Chriſtum in Euchariſtia non habere propriam, *Vbi*, & diſtantiam, in quo cardo præcipuus controuerſiæ vertitur. Hic ſunt Auctores, qui hanc partem noſtræ ſententiæ tradiderunt. Ex iis vero, quos aduerſarij pro oppoſita allegarũt, nullus eſt, qui eam expreſſe tradat, aut ei adſtipuletur præter Scotum, Gabrielem, OKamum, & Maiorem; imo vero hi omnes id expreſſe non docuerunt. Solus eſt Scotus in 4. diſt. 10. quæſt. 1. §. *Quantum ergo ad iſtum*, vbi concedit Chriſto genus quoddam præſentiæ, quæ neque ſit exiſtentia in loco definitiue, neque circumſcriptiue, nihilominus reducatur ad prædicamentũ, *Vbi* vel proprie, vel latiori quodam modo. Gabriel vero lectione 43. in canonem, litera C. & in 4. diſt. 10. quæſt. vnica, art. 2. concl. 9. plane inquit, Chriſtum in Euchariſtia eſſe vt in loco definitiue. Quod vero ait Bonau. in 4. diſt. 10. 1. parte quæſt. 4 ad 3. Chriſtum eſſe in Sacramento non vt in loco, ſeu (vt ipſe loquitur) localiter, ſed in eo ſolum habere ſimplicem præſentiam, non ita intelligit, quaſi ratione illius per ſe diſtare dicat; ſed quia vere per illam virtus eſt, & præſens ſpeciebus ita vt ea præſentia non mutetur: etiam ſi ſpecies moueantur, vt inferius explicabimus Maior, & OKam nihil dicunt de *Vbi*, & loco Chriſti in Euchariſtia; cum tamen aſſerant, Chriſtum non moueri à ſacerdote, ſed à Deo in Euchariſtia, prædictæ ſententiæ de præſentia loci conſentire debent. De Chryſoſtomo, & Concilio Tridentino inferius dicemus. His etiam pro hac ſententia adde Petrum Aliacenſem in 4. quæſt. 5 artic. 3. litera P. P.

Iam vero, vt rationibus noſtram ſententiam confirmemus, in primis præmittendum eſt, nullam ſubſtantiam etiam corpoream ex ſe ſine quantitate habere partes, quas vocant integrantes, ſecundam extenſionem, ſiue heterogeneas, quales ſunt caput, crura, brachia; ſiue homogeneas, quales ſunt in ligno, & aqua: quamuis habeat partes eſſentiales phyſicas, vt materiam, & formam. Ratio vero eſt, quia iuxta communem, & hactenus Philoſophis, & Theologis vſitatã definitionem quantitatis, nihil aliud eſt quãtitas niſi extenſio partium, aut diuiſibilitas: ergo neque ſubſtantia, neque qualitas, neque aliquod aliud accidens corporis habere poteſt partes huiuſmodi, aut diuiſibiles eſſe, niſi ratione quantitatis, alioquin definiti-

Paludanus. Pet. Soto.

S. Thom. Ledeſm. Durandus.

Alexander. Bonauent.

17

Obſeruatio.

18

19

Aliacenſ.

Obſeruatio.

Subſtãtia ex ſe non habet partes ſecundum extẽſionem.

20

definitio quantitatis alijs etiam conueniret.

Qualis extensio tribuatur quantitati à Recentioribus.

Aliqui Recentiores paucis ante annis docere cæperunt, essentiam propriam quantitatis non esse quamcumque extensionem, aut diuisibilitatem, sed talem, quæ virtute propria postulet dispositionem partium in loco, ita vt occupet illum. Occupare autem locum, dicunt, idem esse, quod cum alia quantitate in eodem loco esse non posse. Id quod alio nomine impenetrabilitatem appellant. Itaque, quia viderunt, necessarium esse concedere Christum præsentem in Eucharistia cũ
21 sua quantitate, cum qua non occupat locum, sed species Sacramentales per omnem partẽ penetrat, noluerunt pro essentia quantitatis assignare ipsam partium dispositionem, occupantem locum, & impenetrabilem, sed extensionem quamdam distinctam ab extensione substantiæ, cum proxima quadam aptitudine ad occupandum locum modo impenetrabili. Quod si ab his Philosophis, & Theologis quæras, ex quo Autore antiquo, & probato hanc definitionem, & essentiam quantitatis deprompserint? necessario fateri debẽt, se illam primum excogitasse, quòd suis rationibus & argumentis conuicti, ita necessariũ iudicarent. Adde, quod hæc definitio nõ potest quantitati continuę, & discretæ aptari; quare, qui in prædicamento quantitatis constituunt numerum, & orationem, hanc definitionem ad hæc duo extendere non possunt, sed soli quantitati continuæ tribuere: eo quod sicut numero, & orationi impenetrabilitas conuenire non potest primarie, & secundum se, sed ratione quantitatis cõtinuę, neque ratio extensionis, quæ ex se impenetrabilitatem illam postulat, primarie, & secũdum se ei conueniet; cum tamen deberet primarie, & per se conuenire, vt sub genere quãtitatis constitueretur. Porrò autem, impenetrabilitatem non conuenire per se, & primarie, sed secundarie, & ratione quantitatis cõtinuæ numero, & orationi, quis non videat? Nam numerus, si constet ex vnitatibus spiritualibus, vt Angelis, nullam habet impene-
22 trabilitatem; si autem ex corporibus, nullam aliam habet præter eam, quã ipsæ vnitates habent, quatenus sunt continua quãtitas. Et ita numerus, non per se, & primariè, sed per aliud, & secundarie illam habet. Oratio vero nullam habet impenetrabilitatem, neque extensionem ad locum, præter eã, quam habet ex quãtitate continua corporis, in qua est, tã quam in subiecto, vt patet: ac proinde nulla quantitas discreta, quatenus discreta, esset quantitas, quia nulla hac ratione habet impenetrabilitatem. Præterea impenetrabilitatẽ, quam dicunt esse veluti proprietatem quantitatis, & sine qua Christum in Sacramento constituunt, varie explicant. Quidam putãt esse modum permanentem aduenientẽ quantitati, quem proxime consequitur, *Vbi*, & existentia in loco. Alij vero dicunt nihil aliud esse præter ipsum, *Vbi*, & existentiam in loco, ratione cuius quodlibet corpus proximè redditur impenetrabile: illam vero extensionem, quæ hoc genus, *Vbi*, suapte natura postulat, esse ipsam naturam, & essentiam quantitatis. Hi autem multo minus probabiliter philosophantur. Quis enim dicat cum mouetur quantitas, & mutat, *Vbi*, seu formam loci, mutare etiam modum, & passionem suam, secundùm quam res dicuntur æquales, vel in
23 æquales, cum maneat semper eadem æqualitas in ea, licet mutetur locus. Adde, quod corpus præditum dote subtilitatis vere quãtum est, non solum habens essentiam quantitatis, sed etiam passionem illius, secundum quam, & alteri æquale, vel inæquale est, atq; partes suas extensas in ordine ad locũ, ipsum replens, & ab eo aptum contineri, & circumdari: quę non habet in Eucharistia, cum tamen in ea habeat totam essentiam suam, vt etiam aduersarij fatentur; & tamen non habet modum impenetrabilitatis, quia cum alio corpore simul esse potest, & illud penetrare: ergo neque ipsum, *Vbi*, est passio quantitatis, nec tribuit quantitati modum ipsum impenetrabilitatis.

Varij mõdi explicandi impenetrabilitatem.

Primus.

Secundus

Horum tamen omnium sententia, quatenus asserunt, substantiam compositam ex materia, & forma ex se sine quantitate, & quamlibet etiam formam accidentariam illius habere suas partes, & extensionem, ratione cuius distare possint, esse in loco, & moueri, mihi nulla ratione vnquam probari potuit. Et sane, licet Schola Nominalium, vt videbimus disp. 194. cap. vltimo, vnicuique rei materiali tam substantiæ, quam accidentibus illius suam tribuerit extensionem ex natura rei ab ea non distinctam, aut separabilem: addit tamen, hanc extensionem esse ipsam quãtitatem, & ita tot quantitates, quot extẽsiones in quacumque re esse: sciebat enim extensum, & quantum, extensionem, & quantitatem in communi hominum opinione idem esse: & ita duplex genus extensionis alterum quantitatis, alterum substantiæ, aut aliorum accidentium secundũ se frustra excogitari.

Refellitur prædicta sententia.

Contra hanc verò opinionem Recentiorum in primis pugnat autoritas Arist. 1. Physicorũ cap. 2. text. 15. vbi sic ait. *At qui Melissus id quod est, infinitum esse asserit: id ergo, quod*

24

Aristotel.

est,

eſt, quantitas eſt quedam: infinitum enim (in quã titate nimirum) eſt: ſubſtantia autem infinita, aut qualitas, aut effectus infinitus eſſe non poteſt, niſi per accidens, ſi ſimul, & quanta ſint quadam. Quibus verbis perſpicue ſignificat, ſi infinitum ſecundum extenſionem eſſe poſſet, fore, vt in ſola quantitate, non in ſubſtantia, qualitate, aut alio accidenti reperiretur, niſi ex accidente, quatenus hæc etiam ratione quãtitatis, cui cõiunguntur, quanta eſſe poſſunt. Sentit igitur, hæc omnia ex ſe nullã habere extenſionem, ſed omnem, quam habent, à quantitate eis prouenire. Nam, ſi exiſtimaret, ex ſe habere extenſionem, & poſſe ſubeſſe menſuræ, non negaret, ex ſe infinita eſſe poſſe, ſicut dicit, poſſe eſſe quantitatem: neque diceret, ex accidente tantum, nempe, ex ſola quantitate infinita eſſe poſſe. Porrò, cũ ait, in quantitate poſſe eſſe infinitum, id non aſſerit, quod abſolute putet, eſſe poſſe; ſed quòd cenſeat, ſi eſſe poſſet ſicut Meliſſus docebat, fore, vt in ſola quãtitate, & nõ in alio per ſe eſſe poſſet.

Secũda ratio.

Præterea, ſi ſubſtantia compoſita, cæteraque illius accidentia ſecundum ſe haberent extenſionem partium in ſe ipſis, vt Recentiores dicunt, non eſſet conſtituenda alia extenſio, in qua eſſentia quantitatis conſiſteret, media inter extenſionem ſubſtantiæ, cæterorumque accidentium ſecundùm ſe, & impenetrabiliratem, ſeu extenſionẽ, quam vocãt actualem in ordine ad locum; ſed ſatis eſſet, in illa extenſione ſubſtantiæ, & accidentiũ ſecundùm ſe conſtituere eſſentiam quantitatis ſecundùm rem non diſtinctam à qualibet re, & ei vt paſſionem addere extenſionem illam actualem in ordine ad locum, aut è cõtrario ſoli extenſioni ad locum, quę dicitur impenetrabilitas, eſſentiam quantitatis adſcribere, ſimulque fateri. Chriſtũ in Euchariſtia ſine ſua quantitate eſſe, vt nonnulli ſunt arbitrati. Quod enim nomine corporis in verbis conſecrationis ſignificetur corpus organicũ, non ſatis eſſet, vt dicere deberemus, ex vi talis ſignificationis ſub ſpeciebus panis eſſe quantitatem. Nam corpus organicum ſufficienter conſtitueretur materia, & forma, & propria extenſione ſubſtantiæ, ſi ea ſubſtantiæ ſecundùm ſe conueniret. Vt quid igitur tres extenſiones excogitabimus, & in media ſola eſſentiam quantitatis conſtituemus? Iam verò nullum *Vbi*, nullamque diſtantiam ſubſtantiæ compoſitæ, & alijs accidentibus ſecundum ſe conuenire; imo neque ipſi quantitati, ſine propria ſua paſſione, quæ eſt extẽſio in ordine ad locum, non minus facile probari poteſt primum, quia ſi ſubſtantia compoſita, cæteraque accidentia ſecundùm ſe hã berent partes ſine quantitate, ita vt aliquod *Vbi*, diſtinctum ab, *Vbi*, ipſius quantitatis habere poſſent, ſicut aduerſarij docẽt, aut ſuapte natura poſtularent modũ exiſtendi in loco, & *Vbi*, diuiſibili, aut indiuiſibili, hoc eſt, vt quodlibet eorum exiſteret totum in toto loco, & totum in quauis parte illius; aut totum in toto, & pars in parte? cumque natura determinata ſit ad vnam partem, non poſſent indiſcriminatim vtrumque modũ exiſtẽdi in loco poſtulare: ſi autem determinate aliquem poſtularent, potius poſtulare deberent modum diuiſibilem, ita vt tota exiſterent in toto loco, & pars eorum in parte, quam indiuiſibilem. Quod ſi ſubſtantia compoſita hũc modum expoſceret ſuapte natura, ſequeretur, non poſſe ei communicari etiam per Diuinam potentiam modum indiuiſibiliter exiſtendi in loco, ſicut neque quantitati cũ ſua propria paſſione, & modo non poteſt communicari modus exiſtendi indiuiſibiliter, quia ſuapte natura modum diuiſibilem poſtulat. Ex quo etiam fieret, vt Chriſtus in Euchariſtia non poſſet eſſe modo indiuiſibili, quod eſt abſurdum, & contra fidem. Præterea, ſi ſubſtantia, & accidentia ſecundùm ſe poſtularent modum exiſtendi in loco, & *Vbi*, diuiſibile, poſſent etiam ipſa ſine quantitate replere locum, & eo circumdari: haberẽt enim ſuperficiem, & figuram, ſicut aduerſarij contendunt: ac proinde ſub loco circumdante eſſe poſſent: locus autem ille verè plenus eſſet, & non vacuus, licet ſubſtantia replens illum non eſſet impenetrabilis. Si vero ſubſtantia, & accidentia ſine quantitate, aut ſine modo quantitatis ſuapte natura poſtularent modum indiuiſibilem exiſtendi in loco, ſicut de Angelo nonnulli arbitrantur, aut poſtularẽt eſſe in puncto, aut in loco aliquo diuiſibili, quamuis indiuiſibili modo, ſicut Chriſtus eſt ſub ſpeciebus? & quouis modo nõ poſſet eis ſecundum ſe communicari modus exiſtendi in loco diuiſibilis, ſicut neque Angelo; ac proinde omnis ſubſtantia, quæ habet quantitatem, & modum illius, etiam exiſtens ſub eo retineret modum proprium exiſtendi in loco indiuiſibiliter, nempe aut in puncto, aut ita vt tota in toto loco, & tota in qualibet parte illius eſſet; aut dicendum eſſet, dum exiſteret ſub quantitate, fore, vt amitteret modum proprium exiſtendi in loco, & ſolùm haberet *Vbi*, & locum quantitatis: quod tamen aduerſarij non concedunt, ſiquidem docent, ſubſtantiam, & cętera accidentia ſub quantitate habere ſuum proprium, *Vbi*, cum diſtantia diſtinctum ab *Vbi*, & loco quantitatis. Dicet

21

Secundo.

Nihil eſt, quod habet, *Vbi*, abſque extenſione locali.

26

Primo.

27

28

quis, substantiam, & cætera accidentia suapte natura nullum modum existendi in loco determinate postulare, sed indiscriminatim exposcere aut modum diuisibilem, aut modum indiuisibilem, prout Deo placuerit, tũ etiam maiorem, & minorem: nam & quantitas cum modo suo extensionis non postulat hoc, *Vbi*, & modum existendi in loco determinate sed hunc, aut illum indiscriminatim, etiam secundùm magnitudinem; siquidẽ eadem quantitas cũ suo modo extensionis prò prié nunc est in vno loco, nunc in alio, nunc in maiori, si rarefiat, nunc in minori si condẽsetur. Verum effugium hoc facile præcludi potest. Nam, si substantia, & accidentia in loco proprio esse possent secundùm se sine quãtitate, naturale illis hoc esset; ac proinde suapte natura illud postularent, ita vt non tantũ passiue ad illud se haberent: natura autem determinata est ad vnum; ac proinde ad vnum solùm modum ita inclinaretur, vt alium contrarium recipere non posset. Quod enim eadẽ quãtitas nunc sit in hoc loco, nunc in illo, non obstat, quominus ad vnum tantùm modum existendi in loco inclinetur. Quamuis ergo substantia, & accidentia secundùm se esse possent in hoc, & in alio loco, & habere hoc, aut illud, *Vbi*, solo numero diuersum, tamen non posset hunc, & illum modum existendi in loco specie, & natura diuersum habere. Similiter, licet quantitas rarefacta possit esse in maiori loco, condensata verò in minori: tamen eodem modo in se perseuerans semper est fundamentum existendi in loco æquali, vt in minori esse nequeat: ergo eodẽ modo substantia, cæteraque accidentia in se ipsis non mutata non poterunt esse in maiori, & minori loco, sed semper in æquali. Neque verò dicere possunt aduersarij, substantiam, & accidentia secundùm se nullum modum existendi in loco suapte natura, & abintrinseco postulare, sed solùm ad quodcumque genus, *Vbi*, passiue se habere: hinc enim manifestè sequeretur, fore, vt voluntate Dei ab omni loco, & *Vbi*, absolui possent, ita vt nullibi manerent, quod aduersarij non concedent. Nam in hoc æquam rationem putant esse substantiæ, aut accidentium secundum se, & quantitatis prout habet modum extensionis proprium ad aliud, vt semper debeat esse in aliquo loco. Quomodo autem dici non possit, ablata quantitate, seu extensione propria illius ad locum à substantia, fore, vt substantia flueret ad punctum; diximus 1. p. disput. 196. cap. 3. neque enim moueri posset, vt ad punctum confluereret, cum neque sine modo quantitatis moueri, neque eius indiuisibilitãs indiuisibilitati puncti respondere posset, vt ibidem ostendimus.

Effugium aliquorum præcluditur.

Aliud præoccupatur

Demum, licet concedamus, substantiam, & cætera accidentia secundum se non postulare determinatum modum existendi in loco, & determinatam magnitudinem illius, sed indiscriminatim vnum, & alium posse recipere: saltem, si semel aduersarij fateãtur, substantiam, cæteraque accidentia existẽtia sub quantitate, habente suum proprium modum extensionis ad locum, habere suum propriũ, *Vbi*, & distantiam distinctam à quantitate, secundum quam proprio motu, & non solum motu quantitatis moueantur: fateri etiam debent, substantiam, cæteraque accidentia existentia sub quantitate habente proprium modum extensionis ad locum, vtroque modo secundùm se in loco esse posse, nempe, & diuisibili modo, & indiuisibili, ita vt sub quãtitate & esset tota substantia in tota quantitate, & tota in quauis parte illius, atque tota in tota, & pars in parte. Nam, si ipsa etiam, dũ est affecta quantitate, habet suum proprium *Vbi*, neque per *Vbi*, quantitatis illud amittit, sed vtrumque, *Vbi*, distinctum, & absque confusione manet, alterum in substantia, alterũ in quantitate; sequitur, substantiam secundũ se habere posse non solùm, *Vbi*, & modũ existendi in loco diuisibilem, sed etiam indiuisibilem, vt tota sit in tota quantitate, & tota in qualibet parte, sicut nunc Christus est sub quantitate Eucharistiæ: siquidẽ ex eo, quod quantitas insit substantiæ, non aufert ab ea, neq; perturbat modum proprium illius, quo existit in loco, non minus, quam si ipsi non inesset, sicut in Sacramento altaris: & ipsa substantia secundùm se ita potest habere modum existendi in loco indiuisibilem, sicut diuisibilem: hoc autem nullus concedet; signũ igitur est, substantiam ita affici quantitate, & modo extensionis illius, vt ab ea solùm habeat modum existendi in loco, neque secundùm se vllum, *Vbi*, aut distantiam sub quantitate habeat, nisi, *Vbi*, & distantiam ipsius quantitatis. Porrò iuxta horum Theologorum, & Philosophorum sententiam, qui non solum substantiæ corporeæ, verum etiã alijs accidentibus propriam tribuit extensionem, manifestè sequitur, cætera accidentia non in esse substantiæ media quantitate, sed proximè simul cum ipsa quantitate, sicut disput. 194. cap. vlt. conuincemus.

Tertio.

Alij vero Recentiores Philosophi, multo melius considerantes, quamcumque extensionem partium, quæ in loco, & distantia secundum locum esse possit, necessario debere esse quantitatem, fatentur, in substantia cõposita

Aliorũ sententia.

posita materiali esse quidem partes non solũ essentiales, sed etiam integrantes, conuicti eo dem argumento, quo alij adducti sunt vt assererent, quamlibet substantiam materialem secundùm se habere partes secundùm extensionem: addunt tamen, ratione harum partium substantiam secundum se non habere extensionem vllam, neque replere locum, neque vllo modo distare, aut moueri posse. Quam sententiam licet admitteremus, quod ad præsens attinet institutum, eodem modo philosopharemur, nempe de existentia corporis Christi in Eucharistia non tamquam in loco, & de motu illius cum speciebus.

Reijcitur. Mihi tamen alia ratione non probatur: eo quod Autores illius sine fundamento contendunt, alias partes in substantia assignare præter essentiales, & secundùm extensionẽ. Nam partes integrantes substantiam, nulla alia ratione nisi secundùm extensionem aliquam concipi possunt: extensio autem sine quantitate in substantia esse nequit, vt aduersarij etiam fatentur. Neque refert, quod in accidentibus reperiantur partes secundùm intensionem: intensio enim substantijs conuenire non potest, atque adeò neque partes ratione illius. Tum etiam, licet in habitibus sint aliquæ partes actu secundùm extensionẽ quamdam, quam Philosophi virtualem vocant, non satis est, vt dicamus, eodem modo substantiæ partes aliquas integrantes actu conuenire. Nam, cum habitus sit virtus quædam, & habilitas potentiæ circa plures conclusiones, & obiecta, mirum non est, imo necessarium, per partem, aut modum diuersum versari circa vnam, & aliam conclusionem, vt 1.2. disp. 80. cap. 3. vidimus. Talis autem ratio in substantia locum habere non potest, neque vlla alia, vt hæc, aut similis alia partiũ diuersitas sine quantitate ei concedatur. Dicendum igitur est, substantiam materialem, aut materiam ex se sine quantitate partes integrantes non habere, sed omnino indiuisibilem esse, per solam autem quantitatem huiusmodi partes actu habere. Quocirca, cum ex se capax sit quantitatis, dicendum est, ipsi secundùm se solùm conuenire habere partes huiusmodi in potentia, quia suapte naturâ quantitatem accipere potest, & per illam extendi.

33

34 Iudicium Autoris. Ego igitur, quod attinet ad locum, & motum secundum illum, eodem modo de corpore Christi in Eucharistia, atque de Angelis philosophandum existimo, sicut etiam notaui 1. part. disp. 188. cap. 7. & disp. 195. capit. 3. nam, quamuis corpus Christi suam habeat quantitatem, tamen, quia eam non habet cum modo extensionis ad locum, vt diximus supra disput. 189. cap. 5. per inde se habet, quod attinet ad existentiam in loco, ac si quantitatis essentiam in se non haberet, aut omnino spirituale esset, ita vt secundum se neque distare possit, neque propinquũ esse. Quod enim non subest externæ mensuræ quantitatis, neque alteri æquari potest, non habet extrema quantitatis in parte loci determinata, à quibus sumatur ratio distantiæ, vt ibidẽ fusius ostendimus. Neque refert, quod ab indiuisibili puncto, vel linea quantitatis sumi poteſt mensura distantiæ, & propinquitatis, vt proinde dicamus, etiam ab indiuisibili substantię desumi etiam posse: quoniam indiuisibilitas substantię est diuersæ rationis, & minime subiecta mensuræ, aut initio mensurę, siquidem à nulla regula metiente signari potest. Quare, sicut de Angelo diximus, habere modum quemdam in se, quo vniatur corpori, in quo dicitur esse, ita vt ratione illius secundùm se non distet à punctis imaginatione confictis, ex quibus desumitur distantia, & propinquitas, quæ necessario consequitur *Vbi*, & existentiam in loco, sed solum respiciat corpus, cui vnitur, & quòcumque corpus moueatur, Angelus ipsum comitetur, retinens eumdem modum vnionis absque vlla illius variatione: sic etiam corpus Christi in Eucharistia solum habeat modum illum vnionis, & coniunctionis cum speciebus, ita vt ratione illius non distet, & motis speciebus illum modum non mutet, sed solum distet distantia specierum ipsi secundarie communicata: eo quod modus ille solum respiciat eas species in quacumque distantia. Quemadmodum etiam de anima rationali philosophabamur: dicebamus enim, eam non habere, *Vbi*, & distantiam propriam, & secundum se, sed solum modum vnionis cum corpore, quem sanè eumdem numero sub quauis distantia respicit: ita vt ratione illius semper eodem modo corpus comitetur, ac proinde solum habeat secundarie, *Vbi*, locum, & distantiam ipsius. Id, quod diximus de Christo sub speciebus, dicendum quoque est de substantia composita, & cæteris accidentibus præter quantitatem; nisi quod, cum substantia, & cætera accidentia hoc ipso, quòd sunt vnita quantitati, formaliter, & intrinsece per illam extendantur, sicut per albedinem corpus fit album, sic etiam, *Vbi*, & distantiam ipsius quãtitatis intrinsece in se habeant, quamuis ratione quantitatis, non tamen aliam: quia nihil horum secundum se extensum est, vt secundùm se distare possit: Angelus tamen, & anima in corpore, & Christus sub speciebus panis,

35 Christus est in Eucharistia, sicut Angelus in loco.

Item sicut anima ratio nalis in corpore.

nis ita habent, *Vbi*, & distantiam corporis, aut specierum, vt illam in se intrinsece non recipiant, sed secundum solam extrinsecam denominationem secundarie illam habere dicantur. Et hactenus de priori parte probabilioris sententiæ, quæ est de *Vbi*, & distantia corporis Christi, prout in Eucharistia, ex qua manifeste sequitur, corpus Christi non esse sub speciebus tamquam in loco: quia ratione illius modi non distat cum immobilitate à punctis imaginatione fixis, vt iam dictum est, quæ tamen sunt de ratione *Vbi*, & modi existendi in loco. Adde, quòd si Christus in Sacramento existeret vt in loco, proprio motu moueretur, ac proinde à sacerdote mouente species non diceretur moueri, vt sequenti capite videbimus. Testimonia vero, quę pro opposita sententia ex Chrysostomo, & Concilio Tridentino allata sunt, nihil prorsus ei fauent. Neque enim Chrysostomus, & Concilium agunt de forma, per quam Christus dicitur esse sub speciebus, vtrum sit, *Vbi*, cum distantia, an aliquid aliud; sed solum docent, Christum verè esse præsentem re ipsa sub speciebus, etiã si in cœlo existat: ad hanc autem veritatem satis est, si dicatur esse sub speciebus per modũ vnionis, quem nos ponimus, licet ratione illius moueri, & distare nequeat, vt diximus. Quod verò inquit Concilium, Christum esse in diuersis locis Sacramentaliter, intelligendum est non de locis, in quibus sit secundum se, sed ratione specierum, ratione quarum etiam nos dicimus, eum esse in diuersis locis, & distantijs Sacramentaliter. Et quod diximus, corpus Christi habere modum vnionis cum speciebus, est multorum Theologorum sententia. S. Thomæ in 4. distinctione 11. quæstione prima, articulo primo, quæstiuncula prima, ad primum. Caietani supra ad quæstionem 75. in articulũ primũ, & in articulũ sextũ. Paludani in quarto distinctione decima, quæstione tertia. Soti quæstione prima, articulo sexto, & distinctione nona, quæstione secunda, articulo primo, ad primum, & secundum. Ledesma prima parte quarti, quæstione sexta, articulo primo, dubio quarto. Ricardi, articul. 13. pagina 260. Alani libro primo de Eucharistia capite 34. Sanctes repetitione quinta, nostri Bellarmini tertio de Eucharistia capite 18. & plurium Recentiorum; quamuis non omnes eadem ratione explicent hunc modum, & aliqui dicant, esse ineffabilem.

37 Explicantur Chrysost. & Concil. Trid.

S. Thomas.

Caietan.

Paludanus, Soto.

Ledesma.

Ricardus. Alanus. Sanctes.

Corpus Christi ita esse in hoc Sacramento, vt ratione modi, quę in se habeat, non proprio motu intrinsece, sed solum motu specierum extrinsece moueri queat, ijdem Theologi probabilius adstruunt

CAPVT IIII.

CIRCA Alteram partem probabilioris sententiæ, quę pertinet ad motum Christi secundum locum, prout est in hoc Sacramento, non omnes Doctores, quos pro priori parte allegauimus, eodem modo senserunt. Nam Durandus solus dixit, corpus Christi, ita esse in hoc Sacramento, vt neque per se, neque proprio motu, neque per accidens motu specierum moueatur: probat autem tribus rationibus. Primum: quia id, quòd est in alio, non vt pars, neque vt in subiecto, neque sicut in continente, & vase, neque cum eo cõnexionem habens, nõ mouetur, etiam si illud aliud moueatur: nullo autem ex his modis Christus est sub speciebus: ergo non mouetur motu specierum, & per accidens: motu autem proprio, & per se non moueri, planè supponit ex eo, quòd dixerat, Christum nõ esse sub speciebus tamquam in loco. Deinde, si corpus Christi etiam per accidens moueretur motu specierum, simul moueretur sursum: & deorsum: moueretur, & quiesceret ratione diuersarũ specierũ in diuersis locis existentiũ. Postremo denique, quia, si moueretur motis speciebus motu illarũ, frãgeretur etiã fractis illis, & diuisione etiã earũ, quod est absurdũ. Cæteri verò omnes Doctores in hac disputat. allegati plane affirmant, Christũ moueri motis speciebus ipsis, quãuis non eodẽ modo id doceant. Nã allegati pro priori sententia docent, moueri motu proprio, & non motu specierum: eoquòd habeat proprium, *Vbi*, & distantiam, quam in se ipso variat, cum mouetur. Ex illis tamen omnes præter Recentiores censent, non moueri à sacerdote mouente species. Recentiores tamẽ arbitrantur, licèt proprio motu moueatur, nihilominus à sacerdote mouente species moueri.

38 Durandi mens probatur primo.

Secundo.

Tertio.

Aliorũ sententia varie explicata.

39

Ego verò multò probabilius existimo, corpus Christi non proprio motu, sed motu

ſpecierum per accidens ſolũ à ſacerdote moueri. Quam ſententiam planè tradiderunt S. Thomas in artic.6.huius quæſtionis. Caietanus, & Recentiores aliqui Thomiſtæ ibidem. Clarius idem S. Doctor in 4.diſt. 10.q. 1. artic.3. quæſt. 4. quem ſequitur Capreolus eadẽ diſtinctione, quæſt.3. art.1.concl. 2. & deinceps. Ricardus in 4.diſt.10. quæſt. 1.art.6. Paludanus quæſt.3.artic.3. num.18. Dominicus Sotus quæſt.1. artic.6. Marſil. in 4.quæſt.7.dubio 5.concluſione 3. & Petrus de Soto lect.6.de Euchariſtia, & Ledeſma 1.part.4.quæſt.17.artic.6.dub.1.§. *Sed quid eſt dicere*, In hac vero ſententia duo nobis probanda ſunt: vnum eſt, corpus Chriſti in Euchariſtia non moueri proprio motu per ſe, alterum eſt moueri motu ſpecierum per accidens. Vt autem explicemus, quid per motum per ſe, & per accidens intelligamus, notanda eſt doctrina Ariſtot. duobus in locis, in quibus de motu per ſe, & per accidens diuerſo modo loquutus eſt. Duobus enim modis aliquid moueri per accidens, docet, vno modo, quando non proprio motu, ſed alieno mouetur, ſicut pars dicitur moueri motu totius, & accidens motu ſubſtantiæ; quo pacto dicimus, muſicum deambulare, ſeu cũ homine moueri. Et de hoc modo loquitur 5. Phyſicorum capit.1. Altero modo, quando aliquid mouetur proprio quidem motu; ita tamen, vt aliud prius moueatur, & motu illius ad proprium motum impellatur, ſicut homo moueri dicitur cum naui: eo quod ſicut ipſe habet proprium, *Vbi*, diſtinctum ab *Vbi*, totius nauis, ſic etiam mouetur proprio motu; quia tamen mouetur prius meta naui, & tractus cum illa, dicitur moueri per accidens. De hoc modo motus per accidens loquitur idem Ariſtot.6. Phyſicorum cap.10. text.86. Nunc igitur probandum nobis eſt, Chriſtum in Euchariſtia non moueri proprio motu, ſed ſolo motu ſpecierũ, ac proinde per accidens priori modo; ſicut expreſſe dixerunt S. Thomas in 4. diſt.10.quæſt.1.artic. 3. quæſt. 4. Capreolus ſuperius allegatus: cum præmiſſa hac doctrina Ariſtot. quã adduximus, dixerunt, corpus Chriſti per accidens moueri, quia per accidens tantum eſt in loco, non per ſe.

S. Thomas. Caietan.

Capreolus.

Ricardus. Paludanus. Sotus. Marſilius. Petr. Sotus. Ledeſma.

40 Obſeruatio ex Ariſtotel.

41 Chriſtus in Euchariſtia non mouetur proprio motu.

Chriſtũ igitur nõ moueri in Euchariſtia proprio motu, perſpicue colligitur ex doctrina præcedentis capitis. Nam, cum Chriſtus ſub ſpeciebus non habeat proprium, *Vbi*, vt ibi probatum eſt: ſequitur, neque proprium motum ad, *Vbi*, ſeu locum habere. Cui enim proprie, & ſecundùm ſe non conuenit forma adquiſita per motum, neque motus ipſe conuenire poteſt. Quare Doctores omnes, qui affirmant, Chriſtum in Euchariſtia proprio motu moueri, dicunt, proprium etiã locum, & *Vbi*, ei in Sacramento quoque conuenire. Porrò, Chriſto in Euchariſtia propriũ *Vbi*, & motum denegare, ideò neceſſarium videtur, ne, ſi vtrumque ei concedamus, cogamur cum Scoto, Gabriele, & alijs, quos ſupra memorauimus, dicere, Chriſtum in Euchariſtia à ſacerdote non moueri. Id autem neceſſario ſequi, ratio Scoti, & Gabriel. quam ſupra adduximus, apertè conuincit. Nã ſi Chriſtus in Euchariſtia proprium, *Vbi*, ſeu locum haberet, ex ſola Dei voluntate, aut etiam ipſius Chriſti penderet, neque ſacerdos proxime, aut remote in illud, *Vbi*, aliquid influere, aut operari poſſet: fieret igitur, vt ſolà 42 voluntate Dei per motum ſecundùm locum, *Vbi*, & locum, quem antea haberet, mutaret, & nouum adquireret; ac proinde, vt ſola Dei voluntate motus, comitaretur ſpecies: quod autem ſola voluntate alicuius mouetur, vt aliud etiã in motu comitetur nõ mouetur motu illius, quod comitatur, neq; à motore illius moueri dicitur, niſi fortaſsis moraliter: quia, nimirum, pactum inter motores intercedat, vt mouente vno rem vnã, alius moueat aliam; phyſice tamen nihil poteſt motor vnius in aliam operari, vt conſtat. Quod vero Recentiores, dicunt de virtute communicata ſpeciebus ad trahendum ſecum corpus Chriſti, vt ita defendant, Chriſtum in Euchariſtia proprium, *Vbi*, & diſtantiam habere, & moueri proprio motu: nihilo minus à ſacerdote per accidens verè moueri, facile refellitur. Primum, quia ſine fundamẽto aſſeritur, virtutem aliquam inſtrumentariam communicatam eſſe ſpeciebus: vt corpus Chriſti ad ſe trahant, producendo in eo, *Vbi*, & præſentiam nouam cum diſtantia, ſiquidem myſterium ipſum hanc virtutem inſtrumentariam non expoſcit; aliam verò, quæ ſit principalis, ſpeciebus communicari non potuiſſe, manifeſtum eſt. Adde, quòd neque inſtrumentaria virtus phyſica ſpeciebus tribui poteſt, vt ſupra diſputatione 132. capite quarto, iuxta doctrinam primæ partis diſputatione 176. capite quarto, probatum eſt. Deinde, licèt eam concederemus, cum ſolùm eſſet inſtrumentaria, non deberet ſubeſſe efficacitati ſacerdotis mouentis ſpecies, ſed ſolius Dei; ac proinde coniunctionem Chriſti cum ſpeciebus per præſentiam, & *Vbi*, cum diſtantia ſolùm reducere deberemus in voluntatem Dei. Hinc autem manifeſtè ſequitur id, quod Scotus, Gabriel, & alij ratione illa communi inferre

Refellitur reſpoſum Recentiorum. Primo.

Secundo.

43

Chriſtum à ſacerdote moueri admotum ſpecierum negari nequit.

inferre contendebant, nimirum, non poſſe dici, motis ſpeciebus à ſacerdote Chriſtum etiam ab eodem ſecundariè moueri. Si enim hoc ipſo, quod Chriſtus in Euchariſtia haberet proprium, *Vbi*, & præſentiam cum diſtãtia, ſola Dei voluntate abſque inſtrumẽto productam, & conſeruatam: & motis ſpeciebus per ſacerdotem, ab eadem ſola Dei volũtate proximè ſine inſtrumento præſentia illa mutaretur: rectè ſequeretur, fore, vt Chriſtus non à ſacerdote vllo modo etiam ſecundarie, & per accidens, ſed à ſolo Deo moueretur. Idem omnino ſequeretur fore, ſi ea præſentia, & *Vbi*, quod haberet Chriſtus in Euchariſtia, à Deo per ſpecies tamquam per inſtrumentum produceretur: tunc enim Deus diceretur per ſpecies Chriſtum mouere, non tamen ſacerdos: vt enim ſacerdos diceretur Chriſtum mouere, deberet ipſe per ſpecies præſentiam illam, & *Vbi*, Chriſto imprimere, aut ſaltem ita deberet fieri, vt ſpecies natiua, & propria virtute in Chriſto illud, *Vbi*, producerent. Ex quo, ſicut ille, qui mouet magnetem, ferrum etiam cum ipſo ſecundarie, & per accidens mouere dicitur, ſacerdos
44 mouens ſpecies Chriſtum quoque ſecundarie mouere diceretur, ſic enim motus Chriſti à motore ſpecierum naturaliter penderet. Iuxta eorum vero ſententiam à ſola Dei voluntate non minus nunc pendet, quam ſi abſque vllo inſtrumento à ſolo Deo produceretur: ſiquidem iuxta eorum ſententiam nulla virtus deriuatur à Deo in inſtrumenta voluntarie aſſumpta, ſed per ſolam aſſiſtentiam & cooperationem eius eleuantur ad effectũ, ita vt pro ſolo nutu Dei abſque vlla propria efficacitate eorum effectus producantur. Ergo non poteſt eſſe talis connexio inter ſpecies, & corpus Chriſti, vt qui mouet ſpecies, ipſum quoque Chriſtum mouere dicatur, ſi proprius motus ad proprium, *Vbi*, & præſentiam ſub ſpeciebus ei conuenit. Nam ſi pro ſolo nutu Dei abſque virtute media, quæ ab ipſo deriuetur, aut ſit in inſtrumento natiua, conſeruatur à Deo illud, *Vbi*, & cõtinuo etiam producitur, cum Sacramentum mouetur, nulla virtus creata ex ſe erit cauſa etiam per accidens illius, ita, vt Chriſtum per accidens mouere dicatur, licet ſit conditio, & cauſa moralis, cui talis denominatio non conuenit. Quod enim Deus velit mouere Chriſtum ſimul cum ſpeciebus, quas ſacerdos mouet, ex pacto, & verbo ſuo, non eſt ſatis, vt dicamus, Chriſtum à ſacerdote etiam moueri, niſi ſacerdoti alius phyſicus influxus in motum conueniat. Denique, ſuperuacaneum eſſe, hanc virtutem ſpeciebus vllo modo concedere, per quam ad ſe trahãt corpus Chriſti, ea ratione conuincitur, quòd, ſicut, vt primum Chriſtus ſub ſpeciebus per transſubſtantiationem conſtituatur, neceſſaria non eſt: eodem modo, vt ſub illis permaneat, neceſſaria non erit. Porrò autem, neceſſariam non eſſe, vt corpus Chriſti ſub ſpeciebus primum conſtituatur, inde colligitur, quòd ad transſubſtantiationem minime neceſſaria eſt, cum ad hanc ſola veritas verborum ſufficiat, ſicut diſp. 181. cap. 9. probauimus: veritas autem ſine hac virtute communicata ſpeciebus conſtare poteſt, vt patet, & transſubſtantiatio ad conſtituendum primum corpus Chriſti ſub ſpeciebus ſatis eſt. 45

Porrò autem nullo modo cum Scoto, & alijs negari poſſe, Chriſtum in hoc Sacramẽto à ſacerdote moueri, vſque adeo perſpicuum eſt, vt valde mirandum ſit, Scotum, & alios Scholaſticos id negare auſos fuiſſe. Quis enim neget, Chriſtum ſe ipſum in manibus portaſſe, cum in cœna corpus ſuum diſcipulis præbuit manducandum? Quis etiam inficiari audeat, Chriſtum à ſacerdote in manibus ad ægrotos deferri, & in Miſſa ab eo manibus proprijs eleuari, & ab eo cum communicat ore proprio deglutiri, & manducari? quæ omnia motum Chriſti à ſacerdote ipſo manifeſtè ſignificãt. Hęc ſanè omnia nullus alius præter Berengarium, eiuſque imitatores, qui veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia negarunt, inficiari poteſt: qui autem ea negaret, erroris Berengariani conuinci videretur. Nam catholici, qui contra Berengarium concedunt veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia, hoc ipſo ſupponere videntur, ita eſſe Chriſtum ſub ſpeciebus, vt ratione modi, quem ibi habet, per accidens 46 motu ſpecierum ab eodem motore moueri dicatur. Signum igitur eſt, contra communem ſenſum catholicorum eorum ſententiam eſſe, qui dicunt, Chriſtum ſub ſpeciebus habere proprium, *Vbi*, & præſentiam, & proprio motu moueri; cum inde, vt vidimus, manifeſte ſequatur, Chriſtum à ſacerdote non moueri. Berengarij

Licet ſola voluntate Chriſtus vniretur ſpeciebus, à ſacerdote diceretur moueri.

Deinde, quo pacto Chriſtus ſub ſpeciebus à ſacerdote verè moueri dicatur, etiam ſi ſola voluntate illius coniunctus ſit, ex noſtra ſententia, quam præcedente capite probauimus, de modo, quo Chriſtus in Euchariſtia eſt, aperte colligitur. Cum enim, vt diximus, Chriſtus nõ ſit in Euchariſtia ſicut in loco, hoc eſt, in Euchariſtia propriũ, *Vbi*, & diſtantiam nõ habeat, ſed ſecundarie, & extrinſeca denominatione dicatur eſſe in loco, &

distare à punctis, quæ imaginaria vocant, rātione solum specierum, nempe, per locum, & distantiam illarum, in se autem non habeat nisi modum coniunctionis cum illis, eumdemque semper retineat, quocumque species moueantur: rectè consequitur, moueri
47 etiam motu specierum peraccidens, ac proinde ab eodem moueri, à quo species ipsę mouentur: quod enim sit in varijs distantijs, & locis, ratione solūm specierum, quæ mouentur, habere dicitur. Quocirca rectè probauimus in superiori capite, Christum in hoc Sacramento non esse, vt in loco, nec in eo proprium *Vbi*, & distantiam habere: quia ex hoc sequeretur, proprio motu moueri simul cū speciebus; ac proinde fore, vt non posset dici à sacerdote moueri.

Hæc ratio, qua probauimus, fore, vt Christus in Eucharistia non posset dici à sacerdote moueri, si in ea proprium *Vbi*, & distantiam haberet, non probaret eodem modo de anima rationali, quamuis oppositum dixerimus 1. parte, disputat. 191. capite 4. Nam, quāuis ei concederemus proprium, *Vbi*, & distātiam in corpore; nihilominus rectè sequeretur, moto corpore, ab eodē motore & ipsam moueri: eo quod præter, *Vbi*, & distantiam propriam concedere deberemus ei vnionem naturalem cum corpore, ratione cuius naturali quadam consequutione ab eodem motore motus in ipsam secundarie deriuaretur, licet illam per se mouere non possit. At vero è cōtrario, cum Christus in Eucharistia non
¶ 48 sit naturali vnione, sed sola voluntate Dei coniunctus, rectè sequitur, fore, vt si haberet proprium, *Vbi*, in Eucharistia, illudque sola voluntate Dei productum, ab eo solùm, nō à sacerdote moueri posse diceretur.

Diluuntur oppositiones contra præcedentem sententiam.

CAPVT V.

IAM Vero reliquum est, vt aliquā obiecta, quæ pro contrarijs sententijs allata sunt, & alia, quæ statim contra nostram afferemus, dissoluamus. Et sanè pro sententia eorum, qui dicūt, corpus Christi in Eucharistia habere proprium, *Vbi*, & distantiam distinctam ab *Vbi*, & distantia specierum: & quālibet substantiam similiter habere, *Vbi*, & distantiam distinctam ab *Vbi*, & distantia quantitatis, illud solum argumentum uidetur esse: quia nisi cōcedāmus, *Vbi*, indiuisibile. hoc est, modum existendi in loco indiuisibili modo, ita vt totum sit in toto, & totum in qualibet parte, & *Vbi*, substantiæ distinctum ab, *Vbi*, quantitatis, non poterimus prædicamento, quod vocant, *Vbi*, plures species assignare. Si autem hoc, *Vbi*, in substantia concedamus, rectè poterimus distinguere species ipsius, *Vbi*, quod est genera 49
lissimum. Necessarium autem videtur, in quo Diluitur.
uis prædicamento sub generalissimo species aliquas assignare. Respondeo, hoc prædicamentum, *Vbi*, non esse ita perfectum, vt necesse sit, serie prędicamēti cum varijs speciebus ei assignare, sicut notauimus 1. parte, disputatione 195. capite 5. siquidem neque in prædicamento, *Situs*, has varias species constituere oportet. Quis enim dicat, iacere, sedere, & stare, esse proprias species, *Situs*? Eodem modo, neque in prædicamento, *Habitus*, species inueniemus: nam armatum esse, vestitum esse, calceatum esse, non videntur propriæ species huius prædicamenti: aut, si hæ sunt veræ species illius, erūt etiam, *Vbi*, deorsum, & sursum species, *Vbi*, quod est generalissimum; siquidem respectu vniuersi non mīnus differunt sursum, & deorsum, quām in genere, *Situs*, iacere, & sedere, & in genere, *Habitus*, armatum, & vestitum esse. Adde, quod licèt concedamus in generalissimo, *Vbi*, species, quas aduersarij contendunt, vt ita series prędicamēti cōstituatur, nō proinde hoc prędicamentum habebit omnia, quę alijs cōcedi solent: non enim habebit species subalternas, seu genera intermedia, quod idē est.

Quæ vero in præcedente cap. adduximus ex Durando ad probandum, Christum in Eucharistia neque per accidens moueri, friuola planè sunt. Ad primum dicimus, verum esse, ea solùm moueri motu alio, quæ sunt in eo aliquo exdictis modis; nihilominus dicimus, Christum verè moueri, quia cum speciebus connexionē habet. Diximus enim, habere modum quēdam vnionis cum illis, qui, licèt pēdeat ex voluntate Dei, sufficiens est, vt quādiu in eo perseuerat, motis speciebus, ab eo dē omnino motore moueatur, à quo species ipse mouentur. Ad secundū respondeo, non esse incōmodū, vt Christus in vno Sacramento motis speciebus per accidēs moueatur, in alio autē quiescat: sicut etiam, & anima cum existat tota in toto corpore, & tota in qualibet parte, in vna parte corporis mouetur, & in alia quiescit, quia non habet aliud, *Vbi*, & distantiam, ac proinde neque alium motum nisi corporis, in quo est, & ab eo secundariè, & extrinsecè denominatur.

Argumenta Durandi soluuntur. Primum. 50

Primū argumentū aduersariorum.

Secundū.

Ad

Tertium. Ad tertium dico, etiam si Christus dicatur moueri motu specierum; tamen non dicitur frangi, & diuidi diuisione earum: quia motus potest extrinseca denominatione alicui conuenire, sicut etiam esse in loco; diuidi autem, aut frangi non item. Quocirca non probo, quod asserit Sotus in quarto distinctione decima, quæstione secunda, articulo septimo, conclusione tertia, Christum etiam per accidens diuidi diuisione specierum, sicut etiam mouetur extrinsece motu earum. Nam, quamuis fractis, & diuisis speciebus sit etiam Christus in illis; tamen hoc non est diuidi diuisione specierum, cum ipse integer maneat, imo ante diuisionē eodem modo in illis etiam totus esset. Qua vero ratione Berengario, cum errorem suum retractauit, fuerit præceptum, vt fateretur, corpus Christi vere atteri dentibus, & manibus tractari, disp. 180. cap. 9. explicuimus.

Etiam si Christus moueatur à sacerdote cum speciebus, nō frangitur. Sotus.

51

Cæterum contra id, quod in hac disputatione pro explicatione nostræ sententię supponimus, nempe, in materia, & substantia sine quantitate non esse vllas partes, quas vocant integrantes; sed solùm in substantia materiali composita esse partes essentiales, arguunt aduersarij: quia impossibile videtur, vt aliqua duo inter se destinguantur, nisi per id, quod est ipsis essentiale, & intrinsecum: ergo fieri non potest, vt vna pars ab alia substantialiter differat per quantitatem, quæ nō est ipsis essentialis, & intrinseca, sed accidentaria. Præterea, si lignum in duas partes diuideretur, & postea ab illis quantitas separaretur, distinctæ manerent sine quantitate: ergo per id, quod ipsis essentiale, & intrinsecū esset, distinctæ manerent; ac proinde ante quam diuiderentur, per idem etiam, & non per quantitatem distinguerētur. Respondeo, distinctionem quidem essentialem partium non posse desumi, nisi ex eo, quod illis essentiale est, partes autem integrantes non differre essentialiter, cum eamdem formam, & materiam, & idem esse totius compositi habeāt; sed solum differre posse ratione extensionis, tamquam partes eiusdem totius; hoc autem modo mirum non est, si ab ipsa forma extensionis differant: nos autem dicimus hanc esse quantitatem: ergo non mirum, si per solam quantitatem differant. Ideoque vulgo dici consueuerunt non partes essentiales, sed quātitatiuæ totius. Sic etiam mirum non est, si ex sola quantitate substantia habeat, vt in plures partes diuidi possit, quæ sine quantitate non diuideretur: quia extensionem, quæ est propria natura quantitatis, prout ab omnibus Philosophis hactenus definita est, consequitur diuisibilitas, quæ vt passio eiusdē, solet assignari. Quamuis autem ratione quantitatis diuidi posset eadem substātia in duas, aut plures, & tunc ablata quantitate plures illæ distinctæ manerent; tamen sine quantitate nullo modo id fieri posset: eo quod omnis substantia sine quantitate indiuisibilis sit: posset quidem Deus duas substantias in se ipsis distinctas ab initio producere; tamen ex eadem per diuisionem duas facere sine quantitate non posset: quia à sola quantitate iuxta nostram sententiam diuisibilitas substantiæ prouenit. Eadem etiam ratione duæ partes substantiæ postquam diuisæ fuerunt ratione quantitatis, si maneant absque quantitate, coniungi, aut vniri non poterunt: quia nulla alia vnio in substantijs materialibus excogitari potest, nisi ratione indiuisibilium, & punctorum, quę sunt propria quantitatis, & ratione ipsius quantitatis, & extensionis. Hoc modo satisfit rationi prædictæ, tam ne ea probetur, substantiam corpoream habere partes extensas, quę locum replere possint, quàm ne probetur, habere partes sine hac extensione. Et hactenus de materia, & doctrina articuli quinti, & sexti, nam vtrum modus, quo Christus est in Eucharistia, sit supernaturalis secundùm substantiam, an secundum modum; diximus 1. parte, disputatione 214. capite 4.

Substātia non posset diuidi sine quantitate.

53

Prior obiectio, vt substantia habeat partes integrantes.

Posterior.

Diluitur prior.

52

Posterior.

ARTICVLVS VII.

Vtrum corpus Christi, prout in Sacramento, videri possit oculo corporali.

PRIOR Conclusio est, *A nullo oculo corporeo corpus Christi, prout est in hoc Sacramento, videri, ac proinde, neque sensu, neque imaginatione percipi potest.* Posterior conclusio, *A nullo intellectu, etiam Angelico, propria solùm virtute prædito intelligi potest modus, quo Christus est in hoc Sacramento; bene tamen ab intellectu Diuino, aut Beato, prout lumen Diuinum participat.*

An Christus, prout existens in hoc Sacramento, neque videri, & pati, neque agere possit. Disputat. 191.

Corpus Chriſti, prout exiſtens in Euchariſtia, neque vi naturæ, neque virtute ſupernaturali videri poſſe, nonnulli arbitrantur. Cap. 1.

Chriſtum exiſtentem in Euchariſtia videri poſſe ab oculo corporeo non naturali, ſed ſupernaturali virtute prædito, probabilior ſententia eſt. Cap. 2.

Neque agere, neque pati poteſt corpus Chriſti, prout eſt in hoc Sacramento, corporea actione, neque paſsione. Cap. 3.

Corpus Chriſti, prout exiſtens in Euchariſtia, neque vi naturæ, neque virtute ſupernaturali videri poſſe, nonnulli arbitrãtur.

CAPVT I.

TAMETSI S. Thomãs in præſenti articulo non ſolum diſputet de Chriſto, vtrum oculo corporeo videri poſſit, ſed etiam vtrum intellectus creatus modum exiſtendi illius ſub Sacramento cognoſcere valeat, tamen quia 1. part. diſputat. 214. ſatis ſuperque de intellectu creato ad cognoſcendum Chriſtum ſub Sacramento à nobis dictum eſt, hìc ſolum de oculo corporeo, & ſenſu diſſeremus, & cætera, quæ pertinent ad actiones, & paſsiones Chriſti, prout exiſtit in hoc Sacramento, explicabimus.

1

OKam. Gabriel. Maior.

Circa prius de oculo corporeo OKam in 4. quæſt. 5. artic. 3. quem citant Gabriel, & Maior, ſenſit, Chriſtum, prout exiſtentem in hoc Sacramento, naturaliter viſum iri, niſi Deus vellet propter meritum fidei in nobis conſeruandum, illũ occultare. Cuius ſententiam ſequitur Maior in 4. diſt. 10. quæſt. 5. & probabilem putat Gabriel lectione 45. in canonem Miſſæ litera P. Probat autem OKã, quia licet corpus Chriſti, prout exiſtens in Euchariſtia, non ſit in loco (vt aiunt) circumſcriptiue, eſt tamen definitiue in tota hoſtia, & vere præſens. Quid igitur obſtare poſſet, quominus, ſi Deus non impediret, ſpecies viſibiles ſui in oculum immitteret, & videretur?

Fũdamentum.

Communis ſententia.

Cæteri tamen Doctores, quos inferius allegabimus pro comperto habent, Chriſtum, prout exiſtentem in Euchariſtia, non poſſe immittere ſpecies viſibiles ſui in oculum, neque naturaliter ab oculo videri. Omiſsis vero alijs rationibus, quas affert Ricardus pro hac ſententia, quaſque optimè Scotus impugnat, ea primum ratione efficaciter probatur, quia corpus Chriſti in Euchariſtia exiſtit modo indiuiſibili, ac proinde caret extenſione quantitatis ad locum: quæ videtur neceſſaria conditio, vt aliquod corpus operetur, & ex ſe ſpecies ſui, aut effectum alium deriuet. Atque hinc fit, vt in parua quantitate color, qui alias videretur, videri nequeat. Deinde probari poteſt ratione Scoti, quia licet facultas cogitatiua multo nobilior ſit viſu, & quocumque alio ſenſu externo, virtutemque habeat confingendi plura, quæ per nullum ſenſum externum percipit: nihilominus non poteſt aliquid indiuiſibile confingere: ſignum igitur eſt nullum ſenſum internum, aut externum in rem indiuiſibilem ferri poſſe. Intelligo autem hoc loco per rem indiuiſibilem, aut rem ſine quantitate, aut ſine quantitatis modo in ordine ad locum, quæ eſt tota in toto ſpatio & tota in quauis parte, ſicut Chriſtus in hoc Sacramento. Reſpondebit aliquis, ideò facultatem cogitatiuam non poſſe aliquid apprehendere indiuiſibile, quia, cũ vtatur ſpecie, quæ eſt naturale quoddam agens, & re ipſa in ſe non habeat ſpeciem vllam, quæ repreſentet aliquid ſine quantitate, non poteſt per illam rem indiuiſibilem cogitare; ſi tamen alijs vteretur ſpeciebus, rectè poſſet. Verum reſponſum hoc refelli poteſt: quia, cum facultas cogitatiua vim habeat, vt ſpecie, quæ ſimùl repreſentat aurum, aut quãtitatem illius, & figuram, vtatur ad cogitandum ſolum colorem auri ſine quantitate, & figura eius, coniungendo illum cum quantitate montis, quæ per aliam ſpeciem repræſentatur, cur etiam non poſſet vti ſpecie auri ad cogitandum ſolum colorem illius abſque vlla prorſus figura, & quantitate, ſi ſenſus ex ſe vim naturalem haberet cognoſcendi rem indiuiſibilem, & ſine quantitate?

Ricard. Scotus.

2

Probatur primo.

Secundo.

Solutioni occurritur

3

An vero Deus potentia ſua abſoluta efficere poſsit, vt color indiuiſibilis, ac proinde Chriſtus prout in Euchariſtia exiſtens, ab oculo videatur, inter Doctores, qui contra OKamum, Maiorem, & Gabrielem docuerunt, diſſenſio eſt. Ricardus in quarto diſtinctione decima, articulo quinto, quæſtione ſecunda. Paludanus quæſtione quarta, articulo primo, concluſione quinta. Capreolus quæſtione quarta, articulo tertio, ad ſextũ, contra

Quid ſ de potentia abſoluta Dei.

Prima opinio. Ricardus. Paludan.

Capreolus

Deza Hispa

tra primam conclusionem, & Deza Hispalensis quæstione prima, articulo tertio, ad sextũ, quorum sententiam Recentiores aliqui libenter amplectuntur, existimant, ita esse impossibile eleuari oculum corporeum à Deo ad videndum colorem indiuisibili modo existentem, sicut eleuari ad videndum sonum, substantiam secundùm se, aut Angelum, aut quidquid est extra rationem obiecti ipsius: eo quod, vt ipsi dicunt, obiectum proprium visus est color cum modo diuisibili quantitatis, indiuisibili autem modo existes est extra rationem obiecti visus.

4

Duæ partes sententiæ Recentiorum.

Recentiores vero Theologi, qui prædictam sententiam amplectuntur, ita eam explicant, vt censeant non solum impossibile, modum illum indiuisibilem, quo Christus in Eucharistia existit, sed etiam colorem illius secundùm se sine modo illo videri, ac proinde omnino impossibile esse, Christum prout in Eucharistia sub aspectum oculi corporei cadere. Primum quidem, modum illum indiuisibilem videri non posse, probant: quia nihil naturaliter, aut etiam supernaturaliter videri potest, nisi sit obiectum proprium, aut commune visus (loquimur enim de eo, quod videtur per se, non de eo, quod per accidens dicitur videri, sicut substantia) modus autẽ ille indiuisibilis, neque est propriũ obiectũ visus, neque commune, vt cõstat; non quidẽ propriũ, quia neq; est color, neque lux; non commune, quia cum non sit proprius modus quantitatis, sed potius substantiæ, imo ex genere suo solum naturaliter conueniens substantiæ spirituali, supernaturaliter autem solùm communicetur substantiæ corporeæ, non videtur, ad quod sensibile commune pertinere queat, aut reduci. Atque hinc etiam inferunt, hunc modum indiuisibilem per nullum sensum interiorem posse apprehendi: quia sensus interiores non nisi circa sensibilia, & obiecta externorum sensuum versantur.

Fũdamentum prioris.

5

Posterioris ratio.

Deinde probant, non posse colorem Christi prout existentis in Eucharistia secũdum se, & sine illo modo etiam supernaturaliter videri: quia impossibile est, videri obiectum non visa præsentia ipsius: id enim est contra naturam ipsarum rerum: nam sensus non potest ferri in suum proprium obiectum, nisi simul etiam feratur in commune, quo obiectum proprium debet esse affectum: præsentia autem obiecti cum distantia est commune sensibile, sicut etiam quies, & motus. Ideò autem visus ferri non potest in proprium obiectum, nisi simul, & eodem actu feratur in commune, quia modus cognoscendi oculi est cognitionis, quam vocãnt intuitiuam: eo quòd feratur ad rem prout existit: ac proinde, si res affecta non est præsentia secundùm locum, quæ est sensibile commune, sequitur, visum non posse ferri in illam secundùm se sine præsentia. Adde, quod, aut oculus à Deo eleuatus videret Christum prout existentem sub speciebus, vel abstractum à loco specierum: si videret prout existentem sub speciebus, iam videret cum modo, quem ibi habet, & cum præsentia, quod diximus esse impossibile; si autem videret ipsum sine modo, & præsentia, quam ibi habet, abstractum à loco, & speciebus, sequeretur, posse etiam oculum eleuari ad videndum colorem abstractum ab indiuiduis, quod est impossibile. Accedit, quòd impossibile est, ita videri colorem secundùm se, vt neque videatur indiuisibilis, neque diuisibilis; quia hoc ipso, quod non videtur diuisibilis, videtur indiuisibilis, & è cõtrario. Ergo impossibile est, colorem Christi secundùm se, prout existit in Eucharistia, videri sine modo, quem ibi habet.

Confirmatio prioris.

6

Posterior.

Christum existentem in Eucharistia videri posse ab oculo corporeo non naturali, sed supernaturali virtute prædito, probabilior sententia est.

CAPVT II.

MIHI Probabilior sententia semper visa est, Christum existentem in Eucharistia videri posse ab oculo corporeo, non sola naturali, sed supernaturali virtute prædito. Ita docet S. Thomas in quarto distinctione decima, quæstione vnica, articulo quarto, quæstiũcula prima, præsertim ad primũ. Vbi inquit, id forte fieri posse per miraculum (intelligit supernaturaliter.) Neque ab hac sententia abhorrere videtur in hoc articulo septimo præsentis quæstionis ad secundum, vbi ait, ab oculo Christi corporeo videri Christum existentem in hoc Sacramento, licet non videatur modus, quo existit: quia hic, inquit, à solo intellectu cognosci potest. Consentit Alexander quarta parte, quæstione decima, membro septimo, artic. 3. §. 8. versiculo, *Consequenter quæritur*, vbi,

Vera sententia.

7

S. Thomas.

Alexander.

B. Virginē oculis corporeis Chriſtum vidiſſe in Euchariſtia ait Alen.

vbi, licèt neget, ab oculo glorioſo dono etiã gloriæ prædito videri corpus Chriſti exiſtens in Euchariſtia, concedit tandem, pium eſſe credere, Beatam Virginem oculis ſuis vidiſſe Chriſtum prout ibi exiſtentem, idque ipſi priuilegio ſpeciali conceſſum fuiſſe: atque, ſi alicui alteri idem contigit, eodem modo donatum fuiſſe. Vbi, quamuis neget, per dotem corporis beati reddi oculum idoneũ ad videndum Chriſtum, prout exiſtentẽ ſub Euchariſtia, concedit tamen peculiari alio priuilegio oculis Beatorum id conuenire poſſe. Idem concedit Marſilius de oculo Chriſti in 4. quæſt. 7. art. 1. verſiculo, *Ad quartum dicitur*, nempe, poſſe videre corpus ſuũ prout exiſtens ſub Sacramento, non minus, quàm prout exiſtens in cœlo. Denique eamdem ſententiam ſequitur Scotus in 4. diſt. 10. q. 9. & Dominicus Sotus eadem diſt. quæſt. 1. artic. 7. Neſcio tamen, qua ratione à nonnullis Recentioribus pro eadem opinione allegatur Bonauent. quæſt. 2. & Vvaldenſ. tomo 2. qui eſt de Sacramentis cap. 65. Nam ſi quid docet Bonauentura pertinens ad præſentẽ controuerſiam, potius oppoſitum tradit: ſolum enim inquit, â nullo oculo etiam prædito dote beatitudinis poſſe videri Chriſtum prout exiſtentem in Sacramento: eo quod oculus non poſſit aliquid videre ſine quãtitate, hoc eſt ſine modo quantitatis ad locum: docetq; nulli vnquam oſtenſum fuiſſe corpus Chriſti, prout ibi exiſtens ſecundùm modum, quem ibi habet, ſed in forma paruuli. Hinc autem potius colligitur, Bonauẽturam priorem ſententiam ſequutum fuiſſe, aut ſaltem hanc controuerſiam de potẽtia abſoluta Dei non tractaſſe. Præterea Vvaldenſis loco citato nihil omnino dicit, quod ad præſentem quæſtionem pertineat.

Marſilius.

Scotus. Sotus.

Bonau. & Vvald. falſo citantur.

9 Multo melius pro hac ſententia allegari poſſunt OKam, Maior, & Gabriel, qui putãt, Chriſtum in Euchariſtia etiã naturaliter poſſe videri, vt ſupra memorauimus. Ex alijs vero Autoribus citatis ſolus eſt Dominicus Sotus, qui, vt vtramque opinionem conciliet, inquit, vno modo fieri poſſe, vt Chriſtus exiſtens in Euchariſtia ab oculo corporeo videatur, nempe, ſi viſio à ſolo Deo ſupplente vicem, & efficacitatem potentiæ obiecti, & ſpeciei producatur, & hoc modo intelligit hanc poſteriorem opinionem. Altero vero modo inquit, Chriſtum videri non poſſe, nẽpe producta ſpecie ab ipſo, & in oculum deriuata, quia neque Deus efficere poteſt, vt obiectum ſpeciem ſui in oculum tranſmittat, niſi modum illum quantitatis habeat.

OKamus, Gabriel. Maior. Mens Dominici Soti.

Reijcitur. Primo.

Verum Dominicus Sotus primùm ſecum non conſtat: nam, vt vidimus 1. 2. diſput. 9. capit. 2. ita ipſe concedit in alio loco, poſſe produci à ſolo Deo notitiam in intellectu, vt ſolùm producatur ſecundum rationem cuiuſdam qualitatis, non ſecundum rationem notitiæ: eo quod notitia, vt notitia ſuapte natura, & eſſentia poſtulet à facultate ipſa cognoſcente procedere. Deinde, ſi ſemel cõcedat, poſſe notitiam oculi, & viſionem ad Chriſtum prout exiſtentem in Euchariſtia terminari, fateri debet, Chriſtum eo modo exiſtentem eſſe intra latitudinem veri obiecti viſus; alioquin nulla viſio in illum ferri poſſet: hoc autem poſito, poſſet ab oculo videri, non ſolum viſione â ſolo Deo producta, ſi ita produci poſſet, ſed etiam ab ipſo oculo procedente vno ex duobus modis, vel concurrente Deo cum ipſo, ſimulque ſupplente efficacitate ſua vicem ſpeciei: ſicut etiam produci poſſe viſionem claram Dei ſine ſpecie, & habitu luminis gloriæ, oſtendimus 1. parte, diſputatione 46. capite 2. aut etiam producta ſpecie propria ipſius Chriſti à ſolo Deo, quæ cum oculo vt principium concurreret ad viſionem. Nam cum Sotus cõcedat, poſſe à ſolo Deo produci ipſam viſionem, multo melius concedere debuit, poſſe produci à ſolo Deo ſpeciem viſibilem Chriſti, quæ cum oculo ſit principium videndi. Scotus etiam ita intelligit prædictam opinionem, vt poſſit oculus corporeus eleuari â Deo ad videndum Chriſtum ſecundum ſe non prout præſentem in Euchariſtia, quia talis præſentia, eo quod careat modo quantitatis, & extenſionis in loco, ſub obiectum viſus non cadat. Alij vero Autores abſolute, & ſine vlla limitatione docent, poſſe Deum efficere, vt oculus corporeus videat Chriſtum, prout exiſtentem in Euchariſtia, & hoc ſenſu prædicta ſententia à nobis cõfirmanda eſt.

10

Secundo.

11

Scoti iudicium.

Chriſtus in Euchariſtia non poteſt mittere ſpecies.

Primum igitur non poſſe ab ipſo Chriſto, prout in Sacramento exiſtente ſpeciem aliquam in oculum deriuari, neque à Deo fieri poſſe, vt à Chriſto deriuetur, liquet, quia ſi à Chriſto produceretur, deberet tãquam à cauſa effectrice propria illius virtute oriri: ſic autem non poſſet fieri; quia natiua virtus eius operari non poteſt ſine modo quantitatis, & extenſionis in loco. Ab eo quidem tamquam ab inſtrumento virtute Dei eleuato procedere poſſet, niſi tale genus inſtrumenti voluntarie aſſumptum impoſsibile eſſet, vt 1. parte, diſputatio 176. capite 4. monſtrauimus. Reſtat igitur, vt per ſpeciem ab ipſo Chriſto deriuatam Chriſtus in Euchariſtia videri non poſsit. Cæterum, aut per ſpeciem à Deo ſolum productam, aut Deo ſine ſpecie

12

cum

cum oculo concurrente, & ſupplente efficacitatē ſpeciei, id fieri poſſe, deinde iam oſtendo. Imprimis quidem ex parte ipſius coloris nihil obſtat, quia cum ſit idem omnino, & eiuſdem rationis in Sacramento, & extra, eodem modo vtrobique habet rationem proprij obiecti viſus, ac proinde ex parte ſua ac commodatus eſt, vt videatur: ſi quid autem obſtaret, ne videri poſſet, id eſſet ex parte ſenſibilis communis, quod ipſi coniunctum eſt. Ex hac autem parte nihil obeſſe poteſt: nam quamuis in Sacramento Chriſtus non habeat modum extenſionis in loco, qui eſt commune ſenſibile, & ita ſub hoc modo ibi non videatur, tamen nihil contrarium habet, quod impediat, ne videatur: pro extenſione enim in loco habet modum indiuiſibilitatis, ratione cuius exiſtit totus in tota quantitate ſpecierum, & totus in quauis parte: habet etiā coniunctionem cum ſpeciebus ipſis ſub Sacramento, ita vt ab illis non diſtet; neutrū autem obſtare poteſt, quo minus ſub Sacramento videatur.

Nihil obſtat quominus de potentia Dei videatur.

Non ſenſibile commune.

13

Primū non obſtat indiuiſibilitas: hęc enim non eſt modus aliquis poſitiuus, qui videri debeat, ſed eſt priuatio extēſionis ad locum, ex qua priuatione ſequitur, vt color Chriſti, qui eſt obiectum viſus, ſit totus in tota quantitate ſpecierū, & totus in quauis parte. Quātis igitur ipſa indiuiſibilitas, quæ eſt priuatio, non videatur, poterit videri color ſine extenſione in loco, ac proinde totus in tota quantitate Sacramenti, & totus in quauis parte illius, eo ipſo, quod videtur ſine extenſione in loco. Porro autem, indiuiſibilitatem nō eſſe modum poſitiuū, ſed ſolam priuationem diuiſionis, ſeu extenſionis in loco, pro cōperto habeo: neque enim opus eſt, tot modos poſitiuos excogitare, vbi per ſolam negationē aliquid explicari poteſt; alioquin, & quantitas, quam etiam dicimus eſſe cum corpore Chriſti, modum aliquem poſitiuū indiuiſibilitatis haberet, quod eſt ſuperuacaneū. Deinde modus coniunctionis corporis Chriſti cū ſpeciebus non obſtat, quo minus Chriſtus videri poſsit, prout in Sacramento exiſtens, nō diſtans ab ipſis ſpeciebus, ſed eis coniunctus: nunc enim non ſolum contendimus videri poſſe Chriſtum abſtractum ab ſpeciebus, ſed etiā prout exiſtētē inſpeciebus: quia alioquin non probaremus, Chriſtum prout in Sacramento exiſtētē videri poſſe; ergo, modum coniunctionis nihil obſtare, probatur. Nam, cum dicimus, videri poſſe Chriſtum ſub ſpeciebus prout ipſis coniunctum, & ab eis minime diſtantem, non contendimus, videri poſſe modum coniunctionis, & vnionis: ſicut etiam, cum dicimus, videri rem in hoc, aut illo loco quieſcentem, aut motam, non putamus, videri ipſum, *Vbi*, fixum, & quieſcens, aut in motu, vt Recentiores aliqui exiſtimant: hoc enim impoſsibile eſt, ſed aliquid aliud docere volumus, vt ſtatim explicabitur.

Indiuiſibilitas non eſt modus.

Indiuiſibilitas eſt priuatio diuiſionis.

Nō modus coniunctionis Chriſti cum ſpeciebus.

14

Vt igitur explicemus, quid intelligamus nomine motus, & quietis, quæ inter ſenſibilia communia numerantur, & quid nomine coniunctionis Chriſti cum ſpeciebus, quam dicimus in Sacramento cum Chriſto videri poſſe: primum notandum eſt, ipſum, *Vbi*, qui eſt poſitiuus quidam modus intrinſecus mobili, & quantitati, & in peculiari prædicamēto, non eſſe cōmune ſenſibile, neque vllo modo ſub ſenſum cadere, ſiue illud ſit in quiete, ſiue ſit in motu, neque illud pro cōmuni ſenſibili vnquam ab Ariſtotele fuiſſe aſsignatū; ſed ſolum 2. de Anima cap. 6. motū, & quietem. Quamuis autem motus ſit variatio ipſius *Vbi*, cōtinua, & in quiete ſit, *Vbi*, fixum, & permanens; tamen ipſa forma, *Vbi*, non eſt aſsignata pro ſenſibili cōmuni, eo quòd ſub ſenſum cadere non poteſt, ſed alio modo motus, & quies explicanda ſunt. Porro autem ipſam formam *Vbi*, in motu, aut in quiete nō cadere ſub ſenſum, patet primum: quia, ſi ſub ſenſum vllum caderet, facilē quiſque talem formam ſenſu ipſo experiretur, ſicut experitur quantitatem, longitudinem, & figuram: quare difficultas non eſſet inter Doctores, neq; controuerſia, an per motum ſecundùm locū adquireretur forma aliqua intrinſeca, quæ eſſet forma, *Vbi*, quia manifeſtiſsimū eſſet, eiuſmodi formam intrinſece inhærentem corpori per motum adquiri, & in quiete permanere, non minus quàm certum eſt, omne corpus, quod ſentitur, habere quantitatem, & figurā, de quo hactenus nulla fuit controuerſia inter Doctores, neque eſſe potuit. Deinde ſi motus, & quies eſſet aliqua forma, *Vbi*, inhærens ipſi mobili, quæ ſentiretur, poſſemus etiam motum, & quietē nauis ſenſu diſcernere intra camerā ipſius nauis: neutrum autem hoc modo ſenſu diſcernere valemus: ergo ſignum eſt, ſenſibile cōmune, quod dicitur motus, aut quies, non eſſe formam aliquam inhærentem ipſi mobili, ſed aliquid aliud. Cū igitur ab Ariſtotele motus, & quies inter ſenſibilia cōmunia numerantur, hoc modo explicari debent, vt nihil ſint in ipſo mobili præter quantitatem ipſius. Tunc autem dicātur motus, & quies ſentiri à ſenſu, quoties cum ipſo mobili duo alia corpora, vt minimum ſentiuntur, ita vt inter vnum, & aliud intercedat tertium, & ſenſus in tria illa ſimul feratur; motum autē dicatur percipere, & à quie-

Obſeruatio circa ſēſibilia communia.

15

Ariſtotelis

Vbi, nō eſt commune ſenſibile. Primo.

Secundo.

16

Ariſtotelis exponitur

te diſtinguere, quoties corpus intermedium non manet in eadem quantitate, ſed maius, aut minus incipit apparere; illud autem, ex parte cuius intermedium corpus ſucceſsiue maius, aut minus apparet, dicatur moueri; illud vero, ex cuius parte corpus intermedium non apparet maius, aut minus, dicatur quieſcere, & hoc ſit ſentire modum, aut quietem alicuius; non autem quia videatur ipſa forma inhærens quæ dicitur, *Vbi*. Quocirca, quâ
17 uis alia ſenſibilia communia, vt quantitas, & figura dicantur intrinſece modificari ſpeciem ſenſibilem coloris, vt ſimul cum colore repræſententur: tamen quies, & motus nihil immutant, aut modificantur ſpeciem coloris, cum quo videntur, ſicut etiam neque numerus, qui inter ſenſibilia quoque communia ab Ariſtotele conſtituitur; ſed abſque vlla modificatione ſpeciei ſenſibilis pro prij ſenſu percipi dicuntur, penes hoc tantum, quod plura ſimul ſenſibilia eo modo, quo diximus, ſimul ſentiuntur. Hinc etiam fit, vt exiſtentes in camera nauis, non poſſint percipere motum ipſius nauis, quia non vident tria corpora, nempe, nauim, & alterum corpus extremum, & tertium inter illud, & nauim intermedium, per quæ cognoſcant motum, & quietem ipſius nauis; at vero, ſimul atque vident alia extra nauim, facilè vident, vtrum nauis moueatur, aut quieſcat, eo modo, quo explicatum à nobis eſt.

Poſteriot obſeruatio

Deinde memorandum eſt id, quod præcedente diſputatione capite quarto fuſius oſtendimus, nempe, modum coniunctionis, quem corpus Chriſti habet cum ſpeciebus, ſicut Angelus cum corpore, in quo eſt, non eſſe formam, *Vbi*, vt Recentiores autumant, ſed modum alium, cui non conuenit immobilitas, & diſtantia à punctis, quæ vocant imaginaria, quòd imaginatione noſtra fixa ſint pro loco, & pro forma, *Vbi*: quia, vt ibi dicebamus, corpus Chriſti eumdem modum ſemper retinet cum eiſdem ſpeciebus, in quibus eſt, quamuis illæ moueantur, & ipſum cum eis, neque mutata diſtantia, mutatur modus illius. Cæterum, ſicut forma
18 illa, *Vbi*, de qua ſupra diximus, non eſt ſenſibile commune, & ideò per ſe ſentiri non poteſt: ſic etiam neque modus ille coniunctionis commune ſenſibile eſt, neque per ſe ſentiri poteſt, ſed, ſi alicui oculo communicaretur virtus ad videndum Chriſtum ſub ſpeciebus, ipſumque videret, eatenus diceretur percipere colorem illius coniunctum, & non diſtantem à ſpeciebus, quatenus videret colorem corporis Chriſti, ipſaſque ſpecies Sacramentales, & nullum aliud corpus ſenſibile interiectum inter illa: ſicut diximus, quietem corporis ſentiri, & videri ex eo, quòd videantur duo alia corpora ſimul, & illud, quod interiectum eſt, non appareat maius, aut minus, ſed ſemper eodem modo. Ideò autem dicimus, non ſolum colorem Chriſti ſub Sacramento exiſtentis videri, ſed etiam coniunctionem eius cum ſpeciebus tamquam commune ſenſibile eo
19 modo, quo explicatum eſt: quia contendimus, communicari poſſe oculo corporeo viſionem Chriſti, non quidem à ſpeciebus, & loco omnino abſtracti, ſed etiam prout exiſtentis ſub ſpeciebus, & illis coniuncti.

Fundamẽta oppoſita ſoluuntur: prius,

Ex hac vero doctrina facile diſſolui poſſunt ea, quæ Recentiores Theologi pro priori ſententia afferunt. Et quidem quod in priori argumento adducebatur, nihil momenti habet: primum, quia modus ille indiuiſibiliter exiſtendi in ſpeciebus panis, nempe, quo Chriſtus totus eſt in tota quantitate, & totus in quauis parte, etiam ſi poſitiuum quid eſſet, non eſſet ſupernaturalis ſecundùm ſubſtantiam ſuam, ſed ſolùm eſſet ſupernaturalis ex parte efficientis; ſiquidem ſimilis conuenit ſpirituali ſubſtantiæ: ergo ex hac parte nihil obſtaret, ſi Deus vellet, quo minus ab oculo corporeo Chriſtus videretur. Deinde cum non ſit modus poſitiuus, ſed ſolùm negatio modi quantitatis, & extenſionis ad locum, vt ſupra probatum eſt, nihil omnino obeſſet, quominus color Chriſti videri poſsit ab oculo corporeo totus in tota quantitate ſpecierum, & totus in quauis parte, ſi Deus etiam vellet: ex hoc enim non videretur aliquis modus poſitiuus, vt diximus: & ita reſpondetur ad id, quod priori loco adductum eſt.

Poſterius

Ad poſterius vero reſpondeo, corpus Chriſti poſſe quidem videri vtrouis modo, ſi Deus velit, nempe, & abſtractum à præſentia, ſeu coniunctione cum ſpeciebus ſine illo ſenſibili communi, quod eſt præſentia. Verum hoc modo non videretur, prout eſt in Sacramento, ſed ſecundùm ſe ſine modo extenſionis ad locum, & cum præſentia, & coniunctione: & hoc modo videretur, prout eſt ſub Sacramento, non ſolum ſine modo quantitatis, ſed etiam cum tali coniunctione, & cum ſpeciebus,

ſicut explicatum eſt.

Neque agere, neque pati potest corpus Christi, prout est in hoc Sacramento, corporea actione, neque passione.

CAPVT III.

EO Modo, quo aliqui Scholastici dixerunt, corpus Christi, prout in hoc Sacramento existens, posse naturaliter videri per species à se ipso in oculum eius deriuatas, dixerunt etiam,

21 posse agere in exteriorē materiam quocumque genere actionis, & ab exteriori etiā agēte pati, idque reuera futurum, nisi Deus ad

Prima opinio. conseruandum meritum fidei naturalem virtutem ipsius, & aliarum causarum impediret: ita expresse docuit OKam in 4.q.5.§. *Aliter ego dico ad articulos:* quem sequitur Aliacensis in 4.q.5.art.3. literā N.N. Nam, cū affirment, suppositis ijs, quæ fides docet, non posse satis probari oppositū, in prędicta opinione plane conquiescunt. Eidem sententiæ consentire debet Maior: eo quòd in 4. dist. 10.q.5. existimat, Christum prout existentē in Eucharistia naturaliter visum iri à nobis, & visurum exteriora obiecta, nisi Deus id impediret. Eamdem opinionē, vt probabilem refert Gabriel lect.45. in canonem Missæ litera Q. & sequentibus, & fortasis ei probabiliter visa est. Fundamenta huius opinionis, quod attinet ad actionem tria sunt. Primum, quia non minus videtur sufficere ad actionē ex parte agentis, si agens secundùm se totum sit æque præsens passo, quàm si ratione quantitatis sit ei propinquum per aliquam partem sui: Christus autē existens in Sacramento altaris æque est præsens secundum se totum cuicumque passo: ergo satis accōmodatus est, vt agere possit. Deinde, quia idem patitur à se ipso, siquidem aqua reducit se ad pristinam frigiditatem, & tamen non distat à se secundùm locum: ergo distantia agentis à passo secundum locum non est necessaria, vt corpus Christi agat in exteriorem materiā Postremo, quia modus accidentarius principij agentis necessarius non est ad actionē; huiusmodi autem est modus extensionis ad locum. Eisdem quoque argumentis eadem sententia confirmari potest, quod attinet ad passionem, nempe, vt corpus Christi pati possit ab exteriori aliquo agente, nisi Deus causas naturales passionum impediret, & dotes gloriæ, quibus corpus Christi præditum est, obstarent.

Gabriel.

Christum agere posse sub speciebus, probatur primo.

Secundo.

Tertio.

22

Oppositā sententia vera est, nimirum, Christum, prout existentem in Eucharistia, eo ipso, quòd caret modo extensionis quantitatis in loco, etiam si nihil aliud obstet, idoneum non esse, vt agat in exteriorē materiam, vel etiam in se ipsum actione corporea, vt nutritionis, visionis, aut ab aliquo exteriori agente eodē genere actionis corporeæ patiatur, bene tamen idoneum esse, vt ibi spiritualiter operetur, nempe, vt intelligat, & velit. Hanc sententiam tradit S. Thom. in hoc artic.7. quod attinet ad actionem Christi exteriorem, quod vero spectat ad passionem, infra quæst.81.art.4. in corpore, & ad primùm illam docuit. Consentit etiam Scotus in 4.dist.10.q.5. & 9. quibus etiam adde Ricardum dist.10.art. 5.q.2. & Capreolum quæst. 4. artic. 1. ad 4. Scoti contra 1. conclusionem, & Paludan. q. 4.artic.1. concluf.4. quod attinet ad actionem Christi in exteriorem materiam: de hac enim idem cum alijs sentiunt; de passione vero non loquuntur, quāuis eadem ratione idē asserere debeāt. Quod verò spectat ad passionem deriuatam ab altero agēte in Christum, conueniunt etiam Aegidius Theoremat.46. & Marsil.in 4.q.8. art.3. Eamdem sententiā tam de actione, quam de passione Recentiores Theologi passim sequuntur; quāuis non nulli de actione aliquantulum dubitēt: manifestum enim existimant esse, requiri quantitatem cum modo extensionis in loco, vt corpus in se recipiat passionem ab aliquo agente, vt vero agat in aliud, non ita manifestum esse putant: eo quòd passio media quantitate in corpore, quod patitur, recipi debeat; at vero actio non oriatur ab agente media quantitate. Verū, si hæc ratio alicuius esset momenti, probaret etiam, non requiri modum quantitatis, nempe, extensionis in loco ad passionem: quia facilè quisque dicere posset, nō requiri hunc modum, vt medio illo passio recipiatur in corpore; siquidem, vt inferius dicemus, etiam Christus sub hoc Sacramento habet, & retinet qualitates impressas ab agente in alio loco, & passiones similiter: si autem illas reciperet medio modo extensionis in loco, tamquam subiecto, *Que*, non posset illas sub Sacramento retinere: quia sub Sacramento non retinet modum, qui necessarius esset ad recipiendas has qualitates, & passiones. Quo circa existimo, eamdem esse rationem actionis, & passionis, quod ad præsentē controuersiam attinet, vt Christus prout existēs sub hoc Sacramento, agere, aut pati non possit; non quia modus extensionis in loco sit necessa-

S.Thomas. *Scotus.* *Ricardus.* *Capreolus.* *Paludanus.* *Aegidius.* *Marsilius.*

Aliquibus non bene probatur.

24

Conclusionis fundamentum.

Christus non potest agere, aut pati actione corporea in Sacramento.

23

neceſſarium ſubiectum, quo medio, aut agat, aut patiatur; ſed quia ſit conditio neceſſario requiſita ad vtrumque, ſicut loci propinquitas. vt, quemadmodum vnum corpus ab alio pati, aut in illud agere nequit, niſi ei ſit propinquum, vt experimento conſtat, ita etiam non poſsit agere in aliud, aut ab eo pati, niſi illud contingat quãtitate ſua: neque enim hoc minus experimento compertum eſt. Cũ igitur ita ſit Chriſtus in Euchariſtia, vt neque aliud tangere, neque ab eo tangi poſsit, non incerta ratione dicimus, ita eſſe ſub Sacramento, vt ſub eo neque agere, neque pati poſſit: ſiquidem videmus, aliquid ei deficere, ſine quo nullum aliud corpus agere, aut pati poteſt. Illud autem reuocare in Diuinam potentiam impedientem actionem, & paſsionẽ, ob conſeruandam fidem huius Sacramenti, eſt abſq; vlla ratione relicto ſenſu, & experiẽtia philoſophari. Vnde enim quis aſſererе poſſet de actione, & paſsione corporis id, quod nũquam expertus eſt? Aut quis dicat, ſolam propinquitatem ſine quantitatis contactu eſſe conditionem ad actionem, & paſsionem neceſſario requiſitam, & ſufficientem, cum contrariũ ſemper videamus cum actione, & paſſione coniunctum?

25

Argumenta vero OKami, & aliorum pro priori ſententia friuola ſunt. Ad primum dicimus, non ſufficere præſentiam, & proprinquitatem Chriſti ſecundum ſe totum, vt agere poſsit, & pati quia non ſola propinquitas eſt conditio requiſita, ſed proprinquitas cum contactu quantitatis, quem in Sacramento non habet. Quare melior eſt ad actionem, & paſsionem præſentia alicuius ex vna parte cum contactu, quam præſentia illius ſecundum ſe totum.

Argumenta oppoſita diluuntur Primũ

26

Ad ſecundum reſpondeo, experientia etiã compertum eſſe, vt idem non poſsit agere in ſe ipſum vllo modo, niſi quantitatem habeat ita diſpoſitam, vt ratione illius habeat partes inter ſe loco diſtantes per modũ illum extenſionis. Quare, licet non requiratur diſtantia in diuerſo loco; qualis eſt inter duo corpora; requiritur tamen talis, qualis eſt inter partes non ſolùm, vt agat vna pars in aliam, ſed etiam vt in omnibus partibus ſimul à principio intrinſeco effectus aliquis proueniat: vt quando aqua à ſe ipſa ad ſtatum priſtinum frigiditatis reducatur.

Secundũ.

Ad tertium dico, modum quantitatis, qui eſt extenſionis ad locum, quamuis ſit modus accidentarius, requiri ex parte agentis ad agẽdum, & ex parte paſsi ad patiendum, non vt principium, neque etiam vt diſpoſitionẽ ad recipiendum paſsionem, ſeu qualitatem, ſed vt conditionem, ſicut requiritur etiam propinquitas, & contactus agentis, & paſsi.

Tertium.

27

Supereſt, vt de actionibus immanentibus dicamus, an Chriſtus prout exiſtens in hoc Sacramento eas exercere poſsit. Et quidem, ſi ſermo ſit de actionibus ſpiritualibus, nempe, intellectus, & voluntatis, nemo dubitat, poſſe à Chriſto, prout exiſtente in Sacramento, eas exerceri: eo quòd ſint actiones ſolius animæ, nullo modo cõmunicantes cum corpore, niſi pro hoc ſtatu ex parte obiecti: anima vero ſicut non pendet à loco, vt ſit, ita etiam non pendet, vt operetur. Verum cum pro hoc ſtatu non poſsit anima intelligere, & velle niſi miniſterio ſenſuum etiam adiuuetur, quod attinet ad obiecti propoſitionem, ſi Chriſtus, prout exiſtens in Sacramento, nõ poteſt exercere operationes ſenſuum, ſimiliter nõ poterit intelligere, & velle. Hoc autem intelligo, ſi ſolum ſit in Sacramento, ſi tamen ſit in Sacramento, & ſimul modo naturali extra Sacramentum, ſatis eſt vt anima dicatur intelligere prout in Sacramento, quòd extra Sacramentum naturali modo exiſtens operetur ſenſu interiori. Illa enim operatio rectè deſeruit, vt intellectus in quouis loco exiſtens operetur: eo quòd eius operatio non pendet à loco. Si tamen de toto homine loquamur, rectè diximus, Chriſtum, prout exiſtentem in hoc Sacramento, non poſſe intelligere per conuerſionem ad phãtaſmata, quia, prout ibi exiſtens, non poteſt vti phantaſmate, & ſenſu cogitare.

Difficultas de actionibus immanentibus.

De ſpiritualibus.

28

De ſenſibus externis.

Verùm de operationibus ſenſuum, tam internorum, quàm externorum, quæ verè ſunt in corpore, & ab eo pẽdent, vt à ſubiecto, maior eſt difficultas. Atque in primis ex eadem doctrina ſequitur, Chriſtum, prout exiſtentem ſub Sacramento, non poſſe elicere operationem alicuius ſenſus: an uero illam habere poſsit ſub Sacramento per concomitantiã (vt aiunt) quia exiſtens in cœlo, vel in alio loco modo naturali, eam elicit, diſputat. ſequẽte dicemus: de ſenſibus autem oppoſitum docuerũt OKam, & Gabriel, & alij quos ſupra pro priori opinione allegauimus. E contrario vero de eiſdẽ hanc noſtrã ſententiam tradũt cæteri pro ſententia poſteriori, quod attinet ad actionem, memorati, quibus etiã adde Aegidium Theoremate 16. quamuis hic Autor ſolum loquatur de actione ſenſus exterioris, in quo magis manifeſtè id conſtat: eo quòd ſenſus externi non operantur, niſi prius ab exteriori aliquo agente patiantur, ab eo autem pati non poſſunt, niſi habeant modum quantitatis, & extenſionis in loco, vt probatũ eſt. Verum de ſenſibus internis, qui retinent ſpe-

OKamus. Gabriel. Aegidius.

De inter-

cies

cies in abſentiâ obiecti, maior videtur difficultas, an prout in Sacramento interius operari poſsint. Nihilominus dicendum eſt, ſenſus internos, prout in hoc Sacramento nõ poſſe exercere operationes ſuas immanentes; nõ quia deberet prius pati ab exteriori agente, ſed quia potentia corporea indiget modo quantitatis ſibi naturali, vt corpoream etiam eliciat operationem. Cum enim ſemper videamus coniunctam actionem corpoream cum modo illo extenſionis, abſque fundamento dicemus, poſſe etiam naturaliter talem operationem à tali potentia, & facultate ſine tali modo quantitatis, & extenſionis in loco procedere.

De ijs, quæ per concomitantiam conueniunt Chriſto exiſtenti in hoc Sacramento. Diſ. 192

Exiſtentiam ſupernaturalem corporis Chriſti in hoc Sacramento non pendere ab exiſtentia naturali extra Sacramentum. Cap. 1.

Quæcumque priora loco, quæ imprimuntur corpori Chriſti extra Sacramentum, non neceſſario comitari ipſum in Sacramento virtute ſola agẽtis naturalis, ſed voluntate Dei, nonnulli Recentiores ſenſerunt. Cap. 2.

Quæcumque priora loco, quæ imprimuntur corpori Chriſti extra Sacramentum, abſque vlla alia virtute ſupernaturali neceſſario comitari ipſum in Sacramento, vera, & probabiliori opinio fert. Cap. 3.

Diluuntur oppoſitiones aduerſariorum capite ſecundo allatæ. Cap. 4.

Exiſtentiam ſupernaturalem corporis Chriſti in hoc Sacramento non pendere ab exiſtentia naturali extra Sacramentum.

CAPVT I.

1 ANTEQVAM explicemus ea, quæ comitantur corpus Chriſti in hoc Sacramento ratione exiſtẽtiæ naturalis extra illud, operæpretium erit diſputare, an modus exiſtendi in hoc Sacramento pendeat ex modo naturali exiſtendi extra illud. Atque in primis nemini iure dubium eſſe poteſt id, quod Dominicus Sotus in 4. diſt. 10. quæſt. 1. artic. 2. notauit, nimirum, nunc quidem modum exiſtẽdi præſentiæ Sacramentalis corporis Chriſti pendere à modo naturalis præſentiæ, quem habet in cœlis; nõ, vt aliqui Recẽtiores Theologi dicunt, ratione cauſalitatis, quam vocãt exemplarem, & ratione concomitantiæ: quia, nimirum, Chriſtus exiſtens modo naturali in cœlo ſit cauſa exemplaris Sacramenti, ita vt conſtituatur ipſe ſub Sacramento, ſicut modo naturali exiſtit alibi, nempe, cũ omnibus qualitatibus ſuis: neq; quia Chriſtus exiſtens modo naturali ſit cauſa phyſica inſtrumentaria Sacramenti Euchariſtiæ, & præſentiæ, quã Chriſtus in hoc Sacramento habet: neque enim fieri poteſt, vt talis ratio inſtrumenti phyſici Chriſto exiſtenti modo naturali conueniat, vt conſtat ex ijs, quæ diximus 1. par. diſput. 176. cap. 4. neque genus cauſæ exemplaris hac in parte neceſſarium, aut poſsibile eſt. Quod enim Chriſtus ſit in hoc Sacramento cum illis qualitatibus, cum quibus modo naturali in cœlo exiſtit, nõ reducitur in Chriſtum, ſicut in cauſam exemplarem: ſiquidem idemmet Chriſtus vtrobique eſt, & idem cõparatus ſe cum non habet rationẽ cauſæ exemplaris. Sed ea ſolum ratione id, quod ex Soto notauimus, omnibus pro comperto eſſe debet, quia Chriſtus hoc Sacramentum ita inſtituit in nocte cœnæ, vt ſupponeret, ſe in cœlo futurum, atque vt nobis ſolatium aliquod ſuæ præſentia relinqueret, ſimulque ad cœlos aſcenderet, voluit in hoc Sacramento reipſa manere. Quorſum autem ita inſtitueret, vt etiam ſi ipſe in cœlis, & modo naturali nõ exiſteret, nihilominus in Euchariſtia conſtitueretur?

Sotus.

Quomodo præſentia Chriſti in Sacramento pẽdeat à præſentiâ in cœlo.

2

Verumtamen ijdem Recentiores contendunt, probabile eſſe, in hoc Sacramento Chriſtum reuera manſurum, etiam ſi in cœlis, aut alibi modo naturali nõ exiſteret. Quia, licet in hoc Sacramento Chriſtus per adductionẽ conſtituatur, ac proinde ſupponatur alibi modo naturali exiſtens, & ita Sacramentum (vt dici ſolet) in fieri pendeat ex modo naturali exiſtendi corporis Chriſti in alio loco; tamẽ, poſtquam Chriſtus ſemel conſtitutus eſt ſub Sacramento, nõ videtur, exiſtentiam ſub illo ex prædicto modo naturali pẽdere: quod perinde eſt, ac ſi dicas, pẽdere quidem in ſui productione, non autem in conſeruatione, ſicut etiam ex verbis conſecrationis pendet præſentia corporis Chriſti ſub Sacramento, vt fiat, non autem, vt conſeruetur. Hic tamen modus

Recentiorum ſententia.

3

Reijcitur.

modus philoſophandi mihi non probatur: nam, ſi attendamus ad inſtitutionem præſentem, per quam Chriſtus hoc Sacramentũ nobis reliquit, ideo voluit, ſe ipſum facere, & conſeruare præſentem ſpeciebus, vt exiſtens in cœlo nobis ſolatium relinqueret. Quo circa dicendum eſt, ex vi talis inſtitutionis, ſi ipſe alibi abſens non exiſteret, fore, vt neque in Euchariſtia conſtitueretur, neque in ea permaneret. & ita modum exiſtitendi in Euchariſtia à modo naturali exiſtendi alibi ex vi præſentis inſtitutionis pendere.

4

Dubium enodatur.

An vero modus, quo Chriſtus exiſtit ſub Sacramento, ſuapte natura ſuppeonat modũ exiſtendi naturalem ipſius, ita vt ſine illo nõ potuerit ſub Sacramento conſtitui, in quæſtione poſitum eſſe videtur; cum tamen Doctores, qui inter ſe videntur pugnare, re ipſa contraria non doceant. Caietanus q.62.art. 2. ſententiam quãdam abſurdã imponit Scoto, eamque acriter, & efficaciter impugnat, à mente tamen illius longe diſtat. Putat igitur, Scotum in ea ſententia fuiſſe, vt aſſereret, modum exiſtendi, quem Chriſtus in Sacramento habet, ſuapte natura non pendere ab exiſtentia ſubſtantiali ipſius, ita vt conſtitui potuiſſet Chriſtus ſub Euchariſtia, antequam incarnaretur, hoc eſt, non facta incarnatione: & licet corpus, ſeu humanitas ipſius anihilaretur ſecundum ſuum eſſe naturale, Chriſtus in Euchariſtia ſicut nunc manere potuiſſet; ſi tamen naturaliter corrumperetur humanitas per ſolam ſeparationem formæ corporeitatis à materia, Euchariſtia, quod attinet adrem contentam, non remaneret: hoc modo interpretatur, & inpugnat ſententiã Scoti, & ad eã confirmandam nonnulla adducit argumenta, quæ conſulto prætermitto; eo quod Scotus nihil contra Caietanum tradiderit, neque Caietanus mentem illius ſyncere intellexerit.

Caietanus ſiniſtre intelligit Scotum.

5

Verum aliqui, neſcio qua ratione adducti, cenſent, Caietanum cum Scoto ex oppoſito pugnaſſe & ita docuiſſe modum, quo Chriſtus exiſtit in Euchariſtia, ſuapte natura pendere à modo, quo extra Sacramẽtum exiſtit. Pro qua etiam ſententia allegant Antiſiodorenſem lib.4. ſummæ tractatu 5. cap.5.q.6. in fine, vbi ait, Chriſtum in Sacramento exiſtere, quaſi ſecundo, eo quòd primarie ſit in cœlo.

Recentiores male Caietanũ.

Antiſiodorenſis.

6

Verum neque Caietanus contendit, præſentiam Chriſti in Euchariſtia ſuapte natura pẽdere ab exiſtentia ipſius in cœlo, aut alibi ſecundum extenſionem in loco, neque Antiſiodorenſis id vllo modo indicat: ſolũ enim Caietanus probat, exiſtentiam Chriſti in Euchariſtia, quæ dicitur præſentia Sacramentalis, pendere ſuapte natura, & neceſſario ab exiſtẽtia ſimpliciter, hoc eſt, ab eſſe ſubſtantiali eiuſdem Chriſti, quod Scotus non negauit, vt inferius dicemus. Antiſiodorenſis verò nõ tractat de neceſſaria connexione, quæ ſuapte natura ſit inter vtrumque modum, nẽpe, exiſtendi in cœlo, ſeu in loco ſecundum extenſionem, & exiſtendi in Sacramento; vel inter præſentiam in Sacramento, & eſſe ſubſtantiale Chriſti, ſed ſolum oſtendit, tale debere eſſe corpus Chriſti ſub Euchariſtia, quod attinet ad impaſsibilitatem, aut paſsibilitatem, cæteraſque proprietates ipſius, quale eſt in cœlo, aut alio loco, in quo naturali modo exiſtit.

7

Sententia igitur Scoti, quam ego non ſolum veram exiſtimo, verum etiam à ſenſu aliorum Scholaſticorum minime diſcrepantem, eſt, modum, quo Chriſtus eſt in Sacramento, & quem ipſe vocat, eſſe Sacramentale, nullo modo pendere à modo, quo naturaliter exiſtit in loco ſecundum extenſionem, & quem eſſe naturale appellat. Ob id tamen non dicit, neque leuiter inſinuat, modum, quo Chriſtus ſub Sacramento exiſtit, non pendere ab eſſe ſimpliciter, & ſubſtantiale ipſius, quaſi præſentia Sacramentalis conſeruari, aut fieri poſſet à Deo ſine ſubſtantia ipſius Chriſti, vt perperã ipſum interpretatur Caietanus. Hãc ſententiam hoc ſenſu explicatã tradidit Scotus in 4.diſt.10.q.4.per totam, & q.6.§. *Ad intellectum quæſtionis*, poſt 5. concluſionem. Gabriel in canonem Miſſæ lectio, 47. à principio, & Maior in 4.d.10.q.7.art.1. Dominicus Sotus eadem d.q.1.artic.2.§. *At vero*, & d.8.q.vnica, artic.5.§. *Animaduertebanc rationem*, & Ledeſma 1.p.4.q.14.artic. . & q.16.art.4.dub.6. nam, quamuis Sotus, & Ledeſma dicant, modum, quo Chriſtus exiſtit in hoc Sacramento, ſecundum potẽtiam ordinatam pendere à modo exiſtendi naturaliter extra Sacramentum; tamen ſecundũ potentiam abſolutam ingenue fatentur, minime pendere. Ratio vero eſt manifeſta, quia rectè poſſet Deus efficere, vt Chriſtus ſolũ exiſteret in Sacramento modo illo præternaturam, ſeu ſupernaturali; ergo modus, quo in Sacramento exiſtit ſuapte natura non pendet à modo, quo naturaliter extra Sacramentum exiſtit, ſed ex ſola inſtitutione, qua nũc hoc Sacramentum inſtitutum eſt. Hæc ratio, omiſsis alijs, quas Scotus adducit, nobis ſuffi ciat. Hinc autem infert Scotus, potuiſſe Deũ efficere, vt idem Chriſtus exiſteret ſub Euchariſtia, ante quam ex Virgine naſceretur, & naturali modo exiſteret, quia produci potuit idem Chriſtus à Deo alia via, ante quã

Explicatur Scotus pro vera, & communi ſententia

Gabriel. Maior. Sotus. Ledeſma.

8

Ratio.

de

de Virgine nasceretur, & gigneretur eius humanitas; obid tamen non sensit Scotus, neque vllus ex citatis Doctoribus, vt falsò Scoto imputat Caietanus, præsentiam Christi in hoc Sacramento suapte natura non pendere ab existentia illius substantiali. Quis enim diceret, potuisse Christum esse in hoc Sacramẽto absque eo, quòd substantialiter existeret? Quo circa non dixit Scotus, Christum mansurum in hoc Sacramento, etiam si anihilaretur, & esse desineret, vt Caietanus refert; sed solum dixit, posse anihilari omnem præsentiam Christi naturalem, nimirum, in loco secundum extensionem, ita vt in nullo loco hoc modo Christus maneret, & ea anihilata manere Christum præsentem huic Sacramento cum modo Sacramentali, quod sane nullus
9 negare potest. Recte quoque docuit, iuxta modum philosophandi, quem alibi etiam sequitur, non mansurũ hoc Sacramentũ, quod attinet ad rem contentam, si corpus Christi ita dissolueretur, vt forma corporeitatis à materia prima separaretur: censet enim primariũ significatum nominis, *Corpus*, in consecratione non esse materiam primam, nec materiam cum anima, sed cum forma corporeitatis, vt disp. 186. memorauimus. E cõtrario vero manente materia prima cum forma corporeitatis, & separata anima, mansurum quidem Sacramentum; ita tamen, vt corpus Christi sine anima in Sacramento maneret.

Sotus. Verum Dominicus Sotus mentem Scoti nõ plane assequutus, existimansque, ipsum, & Caietanum reipsa contraria opinari, contendit eos hoc modo conciliare: vt si de potentia absoluta sermo sit, Caietanus Scoto concedere debeat, potuisse Deum in triduo animam à materia Christi separare extra Sacramentum, & in Sacramento eas coniunctas cõseruare: quasi hoc contenderet Scotus; cum tamen ab eo longe abfuerit, imo oppositum plane docuerit in 4. d. 10. q. illa 4. §. *Hic duo*, versiculo, *Ex hoc sequitur corollarium*, qui est post medium illius.

10 Porro hoc impossibile esse, ex mente etiã ipsius Scoti disput. 189. c. 4. mostrauimus. Solum autem, vt vidimus, docuit, separata forma corporeitatis à materia non mansurũ hoc Sacramentum, quod attinet ad rem contentã, quia neque Christus, neque corpus Christi
Maior. maneret. Verum Maior loco citato non solũ cum Scoto docuit, modũ, quo Christus existit in Sacramento, non pendere à modo, quo extra Sacramentum naturaliter existit, & ita potuisse hoc Sacramentum institui, vt contineret Christum, antequam de Virgine nasceretur, vt supra vidimus, sed etiam fieri potuisse, vt postquam Christus sub Sacramento esset, ex Virgine nasceretur, & ex illa fieret: hoc autem (ni fallor) dixit, quia putat, fieri posse, vt eadem res in vno loco producta vna productione, in alio etiam alia productione producatur. Id quod Gabriel lectio. illa 47. in canonem, litera E. amplius declarat hoc modo. Quia fieri potest (inquit ille) vt materia prima alicuius sit informata, & animata per animam in vno loco, & sine anima, & cũ contraria forma in alio, ac proinde, licet in Sacramento tunc esset animata posset collocari in vtero Virginis animata etiam, seu informata anima, seu forma ipsius, ita vt pars Virginis sumeretur, vt animaretur anima Christi, & ab ea etiam informaretur, ac proinde in vtero Virginis gigneretur humanitas, & deinde pars alia materiæ existens in visceribus Virginis, quæ supereset, deseruiret ad nutrimentum eiusdem humanitatis, & ita naturali modo in vtero Virginis per nouẽ mensis vsque ad partum contineretur. Et in hũc sensum interpretatur Scotum in 4. d. 10. q. 4. §. *Hic duo*, versicul. *Ad rationem de Incarnatione*, vbi docet, potuisse hoc Sacramentum institui, antequam incarnatio fieret in vtero Virginis, & post institutionem corpus Christi ex visceribus eiusdem Virginis formari: ita tamen, vt illa formatio non esset tunc inceptio corporis Christi, nisi secundùm quid: sicut nunc conuersio panis in corpus Christi non est inceptio illius nisi secundùm quid: eo quòd esse simpliciter illius iam præcessisset. Verum mens Scoti longè distat ab opinione Gabrielis, & Maioris: nam Scotus impossibile esse existimat, vt materia in vno loco non animetur, & in alio animetur, aut in vno loco animetur vna anima, & in alio alia anima (sicut concedit Gabriel in prædicto casu, & cõcedere debet Maior) vt vidimus disput. 189. cap. 4. Hoc autem supposito, fieri nõ posset, vt prius institueretur hoc Sacramentũ continens Christum, & deinde idem Christus ex visceribus Beatę Virginis gigneretur. Ea igitur solum ratione posset de Virgine nasci semel sub Eucharistia constitutus; non quia in vtero illius gigni possit; sed quia constitutus etiam in vtero Virginis secundùm modum naturalem, ibi nutriri posset, nempe, si paruulus esset, & paruulus in Eucharistia antea cõstitutus, & postea quam per nutritionem ad statum nouem mensium naturalem peruenisset, partu ederetur in lucẽ. Et hoc sensu ego intelligerem Scotum: nam ex eius doctrina, vt diximus, sententia Gabrielis, & Maioris, nequaquam deduci
poteſt.

Gabriel. 11

Explicatur Scot. 12

Quæcum-

Quæcumque prioraloco, quæ imprimuntur corpori Christi extra Sacramentum, non necessario comitari ipsum in Sacramento virtute sola agentis naturalis, sed voluntate Dei, nonnulli Recentiores censuerunt.

CAPVT II.

13 EX Doctrinâ, quam trâdidimus supra disput.189.cap.4. facilè constaret, quo pacto de qualitatibus impressis corpori in vno loco, quod attinet ad concomitantiam earum cum eodem in alio loco, sentiendum esset: & nisi Recentiores aliqui peculiari modo essent in hac re philosophati, nihil in præsenti addendum esset: Verum, quia peculiarem in hac re opinionẽ sequuti sunt, necessarium duxi, aliquid in præsenti dicere de qualitatibus impressis in vno loco, nimirum, an corpus existens in alio loco necessario comitentur.

Primum assertum Recentiorum.

Recentiores igitur prædicti dicunt primo, ex sola virtute agẽtis naturalis, & creati qualitatem, seu mutationem corpoream, quæ nõ est actio vitalis, impressam corpori in vno loco, non comitari ipsum in alio, in quo ante talem mutationem iam etiam erat. Per mutationem autem intelligunt quemlibet terminum impressum corpori per illam. Hanc partẽ suæ sententiæ probant inductione per singula genera mutationum. Primum in alteratione, & productione qualitatis: quia calor impressus corpori existenti Romæ, non potest virtute agentis naturalis, & creati deriuari in idẽ corpus existens Toleti, eo quod virtus agentis creati finita sit, & vltra terminum sibi præfixum effectum transmittere nequeat: si autẽ virtute agentis naturalis eadem qualitas impressa Romæ, transfunderetur in idem corpus existens Toleti, fieret, vt agens naturale creatum vltra terminum sibi naturaliter præfixum virtute sua natiua operaretur. Quinimo, si necesse esset, eamdem qualitatem impressam in vno loco eo ipso comitari corpus in alio, & in illud in alio loco existens transfundi, potius dicendum esset agens naturale creatum non posse imprimere qualitatem corpori in loco sibi propinquo existenti, sed

Inductio ne firmatur. Primo ex alteratione.

14 nãturaliter impeditum esse existentiã eiusdem corporis in alio loco remoto: quia in illum locum non posset propria virtute, ac proinde neque in locum sibi propinquum talem qualitatem deriuare. Quare, ne dicamus (inquiunt) agens creatum non posse imprimere qualitem corpori existenti in loco sibi propinquo, quod videtur absurdum, fiquidem potest agens creatum mouere secundùm locum corpus existens in vno loco, absque eo, quod moueat ipsum in alio: ideo asserendum est, qualitatem, vi creati agentis impressam corpori existenti in vno loco, non comitari ipsum in alio, sed in eo loco tantũ cum illo manere. 15

Secundo ex augmẽtatione, & diminutione

Deinde eamdem sententiam confirmant in mutationibus ad quantitatem, quas nomine accretionis, & decretionis vniuerse vsurpatæ complectuntur. Nam, si fiat accretio per additamentum, & infusionem vnius substantiæ in aliam, vt cum aqua aquæ infunditur, & decretio per detractionem alicuius partis, vt cum pars aquæ ab aqua detrahitur, & separatur, etiam si fiat in vno loco, non necessario fieri debet in alio: hæ namque fiunt per motum secundùm locum: motus autem, qui fit in vno loco, nõ necessario comitatur corpus in alio, vt cõmunis opinio fert. Hinc etiam inferunt, si eo tẽpore, quo Christus crucifixus est, & clauis, & lancea confossus, esset etiã in Eucharistia, fore, vt virtute sola agẽtis creati configentis ipsum clauis, & lãcea, talia vulnera in Eucharistia non reciperet ob eãdẽ rationem: quia, nimirũ, hæc omnia fiunt per motum secundùm locum, qui non potest virtute agentis creati comitari corpus in quouis loco. Similiter etiam dicũt, eo tempore, quo Christus in cruce sanguinẽ effunderet, non esse futurum in Eucharistia, sed corpus eius futurum ex sangue in cruce, in Eucharistia verò cũ suo sanguine mansurum. Si vero accretio fiat per rarefactionem, & decretio per cõdensationem, eodem modo idem colligere contẽdunt: tũ quia hæ duæ mutationes in se sunt alterationes quædam, ac proinde eadem de illis ratio esse debet, atq; de alijs, quæ hactenus diximus; tum etiam, quia hę alterationes secum habent coniunctã mutationem secundùm locũ, aut antecedentem, aut consequentem: mutatio autẽ huiusmodi, quæ fit in vno loco nõ comitatur corpus in alio. Denique si accretio proprie fiat, nempe virtute viuentis ad maiorẽ quantitatẽ per conuersionẽ alimenti in substantiã eius, multo maiori ratione dicendum esse putant, augmentũ viuentis, quod fit in vno loco, nõ comitari ipsum viuens in alio. Probãt autẽ hac ratione, quia accretio, & 16

augmen-

augmentum huiusmodi fit per additamentũ, & coniunctionem extrinseci corporis, quod habet rationem cibi, & alimenti: accidere autem potest, vt corpus viuens sit in duobus locis, cibus autem, & alimentum maneat in vno; imo vero, vt supra diximus, disp. 189. cibus in stomacho ita est in corpore viuẽte in vno loco, vt non comitetur ipsum virtute naturalis cõnexionis cum eo. Dici autẽ non potest, virtute ipsius corporis viuentis deferri cibum, & alimentum in alium locum, vt manifestum est: ergo, licet augmentum fieret in vno loco, non fieret in alio. Porro autem, si alimentum non deferretur in alium locum,

8 non futurũ ibi augmentum viuentis, probant: nam, quemadmodũ, si ignis, qui esset Romæ, & Toleti combureret itupam existentem solum Romæ, neque ignem genitum ex ea sibi coniungeret, ignis ex stupa genitus Romæ solùm maneret: eodẽ modo etiã si coniungeret illum sibi, & fuerit vnus cũ eo, Romæ solũmaneret, eoquod stupa, ex qua genitus esset, solùm fuisset Romæ.

Tertio ex corruptione.

Postremo eãdẽ sententiã probant in actione substantiali, quę est corruptio, dicũt enim, nullum aliud genus actionis substantialis fieri posse ab agente naturali in corpore existẽte in duobus locis, cũ nõ possit virtute illius iterum generari. Ergo de corruptione prædictam sententiam ita intelligunt, vt eadẽ res existens in duobus locis, si substãtialiter desinat, & corrumpatur in vno loco virtute agẽtis naturalis, non necessario desinat, & corrũpatur in alio, imo neque id fieri possit. Probant autẽ primum, quia corruptio interdum fit ex diuisione continui, nẽpe, ex vulnere inflicto, diuisio autem continui facta in vno loco non necessario fit in alio, neque virtute agẽtis naturalis fieri potest, aut deriuari statim in aliũ. Deinde probant exemplo animę, quæ, cum sit in eodẽ corpore, vnitur vni parti eiusdem corporis in vno loco, nẽpe, manui, & nõ in alio; alteri verò parti in alio loco, nã partes eiusdem corporis sunt in diuersis locis, &

19 inter se distant, & ita amittere potest vnionem cum vna parte in vno loco, & non amittere vnionem cum alia parte in alio loco. Eodem igitur modo posset anima in vno loco esse vnita corpori, & in altero non vnita, ac proinde è conuerso eadem materia in vno loco esse vnita animæ, & in alio non vnita: cumque necesse sit, corruptionem fieri per inductionem contrariæ, seu oppositę formæ, inferunt præterea, virtute etiam agentis naturalis fieri posse, vt eadem materia, quæ antea in duobus locis informata erat eadem forma, incipiat in vno informari alia noua forma, manens simul informatã in alio loco. Nam, si in vno loco interiret homo, non autem in alio materia eius inciperet in eo loco, in quo ipse interiret, informari forma cadaueris, retinens animam in alio: & hactenus de actione, & impressione corporea, quę non est actio vitalis, qualis est cognitio, & appetitio. 20

Secundum assertum.

Secundo de actionibus vitalibus cognitionis, & appetitionis diuerso modo philosophantur prædicti Theologi, adhibent autem hanc distinctionem. Aut actiones immanentes pendẽt non solùm à facultate ipsa, & potentia, sed etiã ab exteriori obiecto, quod secundũ loci propinquitatẽ mouere debet potentiam ipsam, aut nõ pẽdent ab obiecto præsente, & propinquo: de illis igitur, quæ pendent ab exteriori obiecto propinquo secundum locũ, dicunt eadem esse rationẽ, atque de qualitatibus, & mutationibus alijs corporeis: de quibus hactenus dictũ est, vt elicitæ ab animanti in vno loco non comitentur ipsum in alio, eoquòd obiectum, à quo pendet actio illa, sit in vno loco, & non in alio. De illis verò actionibus immanentibus, quæ non pendent ab exteriori obiecto secundùm loci propinquitatẽ, verisimile existimant, eas, quę eliciuntur in vno loco comitari animal, & ab eo elici in alio. Huiusmodi actiones putant esse intellectus, memorię, sensuũ interiorum, volũtatis, & appetitus sentiẽtis: hoc tamẽ ita intelligũt, vt species, quæ necessariæ sunt ad cognitionẽ, tã sensus, quã intellectus in vtroque etiam locó cũ animali, aut homine collocentur. Probant autẽ ea ratione: quia cũ nulla harũ actionũ pendeat ab exteriori obiecto propinquo secundùm locũ, nihil obstare potest, quo minus eadem actio eliciatur ab eodem homine in diuersis locis, cũ in eis idem omnino sit, & totã virtutẽ ad eam eliciẽdam in se habeat: loquũtur autẽ de eodẽ homine existente in diuersis locis secundũ modũ extensionis proprium quantitatis: sic enim con- 21
stitui posse ipsi arbitrantur, vt supra disputatione 189. cap. 2. vidimus, & ita constitutum posse in diuersis locis eodem modo operari, quo in vno posset, nemo dubitat; nam si sermo esset de corpore existente in vno loco secundùm modum extensionis proprium quantitatis, & in alio loco modo indiuisibili, vt in Eucharistia, non diceretur, eamdem actionem posse eliciab eodem in vnoquoque loco secundùm modum, quo in illo existit; sed tantum in vno secundùm modũ, quo ibi existit, nempe, secundùm modum extensionis, alio verò solum eam actionem habere secum per naturalem concomitantiam.

Tertio docent, quamuis agẽs creatũ vi sua

Tertium ſertum.

naturali nequeat immutare corpus ita in vno loco, vt effectus immutationis comitetur ipſum in alio loco, vt probatum eſt; nihilominus magis congruum, & conſentaneum naturis rerum videri, vt ſuppoſito priori miraculo, de exiſtentia corporis in duobus locis ſimul, Deus ſuppleat defectum cauſarum naturalium, & efficiat, vt effectus omnium immutationum impreſsi corpori in vno loco ipſum comitentur in alio. Et hac ratione explicare contendunt Autores, quos citant pro oppoſita ſententia de impreſsione facta in vno loco, & comitante corpus neceſſariò in alio: & vt defendant communem Scholaſticorum ſententiam de hoc Sacramento, in quo dicunt, eſſe omnia per concomitantiam, quæcumque ſunt in ipſo Chriſto extra Sacramentum.

22

Dubium in ſequens ſolui-tur à Recentioribus.

Ex hac doctrina reſpondent ad illud dubium, vtrùm ſi corpus Chriſti extra Sacramentum corrumperetur, & reſolueretur in quatuor elementa, deſineret eſſe ſub Sacramento, an non? Et dicunt, hypotheſim eſſe impoſsibilem ſuppoſita inſtitutione facta huius Sacramenti, & ſtatu corporis Chriſti, quem hæc inſtitutio ſupponit: & ita ex illa hypotheſi ſequi duo contradictoria, nempe, & manſurum corpus Chriſti ſub Sacramento: quia ex inſtitutione tandiu manere debet corpus Chriſti ſub ſpeciebus, quandiu illæ non corrumpuntur: & non manſurum ſub Sacramento; quia tale debet eſſe corpus Chriſti ſub ſpeciebus, quale eſt extra Sacramentum: in eo autem caſu extra Sacramentum nó eſſet iam corpus Chriſti: ergo neque ſub Sacramento maneret.

Aliqui falſò citãtur.

Hugo de ſancto Victore. Alex. Alen. Maior. Ruardus.

Pro hac ſententia, quam hactenus memorauimus, Recentiores, qui eam ſequuntur citant Hugonem de Sancto Victore, Alexandrum Alenſem, quos nos ſupra allegauimus, diſput. 189. cap. 2. Maiorem in 4. diſt. 10. q. 5. & Ruardum Tapper. articul. 15. eo quòd dicant (vt Recentiores referunt) immutationem factam in aliquo corpore in vno loco virtute agentis creati non eo ipſo comitari corpus in alio loco. Verum prædicti Autores pro hac opinione allegari iure non poſſunt, neque enim ipſi diſputant, vtrùm agens creatum virtute ſua imprimens aliquem effectum corpori in vno loco, ratione concomitantiæ eumdem effectum deriuet in idem corpus, prout in alio loco exiſtens. Mentem Hugonis iam explicuimus capit. 4. illius diſputationis, vbi patet, nihil de hac controuerſia dixiſſe. Ruardus etiam nihil de hac re definit; ſed, vt notauimus cap. 2. illius diſputat. 189. inquit, probabiliter diſputari à Theologis, vtrùm idem corpus poſsit eſſe in diuerſis locis in vno calidum, in alio frigidum, an non? & quamuis inclinare videatur in partem affirmantem, tamen ſententiæ, quam hic retulimus, nihil fauet, neque enim ibi proponit controuerſiam, vtrum corpus calidum in vno loco virtute agentis naturalis eſſet etiam calidum in alio loco, an virtute talis agentis tantum eſſet, & maneret calidum in vno loco. Alexand. ſolum dicit, fieri poſſe à Deo, vt idem corpus viuat in vno loco, & moriatur in alio, an vero vi agentis naturalis ſi moreretur in vno, moreretur etiã in alio, non definit. Solus eſt Maior diſtinctione illa 10. quæſt. 4. §. *Contra hanc concluſionem*, qui, cum aſſerat, ſi vnum corpus ſecundùm extenſionem, & naturali modo eſſet in duobus locis ſimul, fore, vt in vno calefieri poſſet, & in alio frigefieri, plane indicat, ſe exiſtimare, effectum impreſſum corpori in vno loco vi agentis naturalis nó comitari ipſum corpus in alio. Quo circa fruſtra pro prædicta ſententia cæteri omnes memorati Autores allegantur.

24

Quæcumque priora loco, quæ imprimuntur corpori Chriſti extra Sacramentum, abſque vlla alia virtute ſupernaturali neceſſariò comitari ipſum in Sacramento, vera, & probabilior opinio fert.

CAPVT III.

25

EGO Sane iuxta ea, quæ diſput. 189. capit. 4. notaui in præſenti quoque dicendum exiſtimo, nempe, omnia quæcumque imprimuntur corpori exiſtenti in vno loco virtute eiuſdem agentis, & actionis, neq; ſupplente Deo, aut eleuante virtutẽ cauſæ creatę, comitari corpus in quocumq; alio loco, ſi ea ſint priora loco, aut locum ipſum per ſe non conſequantur, neque reſpiciant: ita expreſſe ſenſit Scotus in 4. diſt. 10. quæſt. 2. §. *Dico ergo*. Verſicul. *Aliqua argumenta*, & quæſt. 6. §. *Ad intellectum quæſtionis*. Concluſione 5. Inquit enim, ea, quę ſunt priora loco, hoc eſt, quæ nõcõſequũtur locũ, neque ipſum reſpiciunt, ſed corpori abſolute conueniunt, non poſſe non comitari corpus, vbicumque ponatur.

Vera ſententia.

Scotus.

Idem

Idem omnino docuit Marſilius in 4. queſ. 7. artic. 3. ſuppoſitione 3. & conſonat doctrinæ totius articuli, & quæſt. 8. artic. 3. Quocirca dicet, ſi corpus in vno loco calefieret, ita vt in eo non poſſet frigefieri, fore, vt neque in alio etiam remoto exiſtēs frigeſceret; quia calefactio in vno loco propter cōcomitantiam caloris in alio loco impediret frigefactionē,

26 hoc autem verum non eſſet, niſi ſola vi agentis creati calor productus in corpore exiſtente in vno loco comitaretur ipſum in alio loco. His etiam adde Gabrielem lect. 46. litera F. cum interpretatus Scotum dixit, qualitatem productam in corpore exiſtente in vno loco futuram per concomitantiam cum eodem in alio loco, ita vt impedire poſsit actionem contrariam ibidem, ſi res naturæ ſuæ relinquantur, neque Deus per miraculum velit, vt qualitas producatur in vno loco, & non ſit cum corpore in alio loco. Sentit igitur, mutationem factam in corpore in vno loco vi ſola agentis creati comitari ipſum in alio loco. His etiam Autoribus pro eadem ſententia annumerari poteſt S. Thom. in hac queſ. 76. artic. 4. & 5. ad 3. vbi docet, accidentia omnia Chriſti cum ſua quantitate eſſe in Sacramento per realem concomitantiā: eo quòd ſubſtantia corporis Chriſti, re vera ab illis non denudatur: quaſi dicat; quia reuera illis non caret, ſed ea in ſe realiter habet, nempe, exiſtens ſecundùm proprium modum extenſionis, ideo reipſa ea cōcomitari corpus Chriſti in Sacramēto. Cum igitur vi agentis creati ea habeat, vt exiſtens in loco per modum extenſionis, planè ſenſit, ex vi illius ſolùm ſine alia ſupernaturali virtute ſpecialiter ad id concurrente eſſe ſub Sacramento per concomitantiam eo ipſo, quòd corpus Chriſti ſub Sacramento conſtituitur. Idem etiam ſenſiſſe videtur quæſtio. 81. articul. 4. cum dixit, quidquid pertinet ad corpus Chriſti ſecundum ſe, ei conuenire, & tribui poſſe prout

27 exiſtenti in Sacramento: & ideo, ſi in Sacramento manſiſſet eo tēpore, quo à Iudæis extra Sacramentum occiſus eſt, fore, vt in Sacramento etiam moreretur. Adde etiam Henricum quodlib. 9. q. 32. & Antiſiodoren. lib. 4. ſummæ tractat. 5. c. 5. q. 6. dicunt enim, manifeſtā implicare cōtradictionē, ſi quis dicat, idē corpus mori in vno loco, & viuere in alio.

Ratio autem, quam diſput, illa 189. cap. 4. reddidimus, id manifeſte probat: nam cū ea, quæ conueniunt Chriſto, aut ſubſtantialiter aut accidentarie abſque vllo ordine ad locū, cōueniāt ei abſolute, neceſſe eſt, vt de eo abſolute enuncientur, & additamentum loci nihil omnino ad tales enūciationes pertineat, ac proinde inepte dicatur corpus Chriſti viuere, aut albū, aut nigrū, aut calidum, aut frigidum eſſe in hoc loco, aut in alio, ſed abſolute de ipſo talia enuncientur: quod autē abſolutē alicui conuenit, & de illo enunciatur, nō poteſt ratione alicuius loci de illo nō enūciari. Adde, quòd, vt ibidē fuſius oſtendimus, cum eadē ſit præſentia loci, & diſtantia quantitatis, ſubſtantiæ, & cæterorum accidentiū fieri nequit, vt aliquid horum incipiat eſſe in alio loco, & cętera ipſum nō comitētur. Has rationes fuſius in eo cap. proſequuti ſumus: ex quibus ſequitur, id, quod ſemel alicui corpori conuenit vi naturalis agentis, eo ipſo abſque alio comitari debere corpus ipſum, vbicumque à Deo conſtituatur. Noſtra præterea ſententia non minus confirmabitur capite ſequente, cum diſſoluemus argumenta oppoſitæ: inde enim facile patebit, quam parum probent.

Confirmatio.

28

Cæterum ex Concilio Trident. idem nūc etiā cōfirmari, & oppoſitū refelli non minus efficaciter poteſt: nā ſeſſione 13. cap. 3. poſtquā oſtendit id, quod ex vi verborum eſt ſub qualibet ſpecie, nēpe, corpus ſub ſpecie panis dumtaxat, & ſanguinē ſub ſpecie vini, de ijs, quæ per cōcomitantiā in Sacramēto ſunt, inquit in hæc verba: *Ipſum autē corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinē ſub ſpecie panis, animā ve ſub vtraque vi naturalis illius cōnexionis, & concomitantiæ, qua partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit, nō amplius moriturus, inter ſe copulātur Diuinitate: porro propter admirabilē illā eius cū corpore, & anima hypoſtaticā vnionē.* Vbi pro cauſa cōcomitantiæ in Sacramēto aſſignat vim naturalis cōnexionis, & cōcomitātiæ partiū inter ſe, & hypoſtaticā vnionem. Ex quo ſequitur, cauſam illius naturalis cōnexionis partiū inter ſe, & vnionis hypoſtaticę, eo ipſo eſſe cauſam virtute ſua propria, & ratione proprij effectus, vt ſint cū Chriſto per cōcomitantiā ſub Sacramento ea, quę nō ſunt virtute verborū. Quod igitur ſanguis, & anima Chriſti ſint ſub ſpeciebus panis cū corpore Chriſti, nō fit per nouū miraculū, aut nouā virtutem ſupernaturalē, aut eleuationē creati agētis, quæ à virtute ſupernaturali fiat, ſed vi ipſa naturali eiuſdē cauſæ, quę vim habuit cōnectendi animā, & ſanguinē cum corpore; & ſic de alijs, quæ ſunt cum corpore Chriſti per cōcomitantiā dicendū eſt. Ergo ſi anima, & ſanguis Chriſti nō coniungerentur cū corpore Chriſti, virtute Spiritus ſancti, ſed agētis creati, virtute etiam illius dicerentur eſſe concomitanter ſub Sacramento cum corpore eo ipſo, quod corpus virtute Diuina ſub Sacramento vi verborum conſtitueretur.

Idem oſtēditur ex Tridentino.

29

30

Gabriel.

S. Thomas.

Henricus. Antiſiodor.

Ratio.

Eodem modo eadem omnino cauſa, quæ efficit vnionem hypoſtaticam Diuinitatis cum corpore, & anima, efficit etiam, vt ſit cum corpore in hoc Sacramento per concomitãtiam abſque miraculo, & noua virtute ſuper naturali eo ipſo, quod corpus etiam ſub Sacramento conſtituitur. Quare, ſi agens aliquod creatum imprimeret aliquid corpori Chriſti, exiſtenti modo naturali in proprio loco, & cum eo illud naturali cõnexione, & vnione coniungeret, eadem virtute efficeret, vt ſi poſtea corpus Chriſti conſtitueretur ſub Sacramento, illud etiam, quod ei impreſſum erat, vi eiuſdem naturalis connexionis cum
31 corpore concomitanter conſtitueretur: ergo ſi corpori in loco modo naturali, & ſub Sacramento ſimul exiſtenti aliquid ab agente creato imprimeretur, quod cum eo naturalem cõnexionem haberet, ipſum corpus ſub Sacramento vi eiuſdem cõnexionis, ac proinde vi cauſæ creatę, quę eſſet cauſa cõnexionis, inciperet concomitari; ſiquidem Concilium naturali connexioni tribuit hunc effectum, vt aliquid ſit cum corpore Chriſti ſub Sacramento, quod vi verborum non eſſet. Id quod diximus de corpore Chriſti exiſtente ſimul naturali modo in vno loco, & ſimul ſub Sacramento, cenſendum ſimiliter eſt de alio corpore, ſi ſimul eſſet in duobus locis naturali modo ſecundùm extenſionem: vt id, quod in vno loco ei imprimeretur vi agentis creati, vi eiuſdem comitaretur ipſum, & quaſi deriuaretur in alium locum.

Aduerſarij ſecum non conſtant.

Porro ſi verum eſſet, quod Recentiores docent, & capite præcedente memorauimus, ea, quæ ſunt cum corpore Chriſti, aut ei imprimuntur in loco naturali, non comitari ipſum ſub Sacramento vi creati agentis, ſed ſolum virtute Diuina illuc etiam deriuante affectũ, neſcio ſane, quaratione dici poſſet, magis cõgruens, & naturis rerum conueniens eſſe, vt tales effectus eſſent etiam cum corpore Chriſti ſub Sacramento: magis enim conueniens
32 eſt, res ipſas reliquere in naturali curſu, & modo operandi proprię virtutis: iuxta hanc autẽ ex ipſorum ſententia id, quod imprimeretur corpori in loco naturali, non comitaretur ipſum ſub Sacramento; ergo ea, quæ aduerſarij docent, ſecum non ſatis conſtant.

Diluuntur oppoſitiones aduerſariorum capite ſecundo allatæ.

CAPVT IIII.

Argumenta pro primo aſſerto de actionibus non vitalibus diluuntur. Primum. Ex alteratione.

IAM Verò argumenta, quibus aduerſarij probant, ea, quæ imprimuntur corpori in vno loco non comitari ipſum virtute agentis creati in alio, diluere, imo ex ipſorum ſolutione noſtram ſententiam cõfirmare operoſum non erit. Ad primũ de calore impreſſo corpori Romæ exiſtenti, dicimus, eo ipſo, quod imprimitur corpori Romæ, deriuari in ipſum etiam Toleti, non per actionem aliquam nouam, ſed per comitantiam ratione naturalis cõnexionis, eſſe enim calorem in corpore, idem eſt, quod eſſe in corpore, vbicumque illud fuerit: eo quod ita cum eo naturaliter cõnectatur, vt â loco non pendeat. Hinc autem non ſequitur, agẽs naturale imprimens colorem corpori Romæ agere vltra ſphæram, & terminum ſibi præfixum: neque enim eius actio tranſit Toletum vſque per ſe, ſed facta Romæ, per concomitantiam cum eodem corpore Toleti eſt.
33

Secundum exaugmentatione.

Ad ſecundum de augumento, & decremẽto per additamentum, ſeu infuſionem, aut, detractionem ſubſtantiæ, vt contingit, cum aqua aquæ infunditur, aut detrahitur: reſpondeo, eamdem regulam obſeruandam eſſe, vt nihil coniugatur per infuſionem corpori, aut detrahatur in vno loco, quod non ſit ei coniunctum, ſeu infuſum, aut detractum in alio loco: quia hæc omnia in corpore ſunt priora loco; quæ verò ſunt priora conueniunt ei, ipſumque comitantur in quouis loco. Nam, ſi aquæ exiſtenti in vno loco infunderetur alia aqua, ea, quæ infunderetur, haberet naturalem connexionem, imo & vnitatem cum ea, cui infunderetur: naturalis autem connexio, vt vidimus ex Concilio Trident. abſque vllo alio ſufficiens cauſa eſt, vt vnum aliud comitetur in quouis loco; quãtò magis vnitas? ergo exigente ipſa infuſione neceſſario fieret, vt pars aquæ iufuſæ, quæ antea in vno loco ſolùm eſſet, inciperet eſſe cum alia in alio loco ſimul, in quo etiam illa alia eſſet; non quòd virtus agentis naturalis ex ſe ſola tranſmitteret aquam infuſam in alium locum ſimul; ſed quia neceſſario poſtularet, vt Deus efficeret, eſſe in alio etiam loco ſimul cum priori aqua, ſi priorem illam aquam in duobus locis conſeruare vellet: quod ſane peculiare eſſet in ſubſtantia, quæ adderetur ſubſtãtiæ hoc modo, vt Deus virtute ſua, & actione peculiari illam ſtatim conſtitueret ſimul cum priori in alio loco, in quo prior etiam antea eſſet: de accidẽti verò, ꝙ infũderetur, aut imprimeretur corpori in
34 vno

vno loco alia est ratio, nam absque peculiari actione Dei ex sola vi, & impressione agentis creati resultaret in alio etiam loco simul, in quo corpus simul esset; eo quod accidens nõ postulat aliam distantiam, & *Vbi*, præter, *Vbi*, & distantiam quãtitatis corporis, cui imprimitur: ac proinde agens creatum cõiungens agens cum corpore quanto, hoc ipso absque alio efficeret, vt esset simul cum quantitate corporis in quouis loco, in quo à Deo constituta conseruaretur: at verò pars aquæ infusæ aliam distantiam, & *Vbi*, postularet, quam agens naturale virtute sua non posset ei tribuere, licet simul atque eam infunderet ex se necessario postularet, vt Deus illam tribueret, cum non possit facta coniunctione in vno loco corpus in duobus locis conseruare sine vnione illa, & cõiunctione resultante ex infusione.

35

Quid? si corpus esset in vno loco circũscriptiue, & in alio modo indiuisibili.

Hæc, quæ diximus intelligẽda sunt de corpore existente in duobus locis simul secundum modum extensionis quantitatis in loco, si id fieri posset. Et quamuis ex alia parte repugnet, idem corpus hoc modo in duobus locis esse, tamen ex hac parte nihil obstaret. Verum, quia idem corpus potest esse in duobus locis, ita vt in vno sit secundum extensionem, in alio autem modo indiuisibili, sicut Christus est in Sacramẽto, ideo de corpore hoc modo existente etiam dicendum est. Dicimus igitur, si hoc modo aqua in duobus locis existeret, & in vno, in quo esset secundum extensionem adderetur, aut infunderetur noua alia pars aquæ, fore, vt etiam ea esset in alio loco indiuisibili modo, sicut superius diximus, nempe, ita vt exigente necessario virtute causæ creatæ infundentis aquam, Deus peculiari sua actione eã constitueret in alio loco secundũ modũ indiuisibilẽ, quia aqua infusa postularet alium modum peculiarem vnionis cum loco, aut speciebus, sub quibus indiuisibiliter esset: hunc autẽ tribuere ei nõ posset agens creatum. Ideo autem de-

36

beret Deus illum modum ei tribuere, quia facta semel infusione aquæ in aquam propter vnionem, & cõnexionem naturalem, nõ posset vna pars sine alia à Deo cõseruari in duobus locis simul, vt probatum est: de accidentibus autem impressis ab agente creato corpori in vno loco eodem modo philosophandum est, ac in præcedentibus, nempe, virtute sola agentis creati, sine noua actione Dei statim resultare accidentia illa in alio loco, in quo corpus Sacramentali, & indiuisibili modo existeret, quia accidentia nõ postulant peculiarem modum vnionis cum loco, aut speciebus, sed ipsa vnione corporis, & quantitatis vniuntur cum eodem loco.

Si vero diminutio fieret corporis in vno loco per detractionẽ alicuius partis, nõ posset non comitari detractio, & diminutio rem ipsam in alio loco existentem, siue existeret in eo indiuisibili, & Sacramẽtali modo, siue etiã diuisibili modo, & secũdum extensionẽ: quia ab eo tempore pars illa detracta, desineret esse in quouis loco, cum re à qua detracta esset: impossibile enim est, vt pars aliqua totũ comitetur in aliquo loco ex vi solius præsentiæ, quã ipsum totum habet, nisi cum illo habeat cõnexionem naturalem: in eo autẽ casu nulla esset cõnexio, siquidem pars illa à toto separata esset. Quare si totum illud esset in vno loco secundum extensionẽ, sicut Christus in cœlo, & in alio loco modo indiuisibili, vt in Sacramento, facta separatione, pars separata desineret esse sub Sacramento, & modo indiuisibili, nisi Deus vellet nouo miraculo, quod res ipsa nõ necessario postularet, illam etiam sub eo modo cõstituere, & maneret separata in loco naturali. Si vero totũ aliquod esset in duobus locis simul secũdum extensionẽ, & modo diuisibili, facta separatione in vno loco non posset coniuncta manere in alio, sed si Deus vellet partẽ separare, deberet illam in vtroque loco separare, & nouũ locum vtrobique parti separatæ assignare; homo autem, aut agens creatũ non posset partem illã à tali corpore separare, quia deberet illã in duobus locis nouiter constituere, quod ita fieri nequit, sicut quòd idem corpus in duobus locis simul ab agente creato moueatur. Ne autem hoc cõcederemus, ideò dis. 189. c. 6. diximus, nõ posse idẽ corpus in duobus locis simul secundum extẽsionis, & diuisibilitatis modum esse.

37

Eadem est ratio diminutionis.

58

Ad id vero, quod in eodẽ argumento dicebatur, nimirum, separationem, seu detractionem, & additamentũ infusionis fieri per motum secundùm locũ, ea vero, quæ fiunt per motũ secundum locum, nõ comitari corpus in quocumque loco, si in pluribus sit, quia, dum mouetur in vno, non necesse est, vt moueatur in alio. Respõdeo primũ, infusionẽ quidẽ fieri posse per motũ in vno loco, ex motu autem prouenire coniunctionem, & vnionem cõtinuationis: ratione autem huius sine motu vllo resultare nouiter partem illam in alio loco cum eodem corpore per concomitantiam, ita vt, si infunderetur pars aliqua alicui corpori in loco, in quo existeret modo diuisibili, & secundùm extensionem, pars illa infusa resultaret etiam cum eodem corpore sine motu alibi, vbi corpus illud indiuisibili modo existeret, per solam

Eidem argumento plenè fit satis.

59

concomitantiam, quamuis nõ ſine nouâ Dei actione, vt ſupra explicuimus: eo quòd eam neceſſario poſtularet vnio, & coniunctio facta per infuſionem eo ipſo, quod Deus vellet, corpus illud vtrobique conſeruare: idemque exiſtimo dicendũ, ſi idem corpus eſſet in duobus locis ſimul modo diuiſibili, & ſecũdum extenſionem, nempe fore, vt pars illa per motum addita corpori in vno loco, reſultaret in alio neceſſario ſine motu per cõcomitantiam ratione naturalis connexionis, quam per infuſionem, & coniunctionẽ haberet; niſi quod tunc neceſſaria eſſet noua actio Dei conſtituentis partem illam ſimul cum toto in illo alio loco. Quamuis autem nõ eſſet motus infuſionis in illo alio loco, vbi per concomitantiam reſultaret pars illa, ſed ſolùm in eo, in quo corpori antea exiſtenti infunderetur: tamen in illo loco, in quo ſecundariè reſultaret per concomitantiam, conſequeretur noua exiſtentia in loco: nam totum iam alium locum occuparet, & aliam diſtantiam haberet; hæc tamen quaſi mutatio ſecundùm locum poſterior eſſet ipſa coniunctione, ratione cuius ſequeretur concomitantia. Cum verò cõmuniter dicitur, motum ſecundùm locum, qui fit in vno loco, non fieri in alio, ſi corpus ſit in diuerſis locis, intelligi debet, ita vt, ſi idẽ corpus ſine vllo incremento ſui variet locum in vna parte, deſerendo priorem, non debeat cõſequenter in alio etiam illum mutare, deſerendo etiam priorem; ſi tamen ſolùm mutet locum per incrementum ſui, non deſerendo omnino priorem, ſi mutet in vno loco, debet etiam mutare in alio. Adde, quod ſecundum noſtram ſententiam, quam ſequuti ſumus diſputat. 189. cap. 5. non poteſt idem corpus eſſe in diuerſis locis ſimul ſecundùm extenſionem, ſed in vno ſecundum extenſionẽ, in alio vero modo indiuiſibili. Hinc autẽ non ſequitur, ex tali augmento corpus illud mutare locum, & diſtantiam, vbi eſt indiuiſibili modo, ex eo quòd mutet illum, vbi eſt diuiſibiliter, & ſecundùm extenſionem.

40

Ex dictis ſequitur, aduerſarios non rectè probare, vulnus inflictum corpori in vno loco, etiam ſi fiat per diuiſionem aliquam, non imprimi etiam, & comitari corpus in alio loco; præſertim, ſi iuxta noſtrã ſententiam in illo alio loco ſolùm ſit indiuiſibili modo, & Sacramentali: ſic enim non ſequeretur, fore, vt tale corpus recipiens vulnus, vbi exiſteret in diuiſibiliter, vllo modo moueretur, aut locũ mutaret: nam etiam recepto vulnere, & aliqua diuiſione, maneret totum in toto, & totum in quauis parte. Et ita S. Thomas quæſt. 81. art. 4. plane conceſſit, inter reliqua, quæ

41 Primum corollariũ contra aduerſarios.

S. Thomas.

per concomitantiam conuenire poſſunt Chriſto in hoc Sacramento, eſſe dolorem nempe, ſenſus, hic autem ſine vulnere, aut aliqua diuiſione continui eſſe non poteſt. Neque ſi tale corpus eſſet in vtroque loco diuiſibili modo, & ſecundum extenſionem, vllum abſurdũ ſequeretur: licet enim aliquo modo mutaret vtrobique locum, mutatio hæc oriretur ex diuiſione, qua fieret vulnus, & talis mutatio non fieret relicto loco priori totius corporis: hoc autem nihil aliud continet abſurdi, niſi id, quod diſput. 189. cap. 6. inferebamus contra aſſerentes, idem corpus poſſe eſſe in duobus locis ſimul ſecundùm extenſionem, quia fieret, vt ab agente naturali, aut virtute propria duo *Vbi*, idem corpus haberet. Si autem hoc non ſequitur, nullum aliud ſequi poteſt: hoc autẽ nihil nobis nocet, qui dicimus, corpus eo modo in duobus locis ſimul eſſe non poſſe.

42

Secundũ.

Similiter ſequitur, non rectè eos aſſerere, aut probare, ſi Chriſtus tẽpore paſſionis fuiſſet ſub Sacramento, permanſurum ſub ſpeciebus panis corpus eius cum ſanguine eo etiam tempore, quo ipſe in cruce illũ effunderet: cuius contrariũ aperte docuit S. Tho. art. illo 4. ad ſecundũ, & ratio illius id manifeſtè probat. Nam, cum ſub ſpeciebus panis ſolũ eſſet per concomitantiam ratione cõnexionis naturalis, vt ſupra notauimus ex Concilio Tridentino; & hæc ceſſaret eo tempore, quo effunderetur: ſequitur, tunc non manſurũ ſub ſpeciebus panis, niſi Deus vellet peculiari alio modo ipſum ibi retinere; ex vi autem verborum, vel per cõcomitantiam, ſicut antea hõ manſurum. Ego quidem fateor, in eo caſu nõ fore effundendum ſanguinem etiam à corpore, vt eſſet ſub Sacramento, quia Chriſto, & ſanguini vt ibi exiſtenti nõ poteſt conuenire motus ſecundùm locum, qualis eſt motus effuſionis. Quod ſi ſecundum aliorum ſententiam, qui cõcedunt idem corpus eſſe poſſe in duobus locis ſimul ſecundũ extẽſionẽ, Chriſtus eſſet tũc in duobus locis, planè ſequitur, fore, vt tunc inflictũ vulnus in vno loco reſultaret in alio: ac proinde in eo etiã flueret ſanguis: nã vulnus prius eſt omni mutatione ſecundũ locũ, licèt ex illo oriatur neceſſario motus: cumq; cõnexũ ſit naturaliter in corpore, nõ poteſt ipſum nõ comitari ratione naturalis cõnexionis, vbicumq; fuerit. Hinc autẽ ſequitur quidẽ abſurdum ſimile ei, quod inferre ſupra contendimus diſp. 189. cap. 6. vt probaremus, nõ poſſe idem corpus ſimul eſſe in duobus locis ſecundũ extenſionem nempe eamdem rem in duobus locis ſimul propria grauitate, aut virtute moueri poſſe, aut dicendum

43

S. Thomas.

dum est, in eo casu fore, vt idē sanguis in vno loco flueret ex vulnere, in alio verò non flueret, aut in neutro flueret: quod licet per Diuinam potentiam fieri posset, nihilominus negare certe non possumus fore, vt in vtroque loco sanguis grauitaret deorsum, hoc est, grauitate sua postularet in duplici illo loco moueri, ac proinde duplicem locum sua ipsius grauitate sibi compararet, vt ibidem ostendimus, quod est absurdum. Propterea nos merito diximus in eo capite, idem corpus nō posse esse in diuersis locis simul secundùm extensionem, & modo diuisibili: qui autem defendunt, idem corpus posse esse simul secundùm extensionem in duobus locis, neque vllum ex hoc absurdum sequi, etiam si in vtroque simul moueatur, recte etiam in præsenti philosophari possent, eo modo, quo diximus.

44

Eadem est ratio de rarefactione, & condensatione.

Ad illud de accretione etiā per rarefactionem, & de decretione per condensationem eodem modo respondendum est: & quod attinet ad qualitatem raritatis, & densitatis, & quod attinet ad quantitatem, si dicamus, per rarefactionem maiorem adquiri, & per condensationem minorē, nempe, id, quod imprimeretur corpori in vno loco, futurū per concomitantiam cum eo in alio loco ob rationes superius dictas, indeque nullum sequi absurdum, vt etiā patet ex dictis in priori casu accretionis, & decretionis. Idem etiam, & eodem modo respondendum est ad illud de accretione, nempe, tale augmentum factum in vno loco futurum per concomitantiam cum tali corpore alibi, vbi corpus idem simul fuerit siue indiuisibili modo, siue diuisibili. Neque obstat quod dicebatur de alimēto, quod ita est cum corpore in vno loco, vt non comitetur illud in alio loco: nam si sermo sit de alimento, & cibo primo, sine quo vita viuentis aliquo tempore conseruari posset, ac proinde nullam cum eo naturalem connexionem, sed solum coniunctionem secundum locum viuens haberet, cōcedimus, ex eo, quòd esset cum corpore in vno loco, nō sequi, fore etiā cum eo in alio; de vltimo tamen alimento, quod est sanguis, non item: nam cum hoc alimento naturaliter connectitur vita animantis. Et ideo Concilium Tridentinum sessione 13. cap. illo 3. dixit, sanguinem esse nunc cum corpore Christi sub speciebus panis ratione naturalis connexionis cum eo. Caterū licet neque cibus, neque sanguis coniunctus cum viuente in vno loco comitaretur ipsum in alio loco, nihilominus incrementum factū virtute viuentis in vno loco ex tali alimento non posset non resultare per concomitantiā cum tali viuente in quouis alio loco propter māximam cōnexionem, & vnitatem naturalem, vt patet ex dictis. Idemque de igne, qui per continuam combustionē stupæ Romæ fieret maior, dicendum est, nempe, futurum etiam Toleti maiorem: quia additamentum necessario esset Toleti per concomitantiam rationem vnitatis, & cōnexionis naturalis: quamuis, si vnus ignis generaret alium à se diuisum Romæ, ignis genitus non comitaretur generantē Toleti: est enim diuersa ratio, nam ignis genitus, qui diuisus esset à generante, non habet vnitatem, aut connexionē naturalem cum generante, & ita non comitaretur ipsum ratione naturalis connexionis necessariò, nisi Deus vellet, peculiari alia actione ipsum cum generante simul in diuersis locis constituere.

Occurritur argumento.

45

Concil. Trid.

46

Tertium ex corruptione substantiali.

Idem in diuersis locis non potest simul mori, & viuere

Ad postremū, quod adducebatur in confirmationē primæ partis sententiæ aduersariorum de corruptione substantiali, dicimus, impossibile esse, idem corpus viuere in vno loco, & mori in alio, vt disput. 189. cap. 4. fusius ostēdimus. Neque obstat, quod mors eueniat ex vulnere aliquando; primum, quia vulnus inflictum in vno loco comitatur corpus in quocumque alio, in quo simul fuerit: tum etiam quia vulnus sequitur febris, & intēperies naturalis in corpore, ratione cuius mors sequitur; & licèt vulnus non comitaretur corpus in quocumque loco, febris, & intemperies comitaretur. Ad hæc, licèt neque vulnus, neque febris comitaretur corpus, nihilominus mors necessariò comitaretur, & satis esset, causam mortis esse in vno loco, vt mors nō tantum per se sequeretur in vno loco, sed etiam in alio per concomitantiam: quia vt disput. 189. cap. 4. probauimus, impossibile est, corpus in vno loco viuere, & in alio mori, & tanta naturalis cōnexio, imo maior est inter corpus, & priuationē vitæ, quæ est mors, quàm inter corpus viuū, & sanguinem, & quàm inter corpus, & animā, quando physice coniunguntur. Ratione autē naturalis vnionis anima, & sanguis sunt per concomitantiam cū corpore.

47

Exemplū animæ explicatur.

Exēplum autem animæ, quæ eadē in eodē corpore informat diuersas partes, & vna in vno loco, & distantia, & aliam in alio, nihil probat. Nā, ex eo, quòd eadē anima possit amittere vnionē cum vna parte in vno loco, nēpe, cū vna manu, & retinere vnionē cum alia parte in alio loco, nempe, cum alia manu (namque manus eiusdē corporis sunt in diuersis locis, & inter se distant) non sequitur, posse eamdem animam vnitam esse eidē materiæ, & parti illius, eamque animare in vno loco, & eamdem in alio loco non informare, neque animare: nam quam-

uis sit tota in toto, & tota in quauis parte; nihilominus vna pars materiæ non est alia, & ita non mirum, quòd vnam informet in vno loco, etiam si aliam desinat informare in alio, sicut etiam totam vnam materiam potest informare in vno loco, & totam aliam non informare in alio. At verò, sicut eamdem partem, si in diuersis locis à Deo constitueretur, nõ posset informare in vno loco, & nõ informare in alio, sic etiam neque eamdẽ totam materiam, si in diuersis locis colloceturquia impossibile est, idem omnino viuere, & non viuere, vt disput. 189. cap. 4. probatum manet. Deniq; 49 argumentum hoc sumptum est à diuersitate partium ad vnitatẽ totius materiæ, quorum diuersam esse rationẽ, quis non videat? Quod enim eadem anima possit informare vnam partem, & aliam non informare, naturaliter quidem fieri potest; non quia sint in diuersis locis, sed quia inter se diuersæ sint. Inde igitur desumi non potest argumẽtum ad probandum, posse animam animare eãdem materiam in vno loco, & eamdem non informare in alio ratione solùm diuersi loci. Adde, quòd, si hoc fieri posset, non naturaliter, sed supra naturam fieri deberet, cum tamen id, quod diximus de diuersis partibus, naturaliter omnino fiat: vt hinc etiam appareat diuersa ratio vtriusque: & hactenus respondimus ad argumenta primæ partis sententiæ aduersariorum de actionibus, quæ non sunt vitales.

Argumentis secundi assertionis, de actionibus vitalibus satisfit.

Circa secundã de actionibus vitalibus siue illę pendeãt suapte natura à præsentia obiecti externi, siue non; quidnam dicendum sit, ex doctrina præcedentis capitis manifeste colligitur: nimirum, non solum actiones vitales, quæ non pendent ab exteriori obiecto, esse per concomitantiã cum corpore in alio loco, sed etiam eas, quæ pendent à præsentia obiecti qualis est visio, & adductio, etiam si obiectum ibi præsens non sit; nam hæ operationes sunt priores loco; & ita secũdum doctrinam assignatam comitari debent corpus vbicumque fuerit. Neque obstat, quod obiectum non sit præsens, quominus dicamus, eas actiones ibi non esse, vbi obiectum præsens non est: tum, quia præsentia obiecti prosensibus externis non requiritur, nisi vt conseruet species: si autem idem corpus esset in

Occurritur obiectioni.

50 duobus locis, conseruarentur species in vtroque loco ex sola præsentia obiecti in vno, nã in altero essent per se productę, in altero verò per solam concomitantiam. Similiter actiones immanentes essent in vno loco per se, in altero per concomitantiam, quod si in vtroque loco sit corpus non modo diuisibili, sed indiuisibili, sed in altero Sacramentali, & indiuisibili modo, sicut nũc est Christus, habebit etiã in eo loco, vbi est indiuisibili modo, has operationes pendentes quidem ab eius substantia, & redẽtes ipsum sentiens, non quidem pro vt in eo loco indiuisibili modo existens, sed per concomitantiam: quia, cum sit idem corpus cum eadem vita, in omni loco habebit huiusmodi qualitatem à se pendentem. Et hactenus satisfactum est argumento secundæ partis. Tertia autem nullum pro se argumentum habet, eaque præcedente capite à nobis iam refutata est.

De ijs, quæ per denominationem Christo in Sacramento tribuuntur. Disputatio 193.

Sententia quorumdam Recentiorum. Cap. 1.
Vera de his prædicatis sententia. Cap. 2.

Sententia quorumdam Recentiorum.

CAPVT I.

DVO sunt genera enunciationum accidentaliũ, quæ Christo in hoc Sacramento conuenire possunt: nam de substantialibus nihil in præsenti notã dum est, cum nulla de illis sit difficultas, sed omnia substantialia prædicata de ipso in Eucharistia vere enuncientur. Quædam igitur accidentaria prædicata conuenire possunt Christo in Sacramento ratione specierum, quædam verò ratione mutationis, aut impressionis factæ ab extrinseco in ipsõ. Ea, quæ illi conuenire possunt ratione specierum, & denotant solam vnionem, seu præsentiam Christi cum illis, absque vlla improprietate de Christo prędicantur: hac ratione dicitur Christus cõtineri sub speciebus, & sub illis esse. De illis vero quæ prędicãtur de Christo ratione mutationis factę in ipsis speciebus, aut circa illas, vt moueri, frãgi, tãgi, videri, &c. à Recẽtioribus Theologis duę referuntur

rũtur opiniones: altera eſt, hæc prædicata non tantum verè, ſed etiam propriè de Chriſti corpore enunciari. Hanc vero tribuunt

Primaſententia. *Vvaldenſ.*

Vvaldenſi 2.tomo, qui eſt de Sacramentis capite 53.& 3.tomo, qui eſt de Sacramentalibus titul.4.cap.41.&42. Cano lib.5. de locis cap.vlt.ad poſtremum argumentũ, Ruardo artic.14.§. *Addit articulus*, in fine illius, & Vvillielmo Alano lib.1. de Euchariſtia capite 17.putantque, huius ſententiæ fundamentum eſſe multa Patrum teſtimonia, in quibus hæc prædicata Chriſto tribuunt.

Canus. *Ruardus.* *Alanus.*

Secunda ſententia.

Altera verò ſententia, quæ refertur, eſt huic oppoſita, nimirum, has omnes enunciationes impropriè, & metaphoricè ſolùm veras eſſe, & hanc tribuunt Durando in 4.diſt. 10.q.3. eoquòd aſſerit ita Chriſtũ eſſe ſub ſpeciebus Sacramenti, vt neque per ſe proprio motu, neque per accidens motu ſpecierum moueri dicatur. Cuius fundamenta ſupra adduximus diſp.190.

Durandus. 2

Aliqui falſo citantur pro prima opinione.

Verùm, quod attinet ad Doctores allegatos pro prima opinione, nullus eſt, qui eam doceat, vt refertur (excipio Alanum, de quo nihil dicere poſſum, eoquòd ipſum non legerim.) Nam quamuis ceteri omnes cõtendant, prædictas enunciationes eſſe veras, & concedendas, tamen nullus eorũ in ſenſu proprio, & abſque vlla improprietate, & figura eſſe concedendas, neque de hac re diſputant. Atque ſolus eſt Canus, qui ex profeſſo contendit, & expreſſe docet, prædictas loquendi formas eſſe veriſsimas, & à Patribus vſurpatas. Quod verò Vvaldẽſis tomo illo 3. qui eſt de Sacramentalibus tractatu 4.capit.illo 42. numer.6. loquens de his enunciationibus, in hæc verba ait: *Hæc eſt Philoſophia Scripturæ ſacræ: hæc erat antiquorum Philoſophorum Eccleſiæ, Dionyſij, & Chryſoſtomi loquella fameſa, quæ figuras, & tropos hæreticorum valde conſumit, inuiſibiles, & intangibiles, & inſuper nec credendas*: non dicit, vt oſtendat, prædictas enunciationes abſque vlla figura, & improprietate concedendas eſſe, ſed vt excludat ineptos tropos, & figuras hæreticorum circa præſentiam corporis Chriſti, qui eatenus ſolùm putant, Chriſtum manducari, conteri dentibus, & videri in Euchariſtia, quatenus Euchariſtia eſt ſolùm figura, & ſimulacrum Chriſti, non autem, quia ipſum re vera in ſe contineat: contra hunc enim errorem ſolum diſputabat. Vtrum autem illæ enunciationes ſine figura, & improprietate eſſent concedendæ, omnino nuſquam propoſuit, nuſquam diſputauit, nuſquam definiuit. Durãdus vero, quãtis ſententiam, quã memorauimus circa motum fuerit ſequutus, ac proinde eodem modo philoſopharidebuerit de alijs enunciationibus, quæ motum corporis Chriſti in hoc Sacramento ſignificant, tamen de ijs enunciationibus, in quibus de Chriſto prædicamus actum videndi, & tangendi, nihil ipſe docuit, neque neceſſe illi fuit, eodem modo de illis, atque de præcedentibus philoſophari.

3

Durandus non tenet ſecũdam.

His duabus opinionibus tertia ſententia accedit Recentiorum, qui non eodem modo docent de propoſitionibus, in quibus corpori Chriſti aliquis motus tribuitur, & de ijs, in quibus actus videndi, aut alterius ſenſus de ipſo prædicatur.

5 Tertia.

Dicunt igitur primum, ea prædicata, quę denotant motum ſecundum locum, verè, ac propriè abſque vlla figura de Chriſti corpore in Sacramento enunciari, eoquòd exiſtiment, corpus Chriſti in Euchariſtia proprio motu ſibi inhærente, quamuis â motu ſpecierum ſecũdariè veluti à cauſa deriuato, moueri; quod autem â forma ſibi inhærente denominatur, dicitur propriè tale: ergo, cum Chriſtus dicitur in hoc Sacramento moueri, diſtare, aut appropinquare, propriè hæc, & alia huiuſmodi de eo enunciamus. Pro hac parte referunt Petrum Sotum lib. de inſtitutione ſacerdotum lectio 6. de Euchariſtia, Scotum in 4. diſtinct. 10. quæſtion. 5. & 6. Ricardũ articul.4.quæſt.1. Paludan. & Capreol.queſtion.3.Maiorem queſt.6.Argentinam queſt.2.artic.vltim. Marſilium queſt. 7.artic.3.concluſi.4.Gabrielem lect.46. in canonem, & Claudium Sainctem repetitione 5.de Euchariſtia capit. 5. & Vvaldenſem tomo 2.qui eſt de Sacramentis cap.65.

Primapars opinionis.

Petrus Sot.

Scotus. *Ricardus.* *Paludan.* *Capreolus.* *Maior.* *Argentin.* *Marſilius.* *Gabriel.* *Clau. Sanct.*

Deinde docent, aliqua prædicata non propriè, ſed metaphoricè de corpore, & ſanguine Chriſti prędicari, quę non denotant aliquid corpori, & ſanguini inhærens, ſed extrinſeca tantum denominatione ratione ſpecierum de illis prædicantur, qualia ſunt frangi, dentibus atteri, manducari, tangi, contrectari, miſceri, & videri. Fundamentum huius partis eſt; quia id, quod extrinſece tantum alicui conuenit, & ratione ſpecierum, impropriè ſolùm, & per metaphoram ei conuenire poteſt.

Secunda pars.

4

Probatur.

Addũt autem poſtremo, nõ eſſe has formas loquendi amplius extendendas, ſed ſatis eſſe, ſi eas, quibus Patres hactenus vſi ſunt, in bonum ſenſum interpretemur. Pro hac parte referunt S. Thomam infra quæſtion.77. art. 7.in corpore, & ad 3.& in 4.diſtinction. 12. quæſtion.1.articul.3.quæſtione 1.ad 1. Bonauenturam articul.3.queſtion.1. Alexandrũ Alenſem 4.parte, quæſtione 42. membro 1. ad 1. iuxta antiquã impreſsionem, Gabrielẽ

S. Thomas. *Bonauent.* *Alex. Alenſ.* *Gabriel.*

Petrus Sot. Innocent.

lectione 80. in canonem, Petrum de Soto lectione illa 6. & Innocentium lib. 4. de sacrificio Missæ cap. 9. & 10.

6

Cæterum, antequam in hac re meam sentẽtiam proferam admonere velim lectorem de sensu Doctorum, quos Recentiores pro sua opinione allegant. Petrus Sotus planè quidẽ fatetur, propositionem, in qua motus secundum locum tribuitur corpori Christi in sensu proprio, veram esse, reliquas autem solùm improprie, & secundum figuram concedendas esse. Verum ipse non docet, motum secundum locũ inhærere intrinsece corpori Christi; quinimo oppositum non obscure sensit; nam aperte docet, corpus Christi non esse in loco per se, sed per accidens ratione specierum, & ideò per accidens moueri motu specierum, non alio modo, quàm mouetur scientia cum homine: quis autem dicat, scientiam motu proprio moueri? Addit etiam, nullam mutationem intrinsecam prædicari de corpore Christi, prout in Sacramento, sed solũ motum secundùm locum: nempe, arbitrabatur, hunc motum corpori Christi intrinsece non inhærere, sed extrinsece ei conuenire. Tum etiã inquit, ideò moueri corpus Christi motu per accidens, quia ea, quæ sunt in aliquo, mouentur per accidens quouis genere motus, quo id ipsum, in quo sunt, mouetur. Nihil aliud, quod attinet ad motum secundùm locum, docet Ricardus: & cum doceat, eodem sensu Christum in Eucharistia solùm moueri secundùm locum, sicut est in loco, nempe, per accidens, colligit, motum secundum locum vere dici de illo: an vero propriè, non definit: neque docet, vt refertur, Christum moueri motu sibi intrinsece inhærente, & proprio; quin potius oppositum asserit. Eodem modo de motu secundum locum philosophatur Paludanus eadem distinctione quæst. 4. num. 18. & sequentibus. Et à numero 24. ostendit, quare dici possit corpus Christi moueri, non autem frangi (intelligit autem secundum se) quia fractionem solùm concedit de corpore Christi non secundum esse naturale illius; sed secundum esse Sacramentale, nempe secundum ipsas species. At multo magis mirandũ est, quod prædicti Doctores pro priori illa parte suæ sententiæ citent Capreolum, cum ipse planè doceat quæstione illa 3. artic. 1. concluſi. 2. ex mente S. Thomæ, corpus Christi non esse in loco per se, nec moueri proprio motu per se, sed motu tantum specierum, vt supra disp. 190. cap. 4. vidimus. Et art. 3. ad tertium Durandi cõtra 2. conclusionem, idem omnino, quod Paludanus de motu, & de tractione docet, concedens, corpus Christi moueri, non tamen frangi, nisi secundùm esse Sacramentale, hoc est, secundum species: in quo videtur concedere, motum propriè Christo conuenire, etiã si per accidens illi conueniat, & illi proprius non sit, & inhærens, at vero, frangi, figuratè solum de ipso prædicari. Denique Marsilius in 4. quæst. 7. artic. 3. dub. 5. vbi tractat de motu Christi in Sacramento conclusione 3. planè docet, moueri secundum locum solũ motu ipsarum specierum à sacerdote, neque illi tribuit proprium motum intrinsecum, vt aduersarij contendunt. Fateor sanè Scotum, Gabrielem, Argentinam, & Maioré, quos prædicti Recentiores allegant, & alios etiam assere, Christum in hoc Sacramento moueri motu proprio, & proximè à Deo, vt retulimus disput. 190. capit. 2. Verum hi Autores non docent, ea solum ratione motum secundùm locum propriè de Christo in Eucharistia prædicari, neque negant, fore, vt propriè de eo prædicaretur, licet extrinseca solùm denominatione illi conueniret, nempe, si motu specierum, & non alio motu sibi proprio Christus in hoc Sacramento moueretur.

Examinãtur citati Autores.

Petri Soti mens.

Item Ricardi.

7

Paludani.

Iudicium Caprecli.

Marsilij sensus.

8

Alij exponuntur.

Vera de ijs prædicatis sententia.

CAPVT II.

IAm vero nostram in hac re sententiam pronunciemus. Conuenimus igitur primum cum prædictis Theologis in eo, vt prædicata, quæ denotant motum, aut existentiam in loco non solùm vere, sed etiam propriè absque vlla figura, & tropo de corpore Christi in Sacramento enuncientur, differimus tamen in ratione. Existimamus enim, Christo in Eucharistia neque conuenire proprium, *vbi*, seu distantiam, nec propriũ motum intrinsecum, vt disput. 190. monstrauimus. Nihilominus cum prædictis Doctoribus asserimus, hæc prædicata Christo propriè, & absque figura conuenire. Nam quamuis aliquod prædicatum extrinseca denominatione, & secundarie alicui conueniat; nihilominus propriè, & absque figura de eo enunciari potest: id quod non modo verum existimo, quoties tale prædicatum nulli conuenit intrinsece, sed de omnibus extrinsece dicitur, qua ratione paries dicitur visus; verũ etiam quando vni conuenit intrinsece, & primarie, alteri vero extrinseca solum denominatione, & secundarie. Quamuis enim in hoc modo prędicationis reperiatur analogia, nõ tamen

Prædicata quæ denotant motũ Christo sub speciebus absq; figura conueniunt.

2

tamen reperitur impropriętas aliqua, seu figura: nam, qui dicunt, accidens vocari ens extrinseca tantum denominatione, & secundarie, quia sit entis ens, & medicinam sanam, quia sit causa sanitatis, eo ipso non sentiunt, ibi esse figuram aliquam, seu tropum: licet enim aliqua analogia sit cum metaphora, tamen non omnis cum metaphora est. Hac etiã ratione paries dicitur videri propriè, & sine figura, cum tamen per accidens, & secundarie ratione tantum accidentium videatur. Hoc autem, quod diximus, præsertim vim habet in præsenti, quia nondum inter Autores satis constat, vtrum motus secundum locum sit aliquid intrinsecum mobili, vel ad aliquid solum extrinsecum tendat, vt vidimus 1. part. disput. 195. cap. 1. & 2. Verum an effundi, & fluere eodem dicatur de sanguine Christi ratione specierum vini, sicut aliæ voces denotantes simpliciter motum secundum locum, dicemus disp. 195. cap. 5.

10

Prædicata speciebus intrinseca, Christo per figuram cõpetunt.

Deinde cum prædictis Theologis conuenio in eo, quod docent de alijs prædicatis, quæ neque motum secundum locum in corpore Christi, neque aliquid intrinsecum illi, sed solum ipsis speciebus denotant, qualia sunt, *Frangi, manducari, atteri dentibus*, &c. nempe, ea vere quidem enunciari de Christo, tamen per figuram aliquam, nempe, metonymiam, qua vi utrpamus continens pro contento. Cum enim hac figura species ipsę dicãtur corpus, aut sanguis Christi, multa, quæ ipsis speciebus conueniunt, etiam de corpore, & sanguine Christi prædicari solent. Neque vero ratione huius figuræ quæcumque genera prędicatorum, quæ speciebus proximè conueniunt de ipso corpore, & sanguine Christi verè dici consueuerunt, aut à nobis enunciari possunt. Nam, quamuis species dicantur calefieri, & frigefieri, aut corrumpi, vel alio modo alterari, hæc genera mutationum de ipso corpore, & sanguine Christi non licet nobis prædicare. Quę tamẽ regula in hoc seruanda sit, nullus hactenus dixit. Nã, quod Recentiores aliqui admonent, has loquutiones non esse admodum extendendas, nempe, ita, vt omnia, quę dicuntur de speciebus, corpori, & sanguini Christi tribuantur, verum quidem est: id tamen pro regula nobis esse non potest, vt in hac re caute loqui sciamus.

11

Claudij dictum exploditur.

Quod vero Claudius Sanctes repetitione illa 5. de Eucharistia capit. 3. post medium inquit, mihi non probatur, nempe, vnionem corporis, & sanguinis Christi cum speciebus eõ secratis ratione transsubstantiationis arctiorem esse, quam sit vnio Regis cum purpura, & minus arctam, quam sit hypostatica naturæ

12

humanæ cum Verbo, nihilominus tale esse, vt ratione illius quidquid de speciebus dicitur, de ipso corpore, & sanguine Christi etiam enuncietur: idque nullo modo ita futurum, si cum substantia panis, & vini Christus simul esset; hoc, inquam, mihi nullo modo probatur: tum quia non omnia, quę de speciebus dicuntur, de corpore Christi enunciari possunt, vt diximus, neque enim calefieri dicitur corpus Christi calefactis speciebus panis, vt supra notauimus: tum etiam, quia licet manerent substantia panis, & vini, cum corpore, & sanguine Christi, non minus de corpore, & sanguine enunciarentur prædicata, quæ diximus, quãm nunc facta conuersione enunciantur. Et ita cũ Berengarius in priori retractatione, quam sub certa verborum forma fecit in Concilio Romano, vt vidimus disput. 179. cap. 2. hæc prædicata Christo in Eucharistia sensualiter tribuisset, vt vidimus disputat. 180. cap. 9. & postea in alium errorem de impanatione incidisset, ita illum etiam retractauit in Concilio Romano sub Gregorio VII. vt sẽlũ simpliciter fuerit confessus, substantiam panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi conuerti: neque reprehensus fuerit, quod ponens panem, & vinum cũ corpore, & sanguine Christi, videretur priorem retractationem negare, in qua prędicata illa, quę diximus, Christo in Eucharistia sensualiter tribuerat. Quod vero prędicti Theologi dicunt, præter communem sanctorum vsum non esse de corpore, & sanguine Christi enunciandum, quidquid de speciebus ipsis verè dici potest; quasi solus vsus sanctorum Patrum prędictos modos, & formas loquendi probauerit, & nunc penes nullum tanta autoritas sit, vt similes introducere queat, mihi etiam non placet: tum quia, si illæ voces, quibus Patres vtuntur, saltem per figurã non possent verè enunciari, eorum autoritas satis non esset, vt in Ecclesia reciperentur. Si autem similis figura in omnibus alijs admitti posset, nihil obesset, quominus alię introducerentur sine periculo erroris, sicut etiam ex ijs, quibus hactenus vtimur, nulla adhuc suspicio erroris in Ecclesia Dei fuit; cum omnibus, qui fatentur Christi præsentiam in Eucharistia, manifestum sit, Christum Dominum, ita esse sub speciebus, vt voces, quæ de speciebus dicuntur, ipsi Christo absque tropo, & figura tribuinon possint.

13

Berengar.

Greg. VII.

14

Regulaob seruanda.

Hac igitur regula dignoscemus voces, quas ratione specierum per figuram aliquã, & tropum Christo in Eucharistia tribuere possumus, vt præter illas, quæ denotant motum

tum ſecundùm locum aut circumſtantiam aliquam illius, ſicut ſupra explicuimus, & ſine figura de Chriſto dicuntur, illæ voces ratione ſpecierum Chriſto per figuram tribuũtur, quæ referuntur ad aliquem ſenſum, vel ad manducationem, quæ etiam in ſenſu guſtus conſiſtit, & has ſolùm reperimus apud Patres, quos ſupra citaui diſputat. 180. cap. 9. & in confeſsione Berengarij, quibus ipſe etiam ante retractationẽ vſus fuiſſe videtur: huiuſmodi ſunt videri, frangi, dentibus atteri, manducari, tangi, contrectari. Ratio vero eſt, quia operationes ſenſus non ſolum dicũtur verſari circa propria ſenſibilia, quæ ſunt qualitates ſenſibiles per ſe, neque ſolùm circa ſubſtantiam propriam harum qualitatum, quæ eſt ſenſibilis per accidens, qua ratione dicimus videri Petrum, & guſtari vinum, & vtrumque manibus tractari; ſed etiam circa ſubſtantiam, quę non eſt ſubiectum harum qualitatum, continetur tamen, aut contegitur aliquo modo ſubiecto harum qualitatũ; qua ratione, qui videt veſtem, qua Rex veſtitus incedit, vel currum, in quo vehitur, etiã ſi non videat vultum illius, & propria illius accidentia in ſubſtantia propria eius, dicitur Regem vidiſſe: & qui tangit veſtem, dicitur hominem tetigiſſe; ſicut Lucæ 8. Chriſtus dixit: *Quis me tetigit?* cum tamen nullus ipſum proximè, ſed veſtem eius tetigiſſet. Cum igitur Chriſtus ſit ſub ſpeciebus conſecratis veluti ſub tegumento quodam, mirum non eſt, ſi ratione ſpecierum dicatur videri, tractari, & manducari. Neque enim manducare ſolùm denotat actionem, & motum ſecundùm locum, ſed etiam peculiarem actionem ſenſus guſtus, ſicut etiam deglutire, quia ad eumdẽ ſenſum pertinet quaſi præuia quędam actio manducatio, quę idem videtur eſſe, quod cibum dentibus atterere. Porrò, quæ ad manducationem pertinent, ea etiã peculiari de cauſa Chriſto in Euchariſtia ratione ſpecierum tribuuntur, quia habet rationem cibi ſpiritualis, & cibo corporali non tantum contegitur, ſed etiam, vt cibus ſpiritualis ſignificatur. Eodem modo, quo dicitur Chriſtus dentibus atteri fidelium, dicuntur etiam dẽtes carni eius infigi, ſicut loquitur Chryſoſt. homil. 83. in Matth.

Superſunt duo difficiliora, quę à Patribus Chriſto in Sacramento tribuuntur, nempe fractio, & miſtio: nam fractio tribuitur à Chryſoſtomo homil. 24. in 1. ad Corinthios, & Berengarius eam etiam in ſua confeſsione expreſsit. Miſtio autem tribuitur ab Eccleſia in officio Miſſæ poſt fractionem Sacramẽti illis verbis: *Fiat commiſtio corporis, & ſanguinis Domini, &c.* Hæ autem non videntur ad vllum ſenſum referri, ſicut alia prædicata, quæ diximus. Reſpondeo, fractionem eo loco non ſignificare diuiſionem Chriſti ſecundùm partes ipſius, ſed diuiſionem eius ſecundùm exiſtentiam in Sacramento, & ita diuidi corpus Chriſti, ſeu Chriſtũ, nihil aliud eſt, quàm ipſum in diuerſis Sacramentis diuerſim conſtitui, cum tamen antea eſſet ſub vno tantum, vt ita plures ſatiare poſsit, & ſpiritualiter ſubſtentare; non quod antea non eſſet totus in toto Sacramento, & totus in qualibet parte illius, ſed quod antea erat ſub vno tantum Sacramento per modum vnius cibi, quia ab vno ſumi poſſet, poſt diuiſionem autem Sacramenti eſt ſub pluribus per modum plurium, vt plures alere queat. Et hac ratione intelligitur illud Pauli 1. ad Corinth. 10. *Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt?* Deinde dico, miſtionem ſecundùm ſe interdum nihil aliud prẽter motum, aut diſtantiam, & præſentiam ſecundũ locum ſignificare abſque corruptione ſubſtantię, quæ miſcetur, tum etiam abſque diuiſione vlla, & hoc modo tribui corpori, & ſanguini Chriſti in hoc Sacramento, ita vt miſceri corpus, & ſanguinem nihil aliud ſit, quam vnum eorum alio in Sacramento circũdari. Porrò miſtionem interdũ fieri ſine corruptione eorum, quę miſcentur, & hac ratione mixtionẽ paſsim appellari, patet: etenim ſubſtantiæ, quæ arte miſcentur, imo aqua, & vinum, cum vnum alteri infunditur, non ſemper corrumpuntur. Prætereà interdum dici miſtionem, & vnum alteri miſceri ſine diuiſione eorum, quę miſcentur patet, nam in exercitu miſceri dicuntur Itali Hiſpanis, & è contrario, quia inter duos Italos, aut Hiſpanos eſt vnus Hiſpanus, aut Italus: & grana diuerſi generis frumenti nulla facta diuiſione alicuius granicodem modo miſceri dicimus. Sic igitur, quia intra ſpecies ſanguinis ponuntur ſpecies corporis, cum diuiſione quidem ipſarum ſpecierum ſecundum ſe, non tamen ſanguinis, & ita corpus vndequaque ſanguine in Sacramento circumfuſum eſt, rectè dicuntur corpus Chriſti, & ſanguis ratione ſpecierum per ſolum motum, & diuerſam præſentiam ſecundùm locum miſceri, etiam ſi ſanguis nullo modo diuidatur ſecundùm ſe, ſed facta diuiſione ſpecierum, exiſtens totus in totis ſpeciebus, & totus in ſingulis partibus, corpus vndequaque circũfundat. Hæc autem duo poſteriora prædicata abſque tropo, & figura videntur corpori, & ſanguini Chriſti in Sacramento conuenire, ſicut ea, quæ ſolùm motum ſecundùm locum,

35 16 17 18 19

Luca 8. Chryſoſt. Quid de fractione, & miſtione? Berengar. Paulus 1. ad Corint. 10.

Obſeruatio. Berengar.

cum, aut præſentiam loci, ſeu diſtantiam ſignificant. Vltimo obſeruandum eſt, ideo Berengarium ex præſcripto Nicolai Chriſto in hoc Sacramento prædicata hæc poſterioris generis tribuiſſe, etiam ſi figuratè ſolum illi conueniant: quia, vt vidimus ſupra diſput. 180. cap. 9. Sancti Patres hoc modo loquendi denotarunt veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia, quam Pontifex à Berengario cõcedendã eſſe contẽdebat. Et vt eodem capite monuimus, ideo addidit Pontifex in ea confeſsione: *Senſualiter, & non ſolùm in Sacramento*, nempe, omnia illa prædicata Chriſto conuenire, vt denotaretur, ſub illis ſpeciebus ſenſibilibus non tantùm Chriſtum contineri, veluti in ſymbolo, & figura, ſed etiam re ipſa, ex quo etiam colligi videtur Berengarium eiuſmodi prædicata antea de Chriſto, vt in ſymbolo ſolùm, & figura ſub ſpeciebus exiſtente enunciaſſe: & ideo præceptum ei fuiſſe, vt eadem reſumens prædicata, non in ſymbolo tantùm, ſed ſenſualiter ea Chriſto tribueret. Atque hæ ſunt duæ cauſæ, ob quas, cum aliàs Eccleſia non conſueuerit in abiuratione, aut damnatione hæreſis vti metaphoris, in hac Berengarij retractatione illis vti voluerit.

20

Porrò autem prædicata poſterioris generis non ſine figura Chriſto conuenire ex Scholaſticis citatis pro hac parte capite præcedente, expreſſe eam docuerunt Petrus de Soto lib. de inſtitutione ſacerdotum lectione 6. de Euchariſtia, & Recentiores aliqui; reliqui vero, qui capite præcedente allegati ſunt eam non tradiderunt. Nam S. Thomas loco citato ſolum contendit, Chriſtum non diui di, cum frangitur Sacramentum, ſed ſolũ in ſpeciebus diuiſionem fieri, & ita intelligendam eſſe confeſsionem Berengarij, vt fractio, & attritio, quæ dentibus fit, referatur ad ſpecies Sacramenti. Vtrum autem verè & propriè, an ſolum metaphoricè Chriſto tribui poſsit, non explicat, quinimo ſentire videtur ad ſolas ſpecies referri poſſe, cum tamen ex ipſa confeſsione Berengarij, quæ refertur, *De conſecratione*, diſtinct. 2. capit. *Ego Berengarius*, oppoſitum manifeſtè conſtet, dicitur enim: *Non ſolùm Sacramentum, ſed etiam verum corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, & ſenſualiter non ſolùm Sacramentũ ſeu in Sacramento ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri*: Nam cum dicit, non ſolùm ibi eſſe Sacramentum, ſed etiam verum Chriſti corpus; & illud non ſolùm in Sacramento, ſed in veritate ſenſualiter tractari; quis nõ videat, de ipſo corpore Chriſti hæc pronunciari, & ad illud referri? Nam ſi ſolùm ad ſpecies referrentur, illis verbis non fateretur veritatem corporis Chriſti in Sacramento, ſed ſolum ſymbolum, & figuram illius. Alexander verò loco allegato in antiqua impreſsione, in noua verò quæſt. 10. membro 9. artic. 1. ad primum, & Bonauent. in 4. diſtinct. 12. artic. 3. quæſtiuncula illa 1. non dicunt, illa prædicata propriè, aut per tropum, & figuram de Chriſto verè enunciari, quin potius illum modum loquendi quo Berengarius in ſua confeſsione vſus eſt, non eſſe tenendũ: quaſi putẽt: nullo modo eſſe verum. Nam, licèt per tropum tãtum verus eſſet, amplecti illum poſſemus, & eo vti, ſicut multis alijs addunt tamen, receptum fuiſſe ab Eccleſia ad elidendum errorem Berengarij: quia ille non fatebatur antea Chriſtum re ipſa in Euchariſtia, ſed tantum in ſigno. Quorum ſententiam ſequitur Gabriel lectione 80. in canonem litera N. cũ aſſerit, in prædicta confeſsione Berengarium exceſsiſſe, quòd tali modo loquendi vſus fuerit, ſicut accidere ſolet ijs, qui vt vnum detestentur errorem, in alium contrarium inclinant. Quibus verbis denotare videtur, prædictam propoſitionẽ falſam eſſe, nec per tropum, & figuram aſſumendam: nam, ſi per tropum, & figuram vera eſſet, non dixiſſet Gabriel, Berengarium in ea modum exceſsiſſe. Addit præterea: *Sicut & illud impropriè dictũ eſt, quod dixit, panem, & vinum poſſe conſecrationem verum corpus, & ſanguinem Chriſti eſſe*, cũ dixit; *Improprie*, non denotauit per figuram, & tropum prędictas propoſitiones veras eſſe; alioqui non reprehenderet illum modum loquendi; ſed per *Improprie*, idem quod alij dicunt, *Abuſiue*, intellexit. Quare nõ video, quo pacto prædicti Doctores pro ea parte allegari poſsint: eorum tamen ſententia ferenda non eſt, quod notare videntur verba confeſsionis Berengarij. Illa enim, vt vidimus diſputat. 179. cap. 2. ſub certa verborum forma edita fuit ab Vmberto Epiſcopo catholico, & doctiſsimo, ſicut teſtatur Lanefrancus ibidem à nobis citatus. Quocirca & à Nicolao II. & à Concilio Romano eam prius examinatam fuiſſe, & approbatam, dubitandum nõ eſt: cum enim ageretur de abiuratione hęreſis publicæ à Berengario facienda, neque ſolo iudicio ipſius verba illius committenda, neque ſine pręuio examine ei tradenda erat, vt eam in Concilio alta voce pronunciaret. Abſurdum autem eſt credere, Concilium talem confeſsionem Berengario tradidiſſe, aut approbaſſe, quę modum loquendi falſum, & in alium errorem contrarium inclinantem cõtineret.

Alexand. & Bonau. exponitur

22

Gabrielis

23

Lanefranc.

Petr. Soto.

Aliens. Sãct. Thom.

21 Capit. Ego Berengar.

Reli-

Reliquum eſt, vt dicamus, quæcumq; prędicata ſignificantia actionem aliquam externã prouenientem ab aliquo agẽte in corpus Chriſti, non enunciari de corpore Chriſti in hoc Sacramento, ſicut prædicata ſignificantia qualitatem ipſam impreſſam dicuntur. 24 Quare licet vulnera impreſſa per flagellationem, conuenirent Chriſto in Euchariſtia, ſi in Sacramento triduo illo manſiſſet, & verè diceretur ibi vulnus habere, quod ſolum ſignificaret qualitatem, aut effectum actionis impreſſum; tamen non diceretur flagellari: eodem modo neque conſpui dicere tur, etiam ſi ſputum ſub Sacramento haberet: quamuis & de ſputo non ſit eadem ratio, ac de intrinſeca forma, vt per concomitantiam ſit ſub Sacramento. Idem de calefactione, & de quauis alia alteratione dicimus: ratio vero eſt, non quia actio non ſit in paſſo, ſicut eſt terminus illius: nam ſiue ſit idem re ipſa cum termino, ſiue ab eo ex natura rei diſtinguatur, ſemper debet eſſe in paſſo, quando eſt actio motus: ac proinde huiuſmodi actiones eſſent intrinſece in Chriſto, non ſolum extra Sacramentum, ſed etiã in illo; ſed quia verba, quæ ſignificant huiuſmodi actiones, non ſolùm illas ſignificãt, ſed denotant etiam aliquam circumſtantiam loci ex parte agentis, quod debet eſſe propinquum, vt operetur (id quod etiam verum eſt in alteratione) aut per motum ſecundùm locum operari debet, vt in flagellatione: nam flagella per motum ſecundum locũ 25 applicantur.

Hanc doctrinam tradidit S. Thomas infra S. Thomas. quæſtione octaua, articulo quarto, & Scotus in quarto diſtinctione decima, quæſtione ſecunda §. *Dico ergo*, verſiculo, *Aliqua argumenta*, & quæſtione ſexta §. *Ad intellectum quæſtionis*, concluſione 5. huiusmodi inquit S. Doctor, ſunt, irrideri, conſpui, cruci affigi, & flagellari. Et quamuis non afferat exemplum alterationis, qualis eſt calefactio, eadem tamen ratio eſt illius, quia hæc poſterior eſt exiſtentia in loco, cum ad eam requiratur propinquitas, quæ nomine actionis cõnotatur. Poſteriora autem loco non comitantur Chriſtum in Sacramento, vt dixit Scotus, neq; de illo ſub Sacramẽto prædicãtur.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum, quando in hoc Sacramẽto apparet miraculoſe caro, vel puer, ſit ibi vere corpus Chriſti.

Notationes circa doctrinam, & explicationem Articuli.

CONCLVSIO Eſt, *Corpus Chriſti re vera eſt in hoc Sacramento, quando apparet caro, vel puer in eo, ſiue hoc appareat per ſolam mutationem oculorum abſque immutatione ſpecierum, ſiue fiat immutatione ſpecierum permanente eadem quantitate*. 26 Circa cõcluſionem, & doctrinam Articuli non opus eſt longa diſputatione, ſed ſatis erit quædam breuiter adnotare. Primum igitur notandum eſt, cum Primũ ob ſeruandũ. in hoc Sacramento apparet caro, vel puer, vel quid huiuſmodi, id apparere poſſe duobus modis, primum ita, vt in ipſis ſpeciebus non ſit id, quod apparet, ſed tantum illud ob oculos verſetur: id enim rectè poteſt Deus efficere nam per ſpeciem alicuius obiecti, ſine præſentia illius poteſt Deus immutare ita viſum, vt fiat viſio. Etenim, vt notauimus 1. part. diſp. 38. cap. 2. non minus poteſt fieri viſio abſente obiecto, quam præſente. Deinde fieri poſſunt hæ apparitiones ita, vt reuera in ipſis ſpeciebus conſecratis fiat immutatio aliqua. In priori caſu nemo dubitat, Chriſtum manere ſub ſpeciebus, quia cum illę in eodem ſtatu permaneant ſecundùm ſe, eodẽ modo ſicut antea Chriſtum ſub ſe retinebũt. Porrò optimum ſignum, vt dignoſcamus, vtrũ in ipſis ſpeciebus facta ſit aliqua intrinſeca immutatio, annon, eſt id, quod aſſignauit S. Doctor in præſenti articulo, nempe cũ S. Thomas. non omnibus eodem modo Sacramentum apparet, ſed variæ fiunt apparitiones, tunc nullam eſſe in ſpeciebus Sacramentalibus intrinſecam mutationem, ac proinde Chriſtum ſub illis eodem modo, ac antea manere: hoc enim manifeſtum indicium eſt, apparitiones ſolũ fieri per ſpecies ſenſibiles ſolas productas à Deo ſine immutatione ipſius obiecti; alioquin eodem modo obiectum ipſum appareret. 27 Tunc vero immutationem in ipſis ſpecibus Sacramentalibus factam eſſe, cum omnibus eodem modo apparent. Et in hoc poſteriori caſu ſolum difficultas eſt, an Chriſtus ſub illis maneat. Mitto nunc, quot modis poſſint fieri huiuſmodi rerum apparitiones ſine vera præſentia obiecti, de qua re nõ nulli diſputant Scholaſtici: id enim ad noſtrum inſtitutum minime pertinet. Nunc autem ſuppono, has apparitiones vtroque modo virtute ſolius Dei in Sacramento fieri. Porrò, miracula hæc, & apparitiones in hoc Sacramento facta fuiſſe, docent Paſchaſius libro de corpore, & ſanguine Chriſti capite 14. & Guitmundus libro tertio de

Apparitiõnes multæ factæ ſunt in Euchariſtia. Guitmund. Paſchaſius.

Sacra-

Sacramento corporis, & sanguinis Christi parum ante medium: atque vsque in hodiernum diem scimus in nostra Hispania perseuerare. Verum hi Patres non docent, vtroque illo modo factas fuisse, imo vero solum videntur mentionem fecisse illarū, quas priori modo fieri dicimus.

28

Deinde notandum est, sententiam, quam refert S. Thomas in hoc articulo, & refellit, nempe, cum apparitiones fiunt per ipsarum specierum immutationem, vere ibi Christū apperere in propria specie, etiam si quandoque non totus, sed aliqua pars eius, nempe caro ibi videatur, fuisse Alexandri 4. part. quæstion. 11. membro 2. artic. 4. §. 3. versiculo, *Consequenter quæritur, quid sit illud*. Eadem etiam tribuitur Gabrieli in canonem lectione 51. Ille tamen litera I. nihil in hac re audet definire. Vera tamen sententia est, tunc non videri Christum in propria specie neque carnem illius. Quam sequuntur S. Thomas in hoc articulo, Ricardus in 4. dist. 20. artic. 5. quæst. 2. Durand. quæst. 4. numer. 8. Paludanus quæst. 4. articul. 3. conclus. 1. Aegidius Theoremate 23. Marsilius in 4. quæst. 7. art. 3. dub. 6. ad 2. Et sanè, Christum ibi non videri, prout est sub Sacramento modo indiuisibili, nemo dubitare potest, neque Alexander oppositum contendit. Constat enim, cum apparet ibi puer, aut pars aliqua carnis, apparere modo diuisibili: Christus autem est in Sacramento modo indiuisibili: ergo certum est, Christum prout existentem sub Sacramento tunc non videri licet verum sit per Diuinam potentiam ob oculo corporeo videri posse, vt disput. 191. cap. 2. probatum est. Sine fundamento autem quis diceret; ipsam carnem Christi, aut totum Christum in forma paruulimodo diuisibili ibi apparere: tum quia asserere deberet, Christum nouo modo incipere esse in Eucharistia, nempe, diuisibili modo, cum etiam sit modo non diuisibili: tum etiā, aut Christum relinquere cœlum, vt in Sacramento modo diuisibili appareat, aut esse in duobus locis simul diuisibili modo, quod impossibile esse diximus supra disput. 189. capit. 5. Adde, quòd, cum apparet puer paruulus, non potest apparere re ipsa ipse Christus, quia maioris quantitatis corpus habet. Quod enim quidam dicunt, vt refert Aegius, posse Christum apparere sub ea quantitate, & figura sub qua voluerit, eoquòd corpus habeat glorioſum, commentitium plane est. Verum arguit Alexander hoc modo, si corpus, & caro Christi vere non appareret, caro alicuius alterius hominis, aut animantis appareret, & licèt inde excitaretur fides, ea tamen exci-

Secūdum obseruandum S. *Thomas.*

Alexand.

Gabriel.

S. *Thomas.* *Ricardus.* *Durandus.* *Paludan.* *Aegidius.* *Marsilius.*

29

30 Obiectio Alexand.

tāretur ex signo falso, quod non est dicendū. Respondeo, neque apparere carnem Christi, neque alterius, quæ re vera caro sit, sed carnis solum effigiem, vt dicit S. Thom. in hoc articulo ad comprobandum præsentiam carnis Christi sub Sacramento. Quod autem simplices decipiantur, & credant esse ibi carnem Christi diuisibili, & cruento modo parum refert: hæc enim deceptio instructione vera Doctorum, & Pastorum corrigenda est.

Deinde notandum est, duas recenseri contrarias opiniones circa alteram partem conclusionis, in qua dicitur, Christum manere sub Eucharistia, quamuis caro, vel aliquid aliud appareat per immutationem ipsarū specierum; si tamen maneat eadem quantitas, nā in hac parte cum S. Thom. conueniunt Caietanus, Dominicus Sotus in 4. distinct. 10. quæstion. 1. articul. 8. & Paludanus distinct. 12. quæstion. 5. artic. 1. numer. 8. censentque, si maneat eadem quantitas, licet accidentia alia corrumpātur, vt appareat caro, vel aliquid aliud, manere ibi Christum sub Sacramento. Contra vero Durandus in 4. distinct. 10. quæstion. 4. ad 3. docet, licèt maneat eadem quantitas, hoc est, sub eamdem mensuram cadens, nihilominus facta tali mutatione aliorum accidentium, vt appareat aliqua figura, vel caro, aut sanguis, vel quid simile, non manere ibi corpus Christi re ipsa Sacramentali modo: quia putat, tunc fieri talem corruptionē, vt ibi non posset manere substātia panis. Iuxta communem autem doctrinam, quam tradit S. Thomas quæstion. sequente artic. 4. tādiu censetur sub accidentibus re ipsa manere corpus, & sanguinem Christi Sacramentali modo, quaadiu sub illis maneret substantia panis, & vini. Hi vero Autores solùm in re philosophica differunt; quod vero attinet ad existentiam Christi in Eucharistia facta immutatione specierum in hoc Sacramento, eodem modo philosophantur: nam quaadiu manet eadem quantitas (non dico eiusdem mensuræ, sed eadem secundum numerum) quantumuis mutentur cætera accidentia, Christus ibi manet. Et ratio est manifesta, nam si eadem quantitas numero maneat, substantia etiam panis, & vini maneret. Quandiu autē substantia panis, & vini maneret, Christus etiam sub ea quantitate, & accidentibus manet. Et hoc modo intelligerem S. Thomam, & alios. Neque vero hoc, quod diximus, negat Durandus. Differunt tamen Durandus ex vna parte, & S. Thomas, alijque citati ex alia; quod Durandus putat, non manere quantitatem eamdem numero, si tanta fiat immutatio in colore, & figura, vt appareat aut caro, aut sanguis,

Tertium obseruandum.

Caietan. *Sotus.* *Paludan.*

31 *Durand.*

In quo Autores conueniant, & in quo differant?

32 Quandiu substantia panis maneret sub speciebus consecratis manebit Christus.

ſanguis, aut puer, aut quid ſimile, quod appārere ſolet, quin corrumpatur quantitas: eo quòd per talem immutationem corrumperetur ſubſtantia panis, aut vini, quod mihi in Philoſophia probabilius videtur. Alij vero cum S. Thoma putant, talem poſſe fieri immutationem manente eadem numero quantitate (de hac enim loquuntur, non autem de quantitate eiuſdem menſurę.) Quod vero ait Caietanus in explicationem ſententiæ S. Thomæ, loquens de menſura quantitatis, etiā verum eſt, nempe, tunc non manere Chriſtū ſub ſpeciebus, neque eamdem numero quantitatem, quando talis menſuræ manet quantitas, vt ſub ea repugnaret ſubſtantię panis, & vini, quæ ante conſecrationem erat, 33 idque veriſsimum eſt: nam quantitatis menſura, quæ repugnaret ſubſtantiæ panis, & vini, repugnaret etiam cum quantitate propria harum ſubſtantiarum. Quare ſub illa hæ ſubſtantiæ non eſſent, ac proinde, neque Chriſtus ſecundùm doctrinam traditam.

Durandus reijcitur. Illud etiam in Durando mihi non probatur, quod putet, manere poſſe eamdem quantitatem, hoc eſt eiuſdem menſuræ facta tali immutatione aliorum accidentium, aut ſi adeſſet ſubſtantia panis, & vini corrumperetur: quia numquam fit corruptio manente eadem menſura quantitatis, ſed ſemper fit maioris menſuræ, aut minoris, quia ſemper corruptio fit in rariorem ſubſtantiam, vel dēſiorem. Et inde eſt, quod aqua in vaſe vitreo vndequaque eadem vitrea ſubſtantia obturato, nūquam corrumpatur: quia in corruptione opus eſſet, aut fieri rariorem ſubſtantiam, aut denſiorem, & ita aut penetrari inuicem partes quantitatis, aut dari vacuum; quæ duo impoſsibilia ſunt. Mitto quod Recentiores 34 dicunt, non eſſe habendam rationem eiuſdē numero quantitatis: quia putant, eamdem manere in genito, & corrupto, & ita ſolum attendi debere immutationem aliorum accidentium: tum quia exiſtimo, falſum eſſe eamdem numero quantitatem manere in genito, quæ erat in corrupto, tum etiam, quia, vt diximus, ſaltem habenda eſt ratio eiuſdem mēſuræ quantitatis: nam hæc ita mutari poteſt, vt deſinat eſſe Chriſtus: quia facta eius mutatione, deſineret eſſe ſubſtantia panis, & vini, vt ex ſententia Caietani notatum eſt.

QVÆSTIO SEPTVAgeſima ſeptima. De accidentibus remanentibus in hoc Sacramento.

ARTICVLVS I.

Vtrum accidentia remaneant ſine ſubiecto in hoc Sacramento.

CONCLVSIO Eſt, *Accidentia in hoc Sacramento manent ſine ſubiecto*. Per ſubiectum intelligit S. Thomas ſubſtantiam, quæ eſt primum ſubiectum omnium accidentium, per accidentia autem intelligit omnia, etiam quantitatem ipſam, vt patet ex articulo ſequente.

ARTICVLVS II.

Vtrum in hoc Sacramento quātitas dimenſiua panis, vel vini ſit aliorum accidentium ſubiectum.

CONCLVSIO Eſt, *Alia accidentia, quæ manent in hoc Sacramento* (nempè, prę ter quantitatem) *ſunt ſicut in ſubiecto in quantitate panis, aut vini, quæ manet*. Per hoc quod dicit, *alia accidentia*, manifeſtè indicat, ſe non loqui de omnibus in vniuerſum, ſicut in præcedente articulo, ſed de alijs prę ter quantitatem. Tum etiam, cum in præcedente articulo dixiſſet, accidentia manere in hoc Sacramento ſine ſubiecto, hìc autem aſſignet alijs accidentibus quantitatem pro ſubiecto, planè indicat, per ſubiectum in prę cedente articulo ſe intellexiſſe ſubſtantiam, quæ eſt primum ſubiectum.

De modo, quo accidentia panis, & vini poſt conuerſionem exiſtunt in hoc Sacramento. Diſputat. 194.

Quænam accidentia panis, & vini post conuersionem maneant in hoc Sacramento? Cap. 1.
Quo pacto quantitas maneat in hoc Sacramento facta consecratione? Cap. 2.
Cætera accidentia manere in quantitate sicut in subiecto eodem modo, quo ante ea, cum tamen sine illa alio modo manere possent. Cap. 3.

Quænam accidentia panis, & vini post conuersionem maneant in hoc Sacramento.

CAPVT I.

APVD Catholicos, qui fatentur, in hoc Sacramento conuersionem fieri totius substantiæ panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, indubitata quoque res est, manere aliqua panis, & vini accidentia sine subiecto; tametsi aliqui Recentiores putent, in opinione positū esse, an omnia etiam accidentia maneant. Atque primum de accidentibus in vniuersum, quæ communiter species appellantur, ita expresse definitur in Concilio Tridentino sessione decima tertia, canone secundo. Et in decreto Eugenij IIII. quod est in Concilio Florentino post vltimam sessionem §. *Tertium est*. Et in Concilio Lateranensi, & refertur in capite, *Firmiter*. §. *Vna vero. De summa Trinitate, & fide Catholica*, cum dicitur, corpus, & sanguinem Christi sub speciebus panis, & vini veraciter contineri. Inter propositiones porro Ioannis Vvicleffi damnatas in Concilio Constantiensi sessione octaua, secunda erat, *Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem Sacramento*, atque hæc est communis Patrum, & Scholasticorum sententia, quos non oportet sigillatim recensere, quod res notissima sit. Necesse autem fuit primum manere solum accidentia, quia virtute verborum necesse fuit fieri transsubstantiationem, ac proinde non potuit manere substantia. Deinde, vt vera fieret demonstratio per verba consecrationis, & vt Sacramentum maneret, necesse etiam fuit, accidentia panis, & vini manere, vt sub aspectum oculorum, & sensuum aliquid caderet; alioquin Sacramentum, quod est signum sensibile, non maneret.

Accidẽtia panis, & vini, quæ species dicuntur, manere, de fide est.

1 *Conc. Trid.*

Eugen. IIII.

Conc. Later. Cap. Firmiter.

Vvicleff. Conc. Conf.

2

Difficultas tamen esse potest, vtrum omnia, an aliqua tantum accidentia panis, & vini maneant. Recentiores nonnulli putant, ab Ecclesia hucusque solum definitum fuisse, accidentia panis, & vini, quæ sub aliquem sensum cadere possunt, manere, idque experimento sensuum compertum esse, de alijs vero non item, probabile tamen admodum esse, illa etiam manere. Probant autem nihil de hi sposterioribus definitum esse hoc modo, Ecclesia hactenus solùm definiuit, species panis, & vini manere; per species autem non omnia accidentia, sed ea tantùm, quæ sensu percipi possunt, intelliguntur. Ideò enim species vocantur, vel quia per species à sensu percipi possunt, vel quia sunt quasi simulacrum, & figura ipsius substantiæ, ipsam sensibus demonstrans: ergo de reliquis, ex quibus nihil sensu cognoscere possumus, nihil Ecclesia hactenus definiuit. Porrò autem Concilia, & Patres non habuisse firmum fundamentum, vt definirent, alia etiam accidentia præter sensibilia manere, probant, quia vt occultum maneret mysterium hoc, nihil aliud necessario manere debebat præter accidentia sensibilia, sic enim sensibus humanis sufficienter videretur manere panis, nec per illos iudicari posset, ibi non manere substantiam panis, & vini, hoc autem solùm requirebatur. Esse autem probabile, & Conciliorum definitionibus consentaneum, illa etiam accidentia, quæ non sunt sensibilia, in hoc Sacramento manere, ex eo colligunt, quia accidentia panis, & vini sunt quantitas, & qualitates proximè inhærentes quantitati, & modi accidentarij ipsius quantitatis, aut qualitatum: ergo, cũ maneat quantitas, & aliquæ qualitates proximè ipsi inhærentes, probabile admodum est, manere reliquas, quia non est difficilius, hæc, quam illa accidentia in quantitate conseruari.

Quid sit de finitum ab Ecclesia circa accidentia panis, & vini.

Placitum Recentiorum.

3

Antiqui omnes Scholastici nomine specierum panis, & vini absolutè intellexerunt accidentia vtriusque substantiæ, cumque non curauerint distinguere, & hęc potius, quam illa Sacramento tribuere, manifestum est, eos de omnibus eodem modo sensisse, idemque de Concilijs, & Patribus dicendum arbitror, alioquin, si omnium non esset eadem ratio, distinctè ostenderent Concilia, quænam accidentia certa fide credenda essent in Sacramento manere, & de alijs nihil dixisset. Et quidem

4

Antiquorum iudicium.

dem, ſi per ſpecies panis, & vini Concilia ſolùm intelligerent ſenſibilia accidentia vtriuſque ſubſtantiæ, ita vt de alijs, quę non eſſent cum his naturali neceſsitate connexa, eorum definitio poſsitiue non eſſet intelligenda, planè definirent, eiuſmodi accidentia non manere in hoc Sacramento. Tantum abeſſet, vt de illis nihil curarent. Nam Concilium Tridentinum ſeſsione 13. canon. ſecundo, ita definit fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem Chriſti, vt proximè addat: *Manentibus dumtaxat ſpecie bus panis, & vini*: definit igitur, non ſolùm manere ſpecies, ſed etiam nihil aliud manere: ergo, ſi per ſpecies ſenſibilia ſolùm accidentia, & nihil aliud intelligeret, excluderet reliqua omnia accidentia, ſiqua eſſent.

Conc. Trid.

Adde, quòd ad veram conuerſionem, qualem verba conſecrationis pro ſua veritate requirunt, non eſt neceſſè, aliqua accidentia panis, & vini, ſed ſolam ſubſtantiam definere: manente igitur quantitate, cui proximè omnia inſunt, qua probabilitate, obſecro, dicemus, aliqua accidentia harum ſubſtantiarum non manere? præſertim ſi verum eſſet, ſubſtantiam media quantitate nihil conferre, aut influere vllo modo in accidentia, niſi quatenus ſuſtentat quantitatem, quæ proximè cætera accidentia etiam ſuſtentat. Quod an verum ſit, dicemus inferius.

Confirmatia.

5

Firmiſsimum autem principium in Philoſophia habemus, vt dicamus, hoc ipſo, quòd definitur, manere ſenſibilia accidentia in hoc Sacramento, definiri etiam idem de reliquis omnibus in ipſa. Etenim nemo Philoſophorum hucuſque negauit, aut negare potuit in pane, & vino, & in omnibus alijs miſtis poſt quantitatem primas omnium qualitates elementares, ſine quibus miſtum conſiſtere non poteſt: hæ autem, vt omnes fatentur, ſunt calor, & frigus, humor, & ſiccitas. Tũ etiam manifeſtum eſt, cæteras omnes qualitates odoris, ſaporis, & ſi quę aliæ ſunt, quas vocant occultas virtutes, ex temperamento harum qualitatum oriri, qualis eſt in vino acrimonia illa, & mordacitas, quæ aut eſt ſapor ipſe, aut coniuncta ſapori, & in nobis eſt cauſa caloris, qualis etiam in pipere reperitur: excogitare autem alias qualitates, aut priores illis quatuor elementaribus, aut ex illis minime deriuatas, commentitium planè in Philoſophia eſſe, quis non videat? Iam verò rectè ſequitur id, quod diximus, nempe, id, quod de accidentibus ſenſibilibus definitum fuit à Concilijs, de reliquis etiam (ſi qua ſunt) intelligi etiam definitum: nam licet per ſpecies tantum ſenſibilia accidentia intelligantur; quia tamen quatuor primæ qualitates ſenſibiles ſunt, hoc ipſo intelligitur definitum, has qualitates primas, earum que temperamentum in hoc Sacramento manere. Cumque naturaliter tale temperamentum conſequatur, non tantum colores, & ſapores, ſed etiam alias qualitates occultas, ſiue illæ ſenſibiles ſint, ſiue non, definitum quoque intelligitur, cætera omnia accidentia manere. Nam, quamuis Deus conſeruare poſsit temperamentum primarum qualitatum ſine illis occultis qualitatibus, veluti etiam ſine ſapore, & colore; cum tamen noua miracula in hoc Sacramento admittenda non ſint præter illud, quod ad conuerſionem neceſſarium eſt, dubitare nulla ratione licet, definitione Conciliorum non ſolùm qualitates, ſeu accidentia ſenſibilia, ſed etiam omnia alia, ſi qua ſunt, verè comprehendi. Non diſputo nunc, an ſint occulta illa accidentia, & virtutes in rebus: nam, ſi de omnibus rebus ſit ſermo, manifeſtum eſt, in aliquibus rebus eas eſſe. Neque diſputo de pane, & vino, an in illis peculiares, & occultæ qualitates inueniantur: hoc enim difficilius eſt, & à noſtro inſtituto alienũ: ſatis enim eſt oſtendiſſe, omnia huiuſmodi accidentia (ſi qua ſunt) manere in hoc Sacramento, atque ab Eccleſia hoc eſſe etiam definitum. Illud ſolum obiter admonere libet, Claudium Sanctem repetitione octaua de Euchariſtia capite ſecundo, longè poſt medium has virtutes in omnibus rebus non negaſſe, ſed ſolum contra hęreticos docuiſſe, nullam manere propriam operationem, aut qualitatem panis, & vini in hoc Sacramento, quę alijs generibus rerum naturalium, aut artificio miſtarum ſecundùm naturam congruere nequeat; quod tamen falſum eſſe, ſatis conſtat. Nam ſaporem illum, & odorem peculiaris panis, & vini hucuſque in nullo genere rerum experti ſumus, neque experiri poſſumus. Et quamuis nutritio in nobis æque fieri poſsit alijs rebus, ſicut pane, & aqua, quod attinet ad ſuſtentationem vitæ, & adquiſitionem nouę ſubſtantię, & quantitatis; tamen in temperamento corporis, & carnis noſtrę non poterit idem effectus ſequi. Præterea idem temperamentum primarum qualitatum impoſsibile eſt conuenire alijs rebus, aut naturaliter, aut etiam arte compoſitis, alioquin & eadem omnino accidentia poſſent reperiri in omnibus rebus, & idem gradus miſtionis elementorum, quod eſt abſurdum. Id autẽ genus philoſophandi Claudio minime neceſſa-

Idem ex Philoſophia oſtenditur.

6

Claudius expenditur

7

8

ceſſarium erat, vt contra hæreticos probâret, ex accidentibus, quæ manent in hoc Sacramento, minime colligi, ſubſtantiam panis, & vini ſub illis eſſe, vt ipſe contendit, nam contra illos ſolum ex principijs fidei agendum eſt: non autem ex philoſophicis. Quod ſi ex ſpeciebus illis, quas in Sacramento videmus, & ſentimus, naturalis Philoſophia colligere non poſſet ſubſtantiam panis, & vini, eoquòd illorum temperamentum non eſſet proprium panis, & vini, ſed eodem modo in alijs rebus inueniri poſſet: certè, quando quotidie manducamus panem, & bibimus vinum, certo iudicare non poſſemus, vtrum panem, & vinum, an ciruiciam, & aliquid aliud loco panis, & vini manducaremus, & biberemus. Philoſophia igitur humana, niſi fide Diuina cõrigeretur, non ſine fundamento firmo, quale habere poteſt in hac vita, iudicaret, panis, & vini ſubſtantiam ibi eſſe. Hoc tamen obſtare non debet, quominus fide edocti contrarium iudicemus, cum ex Euangelio, quod etiam hæretici admittunt, multo magis firmum, quam humanæ Philoſophiæ ad hoc fundamentum habeamus.

9

Accidentia abſoluta à ſubiecto ſeparari poſſunt.

Porrò cum Scholaſticis noſtris notandum eſt, omnia accidentia abſoluta, etiam propria, à ſuo ſubiecto ſeparari poſſe, ſi ab eo ſicut res à re ante intellectum diſtinguuntur. Nam ſi aliqua ſunt, quæ ſolùm diſtinguantur à ſubſtantia, ſicut modus, non accidentia, ſed modi ſubſtantiales potius appellandi ſunt. Quæ verò re ipſa non diſtinguuntur ex natura rei à ſubſtantia ipſa, non ſunt accidentia, quæ dicuntur prædicamentalia, quãuis accidentia prædicabilia vocentur, vt prima parte in expoſitione articuli ſecundi, quæſtionis decimę tertię numer. ſexageſimo ſeptimo, notauimus. Porrò autem accidentia propria ſeparari poſſe à ſubiecto, ſi ab eo re ipſa diſtinguuntur, docent Scotus, in quarto diſtinctione duodecima, quæſti. ne prima,

Scotus.

Durandus, Paludanus, Ferrarienſ.

10

Durandus quæſtione prima, Paludanus quæſtione ſecunda, & Ferrarienſis 4. contra gentes capit. 65. Ratio vero Durandi eſt, quia accidentia, etiam ſi propria ſint, non poſtulant, vt quid pertinẽs ad eſſentiam, actu ineſſe ſubiecto, ſed ſuapte natura poſſe illi inhærere, quod quidem veriſſimum eſt: ergo poſſunt per Diuinam potentiam à ſubiecto ſeparari.

Obſeruatio.

Obſeruandum tamen eſt, cum accidentia à ſubiecto ſeparantur, Deum non dici, ſupplere vicem proprij ſubiecti in eodem genere, hoc eſt, recipiendo in ſe accidentia, & ſubeundo vicem materiæ, aut ſubiecti, ſed ſolum munere, & officio cauſæ efficientis, nimirum ſine ſubiecto illi conſeruãdo: eius enim virtus, & efficacitas non indiget ſubiecto, & materia, vt operetur.

Poſtremo his addendum eſt, relationes reales, quę ex natura rei diſtinguuntur à fundamento ſuo, quod etiam pro ſubiecto habent, quia fundamentum, & ſubiectum earum ſine illis eſſe poteſt, nullo modo ſeparari poſſe ab ipſis fundamentis, vt relationem ſimilitudinis ab albedine, & in vniuerſum nullam rationem proximè inhærentem ſubſtantiæ ab ea ſeparari poſſe: quia, cum relatio ſit actus referendi, intelligi nequit (quanto magis eſſe) ſine eo, quod refertur. Quocirca paternitas ſine ſubſtantia animalis, quod refertur ad filium, eſſe non poterit. An vero actio vitalis, qualis eſt viſio, & intellectio, ſine proprio ſubiecto eſſe poſſit, aut ſine efficacitate illius produci 1.2. diſputat. 9. capit. 3. ſatis, ſuperque dictum eſt.

Relationes nõ poſſunt ſeparari à fundamentis

11

Quo pacto quantitas maneat in hoc Sacramento facta conſecratione.

CAPVT II.

CERTVM Apud Scholaſticos eſt, quantitatem, quæ cum reliquis accidentibus in hoc Sacramento manet, & antea in ſubſtantia erat, facta conuerſione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti, per ſe admodum ſubſtantię eſſe. Vtrum autem hoc ei conueniat ex ſola negatione ſubiecti, in quo erat, an vero per aliquem modum ipſi additum, & facta in ea aliqua mutatione, in controuerſia poſitum eſt. Nonnulli Scholaſtici cenſent, quantitatem per ſe incipere eſſe in hoc Sacramento ſola negatione ſubiecti abſque vllo alio poſitiuo modo, quem in ſe recipiat. Hanc ſententiam planè ſequitur Scotus in 4. diſt. 12. q. 1. §. *Ad argumenta*, verſiculo *Ad ſecundum dico*, & queſt. 6. §. *Ad argumenta* eamque Recentiores Theologi tribuunt Ricardo in eadem diſtinct. art. 1. quæſtion. 2. Palud. quæſt. 1. Dominico Soto diſtinctione 10. queſt. 2. art. 2. & Marſil. in 4. queſt. 9. art. 4. ad 4. Verum apud Marſilium in eo loco, & in art. 4. & in §. *Ad rationes principales*, vbi reſpondet ad argumenta, nihil inueni, quod huic ſententiæ fauere poſſit. Alij vero Doctores citati primo aſpectu ei ſanè adſtipulari videntur; tametſi in diuerſo omnino ſenſu loquantur, ſolum enim

Status cõtrouerſiæ

Prima opinio.

Scotus.

Ricardus. Paludanus Soto. Marſilius

12

contendunt, quantitati in Euchariſtia non fuiſſe communicatam virtutem ſubſtantiæ, per quam per ſe, & ab intrinſeco ſubſiſtere poſſet, ſicut ſubſiſtit ſubſtantia: eoquòd licèt talis modus ſupernaturaliter quantitati communicaretur, tamen ſemel ei communicato abſque vllo miraculo per ſe ſubſiſteret, ſicut ſubſtantia. Adducit autem exemplum Ricardus oculi, qui cæco ſupernaturaliter reſtituitur, per illum tamen ſemel reſtitutum naturaliter videt, qui cæcus erat. Negant igitur, talem virtutem, & modum communicatum fuiſſe quantitati, per quem propria virtute, cum communi influentia primæ cauſæ poſſet ſubſiſtere, quod apud omnes ſine controuerſia eſſe deberet: id quod contra Hēricum ex profeſſo probat Scotus in illa quæſtione prima §. *Hic dicitur*. At in alijs locis citatis aliquid amplius contendit, nempe, nullum modum addi quantitati ex eo, quod ſuper naturam ſine proprio ſubiecto à Deo conſeruetur, non ſolùm talem, qui ſuapte natura hanc vim tribuat quantitati, vt non indigeat conſeruatione ſupra naturam, ſed neque vllum alium. Hactenus vero apud vllum alium ex antiquis ego non legi opinionem, quam prædicti Theologi referunt, & impugnant de virtute communicata quantitati ad ſubſiſtendum, niſi in Henrico, cui apud Scotum, Paludanum, & Sotum ea tribuitur in quodlibeto quarto, quæſtione trigeſima ſexta, & quodlibet octauo, quæſtione trigeſima ſexta, vbi contendit, communicatam fuiſſe ſpeciebus Sacramenti ſupernaturalem virtutem ad nutriendum, non minus quam ſi earum ſubſtantia ibi perſeueraret. Et quamuis de virtute quantitatis ad ſubſiſtendum ne verbum quidem habeat, tamen, dum tribuit ſpeciebus virtutem ad agēdum, & nutriendum, ſicut ſi ibi earum ſubſtantia eſſet, tribuere quoque videtur virtutem ad ſubſiſtendum, eoquòd illa virtus debeat eſſe ſubſtantiæ, ac ſi illa præſens eſſet. Cum Hērico etiam ſenſit Caietanus, vt inferius videbimus.

Scotus. *Henricus, Scotus, Paludanus, Sotus.* *Caietanus.*

Addunt præterea Recentiores Theologi, qui prædictam ſententiam ex Scoto, & alijs referunt, iuxta eam eadem omnino actione conſeruari quantitatem in hoc Sacramento, per quam in ſubiecto conſeruabatur, in qua etiam parte putant, Caietanum cum Scoto conuenire: eoquòd in primo articulo huius quæſtionis dixerit, naturali modo, & eodem genere actionis conſeruari quantitatem in hoc Sacramento, quo antea in ſubiecto conſeruabatur.

14

Cæterum ſententia Caietani in eo, quòd proximè diximus, diuerſa eſt, & ab eā quam Recentiores paſſim ſequuntur, etiam differt: nam in articulo primo huius quæſtionis primum non modo contendit, quantitatem in hoc Sacramento habere modum poſitiuum, quem antea non habebat, nempe, modum exiſtendi per ſe, & non ſola negatione ſubiecti per ſe eſſe, & à Deo conſeruari; verum etiam habere talem modum, & virtutem ſubſtantiæ communicatam, vt ea ſola ſine ſubiecto non minus naturaliter per ſe exiſtat, & conſeruetur, quam ipſa ſubſtantia: eoquod nullo ſuſtentante iam amplius indigeat. Deinde affirmat, ratione huius noui modi ex dimenſionibus, & alijs accidentibus non minus conſtitui vnum principium agendi, *Vt quod*, ſicut dici ſolet, quam ſi ibi eſſet ſubſtantia; cum tamen antea, quando erat ſubſtantia ex dimenſionibus, & alijs accidentibus non conſtitueretur vnum principium, *Quod*, ſed ſolùm, *Quo*. Poſtremo denique docet, per talem modum ſubſtantiæ quantitatem habere virtutem materiæ, vt ex ea naturaliter fieri poſsit, quidquid ex materia prima ſubſtantiæ fieret, ſi ibi eſſet, vt diſputatione etiam 195. videbimus. Quod verò attinet ad conſeruationem quantitatis in hoc Sacramento, non dixit Caietanus, ſicut Recentiores referunt, eadem omnino actione conſeruari, qua in ſubiecto conſeruabatur, ſed naturaliter, & abſque nouo miraculo cōſeruari ratione modi ſubſtantiæ, quem habet à Deo communicatum.

Explicatur Caietani ſententia.

15

Hanc ſententiam, eiuſque fundamentum planè deſumpſit Caietanus ex Hērico, eamque probabiliorem putat Ruardus Tapper articulo decimo quarto §. *Accidentia in hoc Sacramento*. ille enim, vt vidimus, tribuit talem virtutem ſupernaturalem quantitati in hoc Sacramento, vt omnia, quæ fiunt à ſpeciebus, vel circa ſpecies, non minus naturaliter fiant à virtute, & cauſa creata, quàm ſi ſubſtantia ipſarum ſpecierum adeſſet, ne, videlicet, in hoc Sacramento plura miracula præter primum fateri cogamur, ſed cætera naturali virtute agentis creati fieri dicamus.

Ruardus.

Mea vero ſententia, quę Recentioribus plērisque probabilior videtur, eſt primùm, quantitatem in hoc Sacramento ita mutari, vt non cum ſola negatione ſubiecti ſed cum modo poſitiuo, quem vocare poſſumus per ſe exiſtendi, non quidem proprio ſubſtantiæ, ſed ſimili, in hoc Sacramento ſupernaturaliter, & non actione à Deo conſeruetur. Ad do etiam deinde, ex hoc modo, quem tribuimus quantitati in hoc Sacramento, ſpecies

Autoris iudicium.

16

cies ipsas non habere nouam vim, aut modum agendi, neque quantitatem ipsam vicem materiæ subire, vt ex illa aliquid fieri, & generari possit naturaliter, sicut ex materia prima, si ibi esset, generaretur. Omissa vero posteriori parte, quam in disputatione sequenti ex professo cõfirmabimus, prior facilè probari, & explicari poterit. Primum quidem, non cum sola negatione, sed cum positiuo modo quantitatem in hoc Sacramento existere, probari potest ex analogia cum natura substantiali, quæ cum non est in alieno supposito, ita dicitur esse per se, vt modus ille existendi sit quid positiuum: nam, quamuis res illa, quæ dicitur esse per se, habeat negationem existendi in alio, tamen non solum habet negationem, sed etiam modum positiuum, qui eo modo loquendi, *Per se*, affirmatiuè significatur. Quamuis discrimen sit inter modum existendi per se substantiæ, & qui communicatur quantitati, & cæteris accidentibus communicari potest supernaturaliter: quòd modus substantiæ per se est causa negationis existendi in alio, sicut vna forma est causa negationis oppositæ formæ; at vero in hoc Sacramento negatio existendi in subiecto, quæ conuenit quantitati, non prouenit sicut à causa, & forma oppoſita à modo existendi per se: nam, vt ostendimus supra disputatione 181. capite secundo, ordine ex parte efficientis primum destruitur subiectum accidentium, deinde manent accidentia negata modo existendi in illo, & tandem consequuntur positiuum modum existendi per se. Quòd si accidentia separarentur cum quantitate non destructo subiecto, sed eo manente, primum sanè ordine ex parte efficientis quantitas esset per se, & acciperet à Deo modum positiuum, quem diximus: deinde vero consequeretur negatio existendi in subiecto; nam negatio illius modi non fieret per se, & ex intentione agentis, sicut cum anihilaretur subiectum, negatio illius est per se respectu agentis. Vtrum autem hic modus per se, qui accidentibus communicatur, sit supernaturalis ordinis secundùm suam naturam, an verò solum ex parte modi efficiendi illum, & an ab Angelo naturaliter cognosci possit ex professo tractauimus prima parte, disputatione 214. capite quarto.

Probatur primo prior pars.

17

Discrimen inter modum existendi per se substantiæ, & illũ qui communicatur quantitati.

18

Porrò autem, alia actione quantitatem separatam, & per se sine subiecto, & in subiecto conseruari, manifestè consequitur ex doctrina tradita à nobis prima parte, disputatione centesima septuagesima quarta, capite tertio. Vbi ostendimus, quamcumque formam accidentariam cum in subiecto existens producitur, aut conseruatur (quod idé est) non creari, cum verò separata, & per se producitur, creari.

Posterior verò pars nostræ sententiæ, quæ est contra Caietanum, & Henricum, quod attinet ad præsens institutum, nempe, ad modum existendi per se facilè probari potest; nam de illa, quod spectat ad vim, seu modum operandi, & ad virtutem, vt ex quantitate tamquam ex materia fiat aliquid, inferius disputat. sequente dicemus. Probatur igitur, nihil communicari quantitati, virtute cuius ita naturaliter per se existat, & à Deo per se conseruetur, sicut substantia, quia natura ipsius accidentis, & essentia omnino immota manet, neque essentialiter mutari vllo modo potuit, vt vim substantiæ ad subsistendum haberet, ipsa autem suapte natura postulat inesse subſtantiæ, & ei effectum suum formalem tribuere, nempe, eam extendendo, & partes illi tribuendo, quas, vt supra vidimus disputatione 183. capite secundo, ex se non habet: ergo modus existendi per se, quem Diuina virtute habet, non suapte natura, sed sola Diuina virtute illi accommodatus est. Quare sicut initio non potuit illi tribui, nisi actione supernaturali, ita etiam, neque in ea conseruari, nisi supernaturaliter poterit modus existendi per se. Cum enim semper maneat quantitati extraneus, & quasi alienus, non conseruatur in quantitate, postulante hoc ab intrinseco natura ipsius quantitatis, ac proinde, neque naturaliter sola voluntate Dei, nulla exigente causa, aut natura creata conseruatur in quantitate, sicut etiam initio ei communicatus fuit. Neque verò dici potest, loco substantiæ, & proprij subiecti communicatum fuisse quantitati aliud subiectum, quod sanè, neque Henricus, neque Caietanus docuit: hic enim quantitas non per se, sed in aliquo esset subiecto, quod est absurdum. Neque Sanctus Thomas fauet sententiæ Caietani, quod attinet ad modum, & virtutem per se subsistendi, quam ipse tribuit quantitati in hoc Sacramento, neque vllum locum ad hoc citat Caietanus speciatim, aut citare potest. Tametsi, quod attinet ad vim agendi, & patiendi, similem virtutem quantitati tribuere videatur, vt disputat. 195. capite 2. videbimus. Rectè igitur dixit Sotus loco citato id, quod docet Caietanus de virtute quãtitatis ad existendum

19 Posterior pars probatur.

Modus per se tribuitur quantitati a Deo supernaturaliter.

20

S. Thomas non fauet Caietan.

Sotus.

ſtendum per ſe, non eſſe ſententiam S. Thomæ,

Atque hinc etiam ſequitur, quantitatem ſeparatam à ſubiecto, ſicut eſt in hoc Sacramento, non ſolum exiſtere ſupernaturali modo, ſed etiam violento, & naturalem eius appetitum ſatiatum non eſſe. Et primum quidem naturalem eius appetitum ſatiatum, & completum non eſſe modo illo exiſtendi per ſe, etiam ſi ſit ordinis ſuperioris, patet ex ijs, quæ diximus ſupra tomo primo, diſputatio. 34. capite ſecundo, vbi oſtendimus, inclinationem, ſeu appetitum humanitatis, quæ ſuapte natura appetit propriam perſonalitatem, non eſſe ſatiatum in Chriſto, etiamſi in eo habeat perfectiorem perſonalitatem: quia natiua inclinatio ad propriam, & naturalem perfectionem non ſatiatur per formam, ſeu perfectionem oppoſitam, etiã ſi nobilior ſit, vt ibidem monſtrauimus. Deinde, quantitatem eo modo vim aliquam pati, colligitur ex definitione violenti, quã tradidimus prima ſecundę, diſputatione 25. capite ſecundo, caret enim effectu ſuo formali contra internum impetum. Nam, quamuis, vt in ea diſputatione diximus capite tertio, contra inclinationem materię nulla vis inferri poſsit, tamen contra inclinationem formæ, ſicut etiam contra inclinationem efficientis cauſæ violentia locum habet. Quare autem natura humana in Verbo, cum eius appetitus non ſit ſatiatus perſona Diuina, non patiatur vim aliquam, diximus tomo primo, in ea diſputatione trigeſima quarta, capite quarto.

Modus per ſe quẽ habet quantitas in Euchariſtia non faciat eius appetitum.

21

Imo vim patitur ab illo.

Cætera accidentia manere in quantitate, ſicut in ſubiecto eodem modo, quo antea, cum tamen ſine illa aliomodo manere poſſent.

CAPVT III.

22 QVANTITATEM Aliquam in hoc Sacramento manere non minus, quàm albedinem, nemo eſt, qui inficiari audeat, cum ſenſu ipſo percipiamus longum, latum, & profundum in ſpeciebus panis, & vini cõſecratis. Cæterum vtrum hęc quantitas ſit accidens diſtinctum à reliquis, in quo ſicut in ſubiecto cętera ſuſtententur, Nominales in quæſtionem reuocarunt cum tamen antea apud omnes citra controuerſiam eſſet. Sentiunt autem prędicti Nominales, quamlibet qualitatem, & formam accidentariam in hoc Sacramento ſuam habere propriam quantitatem, & extenſionem à ſe minimè diſtinctam, ita vt nulla qualitas recipiatur in quantitate aliqua à ſe diſtincta, veluti in ſubiecto, neque ab ea formaliter extenſa ſit. Idemque eodem modo de qualibet ſubſtantia corporea dixerunt, nempe, eam non eſſe extenſam per quantitatem à ſe diſtinctam, ſed per ſuam ipſius quantitatem eodem modo à ſe non diſtinctam. Ita docuerunt O-Kam in libro de Sacramento altaris capite ſexageſimo ſecundo, & ſexageſimo tertio. Gabriel lectione quadrageſima quarta, in canonem Miſſę, litera K. Maior in quarto diſtinctione duodecima, quæſtione ſecunda §. *Alia Nominalium*, & Petrus Aliacenſis in quarto quæſtione ſexta, articulo tertio. Ex hoc autem principio inferunt, nulla accidentia, quæ manent in hoc Sacramento, quantitati tamquam ſubiecto proximo ineſſe. Nam, cum ex ſententia horum Doctorum non ſit quantitas aliqua diſtincta à ſubſtantia, & alijs accidentibus, ſed ſubſtantia ipſa, & ſingula accidentia ſuam habeant propriam quantitatem à ſe ipſis minimè diſtinctam, rectè ſequitur, accidentia in hoc Sacramento nullum ſubiectum habere, neque enim fieri poteſt, vt vnumquodque accidens ſit in ſua ipſius quantitate à ſe non diſtincta, ſicut in ſubiecto.

Sententia Nominalium.

O Kamus.

Gabriel.

Maior.

Aliacen.

23

Eamdem ſententiam, quod attinet ad ſubiectum accidentium in hoc Sacramento, ſequitur Marſilius in quarto quæſtione nona, articulo ſecundo, concluſione prima, & ſecunda, alio tamen fundamento nixus. Nam, quamuis exiſtimet, quantitatem eſſe quoddam peculiare accidens ex natura rei diſtinctum à ſubſtantia, & à cæteris accidentibus, quæ habent extenſionem, & proximè afficiens ſubſtantiam, ita vt ratione illius cętera accidentia habentia extenſionem ſubſtantiæ etiam inſint, docet tamen, quantitatem non eſſe ſubiectum, cui proximè inſint cętera accidentia, & ratione illius remotè inſint ſubſtantiæ, ſed ſolùm eſſe diſpoſitionem prępparantem ipſam materiam, vt cętera accidentia recipere poſsit. Hoc autem probatur, quia contingere ſolet, vt maneant eadem accidentia, non manente eadem quantitate; ſi autem quantitas eſſet

Marſilius.

24

esset subiectum proximum cæterorum accidentium, non possent eadem accidentia manere, non manente eodem subiecto. Porrò autem manere aliquando cætera accidentia non manente quantitate, probat ex rarefactione, in qua putat adquiri nouam quantitatem, non quidem nouam partem, quia illa non haberet subiectum, aut cum præcedentibus partibus penetraretur, sed totam: nam si noua quantitas adquiritur, & non potest noua pars solùm adquiri, restat, vt tota noua adquiratur.

25 Omnia accidentia inhærere quantitati vera opinio.

S. Thomas. Ricardus. Scotus.

Capreolus. Sotus. Alexand.

Aegidius. Ferrarien.

Bonauent. Durandus. Paludan.

Communis tamen, & vera sententia est, cætera accidentia, quæ manent in hoc Sacramento, quantitati tamquam subiecto inhærere, & soli quantitati communicari supernaturaliter modum per se existendi instar substantiæ, ita docent S. Thomas in hac quæstione articulo secundo, Ricardus in quarto distinctione decima secunda, articulo primo, quæstione secunda, Scotus quæstione secunda §. *Ad quæstionem ergo*. Capreolus quæstione prima, articulo primo, cõclusione prima, Sotus in quarto distinctione decima, quæstione prima, articulo secundo. Alexander quarta parte, quæstione decima, articulo primo, §. secundo, ad tertiũ, Aegidius Theoremate 45. prope finem, & Ferrariensis quarto contra gentes capite 65. in principio. Mitto vero Bonauenturam, Durãdum, & Paludanum, qui pro hac sententia allegari solent, eam tamen non docent. Cum citatis verò Doctoribus etiam faciunt Recentiores, qui, licet vnam tantum quantitatem in rebus concedant, eamque ex natura rei distinctam à substantia, & alijs accidentibus; dicunt tamen, substantiam; & quamlibet qualitatem corpoream ex se sine quantitate habere partes extensas, sicut supra memoranimus disputatione 190. capite tertio, & quantitati tamquã proprium effectum tribuunt talem extensionem partium, quæ ex se postulet distantiam earum in loco, & (vt aiunt) impenetrabilitatem earum inter se, & cum alijs habentibus quantitatem. Hi tamen (me quidem iudice) non videntur conuenienter suis principijs loquuti: nam, si eorum sententia circa essentiam quantitatis vera esset, impenetrabilitas secundarie adueniret partibus substantiæ, & qualitatum à quantitate ipsa, ac proinde prius quantitas inesset substantiæ, quam alia accidentia, nec ratione quantitatis inessent alia accidentia substantiæ, sed proximè ratione sui; ex quo fieret etiam, vt ipsa non in quantitate veluti in subiecto, sed proximè in substantia essent: vt enim qualitas inesset substantiæ, non requireret impenetrabilitatem in actu primo, aut secundo sed satis ei esset sua extensio, vt in substantia secundum se extensa reciperetur: namque ratione suę solius extensionis ipsa esset rectè accommodata extensioni substantię, neque requireret aliquid aliud, vt ei inesset, ergo non media quantitate, cuius essentia in impenetrabilitate illa in actu primo, aut secundo consistit, qualitates inessent substantiæ: quare, & separatæ à substantia, sicut sunt in Sacramento altaris, non manerent in quantitate, sicut in subiecto, sed simul cum quantitate.

26

Recentiores sibinõ constant.

Cæterum cum iuxtà nostram sententiam, quam disputatione 190. capite tertio exposuimus, essentia quantitatis consistat in sola extensione partium inter se, ita vt neque substantia, neque vllum accidens habeat partes extensas, nisi ratione quantitatis, rectè in præsenti philosophamur, cum dicimus, omnia accidentia cætera inesse substantiæ media quantitate, ita vt proximè inhæreant quantitati, & ratione illius remote substantię. Nunc vero contra Nominales supponimus quantitatem, quę facit res extensas, distingui ab omnibus rebus quantis, & extensis, nempe ab ipsa substantia, & qualitatibus, vt communis opinio fert. Cum enim tota essentia quantitatis iuxta Philosophum sit extensio partium, vt loco citato vidimus, & hæc non pertineat ad essentiam substantię, aut alicuius qualitatis, rectè poterit substantia, & qualitas sine tali extensione à Deo conseruari, ac proinde extensio distingui debet ex natura rei à substantiæ, & qualitatis essentia. Adde, quòd si tam substantia, quam calor, qui in ea est, non essent quanta per vnam quantitatem, sed vnaquæque esset sua quantitas, & sic de alijs qualitatibus, essent plures quantitates secundùm latitudinem, profunditatem, & longitudinem penetratę: nam calor, & color penetrant ipsam substantiam, in qua sunt, ac proinde extensiones duę, altera coloris, altera caloris penetrarent extensionem substantię, & ipsæ etiam penetrarent se ipsas: nam calor in quauis parte substantię est cum colore. Accedit etiam autoritas Aristotelis, qui in prædicamentis capite de quantitate dixit, albedinem tantam esse, quanta fuerit superficies: tum etiam esse quantam per accidens; si autem quelibet qualitas esset sua quãtitas, non esset quanta per accidens, nec diceretur tanta, quanta superficies, sed ipsa ex se tanta esset.

27 Quantitas distinguitur a substantia cõtra Nominales.

Confirmatio prior.

28 Posterior ex Arist.

Hac igitur supppsitâ opinione, nempe in qualibet substantia esse tantum vnam quan-

titatem, & extenſionem ipſius, & qualitatum facile probatur quantitatem ineſſe proximè ſubſtantiæ, non media vlla qualitate: qualitatéverò proximè quantitati inhærere: nam ſi quantitas, & quæcumque qualitas corporea, ita proximè ineſſent ſubſtantiæ, vt vna non ineſſet ratione alterius, ſed proximè ratione ſui, & ita inter ſe concomitanter inhærerent ſubſtantiæ ſequeretur nullam qualitatem extendi poſſe, aut quantam eſſe ratione quantitatis, ſicut vna qualitas non afficitur alia, neque recipit effectum formalem eius, quia vna non ineſt alteri; ſed omnes ex æquo, & proximè afficiunt ſubſtantiam inter ſe autem concomitanter ſe habent: qua ratione neque color eſt calidus, neque calor eſt coloratus. Cum igitur omnes qualitates corporeæ extendantur, & ita in ſe habeant effectũ formalem quantitatis, planè conficitur, aut quantitatem ineſſe qualitatibus, aut contra, neque concomitanter inter ſe comparari cum ſubiecto, vt ei inhæreant: nemo autem dicit quantitatem ineſſe ſubſtantiæ medijs qualitatibus, reſtat igitur, vt qualitates media quantitate inhæreant, & ab ipſa quantitate tamquam a ſubiecto extenſionem accipiant; quod vulgo dici conſueuit, extendi ad extenſionem ſubiecti.

29

Obijcitur Ariſtot.

At pro ſententia nominaliũ obijciat quis nobis Ariſtotelem 4. metaphyſicæ cap. 4. circa medium, vbi inquit, *Accidens enim non eſt accidenti accidens, niſi quia vtrumque eidem accidit, dico autem veluti album eſt muſicum, & hoc album, quoniam vtrumque homini accidit.*

Scoti expoſitio prima.

Scotus in quartũ diſtinctione 12. quæſtione ſecunda §. *Ad argumenta*, ad ſecundum tribus modis reſpondet. Primum, vt particula *Quoniam*, non ſit nota cauſæ, ſed ſignificet idem quod, *Quando*, vt ſenſus ſit, non accidit accidens accidenti, niſi quando vtrumque accidit alteri, nempe, ſubſtantiæ, ipſe enim ignorauit, accidens vllum poſſe eſſe ſine ſubiecto. Verum contextus ipſe manifeſtè indicat prædictam particulam cauſam denotare, ſicut conſtat ex ipſis exemplis. Deinde reſpondet, Ariſtotelem loquutum fuiſſe de accidentibus ſolùm, quæ dicuntur diſparata, horum enim ſolùm exemplum attulit, qualia ſunt album, & muſicum, vnum namque illorum non eſt in alio ſicut in ſubiecto, ſed accidit alteri ratione eiuſdem ſubiecti. Ego tamen non dubito rationem Ariſtotelis eſſe vniuerſalé alioquin doctrinæ ipſius ratio illa non quadraret.

30

Secunda.

Tertia pars. Obſeruatio.

Tertia igitur reſponſio, quam indicat Scotus mihi probatur. Pro cuius explicatione notandum eſt, Ariſtotelem duas propoſitiones conditionales ibi tradidiſſe; prior fuit: *Si omnia ſecundum accidens dicuntur, nihil erit primum vniuerſale*; hoc eſt, *nihil prædicabitur ſecũdum quod ipſum & vniuerſaliter*, illud enim, *ſecundum, quod ipſum, & vniuerſaliter*, dicitur iuxta doctrinam ipſius primo poſteriorum capite quarto, quod nõ ſolùm prædicatur per ſe de omni ſubiecto, ſed etiam cũ eo reciprocatur. Altera conditionalis propoſitio fuit: *Si autem accidens ſemper de aliquo ſubiecto ſignificat prædicationem* (hoc eſt de ſubſtantia, quę eſt primum ſubiectum) *neceſſe eſt in infinitum progredi*. Subiungit autem; *Sed impoſſibile eſt*, reddit vero rationem his verbis, *Plura enim, quàm duo non conueniunt, accidens enim non eſt accidenti accidens, niſi quia vtrumque eidem accidit*: hoc eſt, pluribus enim modis, quã duobus non poteſt aliquid accidentarie prædicari, nempe, quia ſubiecto ipſi, hoc eſt, ſubſtantiæ accidit, aut quia vtrumque eidem ſubſtantiæ accidentariè conuenit, ob hoc tamen non negat, poſſe eſſe ordinem inter ipſa accidentia, vt vnum conueniat proximè ſubſtantię, aliud vero remote ratione prioris, ſicut ratione quantitatis dicimus conuenire cætera corporea accidentia: neque huic doctrinæ obſtat, quod ipſe Ariſtoteles ſolùm exempla adduxerit accidentium, quæ ex æquo eidem ſubſtantiæ conueniunt. Et ſanè niſi aliæ qualitates, quæ inſunt media quantitate, acciderent ſimul cum quantitate (ſeruato tamen ordine) eidem ſubiecto communi, & ſubſtantiæ, de quantitate non prædicarentur accidentarie, neque illi ineſſent.

31

Occurritur obiectioni.

32

Duo tamen ſunt obſeruanda. Primum quidem non ſolum quantitatem, & cætera accidentia in ipſa, & cum ipſa poſſe à ſubſtantia ſeparari, ſed etiam quodlibet aliud accidens ſolum ſine quantitate, vt optime probat Scotus in quartum diſtinctione duodecima quęſtione ſecunda §. *Hic ſunt*. Et Ricardus eadem diſtinctione articulo primo, quæſtione ſecunda ad ſecundum, quamuis oppoſitum non leuiter inſinuet Sanctus Doctor in articulo ſecundo, eoquòd putare videtur cętera accidentia per quantitatem, ipſam vero per ſe ipſam conſtitui in ratione ſingularis indiuidui, conuenit etiam nobiscum Sotus in quartũ diſtinctione decima, quæſtione ſecunda, articulo ſecundo. Vbi contendit vindicare Sanctum Thomam à contraria opinione, quod hanc ſequutus fuerit in quartum contra gentes capite ſexageſimo quinto, & quodlibeto ſeptimo artic. 10. ſequitur autem prædictam noſtram ſententiã ex eo quòd 1. par. diſput. 181. cap. 3. diximus, quamli-

Quodlibet accidens abſq; quãtitate ſeparari poteſt à ſubſtantia.

Scotus.

Ricardus.

S. Thomas.

Solus.

33

quamlibet rem ex ſe ipſa conſtitui in ratione indiuidui, neque principium indiuiduationis eius aliunde deſumi.

Quantitas hoſtię nullam accipit nouam virtutem ad ſuſtentanda accidẽtia.

Deinde obſeruandũ eſt quantitatem ſeparatam in Sacramento, ita eſſe ſubiectum aliorũ accidentium, vt nullâ careat virtute ſuapte natura neceſſaria ad ſuſtentationem illorum, non quod aliquam accipiat à Deo ſupra propriam naturã, quæ ſuppleat aliquid virtutis, quod antea haberet à ſubſtantia, ſed quia, quando exiſtens in ſubſtantia ſuſtentabat cætera accidentia, non virtute aliqua mendicata à ſubſtantia, ſed propria virtute, tamquam proximum, & integrum ſubiectum ea ſuſtentabat: dico, autem quantitatem non habere virtutem aliquam à ſubſtantia ad ſuſtentanda accidentia, quæ ſit virtus propria, aut concurſus cauſæ materalis ad ea ſuſtentanda; 34 tametſi indigeat ipſa ſubſtantia tamquã ſubiecto, vt exiſtere poſsit: eo quòd eiuseſſe ſit ineſſe ſubſtantiæ hoc igitur ſolum præſtat, & ſupplet Deus, vt quantitas exiſtere poſsit, ſine ſubiecto. Quod vero attinet ad ſuſtentationem accidentium ipſa ex ſe propria ſua virtute ſufficit.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſpecies, quæ remanent in hoc Sacramento, poſsint immutare aliquid extrinſecum.

CONCLVSIO Eſt: *Species panis, & vini in hoc Sacramento agere poſſunt, quid quid poterant cum erant in ſubſtantia, & ſubiecto ſuo.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſpecies Sacramentales poſſunt corrumpi.

CONCLVSIO Eſt, *Sicut eſſe horum accidentium corrumpi poterat à contrario* 35 *permanẽte ſubſtantia, & ſubiecto, in quo erant, ita etiam nunc corrumpi poſſunt.* Concluſio præcedentis articuli intelligitur de alijs accidentibus præter quantitatem. nam quantitas non habet vim aliquam ad agendũ. Cõcluſio autem huius articuli intelligenda eſt etiam de quantitate, quam inquit S. Doctor corrumpi poſſe, tam per diuiſionem, & addi tamentum, quàm per alterationem, quæ ſuapte natura attingeret corruptionem ſubſtantiæ, ſi eſſet ibi. An vero hæc doctrina vera ſit, & defendi poſsit diſputatione ſequente oſtendemus.

ARTICVLVS V.

Vtrum ex ſpeciebus Sacramentalibus aliquid poſsit generari. 24

CONCLVSIO *Sicut ſpecies Sacramentales corrumpi poſſunt, vt art. præcedẽte dictum eſt, ita etiam ex illis aliquid poteſt generari.* Quomodo autem ex illis aliquid generari poſsit fuſius oſtendit S. Doctor in textu; idque ſatis difficile eſt intellectu, in ſequente tamen diſputatione explicandum à nobis eſt.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ſpecies Sacramentales poſsint nutrire.

CONCLVSIO Eſt: *Sicut ſpecies Sacramentales corrumpi poſſunt, & in ſubſtãtiam, quæ ex eis generatur conuerti, ita etiam conuerti poſſunt in ſubſtantiam animantis, ac proinde ipſum nutrire,* cuius cõcluſionis eadem eſt difficultas, & præcedentis inferius explicanda.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ſpecies Sacramentales frangantur 25

CONCLVSIO Eſt, *Diuiſio, quæ fit dum ſpecies franguntur, recipitur in ipſa quantitate, ſicut in ſubiecto, ipſum autẽ corpus Chriſti non frangitur.*

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aliquis liquor poſsit vino conſecrato commiſceri

PRIOR Concluſio: *Si ſpeciebus conſecratis tantus liquor, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſæ ſpe-*

ſæ ſpeciei miſceretur, vt per omnem partem ſpecierum diffunderetur, ita corrũperetur species, vt ſi vini ſubſtantia ibi eſſet, etiam corrumperetur, ac proinde ſanguis Chriſti ſubillis ſpeciebus poſt miſtionẽ nõ maneret. Poſterior cõcluſio. *Si liquor in parua quantitate miſceretur, ea ſolum pars ſpecierum corrumperetur, in qua liquor vndequaque diffunderetur, ac proinde in ea ſolũ parte ſanguis Chriſti deſineret eſſe.* Doctrina huius articuli conſonat doctrinæ art.3. in quo, vt vidimus, docuit S. Thomas, per diuiſionem, & additamentum corrumpi quantitatem, ita vt eadẽ numero non maneat, de quo in ſequente diſputatione agendum eſt.

De actione, & corurruptione ſpecierum Sacramenti. Diſputatio. 195.

Species panis, & vini in hoc Sacramento propria virtute eodem modo agere poſſe, ac ſi in propria ſubſtantia eſſent. Cap.1.

Speciebus corruptis aliquam ſubſtãtiam produci, Scholaſtici varie ſentiunt. Cap.2.

Subſtantiam, quæ videtur ex ſpeciebus generari, vera creatione a Deo produci, probabilior opinio fert. Cap.3.

Quo pacto ex ſpeciebus Sacramenti homo, aut animal nutriri, & ſuſtentari poſſint. Cap. 4.

Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap.5.

Per ſolam miſtionem liquoris, non conſecrati cum ſpeciebus abſque alia alteratione Chriſtum deſinere eſſe in Sacramento. Cap.6.

Species panis, & vini in hoc Sacramento propria virtute eodem modo agere poſſe ac ſi in propria ſubſtantia eſſent.

CAPVT I.

1 Quæ ſint certa in hac cõtrouerſia.

DE Efficacitate accidentium in hoc Sacramento, quo pacto ſentiendum ſit, ſuppoſito principio fidei de eorum exiſtentia ſine ſubiecto, ex humana Philoſophia recte colligere poſſumus: quare, cũ nihil in hac re peculiare Theologo ſit, atque noſtri inſtituti ratio poſtulet, vt ea, quæ philoſophica ſunt, breuiter attingamus iuxta diuerſas Philoſophorum opiniones, quid in preſenti probabilius cenſeamus, paucis indicabimus. Nemo autẽ dubitat, quod attinet ad actiones, quæ ſenſu percipi poſſunt, accidentia in hoc Sacramento eodẽ modo operari, ſicut ſi in proprio ſubiecto eſſẽt: id enim experimento compertum eſt. Neque ſolum hoc nobis conſtat de actionibus ſpecierum accidentarijs, quibus ſolum formam accidentariam ſenſibilem producunt, ſed etiam de actionibus, quibus producerent ſubſtantiam, idẽ etiam omnibus eſſet manifeſtum, ſi tales eſſent ſpecies, quę ſenſibili modo poſſẽt alienam ſubſtantiam ſibi omnino ſimilem facere, vt ſi ſpecies vini in magna copia paruã aquæ quantitatem ſibi in qualitatibus ſimilem facerent: hinc enim ſtatim colligeremus, non ſolum accidentia, ſed etiam ſubſtantiam à ſpeciebus productam fuiſſe: nunc autem id certo non iudicamus, quia, cum vinum in parua quantitate conſecretur, non poſſumus facile colligere, vtrum parua aqua infuſa ſpeciebus conſecratis in vinum conuertatur, quia omnino in accidentibus aſsimiletur, an in propria natura maneat. De ſpeciebus autẽ panis id etiam non poſſumus iudicare, quia panis non habet in ſe accidentia vſque adeo efficacia, vt virtute illorum ſimilem ſubſtantiam producere poſsit. Verum ſi alia ſubſtantia efficacioris naturæ, qualis eſt ignis, in corpus, aut ſanguinem Chriſti conſecraretur, manifeſtum omnibus eſſet ſpecies illius conſecratas, non tantum ſimilia accidentia, verum etiam ſubſtantiam producere, nã & ligna in ignem, & cineres conuerterentur.

Accidẽtia in Euchariſtia, non accipiunt virtutem ad producendam formam accidentalem.

Eſt tamen difficultas, vtrum ſpecies in hoc Sacramento ad producendam ſimilem formam accidentariam aut ſubſtantialẽ habeãt à Deo virtutem aliquam impreſſam, vel Deus ſuppleat aliquid propriæ ſubſtantiæ, quod conferret ad ſimilem actionem; an propria virtute, ſeruato naturali curſu rerum vtrum que genus formæ producant; & primum quidem de productione formę accidentariæ: deinde de productione formæ ſubſtantialis paucа dicamus. Circa productionem formæ accidentariæ exiſtimo, ita eam conuenire ſpeciebus in hoc Sacramento propria virtute, ſicut conueniebat etiam illis in proprio ſubiecto exiſtentibus: neque vllam ad hoc virtutem à Deo accipere, vel vt compleatur in eis ratio principij, *Quo* vel ratio principij *Quod*. Et quidem, quod ſpectat ad rationẽ principij *Quo*, nemo dubitat, quia cũ erant in ſubiecto proprio erãt tota ratio agendi hoc genere actionis: ergo extra ſubiectũ ſimiliter erũt. Quod verò

vero pertinet ad principium *Quod*, Caietanus, vt vidimus disputatione præcedente cap. 2. putat, quantitatem in hoc Sacramento accipere modum quemdam, & virtutem substantiæ, quo non tantum subsistere possit naturaliter, & sine miraculo, sed etiam, vt cum alia quacumque forma accidentaria constituat vnum principium *Quod*, quale constitueretur ex propria substantia, & accidenti.

4 Iudicium Autoris.

Ego vero existimo non solum talem modum substantialem cõmentitium esse, sicut cap. 3. illius disput. contra Caietanum probaui; verum etiam ipsam formam accidentariam secundum se esse principium integrum, quod operatur, neque indigere quantitate, aut substantia, vt ex illa etiam constituatur principium *Quod*, tametsi alia ratione illis indigeat ad agendum. Primum quidem illis non indigere, vt fiat vnum principium *Quod*, patet: quia tota actio ab ipsa forma accidentaria procedit, subiectum autem, siue sit substãtia, siue quãtitas, nihil confert per modũ efficientis ad actionem, sed est (vt Philosophi loquuntur) tamquã vehiculum formæ & principij agentis. De quantitate id manifestum est, de substantia vero probatur: quia quoties in aliquo principio agente est sufficiens efficacitas ad omnem rationem ineffectu productam, frustra additur aliud agens, aut causa efficiens, vt 1.2. disput. 34. cap. 3. ex professo monstrauimus: cum igitur (calor verbi causa) habeat in se sufficientem efficacitatẽ ad omnẽ rationem producẽdam in simili effectu, nempe in alio calore: sequitur, ad producendum alium calorem nihil conferre substantiã, in qua est calor efficiens veluti in subiecto, siue substantia sit ignis, siue quæcumque alia: atque hoc ipsum eodem modo de alijs formis accidentarijs, & subiecto earum probari potest. De quantitate vero multo magis hoc manifestũ est: nullus enim hactenus vllã ei efficacitatem tribuit: solum igitur requiritur ad efficacitatẽ formę accidẽtarię substãtia, vt sustentet illam, quia nullum accidens

Substantia est vehiculũ accidentiũ ad suas actiones.

5 sine substantia naturaliter esse potest: quantitas vero requiritur, tum vt sustentet eam veluti proximum subiectum, vt præcedenti disputatione cap. 3. diximus: tum etiam vt conditio ad agendum: quia hæ formæ sine contactu, & propinquitate, quę cõuenit illis ratione solius quantitatis, agere nequeunt; id tamen, quod agit, est ipsa forma accidentaria. Quare separata à propria substantia non indiget alio modo, vt agere possit, nisi quantitate tamquam subiecto proximo, & vt conditione: nam licet sine quantitate conseruari posset à Deo, vt ibidem ostendimus, sine illa tamen agere non posset natiuã sua virtute, quia deficeret ei conditio ad hoc naturaliter requisita: frustra igitur Caietanus assignauit quantitati separatæ modum substantialem, vt ratione illius cum alia forma accidentaria constitueret vnum principiũ *Quod*, quasi sine illo tale principium constituere non posset. Quamnis autem dicamus, ipsam formam accidentariam esse etiam integrum principiũ *Quod*, agendi, ob id non negamus habere etiã rationem principij *Quo*, si comparetur cum substantia: hæc enim dicitur etiam operari, quia forma, quam in se habet, operatur, idemque de quantitate sustentante alia accidentia dicendum est, vt ratione illorum etiam agere dicatur. De virtute autem specierum Sacramenti, ad producendam formam substantialem, diuersę sunt inter Scholasticos opiniones, sicut etiam inter Philosophos de virtute accidentariæ formæ ad producendam substantiam. Omissa vero opinione Gabrielis, lectione 45. in canonem, & Maioris in 4. dist. 12. p. 3. qui sequuti Okamum, dicunt, accidentia propria virtute producere substantiã, non quod à principio interno illam efficiant, sed quod Deus illis præsentibus, & nullo modo cooperantibus eam producat (hæc enim opinio est manifestus error in Philosophia, & ex ea in Theologia sequitur absurdum, videlicet, nos non esse causam liberam nostrorum bonorum, & malorum operum) opinionem Durandi recenseamus, qui in 4. d. 12. q. 2. num. 7. docuit, species Sacramenti propria virtute attingere corruptionem contrariæ substantiæ, non tamen productionem similis. Probat autem, eas attingere corruptionem substantiæ contrariæ, quia attingũt dispositionem illi contrariam, cum qua manere non potest, quæ sane sententia mihi non probatur: nam cum esse vnius formæ substantialis, aut separatio illius à materia, per quam totum substantiale corrumpitur, non sit secundum primariam actionem, & intentionẽ agentis naturalis, sed productio vnius formæ, aut coniunctio illius cum materia sit primarię intentionis naturæ, vt supra disputat. 183. c. 2. explicuimus: ita vt generatio vnius, seu coniunctio cum materia sit causa corruptionis alterius, aut separationis ipsius à materia; sequitur, illud agens, quod non potest attingere productionem vnius substantiæ, efficiendo formam, aut coniungendo illam cũ materia, non posse esse causam corruptionis contrariæ, aut separationis illius à materia: ac proinde, si species non attingunt generationem vnius formæ, non posse etiam attingere corruptionem contrariæ, nam si eam attingerent

6

An species Sacramentales possint efficere substantiam.

Gabrielis & aliorum opinio reijcitur.

Durandi sententia.

Cõfutatur

7

tingerent

tingerent ſine productione formæ contrarię per ſubſtractionem ſolum influxus conſeruantis eam corrumperet, & deſtrueret: hic autē modus corrūpendi, ſeu deſtruendi eſt ſolius Dei, vt patet. Opinio autem Scoti in 4. diſt. 12. q. 3. §. *Dicetur*, quam non pauci Recentiores ſequuntur eſt ſpecies Sacramenti, & accidentia ſeparata in vniuerſum, non poſſe producere aliquam formam, aut ſubſtantiam, & productione illius aliam deſtruere, aut virtute propria, aut virtute ſubſtantiæ, cuius fuere accidentia, ſed ſolum attingere vltimā diſpoſitionem accidentariam; ea verò producta, à Deo produci formam ſubſtantialem in materia: cenſent enim, accidentia etiam coniuncta non habere vim vllam ratione ſubſtantiæ, in qua ſunt, vt producāt ſubſtantiā, quia ſemper manēt inferioris naturæ: & difficile ſanè videtur ad intelligendum, quæ nam virtus in ipſa accidentia deriuetur à ſubſtantia, vt talem effectum producere poſsint. Quo circa inquit, cum accidentia ſunt coniuncta ſuæ ſubſtantiæ, ab ipſis quidem produci diſpoſitiones vſque ad vltimam, at vero à ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum accidentium, produci formam ſubſtantialem in materia, aut eā cum materia coniunctā. Cum vero accidentia ſunt ſeparata, vt in Sacramento, productionē formæ ſubſtantialis, aut coniunctionem illius cum materia tribuit cauſæ vniuerſali; nempe, Deo, aut cœlo, quod ſuppleat vicem ſubſtantię accidentium, quę productura erat aliam ſubſtantiam. Idem dicit, cum producitur ignis ex percuſsione ſolæ ferri, & ſilicis. Verum hoc modo Scotus explicare nequit, quo pacto homo generet hominem, & equus equum, & planta plantam ſemine deciſo, ſiquidem ſemen inferioris naturę eſt homine, aut equo, aut planta genita; cumque ſit ſeparatum ab homine, aut equo, aut planta, iuxta opinionē eius plane ſequitur, ab homine, aut ab equo, aut à planta ſemine deciſo non gigni ſubſtantiam, ſed ſolas diſpoſitiones, ſubſtantiam autem à ſola cauſa vniuerſali produci, quòd abſurdum eſſe, ſæpe oſtendimus.

8 Scoti ſententia.

9 Refellitur

10 Accidens ſeparatum producit ſubſtātiā virtute ſubſtantię. Vera ſententia. *Alexander. Bonauent. Ricardus, Paludanus. S. Thomas.*

Vera tamen ſententia eſt, accidens ſeparatum virtute ſubſtantiæ producere ſubſtantiā, & hac ratione vocari inſtrumentum, nō quia tunc cū eo concurrat ſubſtantia, vel ab ea accipiat aliquid vltra propriā naturā, & (vt dici ſolet) eleuetur, ſed quia ſuapte natura eſt virtus, & aliquid ſubſtantię: ſic intelligi debet ſententia cōmunis, quā tradunt Alexand. 4. p. q. 10. memb. 7. art. 2. Bonauen. in 4. diſt. 12. p. 1. art. 2. q. 2. §. *Ad illud, quod quæritur.* Ricard. eadem diſt. art. 3. q. 2. Paludan. q. 4. art. 1. quibus adde S. Thom. artic. 3. huius quæſtionis ad 3. & 4. contra gentes cap. 65. Caietanum artic. 1. Ferrarienſem in illud cap. 65. & Sotum in 4. d. 10. q. 2. art. 3. Prædictam autem explicationem expreſſe adhibuit Ricar. loco citato. Neque obſtat quod Sanctus Thomas in eo artic. 3. ad 2. & Paludanus loco citato dicant, accidentibus in hoc Sacramento virtute Dei tribui, vt poſsint agere: hoc enim non intelligunt tantum de productione ſubſtantiæ, ſed etiam aliorum accidentium. Nemo autem dicit, ad producendū alia accidentia indigere ſpecies Sacramenti peculiari cōcurſu, aut virtute Dei effectrice. Ideo autem dixerunt, vim tribui ſpeciebus Sacramenti virtute Dei, vt agere poſsint, quia datur eis, vt ſine ſubſtantia ſint, & conſeruentur, eorum autem conſeruatio ad agendum neceſſaria eſt. Et quamuis Caietanus, & Ricardus, vt diſput. præcedēte cap. 2. vidimus, tribuāt modū quemdam, & virtutem quantitati, & ſpeciebus cōmunicatam à Deo, vt per eā ſine nouo miraculo operentur, tamen talem virtutem non dicunt eſſe effectricē, ſed talem, vt ratione illius conſtituatur principium, *Quod* operationis, ſicut antea per ſubſtantiam, & accidentia conſtituebatur, nempe, per modum ſuppoſiti, nulla addita virtute effectrice ipſis accidentibus præter illam, quam ſuapte natura habent.

Caietanus. Ferrarienſis Sotus.

Quod autē attinet ad mutationem ſenſuū, quibus ſpecies Sacramēti ſentiri poſsint, idē omnino dicendū eſt, quod de quauis alia immutatione, & de ea eodem modo Autores loquuntur. Quod vero ſpectat ad notitiam intellectus, de qua diſputat Sotus in 4. d. 9. q. 2. 5. cum per ſenſus nullam adquiramus notitiā ſubſtantiæ propriam, ſed tantum per alienas ſpecies, & cum diſcurſu, ſpecies Sacramenti eodem modo nobis eſſent cauſa cognitionis intellectus, ſicut ante cōſecrationem, vt exiſtimaremus, illic eſſe ſubſtantiam pānis, & vini, niſi per fidem corrigeremur.

Sotus.

Speciebus corruptis aliquam ſubſtantiam produci, Scholaſtici varie ſentiunt.

CAPVT II.

NON Minus experimento compertum nunc eſſe poteſt, ſpecies Sacramenti à contrario agente ita corrumpi, vt alia ſubſtantia diuerſa illis ſuccedat, quàm ſi illæ in propria ſubſtantia manerent: nam eodem modo ſenſu

12

ſenſu percipi poſſet, ſpecies panis ab igne corrumpi, & ſubſtantiam nouam ignis cum ſuis accidentibus illis ſuccedere, ſi alicui igni applicarentur. Cæterum, quo pacto, & qua virtute ibi ſubſtantia gigneretur, & illis ſuccederet, cum nulla ibi meteria ſit, apud Scholaſticos maxime controuerſum eſt. Referam igitur in hoc capite aliorum placita; quid vero mihi probabilius videatur in ſequéte pauca ſubijciam. Prima igitur in hac re ſententia ſit, virtute Dei, & (vt dici ſolet) miraculoſe redire ſubſtantiam panis, & vini, quę ante conſecretionem erat, & ex illa gigni vermem, aut ignem, aut aliam ſubſtantiam, aut etiam ſubſtantiam animalis per nutritionem, ad quam ſpecies Sacramenti conferunt: eadem enim eſt horum omnium ratio. Ita docent Innocẽtius III. lib. 4. de myſterijs Miſſæ cap. 11. quem ſequitur Bonauent. in 4. diſtinct. 12. 1. par. artic. 2. quæſt. 1. ad primum, & Alexander 4. par. quæſt. 10. membro 7. art. 2. §. 2. Notat autem Innocentius, cum dicitur redire eadem ſubſtantia panis, & vini, non eſſe intelligendum, eamdem numero redire, ſed eamdem ſecundùm ſpeciem: id quod ſentire videntur Bonauent. & Alexander, licèt id expreſſe non dicant: aſſerunt enim, eodem modo redire ſubſtantiam panis, & vini, ſicut cum virtute Dei apparere ſolet columba, aut ſtella in aere, & deinde, cum euaneſcit, in præcedentem materiam dicitur reſolui, manifeſtum enim eſt, non reſolui in eumdem numero aerem, aut ſubſtantiam ex qua facta fuit ſed in ſimilem, & eamdem ſecundum ſpeciem.

Prima ſententia.

13

Innocen. 3. Bonauent.

Alexander.

Hanc opinionem merito refellunt S. Thomas in articul. 5. huius quæſtionis, & Caietanus ibidem, Ricardus, Gabriel, & Scotus loco citato. Primum quidem impugnant eam S. Thomas, & Ricardus, quia impoſsibile exiſtimãt, eamdem ſubſtantiam, quæ conuerſa fuit in corpus, aut ſanguinem Chriſti, iterum redire niſi corpus, & ſanguis Chriſti in ipſam iterum conuertantur, quod cenſent impoſſibile. Similiter inquit S. Doctor, ſi ſubſtantia panis, & vini fuit anihilata, redire non poteſt, quia, id, quod anihilatum eſt, iterum redire nequit. Hæc ratio difficilis viſa fuit Scoto, quia ſupponit, eamdem numero ſubſtantiam, aut anihilatam, aut conuerſam non poſſe iterum redire, quod tamen videtur falſum. Et quidem, ſi ſecundum potentiam Dei abſolutam id intelligatur, aperte falſum, & contra communem ſenſum Scholę eſt; nihil enim implicat, quo minus idẽ numero, quouismodo defierit, iterum redeat, ſi Deus velit. Id circo Caietanus, & Sotus prædictam rationem intelligunt ſecundum potentiam Dei ordinatam. Verum, ſi hoc modo intelligeretur, deberet S. Thomas probare, ita eſſe à Deo, aut voluntate, aut lege ſua ordinatum, vt eadem numero ſubſtantia non redeat. Quod enim ait Sotus, vt S. Thomæ rationem defendat, ideo non redire eamdem ſubſtantiam, quæ, fuerat conuerſa, ne nouum miraculum ſine neceſsitate admittamus, parum probat, etenim iuxta ipſius Soti, & veram ſententiam productionem alicuius materiæ primæ ibi concedere debemus, quia alio modo non poſſent ſpecies corrumpi, & ibi aliquid generari: non minus autem videtur eſſe ſupra naturam, materiam ibi nouiter produci, quam ſubſtantiam conuerſam iterum redire. Hoc autẽ myſterium vnum, aut alterum poſtulare videtur, vt ſemper obſcurũ, & ſub fide maneat: adde, quòd Doctores citati pro hac ſentẽtia non dicunt, eamdem numero ſubſtãtiam, quę fuerat conuerſa redire, ſed aliam ſimilem in eadem natura, & ſpecie. Ergo prædicta ratio contra eorum opinionem non pugnat.

Refellitur à S. Tho. & alijs.

Altera ratio D Thomæ nõ ſatis efficax

14

15

Deinde eãdem ſententiam refellit S. Doctor, & cæteri hac efficaci ratione: vel ſubſtantia panis, & vini redit permanentibus ſpeciebus, quæ fuere conſecratæ, vel eis corruptis? ſi eis permanentibus ſpeciebus, ſequitur, ſimul eſſe ſubſtantiam panis, & vini cum corpore, & ſanguine Chriſti: quia quandiu manet ſpecies, quæ fuerunt conſecratæ, manent ſub eis corpus, & ſanguis Chriſti: ſi autem corruptis ſpeciebus redit ſubſtantia panis, & vini, ſequitur, tunc eſſe ſubſtantiam panis, & vini ſine proprijs accidentibus: tum etiam ſequitur, ex illa ſubſtantia nihil generari, quia generatio nouæ formę, aut ſubſtantiæ ſimul eſt cum corruptione ſpecierũ. Quare in eo inſtanti corruptionis non eſſet ſubſtantia panis, & vini, ſed alia genera, ac proinde ex ſubſtantia panis, & vini non poſſet illa noua ſubſtantia generari.

Efficax altera.

Secunda apinio ſit, ex quantitate, in qua veluti in ſubiecto ſunt reliqua accidentia, generari formam vermis, aut ignis, aut alterius ſubſtantię, tamquam ex materia; eoquòd quantitati fuerit communicata à Deo virtus quędam, ratione cuius per ſe ſubſiſtere, & vicem materię primæ gerere poſsit. Hæc ſententia tribuitur S. Thomæ in articul. 5. huius quæſtionis, & in 4. diſt. 12. q. 1. art. 2. q. 3. & 4. contra gentes cap. 66. circa medium, quam ibi ſequitur Ferrarienſis. adde etiam Capreolum in 2. diſt. 1. q. 3. art. 3. ad argumenta aliorum contra primam concluſionem in ſolutione 4. quamuis in alio loco aliam probet, vt inferius videbimus. Eamdem ſequuntur aperte Hen-

16

Secunda opinio.

S. Thomas.

Ferrarienſis. Capreolus. Henricus. Aegidius.

Caietanus. Sotus.

te Hēric. quodlib. 4. q. 36. & quodli. 8. q. 36. Aegid. theorem. 45. Ideo autē mihi ſuadeo, hāc fuiſſe mentē S. Tho. quia, cum dixiſſet, probabilem eſſe opinionem eorum, qui dicunt, ad gignendam nouam ſubſtantiam ex ſpeciebus produci à Deo nouam materiā, tāquam probabiliorem ſubiecit, non creari materiam, ſed ex ipſamet quantitate, habente vim recipiendi formam ſubſtantialem, generari ſubſtantiam: ne ſi concederet produci nouam materiam, cogeretur aſſerere, vt ipſe putauit, non generari ibi ſubſtantiā, ſed creari, quia ſecundum ſe totam eo modo produceretur. Porro, hanc fuiſſe mentem Doctoris Sancti vehementer Sotus ſuſpicatur, fateturque ingenue, hanc eſſe antiquorū Thomiſtarum ſententiam, nempe, quod exiſtimaret, in ea etiam eſſe Doctorem ſanctum. Nulla vero alia ratione probatur à S. Thom. niſi quia alio modo non poſsit vera ratio generationis defendi, cum ſpeciebus immutatis ab agente creato alia ſubſtantia ibi produci tur. Henricus vero, Aegidius, & Caietanus ea ratione illam confirmant, ne nouum miraculum admittere cogantur præter primum, quod in ipſa conuerſione fit, ſed eo ſemel admiſſo, cętera vi ſola creati agentis naturaliter fiant.

17 *Sotus.* *Ratio D. Thomæ,* *Ratio Hēnici, & aliorum.*

Hæc opinio merito diſplicuit Scotō, & Dominico Soto locis inferius allegandis: primum quidem, quia forma ſubſtantialis eſt actus materiæ primæ: ergo impoſsibile eſt in quantitate tamquam in ſubiecto proprio recipi. Neque vero dici poteſt, ad hoc eleuari quantitatem Diuina virtute, tum quia, vt oſtēdimus diſput. 132. cap. 6. nihil eleuari poteſt ad recipiendam formam, quam ſuapte natura recipere nequit, ſicut nec ad tribuendum eſſe actum formalem, quē ex ſe tribuere nō poteſt. Tum etiam, quia vermis, vel quæuis alia ſubſtantia, quæ ſpeciebus corruptis gignitur, non cōſtat quantitate ſpecierum, tamquā materia, & forma propria, impoſsibile enim eſſet, ex ſola quantitate, & forma ſubſtantiali fieri vermem, aut aliam ſubſtantiam, cum ſint res diuerſorum prædicamentorum (quis hoc non videat?) ſed neceſſe eſt, nouā produci materiam, in qua forma ſubſtantialis recipiatur, ac proinde nouam etiam quantitatem cum illa produci iuxta Philoſophiam communem, quam probat S. Thomas de reſolutione, quæ fit in corruptione vſque ad materiam primā: ergo quantitas Sacramēti ad nihil prorſus deſeruire poteſt, niſi vt prætias alterationes, ac formas accidētarias, & diſpoſitiones recipiat, cum neque ipſa recipere poſsit materiam nouiter productam, aut materia ipſa ex eius potentia produci queat, vt cōſtat, neque recipere poſsit formam. Hæc autem ratio vim habet ex eo, quia quantumuis dicamus, quantitatem mutatam eſſe in hoc Sacramento virtute Diuina & modum peculiarem accipere, nullo modo dicere poſſumus, amittere naturam propriam quantitatis, & naturam materiæ primæ, aut ſubſtantiæ habere: alioquin diceremus, aliquid ſubſtantiæ in hoc Sacramento, & non veram quantitatem manere.

Occurritur ſolutioni. 18 *S. Thomas.*

Tertia opinio ſit Ricardi in 4. diſt. 12. art. 2. q. 2. qui, vt defendat, ex ſpeciebus Sacramenti naturaliter generari compoſitū ex materia, & forma, inquit, in eis manere potentiā quamdā, quam ipſe vocat poſsibilitatem; imō affirmat, eam in illis creari, cum fit conuerſio ſubſtantiæ ipſorum in corpus, & ſanguinem Chriſti, non quidem potentiam ad recipiendam formam, aut compoſitum ex illa, ſed potentiam tranſmutationis in aliquam ſubſtantiam compoſitā, quam vocat poſsibilitatem tranſmutabilem in infimū actum ſubſtantiæ, hoc eſt, in materiam, & compoſitum ex illa. Et quamuis exiſtimet, hanc creari ſupernaturaliter in ſpeciebus; tamen, inquit, conuerſionem illius poſsibilitatis in actum infimum, ſeu ſubſtantiam fieri naturali virtute agentis creati: quam ſanē ſententiam nulla ratione ipſe confirmat. Merito tamen eam impugnat Scotus in eadem diſt. 12. quæſt. vltim. §. *Hæc eſt vna*, circa finem illius. Primū, quia hæc potentia, vt Ricardus fatetur, eſt quid factum per creationem, ac proinde habens eſſe extra primam cauſam, & inferius materia prima, cū ſit potentia, ſeu poſsibilitas ad illam, hoc autem videtur contra Auguſtinum lib. 12. confeſsionū cap. 33. vbi deſcribens extrema eorum, quæ à Deo creata ſunt, inquit. *Feciſti Domine duo, vnum prope te, Angelicam naturam, aliud prope nihil, ſcilicet, materiam primam:* ergo nihil inferius creatum eſt materia prima: ac proinde hæc poſsibilitas ad illam non fuit creata, eſſet enim inferius illa. Adde, quod cū hæc produceretur in ſubiecto, ſi talis eſſet, non crearetur, iuxta ea, quæ diximus 1. part. diſput. 174. cap. 2. male igitur dixit Ricardus, hanc potentiam creari. Deinde, cū iuxta hanc opinionem neceſſe eſſet produci materiā primam, & in eam conuerti potentiam illam accidentium, non poſſet id fieri naturali viagētis creati, quia nulla cauſa creata producere poteſt materiam primā. Errauit igitur Ricardus, cum dixit, generari ſubſtantiam ex ſpeciebus virtute naturali agentis creati. Denique, licēt agens creatum poſſet creare materiam primā, & totum cōpoſitum, fruſtra talis potentia, ſeu poſsibilitas in accidentibus Sacramenti

19 Tertia opinio. *Ricardus.*

Reijcitur ab Scoto primo, 20 *Auguſtinus* Secundo, 21 Tertiō

cramenti poneretur, nihil enim species conducerent, nisi vt reciperent præuias dispositiones: neque enim ex illarum potentia educeretur materia substantiæ productæ, cũ in ea non reciperetur; quinimo non tam generatio substantiæ compositæ, quàm creatio totius, seu conuersio dicenda esset: quod tamẽ, neque Ricardus concederet, neque verum esset.

Quarta sententia Caietani.

Quarta opinio est Caietani in art. 5. huius quæstionis, qui cum videretur in artic: 1. sequi secundam opinionem antiquorum, quam memorauimus, & tribuere quantitati nouum modum substantialem supernaturaliter communicatum, virtute cuius esset subiectũ, & materia, ex qua fieret substantia, quæ gignitur, nihilominus in dicto artic. 5. alio modo philosophatur, ita vt id, quod dixerat de modo substantiali quantitatis, omnino tollere videatur: inquit igitur, quantitatem panis, & vini vicem gerere materiæ, ita vt per primum miraculum conuersionis panis, & vini in corpus, & sanguinẽ Christi, concessum sit quantitati, vt vicem gerat materiæ, quandiu durat Sacramentũ, & in fine, seu termino illius, hoc est, cum primum incipit non esse, succedat ei vera materia; non quod ex quantitate illam producat Deus: hoc enim stultum, inquit, esset asserere, cum agens creatũ non producat materiam primam; sed quia agens creatum operatur in quantitatem, quæ habet vicem materiæ, disponendo illam, ac si illa esset materia vsque ad instans, quo desinit Sacramentum, & gignitur noua substãtia: in eo autem instanti per Diuinam actionem virtute primi miraculi facti in conuersione panis, & vini trãsit, & conuertitur in materiam dispositam pro forma illa generanda: agens autem creatum efficacitate sua in materiã, quæ succedit quantitati introducit formam substantiæ generãdæ, & ita naturali generatione substantia illa producitur. Pro hac sententia Caietani de conuersione quantitatis in materiã, citat Ferrariensis Capreol. in 2. dist. 1. quæst. 3. & in 4. dist. 12. Verum hic Autor dist. illa 1. quæst. 3. artic. 3. ad argumenta aliorũ contra eamdem primam conclusionẽ in solutione 4. vbi de hac re agit, id nõ docet, quin potius sequitur secundam opinionem, quæ etiã Ferrariensi placuit, eamque esse S. Thomæ fatetur; in 4. vero dist. illa 12. quæst. 1. artic. 3. ad 1. Scoti contra 3. conclusionem eam sententiam Caietani de conuersione quantitatis in materiam plane docuisse. Cum hac sententia ex parte conuenit Sotus in 4. dist. 10. q. 2. artic. 5. non quidem, quod attinet ad productionem materiæ: hanc enim non putat fieri sine nouo miraculo, virtute tamen prioris, neque produci per conuersionem quantitatis in ipsam, sicut Caietanus, sed per creationem à solo Deo. Sed conuenit ex parte cum Caietano, quod spectat ad productionem formæ in materia; hanc enim putat fieri virtute creati agentis per generationẽ, supposita prius creatione materiæ.

Ferrarienſ. Capreolus.

Sotus.

22

23

Hæc tamen sententia vtraque ex parte mihi displicet. Et primum quidem, si Caietanus intelligat, non fieri nouum miraculũ in conuersione quantitatis in materiam primã, quia non fuit nouum opus supra naturam, manifeste decipitur: quia ita esset supra naturã conuertere quantitatẽ in materiam primam, sicut est conuertere panem, & vinum in corpus, & sanguinem Christi, cum, nulla causa naturali necessario exigente, talis conuersio quantitatis in materiam fieret, siquidem dispositiones agentis creati circa quantitatem Sacramẽti talem conuersionem nullo modo attingere possunt, vt inferius videbimus. Talem autem conuersionem solum postularet mysterium Eucharistiæ, vt lateret, & sola fide absque alio signo exteriori crederetur, si facta illa conuersione deinde generaretur alia substantia, nam si non comburerentur species panis, magnũ indicium esset huius mysterij. Ob id tamen non esset dicendum, non fore nouũ miraculum, quantitatem in materiam primã conuerti, sed ita fore nouum, vt institutio ipsa Sacramenti illud exigeret. Cumque Caietanus planè fateatur, talẽ conuersionẽ quantitatis fieri virtute, & actione Diuina, nescio, qua ratione nouũ miraculum neget, licet exigente priori. Adde, quòd neque sibi constare videtur Caietanus, cum in articul. 4. asserat, quantitatem conuerti in materiã actione solã Dei, neque materiã educi de potentia quãtitatis: tum etiam formam induci, & educi de potentia materiæ, in quã actione Dei conuertitur quantitas: in articulo vero primo dicat, per modũ substantialem, quem putat cõmunicari quantitati in hoc Sacramento, cõmunicari etiam vim, atque potentiam substantiæ, vt inde possit fieri, quidquid posset ex substantia, si ibi esset. Cũ enim ait, inde fieri posse, quidquid ex substantia, si ibi esset; plane indicat, ex ipsa quantitate fieri; forma autem eius, quod fit ex alio, educitur de potentia eius, ex quo fit.

Refellitur primo.

24

25

Deinde defendi nequit, quantitatem in materiam primã conuerti, licet quantitati succedat; sed necessario dicendum est, materiam creari: nam, vt disput. 181. capit. 6. diximus, nulla res in aliam conuerti potest, nisi esse illius, in quã conuertitur, connexũ aliquo modo

Secundo.

do ſit cum ſuo non eſſe, & cauſa illius ſit, vel ſuapte natura, vel ſaltem ratione verborum, vt ibidem fuſius explicuimus: hìc autẽ nullo ex his modis cõnectuntur eſſe materię primæ, & non eſſe quantitatis: ergo dicere non potuit Caietanus, quantitatem in materiã primam conuerti. Et hæ duæ rationes pugnant ſolum contra Gaietanum. Adde, quòd iuxtà probabiliorem opinionẽ, quã ipſe Caietanus probat, diſpoſitiones accidentariæ non poſſunt recipi in nuda materia prius natura, quã informetur forma ſubſtantiali: ergo neque quantitas Sacramenti conuerti poteſt in materiam diſpoſitam, ſed nudam. Poſtremo, licèt quantitas in materiam primã conuerteretur; tamen nulla ratione dici poſſet, virtute agentis naturalis in materiam, hoc modo per conuerſionem productam, formã naturalem per veram generationem virtute præcedentium diſpoſitionum introduci. Quoniam, cum neque materia illa vi agentis creati ſuccedat diſpoſitionibus præcedentibus, neque in illam iam à Deo per conuerſionem, aut alio modo productam, agens creatum præuijs diſpoſitionibus eam præparans, aliquo modo operetur, nulla ratione dici poteſt ad ipſum agens creatum referri formæ ſubſtantialis introductionem, ſiquidem in ſubitam formæ introductionem agens creatum nihil poteſt, ſed neceſſe eſt, vt paulatim materiam præparet, & diſponat. Sicut igitur ſola Dei voluntate, vt lateat myſterium, creatur materia, ita etiam ſolo eius nutu in eam forma introducitur, ad quam introducendam nulla creata natura ſufficiebat: introducitur autem, vt inferius dicemus, ex Diuina voluntate, eodẽ modo, quo, ſi ibi ad eſſet à principio materia, introduceretur, vt omnino myſteriũ cœletur, & nullus ibi defectus naturę appareat; & hęc ratio refellit etiam id, in quo Scotus cum Caietano conuenit. Ratione quoque ſecunda refutata manet ſententia Paludani in 4. diſt. 12. queſt. 4. artic. 2. concluſ. 3. quatenus aſſerit, licèt ſpecies Sacramenti immutentur virtute agentis creati, vi tamen ſolius Dei quantitatem deſinere, & cætera accidentia non per corruptionem, ſed per conuerſionem, non in materiam primam, ſed in totam ſubſtantiam, quæ fit à Deo, non ſecus ac ſi ibi materia eſſet, & vi agentis creati ea ſubſtantia produceretur. Nam, vt conſtat ex dictis, talis quantitatis, & ſpecierum deſitio, non poteſt dici conuerſio, eo quòd eſſe ſubſtantiæ, quæ quãtitati, & ſpeciebus ſuccedit, nullo modo eſt cauſa non eſſe ſpecierum, neque ſuapte natura, vt conſtat, quia ſuapte natura non pugnat cũ quantitate, & ſpeciebus præcedentibus, neq; vi verborum eo modo, quo nunc eſſe corporis Chriſti eſt cauſa non eſſe ſubſtantiæ panis, & vini. Et hactenus aliorũ ſententias memoraſſe, & reieciſſe ſufficiat. Mitto enim antiquam, & minime probabilem, quam refert S. Thomas in artic. 5. eorum, qui dicebãt, ea, quæ ex ſpeciebus videntur generari, non ex ſpeciebus, ſed ex aere circumſtante produci: hanc enim nullus ex Scholaſticis, quos ego legi, ſequitur, neq; video, qua ratione defendi poſſit, cum manifeſte conſtet, nullam in aere apparere immutationem, ex qua vermes generentur, aut alia ſubſtantia, quam videmus mutatis ſpeciebus, & omnino, aut ex parte corruptis produci. Mitto etiam nunc, quid de corruptione ſpecierum Guitmundus doceat, id enim ſequente capite referemus.

Tertio.

26

Reijcitur Paludanus.

27

S. Thomas.

28

Guitmũdus

Subſtantiam, quæ videtur ex ſpeciebus generari, vera creatione à Deo produci, probabilior opinio fert.

CAPVT III.

PROBABILIOR Sententia eſt, ſubſtantiam, quæ poſt immutationem ſpecierũ producitur, & ex illis fieri videtur, non ex ipſis tamquam ex materia, aut ex aliquo vicem habente materiæ, neque per conuerſionem ſpecierum in materiam eius, neque per conuerſionem in ipſam ſubſtantiam, neque per generationem à creato agente, ſed per creationem à ſolo Deo produci, diſpoſitionibus, quæ in quantitate ſpecierum præceſſerunt, nullo modo ad ipſam naturaliter concurrentibus, ſed eam ſolum poſtulantibus, vt myſterium lateat. Hanc ſententiam tradunt Scotus in 4. d. 12. q. 6. §. *Dico ergo.* & §. ſequente ad ſecundum. Durandus q. 2. num. 10. Maior q. 4. Gabriel in canonem lectione 45. litera F. & ſequẽtibus, & in 4. d. 12. q. 1. art. 3. dub. 3. Quod vero addit Gabriel, hoc fieri à Deo ſine nouo miraculo, non intelligit ſine nouo effectu ſupra naturam, ſed ideo dicit, non eſſe nouum miraculum, quia ex priori voluntate inſtituendi Sacramentum ortum habuit, vt ita myſterium hoc occultum maneret. Hæc ſententia (reiectis aliis) nonegeat longa confirmatione, vt autem eam probemus, breuiter præmittendum eſt, creatum agens nullam vim

Subſtãtia à Deo creatur in ſpeciebus poſt illatum immutationem.

29

Scotus. Durandus. Maior. Gabriel.

Obſeruatio.

Agens creatum nõ potest destruere quantitatem.

vim habere ad destruendum quãtitatem, sed solum cætera accidentia, quæ sunt in illa, nã cum ea non habeat contrarium, non potest desinere per sui corruptionem, quę deberet esse coniuncta cum generatione oppositę formę: etenim id, quod desinit sine generatione oppositæ formæ, & habebat esse per se, nõ corrumpitur, sed anihilatur. Quare, si quantitas, prout est in hoc Sacramento, desineret, 30 non corrumperetur, quia non desineret vi generationis oppositæ formæ: cumque nullum habeat subiectum, sed sit per se nihil sui relinqueret, ac proinde anihilaretur; hoc est, non esse illius nihil esset. Nulla autem creatura anihilare potest, vt communis opinio fert, quã immerito in præsenti negat Gabriel loco citato, ex mente OKami: ergo nullum agens creatum, quantumuis species immutaret, ipsam quantitatem destruere posset. Quo circa, licet ignis calefaceret quantitatem illam, vsque ad summum gradum caloris, non posset quantitatem destruere: cum enim nulla ibi sit materia, non posset formam ignis introducere, vt cum ea nouam quantitatẽ producens, priorem corrumperet. Tum etiam, cum nihil contrarium quantitati produceretur, neque ratione contrarij eam corrumpere posset: nam quãtitas, quæcumque ex se ęque recipere potest hanc qualitatem, sicut oppositam.

Gabriel.

Veræ sententiæ fundamẽtũ.

Hoc iacto fundamento facile nostra sententia confirmari potest: cum enim supra probatum sit contra alias opiniones, formã educi non posse de potentia quãtitatis, eo quod quantitati communicari non potuerit virtus aliqua, ratione cuius vicẽ gereret materiæ primę: & substantia, quę producitur, nõ fiat per conuersionẽ specierum in materiam primam, neque in ipsam integrã substantiam, quę producitur, consequitur necessario, materiam primam creari à solo Deo, cum à creato agente nullo modo produci queat, & alio modo fieri nequeat. Hinc autẽ efficitur, totã ipsam substantiam non generari ab agente creato, sed à solo Deo: nam, vt ab agente creato tota 31 ipsa substantia generaretur, supposita prius creatione materiæ primæ, deberet id postulare præuia aliqua dispositio, & præparatio materiæ, quæ ab eodem agente creato procederet. Nam nullum agens creatum vim habet producendi, aut introducendi formam in materiam aliquam subito creatam, sed in eam tantum, quam paulatim sub alia forma existentem actione sua præparauit, & disposuit: alioquin quodcumque agens, quod in eodem instanti, quo creatur materia, ei applicaretur, introduceret in ea formam suam, & non potius ignis qui toto tempore præcedenti speciem Sacramenti immutauit, quod videtur absurdum.

Solutioni occurritur

Ad dicat quis, creari in eo momento temporis materiam non nudam, sed dispositam dispositionibus similibus illis, quæ præcesserunt in quantitate Sacramenti; & ideo non per se introduci formam in illa ab alio quocumque agente, sed ab eo dumtaxat, quod quantitatem Sacramenti paulatim immutauit, & disposuit. Verum hoc responsum ex dictis in præcedente capite contra Caietanum refellitur: quia dispositiones accidentariæ iuxta probabiliorem sententiam non reci- 32 piuntur in materia nuda sine forma: neque intelligitur sic prius disposita produci, vt in ea agens naturale, quod immutauit species, suã formam introducat. Adde quod licet ita fieri posset, & sic disposita materia à Deo produceretur, agens creatum, quod immutauerat species Sacramenti, formam illam substantialem non introduceret: quia illæ dispositiones ab eo in materia prima non essent productæ; agens autem creatũ non introducit formam ingenito, proxime per suam substantiã illã producendo, vt disputatione præcedẽte diximus, sed per sua accidentia disponendo materiam; in eo autem casu materiam nouiter creatam non disponit.

Neque vero dici potest, quantitatem Sacramenti cum illis præuijs dispositionibus communicari materiæ sic productę, etiam in opinione eorum, qui dicunt, accidentia proxime inesse quantitati, & quantitatem proxime materiæ: quia nullus hactenus dixit, quantitatem vnius materię alteri communicari: & ita omnes concedunt, corruptis speciebus Sacramenti corrumpi quoque quantitatem, & aliam nouam creari.

Restat igitur, vt sicut solus Deus creare potuit materiam primam post immutationem specierum, ita etiam solus ipse possit producere, aut introducere formam substantiæ in materiam illam subito creatam. Porro autem per immutationem specierum factam à creato agente, non fuisse præparatam materiam ad introductionem, aut productionem formæ, patet: quia tunc nulla erat materia, neque aliquid vim habens 33 materiæ, vt supra diximus, quod actione eius præpararet ad formam. ergo virtute illius præparationis, non potuit agens creatum in materiam postea creatam formam suam introducere. Hinc autem, & ex iacto fundamento sequitur id, quod vltimo loco in nostra sententia proposuimus, nimirum, materiam, & totam substantiam

ita à ſolo Deo produci in fine illius immutationis ſpecierum, vt nulla actio creati agentis ſuapte natura talem productionem exigat, ſed ex ſola Dei voluntate ad occultandũ hoc myſterium ortum habeat. Nam cum virtute agentis creati immutãtis ſpecies, neque corrumpi poſsit quantitas, neque materia vlla produci, neque in ipſam quantitatem ſupplentem vicem materiæ forma ſubſtantiæ introduci, ſequitur, agens creatum ſuapte natura, & actione, nõ exigere, vt materia prima, & alia ſubſtantia à Deo fiat; ac proinde ſola Dei voluntate, ad occultandum myſterium per creationem produci

34 Cæterum, cum dicimus, ſubſtantiam illam à ſolo Deo per veram creationem produci, ita de illa philoſophandum eſt, quod attinet ad creationem eius, ſicut de cœlo, & terra, & quacumque ſubſtantia initio à Deo de nihilo producta, vt in ea duas productiones diſtinguamus, cum compoſita ſit, & vna earum ſolum ſit creatio, ſicut notauimus prima parte, diſputatione 174. capite quarto, nempe, productionem materiæ primæ, & hæc ſola ſit creatio, & productionem formæ, aut introductionem in materiam, & hęc non ſit creatio, ſed productio ex aliquo, vt ibidem fuſius explicuimus. Cum igitur dicimus, ſubſtantiam, quæ ſuccedit immutationi ſpecierum, à ſolo Deo creari, intelligimus ratione ſolius materiæ, quæ propriè ex nihilo fit, totam ſubſtantiam creari, formam autem in materia, aut eſſe totius compoſiti non item.

Quo pacto ex ſpeciebus Sacramenti homo, aut animal nutriri, & ſuſtentari poſsit.

CAPVT IIII.

35 NON Solum contingit, ſpẽcies Sacramenti eo modo, quo diximus capite præcedente, verum etiam intra ſtomachum hominis, aut animantis, à quo manducantur, aut deglutiuntur, virtute caloris naturalis illius deſtrui. Neque verò ſolùm accidere poteſt, vt hoc modo ſpecies deſinant; verum etiam animal, quod illas ſumpſit, non minus nutriatur, quam ſi panem, & vinum communem non conſecratũ manducet. Imo interdũ etiam accidere poteſt, vt animal inebrietur, & venter illius diſtendatur. Nunc igitur videndum eſt, quid poſsit eſſe alimentum nutritionis, & cauſa horum effectuum. Circa quam rem refert Vvaldenſis tomo ſecundo, qui eſt de Sacramentis cap. 61. fuiſſe errorem Heribaldi, & Rabani Maguntienſis, venerabile Sacramentum Euchariſtiæ ſubiectum eſſe digeſtioni animalis, & egeſtioni, hoc eſt, partim deſeruire in nutrimentum animalis, & partim etiam (ſicut in alijs cibis contingit) excreari, & in ſeceſſum emitti. Cuius erroris meminerunt Guitmundus lib. 2. de veritate Euchariſtiæ, & Algerus libro 2. de Sacramẽtis corporis, & ſanguinis Chriſti cap. 1. Verũ Algerus eo loco prædictum errorem tribuit Græcis, quos merito Stercoraniſtas vocari, inquit: qui autem fierint hi Græci, ego apud vllum probatum Autorem non inueni: niſi quòd in margine illius loci notauit ſtudioſus aliquis, ea contra Nicetam hæreſiarcham dici. Guitmundus verò lib. illo 1. obiectum inquit, fuiſſe à Berengario contra hoc Sacramentũ in hunc modũ. Si multi panes, & multa vina ſacrarẽtur, poſſet quis longo tẽpore viuere, nihil aliud comedens, aut bibens: vnde igitur haberet ſeceſſum niſi hęc in ſeceſſum vaderẽt? Guitmũdus tamẽ nõ explicat, vtrũ hoc argumento probare vellet Berengarius, Chriſtum non eſſe in Euchariſtia vere præſentem, ne in ſeceſſum emittatur, ſicut Græci illi, de quibus loquitur Algerus, probare, aut exiſtimare videbantur (& forte hoc modo errarunt Heribaldus, & Rabanus) an verò ſolum oſtẽdere, in Euchariſtia panis, & vini ſubſtantiam manere, vt homo nutriatur, & partẽ illius excreet. Porro autẽ Rabanum illum, cui Vvaldenſis prędictum errorem tribuit, nõ eſſe magnũ illum Rabanum, qui de laude crucis librum ſcripſit, probat idẽ Vvaldenſis: quia hic Autor in libro de Sacramẽto corporis, & ſanguinis prædictum errorẽ confutat, & librum, in quo prior ille Rabanus illum docuerat, apocryphum appellat. Eodẽ modo refert Guitmundus aliam obiectionẽ eiuſdem Berengarij contra veritatem Chriſti in Euchariſtia, quòd videamus, Sacramẽtum à muribus corrodi, & deuorari, & ab igne cõſumi. Neſcio vtrum hac ratione probare ille voluerit, Chriſtum ſub illis ſpeciebus non eſſe, ne his mutationibus ſubiectus eſſet; an vero contenderit, in Sacramento ſimul cum Chriſto manere ſubſtãtiam panis, & vini, quę has in ſe immutationes recipere poſſet. Quid vero Scholaſtici ſentiãt circa mutationẽ, quę fieri videtur ex ſpeciebus Sacramenti, planè conſtat ex ijs, quæ capite 2. retulimus: quiſque enim eorum eodẽ modo philoſophatur de nutritione, & de quauis alia ſpecierum corruptio-

Vvaldenſis. Error Heribaldi, & Rabani Magũtienſis.

Guitmund. Algerus.

36 *Stercoraniſtæ.*

Berengarij argumẽtum.

37

corruptione, & nos etiam eodem modo philosophabimur.

Mēs Guitmondi circa immutationē speciērum Sacramentalium.

Verum, quod attinet ad immutationem, quæ fieri videtur in speciebus à muribus, & ab igne, primum respondet Guitmundus, species Sacramenti non corrodi, neque deuorari à muribus, vel à bestijs, licet aliquando corrodi, & deuorari videantur, sed causa probandæ fidei, aut damnandæ, seu corrigendæ custodum negligentiæ, eatenus solum permitti brutà animantia ad corpus Christi accedere, quatenus visui externo ita videatur, mox tamen ministerio Angelorum, vel sua virtute corpus Christi in cœlum rapi, vel suapte natura ascendere; quid vero de speciebus fiat, nō dicit.

38

Hoc tamen responso merito non contentus, tandem cōcedit, nihil obesse veritati corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia, si à bestijs, & auibus, sicut à nobis, comedi possit, quia non magis bestiarum, vel auium, quā nostro gustu lædi potest. Atque eodē modo concedere plane debet, à muribus aliquando corrodi, quod omnes iam ingenuè fatentur: neque prius illud responsum vllo modo probant, ne simile miraculum, absque vlla causa, & fundamento concedere cogantur.

Deinde, quod attinet ad ignem, an hoc Sacramentum consumat, primū quidem ita respondet, vt Sacramentum altaris aliquando ignibus comittatur (nēpe quando reliquiæ aliquæ aliquam ob causam consumi à Sacerdote non possunt) nō quidem cremandū, sed tāquam mundissimo elemento statim sit occultandum, & in supernis sedibus reponendum.

Examinatur placitū Guitmundi.

Verum hoc responsum probandū non est, neque iam ab Schola Theologorum admittitur, cum manifeste constet, species ipso igne non minus cremari, quam si ibi earum substantia esset: & miracula noua, absque fundamento maximo, & necessitate admittenda non sint. Quo circa ipse etiam deinde concedit, si alicui videatur Sacramentum cōburi, nihil obstare veritati corporis, & sanguinis Christi; nam seruata substantia vtriusque, accidentia ipsa corruptioni manere possunt obnoxia. Cū que hoc modo respondere posset ad illud, quod obiiciebat Berengarius de nutritione ex speciebus, nempe, ea manere subiectas corruptioni, quæ necessaria est ad nutritionem, sicut ex doctrina præcedentis capitis inferius explicabimus. nescio, qua ratione ipse, & Algerus alio modo respondeant. Dicit igitur Guitmundus, hoc Sacramentum in secessum per egestionem non emitti: probatque, non omne, quod in os intrat, & vadit in ventrem, in secessum emitti, etiam si vera sit Domini sententia Matth. 15. *Non intelligitis, quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur?* Consentit etiam Algerus, nihil esse in hoc Sacramento, quod in secessum abire possit: cum enim in eo substantia panis, & vini non sit, nihil in eo erit, quod defœdari, & corrumpi queat, siquidē substantia corporis Christi incorruptibili modo sub Sacramento est. Quæ sane sententia eatenus mihi vera videtur, quatenus nulla sit in hoc Sacramento materia, quæ huic generi corruptionis

39

Matth. 15. Algerus.

40

subiecta sit, eo quòd nec sit materia panis, & vini; substantia autē corporis Christi, quę ibi est, corrūpi non possit. Ob id tamen negandum non est, vt negat Guitmundus, aliquid emitti in secessum post sumptionem Eucharistiæ quod non emitteretur, si ea sumpta nō esset: nō dico aliquid Sacramenti, sed aliquid: præcedente enim capite diximus, cū corrumpuntur species ab agente creato, loco materię panis, & vini aliā materiā creari, & in illā eā formā succedere, quæ vi agentis creati succederet, si panis, & vinum ibi essent: sicut igitur aliquid materiæ panis, & vini, si sumerentur, post corruptionē eorū in stomacho, sub alia forma in secessum emitteretur, ita etiam creata noua materia post corruptionē accidētiū Sacramēti, aliquid illius in secessum emittitur sub vna, & aliquid sub alia pro alimento ad nutritionē reseruatur, vt statim dicemus. Quo circa multo satius fuisset Guitmundo, & Algero hac ratione obiectioni Berengarij satisfacere, & in expositione illius sententiæ Domini, Matth. 15. eo modo, quo diximus, non laborare.

41

Postremo denique ad obiectionē de nutritione ex speciebus Sacramenti difficile satis respondent prædicti Doctores, cōtenduntq; non posse hominem sola sumptione Eucharistiæ diu sustentari, nisi virtute Diuina supplēte defectum cibi: quod, cū intelligant, si sumatur Eucharistia in modica quātitate, nos etiam id verum existimamus. Obid tamē non negamus, sicut negare videtur prædicti Autores, sumpta Eucharistia, & corruptis speciebus, aliquid substitui loco materiæ, ac si ibi fuisset panis, & vinū pro alimento animalis. Si vero panis in magna quantitate, & vinū in magna copia consecratū sumeretur, nolunt etiā admittere naturalem animalis, aut hominis sustētationē. Sed Guitmundus cēset, in eo casu virtute Diuina hominē sustētari, corpus autē Domini, aut Diuina virtute, aut Angelorū ministerio inuisibiliter auferri, & ministerio eorūdē Angelorū, aut Dæmonū pro panibus cōsecratis alios nō cōsecratos subijci: explicat autē Guitmundū Valdēsis, c. illo 62.

Valdenſis.

num. 6. vt hoc ſolum fieri intelligat, quãdo hæretici tentantes Deum, magnam copiã panis, & vini cõſecrant, vt probent, Sacramento Euchariſtiæ poſſe hominem ſuſtentari, & aliquid illius per egeſtionem vêtris excreari. Quæ ſane doctrina mihi non probatur, quia plura miracula, quam conſueta pro hoc Sacramento admittenda non ſunt, vt iam notauimus, & hæc omnia faciliori multo ratione diſſolui poſſunt. Algerus vero nihil peculiare reſpondet, ſed in eo ſemper perſiſtit, vt ſola Diuina virtute, non autem Sacramento homo ſuſtentetur.

Algerus.

42 Satisfit Berengarij obiectioni.

Verum, vt ſupra notaui, facile Berengario reſpondere poſſumus, hominem quidem nutriri, & ſuſtentari poſſe ſpeciebus Sacramentĩ in iuſta quantitate ſumptis; non quidem ex corpore ipſo, aut ſanguine Chriſti, quæ ibi incorruptibiliter modo ſunt, neque ſolis ſpeciebus: hæc enim non poſſunt habere vicem materiæ, vt in illis forma ſubſtantialis alimẽti, aut animalis introducatur, vt capite præcedente probauimus; neque miniſterio Angelorum, aut Damonum, alijs panibus loco conſecratorum miniſtratis, neque ſecretiori alia Diuina virtute; fruſtra enim hæc noua miracula admitterentur; ſed eo modo, quo capite præcedente diximus corrumpi ſpecies Sacramenti, & nouam ſubſtantiam perinde produci, ac ſi ibi panis, & vini ſubſtantia eſſet, nempe, creata noua materia cum forma, qualis vi caloris naturalis ex digeſtione cibi ibi ſuccederet pro alimento, vt deinde virtute eiuſdẽ caloris in ſubſtantiam ipſius animalis conuertatur: atque hoc continuum miraculum in nobis fieri ad occultandum myſterium. Nam, ſi experirentur ſumpta magna copia ſpecierum panis, & vini conſecrati, nos non ſuſtentari, detegeretur aliquantulum hoc myſterium & meritum fidei minueretur.

Species Sacramenti poteſt homo nutriri.

43 Species vini conſecrati poteſt inebriari.

Demum eodem modo dicendum eſt, homines inebriari, & ventrem eorum diſtendi poſſe ſumpta magna copia ſpecierum vini cõſecrati, quod Algerus ſpeciebus nullo modo tribuendum putat, eo quod, cum ſine propria ſubſtantia ſint, quamuis corrumpi poſſint, ſimpliciter tamen deſinant abſque vlla fœditatis corruptione, hoc eſt, abſque eo quod pro illis ſubſtantia aliqua putridare vera ſuccedat, ſed tantum ſuccedere videatur. Et ita negat, ſpeciebus vini ſuccedere aliquã ſubſtantiam, quæ inebriare hominem, & ventrem illius diſtendere poſsit. Ne igitur plura illa miracula ſine neceſsitate, & fructu admittamus, dicimus, vi caloris naturalis in ſtomacho ſpecies conſecrati vini perinde immutari, ac ſi ibi vinum eſſet. Et ſicut vi caloris naturalis vini ſubſtantia in ſubtiliores partes, & vapores reſolueretur, quibus in cerebrum aſcendentibus homo inebriaretur, ita etiam non exiſtente ibi ſubſtantia vini, ſed ſolis ſpeciebus idem fieri, non quidem ſola vi caloris naturalis, ſed virtute Diuina ſubſtituente materiam, & formam ſubſtantiale, quã calor naturalis in materia vini, ſi ibi eſſet produceret. Et hoc pacto hominem inebriari, & ventrem illius diſſolui, & alia etiam effici, quæ, ſi ibi eſſet ſubſtantia vini, etiam fierent. 44

Corollaria præcedentis doctrinæ.

CAPVT V.

Dictum Vvaldenſ.

PRO Maiori explicatione eorum, quæ dicta ſunt, tria ſuperſunt, quæ breuiter examinare oportet, & his quæ hactenus diximus, addere. Primum eſt id, quod Vvaldẽſis 2. illo tomo cap. 60. docet, nempe, nõ rectè dici corpus Chriſti comedi à beſtijs, quamuis ab eis deuorari dicatur, eo quod, vt aliquid dicatur ab aliquo comedi; corpus eſt (inquit ille) vt ei tamquam cibus comparetur, & ideo pueri, inquit, non dicuntur comedere anulos, aut ferrum, ſi aliquando calculos per os in ſtomachum traijciant, tametſi ea dicantur deuorare, quia pueris non cõparantur vt cibi. E contrario vero à ſtruthionibus ferrum non tantum deuorari, ſed etiam comedi dicitur, quia ferrum eis pro cibo eſt. Cum igitur corpus Chriſti non cõparetur vt cibus cum alijs animantibus, niſi cum homine: conſequitur, dicendum eſſe, à ſolo homine comedi, ab alijs vero animantibus ſolùm deuorari. Demum addit, verè dici Chriſtum non ſolum ab homine iuſto, ſed etiam ab iniuſto comedi, non quidem digne, & ſpiritualiter, hoc eſt, cum fructu, ſed indigne iuſta illud 1. ad Corinth. 11. *Quicumque manducat, & bibit indigne, &c.* eo quòd corpus, & ſanguis Chriſti cum homine peccatore etiam comparatur, vt cibus. 45

1. ad Corinth. 11.

Verum non eſt cur negemus, corpus Chriſti etiam ab animalibus brutis manducari, & ſanguinem eius bibi: nam & Guitmũdus lib. illo ſecundo de corporis, & ſanguinis Chriſti veritate non ſolum concedit, Sacramenta abſque ſui corruptione à beſtijs, & auibus deuorari, ſed etiam comedi poſſe; Sacramentum autem Euchariſtiæ, non ſolum eſt

Reijcitur.

Guitmund. Sacramenta à beſtijs poſſunt comedi: imo corpus, & ſanguis Chriſti.

est species, & accidentia panis & vini, sed etiam ipsum corpus & sanguis Christi. Ratio

Ratio.

verò est manifesta: nam cum Christus dicatur manducari, & bibi sicut etiam dentibus conteri, & frangi ratione specierum, vt disputatione 180. cap. 9. notauimus, & species non solum comparentur cum hominibus, vt cibus, & potus, sed etiam cum alijs animantibus: ideo ratione illarum dici potest corpus Christi a bestijs, & auibus comedi, & sanguis eius bibi. Neque S. Thomas hoc negat

Explicatur S. Thomas

infra q. 80. art. 3. ad 3. imo id expresse concedit, ait enim, animal brutum non posse dici manducare Sacramentaliter corpus Christi, quia non est illi vt Sacramentum, recte tamen dici manducare illud per accidens, sicut etiamsi quis sumeret hostiam, existimans non esse consecratam; hic enim non manducaret Sacramentum vt Sacramentũ, manducaret tamen corpus Christi per accidens. Multo tamẽ minus probabile est, quod ait Bonauentura

46

Placitum Bonauenturæ improbatur.

in 4. d. 13. articulo 2. q. 3. corpus Christi nó comitari species, nec sub illis esse, quando deuorantur à mure, vel à bestia, & eodem modo nó manere sub illis, etiam ante corruptionem, quando in locum sordidum eijciuntur (cum tamen Vvaldensis id non dicat, sed solum asserat proprie non manducari à bestijs, sed deuorari) hoc enim est contra communem sensum Ecclesiæ, quæ species é loco sordido erutas tamquam verum Sacramentum veneraretur, sicut etiã si à bestia sumptæ euomerentur; neque enim vlla ratio est, vt dicamus, ante quam corrũpantur species, desinere corpus Christi sub illis esse. Quòd enim in loco sordido iaceant, nihil corpori Christi, quod incorruptibili modo sub illis est, nocere potest. Porro autem, Christum semper esse sub speciebus, communis Scholæ opinio fert, vt paulò inferius videbimus: imo & Gregorius

Gregor. XI.

XI. in directorio Inquisitorum 2. p. q. 10. dãnauit prædictam sententiam, quam ex Bonauentura retulimus, nempe asserentes, sub hostia consecrata proiecta in lutam, aut locum sordidum non manere corpus Christi, nondũ corruptis speciebus.

47

Confutatur existimatio glossæ.

Canon. Tribus gradibus. Bonauent.

Alterum, quod notari debet, est, absurdam esse sententiam eorum, qui dicunt, tandiu corpus Christi esse sub speciebus Sacramenti, quandiu manducãtur, at vero simul atque manducatio cessauit, sub illis non manere, ita docuit Glossa in canonem *tribus gradibus. De consecratione* distinct. 2. in verbo *Miscere*, & probabile censet Bonauent. in 4. distinct. 13. articulo 2. q. 2. ne cõcedat, Christum cum speciebus ad stomachum immundum, & sordidum descendere. Idemque probabile putat quoties species in locum aliquẽ immundum inijcerentur, vt supra etiam memorauimus. Pro hac sententia falsò refertur Vvaldensis tom. 2. qui est de Sacramẽtis. c. 60. ibi enim, vt supra notauimus, solùm contendit, nõ posse dici Sacramentũ à bestia manducari, sed deuorari. Allegatur etiã pro hac sententia Magister in 4. d. 13. in fine tamen primi capitis (quod ad præsentẽ attinet difficultatẽ) solũ dicit corpus Christi à brutis animantibus nõ sumi, quamuis sumi videatur: quid autem bruta sumant, quando sumere videntur hoc Sacramentũ, ignorari. Hinc tamen non licet colligere ex sententia Magistri prædictã opinionem, quã memorauimus, neque ipsum sensisse, in eo momento, quo species Sacramenti sumuntur à brutis, desinere esse corpus Christi sub illis; nam cũ verbis ipsius constare potest id, quod supra retulimus sensisse Guitmundũ, nempe, ministerio Angelorũ subrogari aliquid aliud loco specierũ consecratarũ, quo illudantur videntes, & putẽt Sacramentum a bestijs deuorari. Citatur denique pro eadẽ opinione Innocentius III. in lib. 4. de mysterijs Missæ cap. 11. ibi tamen non negat, corpus Christi traijci in stomachũ hominis post manducationem, sed solum cum à mure, & bestijs comeduntur, & corroduntur species consecratæ, ibi non manere corpus Christi, sed statim redire substantiam panis, aut vini consecrati, & sub prædictis speciebus à bestijs manducari, & corrodi à mure; non quidem eamdẽ numero, sed eamdem secundùm speciem, numero tamen diuersum. Quam sententiam etiam sequutus est idem Innocentius in eodem capite, cum species consecratæ cremantur, & in ignem conijciuntur. At vero Bonauentura in illa distinct. 13. artic. 2. quæst. 1. eam solum docuit, cum species consecratæ comeduntur à bestia, eo quod Christus maneat sub speciebus, non quidem toto tempore, quo illæ durant consecratæ sine corruptione, sed quandiu manent in statu apto ad vsum hominis, pro quo institutum est hoc Sacramentum. Cum autem animal comedit eas, iam, inquit, non sunt idoneæ, vt ab homine manducentur, ac proinde sub illis corpus Christi non manebit. In ipsa igitur manducatione in ore bestiæ, putat, desinere Christum esse sub speciebus, cum tamen in tota manducatione in ore hominis dicat esse, & finita ea solùm desinere, ne in stomachum traijciatur. Nullum tamen Autorem hactenus ego legi, qui sentiat, simul, atque ore hominis, siue iusti, siue peccatoris sumitur hoc Sacramentum, desinere esse sub accidentibus corpus Christi, sicut Re-

Falsò citatus Vvaldensis.

Item Magister.

48

Item Innocentius 3.

49

centiores aliqui referunt. Fuerunt nihilominus antiqui hæretici, vt refert S. Thomas infra q. 80. articul. 3. qui dicerent, ſimul atque hoc Sacramentum ſumitur ore peccatoris, de ſinerè eſſe ibi corpus, & ſanguinem Chriſti, vt ioidé etiam dicemus; id tamen nõrefert S. Thomas eos dixiſſe, ſi ſumatur ore beſtiæ, aut hominis iuſti. Algerus porro in lib. illo 2. de Sacramento corporis, & ſanguinis Chriſti cap. 1. in fine plane dicit, nõ manere Chriſtum ſub ſpeciebus in ventre ebrij, & impœnitentis, & animalis, vt ita defendat, ſpeciebus Sacramenti neminem inebriari poſſe. Cũ enim ſibi obijceret vomitum ſpecierum, qui fieri ſolet ab ebrijs, & infirmis, eo modo, quo diximus, reſpondet, nempe, in his corpus, & ſanguinem Chriſti non manere. Vtrumque tamen damnatum eſt per Gregorium XI. in directorio Inquiſitorum 2 par. quæſt. 10. nempe, & quod deſinat corpus Chriſti eſſe ſub ſpeciebus ſimul, atque ab aliquo bruto animante ſumitur: & ſimiliter, quòd, dum dẽtibus iuſti, aut peccatoris ſpecies conteruntur, Chriſtus ad cœlum rapiatur, ne videlicet in ventrem vadat, vt docuit Bonauentura.

S. Thomas. Mens Algeri. Gregor. XI. Cõtra Scripturam eſſe oſtenditur, Ioann. 6. Occurritur obiectioni.

50

Vtraque tamẽ ſententia abſurda eſt, & contra Scripturam. Ex vtraque enim ſequitur, nec corpus Chriſti vere manducari, & ſumi, neque ſanguinem eius vere bibi, contra illud Ioann. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, &c.* quem locũ de manducatione, & potatione reali Sacramenti intelligendum eſſe diſput. 179. cap. 4. & 5. efficaci ratione, & teſtimonijs Patrum monſtrauimus: nam manducare, & bibere non ſolum eſt ore ſumere, & dentibus terere, aut guſtare, ſed etiam in ſtomachum traijcere: ea enim, quæ ore ſolùm ſumuntur, & teruntur, atque guſtantur, & antequam in ſtomachum traijciantur, extra os eijciuntur, nullo modo dicuntur manducari, & bibi. Vt igitur iuxta illam Domini ſententiam Ioannis 6. verè quis dicatur manducare corpus Chriſti, & ſanguinem eius bibere, opus eſt, vt non ſolùm ore ſumat, & conterat ſpecies, & ratione illarum corpus Chriſti dicatur ſumere, & conterere, ſed etiam, vt deglutiat, & in ſtomachum cum corpore, & ſanguine Chriſti eas traijciat, vt ratione earum vere dicatur corpus Chriſti manducare, & ſanguinem bibere.

51

Neque obſtat, quod hac ratione concedendum eſt in locum ſordidum, & immundum, corpus, & ſanguinem Chriſti deſcẽdere, hoc eſt, in ſtomachum hominis, aut beſtiæ. Cum enim ex hoc nullo modo inquinari poſsit, non eſt cur aures piæ, & catholicæ ab hoc abhorreant, & concedere timeant, vt contẽdit Bonauentura: præſertim cũ ad hoc inſtitutum ſit, vt à nobis tamquam cibus, & potus ſumatur. Quod verò ait Autor ſermonis 28. de verbis Domini apud Auguſtinum, qui putatur eſſe Ambroſius, aut ex illo ferè ad verbũ deſumptus lib. 5. de Sacramentis cap. 4. *Non eſt iſte panis, qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit*, nihil prædictæ doctrinæ aduerſatur; ni per corpus non intelligit ſtomachum, ſed aliud, vt ſenſus ſit, hunc non eſſe panem, qui poſt digeſtionem in ventrẽ deſcendit, & in ſeceſſum emittitur: nam facta prima corruptione ſpecierum in ſtomacho, iam non manet re ipſa ibi corpus Chriſti, & ita nõ vadit in ventrem, & in ſeceſſum, ſicut alius panis terreſtris, qui corruptus in ventrem vadit relicta aliqua parte pro alimento. Cæterũ Hugo de Sancto Victore lib. 2. de Sacramentis par. 9. cap. 13. prædictæ ſententiæ plus fauere videtur, qui non ſolùm aſſerit, Chriſtum tãdiu ſolum manere in Sacramento, quandiu ſenſus afficitur ipſis ſpeciebus, ſed etiam addit, Chriſtum de ore tranſire ad cor. Quibus verbis negare videtur, Chriſtũ traijci cũ ſpeciebus in ſtomachum, ſed ex ſolo ore reficere ſpiritualiter cor. Verũ cum aperte dicat, tandiu manere Chriſtum ſub ſpeciebus, quãdiu ſenſum aliquẽ afficiunt, & in ſtomacho etiam ſenſum afficiant, vt de ſpeciebus vini patet, & de ſpeciebus panis, etiam ſi in magna quantitate ſumantur, dubitandum non eſt, hunc Doctorẽ ſenſiſſe, Chriſtum non ſolum in ore ſumi cum ſpeciebus, ſed etiam in ſtomachum traijci. Cum autem ait, Chriſtũ de ore ad cor tranſire, non denotat non traijci etiam in ſtomachum, ſed oſtendit effectum proprium huius cibi, nempe, corporis Chriſti, qui nõ tranſit in ſubſtantiam corpoream ſumentis, ſed ſpiritum eius reficit. Et ita ſubijcit iuxta doctrinam Ambroſij, quam diximus: *Melius eſt tibi, vt eat in mentem, quam in ventrem*, nẽpe, vt deſeruiat tibi in ſpiritualem refectionem, quam in corporalem: nam, ſi in hanc deſeruiret, aliquid illius ex crearetur per ventrem, vt ſupra dicebamus. Porro autem corpus Chriſti manducari à beſtia, & corrodi â mure, & ab eo manducari, & deuorari, planè conceſsit Guitmundus lib. illo 2. de veritate corporis, & ſanguinis Chriſti. Ex quo colligitur, plane eũ ſenſiſſe, nõ deſinere corpus Chriſti eſſe ſub ſpeciebus, ſimul atque ex ore in ſtomachum traijcitur.

Explicatur Pſeudo Auguſtinus. 52 53 Guitmundus. 54 Vera ſententia ad fidem pertinens.

Vera igitur, & conſtans ſententia ſit, tãdiu Chriſtũ ſub ſpeciebus manere in quouis loco, quantũuis ſordido, & immundo, quãdiu ſpecies ita permanent, vt ſub ſe etiã ſubſtantiam

tiam panis, aut vini conseruarent: at vero simul atque ita corrumpuntur, vt si ibi subsitia propria esset, etiã corrũperetur, Christũ desinere esse sub eis, & loco illarum substantiam aliam succedere. Ita docent S. Thomas q. 76. art. 6. ad tertium: in hac quæst. art. 4. & artic. 8. & q. 80. artic. 3. Alexander 4. p. q. 11. membr. 2. artic. §. 1. versicul. *Consequẽter quæritur, vtrum corpus Christi transeiatur*, & versiculo præcedente. Albertus in 4. d. 9. art. 5. Ricardus d. 12. art. 2. q. 2. Scotus q. 6. §. *Dico ergo*. Durandus q. 3. num. 4. Paluda. q. 5. art. 1. num. 7. Gabriel. q. 1. artic. 3. dub. 2. & in tanonem lectio. 84. post literam D. & Sotus in 4. dist. 10. q 2. art 4. concluſ. 1. Quinimo S. Thomas quæst. 80. art. 3. censet, errorẽ esse sententiam eorum, qui dixerunt, corpus Christi desinere esse sub speciebus Sacramẽti, eo ipso, quod ore peccatoris sumitur: colligit autem ex hac doctrina, quam diximus. putat igitur, eam ad fidẽ pertinere. Et sane nisi ita secundùm fidem catholicam dicendũ esset, posset quis probabiliter existimare, panẽ existentem in loco sordido, non posse consecrari, nam, si ibi manere non potest corpus Christi, neque etiam posset panis consecrari: consequens autẽ est contra fidem: nam vbi fuerit materia, & forma consecrationis, fides catholica docet, fieri consecrationẽ: neque in vllo casu oppositũ vlla ratione opinari possumus.

S. Thomas. Alexand. Albertus. Ricardus. Durandus. Paludanus. Gabriel. Sotus. 55

An virtute agentis naturalis species possint cõdensari, aut rarefieri ostenditur.

Supereſt, vt de rarefactione, & condensatione ſpecierum præmiſſa diſtinctione, pauca dicamus. Nam ſi vera eſt ſententia eorum, qui dicunt, per rarefactionem nouam produci quantitatem, per condenſationem verò aliquid antiquæ amitti, dicendum eſt, id nõ poſſe fieri virtute agentis creati, ſed ſola Diuina virtute applicata cauſa creata, quę alias rarefaceret aut condenſaret panem, & vinum ſi ibi eſſet: nam cum agens creatum non poſſit creare, neque anihilare, & productio quantitatis eſſet ex nihilo, cum ex nulla potẽtia educeretur, vt patet, & deſitio illius eſſet in nihilum, ac proinde anihilatio: agens creatum, neque poſſet rarefacere, neque cõdenſare ſpecies. Si autem neutrum fieret per productionẽ, aut deſitionem vllius quantitatis, ſed per ſolam productionem qualitatis, nempe denſitatis, aut raritatis vtraque recte procedere poſſet ab agente creato virtute propria ipſius, ſicut calefactio, & frigefactio.

56

An Chriſtus mutetur cũ deſinit eſſe in ſpecie bus. Mens Alexandri.

Diſputant aliqui fuſius, quàm oportet an quando corpus Chriſti deſinit eſſe ſub ſpecie bus, mutetur: me tamẽ iudice res adeo manifeſta eſt iuxta varios modos philoſophãdi de exiſtentia ipſius, vt paucis expediri, & explicari poſſit. Alexander verſiculo illo cito infine illius inquit, deſinere eſſe ſub ſpeciebus nulla facta in ipſo mutatione ſecundùm locum, aut alia, ſicut etiam nulla facta in ipſo mutatione incipit eſſe ſub ſpeciebus per conuerſionem panis, & vini in corpus, & ſanguinem ipſius. Pro hac ſententia citatur Marſilius in 4. q. 7. §. *His præmiſſis*, ad 6. ibi tamen ſolùm dicit, Chriſtum nõ incipere eſſe ſub ſpeciebus aliqua in ipſo facta mutatione, ſed aliquo in corpus, & ſanguinem eius mutato, ex hoc tamen ſequitur, cum deſinit eſſe ſub ſpeciebus, non mutari. Id tamen expreſſe docet Ledeſma in 1. par. 4. q. 17. art. 6. dub. 5. & 6. citatur etiam Caietanus in quæſt. præcedente, artic. 6. ille tamen ſolùm in principio commentarij inquit, aduerbium *Mobiliter*, quod habet S. Thomas in titulo articuli, & in corpore, cum reſpondet Chriſtum non eſſe mobiliter in hoc Sacramento, intelligi tam de mutatione, qua deſinit eſſe ſub Sacramento, quàm de mutatione, qua moueretur cum Sacramento: ex hoc tamen non licet colligere prædictam ſententiam, ſed Chriſtũ ex ſententia S. Thomæ, & Caietani non relinquere Sacramentum per motum ſecundũ locum, quo diſcedat ab eo, ſed corruptis ſpeciebus. Ex hoc autẽ neuter eorum negat aliud genus mutationis.

Marſilius. 57 Ledeſma. Caietanus. S. Thomas.

Vera igitur ſententia eſt, Chriſtum non deſinere eſſe in hoc Sacramento primarie per mutationem ſui, ita vt per illam deſerat ſpecies, ſed per corruptionem ſpecierũ, hoc eſt, primũ ordine ſecundũ naturam corrumpi ſpecies quam Chriſtus in illis deſinat eſſe: ideo enim deſinit, quia ſpecies corrumpuntur, non è cõtrario. Nihilominus negare nõ poſſumus, in ipſo corpore Chriſti eſſe mutationem aliquam ſecundũ rem, non quia nouiter adquirat aliquid, ſed qua amittat modum, quem ſupra diſputat. 190. cap. 3 & 4. diximus ipſum habere in Sacramẽto, per quẽ ſpeciebus vnitur, & preſens fit. Et in hoc fortaſſe ſenſu explicari poſſunt Doctores pro contraria ſententia allegati, vt non negent omnẽ mutationẽ, ſed eam, quæ ſit ad aliquid poſitiuũ. Tum etiam, vt dicant, per nullam mutationẽ Chriſtũ à Sacramento diſcedere. Quare cũ Guitmundus, & Algerus ſuperius allegati dicũt, corruptis ſpeciebus, vel alio modo applicatis, Chriſtũ propria virtute, vel Angelorũ miniſterio ſtatim in cœlum auolare, ſi intelligant de motu ſecundum locum, & per accidens, eorum ſententia defendi nequit. Quia, quamuis Chriſtus deſerat locum ſpecierum, non adquirit alium, ſed retinet, quem iam habebat in cœlo, & ita non mouetur ſecundum locum.

Vera ſententia.

Prius corrumpitur species quã deſinat Chriſtus eſſe in illis.

Guitmundus. Algerus. 53

Per ſolam miſtionem vini non conſecrati cum ſpeciebus abſque alia alteratione Chriſtum non deſinere eſſe in Sacramento.

CAPVT VI.

SPECIES Sacramenti non mõdo immutari poſſunt impreſsione cõtrariæ qualitatis vſque ad corruptionem, vt explicatum eſt; verum etiam miſtione alicuius extraneæ ſubſtantiæ non conſecratę, vt vini, vel alterius liquoris. Cũque dictum ſit, qua ratione ſpecies immutentur à contrarijs qualitatibus vſque ad corruptionem, propter quam Chriſtus deſinit eſſe ſub Sacramento, quod ſuper eſt, videamus, an ſola miſtione ſubſtantię non conſecratæ, ita ſpecies corrumpantur, vt ſub eis Chriſtus deſinat eſſe: in qua etiam difficultate non eſt eadem omnium ſententia. S. Thomas in art. 8. huius quæſtionis, inquit, per miſtionẽ liquoris non conſecrati cum ſpeciebus biſariam, ſpecies corrumpi poſſe, primum per immutationem, & alterationem: vt ſi aqua in magna quantitate miſceatur ſpeciebus, & eas ſecundum proprias qualitates ſuas immutet: deinde per ſolam diuiſionẽ, quę fit cum liquor, qui alteri infunditur, diuidẽs partes illius permeat per ipſum, & vtrouis modo ſpeciebus corruptis Chriſtum deſinere eſſe ſub illis. Eſt tamen, inquit, diſcrimen, quòd, quando ſpecies corrumpuntur per alterationẽ, loco ipſarum ſpecierum ſuccedit ſubſtantia ſimilis liquori non conſecrato, & eiuſdem naturę cum eo: cum vero corrumpuntur nulla alteratione præcedente, ſed ſola diuiſione, fit tertia quędam ſubſtantia, numero etiam diuerſa à liquore vtroque permiſto. Id vero, quod docet S. Doctor de miſtione liquoris, ſi fiat per omnem partem, aſſerit etiam, ſi fiat per vnam tantum exiguam, ita vt in ea ſolum deſinat eſſe corpus Chriſti. Eamdem ſententiam docuerat primo Alexander 4. p. q. 10. membr. 7. art. 7. §. 3. ad 3. & poſtea ſequutus eſt Maior in 4. d. 12. q. 4. dub. 3. in fine, ſi miſtio, & diuiſio mutua per minimas partes fiat.

59 Sententia ſancti Thomæ.

60 Alexander. Maior.

Soti opinio. Dominicus Sotus in 4. d. 10. q. 2. art. 8. docet primùm, ſi gutta ſpecierum cõſecratarum magnæ copiæ vini nõ conſecrati miſceretur, fore, vt maneret ſanguis Chriſti ſub gutta illa conſecrata, ſi vinũ conſecratum eſſet eiuſdem ſpeciei cum vino non conſecrato; nam, ſi eſſet diuerſæ ſpeciei, gutta illa ſpecierum facile poſſet à vino non conſecrato immutari, & corrumpi, ita vt ſub ea Chriſtus deſineret eſſe. Deinde docet, ſe verã exiſtimare opinionem S. Thomæ ea conditione, vt miſtio fieri poſsit per minimas partes: ſi enim hoc modo fieret, corrũperentur ſpecies conſecratæ, ac proinde deſineret eſſe Chriſtus ſub illis. Verum hoc modo fieri miſtionẽ ſpecierum conſecratarũ cum alio vino non conſecrato, cenſet impoſsibile.

Poſtremò docet, quocumque modo miſceãtur dictę ſpecies vini conſecratę, ſub vlla illarum non deſinere Chriſtũ eſſe; id autẽ nulla ratione probat; nihilominus ita aſſeueranter id affirmat, vt cenſeat, hunc eſſe Eccleſiæ ſenſum. Neque vero diſtinguit, vtrũ ad hoc ſpecies conſecratæ debeant eſſe eiuſdem ſpeciei, an etiam poſsint eſſe diuerſæ. 61

Paludanus in 4. d. 12. q. 5. art. 2. num. 14. & Capreolus eadẽ diſt. q. 1. art. 3. ad argumenta cõtra ſecundã concluſionẽ dicunt primum, ſi vinũ, quod infunditur ſpeciebus cõſecratis, non poſsit facilè miſceri, quia craſsioris ſubſtantiæ eſt, ita, vt nõ penetret per partes minimas, ſed ſola actione alterationis corrũpere poſsit ſpecies cõſacratas, non ſtatim deſinere eſſe ſub illis Chriſtum, ſed cũ per alterationẽ fuerint corruptæ: idque exiſtimare deber, quando ſpecies craſsiores ſunt, vinum autem quod infunditur ſubtilius, ſed propter earũ craſsitiem eas penetrare non poteſt. Deinde aſſerunt, ſi ſpecies conſecratæ, & vinũ, quod infunditur ſubtilis naturæ ſint, vt facile per minimas partes inuicẽ ſe penetrare, & miſceri poſsint, ſola panetratione, & miſtione illa ſpecies diſſolui, & Chriſtũ amplius non retinere (intelligunt autẽ, etiam ſi vinum, quod infunditur, ſit eiuſdem naturæ cum conſecrato) & hoc modo putant, in concordiam reuocari poſſe & opinionem S. Thomę, qui affirmat, ſola miſtione, & penetratione partium diſſolui ſpecies, vt Chriſtũ retinere nequeãt: & aliorum, qui oppoſitum aſſerunt, quam ſtatim referemus, & probabimus; cum tamẽ hoc pacto conciliari non poſsint. Capreoli, & Paludani iudicia. 62

Ricardi mens. Demum Ricardus in 4. d. 12. art. 4. q. 1. hũius difficultatis mentionem faciens, ex propria ſententia nihil definire videtur, ſed affert varias Doctorum opiniones, in poſteriori vero loco eam affert, quæ cum ſententia S. Thomæ ex parte conuenire videtur: nam inter alia in ea dicitur: ſi talis fiat infuſio vini, vt per minimas partes ſpecies, & vinum ſe ipſa penetrent, non manere ibi Chriſtũ: quia in minimis illis partibus conſecratis, quę ab

alijs

alijs consecratis diuisæ essent, non esset vera ratio Sacramenti: eoquòd per se sentiri non possent. Quæ fuit sententia Bonauenturę in eadem distinct.12.1.part.artic.2. ad vltimum, vbi eadem etiam ratione pro illius confirmatione vtitur. Cætera omitto, quæ hic Autor in prædictis opinionibus refert, hæc enim sufficiunt.

Bonauent.

63

Iudicij Autoris prior pars.

Mihi vero probatur sententia eorum, qui dicunt primum, quoties speciebus consecratis infunditur vinum, aut liquor non consecratus, & fit mistio communi ratione per solam partium diuisionem, & mutuam penetrationem, absque physica alia specierum immutatione, nullo modo desinere ibi esse Christū. Deinde tunc solum Christum desinere esse sub speciebus, quoties vinum, aut liquor infusus tantæ virtutis est, vt partem specierū, aut eas totas per alterationem, & physicam immutationem corrumpat. Addo etiam contra Sotum, eamdem omnino esse obseruandam rationem, vt asseramus, Christum manere sub speciebus consecratis, aut non manere, quando species consecratæ infunduntur alijs speciebus consecratis, ac si liquor non consecratus speciebus consecratis infunderetur, vel è contrario. Hanc sententiam sic in vniuersum intellectam tradit Durandus in 4. distinct.12.quæst.3. vbi nulla alia ratione videtur concedere corruptionem specierum consecratarum, vt sub eis Christus esse desinat, nisi per physicam immutationem, & alterationem, per quam substantia vini, si ibi esset, corrumperetur, siue liquor eiusdem naturæ, siue diuersæ speciebus consecratis misceretur. Hanc verò sententiam per diuersos liquores qui infundi possunt, sigillatim discurrentes, facile confirmare possumus.

Posterior. Nisi species physice immutentur nō desinit Christus in eis esse.

Durandus.

64

Primo ex infusione vini eiusdē speciei, & qualitatū ab autho. ritate.

Primum, si vinum non consecratum eiusdem omninò speciei, & earum qualitatum cū vino consecrato infundatur, vt si album albo, & rubrum rubro, nullo modo dissolui species consecratas, vt Christum in se amplius non retineant, probatur primum quia ex opposita sententia improbandus esset vsus, quē Ecclesia Romana antiquitus seruauit, vt refertur in libro, cui titulus est, *Ordo Romanus*, in quo antiquæ cæremoniæ Ecclesiæ Romanæ continentur. Nam in capite 4. quod incipit: *In nomine Domini incipit liber de Romano ordine, qualiter celebrandum sit officium*, dicitur in hunc modum, *Expleta confractione Diaconus minor, leuata de Subdiacono patena, defert eam ad Pontificem, vt communicet corpore Dominico, sed ipse Pontifex confirmatur ab Archidiacono in calice sancto* (hoc est, sumit sanguinem Christi) *de quo parum refundit Archidiaconus in maiorem calicem, siue schyphum, quem tenet Acolythus, vt ex eodem sacro vase confirmetur populus, quia vinum etiam non consecratū, sed sanguine Domini commistum sanctificatur per omnem modum.* Non quia putet Ecclesia, vinū non consecratum infusione illa specierum consecratarū ita cōsecrari, vt sub se Christū contineat; sed quia quadam ratione censetur totum vinum manere benedictum, vt eo quodam modo possit populus confirmari. Est enim concors Scholasticorum sententia, vinū non consecratum non posse consecrari, ita vt sub se contineat Christum sola infusione specierum consecratarum & mistione cū ipso, cum ad consecrationem verba requirantur. Quare nulla ratione credi potest, Ecclesiam aliquando oppositum sensisse. Cæterum ex prædicto testimonio constat, vsum antiquū in Ecclesia fuisse infundendi species consecratas in parua quantitate magnæ copiæ vini non consecrati, qui sanè vsus merito improbandus esset, si vera esset sententia contraria: nam infusione illa fieret, vt species consecratę sola diuisione ita dissoluerentur, vt amplius Christum sub se non continerent: esset autem manifestum sacrilegium, absque magna necessitate (qualis interuenit, quando calicem sanguinis vino sumpto, & aqua purificamus, & linteo tergimus, ne ibi maneant particulæ sanguinis) sola deuotionis gratia species dissoluere, & Christum ab eis separare.

65

Neque existimare licet, hac in re Ecclesiā tunc opinionem minus probabilem sequutā fuisse, cum hæc res ad substantiam ipsam sacramenti pertineat, circa quam Ecclesia certam sententiam sequutam fuisse credendum est. Eiusdem consuetudinis mentio fit in eodem libro capit.1. & 3. licet ibi non dicatur, totum vinum non consecratum infusione specierum consecratarum sanctificari. Improbādus esset quoque vsus Ecclesię Græce, in qua sacerdos post consecrationem calicis parum aquę infundit calici: sic enim fieret, vt aliqua ex parte dissoluerentur species consecratę per solam diuisionem.

66

Idem ostēditur ex ratione.

Ratione quoque manifesta ostendi potest, sola infusione vini eiusdem speciei, etiam si fiat diuisio per partes minimas, nullo modo dissolui species consecratas, vt Christum amplius non contineant. Quoniam tandiu species vini consecrati continent sub se sanguinem Christi, quandiu continerent substantiam propriam, neque vlla illius fieret corruptio; per huiusmodi autem infusionem nulla fieret corruptio, nec accidentia vini consecrati suam substantiam amitterent: ergo ne-

que ſub illis Chriſtus eſſe deſineret. Porrò autem facta ea infuſione fore, vt non corrumperetur ſubſtantia vini, manifeſtum eſt: nam iuxta doctrinam Ariſtotelis primo de generatione capite 10. textu 86. & 89. tunc non fieret vera miſtio, per quam producitur tertia ſubſtantia diſtincta: ad hoc enim genus miſtionis neceſſaria eſt phyſica aliqua immutatio: hic autem nullã eſſe ſupponimus, ſed ſolam partium diuiſionem. Tum etiam, quia nunquam fieret diuiſio ſpecierum in minimas partes abſque continuatione cum ſpeciebus vini non conſecrati eiuſdem naturæ, ſed ãdem eſſet illas diuidere inter ſe, & vnire cũ ſpeciebus vini non conſecrati: nam vinum non conſecratum diuideret, & penetraret partes ſpecierum conſecratarũ eo ipſo, quòd cum illis coniungerentur accidentia eius, ita vt coniunctio, & continuatio ſuorum accidentium cum ſpeciebus conſecratis eſſet cauſa diuiſionis, ſicut generatio vnius dicitur corruptio alterius: hęc autem diuiſio minima ſimul cum continuatione prædicta nõ poſſet eſſe cauſa corrumpendi ſubſtantiam ſpecierum conſecratarũ, ſi ibi eſſet; ergo neque ipſas ita diſſolueret, vt ſub illis amplius Chriſtus non eſſet. Porrò autem eam diuiſionem cum prædicta continuatione non fore cauſam corrumpendi ſubſtantiam ſpecierum conſecratarum, ſi ibi eſſet, manifeſtum eſt, & S. Doctor planè fatetur: neque enim in illa materia introduceretur forma alterius vini, quæ per ſolam phyſicam alterationem introduci poteſt. Et quidem forma diuerſæ ſpeciei non introduceretur, vt manifeſtum eſt: neque eiuſdem, quia ex vna ſubſtantia non fit alia ſolo numero diſtincta, & eiuſdem ſpeciei. Quod autem fieret vnum tertium vinũ per ſolam coagmentationem, & continuationem abſque phyſica corruptione, veluti ẽ contrario per ſolam diuiſionem ex vna ſubſtantia fiunt duæ, ſatis noneſt, vt dicamus, fore, vt per ſolam illam continuationem vini conſecrati cum ſpeciebus ſub illis Chriſtus non maneret; alioquin, etiam ſi per minima non fieret diuiſio, & continuatio, deſineret Chriſtus eſſe ſub illis, quia etiam eo modo fieret tertium quid per coagmẽtationem, & continuationem: & eadem ratione, quando ſpecies conſecratæ in duo diuiderentur, quia, ſicut per miſtionem fieret tertium quid, ita per diuiſionem ex vno fiunt duo, vel plura. Idemque dicendum eſſet, ſi ſpecies conſecrati vini ſpeciebus etiam conſecratis infunderentur, vt inferius oſtendemus, eſt enim eadem ratio. Neque obſtat id, quod quis obijcere poteſt, nempe, facta hac diuiſionẽ per minimas partes non poſſe manere ſpecies ſenſibiles in tam parua quantitate, ac proinde rationem Sacramenti non retinere: nam quamuis ſenſu diſcerni non poſſint ab alijs, quæ miſtæ cum illis ſunt; tamen re vera ſenſibiles manent, & ſimul cum alijs non minus quàm aliæ ſentiri poſſunt: nam omnes ſimul verè ſentiuntur eodem modo, ac ſi quælibet illarum per ſe ſentiretur, concurrunt enim ad eamdem operationem ſenſus, per quam ſentiuntur.

Ariſtotel. 67

68

Occurritur obiectioni.

69

Idem oſtenditur in infuſione vini diuerſę ſpeciei.

Deinde eadem ſententia probatur, ſi ſpeciebus conſecratis liquor diuerſæ ſpeciei infundatur, ſiue vinum rubrum (quod aliqui putant ſpecie differre) infundatur ſpeciebus vini albi conſecrati, aut vnum album diuerſi ſaporis, & coloris ſpeciebus vini albi alterius coloris, & ſaporis infundatur. Nam, cum duo vina hoc modo miſcentur per ſolam diuiſionem in minimas partes, niſi eam phyſica mutatio, & alteratio conſequatur, nullum illorum corrumpitur, neque ex illis fit tertium per corruptionem, ſed per ſolam continuationem. Idemque de alijs liquoribus diuerſæ naturę, ſi infundantur, dicendum eſt: ergo niſi talis fiat immutatio phyſica, vt per illam ſubſtantia vini conſecrati corrumperetur, Chriſtus ſub ſpeciebus conſecratis manet, quamdiu autem non fit talis phyſica commutatio, manet vtique ſignum ſenſibile, nam aliquo ſenſu aliquo modo percipi poteſt ſapor ſpecierum conſecratarum, ſi rectè guſtui applicentur, & hoc ſatis eſt, vt ibi dicatur permanere Sacramentum, iuxta ea, quæ diximus ſupra diſputatione centeſima ſeptuageſima prima, capite ſecundo. Quod ſi omnia vina eſſent eiuſdem ſpeciei, vt multi arbitrantur, nulla poſſet fieri corruptio, ſicut ſupra probatum eſt, ac proinde neque Chriſtus ſub illis eſſe deſineret, conſtat igitur ex dictis prima, & ſecunda pars noſtræ ſententiæ.

70

Poſterior pars veræ ſententiæ oſtenditur.

Poſtrema vero, quæ eſt contra Sotum ex dictis facilè conſtat, nẽpe, eãdem omnino eſſe rationẽ, quando ſpecies cõſecratę ſpeciebus conſecratis infunduntur ac ſi vinũ non conſecratũ ſpeciebus cõſecratis infunderetur. Nã ſpecies cõſecratę in cõſecratas eodem modo agent, ſicut agerẽt, ſi propriã vini ſubſtãtiã haberent: ac proinde eodẽ modo ſe corrũperẽt, ac ſi ſubſtãtia earũ adeſſet: ſi ergo exiſtẽte vino, hęc pars vini deſtrueret aliã, idẽ etiã efficiet pars ſpecierũ poſt conſecrationẽ in aliã partẽ: ac proinde ita illã corrũpet, vt Chriſtus ſub ea nõ maneat, quia idẽ omnino fit à ſpeciebus cõſecratis, qđ fieret à nõ cõſecratis.

Quare

Quare, ſi vna pars ſpecierum conſecratarum non poſſet aliam corrumpere, neque poſſet vna pars vini aliam deſtruere: eſt igitur eadem omnino ratio habenda, ſi infundatur vinum conſecratum ſpeciebus conſecratis, ac ſi infunderetur non conſecratum.

QUÆSTIO SEPtuageſima octaua, De forma Sacramenti Euchariſtiæ.

QVO Pacto forma in hoc Sacramento aſsignetur, vtrum ſolum pro ipſa conſecratione, quæ dici ſolet forma Sacramenti in fieri, an pro ipſo etiam Sacramento iam conſecrato, diximus ſupra diſputat. 167. capit. 4. vbi oſtendimus, eam ſolum aſsignari pro Sacramenti conſecratione, ſeu pro Sacramento inſieri. Quare, cum in titulo huius quæſtionis dicitur de forma huius Sacramenti, intelligitur conſecrationis, ſeu Sacramenti in fieri.

ARTICVLVS I.

Vtrum hæc ſit forma huius Sacramenti, Hoc eſt corpus meum, & Hic eſt Calix ſanguinis mei.

EX Doctrina huius articuli colligitur concluſio affirmans. Diſcrimen autem, quod Sanctus Doctor aſsignat inter hoc Sacramentum, & alia, ac proinde inter formam huius Sacramenti, & aliorum, iam nos ſupra ſatis explicauimus diſput. 167. cap. 3. Quare id, quod in ſolutione primi ipſe docet, ſequente diſputatione ſolum examinabimus.

Vtrum Chriſtus ipſis verbis conſecrationis benedixerit panem, & vinum, & conſecrauerit, an aliam benedictionem, & gratiarum actionem verbis conſecrationis præmiſerit. Diſputat. 196.

De gratiarum actione, & benedictione, qua Chriſtus fuit vſus in hoc Sacramento, Doctores varie ſentiunt. Cap. 1.

Chriſtum non ſolum Deo gratias egiſſe, ſed etiam panem, & vinum ante conſecrationem benedixiſſe, vera ſententia eſt. Cap. 2.

Poſt gratiarum actionem, & benedictionem, ante conſecrationem ipſam, Chriſtum panem fregiſſe. Cap. 3.

Vnum calicem fuiſſe etiam apud Lucam 22. cap. quem Chriſtus in cœna benedixit, & conſecrauit, illud tamen, Non bibam de generatione vitis; *ad alium calicem referri, putat noſter Maldonatus. Cap. 4.*

Non ſolum vnius tantum calicis mentionem feciſſe Lucam cap. 22. ſed etiam illa verba: Non bibam, &c. *ad illum ſolum retuliſſe efficaciter contra Maldonatum probatur. Cap. 5.*

Quid per generationem vitis, & quid per nouum vinum, quem Chriſtus bibiturus erat in Regno Dei, intelligatur. Cap. 6.

De gratiarum actione, & benedictione, qua Chriſtus fuit vſus in hoc Sacramento, Doctores varie ſentiunt.

CAPVT I.

TRIA Apud Euangeliſtas legimus Chriſtum feciſſe, cum hoc Sacramentum inſtituit, nempe gratias egiſſe, benedixiſſe, & verba, quibus nunc vtimur ad conſecrandum, protuliſſe. De ordine tamen eorum, & diſtinctione non leuis eſt inter catholicos etiam concertatio, & diſſenſio. Referam igitur priusvarias ipſorum opiniones circa benedictionem ipſam, & gratiarum actionem, vt deinde facile etiam deducam, quo pacto Chriſtus conſecrauerit. Prima ſententia ſit, Chriſtum quidē benedixiſſe panem, & vinum, non tamen alio modo, neque alijs verbis, niſi conſecrationis: ita vt idem fuerit benedictio, & conſecratio, ac proinde verbis illis, *Hoc eſt corpus meū*, & illis *Hic eſt calix*, &c. panem, & vinum benedixerit. Iuxta hanc verò ſententiam, licet gratiarum actio diſtinguatur à benedictione, benedi- 1

Status quæſtionis.

Prima opinio.

benedictio tamen distinguenda non est à consecratione. Prædictam opinionem sequũtur Scholastici non pauci: S. Thom. in hoc articulo ad primum. Alexander 4. part. quæst. 10. membro 4. artic. 2. §. 2. Durand. in 4. dist. 8. quæstion. 2. memb. 23. Marsilius in 4. quæstion. 6. artic. 1. 2. part. artic. ad primum dubium. Gabriel lection. 36. in canonem litera C. vbi in quæstione ab eo proposita id supponit vt verum, & in litera D. idem quoque planè docet. Consentiunt Theologi Catechismi Pij V. titulo de Eucharistia. Hugo de Sancto Caro Cardinalis in illud Marci 14. *Hoc est corpus meum, &c.* Nicolaus de Lyra in illud 1. ad Corinth. 11. *Et gratias agens fregit, & dixit*, Allegãtur quoq; pro ea Rhemigius in capit. 10. primæ ad Corinthios, Brunus in capit. 11. eiusdem epistolæ, & Bessarion in libello de verbis consecrationis, quos ego nõ legi. Huius autem sententiæ non infirmum videtur esse fundamentum, quia verba consecrationis vere dici possunt benedictio ipsius panis, & vini; si ergo hac ratione explicare possumus, Christum benedixisse panẽ, & vinum, non est cur aliam benedictionem excogitemus: neque enim vllus ostẽdere potest, quibus alijs verbis Christus benedixerit. Porrò, benedictionem in verbis consistere, manifestum est. In verbis autem consecrationis positam esse, probatur primum ex Paulo 1. ad Corinth. 10. cum ait: *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?* Deinde ex Patribus, nam Iustinus in secunda apologia vocat hoc Sacramẽtum εὐχαριστηθεῖσαν τροφην, hoc est cibum gratiarum actione benedictum, seu consecratum. Et eodem modo Græcè loquutum fuisse Irenęum lib. 4. cap. 34. & 35. cum eius interpres Latinè dixit: *Panem, super quem gratiæ actæ sunt*, verisimile est. Demum Autor sermonis de cœna Domini apud Cyprianum idem denotare videtur, cum ait: *Panis iste substantialis, & calix benedictione solenni sacratus ad totius hominis vitam, salutemque proficit.* Porrò huic sententiæ nihil videtur obstare: nã, quòd Euangelistæ prius narrent, Christum benedixisse panem, deinde fregisse, & postrẽmò verba illa consecrationis dixisse, non est ita intelligendum (inquit S. Thomas) vt eo ordine hæc facta intelligantur, sed participium illud, *Dicens*, cum reliquis illis verbis, *Hoc est corpus meum*, referendum proximè est ad illud, *Accipiens panem, benedixit*, vt sensus sit, accipiens panem, benedixit dicens, *Hoc est corpus meum.* Vel accipi potest (inquit idem S. Doctor) participium concomitanter cum reliquis, quæ narrantur, vt sensus sit, dũ benediceret, frangeret, & daret discipulis, dixit, *Hoc est corpus meum*. Demum confirmari potest hæc sententia, & prior expositio ex illis verbis Pauli 1. ad Corinth. 11. *Accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit.* Nam agere gratias eo loco pro benedictione ipsa vsurpatur, vt inferius videbimus.

S. Thomas. Alexander. Durandus. Marsilius. Gabriel. Catechismus Pij V. Hugo de S. Caro. Lyra. 2 Remigius. Brunus. Bessarion. Fundamentum. 1. Ad Cor. 11. Item probatur ex Patribus. Iustinus. Irenæus. Pseudo Cyprianus. 3 S. Thomas.

Verum hæc sententia mihi non probatur, atque iam in Scholis ferè nullus eam sequitur. Primum quidem quòd Patres Concilij Tridentini sessione 13. cap. 1. oppositum planè significent, cum dicunt. *Cum post panis vinique benedictionem, se suum ipsius corpus illis præbere, ac suum sanguinem dissertis, ac perspicuis verbis testatus est.* Sentiunt igitur, post benedictionem dicta fuisse verba, quibus Christus se suum ipsius corpus Apostolis præbere significauit. Hæc autem sunt verba cõsecrationis: si autem verbis consecrationis benedixisset, nulla ratione post benedictionem dicta fuissent. Deinde idem colligitur ex ordine narrationis Euangelicæ: nam vt distincta narrant Euangelistæ benedictionem panis, aut calicis, seu gratiarum actionẽ à verbis consecrationis. Matthæus capit. 26. inquit: *Accepit Iesus panem, & benedixit, fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum.* Similia habet Marcus 14. cap. & Lucas 22. Quem ordinem maximè confirmat vsus Ecclesiæ: nam sacerdos consecraturus imitatione Christi præmittit benedictionem quamdam communem cõsecrationi. Neque obstant, quæ pro præcedẽte opinione afferebantur; nam, quòd non constet nobis, quibus alijs verbis Christus ante consecrationem benedixerit panem, non satis est, vt dicamus, non alijs verbis benedixisse, nisi consecratorijs, cum aliunde colligamus, eum benedictionem consecrationi præmisisse. Quid autem sit benedictio, inferius explicabitur. Quod vero ex Patribus afferebatur, parum etiam probat: nam Iustinus, & Irenęus non vocant Eucharistiam cibum benedictione consecratum, sed super quem gratiæ actæ sunt, & quamuis gratiæ agantur super alios cibos, nihilominus peculiari ratione ob peculiares gratias, quæ super hunc cibum consecrandum aguntur Deo, rectè per antonomasiam dicitur cibus, super quẽ gratiæ actæ sunt. Eadem ratione dicitur à Paulo calix sanguinis, calix benedictionis ob peculiarem benedictionem, quæ consecrationi præmittitur à sacerdote, & à Christo præmissa fuit: vel, si ob ipsam consecrationem ita dicatur, eo quod ipsa etiam consecratio benedictio appelletur, ob id negare non possemus, aliam benedictionem consecrationi à Christo

Denique ex Paulo 1. ad Cor. 11.

Reijcitur prædicta opinio primo ex Tridentino. 4

Secũdo ex narratione Euangelistarũ. Matth. 26. Marci 14. Luc. 22. Fũdamentis contrarijs sit satis. 5

Primo rationi.

Secundo Patribus.

Tertio Paulo. 6

Quarto pseudo Cypriano.

Christo fuisse præmissam. Autor verò libri de cœna Domini apud Cyprianũ, vel ideò dixit, panem solenni benedictione sacrari, quia ipsa verba consecrationis non inepte benedictio etiam vocari possunt; ob id tamen nõ negat, aliam benedictionem à Christo fuisse præmissam: vel quia nomine benedictionis intellexit totum id, quod benedictioni inea solenni actione additur.

Denique congruentiæ.

Demum, quòd dicebatur posteriori loco ad idem probandum, nempe, nihil esse in Scriptura, quod cogat, vt distinguamus benedictionem vllam à consecratione, quia illud, *Dicens; Hoc est corpus meum*, referri optime potest ad illud, *Benedixit*, &c. nihil etiam probat. Iam enim ostendimus ex ipso contextu Euangelistæ, benedictionem quamdam consecrationi à Christo fuisse præmissam. Porrò autem illa verba, *Dicens; Hoc est*, &c. non posse referri ad illud, *Benedixit*, neque in Euangelistis, neque in illo loco Pauli, quem citauimus, probatur. Quia Euangelistæ pro, *Benedixit*, & Paulus pro illo *Gratias agens*, vtuntur participio præteriti, εὐχαριστήσας, ac si Latinè dicat, *Et cum benedixisset, aut gratias egisset, accepit panem*, &c. hoc autem modo referri non potest illud, *Dicẽs; Hoc est*, &c. ad illud, *Benedixit*. Adde, quod cum verba illa, *Dicens, Hoc est corpus meum*, non sint gratiarum actionis, referri nõ possunt in Paulo ad illud, *Gratias agens*.

7

Secunda opinio.

Secunda sententia omnino opposita est, gratiarum actionem, & benedictionem, quę præcelit consecrationis verba, & eorum effectum, & à consecratione ipsa distincta fuit, idem omnino fuisse: non quia simul esset gratiarum actio quæ fieret Deo, & benedictio panis, sed quia quacumque gratiarum actione benedicimus Deum, & ita est benedictio non rei, super quam gratias agimus Deo, sed ipsius Dei. Ex qua sententia sequitur, Christum non benedixisse panem, sed Deum, gratias agendo ei. Ita docuit Armacanus lib. 9. quæstionum contra Armenios cap. 5. & videtur consentire Caietanus in illud Matth. 26. *Accepit Iesus panem, & benedixit*, addit enim ipse, *Benedictione laudis, non consecratione*, probat autem, quia Lucas cap. 22. & Paulus 1. ad Corinth. 11. pro benedictione vtitur gratiarum actione. Adde etiam Titelmanum in eumdem locum Matth. 26. vbi benedictionem cum gratiarum actione cõfundit. Illud enim *Benedixit*, explicat hoc modo, *id est, Gratias egit Patri cœlesti*. Vtrũ autẽ ipsam gratiarum actionem dicant fuisse benedictionem panis, an Dei, sicut dixit Armacanus, nõ explicant. Allegant quoque Recentiores alii qui pro hac sententia Bedam in cap. 14. Marci, Glossam ordinariam in cap. 26. Matth. & Iansenium cap. 131. suæ concordiæ Euangelicæ, & Bonauenturam in 4. distinct. 8. 1. parte distinctionis, artic. 2. quæst. 3. ad 1. & Sotũ distinct. 13. quæst. 1. artic. 2. ad 1. Verum Beda, Glossa, & Sotus nihil de hac re agunt in illis locis. Bonauentura vero solum contẽdit distinguere benedictionem panis à consecratione eius; de distincti ne autem benedictionis à gratiarum actione nihil omnino habet. Iansenius vero tertiam, & probabiliorẽ sequitur sententiam, quam nos sequenti capite confirmabimus. Mitto enim sententiã, quę quibusdam vt tertia tribuitur, quod asserãt, gratiarum actionem distingui à benedictione, & benedictionem idem esse cum consecratione: & ita cum prima sententia conueniunt. Hæc verò, quam secundo loco recensuimus hac solaratione probari potest, quia verba Græca εὐχαριστεῖν, & εὐλογεῖν, quibus Euangelistæ vtuntur, quorum prius Latinè, est, *Gratias ago*, posterius vero *Benedico*, pro gratiarum actione solùm etiam sumuntur: nam & gratias agere est benedicere, nempe, Deo cui gratias agimus. Cum igitur nullibi legamus, Christum panem benedixisse, nulla est ratio, ob quam dicamus, & gratias egisse Patri, & panem benedictione à consecratione distincta benedixisse.

Armacan. Caietanus. Matt. 26.

Luca 22. 1. ad Cor. 11. Titulman.

8

Beda. Glossa ordin. Iansenius. Bo nauen tura. Sotus.

9

Christum non solum Deo gratias egisse, sed etiam panem, & vinum ante consecrationem benedixisse, vera sententia est.

CAPVT II.

Primũ ob seruandi.

VT Veram in hac re sententiã proferamus præmittendum in primis est, ex duobus illis verbis Græcis, quę in fine præcedentis capitis recensuimus vnum in locum alterius frequenter in Scriptura substitui. Caluinistæ, vt refert noster Maldonatus in cap. 26. Matth. versi. 26. §. *Et benedixit*, verbũ, εὐλογεῖν, Latinè, *Benedico*, pro εὐχαριστεῖν, *Gratias ago*, subrogari putãt. Ipse vero Maldonatus è cõtrario. Ego vero censeo, aliquãdo vnũ pro altero subrogari non posse; interdum tamen non tantum vnum in locum alterius, sed etiã è contrario posse substitui; eoquòd hæc duo comparentur sicut species, & genus, sicut magis

Maldonat.

Quomodo se habeant inter se gratiarum actio, & benedictio.

magis commune, & minus: nam omnis gratiarum actio eſt benedictio, nempe, eius, cui agũtur gratiæ, ſicut conſtat Thobiæ 12. vbi dicitur: *Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam.* Nam confeſsio hoc loco idem eſt, quod gratiarum actio pro miſericordia à Deo accepta. Tobiæ 12.

10 Mitto alia teſtimonia, in quibus benedicere Deum, idem eſt, quod laudare ipſum: nam, ſicut benedictio ponitur pro gratiarũ actione, ita etiam ponitur pro laude Dei, quæ & poteſt continere gratiarum actionem, & ſine illa fieri. E contrario verò non omnis benedictio eſt gratiarum actio: nam, vt proximè dicebamus, laudare Deum eſt ipſum benedicere, & tamen laus poteſt eſſe ſine gratiarum actione. Sicut igitur genus poteſt poni pro ſpecie, & ſpecies pro genere maioris explicationis gratia, vt commune ſpeciatim explicetur: ita etiam duo prædicta verba ſe habẽt, vt vnum pro altero, & é contrario ſubrogetur. iuxta materiam verò, circa quam benedictio verſatur, diiudicandum eſt, vtrum ſit benedictio laudis, an gratiarum actionis.

Secundũ. Deinde notandum eſt, in nullo Euangeliſta duo illa verba ſimul contineri, cum agitur de conſecratione panis aut vini, ſed alterum ſolum, nempe, aut εὐχαριστεῶ, *Gratias ago*, aut εὐλογεῶ, *Benedico*, Matth. cap. 26. & Marcus cap. 14. cum mentionem faciunt panis vtuntur ſolum participio verbi εὐλογεῶ, hoc eſt, *Benedico*, nempe εὐλογήσας, ac ſi Latine dicant, *Cum benedixiſſet panem*. Cum vero mentionem faciunt calicis, vtuntur participio ſolum εὐχαριστήσω Latinè, *Cum gratias egiſſet*, à verbo, quod eſt *gratias ago*. Quare Eraſmus plànè errauit, cum in ſuo textu Græco Matth. 26. in priori loco, vbi ſermo eſt de pane, poſuit participium hoc εὐχαριστήσας, & Latinè tranſtulit, *Et cum egiſſet gratias*. Cũ tamen non hoc participium, ſed prius nempe εὐλογήσας, in omnibus codicibus habeatur, in Marco vero nullam Eraſmus mutationem fecit. Verum apud Lucam capit. 22. vtrobique, tam cum de pane, quam cum de vino ſermo eſt, ſolum eſt participium εὐχαριστήσας, Latinè, *Cum gratias egiſſet*. Nam Lucas bis meminit calicis; primum, antequam de pane loqueretur, deinde, poſtquam de pane loquutus eſt, & in priori loco vſus eſt eo participio, quod diximus; verba autem conſecrationis calicis non memorauit: in poſteriori autẽ loco verba conſecrationis poſuit; participio autem vſus non eſt, neque vllo alio, quo aut benedictionem, aut gratiarum actionem denotaret. Porrò in vtroque loco meminiſſe calicis ſacri, & non alterius, infrà oſtendemus. Similiter etiam Paulus 1. ad Corinth. 11. ſolum vſus eſt participio illo εὐχαριστήσας, Latine, *Cum gratias egiſſet*, cum agit de conſecratione panis: nam cum de calicis conſecratione meminit, neutro participio vſus eſt. Matth. 26. Marc. 14. 11 Eraſmus. Lucæ 22. Paul. 1. ad Corint. 11.

Poſtremo obſeruandum eſt, Matthæum, & Marcum his duobus participijs diuerſis noluiſſe diuerſa, ſed idem prorſus ſignificare, vt etiam notauit Catherinus in quæſtione illa, *Quibus verbis Chriſtus confecit, &c.* nempe, eãdem benedictionẽ nõ panis, aut calicis, ſed Dei, quæ eſt gratiarum actio, & quam nomine benedictionis diximus, iure optimo ſignificari: neque enim credi facilè poteſt in vno loco mentionem feciſſe benedictionis panis, & non gratiarum actionis factę à Deo; in alio vero loco ſolum gratiarum actionis Deo factę: cur enim hæc duo hoc modo diuiderent? Cumque vtrumque participium pro eodem vſurpari poſsit: atque gratiarum actione tam ſuper panem, quam ſuper vinũ Chriſtus vſus fuerit, quis non videat, vtrumque Euangeliſtam per benedictionem ſolam gratiarum actionem intelliexiſſe? Tertium. Matth. Marc. Catherinus. 12

His præmiſsis exiſtimo, Chriſtum non ſolum gratias Deo egiſſe ſuper panem, & vinum, ſed vtrũq; etiam peculiare benedictione diſtincta à gratiarum actione, & conſecratione benedixiſſe. Quam quidem ſententiã plànè ſequutus eſt Ianſenius cap. illo 131. cõcordiæ Euangelicæ, & Dominicus Sotus in 4. diſtinct. 11. quæſtion. 1. articul. 2. poſt medium. Eam vero mihi perſuadeo, non quia vtriuſque mentio fiat in Euangelio, quia (vt dixi) ſolum fit mentio benedictionis, quæ fuit facta Deo per gratiarum actionem; ſed quia hoc fuit ſemper in more poſitum, vt cũ fieret gratiarum actio Deo ſuper rem aliquã, benedictio ipſius rei ſtatim conſequeretur, præſertim in cibo, & potu. Id quod manifeſtè indicat Paulus 1. ad Thimot. 4. cum ait: *Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendũ, quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.* Cum enim dicit, id, quod ſumitur cum gratiarum actione, ſanctificari per verbum Dei, & addidit, *Per orationem*, explicans, quale ſit verbum ſanctificans, apertè indicat, præter gratiarum actionem eſſe aliam benedictionem rei, per quam illa ſanctificetur; hãc autem fieri per inuocationem Dei ſuper illam, quæ eſt oratio. Quocirca, vbicumque legimus, Chriſtum gratias Patri egiſſe ſuper rem aliquam, neque alterius benedictionis mentionem, maximè ſuper cibum, & potum, intelligere debemus, poſt gratiarum actionem orationem præmi- Chriſtus benedixit panem, & vinum actione diſtincta a conſecratione, & gratiarum actione. Ianſenius. Sotus. 13 Ratio. Paul. 1. ad Thimoth. 4. 14

præmiſiſſe, quæ eſſet ipſius rei benedictio; & ita hac etiam vſum fuiſſe antequam panẽ, & vinum conſecraret. Et ita cũ Matth. 15. de ſeptem panibus, & duobus piſcibus ait εὐχαριστήσας, & Marcus capite 8. de panibus εὐχαριστήσας, ideſt, *Cum gratias egiſſet*, de piſcibus vero εὐλογήσας, ideſt, *Cum benedixiſſet*, intelligendum eſt de ſola gratiarum actione, ſicut præcedentia teſtimonia ſumus interpretati; ita tamen vt dicamus, eam gratiarum actionem, quæ fuit benedictio Dei, conſequutam fuiſſe benedictionem ipſorum piſcium, & panum. Quod autem Caluiniſtæ, vt memorat noſter Maldonatus, contendunt, gratiarum actionem referendam eſſe ad calicem, ſtultum planè eſt, quia gratiarum actio ad res inanimatas referri nequit: quis enim agat gratias vino, aut pani? Porrò licet ſatis familiare fuerit Iudæis gratias agere ante cibi cuiuſcumque ſumptionem, & benedictionem ipſius cibi præmittere; tamen in præſenti peculiarem modum actionis gratiarum, & benedictionis diſtinctum à conſecratione ipſa Chriſtum aſſumpſiſſe, dubitandum non eſt. Et ita merito putatur, factam fuiſſe mentionem huius benedictionis ante inſtitutionem huius Sacramenti in ipſa gratiarum actione, quòd peculiaris fuerit; cum tamen non omnium aliarum, quas ante cibum Chriſtus præmiſit, Euangeliſtæ meminerint, eoquòd peculiari ratione talis gratiarum actio, quam ſubſequuta eſt benedictio, præmiſſa fuerit; non quidem, quæ præmitti ſolebat ante ſumptionem cibi: hæc enim fiebat initio cœnæ, Chriſtus autem inter cœnandum panem, & vinum præmiſſa gratiarum actione benedixit, ſed propter futuram conſecrationẽ tanti Sacramenti: quod hæretici Caluiniſtæ negant contendentes, non niſi communi ratione iuxta conſuetudinem patriæ præmiſſam fuiſſe benedictionẽ, & gratiarum actionem, ſicut ſumptionialiorum ciborum præmitti ſolebat. Conſtat igitur, gratiarum actionem, & benedictionem panis, & vini diſtinctas inter ſe fuiſſe. Vtramque vero à conſecratione etiam fuiſſe diuerſam, patet ex cap. præcedente.

Matt. 15. Marc. 8.

15

16

Poſt gratiarum actionem, & benedictionem ante conſecrationem ipſum Chriſtum panem fregiſſe.

CAPVT III.

RESTAT, Vt de fractione pãnis aliquid dicamus: nam Euangeliſtæ non ſolum dicunt, Chriſtum gratias egiſſe Patri ante conſecrationem, ſed videntur etiã aſſerere, prius panem fregiſſe, & poſtea conſecraſſe. Et primùm quidem de fractione ipſa putat noſter Maldonatus in capit. 26. Matthæi verſu 26. non communi cæremonia, qua Paterfamiliàs, vt referunt Hebræi, initio cœnę agni panem diuidere conſueuerat, Chriſtum fregiſſe panem, & diſcipulis dediſſe, ſed ideo Euangeliſtas fractionis panis meminiſſe, aut quia Chriſtus tunc fregerit panem, quem frangere non ſolebat, aut quia tunc peculiari modo fregerit: modum autem peculiarem non putat fuiſſe meo, vt manibus, aut cultro frangeretur, quia vtrouis modo frangi potuiſſe cenſet, ſed alia peculiari ratione. Probat autem, peculiari modo Chriſtum vſum fuiſſe, cũ panẽ fregit, quia ob hãc cauſam duo diſcipuli euntes in Emaus ipſum dicuntur in fractione panis agnouiſſe: nam ſi communis ſolum eſſet cęremonia, non ſatis eſſet, vt ea tanquam indicio Chriſtus à diſcipulis agnoſceretur. Verum non explicat, quis nam fuerit ille peculiaris modus frangendi panem. Præterea non explicat, vtrum Chriſtus antequã panem frangeret, illum conſecrauerit, an cõſecratum iam diuiſerit. Gabriel autem in lectione 36. in canonẽ litera D. exiſtimat, Chriſtum prius panem conſecraſſe, quam fregiſſe, licet ordine inverſo Euangeliſtæ id narrare videantur.

Opinio Maldonati.

17 Fundamẽtum.

Mẽs Gabrielis.

Ego vero cenſeo primũ, licet in cœna agni Paſchalis fuiſſet mos Iudęorum, ſicut referunt Rabbini, vt Paterfamiliàs panem azymum proprijs manibus prius diuideret, & benediceret; tamen hunc morem in omni genere cœnę, & prandij ab Hebræis nõ fuiſſe ſeruatum. Cumque Chriſtus corpus ſuũ non conſecrauerit in cœna agni, ſicut ſupra diſp. 172. capit. 9. probatum eſt, cõſequitur, Chriſtum panem conſecratum non fregiſſe, vt morem patriæ ſeruaret, quem initio prandij, aut cœnę, aliqui putant, ſeruari conſueuiſſe. Porrò autem, Iudęos non ſeruaſſe morem illum in omni genere prandij, & cœnę, ideò mihi ſuadeo, quia ex nullo Autore probato oppoſitum colligi poteſt: tum etiam, quia non eſt facile creditu, omnes eiuſdem familię ex eodem pane ſolitos ſemper fuiſſe manducare.

Indicium Autoris circa fractionem ipſam panis.

18

Præterea, quod attinet ad modum frangẽdi, & diuidendi panem, ego non video, quo pacto

pacto ſecundum ſe peculiaris eſſe potuerit, neque id facile explicari poteſt, potuit tamẽ dici peculiaris ratione eorum, quæ ſimul fiebãt, hoc eſt, ratione peculiaris benedictionis, gratiarum actionis, & conſecrationis, quæ in hac ſola fractione panis reperirentur. Quare cum dicuntur diſcipuli agnouiſſe Chriſtum in fractione panis, iuxta hunc modum philoſophandi intelligendum eſſet non de ſola fractione ſecundùm ſe, ſed ratione concomitantium.

19 Quibus de cauſis vteretur Chriſtus fractione panis cum diſcipulis. Matt. 14. Marc. 6. Lucæ 9. Ioann. 6.

Demum pronuncio, Chriſtum nunquam vſum in cœna, aut prandio cum diſcipulis fractione panis, niſi vna ex duabus cauſis, aut quia non ſatis haberent panis ad manducandum, aut quia corpus ſuum conſecrare voluit, & diſcipulis ſuis diſtribuere: ob priorẽ cauſam vſus eſt Matth. 14. & Marci 6. & Lucæ 9. & Ioann. 6. cum ex quinque panibus pauit quinque millia virorũ, vt fractione ipſa illis oſtenderet virtutem ſuam, qua panes illos multiplicauit: ob poſteriorem autem cauſam fregit panem Matth. 26. & Marc. 14. & Lucæ 22. vt ipſa fractione diſcipulis ſuis ſignificaret effectum peculiarem Sacramenti, quod ſtatim operaturus erat, nempe vnionẽ, eoquòd ex eodem pane manducaturi, ſicut etiam ex eodem calice bibituri eſſent. Et ideò exiſtimo, hunc peculiarem morem frangendi panem inter plures Chriſtum ſemper retinuiſſe: atque à diſcipulis euntibus in Emaus Lucæ 24. in ipſa fractione panis agnitum fuiſſe, quòd nunquam ea vteretur in cõmuni menſa, ſed in ſola Euchariſtiæ adminiſtratione.

Matt. 26. Marc. 14. Lucæ 22.

Lucæ 24.

Quã do diſcipuli in Emaus cognouerũt Chriſtum in fractione panis?

Dico autem, Chriſtum agnitum fuiſſe à diſcipulis in ipſa fractione panis, non ratione verborum conſecrationis, quibus ſtatim poſt fractionem vtebatur: hoc enim difficilè non erat neque peculiare aliquid contineret, ſed in ſola ipſa fractione panis ſecundum ſe, antequam prædictis verbis ad conſecrandum vteretur, in qua nondum videbatur aperte manifeſtatus. Ideò autem agnitus in ea fuit, quia diſcipuli videntes eum ex eodem pane velle ipſis partes miniſtrare intellexerunt illam diuiſionem præparationem eſſe ad hoc Sacramentum, quod ab eo ſolo hoc modo inſtitutum erat. Puto autem hoc peculiare fuiſſe huic fractioni, vt quoties illa Chriſtus vſus eſt, in tot fruſtra prius panem diuideret, quot erant ex illo communicaturi, & ideò in ea, de more cognoſci facile potuiſſe. Ex quo etiam infero, illud Actorum 2. *Erãt autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione, & fractione panis*: planè intelligendũ eſſe de communicatione huius Sacramenti.

20

Actor. 2.

Porrò autem in communi menſa Chriſtum nunquam alijs fregiſſe panem, inde mihi ſuadeo: quia nulla ratio cogit, vt credamus, vnũquemque conuiuarum ſuum panem non habuiſſe ad comedendum, ſed à Chriſto fruſtrum panis accepiſſe, ſicut puerià patre ſuo in menſa accipere ſolent. Porrò autem hoc loco Chriſtum conſecraſſe, autoritate Patrum confirmabimus infra diſp. 216. cap. 2.

Quod vero attinet ad ordinem, ego etiã exiſtimo, Chriſtum prius panẽ fregiſſe, quã conſecraſſe: tum quia hoc modo rectè conſtant ea, quæ diximus de peculiari more frangendi panem quo Chriſtus in hoc Sacramẽto vtebatur: tum etiam quia cum hoc modo ſyncere poſſimus explicare textum Euangeliſtarum, qui omnes præmittere planè videntur fractionem conſecrationi, vt ex verbis eorum, & ex ijs, quæ in canone Miſſæ dicuntur, plane conſtat; nec vlla ratio oppoſitum nos aſſerere conuincat: fruſtra ad anticipationem confugiemus, conſecrationem fractioni præmittere volentes. Matthæus 26. capit. dicit: *Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: accipite, & comedite; Hoc eſt corpus meum.* Scio aliquando Euangeliſtas per anticipationẽ, vt dixi, narrare ſolitos aliqua prius, quę poſterius facta ſunt; verum hæc anticipatio non niſi magna vrgente ratione in Euãgelij narratione admittenda eſt: hic autem nulla ratio vrget, vt eam admittamus. Hanc ſententiam de ordine fractionis & conſecrationis ſequuti ſunt Sotus, & Ianſenius locis allegatis in præcedente capite. Bonauentura in 4. diſtinct. 8. 1. part. artic. 2. quæſt. 3. ad ſecundum: quinimo & Clemens Romanus lib. 8. conſtitutionum cap. 12. non longiùs à fine, vbi de Chriſto inquit: *In qua nocte tradebatur, cum accepiſſet panem ſanctis, & abomni labe puris manibus ſuis, ſuſtuliſſetque oculos ad te Deum ſuum, ac Patrem, ac fregiſſet, dedit diſcipulis, dicens; Hoc eſt, &c.* Neque video opus eſſe, plures in hanc ſententiam referre. Quamuis autem Chriſtus prius panem diuiſerit, dicendum non eſt, pro ſingulis partibus ſigillatim verba conſecrationis protuliſſe, ſed ſuper omnes particulas ſimul, quas in patena poſuit, vt inde ſinguli ex diſcipulis ſingulas acciperent. Ex quo etiam facile fieri poterat, vt nulla, vel minima particula periret, quæ à diſcipulis, aut ab ipſo Chriſto non cõſumeretur. Porrò, Chriſtum non ingeſſiſſe in os ſingulorum Apoſtolorum ſingulas particulas, ſed Sacramentum illis porrexiſſe, ita vt proprijs manibus quiſque ſuam partem acciperet, ſicut etiam ex calice non ſuis manibus

Prius fregit Chriſtus panẽ quam conſecraret.

21

Matth. 26.

Sotus. Ianſenius. Bonauent.

Clemens Romanus.

22 Super omnia tradita panis ſimul Chriſtus verba protulit.

Apostoli manibus suis acceperunt panem consecratum à Christo.

bus illis propinauit, sed eis ipsum tradidit, vt suis ipsorum manibus accipientes inter se illum diuiderent, suadent primum verba illa, quibus omnes Euangelistæ vtuntur, *Accipite, & comedite*. Deinde id probat antiquus Ecclesiæ mos: nam, vt memorauit Tertullianus libro de idololatria capite septimo numero trigesimo primo, & trigesimo secundo, sicut in annotationibus illius loci obseruauit Pamellius, & Cyrillus Hierosolymitanus, Catechesi sexta mystagogica sub finem. antiquitus sacrum Christi corpus in manus fidelium tradebatur. Id quod indicat etiam Concilium Toletanum primũ canone decimo quarto, vbi dicitur, *Si quis acceptam à sacerdote Eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur*. Vbi distinguuntur accipere Eucharistiam, & eam sumere, cum dicitur acceptam sumere; quasi prius in manibus acciperetur, deinde ore sumeretur: tametsi iam crescente populo fidelium, meliore consilio Ecclesia non in manus, sed in os Sacramentum dare consueuerit, quod minus periculi, & multo plus reuerentiæ id haberet. Postremo denique peculiari ratione, tunc à Christo cum Apostolis ita factum esse credimus, quia cum Apostoli paulò post instituendi essent sacerdotes illis verbis: *Hoc facite in meam cõmemorationem*, Lucæ vigesimo secundo, ac proinde Eucharistiam suis manibus quotidie acceperi, conueniens fuit, vt tunc etiam à Christo in manus eorum hoc Sacramentum traderetur.

Pamellius. Cyril. Hiero. Conc. Tolet. 24 Lucæ 22.

Christus in Emaus consecrauit.

Cæterum, Christum etiam consecrasse Eucharistiam in Emaus, eamque duobus discipulis ministrasse, non solum probari potest ex fractione, in qua ab eis agnitus est, hac enim, vt diximus, solum vtebatur, cum Eucharistiam conficiebat, sed etiam ex benedictione: nam eodem ordine, quo dicitur, panem consecrasse in cœna vltima, eodem etiã narrat Lucas cap. illo 24. fecisse coram duobus discipulis. Inquit enim, *Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis*. Nam quamuis negari non possit, Christum solitũ semper gratiarum actionem, & benedictionem initio cœnæ, & prandij, antequam recumberet, præmittere, licet huius Euangelistæ mentionem non faciant; tamen non video, qua ratione intercœnandum, & postquam recubuisset, benedictionem præmitteret alicui generi ciborum, nisi quia tunc corpus, & sanguinem suũ conficere vellet. Tum etiam nulla alia ratio esse potest, ob quam dicamus, tunc fregisse panem, & non initio cœnæ, & discipulis dedisse, nisi quia Eucharistiã more solito illis etiã vellet ministrare. Id autem Christum fecisse in fine cœnę, & conuiuij, non autem in medio, sicut etiam Luna 14. fecit in finem cœnę cum duodecim, inde colligo: quia postquam benedixit, & fregit atque duobus illis panẽ porrexit, ipse amplius non apparuit, vt narrat Euangelista. Credi autem non potest, statim initio cœnæ, aut in medio disparere voluisse, & eos incœnatos relinquere: siquidem ipse desiderauit cum discipulis cœnare, vt in cœna cum eis aliquantulum versaretur, & sermocinaretur, sicut fecerat in via; quin imo hoc fine simulauit, se longius ire, vt ab eis ad cœnam inuitaretur. Iure autem optimo in fine cœnæ benedixit, fregit, & consecrauit panem, sicut Luna 14. cum duodecim fecisse diximus disputat. 172. vt in fine hoc singulari Sacramento eos inter se conciliaret, in cuius signum ex eodem pane in frusta diuiso, & ex eodem calice eos sumere præcepit, & vt hic esset cœnæ illius finis, perfectio, & consummatio.

Quod vero Ecclesia nunc non vtatur fractione ex eodem pane, vt pro singulis consecret, sed vnicuique suum panem paruum cõsecratum tribuat, nulla ratione reprehendi potest: id enim facit, vt commodius totum populum communicet. Præterea inepte hæretici nostri temporis nos inimulant, quòd vnitantum aliquando Sacramenti ministremus, cum fractio non nisi inter plures fieri possit: nam, vt diximus, non est necessaria fractio ex eodem pane, sed commodius Sacramentum etiam pluribus ministratur sine illa. Neque Christus eo vsus fuisset, nisi Eucharistiam pluribus administraturus fuisset.

25

26

Vnum solum calicem fuisse etiã apud Lucam 22. capite, quem Christus in cœna benedixit, & consecrauit: illud tamen, Non bibam de generatione vitis, *ad alium calicem referri, putat noster Maldonatus.*

CAPVT IIII.

EX Euãgelistis solus est Lucas, qui c. 22. duorum calicum mentionem fecisse videtur, quorum alterum Christus benedixerit, alterum Lucæ 22.

vero verbis, quibus nunc etiam vtimur, conſecrauerit: inquit enim: *Et cum facta eſſet hora diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo, & ait illis: Deſiderio deſideraui, hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar: quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite, & diuidite inter vos: dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter, & calicem poſtquam cœnauit dicens. Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Ex quibus verbis colligi videtur, Chriſtum duos calices in illa cœna diſcipulis porrexiſſe ex quibus omnes biberent, & priorem quidem gratiarum actione præmiſſa, deinde ſimplici ſolum benedictione benedixiſſe, non conſecraſſe; poſteriorem verò non benedixiſſe, neque ſuper illum gratias Deo egiſſe, ſed cõſecraſſe, vnum tamen ſolùm penem benedixiſſe, fregiſſe, & conſecraſſe. Et ſanè Caietanus illos duos calices fuiſſe putat, alterum in fine veteris Paſchatis, & ſacrificij pro libamine, cum in lege veteri reliqua ſacrificia non ſine libamine aliquo eſſent, & de hoc dixiſſe Chriſtum: *Dico enim vobis, quod non bibam, &c.* & ante ſumptionem illius gratias egiſſe Deo. Alterum verò pro initio noui Paſchatis, & in principio ſacrificij noui nempe, cum ſumeret panem conſecrandum gratias egiſſe Deo. Ex quo videtur ſentire, ſemel tantum pro pane, & vino conſecrando gratias egiſſe Patri. Demum, ſicut calicem conſecratum porrexit diſcipulis, vt illum inter ſe diuiderent, eodem modo putat, & de calice illo non conſecrato feciſſe. Ex Patribus verò Hieronymus Matth. 26. inquit in illud, *Cœnantibus autem illis, &c. In Luca duos legimus calices, quibus diſcipulis propinarit.* Quæ ſententia probabilior viſa fuit Paſchaſio Abbati Corbeienſi in lib. de corpore, & ſanguine Domini, in expoſitione in illud Matthæi, *Cœnantibus autem eis*, non longe ante medium.

Quæ ſententia alijs merito non probatur, qui cum Auguſtino libri tertij de conſenſu Euangeliſtarum capite primo, in principio, & Euthymio in caput vigeſimũ ſextũ Matthæi ſentiunt, vnum tantum fuiſſe calicem Lucæ vigeſimo ſecundo, de quo non ſeruato ordine narrationis bis Euangeliſta meminerit, & per anticipationem de illo locutus fuerit priora illa verba, quæ ſunt ante panis conſecrationem. Quam ſententiam ſequũtur Ianſenius capite 131. concordiæ Euangelicæ, & noſter Maldonatus in caput 26. Matthæi verſu vigeſimo ſeptimo, in fine, & vigeſimo nono ante medium, eamque manifeſtis rationibus probare poſſumus. Primum autem probat Euthymius, quia, cum Lucas primum mentionem feciſſet calicis, & deinde panis conſecrandi, deinde iterum de calice, nimirũ, conſecrando Græcè loquens, non dixit tantum, *Similiter, & calicem*, ſed addito articulo, vt ſenſus eſſet. *Similiter, & calicem illum*, (Græcè enim eſt τοποτηρίον vt ita referret calicem, de quo ante loquutus fuerat, cum tamen accuſatiuo ἄρτον, Latinè *Panem*, articulum non addiderit, neque enim antea de pane quidquam dixerat. Argumẽtum ſane probabile eſt, tametſi poſſet quis duos calices cõtra hanc rationem defendere, dicens, articulum additum fuiſſe ad denotandum eximiũ calicem, qualis eſſet poſterior, nimirum, ſanguinis Chriſti. Duabus igitur alijs rationibus efficacioribus prędictam ſententiam cõfirmare, & contrariam refellere poſſumus. Prior eſt: quia in medio cœnę, vel ſub finem illius Chriſtus non egiſſet Deo gratias ſuper calicem, ſi ex eo ſimplicem ſolum potum ſumpturus ipſe eſſet, & diſcipulis propinaturus, neque quidquam aliud in eo acturus: nam gratiarum actio, & benedictio cibi, & potus communis initio cœnæ ſolum præmitti conſueuit, non in medio, nec ſub finem illius, vt capite prędcedente notauimus. Cum igitur Chriſtus prędmiſerit gratiarum actionem calici, de quo prius Lucas loquitur, manifeſtum eſt, eum non communem aliquã benedictionem aut gratiarum actionem illi calici præmiſiſſe, veluti communi cibo, aut potui præmitti conſueuit, ſed ob aliquem mirabilem effectum, quem in eo operaturus erat; nullus autem alius effectus excogitari poteſt, niſi conſecratio illius in ſanguinem Chriſti: ergo ille calix idem fuit cum eo, de quo poſtea Lucas ait, Chriſtum dixiſſe: *Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo*, vt ipſum conſecraret, ac proinde non duo calices, ſed vnus tantum fuit. Poſterior ratio eſt, quia verba illa: *Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, &c.* (quę narrat Lucas in priori loco Chriſtum de calice pronunciaſſe) Matthęus capite 26. & Marcus capite 14. ſcribunt ipſum dixiſſe poſt calicis conſecrationem, quam fecit illis verbis, *Hic eſt enim ſanguis, &c.* ergo hi duo Euangeliſtæ referũt verba illa, *Non bibam, de generatione vitis donec Regnum Dei, &c.* ad calicem conſecratum. Ex quo fit, vt calix ille, ad quem ea retulit Lucas, fuerit etiam cõſecratus, cumque duo

calices

Caietani ſententia

Item Hieronymi.

Paſchaſius Corbienſis.

Reiicitur, & vera proponitur. Auguſtin. Euthym.

Ianſenius. Maldonat.

Vnum tantum fuiſſe calicẽ pro batur.

Prior efficax ratio id ſuadet.

Poſterior ratio.

Matth. 26. Marc. 14.

calices conſecrati non fuerint, ſequitur, etiá apud Lucam vnum tantum fuiſſe, niſi quòd ipſe per anticipationem illius prius fecit, poſtea verò ordine hiſtoriæ ſeruato, de illo in proprio loco etiá meminit. Hinc igitur colligamus, vnum tantum fuiſſe calicem, cui nó ſolum Chriſtus præmiſit gratiarum actionẽ, ſicut ſupra de pane diximus, ſed etiam in ſanguinem proprium conſecrauit. Porro autem, ſuper hunc calicem Chriſtum gratias Deo egiſſe, expreſſe narrant Matthæus capite 26. & Marcus capite 14. idemque intellexit Lucas capite 22. cum poſteriori loco mentionẽ illius faciens dixit, *Similiter & calicem, &c.* nam ad verbium, *Similiter*, indicat eodem modo Chriſtum gratias ſuper calicẽ Deo egiſſe, & ipſum benedixiſſe, ſicut de pane prius dixerat, vt infra diſputatione 223. capite 3. notabimus: hanc autem gratiarum actionem expreſsit cum in priori loco de eodem calice mentionem fecit. Porrò idem quod diximus ſupra de ordine, quo gratiarum actio, & benedictio panis conſecrationem illius præceſsit, de gratiarum actione, & benedictione calicis comparatione facta cum conſecratione illius dicendum eſt. Demum ſicut per anticipationem dictum à Luca putamus illud, quod priori loco de calice memorat, eodem modo per anticipationem dictum eſſe cenſemus à Marco capite 14. illud: *Et accepto calice, gratias agens* (Græcè eſt εὐχαριστήσας, hoc eſt, cum gratias egiſſet) *Dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis: Hic eſt ſanguis meus, &c.* nam prius revera dixit Chriſtus, *Hic eſt ſanguis meus*, quam diſcipuli ex calice biberent.

Matth. 26. Marc. 14. Luca 22.

32

Marc. 14.

Illuſtratur locus Lucæ 22.

Quod ſupereſt videamus, quid ſignificare voluerit Chriſtus illis verbis Luc. 22. *Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat.* Quamuis autem Lucas ea dicta referat de calice, cũ de illo priori loco mentionem facit ante conſecrationẽ panis; tamen, vt ſupra notauimus, dicta planè fuerunt à Chriſto poſt calicis conſecrationẽ & ita à Matthæo cap. 26. & à Marco cap. 14, poſt conſecrationem dicta referuntur.

Matth. 26. Marc. 14. Expoſitio Maldonati.

Noſter Maldonatus in cap. 26. Matthæi verſic. 29. non vult, prædicta verba referre ad calicem conſecratum, neque vult, per generationem, aut genimen vitis intellectam fuiſſe à Chriſto Euchariſtiam, & ſanguinem ſuũ, vt hoc modo erroré Caluiniſtarũ declinare videatur, qui ita ad Euchariſtiá illa verba referunt, vt putent, in ea nihil eſſe niſi vinũ, quod per generationẽ, aut genimen vitis à Chriſto fuerit ſignificatũ. Quocirca, inquit ea verba referri ad vinũ alterius calicis, qui in eſu agni Paſchalis inter conuiuas etiá diſtribui conſueuit: non quod putet, Lucam verbis, quę paulò ante citauimus, & examinauimus, duos calices ſignificaſſe, alterũ, qui diſtribueretur inter conuiuas in eſu agni; alterum, qui à Chriſto fuit cõſecratus: hoc enim contra Caietanum paulò inferius cum Aug. & Euthym. refutat; ſed quod exiſtimet, Lucam non modo per anticipationẽ meminiſſe calicis conſecrati, antequam de panis conſecratione mentionẽ faceret, de quo iterũ poſt conſecrationẽ panis meminit, verumetiãin illa anticipatione hiſtoriæ narraſſe eo loco id, quod Chriſtus antea dixerat de alio calice, quẽ in cœna agni diſtribuerat, nempe, *Non bibam amodò, &c.* cuius nulla alia mentio facta fuerit. Probat autẽ primũ, quia id, quod ſcribunt Matth. cap. 26. & Marc. cap. 14. dixiſſe Chriſtũ de illo calice, *Non bibam amodò, &c.* Lucas cap. illo 22. dixit de Paſchate, hoc eſt, de agno Paſchali illis verbis: *Deſiderio deſideraui, hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar: dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei.* Ergo verba, quę Matthæus, & Marcus referunt, Chriſtum dixiſſe de calice (inquit Maldonatus) non fuerunt dicta de calice ſanguinis, qui poſt cœnam agni in communi alia cœna conſecratus fuit, vt diſp. 172. ca. 9. diximus, ſed de calice, quem in cœna agni cum diſcipulis Chriſtus bibit, & à Patrefamilias inter conuiuas diſtribui conſueuit. Illud enim, *Donec impleatur in Regno Dei*, quod de Paſchate dictum fuit, idem videtur eſſe cum eo, *Donec bibam illud nouum in Regno Patris mei*, quod ad calicem refertur: vtrumque igitur dictum intelligi debet de priori cœna, in qua nondum calix conſecratus erat. Deinde probat, quia cum Chriſtus ex calice ſanguinis ſui diſcipulis proponauit, aliam rationem reddidit, nempe, *Qui pro vobis effundetur.* Cum igitur, inquit, *Non bibam amodò*, non reddit cauſam cur ſanguinem ſuum illis dederit, ſed cur deſiderauit Paſcha illud manducare cum eis, atque etiam in eius cœna bibere.

33

34 Primum Maldonati fundamentum. Matth. 26. Marc. 14. Luca 22.

Secundũ

Deinde, quia dubitandum non eſt, Chriſtum more hominum illud dixiſſe, qui, cum ab amicis ſunt longe diſceſſuri, ſolent dicere, non bibemus amplius ſimul; id autẽ Chriſtus non dixiſſet de ſanguine ſuo, qui licet vnus erat, dabatur tamen ſub Sacramento: & ità calici cœnæ agni potius verba illa conueniebant. Poſtremo probat, quia illud, *Donec bibam illud nouum in Regno Patris mei*: non poteſt intelligi niſi de cœlo, in cœlo autem Chriſtus non erat bibiturus ſanguinem ſuum verè, neque metaphoricè,

35 Tertiumẽ

Quartumẽ

at vero vinum bibiturus erat metaphorice: si
Luc. 22. cut etiam Lucæ 22. dixit discipulis suis: *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, ut edatis, & bibatis supermensam meam in Regno meo.* Quod quidem de potu metaphorico gloriæ intelligendum videtur, vt inferius dicemus.

Non solum vnius tantum calicis mentionem fecisse Lucam capite 22. sed etiam illa verba, Nō bibam, &c. ad illum solum retulisse, efficaciter contra Maldonatum probatur.

CAPVT V.

36 CERTE, Si noster Maldonatus duos calices apud Lucam capite 22. vellet admittere multo melius prædictam sententiā defendere posset. Verumtamen cum vnum, & eumdem calicem esse putet eum, de quo Euangelista ibi bis mentionem fecit, ego sanè nō video, quo pacto verba illa, *Non bibam de generatione vitis*, non ad calicem consecratum, sed ad alium calicem cœnæ agni referre possit. Nam Matthæus capite vigesimo sexto, Matth. 26. & Marcus capite decimo quarto prædicta Marc. 14. verba memorant statim post calicem consecratum. Et quamuis non referant ea cum particula causali, *Enim*, sed cum continuatiua, *Autem*, tamen manifestum est, tamquam causam ea retulisse, & particulam, *Autem*, eo Luc. 22. loco vim causalis habere. Nam Lucas capite vigesimo secundo, postquam priori loco de calice mentionem fecit, statim per particulam causalem addidit: *Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat.* Cumque fateatur noster Maldonatus, Lucā in hoc priori loco, & posteriori de calice consecrato mentionem fecisse, necesse quoque est, vt concedat, illa verba: *Dico*
37 *enim vobis, quod non bibam, &c.* apud Lucam, cæterosque Euangelistas ad calicem sanguinis referri: quamuis enim referri possint ad calicem cœnæ agni, qui iam præcesserat, si sine causali particula legerentur, quod nihilominus nimis durum videretur, cum nulla talis calicis mentio præcessisset, & omnes Euangelistæ eodem ordinem statim post calicem consecratum referant; tamen cum causali, *Enim*, non video, quo pacto ad calicem cœnæ congrue referri queat. Quis enim suspicari posset, illis verbis causam reddi eius calicis, de quo nulla illuc vsque mentio facta fuerat, & non potius illius, cuius proximè Euangelistæ meminerant? Quòd si, vt dixi, noster Maldonatus apud Lucam duorum calicum mentionem fieri existimaret, & calicem, qui priori loco memoratur, fuisse illum, quem in cœna agni Christus inter suos discipulos diuisit: tunc facilè possemus 38
verba illa, *Non bibam amodò, &c.* quæ sunt apud Matthæum, & Marcum referre ad calicem cœnæ agni, cuius licet ipsi non fecissent mentionem, Lucas tamen meminisset, & prædicta verba de illo dicta fuisse existimare, atque ita duos Euangelistas per vnum interpretari. Cæterū cū ipse Maldonatus fateatur ingenue, omnes tres Euangelistas solùm loqui de calice consecrato, & omnes post illum verba illa memorent: nescio, qua ratione ipse velit, ea ad calicem cœnæ agni referre. Adde, quòd, vt inferius ostendemus, non itaret è quadrarent in calicem cœnæ, sicut in calicem consecratum; ergo nullo modo in calicē cœnæ referenda sunt.

Quo circa ego existimo, verba illa, *Non bibam, &c.* Christum dixisse de calice sanguinis sui eisque causam congruè reddidisse, cur discipulos ad illum bibendum eo modo inuitasset. De hoc calice intellexerunt prædicta verba Origenes tractatu trigesimo quinto, in Matth. in illud, *Amen dico vobis, quod amodò*. Cyprianus libro secundo Epistolarum, epistola tertia, quæ nunc est in ordine 63. ad Cæcilium numero quarto, Chrysostomus homilia 83. in Matthæum, explicans prædictum locum. Epiphanius hæresi quadragesima septima, prope finem, Augustinus libri primi quæstionum Euangelicarum capite quadragesimo tertio. Euthymius in caput vigesimum sextū Matth. explicans prædictum locum. Hęc sententia satis, superque à nobis confirmata videtur confutatione præcedentis. Verumtamen in eius maiorem explicationem ostendamus, quare Christus dixerit Lucæ 22. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, &c.* & *Dico enim vobis, quòd non bibam, &c.* neque enim eadem ratione, neque de eadem omnino re dictum videtur, sicut putauit noster Maldonatus; nam prius illud, *Desiderio desideraui, &c.* non esse intelligendū de Sacramento altaris, quod Pascha à Christo tunc diceretur, sed de ipso agno Paschali ostendimus supra disp. 172. c. 9. contra Tert. Turrian. & Roffensem cum Iansenio c. 131. concordiæ, cū quo etiam in hoc Maldonatus consen-

Germana expositio Autoris.
Origenes.
Cyprianus.
Chrysostom.
Epiphan. Augustin.
Euthymius.
39
Alius locus Lucæ illustratur.
Tertullianus. Turrianus. Roffensis. Iansenius. Maldonat.

conſentit. Verum, vt ibi diximus, cauſa tanti deſiderij non fuit ipſe Paſchalis agnus, ſed quod cum illa cœna poſtrema eſſet, quam cum ſuis diſcipulis in carne mortali Chriſtus cœnaturus erat, noua inea myſteria, abrogato veteri Paſchate, inſtituturus, & diſcipulis traditurus erat: neque enim expediebat, vt ante finem vitæ ſuæ omnia diſcipulis myſteria manifeſtaret, & inſtitueret,
40 tum etiam, neque vt poſt mortem Euchariſtiæ, & ſacerdotij Sacramenta inſtituenda omnino relinqueret.

Porrò autem, illam futuram fuiſſe poſtremam cœnam, Apoſtolis ſignificauit illis verbis: *Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in Regno Dei*. Acſi diceret, in hac vita mortali quam dego, antequam Regnum æternæ gloriæ Dei perueniat, iam amplius ſimile Paſcha non manducabo. An vero hoc modo loquendi ſignificare voluerit, ſe illud manducaturum poſtea in Regno Dei, & quo pacto, inferius dicemus. Cauſalis autem *enim* denotat cauſam tanti deſiderij. Illud enim, *Deſiderio deſideraui*, magnum deſiderium iuxta phraſim Hebraicam ſignificat: cauſam vero dicit, fuiſſe, quod illa eſſet poſtrema cœna, nimirum, in quam multa myſteria reſeruata eſſent.

Illud autem, *Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat*, non dixit Chriſtus, vt cauſam redderet deſiderij; quo diu deſideraſſet manducare Paſcha, & bibere cum diſcipulis, ſed cauſam eius, quod de calice apud Lucam proxime dixerat, nempe, *Accipite, & diuidite inter vos*, apud Matthæum, *Bibite ex hoc omnes*, & apud Marcũ, *Et biberunt ex eo omnes*. Cauſam igitur reddidit, quare tam pretioſum poculum ex eodem calice inter omnes diuidendum in illud tempus reſeruaſſet, nimirum, quòd iam in hac vita mortali cum illis non eſſet amplius bibiturus de generatione vitis, vt ita ſuum erga ipſos amorem eximium oſtenderet, quòd tam pretioſo poculo profine conuiuij eos recrearet, & ipſos inter ſe mutua charitate coniungeret, dum ex eodem calice eis propinaret. Hoc enim ſignum amoris in fine conuiuij eſſe ſolet, vt autor conuiuij ex eodem calice cæteris propinet, præſertim cum ab alijs conuiuis ipſe diſcedere vult. Quare non retulit ad idem verba illa: *Deſiderio deſideraui, hoc Paſcha manducare vobiſcum*, & illa, *Dico enim vobis, quia amodò non bibam*: neque ad eamdem cœnam, vt putauit Maldonatus; nam prioribus non reddidit cauſam alicuius, ſed ipſis diſcipulis

Matth. Marc.

41

explicuit animum, quò diu, ardenterque deſiderauit ad illud vſque tempus peruenire, in quo vltimum Paſcha, antequam pateretur celebraret, & in eo eximia myſteria exponeret, & inſtitueret, quæ in illam vſque cœnam vt pote, poſtremam reſeruauerat. Huius vero deſiderij cauſam expoſuit cum dixit: *Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei*. Acſi diceret; ideo ſe illam cœnam deſideraſſe, quia 42
poſtrema futura erat, & in eam, vt diximus, tot myſteria reſeruaſſet. At vero poſterioribus verbis rationẽ reddidit, nõ cur manducaret Paſcha; aut calicem Paſchatis cum eis biberet: nam poſt calicem Paſchæ, de quo in priori cœna bibit, alius etiam ſupererat in communi, & poſteriori cœna, in qua proculdubio iterum bibiturus erat, ac proinde de illo calice Paſchatis non rectè dixiſſet: *Quia amodò non bibam*. Hæc enim verba non niſi in poſtremum calicis hauſtum in hac vita mortali conuenire poſſunt; ſed rationem reddit, vt diximus, quare ex eo calice, in quo dixerat eſſe ſanguinem ſuum, omnes tunc bibituri eſſent, nimirum, quod, cum eſſet poſtremus: & in ſignum amoris mutui propinatus, ex eo omnes bibituri eſſent, ſingulique ſuam partem accepturi, nempe, pro diſceſſu, quia iam amplius cum eis bibiturus non eſſet in vita mortali: & ideo in fine pretioſum poculum reſeruaſſet. Quibus omnibus non ſolum probata manet ſententia noſtra, & confutata expoſitio Maldonati, verum etiam eius fundamenta conuulſa. Primum quidem, quia conſtat, Chriſtum non ad idem retuliſſe illa verba: *Deſiderio deſideraui, &c.* & illa, *Amodò non bibam*. Fateor quidem illud, *Donec impleatur in Regno Dei*, referri ad Paſcha, vt ſenſus ſit: ideò Chriſtum illud deſideraſſe, quia vltimum futurum erat; at vero licet verba illa, *Amodò non bibam*, denotent etiam, calicem illum futurum vltimum, tamen non referuntur ad Paſcha, neque ad calicem Paſchæ, vt contendit Maldonatus, ſed ad alium poſtremum, vt vidimus. Secundum etiam fundamentum infirmum eſt, nam iam oſtẽdimus, verbis illis, *Amodò non bibam*, Chriſtum non reddidiſſe cauſam, cur diu deſideraſſet Paſcha illud, ſed cur ſanguinem ſuum in vno calice ſimul omnibus per partes potãdum porrexiſſet. Neque vero verbis illis, *Qui pro vobis effundetur*, cauſam reddidit Chriſtus, ob quam ſanguinem ſuum diſcipulis dediſſet, vt contendit etiam Maldonatus, ſed ex ponit, quãti pretij, & fructus eſſet ſanguis, quem bibendum in calice porrexit, vt inferius explicabimus.

Fundamẽta Maldonati conuelluntur. Primum.

43

Secundũ.

Ad tertium concedimus, Chriſtum mō-
re conſueto hominum dixiſſe illud: *Amo-*
44 *do non bibam, &c.* ſicut dicere ſolent ami-
ci, cum diſceſſuri ſunt, non bibemus amplius
ſimul, inde tamen non fit, Chriſtum id non
dixiſſe de calice ſanguinis, qui ſub Sacramen
to porrigebatur; quinimo multo melius in
illum verba prædicta conueniebant, vt pa-
tet ex dictis, quòd potus ita pretioſus in fi-
nem reſeruatus eſſet.

Quid per generationem vitis, & quid per nouum vinum, quod Chriſtus bibiturus erat in Regno Dei, intelligatur.

CAPVT VI.

PRO Solutione autem poſtremi ar-
gumenti reſtat, vt explicemus, quid
ſignificet illud, quod de calice Chri
ſtus dixit apud Lucam capite 22.
Dico enim vobis, quod non bibam de generatione
Luc. 22. *vitis donec Regnum Dei veniat.* Nonnulli ex
ijs, qui hæc verba referunt ad calicem conſe
Prima ex- cratum, dicunt, illis verbis Chriſtum denota-
poſitio. re Apoſtolis voluiſſe, ſe iterum de eo calice
conſecrato non bibiturum in vita mortali,
bene tamen poſt reſurrectionem, quia poſt-
quam reſurrexit, etiam cum diſcipulis ſuis
manducans, corpus, & ſanguinem ſuum ipſis
dedit. Ita exponit Chryſoſtomus, Theophy
lactus, & Euthymius in eadem verba, quæ
Chryſoſtom. Theophyl. Euthym. ſunt apud Matthæum capite 26. quam ſen-
Matth. 26. tentiam ſequitur etiam Roſſenſis libro quin
Roſſenſis. to contra Oecolampadium, & eodem modo
interpretatur illud, quod Chriſtus dixit de
Paſchate eodem capite 22. Lucæ. *Dico enim*
45 *vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec im*
pleatur in Regno Dei, vt intelligatur de Paſcha
te non materiali, hoc eſt, de agno, ſed de Paſ
chate ſpirituali, nempe, de ipſo Sacramento
corporis Chriſti quod iterum Chriſtus cum
diſcipulis manducaturus erat poſt reſurre
ctionem ſuam antequam ad cœlos aſcende
ret; nã Chriſtũ cũ diſcipulis poſt reſurrectio
nem ſuam manducaſſe, teſtatur Petrus Acto-
Actor. 10. rum 10. illis verbis: *Qui manducauimus, & bi*
bimus cum illo, poſtquam ſurrexit a mortuis. Por
rò autem Chriſtum corpus ſuum diſcipu-
lis inter epulas dediſſe, ſupra capite quarto,
& diſputatione centeſima ſeptuageſima ſe-
cunda, capite nono monſtrauimus. Alij pu-
tant, illud, *Donec*, ita poſitum, vt non denoSecunda
tet iterum Chriſtum amplius in alio Regno expoſitio.
bibiturum, aut manducaturum cum diſcipu
lis ſuis, ſed ſolum ſignificet, nunquam iam
amplius bibiturum, & manducaturum, ſi-
cut poſitum videtur Matth. 1. cum dicitur: Matt. 1.
Non cognouit Mariam Ioſeph, donec peperit filiũ 46
ſuum, hoc eſt, nunquam cognouit, ſicut expo Hieronym.
nit Hieronymus ibidem.

Ego tamen exiſtimo primum, eo modo lo Expoſitio
quendi ſignificaſſe Chriſtum, ſe amplius nó Autoris.
manducaturum, neque bibiturum, donec
manducaret, & biberet cum eis in Regno
Dei, ita vt affirmaret, ſe manducaturum, &
bibiturum in Regno Dei cum illis. Deinde
dico cum Auguſtino libro primo quæſtio- Auguſtin.
num Euangelicarum capite quadrageſimo
tertio, per Regnum Dei Chriſtum intellexiſ
ſe hoc loco ſtatum reſurrectionis, in quo cũ
diſcipulis ſuis vita immortali victurus erat:
tunc autem Chriſtum bibiturum vinum no-
uum cum diſcipulis, & implendum nouum
Paſcha, vt inferius explicabitur. Et primum
quidem particulam, *Donec*, capite vigeſi-
mo ſecundo Lucæ denotare, Chriſtum poſt
tempus huius vitæ manducaturum, & bibi- Matth. 26.
turum, conſtat ex Matthæo capite vigeſimo
ſexto, inquit enim, *Non bibã amodò de hoc geni*
mine vitis, vſque in diem illum, cum illud bi-
bam vobiſcum nouum in Regno Patris mei. Vbi
promittit ſe vſque ad illud tempus non bi-
biturum ex illo genimine vitis, at vero in il
lo tempore nouum aliud bibiturum. Idem ha
bet Marcus capite decimo quarto. Et qui- Marc. 14.
dem Chryſoſtomus, Theophylactus, & Eu- Chryſoſt. Theophyl. Euthym.
thymius in caput vigeſimum ſextum Mat- 47
thæi per *Nouum* intelligunt non vinum no-
uum, aut nouum Paſcha, ſed nouum modũ,
quo Chriſtus bibiturus erat, nempe, poſt hãc
vitam mortalem ante aſcenſionem; neque
enim manducauit, neque bibit ob naturæ ne
ceſsitatem, ſed ne phantaſma videretur, &
ita nouo modo manducauit, & bibit. Multo
tamen probabilius Ianſenius capite centeſi- Ianſenius.
mo trigeſimo primo concordię, & noſter
Maldonatus in caput vigeſimum ſextũ Mat Maldonat.
thęi, verſu vigeſimo nono, explicans illud,
Donec bibam, &c. nomen *Nouum*, referunt ad
vinum, quod Chriſtus bibiturus erat in
Regno Dei, vt pronomen illud manifeſtè
indicat. Nam illud, *Nouum*, planè refertur ad
vinum, ideo autem dicitur nouum, quia,
vt inquit Ioannes Apocalypſis ſecundo, Apoc. 21. & 20.
& vigeſimo, in illo Regno omnia futura
ſunt

sunt noua, *Ecce*, ait, *noua facio omnia*, & vt optime notauit Maldonatus, per nouum & noua intelliguntur in Scriptura præstantia: qua ratione canticum nouum appellari solet id, quod iucundum, & præstantissimum canticum est, vt Psalm. 95. 97. & alibi sæpenumero. Sic igitur testatur Christus, se non bibiturũ de genimine vitis in hac vita, sed tantum in alia immortali præstãtius aliud. Et ideô inuitat discipulos suos, & ex calice illo sui sanguinis eis propinat pro discessu, vt supra diximus, quia in hac vita mortali postremus futurus erat.

48 Psal. 95. 97

Neque obstare potuit, quod Christus post resurrectionem, antequam in cœlis ascenderet, iterum bibiturus, & manducaturus erat cum Apostolis, quominus rectè diceret: *Nõ bibam amodo de hoc genimine vitis vsque in diẽ illum, cum illud bibam vobiscum nouum, &c.* Nã post resurrectionem suam Christus, antequã ad cœlos ascenderet, non manducauit, neq; bibit, vt cibo, & potu recrearetur, & reficeretur: & ita calix ille in cœna porrectus pro refectione, & recreatione postremus fuit, ac proinde pro discessu propinatus, nouum autem vinum, quod dixit Christus se bibiturũ cum Apostolis, etiam cum eis sumendũ erat pro refectione, & recreatione spirituali. Deinde huic nostræ interpretationi de calice consecrato non obstat, quòd potum, quẽ in illo Christus ministrabat, vocauerit generationem, seu genimen vitis: neque enim hinc cum Caluinistis vllus colligere potest, in calice illo substantiam vini, non autem sanguinem Christi fuisse. Ideò enim vocauit genimen, seu generationem vitis, quia in vino vero, quod ex vite processit, consecratio facta fuit. Tum etiam quòd accidentia omnia pro refectione corporali ita ibi manebant, vt eodem modo reficerentur discipuli, ac si ibi vini substantia maneret. Quare hac ratione non debuit noster Maldonatus conuinci, vt assereret, Christum illa verba, *Non bibam amodò, &c.* dixisse, non post calicem consecratum in posteriori cœna, sed post calicem vini, qui in cœna priori agni porrigebatur: infirma enim valde ratio est, neque inde Caluinistæ argumentum desumere poterant, vt assererent, in calice illo postremo non sanguinem Christi, sed solùm vinum fuisse.

Alia obuiãtur.

49

Maldonat.

Reliquum est, vt videamus, quodnam fuerit vinum illud nouum, seu pretiosum, quod Christus in Regno Dei cum discipulis bibiturus erat. Augustinus 1. lib. quæstionum Euangelicarum capit. illo 43. dicit, fuisse immortalitatem corporum, quam Christus tunc non habebat, postea vero habiturus erat. Verum cum sola corporis immortalitas comparata cum sanguine Christi, quem sumimus in Sacramento, non sit quid pretiosius, non video, quomodo in eam solum cõuenire possit verbum illud, *Nouum* quod pretiosum significare diximus. Ego igitur intelligo per vinum nouum beatitudinem ipsam, nempe, essentiæ Diuinæ visionem, & fruitionem, quę metaphorice nomine vini, potus, & cibi significari consueuit in sacris literis. Nam & Psalmo 16. satietas, quæ ex cibo, & potu prouenit, pro beatitudine ipsa ponitur, cum dicitur: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*, & Matth. 8. dicitur, *Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidẽte veniẽt, & recũbẽt cũ Abrahã & Isaac, & Iacob in Regno cœlorum, &c.* & Lucæ 14. *Beatus, qui manducabit panem in Regno Dei.* Loquutus enim antea fuerat Christus de æterna retributione, & occasione illius vnus ex astantibus dixit, *Beatus, &c.* & Lucæ 22. *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater Regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo.* Neque obstare potuit, quod Christus etiam in hac vita mortali iam videret Deum, & ipso frueretur, quominus rectè dixerit: *Vsque in diem illam cum illud bibam vobiscum nouum, &c.* quia non dixit absolute: *Cum illud bibam nouum*, sed *Cum illud bibam vobiscum nouum*. Nam, quamuis iam ipse de illo nouo, & pretioso vino biberet, tamen ipse solus de illo bibebat, nõ cum Apostolis suis veluti in conuiuio. Dixit igitur, se non bibiturum iam in hac vita mortali de illo genimine vitis consecrato, quod in postremo calice porrigebat vsque ad diem illum alterius vitæ, in quo bibiturus simul erat cum discipulis de alio nouo, & pretioso potu, nempe, beatitudinis, non quòd etiam de calice consecrato, quem ibi ministrauit, esset bibiturus; sed quòd iam non nisi de calice ęternę beatitudinis cum discipulis bibiturus esset in æterna patria, vt ita inuitaret eos ad diuidendum calicem consecratum inter se in signum discessus, & amicitiæ, sicut supra exposuimus.

Quod vinum Christus polliceatur. Augustini sententia.

50

Autoris mens.

Psalm. 16.

Matth. 19.

Lucæ 14.

Obiectio diluitur.

51

Hinc autem facile dissolui potest postremum argementum Maldonati, quod cap. 4. in fine adductum est. Nam, quamuis Christus non esset bibiturus sanguinem in cœlo verè, neque metaphoricè, & bibiturus esset vinum metaphoricè, nihilominus, cum propinauit sanguinem suum in calice sub specie vini, rectè dicere potuit duo illa, & quòd iam amplius bibiturus non esset ex generatione vitis, & quòd nouam vitis generationem, seu vinum nouum (quod idem est) in beatitudinis Regno cum illis bibitu-

Postremũ Maldonati diluitur.

52

bibiturus eſſet. Nam quemadmodum ſanguinem ſuum rectè appellauit generationem vitis, licet non eſſet ibi ſubſtãtia vini, eo quod ex vino conſecratus eſſet, & vini ſpeciem retineret, vt ſupra diximus, ſicut etiam hac ratione corpus ſuum panem appellauit, vt notauimus diſputation. 180. capit. 9. ita etiam ſumpta metaphora ex ſpeciebus vini conſecratis, quæ eodem modo reficiunt, ac ſi ibi vinum eſſet, vocare potuit beatitudinem regni cœleſtis vinum nouum, quod cum diſcipulis etiam bibiturus erat. Illa igitur ratio noſtri Maldonati non debuit ipſum conuincere vt verba illa de hoc genimine vitis ad calicem non conſecratum referret.

Luc. 22. Hinc etiam patet, quid voluerit Chriſtus ſignificare, cum Lucę quoque 22. dixit de Paſchate, nempe, de agno illo Paſchali: *Donec impleatur in Regno Dei*, hoc eſt, iam amplius in hac vita mortali non manducabo vobiſcum Paſcha ſecundùm legem, donec in æterna felicitate Paſcha illud nouum, hoc eſt, pretioſum perfectum, & eximium, figuratum in agno, & Paſchate huius vitæ vobiſcum edam, nempe, cibum illum, & conuiuium æternæ beatitudinis, ſicut etiam de potu diximus.

Vtrùm eiſdem verbis, quibus Chriſtus, an alijs corpus, & ſanguinem eius conſecremus. Diſputat. 197.

Quo pacto Chriſtus conſecrauerit. Cap. 1.
Non ſolis verbis, quibus Chriſtus conſecrauit, niſi etiam addatur oratio, ſacerdotes nunc conſecrare, exiſtimarunt aliqui Græci. Cap. 2.
Verbis illis, Hoc eſt corpus meum, &c. *quibus Chriſtus conſecrauit, nos etiam abſque vlla alia oratione conſecrationem perficere, vera ſententia eſt. Cap. 3.*
Diluuntur obiecta Græcorum. Cap. 4.

Quo pacto Chriſtus conſecrauerit.

CAPVT I.

TOMO 2. diſputat. 129. cap. 5. ſatis, ſuperque oſtenſum eſt, verba determinata pro formâ conſecrationis in omnibus Sacramentis requiri, eaque non eſſe verba concionis, & exhortationis, ſed conſecrationis, & benedictionis. Reſtat nunc, vt explicemus, quæ ſint verba pro forma, quibus hoc Sacramentum perficitur, de qua re in tota hac quæſtione S. Thomas diſputationem inſtituit. Et antequam de illorum ſignificatione ſigillatim tractemus, & quæ eſſentialiter requirantur ad illam, oſtendamus: in vniuerſum monſtremus, an eodem modo eiſdemque omnino verbis, quibus Chriſtus conſecrauit, nos etiá conſecremus. De Chriſto igitur, quo pacto conſecrauerit, variæ fuere etiam inter Catholicos ſententiæ. 1 S. Thomas.

Prima eſt, nullis verbis vſum fuiſſe ad conſecrationem, ſed ſola ſua Diuina virtute cõſecraſſe, quam Innocentius III. lib. 4. de myſterijs Miſſæ cap. 6. in fine probabilem putat; cum tamen initio capitis dixiſſet, credibile eſſe, Chriſtum prolatis verbis, quibus nũc vtimur, conſecraſſe. Idem omnino cum Innocentio docet Archidiaconus, referens verba illius in canonem, *Timorem. De conſecratione*, diſtinct. 2. & Guillelmus Durandus lib. 4. Diuinorum officiorum cap. 41. numer. 15. allegatur etiam pro hac ſententia â Gabriele lect. 36. in can. litera C. Franciſcus Maironis, ab alijs vero Eraſmus in annotationibus in cap. 14. Marci, & Gotfredus. Et quãuis Gabriel in canonem lectione 36. litera D. oppoſitam ſententiam ſequatur; tamen lection. 48. litera D. oſtendens, quo pacto defendi poſſit opinio Innocentij, qui aſſerit, verba conſecrationis à ſacerdote ſolùm recitatiue proferri, inquit, ad argumenta omnia, quæ contrà ipſum afferuntur, reſponderi poſſe, inter quę vnum erat, quòd Chriſtus illis verbis conſecrauerit: *Hoc eſt corpus meum, &c.* Clarius hanc ſententiam, & oppoſitam etiam probabilem eſſe pronunciat Armacanus lib. 9. quæſtionũ Armeniorum cap. 5. Petrus vero Alliacenſis in 4. q. 5. art. 1. litera H. hanc quidẽ dicit eſſe probabilem, pro qua immerito refert Scotũ, oppoſitam tamen probabiliorem. Demum eam poſtremo pro viribus defendit, & probat Catherinus in tractatu de hac re, cui titulus eſt: *Quibus verbis Chriſtus Euchariſtiæ Sacramentum confecerit?* Pro eadem ſententia ipſe refert Innocentium, ſed locũ nõ citat, eſt autẽ Innoc. III. lib. 4. de myſter. Miſſæ c. 17. & Odonem Epiſcopum Camaracenſem in canonem Miſſæ, cum explicat illa verba, *Accepit panem, &c.* vbi ait, fore, vt Chriſtus non diceret: *Hoc eſt corpus meum*, poſt benedictionem, niſi ipſa benedictione prius feciſſet corpus ſuũ. Citat etiã Titelmanum in canonem etiam

Primaopinio. Innoc. III. Archidiac. Canon. Timorem. Guill. Dur. Gabriel. Franc. Mai. Eraſmus. Gotfredus. 2 Armacan. Alliacenſ. Scotus. Catherinus. Innoc. III. Odon. 3 Titelmanus

Petrus Ortiz

etiam Miſſæ, & Petrum Ortiz Hiſpanorũ Doctorem Sorbonicum, qui publice in Collegio Sorbonico hanc ſententiam defendit. Probatautem primum: quia, quamuis ex Scriptura certum ſit Chriſtum verba illa: *Hoc eſt corpus meum, &c.* protuliſſe, & Eccleſia decreuerit, ea pro forma ipſum nobis reliquiſſe; tamẽ neque ex Scriptura, neque ex Eccleſiæ definitione conſtat, Chriſtum illis verbis conſecraſſe. Deinde eãdem ſententiam confirmat: quia planè conſtat ex contextu Euangelij, idque nos præcedente diſputatione cap. 2. & 3. aperte monſtrauimus, prius Chriſtum benè dixiſſe panem, & gratias Deo egiſſe, quã dixerit verba illa: *Hoc eſt corpus meum, &c.* atqui benedictio ſecundùm communem ſentẽtiam fuit ipſa conſecratio: ergo illis verbis Chriſtus non conſecrauit, ſed ante. Deinde probat: quia, niſi prius Chriſtus conſecraſſet, quam dixiſſet illa verba, *Hoc eſt* &c. non vere illa pronunciaſſet: quia forma Sacramenti ſignificare debet id, quod efficitur in Sacramento: his autem non ſignificaretur conſecratio, ſi tunc fieret, & ante facta non eſſet: quia hæc verba non ſignificant, aliquid fieri, ſed iam eſſe: & ita vi ſuæ ſignificationis efficacia eſſe nõ poſſunt, ſicut illa, quibus Deus vſus eſt, cum lucem produxit dicens: *Fiat lux, & facta eſt lux*: Addi etiam poſſunt aliquæ difficultates circa pronomẽ *Hoc*, quia ſi illis verbis Chriſtus conſecrauit non videtur, quid eo potuerit ſignificari: tum etiã quo pacto potuerit eſſe vera oratio illa, ſi per illam Chriſtus conſecrauit. Poſtremo probari poteſt hæc ſententia, quia Marcus cap. 14. prius narrat, Chriſtum dediſſe calicem diſcipulis, eoſque omnes ex illo bibiſſe, quam diceret verba illa: *Hic eſt ſanguis meus, &c.*

Primũ fundamentũ.

Secundũ.

Tertium.

4

Quartum.

Quintum. Marc. 14.

Mitto duas alias opiniones, quas referunt S. Thomas in articulo 1. huius quæſtionis in ſolutione prima, & Innocentius 3. loco allegato, & alij: nullum enim earum Autorem hactenus inuenire potui: fortaſsis eo tempore inter Doctores Theologos circumferebãtur. Vna eſt, Chriſtum conſecraſſe non illis verbis: *Hoc eſt corpus meum, &c.* ſed alijs nobis ignotis, quibus etiam benedixit: altera eſt eiſdem, quibus nũc etiam vtimur, conſecraſſe: ea tamen bis protuliſſe, primum quidem ſecretò, quando conſecrauit; deinde verò publicè poſt conſecrationem, quando panem & vinum conſecratum diſcipulis porrexit. Hæ namque eodem modo impugnãdæ ſunt, nullamque probabilitatis ſpeciem præ ſe ferunt.

S. Thomas. Innocent. 3.

5

Duæ aliæ opiniones Prior. Poſterior.

Cæterum communem ſententiam Scholaſticorum, nempe, Chriſtum eiſdem verbis ſemel tantum prolatis, quibus nunc vtitur Eccleſia, conſecraſſe, nõ modo veram, magiſque probabilem exiſtimo, verum etiam reliquas omnes, quas memorauimus aliquanotadignas eſſe, vt manifeſta ratione, & autoritate Patrũ conuincam. Hanc tradũt cæteri omnes Scholaſtici antiqui, & recentiores, præter eos, quos pro prima allegauimus, ideoque eos ſigillatim referre ſuperuacaneum iudicaui. Cõtendunt autem aliqui hanc veritatem comprobare, primũ ex decreto Eugenij IIII. quod eſt in Concilio Florentino poſt vltimam ſeſſionem. §. *Tertium eſt*, poſt medium, ex quo referunt hæc verba. *Forma huius Sacramenti ſunt verba Saluatoris, quibus hoc conficit Sacramentum*: Verum ibi non legimus *confecit*, ſed *conficit*, vt ſenſus ſit, verba Saluatoris eſſe formam Sacramenti, quibus nunc cum ſacerdote ipſe Chriſtus conficit Sacramentum: & ita ſubiungitur: *Sacerdos enim in perſona Chriſti, loquẽs hoc conficit Sacramentum*: ac ſi dicat, cum ſacerdos vtens verbis ipſius Chriſti in nomine eius conficiat Sacramentum, & ipſe etiam Chriſtus conficit. Probant deinde ex capite *Cum Marthæ. De celebratione Miſſ.* vbi dicitur. *Quæſiuiſti quis formæ verborum, quam ipſe Chriſtus expreſſit, cum in corpus, & ſanguinem ſuum panem transſubſtantiauit, & vinũ, &c.* Hinc tamen non ſatis efficaciter probatur: nãm iuxta primam ſententiam, paulò poſt cõſecrationem Chriſtus ea verba dixerit, & ſacerdotibus vt formam tradiderit, qui eam ſequuntur, reſpondere poſſent, tunc cum conſecrauit, hoc eſt, paulò poſt, hæc verba Chriſtũ dixiſſe, non tamen illis conſecraſſe. Cumque Innocentius III. autor fuerit illius decretalis, qui tamẽ primam ſententiam ſequutus fuit, ſit, vt ex prædictis verbis contra ipſum efficax argumentum deſumi nequeat. Verum efficacius probari poterit, primum ex verbis Concilij Tridentini ſeſſione 13. capit. 1. vbi dicitur. *Apertiſſimè profeſſi ſunt, hoc tum admirabile Sacramentum in vltima cœna Redemptorem noſtrum inſtituiſſe, cum poſt panis, vinique benedictionem, ſe ſuum ipſius corpus illis præbere, ac ſuum ſanguinem diſſertis, ac per proprijs verbis teſtatus eſt.* Nam, cum ipſa conſecratione inſtitutum fuerit hoc Sacramentum, recte videtur ſequi, illis verbis fuiſſe conſecratum corpus, & ſanguinem, ſiquidem illis fuit Sacramẽtum inſtitutum. Certe argumentum hoc maioris momenti eſt, quam duo præcedentia, neque parum efficax cenſeri debet.

Vera, & catholica ſententia.

Fundamẽta aliquorum, ineficacia. Primum Eugen. 4.

6

Secundũ, Cap. Cum Marthæ.

Efficaciter probatur primo ex Tridentino.

7

Deinde ex eodem Concilio cap. 4. non ſolum prædicta ſententia efficaciter probatur, ſed etiam fundamentum præcipuum Catherini ſimul conuellitur: dicitur enim ibi: *Quoniam autem Chriſtus Redemptor noſter corpus ſuum*

Secundo ex eodem

ſuum id, quod ſub ſpecie panis offereb it, vere eſſe dixit: ideo perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuo ſancta hæc Synodus declarat, per conſecrationem panis, & vini, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ, &c. Certe, cum Concilium colligit ex veritate verborum, fieri conuerſionem, non tantum colligit nunc fieri, cum à ſacerdotibus verba illa proferũtur, 8
ſed etiam à Chriſto factam fuiſſe: neque vlla ratio eſt, vt dicamus, id ſolum de ſacerdotibus, qui Chriſto ſucceſſerunt, Concilium declaraſſe. Si autem Chriſtus non conſecraſſet verbis illis, aut alijs equiualentibus per pronomen demoſtratiuum, non fuiſſet ab eo facta conuerſio: nam, vt ſupra oſtendimus diſputatione 180. c. 4 & 184 caput 3. nullis alijs neque vllo alio modo vera tranſubſtantiatio fieri potuit. Hinc etiam ſequitur, & diſputatio. 200. caput 2. colligemus, verba conſecrationis non pronunciari à ſacerdote recitatiue tantum, ſed ſignificatiue, quia alioquin virtute ſignificationis eorum ipſe non conuerteret ſubſtantiam panis, & vini in corpus, & ſanguinẽ Chriſti. Quod ſi ſacerdos ea verba pronunciat non ſolum recitatiue, ſed etiam ſignificatiue nomine Chriſti, ſequitur, eodem modo à Chriſto fuiſſe prolata; cumque à ſacerdote ita proferãtur, vt ſignificent corpus Chriſti, & eo ipſo, vt ea ſint vera, conuertat ſubſtantiam panis in ipſum corpus Chriſti, conficitur plane, Chriſtum eodem modo his verbis vſum fuiſſe, non vt oſtenderet id, quod iam factum erat, ſed vt id efficeret, quod verba ipſa ſignificabant. Id quod manifeſte conſtat ex Chryſoſtomo, & Damaſceno, quos cap. 3. allegauimus, qui dicunt, ſermonem illũ Chriſti in eo efficacem fuiſſe, & viuum; efficax autẽ non fuiſſet, & viuus, ſi oſtendiſſet id, quod Chriſtus ante fecerat, & id non faceret. *Chryſoſtom. Damaſcen.*

Poſtremo multi ex Patribus aperte teſtantur, Chriſtum prædictis verbis conſecraſſe: cumque nullus ſit, qui affirmet, alio modo, quam per illa verba conſecraſſe, non leuis temeritatis infimulari debet Catherinus, & qui ipſius ſententiam ſequũtur, quod tã leui fundamento nixi, oppoſitum aſſerere non dubitarent. Porro quam leue ſit fundamentum eorum, ex ijs, quę diximus, & inferius dicemus, manifeſte conſtabit. Ex Patribus vero, qui, dixerunt Chriſtum illis verbis conſecraſſe, primus ſit Iuſtinus, qui in ſecunda apologia pro Chriſtianis prope finem inquit. *Sic etiã cibum, qui per preces ſermonis, quem ab eo accepimus, conſecratus eſt, & quo ſanguis, carneſque noſtræ cõmutatione aluntur Ieſu Chriſti, eius, qui homo factus eſt, & carnem, & ſanguinem eſſe accepimus.* Ex quo primũ cõtra Catherinũ, alioſque *Tertio ex doctrina Patrum.* *Iuſtinus.*

9

primæ opinionis conſtat, Chriſtum non ſine ſermone, & verbis conſecraſſe, cũ dicat, per preces ſermonis cibum fuiſſe ab eo cõſecrãtum. Deinde colligitur, per eadẽ verba, quibus nos vtimur, Chriſtum conſecraſſe; quia dicit, Chriſtum conſecraſſe per preces ſermonis, quem ab eo accepimus: nullum autem ſermonem ab eo accepimus, niſi illum, *Hoc eſt corpus meum: & Hic eſt calix &c.* Niſi quis ſine pte dicat, per illum alium, nempe; *Accipite, & comedite: Accipite, & bibite*, Chriſtum conſecraſſe, quod hactenus nullus ſomniauit. Secundus ſit Tertullianus, qui lib. 4. contra Marcionem cap. 40. non longe à principio diſſertis verbis idem affirmat: *Acceptũ*, inquit, *panem, & diſtributum diſcipulis, corpus ſuum illum fecit; Hoc eſt corpus meum, dicendo.* Cum dicit, *Fecit dicendo*, manifeſtè indicat, dicendo verba illa conſecraſſe. Tertius eſt Autor ſermonis de cœna Domini apud Cyprianum parum à principio, vbi inquit agens de Chriſto Sacerdote, qui in cœna protulit panem, & vinum: *Hoc eſt*, inquit, *corpus meum. Manducauerant, & biberant* (nempe Apoſtoli) *de eodem pane ſecundum formam viſibilem, ſed ante verba illa cibus ille communis tantum nutriendo corpori commodus erat.* Quod ſi iuxta primam ſententiam ſine verbis conſecratio facta fuiſſet, certe non ſemper ante verba panis ille fuiſſet cõmunis cibus. Quartus eſt Euſebius Emiſſenus, quem referunt Gratianus, *De conſecratione*, diſtinct. 2. Canone, *Quam corpus*, & Magiſter in 4. diſt. 10. cap. *Hæc, & his*, & Paſchaſius in Epiſtola ad Frendegardũ in hunc modum. *Nam inuiſibilis Sacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiã corporis, & ſanguinis ſui verbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit, ita dicens: Accipite, & comedite: hoc eſt enim corpus meum*: eãdem verba habet Autor homiliæ de corpore, & ſanguine Chriſti, apud Hieronymum in 9. tomo parum à principio homiliæ. Denique Chryſoſtomus homilia 60. ad populum poſt medium, inquit, Chriſtum cum dixit: *Hoc eſt corpus meum*, verbo factum confirmaſſe. Mitto Ambroſium, qui citari ſolet pro hac opinione, quòd ſolùm dicat, verbo Chriſti conuerti panem in corpus Chriſti: hoc enim non negant Autores aliarum opinionum: nam libenter fatentur, ſacerdotes verbo Chriſti nũc conſecrare, ſed de ipſo Chriſto dicunt, verbis illis non conſecraſſe. Adde, quòd præcedẽtes opiniones nullo fundamento nituntur, præſertim ſecunda, & tertia, quas ideo peculiari ratione refellere ſuperuacaneum iudicaui. *Pſeudo Cyprianus.* *Euſeb. Emi. Gratianus. Magiſter. Paſchaſius.* *Pſeudo Hieronymus.* *Chryſoſt.* *Ambroſius.* 10 11

Sed fundamenta primæ ſententiæ, quam infirma ſint, paucis oſtendamus. Primum dici- *Fundam. 1. primæ*

mus

sententiæ conuellun tur.

mus quãuis in Scripturã nõ constet, Christum verbis illis consecrasse, tamen sensus Ecclesiæ ita plane intellexit, vt ostendimus; præsertim cum ex illis verbis collegerit, Christum conuertisse panem in corpus, & vinum in sanguinem; & itanõ minus verba illa in ore Christi fuisse efficacia, quam in ore cuiuscumque sacerdotis. Deinde fatemur, Christum prius benedixisse Deum, & panem, quam verba illa dixerit; inde tamen non sequi, prius, quam verba protulerit, consecrasse, quia vt præcedente disputatione cap. 2. ostendimus benedictio, quam Christus præmisit verbis, non fuit consecratio. Deinde dicimus, verba illa Christi tam in ore Christi, quam cuiuscumque sacerdotis nõ significare id, quod factum est, sed rem significare, & illam simul efficere, vt vera sint: & ita non proferri à sacerdotibus solum recitatiue, vt contendit Catherinus, sed nomine Christi significatiue, vt disput. 200. cap. 2. ostendemus, & iam non obscure indicauimus. Postremo, quod prius refert Marcus, Christum calicem dedisse discipulis, eosque ex illo bibisse, & postea verba illa dixisse, per anticipationem narrasse dicendum est: nam alij Euangelistæ nõ eo ordine referunt.

Primum.

Secũdum.

13

Tertium.

Quartum.

Non solis verbis, quibus Christus consecrauit, nisi etiam addatur oratio, sacerdotes nunc consecrare, existimarunt aliqui Græci.

CAPVT II.

CIRCA Formam huius Sacramenti in vniuersum nihil peculiare dicendum est, præter id, quod supra tom. 2. disp. 129. de formis omnium Sacramentorum diximus, nempe, debere esse verba, & determinata, non exhortationis, & concionis, sed consecrationis, neque enim circa formam huius Sacramenti in vniuersum alios video in Ecclesia fuisse erro res, nisi Recentiorum Græcorum, quorum falsam opinionem in hoc capite referam. Aliqui Theologi Scholastici putant, Ophitas peculiarem etiam errorem de forma huius Sacramenti tradidisse, teste Augustinõ lib. de hæresibus ad. Quod vult deum cap. 17. quõd nimirum, pro forma consecrationis, quibusdam incantationibus vterentur. Verum Augustinus ibi solum scribit, sacerdotes Ophitarum quibusdam incantationibus de spelunca cõuocare solitos fuisse serpentem, qui eorum oblationes lamberet, & statim in spelunca reuerteretur, & ita eos confringere oblationes in Eucharistiam, quasi à Sacerdote Christo sanctificatas.

14

Error Ophitarum.

Augustinus.

Hæretici vero nostri temporis, quos diximus supra disput. 129. cap. 4. docuisse formã huius Sacramenti esse verba, non consecrationis, sed exhortationis, & concionis, non eodem modo sentiunt, prout refert noster Bellarminus tom. 2. lib. 4. de Eucharistia. Mitto, quod (vt ipse ait) sententia Buceri in caput 26. Matthæi fuit, nulla requisiri verba, aut consecrationis, aut exhortationis, quæ recitentur, sed solum Christum iussisse frangi panem, & manducari. Ex ijs vero, qui verba aliqua pro Eucharistia requiri affirmant, Caluinus lib. 4. institutionum ca. 17. §. 39. docuit, verba debere esse concionis, & exhortationis, & ita pro formã præscribit lectionẽ Epistolæ Pauli ex priori ad Corinthios 11.

Variæ hæreticorum deliriationes.

15

Bellarmin.

Bucerus.

Caluini error.

Kemnitius vero in 2. par. examinis Concilij Tridentini sess. 13. cap. 1. Quamuis doceat, requiri quidem certa verba ad consecrationem, quæ non historice tãtum, siue ad instruendum, sed etiam ad consecrandum dicãtur: addit tamen primo, ad essentiam formæ pertinere omnia illa verba, quæ Christus dixit; *Accipite, & manducate, &c.* & ita reprehendit catholicos, quòd formam huius Sacramenti mutilauerint. Secundo, solùm verba Christi debere proferri, & ita reprehendit catholicos, quòd quędã alia addiderunt.

Kemnitij error.

Tertio verba Sacramentalia non esse recitanda mere historice, neque ita vt quid magicum sonare videantur, sicut catholici faciunt, sed ita, vt Deo operante efficacia sint, vt panis sit, & dicatur corpus Christi, & vinum sit, & dicatur sanguis Christi. Verum cũ hic hæreticus non concedat veram Christi præsentiam in Eucharistia, nec conuersionẽ panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, sed dicat, Christum esse in pane, & vino sicut in figura, & imagine, ideo colligunt aliqui ex sententia illius, verba Domini, quæ dixit, recitanda non esse mere historice, hoc est, nõ significatiue, non esse consecratoria, sed solũ verba concionis: quamuis ipse aliud docere videatur.

16

Contra hanc hæresim iam ostendimus supra disputat. 129. cap. 4. verba Sacramentorũ in vniuersum debere esse consecratoria, & nõ concionis, atque id ipsum de verbis Eucharistiæ hic obiter ostendemus. Iam vero peculiarem errorem Recentiorum Græcorum cõtra

tra formã huius Sacramẽti referãmus. Fuit igitur eorum ſententia, ſolis verbis, quibus diximus Chriſtum conſecraſſe, & quibus Latina Eccleſia pro forma vtitur, non fieri cõſecrationem, niſi ad dantur preces, & orationes quædam, quibus à Deo poſtulatur, vt panis conuertatur in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti. Ita ex profeſſo docuerunt Marcus Epiſcopus Epheſinus, in libro de verbis conſecrationis, & Nicolaus Cabaſsilas in explicatione Liturgiæ, quæ eſt in tomo 6. aut 4. Bibliothecæ Sacræ, cap. 27. 28. 29. & 30. & obiter eam docet Hieremias Patriarcha Cõſtantinopolitanus, in cẽſura Auguſtanæ confeſsionis, cap. 10. Probãt autem primo ex Liturgia S. Clementis, quæ eſt lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 12. aliàs 17. & S. Iacobi, & Baſilij, quæ ſunt in tom. 4. aut 6. Bibliothecæ Sacræ, & Chryſoſtomi, in quibus non parum poſt illa verba: *Hoc eſt corpus meum*, & poſt illa: *Hic eſt ſanguis meus*, additur oratio illa, in qua petitur: vt adueniat Spiritus Sanctus ſuper dona illa; *Vt ſuperueniens* (inquit) *ſancta, & bona, & glorioſa ſua præſentia ſanctificet, & efficiat hanc panem corpus ſanctum Chriſti tui*, & reſpondet populus, *Amẽ*: & ſubiungitur: *Et calicem hunc pretioſum ſanguinem Chriſti tui*; & reſpondet etiam populus, *Amen*. Secundo probant ex Dionyſio, qui capit. 3. de Eccleſiaſtica Hierarchia in contemplatione aliquantulum ante finẽ, poſt illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem*, quæ inquit, proferri à ſacerdote in Miſſa, ponit conſecrationem: atqui verba illa: *Hoc eſt corpus meum*: &, *Hic eſt calix, &c.* prius dicuntur a ſacerdote, quam illa: *Hoc facite in meam commemorationem*: ergo dicuntur etiam non parum ante conſecrationem. Tertio colligunt ex Damaſceno lib. 4. dẽ fide capit. 14. vbi inquit, panem, & vinum vocari à Baſilio, ἀντίτυπα, *Antitypa* corporis, & ſanguinis Domini, hoc eſt, *figuram*, non poſt conſecrationem, ſed ante. Idemque refert ex Baſilio Epiphanius Diaconus in 7. Synodo actione 6. tomo 3. illa autẽ vox ἀντίτυπα, *Antitypa*, eſt apud Baſilium poſt illa quidem verba: *Hoc eſt corpus meum*: &, *Hic eſt ſanguis, &c.* ſed ante orationem, per quam Græci dicunt conſummari conſecrationem. Quarto arguit Cabaſsilas ex Miſſa Latina; nam poſt illa verba: *Hoc eſt corpus, &c.* inquit ſacerdos; *Iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum, &c.* quibus verbis ſignificari videtur, panem transferri per manus Chriſti, qui eſt magni conſilij Angelus in ſublime altare, vt fiat corpus ipſius, &c. Quinto denique deſumitur argumentum pro hac ſententia ex modo loquendi non paucorum Patrũ, qui dicunt, panem, & vinum precibus, & orationibus à ſacerdotibus conſecrari: atqui illa verba: *Hoc eſt corpus meum, &c.* non habẽt formam, & vim precationis, & orationis: ergo per illa tantùm ſine alia oratione non fiet conſecratio. Ex ijs vero Patribus, qui dicunt, per precationem, & orationem ſacerdotis fieri conſecrationem, aliquos cap. 1. retulimus. Mitto argumentum deſumptum ex modo ſignificandi illorum verborum: *Hoc eſt corpus meum*, nam de eorum ſignificatione ex profeſſo agendum nobis eſt infra diſput. 201. Mitto etiam ſententiam aliquorum Scholaſticorum qui, quamuis contra Græcos aſſerant, illis verbis: *Hoc eſt corpus meum, &c.* perfici conſecrationem, neque opus eſſe noua oratione, & precatione, dicunt tamen, ea, quę præmittuntur in canone ad effectum formæ neceſſario requiri: nam licet aliquo modo hæc opinio ad præſentem controuerſiam ſpectare videatur, commodius contra illam diſſeremus diſputatione ſequente cap. 1.

Error aliorum hæreticorum.

Marcus Epheſinus. Nicolaus Cabaſil.

17

Hieremias Conſtantin.

Primũ fundamentũ.

Clemens. Iacobus. Baſilius. Chryſoſtom.

Secundũ. Dionyſius.

Tertium. Damaſcen.

Epiphanius Diacon.

18

Quartum.

Quintum

19

Verbis illis; Hoc eſt corpus meũ, &c. *quibus Chriſtus conſecrauit, nos etiam abſque vlla alia oratione conſecrationem perficere, vera ſententia eſt.*

CAPVT III.

CATHOLICA Tamen ſententia eſt, verbis illis, *Hoc eſt corpus meũ, & Hic eſt calix, &c.* abſque vlla alia oratione perfici conſecrationem panis, & vini: quam ſane ſententiam primo confirmat, oppoſitumque Græcorum errorem damnat conſtans Eccleſiæ Latinę traditio: nam in ipſo Miſſæ ſacrificio ſimul atque ſacerdos prædicta verba protulit, panem & vinum cõſecratum tamquam verum corpus, & ſanguinem Chriſti populo adorandum proponit, neque ſolum Eccleſia Latina, ſed etiã Græca, vt refert Beſſarion in libello de verbis conſecrationis: nam poſtquam ſacerdos alta voce dixit illa verba, *Hoc eſt &c.* populus reſpondet, *Amen*, quæ eſt particula confirmantis: & Diaconus populo ſtatim demõſtrat oblata, vt notauit Gentianus Heruetus in admonitione ad Lectorem, quam præmiſit libro illi Cabaſsilæ: quod ſane minime fieret, niſi Græci crederent, fuiſſe iam factam conſecra-

Vera, & catholica ſententia probatur primo.

20

Beſſarion.

Gentianus Heruetus.

Missa Aethyopum.

secrationem, & ita in Missa Aethyopum, quæ est in 4. aut 6. tomo Bibliothecæ sacræ post prædicta verba consecrationis statim populus respondet, *Amen, Amen, Amen: Credimus & confidimus, & laudamus te, ô Domine Deus noster hoc vere tuum corpus est.* Confirmant ali qui dicto Leonis I. in sermone 6. de ieiunio

Leo I.

septimi mensis, quod dicat hæc verba: *Frustra ab illis respondetur, Amen, qui non credunt adesse vere corpus, & sanguinem Domini.* Id tamen

21

Leo non dixit, sed agens contra Nestorium, & Eutychetē habet hæc verba: *Et frustra ab illis Amen respondetur, à quibus contra id, quod accipitur, disputatur*: nempe à Nestorio, & Eutychete, dum non credunt, ibi esse corpus veræ humanitatis Diuinitate coniunctum, cū alter eu cuat in Diuinis humana, alter in humanis Diuina: supponit tamen in Græca Ecclesia, in qua fuerunt hi hæretici, responderi à populo *Amen*: postquam verba illa: *Hoc est corpus meum, &c.* prolata sunt.

Secundo.

Secundo probatur, quia, vt ipse Cabasilas, & Græci fatentur, Christus non consecrauit vlla prece, aut oratione, sed illis solis verbis: *Hoc est, &c.* tametsi gratiarum actionem, & benedictionem: præmiserit: quo igitur fundamento dicere possunt Græci, nos non solis verbis illis, sed addita etiam oratione consecrare debere, cum nomine Christi, & ad illius imitationem consecremus, atque ille post prędicta verba dixerit Lucæ 22. *Hoc facite in meam cōmemorationem?* Tertio quia, vt

Luca 22.

Tertio.

supra dicebamus, ex eo quod Christus vere e se dixerit corpus suum id, quod sub speciebus panis offerebat, colligit Concilium Tri-

Concil. Trid.

dentinum sessione 13. parte 4. conuerti totā substantiam panis, & vini in corpus & sanguinem Christi, id quod nos etiam ex ipsa veritate verborum aperte monstrauimus supra disputatio 180. capit. 4. si autem non fieret cō secratio simul atque illa verba prolata sunt, sed postea per oratione sacerdotis, neq; ex ve ritate verborum colligi posset co nuersio panis, & vini in corpus, & sanguinem, neque, ipsa verba in ore sacerdotis vera esse posient.

22

Nam qua, obsecro ratione vere dicere posset, sacerdos in nomine Christi: *Hoc est corpus meum*, si adhuc finita prolatione eorum verborum maneret panis? Quarto hæc catholica

Quarto. Iustinus.

sententia confirmatur testimonijs Patrum etiam Ecclesiæ Græcæ. Primus est Iustinus in 2. apologia pro Christianis, non longe à fine, quem capite 1. huius disputationis allegauimus. Inquit enim, cibum, hoc est, panem, & vinum per preces sermonis, quem à Christo accepimus consecrari; nullum autem altū sermonem ab eo pro hac consecratione acce pimus, nisi illum: *Hoc est corpus meum*, & *Hic est calix, &c.* nullus enim Græcorum ostendet, se à Christo accepisse preces, & orationes illas, quibus ipsi in suis Liturgijs post prædicta verba vtuntur. Secundus sit Gregorius Nyssenus in oratione catechetica capit. 37. post medium, vbi inquit, sicut corpus humanitatis Christi per Diuini Verbi in ipso habitationem ad Diuinam dignitatem transmutatum est, eodem modo nunc panem verbo sanctificatū in corpus Dei transmutari. Deinde ostendit, quo verbo, & sermone transmutetur panis in corpus Christi, hoc modo: *Et hic similiter panis, sicut dicit Apostolus* (1. ad Timotheum 4.) *sanctificatur per verbum Dei, & orationem, non per cibum, & potum procedens ad corpus verbi, sed à verbo, quemadmodum dictum est, transmutatus, nempe: Hoc est corpus meū.* Vbi, quamuis dicat, panē sanctificari per verba orationis, & in corpus Christi transire, sicut dixerat etiam Iustinus, tamen hanc orationem nullam aliam dicit esse, nisi illam: *Hoc est corpus meum, &c.* nam sub particula nē pe, quæ vim habet explicandi, nulla alia verba ponit Nyssenus: quare neque aliam orationem ab illo fuisse intellectam suspicari possumus: cur autem verba illa dicantur oratio, se quente capite dicemus. Tertius sit Chrysostomus tom. 3. in Homilia de proditione Iudæ longe à fine, vbi sic ait: *Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute eō cecrantur, & gratia,* (nempe corpus, & sanguis Christi) *Hoc est, ait, corpus meum. Hoc verbo proposita consecrantur. Et sicut illa vox, quæ dicit; Crescite, & multiplicamini, & replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentio effectum, ad generationem operante naturā, ita & vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesiæ vsque ad hodiernam diem, & vsque ad eius aduentum præstat sacrificio firmitatem*: quo nihil clarius dici potuit. Respondent tamen Nicolaus Cabasilas, & Marcus Ephesinus ex sententia quidem Chrysostomi verbis illis, quæ Christus protulit, cōsecrari corpus, & sanguinem eius, non tamen sine cooperatione sacerdotis per orationem, sicut illis quoque verbis, *Crescite, &c.* res quotidie per generationes multiplicantur, non tamen sine cooperatione secundarum causarum. Verum hoc responsum multis refellit Bessarion lib. illo de verbis consecrationis, atque discrimen manifestum colligit ex ipso Chrysostomo inter hæc, & illa verba, nam de his verbis, *Crescite, &c.* ipse Chrysostomus plane dicit, nunquā per se fuisse ita efficacia, vt per se sola sine cooperatione secundarū causarum generationes multiplicarent: quia multiplicatio nunquam

Greg. Nyss.

23

Chrysostomus

Euasio Cabasi

24

Clauditur a Bessarione.

quam fuit facta ſine cooperatione naturæ; ſed fuiſſe efficacia, tribuēdo ipſi naturæ virtutē ad multiplicationē: illa autē verba: *Hoc eſt corpus meum*, ex ſententia Chryſoſtomi ſine alterius cooperatione fuerunt, ſuntque ſemper efficacia, & cauſa eius, quod ſignificant. neque vllam aliam cooperationem ad effectum illorum ipſe poſtulat, ſed virtute ſemel illis
25 à Deo conceſſa eo ipſo, quod ſemel ea protulit, dixitque: *Hoc facite in meam commemorationem* ſemper, & vbique operantur, ſicut natura, accepta ſemel virtute, & efficacitate per illa: *Creſcite &c.* ſemper, & vbique effectum habet. Denique idem Chryſoſtomus homilia 2. in Epiſtola 2. ad Timotheum in morali expoſitione, non longe à fine oſtendit, ſacram oblationem, quæ fit à ſacerdote in altari, eamdem eſſe cum ea, quam Chriſtus dedit diſcipulis in cœna, nempe corporis, & ſanguinis ſui: reddit autem rationem his verbis: *Quemadmodum enim verba, quæ loquutus eſt Chriſtus eadem ſunt, quæ ſacerdotes nunc quoque pronunciant, ita & oblatio eadem eſt.* Quo ſane teſtimonio non ſolū probatur id, quod nūc contendimus, ſed etiam id, quod cap. 1. contra Catherinum dicebamus, nempe, Chriſtū conſecraſſe illis verbis: *Hoc eſt corpus meum*: Nam cum nulla alia ſignari poſsint verba, quibus Chriſtus vſus fuerit, & ſacerdotes pro conſecratione vtantur, niſi illa: *Hoc eſt corpus meum, &c.* plane ex teſtimonio Chryſoſtomi vtrumque colligitur. Conſtat igitur contra Catherinum, Chriſtum verbis conſecraſſe eiſdem, quibus nunc ſacerdotes, & è contrario Græcos ſacerdotes ſolis illis: *Hoc eſt corpus, &c.* conſecrare: nam oratione illa, qua dicunt Græci compleri conſecrationē, Chriſtus vſus nō fuit, vt ipſi etiam (velint, nolint) fateri debent: & ſolum verba illa: *Hoc eſt corpus meum, &c.* Chriſto & ſacerdotibus communia ſignari poſſunt. Similem ſentētiam habet Damaſc. 4. de fide. c. 14. ante medium vbi ait, ſermonem illum Chriſti: *Hoc eſt corpus meū* Matth. 26. fuiſſe viuum, & efficacem, ſicut etiam fuit ille: *Fiat lux* Geneſ. 1. & ſubdit:
26 *Dixit Deus, Hoc eſt corpus meum, & Hic eſt ſanguis meus, & Hoc facite in meam commemorationem, atque omnipotenti ipſius præcepto, donec ipſe veniat, hoc efficitur (his enim verbis vſus eſt; Donec veniat) ac pluuia huic nouæ ſegeri per cōſecrationem exiſtit Spiritus Sancti vis inumbrans.*

Ex Latinis vero Patribus hoc ipſum teſtatur Ambroſius lib. 4. de Sacramentis cap. 5. & lib. 5. cap. 4. & lib. de initiandis myſter. cap. 9. Autor ſermonis de cœna Domini apud Cyprianum, vbi inquit, ex quo illa verba à Domino dicta ſunt, quotieſcumque eādem fide, & verbis actum eſt à ſacerdote, panem, & vinum in alimentū animæ conſecrari. Auguſt. ſermone 28. de Verbis Domini, qui tribuitur Ambroſ. lib. 5. de Sacramentis cap. 4. & Iſichius lib. 6. in Leuiticum cap. 22. Paſchaſius Corbeienſis lib. de corpore Domini cap. 12. Alcuinus lib. de Diuinis Officijs, cap. de Miſſa. Amalarius lib. 3. de officijs Eccleſiaſticis cap. 24. Adelmanus in epiſtola ad Berēgarium, & omnes veteres, & recentiores ſcriptores Latini: neque enim, vt aliqui Recentiores ex Schola dicūt, Catherinus huic Græcorum ſententiæ vllo modo adſtipulatur. Referunt, illum dixiſſe in opuſculo de verbis conſecrationis circa finē, deprecationem eſſe neceſſariam pro conſecrationē, ita vt ſi præmittatur, & illa: *Hoc eſt corpus meum*: ſubſequantur, vt fit in Eccleſia Latina, ſtatim prolatis illis verbis, fiat conſecratio; ſi vero ſubſequatur deprecatio, non fiat, donec illa perficiatur. Ego vero in Catherino hanc ſententiam inuenire nō potui. ſolùm enim ibi agit de modo, quo Chriſtus conſecrauit. Et quamuis cō cedat, à Sacerdotibus illa verba nunc ſolùm recitatiue proferri; fatetur tamen, illis perfici conſecrationem: de deprecatione autē nihil dicit.

Merito in Concilio Florentino ſeſſione vltima in fine Eugenius IIII. conuocatis Græcis, inter quædam apud ipſos in more poſita, quæ Latinis difficilia videbantur, hoc quæſiuit. Quare poſt verba illa: *Hoc eſt corpus meū, &c.* vterentur ea oratione: *Et fac quidem panem hunc, &c.* quam ſupra retulimus: cui Græci ſatisfacere non potuerunt, cum tamen nōnullis alijs, quæ ab eis etiam quæſiuit, planè ſatisfeciſſent. Cumque Pontifex rogaſſet Imperatorem, vt ad ipſum doctiores Epiſcopos
27 mitteret, qui hanc difficultatem, & aliam melius explicarent: Imperator autem nolens, vt de his quæſtionibus in Cōcilio diſputaretur, indoctiores ad Summum Pontificem miſit. Quo circa idem Summus Pōtifex in decreto fidei, quod poſt vltimam ſeſſionem eſt. §. *Tertium eſt*, pro forma conſecrationis ſolùm tradidit verba Saluatoris noſtri: nulla autē nunc profert ſacerdos, quæ dici poſsint Saluatoris noſtri pro forma conſecrationis, niſi illa: *Hoc eſt corpus meum, &c.* Nam, vt ſupra dicebamus, verba deprecationis, quæ his adduntur à Græcis, non ſunt verba Chriſti, cum ipſe illa non protulerit, neque formam vllam illorū nobis tradiderit: & Innocentius III. in capite, *Cū Marthæ*, de celebratione Miſſarum in principio, plane ſupponit, prædicta verba eſſe pro forma, qua fit cōſecratio, prius autē in ſeſſio-

illa

Chryſoſtomus teſtimonium alterum.

Damaſcen.

Geneſ. 1.

Ambroſius.

Pſeudo Cypr.

Auguſtinus

Iſichius. Paſchaſius Corbienſis. Alcuinus. Amalarius. Adelmanus

28

Catherinus non fauet huic ſententiæ

Eugen. 4.

Innocen. 3.

illa vltima Concilij Florentini. §. *Cui Summo Pontifici*, Græci ad prædictam queſtionem reſ ponderunt, ſe quidem non habere poteſtatem de ea in Concilio diſputandi, verum ex ſe ipſis recte ad illa reſponderunt, vt ſequente capite videbimus. Mitto alia, quæ contra Græcorum errorẽ afferri poſſent, hæc enim, quòd efficaciora ſint, nobis ſufficere debent. Ex his tamen, quæ diximus, non minus aperte refellitur error hæreticorum noſtri temporis, quem præcedente capite memorauimus, quã Græcorum fuiſſe conſtat enim ex rationibus, & teſtimonijs Patrũ, verba, quibus vtimur pro forma in hoc Sacramento, non eſſe concionis, aut exhortationis, ſed conſecratoria, & efficacia, vt conuertant panem, & vinum in corpus, & ſanguinem Chriſti.

29

Diluuntur obiecta Græcorum.

CAPVT IIII.

QVOD Supereſt, Græcorum argumentis, quibus ſuum errorem confirmare nituntur, reſpondeamus. Ad primum reſpondent nõ nulli, vt teſtatur Beſſarion in libro illo de verbis conſecrationis, mutatum eſſe ordinem in illis Liturgijs, quod videant, in Miſſa Romana orationem præmitti verbis conſecrationis, cum dicit ſacerdos: *Quam oblationem tu Deus, &c.* Alijs vero hæc ſolutio non placet, quòd Germanus Patriarcha, qui fuit tempore 7. Synodi in myſtica contemplatione rerũ Eccleſiaſticarum, quę habetur in 4. aut 6. tomo Bibliothecæ Sacræ, poſtquam in §. *Ipſe dixit*, poſuit verba conſecrationis in §. *Deinde rurſus*, exponit orationem, quam Deo, & Patri recitat ſacerdos, & inquit: *Et rurſus obſecrat, vt conficiatur myſterium Filij eius, & fiat ſine tranſmutetur ipſe panis, & vinum.* Deinde reſpondet Beſſarion, oratione illa non poſtulari à ſacerdote mutationem panis in corpus, ſed confirmationem illius iam factæ; non quòd timeat ſacerdos, ne id, quod factum eſt, deſinat, ſed vt oſtendat deſiderium ſuum erga Dominici corporis, & ſanguinis præſentiam, ſiue, vt ait Gentianus Heruetus in admonitione illa ad lectorem, quam præmiſit libro Cabaſilæ citato, vt oſtendat, licèt ſermo Chriſti voce tranſierit, quo iã facta fuit conſecratio, remanere effectum illius. Et in hunc ſenſum dictum etiam putat illud Marci 5. vbi mulieri ſanatæ ex profluuio ſanguinis dixit Chriſtus: *Fides tua te ſaluam fecit; vade in pace, & eſto ſana à plaga tua.* Neq; enim his verbis fuit à plaga ſanata, ſed prius cum tetigit fimbriam veſtimẽti Chriſti, ante quã Chriſtus quidquam loqueretur. Alij in eiuſdem ſolutionis confirmationem adducunt illud Lucæ 7. de Maria Magdalena: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Eamdem vero ſolutionem puto eſſe, quam affert Sixtus Senenſis lib. 6. Bibliothecæ ſanctæ annotatione 111. ex Ioanne Oſtunienſi Epiſcopo, in ſcholijs Clementis, qui accipit prædicta verba per figurã ὑστερολογίαν, hoc eſt, *Ordine præpoſtero*, vt intelligatur tuncinuocari Spiritus Sanctus, tamquam perfectæ iã conſecrationis autor. Verum licet in hæc omnia rectè conuenire poſsint verba ſimplicis enunciationis, quibus effectus perſeuerantia ſignificetur, tamen non video quo pacto forma orationis in ea quadrare poſsit, vbi de perſeuerantia effectus aliquid timeri nequit; ſicut in præſenti. Nam, ſi certi ſumus de effectus perſeuerantia, eaque abſque vllo reſpectu ad noſtram orationem certò promiſſa eſt, fruſtra etiam pro illa oramus, & noſtrum deſiderium per modum orationis circa illam exprimimus, licet alio modo poſſemus. Exempla vero, quæ adduntur ex Euãgelio, nõ ſunt orationis: & ſane illud Marci 5. licet ſit per modum imperantis ſanitatem, quam illa mulier iam fuerat adepta, nihilominus potuit ita proferri à Chriſto pro perſeuerantia in illa ſanitate: vel certe dictum puto per modum cuiuſdam congratulationis, quòd Chriſto maxime placeret fides illius, & ita congratulans, quaſi de ſanitate adepta per fidem dixerit: *Vade in pace, & eſto ſana.* Ac ſi homini, qui bona induſtria ſua ſibi ſummam pecuniæ comparaſſet, dicamus: *Vade in pace, & eſto dives, ſiquidem induſtria tua te diuitem effecit.* In illo vero loco Lucæ 17. præſens ponitur pro præterito, vt 1. 2. diſput. 211. cap. 5. num. 37. explicuimus. Et planum eſt habere ſolum vim ſimplicis enunciationis, non autem imperij, aut orationis pro perſeuerantia effectus iam obtenti.

Beſſarion. Aut primũ aliqui non bene reſpondent.

Germanus.

Solutio Beſſarionis.

30

Gentianus.

Marci 5.

Poſtrema igitur ſolutio mihi probatur, quã adhibent Beſſarion in prædicto libro, & Græci, quibus hęc difficultas propoſita fuit in Concilio Florentino ſeſsione vltima. §. *Cui Summo Pontifici*, non quidem nomine Imperatoris, & cæterorum Græcorum, quia ad hoc ab eo commiſsionem non habebant, ſed, vt ipſi ibidem dixerunt, nomine proprio. Quam etiã memorat, & probat noſtet Turrianus in explanatione defenſoria in cap. 13. lib. 5. conſtitutionum Apoſtolicarum Clementis, nempe, ſacerdotem tunc non orare, vt panis fiat corpus

Alij confirmant.

Lucæ 7.

Sixtus Senẽſis.

Ioan. Oſtunienſ.

31

Non placet.

Explicantur Marci, & Lucæ.

Vera ſolutio.

33

Turrianus.

pus Chriſti ſimpliciter, & conſecretur, ſed vt fiat in ſalutem noſtram, hoc eſt, vt nobis ſpiritualiter proſit. Qui ſenſus primo colligitur ex Liturgia Clementis, & Baſilij, in qua non dicitur illa oratio: *Fac panē iſtum corpus Chriſti*, ſed, *Oſtende panem iſtum corpus Chriſti*: & verbum Græcum vtrumque ſignificat, videlicet *fac*, & *oſtende*, ſeu *exhibe*, nempe, per effectum in nobis: additur enim, *In remiſſionem peccatorum, vitamque æternam iis, qui accipiunt*. Græci autem in Concilio Florētino in exemplum huius reſponſi adduxerunt aliam orationem, qua Latina Eccleſia poſt conſecrationem vtitur, aitenim: *Iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui, &c.* Multo tamen melius adduci potuiſſet alia, qua eadē Latina Eccleſia ante vltimam correctionem Miſſalis Romani vtebatur in hunc modum: *Fiat commiſtio, & conſecratio corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti accipientibus nobis in vitam æternam*, vbi cū diceretur, *Fiat conſecratio*, videri poſſet alicui nōdū facta, ſenſus tamē erat; non vt fieret ſimpliciter, ſed vt fieret: *In vitā æternam*. Qua de cauſa ad tollendam ambiguitatem mutatum iam fuit verbum illud *Fiat*, & poſtpoſitum: dicitur enim: *Commixtio, & cōſecratio corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti fiat accipiētibus nobis in vitam æternam*. Hæc ſolutio magis mihi probatur, quod non ſolùm ſenſum contineat catholicum, ſed etiam ab ipſis Græcis fuerit vſurpata: ſignum enim eſt, eos in hunc ſenſum prædictam orationem in ſuis Liturgijs recitare conſueuiſſe. Ita in Miſſa Chryſoſtomi eodē ſenſu, quo poſt verba conſecrationis ſacerdos orat, vt panis fiat corpus Chriſti in remiſſionem peccatorum omnibus ſumentibus, etiā multò inſeriùs ſumpturus Sacramentum orat in hunc modum: *Fiat mihi Domine Ieſu Chriſte corpus tuum in remiſſionem peccatorum meorum, & ſanguis tuus pretioſus in vitam æternam*: quod in Latina Eccleſia dicimus: *Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam æternam*, eademque verba pro calice repetimus. Quod vero Marcus ille Epheſinus in libro de hac re ex profeſſo oppoſitum conten derit probare, non mirum; ille enim, vt erat pertinaciſsimus, & in opinionibus contra Latinos valde perſtans, ſicut in cauſa fuit, ne Græci, quilonga perfidia ab Eccleſia Latina fuerant diſtracti, in eo Concilio (quod huius rei gratia coactum eſt) ad priſtinam concordiam cum Latinis adducerentur, atque ipſum Imperatorē literis vnionis, iam iam ſubſcribere volentē, à propoſito auertit, ita etiā Imperatori obſtitit, ne doctiores Epiſcopi ad Pontificem mitterentur, vt de hac difficultāte, & de aliā, quās alij non plenè illi explicauerant, ſatisfacerent. Ex quo effectum eſt, vt ita res indefinita maneret, neq; literę vnionis à toto Concilio Latinorū, & Græcorum confirmarentur, & in ſuo ſchiſmate Græci vſque in hodiernum diem perſeuerarent, vt cōſtat ex vltima ſeſſione Cōcilij Florentini.

Clemens. Baſilius.

34

Chryſoſto.

Marc. Ephe.

35

Ad ſecundū ex Dionyſio reſpondent nonnulli, illum non explicaſſe, quibus verbis fiat conſecratio, neque quid ante illa verba, *Hoc facite*, dictū fuerit, & ita incertum eſſe, quid velit Dionyſius: probabile tamen fieri prędicta verba: *Hoc facite*, in Miſſa Dionyſij bis poſita fuiſſe, primum ante conſecrationem, vt ſe excuſaret ſacerdos, quod tantū munus aggrederetur: eoquòd Dominus id iuſſiſſet, deinde poſt conſecrationem; & huius poſterioris meminiſſe ſolū Dionyſium. Ego ſane puto, etiam ſi dicamus, ſemel tantū ea verba à Dionyſio in ſua Liturgia proferri, nihil ex prædicto loco contra catholicam doctrinā probari poſſe: falſum enim eſt, ea verba Dionyſium commemoraſſe poſt illa: *Hoc eſt corpus meum*, & ante illam orationem, qua Græci contendunt fieri conſecrationem, vt ſe præpararet ſacerdos excuſatione illa, quam diximus: ſolum enim inquit, poſtquam ſacerdos Diuinis laudibus ornauit ſancta, & Diuina (Ieſu, nempe, myſteria) accedere ad conſecrationē: verba illius ſunt: *Ad eorumdem ſacrificium, quod ſignis continetur, venit, atque id, quod à Deo proditum ſit, facit. Itaque religioſe ſimul, & vt Pontificem decet, poſt ſacras Diuinorum operum laudes de ſacrificio, quod ipſius dignitatem ſuperat, ſe purgat, dum primo ad eum clamat: Tu dixiſti, Hoc facite in meam commemorationem. Deinde cū rogauit, vt hoc Diuino ſacrificio dignus ſit, &c. perficit ea, quæ maxime Diuina ſunt*. Hæc Dionyſius: ex quibus non conſtat, vt contendūt Græci, ex ſententia Dionyſij fieri conſecrationem per orationem, & non potius per verba illa, *Hoc eſt, &c.* Nam, quamuis Eccleſia Latina vtatur illis verbis: *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis*: poſt prędicta verba; *Hoc eſt, &c.* tamen ob id non ſequitur, in Græca Eccleſia, & Liturgijs illius eamdem fuiſſe conſuetudinem; quin potius ea ſolum dici conſueuiſſe, antequam diceretur, *Hoc eſt, &c.* vt ſacerdos ſe purgaret, quod tantū myſterium aggrederetur. Nā Eccleſia Latina nō dicit illa verba; *Hæc quotieſcumque, &c.* vt præparet ſe ſacerdos ad cōſecrationē, vt facit Eccleſia Græca, ſed vt profiteatur, ſe feciſſe id, quod Chriſtus præcepit in memoriā eius, vel vt excuſet ſe, quod tantum myſterium fuerit auſus perficere, nixus verbo ipſius Chriſti, qui dixit, *Hoc facite, &c.*

Ad ſecundum ex Dionyſio.

36

37

Ad

Ad tertiũ variè adhibentur ſolutiones. Primo.

Ade tertium ex Damaſceno, & Epiphanio Diacono variè, & difficilè Theologi Recentiores reſpondent, cum tamen vnam, & facilem habeat ſolutionem. Primum quidem dicunt etiam à Patribus in Liturgijs vocari Euchariſtiam antitypon corporis, & ſanguinis Chriſti. Et ita putant, aut Damaſcenum non citaſſe Baſilium in Liturgia, ſed in alio loco, aut in oratione Baſilij, & Liturgia Baſilij, qua vtebatur Damaſcenus, non fuiſſe verbum illud *antitypa*. Ego tamen valde miror, hos Theologos non conſideraſſe doctrinam Damaſceni, & Epiphanij in illis locis: ipſi enim pro viribus contendunt, panem, & vinum iã conſecratum, quæ ſunt vera Euchariſtia, ne quaquam vocari poſſe antitypa corporis, & ſanguinis Chriſti, ſed potius appellari debere ipſum corpus, & ſanguinem, & oppoſitum damnant vt dogma hæreticorum, qui negant veram præſentiam Chriſti in Euchariſtia: quomodo ergo ſuſpicari poſſent Damaſcenus, & Epiphanius, Euchariſtiam poſt conſecrationem antitypon, hoc eſt, figuram, ſeu imaginem à Baſilio, aut alio antiquo Patre vſquam vocatam fuiſſe? Porro autem Epiphanius Baſiliũ citat in precatione Diuinæ Anaphoræ, Græce autem ἀναφορὰ dicitur, & eſt pars Miſſæ, quæ continet conſecrationẽ ſacrificij, & dicitur actio ſecreta, ſeu Canon. Hæc autem Anaphora, in qua eſt teſtimonium quod citant prædicti Doctores ex Baſilio, eſt in 4. aut 6. tomo Bibliothecæ ſacræ inter Liturgias Patrum, ex codice Syriaca lingua, & charactere ſcripto traducta, & inter opera ipſius Baſilij ex Græco codice trãslata.

Reijcitur.

38

Circa nomen *Antitypon*, iudicium aliquorum.

Alij porro in eodem reſponſo quieſcentes, affirmant, Euchariſtiæ Sacramentum recte poſſe antitypon corporis, & ſanguinis Chriſti vocari, atque ita à Patribus; nẽpe Clemente Romano, Dionyſio Magno, Nazianzeno, & Theodoreto fuiſſe nũcupatum. In hac ſententia ſunt Claudius Sanctes in repetitione tertia de Euchariſtia cap. 4. noſter Turrianus in ſcholijs cap. 26. libri ſeptimi Apoſtolicarum conſtitutionum Clementis Romani, & in explanationibus defenſorijs lib. 5. conſtit. eiuſdem cap. 13. & Baſilius in oratione 11. Nazianzeni, quæ eſt in laudem ſororis ſuæ, explicans illa verba, *Quid igitur magna*, nu. 2. quinimo Elias Cretenſis in illa verba eiuſdem orationis, & in primam orationem Apologeticam explicans illa verba; *Hæc igitur*, non longe à fine commentarij: qui plane affirmat, ipſa myſteria corporis, & ſanguinis Chriſti vocata fuiſſe à Baſilio antitypa, nimirum, in Liturgia poſt conſecrationem, & à Nazianzeno in prædicta oratione. Verum hi

Claudius Turrianus.

39

Baſilius. Elias Creten. Nazianzen.

omnes non eodem modo defendunt id, quod diximus. Noſter Turrianus putat, hoc Sacramentum vocari non poſſe typum corporis, & ſanguinis; bene tamen antitypon, quia typus ſignificat figuram rei, quę rem ipſam non cõtinet. antitypon autem figuram. quæ rem ipſam in ſe habet. Et hoc ſenſu putat, Baptiſmum vocari à Cyrillo Alexandrino in 2. cathecheſi myſtagogica, *Antitypon paſſionis Chriſti*, quia paſsio Chriſti non vt figura tantum, ſicut erat in victimis illis antiquis, ſed re ipſa in Baptiſmo noſtro eſt: & Sacramentum Confirmationis ab eodem etiam Cyrillo, in 3. cathecheſi myſtagogica appellari, *Antitypon eius, quo Chriſtus vnctus eſt*, hoc eſt, *Spiritus Sancti*: vnde colligit, chriſma noſtrũ non eſſe typum, ſed antitypon Spiritus Sancti, quia reuera ipſum contineat. Ex quo colligit eos non recte *antitypa*, Latine interpretari, qui vertunt *Signa*: nã *Sacramenta* potius vertere debebant.

Cyril. Alex.

40

Hæc tamen ſententia mihi minime probatur; primũ quia Baſilius in ſua Liturgia, vt ſtatim videbimus, vtitur voce typi, non antitypi, nempe, pro eodem vſurpans, *typon*, & *antitypon*: tum etiam, quia hoc modo contenimus ſententiã Damaſceni, & Epiphanij Diaconi, approbatã in 7. Synodo, quibus multo magis fidendum eſſe, quàm alijs, quos proxime cum Turriano citauimus, inferius oſtendemus. Adhęc: quia opinio eius de ſignificatione illius vocis *antitypon*, ex nullo probato Autore confirmari poteſt. Quod vero adducit ex Cyrillo potius contra ipſum eſt: quoniam Baptiſmus, qui dicitur à Cyrillo antitypon paſsionis, & ſepultura Chriſti, non continet reipſa mortem, & ſepulturam illius, ſed effectum, nempe remiſsionẽ peccatorũ, & dũ ſignificãt nos cõmori, & conſepeliri Chriſto, efficit, vt nobis peccata moriantur iuxta ſententiam Pauli ad Rom. 6. Similiter non dicitur à Cyrillo Sacramentũ Confirmationis antitypõ eius, nimirum olei, quo Chriſtus vnctus eſt, quòd illud oleũ reipſa, & nõ ſecundũ ſignificationẽ contineat; ſed quòd effectum aliquẽ illius, eique ſimilem vnctionem habeat: nam Chriſtus vnctus eſt ipſa eſſentia Deitatis, nos autem in Cõfirmatione gratia Spiritus Sancti, quę eſt ſolum quędam participatio Diuinitatis, qua Chriſtus velut oleo vnctus eſt. Quod vero Petrus 1. Epiſtol. cap. 3. vocat Baptiſmũ antitypon areę Noe, ſi alicuius eſſet momenti in hac controuerſia, non quidem ſententiã Turriani, ſed Claudij, & Billij potius confirmaret; ne utram autem inde probari poſſe inferius patebit.

Confutatur ſolutio prædicta, & vſus vocis *Antitypon* illorũ Autorum. Primo.

Secundo.

Tertio.

Explicatur Cyrillus.

Ad Rom. 6

41

1. *Petr. 3.*

Claudius igitur, & Billius cenſent primũ

Exiſtimat Claudij & Billij ca eandem vocem. Primus modus, quo Euchariſtia dicatur: Antitypō, 1. Petr. 3.

dici poſſe Sacramentum hoc ἀντίτυπον paſsiue, nempe, ſumptum pro re ipſa, ſeu exemplari, in quod aliæ figuræ referebantur: dicunt enim, & actiue pro ipſa imagine, ſeu typo ſignificante, & paſsiue pro re ſignificata, quæ dici ſolet exemplar, vſurpari: id quod probari poteſt ex 1. Petri c. 3. vbi Baptiſmū vocat, antitypō arcę Noe, nā Græce dicitur, ὃ καὶ ὑμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα putat autem Gagneius in eum locum, mendū eſſe, & pro eo, quod eſt ὅ; hoc eſt, *Quòd* legendum potius, ᾧ, Latine, *Cui*; & ita Arias Montanus in ſuo textu Græco mutauit, vt ſe ſuſſit, inquit Gagneius, *Cui*, ſcilicet aquę, *conforme, at ſimile Baptiſma nunc quoque nos ſaluos facit*, atque hoc pacto Baptiſmus noſter non dicitur antitypon arcæ Noe, vt putauit Turrianus, ſed aquæ diluuij, per quam figurabatur Sacramentum Baptiſmi. Verum noſtra Vulgata non patitur hanc emendationem textus Græci, habet enim hoc modo: *Quod, & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit Baptiſma*. Et ita ex illo loco neque hæc ſententia, neque Turriani probari poteſt. Neq; enim dicitur Baptiſma ſimilis formæ Græce ἀντίτυπον: *Antitypon* quia ſit veritas ipſa, in quā aqua illa diluuij reſpiciebat, ſed quia ſit ſimilis naturæ, & ſimilem effectum in nobis præſtaret. Adde, quòd, ſi Euchariſtiæ Sacramentum diceretur antitypō paſsiue, ſicut Baptiſmus, quia erat id, quod antiquæ figuræ reſpiciebant, non diceretur antitypō corporis, & ſanguinis Chriſti ſed figurarum antiquarum; nunc autem ſolum contendimus contra prædictos Doctores, non vocari antitypō corporis, & ſanguinis Chriſti, ſicut ipſi volūt. Demū, quod, *Antitypon*, paſsiue ſumatur, non video, cuius probati Autoris teſtimonio cōfirmari poſsit.

Gagneius.

Arias Montanus.

42

Reijcitur.

Secundus.

Deinde ijdem Autores docent, hoc Sacramentum vocari etiam antitypon, quia corpus Chriſti ſpirituali modo ſub ſpeciebus exiſtens ratione illarum repræſentat ipſummet Chriſtum, & corpus eius, quod erat viſibile, & palpabile, & in cruce pependit, & paſſionem eius: id quod Billius contendit probare teſtimonio quodā Auguſtini apud Proſperum in ſententijs. Et in hoc conueniunt Claudius, & Billius: addit tamen Claudius tertium alium modum nempe, vt dicatur etiā antitypō corporis viſibilis in cœlo, & fruitionis æternæ, ſicut expreſſe ſenſit Damaſcenus lib. 4. de fide cap. illo 14. in fine. Verum licet negare non poſsimus hoc Sacramētum recte dici antitypō paſsionis Chriſti, & fruitionis æternæ, & hoc modo à Patribus fuiſſe nuncupatum, ob id tamen non ſequitur, dictum fuiſſe, aut dici poſſe ἀντίτυπον corporis, & ſanguinis Chriſti, neque ex antiquioribus Patribus vllus eſt, qui hoc modo ipſum appellauerit.

43

Auguſtinus Proſper. Tertius.

Damaſcenus

Conuellitur vterque.

Denique Elias loco citato cenſet, hoc Sacramentum dici antitypō corporis, & ſanguinis Chriſti, quaſi τόπος τύπον ἰσότυπον, quem modum loquendi putat frequentē eſſe apud Patres, & prophanos Autores, eo quod particula ἀντὶ, *Anti*, aliquando æqualitatem ſignificet, in quo etiā ſenſu exiſtimat Nizetas accipi à Nazianzeno oratione 42. quæ eſt 2. in Paſcha, non longe à principio, cum de lumi num geſtatione, qua nox illa Paſchatis fuerat illuſtrata, ait: *Magnumque illud lumen referens*, nam in Græco ad literam eſt, *& magni luminis antitypos*. Hac vero ratione cenſet Elias vocari hoc Sacramentum antitypos corporis, & ſanguinis Chriſti à Nazianze. oratio. 11. & ora. apologetica locis citatis: nā ſi *Anti* ſignificat æqualitatem, antitypos corporis, & ſangui is Chriſti denotauit Sacramentū, æquale quidem corpori, & ſanguini Chriſti, quia ipſum reuera continet.

Mens Eli.

44

Nizetas.

Fatemur quidem particulam Græcam ἀντὶ apud antiquos Autores ſignificaſſe æqualitatem in compoſitione, ſicut notant periti huius linguæ, vt in voce. ἀντιθεος, Latine *Semideus*, vel *Deo æquiparandus*. Tamen hanc æqualitatem denotat reſpectu eius, cui coniungitur, vt ſi coniungitur cum voce ἀντιθεος, Latine *Deus*, denotat æqualitatem cum Deo; quare cum coniungitur cū voce Τόπος *Typos*, denotabit quidem æqualitatem cum typo, hoc eſt, cum figura, non autem cum re ipſa, cuius eſt figura illa, & ita antitypos ſignificabit exemplar ex aliqua imagine deſumptum, illi æque reſpondens, non tamen æquale cum re, cuius erat illa imago. neque in hac ſignificatione antitypon, denotans, nimirum, æqualitatem cum re ipſa, apud vllum probatum Autorem inuenies: ergo ſi Sacramentum hoc dicitur antitypon corporis, & ſanguinis Chriſti, ſolum hoc modo dicetur, quia erit imago corporis, & ſanguinis Chriſti æqualis alteri imagini, ex qua deſumpta ſit. Adde, quod hęc æqualitas, quam particula ἀντὶ in compoſitione ſignificat, eſt cum diſtinctione: inter hoc autem Sacramentum, prout corpus Chriſti, & ſanguinem continet, & ipſum corpus, & ſanguinem non eſt illa diſtinctio, quæ requiritur ad illam ſimilitudinem: nam potius identitas, quam ſimilitudo dicenda eſt. Cęterum, quamuis antitypon æqualitatem cum re ſignificatā denotaret, ego plane non video, quomodo Nazianzenus in hac ſignificatione vſurpare

Cōfutatur

45

potuit

potuit antitypon in illa oratione 42. nam lumen illud ignis corporalis, quo illustrata fuit dies Paschatis, quo pacto æqualis esse potuit æterno lumini gloriæ, cuius typum gerebat?

46 Verùm mihi multò melius semper visum est, non solum Scholasticis recentioribus, quos diximus, sed etiam vni Eliæ natione etiam Græco, & alteri etiam Græco Bessarioni, quem pro hac sententia refert Billius, duos alios Græcos antiquiores, nempe, vnum Damascenum, & alterum Epiphanium Diaconum, cuius sententia in septima Synodo in magno pretio semper habita est, anteponere, & cum illis constanter asserere, numquam à Patribus antiquioribus panem, & vinum ante consecrationem, sed post illam vocatum fuisse antitypon corporis, & sanguinis Christi, sed hunc modum loquendi tamquam hæreticorum cauendum esse, licet bonum sensum habere possit. Non dico, non fuisse vocatum antitypon absolute, aut alterius rei, sed solum corporis, & sanguinis Christi. Quod enim dicunt Claudius, & Billius locis allegatis, ab aliquibus maleuolis verba illa addita fuisse textui Damasceni; & 7. Synodi cómentitium plane est, cum id nullo alio fundamento probabili affirmari possit, nisi quòd ipsi putant, ab aliquibus Patribus dictum fuisse hoc Sacramentum antitypon corporis, & sanguinis Christi; quorum sententiam, & verba ignorasse Damascenum, & Epiphanium verisimile non est. At nullum esse Patrem, qui hoc modo loquatur, inferius videbimus. Multo vero minus probandum est, quod ait Turrianus in illud capit. 13. libri quinti, cum ait, addita fuisse verba illa Damasceno ex Epiphanio in Septima Synodo, quasi hoc modo testimonio Damasceni non esset habenda fides: cum multo maioris autoritatis censeri debeat Epiphanij testimonium, quòd à septima Synodo sit approbatum. Cum igitur prædicta sententia Damasceni, & Epiphanij rectè constet cum ijs, de quibus ipsi illis in locis disputabant, absque vllo vel leui fundamento dicemus, prædicta verba supposita illis fuisse.

Vera vocis. Antitypon interpretatio. Billius. Damascen. Epiphan. Diaconus.

Turrianus.

47

Nullus ex Patribus, hoc Sacramentum appellauit Antitypō. Dionysius. Clemens. Roman.

Cæterum ostendamus, nullum ex Patribus, quos prædicti Autores putant, appellasse hoc Sacramentum antitypon corporis, & sanguinis Christi, hoc modo loquutum fuisse. Primum quidem citant Dionysium, locum tamen illius non signant, neque ego talem modum loquendi in eo inuenire potui. Deinde citant Clementem Romanum libro septimo constitutionum Apostolicarum: ibi tamen solum vocat hoc Sacramentum antitypon passionis Christi & effusionis sanguinis eius, iuxta præscriptum Domini, qui dixit Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* Non autem vocat antitypon ipsius corporis, & sanguinis, de quo nunc contendimus. Neque enim negare volumus, hoc Sacramentum nullius rei antitypon vocari posse. Verba Clementis sunt: *Adhuc agimus tibi gratias Pater noster, pro sanguine pretioso Iesu Christi pro nobis effuso, ac pro pretioso corpore*, nempe in mortem tradito, *cuius hæc antitypa celebramus.* Cum dicit, *Pro nobis effuso*, planè indicat passionem, ad quam verba illa: *Cuius nos, &c.* referri debent, id quod sequentia clarius indicant: *Qui nobis constituit, vt mortem eius annunciaremus.* Citant etiam verba eiusdem Clementis libro quinto constitutionum Apostolicarum capit. 13. aliàs 16. Vbi sic loquitur: *Cum autem tradidisset nobis*, nempe Christus, *antitypa mysteria pretiosi corporis, & sanguinis sui.* Verum hoc loco Clemens Eucharistiam non vocauit absolute antitypa corporis, & sanguinis, sed antitypa mysteria, seu Sacramenta corporis, & sanguinis, ac si ipsum Sacramentum corporis diceret esse antitypa: sunt enim hęc Sacramenta antitypa passionis, & beatitudinis, vt diximus, & statim dicemus. Hoc eodem sensu Chrysostomus homil. 17. in Epistolam ad Hebręos explicans illud, *His hostijs, &c.* colum. 3. non longe à fine inquit: *Hoc autem sacrificium exemplar est illius*, nempe, incruentum cruēti.

Luca 22.

48

Deinde citant Nazianzenum: nam in prima apologetica oratione. §. *Hæc igitur*, sacrificium altaris antitypon vocat. Verum ibi non vocat antitypon corporis, & sanguinis Christi, sed antitypon mysteriorum, tum quia, vt proxime dicebamus, est antitypon mortis Christi, tum etiam vnionis fidelium. Quinimo Damascenus etiam lib. 4. de fide capit. 14. in fine eodem vocabulo vsus, concedit esse antitypon ipsius beatitudinis, cum tamen in eodem capite negasset esse antitypon corporis, & sanguinis. Citant præterea eumdem Nazianzenum in oratio. 11. quæ est in laudē sororis. §. *Quid igitur*, vbi appellare videtur hoc Sacramētū antitypa ipsius corporis, & sanguinis Christi, verba illius sunt. *Et si quid vspiam antityporum pretiosi corporis, aut sanguinis manus recōdiderat, id lachrymis admiscuisset.* Dicunt enim morem fuisse antiquū, vt laici etiam aliquid huius Sacramenti in domū deferrēt, sicut inferius disput. 216. capit. 3. dicemus. Verū si cōtextū Naziāzeni, quis cōsideret, planè videbit, illis verbis nō significasse Sacramentū Eucharistię quod appellaret antitypon corporis, & sanguinis Christi, sed reliquias

Chrysostomus.

Damascen.

Nazianzenus.

49

liquias aliquas, aut ſigna aliqua corporis, & ſanguinis Chriſti, quas recte antitypa vocauit. Eo enim loco Nazianzenus laudat ſororis ſuæ Gorgoniæ eximiam fidem, qua aſiquando corporis ſanitatem recuperauit: nam in ægritudine conſtituta, deſperatis omnibus alijs auxilijs, ad mortalium omnium medicũ Chriſtum Dominum confugit, & intẽpeſta nocte, cum morbus nonnihil remiſiſſet, ad altare cum fide procubuit: &, cũ precata eſſet Dominum, non ſe prius altare illud dimiſſuram, quam ſanitatẽ recuperaret, & hoc pharmaco corpus ſuum perfudiſſet, ſubdit deinde. *Et ſi quid vſpiam antityporum pretioſi corporis, aut ſanguinis manus recondiderat, id lachrymis admiſcuiſſet*: & ſtatim ab ægritudine libe ratã fuiſſe. Iam verò quis non videat, hic nõ loqui Nazianzenum de Sacramento Euchariſtiæ? Nam vel altare illud intrà domum pro priam erat, vel in Eccleſia? ſi erat in Eccleſia, ad quam ipſa intempeſta nocte confugiſſet, neque ipſa accipere potuit propria manu corpus, & ſanguinem Chriſti, quem reconderet, & in domum referret, vt nonnulli volunt, ſiquidem ſub cuſtodia ſeruaretur, neque à ſacerdote illum accipere, ſiquidem intempeſta nocte ad altare confugiſſe, neque ſacerdotem ad ſe vocaſſe, memoratur. Imo etiã ſi ſacerdos eſſet præſens dici non poteſt, de manu illius ſanguinem Chriſti, quem recon deret, accepiſſe, vt ex ijs, quæ dicemus, patet. Si autem altare illud erat intra propriam domum, vt veriſimilius eſt, quia credibile non eſt, eo tempore extra domum exijſſe, cum ſolum per paruũ temporis ſpatium vis morbi remiſiſſet, prædicta verba ſimiliter intelligi nequeunt de corpore, & ſanguine Chriſti, primum quidem non de ſanguine; quia licet fideles laici intra domum ſeruare poſſent eo tempore corpus Chriſti in Euchariſtia, vt diſp. 216. capite tertio dicemus; tamen ſanguinem ſeruare non poterãt: neque acceptum, à ſacerdote in domum ſuam deferre: eo quod ſanguis non niſi in vaſis ſacris ſeruandus eſſet, vaſa autem ſacra, aut in Eccleſia, aut pene præſides Eccleſiæ tantum eſſe deberent, vt docet Athanaſius in ſecunda Apologia contra Arrianos poſt medium, vbi cõtendit Macharium, qui accuſabatur, quòd vas ſacrum confregiſſet, illud frangere non potuiſſe, quia tale vas habere non potuit: *Quomodo igitur* (inquit) *homo priuatus, & priuatas ædes habitans, poculum myſticum ſibi concreditum habeat.* Gorgonia autem priuata mulier erat, & priuatam domum cum marito ſuo habitabat. Neque obſtat, quod Nazianzenus ſub diſiunctione loquatur, cum ait: *Pretioſi corporis, aut ſanguinis*, quaſi de altero tantum, nimirum, de corpore, verba illius vera eſſe ſufficiat: nam ſi nullo modo recondere potuiſſet antitypon ſanguinis, & hoc manifeſtum erat, quorſum, obſecro, de illo mentionem etiam ſub diſiunctione faceret? cũ enim de aliquo narramus, hoc, aut illud feciſſe, ſub vtrobis mẽbrorem, quam facere poſſet, comprehendimus. Ideo autem loquitur Nazianzenus ſub diſiunctione, quia certus non erat, vtrum antitypon eſſet corporis, an ſanguinis, vel vtriuſque ſimul. Præterea, ſi Gorgonia domi retinere poſſet ſanguinem Chriſti in Euchariſtia, & illum propria manu in locum recondidiſſet, non diceret Nazianzenus: *Et ſi quid vſpiam, &c.* denotans incertum aliquem locum, vbi illum recondidiſſet: nam pro Sacramento certus, & determinatus locus eſſet, qui dicitur κυβώριον *Cyborion*, ſeu *Capſa*, vt in eo capite dicemus. Demum, ſi Gorgonia corpus, & ſanguinem Chriſti apud ſe reconditum haberet, nonne potius ad obtinendam ſanitatem illum reuerenter acciperet, quam proprijs lachrymis miſceret? Adde, quòd nõ nihil eſſet irreuerentiæ corpori, & ſanguini Chriſti ita facie admouere, vt vtrumque proprijs lachrymis miſceret, ſiquidem neque ſacerdotibus id modo liceret, etiam ſi vllo humano iure id vetitum non ſit.

Explicatur alius Nazianzeni. 51 Athanaſius. 52 53 54 Theodoretus Gelaſius

Exiſtimo igitur ex hoc loco neque probari, Sacramentum hoc antitypon corporis, & ſanguinis Chriſti à Nazianzeno vocatum fuiſſe, neque ſeruari conſueuiſſe in antiqua Eccleſia, & ad domos priuatas deferri, vt in illis etiam ſeruaretur, ſicut Recentiores contendunt: & multo minus inde probari, quod hæretici contendunt, laicos tunc ſub vtraque ſpecie communicaſſe: nam, vt ſupra dixi, per antitypon intelligit Nazianzenus aut reliquias, aut imagines aliquas paſſionis Chriſti, quas Gorgonia in aliqua parte altaris recondiderat, quaſque eximia illa fide amplectens lachrymis rigauit, poſtulans à Deo ſanitatem.

Demum Theodoretus, quem etiam pro ſe allegat Claudius in cap. 11. prioris ad Corinthios, non vocat Euchariſtiam antitypon corporis, & ſanguinis Chriſti, ſed, vt ipſe Claudius fatetur, verũ typi archetypũ: in illa enim verba: *Hoc facite quoties, &c.* inquit: *Sacram illam, & omni ex parte ſanctam noctem in memoriam reuocauit, in qua, & typico Paſchati finem impoſuit, & verum typi archetypum oſtendit*. Vel forte per verum archetypum intelligit ſacrificium Chriſti cruẽtum. Vnus eſt Gelaſius in libro de duabus naturis non longe ante finem in quarto, aut quinto tomo

tomo Bibliothecæ Sacræ, qui hoc Sacramentum vocat imaginem corporis, & sanguinis Christi. Verum vt vidimus disputat. 179. c. 3. & 180. c. 9. mirum nō est, si hic Autor hoc vtatur vocabulo, cum etiam ibidē dicat, manere substantiam panis, & vini; ipsum autem non fuisse Gelasium Pontificem, ibidem notauimus.

55

Cum igitur constet, nullum alium ex Patribus vocasse hoc Sacramentum antitypō, seu imaginem corporis, & sanguinis Christi, sed panem ipsum, & vinum ante consecrationem, super est adhuc, vt respondeamus ad difficultatem de hac re propositam ex Basilio, qui videtur etiam hoc modo panem, & vinum post consecrationem vocasse, quam oportet dissoluere, vt cum Damasceno, & Epiphanio Diacono veram sententiam teneamus.

Alia solutio impugnatur.

Alij igitur respondent, Liturgiam Græcam mutatam esse, & alium ordinem antiquitus habuisse. Verum hoc responsum probandum non est: nam Germanus Patriarcha in consideratione rerum Ecclesiasticarum, seu Theoria exponens Liturgiam. §. *Tua ex tuis*, meminit antitypon, post verba illa: *Hoc est corpus meum*: hæc etiam solutio confutatur ex iis, quæ inferius dicemus. Adhiberi etiam solet alia solutio, vt quemadmodum nonnulli dicunt, illam deprecationem: *Fac panē istum corpus*, ex se quidem denotare mutationē panis faciendam in corpus Christi; illam tamen reipsa in Liturgia non significare, sed confirmationem mutationis iam factæ; sic etiā vox *Antitypon*, ex sententia Damasceni, & Epiphanij Diaconi fuerit vsurpata à Basilio in Liturgia: quia loquebatur de pane secundum se, ac si non esset consecratus, licet reuera consecratus esset, & ita iam non esset antitypon, sed potius ipsa veritas. Asserūt igitur id, quod Damascenus, & Epiphanius dicunt, nempe, Eucharistiam vocari antitypon corporis, & sanguinis Christi ante consecrationem, referendum esse ad modum loquendi, nō ad ipsam realem consecrationem: nam etiā si tunc facta esset consecratio, ex modo loquendi significabatur vt futura: difficile sane responsum, cum tamen si verba Liturgiæ secundum translationem ex codice Syriaco considerentur, & attentè legantur, nullam prorsus præ se ferant difficultatem. Quo circa puto, multō facilius responderi posse, si verba Basilij expendantur; verba illius sunt: *Et qui proposuimus typum corporis, & sanguinis tui adoramus, ac supplices rogamus te per bonitatis tuæ benignitatem, vt veniat Sanctus tuus Spiritus super nos, & super hæc, quæ proposuimus dona, ac sanctificet ipsa, &c.* & statim sequitur deprecātio, de quā multum hactenus loquuti sumus. Quæ verba, licet sint posita in Liturgia Basilij, & Anaphora post illa: *Hoc est corpus, &c.* tamen illa; *Qui proposuimus typum*, plane referuntur ad tempus, in quo nondum erat prolata forma illa: *Hoc est corpus meum, &c.* ac si sensus sit; nos, qui tibi antea proposuimus considerandum antitypū corporis tui, te rogamus, vt Spiritus Sanctus descendat super hæc eadem dona, quæ proposuimus consecranda, & iam consecrata reuera sunt, vt efficiat illa esse nobis in medellam peccatorum. Neque obstat, quòd interpretes Basilij in prædicta Liturgia, & 7. synodi, non habeāt verba illa; *& qui proposuimus*, sed pro illis trāsferant; *& proponentes*: nam multo melius transtulissent, *Et qui proposuimus*, est enim participium Aoristi, per προθέντες, quod multo melius per præteritum Latinæ linguæ, quam per præsens vertitur. Confirmat autem Epiphanius id, quod contendit, nempe, numquam Eucharistiam vocatam fuisse ab vllo ex Patribus antitypon corporis, & sanguinis Christi, sed panem ipsum, & vinum autoritate Eusthatij, qui exponens illud Prouer. 9. *Edite panem meum, &c.* inquit, *Per panem, & vinum antitypa membrorū corporalium Christi prædicat.* Eodem modo Macharius Senior Aegyptius, in homil. 27. post medium in interrogatione: *Quid est, quod oculus non vidit, &c.* quæ est in secundo tomo Bibliothecæ Sacræ, inquit, offerendum esse in Ecclesia panem, & vinum, exemplar exhibens carnis ipsius, & sanguinis. Valde tamen suspicor, Epiphanium aliunde collegisse, Basilium panem, & vinum, non autem Eucharistiam vocasse antitypa corporis, & sanguinis Christi, nempe, ex sensu illius orationis: *Adoramus, ac supplices rogamus, &c.* eo quòd nondum peracta esset consecratio; non quod putaret, per hanc orationem perfici, sed: quòd ex ea oratione colligeret, in Anaphora verba huius orationis esse debere ante verba illa, quibus fit consecratio: *Hoc est corpus meum, &c.* Ego vero id, quod dixi, probabilius existimo, ne cogamur dicere, tempore Epiphanij, & nunc verba illa præpostero ordine in Anaphora posita esse. Quartum, quod adducitur ex Missa Latina, friuolum est: nam, cum oramus: *Iube hæc perferri per manus Sancti Angeli tui in sublime altare tuum*, non precamur id, quod Cabasilas deprauate intellexit, sed vt Deus ità nostrum sacrificium acceptet, vt sit nobis in remedium nostrorum peccatorum, & eius intercessione omni gratia benedictionis repleamur.

56

Vera respō sio, & explicatio Basilij.

57

Epiphanius.

Eusthatius Prouer. 9.

Macharius.

58

Ad quartū

Ad quintũ Ad quintum fatemur, quàm plures Patres dixiſſe, precibus ſacerdotis hoc Sacramentum confici, huiuſmodi ſunt Irenæus libro 4. caput 31. Ambroſij libro 4. de fide ad Gratianum cap. 5. Hieronymus Epiſtola 85. Auguſtinus 3. de Trinitate capit. 4. & Epiſtola 59. ad 5. quæſtionem. Proclus Epiſcopus Cõſtantinopolitanus in opuſculo de traditione Miſſæ, & Sámonas Gazenſis in diſputatione cum Achmo de corpore, & ſanguine Chriſti, qui duo ſunt in quarto, vel quinto tomo Bibliothecæ Sacræ. Reſpondent tamen aliqui, vel hoc dictum eſſe à Patribus, quia in eadem actione Miſſæ ſunt etiam orationes, & precationes, vel certe (quod ego probabilius exiſtimo) quia illa etiam verba prolata ea fide, qua Chriſtus inſtituit, vim habent orationis, & precationis, ſiquidem impetrant à Deo, & ita Theophylactus in illud Matth. 26. *Et edentibus illis*, inquit, *Id quod etiam nos facimus, preces adiungendo; Hoc eſt corpus meum*, vbi verba illa: *Hoc eſt corpus meum*, preces appellat: & in eumdem ſenſum tractatu de Pœnitentia explicabimus quorumdam Patrum ſententiam, qui etiam in Sacramento Pœnitentiæ orationi, & preci ſacerdotis tribuere videntur effectum illius.

Irenæus. Ambroſius. Hieronym. Auguſtinus

Proclus. Samonas.

59

Dubitatio Verum, quæret quis, quare cauſa, cum certo credamus, poſt verba Chriſti conſecrationem futuram, & de hoc dubitare non liceat, nihilominus oremus pro conſecratione ante verba illa: *Hoc eſt corpus meum* ſiquidem 1. tomo diſput. 82. capit. 3. diximus, ideo Chriſtum non orare nunc in cœlis, quia eius oratio ſuperuacanea eſſet, cum iam illi promiſerit Deus, quæcumque ob illius merita vſque in finem ſeculi facturus eſt? Reſpondeo, nos ideo orare, quia effectus Sacramenti adhuc pẽdet ex noſtro arbitrio, à quo debet dirigi lingua ad proferendum verba, & intentio ad conſecrandum, quæ ſine gratia recte fieri nequeunt, & niſi gratia Dei adiuuaret ſine dubio talia non eſſent, qualia requiruntur. Id autem, quod tribuendum eſt intuitu meritorum Chriſti, iam amplius non pendet ex eius libero arbitrio, ſed morte ipſius omnia recte confirmata, & in noſtram vtilitatem poſita ſunt.

Reſolui tur.

ARLICVLVS II.

Vtrum hæc ſit conueniens forma conſecrationis panis. Hoc eſt corpus meum.

Notatio circa Articulum.

CONCLVSIO Eſt: *Verba illa; Hoc eſt corpus meum, ſunt conuenientis forma conſecrationis panis.* De conuenientia vtriuſque formæ huius Sacramenti in vniuerſum diſputauit S. Thomas in artic. 1. atque in eo dixit eſſe diuerſam à conuenientia formarum aliorum Sacramentorum, quòd cum reliqua Sacramenta perficiantur in vſu materiæ conſecratæ, aut benedictę, habent formas denotantes non conſecrationem, ſed vſum materię conſecratæ; at vero, cum hoc Sacramentum perficiatur in conſecratione materiæ, habet formam, non denotãtem vſum illius, ſed conſecrationem. In hoc vero articulo quæritſpeciatim de conuenientia formæ conſecrationis corporis, in ſequente vero de conuenientia formæ conſecrationis calicis, quamuis nõ eadem ratione, vt inferius videbimus. Inquit igitur in hoc articulo, conuenientiam formæ conſecrationis corporis in eo eſſe, vt ſignificet conuerſionem, quæ fit in hoc Sacramento, dum conſecratur. Quomodo autem eam denotet, & aliquo modo exprimat terminum à quo, & ad quem illius, fuſius explicat. An autem præter illa verba, quibus Eccleſia Latina communiter vtitur in hac forma, aliqua alia pertineant ad eſſentiam illius, non diſputat.

60

ARTICVLVS III.

Vtrum, hæc ſit conueniens forma conſecrationis vini; Hic eſt calix ſanguinis mei, &c.

Notatio circa Articulum.

CONCLVSIO Eſt: *Verba omnia, quibus pro forma vtitur Eccleſia Latina in conſecratione vini, ſunt de ſubſtantia formæ.* 61

Quamquam titulus articuli eſt de conuenientia formæ conſecrationis vini, ſicut in præcedẽtibus articulo, non autem de verbis pertinentibus ad eſſentiam, ſeu ſubſtantiam illius; nihilominus S. Doctor nihil reſpondet de conuenientia, ſed de verbis pertinentibus ad ſubſtantiam formę. Explicans verò quo pacto omnia verba pertineant ad ſubſtãtiam, nõ obſcure indicat conuenientiã formæ cũ ait, priora verba ſignificare conuerſionẽ, ſicut de forma cõſecrationis corporis dixerat in præcedente articulo; poſteriora verò, nẽpe, illa; *Qui pro vobis*, &c. denotare effectum

Sacra-

Sácrāmenti. Ideo autem de verbis, quæ addi possent formæ consecrationis corporis, nihil quæsiuit in præcedente articulo, quia Ecclesia Latina illis non vtitur.

Quæ verba pertineant ad essentiam formæ consecrationis panis, & vini. Disputatio 198.

Ab illis verbis; Hoc est corpus, &c. *&*, Hic est calix, &c. *ita incipere formam consecrationis, vt sine præcedentibus fieret consecratio. Cap.* 1.

Non solum verba illa; Hic est calix sánguinis mei, *sed etiam alia, quæ postea adduntur, ad substantiam formæ pertinere, nonnulli varie sunt opinati. Cap.* 2.

Verba illa; Noui, & æterni testamenti, *& cætera, quæ adduntur in forma calicis ad essentiam formæ non pertinere, vera, & communis sententia est. Cap.* 3.

Verba, quæ adduntur formæ calicis, non pertinere ad substantiam illius, aut ex intentione proferentis vllo modo ad essentiam: Cap. 4.

Ab illis verbis, Hoc est corpus &c. *&*, Hic est calix, &c. *ita incipere formam consecrationis, vt sine præcedentibus fieret consecratio.*

CAPVT I.

NON Satis est, contrà Græcos ostendisse, ad essentiā formæ consecrationis, & effectū illius non necessario requiri orationem, quæ in Liturgijs eorum addi solet, sed pro Latinis, & Græcis demōstrare etiam oportet, quibus solùm verbis ita essentialiter constet, vt absque omnibus alijs eodem modo fieret cō secratio. Est autem cōmunis difficultas, tam pro forma consecrationis panis, quam vini: tam de verbis, quæ in Canone præmittuntur, quàm de illis, quæ continenti sermone vel adduntur formæ, vel interseruntur. In hoc autē capite de illis, quæ in Canone præmittuntur dicendum nobis est, & reuerā nihil notatione, aut disputatione circa illa dignum esset, nisi Scotus singularem in hac re opinionem sequutus fuisset. Ille igitur in 4. distinct. 8. q. 2. §. *De secunda dico*, quem sequitur Angelus verbo. *Eucharistia*, numero 24. docet, verba quæ in Canone præmittuntur, ante quam sacerdos dicat: *Hoc est corpus meū*, & *Hic est sanguis meus*, &c. non quidem esse de essentiā formæ, ita tamen necessario requiri, vt si omitterentur, & ea, quæ diximus, solùm proferrentur, consecratio non fieret. Fundamentum huius opinionis est, quia, vt verba formæ consecrent panem, & vinum, debent significare id, quod virtute eorum efficitur, nempe, corpus, & sanguinem Christi, sub speciebus panis, & vini; id autem non significarent, nisi verbi illa: *Qui pridie, quam pateretur*, &c. sacerdos prius protulisset: nam absque illis pronomen *Meum*, in forma consecrationis panis, & *Mei*, in forma consecrationis vini, non referretur ad Christum, sed ad sacerdotem ipsum, vt sensus esset, illud esse corpus, & sanguinem sacerdotis, nō Christi, eo quòd absque illis verbis, *Qui pridie*, &c. reliqua non possent proferri à sacerdote in nomine Christi, sed proprio: vt igitur proferantur in nomine Christi, & ita significent corpus, & sanguinem Christi, necesse est, vt & illa: *Qui pridie, quàm pateretur*, vel alia huiusmodi prius efferantur. Neque verò sensit Scotus, omnia verba Canonis hoc modo requiri, sed illa solùm, sine quibus forma consecrationis in nomine Christi proferri nequit. Hæc autem (me quidem iudice) incipere putauit ab illis, *Qui pridie, quàm pateretur*: dixit tamen non solum illa, *Accipite, & manducate ex hoc omnes*, requiri, sed alia etiam esse necessaria ad prædictam significationem, vt explicatum est. Deinde probat testimonio Ambrosij lib. 4. de sacramentis cap. 4. & refertur Canone: *Panis est in altari*, *De consecratione*, distinct. 2. vbi inquit: *Quia sermo Christi naturam mutat*, & infra, vt ostendat, quis sit hic sermo Christi, quo creatura mutatur, subiūgit: *Accipite, & edite ex hoc omnes; Hoc est enim corpus meum, quod pro multis confringetur*, vbi Ambrosius, vt notat Scotus, coniungere videtur cum forma consecrationis illa verba: *Accipite, & edite ex hoc omnes*: non quidem quia putet, ad essentiam ipsam formæ tamquam partem pertinere, sed quia sine illis sensus formæ, nēpe in nomine Christi constare nequeat, sicuti ex mente Scoti explicauimus: quod non solùm (inquit ille) de his verbis intelligendū est, sed etiam de alijs quæ supra diximus.

Scotus.

Angelus.

Ratio.

2

Ambrosius.

3

Prima opinio.

Vera ſententia proponitur, et Scotus reijcitur.

Hæc tamen ſententia Scoti tamquam improbabilis merito iam ab omnibus reijcitur, atque ex Scholaſticis oppoſitam ſequuntur Alexander 4. par. quæſt. 10. memb. 5. artic. 2. §. 9. qui eſt penultimus. Ricardus in 4. diſt. 8. artic. 3. quæſt. 1. Durand. eadem diſt. quæſt. 2. membr. 6. Gabriel lectione 38. in Canonem Miſſæ, litera K. Dominicus Sotus in 4. diſt. 11. quæſt. 1. artic. 2. poſt mediũ. §. *Propter hæc argumenta*: quibus adde S. Thomam in artic. 1. huius quæſtionis ad 4. & Caietan. ibidem. Mitto alios, qui pro hac opinione referri ſolent: illi enim ſolum doceat, formam conſecrationis in illis dumtaxat verbis: *Hoc eſt corpus meum* &; *Hic eſt calix ſanguinis mei*, poſitam eſſe: id quòd Scotus non negauit. An vero hæc forma ſine verbis præcedentibus ita proferri poſsit, vt effectum habeat, non definiunt: Autores vero citati contra Scotum expreſſe docent, etiamſi ſola verba formæ proferrentur, fore, vt conſecratio eodem modo fieret. Ex ijs vero Dominicus Sotus ex verbis Scoti contendit ipſum contradictionis arguere, quòd cum prius dubitaſſet, an ſola illa verba: *Hoc eſt corpus meum*, &; *Hic eſt calix ſanguinis mei*, ſine præcedentibus eſſent forma conſecrationis, poſtea fatetur ingenue, illa ſola eſſe formam quod tamen in Scoto ego nõ inuenio: neque enim ipſe dixit præcedentia illa verba eſſe partem eſſentialem formæ; ſed ſolum neceſſario præmittenda eſſe, vt ſenſus formæ conſtet. Caietanus vero quamuis ſimpliciter probet ſententiam S. Thomæ, & opinionem Scoti improbet, inquit tamen, cum verba formæ in duplici ſenſu proferantur, nempe, & recitatiue, hoc eſt, hiſtorialiter, & ſignificatiue, hoc eſt, in perſona Chriſti, ſententiam Scoti veram eſſe, ſi verba formæ capiantur in ſenſu hiſtoriali, & recitatiue, quia ſine præcedentibus ſenſum hiſtorialem reddere nequeunt: ſi vero capiantur ſignificatiue non item, & quia hic poſterior ſenſus verborum præcipuus eſt, atque, vt inquit Caietanus, præponderat, eo quòd hac ſola ratione ſacerdos conficit, nempe, in perſona Chriſti, vt dicitur in decreto fidei Eugenij IIII. in vltima ſeſſione Cõcilij Florentini. §. *Tertium eſt*: ideo ſimpliciter probat ſententiam Doctoris Sancti, ſententiam autem Scoti ſimpliciter improbat. Hãc igitur poſteriorẽ ſententiam contra Scotũ primum probare poſſumus ex eodem cap. Ambroſij, ex quo ipſe proſe teſtimonium deſumpſit. Nam, cũ dixiſſet Ambroſius, verbis Chriſti fieri conſecrationem, & mutari creaturam, reliqua autem verba aut in laudem Dei proferri, aut orationi deſeruire: & vt oſtenderet, quæ eſſent hæc verba Chriſti, quibus conſecrãretur panis, & vinũ, retuliſſet, quæ ſunt in Canone Miſſæ ab illis verbis: *Qui pridie quam paterentur* poſt multa ſubiungit: *Omnia illa verba Euangeliſtæ ſunt vſque ad; Accipite ſine corpus, ſine ſanguinem. Inde verba ſunt Chriſti; Accipite, & bibite ex eo omnes, &c.* Cum igitur dicat Ambroſius, verbis Chriſti ſolis fieri conſecrationem, & hæc dicat incipere ab illis, *Accipite, & bibite*, plane ſentit, cætera nihil operari, ac proinde ad conſecrationem neceſſaria non eſſe; tantum abeſt, vt Scotus ex illo loco probet id, quod contendit, nempe, verba etiam præcedentia neceſſaria eſſe ad conſecrandum. Ex eo vero, quòd dicat Ambroſius, verba Chriſti incipere ab illis: *Accipite, & bibite*, non ſequitur ipſum exiſtimaſſe, illa etiam neceſſaria eſſe ad conſecrationem, aut ad illã aliquo modo operari, ſed id tantũ dixit, vt diſtingueret à verbis Euangeliſtarum verba Chriſti, inter quæ ea tantum conſecrationem operantur, quæ illam ſignificant, nempe *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt calix &c.* eodem modo intelligendus eſt Euſebius Emiſſenus in ſermone de corpore Chriſti inter opera Hieronymi in 9. tomo, & refertur canone: *Quia corpus*, De conſecratione, diſt. 2. cum ait: *Nam inuiſibilis ſacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis ſui verbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit, dicens, Accipite, & comedite; Hoc eſt enim corpus meum.* Neque enim putauit verba illa: *Accipite, & comedite*, ad conſecrationem vllo modo cooperari, ſed ea cum alijs retulit, vt integrum ſenſum periodi referret. Eodem ſenſu Græci in ſeſſione 25. Concilij Florentini ſub finem inter verba Chriſti, quibus conficitur Sacramentum hoc, retulerunt illa, *Accipite, & comedite*.

Euger. 4.

Euſe. Emiſ.

Cinõ Quia corpus.

Deinde contra Scotum arguere poſſumus ratione; quia, ſi verba præcedentia ita neceſſario requirerentur, vt ſine illis ſubſequentia non poſſent ſignificare id, quod virtute ipſorum fieri deberet, ſicut contendit Scotus, conficeretur planè, ea non ſolum ad conſecrationem neceſſario requiri, ſed etiam tam quam partem eſſentialem ad formam ipſam pertinere: nam quid aliud, obſecro, eſt ad eſſentiam formæ hoc modo aliquid pertinere, niſi id ad ſignificationem eius concurrere, vt ſine illo integra conſtare nequeat? Poſtremo deniq; arguit Durandus: quia, ſi prædicta verba neceſſario requirerẽtur, vt ſenſus forme compleretur, & pronomẽ *meũ*, referretur ad Chriſtũ, ſicut autumat Scotus, ſacerdos panem, quẽ teneret in manibus, non conſecraret: nã prædicta; *Qui pridie quã paterẽtur, &c.* quæ recitant Euangeliſtæ de Chriſto, referũ

tur

5 Primo probatur ex Ambroſij.

6

4

Secũdo ex ratione.

Tertio.

7

tur ad panem, quem ipse in manibus tenebat, non autem ad panem, quem tenet sacerdos: neque enim Christus accepit hunc panem, sed illum: ergo, si sensus illorū verbum: *Hoc est corpus meum*, necessario postulat illa verba præcedentia, vt significatio eorum conster, non poterit per illa consecrari panis, quem tenet sacerdos, sed solùm panis à Christo cōsecratus ostendi, & consecrari.

Diluitur fundamentum Scotis.

Fundamentum verò, quo nititur Scotus, valde infirmum est; nam, vt significatio illorū verborū, *Hoc est corpus meum*, & *Hic est calix*, &c. accommodetur effectui cōsecrationis panis, ita vt denotent corpus, & sanguinem, non sacerdotis, sed Christi, satis est, si illa sacerdos proferat non nomine proprio, sed nomine Christi: vt autem hoc modo proferat, nō

8 est necesse alia verba de Christo dicere, sed satis est sua intentione gerendo personam Christi ea efferre, ac si Christus præsens illa diceret: hoc autem efficit quicumque sacerdos hoc ipso, quòd iuxta intentionem Ecclesiæ illa profert: nam, & Angeli, qui personam Dei induebant, nullis alijs præmissis verbis, sed absolute in persona Dei loquebantur, cum dicebant; *Ego sum Deus*, &c.

Non solum verba illa, Hic est calix sanguinis mei, *sed etiam alia, quæ postea adduntur, ad substantiam formæ pertinere, nonnulli variè sunt opinati.*

CAPVT II.

9 NON Leuis inter Scholasticos est controuersia de verbis, quæ in forma calicis ab Ecclesia solùm Latina addi consueuerunt, ān ad essentiam ipsius formæ pertineant. Ea vero sunt, *Noui, & æterni testamenti mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Atque non pauci, neque ignobiles existimasse videntur, non minus essentialia esse formæ, quam reliqua. Ita

Sententia S. Thom. Sotus. Ricardus. Antoninus. Syluester. Armillæ.

sensisse videntur S. Thomas in articul. 3. huius quæstionis (quanuis Sotus, & alij in aliū sensum ipsum explicent) Ricardus in 4. distinct. 8. art. 3. quæst. 2. Antoninus 3. part. tit. 13. cap. 5. §. 4. Syluester verbo, *Eucharistia* 1. quæst. 6. dicto 4. Armilla eodem verbo numer. 14. Quod enim dicunt, ea verba esse de substantia formæ, idem est, ac si dicerent, esse de essentia, ita vt illis omissis non fieret consecratio: in quem sensum interpretantur B. Thom. nonnulli discipuli eius, Paludanus in 4. distinct. 8. quæst. 3. artic. 2. Capreolus in eadem distinct. quæst. 1. artic. 1. concl. 6. & artic. 3. ad argumenta contra 6. conclusionem, quem in eūdem sensum citat Sotus. Allegatur etiam pro hac interpretatione Heruæus distinct. 10. quæ. 2. quem ego nō legi, & eam sequitur tamquam sententiā germanam S. Thomæ Petrus Sotus lib. de institutione sacerdotum lectione 2. de Eucharistia, citatur etiam Viguerius in institutionibus Theologicis capit. 16. Ille tamen in eo capite versiculo 2. solum agit de forma consecrationis panis. Probatur autem hæc sententia primò à S. Thoma, quia omnia prædicta verba sub eodem tenore à sacerdote super calicem proferuntur, & ideò maiusculis literis in Missali designantur, quod nequaquam fieret, nisi illa omnia ad essentiam, & substantiam formæ pertinerent.

Paludan. Capreol. & Heruæus.

Petrus Sot.

Viguerius.

Primū fundamentū

Secundo videtur ab eodem Doctore sancto probari: quia omnia verba, quæ diximus præter illa, *Mysterium fidei*, referuntur ab Euāgelistis tanquam ipsius Christi, à quo verba essentialia formæ præcipuè desumenda sunt. Tertio probatur: quia, cum prædicta verba, sicut notauit S. Thom. in eodem artic. 3. determinent quodammodo præcedentia, eo quòd per illa denotatur virtus sanguinis (vt ipse explicat) qui præcedentibus verbis fuerit absolutè significatus, ad eamdem significationem, ac proinde ad essentiam formę videtur eodem modo pertinere,

Secundū.

10

Tertium.

Quarto confirmari potest autoritate primum Concilij Colonienſis part. 7. cap. 14. & in Enchiridio eiusdem Concilij titulo, *De Sacramento Eucharistiæ*, vbi omnia illa verba ponuntur pro forma. Tumetiam Innocentius III. in cap. *Cum Marthæ. De celebratione Missarum*, & libro 4. de mysterijs Missæ capite quinto quoniam eadem verba pro forma adducit. Ad hæc Pij V. qui partem commentarij Caietani in hanc quęstionem 78. in qua oppōsita sententia continebatur in impressione Romana expungi fecit, & in suo Catechismo hanc, quam retulimus, excudi. Cum vero in forma consecrationis corporis Christi Græci addant illa verba, *Quod pro vobis tradetur*, ad idem spectare videntur. Quod quidam Recentiores referunt fuisse Græcorum opinionem, ea etiam ad essentiā, seu substantiam prædictæ formę pertinere, quod quidem eisdem rationibus probari pos

Quartum. Conc. Colo.

Innoc III. Pius V.

ſet, primâ deſumptâ ex ritu Eccleſiæ Græcę, cęteris verò eodem modo deductis. Verum ego hactenus non legi apud aliquem antiquum, & probatum Autorem, hanc vnquam fuiſſe opinionem Græcorum circa formam conſecrationis corporis. Nihilominus poſſet quis eodem modo de his verbis, ſicut de illis, quę adduntur formæ calicis philoſophari: nam, vt inferius oſtendemus, eadem omnino ratio vtrorumque verborum comparatione ſuę formæ videtur eſſe.

Armacan. Cum S. Thom. in hac opinione de forma conſecrationis calicis ſic intellecta conce-nit ex parte Armacanus lib. 9. quæſtionum Armeniorum cap. 3. quatenus, inquit, in forma prædicta neceſſario requiri verbum illud, *Noui teſtamenti*, nam cætera putat non ita neceſſariò requiri. Alij verò, vt refert Marſilius in 4. quæſt. 6. artic. 1. quæſt. 2. in 2. opinione, dicunt, illa etiam verba neceſſario requiri: *Noui, & æterni teſtamenti myſterium fidei.* Immerito tamen pro hac ſententia hoc modo explicata refertur Gerſon alphabeto 26. poſt literam Z. cum ibi non dicat, omnia illa verba eſſe eſſentialia, ſed ſolum omnia illa in forma conſueta ſimpliciter exprimat: quod longe diuerſum eſt, vt capit. 4. in ſolutione 4. argumenti planè monſtrabimus.

Marſilius. *Gerſon.* 12

Cęterum, quia non paucis Theologis ex Schola B. Thomę ſententia illius de verbis additis formæ conſecrationis calicis eo modo, quo diximus, intellecta, difficilis admodum iure optimo viſa eſt, in bonum ſenſum eam conati ſunt interpretari, & defendere. atque hi omnes in vnum conſpirant, vt prædicta verba non ita dicantur ad ſubſtantiam, aut eſſentiam formæ pertinere, vt ſi omitterentur, non fieret conſecratio, in quo diſſerunt à Paludano, Capreolo, & alijs, qui in cõtrarium ſenſum Doctorem ſanctum ſunt interpretati. Ex his tamen quidam dixerunt, prędicta verba, quæ adduntur in forma conſecrationis calicis, pertinere quidem ad ſubſtantiam, ſeu integritatem, non tamen ad eſſentiam formæ. Ita docent Dominicus Sotus in 4. diſtinct. 11. quæſt. 1. artic. 3. & Ledeſma in 1. parte quarti, quęſtione 19. art. 3. & fuit ſententia Caietani in commentario huius quæſtionis, ex quo hanc partem Pius V. expungi fecit. Explicãt autem hanc ſuam ſentẽtiam, & interpretationem, eamque ſimul confirmant Sotus, & Ledeſma, primo quia mirandum non eſt, ſi quid dicatur eſſe de ſubſtantia, non autem de eſſentia alicuius rei: nam digitus, & manus ſunt de ſubſtantia hominis, non autem de eius eſſentia; eodem igitur modo prędicta verba pertinere poſſunt ad ſubſtantiam, licèt non pertineant ad eſſentiam. Secundo, quia vltima ſyllaba in voce, *Meum*, longiori mora, quàm opus eſſet, proferri poſſet: tunc autem tota prolatio pertineret ad ſubſtantiam, concurreretque ad effectum conſecrationis, quamuis ad eſſentiam non eſſet neceſſaria, cum minor mora ſufficeret. Tertiò, quia ſi conſecratio fiat verbis traditis à Luca cap. 22. & à Paulo 1. ad Corinth. 11. antequam *Sanguis*, proferretur, præcederent verba illa: *Nouum teſtamentum*, diceremus enim, *Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine*, tunc autem, quis dubitet, verba illa, *Nouum teſtamentum*, ad ſubſtantiam formæ, quamuis non ad eſſentiam pertinere, & ad effectum concurrere? Adducit quoque ex ſententia quorũdam particulam, *Enim*, quę etiã interponitur, vt eodem modo ad ſubſtantiã, non ad eſſentiam ſpectet ſicut verba illa, *Nouum teſtamentum*, quamuis ipſe putet, non eſſe eamdem rationem huius particulę, & aliarũ vocum.

Secundo. *Tertio.* *Luca 22. 1. ad Cor. 11.* 13 14

Quarto probat Sotus: quia, ſi quis baptizetur trini merſione, omnes tres merſiones, inquit, concurrunt ad effectum Baptiſmi, & ita ad ſubſtantiam illius pertinent, cum tamen non ſint omnes eſſentiales Sacramento, ſiquidem vna ſolum integre conſtare poſſet. Quinto arguit pro hac eadem ſententia, & interpretatione Ledeſma; quia pronomen, *Ego*, in forma Baptiſmi non pertinet ad eſſentiam, cum ſine illo perfici poſſet, & tamen, ſi proferatur, concurrit ad effectum Sacramenti, ac proinde ad ſubſtantiam illius pertinebit. Sexto alij arguunt à ſimili in Sacramento Pœnitentię, in quo ſatisfactio eſt pars integrans, & ſubſtantialis, non autem eſſentialis, vt uidebimus in tractatu de Pœnitentia: ergo non mirum, ſi in forma huius Sacramenti idem de aliquibus verbis dicamus, Idem dicunt inueniri in ipſa peccatorum confeſſione, nam confeſsio vnius peccati venialis ſufficeret ad eſſentiam Sacramenti: ac proinde confeſsio plurium non pertinebit (inquiunt) ad eſſentiam; tamen, ſi plurium venialium fiat, tota erit de ſubſtantia Sacramenti, & ad effectum illum concurret. Caietanus verò ideò dixit, ad ſubſtantiam formę verba illa pertinere, non autem ad eſſentiam: quia, licet ſine illis quidem fieret conſecratio, tamẽ perfecta non eſſet forma.

Quarto. *Quinto. Ledeſma.* *Sexto.* 15

Nonnulli demum Recentiores Thomiſtæ, quamuis dicant, ſine illis verbis poſſe fieri conſecrationem; nihilominus affirmant, non ſolum pertinere ad ſubſtantiam, ſeu integritatem, ſicut Sotus, & Ledeſma interpretati ſunt, ſed etiam ad eſſentiam formæ; non quidem

Thomiſtæ varie explicant ſentẽtiam D Thomæ. *Paludan. Capreol.* *Sotus. Ledeſma. Caietan. Primo.* *Aliorũ interpretatio.*

quidem ex institutione Christi, sed ex intentione proferentis. Quocirca, dicũt, cum Mozarabes antiquitus, sicut Græci, solis verbis Pauli consecrarent, & eorum intentio in ea tantum verba Pauli ferretur: ea tantum apud ipsos essentialia fuisse. At vero, eoquôd Latinus non solum illis: *Hic est calix sanguinis mei*, sed alijs etiam, nempe; *Noui, & æterni testamẽti, &c.* velit consecrare, in ore eius ea omnia verba essentialia esse formæ; ita vt, donec omnia illa proferantur, non fiat consecratio. Eodem modo accidere dicunt, cum quis baptizaret illis verbis: *Ego te baptizo in nomine Patris omnipotentis, Filij vnigeniti, & Spiritus Sancti ab vtroque procedentis*, nam illa verba, *Omnipotentis, Vnigeniti, ab vtroque procedẽtis*; licet non sint, inquiunt, essentialia ex institutione, & ita sine illa fieret Sacramentum, tamen sunt essentialia ex intentione baptizãtis, qui non vult, vt baptismus effectum habeat, donec omnia illa finiantur. Simile exemplum afferri solet in forma absolutionis: nam, si quis diceret: *Ego te absoluo*, & non adderet, *A peccatis tuis*, vere conficeret Sacramentũ, & ita prædicta verba non sunt essentialia formæ ex institutione; si tamen adderet, *A peccatis tuis*, non perficeret Sacramentum, donec illorũ prolationẽ absolueret, nõ quidem alia de causa, nisi quia eius intentio ferretur in effectum Sacramenti, prolatis etiam integre illis verbis, *A peccatis tuis*, & non alio modo. Hactenus de opinione Doctoris Sancti, & de aliorum varijs modis, quibus defendi, & explicari solet.

Explicatur.

16

Verba illa, Noui, & æterni testamenti, & cætera, quæ adduntur in forma calicis, ad essentiam formæ non pertinere, vera, & communis sententia est.

CAPVT III.

17 Vera opinio bimẽbris.

VERA Tamen sententia est, primum verba illa, *Noui, & æterni testamenti*, & reliqua, quę adduntur in forma consecrationis calicis, ad essentiam formæ non pertinere, sed, antequã illa proferantur, consecrationis formam effectum suum habere. Deinde neque spectare ad substantiam illius, sicut Sotus, & Ledesma dixerunt, aut nullo modo ad essentiam eius ex intentione proferẽtis, eo modo, quo alij Thomistæ putarunt. Priorem partem huius sententiæ in hoc capite, posteriorem vero in sequente probabimus. Priorem igitur eo modo, quo diximus, explicatam, tradunt Alexand. 4. part. quæst. 10. memb. 4. artic. 2. §. 4. versiculo, *Quæritur ergo, vtrum sint de forma*, Bonauentura in 4. distinct. 8. part. 2. art. 1. quæst. 2. Durand. quæst. 2. num. 9. Maior quæst. vnica §. *Eucharistia autem*, Marsilius in 4. quęst. 6. articul. 1. p. 2. parum à principio, Scotus in 4. eadem distinct. 8. quæst. 2. §. de *Secundo dico*, & §. sequente, neque enim hic Autor dubius manet, vt putauit Sotus, sed potius audet dicere, periculosum esse asserere, prędicta verba ad formam pertinere, eoquod nulla autoritas suppetat, vt id dicatur. Idem sentit Gabriel lectione 53. in canonem litera B. qui pro ea citat Albertum, nempe, in libro de sacrificio Missę cap. vltimo, & Henricus quodlibet. 9. quæst. 10. qui, licet probabilem esse putet opinionem S. Thomæ in primo sensu explicatam, tamen affirmat, si in hac re aliquid definiendum esset, se in ea futurũ sententia, vt solum illa verba, *Hic est calix sanguinis mei*, ad formã pertinere, declararetur. Eamdem sententiam contra S. Thomã, ipsum plane in hac parte desererens, sequutus fuit Caietanus in hoc articul. 3.

Alexander.

Bonauent. Durandus. Maior. Marsilius. Scotus.

Gabriel. Albertus. Henricus.

18

Caietanus.

Iam vero sentẽtia horum Doctorum, quãtenus asserunt, non omnia illa verba, quæ addit Ecclesia Latina ad formam, & effectum illius ita pertinere, vt sine illis non fieret consecratio, sicut S. Thomas prout explicatur à Capreolo, & Paludano dixit, probatur primum: quia alioquin asserendum esset, neque S. Marcum, neq; S. Iacobum, neque Græcos, neque Aethiopes, neque Mozarabes in Hispania vere consecrasse: nam, vt constat ex eorum Liturgijs, quæ habentur in 6. aut 5. tomo Bibliothecę Sacræ, pro forma consecrationis calicis non habent omnia verba, quæ habet Ecclesia Romana. Et quamuis nũc Mozarabes ex prescripto vtantur eisdem verbis, quibus Romana Ecclesia; antiquitus tamẽ non vtebãtur eisdem. Forma autem, quę in Liturgia S. Iacobi est, solùm habet, hæc verba: *Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis, & multis effundetur, & datur in remissionem peccatorum*. Eadem verba habent Marcus, & Basilius. Aethiopes vero hæc solum, *Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur, & pro redemptione multorum*. Inquibus formis desunt verba illa, *Mysterium fidei*, imo in Missa Aethiopum desunt etiam illa, *Noui testamenti*. Respondet Capreolus loco citato,

Primũ fundamentũ.

19

tãto, aut Græcos non conſecrare calicem, ſi cut dixit etiam Paludanus, aut ſi conſecrant, cum eis diſpenſatum fuiſſe. Verum reſponſum hoc friuolum eſt, cum non conſtet de ta li diſpenſatione à Chriſto facta, qui ſolus vè re in ea re diſpenſare potuit, neque ab Eccle ſia, quæ nullo modo poſſet illis id concedere. Reſpondet autem Paludanus numer. 17. Græcos verè non conſecrare, vt argumentũ probat; eo quod aliqua verba neceſſaria omittant, idemque de alijs dicere deberet: & quã uis hoc reſponſum, ſi de Græcis, qui hoc tẽ pore ſunt, tolerari aliqua ratione poſſet; tamen, ſi de Græcis antiquis tempore Baſilij, Chryſoſtomi, Iacobi, & Marci intelligatur, (ſicut quidam intelligunt, dicentes hos Patres ignorantia inuincibili in hac re laboraſſe) erroris notam iure optimo meretur. Quis enim audeat aſſerere, totam illam Eccleſiam, & Sanctos Patres ſine vero Chriſti ſanguine ſacrificium altaris celebraſſe? Tunc enim ſi ex ignorantia vincibili, ſiue inuincibili tali forma vterentur, quę eſſentiali aliquo careret, manifeſtum eſt, eos verè non fuiſſe conſecra turos. Porrò autẽ, hos antiquos Sanctos Græ cos, Aethiopes, & Mozarabes vſos fuiſſe forma illa, quam diximus carere aliquibus verbis, quæ habet Latina, quis negabit? Nã quod in Miſſa Mozarabi inſtituta à B. Leãdro, prę dicta fuerit forma, qua vſus fuit ipſe Leander, & Iſidorus, & tota Hiſpania, vſque ad tempora Alphonſi Sexti, nemo id negare poterit. De Græcorum autem, & Aethiopum Liturgijs id etiam cõſtat antiqua traditione, qua Eccleſiæ illę his Liturgijs ſemper vſæ fuerunt, & nunc etiam Romæ Græci vtuntur, nihil de forma ipſa mutantes. Neque vllus probatus Autor vnquã eos notauit, quòd antiquam formam conſecrandi vllo modo mutauerint. Quare, qui aſſereret, hos omnes nunquam verum ſanguinem Chriſti conſecraſſe, manifeſti erroris conuinci poſſet, tum quòd in tota Eccleſia Græca intolerabilem ſemper fuiſſe errorem diceret, & cum ea Iacobum, & Marcum Chriſti diſcipulos eodẽ modo notaret. Tum etiam, quòd nunquam Latina Eccleſia talem abuſum formę in Græcis notauerit; quinimo approbauerit. Nã, in Concilio Florentino ſeſſione vltima in literis vnionis, cum agitur de conſecratione infermentato, quam Eccleſia Latina Græcis permittit, planè ſupponit, eos verum Sacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti conficere: & ideò nulla cum Græcis in eo Concilio de verbis formæ fuit controuerſia, ſed ſolum de oratione, qua poſt conſecrationem vtuntur, vt vidimus præcedente diſputatione c. 3. & 4. nihilque ſeruandũ in conſecratione notauit Concilium loco citato, neque Eugenius in ſuo decreto, quod eſt in ea ſeſſione, præter illud de azymo, & fermentato iuxta ritum cuiuſque Eccleſiæ pro Græcis, & Armenijs, & de miſtione aquæ cum vino in calice pro Armenijs tantum, vt ſupra notauimus diſput. 176. cap. 1.

Alia Paludani erronea.

20

Conc. Flor.

21

Porrò Eccleſias Græcorũ, Aethiopum, & Mozarabum vera forma conſecrationis calicis vſus fuiſſe, præter ea, quæ diximus, confirmat etiam grauiſsimorum Patrum, tã Græcorum, quam Latinorum autoritas. Ex Latinis Autor ſermonis de cœna Domini apud Cyprianum pro forma non ponit omnia verba, quibus nunc vtimur, ſed pro forma calicis illa ſolum, *Hic eſt ſanguis meus*, & ſubdit: *Quotieſcumque his verbis, & hac fide actum eſt, panis iſte, & calix benedictione ſolenni ſacratus ad totius hominis vitam, ſalutemque proficit.* Et Ambroſius 4. lib. de Sacramentis capit. 5. illa etiam ſola verba pro forma calicis memorat. Ex Græcis vero Iuſtinus in 2. Apologia in fine, & Euſebius Emiſſenus in canone, *Quia corpus*, *De conſecratione* diſtinct. 2. de ſumpto ex ſermone de corpore, & ſanguine Chriſti, qui eſt in 9. tomo operum Hieronymi, pro forma conſecrationis calicis ſolum recitant verba illa, quæ adducit Autor ille apud Cyprianum. Chryſoſtomus autẽ homilia de proditione Iudæ longe poſt mediũ pro forma ſolùm verba illa adducit; *Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur*, ſicuti etiam pro forma conſecrationis panis adduxerat illa; *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Sicut autem agens de effectu verborum paulò inferius inquit, illis verbis, *Hoc eſt corpus meum*, propoſita conſecrari, quia non putauit reliqua ad formã conſecrationis pertinere, ita etiam de calice diceret, illis ſolum conſecrari, *Hic eſt ſanguis meus*: Sicut Damaſcenus lib. 4. de fide capit. 14. ante medium, cum eiſdem verbis, quibus vſus eſt Chryſoſtomus, vtramque formam commemoraſſet, cum agit paulò inferius de effectu, & virtute vtriuſque, ſolùm refert illa; *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt ſanguis meus*, tribuens eis virtutem effectricem, nempe, conuertendi panem, & vinum in corpus, & ſanguinem, ſicut, inquit, habuerunt illa Geneſ. 1. *Fiat lux*, producendi lucem.

Græci, Aethiopes & Mozarabes vera forma conſecrationis vſi ſunt.

Pſeudo Cyprianus.

Ambroſius.

22

Iuſtinus. Euſeb. Emiſ.

Chryſoſt.

Damaſcen.

Geneſ. 1.

Deinde eadem ſententia cõfirmatur, quia nulla ratione credi poteſt, ex verbis eſſentialibus formæ conſecrationis, ſine quibus non fieret conſecratio, aliqua fuiſſe ab Euangeliſtis omiſſa, ita vt vnus, aut alter ea non memoraſſet; nullus autem illorum memorauit illa

23 Secũdum fundamẽtum.

illa duo, *Myſterium fidei*, vt manifeſtè conſtat, ſignum igitur euidens eſt, ea non eſſe eſſentialia formæ. Et quamuis Euangeliſtæ aliqua referant, quæ non ſunt eſſentialia, qualia ſunt in forma conſecrationis corporis illa, *Quod pro vobis tradetur*, tamen ea ſaltem, quę eſſentialia ſunt, non fuiſſe ab eis memorata, difficile creditu eſt, cum ea omnia ex præcepto, & inſtitutione ipſius Chriſti dicenda eſſent. Quis etiam non credat, Paulum conſecraſſe verbis illis, quæ 1. ad Corinth. cap. 11. refert, ſe à Domino accepiſſe, nempe; *Hic calix nouum teſtamẽtũ eſt in meo ſanguine?* Cũ igitur ommiſerit alia, quæ in Eccleſia Latina addimus, planè cõficitur, illa non eſſe formæ eſſentialia, & ideò à Paulo ommiſſa fuiſſe, alioquin mutilam, & inanem formam conſecrationis in nomine Chriſti Corinthijs tradidiſſet.

1. Cor. 11.

24

Tertium.

Poſtremo non minus efficaciter id ipſum oſtenditur hac ratione: ſi enim omnia illa verba, quę in forma conſecrationis calicis à Latinis adduntur, & illa etiam, quę à Græcis pronunciantur, eſſent formę eſſentialia, nempe illa: *Myſterium fidei*, & illa, *Qui pro vobis effundetur*, eadem ratione dicendum eſſet, illa, quę à Græcis adduntur in forma conſecrationis corporis, eſſe eſſentialia, nempe; *Quod pro vobis frangitur*, vel *traditur*, vel *tradetur*, nam eadem omnino vtrorumque ratio eſt. Si enim attendamus ad inſtitutorem, & autorem eorum, vtraque in vtraque forma à Chriſto dicta ſunt, vt patet ex Euangeliſtis. Si autem ad ſignificationem, vtraque eodem modo determinant, & explicant magis prædicatum formæ: etenim, ſicut ea, quæ ſunt in forma calicis, explicant effuſionem, & vim ſanguinis, ita etiam alia traditionem, & virtutem corporis exprimunt, nempe, quod pro multis, hoc eſt, pro eorum iuſtificatione tradẽdum ſit, aut tradetur. Cur igitur dicemus, ea verba, quæ adduntur formæ calicis, ita pertinere ad eſſentiam, vt ſine illis non fiat conſecratio, alia vero ad eſſentiam alterius formæ eodem modo non pertinere? Quod enim Eccleſia Latina quædam illorum addiderit, quędam vero non addiderit, non ſatis eſt, vt dicamus, ea, quæ addita fuerunt, eſſe eſſentialia; alia vero non item. Tum, quia nõ licet damnare totam Eccleſiam Græcam, & aliquem errorem in hac re ab initio, & tempore illorum Patrum, quos memorauimus ei tribuere, vt ſupra dicebamus: tum etiã, quia ab Eccleſia Latina addi potuerunt, non tamquam neceſſaria, & eſſentialia, ſed tamquam vtilia peculiari aliqua ratione, vt inferius explicabitur. Et ſanè, ſi vtramque formam attẽdamus, ità completa eſt ſignificatio in vna, vt fiat conuerſio vini in ſanguinem Chriſti, cũ finiuntur illa verba: *Sánguinis mei*, aut *In meo ſanguine* antequam addantur reliqua; ſicut in alia, vt fiat conuerſio panis in corpus Chriſti, cum finiuntur illa, *Corpus meum*. Et ita S. Thomas artic. 3. ingenue fatetur, illis ſolis verbis: *Hic eſt calix ſanguinis mei*, vel *Hic eſt ſanguis meus*, ſignificari conuerſionem, in qua quidem conſiſtit conſecratio; cętera autem ſolum ad explicandam, & denotandam virtutem ſanguinis Chriſti deſeruire. Hæc autem maior, aut corporis, aut ſanguinis Chriſti explicatio ad conſecrationem nihil refert: nam, ſi quis ſolùm priora verba nomine Chriſti proferret, ſicut ille protulit, etiam ſi alia non adderet, vere enunciaret, & ita vere diceret, illud eſſe corpus ſuum, & ſanguinem ſuum; vt autem vera eſſent verba neceſſario deberet fieri conuerſio, ſicut diſput. 180. cap. 4. probauimus. Quare Concilium Tridentinũ, vt ibidem expendimus, ſeſſione 13. cap. 4. ex eo, quod Chriſtus verè eſſe dixit corpus ſuũ id, quod offerebat ſub ſpeciebus panis, & ſanguinem ſuum id, quod offerebat ſub ſpeciebus vini, deduxit, factam fuiſſe à Chriſto cõſecrationem panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti, & aquouis ſacerdote eadem ratione fieri. Nam, quamuis ſolùm dixerit Concilium ex eo, quòd Chriſtus dixerit, eſſe corpus ſuum, quod offerebat ſub ſpeciebus panis, deduxiſſe Eccleſiam conuerſionem, non autem addiderit, etiam ex eo, quòd verè dixerit, eſſe ſanguinem ſuum id, quod offerebat ſub ſpeciebus vini; tamen id eodẽ modo prę mittere, & intelligere voluiſſe, liquet ex eo, quòd eodem tenore inquit, Eccleſiam collegiſſe, etiam fieri conuerſionem vini in ſubſtantiam ſanguinis Chriſti, nempe, ex eodẽ genere verę enunciationis: conſtat autẽ non minus veram eſſe enunciationem illam: *Hic eſt ſanguis meus*, quã illã, *Hoc eſt corpus meum*, vt cum ea manere non poſſit ſubſtantia vini, ſicut cum alia manere non poteſt ſubſtantia panis ac proinde virtute vtriuſque abſq; alijs verbis fieri tranſubſtantiationẽ. Quod autem ex ſimili illa vera enunciatione, *Hic eſt ſanguis meus*, deduxerit conuerſionem vini, patet: quia eam colligere non potuit ex vera illa enunciatione: *Hoc eſt corpus meum*. Nunc autem etiam obſeruandum eſt, Concilium non ex eo deduxiſſe, conuerſionem factã fuiſſe à Chriſto, aut à ſacerdote quotidie fieri, quia dixit, illud, quod offerebat, eſſe corpus ſuum tradendum, aut ſanguinem ſuum effundendum, & myſterium fidei, nouumque teſtamentum, ſed ſolùm, quia dixit, eſſe ſanguinem

S. Thom.

26

Conc. Trid.

27

Obſeruatio circa mentem Concilij.

nem ſuum: nim ſoli veritas horum verborũ, quæ in eorum prolatione completur, poſtulat neceſſario hanc conuerſionem. Supponit igitur vt manifeſtum, reliqua, quæ ad maiorem explicationem adduntur, ad effectum conſecrationis minime requiri, licet ex præſcripto Eccleſiæ iuſta de cauſa addantur: & ita ſequitur, conuerſionem perfectam eſſe, antequam reliqua illa verba, quæ adduntur, proferantur. Quocirca definitioni Concilij aduerſari videntur, qui dicũt, illis ſolis verbis, *Hic eſt ſanguis meus*, non conuerti vinum in ſanguinem, quod ſanè nunquam dixit Sanct. Thom. neque locum aliquem inueuire poteris vbi id vel leuiter inſinuauerit.

At obijciat quis nobis formam Baptiſmi, cuius prioribus verbis denotatur effectus illius Sacramenti, qui eſt ablutio ſpiritualis, videlicet illis, *Ego te baptizo*, & tamen talis ablutio non fit, donec ſequentia quoque proferantur, nimirum, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Verum obiectio friuola eſt, quoniam effectus Baptiſmi non eſt ſola ablutio ſpiritualis, verum etiam character fidei, quo homo adſcribitur Eccleſiæ Dei, vt membrum illius; & ideo forma Baptiſmi nondum operatur, donec poſtrema illa verba, quibus fit fidei profeſsio, finiantur; neque enim inſtituerentur, vt eſſentialia à Chriſto, niſi ad ſignificandum effectum illius Sacramenti eſſentialiter pertinerent. Nam inſtitutio verborum pro forma ac commodatur ſignificationi, & è contrario. Quocirca cum prædicta verba, *In nomine Patris, &c.* nihil conducant ad ſignificandum effectum Sacramenti Pœnitentiæ eſſentialem, non pertinent ad eſſentiã formæ illius, & illis ſolis verbis prolatis, *Ego te abſoluo à peccatis tuis*, ſtatim effectus totus conſequitur, & ſimiliter in Baptiſmo conſequeretur prolatis illis prioribus, *Ego te baptizo*, vt vera redderentur, niſi id, quod diximus, obſtaret. Cum igitur in forma calicis nihil obſtet, planè ſequitur, ſtatim prolatis illis verbis, *Hic eſt calix ſanguinis mei*, perfici conſecrationem, ſiquidem reliqua nullũ effectum peculiarem in conſecratione denotant; vt patet.

Argumenta oppoſita ſoluuntur. Primum.

Argumenta vero, quæ capite præcedente adduximus ad probandum, illa omnia verba eſſe eſſentialia formæ, vt ſine illis non fiat conſecratio, ex dictis facile dilui poſſunt. Quod enim verba illa literis maiuſculis notentur cum alijs, quæ eſſentialiter pertinent ad formam, non ſatis eſt, vt dicamus, ea etiam ad eſſentiam formæ ſpectare: nam etiam notatur eiſdem literis particula, *Enim*, quæ tamen ex omnium ſententia non eſt eſſentialis formæ. Et Græci in conſecratione corporis eiſdem literis notant verba illa, *Quod pro vobis tradetur*, cum tamen non ſint eſſentialia: hoc enim ſolum ideò fit, quia voluit Eccleſia proferre in forma non ſolùm verba eſſentialia, ſed etiam illa, quæ ad maiorem explicationem addi conſentaneum iudicauit, eoquòd explicatio eorum ad eſſentialia ipſius formæ referretur. Et ita reſpondetur ad primum argumentum contrariæ opinionis.

Secundum etiam parum habet momenti: nam, quòd illa verba dicta fuerint à Chriſto, non ſatis eſt, vt ad eſſentiam formæ pertineant: nam, & illa: *Quod pro vobis tradetur*, dicta fuere à Chriſto, & tamen Latini ea omittunt, & omnes iure optimo, & ſine controuerſia putant, ad eſſentiam formæ conſecrationis panis non pertinere. Ratio vero vtriuſque eſt, quia Chriſtus potuit adijcere aliqua verba, non tamquam eſſentialia, ſed pro explicatione eorum, quæ eſſentialia ſunt. Secũdum.

Tertium quoque argumentum ex dictis diſſoluitur: nam, quòd verba illa, quæ adduntur, determinent, & explicent præcedentia, quæ ſunt eſſentialia, non ſufficit, vt dicamus, ipſa quoque eſſentialia eſſe, vt patet in illis, quæ Græci addunt formæ conſecrationis corporis. Tertium.

Ad quartum argumentum ſumptum ex autoritate reſpondeo, primum quidem in Concilio Colonienſi non dici, ea omnia verba eſſe eſſentialia, ſed tantum ea recitari in forma, ſicut ſemper recitantur: quæ autem illorum ſint eſſentialia, quæ vero non ſint, non explicat Concilium. Deinde dico, Innocentium in capite illo, *Cum Marthæ*, non definire, quę ſint eſſentialia huius formæ verba, neque id ab eo quæſitum fuiſſe, ſed hoc tantum; quis nam formæ verborum conſecrationis, quam Chriſtus expreſsit, alia verba addiderit, quæ in nullo Euangeliſtarum expreſſa legimus? Quaſi difficile videretur, alia verba, quę non eſſent à Chriſto dicta, prędictę formæ addere. Quartum. Explicatur Conc. Colon. Item Innocent. 13.

Ad hoc autem reſpondet Innocentius, etiam in canone alia poſita fuiſſe & dicta de Chriſto, quæ in nullo Euangeliſtarum expreſſa leguntur, de quibus Archiepiſcopus ille Lugdunenſis non interrogauerat, nempe, *Elevatis oculis*, &, *Aeterni teſtamenti*: ſolum enim quærierat de illis; *Myſterium fidei*. Reſpondet igitur Innocentius, omnia hæc verba poſita fuiſſe, quia

ab

129

ab Apostolis Ecclesia, & Apostoli à Christo acceperunt, etiam si Euangelistæ illa non expresserint, quo quidem responso non contendit definire, aut docere Innocentius, omnia illa verba esse essentialia formæ, cum idem de illis: *Elevatis oculis*, etiam respondeat, & indubitatum sit apud omnes, hæc verba in canone posita ad essentiam formæ non pertinere, sed iure optimo in forma posita esse, quia etiam à Christo posita esse creduntur. Neque vero omnia, quæ credimus Christum formæ addidisse, essentialia dicenda sunt, siquidem nullus negat, addidisse formæ corporis id, quod nunc etiam Græci addunt: *Quod pro vobis tradetur*, & tamen id ad essentiam formæ non pertinet: hoc autem, & nihil aliud docuit idem Innocentius in illo libro 4. de mysterijs Missæ cap. illo 5. Ideò autem omnia illa dicuntur forma, quia ad explicationem ipsius formæ essentialis pertinent, licet essentialia non sint. Postremo pronunciamus, partem illam commentarij Caietani non fuisse expunctam iussu Pij V. quòd falsam iudicaret sententiam illius, verissima enim est, neque in hoc aliquid Pontificia autoritate definiuit, sed quòd postquam suam explicuit sententiam, parum curasse videbatur de sententia S. Thomæ, vt eam sequeremur. Catechismus autem editus iussu ipsius non habet tantam autoritatem, vt credamus, aliquid in eo fuisse definitum à Pontifice, sed solum Doctorum Theologorum authoritas ei tribuenda est: ac proinde non semel tantum contra ipsum alij Scholastici opinantur. Neque vero Theologi autores Catechismi in eo dixerunt, omnia illa verba esse essentialia, sed ea simpliciter pro forma assignarunt, sicut Græci formam corporis assignant cum illo additamento: *Quod pro vobis tradetur*, & sicut in Missali, sub eodem tenore proferenda supra materiam panis, & vini assignantur. Quo quidem non denotatur omnia esse essentialia: nam quamuis dicamus non esse essentialia, omnia profere eo modo debemus.

Quintum.

32

33

Quod vero asserunt Recentiores aliqui sine illis saltem verbis, *Qui pro vobis effundetur*, non fieri consecrationem vini: eoquod, vt ait S. Thomas, in consecratione calicis repræsentari oporteat effusionem & separationem sanguinis à corpore, & ita in verbis formæ exprimi debeat, eodem modo impugnandum est, quo supra aliorum sententiam refutauimus, qui dicunt, non sine alijs verbis, quæ addit Latina Ecclesia fieri conuersionem, quia ad conuersionem sola veritas enunciationis, cum qua permanere non potest substantia panis, aut vini, satis est, vt supra ex Concilio Tridentino notauimus. Quare explicare verbis effusionem ipsam necessarium non est, sed sufficit, ita consecrare sanguinem, vt ex vi verborum solus ipse sine corpore consecretur, in quo & separatio denotatur. Adde, quòd Paulus 1. ad Corinth. 11. vt supra notauimus non tradam, sed perfectam, hoc est, integram formam illis tradidit, & tamen verbum, *effundetur*, non habet.

S. Thomas.

1. Cor. 11.

Verba, quæ adduntur formæ calicis, non pertinere ad substantiam illius, aut ex intentione proferentis vllo modo ad essentiam.

CAPVT IIII.

POSTERIOR Pars nostræ sententiæ in hoc capite confirmada est, nempe, illa verba, quæ predictæ formæ adduntur, non pertinere ad substantiam illius, sicut Thomistæ interpretantes mentem S. Thomæ dixerãt. Verum, ante quam illam confirmemus, eorumque sententiam refellamus, paucis ostendere oportet, eorum interpretationem menti Doctoris Sancti minime conuenire, quatenus asserunt, illa verba ex mente S. Thomæ, ita ad substantiã formæ pertinere, vt tamen sine illis fieret consecratio: id autem probatur primum ex modo ipso loquẽdi, quo vtitur S. Doctor in corpore articuli: nam agens de mutatione formæ Sacramentorum in vniuersum quæst. 60. articul. 8. inquit, *Manifestum est autem, quod si diminuatur aliquid eorum, quæ sunt de substantia formæ sacramentalis, tollitur debitus sensus verborum, & ideo non perficitur Sacramentum.* Si autem per substantiam non intelligeret essentiam, sed id, quod prædicti Thomistæ contẽdunt, hæc doctrina non esset vera; nusquam autem alibi inuenies, S. Thomam per substantiam Sacramenti intellexisse aliud, nisi essentiam. Deinde colligitur idem sensus ex secũdo argumento addita solutione, nam eo contendebat S. Doctor probare, sine illis verbis: *Noui, & æterni testamenti, &c.* constare efficacitatem formæ consecrationis calicis, sicut constat efficacitas formæ consecrationis panis sine illis: *Quod pro vobis tradetur*, eo quod vtraque sint dicta à Christo, & non sit maior ratio, ob quam efficacitas vnius formæ con-

34

Explicatur S. Thomas.

35

stet

ſtet ſine illo additamento, alterius vero formę non conſtet ſine altero. Reſpondet autē ita, vt potius fieri debeat additamentum formę conſecrationis calicis, quam formæ conſecrationis corporis, nempe, vt forma efficacitatem habeat; alioquin reſponſum eius argumento non quadraret. Denique in ſolutione 9. docet, Euangeliſtas non tradidiſſe formas Sacramentorum, quia eorum inſtitutum erat potius geſta narrare, quàm prædictas formas deſcribere: hoc autem docet, vt oſtendat, nihil obeſſe, qnominus illa verba, *Myſterium fidei*, ad prędictam formam pertineant.

36 Quod ſi tantum vellet ad eam pertinere eo modo, quo Thomiſtæ volunt, & non eſſentialiter, fruſtra laboraſſet S. Doctor, ut oſtenderet, Euangeliſtas non tam curaſſe de tradēdis formis Sacramentorum, quam de geſtis, & dictis Chriſti narrandis; ſed facilius dicere potuiſſet, Euāgeliſtas ſolum eſſentialia huius formæ tradidiſſe, reliqua vero non eſſentialia, licet ad ſubſtantiam eo modo, quo dixerunt Thomiſtæ, pertinentia, ab Eccleſia addi potuiſſe. Iam vero falſitas prædictę interpretationis non minus facile mōſtrari poteſt, ſi oſtenderimus, primum quidem in forma huius Sacramenti non diſtingui partem ſubſtantialem, quam integrantem vocant, ab eſſentiali: ſicut Sotus, & Ledeſma diſtinguūt. Deinde ex intentione miniſtri proferentis non poſſe ad eſſentiam, aut ſubſtantiam aliquid pertinere, quod ex inſtitutione ipſa Chriſti neceſſarium, & eſſentiale non ſit, ſicut Recentiores nonnulli dixerunt.

Ratio ex ſolutionē argumentorum ſententiæ oppoſitæ.

Primum igitur in forma huius Sacramenti non diſtingui partem ſubſtantialem, quam integrantem vocant, ab eſſentiali, probatur: nā, ſi ita diſtingui poſſet, id eſſet ob aliquam rationem ex ijs, quas aduerſarij afferunt: nulla autem ex illis ſufficit, vt talem diſtinctionē adſtruamus: talis igitur diſtinctio admittenda nō eſt. Porrò autem nullam ex rationibus allatis à Thomiſtis ſufficere ad adſtruendā talem diſtinctionem inductione facile ſigillatim monſtrare poſſumus. Primo quidem, quā uis in homine diſtingui poſsit pars eſſentialis, ſine qua homo eſſe nequit à ſubſtantiali integrante, ſine qua eſſe poteſt, quamuis imperfectus; tamen ob id non ſequitur, in Sacrā menti forma hæc duo genera partium diſtingui poſſe: homo enim habet duo, alterum eſt compoſitio phyſica ex materia, & forma, & partes eius ſunt eſſentiales; alterum eſt quantitas, ratione cuius extenditur ſubſtantia cō poſita, & habet aliud genus partium, quas vocamus integrantes. In forma autem huius Sacramenti, aut alterius non poſſumus duo eodem modo aſsignare, ratione quorum duo genera partium illi conueniant. Secundo, quia cum longius protrahitur prolatio cuiuſque ſyllabę dictionis, quam opus eſt, non diſtinguimus partes formę in eſſentiales, & ſubſtantiales, ſed tota prolatio, & quæuis pars illius eſſentialis eſt, & ad effectum concurrit; alioquin nulla eſſentialis pars aſsignari poſſet, cum nulla ſit tam parua prolatio, qua minor aſsignari nequeat: eoquòd motus quicumque ſecundum ſe magis, & magis velocior in infinitum fieri poſsit: dico, ſecundum ſe, nam à quouis motore id fieri non poteſt. Eſt igitur quędam mora prolationis eſſentialis in forma, non quia ſi minus duraret prolatio, non fieret conſecratio; ſed prolatio integra cuiuſuis ſyllabę requiritur, donec ſenſus completus ſit, & perfectē ab audientibus percipi poſsit: quouſque autem ad finem prolationis perueniat ſacerdos, ſemper eſt prolatio in via, ac proinde pertinet ad eſſentiam ipſius formæ indiuiduæ, & ſingularis, quæ nunc taliter profertur, quia tota prolatio à principio in finem eſt eſſentia ipſius formæ, cum eſſentia formæ nihil ſit aliud, quam integra prolatio. Adde, quod ſi morulæ illę prolationis, ſine quibus, ſi aliter voces proferentur, Sacramentum conſtare poſſet, nō pertinerent ad eſſentiam formę; neque ad ſubſtantiam ſpectare, neque ad effectum conſecrātionis concurrere, ſicut prædicti Autores contendunt. dicendum eſſet, ſed hoc tantum efficere, vt retardarent effectum formę, ſicut particula, *Enim*, quę iuxta omnium ſententiam, neque ad eſſentiam, neque ad ſubſtantiam pertinet, aut ad effectum concurrit, retardat tamen effectum formæ.

Primum diluitur.

37 Nō diſtinguuntur in formis Sacramentorum partes eſſentiales ab integrantibus.

Secūdum.

58

Tertio, ſi quis vteretur forma illa traditā à Paulo, *Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine*, voces illæ, *Nouum teſtamentum*, aut ad eſſentiam pertinerent, & ad effectum concurrent, aut non eſſet dicendum, ad ſubſtantiam ſolùm, non ad eſſentiam pertinere, & ad effectum concurrere, ſicut Sotus dicebat. Hinc tamen non ſequitur, in forma, qua vtitur Latina Eccleſia, ad eſſentiam, aut ſubſtantiam formę pertinere, aut ad effectum concurrere: nam diuerſo modo ponuntur in forma illa tradita à Paulo, & in forma, qua vtimur Latini: etenim in forma tradita à Paulo, ita conſtituuntur illæ voces; *In ſanguine meo*, vt ſine illis, *Nouum teſtamentum*, nō reddant ſenſum neceſſarium, vt vinum conuertatur in ſanguinem Chriſti: cum enim ſint in caſu obliquo, neceſſario poſtulant alias voces in recto, vt compleatur ſenſus, cum caſus obliquos per ſe cum verbo, *Eſt*, ſine alio

Tertiū.

59

recto,

recto, à quo regatur, ſenſum non perficiat: quia ſenſus illius formæ eſt, calicem illum eſſe nouum teſtamentum, non ſecundum ſe, ſed in ſanguine Chriſti, hoc eſt, ratione ſanguinis: ita vt illud, *in*, notionem habeat inſtrumenti, ſicut in multis alijs Scripturæ locis, quos notauimus prima ſecundæ, diſputat. 217. capite tertio, qualis eſt ille ad Romanos quinto, vbi dicimur iuſtificati in ſanguine Chriſti, & ad Epheſios ſecũdo, *Qui eramus longe, facti ſumus prope in ſanguine eius*, nam, vt infra dicemus capite ſecundo ſequentis diſputationis, teſtamentum ſanguine confirmatur: quare ſi tollerentur duæ illæ voces, *Nouum teſtamentum*, ſenſus illarum, *in ſanguine meo*, etiamſi referrentur ad calicem, non maneret, nam inepte diceremus, *Hic calix eſt in ſanguine meo*, cum illud, *In ſanguine meo*, non haberet vim inſtrumenti reſpectu calicis, Quod ſi ſine notione inſtrumẽtum illud, *in ſanguine*, meo poneretur, & referretur ad calicem, ita vt, *Nouum teſtamentum*, per oppoſitionem de calice diceretur, vt aliqui volunt: iam fieret alius ſenſus, & ſine illis verbis, *Nouũ teſtamentũ*, cõſtaret, atque ita inepte illa interponerẽtur, ſed ſolũ dicẽdũ eſſet, *Hic calix eſt in ſanguine meo*, ac ſi diceretur, *Hic calix eſt ſanguinis mei*. At vero, cum in forma, qua vtimur Latini, ponuntur voces, *Noui teſtamenti*, ita præcedentibus adduntur, vt ſine illis idẽ omnino maneat ſenſus, qui neceſſario requiritur ad conuerſionem, & eodem modo denotent ſanguinem Chriſti: ſolumque adduntur ad explicandam vim, & efficacitatem ipſius, quod minime requiritur, vt ſenſus neceſſarius perficiatur, ſicut requirebatur in priori forma. Ex illa igitur nullum ſumi poteſt argumentum, vt dicamus, aliud eſſe pertinere aliquid ad ſubſtantiam formæ, aliud autem pertinere ad eſſentiam.

Romanos 5. Epheſ. 2.

40

Quartum. Quod verò in quarto argumento dicebatur de trina merſione, nullius etiam momenti eſt: nam, cum Doctores dicunt, trinam non eſſe de eſſentia Sacramenti, eodem ſenſu intelligendum eſt, quo etiam dici poſſet, tantam, aut tantam non eſſe de eſſentia, quia cum minori, & minori Baptiſmus conſtare poteſt. Sicut autem, cum quis Baptizatur copioſa ablutione, tota dicitur ad Sacramenti eſſentiam indiuiduam, & ſingularem pertinere, & ad effectum concurrere, ita & trina merſio pertinebit, niſi poſt primam omnia verba formæ prolata ſint: nam finita prolatione, iam perfectus erit effectus, & Sacramentum: eo quod ex parte materiæ, & formę erit perfecta ſignificatio. Quare merſio, quę deinde ſuccedit, nihil ad Sacramentũ conducet. Sic igi-

41

tur, cum in forma calicis ante additamentũ illud ſit perfectus ſenſus pro conuerſione neceſſarius, additamentũ ipſum ad formam non pertinebit: quamuis ſi aliqua verba illius ita præcederent, vt ſine illis ſenſus ſanguinis nõ compleretur, illa etiam ad eſſentiam formæ pertinerent, ſicut paulò ante notauimus.

Quintum. Quod autẽ quinto loco adducitur, friuolum eſt: nam pronomen, *Ego*, nõ ita comparatur cum forma abſolutionis, aut ablutionis, ſicut verba illa, quæ adduntur formæ conſecrationis calicis. Nã pronomen, *Ego*, in vtraque illa forma eſſentialis pars illius eſt, & ad effectum Sacramenti, ſicut aliæ concurrit: nõ quia illa neceſſario debeat exprimi, ſed quia neceſſario cum alijs intelligitur, licet nõ exprimatur. Quare, cum exprimitur, nihil addi tur formę: idem enim eſt, *Abſoluo à peccatis*, & *Ego abſoluo à peccatis*, & in alijs ſimiliter: ac proinde pertinet ad eſſentiam ipſam, & ad effectum concurrit. At vero additamentum illud, quod ſit formæ conſecrationis calicis, niſi exprimeretur, nullo modo intelligeretur in forma illa, & in ſenſu neceſſario illius, vt manifeſtũ eſt: & ita, ſi addatur, neque ad ſubſtantiam pertinebit, neque ad effectũ concurret. Idem inferius dicemus de verbis illis, *A peccatis tuis*, in forma abſolutionis, quod diximus de pronomine *Ego*. Hinc ergo nulla ratio deſumi poteſt, vt dicamus, illud additamentum ad ſubſtantiam formę conſecrationis calicis pertinere, & ad effectũ aliquo modo concurrere.

42

Sextum. Sexto denique, licet in Sacramento Pœnitentiæ dicamus, eſſe quaſdam partes eſſentiales, ſine quibus eſſentia Sacramenti nõ poſſet conſtare: quandam vero ſubſtantialẽ, & nõ eſſentialẽ, quæ veluti pars integrans ad ſubſtãtiã Sacramenti pertinet, veluti brachiũ ad ſubſtantiã hominis, ſine quo eſſentia illius cõſtare poteſt: tamẽ in forma cõſecrationis vtrũque genus partis nulla ratione concedẽdum eſt; in Sacramento enim Pœnitentiæ ideò dicimus, ſatisfactionem eſſe partem ſubſtãtialem, & integrantem Sacramẽti, ſicut eſt brachium in homine, quia ad peculiarem effectũ Sacramenti conſtituitur, nempe ad remiſſionem pœnę peccatorum: ſic enim veluti integratur Sacramentum quatenus continet, aut efficit vtrumque effectum: quia tamen ſine tali effectu eſſe poteſt alius, videlicet, remiſſio culpę, qui eſt præcipuus, & infuſio gratiæ ratione cuius ſolũ ſine alio poteſt vera ratio Sacramẽti in cõfeſſione ſola, & abſolutione ſeruari: ideò dicimus, ſatisfactionẽ nõ pertinere ad eſſentiã Sacramẽti, ſed ad eius ſubſtãtialẽ integritatẽ: at in forma conſecrationis

calicis non poteſt duplex talis effectus diſtingui, vt ratione vnius conſtituãtur partes eſſentiales illius, & ratione alterius partes ſolùm ſubſtantiales integrantes in ſenſu explicato. Hactenus ſufficiente inductione
43 probatum eſt, nullam eſſe rationem, ob quã dici poſsit, additamentum illud formæ conſecrationis calicis, licèt non ad eſſentiam, ad ſubſtantiam illius pertinere: perperam igitur id aſſeritur, cum de ſubſtantia materię, & formæ Sacramentorum non ſine magno fundamento, & ratione aliquid ſit aſſerendum.

Secunda alia ratio idem oſtẽdit.

Iam vero alia ratione aduerſarios conuincamus in hunc modum. Si illud additamentũ verè ad ſubſtantiam formę cõſecrationis pertineret, & ad effectum conſecrationis concurreret, id ſola Chriſti inſtitutione haberetur: nam ſolus Chriſtus virtutẽ tribuere potuit verbis, vt ad Sacramentum pertinerent, & ad effectum illius concurrerent: ac proinde Græci omittentes aliqua verba illius ſem per peccaſſent, quia aliquid, quod autoritate Chriſti inſtitutum aliquo modo eſt, omiſiſſent, niſi eos ignorantia inuincibilis excuſaſſet, quorum vtrumuis aſſerere, manifeſtum errorem eſſe, ſupra diximus. Præterea nõ minus ex Chriſti etiam inſtitutione pertineret ad ſubſtantiam formę conſecrationis panis illud additamentum; *Quod pro vobis tradetur*, quam aliud, de quo diſputamus ad ſubſtantiam formæ conſecrationis vini, ſiquidem
44 & hoc à Chriſto dictum fuit, & eodem ſenſu cum præcedentibus cõiungitur, ſicut additamentum alterius formę cum ipſa forma. Quocirca Eccleſia Latina omittens additamentum illud formę conſecrationis panis, eodem modo peccaret, ſicut Græci, omittentes aliud, aut ignorantia inuincibili excuſari deberet, quod etiam aſſerere abſurdum eſt, & manifeſtus error. Neque vero dici poteſt, additamentum prioris formę alio modo à Chriſto fuiſſe prolatum, quam additamentũ poſterioris, vt vnum pertinere poſsit ad ſubſtantiam ex intentione proferentis, aliud autem non: hoc enim ex proprio cerebro ſine vllo fundamento probabili diceretur. Adde, quod, vt inferius dicemus, ſi intentio miniſtri in hoc quidquam efficere poſſet, non minus in vno additamento, quam in alio id poſſet. Hæc ratio, & inductio præcedens vim habent contra modum philoſophandi Soti, & Ledeſmæ, quatenus diſtinguunt partem eſſentialem formę à ſubſtantiali, & additamen
45 tum illud eſſe dicunt ſubſtantiale, non autẽ eſſentiale. Porrò autem Caietani interpretatio, & ſententia, quam ſupra memorauimus, vt additamentum dicatur ad ſubſtantiã pertinere, non ad eſſentiam, quia ſine illo fieret conſecratio, non tamen eſſet perfecta forma, facile quoque refelli poteſt: nam vel illa perfectio proueniens ex tali additamento eſt accidentaria, vel ſubſtantialis; ſi eſt accidentaria, non poteſt dici additamentũ ipſum ad ſubſtantiam formę pertinere, ſi vero eſt ſubſtantialis, ita vt aliquid ſubſtantiæ formę contineat, debet ad aliquem effectum Sacramenti concurrere: ad nullum autem concurrere poteſt, vt probatum eſt contra Sotum, & Ledeſmam, ergo perfectio illa non eſt ſubſtantialis, ac proinde, nec additamentum illud ad ſubſtantiam formæ pertinebit.

Caietani expoſitio reijcitur.

Aliorũ Recentiorũ interpretatio confutatur. Primo.

Recentiores vero Thomiſtæ, qui non diſtinguentes inter partem ſubſtantialem, & eſſentialem formæ, dicunt, additamentum illud eſſe ſubſtantiale, & eſſentiale ex ſola intentione miniſtri proferentis illud, non minus efficaci ratione conuincere poſſumus: quia aut miniſter ex ſola ſua voluntate, & intentione ſine inſtitutione illa Chriſti addere poteſt verba formæ conſecrationis, quæ ſimul cum forma ad effectum concurrant, & ita ad ſubſtantiam, & eſſentiam illius pertineant, aut ex ſola inſtitutione Chriſti deſignãtis tale additamentum id efficere? Et primum vtroque quidem modo ſequeretur, additamentum, quo Græci vtuntur, ex intentione ipſorum ad eſſentiam formę pertinere, & ad effectum concurrere, atque in Eccleſia Latina eodem modo, quemlibet ſacerdotem proferentem illud, idem efficere poſſe, quod tamen nullus hactenus auſus eſt affirmare. Porrò autem id ſequi manifeſtum eſt: tum quia Chriſtus eodem modo, & tenere protulit additamentum vnum, & alterum: ergo, quod attinet ad eius inſtitutionem, aut vtrumque inſtituit eo modo, vt à miniſtro addi poſſet, & ex eius intentione ad eſſentiam Sacramenti pertineret, & ad effectum illius concurreret, aut neutrum. Tum etiam, quia ſi abſque inſtitutione Chriſti ex ſola miniſtri voluntate, & intentione fieri poſſet additamentum, ſicut nunc fit in forma conſecrationis vini per illa verba, quę diximus, ita etiam addi poſſum formæ conſecrationis corporis illa: *Quod pro vobis tradetur*, quę ad eſſentiam pertinerent, & ad effectum concurrerent.

46

47 Secundo.

Verum, quia prædicti Doctores exiſtimare videntur, ex ſola miniſtri voluntate addi poſſe verba, quę ad eſſentiam formæ pertineant, & ad effectum concurrant, vt patet ex illo exemplo quod afferunt, ideò alio modo cõtra eos arguere poſſumus. Quoniam ex eorum ſententia ſequeretur, addi poſſe à ſacerdote

cerdote formæ conſecrationis panis, & vini non ſolum verba, quæ Chriſtus addidit, ſed etiam plura alia. Quare in forma conſecrationis vini non tantum dicere poſſet, *Noui, & æterni teſtamenti*, & cætera, quæ nunc addimus, ſed etiam, *Sub Pontio Pilato, flagellis, clauis, & lancea effuſi.* Denique huic formæ, & alteri poſſemus longam hiſtoriam addere, quæ ex noſtra intentione ad eſſentiam illius pertineret, & ad effectum concurreret, ita vt non niſi tota illa finita ſequeretur, quod eſt abſurdiſsimum. Porrò autem id ſequi, ita manifeſtum eſt, vt nulla indigeat confirmatione: ſi enim ſemel concedamus, ex voluntate, & intentione miniſtrandi poſſe vnum verbum, cur etiam plura addi non poterunt? Exemplum autem, ex quo prædicti Theologi ſuam ſententiam colligere cõtendebant, nihil probat. Nam, ſi quis formæ Baptiſmi adderet verba illa: *Omnipotentis, Vnigeniti, & ab vtroque procedentis*, ſicut ex ſententia ipſorum capite ſecundo memorauimus, ea non pertinerent vllo modo ad eſſentiam, aut ſubſtantiam, neque ad effectum concurrerent: nam duo priora, quæ adderentur in medio formę, hoc ſolùm efficerent, vt retardaret effectum, ne citius fieret: eoquòd proferenda eſſent ante aliquod aliud verbum, quod eſſentiale eſt, nempe, *Spiritus Sancti*, tamen effectus Baptiſmi non ideo fieret, quia illa duo verba addita præceſſiſſent. Quis enim dicat, ideo baptizatum iuſtificatum fuiſſe, quia illa etiam duo verba prolata eſſent, cum minime ad talem effectum requirerentur.

48 Diluitur Recentiorum fundamentum.

Poſtremum autem verbum, nempe, *Ab vtroque procedentis*, neque ad effectum concurreret, neque effectum retardaret, & ita multo minus ad eſſentiam videretur pertinere. Primum non concurreret ad effectum, ſicut de alijs diximus: deinde non retardaret effectum: quia eo ipſo, quòd finita eſſet prolatio illarum vocum, *Spiritus Sancti*, iuſtificaretur Baptizatus; alioquin ſi expectandum eſſet, vt miniſter omnia proferret, addere etiam poſſet, vt ſupra dicebamus, longam hiſtoriam de Spiritu Sancto, in qua magis, ac magis explicaret proceſsionem eius

49 ab vtroque, quod abſonum, & abſurdum eſt. An verò additamentum, quod nunc fit formæ conſecrationis calicis, ex præcepto fieri debeat, & qua ratione Eccleſia Latina in forma conſecrationis panis ſimile non fecerit, diſputat. ſequente capit. 5. dicemus. Vtrũ autem illud proferatur recitatiue, an vero ſignificatiue, vt Scholaſtici loquuntur, diſputat. 200. cap. 2. videbimus.

Quid ſignificet illud, Tradetur, *& illud*, Effundetur, *quæ ſunt in additamentis. Diſputatio 199.*

Illud, Trãdetur, & Effundetur, *Recentiores nonnulli referunt ad id, quod fit in Euchariſtia. Cap. 1.*

Duabus etiam rationibus, & ſolutione obiectorum eadem opinio, & expoſitio confirmatur. Cap. 2.

Diluuntur argumenta prioris ſententiæ. Cap. 3.

Corollaria huius diſputationis. Cap. 4.

Illud, Tradetur, & Effundetur, *Recentiores nonnulli referunt ad id, quod fit in Euchariſtia.*

CAPVT I.

QVOD Supereſt, nonnulla in hac diſputatione obſeruatione digna colligamus, quibus doctrina, quam de eſſentia vtriuſque formæ conſecrationis in præcedente tradidimus, magis perſpicua reddatur. Atque in primis, quid ſignificet additamentum vtriuſque formę, explicemus. In vtroque autem additamento, illud ſolùm, *Quod pro vobis tradetur*, & illud, *Qui pro vobis, & pro multis effundetur*, difficultatem habet, quę ſane nulla eſſet, niſi Recentiores aliqui cum Ianſenio in concordia Euangelica cap. 13. peculiarẽ fuiſſent ſententiam ſequuti. Nam illud, *Tradetur*, quod Græci addunt, & Mozarabes addebant formę conſecrationis corporis, ita intelligunt prædicti Doctores cum Ianſenio, vt non referatur ad paſsionem, in quam à Iudæis traditum fuit corpus Chriſti, ſed perinde ſit, *Quod pro vobis tradetur*, ac ſi diceretur, *Quod pro vobis diuiditur*, non quidem ſecundum ſe, ſic enim nũquã diuiſum eſt, ſed in Sacramento ratione ſpecierũ, ratione quarum, cum diuiduntur, corpus Chriſti etiam diuidi dicitur, vt notauimus ſupra diſputat. 193.

1

Ianſenij & aliorum ſententia circa verbum, *Tradetur*.

1. Cor. 10. Luca 22. capite tertio: colligunt autem hoc ex verbis Pauli 1. ad Corinth. 11. nam quod Lucas cap. 22. dixit, *Quod pro vobis datur*, Græcè ita eſt, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, ac ſi ad literam dicas, *Pro vobis datum*, Paulus pro διδόμενον, Græcè dixit κλώμενον, latine, *Quod frangitur*, vel, *Fractum*, à verbo κλάω, quod eſt *frango*. Cum igitur corpus Chriſti in cruce, & paſſione non fuerit fractum, nam & Ioannes Euangeliſta cap. 19. tamquam myſterium notauit, Chriſto non fuiſſe fracta crura, vt impleretur illud Exod. 12. *Os non comminuetis ex eo*. E contrario vero de ipſo corpore Chriſti in Euchariſtia 1. ad Corinthios 10. dicatur: *Panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt?* prædicta verba, *Quod pro vobis frangitur*, citati Doctores non referunt ad paſſionem, ſed ad Euchariſtiam: id quod confirmari poteſt teſtimonio, Chryſoſtomi in homilia 24. in prædictum locum 1. ad Corinth. 10. vbi inquit; *ſed quare addidit, Quem frangimus? hoc in Euchariſtia videre licet, in cruce autem minime, ſed omnino contra*. Probat deinde ex illo Exo. 12. & ſubdit, *ſed quod in cruce paſſus non eſt, id in oblatione* (nempe in Euchariſtia) *patitur, & propter te frangi permittit*. Et ita in homil. 27. in illud eiuſdem epiſtolæ cap. 11. in ea verba, *Quod accepit panem*, ad fractionem Euchariſtiæ, illud, *Quod pro vobis tradetur*, ſeu, *Frangitur*, videtur referre, cum poſt illa verba, *Accipite, & comedite*, inquit, *Illud corpus æqualiter dedit, tu autem, quod commune eſt non communicas, et enim pro omnibus pariter fractum eſt, & æqua portione diſtributum*. Phraſis quoque Scripturæ maximè congruit cum hac expoſitione. Nam verbo, *Frangere*, frequenter vtitur, cum de pane loquitur, *Frange eſurienti panem tuum* Eſai. 58. Et 1. ad Corinthios capit. illo 10. & Actorum 2. *Frangebant circa domos panem*. Verũ, quia non dicimur frangere panem pro aliquo, ſed alicui, quando illum frangimus, vt ab eo manducetur, & Paulus dixit, *Quod pro vobis frangetur*, & Lucas, *Quod pro vobis datur*, non autem, *Quod vobis datur*, ideo, inquiunt Ianſenius, & alij, hæc verba non eſſe referenda ad corpus Chriſti, quatenus in Euchariſtia dabatur incibum, ſed quatenus in ea etiã ſacrificio incruento offerebatur. Addunt alij qui, Lucam Euangeliſtam nõ fuiſſe vſum verbo futuri, *Dabitur*, ſed præſenti, *Datur*, in Græco enim eſt participium Græcum διδόμενον, quod ſignificat Latinè idem quod, *Datum*, & ita rectè vertitur per, *Datur*. Paulus etiam Græcè vtitur voce illa κλώμενον, latinè, *Fractum*, & *Per quod frãgetur*, rectè exponitur.

1. Cor. 10. Actorum 2.

Ioann. 19. Exod. 12. 2. Cor. 10. Chryſoſt.

De verbo autem, *Effundetur*, quod eſt in additamento formæ conſecrationis vini, eodem modo prædicti Recentiores cum Ianſenio philoſophantur, vt non referatur ad effuſionẽ ſanguinis, quę futura erat in paſſione incruce, ſed ad oblationẽ illius incruentam, quæ tunc à Chriſto facta fuit in Euchariſtia: nam prętercà quòd verbum illud, *Effundetur*, aut *Fundetur*, quo vtuntur tres priores Euangeliſtę, in Græco habet vim præſentis temporis, eſt enim participium ἐκχυνόμενον, Latine, *Fuſus*, Lucas cap. 22. refert illud non ad ſanguinem, ſed ad calicem, ſeu poculum, vt patet ex textu Græco, dicitur enim τοῦτο τὸ ποτήριον καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, cum tamen Vulgatus, ita verterit, vt ad calicem, & ad ſanguinem referri poſſet: dicit enim, *Hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine, qui pro vobis fundetur*. Calix autem fundendus nõ erat in paſſione, ſed in Euchariſtia tunc fundebatur, quando porrigebatur diſcipulis. Verũ, quia, ſi calix funderetur ad bibendum, non recte diceretur, *Pro vobis*, ſed *Vobis*. ſicut de corpore ſupra diximus, ideo aſſerunt, illud, *Fundetur*, eo loco idem eſſe, quod *offertur, & ſacrificatur*. Quæ ſanè expoſitio colligi videtur ex Ambroſio lib. 4. de Sacramentis capit. 6. vbi explicans prædictum verbum, quod eſt in forma conſecrationis, inquit, *Si quoties cumque effunditur ſanguis Chriſti in remiſſionem peccatorum ſumitur, debeo illum ſemper accipere, vt ſemper mihi peccata dimittantur. Qui ſemper pecco, ſemper debeo habere medicinam*. Ea vero ratione nonnulli in hanc ſententiam adducti ſunt, vt ex hoc loco veritatẽ corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia contra hæreticos probarent. Nam Caluiniſtæ ita interpretantur verba conſecrationis panis, vt ſenſus ſit, *Hæc eſt figura corporis mei, quod pro vobis tradendum eſt in mortem*, vt autẽ hanc interpretationẽ confutent, contendũt oſtendere, illud, *Quod pro vobis datur*, quod eſt apud Lucam, & illud, *Tradetur*, apud Paulum de fractione ipſius Euchariſtię eſſe intelligẽdũ, vt ita hęreticorum interpretatio conſtare nequeat, ac proinde neceſſe illis fuit, verbũ, *Effundetur*, quod eſt in alia forma conſecrationis, eodem modo interpretari, nempe, in Euchariſtia. Tum etiam nõnulli hac vſi ſunt interpretatione, vt ex ijs locis probarent, Euchariſtiam verũ eſſe ſacrificium. Inter quos eſt Canus lib. 12. de locis cap. 13. §. *Atque argumenta hæc*. Verum multo ſatius eſſe ſemper exiſtimaui, contra hereticos firmis teſtimonijs, & rationibus dogmata noſtræ fidei cõ firmare, reliqua vero omittere, quàm ea teſtimonia

Eorũdem interpretatio verbi, *Effundetur*.

Luc. 22. 4

Ambroſ.

5

Canus.

monia contra eos proferre, quorum ſenſus, & interpretatio probabilior cum errore etiá hæreticorum conſtare poteſt. Ego vero, exiſtimo vtrumque verbum, *Datur*, ſeu, *Frangitur*, &, *Effundetur*, ſeu, *Effunditur*, quæ ponũtur in additamẽtis formarũ, multo melius ad paſsionem, & crucem referri, quam ad fractionem, & effuſionem Euchariſtiæ. Atque hoc ſenſu veritatem corporis Chriſti ſub ſpeciebus contra hæreticos non minus, imo multo magis efficaciter confirmari, licet veritas ſacrificij incruenti inde non probetur. Ita refert verbum, *Effundetur*, Titelmanus in illum locum Matthæi 26. & vtrumque eodem modo intelligit Caietanus in illud 1. ad Corint. 11. ſæpius citatum, vbi de hac re expreſſo diſputat, Picus Mirandulanus in Apologia quæſtion. 6. longè à fine, Hoſius in confeſſione catholica cap. 42. longe poſt medium, Dionyſius quoque Carthuſianus, licet in illud Lucæ 22. *Quod pro vobis datur*, poſteriori loco afferat expoſitionem, quam ſequitur Ianſenius, tamen priori loco exponit hoc modo, quo Caietanus: cumque illud, *Effundetur* ſolùm exponat de effuſione in paſsione, & in illud 1. ad Corinthios 11. *Quod pro vobis tradetur*, intelligat etiam ſolum de traditione in mortem, hanc Caietani interpretationem aperte probat, & ſequitur. Ex Patribus vero Theophylactus, & Euthymius eam etiam expreſſe tradunt. Nam Theophylactus in illud 1. ad Corinth. 11. *Quoniam Dominus Ieſus, &c.* illud, *Quod pro vobis frangitur*, vt habet Vulgata, ita exponit, *Generatim omnibus dixit, accipite, edite, idque corpus ſuum, quod pro omnibus exæque fregit, in mortem tradens*. Et in illud Lucæ 22. *Quod pro vobis datur*, illud, *Pro vobis*, exiſtimat idem eſſe, quod pro humano genere. Eodem modo explicat Euthymius illud Matth. 26. *Qui pro multis effundetur*, vt idem ſit, quod pro omnibus hominibus, vt ita oſtenderet, quantum præſtet ſanguis Chriſti ſanguini veteris teſtamenti, qui ſolum pro Hebræis effundebatur. Denique Anſelmus in eumdem locum 1. ad Corinth. 11. eodem modo intelligit, inquit enim *Quia hoc eſt corpus meum non aliud, ſed illud idem ſubſtantialiter, quod pro vobis redimendis tradetur ad mortem & crucifigetur*, & hoc modo explicat verba illa Pauli, *Quod pro vobis tradetur*. Pro hac etiã ſententia eſt Chryſ. quẽ inferius referemus. Rationes vero pro hac noſtra ſententia, & interpretatione ſunt (me quidẽ iudice) efficaciſsimę: prima eſt. Quamuis tres Euangeliſtæ cũ loquũtur de effuſione ſanguinis, Græcè vtantur participio illo præteriti, quo dhabet vim verbi præſentis, ac ſi dicerent: *Effunditur*, & ſimiliter, cum de corpore Græcè loquitur B. Lucas, vtatur participio præteriti, quod eodẽ modo vim habet præſentis, ac ſi diceret, *Datur*, tamen omnes vſos fuiſſe præſente pro futuro, eoquòd iam iam inſtaret tempus mortis, & paſsionis, in qua ſanguis erat infundendus, & corpus in mortem tradendum, imo quodammodo iam incepta eſſet: duo maximè probant, vnũ eſt, quod in Vulgata noſter Interpres ſemper vtitur verbo futuri, cum de effuſione ſanguinis eſt ſermo; & quamuis in Luca vtatur verbo præſentis, cum de corpore inquit, *Quod pro vobis datur*, tamen in Paulo vtitur verbo futuri, cum ait, *Quod pro vobis tradetur*, nempe, quòd putaret, præſens in eo loco pro futuro accipi: quare, cum in Luca reliquit tempus præſentis, non abſtulit facultatem interpretandi illud pro futuro. Quod ſi in illis locis tantum haberet vim præſentis, perperã conuertiſſet per futurũ. Accedit, quòd neque vera eſſet tranſlatio, ſi de Euchariſtia, quam Chriſtus tunc porrigebat diſcipulis, intelligerentur prædicta verba, & pro illis ſolũ diceretur effundi, vel frangi, vt Autores prioris opinionis contendunt, quoniã verbum futuri in illam non poſſet conuenire. Neque enim frangenda tunc erat, ſed iam frangebatur, neque effundenda erat, ſed iam effundebatur. Adde, quòd Vulgatus interpres, intelligens etiam vim vocis Græce κλώμενον, Latine, *Fractum*, vel, *Quod frangitur*, non ſolùm, non trãſtulit, *Frãgitur*, de præſenti, ſed neque, *Frãgetur*, de futuro, ſed, *Tradetur*: eoquod non intellexit illud de fractione in Euchariſtia, ſed de traditione in paſsionẽ, in qua quomodo fractus ſit, inferius oſtendemus. Alterum, quod prædictum ſenſum præſentis pro futuro confirmat, eſt vſus Eccleſiæ Latinæ, quæ ſemper verbo, *Effundetur*, vſa eſt in verbis conſecrationis, quæ quidem, cum proferat in nomine Chriſti, & (vt dici ſolet) ſignificatiuè, perperã ita feciſſet, vt de Vulgato interprete proximè dicebamus.

Secunda ratio pro ſententia eadem. Si per *Effundetur*, in forma conſecrationis calicis Chriſtus ſignificare voluiſſet ſacrificium incruentum in Euchariſtia, iam Chriſtus nõ verbis proprijs, ſed figura aliqua vſus eſſet, & ita iuxta hanc opinionem incideremus in idẽ abſurdum, quod in hæreticis noſtri temporis diſp. 179. cap. 6. iure optimo reprehendimus, nẽpe, Chriſtũ in vltimo ſuo teſtamento, & voluntate vſũ fuiſſe verbis, nõ in propria ſignificatione, ſed figurata. Porrò autẽ, id ſequi, manifeſtum eſt: nã in Euchariſtia nõ eſt vera, & realis effuſio ſanguinis per modum ſacri-

6 Iudicium Autoris.

Titelman.

Caietan. Picus Mir.

Hoſius.

Dion. Carth.

Theophyl. Euthym.

7

Anſelm.

Chryſoſt.

8 Prima ratio

Euangeliſtę vſi ſũt Græcè tẽpore præſenti pro futuro.

9

Confirmatio prioris

Posterioris

10 Secũda ratio.

ſacrificij,ſed repreſentatio, & figurā illius; in calice enim Domini non ſeparatur ſanguis â corpore Chriſti,ac proinde re ipſa nō effundi tur,repreſentatur tamen in eo mors Chriſti, & ſeparatio, ſeu effuſio ſanguinis eius,
11 quia ex vi verborum per ſe conſecratur, licet per concomitantiam ſecum etiam habeat corpus. Quòd ſi hoc modo liceret nobis interpretari verbum, *Effundetur*, cur etiam non liceret hæreticis uocem, *Corpus*, eodem modo explicare vt idem eſſet, quod figura corporis? Neque vero dici poteſt, effundi ſanguinem idem eſſe ibi, quòd in calice collectum offerri Deo: hoc enim non eſt proprie effundi, ſed figurate, ex eo ſolum, quòd quædam effuſione ipſa reali conſueuerunt Deo in ſacrificium offerri. Addę, quòd, vt dicemus in diſp. 222. cap. 5. eatenus dicitur ſanguis in calice offerri, quatenus conſecratione ipſa, & modo illius repreſentatur ſeparatio eius â corpore, ac proinde effuſio: ergo ſolùm ſecūdùm repreſentationem acciperetur verbum, *Effundetur*, ſi de effuſione in Euchariſtia intelligeretur. Neque ſatis eſt, ſi dicant aduerſarij, ſanguinem Chriſti in Euchariſtia non ſolum effundi ſecundùm repreſentationem, ſed etiam cum in ora ſumentium infunditur ſub ſpecie vini; tum quia non ſolùm non cōſiſtit ſacrificium incruentum Euchariſtiæ in ea infuſione; ſed etiam, neque per eam conſummatur ſecundum rationem ſacrificij, vt diſputat. illa 222. ca. 5. dicemus. Et ita illa infuſio ſolùm pertinet ad vſum Euchariſtiæ, quatenus Sacramentum eſt: tum etiam, quia quamuis ratione ſpecierum conſecratarum ſanguis Chriſti dicatur infundi ori ſumentis, tamen non abſque omni figura dicitur infundi: nam quamuis ea, quæ ſolum denotant ſimpliciter motum ſecundùm locum, vt diximus diſp. 193. cap. 2. ſine metaphora, & figura de Chriſto in Euchariſtia dicantur: tamen, quia infuſio aliquid aliud denotat, nō ſine figura de ſanguine Chriſti in Euchariſtia dicetur: denotat enim non tantùm motum ſecundùm locum, ſed cum tali partium poſitione, quæ, nimirum, conſiſtentiam in ſe non habeant, ſed fluant: neq; enim quæcumque dicuntur moueri loco, fluere, aut effundi, ſeu infundi ſine metaphora dicūtur. Et ita, licet Angelus exiſtens in aqua intra vas diceretur
13 loco moueri, ſi aqua effunderetur, & ipſam comitaretur, tamen non diceretur proprie effundi, niſi per figuram aliquam. Sic igitur ſanguis in Euchariſtia dicitur effundi, ſeu infundi, non ſine figura ratione ſpecierum, ſicut etiam corpus Chriſti tangi.

Occurritur fugæ.

Item ſolutioni aduerſariorum.

12

Duabus alijs rationibus, & ſolutione obiectorum eadem opinio, & expoſitio confirmatur.

CAPVT II.

TERTIA Ratio pro eadē ſententia, & interpretatione. Si verbum, *Effundetur*, intelligeretur de effuſione in Euchariſtia, non autem in paſſione, & cruce, nō dixiſſet Chriſtus apud Matthæum, & Marcum, *Qui pro multis effundetur*, nā verbis illis, *Pro multis*, denotauit planè plures alios, quam diſcipulos, vt ſupra ex Euthymio, & Theophylacto notauimus. Reſpondent aliqui, illud, *Pro multis*, non denotare omne genus humanum, nec ſolum prędeſtinatos, vt alij contendunt, neque eſſe idem omnino, quod, *Pro vobis*, ſed minus aliquid, quia perinde eſt, ac ſi diceret, *Pro pleriſque veſtrum*: nam calix ille Iudæ nihil profuturus erat. Verū hoc reſponſum facilè refellitur. Primum, quia, licet alicui non proſit efficaciter ſanguis Chriſti effuſus, eoquòd non ſit cauſa, vt ei detur efficax gratia, ſed ſolū ſufficiens, nihilominus pro illo dicitur effundi etiā in remiſſionē peccatorū: eoquòd ea intentione effuſus eſt, & virtute illius ex eadem intentione collata eſt ei gratia ſufficiens. Et ita, cū de remedio remiſſionis peccatorū in Scriptura fit mentio, non pro pleriſque tantū, ſed pro omnibus dicitur fieri, vt paſſim conſtat. Adde, quòd plerique ex diſcipulis, imo omnes, nō erant multi; ſed potius pauci, præſertim in negotio remiſſionis peccatorū, quibus totū genus humanū tenebatur. Deinde, quia Eccleſia data opera in illo additamento vtraſq; voces Euangeliſtarū cōiunxit, nempe, & illas, *Pro vobis*, quæ ſunt apud Lucā, & illas, *Pro multis*, quæ ſunt apud Matthęū, & Marcū, non vt Recentiores nonnulli dicunt, ne in re dubia erraret: nā ſicut nullus Euangeliſtarū errauit, vtraſq; voces nō cōiūgēs, ita etiā, neq; ipſa erraret, ſi vtraſq; etiam nō cōiūgeret, ſed aut eas tātū, quas Lucas poſuit, aut quas Matthęus, & Marcus expreſſerunt, aſſumeret: ſed ideò, vt expreſsius ſignificaret pretium ſanguinis, quod futurum erat
15 non tantum pro Apoſtolis, ſed etiam pro toto genere humano, quod licet vere, non tamen ita expreſſe verbis illis, *Pro vobis*, ſignificaretur.

Tertia ratio.

Solutio aliquorum.

Confutatur.

14

Quarta ratio omnium efficaciſsima eſt in hunc modum: ſi verbum, *Effundetur*, ſignificaret effuſionem ſanguinis in Euchariſtia, non

Quarta ratio.

non in cruce, non conueniret cum voce, *Testamentum*: nam, siue dicatur in forma sanguinis, *Noui testamenti*, vt Matthæus, & Marcus, & Ecclesia Latina, siue dicatur, *Nouum testamentum in sanguine meo*, sicut Lucas, & Paulus, & Ecclesia Græca habent, in sanguinem Christi prout in Eucharistia hæc non conueniunt. Nam, quamuis Sacramentum Eucharistiæ sit Sacramentum noui testamenti à Christo institutum, & hac ratione dici posset, *Noui testamenti*, tamen in alio longè diuerso sensu dicitur ab Euangelistis, & in forma consecrationis, *Noui testamenti*, aut *Nouum testamentum*, nempe, quòd fuerit confirmatio, & consummatio noui testamenti, hoc est, gratiæ, quam Christus toti generi humano promeruit, hoc enim sine controuersia significat, *Nouum testamentum*, sicut prima secundæ, disputatione cētesima octuagesima prima, capite primo, notauimus. Etenim, vt ait Paulus ad Hebræos nono, *Testamentum in mortuis confirmatum est, alioquin non valet, dum viuit, qui testatus est.* Hoc est, morte testatoris confirmatur, vt deinde reuocari nequeat: nam viuente testatore reuocari potest: subdit deinde, *Vnde neque primum sine sanguine dedicatum est*, nempe, lex antiqua, quæ vetus testamentum Dei dicitur, ideoque sanguine aliquo, nempe, vitulorum, & hircorum confirmatum est, vt ibidem Paulus fusius persequitur. Hinc autem colligit, testamentum nouum, quod est Christi, morte ipsius confirmatum fuisse, quia dixerat in eo capite, *Vbi testamentum est mors necesse est intercedat testatoris*. Et ita concludit caput his verbis, *Sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata*. Et de ipso prius in eodem capite dixerat, non per sanguinem hircorum, sed per proprium introisse semel in sancta æterna redemptione inuenta, quæ nimirum est in nouo testamento, hoc est, in gratia eius, & ideo etiam in eodem capite dicitur mediator noui testamenti. Constat igitur, sanguinem Christi eàtenus dici ab ipso Christo, & ab Ecclesia nomine ipsius, *Noui testamenti*, aut, *Nouum testamentum*, quatenus effusus fuit in confirmationem illius, sicut etiam hac ratione sanguis hircorum, & vitulorum dictus fuit à Moyse Exod. 24. vt refert idem Paulus capite illo nono, *Sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus*, cui ipse Paulus opponit sanguinem Christi, quia eo confirmatum fuerit nouum testamētum. At qui nouum testamentum non fuit confirmatum sanguine Christi, prout ea nocte incruēte oblato in Eucharistia, sed prout effuso in passione, quia morte Christi, & passione eius cōsummata fuere omnia Christi merita: ac proinde nostra redemptio, quæ gratia ipsius facienda erat; sacrificium autem incruentum Eucharistiæ prout eo modo exhibitum, non fuit consummatio nostræ redemptionis, quia non fuit causa vniuersalis illius, sed particularis, sicut sunt Sacramenta, per quam merita vniuersalia passionis in nobis operantur, vt diximus in 1. tomo huius 3. part. disp. 76. ca. 1. & disp. 85. cap. 2. & latius infra disp. 230. & alibi: ergo sanguis Christi eàtenus dicitur, *Noui testamenti*, aut calix, *Nouum testamentum*, in sanguine eius, quatenus in passione re ipsa effusus fuit. Illud igitur verbum, *Effundetur*, quod ponitur in forma cōsecrationis effusionem sanguinis factam in cruce significat. Nam, vt explicaret Christus, quo pacto sanguis suus esset noui testamenti, hoc est, nouum testamentum confirmaret, addidit illud, *Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, nempe denotans fore, vt ipsa effusione ellet confirmatio noui testamenti. Adde, quod cum dicitur postea in eadem forma, *In remissionem peccatorum*, aperte denotatur sanguis Christi prout causa vniuersalis nostræ redemptionis, idem enim est, *In remissionem peccatorum, & in redēptionem peccatorum*, quæ propria est noui testamenti confirmati effusione sanguinis Christi; redemptio autem non est sanguinis Christi, prout incruente in Eucharistia immolati, sed prout effusi in passione: nam prout in Eucharistia solum est particularis causa remittendi in vnoquoque peccata venialia ex opere operato per modum Sacramenti: per modum vero sacrificij solum est causa per modum impetrationis remittendi venialia, & mortalia etiam: quis autem credat, per illud, *In remissionem peccatorum*, hunc solum peculiarem effectum, non autem vniuersalem redemptionem omnium peccatorum Christum significare voluisse?

Quæ sanè doctrina optime confirmatur testimonio Chrysost. simulque eo ostenditur, prædicta verba addita in forma ad passionē Christi referenda esse, nā hom. 83. in Matth. explicans illud c. 26. *Accipite & comedite*, in textu addidit illud, *Quod pro vobis frangetur*, sumptū ex Paul. 1. ad Cor. 11. & inquit, *Moriturum se hinc etiam ostendit, & propterea testamenti mentionem fecit: causa deinde rursus mortis suæ subiecit, dicens: Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, & paulo inferius explicās illud; *Qui effundetur*, ait: *Quod dicebat, vt ostenderet, passionem & crucem mysterium esse*. Illud igitur, *Frangitur*, quod Vulgatus apud Paulum explicat, *Tradetur*, &

Paul. ad Hebr. 9.

16

Quid significet apud Euangelistas, Nouū testamentū.

Exod. 24.

17

18

Chrysostomi autoritate ostenditur.

1. Cor. 11.

19

illud, *Effundetur*, refert Chryſoſtomus ad paſſionem Chriſti, & ideò putat calicem dictũ, *Nouum teſtamentum in ſanguine*, quia effuſione in paſſione confirmandum erat, non autem effuſione in Euchariſtia. Deinde, illud *In remiſſionem peccatorum*, cenſet, ſignificare redemptionem vniuerſalem totius generis humani. Hæc enim fuit vnica cauſa mortis Chriſti, quam putat illis verbis expreſſam fuiſſe, non igitur refert ad peculiarem effectum Euchariſtiæ.

20 Porrò iuxta hanc noſtram ſententiam, & expoſitionem multo ſanè efficacius cõtra hęreticos noſtri temporis ex verbis conſecrationis, cum prędicto additamento colligi poteſt veritas corporis, & ſanguinis Chriſti: nã cum nulla ſit admittenda metaphora in voce corporis, vt diſp. 179. cap. 7. contra ipſos efficaciter probatum eſt, additamenta illa, *Quod pro vobis tradetur*, & *Pro vobis effundetur*, potius explicant maximam veritatẽ ipſius met corporis Chriſti, & ſanguinis eius, quãſi ad Euchariſtiam referantur, vt aduerſarij contendunt: denotant enim, idem ipſum corpus Chriſti, quod tradendum erat in mortem, & non aliud, & eumdem ſanguinem, qui effundendus erat in paſſione, & non aliũ, eſſe ſub illis ſpeciebus, vt obſeruauit Anſelmus ſuperius citatus, ideo autem dico, iuxta hanc interpretationem efficacius hæreticos hoc teſtimonio conuinci, quia nihil, quod aliquid habeat momenti contra nos obijcere valent. E contrario vero expoſitionem præcedente capite memoratam multis infirmare poſſunt, ac proinde ex infirmo fundamento nihil contra eos efficaciter nos colligere poſſumus. Neque vero opus eſt, vt ex hoc loco Scripturæ contra eoſdem hæreticos probemus, Euchariſtiam eſſe verum ſacrificium, cum alia nobis ſuppetant efficaciora argumenta, quibus contra ipſos dimicare poſsimus, vt diſput. 221. cap. 3. videbimus.

Veritas catholica cõfirmatur ex dictis.

Anſelmus.

Diluuntur argumenta prioris ſententiæ.

CAPVT III.

21 IAM Vero fundamenta in primo cãpite adducta, quibus Recentiores nitebantur, vt priorem ſentẽtiam, & interpretationẽ ample ſterentur, facile euerti poſſunt. Ad primum dictum, pro illo verbo, *Tradetur*, fatemur quidem apud Paulum 1. ad Corinth. 11. in Græco eſſe vocem κλωμενον, Latine, *Fractum*, vel, *Quod frangitur*, nihilominus in corpus Chriſti, prout in paſſione fuit, rectè conuenire. Caietanus in illum locum, inquit, corpus Chriſti multis modis fractum fuiſſe in paſſione: primum quidem cum flagellis corpus eius cęſum eſt, & cutis fracta; deinde cum clauis confixum eſt, tunc enim & eius caro fracta fuit: & denique in latere, quando lancea tranſuerberatum eſt. Neque verò oportet, vt corpus alicuius dicatur fractum, oſſa etiam eius frangi. Ioannes vero cap. 19. ſolum dixit, crura Chriſti fracta non fuiſſe, vt adimpleretur illud Exod. 12. *Os non confringetis ex eo*, quia vt frangi dicerentur, oportebat, & oſſa eorum frangi. Ego verò exiſtimo, Græcam vocem κλωμενον, ſicut Latinam, *Fractum*, accipi poſſe in eadem ſignificatione, nempe, vt de eo dicantur, qui, licet nullum vulnus, aut ſciſionem in ſe recipiat, ipſa tamen moleſtia, & labore afflictus frãgi dicatur, ſicut Cicero pro Sylla, inquit, *Calamitate fractus, & afflictus*, & Horatius ſermone 1. *Multo iam fractus membra labore*. Quę ſanè ſignificatio, neque inſolens, neque infrequens eſt. Sic igitur cum corpus Chriſti magnis laboribus affligendum eſſet, rectè dixit Paulus κλωμενον, Latinè *Quod pro vobis frãgitur*, ſeu *frangetur*. Vulgatus verò interpres intelligens nihil peculiare ſub ea voce contineri præter laborem paſſionis, rectè tranſtulit, *Quod pro vobis tradetur*, nempe, in paſſionem. Quòd ſi per illam vellet ſignificare Paulus fractionem Euchariſtiæ, non tam bene vocem Græcam vertiſſet. Præterea negare non poſſumus, Chryſoſtomum homilia illa 24. loqui de vera fractione, quę fit per diuiſionem, & de illa ita ſenſiſſe, vt Chriſto non in cruce, ſed in Euchariſtia conueniret, loquebatur tamen de fractione, & diuiſione in fruſta, quę nullo modo Chriſto in cruce tribuenda eſt, cum tamen in Sacramento quodammodo tribuatur, vt explicauimus ſupra capite primo. Verum Chryſoſtomus in eo loco non explicat vocem illam κλωμενον, quam habet Paulus primæ ad Corinthios vndecimo, & de qua nunc eſt controuerſia, ſed verba illa capitis decimi, *Panis, quem frangimus, &c.* Verba autem eiuſdem, quæ ibidem citauimus ex homilia vigeſima ſeptima, non eſſe intelligenda de fractione in Euchariſtia, ſed in cruce, non obſcure indicauit Theophylactus, qui in omnibus ſẽſum Chryſoſtomi optime intellexit, & ſequutus eſt: nam in illa eadem verba 1. ad Corinthios 11. *Quoniam Dominus Ieſus, &c.* quę exponit Chryſoſt. inquit, *At vero ille in communi, & generatim omnibus dixit, accipite edite, idque corpus ſuum, quod pro omnibus ex aquo fregit, in mortem*

Ad primũ pro verbi, *Traditur* expoſitione.

Caietan.

22

Explicatio Pauli, & Ioannis.

Cicero. Horatius.

Declaratur Chryſoſtom.

23

Theophyl.

mortem tradens: tu vero anteuertis, & occupas edere, neque communem panem in medium ponis, neque frangis ipſum, vti detur multis, verum tibi ipſi contines. Quod Chryſoſtomus dixerat illis verbis: *Tu autem quod commune eſt non cõmunicas.* Nam vnuſquiſque cœnam ſuam præſumebat ad manducandum, neque pauperes, quibus parata erat, expectabat, ſicut diſputa. 211. cap. 2. explicabimus, non ergo loquitur Chryſoſtomus, de fractione corporis Chriſti in Euchariſtia, ſed in cruce, & paſſione, quãuis eam non accipiat pro afflictione, aut vulneribus, quæ Chriſtus in paſſione, & cruce paſſus eſt, ſed pro communicatione ipſa, qua ſe pro omnibus dedit. Qua etiam ratione accipi poſſet vox κλωμενον, latine *Fractum*, apud Paulum, vt idem ſit corpus: *Quod pro vobis frangitur, & quod pro vobis datur*: nam, & frangere ſimpliciter, dare, in Scriptura ſignificat ſicut Iſai. 58. *Frange eſurienti panem tuũ*: & hac ratione potuit Vulgatus pro *Frangitur* vertere, *Tradetur*. Neque vero refert, quod verbum *Frangere*, in Scriptura ſæpe de pane dicatur, vt proinde aſſeramus, in illo loco 1. ad Corint. 11. vocem κλωμενον, Latine *Fractum*, referendam eſſe ad corpus Chriſti ſub ſpecie panis in Euchariſtia, tum quia poteſt dici de ipſo corpore etiam in cruce ratione afflictionis, & anguſtiæ, qua Chriſtus paſſus eſt, vt ſupra explicuimus, tum etiam ratione communis oblationis, nempe quatenus etiã in cruce omnibus paſſione ſua æque profuit, ac proinde per modum cuiuſdam panis, & cibi omnibus diſtributum eſt, ſicut Theophylactus verbis citatis expoſuit. Nam, vt ſupra diximus diſput. 179. cap. 4. illud Ioannis 6. *Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet, qui credit in me non ſitiet*: intelligitur de ipſo Chriſto, non vt manducando in Euchariſtia, ſed per fidem. Qua etiã ratione dicitur in eo capite panis, & cibus, qui non perit, quamuis inferius Chriſtus planè etiã loquatur de ſuo corpore, & ſanguine, prout in Euchariſtia mãducando, & bibendo, ſicuti loco citato expoſuimus. Porro quàm parum probent aduerſarij ex eo, quod Lucas vtatur verbo præſentis, & non futuri, vt proinde referendum ſit ad præſentem Euchariſtiæ largitionem, conſtat manifeſte ex dictis in cap. 2. vbi notauimus, præſens poſitũ eſſe pro futuro, quod iam inſtabat.

24 Occurritur obiectioni.

Ioann. 6.

25

Poſtremũ pta verbo *Effũdetur*, diluitur.

Ad poſtremum autem de verbo *Effundetur*, concedimus quidem, referendum eſſe ad calicem, eo quòd relatiuum *Qui*, referat calicem, non ſanguinem, vt ex textu Græco manifeſte probatur. Verum, quia calici ſecundum ſe non conuenit effuſio, ſed ratione contenti in eo, perinde eſt ad ſanguinem, & ad calicem referri, vt ſenſus ſit: *Qui calix ratione ſanguinis*, hoc eſt, *qui ſanguis pro vobis effundetur in cruce*. Nam idem ſanguis, quo tunc Chriſtus Apoſtolis propinabat, in cruce fundendus erat. Teſtimonium vero Ambroſij ibidem allatum nihil contra nos probat: nam, cum dixit; *Si quotieſcumque effunditur ſanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum ſumitur, debeo illum ſemper accipere, vt ſemper mihi peccata dimittantur*: noluit explicare verbum *Effunditur*, poſitum in forma conſecrationis, vt referretur ad effuſionẽ in Euchariſtia, aut in paſſione, neque circa hoc difficultatem aliquam propoſuit, ſed cũ quotidie dicatur in Miſſa effundi, inquit: *Si quotieſcumque effunditur*, hoc eſt, dicitur effundi, ſumitur in remiſſionem peccatorum, debere nos ſemper illum ſumere, &c.

26 Exponitur Ambroſ.

Corollaria huius diſputationis, & præcedentis.

CAPVT IIII.

CAETERVM, Vt omnia, quæ de forma vtraque conſecrationis ſuperſunt, dicamus, pauca in hoc capite addenda cenſuimus. Et primò quidem ex dictis colligere licet, qua ratione Eccleſia Latina, omiſſo additamento prioris formæ conſecrationis calicis, ſumpſerit verba, quę à Chriſto addita fuerunt. Ratio vero maximæ quidem congruentiæ eſt, quia cũ nouum Teſtamentum eſſet confirmandũ non traditione corporis Chriſti, ſed ſanguine eius ſicut antiquum ſanguine hircorum fuit confirmatum, vt cap. 3. explicatum eſt, maxime conueniens fuit, vt omiſſo additamento prioris formæ, in poſteriori prædicta verba adderentur, quibus confirmatio totius redemptionis noſtræ, & noui Teſtamenti, quod eſt gratiæ explicaretur.

Primum cõ ollarium.

27

Sunt præterea duæ voces in illo additamẽto formæ conſecrationis calicis, quæ licet nõ inueniantur alicubi in Scriptura dicta à Chriſto, nihilominus Eccleſia, vt inquit Innocentius in cap. *Cũ Marthæ. De celebratione Miſſarum*, antiqua traditione ab ipſo Chriſto acceptas creditur, multa enim ſunt ex ſola traditione accepta, quæ tamen nullibi in Scriptura à Chriſto dicta inueniuntur: ea vero in forma cõſecrationis ſunt *Myſterium fidei*, quibus recte explicatur dignitas ſanguinis, & mortis Chriſti, qua confirmatum fuit nouũ

Innocent.

teſtamentum, & pretium noſtræ redemptionis, ac proinde omnium myſteriorũ noſtræ fidei, quaſi recapitulatio, & ſumma quædam eſt.

28 Particula *Enim* non pertinet ad eſſentiam formæ.

In vtraque autem forma eſt addita particula *Enim*, quæ citra vllam controuerſiam ad eſſentiam, aut ſubſtantiam non pertinet: nullus enim hactenus, etiam ex Recentioribus, contrarium eſt opinatus. Idque expreſſe docuit Sanctus Thomas in artic. 2. huius quæſtionis ad primum; inquit enim, eam particulã non eſſe de forma. Et ſanè ego nõ video, quare illi, qui putant, additamentum formæ ad ſubſtantiam, ſeu eſſe etiam aliquo modo pertinere, idem non dicant de particula *Enim*: nã eadem de illa fieri poſſunt argumenta ad idẽ probandum, & eadem vtriuſque ratio eſſe videtur. Ideo vero ad eſſentiam, aut ſubſtantiam formę non pertinet, quia licet ab Euangeliſta Matthęo addita fuerit in forma conſecrationis ſanguinis, tamen cum neque ipſe in alia forma conſecrationis corporis, neque alij in vlla eã poſuerint, ſolùm deſeruit ad continuationem ſermonis, non autem ad neceſſarium ſenſum formæ, qui in ea eſt vt verũ corpus, & ſanguis Chriſti ſignificetur. Nemo etiam dubitat, peccatum eſſe, omittere prædictam particulam, eo quòd conſuetudo antiquiſſima Eccleſię hac in re vim præcepti habet, & in alijs Sacramentis aliqua ſunt minime neceſſaria ad eſſentiam eorum, quæ tamen prætermitti peccatum eſſet ob eamdem rationem, quam diximus. An vero ſit mortale inter Doctores non ſatis certum eſt. Nam Dominicus Sotus in 4. diſt. 1. q. 1. artic. 8. §. *Supereſt autem*, non longè à fine, inquit, ſe vix cõdemnaturum eum mortalis culpę, qui ita mutaret aliquid formæ, vt legitimum ſenſum illius non auferret, niſi id ex contemptu faceret, vel præceptum Eccleſiæ in re graui violaret. Adhibet exemplum contemptus, vt ſi aliquis deſpectu, ſeu faſtidio Sacramenti particulam, *Enim*, in forma Euchariſtiæ prętermitteret: in hoc autem caſu affirmat, ſe fortè cõdemnaturum mortalis culpæ eum, qui particulam prætermiſiſſet. Subdit deinde, ſe addidiſſe illud, *Forte*, quia ratione tenuitatis materiæ poteſt eſſe culpa etiam ex contemptu venialis. Supponere autem planè videtur materiam illam leuem eſſe, ac proinde illam omittere, fortè non eſſe mortale. Verum prætereà quòd contemptus etiam in leui materia eſt mortalis, vt explicaui 1. 2. diſput. 158. cap. 4. vbi dixi, omnem contemptum legis, & ſuperioris mortale peccatum eſſe, quia eſt expreſſa inobedientia, atque ita hac ex parte ſententia Sotivera non eſt, contra ipſum quoq; exiſtimo, omiſſionem prædictæ particulæ eſſe mortale peccatum, quoties ſciens, & prudẽs aliquis eam omitteret. Quam ſententiam tradiderunt Angelus verbo *Euchariſtia*. 1. nu. 22. Gabriel. in 4. diſt. 8. q. 3. artic. 2. concluſ. 2. Allegari quoque poteſt Petrus Sotus libro de inſtitutione ſacerdotum lect. 2. de Euchariſtia, vbi ait in hęc verba: *Tenemur tamen in re tam graui, neque iota præterire eorum, quæ Eccleſia nobis tradit.* Et deinde ſubdit, quacũque ratione omittatur ea particula, hoc eſt, etiam ſi non fiat animo inducendi nouum ritum, non eſſe paruifaciẽdum. Ratio vero eſt, quia in re ita graui minima illa particula, quæ deſeruit ad connexionem verborum, & ſenſus, grauis cenſeri debet: & ita non ſolum erit mortale illam omittere ex contemptu, ſicut videtur ſentire Marſilius in 4. q. 6. artic. 1. part. 2 ad 3. dubium, qui ait, eſſe mortale peccatum, ſi id fiat ex contemptu, ſed etiam ſi ſciens & prudens aliquis fecerit, nam ſi fieret ex negligentia, aut oſcitantia, non deberet culpa grauis cenſeri, nec vllus in hoc caſu mortalem eſſe putat.

Autoris iudicium.

Angelus. Gabriel. Petr. Sotus.

30 Ratio.

Marſilius.

Quod vero attinet ad mutationem verborum formæ vtriuſque, facile quiſque iudicare poterit ex ijs, quæ diximus in 2. tomo 3. par. diſput. 129. cap. 7. nempe, peccatum eſſe mutare verbum vllum, quod Eccleſia conſueuit vti in ipſa forma, ita vt Græcus non peccet, ſi ſequatur morem Eccleſiæ ſuæ, & Latinus debeat etiam ſequi conſuetudinem Latinæ Eccleſiæ: mutare autem quamlibet dictionẽ in re tam graui erit mortale, ſicut de particula, *Enim*, proxime dicebamus, ſi quis ſciens, & prudens illam mutet. Quod vero attinet ad mutationem ſenſus, iudicandum etiam eſt ex ijs, quæ ibidem diximus, vt mutatio non fiat in ſenſu neceſſario ad conſecrationem, & effectum formæ. Senſus autem neceſſarius in forma huius Sacramenti eſt, vt per formam conſecrationis corporis ſignificetur à ſacerdote nomine Chriſti, vt ſequente diſputatione dicemus, corpus organicum Chriſti, idem autẽ ſignificari recte poſſe nomine carnis, oſtẽdimus ſupra diſput. 186. cap. 5. nomine autem ſubſtantiæ non poterit, quia plus aliquid denotat corpus, quam ſubſtantia. Quia verò nomine Chriſti debet proferri forma opus eſt, vt vtatur ſacerdos pronomine *Meum*; alioquin non proferret illa verba nomine Chriſti: & ita ſi diceret: *Hoc eſt corpus Chriſti*, non conſecraret, quia neque Chriſtus ita dixit, neque ipſe nomine Chriſti, ita dicere poſſet. Prætereà pronomen, *Hoc*, ita requiritur ad ſenſum neceſſarium formæ, vt ſi mutaretur in aduerbium loci *Hic*, non fieret conſecratio, quia

Quid dicendũ ſit de verborum mutatione.

Quid de ſenſus variatione.

De nomine *Corpus*.

31

De pronomine *Hoc*, & *Hic*.

Omittere particulam *enim*, quale peccatum ſit.

Soti placitum.

29

quia, vt dicebamus diſput. 181. cap. 12. per hoc aduerbium non fieret cóuerſio panis, aut vini in corpus aut ſanguinem, & ita non fieret effectus totus formæ. Si vero quis mutaret pronomen, *Hoc*, in, *Hic*, & rurſus pronomen, *Hic*, in, *Hoc*, comittens ſolùm ſoleciſmũ in lingua Latina, profecto eodem modo fieret conſecratio: nam, ſicut diximus in illa diſputatione, qui diceret illa verba: *Ego te baptizo in nomine Patrias, & Filias, & Spiritus Sanctas*, vere baptizaret. & tamen non minus cõmitteret ſoleciſmum, aut barbariſmum, quã qui in hac forma Euchariſtię pronomen maſculinum in neutrum, vel e contrario commutaret.

33 De verbo *Eſt*.

De verbo, *Eſt*, in vtraque forma exiſtimo ita requiri ad ſenſum neceſſarium, vt ſi mutaretur in verbum, *Fit*, non fieret conſecratio, tum quia, vt diximus ſupra diſput. 181. capit. vltimo, hæc propoſitio: *Panis fit corpus Chriſti*, impropria valde eſt, & ita pronomen, *Hoc*, non poſſet panem demonſtrare, neque etiam poſſet ipſum corpus Chriſti oſtendere: nam impropriè etiam diceremus: *Corpus Chriſti fit corpus Chriſti*, &, licet propriè id dici poſſet, neutro modo fieret conuerſio totius in totũ ex vi talis formæ: nam, vt diceremus: *Panis fit corpus Chriſti*, aut *corpus meum*, ſatis erat, imo multò accommodatius, vt maneret materia panis. Qua ratione aqua dicitur facta vinum in nuptijs. Ioan. 3. cap. vt autem diceremus: *Corpus Chriſti fit corpus Chriſti*, non opus erat, mutationem aliquam panis fieri, nedum totum ipſum in corpus Chriſti deſinere. Recte igitur notauimus in illo cap. vltimo, vt aliquo modo dici poſsit: *Panis fit corpus Chriſti*, neceſſariũ eſſe, prius panẽ in corpus Chriſti conuerti. Ex quo ſequitur, non per illam orationem, ſed per aliam faciendam eſſe conuerſionem. Quod vero ait Eraſmus in cap. 11. prioris ad Corinthios, verbum, *Eſt*, pro forma corporis non eſſe in Græcis codicibus, falſum eſſe deprehenditur, quia omnes codices illud habent, tam in Euangeliſtis, quam in Paulo.

Ioann. 3.

Eraſmus reijcitur.

34 Improbatur. *Titelmanus. Maldonat.*

Quo circa falſum, & abſurdum eſt, Chriſtum illis ſolùm verbis conſecraſſe: *Accipite, & comedite hoc corpus meum*. Quod vero attinet ad ſenſum neceſſarium, negare certe non poſſumus, illis ſolùm verbis præſens fieri potuiſſe corpus Chriſti, non ſolum in vſu, ſed etiam extra illum: nam cum Chriſtus ſumma veritas diceret: *Comedite hoc corpus meum*, non potuit non eſſe ibi corpus illius; alioquin falſò inuitaret ad manducandum corpus ſuũ. Nihilominus (me quidem iudice) illis verbis non fieret totus effectus conſecrationis, neque enim fieret conuerſio panis in corpus Chriſti, ſed ſolùm fieret præſens corpus Chriſti cum pane. Nam ad veritatem propoſitionis cũ pronomine demõſtratiuo, & adiectiuo verbo, quale eſt *Comedite*, non requiritur, vt deſtruatur ſubſtantia propria accidentium; ad veritatem vero propoſitionis cum verbo, *Eſt*, id omnino requiritur. De adiectiuo verbo id patet: nam oſtenſo corpore, in quo eſſet Angelus, recte dicere poſſemus: *Adorate hunc Angelũ, expellite hunc Angelum*; imo etiam ſi eſſet in cibo: *Deglutite hunc Angelum*, & tamen non poſſemus dicere: *Hic eſt Angelus*. Ratio vero eſt, quia pronomen, *Hoc*, cum verbo ſubſtantiuo, *Eſt*, demonſtrat ſubſtantiam propriam accidentium, ſi ſub illis eſt, non autem aliam quamlibet cum ea ſub illis exiſtentẽ: vt diſput. 170. cap. 4. fuſius oſtendimus. Cum alio autem verbo non item, ſed quæcumque alia ſubſtantia demonſtrari poſſet: vt enim dicatur hoc comedi, ſatis eſt eſſe ſimul cum eo, quod comeditur, ſicut etiam, vt dicatur moueri: vt autem dicatur, hoc eſſe, oportet, vt ſolum ſit, & non cum alio. Quod ſi eadem eſſet ratio demõſtrandi corpus Chriſti in vtroque modo enunciationis, certe negare non poſſemus, vtroque modo verè fieri conuerſionem, & ita propoſitionem illam: *Comedite hoc corpus meum*, retinere in ſe ſenſum neceſſarium pro forma.

35

Poſtremo, quod attinet ad formam conſecrationis calicis, nonnulli putant, aliquam eſſe admittendam figuram in voce calicis, ita tamen manifeſtam, vt nulli dubius eſſe potuerit ſenſus verborum, nempe, vt calix accipiatur pro re contenta. Et ita colligunt, quamuis hæc figura admittenda ſit in hac forma, non ſequi admitti etiam poſſe illam, quam contẽdũt hæretici, vt corpus, ſeu ſanguis in his formis capiatur pro figura corporis, & ſanguinis: hæc enim figura inſolens, & minus frequens eſt, inquiunt, ac proinde in vltima volũtate, & teſtamento Chriſti, nullo modo admittenda. Ego vero exiſtimo, in verbis eſſentialibus formæ nullam eſſe figuram, etiam vlitatiſsimam: nam, vt recte dixerũt Titelmanus, & noſter Maldonatus in illud Matth. 26. *Hic calix, &c.* calix in propria ſignificatione pro poculo, & vaſe accipi poteſt, cum dicitur: *Calix ſanguinis mei, noui, & æterni teſtamenti*: nã vas vini ſine figura dicitur illud, quod continet vinum, ſicut è contrario vas aquæ, quod aqua plenum eſt: nam genitiuus non raro ſignificat rem poſſeſſam, aut contentam, licet interim ſignificet materiam rei, ſicut cum dicimus: *Vas auri, aut argenti*, imo etiam ſine figura dixit Chriſtus, Lucæ 22. *Hic calix nouũ teſtamentum eſt in meo ſanguine*, quia explicatum

Aliquam figuram in form. calicis admittũt aliqui.

36

Vas vel calix ſumitur propriè pro poculo.

Luc. 22.

tum fuit in eadem enunciatione illud; ratione cuius calix eſt nouum teſtamentum, nempe ratione ſanguinis, vt cap. 2. notauimus. Adde, quòd, ſi calix aliquo modo figurate accipe-
37 retur, falſa, aut inepta eſſet oratio, ſicut rectè notauit Maldonatus, nam aut acciperetur pro figura ſola calicis, & eſſet falſa, quia fuit ille verus calix, aut pro ſanguine contento, & eſſet inepta: proinde enim eſſet dicere: *Hic eſt calix ſanguinis mei*, & dicere: *Hic ſanguis eſt ſanguinis mei*, vel: *Hic ſanguis eſt nouum teſtamentum in meo ſanguine.*

Aliqui catholici impugnãtur.

Nonnulli catholici dicunt, non accipi pro ſanguine ſpeciatim, ſed pro potu in vniuerſum, & ita ſenſus erit: *Hic eſt potus ſanguinis mei.* Verum hac in parte non eſt cur conſentiamus hæreticis, cum poſſit hæc vox calix ab omni figura, & improprietate defendi. Adde, quòd non minus eodem modo inepta eſſet loquutio apud Lucam, & Paulum: nam, quod nunc dicit Eccleſia: *Hic eſt calix ſanguinis mei noui, & æterni teſtamenti*, Lucas capite 22. & Paulus 1. ad Corinth. 11. dixerunt: *Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine.* Quæ verba, vt inferius dicemus, non minus ſufficerent ad conſecrationem, ſenſus autem eſſet: *Hic potus nouum teſtamentum eſt in ſanguine meo*; quod ſane inepte dicetur: veluti, ſi quis de vino in vaſe diceret: *Hic potus recreat cor in vino.* Quare licet non ita inepte diceretur in forma, qua nunc vtimur: *Hic potus eſt ſanguinis mei*, ſicut ſi diceret quis: *Hic potus eſt vini*; tamẽ cum in eodem ſenſu accipiant Lucas, & Paulus vocem calicis, & nullus alius Euangeliſta ea vſus fuerit, atque in forma Pauli inepte accipiatur pro potu vniuerſe, inepte etiam in noſtra dicemus pro eo vſurpari. Negare certe non poſſumus, verbum, *Effundetur*, quod poſtea additur extra eſſentiam formæ, enũciari de calice per figuram, hoc eſt, cum referatur ad calicem, vt ſuperiori capite oſtendimus, verè enunciari de illo, non ſecundùm ſe, ſed ratione eius, quod continetur, & hic admittenda eſt figura metonymia, ita vt figura non ſit in voce calicis, ſed in relatiuo, *Qui*, quod quidem referatur non ad calicem ſecundùm ſe, ſed ratione contenti, ac ſiad contentũ ipſum referretur, vt ſenſus ſit: *Qui quidem ſanguis effundetur, &c.*

Luc. 22. 1. ad Cor. 11.

In verbo *Effundetur* admittitur metonymia.

38

Verum hæretici, vt vidimus ſupra diſput. 179. cap. 6. adhuc obijciunt nobis vocem *Teſtamentum*, quam dicunt de ſanguine Chriſti non poſſe ſine figura enunciari, cum Lucæ 22. & 1. ad Corinth. 11. dicitur: *Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine.* Nam ſanguis Chriſti proprie non eſt teſtamentum nouum, ſed ſignum teſtamenti, ſicut Geneſis 17. circumciſio dicitur fœdus: *Erit que* (inquit) *pactum meum in carne veſtra in fœdus ſempiternum.* Et Eccleſiaſtici 43. *In carne eius ſtare fecit teſtamentum.* Cum tamen circumciſio non fuerit pactum ipſum, aut teſtamentum, ſed ſignum illius. Reſpondent aliqui, *Teſtamentum* ſine vlla figura bifariam capi, primùm pro ipſa voluntate teſtatoris, & hoc pacto ſanguinem Chriſti dici ſanguinem teſtamenti noui, hoc eſt, quo voluntas Dei confirmata fuit. Sic etiam dicunt vſurpari fœdus Geneſis 17. cum dicitur circumciſio ſignum fœderis. Deinde *Teſtamentum* proprie, & ſine figura vſurpari aſſerunt pro inſtrumento autentico, in quo continetur voluntas; & hoc modo Euchariſtiam vocari teſtamentum, quia eſt inſtrumentum conferendi gratiam, ac proinde applicandi nobis hæreditatem in teſtamento promiſſam. Et quamuis hoc modo videatur conuenire nomen teſtamenti noui omnibus Sacramentis, tamen præcipue dicunt tribui Euchariſtiæ, quia continet in ſe ſanguinem Chriſti, & repræſentat effuſionem illius, qua Sacramentum nouum confirmatum eſt. Hoc eodem modo dicunt, circumciſionem vocatum fuiſſe teſtamentum, & fœdus, quia fuit inſtrumentum, per quod filijs Iſrael, & poſteris eorum, dabatur ius ad hæreditatem veteris teſtamenti, quæ fuit terra promiſſionis.

Hæreticorum obiurgatio circa vocem *Teſtamentum*. Luc. 22. 1. ad Cor. 11.

Geneſ. 17. Eccleſ. 44.

39

Soluitur aliquorum.

40

Reſponſum hoc mihi non probatur: nam, quamuis ſcriptura, in qua continetur voluntas teſtatoris, & hac ratione vocatur inſtrumentum, proprie, & ſine metaphora diceretur teſtamentum, cum reuera ſolum ſit ſignum (ſiquidem teſtamentum eſt voluntas eius, qui poſt mortem ſuam relinquit alijs hæreditatem, ſcriptura autem non eſt voluntas, ſed ſignum illius) nihilominus Sacrementa non dicerentur nouum teſtamentum hoc ſenſu, quia licet ſint inſtrumenta ad habendam gratiam, quæ eſt hæreditas noui teſtamenti, tamen non ſunt inſtrumenta, ſicut ſcriptura, nempe, quæ ſint ſigna voluntatis teſtatoris, & in quibus ea expreſſa ſit: alioquin ſi in lege veteri fuiſſent Sacramenta, quæ gratiam conferrent, vt aliqui putant, illa etiam dici poſſent teſtamentum nouum. Adde, quòd, vt ſuperiori capite probauimus, ſanguis Chriſti prout in Euchariſtia non dicitur nouum teſtamentum, aut noui teſtamenti, eo ſenſu, quo dicitur in forma conſecrationis, ſed prout effuſus in paſſione; & ita illud: *Noui Teſtamenti, qui pro vobis effundetur* dixi-

Infirmatur.

41

diximus non referri ad effusionem faciendam in Eucharistia, sed in passione. Respondeo igitur, testamentum, sicut etiam voluntatem, & pactum, seu fœdus sine figura aliqua dici, non tantum de voluntate expressa signo, sed etiam de re ipsa, quæ cadit sub voluntatem, & pactum, seu fœdus, & ita testamentū non solum dicimus ipsam actionem volūtatis defuncti expressam, sed rem ipsam, & hæreditatem testamento legatam, aut relictā, & conditionē, sub qua relinquitur, & in quauis pactione, & fœdere similiter quidquid sub pactū cadit, & fœdus, sine figura pactum, & fœdus vocatur. Quia igitur sanguis Christi cecidit sub pactum, & fœdus, seu testamentum, quatenus fuit causa, & conditio, vt Deus nobis gratiam promitteret, merito dicitur testamentum, pactum, seu fœdus, nam & cōditio, sub qua aliquid promittitur dicitur pactum, & ita dicimus promitto tibi hanc rem hoc pacto, & fœdere, vt fiat hoc: testamentū autem nouum idem omnino est, quod pactum, & fœdus nouum. Quare de voce, *Testamentū*, idem eodem modo dicendum est. Quod si testamentū aliquo modo improprie, & figurate seu metaphorice dicitur, non solū de sanguine Christi, sed de ipsa voluntate Dei expressa dicetur, cum vox hæc imposita videatur ad vltimam solum voluntatem hominum significandam, voluntas autem Dei similitudine quadam dicatur testamentum: quia verò vsitatissima metaphora est, nihil inde probare possunt hæretici contra nos; præsertim, quia licet metaphora nō sit admittenda in verbis cōsecrationis circa substantiā eius, quod Deus in eo esse voluit, ne dicamus, Deū obscuram nobis suam reliquisse voluntatem, veluti si diceret sanguinē suum pro figura sanguinis, tamen in alijs verbis, quæ potius sunt epitheta ipsius sanguinis, metaphoram admittere, nullum incommodum est. Si enim semel constiterit, verum sanguinem suum in Sacramento nobis reliquisse, quid poterit obesse, hunc sanguinem vocare nouum testamētum, vel quid aliud per metaphoram, quam etiam imperiti rectè intelligere possunt? Eodem modo philosophandum est de voce fœderis, aut pacti, quæ tribuitur circumcisioni, vt dicatur fœdus, vel pactū, quia cecidit sub pactum; eo quòd descendentibus ex Abraham promisit Deus terram illam ea lege, & pacto, vt circūciderentur. Vel si in hac loquutione figura admitteretur nihil obesse poterit: nam intellecto semel Sacramento circūcisionis, & apertis verbis instituto, nihil nocere potuit, ipsam circumcisionem hoc, aut illo modo vocari; noceret sane si ipsa institueretur à principio talibus verbis, vt metaphoricè, & propriè accipi possent ita vt ipsa vox, *Circumcisio*, & veram abscisionem carnis, & figuram illius posset significare: quare, & talis institutio de Deo præsumēda nō esset. Quod vero circumcisio pactum diceretur, seu fœdus etiam metaphorice, & per figuram, nihil obesset. Et hac ratione explicatum manet, quo pacto duo, quæ disput. 179. cap. 6. hæretici contra nos afferebant ad probandam figuratam loquutionē in verbis consecrationis, nihil momenti habeant. Nam, licet in voce calicis, & testamenti admitteretur, dummodo in voce sanguinis, & corporis, quibus Sacramenti substantia constat, non admitteretur, non esset inepta institutio Sacramenti, cum de ipsius substantia constaret: inepte autem admitteretur in ipsa substantia Sacramenti talis vox, quę figurate, & propriè capi posset: ac proinde talis institutio Christo, qui est summa sapientia, tribuenda non esset.

Tandem de illa forma: *Hic est sanguis meus*, quæ est apud Matthæum 26. & apud Marcū 14. & qua utuntur Græci in Missa S. Iacobi, & S. Marci, & de illa: *Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine*, quā habent Lucas cap. 22. & Paulus 1. ad Corint. 11. non video, quo pacto dubitari possit, an sufficiens sit ad consecrationem, cum vere enuncietur in illa sanguis Christi, & per pronomen, *Hic*, demonstretur, sicut etiam corpus in illa: *Hoc est corpus meū*. Nec fas est suspicari, Paulum, & duos Euangelistas minus aptam, & sufficientē formam ad hunc effectum memorasse, cum Paulus tamquam traditionem Domini referat illis verbis id, quòd Christus in cœna dixit, cum Apostolis sanguinem suum porrigeret, & Euangelistæ id ipsum memorent.

Vera solutio.

Cur sanguis Christi dicatur testamentū.

42

De voce *Fœdus*, & *pactum* in circumcisione.

43

44 Matth. 26. Marc. 14. Lucas 22. 1. ad Cor. 11.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in prædictis verbis formarum insit aliqua vis creata effectiua consecrationis.

Notationes circa doctrinam Articuli.

CONCLVSIO Est, *in verbis formārum est quadam virtus creata instrumentaria ad faciendam conuersionē, sicut in alijs Sacramentis ad suos effectus.*

De

45 De efficacitate horum verborum ad conuerſionem non opus eſt nouam inſtituere diſputationem, nam de ea ſatis ſuperque dictum eſt in 2. tom. huius 3. par. diſput. 132. per totam, vbi tractauimus etiam de efficacia aliorum Sacramentorum in vniuerſum. Et ſicut in ea diſputatione diximus, virtutē Sacramentorum ad ſuos effectus non eſſe qualitatē aliquam inhærentem ipſis rebus, quibus Sacramenta conſtant, neque phyſice concurrere ad illos, ſed ſolū eſſe inſtrumenta moralia Dei, ita etiam in præſenti philoſophari debemus de verbis conſecrationis cōparatis cū effectu ſuo. Et quidē non poſſe eſſe inſtrumēta phyſica ad producendū corpus Chriſti, ſupra etiā probatū eſt diſput. 181. cap. 7. Præterea licèt eſſent inſtrumenta ad illius productionē, dixi mus nihilominus fore, vt nō poſſent eſſe phyſicum inſtrumentū conuerſionis, quod ex eo conſtat, quia vt eſſent phyſicū inſtrumētum illius, deberent phyſice attingere deſitionē panis, & vini: hanc autē phyſice attingere non poſſunt, quia panis, & vinū deſinunt ſecundū materiam, & formā, ac proinde per hoc ſolū, quòd Deus deſinit ſubſtantiam eorū conſeruare: ad hoc aut ēnullum phyſicum inſtrumentum â Deo aſſumi poteſt, vt in eo 2. tom. diſ-
46 put. illa 132. c. 6. notauimus. Quod enim aliqui dicunt, ſubſtantiā panis, & vini deſinere non per ſolā negationē cōſeruationis, ſed ex vi productionis corporis Chriſti, ſicut vna forma ſubſtātialis in materia deſinit ex vi productionis alterius, ac proinde ad eorū deſitionē aſſumi poſſe inſtrumentū, quod primarie quidē ad productionē corporis, & ſanguinis Chriſti, ſecundarie vero ad non eſſe panis, & vini cōcurrat, manifeſte falſum eſſe oſtendimus ſupra diſput. 184. cap. 2. Præterea, quod alij affirmant, ex vi productionis modi per ſe ſeparari accidentia à ſubſtantia, & ex vi productionis huius modi per ſe, & ſeparationis accidentiū deſinere ſubſtantiam, ac proinde verba, vt inſtrumentū phyſicum deſitionem ſubſtantiæ panis, & vini attingere poſſe, ibidem etiam ſatis ſuperque impugnatū eſt. Reſtat igitur, vt ſicut de omnibus alijs Sacramētis, quod attinet ad inſtrumentariam virtutē ad effectum gratiæ, diximus, de verbis conſecrationis ad conuerſionem dicamus, neq; nouam hic inſtituamus diſputationem, cum eā, quæ locis citatis diximus, abunde ſufficiant.
47 Quis vero ſit legitimus huius Sacramenti miniſter, vt ipſe ſolus prolatione horum verborum conuertere poſsit ſubſtantiam, & an plures ſimul eumdem panem, & vinum conſecrare poſsint, diſputat. 218. oſtendemus.

ARTICVLVS V.

Vtrum prædictæ loquutiones ſint veræ.

CONCLVSIO Eſt. *Prædictæ loquutiones in hoc ſolum ſenſu veræ ſunt, vt pronomen* Hoc, *vel* Hic, *in ipſis demonſtret non corpus, nec ſanguinem Chriſti, ſed ſubſtantiam in vniuerſum, ſine qualitate, hoc eſt, ſine forma determinata.* Nemo hactenus etiam hæreticus negauit, prædictas enunciationes formarum conſecrationis veras eſſe, tametſi ſuppoſita veritate earum tamquam certa, variæ fuerint tā hæreticorum, quam catholicorum ſententiæ circa legitimum ſenſum eorum verborū, ita vt quiſque in verum ſenſum ea explicare cō tenderit, quas omnes diſput. ſequente ſigillatim examinabimus.

Vtrum verba conſecrationis capiantur, vt aiunt, recitatiue, ſeu materialiter, an vero formaliter, & ſignificatiue. Diſput. 200.

Verba conſecrationis capi recitatiuē nonnulli putant, alij vero recitatiue, & ſignificatiue ſimul. Cap. 1.

Verba conſecrationis ſignificatiue ſolum â ſacerdote proferri, probabilior opinio fert. Cap. 2.

Diſſoluuntur obiecta contra veram ſententiam. Cap. 3.

Verba conſecrationis capi recitatiue, nonnulli putant, alij vero recitatiue, & ſignificatiue ſimul.

CAPVT I.

VT Circā doctrinām Articuli 5. exacte diſputemus, quomodo verba formæ vera ſint, & ratione veritatis operētur, operępretium duximus, priùs explicare, quo pacto prædicta ver-

1 Status quæſtionis.

verbâ capiantur à sacerdote, vtrum recitatiue, an vero significatiue, hoc est, vtrum à sacerdote solum referantur quasi à Christo dicta, an vero ea proferat ipse in persona Christi, ac si ea Christus ipse proferret: nam si solum referantur tamquam à Christo dicta, solum capientur recitatiue, veluti cum Matthæus cap. 23. de Christo inquit: *Tunc Iesus loquutus est ad turbas, & ad discipulos suos dicens: Super cathedram Moysi, &c.* illa enim verba: *Super cathedram, &c.* referuntur solùm tamquam à Christo dicta, quod est materialiter, & recitatiue solum referri: nec Euangelista ea dicit nomine Christi, tamquam per illa idem ipse velit significare, quod Christus significauit. In qua quidem controuersia Scholastici nostri varie sunt opinati. Non nulli existimat, ea verba recitatiue tantum, & materialiter à sacerdote referri: ita docent Innocentius III. lib. 4. de mysterijs Missæ, cap. 17. Durandus in 4. dist. 8. quæst. 2. ad primum. Maior in eadem dist. quæst. vnica. §. *Secundo arguitur*, ante medium, vbi sententiam Innocentij omniũ probabilissimã existimat; Catherinus in opusculo, *Quibus verbis Christus consecrauerit*: & denique Mirandulanus eam ex professo defendit in sua Apologia quæst. 10. cõtra Theologos, qui Romæ eam temeritatis insimulauerant. Eamdem probabilem esse putat Gabriel lectione 48. in Canonem litera D. & Ledesma 1. par. quarti quæst. 19. artic. 5. §. *Ad hæc dicit Caietanus*. Ex his vero Autoribus Picus Mirandulanus, & Catherinus notant, hæc verba à Christo dicta fuisse significatiue, neque de hoc quisquam dubitare potest. Immerito pro hac sententia citatur Okam quodlibet. 2. quæst. 1. nam ibi nihil de hac re agit: in quæstione autem vltima quæ citatur in margine Scoti, & à Soto, potius supponit, significatiue hæc verba à sacerdote proferri; definit enim quid per pronomen sacerdos demonstret. Porrò autem à sacerdote nunc proferri materialiter, & recitatiue, probatur primum: quia si ab eo proferrentur significatiue, essent falsa; neque enim aliud in ore sacerdotis significare possent, quàm in ore Christi significarẽt; alioquin non eisdem verbis, & in eodem sensu sacerdos vteretur: si autem idem omnino significarent, essent falsa: primum, quia verba hæc dicta fuerũt à Christo Apostolis, quibus solis videtur dictum: *Sumite, aut bibite ex eo omnes*: neque enim nunc omnes alij sumunt, sicut Apostoli tunc sumpserunt: sacerdos autem non potest ea Apostolis verè dicere. Tũ etiam, quia neq; esset verum illud: *Quod pro vobis tradetur*, neque illud; *Qui pro vobis effunditur*: eo quòd nũc nõ effundetur sanguis Christi. Ad hæc quia denotaret illis verbis effundẽdum esse sanguinem pro alijs, non autem pro consecrante, & proferente, quæ omnia falsa sunt. Hæ sunt rationes Mirandulani ad probandã falsitatem verborũ, si significatiue, & formaliter capiantur: quibus etiam addi potest, quod si sacerdos vteretur illis vocibus significatiue, non ostenderet corpus Christi, sed suũ, dicens, *Meum*, quod esset falsum. Præterea eamdem sententiam probat Catherinus: quia verba consecrationis si significatiue capiantur, nõ possunt esse vera, nisi demonstrent corpus, & sanguinem Christi antea consecratum: demonstrant enim, id, quod iam est, nõ id, quod fiet, & erit. Quæ de causa idem Catherinus, vt vidimus supra disputatione 197. cap. 1. putauit, Christum his verbis non consecrasse, sed corpus, & sanguinẽ suum, quod, benedictione præmissa, consecrauerat, verè ostendisse: vt igitur sacerdos illis verbis consecret necesse est, inquit, materialiter ab eo recitari; sic enim illis non ostendet aliquid, quod tunc sit, aut fiat, sed id, quod Christus factum significauit. Addit vero Catherinus, verbis hoc modo recitatis cõmunicatam fuisse virtutem consecrandi, sicut potuit Christus eam communicare alijs nihil omnino significantibus.

Alij vero censent, verba formæ consecrationis proferri à sacerdote non solùm significatiue, & in persona Christi, sicut is, qui in comœdia induit personã alterius, aut alterius, assumens eius verba ea profert significatiue, & in persona illius. sed etiam recitatiue, quãuis non materialiter. Ita docet Sotus in 4. dist. 11. quæst. 1. artic. 5. post secundam conclusionem, atque in hanc sententiam allegat Sanctum Thomam in præsenti articul. 5. vbi impugnans opinionem præcedentem Innocentij, inquit, verba consecrationis pronunciari à sacerdote significatiue, & non tantum materialiter: addit deinde, *Neque obstat, quod sacerdos ea recitatiue profert, quasi ab ipso dicta, quia propter infinitam virtutem Christi, &c.* nam (vt inquit ipse Sotus) hoc loco non negat S. Thomas, ea verba recitatiue proferri, cum plane oppositum supponat, sed solũ contra Innocentium probare contendit, ea verba non sumi materialiter. Videtur autem Sotus supponere, *Materialiter*, & *recitatiue*, nõ esse idem. Eamdem sententiam libenter amplectuntur Recentiores, atque in eã allegant Bonauenturam in 4. dist. 8. 2. p. distinctionis artic. 1. q. 1. qui tamen eam non docet: solùm enim inquit, hæc verba proferri à sacerdote non in persona propria, sed Christi: ex quo potius sequitur, ea solùm significatiue ab eo proferri.

2

Prima opinio. *Innocent. & Durandus.* *Maior.* *Catherinus.* *Mirandula.* *Gabriel.* *Ledesma.*

O Kam.

Primũ fundamentum illudque Mirandulani.

3 Confirmatio prima. Secunda.

Matth. 23.

Tertia.

Secũdum fundamentum, & illud Catherini.

Secundã opinio. *Sotus.* *S. Thomas.*

5

Aliqui falsò allegati. *Bonauent.*

Aegidius. proferri: citatur etiam Aegidius Theorematē 42. ibi tamē id non docet. Referuntur præterea OKam quodlibet. 2. quæſt. vltima, & alij, qui noſtram potius ſententiam docent.

OKam.

Primum fundamentum. Hic vero probat Sotus primum, quia contextus verborū ſacerdotis id manifeſte indicat; inquit enim de Chriſto: *Qui, pridie quam pateretur, accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas, & eleuatis oculis ad te Deum Patrem omnipotentem benedixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens, Accipite, &c.* & proxime ſequuntur verba conſecrationis: *Hoc eſt enim corpus meum*. Nam, ſi cætera omnia, quæ præcedunt, recitatiue dicuntur, cur etiam, & hæc eodem modo non dicentur? aut qua ratione ſuſpicari poſſumus, in ipſis verbis conſecrationis ſtatim ſenſum interrumpi; præſertim cum participium, *Dicens*, referatur etiam ad verba formæ: referri namque ad ea non poſſet, niſi illa recitatiue proferrentur.

6

Secundum Deinde confirmat, quia Eccleſia addidit particulam, *Enim*, quam Euangeliſtæ non habent, quæ, niſi recitatiue ponatur, ineptum reddit ſenſum, cum reddat cauſam præcedentium verborum, quæ fuerunt à ſacerdote recitatiue prolata.

Tertium. Poſtremo Recentiores ex eo illām probant: quia, vt verus ſit totus ille ſermo ſacerdotis, neceſſe eſt, Chriſtum verba illa: *Hoc eſt corpus meum*, protuliſſe, atque ſacerdos (inquiunt) illa pronuncians hoc contendit denotare, & qui audiunt etiam eodem modo intelligunt, nempe, Chriſtum ea dixiſſe; ergo ſacerdos recitatiue ea profert, nēpe, tāquàm à Chriſto dicta. His rationibus ſibi perſuadent Autores huius ſententiæ, ſacerdotem efferre verba illa recitatiue: alijs vero rationibus probant, non ſolum recitatiue, ſed etiam ſignificatiue ea pronūciari, quibus nos inferius noſtram ſententiam confirmabimus, nam hæc eatenus nobis non placet, quatenus ex duabus oppoſitis opinionibus non recte ſecum in vnum conuenientibus compoſita eſt.

Verba conſecrationis ſignificatiue ſolùm à ſacerdote proferri, probabilior opinio ſit.

CAPVT II.

7 MIHI Sane prima opinio ſummopere ſemper diſplicuit, eo quòd ſemper iudicauerim, nulla ratione negari poſſe, verba conſecrationis ſignificatiue à ſacerdote vſurpari; cūmque duo illi modi nempe, *Recitatiue*, & *Significatiue*, ita inter ſe pugnent, vt in eamdem vocem, aut orationem ſimul conuenire nequeant, ſecūda etiam opinio mihi numquā probari potuit. Eſt igitur ſententia (me quidem iudice) probabilior, verba conſecrationis, quæ ſunt pro forma, ſignificatiue ſolùm à ſacerdote proferri, non autem recitatiue, hoc eſt, narratiue; tametſi in perſona Chriſti ab eo efferantur, ideoque poſsit aliquo modo concedi dici recitatiue per repræſentationem, vt dicam infra cap. 3. ad primum Soti. Ita docet Alexander 4. par. quæſt. 10. membr. 4. artic. 2. §. 3. verticul. *Circa primum ſic quæritur*, ibi enim ſolum ipſe agnoſcit duplicem modum enunciandi hęc verba, nempe materialiter, vt dixit Innocentius, & ſignificatiue, & inquit, rationi conſentaneum nō eſſe aſſerere, verbis materialiter acceptis Chriſtum contuliſſe vim tutem, ſed verbis ſignificatiue prolatis: non ergo putat vtroque modo accipi, vt ſecunda opinio fert, neque priori modo, ſicut Autores primæ opinionis aſſerunt, ſed poſteriori tantum oppoſito priori. Idem docet Bonauentura loco citato, vbi impugnat ſentētiam eorum, qui dicūt, verba capi materialiter, quod idē eſt ac recitatiue: & ſupponens, verba vſurpari ſignificatiue, contra alios, quì hoc idem dicunt, contendit alio modo oſtendere, veritatem enunciationis. Idem plane ſupponit Ricardus eadem diſt. artic. 3. q. 1. ad quintum, volens oſtendere, quid demonſtret pronomen, *Hoc*, in forma: & Scotus eadem diſt. q. 2. §. *De ſecundo dico*, cum docet, hæc verba à ſacerdote proferri in perſona Chriſti. Aperte tamen idem affirmat Marſilius in 4. q. 6. artic. 1. par. 1. articuli ad 6. dubium, vbi docet, verba illa nō materialiter, ſed perſonaliter accipi, quod alij dixerunt, non recitatiue, ſed ſignificatiue, ita vt ſacerdos ea proferat, ſicut Chriſtus proferret. Conſentit etiam Gabriel, lectione 48. in Canonem litera F. vbi hanc ſequitur opinionem, tamquam probabiliorem. OKam autē quodlib. 2. q. vltim. ſolum ſupponere videtur, verba accipi ſignificatiue, vt cap. 1. notauimus: an vero ſimul recitatiue ſumi poſſint, non quærit, neque circa hanc quæſtionē aliquid inſinuat.

Vera opinio.

Alexander.

8

Bonauent.

Ricardus.

Scotus.

Marſilius.

Gabriel. OKam.

In confirmatione vero huius ſententię duo nobis probanda ſunt, vnū eſt, verba conſecrationis non vſurpari à ſacerdote ſolùm materialiter, ſeu recitatiue, ſed eū aliquid ipſis ſignificare velle, quod eſt, proferre ea ſignificatiue, ſeu enunciatiue. Alterum eſt, non capi ab eo recitatiue, & ſignificatiue ſimul, ſed hæc duo ſecum valde pugnare, ita vt in eamdem orationē, & verba ſimul conuenire nequeant.

4[1]

Prius

Verba nõ dici ſolum recitatiue, oſtenditur Primo ex S. Thom. Auguſt.

Priusigitur, nempe, verba conſecrationis non præferri recitatiue ſolum, ſeu materialiter (quod idem eſt) ſed ſignificatiue, probat Sanctus Thomas in articulo quinto huius quæſtionis, ex illo Auguſtini tractatu 80. in Ioannem poſt medium: *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum*: nam verba illa, ſi non acciperentur ſignificatiue, non poſſent accedere ad elementum, vt fieret Sacramentum, quia verba ratione ſuæ ſignificationis accedere videntur ad elementum, & cũ eo effectum operari. Hæc tamen ratio infirma videtur Ricardo, quamuis ille in ſententia cum Sancto Thoma conueniat: eam vero ideo refellit, quia nihil obſtare potuit, quominus Chriſtus ea verba, etiam naturaliter recitata à ſacerdote, ita inſtitueret, vt eo modo dicta vim haberent conſecrandi, ſi ſupra elementum proferrentur, atque hoc modo viderentur ad illud accedere, & conſtituere cum eo Sacramentum. Verùm, cum S. Thomas arguat non ex eo, quod fieri à Chriſto potuit, ſed ex teſtimonio Auguſtini, qui verbum in propria ſua ſignificatione accepit, nẽpe, pro voce aliquid ſignificante, & ratione ſuæ ſignificationis ad elementum accedente, vt ita vna integra Sacramenti ſignificatio compleatur, eius ratio efficacior multo eſſet, quam Ricardus putauit, ſi Auguſtinus de omni forma Sacramenti loqueretur, ipſe autem loquitur ſolum de forma Baptiſmi, aqua inquit prouenire virtutem in elementum, vt gratiam ſimul cum verbo formæ operetur. Vt enim oſtenderet, quomodo mundati eſſent Apoſtoli verbo Domini, cum Chriſtus dixit Ioannis 15. *Iam vos mundi eſtis omnes propter ſermonem, quem loquutus ſum vobis*: & quare non dixerit Dominus: *Mundi eſtis propter Baptiſmum*, addidit, in Baptiſmo etiam verbum mundare, imo aquam virtute verbi mundare, nempe, quod in eo ita ſit expreſſa ſignificatio gratiæ, vt ſine tali effectu verum eſſe nequeat: & ideo dicatur vim tribuere elemento, ſicut forma vim tribuit materiæ, vt aliquid operetur. Nam cum verba inſtituta à Chriſto vera eſſe nõ poſſint, niſi id, quod ſignificant reuera ſit, oportet, vt enunciationem verbi conſequatur gratia: è contrario vero ſignificatio aquæ ſine verbis non eſt ita expreſſa, & determinata, vt ipſa ſola neceſſario poſtulet effectum gratiæ, neque ita à Chriſto inſtituta eſt, vt antequã accedat verbũ neceſſario denotet ſpirituale ablutionem

Cæterum, quamuis Auguſtin. ſolum loquatur de verbo, quod accedẽs ad aquæ elementum, Sacramentum Baptiſmi conſtituit, non minus efficaciter eadem ratione idem proba-

Infirmatur à Ricardo.

10

Diuus Thomas defenditur.

Ioann. 15.

11

re poſſumus de verbis conſecrationis: nã Eccleſia ita ſemper intellexit verba conſecrationis accedere ad panem, & vinum, vt ipſa ſolã in eis operentur conuerſionem, non quacumque ratione, ſed virtute ſignificationis, pro vt à Chriſto inſtituta, nempe, vt ſint vera, cum ſine conuerſione vera eſſe non poſſint. Hunc autem fuiſſe perpetuum Eccleſiæ ſenſum, explicuit nobis Concilium Tridentinũ ſeſsion. 13. cap. 4. vbi ex eo, quod Chriſtus, vere eſſe dixerit corpus ſuum, quod offerebat ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſuum quẽ offerebat ſub ſpecie vini, colligit Eccleſia, non manere ibi panem, & ibi corpus & ſanguinem Chriſti eſſe, ſicut ex profeſſo notauimus ſupra diſputatio. 180. cap. 5. & diſputatio. 181. cap. 9. Neque vero ſolùm colligit, tunc, quando Chriſtus conſecrauit, factam fuiſſe conuerſionem totius panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti, ſed etiã nũc à quouis ſacerdote fieri: intellexit igitur eadẽ veritate, qua Chriſtus protulit verba illa, nũc etiã à ſacerdote in perſona Chriſti proferri, ac proinde ab eo non recitatiue, ſed ſignificatiue enunciari: nam, ſi recitatiue tantùm ab eo dicerentur, quod à Chriſto ita eſſent inſtituta, nõ diceretur fieri conuerſio totius panis, & vini in corpus, & ſanguinẽ Chriſti ex eo, quòd Chriſtus verè eſſe dixiſſet corpus, & ſanguinẽ ſuum id, quod offerebat ſub ſpecie panis, & vini, ſed ex eo, quòd verba illa naturaliter ſolũ recitãda à ſacerdote ad hũc effectum inſtituiſſet. Etenim ad hanc materialem inſtitutionẽ verborũ nihil omnino referret, quod Chriſtus ea ſignificatiue proferens, verè eſſe dixiſſet corpus, & ſanguinem ſuũ id, quod offerebat. Quare ſacerdos nõ cõuerteret his verbis panẽ, & vinũ ex eo, quòd Chriſtus illis verè vſus fuiſſet ſignificatiue, ſed ex eo, quòd, poſtquã illis verè vſus fuiſſet ea ita inſtituiſſet, vt materialiter recitata à ſacerdote hanc vim haberent. Adque huc ſpectat, quod Concilium Trident. eadẽ ſeſsio. 13. c. 3. inquit, ſub ſpeciebus panis ſolũ eſſe corpus ex vi verborũ: nã per vim verborũ ſignificationẽ eorũ denotat. Et ita, cum ſolũ ſignificẽt corpus, ſolũ illud ſub ſpecie panis vi ſua cõſtituunt. Quare Scholaſtici, vt oſtendant, quid ſit per ſe ſub Sacramento, & quale ſit corpus, ſignificationem nominis, *Corpus*, inueſtigant, vt vidimus ſupra diſput. 186.

Deinde eadem ſententia probatur: quia, niſi verba proferrentur à ſacerdote ſignificatiue, ſed à ſolo Chriſto hoc modo dicta eſſent, & inſtituta, vt ſolùm materialiter, & recitatiuè à ſacerdote dicerentur, etiam ſi virtute illorum quotidie poſſet fieri

Conci. Trid.

12

13

Secundũ fundamentum.

corpus Chriſti præſens ſub ſpeciebus panis, & panem ipſum deſinere; tamen nó poſſet fieri conuerſio panis in corpus Chriſti: nam, vt diſput. 181. cap. 11. ex profeſſo probauimus, vna ſubſtantia conuerti non poteſt in aliam, niſi eſſe vnius cum eſſe alterius aliquo modo pugnet, atque eſſe illius, in quam fieri dicitur conuerſio, ſit cauſa non eſſe alterius, & ita inter hæc duo ſit aliqua connexio, & non ſolùm comitanter ſe habeant; in conuerſione
14 autem totius ſubſtantiæ in totam, qualis eſt panis, & vini, nulla poteſt eſſe alia connexio inter illa duo, neque eſſe vnius poteſt eſſe cauſa, vt alia omnino deſinat, niſi ratione veritatis verborum: hæc autem in verbis ſolũ materialiter, & recitatiue enunciatis reperiri nó poteſt, vt conſtat: ergo verba hoc modo prolata eſſe non poſſunt cauſa conuerſionis totius ſubſtantiæ panis, & vini in totam ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti. Quo circa Autores primæ ſententiæ principium efficaciſsimum ad probandum contra hæreticos, duo illa myſteria fidei in hoc Sacramento, nempe, præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti, & conuerſionem panis, & vini illo ſuo modo philoſophandi è medio tollunt: qua ſola de cauſa ego quidem non dubitarem, opinionem eorum erroris inſimulare.

Te tium. Poſtremo denique, ſi ſacerdos illa verba non proferret enunciatiue, ſed materialiter, ſeu recitatiue ſolùm, vt prima opinio fert, fruſtra Scholaſtici omnes vno ore pronunciarent, materiam conſecrationis debere ita eſſe in proſpectu ſacerdotis, vt tamquam ei præſens pronomine, *Hoc*, nó autem pronomine, *Illud*, aut *Iſtud*, demonſtrari poſſit. Nam ſi in ore eius verba nihil ſignificarent, ſed tamquam ab alio ad ſignificandum prolata referrentur, nihil per illa ipſe demonſtraret, ac proinde ex parte ipſorum, prout à ſacerdote proferrentur, tam ad præſentem, quam ad diſtantem materiam applicari poſſent. Et quamuis poſſet Chriſtus inſtituere, vt,
15 licèt recitatiue tantum proferrentur, non poſſent applicari materiæ, niſi præſenti; tamen fruſtra ad hanc inſtitutionem, ex ſignificatione vocum minime pendentè, confugeremus. Hactenus autem præſentiam materiæ, vt neceſſariam in hoc Sacramento nó aliunde, quã ex ſignificatione vocum vllus deduxit. Et hactenus de priori, quod probandum propoſuimus.

Verba nõ dicuntur ſignificatiuè, & recitatiuè ſimul. Primum fundamentum. Iam verò poſterius non minus facilè probare poſſumus, nempe, verba illa non proferri à ſacerdote recitatiue ſimul, & ſignificatiue. Primum quia hæc duo in vniuerſum ſecum pugnare videntur: nam vſurpari verbum aliquod recitatiue, idem eſt, quòd referre, alium illud dixiſſe, & eo aliquid ſignificaſſe: hoc autem idem eſt, quòd materialiter vſurpari, ſicut vſurpari ſignificatiue idem eſt, quod vſurpari formaliter, cum forma vocum ſit ſignificatio: qui enim refert verba ab alio dicta, non vtitur ſignificatione illorum, vt eis ex ſe idem velit ſignificaret. Hac ratione, qui refert mendacium alterius, & eiſdem verbis recitat, ipſe non mentitur, neque falſum dicit, ſed falſum, & mendacium, quod
16 alius dixit, refert, & perinde illis vtitur ea etiã inteligens, ac ſi nihil eorum intelligeret, & nihil per ea auditoribus ex ſe ſignificare velet: ergo fieri nequit, vt in eodem ore proferentis eadem verba vtroque modo ſimul ſe habeant, haberent enim ſe materialiter, & formaliter ſimul, quod impoſsibile videtur. Deinde, ſi recitatiuè ea verba dicerentur, Secundũ. ſignificatio eorum non applicaretur ad materiam præſentem, & per pronomen, *Hoc*, contentum ſub ea non demonſtraretur, ſed ſub illa, quam tũc Chriſtus in proſpectu habuit. Nam Chriſtus illis verbis non demonſtrauit contentum ſub hac materia, ſed ſub illa, quã tunc habuit. Si autem ſacerdos ſumeret verba Chriſti recitatiue, ea quidem ſumeret circa illam materiam, circa quam illis Chriſtus vſus eſt ſignificatiue: omne enim verbum recitatiue ab aliquo vſurpatum, circa idem recitatur, circa quod alius illo ſignificatiue vſus eſt. Cum igitur ſacerdos illa verba proferat circa hanc materiam, circa quam Chriſtus ea ſignificatiue non protulit ſignum eſt, illa ſolùm ſignificatiue à ſacerdote vſurpari, & non referri. Nam quo pacto, obſecro, ego celebrans, referre poſſum hæc verba recita-
17 tiue, prout à Chriſto dicta circa hanc materiam, quam ipſe non habuit præſentem, & circa quam vt mihi præſentem ego nunc ea profero? ad diuerſam autẽ materiam hęc mea verba referri, nempe, ad eam, quam habeo præſentem, ſignificatiue, & formaliter, & ad eam, quam Chriſtus habuit, recitatiue, ſeu materialiter, abſonum eſt: circa eamdem autem vtroque modo pronunciari impoſsibile, vt patet. Porro autem, quòd Sotus contendit, verba conſecrationis accipi quidem recitatiue, non tamen materialiter, quaſi non ſit idem *Recitatiue*, & *Materialiter*, fundamentum firmum non habet: nam quidquid recitatur, vt ab alio dictum, hac ſola ratione non ſignificat in ore recitantis, & referentis reſpectu ipſius, quaſi per illa ipſe ex ſe velit idem ſignificare, ac proinde verba recitata cum ipſo materialiter comparantur, quia hac

Sotus refellitur. Idem eſt dici materialiter, & recitatiue

ratione

ratione illis nihil exse significari contendit, quod est formale ipsarum vocum. Demum hæc nostra opinio solutione argumentorum capite sequente non parũ cõfirmabitur.

Dissoluuntur obiecta contra veram sententiam.

CAPVT III.

QVOD Supereſt, diluamus argumenta, quibus Autores primæ, & secundæ sententiæ capitè primo contra nostram opinionem contendebant probare, verba consecrationis, aut solùm recitatiue, seu materialiter, aut saltem non solùm significatiuè, sed etiam recitatiuè à sacerdote vsurpari. Ad prius igitur argumentum primæ sententiæ respondetur, etiam si verba consecrationis à sacerdote significatiue proferantur, in ore eius significatiuè non esse falsa: eo quod proferuntur ab eo non nomine proprio, & in propria persona, sed in persona Christi, hoc est, quia sacerdos in actione consecrandi ex institutione Christi ita se gerit, ac si Christus ipse tunc coram discipulis suis in illa cœna celebraret. Ideoque Ecclesia in canone dicit; *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis*: quæ verba desumpsit ex Luca capit. 22. vbi post consecrationem calicis dixit Christus: *Hoc facite in meam commemorationem*: quamuis autem sacerdos non habeat eamdem materiam, quam Christus habuit, circa eam tamen, quam corã se habet, repræsentare cõtendit id, quod Christus fecit, & ita proferre verba, ac si circa illam Christus ea proferret: hoc enim est facere in commemorationem ipsius Christi, eodem modo tunc celebrantis. Veluti cum quis induens personã Regis in comœdia, eiusq; res, & dicta repræsentans, assumit eadem verba, quæ ille dixit. Iam vero hinc facile quisque videre potest, quo pacto nihil eorum, quæ sacerdos profert, falsum sit: primum, quia sicut Christus hæc verba dixit Apostolis, & in illis significauit etiam nos omnes, ad quos idem Sacramentum deriuandum erat, ita etiã sacerdos repræsentatiue ad eosdem verè, & non falsò refert, quia repræsentat personam Christi, ac si tunc in cœna vltima esset. Tum etiam, quia ratione illius repræsentationis verè dicere potest nunc sacerdos *Quod pro vobis tradetur, & effundetur*, repræsentans, nimirum, Christum in ea nocte, qua tradendus, & postquam sanguis eius effundendus erat. Nã, licèt hæc verba non sint essentialia formę, vt disput. 189. cap. 3. dictum est, tamen, cum exprimant ipsam formam, etiam in nomine Christi significatiue proferuntur, alioquin, si solùm materialiter dicerentur, ad explicationẽ formæ non pertinerent. Ad hæc ratione eiusdem repræsentationis, cũ dicit sacerdos: *Quod pro vobis, & pro multis tradetur, & effundetur*, non excludit se ipsum, vt priuatam personã, sed cum reliquis se cõstituit: solùm excludit personam eius, quem repræsentat, & cuius nomine illa pronunciat. Demum ob eamdẽ rationem dicens, *Meum*, non ostendit corpus suum, & dicens, *Mei*, non ostendit sanguinem suum, sed Christi, quem repræsentat. Posterius argumentum Catherini disputa. 202. capit. 2. dissoluetur: ibi enim ostendemus, quo pacto hæc verba in Christo verè fuerint prolata, & à sacerdote etiã verè proferantur, & ratione veritatis verborum facta fuerit à Christo consecratio, & à sacerdote quotidie fiat, non autẽ supponatur iam antea facta. Quare, vt per illa verba sacerdos consecret, non opus erit, ea proferri materialiter, & hoc modo prolata à Christo fuisse pro forma consecrationis instituta, vt Catherinus iniquè contendit.

Verum antequãm alia argumenta Soti, & aliorum pro secunda sententia cap. 1. allata diluamus, prius quid senserit S. Doctor, quẽ pro secunda sententia Sotus, & alij allegare non dubitant explicemus. Verba S. Thomæ, quæ maiorẽ difficultatem contra nostrã sententiam habent, sunt illa, *Et ideo dicendum est, quod etiam quando proferuntur à sacerdote, significatiue, & non tantũ materialiter sumũtur.* His tamen verbis nõ denotat S. Thom. vtroque illo modo sumi verba consecrationis, nẽpe, significatiuè, & materialiter, quod & ipse Sotus fateri debet (nã etiam fatetur, non posse sumi materialiter, licet cõcedat recitatiuè vsurpari, putatque distingui *Materialiter*, & *recitatiue*) sed altero tantum ex his duobus modis, nẽpe, significatiuè, & non materialiter tantũ, sicut Innocentius putauit. Quod verò postea subdit: *Nec obstat, quòd sacerdos ea recitatiue profert, quasi à Christo dicta*: intelligi debet de modo recitationis, quẽ inferius explicabimus in solutione primi argumẽti Soti, & hoc modo alij Autores explicari possunt. Iam verò ad primũ argumentũ Soti respondemus, omnia ea, quæ de Christo referre sacerdos, nimirũm: *Qui pridiè, quàm pateretur, &c.* historicè referri, & illis verbis sacerdote facta Christi solum significare velle, neque hic vlla verba recitari, sed narrari facta, quæ non dicuntur recitari (hoc enim verborum est) sed narrari. Verba autem cõsecrationis, quæ proximè subsequuntur, significatiuè so-

18

Argumenta primæ sententiæ soluuntur. Prius,

Verba à sacerdote significatiue dicta non sunt falsa. Luca 22.

Primo,

9

secundo.

Tex. 10

Quarto.

20

Posterius diluitur.

Mens Sancti Thomæ explicatur.

Innocentij

21

Primũ Soti solutur.

ſum à ſacerdote eſſerri; nihilominus rectè quadrare cum præcedentibus, neque ſenſum inepte interrumpi: nam verba præcedentia ſolùm dicuntur recitatiuè, vt attentum faciant ipſum ſacerdotem, & verba cõſecrationis nõ ex proprio ſenſu, ſed in perſona, & ſenſu Chriſti, ac ſi ille præſens eſſet, cum reuera vicem illius ferat, proxime pronunciet: veluti ſi quis volens repræſentare perſonam Regis hiſtoricè, referat aliqua facta ipſius, vt ſtatim nomine eius ſignificatiue incipiat loqui. Participium autem *Dicens*, quod refertur etiam ad verba conſecrationis non efficit, vt illa recitatiue dicantur, ſed vt nomine illius, qui ea tunc dixit pronuncientur; atque de hoc tãtũ per illud participiũ, *Dicens*, admonemur. Et quia in hoc modo loquẽdi in perſona alterius illam repreſentando, eſt commemoratio eius: ideo quæ dicuntur nomine illius, videtur etiã recitatiue enunciari, hoc eſt, perinde, ac ſi vt dicta ab illo referrentur, & hunc modũ recitandi non negamus. Proprius autem modus referẽdi verba alicuius recitatiue eſt, quaſi per reflexum actum, cum quis dicit, Petrum, aut Ioannẽ hæc aut illa dixiſſe. Et hoc modo idẽ eſt recitatiue, & materialiter; nam prolatio illa recitatiue, quæ fit, cum quis loquitur in perſona alterius, ſit eodem actu, & ipſamet ſignificatione verborũ reſpectu ipſius, qui in perſona alterius loquitur hoc ipſo, quod ſignificatiue efferũtur ab ipſo gerẽte perſonam alterius, & verba illius aſſumente. Et hinc etiã tertium argumentum, quo ſolum aduerſarij contendebant colligere, verba conſecrationis recitatiue proferri, ex eo, quòd Chriſtus ea verba priùs dixerit, & ſacerdos hoc velit ſignificare, facile diluitur. Hoc enim inde minime probare poſſunt, ſi proprie de prolatione recitatiue loqui velint; ſed ſolùm conuincitur, in eo modo loquẽdi ſacerdotis eſſe repræſentationem quamdam Chriſti, & commemorationem verborum eius, vt explicuimus, nempe, eorumdem verborum, in eademque ſignificatione, in qua à Chriſto dicta fuerunt.

Verba dicuntur à ſacerdote recitatiue aliquando.

22

Tertium.

Secundũ.

Ad ſecundum vero reſpondeo primum, particulam, *Enim*, ab aliquo etiam Euangeliſta poſitam fuiſſe, ſaltem in verbis conſecrationis calicis, videlicet à Matth. cap. 26. Eccleſia vero addidit in forma conſecrationis panis, vt idem tenor verborum, & cõtextus ſeruaretur, licet ſine illa particula bonus ſenſus cõſtare poſſet. Vt autẽ in ore ſacerdotis prædicta particula aptum reddat ſenſum, non opus eſt, vt recitatiue proferantur verba conſecrationis, ſed ſatis eſt, ſi in perſona Chriſti non propria efferantur. Cum enim ſacerdos, illa pronuncians, eo ipſo faciat Chriſtum præſentem illi actioni dandi corpus ſuum, & diuidendi inter diſcipulos, quem recitatiue retulit, & deinde in perſona eius dicat verba, ac ſi ipſe illa proferret, nõminus aptus eſt ſenſus, quàm in ore ipſius Chriſti eſſet.

Cur in forma conſecrationis addiderit Eccleſia particulam *Enim*. *Matth.* 26.

23

Quid demonſtret pronomẽ, Hoc, *&*, Hic, *in verbis conſecrationis. Diſput.* 201.

Pronomen, Hoc, *&*, Hic, *in forma conſecrationis demonſtrare panem, & vinũ, hæretici, & catholici varie ſunt opinati. Cap.* 1.

Per pronomina Hoc, & Hic, *in formis conſecrationis, quid commune vtrique termino conſecrationis ante conuerſionis inſtans demonſtrari, Scholaſtici non pauci docuerunt. Cap.* 2.

Per illa pronomina ita ſolum demonſtrari id, quod eſt in fine prolationis, vt ſubſtantiue capiantur, nonnulli ex tertia claſſe ſenſerunt. Cap. 3.

Pronomina illa adiectiue poni, ipſumque corpus & ſanguinem Chriſti demonſtrare, alij eiuſdẽ tertiæ claſſis probabilius autumãt. Cap. 4.

Diſſoluuntur obiecta contra præcedentem ſententiam. Cap. 5.

Pronomen, Hoc, *&*, Hic, *in forma conſecrationis demonſtrare panem, & vinum, hæretici, & catholici varie ſunt opinati.*

CAPVT I.

VM Superiori diſputatione probatum ſit, verba formæ cõſecrationis accipi ſignificatiue: antequàm de veritate eorum diſputemus, operæpretiũ erit, in præſenti examinare, quid demonſtrent pronomina, quibus in prædicta forma conſecrationis vtimur. Niſi enim prius de ſignificatione eorum in propoſitione conſtet, de veritate ipſius propoſitionis nihil omnino definire poterimus. Circa pronomina autẽ non ſolum hæretici varie dogmatizant, verum etiam catholici in tanta opinionum varietate ſunt conſtituti, vt ſingulatim

1

gulatim eas reconſere nimis moleſtum eſſet, niſi exacta huius diſcuſsio, & examinatio id poſtularet. Omnes autem ſententiæ, & opiniones ad tres tantum claſſes reduci poſſunt: nam quidam pronomina, *Hoc*, & *Hic*, referunt ad ſubſtantias panis, & vini. Alij vero ad aliquid commune vtrique termino cõuerſionis, quod ſtatim ante conuerſionem demonſtret. Demum nonnulli ad id ſolùm, quod eſt in fine prolationis, & ſenſus totius propoſitionis, vt per ſingula capita ſequentia videbimus. In prima autem claſſe non ſolùm ſunt hæretici, ſed etiam catholici, in reliquis vero catholici ſolum memorantur. In prima igitur claſſe, de qua in hoc capite agemus, ex hæreticis primus Berengarius, ſicut refert Guitmundus, libr. 2. de corporis, & ſanguinis, Chriſti veritate in Euchariſtia longe ante medium, olim pro viribus contendebat, his pronominibus non qualitates, ſed ſubſtantias demonſtrari, vt inde colligeret, per hęc pronomina ipſas ſubſtantias panis, & vini oſtendi, ac proinde non ſolùm eas in hoc Sacramento manere, ſed ipſas etiam corpus, & ſanguinem Chriſti, non quidem ſubſtantialiter, ſed figurate vocari: hic enim hęreticus veritatem corporis, & ſanguinis Chriſti in Sacramento negauit, & ſolum figuram illius conceſsit, vt diſput. 179. cap. 1. vidimus. Berengarium hac in parte ſequuti ſunt hæretici noſtri temporis, nam omiſsis duobus illorum erroribus diſput. 179. cap. 7. memoratis, quidam eorum dixerunt, per huiuſmodi pronomina in verbis conſecrationis panem, & vinum demonſtrari: ita tamen, vt panis, & vinum non ſint ex parte ſubiecti, ſed prædicati, cũ dicimus: *Hoc eſt corpus meum, &c.* hoc ſenſu: *Corpus meum eſt hoc*, nimirum, panis, qui alit, nutrit animas, & reficit inſtar panis. Ita docuit Ioannes Langus, in annotatione ad ſecundam Apologiam Iuſtini. Alij vero dicunt, pronomine, *Hoc*, demonſtrari ſubſtantiam panis, poſitam tamen ex parte ſubiecti, non autem ex parte prædicati, vt cum dicimus, *Hoc eſt corpus meũ*, ſenſus ſit; *Hoc*, ideſt panis, *eſt corpus meum*, ſeu *ſignificat corpus meum*, idemque de pronomine in forma conſecrationis calicis ſentiũt, contendentes cum Berengario, ibi non eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti reipſa, ſed ſolũ ſicut in ſigno, quamuis hoc per varios tropos explicent, vt ſupra diſp. citata. c. 6. memorauimus.

Circa pronomina, *Hoc*, & *Hic* tres opiniũm claſſes. Prima. Berengarij error Guitmundus.

2

Ioan. Langus.

3

Contra Berengarium vero, quoad eius fieri poteſt, pugnat Guitmundus, atque multis contendit oſtendere, hęc pronomina nó tantum ſubſtantiam, ſed etiã qualitates poſſe demonſtrare, cuius ſententia hac in parte nobis non probatur. Quinimo, vt contra eũdem Berengarium, alioſque hæreticos veritatẽ corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, atque deſitionem ſubſtantiæ panis, & vini probaremus, plane ſuppoſuimus, pronomina hęc non accidentia, ſed ſubſtantiam demõſtrare. Cæterum, cum iam contra eoſdem hæreticos diſputatione cit. c. 6. ſatis ſuperque probatum ſit, verba omnia formæ conſecrationis abſque vllo tropo, & figura intelligenda eſſe, conſequens etiam contra eoſdem ſit, per illa pronomina non poſſe ſubſtantiam panis, & vini vere demonſtrari, nam abſque tropo, & figura falſum eſt, & corpus Chriſti dicere panem, & panem dicere corpus Chriſti.

4

Innocentius.

3. Thomas. Alexander. Ricardus. Durandus.

Iam verò, vt catholicorum ſententias de hac re recenſeamus, prętermittamus, oportet, opinionem Innocentij III. & aliorum, quos præcedente diſputatione capit. 1. retulimus. Qui, vt ab hac præſente difficultate ſe expedirent, dixerunt, verba cõſecrationis nõ proferri à ſacerdote ſignificatiue, ſed recitatiue, & materialiter: nam, vt recte notauit S. Thomas, in hoc artic. 5. Alexander, Ricardus, Durandus, & alij, quamuis concederemus, ſacerdotem eo modo ſolùm verba proferre, negare non poſſemus, Chriſtum ea ſignificatiue, & nullo modo recitatiue pronunciaſſe. De eo autem ſic efferente verba, eadem reſtaret difficultas, quam prædicti Autores in quouis ſacerdote euitare voluerunt, nempe, quid eo pronomine demonſtraſſet.

Prima opinio.

S. Thomas. Bonauentura. Ricardus. Gabriel.

5

Inter alios vero catholicos, qui putãt, verba conſecrationis à ſacerdote ſignificatiue proferri, & illis cõſecrari corpus, & ſanguinẽ Domini, ac proinde non ſolũ à Chriſto, ſed etiã à ſacerdote aliquid eo pronomine tunc demõſtrari: nõnulli, vt memorant S. Thom. in hoc art. 5. Bonauent. Ricardus, Gabri. & alij locis inferius allegãdis, dixerũt, per pronomen *Hoc*, demonſtrari panẽ, quẽ ſacerdos in manibus habet, tãquam ſignũ corporis Chriſti, & ita defendũt veritatẽ illius propoſitionis: *Hoc eſt corpus meũ*: vt ſenſus ſit: *ſignificatũ per hoc eſt corpus meũ*: quẽ ſenſum poſtea ſequuti videntur hæretici noſtri temporis, ſicut diximus ſupra diſp. 179. c. 6. vt defenderẽt, corpus, & ſãguinẽ Chriſti reipſa nó eſſe ſub ſpeciebus panis, & vini, ſed per panem, & vinum ſolum ſignificari, atque hac de cauſa dixerunt, verbũ, *Eſt*, in forma conſecrationis improprie vſurpari pro eo, quod eſt, ſignificare. Quem errorem impugnauimus ſupra in ea diſput. cap. 7. Prædictam vero ſententiam, quam S. Thom. & alij referunt, refutant ipſe, & alij: eoquod ex ea ſequeretur, corpus, & ſanguinẽ Chriſti vere nõ eſſe in hoc Sacramẽto virtute verborũ

consecrationis, sed tantùm esse ibi sicut in signo. Eam vero videtur ex Scholasticis tradidisse Alexand.4.quæstio.10.membr.4.articul.2.§.3.versicul. *Circa primum sic quæritur.* Cæterum, vt erat catholicus, ne veritatem corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia negare videretur, cum plane dixisset, sensum verborum illorum esse, quem retulimus, veluti si quis ostensa petra, diceret: *Hæc petra est Christus*, nempe quòd sit signũ Christi, subiungit, ratione intentionis sacerdotis, ex qua pendet opus Sacramentorum, demonstrari signũ corporis Christi transubstantiandum in ipsum corpus, vt sit sensus: *Signatum hoc signo, quod est panis transubstantiandus in corpus meum, est corpus meum.* Certe addita hac explicatione non possumus de mente Alexãdri errorem suspicari; verum ex verbis eius ipsum erroris conuincere, difficile non est. Nam, cum intentio ministri verbis, & significationi debeat accommodari, nisi virtute significationis verborum necesse sit cõuersionem fieri, ex sola intentione ministri contra significatum verborum, vel præter illud nullo modo fiet. Si autem pronomen, *Hoc*, solum demõstret panem, vt signum corporis Christi, significatio vera verborum rectè constare potest sine conuersione, ac proinde sine veritate corporis Christi. Quo circa ratione, & virtute veritatis verborum, non erit ibi corpus Christi. Hanc rationem paucis expressit Beatus Thomas in hoc articulo 5. quamuis intentionis ministri, ad quam Alexander recurrit, non meminerit, sed ex sola veritate verborum rationem ducat.

Alexandri explicatio.

6

Erroris notatur.

S. Thomas.

Prædictam tamen sententiam eo modo, quo nos eam explicuimus ex mente Alexandri, refert Bonauentura in 4.distinct.8.par.1. articulo 1.quæstio.1. & inquit, cæteris, quas memorauerat, probabiliorem esse, difficultati tamen propositæ plene non satisfacere: friuola tamen ratione eam reicijt. Ex ea vero parte sequitur Alexandrum, qua inquit, pronomen, *Hoc*, demonstrare panem; differt tamen ab eo, quia Alexander in illo §.3.versiculo *Consequenter quæritur de hoc verbo, Est*; putat, verbum, *Est*, in prædicta propositione formæ significare identitatẽ subiecti cum prædicato, hoc est, vnum esse aliud, & in hunc sensum in præcedente versiculo explicauerat propositionem, vt vidimus. At vero Bonauentura existimat, verbum, *Est*, non denotare identitatem subiecti cum prædicato; neque simultatẽ, vt ille inquit, sed hoc transire in corpus; ac si diceret, solũ denotare trãsitum panis in corpus Christi, ideo autem poni verbum substantiuum, *Est*, non autem actiuum faciendi: quia terminus operationis est actu ens, non incipiens nouiter per ipsam actionem; & quia conuersio fit in momento temporis, ideo poni verbum præsentis temporis.

Bonauenturæ iudicium.

7

Verùm, licet sententia Bonauenturæ distet ab errore, quem ex verbis Alexandri colligere contendimus supra, neque contra illud deducere possimus ex verbis consecrationis, prout ab ipso explicantur, absurdum illud contra veritatem corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia, nihilominus ex alijs capitibus erroris quoque ipsum conuincere poterimus. Nam, præterquam quòd contra consuetum modum intelligendi explicat verbum, *Est*, per verbum, *Transit*, in quo necesse est, & figuram aliquam admitti contrà doctrinam, quam, vt catholicam probauimus supra disputat.179.cap.6. primum aduersatur Concilio Tridentino, sessione 13. cap.4. vbi Patres vsurpant verbum, *Est*, in forma consecrationis in communi significatione, qua denotatur identitas vnius in alio, hoc est, simplex conuenientia, propter quam vnum dicitur esse aliud. Verba Concilij sunt. *Quoniam autem Christus Redemptor noster corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit, &c.* quibus Patres explicant sensum verborum consecrationis, vt patet, atque aperte denotant, verbum, *Est*, non fuisse â Christo vsurpatum pro eo quod est transire, aut fieri, sed prout substantiuum est, significans conuenientiam vnius cum alio, nempe, eius, quod offerebat Christus sub specie panis cum corpore suo, vel e contrario. Adde, quòd Concilium non meminit panis, sed eius tantùm, quod offerebat sub specie panis: hoc autem non potuit transire in corpus Christi, neque corpus Christi in illud. Deinde si verbum, *Est*, idem esset, quod, *Transit*, aut, *Conuertitur*, non solùm non esset conuersio panis in corpus Christi, sed etiam neque panis vllo modo desineret, neque Christi corpus sub speciebus panis esset: vt enim transiret panis in corpus Christi, opus erat aliqua actione terminata aliquo modo, aut per modum productionis, aut per modum enunciationis, non ad humanitatem totam Christi, sed ad corpus eius, quæ esset causa, vt desineret panis. Nam, nisi connexio talis sit inter esse vnius, & non esse alterius, vt esse vnius sit causa, vt alterum non sit, non potest dici id, quod desinit, in esse alterius vllo modo transire, vt disputatione.181.c.12. monstrauimus: nulla autẽ actio productio corporis Christi talis esse potest, vt vi sua destruat panem, hoc ipso, quod producit corpus Christi, vt ibidẽ etiam

8

Reijcitur primo ex Tridetino

Secũdo ex ratione.

6

etiam oſtenſum eſt: nullo igitur pacto, ſi Chriſtus vteretur verbo tranſeundi, fieret panis conuerſio. Quare fruſtra, & falſo diceret: *Trã ſeat panis in corpus meum*: neque hæc verba vim aliquam ad conuerſionem haberent. Nũc autem, licèt non ſit actio aliqua, quæ tamquam productio terminetur ad corpus Chriſti, tamquam ad productum per illam, quę ſit cauſa, vt deſtruatur panis, quia talis nulla eſſe poteſt, vt ibidem diximus: eſt tamen aliqua enunciatio talis corporis Chriſti, vt vi ſuæ ſignificationis, & veritatis, hoc ipſo, quod terminatur ad corpus Chriſti poſtulet neceſſario, panem amplius non eſſe, & ideo veram conuerſionem ibi reperiri in eadem diſputatione oſtendimus. Quia igitur, ſi Chriſtus, aut ſacerdos nomine ipſius vteretur verbo tranſeundi, aut conuertendi, neutrum genus actionis ibi interueniret, non ſolum nulla ibi eſſet conuerſio, ſed etiam neque ibi eſſet corpus Chriſti, neque deſineret, & ita falſa ex multiplici capite redderetur propoſitio illa. Et hactenus de prima claſſe opinionum, & ſententiarum.

Per pronomina, Hoc, *& Hic, in formis conſecrationis, quid commune vtrique termino conſecrationis ante conuerſionis inſtans demonſtrari, Scholaſtici non pauci docuerunt.*

CAPVT II.

11 Secunda claſſis opinantiũ circa pronomen, *Hoc*, & *Hic*.

IN Secunda claſſe ſunt non pauci, neque ignobiles Theologi, tam antiqui; quam Recentiores, qui dicunt, aliquid commune pani, & corpori Chriſti, quod vim habeat ſingularis, vt dici ſolet, vagi, ſicut *Quidam homo*, demonſtrari pronominibus, *Hoc*, & *Hic*, in forma conſecrationis, non quidem, quòd ſit, aut demonſtretur ſolùm in fine prolationis, ſed quòd ſimul atque profertur pronomen, & antequàm finiatur oratio, & ſenſus illius, his pronominibus oſtẽdatur: neque enim volunt, vſque ad finem orationis demonſtrationem pronominis differri; hoc autem dicunt eſſe contentum ſub his ſpecie bus, atque de ipſo vere enunciari corpus, & ſanguinem Chriſti, hæc enim vera eſt propoſitio, *Contentũ ſub his ſpecibus eſt corpus Chriſti*. Hanc ſententiam priori loco, vt probabilem trãdidit Antiſiodorenſis libro quarto ſummæ, tractatu 5. cap. 2. non longe à fine, quamuis aliam, quam cap. ſequente referemus, poſteriori loco etiã adducat: citatur Sanctus Thomas, de cuius mente dicemus infra, eam vero vt propriam ſequuntur Aegidius Theoremate 42. poſt medium. Paludanus in 4. diſtinct. 8. quæſt. 3. articul. 1. Capreol. eadem diſt. 8. quæſt. vnica articulo. 3. ad primum Scoti contra quintam concluſionẽ. Sotus in 4. diſt. 11. quæſt. 1. artic. 5. poſt 3. concluſionẽ. Viguerius de inſtitutionibus Theologicis cap. 19. §. 3. verſicul. 2. ſub finem, quibus etiam adde Durand. in 4. diſt. 8. q. 2. ad primum: nam, licèt ipſe dicat, verba conſecrationis referri à ſacerdote materialiter, & ſolum recitatiue, iuxta quam ſententiam nihil per pronomen, *Hoc*, nunc præſens deſignaretur; tamen cum dixit, Chriſtum pronuntiaſſe verba illa ſignificatiue, neceſſe illi fuit oſtẽdere, quid ab eo per pronomen, *Hoc*, fuerit demonſtratum. Eamdem ſententiam Recentiores Theologi etiam contra hæreticos libenter amplectũtur. Nec ab hac opinione differt Ricardus de Mediauilla in 4. diſt. 8. artic. 3. q. 1. ad 5. cum ait, pronomen, *Hoc*, demonſtrare aliquid præſens ſub hac ſpecie; vel ſtatim futurũ: ſic enim nõ determinat demonſtrationem pronominis ad finem prolationis, ſed dicit, verſari circa quid cõmune, ac proinde à principio illud demonſtrari, ſicut alij, etiam ſentit. Omnes vero ea ſolũ ratione in eam adducũtur, quod alię Scholaſticorũ ſententię in hac cõtrouerſia ipſis nõ placeant, ac proinde nulla alia probabilior ſupereſſe videatur.

Antiſiodor. *S. Thomas.* *Aegidius.* *Paludanus.* *Sotus.* *Viguerius.* 12 *Durandus.* *Ricardus.*

13 Reijcitur primo.

Mihi tamen hæc ſententia videtur difficilis, licet ſit valde probabilis; primũ, quia illud pronomen, *Hoc*, aut ſumitur ſubſtantiue, aut adiectiuè; ſi adiectiue, nihil aliud demonſtrare poteſt, niſi corpus, cum quo veluti cũ ſubſtantiuo cõuenit in genere, & numero, ſicut reliqua adiectiua cum ſubſtantiuis, cum quibus coniunguntur conuenire debent: ſic autem non demonſtrabitur individuum vagum, ſed ſingulare, & individuum ex demonſtratione determinatum, neque illud demonſtrabit, ſimul atque profertur, ſed in fine totius orationis, & ſenſus, vt patet: quia corpus Chriſti non eſt præſens, vt demonſtretur, antequã oratio, & ſenſus illius perficiatur. Aut pronomẽ ponitur ſubſtantiue: & ita illud demonſtrabit, pro quo directè ſupponitur, & quod ſignificat: atqui proſpecie bus nõ ſupponitur, neq; eas directè ſignificat, ſed contentum ſub illis; ergo nõ demonſtrabit illas, ſed contentum, ac proinde non erit ſenſus: *Contentum ſub his ſpecibus eſt corpus meũ*, ſed *hoc*

Contentum ſub his ſpeciebus eſt corpus meum: ſic autem propoſitio eſt falſa, ſi pronomen, *Hoc*, demonſtret contentum ſub his ſpeciebus ſimul, atque profertur, & antequàm finiatur oratio, vt prædicti Autores contendũt, quia tunc nullũ aliud eſt contentum ſub ſpeciebus, niſi panis, ac proinde illum demonſtrare debet, licet ſub ratione contenti, quæ communis eſt: veluti cumquis coram Petro diceret: *Hoc animal*, ſeu *hic homo diſputat*, vel quid ſimile de illo enunciaret, demonſtraret indiuiduum Petri: neque enim hæc oratio: *Hoc contentum ſub his ſpeciebus eſt corpus meum*, ſimilis eſt illi: *Herba naſcitur in horto meo*, oſtenſa herba, quę eſt in alio horto: in qua nomen, *Herba*, ſupponitur ſuppoſitione, quam Logici vocãt accomodam, quia ſolum demonſtrat naturam ſecundùm genus, aut ſpeciem, vt ſenſus ſit. *Hoc genus, aut ſpecies herbæ naſcitur in horto meo*. Porro autem falſam eſſe propoſitionem, ſi demõſtretur hoc contentum ante finem totius propoſitionis, hoc ſyllogiſmo expoſitorio probatur. Hoc contẽtum eſt corpus meum: hoc contentum eſt panis, ergo panis eſt corpus meum: in quo cõſequẽs eſt falſum, ac proinde antecedens etiam eſſe debet: cũque minor antecedentis non ſit falſa, vt patet, maior debet eſſe: maior igitur propoſitio continere non poteſt legitimum ſenſum verborum conſecrationis, qui verus eſt.

14

Singulare vagum demonſtrari putant Durandus, & alij.

Cæterum Autores huius ſententiæ ne in hoc abſurdum inciderent, ſemper refugerunt concedere, pronomen, *Hoc*, demonſtrare hoc contentum ſub his ſpeciebus, quod eſt ſingulare ex demonſtratione, ſed contentum ſub his ſpeciebus, quod eſt ſingulare vagum, vt ipſi dicunt, & quid confuſum, ſicut: *Quidam homo*. Et de ſingulari vago expreſſè loquuntur Durandus, Capreol. Paludanus, & Sotus, Antiſiodorenſis vero dicit pronomen, *Hoc*, vagam, ſimplicem, & indeterminatam habere demonſtrationem. Verum eorum doctrina hac in parte vulgari, & communi, nec minus veræ doctrina Logicorũ aduerſatur, qui dicunt, quadruplicẽ eſſe terminum ſingularem primum ex determinatione, vt *Socrates*. Secundum ex demõſtratione, quod conſtat nomine communi, & pronomine demonſtratiuo, vt, *Hic homo*. Tertium ex ſuppoſitione, quod ad noſtrum inſtitutum nihil attinet. Quartum vagũ, vt *quidam homo*. Cũ igitur in forma conſecrationis vtamur pronomine demonſtratiuo, quod non ad intellectum tantum, ſed ad ſenſum demonſtrat, nõ poterit ex illo, & ex eo, quod demonſtrat, fieri indiuiduum vagũ, ſed indiuiduum ex demõſtratione: ac proinde, ſi demonſtrat contentum,

15

Reijciũtur tur ratione.

Quadruplex eſt ſingularis terminus.

non poteſt non fieri ſingulare ex demonſtratione, quod eſt diſtinctum ab indiuiduo vago, vt ex Logicis cõſtat. Idem, quod diximus de contento ſub ſpeciebus, dicimus de ſubſtantia ſub ſpeciebus vage, quã dicunt Theologi huius ſententiæ demõſtrari, cum in omnibus eadem ratio contra eos eodem modo pugnet. Adde, quòd indiuiduũ vagum, ſeu cõfuſum, non poteſt pronomine, *Hoc*, demonſtrari, quia hoc pronomen demonſtrat rẽ ſenſui per ſe, aut per accidens, indiuiduum autẽ vagum non poteſt vllo modo ſenſui demonſtrari, ſed intellectui, vt patet. Quia ratione Petrus Martyr in libro contra Gardinerum p. 1. obiecto 13. & 14. non parum vrget catholicos, qui prædictam ſententiam de ſubſtantia, aut contento ſub ſpeciebus ſequũtur: Quod enim nonnulli Recentiores reſpondent, non demoſtrari ſubſtantiam, ſeu contentum ſub ſpeciebus, ſed ſpecies, nõ in recto, ſed in obliquo: & ita pronomen, *Hoc*, ſe habere ex parte ſpecierum, non ex parte ſubſtantiæ, aut cõtenti, obiecto non ſatisfacit. Nam, licet ſpecies in obliquo demonſtrarentur, aliquid etiã aliud in recto demonſtrari deberet, nempe, illud, quod per ipſum pronomen ſignificare volumus, & quod dixit Chriſtus eſſe corpus ſuũ; ſiue illud dicas eſſe ſubſtantiam, ſiue contentum: nam Chriſtus non dixit, ſpecies eſſe corpus ſuum, ſed, hoc eſſe corpus ſuum, oportet igitur aſsignare id, quod dixit corpus ſuum: cumque loco illius ponatur pronomen, *Hoc*, non poterit per tale pronomen aliquid præter ſpecies nõ demonſtrari. Præterea, cum ſic demonſtrari non poſsit manere indiuiduum vagum, neque confuſum, vt patet ex dictis, fiet indiuiduum ex demonſtratione, hoc autẽ erit, aut hæc ſubſtantia, aut hoc contentum ſub his ſpeciebus.

16

Petrus Martyr.

Aliquorũ inſuffici ens ſolutio.

Poſtremo hæc doctrina, & ratio confirmari poteſt ex verbis Concilij Tridentini ſeſſione 13. cap. 4. vbi Patres exponentes verba cõſecrationis, & ex illis expoſitis deducere volentes tranſubſtantiationem, in hunc modum dixerunt. *Quoniam autem Chriſtus Redẽptor noſter corpus ſuum id, quod ſub ſpecie panis offerebat, vere eſſe dixit, &c.* Vbi Patres exponentes verba illa demõſtrant, non ad ſenſum, quia non habebant præſens id, quod Chriſtus habuit, ſed ad intellectum illud, quod Chriſtus dixit eſſe corpus ſuum, & dicũt, eſſe id, quod offerebat ſub ſpecie panis: demonſtrans igitur illud oblatum ſub ſpecie panis, ſicut illud contentum demonſtrare poſſent. Cũ igitur demonſtratio, qua Patres Tridentini vtũtur ad intellectum, eadẽ ſit cum ea, qua Chriſtus vſus eſt ad ſenſum, & per hanc ad intellectum

Item cõfirmatur ex Tridentino.

17

lectum demonſtretur oblatum in recto, & nō tantum ſpecies in obliquo, ſequitur, Chriſtum etiam demonſtraſſe oblatum, ac proinde feciſſe ſingulare ex demonſtratione. Verum, quia falſa eſſet propoſitio, ſi pronomen, *Hoc*, 18 ſimul atque proferretur, demonſtraret illud contentum, aut oblatum, vt probatum eſt, ideò, vt ſequente capite probabitur, dicendum eſt, demonſtrationem ſolum factam fuiſſe in fine totius prolationis, & nunc eodem modo à quouis ſacerdote fieri. In præſenti vero nobis ſufficiat ex Concilio Tridentino probaſſe, per pronomen, *Hoc*, demonſtrari, non ſolum ſpecies in obliquo, ſed etiam id, quod ſub ſpeciebus continetur, aut offertur, ac proinde illud non eſſe vagum, ſed ſingulare ex demonſtratione. Porrò non ſolùm ratione, ſed etiam ex eiſdem verbis Concilij capite quinto colligemus, demonſtrationem nō fieri à ſacerdote, nec factam fuiſſe à Chriſto ſimul, atque prolatum fuit pronomen, ſed in finem vſque totius propoſitionis reſeruatam fuiſſe. Demum, quod alij Recentiores etiam Theologi aſſerunt, pronomen, *Hoc*, in principio prolationis demonſtrare hoc contentum ſub ſpeciebus, quacumque ratione ſub illis exiſtat, in fine tamen prolationis determinari ratione prędicati, vt ſignificet, ſupponat, aut demonſtret tale contentum, cui prædicatum 19 illud conueniat, facile quoque refelli poteſt. Primum, quia nomen ſemel prolatum, ſi initio prolationis ſupponatur pro vna re, aut cō ceptu adhuc confuſo, & indefinito, etiam ſi prędicatum de illo verè enuncietur, non mutat ſignificationem ſuam, vel, ſicut Logici dicunt, ſuppoſitionem, quia apud eos aliud eſt ſupponi nomen pro re, aliud eſt, prędicatum verificari de illa: poteſt enim ſubiectum ſupponi pro re vagè, licet prædicatum verè enūcietur ratione ſingularis contenti ſub eo. Sicut cum dicimus, *Homo diſputat*, ſolo Petro diſputante, vox, *Homo*, ſupponitur confuſe pro hoc, vel illo homine, quamuis diſputatio ſolum conueniat homini ratione ſingularis determinati, nimirum, Petri, & ratione illius verè de homine vage enuncietur. Deinde, quia intentio proferentis eſt de eo, quod initio ex parte ſubiecti protulit, enunciare prædicatum, quod poſtea dicit, neque quidquam de ſubiecto ſemel enunciato ipſe variare vult, aut poteſt; alioquin non perſeueraret in eo, quod ſemel initio protuliſſet: ſemel autem prolato ſubiecto, & prolatione illius non retractata, non poteſt non vſque in finem perſeuerare ſenſus illius.

Alij refelluntur. Primo. Secundò. 20 Tertiò.

Demum, cum hi Theologi fateantur initio etiam demonſtrari contentum ſub ſpecie bus, ex eorum ſententia ſequitur, idem eſſe, *Hoc*, &, *Hoc contentum*, cum ſit ſingulare non vagum, ſed ex determinatione. Sequitur etiā id, quod ſupra inferebamus, nempe, falſam eſſe propoſitionem. Multo maiori ratione refelli poteſt ſententia Henrici, quodlibet. 9. quæſt. 9. in fine, vbi docet, pronomen, *Hoc*, non tantum demonſtrare in fine prolationis corpus ipſius Chriſti, ſed etiam in toto tempore enunciationis demonſtrare ſubſtantiam panis ſecundum ſe, & in ipſo fine demonſtrare illam, vt conuerſam in corpus Chriſti. Quā quidem opinionem ad nullam claſſem reducere volui, quòd vnum tantum Autorem haberet, & obiter hoc loco facile refelli poſſet: quia, vt diximus, commentitium plane eſt, tot ſignificationes in vno contextu orationis variandas pro diuerſis inſtantibus, & duratione eidem voci aſsignare.

Henricus propellitur.

21

Per illa pronomina ita ſolum demonſtrari id, quod eſt in fine prolationis, vt ſubſtantiue capiantur, nonnulli ex tertia claſſe ſenſerunt.

CAPVT III.

AVTORES Omnes, qui in tertio claſſe numerantur in eo conueniunt, vt pronomen, *Hoc*, nihil præſens demonſtret vſque in finē totius prolationis, tametſi de reliquo inter ſe ſe non omnino conſentiant. Quare omnes, qui in hac tertia claſſe ſunt, in duas alias diuidi poſſunt. Nam quidam eorum putant, pronomen, *Hoc*, ſubſtantiue vſurpari, licet in fine ſolùm totius prolationis demonſtret id, de quo prædicatum in ea propoſitione enunciatur, quorum varios modos philoſophandi in explicatione pronominis in hoc capite referemus, & cōfutabimus. Hi ſunt Scotus in 4. diſtinctione 8. quæſtione 2. §. *Aliter ergo poteſt dici*, concluſione 11. & 12. & in fra. Marſilius in 4. quæſtion. 6. articul. 1. parte 1. ad 7. dubitationem, vbi plures refert opiniones. Gabriel lectione 48. in canonem in litera M. Caietan. in articul. 5. huius quæſtionis §. *Circa conſignificationem*, circa medium, & §. ſequente. Ledeſma 1. parte quarti, quæſtion. 19. articul. 5. poſt ſecundam propoſitionem §. *Ad hæc dicit Caietan.* quibus etiam addere poſſumus ex Patribus, Guitmundum

Prima ſententia aliquorū tertiæ claſſis. Scotus. Marſilius. Gabriel. Caietan. Ledeſma. 22

lib. 2. de veritate corporis, & ſanguinis Chriſti non longè à fine, & Ricardum de Sancto Victore in libris de Trinitate, quem allegant Gabriel, & Marſilius, locum autem nō citāt, neque ego inueni. Demum cum his nouiſsime ſentit Ianſenius cap. 131. concordię, explicans illa verba, *Hoc eſt corpus meum*, qui attente legendus eſt. Quamuis autem ij, qui ſubſtantiue pronomen accipiunt, non eodē modo explicent id, quod eo demonſtratur, tamē ſi eorum ſententia vera eſſet, parum referret, hoc aut illo modo circa ſignificationem illius philoſophari. Cæterum, vt ſyncere, & perfectè intelligamus, quid vnuſquiſque eorum doceat, ipſorum ſententias hac in parte ſigillatim perſtringemus.

Ricard. de S. Victore.

Ianſenius.

23

Primo Guitmundus tribus modis exponit verba conſecrationis, & pronominis demonſtrationem. Primum vt ſenſus ſit, *Hoc*, (ſubaudi, *Corpus iam non panis*) *eſt corpus meū*. Verum hæc expoſitio non placet: quia licèt hoc modo verus eſſet ſenſus; tamen aptū modū dicēdi, qui eſt in verbis cōſecrationis per ineptū, qui eſt in ea repetitione corporis ex parte ſubiecti, explicaremus. Deinde exponit ita, vt ſenſus ſit, *Hoc* (ſubaudi, *hactenus panis*) *ex hoc iam eſt corpus meum, non panis*. Verum hic ſenſus in ſecundam ſententiam inclinat, quam præcedente capite impugnauimus, & falſus videtur, ſic enim pronomen videtur oſtendere indiuiduū aliquod, vel ſubſtantiæ, vel alterius rationis, quod cum antea fuerit panis, in fine prolationis iam nō ſit panis, ſed corpus, quod eſt planè falſum. Poſtremo ita exponit, vt ſub pronomine, *Hoc*, nihil ſubaudiatur, neque pronomen referat panem & vinum, quæ præceſſerunt, ſed tantùm ſit demonſtratiuum, & pro hac explicatione nihil aliud addit Guitmundus. Videtur autem mihi hæc ſententia Claudij, & Maldonati, quam capite ſequenti probabilem eſſe dicemus. Nā, quòd nihil ſubaudiatur in eo pronomine, nempe, ex parte ſubiecti, ſed tantum demonſtret, inde prouenit, quia adiectiue ponitur, & ſolū prædicatum, quod eſt corpus, demonſtrat, vt inferius dicemus.

Guitmundi tres modi explicādi pronomina.

Confutatur primus

Refellitur ſecundus.

Tertius probabilis.

Claudij. Maldonat.

Secundo Gabriel, & Marſilius ſequuti, vt ipſi aſſerunt, Ricardum de Sancto Victore, in hunc ſenſum verba illa exponunt: *Hoc, in quod conuertendus eſt panis, eſt corpus meum*. Dicunt enim, pronomen, *Hoc*, demonſtrare corpus Chriſti, quod erit in fine prolationis, & inſuper connotare panem præſentem conuertendum in ipſum corpus Chriſti, vt ita explicent, quo pacto in quolibet tempore, ſiue ante finitam orationem, ſiue ea finita pronomen vere demonſtret, & quo pacto in ea

Gabrielis, & Marſilij expoſitio pronominum.

24

propoſitione idem non dicatur de ſe ipſo, neque ſenſus ſit *Hoc corpus eſt corpus meum*: eo quod pronomen, *Hoc*, licèt idem (inquit) ſignificet, quod, *Corpus*, quia illud demonſtrat, tamen non connotat idem: connotat enim panem conuertendum in corpus, qui nomine corporis non connotatur. Porrò hi Autores ſubſtantiue etiam videntur accipere pronomen, *Hoc*, cum ſub ipſo aliquod ſubiectum in propoſitione intelligant, de quo corpus prædicetur. Eorum vero ſententia mihi non probatur, non ſolùm communi ratione, quia facilius exiſtimo, pronomen, *Hoc*, adiectiue vſurpari, & ita nihil ſub eo intelligi vice ſubiecti in propoſitione, ſed etiam peculiari: quia hoc non connotat expreſſe panem conuertendum, neque id, in quod panis conuertendus eſt, ſub hac ratione ſignificat, & demonſtrat, licet revera ex vi prolationis propoſitionis, in qua eſt, conuertendus ſit panis, ſed ſimpliciter corpus ipſum abſque vlla alia connotatione demonſtrat. Ex qua ſimplici ſignificatione, & demonſtratione ſequitur, vt panis in corpus demonſtratum tranſeat, quinimo non connotat ſpecies, ſub quibus eſt ex vi ſignificationis, ſed ſupponit eas, vt corpus ſit præſens, quod demonſtrare poſsit. Quare exponere non poſſumus propoſitionem, demonſtrando aliquid, prout contentum ſub ſpeciebus, ſed ſimpliciter demonſtrando corpus ipſum.

Reijcitur.

25

Tertio Scotus exponens pronomen ſubſtantiue, inquit, per illud demonſtrari indiuiduum entis in fine prolationis, quod quidem idem eſt, quod corpus Chriſti, vt ſenſus ſit; *Hoc ens eſt corpus meum*. Quæ ſententia ideo diſplicet Caietano loco citato, quia pronomen, *Hoc*, demonſtrat ſubſtantiam, non accidentia: ens autem commune eſt ſubſtantiæ, & accidenti, & ideò iuxta hanc expoſitionem per pronomen, *Hoc*, demonſtrari poſſent accidentia panis, non minus, quam ſubſtantia corporis Chriſti, & propoſitio redderetur falſa.

Scoti placitum circa eadem pronomina; Diſplicet Caietano.

Quocirca ipſe Caietanus, quem in hac parte ſequitur Ledeſma, & Ianſenius, putant, per illud pronomen demonſtrari ſubſtantiam, non quidem vniuerſalem, ſed indiuiduam, quę eſt in fine prolationis, non expreſſa alia magis peculiari ratione ſpecifica: nam, ſicut ſunt indiuidua ex demonſtratione ſub ratione ſpecifica, vt *Hic homo*, ita etiam ſunt ſub ratione generica, vt, *Hæc ſubſtantia*, *hoc animal*, aut, *Hoc viuens*.

Caietani mens. Ledeſmæ. Ianſenius.

26

Et hanc putat Caietanus fuiſſe ſententiam

S. Tho-

S.Thomæ in hoc articul.5. ad primum, cum dixit, pronomen, *Hoc*, demonstrare substantiam absque determinatione proprię naturę, sicut dictum est(nempe, in corpore articuli. Quod enim ait; *Absque determinatione propriæ naturæ*, explicat Caietanus, vt intelligatur absque determinatione alterius gradus speciei sub substantia. Similiter dixerat in corpore articuli, pronomen, *Hoc*, significare substantiam in vniuersum, non quia eam abstractè, & vniuersè significet; sed quia non exprimit aliquam peculiarem rationem speciei in indiuiduo illius, quod demonstrat.

27 Porrò autem S.Thomam in ea fuisse sententia, vt pronomen, *Hoc*, nihil demonstret, quando profertur, sed in fine solùm totius orationis, putauit Ledesma. Et fortasis in eũ sensum ipsum intellexit Caietanus, cum prędictam sententiam sequitur. Eodẽ modo Marsilius S.Thomam interpretatur. Colligit autem hic Autor, S. Thomam id sensisse, quia alio modo non possent esse vera verba consecrationis. Ledesma autem ex verbis illius, quæ habet in corpore articuli, vbi ait, *Et ideo oportet quidem intelligere prædictam locutionem secundùm vltimũ instans prolationis verborum*. Et contra sententiam hanc vim non habent argumenta facta contra sententiam relatam capite prędecedenti.

Marsilius.

Ledesma.

Verùm, si pronomen, *Hoc*, poneretur substantiuè in prędicta forma, parum interesset cum Scoto, aut cum Caietano sentire, nisi ipse Scotus putaret substantiã, & accidens vniuoce entia vocari. Nam, cum Scotus, inquit, per pronomen demonstrari indiuiduum entis, dicere posset quis, debere esse entis, quod est substantia, & ens simpliciter, non explicato, & expresse significato modo per se existendi, quod supra ens explicat nomen substantiæ: & ita argumentum Caietani contra Scotum nihil valeret. Verùm, cum Scotus dicat, ens vniuoce conuenire substantiæ, & accidenti, rectè contra ipsum sequitur, vt contendit Caietanus, pronomen, *Hoc*, ęquè demonstrare accidentia panis præsentia, & substantiam corporis Christi, ac proinde illam propositionem posse esse falsam.

28 Cæterùm, cum facilius multò existimẽ pronomen, *Hoc*, non substantiuè, sed adiectiuè in forma consecrationis poni, oportet aliũ modum philosophandi referre, licet opinio Sanct. Thom. vt explicatur à Caietano sit probabilissima.

Pronomina illa adiectiue poni, ipsumque corpus, & sanguinem Christi demonstrare, alij eiusdem tertiæ classis facilius autumant.

CAPVT IIII.

IN Explicandis fidei nostrę mysterijs Scholastici Theologi, præsertim ij, qui contra hæreticos disputant, ita se gerere debent, vt in eorum explicatione faciliorem ad intelligendũ, ac magis syncerum, & familiarem modum philosophãdi, & loquendi sequantur, ne dum mysteria ex se quidem difficilia defendenda suscipiunt, ob difficilem, & inusitatum modum philosophandi, & loquendi, quem ipsi sequuntur, nouis difficultatibus absque vlla necessitate in dies implicentur: & dum putant, se contra aduersarios acriter dimicare, eis, quibus arma, & argumenta solùm inanis suppetebant, probabiliora, & non parum efficacia subministrent. Hanc regulam profecto sequuti mihi videntur Recentiores aliqui viri docti, in disputationibus cum hæreticis non parum exercitati, quorum sententia ab antiquis etiã Scholasticis, imo etiam à Guitmundo nõ obscure indicata, & mihi omnium facillima semper visa est. Conueniunt igitur cum alijs Doctoribus tertię classis, quos prędecedente capite memorauimus in eo, vt pronomen, *Hoc*, nõ demonstret aliquid simul, atque profertur, sed id solũ, quod est in fine prolationis. Differunt autem, quia hi existimant, pronomen, *Hoc*, & *Hic*, in forma cõsecrationis adiectiuè poni, & ita nihil aliud omnino ex parte subiecti sub eo intelligunt, sed ipsum solũ pronomen pro subiecto propositionis ponunt; illi vero, vt superiori capite vidimus, cẽsent, pronomen substantiue poni, & ita aliquid ex parte subiecti sub eo intelligunt, in quo qui dem assignando non parum laborant, neque omnes inter se conueniunt. Hãc opinionem sequuntur Claudius Sainctes in repetitione 7. de Eucharistia cap.7. & noster Maldonatus in cap.26. Matth. verticul. 26. cum explicat pronomen, *Hoc*, quod est in verbis consecrationis panis. Ex antiquioribus verò eam non obscurè indicauit Guitmundus lib.illo 2. de veritate corporis, & sanguinis Christi, non longę

Guitmund. 29

Secunda sententia aliorũ tertiæ classis.

Pronomina, *Hoc*, & *Hic*, adiectiue sumuntur. Sainctes.

Maldonat.

Guitmund.

longe a fine, in tertia expoſitione, quam affert illorum verborum, vt præcedente capite retulimus. Nam, cum inquit, tertio exponi poſſe verba, vt ſub illo pronomine nihil ſubaudiatur, nec pronomen referat panem, & vinum, quæ præceſſerunt, ſed tantum ſit demonſtratiuum (pro qua expoſitione nihil aliud dicit) manifeſte ſentit, pronomen vſurpari adiectiue; ſi enim ſubſtantiue ſumatur, aliquid ſub eo intelligendum eſſet ex parte ſubiecti propoſitionis. Quod ſi adiectiue ponitur, & ipſum ſolum vicem habet ſubiecti in prædicatione, plane ſequitur, eo demonſtrari ipſum corpus, vt prædicatum, ſicut inferius explicabitur. Ex Theologis vero Scholaſticis hanc etiam opinionem adduxit Antiſiodorenſis poſteriori loco lib. 4. ſummæ tractatu 5. capite 2. Prior autem fuit, quam in 2. capite memorauimus. Eamdem etiam ſequutus eſt Maior. 4. diſtinction. 8. quæſtio. vnica §. *Secundo arguitur*, verſiculo, *Secundo dico*, & infra: hi enim abſolutè dicunt, per pronomen, *Hoc*, nihil aliud demonſtrari, niſi corpus ipſius Chriſti, quod eſt in fine prolationis, & ſub illo pronomine nihil aliud intelligunt ex parte ſubiecti propoſitionis, de quo prædicetur corpus: hoc autem fieri non poſſet, niſi pronomen adiectiue ſumeretur, & ipſum ſolum vicem ſubiecti in prædicatione haberet, vt diximus, & forte hoc voluerunt aliqui excitatis cap. præcedēte, cum dixerunt, hoc pronomen nihil demonſtrare ante finem prolationis, & alij, qui putarunt ſolum ſignificare corpus Chriſti non expreſſe.

30

Antiſiod.

Maior.

Primū fundamentū.

Hæc ſententia ex ipſa ratione ſermonis ſecundum proprietatem eius probatur, quia, vt pronomen poneretur ſubſtantiuè, ac proinde ſub eo aliquid ex parte ſubiecti intelligeretur, ita deberet poni, vt in quauis lingua in neutro genere eſſet, neque vlla haberetur ratio prædicati, vt cum eo in caſu, numero, & genere cōueniret, qua ratione pronomen, *Hic*, numquam ſubſtantiuè ponitur, ſed adiectiue, in quo principio nullus dubitare poteſt: atqui pronomen *Hoc*, & *Hic*, in formis conſecrationis ita ponitur, vt habeatur ratio conuenientiæ cum prædicato in genere, numero, & caſu, & ideo ſolum in forma conſecrationis panis ponitur in genere neutro, vt cum corpore cōueniat, quod neutrius generis eſt, in forma vero conſecrationis calicis in genere maſculino, vt cum calice, aut ſanguine, qui ſunt generis maſculini, conueniat: ergo adiectiuè, non ſubſtantiuè ponitur, ac proinde nihil ſub eo intelligitur, ſed de ipſo ſolo prædicatur corpus, & ſanguis, ſeu calix ſanguinis. Porrò autem, hoc modo

31

poni pronomen, *Hoc*, & *Hic*, vt conueniat cū prædicato, nempe, cum corpore, aut calice, ſeu ſanguine patet: nam, quòd in lingua Græca in vtraque forma ſit τοῦτο, in genere neutro, ideo eſt, quia in ea lingua tam ποτήριον, Latine, *Calix*, & αἷμα Latine, *Sanguis*, quam σῶμα Latine, *Corpus*, ſunt neutrius generis. Verùm noſter Vulgatus interpres, apprime intelligens vim pronominis, & familiarem modum loquendi in omni lingua, pronomen ipſum adiectiue trāſtulit, ita vt conueniret in caſu, numero, & genere cum prædicato, nempe, cum corpore, & ſanguine, ſeu calice, & ita ipſū ſolū pronomē, nullo alio ſub eo intellecto, eſſet loco ſubiecti in propoſitione. Nam, licet poſuerit pronomen, *Hoc*, neutrū in forma conſecrationis panis, quia corpus etiam in Latina lingua neutrum eſt, tamen in forma conſecrationis vini, Græcum pronomen τοῦτο, neutrius generis cōuertit per pronomen maſculinum, *Hic*, nempe vt cum calice cōueniret, aut ſanguine, qui Latine ſunt maſculini generis. Et ita in Matth. 26. & Marco 14. conuenit cum ſanguine: dicitur enim: *Hic eſt enim ſanguis meus*. Apud Lucam autē cap. 22. & Paulū 1. ad Corinth. 11. cum calice dicitur: *Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine*: ergo in prædictis formis pronomen ſumitur adiectiue, ac proinde ſub eo nihil intelligi poteſt, ſicut ſi ſubſtantiuè poneretur. Quo autem, obſecro, fundamento dici poſſet, in forma cōſecrationis corporis poni ſubſtantiue, in forma autem conſecrationis ſanguinis adiectiue? Adde, quod ſi ſemel admittant aduerſarij, pronomen, *Hic*, in vna formā ſumi adiectiue, eo modo defendere debent veritatem illius, quæ (me quidem iudice) multò faciliùs hac via defenditur. Eodem igitur modo accepto pronomine in alia forma, & nullo alio ſub eo intellecto, alia etiā forma, omiſſis difficultatibus, quas vidimus, defendi, & explicari poſſet.

32

Matth. 26. Marc. 14.

Luca 22. 1. Cor. 11.

33

Aliquorū ſolutio.

Cæterum reſpondent nonnulli, pronomē, *Hic*, in poſteriori forma nondemonſtrare calicem, aut ſanguinem, ſed potum, ſeu liquorem, vt ſenſus ſit, *Hic* (nempe, potus, ſeu liquor) *eſt ſanguis meus*, vt ita etiam ſub pronomine, *Hoc*, in priori forma aliquid aliud intelligatur, & demonſtretur præter corpus, nempe, contentum, aut ſubſtantiam. Verum quis non videat, hunc ſenſum cum illo pronomine, *Hic*, minime quadrare? Primum, quia etiam ſi nullū eſſet nomen maſculini generis, quod potum, aut liquorem denotaret, eodem modo vera eſſet forma illa, *Hic eſt ſanguis meus*. Neque enim ideo eſt vera, quia hæc nomina potus, aut liquoris talis generis ſunt; tunc autem

Improbatur primo.

34

autem pronomen, cum nullo alio conueniret, nisi cum calice, aut sanguine, neque quid aliud demonstraret: ergo & nunc nihil aliud
Secundo. demonstrat. Tum etiam: quia, si sub pronomine, *Hic*, congrue intelligeretur potus, aut liquor, etiam si sanguis esset neutrius generis, cõgrue dicere possemus: *Hic est sanguis meus*, eo quòd pronomen non deberet conuenire in genere cum sanguine, sed cum liquore, aut potu: atqui incongrue tunc diceremus: *Hic est sanguis meus*, sicut, si nunc quis diceret; *Hic est vinum*, etiam si vellet sub illo pronomine, *Hic*, intellere potum, & liquorem: ergo sub illo pronomine non potest potus, aut liquor, vel quid aliud ex parte subiecti intel ligi, sed eo prædicatum proxime demonstra
Tertio. ri. Ad hæc, pronomen masculini generis nũquam sumitur substantiue, vt supra dicebamus, sed semper adiectiue, vt inductione cõstare potest: ergo sub illo nihil aliud intelligere debemus, sed illud ad prædicatum, nempe, ad sanguinem, aut calicem proximè referre, vt ita nihil aliud, quàm calicem, aut sanguinem demonstret.

35 Iansenij sensus probatur primo. Cæterum Iansenius cap. illo 131. concordiæ Euangelicę in illa verba; *Hic est enim sanguis, &c.* nõ dubitat asserere, rectè verti posse formam consecrationis calicis per pronomen neutrum, *Hoc*, atque hanc versionem magis conuenientem esse verbis illis præcedentibus; *Bibite ex hoc omnes*, apud Matthæum.
Secundo. Nam illud, *Ex hoc*, videtur ipse substantiue accipere. Tum etiam quia magis conuenit indeterminatæ demonstrationi substantiæ, quã ipse putat fieri per pronomen, vt cap. præcedẽte ex ipso retulimus. Probat deinde, quia in Græco non solùm est pronomen τοῦτο, Latine, *Hoc*, & non aduerbium loci, *Hic*, sed etiã
Tertio. Cyprianus. pronomẽ est neutrius generis. Postremo cõfirmat, quia Cyprianus in epistola ad Cęcilium sic legit, *Bibite ex hoc omnes: hoc est enim sanguis meus*. Nihilominus affirmat non male nostrum interpretem per pronomen masculinum vertisse, quia frequenter pronomen,
Exod. 16. *Hic*, ponitur pro, *Hoc*, Exod. enim 16. interrogantibus filijs Israel de manna, *Quid est hoc?* scribitur respondisse Moysem: *Iste est panis, quem dedit vobis, &c.* cum potius videretur dicendum; *Hoc est panis, &c.*

36 Reijcitur primo. Ego tamen valde mirorvirum doctum his rationibus conuictum, vt in sua sententia de demonstratione indeterminatę substantiæ per pronomen perseueraret; primum quia illud, *Ex hoc*, quod præcesit, nõ accipitur substantiuè, sed adiectiuè; nam, quamuis in Græco sit neutrum, quia tamen refertur ad ποτήριον, Latine calicẽ, quod Græce etiã est neutrum, vt sensus sit: *Bibite ex hoc calice omnes*, non substantiue, sed adiectiue sumitur. Et quamuis pronomen Latinum Græce, & substantiuè sumptum, congrueret demonstrationi substantiæ indeterminatę, quam ipse contendit, tamen, cum talem demonstrationem his verbis non fieri contendamus, prædi
Secundo. ctaratio sumpta ex demonstratione huiusmodi friuola est. Deinde, quòd in Græco sit pronomen neutrum τοῦτο, Latine, *Hoc*, in verbis cõsecrationis calicis, nõ sufficit, vt dicamus, substantiue ibi sumi: nam, cum nomen Græcum αἷμα, Latine, *Sanguis*, sit neutrũ, & pronomen adiectiue sumptum, quod ad illud refertur, cum eo debeat in genere conuenire, necessario debuit poni neutrum, etiam si adiectiue poneretur. Id quod prudenter obseruans noster interpres, vt diximus, idem pronomen masculine posuit, quia cum sanguine, qui Latine masculinus est, conuenire debebat. Postremo denique, quod attinet ad
Tertio. Cyprianus expõnitur. Cyprianum, rectè notauit Claudius Sainctes repetitione 7. capite illo 7. in emendatioribus codicibus non legi; *Hoc est sanguis*, sed
37 *Sainctes. Pamellius.* *Hic est sanguis*, id quod rectè prius obseruauerat Pamellius Scholiastes Cypriani in epistolam illam, quæ est 3. in lib. 2. nunc autem inter omnes est in ordine 63. vbi plurimas affert lectiones cum pronomine, *Hic*, loco vnius, quæ cum pronomine, *Hoc*, falso irrepsit.

Porrò cum idem Iansenius, omnesque catholici concedere debeant formam consecrationis vini traditam in translatione vulgata, cum pronomine masculino, *Hic*, & cum eo defendere illum optimè, & absque difficultate possint, nihil intelligentes sub pronomine, *Hic*, ex parte subiecti, sed eo proximè relato ad prædicatum; cur, obsecro, cum pronomine neutro substantiuè accepto in tot difficultates incident? Quod enim ipse Iansenius ait, pronomen, *Hic*, aliquando poni loco pronominis, *Hoc*, falsum est, si intelligatur pronomen, *Hic*, poni tunc substantiue; si autem intelligatur poni adiectiuè, etiam si ponatur loco illius pronominis, *Hoc*, substantiue accepti, eius sententia admitti posset; tamen quoties pronomen, *Hic*, ponitur adiectiue, nihil sub eo intelligi potest ex parte subiecti, sed per illud proxime demonstrari debet prędicatum: ac proinde, cum in forma consecrationis vini Vulgatus posuerit pronomen, *Hic*, quod adiectiuè sumendum est, nihil sub eo intelligere potest Iansenius ex parte subiecti, sed concedere debet, eo proximè demonstrari sanguinẽm Christi. Neque vero in eo loco, quem Iansenius adduxit ex
Pronomẽ, *Hic*, nunquam sumitur pro *Hoc*.
38
lib.

lib. Exod. ita ponitur pronomen, *Hic*, loco pronominis, *Hoc*, vt melius poneretur, *Hoc*, quam *Hic*, ſed ita vt, cum poſſet poni pronomen, *Hoc* & *Hic*, poſitum fuerit, *Hic*, potius quam, *Hoc*. Ideò autem poterat poni pronomẽ *Hic*, quia præceſſerat illa interrogatio per relatiuum, *Quid*, & nomẽ, *Hoc*, hoc modo: *Quid eſt hoc?* ad interrogationem autem factam per pronomen, *Hoc*, rectè reſponderi poteſt per ipſummet pronomen neutrum ſubſtantiue acceptum, ſicut erat in ipſa interrogatione, & per pronomen, *Hic*, aut *Hoc*, adiectiue ſumptum: vt ſi quis interroget de fragmento aliquo auri: *Quid eſt hoc?* rectè reſponderi poteſt, *Hoc eſt aurum*, & tunc illud, *Hoc*, in reſpõſo demonſtrat ſubſtantiam illam in vniuerſum, nulla expreſſa ratione peculiari. Sumi etiam poſſet illud, *Hoc*, adiectiue, & tunc oſtẽderet ipſum aurum ex parte prædicati poſitum. Similiter, ſi quis de fragmento panis interrogaret, *Quid eſt hoc?* alius æquè bene reſpondere poſſet, *Hoc eſt panis*, & *hic eſt panis*, & hoc modo reſpondit Moyſes populo interroganti: *Quid eſt hoc?* Verum cum non reſpondetur ad interrogationem factam per, *Hoc*, ſed abſolute interrogatus quis loquitur inepte vteretur pronomine, *Hoc*, neutro, & ſubſtantiue ſumpto cum prædicato maſculini generis, vt ſi diceret, *Hoc eſt ſanguis*, vel, *Hoc eſt homo*, ſicut hactenus probauimus. Et quia verba conſecrationis proferuntur abſolute, non autem tamquã reſponſum huius interrogationis: *Quid eſt hoc?* ideo, licet dicere poſſemus, *Hoc eſt ſanguis*, ſi eſſemus illo modo rogati, tamen, dum conſecrare volumus ſanguinem Chriſti, eo modo loquendi inepte vteremur, & ideo lectio illa, quam Ianſenius contendit apud Cyprianum, *Hoc eſt ſanguis meus*, admittenda non eſt.

Beza. Bezæ quidem nimium placuit lectio illa Cypriani, *Hoc eſt ſanguis meus*, non vt pronomine ſubſtantiue accepto ſubſtantia indeterminate demonſtraretur, ſed vt per illud vinũ demonſtrans, negaret conuerſionem illius, & veritatem ſanguinis Chriſti in Euchariſtia: id quod nullo modo facere poſſet, ſi cũ pronomine, *Hic*, formam legeret. Vt hinc etiam liceat intelligere, multo magis apte contra hæreticos in vtraq; forma pronomen adiectiue poni, quã ſubſtantiue, & vel hac ſola ratione ſententiã cap. præcedente à nobis memoratã, probandã non eſſe, quanto magis alias duas priores? Nam, ſi pronomen ſit ſubſtantiue facilius oſtenderetur panis, & vinum, quam corpus, vt ſupra probauimus, & multo facilius in poſteriori oſtenderetur vinũ, quã quid piã aliud, ſi in neutro genere poneretur, vt volebat Ianſenius: ſic enim non poſſet referri ad ſanguinẽ, ad vinũ autem rectè poſſet. Et quãuis, ſi ſubſtantiue poneretur, referri etiã poſſet, licet difficulter, ad ſubſtantiam contentã ſub ſpeciebus in fine prolationis, tamen adiectiue non poſſet: hoc autẽ modo ſumptum in maſculino genere rectè, facile, & congruè iuxta vulgarem, & familiarẽ modũ loquendi refertur, vt ſtatim videbimus. Cur igitur hunc modũ interpretandi, & intelligendi, licet inter Scholaſticos non ità cõmunẽ, libenter vt probabilẽ nõ cõplectemur? Deinde hæc eadem ſententia, & interpretatio ex vulgari modo loquendi, quo in medio populo vtimur, probari poteſt: nã quis vnquam volens oſtendere patrem, aut fratrem ſuum dixit, *Hoc eſt pater meus*, *hoc eſt frater meus*, ſed, *Hic*, &c. Sic etiam in Scriptura idẽ ſeruatur modus, vt pronomen adiectiue ponatur, & cum prædicato in genere conueniat, ipſumq; demonſtret. Sicut Matth. 3. dicitur *Hic eſt Filius meus dilectus*, & ad Hebr. 9. *Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus.* Si quis autem pro, *Hic*, poneret, *Hoc*, ineptè loqueretur. Si quis vero dicat, ſub pronomine, *Hic*, cũ dico, *Hic eſt pater meus*, intelligi homĩnẽ, vt ſenſus ſit, *Hic eſt homo pater meus*, eodẽ modo impugnãdus eſt, quo ſupra refutauimus eos, qui dicebãt, ſub pronomine, *Hic*, in formã cõſecrationis intelligi potũ, aut liquorẽ. Et ſanè in ea propoſitione, *Hic ſanguis teſtamenti*, &c. ſub pronomine, *Hic*, nihil aliud intelligi poſſe, ſatis conſtat, ſicut etiam, neque in hac, *Hic eſt homo*, vt ita deſinant aduerſarij ſubterfugia excogitare,

Poſtremo, cum apud Hebræos aduerbium loco pronominis ſæpe ponatur, fortaſsis Chriſtus loquens lingua Hebraica, non dixit, *Hoc eſt corpus meum*, ſed, *Ecce corpus meum*, aut ſaltẽ, ſi ità diceret, non minus conſecraret panẽ in corpus ſuũ, quã dicẽdo: *Hoc eſt corpus meum*: idẽ enim eſſet ſenſus: tunc autem nõ demõſtraret aliquid aliud, niſi ipſum corpus, neque intelligeretur ſub eo aduerbio ſubſtãtia, vel contentũ ſub ſpeciebus: ergo neque nunc poſito pronomine intelligi debet.

Hinc autem reſponderi poteſt ad quæſtiõnem propoſitam ſupra diſp. 178. cap. vltimo in fine, vtrum, nimirum ſi æqua nõ eſſet in vinum conuerſa in principio prolationis verborum, conuerſa tamen eſſet antequam prolatio finiretur, fieret tranſubſtantiatio illius in corpus Chriſti: cõſtat enim ex dictis, fore, vt cõuerteretur in corpus Chriſti, etiamſi in principio in vinũ cõuerſa nõ eſſet: quia cũ pronomen, *Hic*, demonſtret ſanguinem Chriſti, qui eſt in fine prolationis, vt dictũ eſt, rectè

Tertium fũdamentũ.

41

Matth. 3. Hebræor.

Vltimum fundamentum.

Dubium ſoluitur.

42

40

ſecũdum fundamentum ab incõuenienti.

39

per illud demonstrari potest sanguis sub speciebus vini illius, in quod aqua cõuersa fuit. Quod vero dicunt aliqui, debere materiam à principio prolationis esse præsentem, parum habet momenti, quia aqua etiam à principio fuit præsens: &, cum pronomen, *Hic*, demonstret solùm sanguinem in fine prolationis, potest illum demonstrare sub speciebus illius vini, in quod aqua conuersa fuit: præsertim cum à principio magna copia vini
43 fuerit præsens; quinimo, si à principio totus calix esset aqua plenus, & antequam finiretur prolatio conuerteretur per Diuinam potentiam in vinum, satis esset, vt tandem virtute verborum in sanguinem Christi transiret; nihil enim obstaret, quominus vere verba enunciarentur nomine Christi, vt patet.

Dissoluuntur obiecta contra præcedentem sententiam.

CAPVT V.

EX Dictis in superioribus liquet, sententiam vltimam non modo probabilem esse, quod communem, & familiarem modum intelligendi, & explicandi in ea sequamur, verumetiam eo ipso idoneam ad cõuincendos hæreticos, & eorum inanes, & fallaces argumentationes diluendas: supereſt tamen, vt nonnulla, quæ contra eam obijci possunt, dissoluamus: quo etiam fiet, vt magis ipsam confirmemus. Primum obijcere quis posset verba illa Concilij Tridentini sessione 13. cap. 4. *Quoniam autem Christus Redemptor noster corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit.* Videntur enim Patres hoc loco, pronomen, *Hoc*, substãtiue sumpsisse, cum aliquid sub eo ex parte subiecti in prædicatione
44 intelligant, nempe, *Id, quod sub specie panis offerebat*, ac proinde prædicta forma hũc sensum reddere videtur, *Hoc* (nempe, quod offertur sub specie panis) *est corpus meum*, idem autem est, quod offertur sub specie panis, & oblatum, seu contentum sub specie panis. Respondeo: Patres Concilij vere dixisse, & ponderasse verba Domini, quia iuxta nullam opinionem ex dictis negari potest, Christum dixisse, esse corpus suum id, quod offerebat: inde tamen non licet inferre, eos sensisse, per illud pronomen proximè fuisse à Christo demonstratum, non corpus suum, sed contentum, seu oblatum sub speciebus, & à sacerdote quouis similiter: nam, si Petrus diceret: *Hic est Pater meus*, nemo dubitaret, per pronomen proximè ipsum Patrem demonstrari, aut ne quis velit (sine fundamẽto quidem) hominem sub illo pronomine prius intelligere, saltem cum diceret, *Hic est homo*, aut *hic est equus*, nemo negare posset, pronomine illo hominem, aut equum proximè demonstrari, & tamen quicumque narrare vellet, quid ille dixisset, non referendo verba ipsa, quibus vsus est, dicere deberet, Petrum dixisse, hominem illum, qui erat in conspectu omnium, esse Patrem suum, aut animal illud, quod ei occurrit esse equum, aut hominem: quia ille, qui narraret dictum Petri, non referret verba illius, sed sententiam alijs verbis vere exprimeret; neque enim quis asserere posset, Petrum, cum dixit, *Hic est equus*, pronomine, *Hic*, demonstrasse animal, cum tamen verè alius narrare posset, Petrũ illud animal, quod ei occurrit, vocasse equum. Hoc idem patet in verbis consecrationis vini. Nam, sicut Patres Tridentini sensum formæ consecrationis panis ita exposuerunt, exponere quoque eodem modo potuissent verba consecrationis vini, hoc modo; *Quoniam Christus Redemptor noster sanguinem suum id, quod offerebat sub specie vini, vere esse dixit &c.* & tamen nemo asserere potest, sub illo pronomine, *Hic*, in prædicta forma intelligi verba illa, *Quod offerebat sub specie vini*, aut similia, sed proxime calicem, aut sanguinem demonstrari. Ex hoc tamen loco Concilij licet nobis manifeste inferre, per pronomina prædicta nõ fieri demonstrationem, simulatque ipsa proferuntur, sicut Autores primæ classis affirmãt, sed per illa demonstrari solũ id, quod in fine est prolationis, siquidem per illa ostenditur id, quod offertur; quod autem offertur, solum est in fine totius orationis.

Primũ obiectum ex Tridentino.

Diluitur.

45

Deinde fere omnes, quos pro alijs opinionibus allegauimus, nobis obijciunt: si pronomine, *Hoc*, corpus ipsum proxime demonstraretur, fore, vt in ea propositione esset tautologia, hoc est, idem esset subiectum, & prædicatum, ac proinde propositio esset (vt Logici vocant) identica hoc modo; *Hoc corpus meum est corpus meum*, quem modum loquẽdi quòd ineptus sit, non esse Christo tribuendum, manifestum est. Respondeo, in prædicta propositione non esse tautologiam, neque eam esse identicam; alioquin, & hæ etiam essent, *Hic est equus: hic est homo*: quod nullus cõcedit. Ratio vero est, quia, vt sit tautologia, & propositio identica, non satis est ex parte subiecti poni pronomen, quod proximè demonstret prædicatum, sed oportet, vt idem

Secũdum obiectum.

46

Dirimitur

homen

nomen eodem modo ſignificans, aut id, quod ſynonymon dicitur, ex parte ſubiecti, & prædicati ponatur, vt ſi dicamus; *Homo eſt homo, corpus eſt corpus, enſis eſt gladius*, ſi tamen non eodem modo ſignificet eamdem rem, neque eſt tautologia, neque identica propoſitio, vt ſi quis dicat; *Hoc eſt animal rationale*, vel è contrario, quia vnum nomen exprimit aliquid, quod aliud confuſè ſignificat. Sic etiam, quamuis pronomen, *Hoc*, demonſtret corpus; tamen, quia non ſignificat expreſſe, & eodem modo idem, quod, *Corpus*, non reddit propoſitionem identicam, neque eſt cauſa tautologiæ, nam pronomen, *Hoc*, ſolum eſt ſignum indicans quamcumque rem præſentem, & ita cuicumque eiuſdem generis neutrius coniungi poteſt, quia nullam rationem illarum ſpecialem expreſſe denotat. Ex quâ doctrina colligere poteris, quam fit friuola ratio eorum, qui eo probant, ens analogice non dici de ſubſtantia, & accidenti, aut ſaltem abſtrahi poſſe vnum conceptum communem illius ſubſtantiæ, & accidentis, & abſolute poſitum non ſumi pro ente ſimpliciter, nempe pro ſubſtantia, ſed pro illo communi conceptu, ſicut animal; quòd alioquin ſequeretur, eſſe identicâ hanc enunciationem, *Subſtantia eſt ens*, & in ea tautologiam admitti. Nam, licèt ens non denotet conceptum illum communem, ſed proximè ſignificet ſubſtantiam, & accidens, vt probabilior opinio fert; tamen quia non eodem modo, neque ità expreſſe ſignificatur ſubſtantia nomine entis, & ſubſtantiæ, ſed nomine ſubſtãtiæ magis expreſſe, ita vere prædicatur de ſubſtantia, vt non reddat identicam enunciationem, neque in ea ſit cauſa tautologiæ.

47

Ens dici vniuoce de ſubſtãtia, & accidenti aliqui male probant.

Vltimum obiectum.

Poſtremo obijcere etiam quis poſſet in hunc modum. Si pronomen, *Hoc*, non poneretur in forma ſubſtantiue, ſed adiectiue, ſequeretur, per illud non neceſſario demonſtrari ſubſtãtiam, ac proinde corruere rationem, qua ſupra diſput. 179. cap. 6. ex vera demonſtratione huius pronominis (quod, nimirum eſſet ſubſtantię) vere eſſe ſub ſpeciebus panis corpus Chriſti, & non manere panem, probauimus. Porrò autem per illud pronome nõ neceſſario demonſtrari ſubſtantiam, niſi ſubſtantiue ponatur, patet; quia adiectiuè poſitum indiſcriminatim oſtendere poteſt ſubſtantiam, & accidens. Sicut enim dicimus, *Hæc eſt homo*, dicere etiam poſſumus, *Hæc eſt albedo*. Reſpondeo, nos non negare, per pronomen, *Hoc*, adiectiue ſumptum poſſe non ſolum ſubſtantiam, ſed etiam accidentia demonſtrari, neque oppoſitum, vt fundamentũ alicuius noſtræ doctrinę ponimus, ſed diſp. 180. cap. 4. ſolum contendimus pronomen, *Hoc*, etiam adiectiue ſumptum, non poſſe per accidentia panis demonſtrare corpus Chriſti, ſi ibi propria ſubſtantia illorum accidentium maneat, quia cum indigeat accidentibus, vt etiam adiectiue ſumptum demõſtret aliquid, & accidentia non indicent alienam ſubſtantiam, quando propria adeſt, neceſſe eſt, vt ſub accidentibus panis ſubſtantia illius non maneat, ſi per illud pronomen etiam adiectiue ſumptum demonſtrandum eſt corpus Chriſti. Qua ratione diximus, non poſſe demonſtrari Angelum exiſtentem in corpore aliquo his verbis, *Hic eſt Angelus*, niſi effectus aliquis illius appareret, & tamen pronomen, *Hic*, adiectiue poneretur.

43

49

Dubitatio proponitur.

Diſſoluitur.

Caietan.

Queret quis, an, ſi ſacerdos vti vellet pronomine ſubſtantiue in forma conſecrationis ſanguinis hoc modo, *Hoc eſt ſanguis meus*, verè conſecraret? Reſpondeo, fore, vt conſecraret, & tunc ſane ſequenda eſſet opinio Caietani, vt ſub illo pronomine, *Hoc*, intelligeretur ex parte ſubiecti aliquid aliud, non quidem quod eſſet ſimul, atque pronomen proferretur, vt contendunt Autores ſecundæ claſsis, ſed quod eſſet in fine, quando iam eſſet ſanguis, vt dicunt, qui ſunt in tertia claſſe: illud autem eſſet, vt ait Caietanus, contentum ſub ſpeciebus ſecundùm rationem ſubſtantiæ in vniuerſum, nulla explicata peculiari ratione illius; non autem ens, vt intelligit Scotus. Ideò autem non admittimus hũc ſenſum in verbis, quibus Chriſtus vſus eſt, & quæ nobis tradidit: tum quia minus aptus eſſet, licet verus, vt præcedente capite monſtrauimus, tum etiam, quia licet pronomen neutrum in forma conſecrationis panis hũc ſenſum pateretur, tamen maſculinum in forma calicis illum non admittit; aliud autem eſt, non admittere prædictum ſenſum, aliud autem eſt, illum tamquam falſum etiam, & minus ſufficientem ad effectum conuerſionis refutare, quod nullaratione iudicamus.

Scotus.

50

Vtrum verba conſecrationis ratione veritatis ſint cauſa conuerſionis, an ratione ſolius ſignificationis, prius quam intelligantur vera. Diſputatio 202.

Verba conſecrationis eſſe vera non ex intentione ſola

sola proferentis, sed ex primaria vocum institutione contra Scotum ostenditur. Cap. 1.
Veritatem verborum consecrationis non esse causam vllo modo effectricem, sed solum finalem conuersionis. Cap. 2.

Verba consecrationis esse vera, non ex intentione sola proferentis, sed ex primaria vocum institutione, contra Scotum ostenditur.

CAPVT I.

1 ANTEQVAM Demonstremus, quo pacto verba consecrationis ratione veritatis sint causa conuersionis prius in hoc capite ostendamus oportet, quo pacto sint vera; quæ sanè res nullo examine, aut notatione indigeret, nisi Scotus peculiarem in hac re sententiam excogitasset. Ille igitur in 4. d. 8. quæst. 2. §. *Aliter ergo potest dici*, post 13. conclusiones in quarum 5. veram sententiam in hac re pronunciauerat, docet, prædictam propositionē iuxta primariam vocum impositionem falsam esse: iuxta intentionem tamen Christi instituentis, & sacerdotis nomine ipsius proferentis esse veram. Hoc autem probat, quia verbum, *Est*, præsentis temporis iuxta primariam eius institutionem ita denotat rem esse, vt ad sui veritatem exigat rē ipso enunciatam, aut demonstratam, esse in aliquo momento totius tēporis, in quo enūciatio profertur. Quia verò putat nō fieri cō uersionem, quæ ad veritatem horum verborū requiritur in vllo temporis momento, quo verba consecrationis proferuntur, ideo asserit, iuxta primariam vocum impositionem, verba consecrationis fore falsa. Verum, quia intentio Christi instituentis verba illa pro tali effectu, & sacerdotis in persona Christi pro eodem illa proferentis est, vt statim post prolationem perfectam fiat conuersio, & nō antea, ideo, inquit, nunc veras esse tales enunciationes.

Opinio Scoti.

2 Scotum hac in parte sequitur Gabriel, lectione 48. in canonem Missæ, litera Q. & R. Quorū sententia mihi nullo modo probatur: ex ea enim sequitur, Christū Dominū non reliquisse verba consecrationis, & propositionem illā in antiquā suā significatione, quām ex cōmuni hominū consensu habebāt, sed in aliam significationem ea mutasse, ita vt iam deinceps alio modo rem esse denotarent, quā antea denotassēt, aut deinceps denotarent, si in sua antiqua significatione permanerent. Hoc autem absurdum est: neque enim Christus mutare voluit omnium linguarum significationem in verbis consecrationis, cum de tali mutatione non constet, sed illa vsurpans de medio populo, earum significatione efficere voluit conuersionem. Et certè sentētia Scoti, si vera esset, labefactaret nobis efficacissimum argumentum, quo contra hæreticos supra disp. 179. c. 6. vti sumus ad probandā ex veritate verborū consecrationis veritatē corporis Christi: nam, vt dicebamus disp. citata, cap. citato, credibile nō est Christum in vltimo suo testamento, & expressa voluntate vsum fuisse verbis metaphoricis, vt hæretici contendunt: hoc autem multo tolerabilius esset, quā mutare significationē enūciationis, & aliam eius significationem nouiter instituere. Si ergo nulla est admittenda metaphora in ea, vt diximus, multo minus concedi debet aliqua noua significationis institutio, & antiquæ mutatio.

Gabriel. Reijcitur.

3 Contra Scotum igitur Caietanus in art. 3. huius quæstionis, & Sotus in 4. d. 11. q. 2. artic. 5. OKam in quodlib. 2. quæst. vlt. in corpore, & ad tertium dubiū, vbi loqui videtur de omni etiā propositione de præsenti in vniuersum, & Recentiores passim rectè docēt, primum, nullā propositionem veram esse quā diu eius durat prolatio, sed cum primum finita est, & hoc negare certe nō potest Scotus, nam verba enunciationis non dicuntur significare proferentibus, sed audientibus, hos enim solū facimus venire in cognitionem rei enūciatæ, & ideo 1. p. disp. 57. c. 2. diximus, mensuram significationis vocum non ex proferente, sed ex audiente sumendam esse. Hinc autem fit, vt quamdiu durat prolatio, neque vere, neque falsè enunciatio significet, semper enim indifferēs est, vt ei addatur aliquid, quo vera sit, & aliquid etiam, quo falsa reddatur in mente audientis, licet in mente proferētis veritas illius iam determinata sit. Neque vero Scotus hoc negauit: solūm enim cōtendit, ad veritatē propositionis de præsenti, etiamsi solū vera sit, cum primū cessat prolatio, requiri, vt id, quo enunciatur esse de præsenti, eodē omnino tempore sit, quo enunciatur esse, & nō sufficiat, si enūciatur de præsenti, paulò post futuram esse. Facile autē intelligitur, quo pacto propositio, quæ est in voce, incipiat esse vera, cum primùm non est, nam cum

Opinionis veræ prima pars. Caietanus. Sotus. OKamus.

Propositio est vera, cum primum finitur eius prolatio.

4

veritas, aut falſitas in voce, ſolum ſit ſicut in ſigno per extrinſecam ſolum denominationem, vt 1. part. diſp. 77. cap. 4 fuſius oſtẽdimus, recte poteſt dici ei aduenire, quando nó eſt. Deinde contra Scotum docent, vt propoſitio aliquid de præſenti enuncians eo modo, quo diximus, ſit vera, ſatis eſſe, ſiid, quod enunciat, & demonſtrat vt præſens, proximè, aut paulò poſt futurum ſit, ſic enim in communi æſtimatione, & opinione hominũ præſens intelligetur: nam, cum temporis præſentis phyſice nihil habeamus, niſi inſtans, quod neque vulgus aduertit, neque ſcit: tempus præſens vulgariter accipitur pro paulò ante præterito, & paulò etiam poſt futuro: vocum autem ſignificatio ſecundum vulgi opinionem, quod illis vtitur, metienda eſt. Cæterum nonnulli hanc doctrinam limitant, vt ſolum in propoſitionibus practicis locum habeat, eoquòd illud, quod ſignificant, efficere debent, ac proinde illud eſſe nequit ante finitam prolationem; in ſpeculatiuis autem ſententiam Scoti veram exiſtimant. Quam limitationem aliquo modo indicare videtur Caietanus in commentario articuli 5. §. *Circa conſignificationem in fine*. Ego vero cenſeo, abſque firma ratione hos Autores ex parte Scoto cõſenſiſſe. Nã in ſpeculatiuis etiam appoſitiſsima habemus exempla enunciationum, quæ, cum ſint de præſenti, veræ ſunt, quia res, quam vt præſentem enunciant, paulò poſt futura eſt, aut quam oſtendunt, vt præſentem, paulò poſt apparitura eſt. Nam, ſi quis dicat, *Ecce ego, iam taceo*, & ſtatim tacere incipiat, *Ecce ego iam manduco*, & ſtatim manducare incipiat: & ſi quis gemmam abſconditam haberet, & diceret; *Hæc eſt pretioſiſsima gemma*, quam ſtatim finita enunciatione in lucem proferret, iudicio vulgi, & omnium prudentum verum diceret: ergo tam in practicis, quàm ſpeculatiuis enunciationibus regula tradita contra Scotum veriſſima eſt. Cumque Sotus in eo art. 5. §. *Circa ſecundam concluſionem*, vtatur primo illo exemplo pro hac doctrina contra Scotum, planè exiſtimat, tam in ſpeculatiuis, quàm practicis veram eſſe. His etiam adde aliud exemplum: nam, ſi laicus ſimul cum ſacerdote diceret: *Hoc eſt corpus Chriſti*, verum diceret, & tamẽ eius oratio eſſet ſpeculatiua. Ratio vero a priori eſt, quam ſupra etiam de veritate ipſa tradidimus: nam cum præſens vulgo accipiatur non pro ſolo inſtanti, ſed pro tempore etiã paulò poſt futuro, recte etiam oſtenditur, & enunciatur verbo de præſenti, quod ſtatim futurum eſt.

Secunda pars.

5

Aliquorũ limitatio.

Caietanus. Improbatur.

6

Sotus.

Veritatem verborum conſecrationis non eſſe cauſam vllo modo effectricem, ſed ſolùm finalem conuerſionis.

CAPVT II.

HACTENVS Fuſe ſatis diſputatum eſt de ſignificatione, & veritate verborum conſecrationis, eoquòd verborum veritas, & ſignificatio ad effectum Sacramentorum plurimum refert. Iam vero ſolum reſtat, vt dicamus, qua ratione veritas, & ſignificatio huius formæ cum conuerſione, quę eſt effectus illius comparetur. Id autem, quod de his verbis dicendum, de verbis aliorum Sacramentorum, & de ſignificatione eorum dictum puto. Eſt igitur difficultas, vtrũ veritas ſit prior ex parte efficientis, an poſterior, & quo pacto dici poſsit cauſa conuerſionis. Nonnulli Recentiores Theologi exiſtimarunt, neque ſignificationem verborum, neque eorum veritatem prius natura eſſe ex parte efficientis, quam ſit conuerſio; eoquòd, cum ſignificatio, & veritas verborũ ſit entis rationis, nec poteſt eſſe cauſa, neque ratio agendi: horum tamen ſententia nullo modo admittẽda eſt, nam cum Concilium Tridentinum ſeſſione 13. cap. 3. definit, & tota Schola docet, vt ſupra vidimus diſp. 185. cap. 2. quædam eſſe in hoc Sacramento virtute verborum, quędam vero ex naturali connexione, & concomitantia: quid aliud, obſecro, per virtutem verborum, niſi ſignificationem intelligere poſſunt? Adde, quòd omnia Sacramenta eatenus dicũtur operari quatenus Sacramenta ſunt, hoc eſt, ſigna. Quod vero ſignificatio, & veritas ſit entis rationis ſolum obeſt, ne ſit phyſica cauſa, aut ratio agendi, nihil tamen obſtat, quominus, aut ſit conditio phyſici inſtrumẽti volũtarie à Deo aſſumpti, aut ſaltem moralis. Dem. Sot. in 4. d. 11. q. 1. art. illo 5. non longe à fine contra Scotum cenſet, non ſolã ſignificationem, ſed etiã veritatẽ propoſitionis eſſe cauſam cõuerſionis, putatque eſſe ſententiã S. Thomę, quã expreſſe tradidit etiã Caietanus in hunc artic. 5. in principio. Verum, quia omnis cauſa, aut conditio cauſæ debet ei eſſe prior ſuo effectu, ac proinde veritas in hac propoſitione deberet eſſe prior conuerſione; enunciatio autem in verbis conſecrationis vera eſſe non poteſt, niſi per

7

Ratusque ſtionis.

Prima opinio.

Confutatur. Conc. Trid.

8

Sotiſentẽtia.

Caietanus.

per conuenientiam cum ipſa conuerſione. In explicatione huius ſententiæ Caietanus, & Sotus non parum laborant, neque inter ſe conueniunt. Caietanus diſtinguit duplicem veritatem, alteram practicam, alteram ſpeculatiuam, & aſſerit, veritatem ſpeculatiuam, quę conſiſtit in conuenientia enunciationis cum re enunciata, non conuenire huic propoſitioni vllo modo, prius quam ſit cõuerſio, & ita hanc veritatẽ non eſſe cauſam, aut cõditionem, aut rationem cauſæ conuerſionis:

9 quia cauſa, aut conditio, aut ratio cauſæ debet eſſe prior natura effectu. Veritatem autẽ practicam, inquit, prius natura cõuenire verbis, quã ſit conuerſio, & hanc eſſe cauſam, ſeu conditionẽ cauſæ ipſius conuerſionis. Conſiſtit autẽ veritas practica ex ſententia Caietani in eo, vt verba efficacitatẽ habeãt ex ſe ad conuertendum panem, ſicut enunciant, ratione cuius efficacitatis dicitur (inquit ille) intellectus practice, ſeu cauſaliter verus: & de priori ſolum veritate, nempe ſpeculatiua, putat eſſe intelligendum dictum illud Ariſtotelis 1. lib. Perihermenias cap. 9. *Ab eo, quod res eſt, vel non eſt, propoſitio dicitur vera vel falſa.*

Ego vero hanc ſubtilem diſtinctionẽ Caietani non intelligo: nam, quamuis propoſitio quandoque habeat ſignificationem practicam, & quandoque ſpeculatiuam, tamen in vtraque ſignificatione veritas eodem modo ſumenda eſt ex cõuenientia cum re, quã enunciat; nulla enim eſt propoſitio quantumuis practica, quæ non enunciet rem eſſe, aut non eſſe. Dicitur autem practica propoſitio, eoquod per illam ratione ſignificationis aliquid efficitur, & ita non ſolum enunciat, rẽ eſſe, ſed efficit id, quod enunciat; ſpeculatiua autem, quia non efficit, ſed tantum enunciat, aliquid eſſe, aut non eſſe. Porrò, omnem veritatem ſumendam eſſe eodem modo ex eo, quod enunciat, etiam ſi in practica propoſitione ſit, oſtendi ex profeſſo 1. 2. diſp. 58. c. 1. & 2. Et quamuis ſecundum opinionem aliquorum in eo differat practica à ſpeculatiua veritate, quod practica deſumatur non ſimpliciter ex eo, quod enunciat eſſe, vel non eſſe, ſed ex eo cum ordine ad appetitum rectum,

10 tamen nullus hactenus negauit, ſumendam eſſe ex eo, quod enunciat eſſe, aut non eſſe, neq; vllus præter Caietanum hoc loco dixit, veritatem conſiſtere in efficacitate ſola verborũ, quaſi ideo ſint vera verba, quia efficiunt id, quod ſignificant.

Sotus vero oppreſſus difficultate præſente, ad cõmunem illam diſtinctionẽ prioris, & poſterioris in diuerſo genere cauſæ, quæ non rãro in ſimilibus vulgus vti ſolet, tãquã ad aſſillum confugit: inquit igitur in eodẽ prorſus temporis momento verba conſecrationis eſſe vera, & conuerſionem fieri, vnum tamen eorum eſſe prius altero in diuerſo genere cauſæ. Nam ſicut ventum intrare per feneſtram prius eſt in genere cauſæ efficientis, quã aperire illã, è contrario vero in genere cauſæ materialis priùs aperitur feneſtra, quã vẽtus intret, ita etiam, inquit, in præſenti in genere cauſæ efficientis prior eſt veritas propoſitionis, quam conuerſio, eoquod propoſitio 23
practica, qualis eſt forma conſecrationis, talis eſt, vt ſit cauſa ſuæ veritatis, illamque ſecũ afferat, ac ſi dicatur, quia propoſitio eſt vera, fit conuerſio. In genere autem cauſæ obiectiuę prior natura eſt conuerſio, quã veritas propoſitionis: ac ſi dicatur, inquit, quia res ita ſe habet, propoſitio illa vera eſt. Adhibet deinde aliud exemplum de ordine executionis, & intentionis: nam in vno ordine, nempe executionis, prior eſt cauſa efficiens, in alio verò, nempe, intentionis, prior eſt effectus efficientis, qui eſt finis.

Verũ quam extra rem propoſitam hęc Soti Philoſophia ſit, ex doctrina, quam 1. 2. diſp. 211. c. 3. tradidimus, facile oſtendemus. Negare quidem non poſſumus, eamdem rem poſſe eſſe priorem, & poſteriorem altera in diuerſo genere cauſę, non ſub eodẽ actu, & ordine, ſed ſub diuerſis, nempe priorem in inductione, & poſteriorem in receptione, veluti forma genita ex parte efficientis prior eſt in actu inductionis, quã priuatio oppoſitæ, quia efficiens inducendo illam expellit aliam. Ecõtrario verò carere oppoſita forma, prius eſt, quàm recipere formam ab efficiente, & hoc quidẽ contingit in exemplo venti intrantis per feneſtram, qui motu ſuo eam aperit, & ita prius eſt intrare, quam aperire: è contrario verò, vt recipiatur à loco, prius eſt ſublatũ eſſe impedimentũ feneſtræ, quã vt ventus intra recipiatur, vt patet ex ijs, quæ in ea diſputatione, & capite diximus. At in præſenti certe ego non video, quo pacto hæc doctrina locum habere poſſit, hic enim non poteſt conſiderari duplex ordo, alter ex parte efficientis, qui ſit in inductione formæ, alter ex parte paſſi, qui ſit in receptione, vt manifeſtum 13
eſt: alios autem duos ordines agentis, & paſſi nemo aſſignauit. Quod enim Sotus ait, alterum ordinem eſſe in genere efficientis, alterum verò in genere cauſę obiectiuę, falſum eſt: quis enim vnquam inter efficiens, & obiectum hos duos ordines hactenus conſtituit, præter Sotũ, qui cum non haberet, quid aſſignaret ex parte materię ad obiectũ, quod

Duplicem veritatem aſtruit Caietan.

Ariſtotel.

Caietani ſententia nõ placet.

Quid ſit practica veritas explicatur.

Soti exiſtimatio.

Reijcitur.

Idem poteſt eſſe prius, & poſterius in diuerſo genere cauſæ.

potius ad genus cauſæ formalis tribuentis ſpeciem reducitur, ſine fundamento ſe conuertit. Adde, quòd, cum ipſe contendit aſsignare prius, & poſterius in vnoquoque genere, ſecũ manifeſtè pugnat: inquit enim, propoſitionem practicam, qualis eſt forma conſecrationis, eſſe cauſam ſuæ veritatis, nempe, in genere cauſæ efficientis. Hinc autem perperam colligit, ideo prius in genere cauſæ efficientis propoſitionem eſſe veram, quã ſit conuerſio: nam potius è contrario inferre debebat. Etenim, ſi ipſa eſt cauſa ſuæ veritatis, debet eſſe cauſa, faciendo id, quod ſignificat, videlicet, conuerſionem: ergo vt ſe ipſam efficiat veram, efficit conuerſionem, & faciendo conuerſionem, ſe facit verã. Quo igitur pacto prius vera eſt in genere cauſæ efficientis, quam efficiat conuerſionem? & quidem ſi vera prius eſſet, vt faceret conuerſionem, non poſſet vllo modo intelligi vera, antequam efficeret, ex eo, quod enunciaret rem eſſe ſicut eſt.

13 Contradictionis notatur Sotus.

Mihi igitur placet ſententia Scoti in 4. d. 8. q. 2. §. illo, *Aliter ergo*, longè poſt medium vbi proponit hanc difficultatem: inquit igitur, verba conſecrationis eſſe cauſam conuerſionis, non ratione veritatis, neque quatenus vera, ſed ratione ſigni Sacramentalis a Chriſto inſtituti, hoc eſt, ſolum, quatenus ſignifi cant. Quam quidem rationem in propoſitione ipſe conſiderat vt priorem ipſa veritate, & indifferentem ad veritatem, & falſitatem. Cũ hac doctrina concordat S. Doctor in hoc artic. 5. ad 3. vbi dicit, ſignificationem formę præintelligi rei ſignificatæ ordine naturæ, ſicut cauſa naturaliter eſt prior ſuo effectu. Nó dixit, veritatẽ horum verborum prę intelligi rei ſignificatæ tamquam cauſam, ſed ſignificationem. Et in art. 4. ad 3. eodẽ modo loquitur. Verum in corpore art. 5. oppoſitum videtur dixiſſe, quod neſcio, qua ratione defendi poſsit: inquit enim in hæc verba: *Ita veritas huius loquutionis non præſupponit rem ſignificatã, ſed facit eã.* Niſi forte facere eam idem ſit apud Doctorem Sanctũ, quod eſſe cauſam illius aliquo modo. Nam, cũ veritas ſit cauſa finalis ipſius rei, hac ratione dicetur facere eã, ſeu cauſare, vt inferius explicabitur: ſola igitur ſignificatio, vt prior veritate, eſt cauſa inſtrumentaria efficiens conuerſionis, vt initio explicatum eſt. Ipſa tamen veritas eſt effectus ſignificationis in eodem genere; nihilominus eſt cauſa finalis conuerſionis. Nam ex eo, quòd ex Diuino mandato à ſacerdote hęc verba ita ex ſe ſignificantia aſſumantur, hanc vim habent ex Diuina voluntate, vt efficiant id, quod ſignificant, & ſuam ſignificationẽ in ſe ipſis compleant, atque effectu ipſo veram efficiant, ne verba diuinitus aſſumpta falſa ſint, ſi effectu fruſtrentur. Atq; hinc etiam ſequitur, veritatem eſſe cauſam finalem huius virtutis, quã habent verba: ideo enim ſimplici vocum ſignificationi contulit Chriſtus hanc virtutem, vt nomine ipſius prolata veritatem conſequerentur. Quocirca quando Concilium Tridentinum ſeſſione 13. cap. 4. ex veritate verborum colligit veram præſentiam carnis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, & conuerſionem panis, & vini, non ex cauſa efficiente, ſed ex effectu, & à poſteriori euidenter deduxit, vt diſp. 181. cap. 9. monſtrauimus.

15

Conc. Trid.

Scoti opinio vera.

S. Thoma.

14 Exponitur.

Sotus tamen impugnat hanc ſententiam: quia, nimirum, conſiderari non poſsit propoſitio ſignificans, quin etiam verè, aut falſè ſignificans intelligatur. Verum argumentum friuolum eſt, nã ſignificatio vniuerſale quid eſt reſpectu falſæ, aut veræ ſignificationis, & ita prius: quia ab eo non valet ſubſiſtendi conſequentia, ſicut ab animali ad hominem, aut equum non valet, & à ſubiecto ad formas contrarias, & ideó priora ſunt; non quod ſignificatio ſit genus veri, & falſi, ſed quod ſit veluti ſubiectum commune veritatis, & falſitatis, ſicut ſubſtantia contrariorum accidentium, vt docuit Ariſtotel. in prædicamentis capit. 1. de ſubſtantia.

Sotj argumentũ diluitur.

Ariſtotel.

ARTICVLVS VI.

Vtrum forma conſecrationis panis conſequatur ſuum effectum, ante quam perficiatur forma conſecrationis vini.

16

CONCLVSIO Eſt affirmans, & de fide, communi totius Eccleſiæ conſenſu, & traditione cõfirmata: omnes enim Chriſti fideles docemur, ſtatim poſt cõſecrationem panis Chriſtum ſub ſpecie panis adorare: & hac de cauſa Eccleſia Latina præcipit, vt ſtatim Sacramentum coram toto populo eleuetur: nã in cap. *Sanè, De celebratione Miſſarum*, præcipitur, vt Parochi frequenter populum doceant, vt quoties in Miſſarum ſolennijs hoſtia eleuatur, Sacramentum reuerenter adorent. Hic diſputant nonnulli, an ita neceſſarium ſit ſacerdoti, ſub vtraque ſpecie conſecrare, vt neque Pontifex in tali præcepto vllo modo diſpẽſare valeat, cómodius tamen infra diſp. 223. de hac re diſſeremus.

Caput *ſanè.*

QVAE-

QVÆSTIO SEPTVAgeſima nona, De effectibus Sacramenti Euchariſtiæ.

POSTQVAM S. Doctor de eſſentia Sacramenti, & de iis, quæ ad eam pertinent, exacte diſputauit, iã incipit de effectibus illius agere, ante quã de vſu, & ſumptione illius ex parte fidelium tractet.

ARTICVLVS I.

Vtrum per hoc Sacramentum conferatur gratia.

Notationes circa doctrinam Articuli.

Quid per gratiã intelligatur.

CONCLVSIO Eſt, *Hoc Sacrãmentum gratiam confert.* Per gratiam non intelligit hic S. Doctor auxiliũ gratiæ, quod per ſanctam cogitationem nobis communicatur, ſed gratiam qua vt forma iuſtificamur, nẽpe, habitualem. Cum vero hæc nobis conferatur primũ ad remiſsionem mortalis, deinde ad augmentum iuſtificationis, in hac concluſione non definit S. Thomas, conferri nobis gratiã determinate, vno, aut alio modo, ſed ſolũm in vniuerſum reſpondet cõferri nobis gratiã. In ſolutione autem primi docet, hanc gratiam conferri nobis ad augmentum iuſtificationis, quę dicitur ſecunda gratia, non tamen eodem modo, quo confertur in Cõfirmatione. In art. autem 3. tractat, an virtute huius Sacramenti conferatur nobis prima gratia iuſtificans ad remiſsionem peccati mortalis.

Explicatur ſolutio ad primum.

Doctrina ſolutionis primi argumenti indiget explicatione: eo quod difficilius ſit, neque enim ſolum docet S. Thom. quemlibet adultũ, & paruulũ conſequi gratiã ex aliquo voto huius Sacramenti; ex voto inquã, quod ipſe per ſe, vel quod Eccleſia pro ipſo habeat: quod qua ratione verũ ſit, explicuimus ſupra diſp. 169. c. 4. ſed etiã addit hæc verba; *Vnde ex efficacia virtutis ipſius eſt, quod etiam ex voto ipſius aliquis gratiã cõſequatur, per quã ſpiritualiter viuificetur.* Quæ ſanè difficilia ſunt: nam, quãuis per contritionẽ, aut Sacramẽtũ Pœnitentię à peccatis mortalibus iuſtificemur, & hęc in ſe habeãt votũ Euchariſtię, tãmẽ efficacitas horũ ad primã iuſtificationẽ non prouenit ex efficacitate Sacramenti Euchariſtiæ: licet enim nõ fuiſſet Sacramẽtũ Euchariſtiæ inſtitutũ, eiuſdẽ eſſet efficacitatis ad primã iuſtificationẽ Sacramẽtũ Pœnitentiæ. Et licet Sacramẽtũ Pœnitentiæ nõ eſſet, eiuſdẽ efficacitatis eſſet cõtritio, cũ tamẽ poſt inſtitutionẽ Sacramenti Pœnitẽtiæ, votum illius in ſe contineat, vt in tractatu de contritione oſtendemus.

Quid per votum Euchariſtiæ intelligatur.

Senſus igitur S. Thomę eſt, per votũ Euchariſtię tã adultos, quã paruulos iuſtificari, nẽpe, per Sacramẽtũ Baptiſmi, aut etiã Pœnitentię, votũ autẽ in paruulis intelligitur non propriũ, ſed Eccleſiæ, cuius voluntate ſuſcipiunt Baptiſmũ. Nã, vt diſp. 169. ca. 3. vidimus, licet hoc Sacramentũ non ſit dicẽdum neceſſariũ ad ſalutẽ in re, vel in voto, ſicut dicitur eſſe Sacramentũ Pœnitentiæ; tamẽ votũ huius Sacramenti neceſſariũ eſt. Quod vero poſtea inquit, ex efficacitate huius Sacramenti prouenire, vt quis per votũ ipſius conſequatur primã iuſtificationẽ, per quã à motu peccati viuificetur, intelligendũ eſt de efficacitate ipſius Chriſti, qui in hoc Sacramento continetur, non autẽ de Sacramento ipſo, prout ſpecies etiã continet, & à Chriſto inſtitutũ eſt: ex eius enim virtute, & efficacitate prouenit, vt Sacramentũ Baptiſmi, & Pœnitẽtiæ, in quibus eſt votũ Euchariſtię, vim habeat iuſtificãdi à peccatis, nõ ex illo prouenit in Sacramento, ſed ex illo abſolutè. Ex illo etiã prouenit, vt detur adultis ſpiritus cõtritionis, per quẽ extra Sacramentum iuſtificẽtur, licet ipſa contritio ex ſe non indigeat noua virtute, vt vim habeat iuſtificãdi, ſicut d. 169. c. 2. fuſius demonſtrauimus. Et hunc ſenſum indicauit Caiet. in cõment. §. *In reſponſione ad primũ*, & cõgruit doctrinæ, quam S. Doct. tradidit in corpore articuli in prima ratione. Nã virtutẽ cõferendi gratiã, inquit, cõuenire huic Sacramẽto ratione eius, quod in ſe cõtinet, nẽpe, ratione Chriſti, qui eſt autor omnis gratię, & Sacramentorũ. Demum id, quod ait idẽ S. Doctor in ſolut. 2. nempe virtute huius Sacramenti cõferri nõ ſolũ augmentũ gratię habitualis, & aliorũ habituum virtutũ, ſed etiã excitari feruorẽ charitatis, ea ratione verũ eſt, qua diximus in 2. tomo, diſp. 131. c. 7, gratiã Sacramentalẽ, quæ Sacramentis adſcribitur tãquã effectus, non eſſe ſolũ gratiã habitualem, ſed etiã auxilia quędam, quæ vocãtur actualia. & de qua in hoc tomo diſp. 169. c. 3. & 4. diximus, hoc Sacramentũ virtutem habere præſeruandi à mortalibus, nempe, tribuendo auxilia illa gratiæ actualia ad non peccandum.

Caietanũ

ARTICVLVS II.

Vtrum effectus huius Sacramẽti ſit adeptio gloriæ.

CONCLVSIO Eſt, *Hoc Sacramentũ non tantum, quod attinet ad rem contentã, ſed etiam ratione Sacramenti, eſt cauſa, vt gloriam adipiſcamur*, quę concluſio, & doctrina articuli diſput. 204. cap. 5. explicabitur.

An hoc Sacramentum ſummenti conferat augmentum iuſtificationis. Diſput. 203.

Hoc Sacramentum conferre ex opere operato augmentum gratiæ habitualis, & iuſtificationis, indubitatum eſſe debet. Cap. 1.

Hoc Sacramento gratiam augeri certo quodã momento temporis poſt ſumptionem, non tamen quamdiu in ſtomacho eſt. Cap. 2.

Hoc Sacramento conferri ex opere operato augmentum gratiæ habitualis, & ſatisfactionis, indubitatum eſſe debet.

CAPVT I.

1 NVLLVM Scio hãctenus fuiſſe hæreticum, qui huius Sacramenti virtutem ad ſanctificandam animam ſpeciatim de medio tolleret, præter eos, qui omnium Sacramentorum efficacitatẽ in vniuerſum negarunt, horũ autẽ, tam antiquorum, quam Recentiorum errores ſigillatim, fideliterq; recẽſui in 2. tomo diſp. 131. ca. 2. inter quos, & Maſſalianos, ſeu Euchitas, & Armenios, quos Theologi nõnulli falſo putant efficacitatem Euchariſtiæ ſpeciatim negaſſe, eo loco memoraui. Inter effectus autẽ huius Sacramenti primo loco â Scholaſticis numeratur augmentum iuſtificationis, & gratiæ habitualis: id quod nonnulli putant, expreſſe ab Eccleſia definitum eſſe, & à Patribus perſpicue traditum. Primũ quidem definitũ ab Eugen. IIII. in decreto fidei, quod eſt in Conc. Florent. poſt. ſeſſ. vlt. §. *Tertium eſt*, & in Conc. Vienn. ſub Clemente V. vt habetur in Clementina vnica, *De reliquijs, & veneratione Sanctorum*, & in Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 20. idemque colligi ex Concil. Later. ſub Innocentio III. vt refertur in cap. *Firmiter. De ſumma Trinitate, & fide catholica*, & ab eodẽ in cap. *Cum Marthæ. De celebratione Miſſarum*. Videtur autem multò clarius definita in epiſtola Concil. Alex. ad Neſtorium, quæ recepta fuit poſtea ab Epheſino, & eſt 10. inter epiſtolas Cyrilli: ibi enim dicitur; *Ad myſticam benedictionem accedimus, & ſanctificamur, participes facti pretioſi corporis, & ſanguinis Chriſti*. Ibi etiam caro Dei viuificatrix dicitur, eoquòd vitam tribuat. Deinde putant, hanc doctrinam expreſſe à Patribus traditam, citantq; Baſilium ſermon. 1. de Baptiſmo cap. 13. vbi huic Sacramento tribuit nutritionem animæ, vt effectũ proprium illius, & ſerm. 14. de paſſione Domini. Cyrillum lib. 4. in Ioannem c. 16. Chryſoſt. lib. 6. de ſacerdotio, & homil. 45. in Ioannem & 83. in Matthęum, qui hoc Sacramentum vocant alimentum animę; ac proinde ei quoque nutritionẽ ſpiritualem tribuunt. Demum allegant Autorem ſermonis de cœna Domini apud Cyprianum, vbi inquit, hoc Sacramento nos ſanctificari. Cumque, vt infrà oſtendemus, non ſit inſtitutum ad ſanctificationem primam, quæ fit à peccatis mortalibus, conſequẽs fit, hunc Autorem de ſecũda ſanctificatione, quę fit per augmẽtũ gratię habitualis, & iuſtificationis intelligendũ eſſe.

Poſtremo dicunt, omnes Scholaſticos in ea eſſe ſententia, vt dicant, rem hanc ad fidẽ catholicã pertinere, citantque S. Thom. in hoc artic. Magiſt. in 4. d. 9. & 12. Innocent. libr. 4. de myſterijs Miſſæ c. 44. Alenſ. 4. p. q. 41. & alios ex antiquis; ex Recentioribus vero, qui cõtra hęreticos diſputarũt Ruard. Tapp. in art. 15. Clicthou. lib. 2. de Euchariſtia c. 8. Hoſiũ in cõfeſſione catholica cap. 39. & 40. Claud. Sainct. repet. 6. de Euchariſtia ca. 12. Petr. Sot. lib. de inſtit. ſacerd. lect. 11. de Euchariſtia. Caniſi. in cathech. tit. de Euchar. §. 9. Hieron. Torrenſ. in confeſ. Auguſtiniana c. 6. de Euchar. §. 10. & 11. & Card. Bellarm. lib. 4. de Euchar. ca. 17. quos omnes, excepto Clicthou. ego legi, & non ſolũ in eis, præter quã in Card. Bell. & in Dom. Sot. in 4. d. 11. q. 2. art. 1. nullã inueni mẽtionẽ definitionis Eccleſiæ, quod attinet ad gratiæ habitualis augmentum, quod per hoc Sacramentum dicitur conferri, verum etiam non pauci ex illis de tali augmento non loquuntur, ſed potius

Maſſaliani. Armenij.

Quam certũ ſit augmuntũ iuſtificationis eſſe effectum Euchariſtię.

Nonnulli cenſent eſſe de fide. *Conc. Flor. Viennenſe, Conc. Trid.*

Conc. Late. Cap. Firmiter. Cap. Cum Matth. Conc. Ale. Conc. Eph. Cyrillus.

2 Allegãtur Patres pro ſuperiori placito, & Schola ſt. *Baſilius. Cyrillus. Chryſoſt.*

Pſeudo Cyprian.

S. Thomas. Magiſter. Innocent. Alenſis. Tapper.

Clicthouæus. Hoſius. Sainctes. Petr. Soto. Caniſius

Hier. Torr. Bellarmin.

3 *Sotus.* Quę ex teſtimonijs allegatis immeritò adducantur.

tius, cum de effectu huius Sacramenti mentionem faciunt, ad fructum actualis deuotionis, & dilectionis recurrũt, quinimo ex Scholasticis Alexander 4. part. quæst. 41. mem. 2. in antiqua impressione, in noua autem quæstion. 10. memb. 8. articul. 2. quem prædicti Theologi allegant, quòd asserat, definitum esse ab Ecclesia, per hoc Sacramentum iustificationem, seu gratiam habitualem secundũ suam substantiam in nobis augeri, dissertis verbis affirmat oppositum: inquit enim, virtute huius Sacramenti tale augmentum gratiæ secundum essentiam ipsius non fieri, sed solum augeri secundum robur, ne homo succumbat tentationibus, & in medicinam contra venialia conferri, à quibus per hoc Sacramentum homo etiam curatur. Hoc autem necessario intelligit ratione solius auxilij gratiæ actualis, quæ datur sumenti hoc Sacramentum, vt licèt nullum augmentum gratiæ habitualis secundùm essentiam illius in se recipiat, magis ac magis per auxilium actuale roboretur contra tentationes, ne illis succũbat, & contra venialia, vt ab eis mundetur. Eamdem sententiã sequutus fuit postea Bonauentur. in 4. dist. 12. part. 2, art. 1. quæst. 3. qui etiam ea sola ratione, qua & Alexander concedit augeri charitatẽ, & virtutes in nobis per hoc Sacramentum: docet enim, nos magis, ac magis per illud Deo vniri nõ aucta charitate secundum essentiam, sed ratione maioris feruoris, ad quem excitamur contra venialia, & maioris (vt ipse ait) radicationis, nempe, ad perseuerantiam per auxilia actualia, quę virtute Eucharistię nobis donãtur. Probant vero ea ratione, quia si gratia habitualis secundum essentiam virtutẽ huius Sacramenti in nobis augeretur, crescere in nobis in immẽsum, quod facile credi nõ potest.

Alensis opositam habuit sententiam.

4

Bonauen. similis Alexand.

Certũ de inde est vi huius Sacramenti cõferri augmentũ gratiæ habitualis.

5

Ego vero existimo, iam ab Ecclesia definitum esse, per hoc Sacramentum ex opere operato augeri gratiam habitualem in nobis, ac proinde ipso in nobis effectum suum eo modo, quo diximus, operante, nos magis iustificari: ita vt, si simul etiam per idem Sacramentum conferatur nobis auxilium gratiæ, quod actuale vocant, & eo excitati secũdum virtutem operemur, non tantum ratione illius boni operis crescamus in iustificatione semel accepta, sed etiam incrementũ ipsius habitus gratiæ, quod ex opere operato virtute Eucharistiæ recepimus, magis iusti reddamur. Quod quidẽ augmentũ gratiæ habitualis ex Scholasticis cõcedunt Gabriel lect. illa 58. in canonẽ litera S. & Petrus Sotus loco allegato, Ruardus Tapper. in illo art. 15. §. *Manifestum est*, circa finem, Domin. Sotus in 4. d. 11. q. 2. art. 1. S. Thom. in hoc art, ad 1. & ad 2. & Ricard. in 4. d. 12. art. 5. q. 2. qui hãc sententiam, vt probabiliorem amplectitur, quãuis opinionem Alexandri, & Bonauenturę vt probabilẽ etiam videatur referre, & alij, quos non oportet sigillatim recensere, est enim res hæc in confesso apud Theologos. Omissa vero definitione Concilij Viennensis in illa clementina vnica. *De summa Trinitate, & fide catholica* §. *Adhæc*, ibi enim solum definitur vt probabilior sententia eorum, qui dicunt, tam paruulis, quam adultis infundi in Baptismo gratiam informãtem, quam nos habitualem vocamus, & virtutes: omissis etiã definitionibus eiusdem Concilij in Clementina vnica: *De reliquijs, & veneratione Sanctorũ*, & Concilij Lateranensis in cap. *Firmiter. De summa Trinitate, & fide catholica*, & cap. *Cum Marth. De celebratione Missarum*, quas Alexander, & Bonauentura explicare possent de effectu huius Sacramenti per auxilia gratiæ virtute ipsius collata, non de augmento habitus, & sanctificationis ex opere operato per formam habitualem, sicut etiam Patrum testimonia superius allegata: sufficiat nobis definitio Eugenij IIII. in decreto illo fidei, & Concil. Trident. atque testimonium Christi Ioann. 6. Eugenius IIII. in eo decreto fidei §. *Tertium est*. de effectu huius Sacramenti inquit: *Huius Sacramenti effectus, quem in anima operatur digne sumentis, est adunatio hominis ad Christum, & quia per gratiam homo Christo incorporatur, & membris eius vnitur, cõsequens est, quod per hoc Sacramentum insumentibus digne gratia augeatur, &c.* Vbi Pontifex plane loquitur de ea gratia, per quam tamquam per formam, vnitatem cũ Christo cõsequimur, & cum eo incorporamur. Porrò autẽ nõ posse intelligere auxiliũ gratię, quod actuale vocãt, ex definitione quoque Concil. Trid. & ex illo loco Ioann. inferius deducemus. Adde, quod Eugen. cũ in illo decreto, §. *Quinto Ecclesia sacramẽta, &c.* definit, Sacramẽta nouę legis eo differre ab antiquis, quod gratiã, quã significãt, cõtineãt, & eã digne suscipientibus cõferãt, antiqua vero eã solũ per Christũ cõferẽdã figurabãt, plane per gratiã intelligit, quã Scholastici vocãt gratũ faciẽtẽ, & formaliter iustificãtẽ per quã Sacramẽta cõmuniter definiuntur, quod sint signa ei sacrę formaliter sanctificantis nos, nullusque hactenus Sacramenta definiuit eo modo, vt sint signa auxilij gratiæ conferendę. Quamuis autem definitionem Concilij Tridentini sessione 13. cap. 2. si ea solum attendatur, suo modo explicare possent Alexander, & Bonauẽtura, tamen si conferatur, cum ijs, quę alibi

S. Thom. Ricardus.

Conc. Vien.

6

Conc. Later.

Probatur ex Eugen. IIII.

Conc. Trid. Ioann. 6.

7

Conc. Trid.

Gabriel. Petr. Sot.

Ruardus. Dom. Sot.

idem Concilium definit, non poteſt de grā-
tiæ habitualis augmento non intelligi, ver-
ba Concilij in eo capite ſunt: *Sumi autem vo-*
luit (nempe Chriſtus) *Sacramentum hoc tam-*
quam ſpiritualem animarum cibum, quo alan-
tur, & confortentur, viuentes vita illius, qui di-
8 *xit: Qui manducat me, & ipſe viuet propter me,*
& tamquam antidotum, quo liberemur a culpis
quotidianis, & a peccatis mortalibus præſerue-
mur. Vbi in primis contra Bonauenturam, &
Alexandrum notandum eſt, præter duos ef-
fectus, quos ipſi aſsignant huic Sacramento,
nempe, præſeruationem à mortalibus, & cu
rationem à venialibus, alium aſsignaſſe Con-
cilium, nempe, nutritionem, & augmentum
ſpiritualis virtutis. Porrò, per hoc augmen-
tum non intelligi ſolùm auxilium actuale,
quod per hoc Sacramentum conferatur ad
excitandum feruorem charitatis, ſed aug-
mentum vitæ, & ſanctitatis, quod ex opere
operato virtute Sacramenti ſtatim confer-
Cõcilijmẽs de augmẽto gratiæ habitualis. tur, ex alijs locis eiuſdem Concilij Tridenti
ni colligitur. Nam ſeſsione 7. canone 6. de
Sacramentis, de omnibus Sacramentis in vni-
uerſum definitur, continere gratiam, quam
ſignificant, & ipſam non ponentibus obicem
conferre: per gratiam autem planè intelligit
9 non auxilium actuale, aut ſanctam cogitatio
nem, ſed gratum facientem, quæ eſt ſancti-
tas animæ noſtræ. Canone autem 7. definitur
ſemper, & omnibus, quantum eſt ex parte
Dei, hoc eſt, niſi obicem ponant, dari gratiã:
friuola autem videretur definitio, ſi de ſolo
auxilio gratiæ, non autem de ipſa gratia ſan-
ctificante, & gratum faciente intelligeretur.
Nam, cum auxilium gratiæ ad rectè operan-
dum, quod virtute huius Sacramenti confer
tur, etiam in ijs, qui rectè diſpoſiti ſunt, non
ſemper efficax, & congruum ſit, ſi definitio
de ſolo ſufficiente, & non efficaci intellige-
retur, friuola eſſet: friuolum enim eſſet, hũc
effectum tamquam præcipuum omnibus Sa-
cramentis nouæ legis aſsignare. Canone au-
tem 8. damnantur, qui dixerint, Sacramenta
nouæ legis non conferre gratiam ex opere
operato, ſed ſolam fidem diuinæ promiſsio-
nis ad gratiam conſequendam ſufficere, vbi
gratia, de qua bis mentio fit, eodẽmodo vſur
patur: conſtat autem, ab hæreticis, qui dice-
bant, ad conſequendam gratiam ſufficerere
fidem promiſsionum, gratiam vſurpari non
pro auxilio, ſed pro gratia gratum faciẽte a-
pud Deum, quamuis eam perperam aſsignẽt:
ergo, & definitio de ea etiã intelligenda eſt.

10 His definitionibus adde teſtimonium illud
Ex Ioann. 6. ſtabilitur præfata ve ritas. Chriſti Ioannis 6. *Qui manducat meam carnem,*
& bibit meum ſanguinem, habet vitam æternã,
nempe, virtute ipſius carnis quam manducat:
nemo enim vitam æternam habere dicitur
in ſe ipſo, niſi viuat vita gratiæ, & iuſtifica-
tionis: ergo, qui manducat carnem Chriſti in
Euchariſtia, virtute illius viuit vita gratiæ,
quotieſcumque illam manducat: nam ſenten
tia Domini non eſt de eo, quod quandoque
contingit, ſed de eo, quod ſemper accidit: at
qui virtute Euchariſtiæ nemo incipit viuere
vita gratiæ, & iuſtificationis, niſi ſecundùm
quorumdam opinionem quandoque, & ex ac
cidenti: ergo intellexit Chriſtus per vitam
æternam augmentum iuſtitiæ, & gratiæ. Cũ-
11 que non ſemper detur homini ſumenti Eu-
chariſtiam virtute illius augmentum iuſtifi-
cationis per bonum opus meritorium: ſequi
tur, augeri iuſtificationem, per incrementum
gratiæ habitualis. Idem argumentum eodem
modo fieri poteſt ex eo, quod ſtatim Chri-
ſtus ſubiecit: *Qui manducat meam carnem, &*
bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in
eo, non enim intelligit Chriſtus, ſe manere in
ſumente Euchariſtiam, quamdiu ſolum du-
rat præſentia ipſius realis ſub ſpeciebus, ſed
quandiu ille nõ incidit in mortale, vt omnes
fatentur: atqui Chriſtus non dicitur manere
in aliquo hoc peculiari modo, niſi fiat cum
eo vnus ſpiritus, & vnus ſpiritus fieri cum
eo non poteſt, niſi per incrementum iuſtifi-
cationis; ergo per hoc Sacramentum iuſtifica
tio augetur. Hinc autem rectè colligere poſ
ſumus, ſicut paulò ante, augeri iuſtificationẽ
ſemper per incrementum habitus gratiæ.

Eodem modo arguere poſſumus ex defini
tione Concilij Alexandrini ſuperius allega- Conc. Alex.
ti. Nam, ſi ad myſticam benedictionem acce
dentes ſanctificamur (nempe ſemper) neque
enim de eo, quod quandoque tantum fieret,
ſic loqueretur Cõcilium, ſequitur, virtute hu
ius Sacramenti nos ſemper iuſtificari; nõ qui
dem prima iuſtificatione, vt ſupra diximus:
ergo incremento illius: cumque hoc non fiat
ſemper actu aliquo, ſequitur, ſemper fieri hoc
incrementum in ipſo habitu virtute ſolius Sa- 12
cramenti ex opere operato.

Verũ enim verò, quãuis augmentũ gratiæ
habitualis ſit effectus cõmunis pluribus Sacra
mẽtis, ſicut etiã prima iuſtificatio eſt Baptiſ
mo, & Pœnitentiæ, nihilominus differt incre
mẽtũ, quod cõfertur virtute huius Sacramẽ
ti, ab incremẽto, quod per alia cõfertur, non
quidẽ ſecũdũ ſe, cũ ſit eadẽ gratia, quæ auge
tur, ſed ratione finis, & auxiliorũ gratiæ, quæ
ei ſunt præparata ad eũdẽ finẽ: nã cætera ad
effectus peculiares cõferũt hoc augmẽtũ, vt
de vno quoq; ſuis locis diximus, & deinde di
cemus, at vero virtute Euchariſtiæ confertur

hoc

hoc incremẽtũ ſpeciebus cũ Chriſto, ſed etiã vna caro vt diſ. 204. explicabitur: tũ etiã ad excitãdum feruorẽ charitatis contra venialia, & contra omnia mortalia, vt perſeueremus in vita, quæ eſt proprius effectus nutritionis: nam nutritione, quæ fit ex cibo, ſuſtentamur. Quod vero Alexander, & Bonauentura afferebãt in confirmationem ſuæ ſententiæ, friuolum eſt, nam licet augeatur gratia gratũ faciens, & charitatis habitus ex opere operato virtute huius Sacramenti, non ſequitur abſurdum, nempe, quod nimium creſcamus in ſanctitate, & iuſtificatione, ſumentes quotidie digne hoc Sacramentum; ſi enim abſurdũ non eſt, eum, qui exiſtens in gratia quotidie exercet ſe in bono aliquo opere, quotidie etiam creſcere in ſanctitate apud Deum, & habitum iuſtitiæ in eo augeri, ſicut 1. 2. diſput. 220. cap. 3. monſtrauimus, cur abſurdum putari debet, eum, qui quotidie digne ſumit Euchariſtiam, virtute illius quotidie etiam in gratia, & iuſtificatione apud Deum per augmentum gratiæ habitualis creſcere? Porro, præter augmentum gratiæ habitualis hoc Sacramentum etiam tribuere auxilia quædam gratiæ, eodem modo certum eſt, ſicut de alijs Sacramentis in vniuerſum diximus ſupra tomo 2. diſput. 131. cap. 7. quamuis hoc Sacramentum ad finem ſuum peculiarem illud tribuat, vt ſupra notauimus: quare in hac re non eſt neceſſe amplius immorari.

Diluitur argumentũ Bonau. & Alexand.

13

Hoc Sacramento gratiam augeri certo quodam momento temporis poſt ſumptionem, non tamen quandiu in ſtomacho eſt.

CAPVT II.

IAM Vero paucis explicare oportet, quo tempore Euchariſtia gratiam confe rat; eſt enim de hoc Sacramento peculiaris difficultas, quæ in alijs Sacramentis locum non habet. Quod vero attinet ad tempus, duo ſunt, quæ poſt Caietanum diſputari cœperunt, vnum eſt de initio temporis, quo Euchariſtia incipit in nobis gratiam operari; alterum de toto tempore, quo eius in nobis efficacia durat. Circa prius autem, quædam ſententia falſò adſcribitur Maiori in 4. diſt. 9. q. 1. quod nimirum dixerit, hoc Sacramentum eo temporis momento incipere in nobis operari, quo melius ad illud diſpoſiti ſumus, in cuius confutatione nõ eſt opus immorari: tum quia talis opinio non eſt Maioris, tum etiam, quia cuiuſcumque ea eſſet, nullũ fundamentum haberet, in re præſertim quæ ex ſola Dei voluntate pendet. Illius vero ſententia fuit, fortaſſe hoc Sacramentum operari gratiam quocumque tẽpore, quo recipiens illud, eſt in gratia; non dixit: *Quo eſt melius diſpoſitus*, ſed quo eſt in gratia, ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, nec oppoſitum alicui conſtare poſſe, affirmat. Hoc autem dixit, vt defenderet hoc Sacramentũ in nobis operari, quamdiu Chriſtus ſub ſpeciebus illius reipſa manet, etiam intra ſtomachum, quod ſane ad alterum ſpectat, quod in hoc capite examinandum propoſuimus.

Quædam ſententia falſo tribuitur Maioris.

Extenuatur adductus Maioris ſententia.

Circa prius igitur de initio temporis, quo Euchariſtia in nobis incipit operari, Recentiores nonnulli ſupponunt in primis, re ipſa eſſe terminum quemdam indiuiſibilem, quo diſtinguitur manducatio ab eo, quod non eſt manducatio: nam cum manducatio conſiſtat in motu traiectionis cibi per guttur in ſtomachum, quandiu cibus eſt in ore (inquiunt illi) proprie non manducatur, quia nondum traijcitur, neque quãdo eſt in ſtomacho, quia iam traiectus eſt: ergo aſsignandus eſt terminus indiuiſibilis in gutture, per quem, dum cibus tranſit, manducari dicatur, & antequã ad illum perueniat, & poſtea non manducetur. Hoc ſuppoſito primum probabile eſſe putãt, quamuis hoc Sacramentum conferat totum ſuum effectum ſimul abſque vlla ſucceſſione, quandoquidem nulla eſt ratio ſucceſſionis ex parte ſubiecti, nihilominus nõ conferre illum in aliquo primo inſtanti noſtri temporis ſed in aliqua duratione indiuiſibili reſpõdente noſtro tempori diuiſibili, per quod totum durat traiectio cibi per illum terminum in ſtomachum. Verum cum iam 1. par. diſput. 229. cap. 10. oſtenderimus, omne illud, quod producitur totum ſimul non poſſe non incipere per primum ſui eſſe, & ita durationẽ intrinſecam ipſius non poſſe non reſpondere primo alicui inſtanti noſtri temporis; hic modus philoſophandi admittendus non eſt; præſertim, cum iuxta illum dicendum neceſſario ſit, actionem inſtrumentariam ſpecierum durare per aliquod tempus, poſtquam gratia iam producta eſt, & ita Sacramentum non tantum concurrere ad productionem gratiæ, ſed etiã ad illius conſeruationẽ, quod ſuperuacaneum videtur. Nam cur potius tanto tempore duraret actio Sacramenti, cum in minori eſſe poſſet, facilis ratio aſsignaretur, nimirum, quia Deus potius voluit, vt duraret actio per tan-

15

Recentiorum ſenſus

Exp'oditur iſte ſenſus.

16

Duæ diſputationis partes.

14

Prior quãdo Euchariſtia incipia in nobis producere gratiã

tum tempus, quàm per aliud tempus minus.

Diſcurſus Recentiorum.

Probabilius vero exiſtimant, totam actionem Sacramenti eſſe in inſtanti noſtri temporis, & in eo gratiam ab ipſo productam incipere. In aſsignando vero inſtanti nimium curioſe philoſophantur. Dicunt igitur, vno ex tribus modis hoc inſtans aſsignari poſſe: primo modo, ita vt cum prima ſuperficies Sacramenti peruenerit ad punctum, ſeu terminum illum indiuiſibilem gutturis, ante quē non eſt manducatio, tunc operetur gratiam. Nam, cū Chriſtus (inquiunt) ſit in omnibus indiuiſibilibus ſpecierum, virtute cuius hoc Sacramentum producit gratiam, poterit ratione illius indiuiſibilis eam producere; eo quòd, licèt Sacramentum manducatum non ſit, eſt tamen ſufficienter iam applicatum, vt ab interiori virtute nutriente attrahi poſsit. Secundo modo, inquiunt, gratiam produci poſſe à Sacramēto in eo inſtanti, in quo maxima pars ſpecierum primùm eſt vltra prædictum terminum in gutture aſsignatum, quodquidem (me iudice) nullo modo aſsignari poteſt: cū enim non ſit primum indiuiſibile poſt illud, quod eſt in medio ſpecierum, & æqualiter diſtat ab extremis, non poterit eſſe primum inſtans, in quo primùm maxima pars ſpecierum vltra terminum illum traiecta ſit.

Primus modus Recentiorum: ſignandi primū inſtans productionis gratiæ.

17

Secundus.

Tertius.

Tertio modo, dicunt, gratiam poſſe produci in primo inſtanti, in quo tota hoſtia primùm manducata iam eſt, ſeu in quo ſtomachū primùm attigit. Inutile tamen iudico, in his difficultatibus examinandis immorari. Et quā uis negari non poſsit, ſpecies vere manducari, cum ſunt in ore, & intra dentes conterūtur iuxta ſignificationem verbi, *Manduco*, tamen certo decerni non poteſt, vtrum Euchariſtia, dum exiſtit in ore; an vero ſolum dum traijcitur, vel ſolùm in ſtomacho gratiā operetur, cum hoc ſolum pendeat ex voluntate Dei: quare eius etiam iudicio reſeruari debet, vtrum ille, qui dignè ſumpſit Euchariſtiā, eamque habens in ore moritur, antequā illam traijciat in ſtomachū, fructum illius recipiat, an non.

Incertum eſt, quando Euchariſtia conferat gratiam.

18

Alterum vero, quod in hoc capite examinā dum propoſuimus, maioris momenti eſt, nempe, an Sacramentum continuo in nobis gratiam operetur, quandiu Chriſtus ſub ſpeciebus, etiam in ſtomacho perſeuerat. Caietanus in hunc articulum affirmat, toto tēpore, quo perſeuerat Chriſtus ſub ſpeciebus in ſtomacho, gratiam in anima noſtra continuo operari. Maior quoque loco citato fortaſſe ita fieri, putat. Idemque docet Ruardus Tapper artic. 15. §. *Manifeſtum*, poſt medium illius. Allegatur quoque pro hac ſententia Paludanus in 4. diſt. 17. q. 8. num. 30. qui eſt in fine: ibi tamen ſolùm docet, hanc vim habere Sacramentum hoc in ſtomacho, vt recedente fictione, ſi prius non contulit gratiam propter fictionem recipientis, illa recedente gratiam operetur: quod quidem recte docere potuit Paludanus, etiam ſi doceret, ſemel collata gratia per hoc Sacramentum in ipſa ſumptione, nihil deinde amplius Sacramentum operari, niſi ad ſupplendum id, quod initio ob fictionem recipientis non contulit: quod ſane tolerabilius eſſet, quam id, quod Caietanus contendit, vt infra videbimus. Sententiam vero Caietani, vt ſupramemorata eſt, ſequuntur vt probabilem nonnulli Recentiores, ita vt quamdiu Chriſtus eſt ſub Sacramēto in ſtomacho, operetur gratiam in anima, quoties homo per actum deuotionis nouiter diſponitur: non tamen ſi ſolum ſemel in principio diſpoſitus fuit. Probat vero illam primum, quia cum nihil contineat contra Sacramenti inſtitutionem, multumque hoc modo deferatur Diuinę erga nos miſericordiæ, & excellentiæ huius Sacramenti, non eſt cur tāquam probabilem opinionem, non amplectamur. Deinde, quia huic Sacramento tribuitur vita ſpiritualis tamquam effectus, eo quod Chriſtus maneat in eo, qui ipſum ſumit, iuxta illud Ioann. 6. *Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Poſtremo, quia hoc Sacramentum aſsimilatur cibo corporali, qui, quamdiu in ſtomacho eſt, virtutem tribuit; & ad nutritionem operatur.

Poſterior pars quæſtionis.

Caietani mens.

Maior. Ruardus.

Paludanus non eſt in ſuperiori opinione.

19

Recentiores affirmāt ſi quādiu Chriſtus eſt in ſtomacho fit noua diſpoſitio, nouam dari gratiam. Probatur primo.

Secundo.

Ioannis. 6.

Tertio.

Verùm hæc opinio nullo modo probanda eſt, eamque iure optimo refellunt Dominicus Sotus in 4. diſt. 12. q. 2. art. 1. & Ledeſma 1. p. quarti quæſt. 20. art. 1. atque contrariam eſſe doctrinæ S. Thomæ pronunciat: nā q. 80. art. 8. ad 6. docet, ideo potius inſtitutum fuiſſe ab Eccleſia ieiunium ante ſumptionem huius Sacramenti, quàm poſt illam, quia in ipſa ſumptione Sacramenti maxima requiritur deuotio, eo quòd in ea perficiatur effectus Sacramenti, quòd ſi poſt ſumptionem, quamdiu eſt in ſtomacho, etiam Sacramentū operaretur, quoties noua deuotio adeſſet, ratio S. Thomæ, eiuſque doctrina friuola eſſet. Hinc etiam patet, Recentiores, qui priorem ſententiam ſequuntur, non rectè explicare mentem Doctoris ſancti, cum dicūt, per māducationem huius Sacramenti ipſum intelligere, non ſolum actionem ipſam ſumēdi, ſed terminum illius, qui poſt ſumptionem manet. Similiter etiam patet, Beatum Thomam non ſolum dixiſſe id, quod certum eſt, nempe, in ipſa

Improbatur opinio ſuperius dicta. *Sotus. Ledeſma. S. Thomas.*

20

ipsa sumptione Sacramentũ operari, sed etiã negasse, post sumptionẽ nihil operari: & ita non rectè dixisse Recentiores, exponentes mẽtem illius, vnum dixisse, aliud autem subticuisse, non tamen negasse.

21 Ratio improbãdi dictam sententiam.

Ideo autem prædicta sententia mihi non probatur, quia Autores illius præter cõmunem sensum, & id, quod antea in Ecclesia de effectu huius Sacramenti certum habebamus, nouum modum, aut tempus, in quo eius operatio duraret, sine antiquo Autore, aut alio firmo fundamento, excogitarũt. Neque enim satis est, potuisse hoc Sacramentum à Christo ita institui, vt ipsi volunt, eoque modo Dei erga nos misericordiam commendari: nam, cum institutio & effectus Sacramenti ex sola voluntate Christi pendeat, nihil noui circa illam asserendum est, quod non sit communi sensu Ecclesiæ firmatum, aut ex ipsa institutione de qua manifeste constat, efficaci ratione colligatur. De voluntate enim Christi non est temerè, & absque fundamẽto aliquid asserendum: ante tempora autem Caietani cõmunis sensus catholicorum erat, in ipsa sumptione, & manducatione semel gratiam conferri; quo igitur fundamento post sumptionem ipsam virtutem efficiendi Sacramento ipse tribuere potuit?

Ex prædicta quoque sententia nonnulla sequuntur incõmoda, quæ licet Recentioribus Theologis, vt in prædicta sententia permaneãt, nullius momẽti videantur, mihi non parua visa sunt. Primum est, eum, qui indigne sumpsit hoc Sacramentum, posse fructum illius recipere, si quandiu species in stomacho durãt de peccato doleat & disponatur: quod sane ex dictis necessario cõsequitur, immerito autem ab aduersarijs concedi patet, est enim contra cõmunem sentẽtiam. Nam, licet Sacramento Pœnitentiæ non pauci hanc tribuãt virtutẽ, tamen Sacramento Eucharistiæ nullus eã concedit præter paucos, qui omnibus Sacramentis in vniuersum eam etiam adscribunt. Porro nulla videtur subesse ratio, ob quam Recentiores, qui hanc sequuntur sententiam, cum negent hoc Sacramentum operari recedente fictione, postquam species in stomacho non manent, illud cõcedant manentibus speciebus. Secundum incommodũ, quod sequitur, est, continuo augeri gratiam, in eo, qui digne sumpsit Sacramentum: quod quidem Recentiores ea conditione libenter concedunt, dummodo toto illo tempore continuetur actualis dispositio recipientis: putãt enim, vt vidimus, hoc Sacramentum in stomacho existens nouam gratiam non operari, nisi noua etiam tunc adsit dispositio: hoc tamen minime constat cum communi opinione, quam de dispositione ad fructum huius Sacramenti ipsi sequuntur. Nam, cum iuxtà illam nulla sit necessaria actualis deuotio tãquam dispositio ad effectum huius Sacramenti in ipsa sumptione, vt ipsi etiam fatentur, sed sufficiat, si ipse, qui recipit illud, sit in gratia: cur, quæso, ad operationem Sacramenti existentis in stomacho dispositionem actualis deuotionis exposcũt, nisi vt vim præsentis argumenti quoquo modo declinare videantur? Caietanus, & alij id, quod diximus, ingenue concedunt: nam quamuis Caietanus censeat, necessariam esse actualem deuotionem in sumptione ad effectum huius Sacramẽti, eã tamen non existimat necessariam, vt Sacramentum existens in stomacho operetur.

Ea sequuntur incommoda. Primum.

22

Secundum

23

Caietanus.

Tertium, quod sequitur est, peccare mortaliter peccato sacrilegij specialis, non solũ eum, qui sumpsit indigne hoc Sacramentum, sed etiam eum, qui, postquam illud dignè recepit, aliquod peccatum mortale, vel luxuriæ, vel furti cõmittit eo tempore, quo probabiliter credi potest, species Sacramenti absque corruptione in stomacho manere, quod, licèt Recentiores prædicti ingenue concedant, præter cõmunem tamen sensum esse cõstat: nimis enim seuera sententia videtur, dãnare aliquem noui peccati, vbi sufficiẽs ad id fundamentum non est: hic autẽ nullum est, siquidem omnes Theologi hactenus cũ Paulo 1. ad Corinth. 11. solum de ijs, qui indigne sumunt Sacramentum dicunt, iudicium sibi manducare, & bibere: nullus autem dixit, iudicium sibi retinere eum, qui indigne Sacramentum in stomacho retinet. Porro autem, hoc incõmodum ex opposita sententia sequi, probatur: quia, sicut peccatum est sacrilegij manducare Christum in Eucharistia in statu peccati mortalis, eo quòd eo ipso impeditur effectus illius, cum in manducante supponat vitam, ita quoque idem genus peccati erit cõmittere peccatum mortale eo tempore, quo Christus creditur in stomacho permanere, quia eodem modo impedimentũ opponitur nouo effectui Sacramenti.

'Tertium in commodum.

1. Cor. 11.

24

Sequitur præterea, non solum actu peccare eum, qui in statu peccati mortalis manducat Sacramentum, sed etiam eum, qui in eodẽ statu retinet Sacramentum in stomacho, ita vt non solùm tunc maneat in statu peccati sacrilegij per modum habitus, sicut contingit transacto iam actu, sed etiam actu peccare, quod etiam Recentiores, coacti quidem vi argumenti, immerito tamen concedunt.

Quartum, quod sequitur ex opposita opinione, est, eo vtilius esse sumere Sacramentum

Quartum

tum Euchariſtiæ, quo maior quantitas ſpecierum ſumitur. Cum enim, quo maior eſt quantitas ſpecierum, eo magis in ſtomacho
25 Sacramentum perſeueret, eo maior erit fructus illius. Ex quo etiam effectum eſt, vt propter hanc maiorem vtilitatem, quæ ex prædicta ſententia ſequi videtur, aut plures hoſtias conſecratas, aut vnam maioris quantitatis homines ſumere ſtudeant. Reſpondent tamē Recentiores prædicti, id, quod diximus, minimè ſequi, quia effectus huius Sacramenti non creſcit ex ſola quantitate Sacramenti, & ex eo ſolùm, quòd in ſtomacho perſeueret, ſed ex noua diſpoſitione, ita vt, ſi tota diſpoſitio ſimul eſſet, ſimul etiam totus effectus daretur: ac proinde, quòd ſucceſsiue cōferatur, dicunt prouenire ex defectu diſpoſitionis, quæ non ſimul, ſed ſucceſsiue adhibetur, atque hoc modo minimè ſequi, vt curare debeant homines magnam quantitatem ſpecierum huius Sacramenti ſumere. Verum reſponſum hoc facile refelli poteſt: nam, quamuis verum eſſet, hoc Sacramentum permanens in ſtomacho, non operari gratiam in nobis ſine noua diſpoſitione, nihilominus rectè ſequitur, vtilius eſſe maiorem quantitatē ſpecierum ſumere: nam quò maior quantitas ſumitur, magis perſeuerat Chriſtus ſub illis in ſtomacho. Ex quo fieret, vt ſi ibi exiſtens adhibita noua diſpoſitione, nouā gratiā in nobis produceret, vtilius eſſet, quo Chriſtus magis in ſtomacho maneret, quia ſemper eſſet locus maiori fructui per nouam diſpoſitionem; cui tamen locus non eſſet, ſi minus in ſtomacho eſſet; tum quia quò magis Chriſtus in ſtomacho eſſet, plures actus habere poſſemus deuotionis, per quos diſponeremur: tum etiam, quia quamtumuis magna diſpoſitio,
26 aut quamtumuis multę diſpoſitiones ſimul in ipſa ſumptione fuiſſent, ſemper eſſet locus nouæ diſpoſitioni, & nouo effectui Sacramēti, quamdiu Chriſtus ſub illo in ſtomacho maneret, & eo pluribus diſpoſitionibus, ac proin de maiori effectui, quò magis ibi maneret. Quare ſatius eſſet aduerſarijs, id, quod inferimus, ſicut & alia ingenue fateri. Curandum nihilominus eſſet, ne maior quantitas ſpecierum mulierculis ignorantibus daretur, quia licet tolerabilis eſſet vſus propter opinionem Caietani, & aliorum, facilè tamen introduci poterat falſa opinio de virtute huius Sacramenti, vt eo maior exiſtimaretur, quò plures eſſent ſpecies panis, aut quò maior quātitas illarum eſſet: iuxta noſtram autem ſententiā id, quod diximus de magna quantitate ſpecierū, aut de pluribus ſpeciebus, ſi ſimul ſumantur, nempe, non ideo maiorem effectum in nobis operari, dicendū eſt de pluribus ſpeciebus ſucceſsiue ſumptis, quando pro eodē Sacramento accipiuntur: ſicut fieri ſolet à ſacerdote, cū plures conſumit, tunc enim non maior effectus gratiæ in nobis fit, ſed totus effectus tribuitur ſpeciebus, quæ primo ſumuntur.

Reſpōſio Recentiorum.

Refutatur

Illatio ex doctrina vera.

An præter vnionem ſpiritus cū Deo per charitatem virtute huius Sacramenti peculiari vnione caro noſtra cum carne Chriſti vniatur. Diſputatio 204.

Virtute huius Sacramenti nos conſequi ſolā vnionem ſpiritualem cum Chriſto per charitatem, nonnulli in Complutenſi, & Salmāticenſi Academia docuerunt. Cap. 1.

Virtute Euchariſtiæ inter carnem noſtram, & carnem Chriſti, etiam corruptis ſpeciebus, peculiarem vnionem manere, probabilior ſententia eſt, Patrum, & Theologorum autoritate firmata. Cap. 2.

Variæ expoſitiones prædictæ doctrinæ, & teſtimoniorum Patrum refelluntur. Cap. 3.

Vera ratio vnionis inter carnem noſtram cum carne Chriſti, quæ fit per hoc Sacramentum, & à Patribus aſſeritur. Cap. 4.

Additis corollarijs præcedentis doctrinæ, diſſoluuntur argumenta aduerſariorum. Cap. 5.

Virtute huius Sacramenti nos conſequi ſolam vnionem ſpiritualem cum Chriſto per charitatem, nonnulli in Complutenſi, & Salmanticenſi Academia docuerunt.

CAPVT I.

ANTE Quadraginta ānos in noſtra Hiſpania Cardinalis Mendoça Epiſcopus Burgenſis, non minus literis, quā ſanguine illuſtris, habens ſermonem ad populum, publicè docuit, per hoc venerabile Sacramentū digne ſumptum

1 Card. Mēdoça ſententia nos per Euchariſtiā cōſequi realem & ſubſtantialem vnionem cū Chriſto

sumptum fideles non tantùm consequi vnionem charitatis, & affectus cum Christo, sed etiam realem, & substãtialem, naturalemque vnionem carnis suæ cum carne eius. Quę propositio non paucis Theologis illius ætatis principijs fidei nostræ parum consentanea vîsa est. Atque hac de causa idem Cardinalis, vt eam ab omni nota defenderet, librum scribere compulsus fuit, vbi eam luculenter Sanctorum testimonijs confirmauit. Et quãuis verum sensum illius non tam apertè exposuerit, quam opus esset, nihil tamẽ docuit, quod syncerę fidei aduersaretur, nihil enim absurdi ex ijs, quæ aduersarij illi obijciebant, aut ex opinione illius siniſtre intellecta colligere sibi videbantur, ille vmquam concesſit.

Aliorum Theologorum se opponentium superiori sententiæ mens. Petrus Martinas.

Hi ergo Theologi, quibus prædicta sententia non placuit, ita ex opposito opinati sunt, vt volentes Cardinalis sententiam omnino declinare, dixerint, nullam aliam in nobis vnionem fieri, qua dicamur vnum cũ Christo, nisi charitatis, quæ est per affectum, â qua sentẽtia non longe abest Petrus Martinus, primus Scoti interpres in Complutensi Academia, & deinde primarius Theologiæ professor in Siguntina, vt inferius videbimus. Horum autẽ opinio confirmari potest primũ duobus testimonijs: deinde duabus rationibus. Alterũ testimonium est Autoris sermonis de cœna Domini apud Cyprianum, qui de institutione huius Sacramenti ita scribit; *Fidei nostræ infirmitas edocetur visibilibus Sacramentis inesse vitæ æternæ effectum, & non tã corporali, quã spirituali transitione, Christo nos vniri*: & paulo inferius, loquens de participatione spiritus, quæ fit in hoc sacramento, inquit. *Non quod vsque ad consubstantialitatem Christi, sed vsque ad societatem germanissimam eius hæc vnitas peruenisset*: & inferius: *Nostra, & ipsius coniunctio nec miscet personas, neque vnit substantias, sed affectus consociat, & confederat voluntates.*

2 Primum fundamentũ ex duplici testimonio primo Pseudo Cypriani.

Secundo Damasceni.

Quibus in locis nullam aliam Autor ille vnitatẽ inter nos, & Christum admittit, nisi eam quæ est per affectum, imo etiam eam, quæ est secundum carnem reijcere videtur. Alterum testimoniũ est Damasceni lib. 4. de fide cap. 14. vbi, posquam dixit, hoc Sacramentum cõmunionem appellari, quia per illud cum Christo commercium habemus, inferius subdit: *Nam si omnio hoc affert istud Sacramentum, vt & Christo, & alij alijs vniamur, non est dubium, quin omnibus, qui nobiscum illud percipiunt, animo, ac voluntate copulemur. Ex voluntate quippe coniunctio hæc existit, non autem citra animi nostri sententiam.* Vbi etiam Damascenus totã vnionem, quæ fit in nobis cum Christo per hoc Sacramentum ad vnionem voluntatis reducit. Quo circa mirum non est, si ex antiquis Scholasticis nullus de alia vnione, nisi per affectum vsque ad hoc seculum disputauerit.

3

Secundũ fundamentũ ex duplici ratione.

Deinde probari potest duabus rationibus. Prior est: quoniam nulla vnio realis inter nostram carnem, & carnem Christi intelligi potest, nisi vel formalis, quæ est inter compositionem materiæ, & formæ, vel efficientis cũ materia, circa quam deriuat effectum: nulla autem harum assignari potest huic Sacramento tamquam effectus: non prior, quia manifestum est, ex carne nostra, & carne Christi non componi aliquid vnum, tamquam ex materia & forma; non posterior, quia hoc Sacramentum nihil directe efficit in carnem nostram, nulla siquidem qualitas, vel dispones ad immortalitatẽ, vel ad aliquid aliud à carne Christi in nostram deriuatur, sed eatenus hoc Sacramentũ aliquid dicitur in carnẽ nostrã operari, quatenus ex gratia animę aliquid in carnem nostrã procedit, vt ait S. Thomas in hoc art. ad 3. nempe, dum exhibemus membra nostra arma iustitiæ: nulla igitur realis vnio est inter carnem nostram, & carnem Christi. Adde, quod, licet aliquis effectus ex hoc Sacramento in nostram carnem procederet, non satis esset, vt inter nostram carnem, & carnem Christi vnio realis intercederet: nam quamuis Sol aliquid in hæc inferiora operetur, non dicitur cum illis realiter vniri. Posterior ratio sit: si aliqua esset vnio realis inter carnem nostram, & carnem Christi, vel illa duraret solum quandiu corpus Christi in nobis perseuerat, vel etiam postea: hoc autem posterius nõ videtur probabile: nam quæ vnio realis inter absentes esse potest? Prius autem est cõtra doctrinam Patrum, qui de hac vnione loquuntur, & quorum testimonijs Theologi nostri adducti hanc vnionem adstruere non dubitarunt: illi enim plane fatentur, hanc vnionem tamdiu in nobis esse, quamdiu gratia, & iustificatio in nobis perseuerat. Cum igitur realis esse non possit, necessario fit, vt solùm per affectum esse dicatur.

4

Prior ratio.

S. Thomas.

Cõfirmatio.

Posterior ratio.

5

Inter Doctores Complutenses, qui opinionem Cardinalis de Mendoça ægre ferebant, vnus fuit Petrus Martinus, quem ante triginta quatuor annos contra Magistrum meum Isidorum, tunc quidem Philosophiæ professorem, postea vero Episcopum Mindoniensem, quòd opinionem Cardinalis pro viribus defenderet, in Complutensi Academia acerrime disputantem semel audiui. Is igitur in ea opione, quam iunior imbiberat, vsque ad senectam perseuerans, in Epistolam Iudæ, in

Petrus Martinus.

tertia

tertia parte commentarij loco 23. vbi ſatis de hac re diſputat, tandem concludit per hoc Sacramentum non modo fieri vnionem Chriſti cum anima noſtra per charitatem, & affectũ, cum hæc etiam omnibus Sacramentis communis ſit, ſed etiam ſubſtantialem, & realem carnis Chriſti cum carne noſtra non proxime, & ſecundum ſe, ſed etiam ratione ſpecierũ, ita vt ea tamdiu ſolùm perſeueret, quamdiu corpus Chriſti ſub ſpeciebus re ipſa in ſtomacho manet, illis vero corruptis ſolũ maneat vnio, quam ipſe virtualem vocat, & quæ ſolum eſt ſecundùm actionem; eo quòd virtus Sacramenti relicta, quæ mentem irradiat, voluntatem corroborat, in corpus etiam deriuetur reformans illud, influens in ipſum vitæ incorruptionem. Vt autem ex verbis eius colligi poteſt, hæc corporis reformatio, & incorruptio carnis noſtræ, nihil aliud eſt, quã exercitatio illius in bonis operibus, cum membra illius exhibemus arma iuſtitiæ. Virtus vero Sacramenti relicta in anima nihil eſt aliud, niſi gratia, & charitas, quæ efficacitate Sacramenti in nobis augetur. Porro ratione horum bonorum, quæ ex primario effectu huius Sacramẽti in carnem noſtram deriuãtur, inquit, recte dici poſſe Chriſtum ſe commiſceri carni noſtræ, veluti fermẽtum maſſæ commiſcetur, ſicut dicit Chryſoſtomus: tum etiam recte dici infundi ad modum liquatæ ceræ, ſicut Cyrillus loquitur: his enim exemplis ſolũ ſignificatur à Patribus recondita huius Sacramenti actio in carnem noſtram.

Chryſoſt.

Cyrillus.

Virtute Euchariſtiæ inter carnem noſtram, & carnem Chriſti, etiam corruptis ſpeciebus, peculiarem vnionem manere, probabilior ſententia eſt, Patrum, & Theologorum autoritate firmata.

CAPVT. II.

6 TAMETSI Antiqui Eccleſiæ Patres in exponendis myſterijs noſtræ fidei inſolita, & parum in Scholis vſitata ratione dicendi interdum vtantur, ita tamen eorum verba, & ſententias accipere debemus, vt licet primo aſpectu aliquid abſurdi continere nobis videatur, nihil tamen contra ipſos, niſi maturo conſilio, & examine, aliorumque Patrum, aut conciliorum nixi teſtimonijs pronunciemus. Porro verum, & ſyncerum eorum ſenſum, vt ſæpe monere ſoleo, facili negocio colligere poterimus, ſi eorum inſtituti, aut inexplicandis ipſis myſterijs, aut etiam in contrarijs erroribus confutandis, rationem habeamus: id quod in præſente controuerſia non parum neceſſarium eſſe exiſtimo. Ideo enim opinio, quam in hoc capite probabiliorem eſſe oſtendemus, eo tempore, quo, ſupra diximus, in Hiſpania naſcens, pleriſque ex Scholis inuiſa fuit, licet expreſsis Patrum teſtimonijs confirmaretur, quòd inſolita eorum dicendi ratio, parumque in Scholis vſitata, non ſatis eo tempore perſpecta eſſet. Iam vero, vt in alijs etiam non raro accidere ſolet, ecce ipſorum Patrum mẽte ſyncere, fideliterque intellecta, vſque adeo ea opinio inualuit, vt fere omniũ ſcripta, & Scholas oppleuerit, atque hac de cauſa, dum de hac re diſputo, actum agere mihi viderer, niſi ad faciliorem eius explicationem, & Patrum intelligentiam aliquid me nouiter additurum exiſtimarem. Eſt igitur ſententia probabilior, virtute huius Sacramenti non tantum nos cum Chriſto per charitatem vnum ſpiritum fieri, verumetiam inter carnem noſtram, & carnem eius peculiarem vnionem intercedere, quę non modo, exiſtente Chriſto ſub ſpeciebus in ſtomacho, verum etiam ipſis corruptis, & Chriſto ibi ſecundùm ſuam ſubſtantiam non permanente, perſeueret. Hanc porro vnionẽ Doctores huius ſententię talem eſſe putant, vt ratione illius vna caro cum carne Chriſti, ſicut per charitatem vnus ſpiritus cum eo fieri dicamur, neque immerito à Patribus naturalem, ſubſtãtialem, & realem appellatam fuiſſe, conſtanter affirmant. Theologi vero, qui hoc ſeculo prædictam opinionem adſtruere, & pro viribus defendere conati ſunt, plures numerantur. Roſſenſis lib. 4. contra Oecolampadium cap. 21. & 32. & lib. 5. in principio. Stephanus Epiſcopus Vvintonienſis in lib. quem edidit contra quaſdam regulas cuiuſdam hæretici ſui temporis regula 3. Hoſius in confeſione catholica cap. 42. Michael Epiſcopus Meſpurgenſis in ſuo catechiſmo, concione 69. circa medium illius, qui breuiter, docte tamen rem explicuit. Federicus Nauſea de officio Miſſæ lib. 2. cap. 4. Gliſtouæus lib. 2. contra Oecolampadium cap. 12. & 18. circa medium vtriuſque. Georgius Vvicellius lib. de Euchariſtia cap. 6. Ioannes Heſſelanus lib. de præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti ration. 4. quam multis proſequitur Ruardus Tapper arti-

Quare difficilis viſa fuerit ſententia Autoris.

7

Probabilior opinio inter carnem noſtram, & Chriſti adhuc corruptis ſpeciebus peculiarem eſſe vnionẽ.

8

Roſſenſis. Steph. Epiſc. Hoſius. Michael Epiſc. Meſpurgenſis.

Federicus Nauſea. Gliſtouæus. Vvicellius. Heſſelanus.

Tapper.

Grapperus.

Micha. Syndon. Theologi Moguntini. Iansenius. 9 Turrianus. Sainctes. Alanus. Vvaldenſis. Turrecremata. Allegatur Albertus.

Probatur ex Patribus.

Irenæus. Cyril. Hieroſolym. Hilarius. Nyſſenus. Chryſoſtom. Cyril. Alexandrin. Damaſcen. Guitmund. 10 Algerus. Leo Primus. Haymo. Innocentius Tertius.

Produn-tur ſolum extenſa ad verbũ tri-teſtimo-nia

articul. 3. §. *optime hic reſpondet*. fol. 267. & §. *Iterum hic*. fol. 271. Ioannes Gropperus, tomo 1. de Euchariſtia, vbi explicat Hilarij teſtimonium, & deinde explicãs teſtimonia Cyrilli, & 2. tomo articul. 4. principali. Michael Epiſcopus Syndonienſis, in concione de Euchariſtia habita Auguſtæ, Theologi Concilij Moguntini, titulo de Sacramento Euchariſtiæ cap. de effectu. Ianſenius in Concordia Euangelica cap. 59. in illa verba capit. 6. *Qui manducat meam carnem*, & paulo inferius Franciſcus Turrianus lib. 1. de Euchariſtia cap. 8. & 9. Claudius Sainctes repetitione 5. de Euchariſtia cap. 1. & 2. Cardinalis Alanus lib. 1. de Sacramento Euchariſtiæ; obiter quidem cap. 8. ex profeſſo verò ca. 28. Ante hos autẽ Thomas Vvaldenſis tomo 2. qui eſt de Sacramentis cap. 58. præſertim vero cap. 95 Cardinalis à Turrecremata in canonem: *In Chriſto Pater*. de conſecratione diſtinct. 2. qui in eamdem ſententiam allegat Albertum Magnum.

Sunt autem quãplures Eccleſiæ Patres, qui prædictam opinionẽ perſpicue tradiderunt, quorum præcipua ſolum teſtimonia ad verbum referam, cætera vero, vt ſtudioſus quiſque, ea legere poſsit, ſolum indicabo. Ex Patribus igitur ſunt Ireneus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 34. num. 13. & ſequentibus, ſicut ipſum explicat eius Scholiaſtes Feuardentius num. 21 & lib. 5. cap. 2. Cyrillus Hieroſolymitanus cathecheſi 4. myſtagogica. Hilarius lib. 8. de Trinitate & refertur, *De conſecratione* diſt. 2. Canone, *In Chriſto Pater*. Nyſſenus in oratione, quæ dicitur catechetica cap. 37. Chryſoſtomus homil. 45. in Ioannem, & 83. in Matthæum, & 55. 60. 61. ad populum Antiochenum. Cyrillus Alexandrinus libr. 1. in Ioannem cap. 13. circa medium, & 27. & lib. 4. cap. 16. & 17. & lib. 10. in Ioannem cap. 13. & lib. 11. cap. 27. Damaſcenus lib. 4. de fide, cap. 14. Guitmundus lib. 3. contra Berengarium de corporis, & ſanguinis Chriſti veritate, circa medium: & Algerus lib. 1. de Sacramentis corporis, & ſanguinis Dominici cap. 3. qui duo ſunt in tomo 5. aut 6. Bibliothecæ Sacræ. Leo Primus in Epiſtol. 13. & refertur, *De conſecratione*, diſtinct. 2. Canone, *In quibus*. Haymon in cap. 10. prioris ad Corinthios, & demum Innocentius Tertius, in lib. 4. de myſterijs Miſſæ cap. vltimo, qui omnes ita de effectu huius Sacramenti loquuntur, vt præter vnitatem ſpiritus per charitatem, vnionem etiam corporum noſtrorũ cum corpore Chriſti illi tribuant. Ex his vero, vt dixi, tria ſolũ teſtimonia ad verbum referam. Primum eſt Hilarij 8. illo libro, vbi argumento ſumpto ab vnitate, quæ eſt inter carnem noſtram, & carnem Chriſti virtute, & participatione huius Sacramenti, quæ non eſt ſolo affectu, ſed re ipſa, probat vnitatem inter Patrem, & Filium ſecundùm Diuinam naturã, hoc modo. *Eo nunc, qui inter Patrem, & Filium voluntatis inquirunt vnitatem, interrogo, vtrum ne per naturæ veritatem hodie Chriſtus in nobis ſit, an per concordiam voluntatis? Si enim vere Verbum caro factum eſt, & nos verè Verbum carnem cibo Dominico ſumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt, qui & naturam carnis noſtræ iam inſeparabilem ſibi homo natus aſſumpſit, & naturam carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub Sacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit. Ita enim omnes vnum ſumus, quia & in Chriſto Pater eſt, & Chriſtus in nobis: quiſquis ergo naturaliter Patrem in Chriſto negabit, neget prius naturaliter, vel ſe in Chriſto, vel Chriſtum ſibi ineſſe, quia in Chriſto Pater, & Chriſtus in nobis vnum in his eſſe nos faciunt. Si verè igitur carnem corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & verè homo ille, qui ex materia natus fuit, Chriſtus eſt, nos quoque vere ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus, & per hoc vnum erimus, quia Pater in eo eſt, & ille in nobis. Quomodo voluntatis vnitas aſſeritur, tam naturalis per Sacramentum proprietas perfectæ Sacramentum ſit vnitatis?* Et paucis interpoſitis: *Si voluntatis tantùm vnitatem intelligi vellet, cur gradũ quemdam, atque ordinem conſummandæ vnitatis expoſuit, niſi vt cum ille in Patre per naturam Diuinitatis eſſet, nos contra in eo per corporalem eius nativitatem, & ille rurſus in nobis per Sacramentorum ineſſe myſterium crederetur? ac ſi perfecta per mediatorem vnitas doceretur, cum nobis in ſe manentibus ipſe maneret in Patre, & in Patre manent maneret in nobis, & ita ad vnitatem Patris PROFICEREMVS. Cũ qui in eo naturaliter ſecũdam trinitatem ineſt, nos quoque in eo naturaliter ineſſimus, ipſe in nobis naturaliter permanente. Quod autem in nobis NATVRALIS HÆC VNITAS SIT, ipſe ita teſtatus eſt: Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meũ, in me manet, & ego in eo.* Hactenus Hilarius, qui in priori parte verborum, quæ citauimus, duo alieue ranter affirmat, vnum eſt, inter nos, & Chriſtum in Euchariſtia ſumptum arctiorem aliquam vnionem, quam per ſolùm affectum intercedere, eamque fieri per naturalem ipſarum veritatem, hoc eſt quia re ipſa, & vere in nobis carnem illius ſumimus. Alterum eſt nos eſſe vnum cum Chriſto, non tantum concordia voluntatum, ſed per illam arctiorem vnionem carnis eius cum carne noſtra, id quod multis verbis indicauit, nempe, cum dixit: *Omnes nos vnum ſumus*: & iterum, *Vnum in his eſſe nos faciunt*.

Primum Hilarij.

11

12

Arctior vnio, quã per affectũ adſtruitur his verbis.

faciunt & in fine cum ait, naturalem per Sacramentum proprietatem perfectę Sacramentum eſſe vnitatis. Hinc autē rectè colligitur, non ſolū voluiſſe Hilarium, realem Chriſti præſentiam in nobis, ſed aliquid amplius afferere: nam præſentia vera, & naturalis, hoc eſt, realis Chriſti in quocumque ſumente Eucharistiam, etiam indigne, reperitur, non tamē talis, quæ ſit cauſa perfectæ vnitatis cum Chriſto: neque enim peccator fit vnum quid cum Chriſto, aut affectu, aut etiam ratione præſentiæ Chriſti. Nam, vt infra fuſius oſtēdemus, nō quæuis coniunctio rei cum re inter eas facit vnitatem. Deinde, licet in prioribus verbis non parum inſinuauerit, hāc vnionem vocari poſſe naturalem; in poſterioribus tamen perſpicue eam ſic appellauit, vt maiuſculis literis notatum eſt. Porro autē hæc vnitas naturalis, quam Hilarius adducit inter nos, & Chriſtū, ex toto cōtextu planè colligitur; præſentiam vero ex poſtremis verbis, vbi eā probat ex illo Ioannis 6. *In me manet, & ego in eo.* Idque ratione cap. 4. verum eſſe conuincemus.

13

Hæc peculiaris vnio non eſt in indigne ſumente Eucharistiam

Ioann. 6.

Poſtremo, quod attinet ad argumentum, quo vtitur Hilarius, notandum eſt, ipſum nequaquam velle, idem genus naturalis vnitatis inter Chriſtum, & nos aſſerere, quod contendit, vt inter Patrem, & Filium hæretici fateantur, vt patet ex illo verbo, *Proficiamus*, quod etiam maiuſculis literis notauimus. Illo enim manifeſtè duo indicat, & quod vnio, quæ fit inter nos, & Chriſtum per hoc Sacramentum, maior ſit, quàm per ſolam charitatem, & affectum, & quod ſit minor, quàm illa, quæ eſt inter Patrem, & Filium: ſiquidem per hanc inquit, nos proficere ad vnitatem, quæ eſt inter Patrem, & Filium, nēpe, ipſam quadamtenus imitando, non enim dixit: *Perueniamus ad vnitatem Patris, & Filij*, ſed *Proficiamus*, hoc eſt, proficientes ad eam tendamus. Argumentatur autem ex vnitate noſtra, quæ fit in hoc Sacramento, quia hæretici vtebantur exemplo noſtræ vnitatis cum Deō, vt illam, quæ eſt inter Patrem, & Filium, explicarent. Argumētum autem hanc vim habet, vt ſi inter nos, & Chriſtū, corpus, & ſanguinem eius participantes, eſt maior vnitas, quam per affectum: inter ipſum Patrem, & Filium maior quoque eſſe debet. Hoc autē contra hæreticos ſemel conſtituto, facile colligitur, eam debere eſſe in vnitate eſſentiæ, quia alia eſſe non poteſt. Quo circa ſubiungit Hilarius. *Hæc autem idcirco à nobis commemorata ſunt, quia voluntatis tantum inter Patrē, & Filium vnitatem hæretici mentientes, vnitatis noſtræ ad Deum vtebantur exemplo.*

Argumentum Hilarij declaratur.

14

Secundum teſtimonium eſt Chryſoſtomi homilia illa 46. in Ioannem poſt medium, vbi ita ſcribit: *Quare neceſſario dicendum, quam ad mirandam myſteria, & cur data ſint, & quænam earum vtilitas: vnum corpus ſumus, & membra ex carne, & oſſibus eius.* Et infra: *Vt autem non ſolùm per dilectionem, ſed reipſa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus eſt. Cum enim ſuum in nos amorem indicare vellet, per corpus ſuum ſe nobis immiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cum capite vniretur: hoc enim amantium maxime eſt:* homilia autem 61. ad populum Antiochenum in principio, hoc idem paucis verbis mutatis docuit, ex quibus hæc nobis ſufficiant: *Vt itaque non tantum per charitatem hoc fiamus* (nempe, vnum corpus cum Chriſto, & membra ex carne, & oſſibus eius, ſicut proximè dixerat) *verum & ipſa re in illam miſceamur carnem, hoc per eſcam efficitur, quam largitus eſt nobis, volens oſtendere deſiderium, quod erga nos habet: propterea ſemetipſum nobis immiſcuit, & corpus ſuum in nos contemperauit, vt vnum quid efficiamur, tamquam corpus capiti coaptatum: ardenter enim amantium hoc eſt.* Hæc Chryſoſtomus; quibus planè indicat, per illam peculiarem vnionem carnis Chriſti cum carne noſtra vnum quid effici nos cum Chriſto, nempe, vt iam deinceps etiam ratione illius dicamur vnum corpus cum Chriſto, & membra ex oſſibus, & carne illius: cumque hoc dicat, dum reipſa illius carni immiſcemur, non obſcurè hanc vnionem realem appellat. Porrò eam etiam perſeuerare in nobis etiam corruptis ſpeciebus, non minus clarè inſinuat, non enim contendit Chryſoſtomus, vt eo ſolo tempore, quo durat Chriſtus in nobis, dicamur vnum corpus cum eo, & membra ex oſſibus, & ex carne eius, ſed abſolutè id pronunciauit, intelligens, hanc vnionem in nobis perſeuerare, quandiu effectus Sacramēti in nobis per peccatum non interrumpitur, atque hoc ipſum ratione efficaciin ferius monſtrabimus.

Secundum teſtimonium Chryſoſtomi.

15

16

Realem vnionem mortalem perſeuerare in nobis corruptis ſpeciebus habet Caryſoſt.

Tertium teſtimonium eſt Cyrilli libr. 4. in Ioannem cap. illo 17. vbi, vt explicet quo pacto per hoc Sacramenrum in Chriſto maneamus, & ipſe in nobis, inquit: *Sicut enim, ſi quis liquefactæ cerę aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commiſceat neceſſe eſt: ſic qui carnem, & ſanguinem Domini recipit, cum ipſo ita coniungatur, vt Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur.* Deinde cōparat Cyrillus carnem Chriſti fermento, quod talis virtutis eſt, vt in totam maſſam pertranſeat: dixerat autem in fine præcedentis capitis, propterea nos corpus, & mēbra Chriſtū eſſe,

Tertium teſtimonium Cyrilli.

17

eſſe, quia per hanc benedictionem myſterij ipſum Filium Dei in nobis ſuſcipimus. Vtrũque ſimul eodem modo, eademque ſimilitudine ceræ expreſsit lib.10.in Ioannem, cap. 13.poſt medium his verbis. *An fortaſsis putat, ignotam nobis myſticæ benedictionis virtutem eſſe, quæ, cum in nobis fiat, nonne corporaliter quoque facit, communicatione carnis Chriſti Chriſtum in nobis habitare? Cur enim membra fidelium membra ſunt Chriſti?* (ac ſi dicat) *niſi virtute huius Sacramenti? Membra igitur Chriſti meretricis faciam membra? abſit.* Et paulò inferius. *Vnde conſiderandum eſt, non habitudine ſolùm, quæ per charitatem intelligitur, Chriſtum in nobis eſſe, verumetiã & participatione naturali.* Adhibetque poſtea exemplum illud ceræ, quo vſus fuerat lib.4.cap.17. Ex quibus patet, de
18 vnione corporis noſtri, cum corpore, & carne Chriſti vt virtute huius Sacramenti dicamur membra illius de oſsibus, & de carne eius eodem modo ſenſiſſe Gyrillum, & Chryſoſtomum. Neque verò modus loquendi Cyrilli minus indicat, quam Chryſoſtomi, hanc vnionem in nobis permanere corruptis ſpeciebus. Porrò, cum ait, hanc vnionem fieri participatione naturali, nõ obſcure indicat, hãc vnionem naturalem vocari. Demum, ſicut circa teſtimonium Hilarij notauimus, eodem modo, & circa teſtimonia Chryſoſtomi, & Cyrilli obſeruandum eſt, eos ſolùm conceſsiſſe hanc corporum noſtrorum cum carne Chriſti vnitatem, quando dignè ſumitur Sacramentum, vt plane conſtat: tunc enim ſolùm ratione Sacramenti dici poſſumus vnum cum illo, & membra illius de oſsibus, & de carne eius.

Paſsim declaratur ſẽſus aliorũ Patrum.

Iam verò, quid alij Patres pro hac opinione allegati dicant, ſummatim referamus. Irenæus lib.4.cap.illo 34.nu.21. poſtquam oſtendit, quomodo effectus huius Sacramenti caro noſtra ad immortalitatem præparatur, inquit, nos in Euchariſtia ei offerre ea, quę ſunt eius, confitentes congruenter cõmunicationem, & vnitatem carnis, & ſpiritus, nempe, cũ eo. Lib.autem 5.capit. illo 2. tribuit huic Sacramento, quod nos ſimus membra corporis eius de carne, & de oſsibus eius, ita vt caro noſtra
19 ex carne eius nutriatur, augeatur, & cõſiſtat: ideoque ad immortalitatem præparetur. Cyrillus Hieroſolymitanus ait, per hoc Sacramentum homines comparticipes corporis, & ſanguinis Chriſti, ideoque Chriſtiferi, hoc eſt, Chriſtum in ſe gerentes, effici. Nyſſenus in illa oratione capit. illo 37. in fine docet, Chriſtum per carnem ſuam in hoc Sacramento ſe inſerere omnibus credentibus, commiſtum, & contemperatũ corporibus eorũ, quibus ſubſtantiã eſt (hoc eſt alũtur) ex pane, & vino, vt vnione cum eo, quod immortale eſt, fiat etiam homo particeps in corruptionis (nẽpe, ſecundum corpus, & carnem, cui dixerat contemperari, & cõmiſceri Chriſtum.) Damaſcenus in 4.lib.cap. illo 14. non longe à fine idem aſſerit, quod Chryſoſtom. & Cyrillus; nempe, virtute huius Sacramẽti nos fieri mẽbra Chriſti de carne, & oſsibus eius, ita vt alij aliorũ etiam mẽbra, & Chriſti cõcorporei dicamur; qua quidẽ voce *Concorporei*, vtitur etiã Elias Cretenſis in orationẽ 1. Apologeticam Nazianzeni, explicans illa verba, *Vbi nam porro*, vt denotet effectum huius Sacramenti in nobis. Guitmundus lib. illo 3. citato, cũ ad verbum recitaſſet teſtimonium Hilarij, non ſolùm probat per omnia doctrinam illius, ſed addit, aduerbium, *Naturaliter*, quod eſt apud illum, pro *Subſtantialiter*, vſurpandum, vt ratio eius aliquid probet, & ita vnitatẽ noſtræ carnis cum carne Chriſti in Euchariſtia, quã Hilarius vocat naturalem, ipſe ſubſtantialem appellat. Algerus lib.illo 1.cap.3.citato vſus eodem Hilarij teſtimonio, fuſius oſtẽdit, quo pacto virtute huius Sacramenti ſimus membra Chriſti de oſsibus eius, & de carne eius, ſicut etiam Chryſoſtomus, & Cyrillus dixerunt. Leo item Epiſtola illa 23. ante mediũ pro hac opinione ſolum dicit in carnem eius, qui caro noſtra factus eſt, virtute huius Sacramenti nos tranſire. Omiſſo vero Haymone, quem ego non legi; demum Innocentius III. in lib.illo 4. cap.vltimo illud ad Epheſios 5. *Erunt duo in carne vna*: quod dixit Apoſtolus eſſe magnum Sacramentum, inquit, fieri per Euchariſtiam: putat igitur fieri noſtram carnem vnam cum carne Chriſti virtute huius Sacramenti.

Damaſcen.

Elias Cretẽſis.

Guitmundꝰ

20

Algerus.

Leo.

Haymo.

Innocent.3.

Ad Epheſ.5.

Variæ expoſitiones prædictæ doctrinæ, & teſtimoniorum Patrum refelluntur.

CAPVT III.

21 EX Ijs, quæ diximus, ſatis liquet, Pãtres, quos capite præcedente allegauimus, vnionem quamdam carnis noſtræ cum carne Chriſti, tamquam peculiarẽ effectũ huic Sacramento adſcribere voluiſſe: qualis vero ſit, & qua ratione ea fiat, à nobis explicandum eſt: prius tamen in hoc capite refellẽdæ ſunt expoſitiones aliquæ, quibus aut hæretici Patres allegã-

tos ita interpretantur, vt prædictam vnionem virtute huius Sacramenti factam omnino de medio tollant, aut catholici aliqui eorumdē Patrum ſenſum parum accommodatè interpretati ſunt.

Per hyperbolem eludunt aliqui Patres citatos capite 2.

Primo igitur aliqui omnia teſtimonia Patrum, quæ allegauimus, per figuram hyperbolem interpretātur: vt ita Patres virtutē huius Sacramenti eximie cōmendare viderentur; nō quod reuera ita fieret. Ex hæreticis hoc modo teſtimonia Hilarij, & Cyrilli interpretatus eſt Caluinus, vt teſtatur Ioannes Heſſellanus loco citato in 2. cap. Neque defuerunt Complutenſes ali qui, qui damnare volentes opinionem Cardinalis Mendoçæ cum his teſtimonijs premerentur, eodem modo per hyperbolem illa explicarent. Merito tamen Heſſelanus, ipſumque imitatur Claudius Sanctes repetitione illa 5. cap. 1. in Caluinum inuehuntur, quod Hilarium contra Arrianos arguentem figuratę, & hyperbolicæ loquutionis notare non dubitaret, vt ita Arrianos, quaſi ab Hilario iniuſtè proſtratos denuo ſuſcitaret. Eodem modo, qui ex catholicis prædicta teſtimonia hyperbolice intellexerit, non minus pro Berengario, Caluino, & alijs hæreticis huius ſeculi, qui veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia negant, pugnare videbitur. Ideoque Guitmundus lib. illo 3. citato, vt veritatem Chriſti in Euchariſtia contra Berengarium comprobaret, reprehendit eos, qui ſimplici verborum intellectu contempto ad figuras confugiunt. Ego ſane non dubito, diuerſo modo hæreticos, & catholicos in prædictis teſtimonijs figuratā, & hyperbolicam loquutionē conceſsiſſe: nam hæretici figurā affingūt in eo, quod pertinet ad veritatē præſentiæ Chriſti in hoc Sacramento; catholici verò non in hoc, ſed in eo ſolum, quod pertinet ad vnionem ſpecialem carnis noſtræ cū carne Chriſti, eam admittunt. Cæterum, quāuis non ita errent, ſicut hæretici, culpa tamē non carent. Primum, quia Hilarius cōtra Arrianos diſputans, nō minus ſuppoſuebat, Chriſti carnem noſtræ ita vniri, vt vere dicerēmur mēbra illius de carne, & de oſsibus eius, quā quōd Chriſtus ſecundū ſuam ſubſtantiā in Euchariſtia ſit: vt enim colligat cōtra Arrianos, inter Patrem, & Filium non eſſe ſolam vnionē per charitatem, & affectū, aſſumit vt principiū, inter nos, & Chriſtū rationē Euchariſtiæ dignè ſumptæ eſſe maiorē vnionē, quā per affectū; ſi autē in hoc, quod aſſerit, in nobis eſſe maiorem vnionē cum Chriſto, quàm per effectum, figura vlla admitteretur, friuolum eſſet eius argumentū: ſi verò hyperbole, non ſolū magis friuolum, ſed ſtultū etiam cēſeri deberet: quid enim aliud inferre poſſet exaſſumpto, quod per hyperbolem ſolū dictū eſſet, niſi conſequens etiā hyperbolice aſſertum? Deinde, Patres nō minus aſſeueratēr de effectu vnionis illius, nempe, carnis noſtræ cum carne Chriſti, quam de vera Chriſti præſentia in Euchariſtia loquūtur. Nā, cū dixiſſet Chryſoſtomus, corpus Chriſti noſtro ita attemperari, vt vnū quid cū eo efficiamur, rationem addit illis verbis: *Ardenter enim amātium hoc eſt*, nempe, vniri amato. Hoc autēm, quis dicat per hyperbolem dictū, vt excedat veritatē, & non potiùs, quòd Chryſoſtomus ita verè eſſe ſentiet? Et certè, licet aliquod aliud genus figuratę loquutionis in Patribus admitteretur, quando cōtra hæreticos loquūtur, nulla tamen hyperbole admitti deberet, hæc enim ſolum locū habet, quādo id, quod dicitur, excedit virtutem, vt cum quis dicit, aliquem ita album eſſe, vt eius candor candori niuis antecellat.

Refellitur reſponſio.

Sanctes.

33

Guitmund.

In quo diſcrimen ſit catholicorum, & hæreticorum qui hyperbolicam, & figuratam credūt Patrū loquutionem.

Reuincuntur ex Hilarij ratione.

33

Vlterius impugnantur ex Patribus. *Chryſoſtom.*

34

Secunda expoſitio ex quodam hæretico. *Stephanus Vvinton.*

Secunda expoſitio ſit, quā refert Stephanus Vvintoniēſis loco à nobis citat. in 2. cap. ex quodā hæretico, qui inſidias veritati Euchariſtiæ ſtruere moliebatur: dicebat igitur, per myſteriū Incarnationis eo ipſo, quòd Verbum carnē noſtram aſſumpſit, nos ei ſecundū carnē vnitos fuiſſe, & naturaliter ſecundum carnem ei cōmunicaſſe, & nullo alio modo ei ſecundū carnem vniri. Verūm, vt rectè admonuit Stephanus, hic hæreticus nō diſtinxit carnalē Chriſti nobiſcum cōmunicationem, quę facta fuit per aſſumptionē, à carnali noſtra cū Chriſti carne cōmunione, quā Patres allegati adſtruere non dubitarunt in nobis fieri, dum cārnē Chriſti, quā de noſtro aſſumpſit, verè, & nō tantū in figura in Euchariſtia ſumimus. Eadē expoſitio fuit Petri Martyris, vt refert Heſſelanus, eamque tāquam abſurdam contra ipſum Pſeudo Martyrem ipſe refutat.

Reijcitur.

Petrus Martyr in refutata expoſitione eſt *Heſſelanus.*

Tertia expoſitio ſit catholicorum, qui prę ter vnionē cum Chriſto, quę fit per charitatē in hoc Sacramento, fatentur vnionem carnis Chriſti cum carne noſtra in eo fieri, eamque rectè vocari naturalem; non quòd vna in naturam alterius phyſica mutatione trāſeat, vt ex vtraque phyſice fiat vna caro, ſed quia Chriſtus ſecundum veritatē naturæ, & carnis ſuæ nobis coniungitur. Sicut etiam vnio duarum naturarum in Chriſto dicitur naturalis, imo, & eſſentialis, vel ſecundum eſſentiam: vt vidimus 1. tomo huius 3. part. diſput. 17. cap. 2. non quod fiat vna eſſentia, aut natura phyſice, & reipſa ex duabus, ſed quòd duæ ſecundum ſuam, naturam, & eſſentiam in vnum conueniant. Hæc expoſitio tribuitur Ioanni à Turrecremeta loco citato in 2. cap. & Alberto

Tertia expoſitio

35

Turrecrem.

Albertus. berto, quem ipse etiam allegat, quamuis si attente legantur in meliorem sensum hos duos Autores explicare possemus. Eam tamen sequitur planè Petrus Martinus Doctor Compiutensis, loco a nobis citato in 1. cap. Nam, sicut ibi vidimus, ille solũ concedebat cõiunctionẽ quamdã, qualis est secundũ propinquitatẽ loci inter nostrã carnem, & carnẽ Christi, quæ nõ perseueraret, nisi quamdiu species incorruptæ Christũ in se intra stomachum continerent. Ideoque diceretur naturalis, quia caro Christi secundum suam veram, & realem naturam intra nos esset.

Petrus Martinus.

26

Aduersatur plane Patribus expositio. Primo.

Verũ hæc expositio, licet erroris, aut alterius grauis notę inſimulari nõ possit, neq; ab vllo hæretico tradita fuerit, tamen verbis, & sententiæ Patrũ minime quadrare potest. Nã, vt præcedẽte capite circa testimoniũ Hilarij, Cyrilli, & Chrysostomi notauimus, hi Patres, & reliqui allegati ita cõcedunt vnionẽ carnis nostræ cũ carne Christi, vt rationis illius membra de ossibus, & de carne eius, & vnũ quid cũ eo, & Christus in nobis, & nos in illo manere dicamur. Hoc autẽ solũ cõcedere possemus in his, qui dignè hoc Sacramentũ recipiũt, in eo vero, qui indignè illud sumit, nõ itẽrat vnio quã præcedentes Doctores videtur cõcedere, & Petrus Martinus aperte defendit, in his certe, qui indignè sumũt hoc Sacramentũ, necessario etiã cõcedẽda est. Deinde, sicut circa eadẽ testimonia notauimus, hæc vnio, quã Patres inter nostrã carnẽ & carnẽ Christi cõstituũt, ex eorũ ſtẽtia tãdiu manet, quãdiu à charitate Christi nõ separamur, per hanc enim ad

Secundo.

27 immortalitatem præparantur corpora, & per ipsam carnẽ Christi caro etiã nostra viuere dicitur: hoc autẽ donũ quãdiu in charitate manemus, non amittimus. Postremo, quia, vt ex duobus vnũ quid, aut vnũ alterũ fieri dicatur, nõ satis est coniunctio duorũ, seu propinquitas secundũ locũ, seu substantiam nisi aliquã alia ratione inter se connecti dicãtur: nã, quòd lignum ligno per solam propinquitatem coniungatur, non satis est, vt ex duobus vnum, vel vnum alterum fieri dicatur, vt capite sequenti ostendemus.

Tertio.

Quarta interpretatio.

Quarta expositio est, à carne Christi veluti ab instrumẽto cõiuncto Diuinitatis, non tantum secundarie deriuari in carnem nostrã dona gratiæ ad bona opera, dum ea exhibemus arma iustitiæ in sanctificationẽ, quæ quidẽ dona primarie animæ, & menti cõmunicãtur, sed etiã proximè virtutẽ, & qualitatem quãdam, ratione cuius ad eãdem immortalitatem, quam habet anima Christi, præparatur. Iuxta

Ioannis. 6. illud Ioan. 6. *Et ipse viuet propter me, & ego resuscitabo illum in nouissimo die:* & vna caro cũ eã efficitur, ità vt mẽbra de carne eius, & de ossibus eius esse dicamur. Hanc sententiã, & interpretationẽ Patrum sequuti videtur Cl. Cli thoueus, Hosius, Ruardus Rossẽsis, & Gropperus, tametsi non aperte de qualitate aliqua carni nostræ à carne Christi deriuata loquantur. Quę sane multis probaretur, faciliorque multo esset ad hoc mysterium explicandum, nisi ea qualitas in carnẽ nostram deriuata, prę parans eam ad immortalitatem, sine fundamẽto omnino cõficta videretur: ideo ea relicta, alia probabiliori, & dictis Patrum magis consentanea ratione, prædictam vnionem cap. sequente explicare decreuimus.

Cl. Clouens. Hosius. Ruardus. Rossensis. Gropperus.

28

Displicet hæc interpretatio.

Vera ratio vnionis inter carnem nostram cum carne Christi, quæ fit per hoc Sacramentum, & à Patribus asseritur.

CAPVT. IIII.

Explicatur vnio, de qua Patres loquũtur.

VT Veram rationem vnionis cãrnis nostræ cũ carne Christi iuxta synceram, & verã Patrum intelligentiam exacte explicemus, supponẽdum in primis est, nõ fieri hanc vnionẽ, vt quidam contra hanc nostrã sententiam, si verba Sanctorũ Patrum sine hyperbole intelligerentur, inferre contẽdebant, per talẽ physicam, & realem mistionẽ carnis cum carne, vt caro Christi per omnẽ partem corporis nostri diffunderetur, sicut, dum cera liquata alteri ceræ liquatæ infunditur, per minimas partes illius miscetur, & permeat. Hoc enim figmentum planũ est, quod nullus hactenus, qui hanc opinionem de vnione carnis nostræ cum carne Christi defendit, asseruit. Nam, cũ Christus tãdiu re ipsa in nobis sit, quãdiu species in nobis incorruptæ perseuerant, atque extra eas non sit, illæ autem, antequam corrumpantur, sint solùm in stomacho, vbi fit prima digestio, plane consequitur, numquam carnem Christi per carnem nostram eo modo diffundi, etiam si hoc exemplo aliquando vtãtur Patres ad significandam realem præsentiam corporis Christi sub speciebus. Siquidem per carnem species solùm diffunduntur post digestionem, quando iam Christus sub illis non perseuerat. Ea tamen similitudine vsus est Cyrillus, vt ostẽderet veram, & realem mistionem corporis nostri cũ

29

Primũ obseruandũ.

Caro Christi nõ diffũditur per omne partem carnis fomentis.

Cyrillus.

corpore Chriſti, licet, quod attinet ad diffuſionẽ per omnẽ partem, eam ſimilitudinem locum habere non putauerit. Eodẽ modo ſupponendũ eſt, ex carne noſtra, & carne Chriſti non fieri vnam carnem ſecundũ rem, aut phyſica vnione, ſicut ex duabus ceris, aut aquis per continuationem fit vna: neque etiam fieri vnam carnem per conuerſionẽ vnius in alteram, ſicut fit in nutritione animalis naturali, neque id vllus ſanæ mentis vllo modo aſſereret. Quare autẽ à Patribus dicta fuerit naturalis, ſubſtantialis, & realis, inferius explicabitur.

Secũdum.

30

Ex carne hominis, ſumentis, & carne Chriſti non fit vna phyſice caro.

Hæc vnio ſuppoſitaffectum.

Hæc igitur vnio carnis noſtræ cum carne Chriſti, ratione cuius dicuntur vna caro, & vnũ corpus, & membra noſtra dicuntur eſſe membra Chriſti de carne, & de oſſibus eius, licet nõ ſit per ſolum affectũ charitatis, qualis eſt inter animã noſtram & Deũ, & inter animam noſtrã, & animã Chriſti, originẽ tamen habet ex affectu charitatis per propriũ effectũ conſummato. Vt enim inquit S. Thomas 1.2.q.28.art.1. in corpore, & ad ſecũdũ, amor ſuapte natura contendit ad vnionẽ realẽ amãtium inter ſe eo modo, quo fieri poſsit. Quo ſenſu explicat verba illa Auguſt. 8. de Trinit. cap. 10. quæ ipſe refert, vt amor ſit iunctura quæda duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantẽ, ſcilicet, & quod amatur. *Quod enim dicit copulans* (ait B. Thomas) *refertur ad vnionem affectus, ſine qua non eſt amor. Quod vero dicit copulare intendens, pertinet ad vnionem realẽ.* Et in ſolutio. 2. hoc modo explicat dictum Ariſtophanis apud Ariſtot. 2. Politicorũ cap. 2. poſt medium, qui dicebat, talem eſſe amorẽ ex ſe, vt virtute illius, ſi fieri poſſet, ex ambobus amantibus fieret vnus: quia vero hoc impoſsibile eſt, amor (inquit) quærit re ipſa vnionẽ, quæ cõuenit, & decet. Hic igitur eſt amoris eſſentius, & cõſummatio. Atque ad hanc doctrinã alludens Chryſoſtomus duobus in locis à nobis citatis, cap. 2. poſtquã dixit, Chriſtum per Sacramentũ illud effeciſſe, vt ſe immiſceret nobiſcum, & corpus ſuũ in nos contẽperaret, vt vnum quid cũ eo efficeremur, reddit ſtatim rationẽ his verbis: *Ardenter enim amantium hoc eſt*, nempe, vt eorum amor vnione ipſorũ reali, & attemperatione vnius cũ altero, quoad eius fieri poſsit, cõſummetur, & perficiatur. Dixi; *Quo ad eius fieri poteſt*, nam interdũ amor, quantumuis perfectus ſit, ſolũ poteſt amantes loco coniungere, eoſque ſibi præſentes efficere, vt ſua præſentia reali mutuo perficiantur: ad id tamen peruenire nequit, vt ratione illius præſentiæ realis, & cõiunctionis corpora eorum ita inter ſe attemperẽtur, vt vnũ corpus, aut vna caro eſſe dicãntur, ſed vnũ rãtione ſolius affectus charitatis, ſicut ante præſentiam mutuã dicerentur. Verũm negare nemo poteſt, affectũ amoris inter amãtes nõnumquam ita proficere, & ſuo effectu coniunctionis realis ita cõſummari, vt ratione talis cõiunctionis ex amore mutuo profectæ, amantes ipſi vna caro, imo non duæ, ſed vna merito nũcupẽtur: hoc enim inter coniuges accidere teſtatur Scriptura. Nã, poſtquam ex affectu mutuo cõmiſcentur duo, ſunt in carne vna, vt dicitur Geneſ. 2. non vt Eraſmus intellexit in carnẽ vnam, hoc eſt, ad vnã prolem generandã, ſed in carne vna; quia iam ſunt vna caro. Id quod clarius dixit Chriſtus apud Matthæum cap. 19. & apud Marcũ 10. his verbis: *Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro*: & Paulus ad Epheſ. 5. id clariſsime indicat. Nam cũ explicans illud Geneſ. 2. dixiſſet: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia*, exhortatur deinde fideles maritos, vt diligant vxores ſuas, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam. Reddit vero rationem his verbis. *Itaque, & viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit: nemo enim vnquã carnem ſuam odio habuit.* Eſt autẽm maximũ diſcrimen inter præſentiam realẽ, & conſummationem Matrimonij per copulam profectam ex amore, quod præſentia ſola etiã ex vehementi amore profecta, nihil intimum peculiare circa corpora amantium operatur, vt ratione illius ea inter ſe conglutinare, & vnire dicatur. Qua de cauſa illa loci propinquitas in hominũ æſtimatione, & opinione nullã habet rationem vnionis, vt ratione illius ea, quæ corpore ſolũm propinqua ſunt corporaliter vnum dicãtur. Et ita Græci Patres non appellarent eam ἕνωσιν Latine *Vnionem*, ſed συγγένειαν Latine, *Propinquitatem*, quam vocem, quod non deneretur eam vnionem, qua duo aliqua vnũ fieri dicuntur, reiecerũt Patres Alexãdrini à myſterio Incarnationis, & vocẽ ἕνωσις admiſerunt vt 1. tomo diſp. 17. cap. 4. notauimus. Neque vero copula carnalis inter coniuges ſolum legitima, talis eſt, vt ex duobus corporibus vnã carnem, & vnũ corpus efficiat, ſed etiam inter meretricẽ, & eum, qui ei adhæret, & cum ea cõmiſcetur ſicut expreſſe teſtatur Paulus 1. ad Cor. 6. *Neſcitis, quoniam corpora veſtra mẽbra ſunt Chriſti: tollens ergo mẽbra Chriſti faciam membra meretricis? abſit. An neſcitis, quòd, qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea?* ac ſi diceret, *vna caro*, ſicut inter coniuges fieri diximus. Nam, id quod inter virum, & fœminam efficit copula carnalis ex mutuo amore profecta tamquam ipſius amoris conſummatio, nõ minori ratione efficere

31

32

33

34

Aug. Thomas.

Auguſtinus.

Ariſtophan. Ariſtotel.

Chryſoſtom.

Quanta ſequi poſsit amore vnio.

Geneſ. 2.

Eraſmus. Matth. 19. Marci 10.

Ad Epheſ. 5

Patres Alexandr.

Vnio hæc realis non ſolum oritur ex copula inter coniuges, ſed etiam inter illicite adhærẽtes.

1. ad Cor. 6.

Vnio nostra cum Christo per modum cibi in Eucharistia declaratur.

efficere potest cõsummatio caritatis, quę fit inter nos, & Christum in Eucharistia. Cum enim caritas ad hoc perueniat, vt non tantũ coniungat nos Christo secundum locum, sicut etiam solet amor coniungere amantes, vt sua præsentia mutuo perfruantur, sed etiam efficiat, vt ipse Christus sub specie cibi, & potus intra carnem nostram sit, vt eo spiritualiter alamur: hæc coniunctio non tantum habebit rationẽ cuiusdam propinquitatis inter corpora nostra, & corpus Christi, sed etiam rationem vnionis propter intimum affectum, quem corpus Christi existens intra carnẽ nostrã, non quomodocumque, sed sumptũ per modum cibi intra nos operatur: sic enim fit, vt, sicut maritus post commistionem cum vxore carnem illius vt propriam ęstimare, & tractare debet: quia intima illa cõiunctio hoc postulat: ita etiam Christus, postquam à nobis intra viscera, & carnem nostram per modũ cibi ex charitate sumptus est, corpora nostra, intra quæ recipitur, æstimet, & tractet vt propria, & vt membra ex carne, & ossibus eius. Ex quo etiam patet, hanc vnionem moralem, seu mysticam esse, eo quod charitas, & amor eo modo consummatus efficiat, vt Christus nouo titulo corpora nostra tamquã propria ęstimet. Neque vero maiorem vnionem, quam moralem, seu mysticam inter carnem Christi, & carnem nostram Patres asserere voluerunt, vt supra monuimus siquidẽ neque inter coniuges maior etiam esse potest.

Comparatur cũ vnione coniugum.

35

Vnio hæc realis est moralis.

Hoc exemplo coniugij, quod consummatum per copulam efficit, vt duo sint in carne vna, vtuntur Michael Episcopus Mesurgensis, Ioannes Hesselanus, & Claudius Sainctes locis citatis in 1. cap. & Vvillielmus Alanus lib. 1. de Eucharistia cap. 28. vbi hanc etiam nostram sententiam sequitur, ad explicandum hanc peculiarem vnionẽ inter carnem nostram, & carnem Christi per Eucharistiæ manducationem, in qua etiam consummationem Matrimonij spiritualis considerare possumus, vt inter animam, & Christũ sponsalia præcedant per fidem, Matrimoniũ vero contrahatur per charitatẽ, per Sacramentum autem Eucharistiæ consummetur. Verũ Hesselanus eodem exemplo, quo mentẽ Patrum explicare contendit, ipse non parum implicatus est: arguit enim hoc modo. Nõ tantum habemus ex Paulo ad Ephes. 5. & Matheo cap. 19. virum, & vxorem post consummationem Matrimonij fieri vnam carnẽ, sed etiam ex eodem Paulo 1. ad. Corinth. 6. cum qui commiscetur meretrici, fieri vnum corpus cum ea: cum tamen ei commisceatur nõ iure, sed facto: ergo peccator, qui hoc Sacramentum manducat, fiet etiã vnũ corpus cum Christo: quoniã, licèt non iure, facto tamen corpus illius mãducat. Huic argumẽto, alioqui sane leui, tã quam graui oneri succubuit Hesselanus, cõcedens plane, hanc vnionẽ cum carne Christi fieri etiã in peccatore, ita vt peccator sumẽs hoc Sacramentũ fieri dicatur vna caro cũ Christo, non minus quã qui digne sumit. Quod, quã alienũ sit à doctrina Pãtrũ, satis superq; capite præcedente mõstrauimus. Adde, quòd ex prędicta doctrina sequeretur, fore, vt mus etiã, aut aliud animal edens hoc Sacramentũ, fieret vna caro cũ Christo, quod est absurdũ, & ita cæteri Theologi, quos pro hac sẽtentia nostra allegauimus, eam vnionẽ carnis Christi cũ carne nostra solũ concedunt in eo, qui digne sumit hoc Sacramentũ. Ego vero respondeo, corpus quidẽ eius, quia dhæret meretrici, fieri vnũ cũ corpore meretricis, non tamẽ corpus Christi cũ corpore peccatoris. Ratio vero est, quia nõ eodem modo cõiungitur peccator Christo, quo coniungitur meretrix viro: nã meretrix, & vir ex mutuo amore coniunguntur, & cõiunctio secundùm carnẽ inter illos est effectus, & consummatio amoris ipsorũ, ideo nõ mirum si inter se fiant vna caro, qui ante copulã tantũ erant vnum per amorem, & affectũ. At vero, qui in peccato existens sumit hoc Sacramentũ, nec sumit Christũ in se ex amore erga ipsum, neq; Christus ex amore erga eũ se illi communicat: ac proinde non mirum si non fiant vna caro, hæc enim vnio, aut vnitas corporis non oritur ex sola loci propinquitate, sed ex amore per affectum consumatũ eo modo, quo supra explicatũ est. Quare, qui vi opprimeret virginem, aut mulierẽ aliam, non diceretur fieri vna caro, seu corpus cũ ea, eo quòd hęc coniunctio corporalis nõ esset consummatio amoris mutui inter eũ, qui hoc modo ad virginẽ accederet, & virginẽ ipsam. Cuius oppositũ immeritò etiã cõcesserit Hesselanus, & id quod inde sequitur, nẽpe, peccatorẽ fieri vnũ corpus cũ Christo: & quidẽ ne hoc absurdũ concederemus, satius esset cũ Petro Martino asserere, in hoc Sacramento esse quidẽ realẽ cõiunctionẽ corporis Christi cũ corpore nostro ratione præsentiæ realis, quæ tandiu duret, quãdiu solũ species in nobis, & Christus sub ipsis reipsa perseueret ita tamẽ, vt ratione illius coniunctionis nostra caro cũ carne Christi, nullo modo vna fieri dicatur, sed solo affectu vnũ quid cũ eo efficiamur: sic autem eodem modo dicendum esset, fieri coniunctionem cũ carne Christi in homine iusto, & peccatore, imo etiam in mure, aut alio animali, quòd sumeret corpus Christi.

Michael Mesurgensis. Hesselanus. Sainctes. Alanus.

Sponsalia, Matrimoniũ, & vnio cum Christo ex simi coniugij exponuntur.

36

Hesselani discursus. Ephes. 5. Matth. 19. 1. Corint. 6.

Concedit malè Hesselanus vnionẽ peccatoris cũ Christo contra Patres.

Impugnatur vlteriùs

37

Responsio Autoris.

38

Hesselanus.

Petrus Martinus.

Obſeruatio diſcrimen inter conſummationē Matrimonij, & ſumptionem Euchariſtiæ.

Sed obſeruanda valde eſt differentia inter conſummationē Matrimonij, & dignam ſumptionem huius Sacramenti, quòd coniuges fieri poſſunt vna caro, quamuis ſine mutuo amore Matrimonium conſumment, veluti ſi altero diſſentiente alter ad eum accederet, & cōſummaret, quia licet alter tunc diſſentiret, & repugnaret, copula carnalis eſſet conſummatio, & perfectio primi conſenſus, & amoris, quo in Matrimonium legitimum coniuges conuenerunt, cuius amoris vinculum, ita firmum permanſit, vt poſtea per diſſenſum, vel odium alterius nullo modo diſſoluatur. Cum igitur alter coniux accedit ad alterum diſſentientem, nihilominus verè cōſummatur Matrimonium, & ambo fiunt vna caro, quia hæc conſummatio ortū habet ex prioris amoris vinculo, quod ſemper perſeuerat, & cui præſens diſſenſus nihil nocere poteſt in ſuo genere. At vero ille, qui ſumit Euchariſtiam, vt fructum, & conſummationem Matrimonij initi cum Chriſto per charitatē conſequatur, debet eſſe abſque mortali, & nullo modo quidquam contra eius voluntatē velle, quod notabile ſit, alioquin non fiet cum Chriſto vna caro per hoc Sacramentum, quia coniunctio Chriſti, quæ in eo hoc modo fieret per hoc Sacramentum, nullo modo ortum haberet ex charitate, eo quòd prior charitas, & Matrimonium per eam initum cum Chriſto, per quodcumque mortale poſtea diſſoluitur.

39

Claudius Sanctes ſatisfacit argumento Heſſelani.

Melius quidem in hac re ſenſit Claudius Sanctes, qui in propoſita difficultate de eo, qui indigne ſumit Euchariſtiam, planè docet, vnam carnem, aut vnum corpus cum Chriſto non fieri; difficultati tamen, & argumento ducto ex ſimilitudine eius, qui adhæret meretrici, non ſatisfacit. Porro, peccatorem non fieri vnam carnem, aut corpus cum carne, & corpore Chriſti, colligit bene hic Autor ex Auguſtino ſermone 2. de Verbis Domini, vbi id plane affirmat, quia in peccatore nec dicitur Chriſtus manere, nec ipſe in Chriſto: atque oppoſitum aſſerere, pietati non parum aduerſatur. Patres autem, vt capite ſecundo cōtra Petrum Martinum notauimus, dum hanc vnionem peculiarem concedunt, loquuntur ſolum de digna huius Sacramenti manducatione.

40

Auguſtin.

Additis corollarijs præcedentis doctrinæ, diſſoluuntur argumenta aduerſariorum.

CAPVT V.

PORRO, antequàm argumenta aduerſariorum diſſoluantur, vt doctrina ſuperiori capite tradita magis perſpicua fiat, quædam addere operępretium duximus. Primū eſt, ideo hoc Sacramentum ſynaxim, ſeu communionem à Patribus appellari, quia peculiarem hanc vim habeat vniendi, non tantum per affectū, & charitatem animas noſtras cum Chriſto, hoc enim omnia Sacramenta habent, ſed etiā corpora noſtra, non tantum cum ea exhibemus arma, & inſtrumenta iuſtitię in ſanctificationem, hoc enim & alijs Sacramentis conuenit, per quę gratia ad munera obeunda nobis datur, ſed etiam ratione coniūctionis carnis Chriſti cum carne noſtra, ſicut explicatum eſt.

Primū notabile.

Quare Euchariſtia appelletur ſynaxis & comunio.

41

Secundum eſt, ratione huius vnionis carnis Chriſti cum carne noſtra iure optimo dictum fuiſſe à Patribus carnem noſtrā per hoc Sacramentum ad immortalitatem præparari, ſicut expreſſe tradiderunt Chryſoſtomus & Cyrillus locis allegatis, qui cū aſſerunt, non potuiſſe aliter noſtram carnem donum immortalitatis conſequi, niſi per hanc vnionem cum carne Chriſti, non ſunt ita intelligendi, quaſi Deo non ſuppeteret alius modus donandi carnem noſtram immortalitate, ſi ſua omnipotentia abſoluta vti vellet, ſed quia nullo alio commodiori modo id fieri potuit. Manifeſtum quippe eſt, eo ipſo quod quis in gratia Dei perſeuerat, vſque ad mortem, ita ius habere ad beatitudinem animæ, vt ad beatitudinem, & immortalitatem corporis illud etiam proinde habeat. Vel certe ita intelligē di ſunt Patres, vt poſt inſtitutionem Sacramenti caro noſtra nō poſſit ad immortalitatē præparari, niſi ſumendo Euchariſtiam, præceptum Domini ſeruemus, vt notauimus ſupra diſput. 169. cap. 4. Eamdem doctrinam, quod attinet ad præparationem carnis, antea tradiderat Irenęus libro illo 4. aduerſus hæreſes cap. 24. & lib. 5. c. 2. & vtrobique argumentatur hoc modo. Cum caro noſtra carne Chriſti ſicut membrum ipſius nutriatur, augeatur, conſiſtat, & viuat, quomodo negare poſſunt hæretici; capacem eſſe donationis, nempe vitæ æternæ, ſicut ipſe aperte ibidem explicat? Nyſſenus quoque loco allegato in 2. cap. dixit, carnem noſtram per carnem Chriſti participem fieri incorruptionis. Cum colligit Irenæus, carnem noſtram immortalē fieri ex eo, quòd nutriatur, & viuat carne Chriſti, per nutritionem intelligit bona opera, in quibus per gratiam virtute huius Sacramenti communicatam exercetur; nō quòd putet, immor-

Secūdum.

Ratione vnionis cū Chriſto in Euchariſtia præparatur ad immortalitatem caro noſtra. Chryſoſtom. Cyrillus.

42

Irenæus.

Nyſſenus.

immortalitatẽ carni cõmunicari ex eo solũ, quod in bonis operibus exercetur, sed ex eo, quòd in illis exercetur tãquam mẽbrũ ipsius Christi, rectè colligit, capacem esse donationis. Membrum autẽ ideo diximus fieri, quia carnẽ Christi intra se ipsam digne habet. Porro, ex sola illa vnione, quam explicuimus, carnem nostrã habere posse pignus vitæ immortalis, & ad eam præparari, patet: quia si virtute illius fit vna cum carne Christi, & nemo vnquam carnem suam odio habuit, vt dixit Apostolus ad Ephesios 5. & Christus in carne propria resurgens ex mortuis iam non moritur; quis dubitet fore, vt & nostra caro cum eo eadem immortalitate perficiatur? Hanc autẽ præparationẽ carnis nostræ non fieri per qualitatem aliquam in eam derivatam, sed solum spe certa, quam ex prædicta vnione concipere possumus, indicat Irenæus cap. illo 34. illis verbis: *Sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam iam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia.* Vbi totam præparationem ad incorruptionem explicat per spem resurrectionis, quam merito concipere quisque potest ob rationem illius vnionis, vt explicatum est.

43 *Eph. 5.* *Irenæus.*

Ex hac doctrina colligere quoque poterimus, veram esse doctrinam S. Thomæ. art. 2. huius quæstionis, nempe, effectum peculiarem huius Sacramenti esse vitam æternam, quod sane intelligi debet, non tantum de vita æterna ipsius animæ, sed etiam corporis; non solũ ea ratione cõmuni, qua id aliqui docent, sed etiã ob rationẽ peculiarem proximè assignatam. Ratio cõmunis est; quia Eucharistiæ tribuitur perseverantia, quæ cõsequitur coronã tam animæ, quã corporis: ideo autem Eucharistiæ perseverantia adscribitur, quia effectus illius est nutritio animæ in bonis operibus, & præseruatio à mortalibus, quibus perseverantia impeditur, vt præcedente disputatione cap. 1. dictũ est. Ratione vero peculiari, nempe, propter vnitatẽ carnis nostræ cum carne Christi, licut proximè dicebamus, immortalitas, & vita æterna corporis huic Sacramento rectè quoque tribuitur; & vtraque ratio verbis S. Thom. in artic. 2. recte quadrare potest. Quocirca apte quoque hoc Sacramentum pignus, & arrha æternæ vitæ ab Ecclesia dicitur in antiphona ad *Magnificat*, in secundis Vesperis festi Corporis Christi. Tertio addendum est, ideo hac vnionẽ carnis nostræ cũ carne Christi vocata fuisse à Patribus realem, substantialẽ, & naturalem, sicut vidimus cap. 2. non quia ex vtraque carne fiat vna res, vna substãtia, & vna natura, sed quia, nostra caro cum carne Christi nõ cogitatione, & affectu tantũ, sed reipsa coniungatur: sicut etiã vnio duarũ naturarũ in Christo essentialis, vel secundũ essentiã à Patribus vocata est, vt notauimus 1. tom. disput. 17. c. 2. non quod ex duabus reipsa fieret vna essentia, seu natura, sed quia vtraque reipsa ad compositionem conueniret, & vnionem.

Vita æterna est peculiaris effectus Eucharistiæ. Ratio. 44 *S. Thomas.* Tertium notabile.

Iam vero argumẽta aduersariorũ, quæ in primo cap. allata sunt, diluere facili negotio poterimus. Ad prius testimonium, quod erat Autoris sermonis de cœna Domini respondeo, ita illũ solũ tribuisse vnionẽ spiritualem inter nos, & Christũ huic Sacramẽto, vt nõ negauerit alterã, quã inter carnem nostrã, & carnẽ Christi nos statuere cõtendimus, sed eam solũ reijcere voluerit, quã quis inepte intelligere posset in his fieri per substãtiæ et trãsmutationẽ carnis Christi in carnẽ nostram, qua cibus in carnẽ hominis cõmutari solet: nam, & vnio carnis Christi cum carne nostra, quam nos adstruimus, non fit per hanc transmutationem, sed ex spirituali, quæ est per charitatem proficiscitur, vt cap. 4. expositum est.

Quare substantialis, & naturalis à Patribus appellata sit vnio hæc. Responsio ad primũ testimonium. 45 Ad secundum ex Damasceno.

Ad alterũ testimoniũ, quod est Damasceni, eodẽ modo respondeo, solũ statuere voluisse vnionẽ, quæ fit in hoc Sacramento per cõcordiam voluntatũ, aliam verò nõ negasse. Illud autẽ rectè docuisse: cõmunionem, quæ fit per hoc Sacramentũ, citra animi nostri sententiam esse nõ posse: nã vnio etiam corporalis ortum habet ex spirituali; & ex sententia, seu consensu nostro, vt ex dictis patet. Quod autẽ nullus ex antiquis Scolasticis huius vnionis mẽtionẽ fecerit, mirũ non est: neque enim omnia ab ipsis disputari debuerũt, neq; omnes Patrũ sententiæ ipsis perspectæ fuerunt: nobis autẽ sufficiat, fere nullũ esse ex recentioribus Theologis, qui contra hæreticos disputãtes, volentesque veritatem Christi in Eucharistia cõtra eos probare, huius vnionis non solũ nõ meminerit, verumetiam mirum immodũ non probauerit, vt ex cap. 2. aperte constat.

Ad priorẽ verò rationẽ dico, præter vnionem formæ cũ materia, & efficientis cũ subiecto, circa quod operatur, esse etiã aliam vnionem, quæ & realis, & substantialis, & naturalis dici possit, sicut iã à nobis cap. 4. explicatũ est. Quinimo coniunctio efficientis cũ materia, & subiecto non tã vnio, quã cõiunctio dici debet: neq; enim vnũ quid fieri dicũtur, sed solũ coniuncta esse. Hanc autẽ vnionẽ carnis nostræ cũ carne Christi nõ fieri ratione alterius effectus à carne Christi in ipsam deriuati, ibidẽ etiã dictũ est. Ad posteriorẽ rationem respondeo, illam vnionem, quã inter carnẽ nostrã, & carnẽ Christi esse diximus, nõ tãtum perseverare, quandiu Christus in nobis

Diluitur prima ratio aduersariorum. 46 Dissoluitur secunda

re ipſa manet, ſed etiam corruptis ſpeciebus, & Chriſto ibi non permanente ſecundùm rẽ ipſam, ſicut etiam coniuges non tantũ dicuntur vna caro in ipſa Matrimonij conſummatione, ſed etiam poſtea. Quamuis autem realis vnio, vel ſubſtantialis, vel naturalis qua ex duabus rebus fit vna res, vel ex duabus ſubſtantijs vna ſubſtantia, vel ex duabus naturis vna natura, non poſsit permanere, ſi res, ſubſtantiæ, & naturæ loco ſeparentur, & diſtare incipiant, veluti ſi anima à corpore ſeparetur, non poteſt res, & natura, & ſubſtantia hominis, quę vna eſt, permanere; nihilominus hæc realis, naturalis, & ſubſtantialis vnio
47 permanere poteſt inter carnem noſtram, & carnem Chriſti: quia, vt ſupra in hoc capite notauimus, non dicitur realis, naturalis, aut ſubſtantialis, quia fiat vna res, vna natura, aut vna ſubſtantia, ſed quia, ex contactu carnis Chriſti ſecundum rem, & ſecundùm naturam & ſubſtantiam illius fieri dicitur noſtra caro vna cum illa, vnione tamen quadam myſtica & morali, vt explicatum eſt, ſicut etiam inter coniuges fieri diximus.

ARTICVLVS III.

Vtrum effectus huius Sacramenti ſit remiſsio mortalis peccati.

Notatio circa Articulum.

PRIMA Concluſio eſt: *Si hoc Sacramentũ conſideretur ſecundum ſe, hoc eſt, ratione rei, quam in ſe continet, habet virtutem remittẽdi peccata quæcumque mortalia.* Secunda concluſio. *Si hoc Sacramentum comparetur cum eo, qui illud recipit, & ille accedat conſcius peccati mortalis, non recipit effectum huius Sacramẽti.* Tertia concluſio. *Hoc Sacramentum in voto perceptum poteſt operari in nobis remiſsionem mortalis, nempe, quia deuotio circa illud habet etiam ſecum contritionem.* Quarta concluſio. *Is, qui reuera mortali peccato obnoxius eſt, illius tamen non eſt conſcius, ſi deuote, & reuerenter accedens hoc Sacramentum re ipſa percipiat, conſequetur gratiam charitatis, qua contritio perficietur, & remiſsio fiet peccatorum.*

Quid S. Doctor in his quatuor concluſionibus docere velit, in ſequente diſputatione paucis oſtendemus: nunc autem ſolum notãdum eſt, habere aliquem conſciẽtiam peccati mortalis, ſeu conſcium eſſe illius, idem eſſe apud Sanctum Thomam, quod exiſtimare, ſe eſſe in ſtatu peccati mortalis: neque ad hoc opus eſt habere affectum aliquem circa peccatum. Nam in ſolutione ſecunda docet, eum, qui accedit ad Baptiſmum cum conſciẽcia peccati mortalis, ſi accedat cum dolore, digne accedere, & fructum illius Sacramenti percipere, ſi autem accederet quis cum affectu peccati mortalis, dubio procul non cõſequeretur fructum Sacramenti.

An virtute huius Sacramenti aliquando remittatur peccatum mortale. Diſputatio. 205

Hoc Sacramentum non eſſe per ſe inſtitutum ad remittenda mortalia, & in eo, qui conſcius mortalis accedit, ea non remittere, contra hæreticos probatur. Cap. 1.

Diluitur argumẽtum quoddã hæreticorũ. Cap. 2.

Hoc Sacramentum ex opere operato per accidens peccatum mortale nonnumquam remittere non pauci Scholaſtici exiſtimarunt. Cap. 3.

Oppoſita ſententia probabilior eſt. Cap. 4.

Præcedens opinio efficaci ratione confirmatur. Cap. 5.

Hoc Sacramentum non eſſe per ſe inſtitutum ad remittenda mortalia, & in eo, qui conſcius mortalis accedit, ea non remittere, contra hæreticos probatur.

CAPVT. II.

QVAMQVAM circa quæſtionem ſequentẽ exactè diſputaturi ſumus cũ S. Thoma de præparatione neceſſaria ad digne ſuſcipiendum hoc Sacramentum, tamen cum valde ea diſputatio connexa ſit cum hac, quæ de effectu huius Sacramenti ſuſcipitur, nonnihil etiam in præſenti de diſpoſitione requiſita attingere neceſſe erit. Quod igitur attinet ad effectum remittendi mortalia, omiſsis 1

Hæreticorum ſentẽtia. *Lutherus.*

omissis alijs, quę de speciali dispositione hę retici docent, infra enim disput. 211. cap. 1. ea memorabimus; Lutherus in concione de digna præparatione ad Sacramentum Eucharistiæ, & in lib. de captiuitate Babilonica, capite de Eucharistia, & multis alijs in locis plane pronunciauit, hoc Sacramentum per se institutum esse ad remissionem mortaliũ, ideoque non indigne, sed bene præparatum accedere, qui conscius peccati ad manducandum hunc panem accedit. Idem defendit Kemnitius in 2. parte examinis Concilij Tridentini sessio. 13. cap. 2. & 7. consentit, quoque Caluinus lib. 4. institutionum cap. 17. §. 41. & 42. Fundamenta vero, quibus nituntur, inferius referemus. Iuxta hanc vero doctrinam nihil prorsus obesset conscietia peccati mortalis, quominus quis digne accederet ad hoc Sacramentum, vt manifestum est: hac enim ratione communis & vera catholicorum sententia, quam probauit S. Thomas in hoc art. ad secundum, est, nullum indigne sumere Sacramentum Baptismi, etiamsi conscius mortalis peccati ad illud accedat, quia ad remissionem mortalis primarie institutum est, & ita expresse affirmant Caluinus, & Lutherus locis citatis; tametsi Kemnitius non satis conuenienter prædictę doctrinę loquatur.

2 *Kemnitius.* *Caluinus.*

Eucharistiam non fuisse institutam per se ad remissionẽ mortalis catholica sententia est. Tridentin.

Verum catholica sententia est, hoc Sacramentum per se institutum non esse ad remissionẽ mortalis, definita iam in Concilio Tridentino, & antiqua Patrum traditione confirmata. Nam Concilium Tridentinum sessione 13. cap. 2. agens de effectu huius Sacramenti, nullum alium ei assignat, nisi nutritionem spiritualem, præseruationem à mortalibus, & à quotidianis culpis liberationẽ. Canone autem 5. damnat eos, qui dicunt, vel præcipuum effectum Sacramenti Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex eo nullum alium effectum prouenire: per peccata autem intelligit sine dubio mortalia. Si autem hoc Sacramentum ad eorum remissionẽ per se institutum esset, præcipuus effectus illius hæc remissio mortalium esset, vt patet. Immerito autem conqueritur Kemnitius de Concilio Tridentino, quod in illo canone 5. damnet Lutheranos, quasi dicant, nullum esse alium effectum huius Sacramenti, nisi remissionem peccatorum. Immerito igitur dãnat; quia Concilium non ita canonem edidit contra Lutheranos, sed eo modo, quo diximus. Hanc eamdem doctrinã consensu Patrum firmatam esse ex subiectis testimonijs patebit. Clemens Romanus lib. 7. Apost. constit. c. 72. in fine ait: *Si quis sanctus est, accedat: si quis non est, curet, vt fiat per pœnitentiam.*

3 *Kemnitij querela cã natur.*

Item probatur ex Patribus. Clem. Rom.

Iustinus in 2. Apologia prope finem inquit, nulli alij licitum esse hoc Sacramentum participare, nisi credenti, veram esse Ecclesiæ doctrinam, & abluto per lauacrum regenerationis, & viuẽti, sicut Christus tradidit. Consentit Origenes homilia 2. aliquãtulum ante finem in Psal. 37. Cyprianus lib. 3. Epistolarum epistola 14. quæ nunc est in ordine 10. reprehendit eos, qui admittebãt ad Eucharistiam peccatores nondum absolutos, cum scripum sit 1. ad Corinth. 11. Qui ediderit panem hunc, aut biberit calicem Domini indigne, iudicium sibi edere & bibere. Similia dicit in epistola 15. & 16. quæ sunt in ordine 11. & 12. Et in lib. de lapsis fusius ostendit, quam sit pernicioſum, cum conscientia peccati mortalis Eucharistiã sumere, Basilius ex professo idem probat lib. 2. de Baptismo cap. 2. cui titulum præfixit: *An tutum sit, si quis non repurgatus abomni inquinamento carnis, & spiritus edat corpus Domini?* Ambrosius lib. 6. in Lucam cap. 37. inquit: *In hoc mysterio hic ordo seruetur, vt prius per remissionem peccatorum vulneribus medicina tribuatur, postea alimonia mensæ cælestis exuberet.* Lege etiam ipsum lib. 7. cap. 66. vbi exponit parabolam de filio prodigo. Hyeronimus etiam in 1. caput Epistolæ ad Titum summã puritatem requiri ad edendum de hoc pane, probat ex figura panũ propositionis. Eamdem doctrinã habent idẽ Hieronymus in Marcum 3. cap. explicans illud, *Et veniunt ad domum.* Chrysostomus homilia 30. in Genesim, & 83. in Matthæum, & 45. in Ioannem. 24. in priorẽ ad Corinthios, & 3. in epistolam ad Ephesios. Augustinus tract. 26. in Ioannem, & Leo I. in sermone 2. de Resurrectione. Cyrillus lib. 4. in Ioannẽ cap. 17. & lib. 13. in Leuiticum sub finem. Isichius lib. 7. in Leuiticum cap. 16. Gregorius lib. 2. in 1. Regũ c. 1. & Bern. in serm. de cœna Domini. Isidor. lib. 1. de summo bono capite 24. in fine. Demum testimonijs Scripturæ & Patrum, quibus probabimus infra, ex parte suscipientis Sacramentum requiri confessionem, aut contritionem, & præuiam dispositionẽ, hæc eadem sententia probabitur.

Iustinus. *Origenes.* *Cyprianus.* *1. Cor. 11.* 4 *Basilius.* *Ambrosius.* *Hieronymꝰ* *Chrysost.* *Augustin.* *Leo I.* *Cyrillus.* *Isichius.* *Gregorius.* *Bernardus.*

5 *Primũ fundamentũ veræ sententiæ.*

Duabus deinde rationibus confirmari potest: prior de sumpta est ex institutione, & natura Sacramenti, posterior vero est contra ipsos hæreticos ex principijs eorum deprompta: prior igitur ratio sit in hunc modum. Hoc Sacramentum differt ab alijs fine, & effectu; neque enim omnia, aut plura ad eumdem effectum instituí, congruum erat: si autem finem institutionis Eucharistię attendamus, pro viuis nempe, pro ijs, qui viuunt vita spirituali, tantum institutum est: ergo, vt

dignè ad illud accedamus, vitâ gratiæ, & iuſtitiæ prius viuere debemus, ac proinde, qui conſcius eſt alicuius mortalis peccati, indigne accedet: ſic enim accedit, putans, ſe mortuum eſſe, cui tale Sacramentum minime cõuenit. Porrò, hoc Sacramentũ pro viuis dumtaxat inſtitutum eſſe, manifeſtum eſt, nã Baptiſmi, & Pœnitentiæ Sacramenta pro mortuis inſtituta ſunt; diuerſa tamen ratione. Prius quidem per ſe pro mortuis per originale, per accidens vero pro mortuis per alia peccata, quæ originale comitari poſſunt, & ita ſemel tantum ſuſcipitur, quia vnum tantum originale eſt. Poſterius vero inſtitutum fuit pro ijs tantùm, qui poſt vitam Baptiſmi per alia mortalia mortui ſunt. At vero Euchariſtia tamquam cibus, & potus ſpiritualis, ac proinde ſub ſpeciebus panis, & vini inſtituta eſt, cibus autem non conuenit mortuis, vt ad vitam reuocentur, ſed viuis ne moriantur, ſed in vita vegetentur: ergo neque hoc Sacramentum pro mortuis, ſed pro viuis inſtitutum eſt. Ex quo etiã fit, vt ille, qui putans ſe mortuum eſſe, in peccato ad hoc Sacramẽtum accedit, contra finem, & inſtitutionem illius eo vti velit, ac proinde indigne ad illud accedat.

Euchariſtia eſt pro viuis vitæ gratiæ.

6

Poſterior ratio eſt in hunc modum. Hæretici ſupra memorati, qui dicunt, effectum primarium, & per ſe Euchariſtiæ eſſe remiſſionẽ mortalium, docent, diſpoſitionem, quæ hoc Sacramentũ præcedere debet, eſſe fidem neque deſunt, qui ex illis dicant, requiri etiã Pœnitentiã, aut abſolutionẽ, omnes tamen fidem expoſcunt, vti diximus: atqui fides ſola in eorũ ſententia remittit peccata mortalia: ergo ex eorum principijs planè conficitur, neminem dignè accedere ad hoc Sacramentum, qui conſcius ſit peccati mortalis, & Sacramẽtum ipſum non fuiſſe per ſe inſtitutũ ad delenda mortalia, cum dignadiſpoſitio ad illud ea iam per fidem deleta ſupponat. Hoc argumento recte conuincit noſter Bellarminus prædictos hæreticos lib. 4. de Euchariſtia capit. 19. in 3. tomo, atque ex eo vim maximã habet, quòd hi hæretici non tribuunt virtutẽ remittendi peccata, aut aliquid in animã operandi ratione Chriſti, quem in ſe habeat, aut ex opere operato, ſicuti catholici ei tribuunt augmentũ gratiæ, ſed ea ſola ratione, qua excitat in nobis fidem, per quam peccata remittuntur. Nam, ſi hoc Sacramentũ per ſe inſtitutum eſſet ſolum, vt fidem excitaret, qua remitterentur peccata, non autem vt ea remiteret ex opere operato, quo pacto, vt diſpoſitionem neceſſariam poſtularet eandem fidem, iam in nobis per aliud medium excitatam, qua remiſſa prius eſſent peccata?

Secundum fundamentum cõtra hæreticos

Bellarminus.

7

Reſpondet primo Kemnitius in examine capite 2. remiſſionem peccatorum non ita immurabilem inhærere animæ, ſicut color ineſt ſubiecto, & ideo opus eſſe quotidiano exercitio fidei, imo nullum eſſe tempus, quo non oporteat per fidem apprehendere remiſſa nobis eſſe peccata, ſi eam in nobis conſeruare cupimus; & ita non mirum, ſi per hoc Sacramentum remittantur peccata, etiam ſi prius per hanc fidem remiſſa ſint. Verum præter quam quod Kemnitius principijs ſuæ Scholæ minime conſtat, ſecum etiam pugnãtia docet. Primum quidem minime conſtat principijs ſuę Scholæ, quia Magiſtri illius non putant, peccata ſemel remiſſa iterum nobis à Deo imputari ex eo ſolum, quod ceſſet actus fidei, quo credebamus nobis eſſe remiſſa; alioquin ſemper deberemus in eodem actu fidei perſeuerare, quod eſt impoſsibile. Neque etiam docent, poſt paululum temporis iterum imputari; alioquin frequentiſsime actum fidei repetere deberemus. Deinde, ſi ita eſſet, ſecum pugnantia doceret Kemnitius: nam vel eo tempore, quo accederemus ad Euchariſtiam, adhuc perſeueraret remiſſio peccatorum per fidem præcedentem, aut non? ſi perſeueraret adhuc, nullo modo eorũdem peccatorum remiſsionem per Sacramẽtum obtinere poſſemus: nulla enim peccata Sacramentum inueniret, quæ remitteret. Si vero non perſeueraret, aut indigne accederemus ad Sacramentum, quod ex ſe hunc habet effectum, aut fruſtra fides paulò ante adhiberetur; ſiquidem, ipſa non perſeuerante vſque ad tempus, quo Sacramentum reciperetur, perinde ſe haberet homo, ac ſi nunquã illa præceſsiſſet, ſed in ipſo Sacramento excitaretur: cumque illa, quæ in Sacramento excitaretur, non eſſet diſpoſitio, nulla ad hoc Sacramentum diſpoſitio exigenda eſſet.

Soluſio Kemnitij

8

Contradictionis argumentum primo.

Secundo

9

Secundo reſpondet eodem in loco, intentionibus hominem frequenter dubitare, an ſibi remiſſa ſint peccata, & quia promiſſio Dei extra Sacramentum intelligitur facta omnibus in vniuerſum, non ſpeciatim huic, aut illi, ideo ſumitur Sacramentum, quod ſpeciatim ſumptum applicat promiſsionem, & excitat fidem. Verum hoc reſponſum non minus abſurdum, & friuolum eſt, quam præcedens. Primum, quia ex ſententia Kemnitij, & aliorum hæreticorum multi ſunt, qui extra Sacramentum iuſtificantur per fidem illam, qua credunt ſibi etiam peculiariter factam eſſe promiſsionem, & remiſſa eſſe peccata: ijs ergo

Alia eiuſdem ſolutio.

Reijcitur primo ad hominem.

10

Secundo.

ergo ad remissionem peccatorum mortalium Eucharistia prodesse non poterit. Præterea, per absolutionem, quam dicit Kemnitius ab hæreticis ante Eucharistiam præmitti fieri potest applicatio speciatim Diuinæ promissionis, & ita frustra erit Eucharistia ad hunc effectum designata.

Kemnitij inconstantia notatur.

Tertio in examine ca. 7. fatetur ingenue, per Eucharistiam non remitti peccata, sed obsignationem remissionis peccatorum obtineri, vt certiores efficiamur gratiæ, iam acceptæ. Hoc autem modo Kemnitius iam à sua opinione recedit, & sententiæ catholicorũ subscribit, quatenus asserit, hoc Sacramento non remitti peccata mortalia; quatenus vero asserit eo testificari Deum remissa esse, eius sententia falsa est, neque per Sacramentum testimonium habemus, quod iustissimus revera, sed nos quodam modo testamur, saltem secundùm nostram opinionem, & conscientiã iustos esse, qui ad Sacramentum viuorum accedimus.

Diluitur argumentum quoddã hæreticorum.

CAPVT II.

11

Bellarmin.

OMISSIS Vero multis argumentis hæreticorum ex ijs, quæ adducit Cardinalis Bellarminus lib. illo 4. cap. 19. quòd facile quisque ea diluere possit; vnum tantum dissoluere decreuimus, quod desumptum est ex verbis consecrationis vini. Nam calix sanguinis Christi dicitur nouum testamentũ in sanguine Lucæ 22. & 1. ad Corinth. 11. nouum autem testamentum continet pactum remissionis peccatorum, vt dicitur Ierem. 31. Tũ etiam in ipsa forma verborum consecrationis de sanguine Christi dicitur: *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. Aliqui volentes defendere, Eucharistiã ipsam, prout Sacramentum, testamentum nouum vocari in illis verbis, respondent, testamentum tribus modis vsurpari, primum pro voluntate testatoris, & hoc modo, dicunt, Eucharistiam non esse testamentum nouum. Secundo pro hæreditate, seu bonis a testatore legatis, & hoc etiam modo Eucharistiam non esse testamentum. Tertio pro instrumẽto publico, quod simul sit signum voluntatis testatoris, & instrumentum applicandi hæreditatem, & hoc modo Eucharistiam dici posse testamentum nouum. Et primum quidem

Argumentum proponitur.

Luc. 22.
1. Cor. 11.
Ierem. 31.

Aliquorũ solutio.

12

si capiatur pro signo nullã videtur esse difficultas: nam, cum Eucharistia sit signum mortis Christi, quam repræsentat, est etiam signum voluntatis testatoris, & omnium bonorum nobis promissorum, etiamsi remissionẽ peccatorum comprehendas. Atque hinc respondent ad confirmationem sumptam ex illis verbis: *Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. Dicunt enim, his verbis non significari, bibi sanguinem in remissionẽ peccatorum, sed effusum fuisse in remissionem peccatorum, & hoc per Eucharistiam repræsentari, cum tamen ijdem alibi doceant, illud, *Effundetur*, idem significare, quod, *Libatur Deo in sacrificium incruentum pro nobis*, vt inde probent, Eucharistiam esse verum sacrificiũ. 13

Si autem dicatur testamentum, vt causa instrumentaria ad applicandam hæreditatem, respondent, etiam hoc modo Eucharistiam esse nouum testamentum, licet per eam aliomodo applicetur hæreditas, quam per alia Sacramenta, quia applicatur per eam gratia Dei ad nutriendam animam, & præseruandam à peccatis. Hoctamen posteriori modo nõ video, quo pacto satisfiat argumento desumpto ex verbis illis, *Effundetur*, &c.

Vera Autoris.

Ego vero facilius puto, dissolui posse argumentum ex doctrina tradita disp. 199. capite 1. & 4. si dicamus primum, testamentum nouum in verbis consecrationis non denotare voluntatem ipsam testatoris, neque instrumentum, aut signum, sed conditionem, seu fœdus, sub quo relicta fuit hereditas, hoc autem fuisse effusionem sanguinis, seu sanguinem effusum, sub cuius pacto etiam confirmata fuit voluntas testatoris, & relicta hæreditas, sicut cap. illo 4. ostendimus. Deinde, si addamus id, quod cap. 1. diximus, sanguinem prout in Eucharistia non dici testamentũ nouũ, sed sanguinẽ ipsũ, qui est in calice prout effundẽdũ, aut effusũ in cruce, ita vocari. Hoc autem modo continet remissionem peccatorum per modum vniuersalis pretij redẽptionis nostræ, quod per causas alias nobis applicatur, veluti per Sacramentum etiam virtute, & merito illius datur nobis à Deo auxilium ad iustificationem à mortalibus. Hinc vero non sequitur, hoc Sacramentum continere virtutem iustificandi à mortalibus, sed rem Sacramenti, hoc est, sanguinem ipsum, non prout in Sacramento, sed prout in cruce oblatum hanc virtutem habere. Adde, quòd cum de solo sanguine dicatur esse nouum testamentum ob rationem, quam in eo capite assignauimus, & ita de eo solo dicatur, *Effundetur in remissionem peccatorum*, si hoc totum de eo diceretur, prout in Eucharistia, hic effectus

Pro quoaciapiatur nomen, *Testamentum*, in forma calicis.

14

fectus remiſſionis peccatorum mortalium, non corpori Chriſti ſub ſpeciebus panis, ſed ſanguini ſub ſpeciebus vini tribuendus eſſet.

Obſeruatio. Poſtremo obſeruandum eſt, cum hæretici huius ætatis, qui hunc effectum adſcribere contendunt Euchariſtiæ, nullam ei virtutem tribuant iuſtificandi ex opere operato, ſed tantum ad excitandam fidem, qua ipſi putant remitti peccata quæcumque, ideo auſos fuiſſe remiſſionem mortalium tamquam effectũ per ſe illi tribuere, quia cenſent, non minus per hoc Sacramentum fidem excitari ad rem remiſſionem mortalium, quàm alio modo. Si tamen catholice crederent, Chriſtum eſſe in hoc Sacramento, & Sacramentum vim habere iuſtificandi ex opere operato, eo modo quo 2. tomo huius 3. partis diſput. 131. capit. 3. & ſequentibus explicatum eſt, non dubitarent etiam nobiſcum ſentire, virtute huius Sacramenti per ſe nullum mortale remitti, ſicut ſupra docuimus. An vero ex accidenti hoc efficiat, ſequente capite videbimus.

Hoc Sacramentum per accidẽs ex opere operato peccatum mortale nonnunquam remittere, non parui Scholaſtici exiſtimarunt.

CAPVT III.

15 QVAMVIS Scholaſtici omnes contra hæreticos catholice doceant, hoc Sacramentum per ſe non fuiſſe inſtitutum ad remittendum mortalia, ac proinde nunquam ea remittere, ſi communicans conſcius peccati ad hoc Sacramentum accedat, & in hoc omnes verè conueniant; tamen de effectu per accidens huius Sacramenti circa mortalia, non eodem modo ſentiunt. Eſt enim inter eos controuerſia; Vtrum, ſi quis accedat in peccato mortali cum dolore attritionis de illo, putans tamen ſe eſſe contritum, in caſu, in quo non poteſt confeſsionem præmittere, aut exiſtimans illud nõ eſſe mortale, virtute huius Sacramẽti cõſequatur remiſsionẽ illius ex opere operato, an non? Et quia in hoc caſu ignorantia aliqua intercedere debet, nempe, aut circa peccatum, quod, cum ſit mortale, putatur, eſſe veniale: aut circa attritionem, quæ exiſtimatur contritio, quæſtio inter eos verſatur, quoties ignorantia eſt inuincibilis, aut probabilis, quæ excuſat à peccato indignę communionis; nam ſi talis ſit, quę ab eo peccato non excuſet, citra controuerſiam omnes concedunt, nullum peccatum ſumenti hoc Sacramentum remitti, ſed nouum perpetrari.

Status quæſtionis.

Bene video Maiorem in 4. diſt. 9. quæſt. 1. §. *His præmiſſis*, concluſione 2. & 3. circa ſtatum huius controuerſię peculiarem ſequutum fuiſſe opinionem. Cenſet enim, nullum accedere ad hoc Sacramentum revera exiſtentem in peccato mortali, qui nõ accedat indigne, & contra reuerentiam huius Sacramenti nouiter peccet. Probat autem hac ratione, quia ſi fecit totum id, quod debebat, vt dignè accederet, ſine dubio nõ manebit in peccato, ante quam accedat: ſi vero non fecit, iam imputabitur illi, & indignè accedet: putat enim primum, ad gratiam conſequendam neminem debere plus facere, quam id, quod prudentes, & doctiiudicauerint eſſe neceſſarium. Deinde, ſi quis non faciat, hoc, quod alijs prudẽtibus ſufficere videretur, etiam ſi ipſi id ſufficere videatur, nõ poſſe à culpa excuſari. Hæc tamẽ ſententia ſine dubio explodẽda eſt: nã, vt quis excuſetur à culpa ratione ignorantiæ, non ſemper debet alios peritos conſulere, hoc enim nimis eſſet oneroſum, & impoſsibile, ſed ſuo iudicio, ſi doctus ſit, & in ea re peritus tutiſsime cõfidere poteſt. Adde, quod iuxta doctrinam Maioris plurimi rudes, & ignorantes, qui abſque vlla conſcientiæ reprehenſione bona fide aliquid faciunt, quod re verà non licet, damnandi eſſent, quod eſt abſurdũ. Ex qua doctrina etiã liquet, quam parum momenti ſit ratio prædicti Doctoris. Cum igitur communis opinio Theologorum ignorantiam inuincibilẽ, ſeu inculpabilem, tam in rudibus quam in ſapientibus, & peritis admittat in ijs rebus, quas proprio iudicio ſine aliorum conſilio interdum definiunt, ſtatus præſentis controuerſię rectè explicatus, & propoſitus à nobis eſt.

16 Maioris iudicium circa ſtatum quæſtionis.

Nullũ qui re ipſa ſit in mortali accedere poſſe adcõmunionẽ dignè, ratione probat.

Explodi-tur.

17

Prima opinio affirmans.

In ea vero non pauci ex Recentioribus Theologis conſtanter affirmant, & pro viribus defendere nituntur, tale eſſe efficacitatem huius Sacramenti, vt quæcumque peccata mortalia, quę eo modo in communicante inuenerit ſecundum legem, & inſtitutionem ſuam ex opere operato per infuſionem gratię habitualis abſq; alia noua diſpoſitione remittat. Ita docent Sotus in 4. diſtinct. 11. quęſt. 1. art. 4. circa 5. argumẽtum. Ledeſma 1. part. quarti, quæſt. 20. artic. 3. Ianſenius in concor-

Sotus. Ledeſma.

Sainctes. Vega. concordia Euãgelicã cãp. 131. Claudius Sainctes repetitione 6. de Eucharistia cap. 10. Vega lib. 9. super Concil. Tridentin. cap. 34. §. *Absit tanta*, Petrus Sotus lib. de institutione sacerdotum lectione 11. de Eucharistia in fine, & 12. Recentioresque alij quam plures.

Petr. Soto. Ricardus. Scotus. Ex antiquioribus verò idem docet Ricardus in 4. distinct. 9. artic. 2. quæst. 1. in fine corporis, & Scotus in eadem distinctione, quæstione vnica: dicit enim, eum, qui præmissa cõfessione, & contritione suo iudicio probabili dignè accedit ad hoc Sacramentum, nõ peccare: imo, si aliqua in eo latent peccata, per hoc Sacramentum remittuntur. Intelligere autem debet peccata, quæ post Confessionẽ comissa fuerunt, & ipse inuincibiliter ignorat: nam si ante confessionem commissa essent, nemo diceret, per hoc Sacramentum remitti; siquidem per Sacramentum Confessionis remissa essent. Pro hac etiam sententia allegari solent Durandus in 4. distinct. 9. quæstion. 4. numer. 7. & Paludanus in eadem distinct. quæst. 1. artic. 1. num. 5. Hi vero prædictam sententiam indubitanter non affirmãt, sed solum dicunt, eum, qui eo modo ad Eucharistiam accedit, non peccare, imo forte cõsequi veniam peccati mortalis: ideoque ratione particulæ, *Forte*, rectè explicari possunt, si cut Alexander, S. Thomas, & alij, qui posteriorem sententiam sequuntur, & pro priori allegari solent, tametsi id, quod addunt, nempe, *Ex vi Sacramenti*, non tam facilè prædictam expositionem recipiat.

18 Durandus. Paludanus. Alexander. S. Thomas.

Caietanus. Demũ citari potest Caietanus in hac quæstione artic. 1. §. *Secundus igitur effectus*, vbi docet, hoc Sacramentum non conferre primã gratiam, hoc est, primam iustificationem per se, sed per accidens: id quod in casu nostro intelligere videtur. Cum prædictis Autoribus facere quoque videtur Adrianus in 4. q. 1. de Eucharistia §. *Pro responsione*, vbi prædictum effectum tribuere videtur operi operato huius Sacramenti. Fundamenta horum autorum inferius in hoc sequenti capite assequemur.

Adrianus. 19

Opposita sententia probabilior est.

CAPVT IIII.

Autoris sẽtentia. MIHI Vero opposita sententia probatur, nimirum, hoc Sacramentum numquam cõferre primam iustificationem à peccatis mortalibus; quãmtumuis quis accedat attritus, & putans, se digne ad Sacramentum accedere eo modo, quo in hac controuersia supponimus. Hanc sententiam expressè tradiderunt Bonauentur. in 4. distinct. 13. part. 2. di stinctionis art. 1. quæst. 2. & dist. 9. art. 2. quæstion. 3. Gabr. in 4. distinct. 9. quæst. 2. art. 2. conc. 1. Maior eadem distinctione, quæst. 1. hoc manifestè supponit, vt patet ex dictis capit. præcedenti. Gerson super, *Magnificat*, tractatu 9. part. 3. in Alphabeto 90. litera G. in fine, qui absolute docet, eum, qui mortuus accederet ad hoc Sacramentum, emolumenta viuorum non acceptutum; quia non est conditio mortuorum, vt comedat. In tractatu vero de pollutione nocturna consideratione 2. in alphabet. 87. litera Q. inquit, vnũ è duobus tunc futurum, aut dimittendum peccatum virtute Sacramenti, aut hominem illum illustrandum, vt peccati illius pœnitentiam agat, quod non est planè contra hanc sententiam, quam probabiliorem putamus. In eo tamen fallitur hic Autor, quòd putat, Durandũ idem prorsus dixisse: non enim inquit vnum è duobus futurum, sed prius illud forte futurum. Clarissime quoque consentiunt Alexander 4. part. quæst. 10. memb. 8. art. 1. §. 2. in corpore, vbi docet, si aliquis Patrum dicat, virtute huius Sacramenti deleri crimina, intelligendum esse improprie fuisse loquutum, quatenus virtute huius Sacramenti præseruamur à futuris, & artic. 3. ad vltimũ, vbi planè fatetur nõ remitti mortale in casu prædicto, si spectemus virtutem Sacramenti, pie tamen credi posse, illum, qui sic accederet, consequuturum gratiam, quia Dei bonitas non est Sacramentis alligata: & hoc modo intelligi debet ipse in eo §. 2. ad 3. & quæst. 11. memb. 2. art. 2. §. 2. versicul. *Consequenter quæritur; vtrum peccator*, in solutione vltimi, cum concedit, in aliquo casu conferri primã iustificationem, & mortuum morte peccati ad vitam suscitari virtute huius Sacramenti, nempe, vt id non fiat ex opere operato secundum legem, & institutionem Sacramenti, sed ex Dei benignitate, quæ Sacramentis non est alligata. In quem sensum ipsum explicat, & sequitur Gabriel in 4. dist. 9. quæstion. 2. artic. 1. notatione 1. atque hoc modo ego intelligo Durandum, & Paludanum, cũ vtuntur particula, *Forte*, vt supra vidimus: ideoque hanc posteriorem sententiam ipsis adscribere non dubito. Si enim illud existimarent, ita euenire ex virtute Sacramenti secundum illius institutionem, non dicerent, *Forte*: quia verò intelligebant, id fieri ex sola Dei benignitate, quæ non est Sacramentis alligata

Bonauent. Gabriel. Maior. Gerson. 20 Alexander. 21 Gabriel. Durandus. Paludanus.

ligatã, de quo nihil certi habere poſſumus, illud, *Forte*, recte addiderunt. Dicunt verò, illud fieri virtute Sacramenti ſuſcepti, non quia fiat ex opere operato, & ſecundum inſtitutionem illius, & legem, ſed quia fiat ob præſentiam illius ex miſericordia Dei, vt maior ei honor habeatur. Et ſanè Bonauentura, quem omnes pro hac ſententia eſſe fatentur, non negauit, Diuinæ benignitati aliquando hunc effectum adſcribi, cum tamen expreſſe dicat, ſecundùm inſtitutionem Sacramenti id numquam fieri. Denum S. Thomas in hoc articulo, qui pro priori ſentẽtia indubitanter allegari ſoler, in eumdem ſenſum planè intelligi poteſt: ſolum enim dicit in fine huius articuli id, quod in 4. cõcluſione articuli in vnum collegimus, nempe, eũ, qui eſt in mortali, affectum tamen illius non habet, neque conſcius eius eſt, quia forte prius non fuit ſufficienter contritus, ſi deuotè, & reuerenter accedit, conſequi per hoc Sacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficit, & remiſsionem peccati. Et in ſolutione primi per illam orationem, per quam poſtulamus, vt hoc Sacramentum ſit ablutio ſcelerum, inquit, nos petere, vt cõtritio in nobis ad ſcelerum remiſsionem perficiatur, nempe, per gratiam charitatis, vt dixerat in corpore articuli: quod licet ij, qui oppoſitam ſententiam ſequuntur, explicent de gratia habituali, qua dicunt perfici attritionem, non vt mutetur in contritionem, ſed vt ſit formata, tamen de gratia actualis dilectionis, & charitatis, per quam ad contritionem perfectam moueamur intelligendum eſſe, verba ipſius Doctoris Sancti manifeſtè indicant. Nam, quòd attritio, quę in ſumente Euchariſtiam eſſet, perficeretur per habitum charitatis, aut gratiæ iuſtificationis, nihil referret ad remiſsionem peccati, ſiquidem illa iam nihil operaretur ad remittenda peccata, ſed quatenus imperfecta præceſsiſſet, fuiſſet diſpoſitio ſufficiens cum Sacramento ad remiſsionem peccatorum. Cum igitur dicat S. Thomas contritionem perfici per charitatis gratiam ad remiſsionem peccatorum, planè intelligit ex gratia actualis dilectionis, & charitatis procedere, vt ille, qui ita accedit ad Sacramentum ad perfectam peccatorum contritionem moueatur. Et quamuis in corpore articuli non dicat, *Quæ contritionem perficit ad remiſsionem peccati*, ſed, *Et remiſsionem peccati*, tamen in ſolutione 1. dicit, *Ad ſcelerum remiſsionem*. Atqui gratia actualis charitatis, qua peccata reuera deleantur, non eſt effectus certus huius Sacramenti ſecundùm legem, & inſtitutionem illius, quia non eſt neceſſe, vt virtute illius detur ſemper auxilium efficax: ergo eodem modo videtur loquutus S. Thomas, ſicut Alexander, nempe, non de effectu Sacramenti ex opere operato, ſed de effectu miſericordiæ Dei. Neque quidquam aliud docent Antoninus 3. parte, titul. 14. capite 12. §. 6. & Sylueſter verbo Euchariſtia non longè à fine: nam ſolum verba S. Thomæ referunt, & ſententiam illius ſequuntur, quamuis pro priori ſententia allegari etiam ſoleant.

Explicatur S. Thomas pro hac opinione.

22

23

Antoninus, Sylueſter.

Præcedens opinio efficaciter confirmatur.

CAPVT V.

IAM Vero prædicta ſententia vnicè ratione oſtenditur, & confirmatur. Nã, Sacramentis nullum effectum ex opere operato adſcribere poſſumus, niſi aut definitione Eccleſiæ expreſſum, aut traditione Patrum acceptum, aut Scriptura traditum ſit, aut ſaltem ex illorum propria natura, & inſtitutione efficaciter deducatur: cum enim effectus Sacramentorum ex ſola Dei voluntate eis fuerint aſsignati, nullo alio modo de illis nobis cõſtare poteſt, niſi vno ex quatuor modis, quos diximus: nihil autem horum habemus, vt hunc effectum eo modo, quo Autores prioris opinionis contendunt, huic Sacramento tribuamus: ergo non poſſumus illum huic Sacramento tribuere. Porrò autẽ nihil eorum nobis ſuppetere, vt id aſſeramus, inductione facile probari poteſt. Et quidem definitio Eccleſiæ, aut Scripturę nulla eſt, ex qua id colligi poſsit, vt omnes fatentur. Nihil etiam in Patribus, aut in ipſa Sacramenti natura, ſeu inſtitutione habemus, vt ſtatim probabitur.

24 Ratio propoſitur.

Nihil Sacramentis tribuendũ eſt, quod ex ipſorũ inſtitutione non cõſtet aliquo modo.

Primum quidem non ipſa inſtitutione Sacramenti; imo vero ex illa oppoſitum deduci videtur. Etenim inſtitutio Sacramenti ad vários ipſius effectus ex ſignificatione eius colligenda eſt. Nam, cum Sacramentum nouæ legis id efficiat, quod ſignificat, & è contrario, ac proinde eius efficacitas ſignificationi ipſius adæquate reſpondeat, nullum effectũ tribuere poſſumus alicui Sacramẽto, qui ſub eius ſignificationem non cadat, & è contrario; atqui viuificatio ſpiritualis animæ, & ſuſcitatio à morte peccati ſub huius Sacramenti ſignificationem vllo modo cadere nequit: ergo neque huic Sacramento tamquã effectus vllo modo adſcribi poteſt. Porrò viuifica-

Remiſsio mortalis per ſuſceptionem Euchariſtiæ non conſtat ex illius inſtitutione.

25

uifica-

uificationem non cadere ſub ſignificationẽ huius Sacramenti, ex ipſo modo, & rebus in quibus inſtitutum fuit euidenter conſtat: inſtitutum enim fuit ſub ſpeciebus cibi, & potus, in quibus eius ſignificatio conſiſtit; cibus autem, & potus ſignificant, ſemperque ſignificarunt recreationem viuentium, à quibus ſolum ſumi poſſunt, & eorum corroborationem; numquam autem ſignificarũt, neque aptè ſignificare poſſunt ſuſcitationem à
26 morte in eo, qui ea ſumit, cum à mortuis cibus non ſumatur, neq; ſumi poſsit: ergo hoc Sacramentum non ſignificat ſuſcitationem à morte peccati, ſed recreationem ſpiritualem, & corroborationem in ſpirituali vita gratiæ: ac proinde non ſolùm in ipſa inſtitutione nihil eſt, ex quo leui aliqua coniectura priorem opinionem quis poſsit colligere; verum etiam manifeſtum eſt in ea argumentum contra illam, quo poſterior ſententia efficaciſsime confirmetur. Nam argumentum deſumptum ex natura, & modo ipſius inſtitutionis Sacramenti, vſque adeò efficaciſsimum eſt, vt eo nixi Patres Concilij Tridentini multa circa Sacramentum Confeſsionis, & Pœnitentiæ tamquam fidei dogmata collegerint, & merito definierint, vt videbimus in tractatu de Pœnitentia circa numerum peccatorum, vt conſtat ex ſeſsione 14. capit. 5. & circa caſuum reſeruationem, vt ibidem dicemus, & patet ex eadem ſeſsione cap. 7.

Item non conſtat ex Patribus.

Deinde nihil eſſe in Patribus, ex quo colligi poſsit hic effectus Euchariſtiæ circa peccatores, inductione etiam facile monſtrabimus. Omiſsis vero pluribus, qui de peccatorum remiſsione loquuntur, neque de mortalibus mentionem vllam faciunt (hi enim explicandi ſunt de remiſsione venialium) tria ſolum afferre libet, & breuiter explicare. Primum eſt Cyrilli 4. lib. in Ioannem cap. 17. vbi de hoc Sacramento ait, *Non mortem ſolum, verum etiam morbos omnes depellit.* Ex hoc tamẽ loco probari non poteſt effectus, quem Doctores prioris ſententiæ huic Sacramento tribuere contendunt, vt ex verbis præcedentibus liquet, dixerat enim, *Quare pias quæſo cogitationes ſuſcipias, ſtudioſe, ſanctequeuiuas, & benedictione participes, quæ (mihi crede) non mortem ſolùm, verum etiam morbos omnes depellit.* Nam, cum hæc verba dicat ijs, quos exhortatus fuerat, vt prius bene viuerent, quam ad hoc Sacramentum accederent, non poteſt intelligi hic locus Cyrilli de morte præteriti peccati, in qua ſit is, qui ad hoc Sacramentũ accedit, ſed de morte futuri peccati, à qua præſeruatur. Quem ſenſum ſubſequentia verba maxime cõfirmant: ſubdit enim: *Sedat enim,*

Nonex Cyrillo.

27

tum in nobis maneat Chriſtus, ſeuientem membrorum noſtrorum legem, nempe, quæ ad mortem peccati nos duceret, niſi virtute huius Sacramenti comprimeretur.

Secundum teſtimonium ſit Damaſceni 4. de fide cap. 14. poſt medium, vbi de ſacrificio incruento, ait: *Corpus, ac ſanguis Chriſti eſt ad animæ, & corporis noſtri incolumitatem tendens, quod neque conſumitur, neque corrumpitur, &c. Verum ad noſtram ſubſtantiam, & conſeruationem tendit, atque omne incommodum propulſat, eamque vim habet, vt ſpurcitiem omnem abſtergat.* Vbi per ſpurcitiem non poteſt peccata mortalia non intelligere. Reſpondent quidam, Damaſcenum non loqui de peccatis, ſed de reliquijs peccatorum quæ etiam per hoc Sacramentum tolluntur. Colligunt autem hanc expoſitionem ex verbis ſequentibus: ſubdit enim: *Si aduterinum aurum nanciſcatur per explorantem inflammationem purgat.* Nam, cum aurum adulterinum vere aurum ſit, habens tamen aliquid alieni metalli admiſtum, videtur plane hominem iuſtum ſignificare, qui tamen aliquid ex reliquijs peccatorũ habeat admiſtum. Cæterum verba ſequentia hanc expoſitionem aperte condemnant. Continuò enim ſubdit: *Ne in futurum cum hoc mundo damnetur* (nempe aurum illud adulterinũ) *omnes enim morbos, immiſſaſque calamitates purgat, quemadmodum ait Apoſtolus; Si nos ipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Atque hoc eſt, quod ait; Itaque qui perciperit corpus, & ſanguinem Domini indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit. Per illud igitur purgati corpori Domini, ipſiuſque ſpiritui vnimur, ac corpus Chriſti efficimur.* Ex quibus verbis patet, Damaſcenũ non loqui de reliquijs peccatorum, neque ſolum de venialibus, quia propter hæc non condemnaremur, etiãſi non prius noſmetipſos diiudicaremus. Quare reſpondeo, Damaſcenum perſpicue loqui de mortalibus, quæ virtute Euchariſtiæ deleantur, non per accidens, ſed per ſe, neque enim de effectu per accidens ita abſolute loqueretur: id quòd etiam in præcedente teſtimonio notandum eſt, & in ſequente quoque obſeruabimus. Verum vſque ad poſtrema illa verba: *Corpori Domini, ipſiuſque ſpiritui vnimur, &c.* non loquitur de Euchariſtia, vt Sacramentum, ſed vt ſacrificium eſt, quod quidem impetratoriã, vt peccata noſtra deleantur, ſicut infra diſp. 228. c. 3. oſtendemus, quatenus ad ipſum vt Sacramentum digne accedamus. Id autem patet, primum ex verbis, quæ proxime ante omnia, quæ recitauimus, præceſſerant. Dixerat enim: *Hoc videlicet illud eſt purum, & incruentum ſacrificium, quod Dominus à Solis ortu vſque ad occaſum oblatum*

Nõ ex Damaſceno.

28

Aliquorũ interpretatio circa locum Damaſceni.

Reijcitur.

Germana Damaſceni expoſitio.

29

cumiri, per Prophetã prædixit, corpus ac ſanguis Chriſti eſt ad animæ & corporis noſtri incolumitatẽ rẽdẽs, &c. & reliqua, quę ſupra retulimus.

Deinde idẽ probatur ex modo, quo dicit, nos dum ſumus aurũ adulterinũ, virtute ſanguinis, & corporis Chriſti tamquã igne purgari, nẽmpe, per exploranteminflãmationem, 30
hoc eſt, per conſcientiæ examen. Qui autem contendunt, virtute huius Sacramenti remitti peccata mortalia per accidẽs ex opere operato, nõ per examẽ cõſcientiæ, ſed per infuſſionem ipſius gratiæ habitualis abſque vlla conſcientiæ diſcuſſione id fieri docent. Poſtremo, quia hæc explorans inflãmatio, de
1. ad Corinth. qua loquitur Damaſcenus, eſt id, quod Apoſtolus 1. ad Cor. 11. dixit, nos præmittere debere, antequam hoc Sacramẽtũ percipiamus, nẽpe, vt nos diiudicemus prius, ne iudicemur (hoc eſt, à Deo puniamur etiã in hac vita. Dixerat enim Paulus, ideo inter Corinthios multos eſſe ægrotos, multoſq; mortuos fuiſſe, quia hoc Sacramẽtũ indigne ſuſcipiebãt, & ideo cũ eo iudiciũ ſibi manducabãt.) Hoc autem non eſt effectus Euchariſtiæ, vt Sacramẽtũ eſt, & à nobis percipitur, ſed potius eſt præparatio, vt illam digne ſumamus. Hãc igitur præparationem, quæ etiam eſt à mortalibus purgatio, tribuit Damaſcenus Euchariſtiæ, vt ſacrificio, quia etiã hanc virtutem habet, ſi quidem virtute illius ingẽtia etiam peccata dimitti ſolent, vt ex Concil. Tridentino oſtẽdemus infra diſp. illa & cap. citatis. Quare in poſtremis verbis, quę notauimus, cum ait: *Per illud porro purgati, &c.* denotat, ſic nos prius purgatos virtute Euchariſtiæ, quatenus ſacrificiũ eſt pro nobis oblatũ, corpori Domini, ipſiuſque ſpiritui vniri, & corpus eius effici, Euchariſtiam ipſam per modũ Sacramenti percipientes.

Denique ex Iuſtino non conſtat remiſſio mortalis per ſolã Euchariſtiam

Tertium teſtimoniũ, illudque difficilius, eſt Iuſtini in quæſtionibus à Gentibus Chriſtianis propoſitis in reſponſione ad 44. vbi ſic loquitur: *Viſione quidem ea, quæ Iſaiæ oſtenſa eſt, Chriſti myſterium enunciabatur, qui in ſolio gloriæ ſedet, eſuque ſanctæ carnis ſuæ peccata impiorum, ſceleſtorũque hominum, expiat, qui in omni terra ſanctã, eiuſdemque honoris participẽ Trinitatem honore afficiũt, eique gratias agunt pro Diuinorum munerum magnitudine: cuius nomine, Sancto lauacro expiati, iuſti effecti ſunt, concepta ſpe, fore, vt cæleſtia, æternaque bona conſequãtur. Carbo enim, quem Propheta vidit, immũdis ſuis labris adhærentẽ, ad iniquitatũ, peccatorumque expiationẽ habebat Dominicæ carnis, quæ cõſcientiam eorũ, qui ipſam edũt ab omni ſcelere expiat.* Reſponde o primũ, fruſtra quidẽ hoc teſtimonio catholicos vti ad probandũ hũc effectum remittendi peccata mortalia, in eo ſolo caſu, de quo agimus, per accidens Euchariſtiæ conuenire. Nam, ſi verba Iuſtini rectè perpendantur, de expiatione peccatorũ, & ſcelerum ita loquitur, ſicut de effectu per ſe cõueniente Euchariſtiæ, tamquã ignito carboni. Deinde dico, neque ex hoc loco probare poſſe hæreticos id, quod ſupra cõtendebãt, nimirũ, hoc Sacramentũ perſe inſtitutum ad ſcelera, & peccata mortalia eluenda, cũ plane dixerit Iuſtinus in 2. Apologia pro Chriſtianis in fine, quem cap. 1. allegauimus, hoc Sacramentũ Euchariſtiæ nõ niſi à iuſtis, & viuẽtibus, iuxta id, quod Chriſtus præcepit, manducari poſſe. Reſtat igitur, vt quãuis prędicta verba difficilia ſint, meliori modo, quo fieri poſsit, à nobis explicẽtur. Cogimur ergo Iuſtinũ hoc loco explicare de eſu carnis Chriſti, nõ in Euchariſtia, ſed per fidẽ credẽdæ: nã, & per fidẽ dicimur etiã eam mãducare, tãquã panẽ verum, qui de cœlo deſcẽdit: fide, nimirũ, credẽdo in carne Chriſti myſteriũ Incarnationis, per quod eſt veluti carbo igne Diuinitatis ignita: huic autẽ rectè tribuit Iuſtinus, virtutẽ expiandi ſcelera, & peccata impiorũ hominũ, hoc eſt, infideliũ (nã per impios infideles intelligi probaui 1. 2. diſput. 190. c. 9.) dũ eos Diuini nominis cultores efficit, & lauacro regenerationis abluit. Et certe niſi, hoc modo intellegeremus Iuſtinũ, verba illa: *Qui in omni terra, &c.* poſita poſt eſum carnis Chriſti, nõ recto ordine ſed præpoſtero poſita viderẽtur: nam Euchariſtia, vt Sacramentũ corporaliter mãducatũ, nõ efficit, vt impij homines fiant veri Dei cultores, & per lauacrũ à peccatis expientur, ſed hæc duo facta ſupponit; Chriſti autẽ carni hoc modo Deitate ignitę, quę ſignificata fuit carbone illo Iſaię, per fidẽ mãducatæ, recte tribuit Iuſtinus virtutẽ ſcelera abluendi in eis, qui eã hoc modo edunt, hoc eſt, in eis, qui illam credunt, quod eſt, quaſi labijs ſuis carbonem ignitũ percipere, quatenus per hanc fidẽ, & eſum carnis fiũt veri Dei cultores, & ad lauacrũ regenerationis mouentur.

Explicatur Iuſtinus.

Teſtimonium vero illud Auguſtini pro priori ſententia citatum ab Alexãdro, & Durando ex quodã ſermone illius de verbis Euãgelij, quod videlicet dicat, hoc Sacramentũ mortuos etiã ſuſcitare in Auguſtino nõ inuenitur.

His omnibus, quæ diximus, addo, non minus ſine fundamento affirmari à pleriſque ex Autoribus prioris ſententiæ, vt peccatũ ſine culpa ignoratũ virtute huius Sacramenti dimittatur, debere eſſe attritum eũ, qui ad hoc Sacramentum accedit, alioquin nullo modo dimitti,

dimitti; si ille absque dolore accedat; etiam si ob ignorantiam à noua culpa excusetur. Hoc igitur, quod addunt de attritione, quam putant esse necessariam ad illum effectũ per accidens, non video, quo fundamento ab eis dicatur, nisi ne nimium videantur huic Sacramento tribuere.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per hoc Sacramentum remittantur peccata venialia.

CONCLVSIO Est: *Virtute huius Sacramenti peccata venialia tolluntur.* Quo autem sensu dicat S. Thomas, peccata venialia per hoc Sacramentum remitti, explicabimus in tractatu de Pœnitẽtia: vbi ex professo agemus de remissione venialiũ, an per quodcumque Sacramentum fiat, & quo pacto. Nunc satis sit notare, remissionem venialium, tamquam proprium effectum huic Sacramento assignari in Concilio Tridentino sessione 13. cap. 2. 34

Cõcil. Trid.

ARTICVLVS V.

Vtrum per hoc Sacramentum tota pœna peccati remittatur.

Notatio circa doctrinam Articuli.

PRIOR Conclusio: *Directe, & ex vi Sacramenti Eucharistiæ non remittit pœnã debitam peccatis.* Posterior conclusio, *Quia hoc Sacramentum excitat in nobis feruorem charitatis, per quam delentur venialia, ideo ex consequenti, seu per quamdam concomitantiam tollit pœnam debitam illis, non quidem semper totam, sed secundum debitam proportionem deuotionis, & feruoris.*

Circa hanc doctrinã obseruandũ est, quod libet Sacramentũ eo modo, quo remittit culpam peccati, remittere etiam pœnam illi debitam, aut totã, aut saltem partẽ illius secundum proportionem dispositionis recipientis: hęc enim duo connexa videntur. Quare, cũ ex aliquorũ sententia nullum mortale virtute huius Sacramenti ex opere operato, etiam per accidens tollatur, non video, quo pacto virtute illius directe, & ex opere operato pœna æterna, aut aliquid tẽporalis debitæ mortalibus iam dimissis remittatur. Cum autem virtute huius Sacramẽti remittantur venialia, citra dubiũ etiam remittetur aliquid pœnæ tẽporalis illis debitæ. Verùm, cũ non eodem modo Doctores sentiant de remissione venialiũ, quod attinet ad culpam, virtute huius Sacramenti, ita etiam non eodem modo sentire debent de remissione pœnæ debitæ venialibus. Qui dicunt, solũ remitti culpas veniales per hoc Sacramentum comitanter, aut consequẽter, quatenus per illud excitatur feruor charitatis contra illas, sicut videtur D. Thomas sentire in præcedẽte articulo, dicere quoque debẽt, aliquid pœnæ etiã remitti comitanter solũ, aut consequenter per ipsum feruorẽ charitatis, iuxta dignitatẽ satisfactionis illius, & hoc modo videtur sentire S. Doctor in hoc articulo iuxta doctrinã etiã præcedentis. Qui verò dicunt, per hoc Sacramẽtum remitti culpã venialem ex opere operato, & directe, eo ipso, quod augetur gratia habitualis, & iustificatio absque vllo alio actu charitatis per Sacramentũ excitato, dicere debent, directe etiã per ipsum merè gratiæ incrementũ ex opere operato infusum, remitti etiã aliquid pœnæ, aut totam ipsam iuxta dispositionem recipientis. Quæ autem harũ duarum opinionũ, quod spectat ad remissionem culparum venialium, vera sit, in tractatu de Pœnitentia dicemus; ex qua etiã definitione colligemus, quomodo pœna temporalis debita venialibus virtute huius Sacramenti remittatur. 35

ARTICVLVS VI.

Vtrũ per hoc Sacramentum præseruetur homo à peccatis futuris.

CONCLVSIO Est affirmans, & definita in Concil. Tridentino sessione 13. cap. 2. Quomodo autem præseruetur homo à peccatis mortalibus, patet ex dictis disp. 203. c. 1. & disp. 169. cap. 2. & 3. nempe per auxilia gratiæ, quæ virtute huius Sacramenti conferuntur, quamuis non semper efficacia tribuantur.

Conc. Trid.

ARTICVLVS VII.

Vtrum hoc Sacramentum prosit alijs, quam sumentibus.

Notatio circa Articulum.

PRIOR CONCLVSIO Eſt. *Hoc Sacramentũ ſumentibus prodeſt, tũ per modũ ſacrificij, tum etiam per modum Sacramenti.* Probat S. Thomas prodeſſe per modum ſacrificij, quia pro ipſis ſumentibus offertur, vt patet ex canone Miſſæ vbi dicitur: *Quotquot ex hac altaris participatione, &c.* Poſterior concluſio: *Per modum Sacramenti ſolum prodeſt ſumentibus.* Non negat in hac cõcluſione, prodeſſe ſumptionem huius Sacramenti alijs etiam, præterquam ſumentibus ſicut prodeſſe poſſunt opera meritoria, & ſatisfactoria vnius alteri, ſed non prodeſſe per modum Sacramenti, hoc eſt nihil in illis operari, tam quod attinet ad remiſſionẽ culpæ, quam pœnę, ex opere operato, ſicut ipſis ſumentibus.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum per veniale peccatum impediatur effectus huius Sacramenti

Notatio circa doctrinam Articuli.

PRIOR CONCLVSIO. *Peccata venialia præterita, quæ dicuntur manere per modum habitus, nullo modo impediunt fructum huius Sacramenti, nec perfectionem illius.* Probat vero D. Thomas, quia ſi poſt multa venialia quis deuote accedat, plene participat fructum huius Sacramenti (intelligit, iuxta menſuram deuotionis, cum qua accedit.) Poſterior Concluſio: *Peccatum veniale, quod committitur eo tempore, quo ſumitur hoc Sacramentum, impedit ex parte effectum eius.* Explicat vero hanc concluſionem S. Doctor, quia fructus Sacramenti non ſolum eſt augmentũ habitus gratiæ, & charitatis, ſed etiam actualis deuotio, & feruor charitatis, quẽ hoc Sacramentum interdum in nobis excitat: quia igitur peccatum veniale impedit hunc feruorem, ideo inquit D. Thomas, per peccatũ veniale impediri ex parte effectum Sacramenti. De augmento vero habitus gratiæ, & charitatis inquit, nõ impediri, intelligi autẽ debet non omnino impediri: etenim ex parte etiam, eatenus impeditur, quatenus maius eſſet, ſi actuali deuotione diſpoſitus homo accederet: nam de augmento, quod confertur, ſi homo accederet ſine peccato veniali, & ſine actuali deuotione, iuxta mentem S. Thomæ, nihil omnino tollitur, & hoc intelligit cũ in extremis verbis articuli inquit, *Non autem tollitur augmentum habitualis gratiæ, vel charitatis.*

Vtrum neceſſaria ſit aliqua diſpoſitio, vt percipiens hoc Sacramentum fructum illius conſequatur, an non? Diſputatio 206.

Præter ſtatum iuſtificationis aliam diſpoſitionẽ ad effectum huius Sacramenti requiri, varie nonnulli Scholaſtici ſenſerunt. Cap. 1.

Statum iuſtitiæ ita ſufficere ad effectum primarium huius Sacramenti, vt neque diſtractione mentis, neque vllo peccato veniali impediatur, vera ſententia eſt. Cap. 2.

Diluuntur argumenta primæ ſententiæ. Cap. 3.

Præter ſtatum iuſtificationis aliam diſpoſitionem ad effectum huius Sacramenti requiri, varie nonnulli Scholaſtici ſenſerunt.

CAPVT I.

CATHOLICI Omnes contra hæreticos in eo conueniunt, vt dicant, neceſſariũ eſſe ſtatum iuſtificationis, & ſanctitatis in eo, qui cõmunicat, vt hoc Sacramentum operetur id, quod per ſe illi conuenit operari: quãuis quod attinet ad effectũ per accidens, inter ſe varient, vt vidimus in præcedẽte diſputat. An vero præter hunc ſtatum alia etiam diſpoſitio ex parte percipientis Sacramentũ ad effectum illius neceſſaria ſit, in controuerſia apud ipſos poſitum eſt. Nonnulli enim nouam aliam diſpoſitionem requirunt, ſine qua is, qui ſumit Sacramentum, fructum illius non percipiat, licet ob id nouum peccatum mortale non committat. Verum hi etiam inter ſe non conſentiunt. Nõnulli exiſtimãt, præter ſtatum iuſtitiæ, & ſanctitatis in eo

1 Statũ gratiæ requiri ad ſuſceptionẽ Eucharistiæ certum eſt

Status quæſtionis.

Prima opinio.

Autores diuiſi.

in eo, qui percipit Sacramentum, requiri etiam affectum aliquem deuotionis ex pia aliqua consideratione profectum. Ita docent Alexander 4.par.quæst. 10. membr. 8. artic.3.§.2. D.Thomas in 4.dist.12.q.2.art. 1.q.3.quem sequuntur Antoninus 3.p.titul. 13.cap.6.§.3.Siluester, verbo *Eucharistia*, in fine.Durandus eadem dist.12.q.4 num.7. Paludan.q.1.art.2.concl.3.num.11.Caietanus in 1.artic.huius quæstionis,& 1.2.q.113.artic.3.quiomnes,excepto Alexandro,de augmento Habitus gratiæ,& charitatis expresse loquuntur,& dicunt, per peccatum veniale, quod impedit actualem deuotionem in percipiente, Sacramentum illud etiam impediri. Alexander vero de efficacia Sacramenti in vniuersum id affirmat.

Aliqui actualem deuotionem exigunt. *Alexander. D.Thomas. Antoninus. Siluester. Durandus. Paludanus. Caietanus.*

2

Pro hac opinione allegatur etiam Petrus de Soto in lib.de institutione sacerdotũ, lectione 12.de Eucharistia, eam tamen absolute non sequitur:nam,cum vidisset D. Thomã in hoc articulo contrariam sententiam fuisse sequutũ, licet hanc expresse tradidisset in 4. d.illa 12.artic.citato,mediaquadam via incidere decreuit,suamq; sententiã tribus propositionibus nobis explicuit, quas inferius referemus.Opiniotamẽ,quãhactenus retulimus probari primum potest testimonijs Patrum, qui magnam animi deuotionem exposcunt in his,qui ad hoc Sacramentũ accedunt,vt magna cum reuerentia illud percipiant. Deinde confirmatur ab absurdo,quod ex opposita sequi videtur,nã si actualis deuotio nõ esset necessaria ad augmentũ habitus gratiæ,& charitatis, innumeri sacerdotes, qui sine peccato mortali ad hoc Sacramentũ accedũt,iam consequuti essent incredibile quoddã augmentum habitus gratiæ,& charitatis. Cum igitur hoc non sit concedendum,neque alia ratio tanto incremento gratiæ obstare potuerit, nisi defectus actualis deuotionis,& feruoris; rectè sequitur,actualem deuotionem, esse necessariam dispositionem ad percipiendum effectum huius Sacramenti. Postremo probat Caietanus ratione Antonini,& Paludani,& Siluestri,quã indicauit etiam B. Thomas:quia Sacramenta operantur in nobis iuxta modum suæ significationis, iuxta quam etiam postulant in nobis hanc,aut illam dispositionem:atqui hoc Sacramentũ datur per modum cibi,& potus,qui denotant refectionẽ, & nutritionem: ergo significat nutritionem spiritualem animæ,& illam operatur ac proinde nos ad illam ita disponi, aut cooperari debemus,sicut ad nutritionem cum cibo corporali:cum igitur,cum cibo, & potu corporali operatione vitæ simul concurramus,vt inde nutriamur,& sustentemur, & non nutrimur, aut sustentemur vt quid inanimatum, sequitur,ad nutritionem spiritualem etiam nos cooperari debere per aliquem actum vitæ,qui sit deuotio aliqua,aut feruor charitatis,vt eo spiritualiter alamur,& sustentemur.

Petr. Sot.

Primũ fundamentũ ex Patribus.

Secundũ ex absurdo.

3

Tertium ex ratione

4

Cæterum Petrus de Soto, vt media via incederet, dixit primum, aliquando tantam esse mentis euagationem, vt non solum totum fructũ Sacramenti impediat, sed etiam sumentem reum efficiat grauioris peccati, & non paruo periculo exponat,etiam si illa præter intentionem, & sine peccato mortali contingat. An vero grauior illa culpa sit mortalis, vel intra genus venialis; & an periculum illud sit mortalis peccati,& quale, non explicat hic Autor. Cæteri vero Doctores hactenus allegati,qui in vniuersum docent, mentis euagatione impediri effectum huius Sacramenti, expresse docent, accedentem hoc modo ad Eucharistiam non peccare mortaliter, sed venialiter. Hoc autem probat Petrus de Soto postrema illa ratione, quam proxime adduximus pro prima sententia. Deinde docet,tam paruam aliquando esse mentis euagationem,& ita præter intentionem omnẽ, vt merito credi possit,Deum non omnino faciem suam auertere, & gratiam denegare. Vtrum autem hæc possit esse cum peccato veniali,an vero sine vlla culpa esse debeat,ad hoc vt nihilominus Sacramentum effectum habeat,non explicat. Postremo denique admonet fideles, vt cum omni cura,& vigilantia ad hoc Sacramentum accedant.

Petri de Soto primum assertum.

Secundũ.

5

Tertium.

Marsilius vero in 4.quæstione 6. artic.4. corollario tertio,quod est ante primam conclusionem, docere videtur, præter statum gratiæ,& sanctitatis, requiri etiam ad dignã sumptionem, ne peccatum aliquod veniale committatur,licet de deuotione illa actuali nihil dicat,putat enim, cũ, qui antea dignus erat hoc Sacramento, quia in statu gratiæ,& sanctitati erat, fieri indignum si in pia sumptione Sacramẽti inani gloriæ stabili, & firmo animo adhæreat,vel ob eumdem præsertim finem Sacramentũ hoc percipiat: quod quidem non diceret, nisi talem affectum, qui aliàs esset venialis,in ipsa sumptione mortalem fieri putaret. Idemque de quocumque alio veniali existimare deberet.Hanc doctrinam ipse nulla ratione probat, neque video,quo pacto confirmari queat.

Marsilij placitum.

Statum iuſtitiæ, ita ſufficere ad effectum primarium huius Sacramenti, vt neque diſtractione mentis, neque vllo peccato veniali impediatur, vera ſententia eſt.

CAPVT. II.

6 Augmentum gratiæ eſt primarius effectus huius Sacramenti.

INTER Effectus huius Sacramenti, quos ſuperius recenſuimus, primarium exiſtimamus augmentum habitus gratiæ, & ſanctitatis, qui ex opere operato vnicuique digne accedenti, certa quadam lege confertur. Nam auxilia gratiæ, quæ intuitu huius augmenti gratiæ, & ſanctitatis conferuntur ad excitandũ feruorem charitatis contra venialia, & ad præſeruandũ à mortalibus, cum non ſemper ſint efficacia, ſed interdum ſolum ſufficientia, vt experimẽto compertum eſt, ratione effectus primarij huius Sacramenti obtinere non poſſunt. Ad illum igitur primarium, & præcipuum effectum, nempe, ad augmentum habitus gratiæ & ſanctitatis exiſtimamus, ſufficientem diſpoſitionem eſſe ſtatum eiuſdem gratiæ, & ſanctitatis, ita vt neque diſtractione mentis, neque vllo peccato veniali impediatur. Ex quo fit contra Alexandrum, & alios, qui primam ſententiam ſequuntur, attentionis, ſeu deuotionis actum minime requiri in ipſa ſumptione, vt virtute Sacramenti ſtatus gratiæ in nobis augeatur. Contra Marſilium verò, nullum peccatum veniale, ex eo quod ſit in ipſo ſumptionis tempore, fieri mortale, aut manens veniale, impedire poſſe effectũ huius Sacramenti. Hanc ſententiam expreſſe tradit B. Thomas in hoc articulo, vt ingenue fatetur Petrus de Soto loco allegato: nam in fine articuli dixit, in eo, qui accedit ad hoc Sacramẽtum per peccata venialia mente diſtractus, impediri actualem refectionẽ dulcedinis ſpiritualis, hoc eſt, feruorem charitatis, non tamen augmentum habitualis gratiæ, & charitatis. Vbi vtramque partem noſtræ ſententiæ, tam de venialibus, quam de defectu attentionis, & deuotionis, Doctor Angelicus perſpicue tradidit. Idem docuit in ſolutione primi: tametſi Caietanus repugnet, vt inferius videbimus. Conſentiunt Gabriel lectione 85. in canonem Miſſæ litera T. parum ante finem. Dominicus Sotus in 4. diſtinct. 11. quæſt. 2. artic. 8. Ledeſma 1. par. quarti queſt. 20. articul. 1. dub. 4. & artic. 8. dub. 1. Corduba lib. 1. quæſt. 8. quibus accedit Adrianus in 4. quæſt. 1. de Euchariſtia. §. *Pro reſponſione*, in fine, vbi inquit, peccatum veniale numquam eſſe impedimento, quo minus quis ad hoc Sacramentum accedat, intelligit plane cũ fructu.

Status gratiæ ſufficiens diſpoſitio eſt ad ſuſceptionẽ Euchariſtiæ.

7

B. Thomas. Petrus Sot.

Gabriel.

Sotus.

Ledeſma. Corduba. Adrianus.

8

Caietani reſponſum ad D. Thomæ teſtimonia.

Cæterum videamus, quid reſpondeat Caietanus ad teſtimonium B. Thomæ, quod adduximus. Reſpondet igitur in §. *Aliter ergo*, intelligenda eſſe verba B. Thomæ, ita vt ſenſus ſit, eum, qui mente diſtractus accedit, recipere quidem augmentum habitus gratiæ, non actu, ſed habitu, ſeu virtute, ſicut etiã nõ actu, ſed habitu ſpiritualiter manducat, cum habeat habitum charitatis, & gratiæ, quando accedit, vt ſupponitur, etiam ſi tunc actu nõ manducet ſpiritualiter; quia actu deuotionis non eſt diſpoſitus, tamen habet in ſe virtutem, qua poſſit ſpiritualiter mãducare, & tũc recipere augmentum gratiæ, & charitatis, cũ fuerit per ipſum actum manducationis ſpiritualis diſpoſitus. Reſpicere ſane videtur Caietanus totum tempus, quo Chriſtus reipſa perſeuerat in nobis ſub ſpeciebus panis, intra quod putauit, hoc Sacramentum operari poſſe ſuum effectum, vt vidimus ſupra diſp. 203. cap. 2. Verum quis non videat, hanc expoſitionem verbis B. Thomæ quadrare minime poſſe? Referamus illius verba, & hoc ſatis nobis pro argumento cõtra Caietanũ erit.

Reijcitur reſpõſum prædictũ.

9

Dixerat B. Doctor in hoc articulo in fine corporis, refectionem actualem ſpiritualis dulcedinis eſſe effectum huius Sacramenti: proxime vero ſubiungit: *Quæ quidem impeditur, ſi aliquis accedat ad hoc Sacramentum per peccata venialia mente diſtractus, non autem tollitur augmentũ habitualis gratiæ, vel charitatis.* Et in ſolutione 1. ait *Ad primum dicendũ, quòd ille, qui cũ actu venialis peccati ad hoc Sacramentum accedit, habitualiter quidem manducat ſpiritualiter, ſed non actualiter, & ideo habitualem effectum huius Sacramenti percipit, non autem actualem.* Nõ dicit, ita habitualiter mãducare, vt poſſit deinde actualiter manducare, & tunc recipere augmentum habitus, ſed ita habitualiter, vt tunc percipiat habitualem effectum, non autem actualem, nempe, tunc quando habitualiter manducat: nam poſtea, cum actu diſponeretur, ſi vllum reciperet, nõ ſolum habitualem, ſed etiam actualem reciperet. Mitto altum ſenſum, quo contendit idẽ Caietanus mentem B. Thomæ alio modo interpretari quòd non minus inutilis, & cõmentitius ſit.

10

Hæc ſententia probatur ex Cõcilio Tridentino

Probatur ex Tridentino eadē sententia.

dentino sessione 13.cap.3. vbi, cum agit de præparatione necessaria ad percipiendū hoc Sacramentum, nullam aliam assignat, nisi statum sanctitatis, ita vt etiam confessio præmittatur, si quis conscius sit, se cōmisisse peccatum aliquod mortale, illudque non fuisse confessum: nec satis sit per contritionē ab eo fuisse iustificatum; aliam vero dispositionem feruoris charitatis, aut attentionis non requirit Concilium: requireret autē, si ea necessaria esset: explicaret enim nobis ea, quę ex Diuino iure necessaria sunt ad percipiendū hoc Sacramentum: ea vero quæ hactenus Ecclesia nobis non proposuit vt necessaria ex præcepto Diuino ad percipiendū Sacramentū, quo nā, obsecro fundamēto dicemus nos, à Christo fuisse præcepta? At dicat Caietanus, ea, quæ Concilium Tridentinum recensuit, necessaria esse ad digne percipiendum Sacramē tum, hoc est, sine mortali peccato, non tamen sufficere ad percipiendum fructum illius. Verùm hoc effugium Caietani facile præcludi potest, quia si illa attentio, aut deuotio, quam ipse exposcit, non est necessaria ad digne percipiendum Sacramentum, non erit etiam necessaria ad percipiendum fructum illius. Quis enim dicat, eum, qui dignè manducat, fructu Sacramenti aliquando frustrari? E contrario etiam, licet quis impediat in se omnem effectū Sacramenti, nihilominus non ita indignè semper accederet, vt iudicium sibi māducet, & bibat? Quare & in hoc Doctores primę sententiæ principijs Theologiæ conuenienter non loquūtur, quòd dicant, eum, qui mente distractus accedit, nullum esse effectū Sacramenti percipere, nihilominus mortaliter nō peccare, sed solum venialiter, quòd ita male dispositus accedat. Nam, si fructū nō recipit, signum est, ipsum obicem posuisse efficacitati Sacramenti: obex autē effectus Sacramenti nō potest nō esse mortalis, si omni effectui illius obstet, & impediat. Neque enim minima iniuria fit Sacramento, si tota eius efficacitas irrita fiat. Et sane Paulus, cum 1. ad Corint. 11. exhortatur eum, qui se ipsum probauit, nempe eo modo, quo Concilium explicuit, sicut supra vidimus, vt accedat, illis verbis. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat*. frustra exhortaretur ad hoc Sacramentum percipiendum, nisi ex illo fructum aliquē illi promittere posset: sicut è contrario, cum dicit eum, qui manducat indigne, iudiciū sibi manducare, intelligit, non tantū carere fructu Sacramenti, sed etiam nouū peccatū sacrilegij cōmittere, quod indigne accedat. Sicut igitur nullus medius status est inter hoc, quod est dignè, & indigne accedere, ita etiam nullus esse debet inter hoc, quod est, participare fructum, & indignè sine fructu, & cum nouo peccato mortali accedere. Hæc ratio non solum probat contra Caietanum, non esse necessariam deuotionem illam, seu attentionem ad percipiendū fructum huius Sacramēti, sed etiam contra Marsilium, peccatū, quod aliàs esset veniale, si cōmittatur eo tempore, quo percipitur Sacramentum, non impedire fructum huius Sacramenti: quia, licet quis illud tunc cōmittat, non amittit statum gratię, & charitatis: quare, & iuxta regulā Pauli explicatam in Concilio Tridentino probatus, ac proinde dignè ad hoc Sacramentū accedit: digne autē accedens, vt diximus, non potest fructū Sacramēti nō percipere. Nisi dicat Marsilius, veniale hoc ipso, quod cōmittitur simul cū ipsa Sacramenti manducatione, fieri mortale, quod absurdū est, nec vllus hactenus dixit. Et sane, si aliqua ratione fieret mortale, maxime, quia impediret effectū Sacramenti. Hac autē ratione dici nō potest fieri mortale; nā, vt impediret effectū, prius deberet esse mortalis culpa secundū se. Quod si secundū se tantum esset venialis, non fieret mortalis, quia impediret effectū; nisi quia impediret attentionē, aut deuotionem, quæ esset necessaria dispositio ad effectum, quod non putauit Marsilius, & contra Caietanū iam satis impugnatum est. Porro autem alia ratione non posse fieri mortale peccatum, quod simul cū Sacramenti māducatione percipitur, patet: quia non potest fieri eo tēpore maior iniuria Deo, aut Christo per illud peccatū, nisi quia impediatur effectus Sacramenti; alioquin, cum sit idem Deus intra, & extra Sacramentum, eodē modo peccatum veniale vtrobique erit offensa, aut iniuria illius, nimirum, venialis.

Solutio pro Caietano.

11

Præcluditur.

Autores primæ sententiæ sectum non constant.

Ponere obicem effectui primario Sacramenti mortale est. 1. ad Cor. 11

12

13

Venialē cōmissum in susceptione Sū charitatiæ nō fit mortale.

Hinc etiam cōtra Petrū de Soto colligitur, falsam esse eius sententiā: si enim nulla attentio per se requiritur ad effectum præcipuum huius Sacramēti, vt probauimus, neq; veniale peccatū redditur mortale in ipsa māducatione Sacramēti: & ideo neq; defectus attētionis & deuotionis, neq; veniale impedit effectum Sacramenti: non poterit esse tanta mentis euagatio, quæ impediat totum fructum Sacramenti, & grauioris culpæ reum reddat sumentem, & non paruo periculo illum exponat, nisi aliàs illa euagatio causa esset cogitandi aliqua, & in eorum delectatione, aut consensu, qui ex se esset mortalis, immorandi. Neque enim sola euagatio ex se etiam in huius Sacramenti perceptione id efficere potest: aut, si putauit ad effectum huius Sacramenti necessariam dispositionem esse attentionem, & deuotionem illam, fateri quo-

Petri Soti sententia improbatur.

14

que debuiſſet, etiam ſi illa deficiat ſine culpa ſumentis Sacramentum, & ſecundùm ſe parua ſit, impedire effectum Sacramenti, & Deũ ab eo, qui ita ſumeret Sacramentum, faciem ſuam omnino auerſurum, hoc eſt, nihil gratiæ per illud Sacramentum donaturum: veluti omnes docent, eum, qui accedit cũ mortali bona fide, putans ſe nullum eiuſmodi peccatum habere, ſaltem ſi non accedat cum attritione, non peccare, non tamen vllum fructũ Sacramenti recipere, quia deficit ei debita diſpoſitio: idemq; de alijs Sacramẽtis omnes exiſtimant: fruſtra igitur ille mediam illam viam excogitauit.

15

Ratione oſtenditur nullam actualẽ deuotionem requiri.

Porro deuotionem, ſeu attentionem illã, quam vult Caietanus, non eſſe neceſſario requiſitam ad effectum huius Sacramenti, probari etiã poteſt hac ratione. Quia ſi talis diſpoſitio neceſſaria eſſet, indignè miniſtratum hoc Sacramentum eſſet paruulis in antiqua Eccleſia, & nunc miniſtraretur amẽtibus, cũ in ijs talis diſpoſitio eſſe non poſsit, ac proinde inaniter ipſis, & ſine vllo fructu miniſtraretur. Atqui vſum antiquũ miniſtrandi infantibus Euchariſtiam non damnat Concilium ſeſsione 21. cap. 4. vſus autem tribuendi hoc Sacramentum ijs, qui inciderunt in amẽtiam probatur in multis Concilijs, vt videbimus infra diſput. 212. cap. 2. neque id negat Caietanus. Reſpondet tamen primum, effectum Sacramenti conſiderandum, & iudicandum eſſe ex ijs, quæ per ſe eueniunt, nõ ex ijs, quæ per accidens. Ego tamen valde miror, quantum iſtud, *per ſe, & per accidens*, in omni genere diſputationis Caietano deſeruierit. Et quidem, ſi in propoſito illi aliquid prodeſſet, eodem modo dicere poſſet fore, vt illi, qui incidit in amentiã, etiam ſi ſigna contritionis nõ dediſſet, poſſet beneficium abſolutionis impendi: quia in miniſtratione Sacramentorum conſiderandum ſolum eſſet id, quod per ſe euenit, non quod per accidens. Et licèt per ſe eſſet neceſſaria confeſsio, vt abſolutio impẽderetur, per accidens tamen ſine illa poſſet exhiberi, quod nullus poteſt concedere. Deinde reſpondet, phreneticis dari Euchariſtiam, nõ ad primarium effectum, qui eſt augmentum habitus gratiæ, & charitatis, ſed ad ſecundarium, qui eſt protectio ab impugnationibus dæmonum. Verum, vt ſupra dicebamus, adminiſtratio Sacramenti, quæ ſcitur primario effectu caritura, licita eſſe nõ poteſt; ac proinde in illo caſu iuxta ſententiam Caietani dicendum eſſet, licitam non fore: tum etiam ille effectus, nẽpe, protectio ab incurſu dæmonum, eo modo, quo in amentibus eſſe poſſet, non eſſet ex opere operato, ſed interdum ex deuotione miniſtrantis: nam amens impugnãti non poteſt tentatione ad peccatum, contra quam hoc Sacramentum vires præbet, vt à mortali præſeruemur, ſed tantum corporali aliqua moleſtia, aut afflictione, ad quam depellendam non habet vim hoc Sacramentum ex ſui inſtitutione, & ex opere operato. Iam igitur ex ſententia Caietani ſequitur, hoc Sacramentũ carere omni effectu ex opere operato in amentibus, & paruulis; ac proinde indigne illud adminiſtrari à ſacerdote, qui bene nouit, nullum habiturum effectum.

Tridentinũ.

Solutio primà Caietani.

16

Reijcitur.

Secunda ſolutio impugnatur.

17

Diluuntur argumenta primæ ſententiæ.

CAPVT III.

ARGVMENTA Vero, quæ pro confirmanda prima ſententia allata ſunt, facile diſſolui poſſunt. Ad primum deſumptũ ex Patribus reſpondeo, nullũ eſſe, qui dicat, neceſſarium eſſe ad effectum Sacramenti percipiendum, cum deuotione illa, & attentione accedere, ſed omnes ad eam tãquam ad quid vtile, & maxime conueniens dignitati huius Sacramenti fideles exhortãtur. Ex quo nõ ſequitur, hanc eſſe neceſſariam diſpoſitionẽ ad effectum illius, vt patet.

Primũ fundamentũ contrariæ ſententiæ ex Patribus, enodatur.

Ad ſecundum reſpondeo, nihil abſurdi ſequi ex eo, quòd dicamus, quemcumque ſacerdotem in ſtatu gratiæ quotidie percipientẽ hoc Sacramentum, quotidie etiam ſanctiorẽ fieri, neque ex hoc ipſum tamdem peruenire ad incredile augmentum iuſtitiæ, ſed ad augmentum maxime credibile: nam idem fateri debemus de eo, qui ſemel iuſtificatus quotidie exercetur in bonis operibus: is enim non ſolùm meretur augmentũ gloriæ, & habitus gratiæ, ſed etiam formaliter reditur magis iuſtus, vt 1. 2. diſput. 220. cap. 3. & ſequentibus probauimus. Neque obſtat, vt ait Caietanus, quòd nemo in ſe ipſo hoc augmentũ habitus experiatur: nam, vt dixi 1. 2. q. 103. art. 3. intẽſionem habituum infuſorum ſub experimẽtum humanum cadere non poteſt, ſicut augmentũ adquiſitorũ, quia infuſi non præſtant facilitatem ad operandum, ſicut præſtant adquiſiti vt 1. 2. diſput. 187. cap. 4. dictũ eſt.

Secũdum ex abſurdo diluitur.

Sacerdos quotidie fit ſanctior cõmunione.

18

Ad tertium reſpondeo, licet hoc Sacramentum operetur in nobis permodum cibi, & potus ſpiritualem nutritionem, & ità eius effectus ſignificationi illius reſpondere debeat, nihilominus eſſe diſcrimen inter hunc cibum, ex quo prouenit augmentũ, & nutritio ſpiritualis, & corporalẽ, ex quo fit augmen-

Tertium ex ratione dirimitur.

mentum corporale, quòd calor naturalis hominis, aut animalis vi ſua conuertit cibum in augmentum, & ſubſtantiam ſuam, & ita animal nutritur, & ideo augmentum, & nutritio animalis non fit ſine operatione ipſius: quinimo non prouenit ab vlla actione cibi, ſed ſolum ab actione ipſius animalis; at vero hic cibus ſpiritualis non conuertitur in augmentum ipſius ſumentis, ſed potius è contrario conuertit in ſe ſumentẽ ipſum. Quare non mirum, ſi eũ nutriat, & augeat ſpiritualiter ſine cooperatione ipſius, quam Autores illius opinionis neceſſariam eſſe concedebant eò ſolum, quòd ipſum viuum inueniat. Circa hãc quæſtionem S. Thomæ nonnulli diſputant de adoratione Euchariſtiæ, de qua nos ſatis ſuperque diſſeruimus 1. tomo diſput. 108. caput. 12.

Diſcrimen inter cibũ corporalẽ, & ſpiritualem.

QVÆSTIO OCTVAGESIMA. De vſu, ſeu ſumptione huius Sacramenti in communi.

IN Hac quæſtione promittit Sanctus Doctor, ſe tractaturum de vſu huius Sacramenti in vniuerſum, hoc eſt, prout ad omnes fideles in vniuerſum ſpectat: nam de modo, quo Chriſtus eo Sacramento vſus eſt, ſpeciatim quæſtione ſequenti tractabit. Agit autem in hac quæſtione, & ſequente de vſu huius Sacramenti, cum ante tractauerit de ſubſtantia, & natura, & effectu illius: quia cum hoc Sacramentum hoc peculiare habeat, vt non in vſu, ſicut alia, conſiſtat, ſed habeat eſſe quoddam permanens, ideo in eo vſus diſtinguitur à natura, & ſubſtantia illius.

ARTICVLVS I.

Vtrum diſtingui debeant duo modi manducandi corpus Chriſti.

PRIOR Concluſio eſt. *Vna perceptio huius Sacramenti dicitur Sacramentalis manducatio, nempe, per quam ſumitur ſolùm Sacramentum ſine effectu.* Poſterior concluſio. *Altera perceptio Sacramenti dicitur manducatio ſpiritualis, per quam, nimirum, homo non ſolùm manducat Sacramentum, ſed etiam fructum illius participat.* De his duabus, & de alia tertia dicemus infra diſput. 212.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſolius hominis ſit hoc Sacramentum ſpiritualiter ſumere.

CONCLVSIO Eſt. *Quamuis Angelis etiam conueniat ſpiritualiter manducare ipſum Chriſtum in propria ſpecie per fruitionem perfectæ charitatis in patria, tamen manducare hoc Sacramentum ſpiritualiter, hoc eſt, cum fructu, ita proprium hominis eſt, vt illi ſoli conueniant.*

ARTICVLVS III.

Vtrum ſolus homo iuſtus poſſit Chriſtum Sacramentaliter manducare.

Notatio circa Articulum.

CONCLVSIO Eſt, *Non ſolum homo iuſtus, ſed etiam peccator, cum accedit ad hoc Sacramentum, manducat Chriſtũ Sacramentaliter.* Hæc concluſio facilè deducebatur ex præcedente articulo, ideo ſuperuacaneus eſſet hic articulus, niſi fuiſsẽt hæretici, qui dicerent, Chriſtum à peccatoribus Sacramentaliter non manducari, eo quod ſub ſpeciebus, quæ ſumũtur à pecatore, ſimul atque ab eo ſumuntur, Chriſtus non maneret; contra quos ſtatuit S. Thomas concluſionẽ articuli, & nos ſupra diſſeruimus. An vero etiam Chriſtus comedatur â bruto, quando ab eo etiam ſpecies ſumuntur: de quo agit S. Thomas in ſolutione 3. diximus ſupra diſput. 195. cap. 5. ibique doctrinam huius ſolutionis adduximus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum peccator ſumens corpus Chriſti Sacramentaliter, peccet.

Notationes circa Articulum.

CONCLVSIO Est, *Omnis, qui in peccato mortali existens sumit hoc Sacramentum, nouum sacrilegij peccatum mortale cõmittit*. Probat S. Thomas ex eo, quòd is, qui hoc modo Sacramentum sumit, re ipsa falsum denotat, eoquòd facto ipso significat se cum Christo, & cum corpore eius vnitum esse, quæ est res huius Sacramenti significata, & non contenta. Vt ostendamus vim huius rationis notandum est, rem significatam per hoc Sacramentum, & non contentam, quæ à S. Thoma dicitur vnio cum corpore mystico Christi, & cum ipso Christo, non esse vnionem, quæ tunc fiat: neque enim hoc Sacramẽtum denotat, fideles hunc panem participantes tunc inter se, & cũ Christo vniri per charitatem, cum antea inter se, & à Christo essent diuisi, sic enim hoc Sacramentum esset mortuorum, & ita ratio S. Thomę nihil probaret: nam, quamuis quis ante hoc Sacramẽtum non esset vnitus Christo, & corpori eius per charitatem, posset digne accedere ad illud, vt virtute illius vniretur, si accederet saltem attritus, sicut ad Sacramentum Baptismi, & Pœnitentiæ, per quę peccator in peccato etiam accedens conciliatur cum Christo, & cum eo, atque eius mystico corpore vnitur. Est igitur res huius Sacramenti significata, & non contenta vnio peculiaris, & magis perfecta, quã vnio illa communis per charitatem, nempe vnio cum Christo, tamquam cum cibo spirituali & cum reliquis fidelibus tamquam cum conuiuis, qui simul de eadem mensa participare debent: quę quidem supponit eam vnionem communem, quam per solam charitatem in vniuersum fieri diximus. Sic igitur recte colligit S. Thomas, eum, qui indigne, hoc est, in peccato mortali accedit ad hoc Sacramentum, peccare mortaliter, quia re ipsa denotat, se per hoc Sacramentum vniri Christo tamquam cibo, reliquis autem de corpore Christi, tamquam conuiuis spiritualibus: vtrumque autem falsum est: eoquòd non potest hoc modo Christo, & corpori eius vniri, nisi antea per charitatem communi modo vnitus sit: nam vnio cum cibo non conuenit nisi antea viuenti. Vnio etiam cum conuiuis non conuenit, nisi ei, qui cum illis antea amicus est. Huc etiã spectat ratio, quam S. Doctor affert in solutione 2. nimirum, hoc Sacramentum non conuenire mortuis, sed viuis: quia est medicina, inquit, confortatiua, quæ solis liberatis iam à peccato dari debet.

20 Obseruatio.

Quę sit peculiaris vnio, quam hoc Sacramentũ significat.

21

Obseruatio circa solutionem primi.

Circa solutionem primi notandum est, cum S. Thomas discrimen assignat inter tactum, quo Christus se tangi patiebatur à peccatoribus, dum viueret in hac vita mortali sub similitudine carnis peccati, & tactum, quo tãgitur nunc à peccatoribus manducantibus carnem eius sub specie panis, ipsum non loqui de omni tactu, quo nũc tangi potest sub Sacramento, sed de eo solo, quo tangitur per manducationem, & gustum: nam gustus, vt habemus ex Aristotel. 2. de anima cap. 6. est quidam tactus: & de hoc docet, minime licere peccatoribus, quãuis ille, nempe, qui erat Christi in propria specie viuentis, in carne mortali licitus esset. Quo circa non condemnat tãquam mortale peccatum quemlibet tactum huius Sacramenti sine manducatione: quia, vt dixi, non loquitur de omni tactu, sed de eo solo peculiari, qui est in manducatione. Quare, etiam si sacerdos, qui aliàs de iure potest tangere hoc Sacramentum, illud tangeret manibus, existens in mortali, non peccaret mortaliter, sicut peccaret, si illud manducaret, vt inferius etiam ostendemus. Et quidem ratio S. Thomæ, qua probat, eum qui in peccato mortali manducat hoc Sacramentum, nouum peccatum sacrilegij committere, quia, nimirum, facto suo contra significationem veram huius Sacramenti sumendo illud, falsum quid denotat: de eo, qui solum manibus, aut alio modo tangit, id non probat; aliunde autem sumere rationem irreuerentiæ, & peccati, quam ex significatione Sacramenti secluso iure possitiuo, sicut nunc loquimur, non licet. Nam quoties quis rectè, & verè vtitur significatione Sacramenti, neque quicquam contra illam efficit, nõ video, quo pacto in vsu illius mortaliter peccare possit, nisi ratione iuris positiui ab vsu remotus sit.

Aristotel. 22

23

ARTICVLVS V.

Vtrum accedere ad hoc Sacramentum cum conscientia peccati mortalis, sit grauissimum omnium peccatorum.

CONCLVSIO Est, *Quamuis hoc peccatorum sit multis alijs grauius, non est tamen omnium grauissimum.*

An

An præter ſtatum gratiæ, & ſanctitatis ad dignam perceptionem Euchariſtiæ, Sacramentalis quoque confeſſio neceſſaria ſit. Diſput. 207.

Status gratiæ ita neceſſarius eſt ad dignam perceptionem Euchariſtiæ, vt ſine illo ad eam accedere, non parum graue peccatum ſit. Cap. 1.

Cum veniali peccato, etiam quod in ipſa perceptione Sacramenti committitur ad Euchariſtiam accedere, nullum peccatum etiam veniale eſt. Cap. 2.

Ad dignam Euchariſtiæ perceptionem, præter ſtatum gratiæ, confeſſionem peccati mortalis commiſſi ſemper neceſſariam eſſe, ab Eccleſia iam definitum eſt. Cap. 3.

Præceptum præmittendi confeſſionem ante Euchariſtiam, non ſolùm Eccleſiaſticum, ſed etiam Diuinum eſſe. Cap. 4.

Status gratiæ ita neceſſarius eſt ad dignam perceptionem Euchariſtiæ, vt ſine illo ad eam accedere, non parum graue peccatum ſit.

CAPVT I.

1 STATVM Gratiæ, & ſanctitatis ad dignam huius Sacramenti perceptionem neceſſarium eſſe, diſput. 203. contra hæreticos probatum eſt, cum oſtendimus, hoc Sacramentum nõ ad delenda peccata mortalia, ſed ad vitæ ſpiritualis augmentum, & nutritionem, ad delenda venialia, & ad præſeruandum â mortalibus inſtitutum fuiſſe. Quocirca hoc tamquam certum ſupponentes, duo alia, quæ ad hoc idem pertinent, in hoc cap. breuiter perſtringemus: alterum eſt de grauitate huius peccati, alterum autẽ de venialibus, quo pacto impedimento non ſint, quominus digne ad hoc Sacramentum accedamus. Circa prius de grauitate huius peccati, tamquã certum apud omnes cum S. Thoma in art. 5. ſup-

Quæſtio bimembris.

Prima pars examinatur.

ponendum eſt, peccatum hoc eſſe ſacrilegiũ; quòd ſit contra reuerentiam huic Sacramento debitam, precipuum effectum illius in animam impedire, & ipſamet perceptione Sacramenti hominem falſum profiteri; nempe, ſe viuum ſpiritualiter, Dei amicum, & corporis eius vnitum eſſe, ſicut in articulo 4. explicantes rationem S. Thomæ notauimus: nã quod quis ita ipſum Sacramentum aſſumat, vt falſam ſignificationem habeat, eſt irreuerentia non leuis, quæ fit autori ipſius Sacramenti, & rei intra ipſum contentæ, nempe, Chriſto, ſicut quod quis nomen Dei in vanũ aſſumat; & ita ſacrilegium eſt, ſicut etiã periurium. Verùm, antequam de grauitate huius peccati, comparatione facta cum alijs dicamus: notandum eſt primum, neminem ab hoc peccato excuſari poſſe, dum accedit ad hoc Sacramentum in mortali, quòd ipſi difficile ſit ad gratiã ſe preparare per ſolam contritionem, quando copiam confeſſoris non habet, vt per confeſſionem ad Sacramentum ſe præparet, niſi fortaſsis in vno caſu, vt inferius explicabimus. Nam cum nulli deſint auxilia Dei ſufficiens, vt ipſum digne pœnitetat ſuorũ peccatorum, quando hoc illi in mentem venit, ſicut 1. p. diſput. 97. cap. 5. probauimus, non eſt, cur homo, quantumuis in peccatis obduratus, difficultatem præparationis ad hoc Sacramentum prætendat, vt accedens in peccato ad hoc Sacramẽtum à nouo peccato excuſetur. Hoc autem dico etiam de eo, cui ex præcepto incumbit coram populo celebrare: nam, antequam ad altare accedat, rectè poteſt ad tantum Sacramentum animam ſuam per veram contritionis pœnitentiam præparare. Nihilominus, ſi quis in altari recordaretur alicuius peccati commiſſi poſt cõfeſſionem, cuius illuc vſque nullãneque in vniuerſum habuiſſet cõtritionem, quia fortaſsis numquã putauit eſſe mortale, tunc autem iam videt, aut vehementer dubitat eſſe mortale, ita poſſet temporis anguſtijs arctari, alijſque neceſſarijs ipſius ſacrificij diſtrahi (quamquã raro id accidere poteſt) vt niſi ab eo ceſſaret, nullo modo ad perfectã contritionem excitari poſſet: ac proinde tunc ad Sacramentum in peccato illo mortali accedere, ad nouũ peccatum mortale ipſi non imputaretur; quia hoc præceptum non obligat cum tanto diſpendio, vt debeat homo corã toto populo à ſacrificio cum nota ſui honoris ceſſare, potius quam ad Sacramentum cum illo peccato accedere. Quemadmodum etiam ſi quis ſciret, ſe in mortali eſſe, & tamen neceſſarium eſſet, ita ſubito miniſtare Baptiſmum paruulo propter inſtans periculum mortis, vt ad doloré

Ad ſumendam Euchariſtiam accidere indigne ſacrilegium eſt.

2

Obſeruatio.

Nulla eſt excuſatio, vt quis digne nõ accedat.

In quo caſu poſſit ſacerdos cum mortali digne celebrare.

3

perfectum de illo peccato ſe ipſum mouere non poſſet, excuſaretur ab irreuerentia Sacramenti propter inſtans periculum paruuli, & vt obligationi charitatis ſatisfaceret.

4 Obiectio diluitur.

Verum obijciat quis: ob eaſdem cauſas à peccato mendacij non excuſaretur ille; ergo neque ab illa perceptione Sacramenti, in qua, vt diximus ſupra in hoc capite, & art. 4. falſitas quædam eſt. Reſpondeo, diuerſam eſſe rationem, quoniam mendacium, quod eſt in verbis non poteſt vlla ratione, aut circunſtantia ita mutari, vt non ſit peccatum, ſicut 1.2. diſputatio. 182. cap. 4. diximus, at vero falſitas, quæ eſt in rebus, ſi ſit præter intentionem eius, qui vtitur rebus illis, excuſari poteſt; intentio autem eius, qui ad Euchariſtiã in mortali accedit, numquam eſt, vt falſo ſignificet, ſe vnitum eſſe cum Chriſto, & cum membris eius, quamuis re ipſa ex ſe hoc ſignificet. Et ita numquam S. Thomas ei tribuit peccatum mendacij contra Sacramentum, ſed falſitatis, quæ poteſt eſſe ſine mendacio, nimirũ, quando non eſt ſecundum intentionem ſignificãtis. Quocirca deceptus fuit Petrus de Soto, cum lib. de inſtitutione ſacerdotum lectione 12. de Euchariſtia hoc peccatum ſumentis indigne Sacramentum, dicit, eſſe peccatum mẽdacij; idque ex S. Thoma in prædicto articulo confirmat. Excuſatur tamen ab irreuerentia, quæ eſſet in hac falſa ſignificatione præter intentionem ſuam, ſi ita vrgeat neceſſitas, ſicut in caſu prædicto: neque enim indecens videtur, vt homo ita accedat ad ſacramentum, ne maximam notam incurrat.

Diſcrimẽ inter falſitatem, quæ eſt in verbis, & in rebus vt illa non excuſetur à culpa ſicut hæc.

S. Thomas. Deceptio Petri Soto.

5 Alia obſeruatio.

Denide notandum eſt, non cõmittere duo peccata eum, qui prohibitus præcepto aliquo accedere ad hoc Sacramentum, ad illud accedit, vnum tranſgrediendo præceptum ipſum, aliud autem ſumendo ipſum Sacramẽtum in mortali, etiam ſi per propoſitum efficax violet hoc præceptum, & ſit in ſtatu peccati mortalis, priuſquam ad Sacramentum reipſa accedat. Ratio vero eſt, quia, cum lex poſitiua humana prohibet idẽ, quod lege naturali, aut Diuina prohibitum erat, ob eãdẽ rationem, quam vocãt motiuam, non eſt duplex peccatum, neque malitia in eodem opere, quo ſimul vtrumque præceptũ violamus, ſicut docuimus 1.2. diſput. 98. cap. 3. In hoc autem caſu idem contigeret: nam, qui prohiberetur accedere ad hoc Sacramentũ, prohiberetur intuitu religionis, non autem intuitu alterius virtutis, vt patet, & ita remoueretur ab eo tamquam indignus propter rationes, quæ ipſum legiſlatorem aut ſuperiorem ad hoc mouerent, ſeparans ipſum in hoc à corpore Chriſti, & fidelium, ſicut ſeparat non ieiunum, quãtumuis ſit ſanctus, & à peccatis abſolutus. Quocirca virtute præcepti perinde ſe haberet ille, ac ſi per proprium peccatum impeditus eſſet: ergo, cum poſtea peccaret per propoſitum efficax tranſgredie di tale præceptum, eodem modo indignè ad Sacramentum accederet, ac ſi duobus peccatis irretitus accederet, quia duobus titulis remotus eſſet, tum ratione præcepti, tum ratione tranſgreſsionis: vterque tamen titulus eadem ratione ipſum obligaret, ac proinde, neque vt duo peccata, cum reuera non eſſẽt, neque vt circunſtantiam aggrauantem etiam eiuſmodi circunſtantias confiteri deberet, ſicut nõ debet neceſſario exprimere, ſe acceſſiſſe ad hoc Sacramentum duobus, aut pluribus peccatis mortalibus impeditum: quia, quod opus ſit contra duo præcepta eiuſdem ſpeciei, non eſt cauſa notabilis augendi malitiam, quam alias haberet, ſi contra vnum tantum præceptũ eſſet, vt in illo cap. 3. in fine docuimus.

Non peccat duplici peccato ille, qui in mortali, & contra præceptum ad Euchariſtiam accedat.

6

Iam vero de grauitate huius peccati comparatione facta cũ alijs dicamus. Circa quod (me quidẽ iudice) S. Thomas in art. 5. huius quæſtionis recte, & conuenienter doctrinæ ab ipſo traditæ 1.2. q. 73. art. 4. docuit, peccati grauitatem ex duplici capite expendi poſſe; primũ ex obiecto, & ſpecie ſua, quod eſt, eam per ſe cõſiderare; deinde per accidens videlicet ex parte ipſius peccantis, qùia aut ex ignorantia, aut ſciens, & prudens, & ex cõtẽptu peccat. Inquit igitur, hoc peccatum indigne accedentium ad Euchariſtiam ex ſe, & ex genere ſuo, ſeu ſpecie eſſe maius cæteris, quæ committuntur in puras creaturas, ſub quibus cõprehendit fornicationem, furtum, & homicidiũ: alijs autem, quę in ipſum Deum committuntur, minus graue eſſe. Hoc eodem modo dixerat q. illa 37. art. 4. peccata eo eſſe grauiora, quo perfectioribus, ſeu dignioribus virtutibus opponũtur, quam doctrinam nos ibidem explicuimus, & confirmauimus. At vero per accidens, hoc eſt, ex parte peccantis (inquit S. Thomas) poſſe eſſe maius peccatum furtum, homicidium, aut aliud commiſſum in puram creaturam. Doctrinam hanc B. Thomæ probant Caietanus in art. 5. Gabriel lectione 87. in canonẽ Miſſæ litera H. Petrus de Soto lib. de inſtitutione ſacerdotum lectione 2. de Euchariſtia: Dominicus de Soto in 4. diſtinct. 12. quæſtio. 1. art. 5. & Ledeſma in 1. p. quarti. q. 21. art. 5. & Paludanus loco inferius allegando. Quo autem pacto peccatum minus graue ex genere, & ſpecie ſua, numquã æquare poſsit malitiam grauioris ex genere, & ſpecie illius, li-

7 Quæ ſit grauitas peccati indignæ ſũptionis cõparatione facta cum alijs peccatis. S. Thomæ iudicium.

8 Caietanus. Gabriel. Petrus Soto Sotus. Ledeſmæ. Paludanus.

cet

cet æquare, & superare possit pœnam sensus illi debitam, ostendimus in eadem 1.2.q.37. art.3. Quare iuxta hanc doctrinam dicere debemus, nullum aliud peccatum in puram creaturam commissum, quantumuis ex accidente crescat, & maius fiat, malitiam huius peccati simpliciter æquare posse, quam quidē sententiam, vt in eo art.3. notauimus, sequutus fuit Durandus in 4.distinct. 22. quæstio.1. num.8.

Durandus.

Cæterùm, quod attinet ad comparationē grauitatis peccati accedentium indignè ad hoc Sacramentum cum grauitate aliorū peccatorum, quæ committuntur in puras creaturas, sententia, quam ex S.Thoma proxime nos memorauimus, & Durandus in 4.d.9. q.4.num.9. ipsi Durando non probatur numero 10. eiusdem quæstionis, eamque impugnat hac ratione: quia necesse non est, vt sicut se habet obiectum cum obiecto, ita se habeat actus cum actu, quando actus sunt diuersarū rationū, sed solū quando sunt vnius, hoc est, non est necesse, si persona, in quam peccatur sit dignior, peccatum etiam in ipsam commissum grauius esse, nisi actus peccati sit eiusdem rationis, nempe, aut homicidij, aut conuicij. Probat autem exēplo: quia grauius est iniuriam facere Principi verbis contumeliæ, quam eisdem etiam cōtra priuatam personam peccare, quia actus sunt eiusdem rationis; at vero non est grauius peccatum contumelia contra Principem, quam homicidium priuatæ personæ, quia actus sunt diuersæ rationis. Pro hac sententia Durandi allegatur etiam Paludanus in 4.d. illa 9.q. 2.art.6. ille tamen in art.2. cum S. Thoma plane sensit. Sequuntur autem illam Recentiores nonnulli: eo quod existimant, posse aliquam speciem peccati sub genere peccati minus graui contentam, grauioris esse malitiæ per se, & ex sua natura, & specie, quàm sit alia contenta sub genere grauioris malitiæ ex se. Oportebat tamen Durandum memorem esse: nam, vt vidimus 1.2.q.73.art. illo 3. ille etiā in 4.d.22.q.1. n.8. expresse docuit, speciem peccati inferioris malitiæ, quantumuis intra suam speciem crescat, non posse attingere grauitatem malitiæ speciei superioris peccati. Idē autē dicere debet de genere, quod est species subalterna, ac proinde sentire debet, sub genere grauioris malitiæ non posse contineri speciem peccati leuioris malitiæ, quàm sit alia contenta sub genere leuiori: recte igitur semper philosophatur S. Thomas. vt grauius peccatum ex genere suo, & specie quod est per se, sit indigna perceptio Sacramenti, quàm quodlibet aliud commissum in creaturas: grauitas autem speciei desumenda est ex perfectione, & nobilitate oppositæ virtutis. Quocirca in exemplo, quod affert Durandus, deceptus est: nam obseruantia, quæ est erga eos, qui in dignitate cōstituti sunt, dignior virtus est, quam iustitia, quæ est erga æquales: quia, vt patet ex S. Thoma. 2.2.q.80.art. 1. hæc virtus assignatur, vt pars potestatiua iustitiæ, sicut religio erga Deum, & pietas erga parentes, quia iustitia non potest attingere ad reddendum æquale his, qui in dignitate sunt constituti, quibus ratione virtutis honor debetur, vt ibidem explicat S. Doctor: digniori autem virtuti opponuntur grauiora peccata ex genere suo, & specie: ergo contumelia contra eos grauior culpa est ex genere suo, quam homicidiū priuatę personæ, licet hoc ex alijs circustantijs grauius esse possit, vt dictum est. Hac ratione homicidium Principis grauioris malitiæ est, quàm priuatę personæ, non solùm ex accidenti, quia dignior sit persona, sed quia erga digniorem illam personam dignior virtus opposita versatur, quæ est obseruātia, sicut etiā parricidium grauius est quouis alio simplici homicidio, quia simplex homicidium est contra iustitiam solùm, parricidium autem contra pietatem, quæ altior virtus est.

Duo breuiter superſunt notāda circa grauitatem huius peccati; alterum est, eo grauius aliquem peccare, quò pluribus irretitus peccatis ad hoc Sacramentum accedit, vt docet S. Thomas art.5. in solutione 2. Nihilominus ego existimo, non esse necessario explicandū in confessione, vtrum cum multis peccatis, an cum paucioribus quis accesserit ad Sacramentum, sed satis est explicare, se in statu peccati mortalis accessisse, quia neque circūstantiæ etiam notabiliter aggrauantes necessario sunt explicandæ in confessione secundum multorum opinionē, de qua suo loco: neque est circunstantia notabiliter aggrauans semper, & ita nullus hactenus ad hoc pœnitentes obligauit. Vtrum autem grauius peccatum sit accedere cum peccatis carnalibus, nē pe, luxuriæ, aut gulæ, quam cum spiritualibus, nempe, cum ira, superbia, odio, & alijs huiusmodi, an è contrario: respondet recte Alexand. in 4.q.11.membro 2.art.2.§.2. versiculo: *Consequenter quaritur, Vtrum plus peccet manducans*: non vt quidam referunt, grauius peccare eum, qui accedit cum peccatis carnalibus, quam eum, qui accedit cum spiritualibus, sed hos duos se habere inter se sicut excedens, & excessum, ita vt ex vna parte plus peccet, qui accedit cum peccatis carnalibus, ex alia verò plus ille, qui cū spiritualibus

9

Similē.

10 Arguitur Durandus inconstantiæ.

Vnde sit sumenda grauitas peccatorū

11

Primū obseruandū

S. Thomas. Eo maius peccatum est accedere indigne ad Eucharistiā, quo plura quis affert peccata.

12

Alexander. An sit maius peccatum accedere ad Eucharistiam cum peccatis carnalibus, quem cū spiritualibus.

tualibus hoc Sacramentum manducat: quod ſane verum eſt; ob id tamen non negat, per ſe, & ſimpliciter eum magis peccare, qui cũ ſpiritualibus peccatis accedit, ſicut docuit S. Thom. art. 5. in illa ſolutione 2. Quod vero ait Paſchaſius Abbas lib. de corpore, & ſanguine Chriſti in 6. tomo Bibliothecæ ſacræ cap. 22. nõ longe à fine, nullum periculoſius hoc Sacramentum contingere, quàm luxurioſum, non intelligendũ eſt ſimpliciter, ſed aliqua ratione, nẽpe, vt explicuit S. Thomas, quatenus per hoc genus peccati ſpiritus magis ſubijcitur carni, & ita per illud magis impeditur feruor dilectionis, qui requiritur in hoc Sacramento: quia cõſideratio, quæ ad feruorem deberet excitare, magis impeditur: neque ab hac expoſitione longe abeſt ipſe Paſchaſius. In hac doctrina omnino cõſentit cum S. Thoma Paluda nus in 4. d. 9. q. 2. art. 2. concluſ. 3.

S. Thomas.

Explicat. Paſchaſius

13

Paludanus.

Poſterius obſeruandum. B. Thomas.

Alterum notandum eſt, ſimpliciter loquẽdo, & conſiderata natura, & genere peccati; grauius peccare infidelẽ, & hæreticũ accedẽdo ad hoc Sacramentũ, quã fidelẽ exiſtentẽ in peccato, vt recte docuit S. Thom. in illo artic. 5. in ſolutione etiã 2. eo quòd infidelis, & hæreticus plus diſtat ab Eccleſiæ vnitate, quam re ipſa profitetur quicumque accedit ad hoc Sacramentum, quam fidelis peccator, & ita magis ineptus eſt ad hoc Sacramẽtum. Nec vero hoc negat Alexander in eo §. verſiculo: *Conſequenter quæritur, Vtrum plus peccet hæreticus, &c.* plane enim affirmat hæreticũ, & infidelem ſimpliciter plus peccare; quamuis fidelis ratione contemptus, eo quod nulla ignorantia excuſetur, plus peccet: id quod eodem modo docuit S. Thomas in prædicta ſolutione 2. Huius oppoſitũ docere videtur Paludanus in 4. diſt. 9. quæſtio 2. art. 2. concl. 2. id tamẽ verum non eſt.

Grauius peccat infidelis, qui fidelis, ſi vterque in peccato accedat in Euchariſtia.

Paludanus.

14

Quod ſuper eſt pauca dicamus de eo, qui cum peccato veniali ad hoc Sacramentũ accedit, & illud manducat: circa quod communis omnium Scholaſticorum, & vera ſententia eſt, non eſſe peccatum mortale accedere ad hoc Sacramentum cum veniali, ſiue quod iam præterijt, & manet in anima ſolùm per modum habitus, ſiue quod in ipſa perceptione Sacramenti cõmittitur. Hoc autem nonnulli probant autoritate Canonis: *Si non ſunt tanta. De conſecratione* d. 2. quem Algerus lib. 1. de Sacramẽtis corporis, & ſanguinis Chriſti cap. 22. in 6. tomo Bibliothecæ ſacræ parum à principio refert ex Hilario, non quidẽ Pictauienſi Epiſcopo (vt falſo putauit Adrianus loco inferius allegando) ſed Papa, vt in margine Algeri notatur: atque ita omnes

Non peccat mortaliter, qui cum veniali ſuſcipit Euchariſtiam. Aliqui nõ bene id probãt ex Canone *ſi non ſunt*.

Adrianus.

Algerus. Hilar. Pap.

compilatores ex Hilario referunt. Sunt autem ea verba in Auguſtino Epiſtola 118. cap. 3. in hunc modum: *Cæterum, ſi peccata tanta non ſunt, vt excommunicandus quibuſdã homo iudicetur, non ſe debet à quotidiana medicina Dominici corporis ſeparare.* Eadẽ verba cum fragmẽto illius Epiſtolæ refert Beda in illud 1. ad Corinth. 11. *Itaque quicumque manducauẽrit panem, &c.* Verũm ex his verbis, prout ſunt in Auguſtino, id nõ probatur, primum quoniã Auguſtinus ea non dicit ex propria ſententia, ſed eo loco affert controuerſiã, quę frequenter eſſe ſolebat inter aliquos, quibuſdã aſſerentibus, non eſſe quotidie communicãdum, ſed ſtatutis temporibus, vt interim homo purius viuat, & ita dignius accedat; alijs vero è contrario quotidie cõmunicãdũ eſſe, niſi tanta fuerit plaga peccati, atque impetus morbi, vt autoritate Antiſtitis ab altare quis remoueri debeat ad agendum pœnitentiam, vt eadem autoritate iterum reconcilietur: horum autem ſunt etiam verba illa, quæ citauimus, *Cæterũ ſi peccata tãta nõ ſunt, vt excõmunicãdus, &c.* hucuſque autem nihil ex propria ſententia Auguſtinus dixerat, ſed ſtatim addit hæc verba: *Rectius inter eos fortaſſe quiſquam dirimit litem, qui monet, vt præcipue in Chriſti pace permaneant: faciat autem vnuſquiſque, quod ſecundum fidem quam pie credit eſſe faciendum.* Ex quibus liquet, prędicta verba deſeruire non poſſe ad probandũ, peccatis venialibus neminem indignum effici, cum illa nõ ſint Auguſtini, ſed ex ijs, qui de communione frequenter contendebãt, eare ferat. Et ita mirandum eſt, quod ea Gratianus in ſuo decreto compilauerit, niſi quatenus horum ſententia ab Auguſtino improbata non fuit. Deinde, etiam ſi illa eſſent verba Auguſtini; predictam ſententiam non probarent, quoniam cum dicitur: *Si peccata tanta non ſunt, vt excõmunicandus quibuſdam homo iudicetur*: per peccata tanta non intelliguntur omnia mortalia: quaſi ſenſus ſit; ſi non fuerint mortalia, ſed ſolum venialia; ſed intelliguntur ea mortalia, quæ etiam poſt confeſsionem mereantur iudicio Antiſtitis ſeparationem à conſortio fidelium, ad agendum publicè pœnitentiam, & ſeparationem ab altari: ita vt ſi talia nõ fuerint, poſt debitã confeſsionem, homo quotidie cõmunicare poſsit: ergo inde non recte infertur, peccata venialia, quæ homo cõfeſſus non eſt, neque vllo modo ab eis iuſtificatus, non reddere ita indignam communionem, vt ſit peccatum mortale, cum eis ad hoc Sacramentum accedere. Nihilominus, vt dixi, vera, & indubitata ſententia eſt, nõ eſſe peccatum mortale cum

Auguſtin.

Beda.

15

Explicatur Auguſ.

Gratianus.

16

le cum venialibus ad hoc Sacramentum accedere.

Cum veniali peccato, etiam quod in ipsa perceptione Sacramenti committitur, ad Eucharistiam accedere, nullum peccatum etiam veniale est.

CAPVT. II.

17 An sit veniale accedere cum veniali ad Eucharistiam.

AN Vero accedere cum veniali saltem veniale sit, quæstionem aliquam habere videtur; neque vero difficultas est, quādo quis ob sinē venialis peccati communicaret: tūc enim ipsa cōmunio peccatū veniale esset, sed quando quis cum alio peccato veniali actu, vel habitu ad hoc Sacramentum accederet. Recentiores nonnulli putant, etiam veniale peccatum esse, percipere hoc Sacramentum, dum quis in ipsa perceptione aliquo alio peccato veniale peccat, ratione cuius accedit mente distractus, & sine attentione debita. Deinde dicunt, etiam peccare venialiter eū, qui assiduam habens consuetudinem peccādi venialiter, vel certè sentiens conscientiam suam multis venialibus onerata, & ideo tepidam ad spiritualia tractanda, ad hoc Sacramentum accedit. Probant autem hanc sententiam primum autoritate, deinde ratione: autoritate quidem; nam Autor libri de Ecclesiasticis dogmatibus apud Augustinum cap. 53. & Anselmus 1. ad Corinthios. 11. id docere videntur. Ratione vero confirmant; quia, qui eo modo accedit ad hoc Sacramentum, aliquem effectum illius impedit, ergo aliquomodo contra reuerentiam debitam illi peccat, tum etiam quia aliquomodo indignus videtur accedere, qui in veniali accedit.

Recentiorū opinio.

Primum fundamentum ex autoritate.

Secūdum ex ratione.

18

Ego tamen existimo, nullum esse peculiare, & nouum peccatum accedere ad hoc Sacramentum cum veniali præter ipsum veniale, in quo quis accedat, siue habitu tantum sit in statu peccati venialis, siue etiam actu peccet, cum accedit. Et de veniali peccato ita in vniuersum absque vlla distinctione docent Ricardus in 4. d. 9. art. 2. q. 1. ad 2. Maior q. 1. §. *Contra primam conclusionem*. Adrianus in 4. q. 1. de Eucharistia. §. *Proresponsione* in fine, & Dominicus Sotus in 4. d. 12. q. 1. art. 4. §. *Ad rem vero vt reuertamur*. Maior & Sotus plane docent, non esse veniale: Ricardus, & Adrianus, neminē prohiberi per peccatum veniale quō minus ad hoc Sacramentum accedat, quod idem est, Maior vero, & Adrianus loquuntur expresse de peccato veniali etiam, quod in ipsa perceptione Sacramenti cōmittitur, & eadem sane ratio est de illo, atque de eo, quod solum habitu manet. Ea vero est, quia peccatū veniale, etiam quod tunc committitur, non impedit effectū huius Sacramenti præcipuum, qui est augmentum gratiæ habitualis, vt patet: ergo nullum potest esse peccatum: nam aliunde vllam irreuerentiam leuem in hac perceptione sine fundamento excogitaremus. Et sane ego non video, quare cum quis accederet multis grauibus venialibus venialiter peccaret, paucioribus tamē obnoxius non peccaret, vt Recētiores contendunt.

Maior. Sotus.

Ratio.

Contra hoc obijciunt prædicti Recētiores Genadium lib. de Ecclesiasticis dogmatibus apud Augustinū in 3. tom. c. 53. & refertur, *De consecratione* d. 2. Canone *quotidie*: vbi exhortatur fideles, vt omnibus diebus Dominicis communicent: subdit tamen: *Si tamen mens sine affectu peccandi sit: nam habentem adhuc voluntatem peccandi grauari magis dico Eucharistiæ perceptione, quam purificari, & ideo quamuis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cætero voluntatem, & communicaturus satisfaciat lachrymis, orationibus, & confidens de Domini miseratione, qui peccata piæ confessioni donare consuevit, accedat ad Eucharistiam intrepidus, & securus. Sed hoc de illo dico, quem capitalia, & mortalia peccata non grauant.* Quibus verbis videtur hic Autor, etiam de ijs, qui non grauantur mortalibus peccatis, sed solum venialibus, asserere, si accedant, antequam pro illis satisfaciant, ad Eucharistiam, magis grauari, quam purificari, si voluntatem adhuc habeant peccandi. Verum, si hoc modo hic Autor esset intelligēdus, eius sententia admittenda non esset: nam de his inquit, non prius eos accedere posse ad Eucharistiam, quam prius peccatis satisfaciant, & per piam confessionem intelligant, se veniam fuisse consequutos; nemo autem dicet pro venialibus peccatis necessario esse cōfessionem præmittendam. Per mortalia igitur, & capitalia peccata intelligit hic Autor peccata publica, non autem quæcumque mortalia etiam secreta: nāstatim subiungit: *Nam, quem mortalia trimina post Baptismum commissa premunt, hortor, prius publica pœnitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari.* Quod sane de solis publicis

Obiectio ex Genadio.

19

Explicatur.

Vera opinio. Non est peccatum veniale accedere ad Eucharistiam cum veniali.

Ricardus. Adrianus.

cis peccatis intelligendum videtur: nam de ſecretis nũquam fuit neſſarium publicam agere pœnitentiam, ſicut declarauit Concilium
Conc. Trid. Tridentinum ſeſſione 14. cap. 5. poſt mediũ: loquitur igitur Gennadius, ſicut etiam Au-
Auguſtin. guſtinus loco ſuperiori cap. citato de peccatis, quæ merentur excommunicari hominem, hoc eſt, à perceptione Euchariſtiæ per publicam pœnitentiam ſeparari: de his etiam ſtatim ſubdit Gẽnadius, poſſe quidem per ſecretam ſatisfactionẽ ita expiari, mutato etiã habitu ſeculiari, & confeſſo religionis ſtudio per vitæ correctionem (quod fiebat per ingreſſum religionis) vt ad Euchariſtiã accedere poſsit.

Alia obiectio ex Damaſceno.

Deinde obijciunt Anſelmum in illud 1. ad Corint. 11. *Probet autem &c.* vbi ait: *Indigne manducat, & bibit, qui vel aliquod graue, vel multa leuia commiſit peccata, & non eſt confeſſus.* Verum, ſi hoc teſtimoniũ alicuius momenti eſt, probat etiam id, quod neque Recentiores prædicti, neque vllus Theologus concedit, nempe, non ſolam contritionẽ ſufficere, ſed præmittendam eſſe confeſsionem pro leuibus, ſi per leuia venialia intelligamus. Quare cogimur neceſſario, aut per leuia non venialia, ſed mortalia intelligere, quę in genere ſuo leuiora ſunt, aut per illa leuia intelligere venialia, quæ ſimul vnum mortale efficiant, ſicut aliquando contingit, vt 1. 2. diſputat. 140. cap. 2. mõſtrauimus: aut certe ſententiam Anſelmi in hac re nullo modo admittere. Neque vero deſunt, qui prædicta commentaria in Paulum Heruæo, non Anſelmo tribuant, quod in antiquis codicibus
Trithemius. Heruæo inſcripta inueniant, & Trithemius inter opera illius, non recenſet.

Ratio aduerſariorũ

Ad rationem vero, qua Recentiores oppoſitam ſententiam probant, reſpondeo, impedire effectum aliquem huius Sacramenti, qui non ſit præcipuus, nullum eſſe peccatum nec veniale, alioquin, qui accederet cum vno tantum veniali ſine dolore illius; etiam ſi nullam haberet voluntatem iterum illud committendi, peccaret ſaltem venialiter, quia impediret aliquem effectum huius Sacramenti, nempe, remiſsionem illius: quod tamẽ neque aduerſarij cõcedent. Sic igitur, quamuis quis impediret remiſsionem plurium venialium, aut feruorem charitatis in ſe, non peccat, neque venialiter, dummodo recipiat augmentum gratiæ charitatis, & iuſtitiæ, qui præcipuus effectus eſt: hoc autem nõ poteſt impediri quacunque multitudine venialium. Et ſane, ſi culpa aliqua eſſet, effectum vllum Euchariſtiæ ob defectum diſpoſitionis impedire, non venialis, ſed mortalis merito cenſeretur. Denique, cum iuſtificatio à veniali non ſit neceſſaria ad ſalutem, non poteſt vllum eſſe peccatum, eam per Sacramentum non conſequi ob defectum diſpoſitionis.

Non eſt peccatum veniale impedire effectum nõ primarium Sacramenti.

21

Ad dignam Euchariſtiæ perceptionem, præter ſtatum gratiæ, confeſsionem peccati mortalis commiſsi ſemper neceſſariam eſſe, ab Eccleſia iam definitum eſt.

CAPVT. III.

AD Dignam Euchariſtiæ perceptionem hoc ſaltem tẽpore nõ ſatis eſſe ſtatum gratiæ, & iuſtitiæ, ſed etiam Sacramentalem confeſsionem in eo requiri, qui conſcius eſt alicuius peccati mortalis à ſe commiſsi, nullus catholicus iam dubitare poteſt poſt definitionem Concilij Tridentini ſeſſione 13. cap. 7. & canone 11. in quo non ſolum declaratur, ſed etiam ſtatuitur, & præcipitur, vt cõfeſsio præmittatur: an vero talem probationem ſemper in Eccleſia fuiſſe neceſſariam à Concilio fuerit declaratum, non omnibus catholicis etiam hoc tempore ita manifeſtũ videtur, tametſi (me quidem iudice) non minus perſpicue id etiam definitum ſit. Caietanus in ſumma verbo *Communio Sacramentalis*, & in illud 1. ad Corinth. 11. *Probet autem ſe ipſum homo*, & in peculiari de hoc re tractatu inter opuſcula ipſius, & in artic. 4. huius q. conſtanter aſſerit, nullum eſſe præceptum, neque Diuinum, neque Eccleſiaſticum præmittendi confeſsionem ante Euchariſtiam; tametſi in ſũma loco allegato dicat, peccatũ eſſe veniale ſine confeſsione ad Euchariſtiã accedere, ſi, cum adeſt opportunitas, confitẽdi, differt confeſsionẽ, & ſine illa ad Euchariſtiam accedit. Colligitautem hanc ſuam ſententiam ex illis verbis Pauli in eo capite 11. *Probet autem ſe ipſum homo*: nam, ſi homo ſe ipſum probare debet, nõ oportet, vt à confeſſario probetur. Hinc autem ſolum colligere poſſet, nullum eſſe præceptum Diuinũ, aut Eccleſiaſticum ante tempora Pauli, nullum, autem poſtea fuiſſe probare poſſet, quia nullum tale illuc vſque in aliquo Concilio, aut canone expreſſum erat. Dictum etiam locum eodem modo videtur intellexiſſe Chriſoſtomus

Concilio Tridentini definitio.

22

An Concilium declarauerit ſemper fuiſſe neceſſariũ permittere confeſsionem ad ſuſceptionem Euchariſtiæ.

Caietani ſententia.

Probatur ex Paulo.

23

Chrysostom. Theophylac.

mus homilia 28. in eam Epistolam, & Theophylactus ibidé. Chrysostomus inquit: *Non præcipit, vt alter alteri probetur, sed ipse sine traductione, faciens iudicium, & sine teste redargutiones.* Theophylactus vero; *Non alium tibi iudicem attribuo, sed te ipsum tibi ipsi commendo: iudica igitur, & explora conscientiã tuã, & sic accede.* Deinde, cum multi Patres, quos citauimus disput. 203. c. 1. dicant, necessariã esse sanctitatem, & gratiam, vt quis ad hoc Sacramentum dignè accedat, nullus eorũ postulat præparationem confessionis, signum igitur esse videtur, non fuisse eo tẽpore præceptum aliquod præmittendi confessionem. Hanc sententiam tradiderat Abbas in cap. *De homine. De celebratione Missarum.*

Abbas.

24 Sẽper fuisse necessarium præmittere confessionem, ex Diuino præcepto vera sententia.

Vera tamen sententia est, primum non tãtum hoc tempore, & seculo ipso Caietani, sed etiam ab initio Ecclesiæ necessariam ex præcepto semper fuisse confessionem peccati mortalis commissi ante Eucharistiã præmittere. Deinde hoc præceptum non esse solùm Ecclesiasticum, sed Diuinum, simul cum ipsa Sacramenti institutione à Christo traditum. Priorem partem huius sententiæ, quam in hoc capite confirmabo, non solum veram existimo, sed etiam expresse definitam vt dogma fidei à Concilio Trident. sess. 13. c. illo 7. & canone 11. ita vt, qui contrarium sentiret, aut doceret, non solùm excommunicatus, sed etiam hæreticus esset. Primũ quia cap. 7. cum ageret Concilium de præparatione, & probatione necessaria ad hoc Sacramentum, & in memoriam reuocaret illud præceptũ 1. ad Corinth. 11. *Probet autẽ seipsũ homo* inquit, *Ecclesiastica autẽ consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati, quamtũuis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat.* Canone autem 11. postquam contra hæreticos anathema tulit, subiungit: *Et ne tantum Sacramentum indigne, atque ideo in mortem, & condemnationem sumatur, statuit, atque declarat ipsa sancta Synodus illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quamtumcumque etiam se contritos existimẽt, habita copia cõfessoris, necessario præmittendam esse confessionem Sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu publice disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus sit.* Scio quidem, Petrum de Soto prædictam definitionem Concilij ita intellexisse lib. de institutione sacerdotũ lectione 12. de Eucharistia in medio, vt existimaret, sententiam Caietani non fuisse tamquam errorem damnatam, sed oppositam, vt

1. ad Cor. 11.

Ex Concil. Tridẽtino ostenditur.

25

Petri de Soto corrigitur lapsus.

probabiliorem definitam: & quidquid dubitationis esse poterat, propterea quod prædicta definitio in scriptura non aperte reperiretur, sublatum fuisse, vt deinceps de hac amplius nulla esset cõtrouersia: quam explicationem ipse colligit ex illis verbis, *Declarat, & statuit*, quibus Concilio vtitur. In hoc tamen, & ipse Petrus de Soto manifeste lapsus est, multoq; melius Alphonsus de Castro aduersus hæreses, verbo: *Eucharistia*, hæresi 10. sub finem, Sixtus Senens. lib. 6. Bibliothecæ annotatione 261. & Canus relectione de pœnitentia par. 5. dixerunt, sententiam Caietani vt errorem à Concilio fuisse damnatã, id quod ex Dominico Soto in 4. d. 12. q. 1. art. 4. §. *Contraria tamen*, etiam colligitur, & ex vtroque loco Concilij probari facile potest. Primũ, quia quidquid in capitibus tra ditur ante canones à Cõcilio, pertinẽs ad doctrinã, est catholica fides, quã nisi quisq; receperit, saluari nõ potest, vt monui 1. 2. disputatio 200. cap. 6. & in hoc tertio tomo disputatio 185. cap. 2. & tetigimus etiam disputatio. 189. cap. 3. & constat ex sessione 6. in fine capitis vltimi, & in ea sessione 13. in fine etiam capitis vltimi, vbi dicitur: *Quoniam autem non est satis veritatem dicere, nisi detegãtur, & refellantur errores, placuit sanctæ Synodo hos canones subiungere, vt omnes iam agnita catholica doctrina* (nẽpe illuc vsque tradita) *intelligant quoque, quæ ab illis hæreses cauere, vitarique debeant.* In 6. autem sessione dixerat de catholica doctrina in capitibus præmissa; *Quã nisi quis fideliter, firmiterq; receperit, iustificari nõ poterit.* Id igitur quod declarauit Cõciliũ de præmittenda cõfessione ante Eucharistiam, est catholica doctrina, ac proinde opposita erit error manifestus, quẽ si quis pertinaciter sequutus fuerit, hæreticus erit. Canone autem 11. eamdem sententiam Caietani plane damnat, cum iterum eamdem doctrinam catholicam declarat, & sub excommunicationis pœna damnat eos, qui oppositum docuerint, vel pertinaciter asseruerint. Nam quamuis interdum Ecclesia prohibere soleat disputationem de aliqua re, quam nõdum tãquam dogma fidei definiuit, vt quod quis damnet, aut aliquo modo noter propositionem aliquam, vel è cõtrario dicat, esse probabilem, tamen numquam hactenùs damnauit sub excommunicationis pœna eos, qui aliquid pertinaciter, & absolute asseruerint, nisi eo ipso id damnet tamquam errorem cõtra fidẽ, & oppositum, vt catholicam doctrinam definiat, ita vt hæreticus sit, qui talem errorem pertinaciter asseruerit. Pertinaciter autem illud asserere, vt constat ex ijs, quæ dixi-

Sententia Caietani damnatur

26

Castro. Sixtus Senen. Canus.

Sotus.

27

Qui sententiam Caietani defenderit, hæreticus erit.

diximus 1. 2. diſputat. 126. cap. 3. nihil aliud eſt, quam poſt prædictam definitionem, id ſcienter affirmare. Quare Recétiores, qui dicunt, pluſquam temerarium eſſe, nunc defendere Caietani opinionem: ſi per pluſquam temerarium intelligant, minus quam hæreticũ, non pàrũ derogant definitioni Concilij. Cũ vero dicunt, eum, qui ita cum Caietano ſentiret, non fore excommunicatum, donec aut prædicaret aut doceret, aut pertinaciter aſſereret, verum aſſerunt, ſi per pertinaciam intelligant id, quod diximus. Nã, quamuis ſi mente cum Caietano ſentiret, hæreticus eſſet, non dum tamen eſt excõmunicatus, quia nondum eſſet exterior. Nec mirum eſt, quod in omnibus canonibus, damnans errores, vſus fuerit pœna anathematis, in appẽdice autem canonis 11. in qua damnauit ſententiam Caietani, non anathematis, ſed voce excommunicationis vſus fuerit, & ſeparatim ab alijs erroribus damnatis per illos canones, in appendice prædictam ſententiam damnauerit: nam cum Conciliũ canones ediderit contra hæreticos, qui illuc vſque manifeſtas hæreſes docuerant, & hæc ſententia vſque ad illud tempus non fuiſſet manifeſta hæreſis, neque ab aliquo hæretico, ſed potius à catholicis aliquibus aſſerta: quamuis voluerit Concilium eam damnare, noluit ſub eodem tenore verborum, & ſub eodem canone, ſed in appendice ſententiam damnationis contra illam ferre. Neque vero hæretici noſtri temporis prædictum errorem Caietani ſicut ipſe docuerunt, nam aut vidimus diſputat. 205. cap. 1. neque ſanctitatem, aut contritionem vllam, ſed ſolam fidem ad hoc Sacramentum requirunt; Caietanus autem veram contritionem, & ſanctitatem expoſcit; ſed inſtitutum fuiſſe ad peccatorum remiſſionem plane affirmant: quod in canone illo 11. damnatum fuit; error autem Caietani in appendice illius. Porro Concilium non tantum præceptũ in futurum ſtatuiſſe, ſed etiã declaraſſe, antea ita neceſſarium in Eccleſia fuiſſe, vt ita conſtet, directè ſententiam Caietani damnaſſe, probatur primum: quia non ſolùm vſus fuit verbo, *ſtatuit*, quod indicat præceptum, ſed etiam verbo, *Declarat*, quod ſignificat id, quod antea erat: declarare enim, aliquid eſſe neceſſarium, ſupponit, ante declarationem ita etiam fuiſſe. Deinde quia capit. 7. inquit: ipſa Eccleſiaſtica conſuetudine ſatis declarari eam probationem, nempe, de qua dixit Paulus 1. ad Corinthios 11.: *Probet autem ſe ipſum homo*, neceſſariã eſſe, vt nullus conſcius peccati mortalis, quantumuis ſit contritus, ſine confeſsione Sacramentali

28

29

Conciliũ declaraſſe ſemper fuiſſe neceſſariam cõfeſsionem ante Euchariſtiam probatur primo.

Secundo.

1. ad Cor. 11

ãd Euchariſtiam accedat, ſi autem ante tempora Caietani, aut Concilij Tridentini non eſſet neceſſaria confeſsio, neceſsitas illius Eccleſiaſtica conſuetudine declarari non poſſet, alioquin etiam neceſsitas eorum, quæ nunc in præcepto ponuntur ex eadem Eccleſiaſtica conſuetudine colligi poſſet. Quo circa cum Concilium nouum præceptum addiderit, nempe, vt is, qui neceſsitate vrgente non præmiſſa confeſsione celebrauit, ſtatim quàm primùm habita confeſſoris copia confiteatur, illud non colligit, neque declarat ex antiqua conſuetudine. Deinde, ſi Concilium noluiſſet definire, confeſsionem antea fuiſſe neceſſariam, ſed tantum nouiter legem de hac re tuliſſet, non damnaret eos, qui oppoſitum contra legem ipſius eſſerere audent, alioquin, & ptohngulis legibus à ſe latis idem facere deberet. Et ita quamuis in appẽdice canonis 11. damnauerit ſub pœna excõmunicationis eos, qui aſſererent, nõ eſſe neceſſarium præmittere confeſsionem mortalis ante Euchariſtiam; tamen nullam huiuſmodi tulit ſententiam in eos, qui aſſererent, eum, qui neceſsitate vrgente celebrauerit, oblata copia confeſſarij, quam primùm debere cõfiteri: cum tamen id ſtatuiſſet ſupra cap. 7. non alia quidem ratione, niſi quia Conciliũ tunc id nouiter ſtatuit, & antea neceſſarium non erat; ac proinde circa huiuſmodi præceptum nullus illuc vſque error, aut falſa opinio præceſſerat; damnatio autem, qui in Cõcilijs fieri debet, non eſt niſi alicuius erroris præcedentis. Poſtremo, non ſolùm ante tempora Concilij, & Caietani hoc præceptum in Eccleſia fuiſſe, patet, quia Concilium in eo capite 7. verba illa Pauli 1. ad Corinth. 11. *Probet autem ſe ipſum homo*, docet eſſe præcepti: *Quare* (inquit) *communicare volenti, reuocandum eſt in memoriam eius præceptum* (nempe Apoſtoli, cuius verba proxime citauerat) *Probet ſe ipſum homo*: ergo definit Concilium, tẽpore ipſius Pauli probationem præceptam, & neceſſariam fuiſſe. Poſtea vero de hac probatione dixit Concilium, Eccleſiaſtica conſuetudine ſatis declarari, debere eſſe per confeſsionẽ, vt patet ex verbis ſuperius citatis: ergo ſentit, à tẽpore Apoſtoli fuiſſe præceptũ confeſsionis præmittendæ ante Euchariſtiæ perceptionẽ. Reſtat igitur, vt definitum iam ab Eccleſia ſit, nõ ſolũ ante tempora Concilij, & Caietani, ſed etiam à tempore Pauli, neceſſariam fuiſſe confeſsionis probationẽ, vt diximus. Quare cum Concilium dicit, neceſſariò eſſe, aut neceſſariò præmittendam eſſe, non denotat ex eo tempore eſſe, ſed etiam, ſemper fuiſſe: nam & id, quod ſemper neceſſarium

Tertio.

30

Ante tempora Caietani, & Trid. fuit in Eccleſia præceptum confeſsionis ante Euchariſtiam 1. ad Cor. 11.

31

sarium fuit, necessarium esse rectè dicimus. Neq; obstat, vt falsò putauit Petrus de Soto, quòd Conciliũ vtatur verbo, *Statuit*, quasi denotare velit ex eo solum tempore de hac probatione per confessionem præmittenda, legem ferre: nam etiam vtitur verbo, *Declarat*, quo manifeste indicat, id quod iã in Ecclesia erat: præsertim cum dicat, ipsa consuetudine Ecclesiastica, nimirum, quòd iam diu pręcesserat, declarari, id, quod dixerat primũ Apostolus loco citato, eo modo esse intelligendum: de hac vero antiqua Ecclesię traditione, & consuetudine cap. sequente nonnihil dicemus.

Occurritur obiecto Petri Soto.

32

Arguitur Caietan. contradictionis.

Postremo denique contra Caietanum addendum est, non satis conuenienter philosophatum fuisse, cum ex vna parte asserat, nullum extare præceptum de hac re, & ideo nõ peccare mortaliter eum, qui ad Eucharistiam sine confessione accedit, nihilominus peccare grauiter intra genus venialis; quia minus dignè sponte accedit; non ergo satis conuenienter philosophatus est: tum quia, si nullum est præceptum, etiam veniale esse nõ potest: vt enim contra ipsum ostendi 1.2. disputat. 143. cap. 3. etiam veniale contra pręceptũ est; tum maxime, quia si non accedit indignè, sed dignè, vt ipse supponit, licèt minus dignè accedat, quàm posset, nullo modo peccabit: neque enim vlla culpa est minus dignè accedere ad hoc Sacramentum, aut quascumque alias res tractare, quam possumus.

33

Caietani argumenta diluuntur.

Paulus explicatur de qua probatione loquatur.

Fundamenta vero Caietani futilia sunt, nam, quod homo se ipsum probare debeat, non impedit, quominus a confessario etiam probetur. Ideo autem Paulus dixit *Se ipsum probet*, quia ipse prius examinare debet cõscientiam suam, & inquirere, an peccatũ mortale commiserit: deinde, si illud inuenerit, confiteri debet sacerdoti. Quamuis autem sacerdos probet ipsum, vtrũ dignus sit Eucharistia, an non, nihilominus, & ipse pœnitens dicitur per confessionem se ipsum probare, & præparare. Verba autem Chrysost. quæ Caietano fauere vidẽtur, hæc sunt: *Non iubet, vt alter alteri probetur, sed ipse sibi in publicum faciens iudicium, & sine teste argumentum.* Cõsentit autem Theophylactus in prædictum locum his verbis: *Non alium tibi iudicem attribuo, verum te ipsum tibi ipsi commendo; iudica igitur, & explora conscientiam tuam, & sic accede, non quando fuerint feriæ, sed quando purum te ipsum, ac dignum inueneris.* Respondent nonnulli, ex eo quòd hi Patres committant probationem, & explorationem conscientiæ ipsi, qui accedere debet ad Eucharistiam; non negare etiam cõsortium confessarij, qui ita secreto excipit confessionem, vt non sit pro teste, neque publice dicatur facere iudicium. Verum cum dicant, *Te ipsum tibi commendo, vt tuam explores conscientiã*, videntur nullũ consortem huius iudicij etiam secretum, & occultũ, & in ipsa etiam confessione admittere, sicut etiam dicemus in tractatu de confessione, & alijs in locis, vbi non de confessione, vt aliqui volunt, sed de examine conscientiæ loquitur, quod ipsi soli homini etiam sine confessario committit. Respodeo igitur, neque Chrysostomũ, neque Theophylactũ dixisse, vnũquemque ita sæpe se examinare, vt si impurum se inuenerit, & indigum, ipse solus seipsum etiam purificet, & ita ipse solus se ipsum probet, & iudicet dignum, vt accedat, sed vnumquemque solum sine teste, & sine confessario seipsum posse examinare, explorare, & iudicare, an dignus sit, vt accedat, & si dignum se inuenerit, hoc est, non egentem alia confessarij probatione, tunc accedat: ob id tamen non tollunt, quominus, si inuenerit, se peccasse, petat à sacerdote probationem per absolutionem, & iniunctam pœnitentiam: addit vero Theophylactus: *Non quãdo fuerint feriæ*, quia vt dixit Chrysostomus, non expedit pro tempore assignato communioni habere solum solennitates, eo fine, vt ab alijs videamur, sed tunc esse tempus oportunum, quando dignos nos inuenimus. Deinde, quamuis non omnes Patres, qui dicunt, necessarium esse statum gratiæ pro digna Eucharistiæ perceptione, loquantur de necessitate confessionis, tamen nullus eorum eam negat, & aliqui etiam, quos sequente capite allegabimus, de ipsa expresse loquuntur.

Itẽ Chrysostomus, & Theophilactus non bene ab alijs explicantur.

34

Germana expositio

35

Præceptum præmittendi confessionem ante Eucharistiam non solum Ecclesiasticum, sed etiam Diuinum esse.

CAPVT IIII.

Consuetudo præmittendi confessionem ante Eucharistiam probatur ex Patribus, & Cõcilijs.

Consuetudinem præmittendi confessionem ante Eucharistiã per antiquam in Ecclesia esse, non solùm declarauit Concilium Tridẽtinum, vt capite præcedente vidimus, verùm etiam aliqua Patrum, & Conciliorum testimonia manifestè confirmant. Ex Patribus Autor

6 Pſeudo Auguſtinus. de ſalutaribus documentis apud Auguſtinũ in 4. tomo capit. 33. cum attuliſſet teſtimonium Pauli 1. ad Corinth. 11. *Probet autem ſeipſum homo*, vt explicet qualis debeat eſſe hęc probatio, inquit; *Quando enim illud* (nempe Sacramentum Euchariſtiæ) *accipere debemus, antea ad confeßionem, & pœnitentiam recurrere debemus*: & Paulo inferius: *Ne cũ proditore Iuda pereamus*. Auguſtinus quoque idem docet: nam in Epiſtola 118. cap. 3. refert cõtentionem quorumdam circa frequentiã percipiendi, vt vidimus ſupra cap. 1. inter quos, quidam dicebant, quotidie communicandũ eſſe, niſi tanta ſit plaga peccatorum, vt autoritate Antiſtitis ab altari quis remoueri debeat ad agendam publicam pœnitentiam, vt iterũ per Antiſtitem reconcilietur, quã conſuetudinem ipſe non improbat, ſed ſupponit: idẽ docet Autor libri de Eccleſiaſticis dogmatibus apud Auguſtinum in 3. tomo, qui creditur eſſe Gennadius cap. 53. cuius verba cap. 1. memorauimus, & de ijs, qui publica indigent pœnitentia, vt à ſacerdote abſoluantur, explicuimus. Demum cæteris antiquior Cyprianus lib. 3. Epiſtolarum Epiſtola 14. quæ nunc eſt in ordine 10. ad presbyteros, & diaconos, acriter eos reprehendit. quòd eos, qui pœnitentiam agebant, ante finitam exomologeſim, & reconciliationem per manus impoſitionem acceptam, ad Euchariſtiam admitterent. Eumdem morem ſeparandi à cõmunione per pœnitentiam publicam peccatores, vt ante abſolutionem nullo modo eis Euchariſtia miniſtraretur, confirmatum habemus per Concilium Ancyranum, cap. 4. & ſequentibus, & Nizenum canone 12. & 13. & Eliberitanum multis canonibus, aliaque multa Concilia, & Leo Magnus in Epiſtol. 92. ad Ruſticum Narbonenſem cap. 17. idem tradunt, & ita factum eſſe in Philippo Imperatore narrat Nizephorus lib. 5. hiſtoriæ cap. 25. vt propter eius peccata non prius admiſſus fuerit ad Euchariſtiam, quàm confiteretur, & ageret pœnitentiam, & per abſolutionem reconciliaretur. Et ſane, niſi pro quocumque mortali neceſſaria fuiſſet probatio ſacerdotis per

38 abſolutionis beneficiũ, nulla ratione ab hoc vtiliſsimo Sacramento pœnitentes arceri deberent, ſi ſufficiens ſignum animi cõtriti exhiberent. Accedit Leo primus, qui in Epiſtola 91. quæ eſt ad Theodorũ Epiſcopum cap. 2. ita inquit: *Multiplex miſericordia Dei ita ipſis ſubuenit humanis, vt non ſolũm per Baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparatur æternæ, vt qui regenerationis donum violaſſent, proprio ſe iudicio condemnantes, ad remißionem criminum peruenirent, ſic Diuinæ bonitatis præſidijs ordinatis, vt indulgentia Dei, niſi ſupplicationibus ſacerdotum nequeat obtineri*. Per ſupplicationes ſacerdotum intelligit verba abſolutionis, vt infra in tractatu de Pœnitentia oſtendemus. Deinde hanc vim, & poteſtatem abſoluendi in ſacerdotibus eſſe ad admittendos homines ad Euchariſtiam, explicat his verbis; *Mediator enim Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt & confitentibus actionem pœnitentiæ darent* (hoc eſt, iniungerẽt ſatisfactionem) *& eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem Sacramentorum per ianuam reconciliationis*, quæ nimirum eſt abſolutio; *admitterent*. Vbi omnibus in vniuerſum peccatoribus, qui peccato mortali ſint obnoxij, abſolutionem ſacerdotis aſsignat, vt ianuam, per quam ad communionem Sacramentorum intrare debeant; 39 per Sacramenta autem non alia, niſi corporis, & ſanguinis Chriſti intelligit, ad alia enim cõfeſsio pœnitẽtis, & abſolutio ſacerdotis neceſſaria non eſt.

Iam vero ſupereſt, vt dicamus, vtrum præceptum hoc præmitendi confeſsionem pro digna probatione ad Euchariſtiam, ſit ſolum Eccleſiaſticum, an etiam Diuinum. Ioannes Medina Codice de confeſsione. q. 17. quæ eſt de confeſsione præmittenda ſumptioni Euchariſtiæ, & Nauarrus in initiũde pœnitentia diſtinct. 5. in tertiam partem Gloſſæ numer. 31. & 32. aſſerunt, opinionem Caietani, quam ſupra memorauimus, nõ poſſe ex ſacra Scriptura, aut ex iure Diuino, aut canonico ſcripto, ſed ſola conſuetudine Eccleſiæ; quæ vim habet Eccleſiaſtici præcepti refelli. Quo circa ſentire videntur, Eccleſiaſticũ tantùm eſſe præceptum præmittendi confeſsionem, non ſcriptum, ſed vſu firmatum. Scotus verò in 4. d. 9. quæſt. 1. in extremis verbis aſſerere videtur, hoc præceptum eſſe Apoſtoli 1. ad Corinthios. 11. ac proinde Eccleſiaſticum. Quorum ſententia eo ſolum confirmari poteſt, quod difficile videtur oſtendere, ex quo iure Diuino prędicta obligatio ortum habuerit.

An ſit Diuinum præceptũ præmittendi confeſsionem. Aliquorũ opinio. *Ioannes Medina. Nauarrus.* Scoti mẽs. 40

Vera tamen ſententia eſt, prædictam obligationem ex iure poſitiuo Diuino conſtanti traditione in Eccleſiam dimanaſſe. Quod enim nulla ſit obligatio iure naturali Diuino orto ex ſola inſtitutione vtriuſque Sacramenti abſque alia voluntate, pro comperto habeo, ſiquidem Chriſtus vtrumque Sacramentum inſtituere potuit, integra vtriuſq; ſubſtantia permanente, abſque vlla obligatione ſuſcipiendi vnũ ante aliud; quis hoc nonvideat? ergo neq; ex ſignificatione vtriuſq; neq; aliunde

Præceptũ Diuinum poſitiuum ſtabilitur.

aliunde talis obligatio ex natura rei absque alia voluntate colligi potest: restat igitur, vt si præceptum Diuinum aliquod est, illud sit positiuum, hoc est, ex sola libera Dei voluntate positum.

Sotus. Petr. Sotus. Porro autem præceptum esse Diuinum, expresse docent Dominicus Sotus in 4. d. 12. q. 1. art. 4. §. *Contraria*, & Petrus Sotus lib. de institutione sacerdotum lectione 12. de Eucharistia, quamuis hanc obligationem non solum colligi dicat hic Autor ex iure Diuino, sed etiam ex natura Sacramenti, quod mihi nō probatur. Accedunt Canus relectione de Sacramento pœnitentiæ p. 5. Couarru. in cap. *Almamater*, priori parte. §. 1. num. 7. & Corduba lib. 1. q. 16. in 3. opinione, quam veram censet. Mitto plures alios Scholasticos, qui pro hac eadem opinione sine debito examine a Couarruuia, & Corduba perperam allegantur, inter quos etiam Corduba suum Scotum allegat, cum tamen ipse, & alij solum astruant simpliciter obligationem præmittendi confessionem, non definientes, vtrum iure Diuino, aut humano homines ad hoc teneantur. Neque opus est hoc loco referre quamplures Scolasticos, qui contra Caietanum vno ore pronunciant, necessarium esse præmittere confessionem pro digna Eucharistię perceptione, cum res hęc iam sit ab Ecclesia ita perspicue definita: legantur apud Cordubā loco allegato. Mitto etiam Ricardū de Sancto Victore, quem Gabriel lectione 7. in canonem, & Couarruuias putarunt esse Hugonem, & Couarruuias pro hac etiam sententia allegat libro de potestate ligandi, & absoluēdi, cap. 21. ibi enim solùm docet, nequaquam licere, ad Eucharistiam sine confessione accedere, quoties quis conscius est, se aliquod peccatum commisisse, quantumuis contritus sibi videatur.

Canus. Couarru. Corduba. Aliqui falsò citatur Scotus. Ricardus de S. Victore. Gabriel.

Diuinum præceptū probatur primo ex Paulo. Conc. Trid. Obligatio autem Diuini præcepti, primū non obscure probatur ex verbis illis Pauli: *Probet autem seipsum homo*. Ea enim esse verba præcepti, declarauit nobis Concilium Tridenti. cap. illo 7. sessionis 13. Porro non esse ipsius Pauli constat, tum quia non vt rem nouam, sed vt antiquam præceptum illud tradit, nempe, vt quis digne manducet, & ne ob ipsius indignitatem iudicium sibi manducet, neque bibat: nam si tunc ipse nouiter

42 hoc præceptum traderet, non rectè illud adderet, vt vnicum remedium indignæ manducationis, siquidem sine illo præcepto remedium antea erat: neque ex eo, quod tunc nouum adderetur præceptum, reprehenderet Corinthios, quòd sine probatione illa ad hoc Sacramantum accederent, sed moneret illos, ne in posterum sine eā communicarent. Tum etiam, quia illud remediū, sicut reliqua, quæ dicit circa vsum huius Sacramenti, & consecrationem illius, testatur in ea Epistola, se à Domino accepisse: *Ego enim* (inquit) *accepi à Domino, quod & tradidi vobis, &c.* At obijciet quis nobis Concilium Tridentinum cap. illo 7. vbi docere videtur, hoc esse præceptū Apostoli illis verbis. *Quare communicare volenti reuocandum est in memoriam eius præceptum.* Quod enim aliqui dicunt, illud, *Eius*, non referri ad Apostolum, sed ad Christum, nulla ratione admittendum videtur, quia antea nulla mētio Christi præcesserat, nisi in verbis illis ipsius Pauli; *Non diiudicans corpus Domini*, ad quę non videtur congrue referri posse, cum illa à Concilio solum recitatiue, tamquam ab Apostolo dicta referantur; dixerat enim; *Cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus; Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini*. Illud igitur pronomen, *Eius*, ad Apostolum refertur. Verūm obiectio hęc parum momenti habet, nā Concilium non ideo vocat præceptum Apostoli, quòd ab eo tamquam à legislatore conditum fuerit, sed quòd tamquam à Domino acceptum, ab eo fuerit nobis explicatum, vt supra diximus.

Obijcitur Tridenti. Explicatur. 43

Cæterùm circā illa verba Pauli: *Probet autem se ipsum homo*, Recentiores nonnulli, qui prædictam sententiam de præcepto Diuino præmittendi confessionem ante Eucharistiā sequuntur, putant, Paulū illis verbis noluisse significare obligationem probationis, quę fit per confessionem, sed generarim loquutū fuisse de obligatione cōmuni sanctè tractandi, quæ sancta sunt, vt ita homo debitā adhibeat diligentiam; quamuis Ecclesia nō quidem statuerit, sed declarauerit, hanc probationē iure etiam Diuino debere fieri per confessionem. Verum si probatio per confessionem iure Diuino necessaria est, & ita nullā alia ad Sacramentū Eucharistię sufficit, ego planè non video, quomodo Paulus illis verbis ex se quidem communibus, eā noluerit significare. Fateor quidem, fuisse probationē per solū examen sine confessione, quādo homo sibi non est conscius alicuius peccati cō missi: si tamen sit conscius illius, nullam aliam probationem sufficere præter eam, quę fit per confessionem, & absolutionem sacerdotis, quis non dicat, nisi cū Caietano cōtrā Conciliū Tridentinū sentire vellet? Quod si nulla alia esse potest, nō potuit Paulus nomine probationis eam non intelligere, præsertim cum Paulus præceptū illud proponeret

Aliquorum explicatis verborum Pauli. Reijcitur.

ijs, quos ſciebat corpus, & ſanguinem Chriſti indigne (ideſt in iudicium) ſibi manducaſſe, & bibiſſe, multaque mala ob hoc peccatum paſſos fuiſſe, vt ita ad Euchariſtiam digne accederent, nempe, vt ſi peccatum in ſe ſentiunt, primum ſe ipſos probarẽt. Quo autem, obſecro, alio modo ſeprobare debebãt, niſi per confeſsionem? Et ſane miror prædictos Theologos ita interpretatos fuiſſe verba Pauli, nihilominus ex illo, & non ex ſola traditione Eccleſiaſtica colligere voluiſſe, hoc præceptum probationis per confeſsionem, Diuinum eſſe. Adde, quòd ex ſola traditione vix probari poſſet eſſe Diuinum, & non ſolum Eccleſiaſticũ, niſi coniectura Auguſtini, quam poſtremò loco afferemus. Deinde nonnulli cum Couarruuia probant hoc eſſe præceptum Diuinum, ex Cypriano libro 3. Epiſtolarum, epiſtola illa 14. ſupracitata, quæ nunc eſt in ordine 10. ibi tamen nihil dicit, quod ad hanc rem attineat. Rectè tamen colligi poteſt, ſicut idem Couarruuias deducit ex verbis Leonis I. citatis in hoc capite, quibus aperte dixit, præpoſitis Eccleſiæ hanc poteſtatem à Chriſto traditam eſſe, vt peccatores per ianuam reconciliationis, quæ eſt abſolutio Sacramentalis ad communionem Sacramentorum, nimirum, corporis, & ſanguinis Chriſti (vt ſupra explicuimus) admitterent. Nam, ſi liberum eſſet cuicumque ad cõmunionem accedere, non præmiſſa confeſsione, & abſolutionis reconciliatione, nulla eſſet poteſtas in ſacerdotibus admittẽdi eos. Si enim quis plenam habet poteſtatem ingrediendi domum alicuius, nullus in ipſum poteſtatem habere dicitur admittendi illum in domum illam. Poſtremo denique idem confirmatur à Couarruuia loco citato celebri illo teſtimonio Auguſtini lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 24. in principio: *Quod vniuerſa tenet Eccleſia, neque Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi autoritate Apoſtolica traditum rectiſſime creditur.* Vbi per traditum Apoſtolica autoritate, idem intelligit, quod iure Diuino inſtitutum, & vt tale Apoſtolica traditione ad nos deriuatum, ſicut ex præcedentibus illis verbis conſtat: *Et ſi quiſquam in hac re autoritatem Diuinam, quærat.* Cum enim non conſtet de initio huius probationis præmittendæ per cõfeſsionem, neque in nullo Concilio conſtet fuiſſe inſtitutam; ſemper tamen in Eccleſia obſeruata fuerit, iuxta Auguſtini coniecturam rectè ſequitur eſſe Diuinum præceptum traditione Apoſtolica ad nos deriuatum.

Idem non recte probatur ex Cypriano bene tamẽ ex Leone.

46

Item ex Auguſtino

An ex aliqua cauſa accedere poſsit quis ad hoc Sacramentum non præmiſſa confeſsione. Diſput. 208.

Duo caſus, in quibus falsò aliqui concedunt, poſſe, non præmiſſa confeſsione ſumi Euchariſtiam. Cap. 1.

Varij caſus, in quibus licet, non premiſſa confeſsione communicare, ad duo capita ſolum reducuntur. Cap. 2.

Sacerdotem, qui vrgenti neceſsitate, non præmiſſa confeſsione celebrauit, iure humano debere quamprimum confiteri; laicum vero non item. Cap. 3.

Duo caſus, in quibus falsò aliqui concedunt, poſſe non præmiſſa confeſsione ſumi Euchariſtiam.

CAPVT I.

QVAMQVAM Preceptũ præmittendi confeſsionem ante Euchariſtiæ perceptionem iuxta veram ſententiam præcedente diſput. confirmatam, quam plerique ſequũtur, Diuinum eſt; tamẽ omnes, qui in ea ſunt, ingenue fatentur, non ita ſtricte præceptum hoc obligare, quin ob aliquam cauſam occurrentem eius obligatio interdum ceſſet. Id quod Concilium Tridentinum ſeſsione 13. cap. illo 7. expreſſe declarauit. Verùm in aſsignandis caſibus, & cauſis, ob quas talis obligatio ceſſat, variant prædicti Doctores inter ſe. Primo nonnulli cenſent, ea ratione poſſe aliquem non modo celebrare, ſed etiam cõmunicare non præmiſſa confeſsione peccati mortalis, ſi tamen contritus ſit, licet præſentem habeat ſacerdotem, cui confiteri poſsit, ſi ſperet breui ſe habiturum alium, cui deuotius, & ſecurius confiteatur. Quæ ſententia plane intelligitur tam de ſacerdote celebrante, quam de laico ſolum communicante: Autores tamen illius non explicant, vtrum hoc ſolum locum habeat inſtante præcepto celebrandi, aut communicandi, an

Conc. Trid.

Qui ſint caſus in quibus liceat ad Euchariſtiam accedere nõ præmiſſa confeſsione.

1 Aliquorũ dictorum, & prius caſus.

ãn etiãm si ex sola deuotione communicãndum, & celebrandum sit: tum etiam non satis explicãt, quãto maior credatur futura deuotio, & securitas cũ confessario absente, quã cum præsente. Hanc sententiam hoc modo tradiderunt Ricardus in 4. distinct. 17. artic. 2. quæst. 6. Adrianus in 4. quæst. 3. de confessione, quæ incipit: *Tertio inquirendum.* §. *Pro huius solutione*, post secundam conclusionem. Siluester in summa verbo: *Eucharistia* 3. quæstio 14. & Angelus verbo: *Eucharistia.* 2. numer. 5. vbi adhibet limitationem illam, nẽpe, vt ille debeat aliàs ex præcepto cõmunicare, aut celebrare, & sine scandalo id omittere non possit. Tum etiam aliam friuolam limitationem adhibet, dummodo sit semel in anno confessus; quod vero ad reliqua attinet, nihil amplius explicat. Pro hac opinione non opus est referre Caietanum, & Armillam, illi enim non solum in hoc casu, sed in quocumque alio dicunt, non esse mortale sine confessione præuia communicare.

Ricardus. Adrianus.

Siluester. Angelus.

1 *Caietanus. Armilla.*

Quo pacto hæc opinio sit vera.

Hæc sententia in vno solo casu vera esse posset, quem fortasse prædicti Doctores denotare voluerunt, nempe, quando pœnitenti immineret aliquod damnum, si præsenti sacerdoti confiteretur, vt inferius dicemus, & ex alia parte ipsi incumberet obligatio celebrandi, aut percipiendi hoc Sacramentum, quod sine vlla nota omittere non posset. Et hoc indicare videtur aduerbiũ illud, *Securius*, quo prædicti Autores vtuntur, quasi supponentes, non esse securum præsenti sacerdoti confiteri. Imo, & Siluester verbo *Confessio.* 1. q. 2. hoc nõ obscure indicat, cum ait, hoc esse ita intelligendum, si talis esset sacerdos, vt is, qui sumpturus esset Eucharistiam, non censeretur copiam sacerdotis habere. Cæterùm, ob solam deuotionem maiorem, & maiorem securitatem, cum aliàs præsenti sacerdoti securum sit confiteri, nullo modo probabilis opinio est, neque puto ab aliquo Autore ita defendi. Nam, cum præceptum Diuinum sit de præmittenda confessione, vt probatum est, non ob solam deuotionẽ alicuius, sed ob aliquam vrgentem necessitatem eius obligatio cessare debet, & ita Concilium Tridentinum sessione illa 13. cap. 7. manifeste supponit illis verbis: *Quod si vrgente necessitate, &c.* Merito igitur Ricardi sententiam hoc posteriori modo intellectam refutarunt Dominicus Sotus in 4. dist. 12. q. 1. art. 4. in fine, Canus relectione de pœnitentia p. 5. & Corduba lib. 1. quæstiõ illa 6. §. *Ex quibus sequitur.*

3

Concil Trid.

Sotus. Canus. Corduba.

Secundus casus, qui ab aliquibus Recentioribus refertur, vt in eo sine confessione liceat communicare, est, quando absens est proprius sacerdos, & alieno ex priuilegio solùm confitendum esset. Verum neque vlla probabilitate hoc affirmari potest, neque hactenus vllum Autorẽ legi, qui id asseret. Nam, dũ adest idoneus sacerdos, qui ex priuilegio solũ possit absoluere, dici non potest, non adesse copiam confessarij, ob quã solam licitum est ad Eucharistiam sine confessionis probatione accedere.

Aliorum mens circa secundum casum improbatur.

4

Varij casus, in quibus licet sine præmissa confessione communicare, ad duo capita solum reducuntur.

CAPVT II.

CAETERVM, cum multi alij casus recte soleant assignari, in quibus liceat sine cõfessione cõmunicare, ne singulos enumeremus, quòd superuacaneum sit, ad duos tantũ eos omnes, & similes reducemus. Nam cũ ex Concilio Tridentino sessione illa 13. cap. 7. constet, licitum esse sine confessione communicare, si duo concurrant, & quòd desit copia confessarij, nẽpe, idonei sacerdotis, & quòd necessitas vrgeat: primùm assignabimus, quis sit idoneus sacerdos, vt eo præsente censeatur copia adesse confessarij: deinde quæ sit necessitas, quæ vrgere debeat, vt ad communionem sine confessione accedamus.

Concil. Trid.

Circa idoneum vero sacerdotem duo solum notanda occurrunt, tum quia potest esse idoneus sacerdos, vt absoluat pœnitẽtem ab omnibus peccatis, quæ habet, etiam si illa omnia integre confiteatur; interdum tamen accidere, vt vrgeat aliqua necessitas, ob quam integre cum eo confiteri non debeat, sicut in tractatu de ministro confessionis dicemus: quia, videlicet, si confiteatur aliquod peccatum ex illis, timet sibi, aut alteri probabiliter aliquod malum euenturum, vel quòd cõfessarius non reseruabit secretum debitum confessioni, vel quod iracundia comitans aliquod aliud graue damnum inferet, ratione cuius pœnitens legitimè excusetur à præcepto integre confitendi. Tũ etiam quia habet casum aliquẽ reseruatum, à quo neque sacerdos ille, neque vllus alius, qui præsens est absoluere potest, à reliquis vero recte potest. Et in priori casu existimo, debere sacerdotẽ, aut

Quis sit idoneus sacerdos, ex cuius defectu liceat Eucharistiam sumẽte non præmissa confessione.

5

Prior caſus in quo licebit nõ præmittere confeſſionem.

quemcumque alium, qui vult communicare, ante Euchariſtiam confeſsionem præmittere non integrã, ſed illo dumtaxat peccato omiſſo, ex cuius confeſsione, & maniſeſtatione malum illud timet, ob quod ab obligatione integre confitendi excuſatur. Nam, cum talis caſus non excuſet à præcepto annuæ cõfeſsionis, vt dicemus in tractatu de confeſsione, quod quidem maioris efficacitatis eſt, quàm præceptum integrè confitendi: ita etiã non excuſabit à præcepto præmittendi confeſsionem ante Euchariſtiam, quod etiam maioris virtutis ad obligandum exiſtimo. Nam ſicut præceptum annuæ confeſsionis obligat, vt quotannis à ſacerdote de noſtris peccatis iudicemur, eo ſaltem modo, quo ſine dãno alio fieri poteſt, ita etiam præceptum prẽmittendi confeſsionem Euchariſtiæ eodem modo obligabit, vt prius à ſacerdote probemur eo modo, quo ſine damno fieri poſsit.

6

Quomodo ſit philoſophandum in ſecundo caſu iuxta varias opiniones.

In poſteriori vero caſu, quotquot aſſerũt, poſſe quemlibet, cum voluerit confiteri corã inferiori ſacerdote, non ſolum communia, ſed etiam reſeruata, antequam ad ſuperiorem accedat, & ab omnibus abſolui cum obligatione comparendi pro reſeruatis coram ſuperiori, & ita pro obligatione annuæ confeſsionis debere coram illo integre confiteri, eodẽ modo aſſerere debent, eum, qui habet peccatum reſeruatum, debere præmittere integram cõfeſsionem coram inferiori ſacerdote, antequã ad communionẽ accedat, & hoc modo, quoties voluerit, communicare poſſe, cum ſit eadẽ vtrobique ratio. Qui vero ſint hi Autores dicemus in eodem tractatu ſæpe citato.

7

Alij vero, qui putãt, id, quod diximus de cõfeſsione reſeruatorum peccatorum apud inferiorem ſacerdotem fieri poſſe, non in quolibet caſu pro voluntate pœnitentis, ſed in caſu neceſsitatis, nempe, cum inſtat tẽpus præcepti confitendi, dicunt etiam, in eo tantum caſu, eo modo præmittendam eſſe confeſsionem Euchariſtiæ: & ita dicent, in eo tantum caſu non deeſſe communicaturo copiam ſacerdotis, & idonei confeſſarij. Quia vero neutra ſententia mihi probatur, & vt ibi oſtendam, qui habet aliquem caſum reſeruatum, non poteſt abſolui vllo modo ab inferiori, niſi conſequẽter, ſi ratione obliuionis in cõfeſsione non exprimatur, ideo cenſeo, etiam inſtante obligatione, aut celebrandi, aut confitendi, eum, qui habet caſus reſeruatos, non habere copiam cõfeſſoris, & ex hac parte poſſe accedere ad Euchariſtiam ſine confeſsione, ſi cætera adſint ex parte neceſsitatis, quæ adeſſe debent. Et hæc de copia idonei confeſſarij.

toris iudicium.

Deinde de neceſsitate vrgente, quæ ſimul concurrere debet cum abſentia idonei cõfeſſarij, vt ſine confeſsione celebrare, aut cõmunicare quis poſsit, dicamus. Hæc autem multiplex aſsignari ſolet; ad duo tamen capita reduci poteſt: prius ſi inſtet mortis periculũ, & non adſit ſacerdos, vllus, ſed diaconus, qui miniſtrare poſsit Sacramentum. Et in hoc caſu concedunt Sotus, & aliqui alij (quos non eſt opus referre, quòd res clarior ſit) poſſe ſine confeſsione ęgrotum communicare. Extra hunc verò plures alij caſus referri ſolẽt, quos omnes ad vnum tantum reducere poſſumus, nempe, cum inſtat præceptũ, aut obligatio aliqua, aut, vt ait Scotus in 4. diſt. 9. q. 1. conſuetudo in aliqua congregatione communicandi, aut celebrandi, aut ratione totius populi, aut ratione ipſius, qui cõmunicaturus eſt, & non poteſt celebrationem, aut cõmunionem ſine nota infamię prętermittere. Quod enim quis ſit parochus, & ratione officij debeat celebrare coram populo, non videretur mihi cauſa ſufficiens celebrandi ſine confeſsione, ea ſolũ ratione, vt populus præcepto de audienda Miſſa ſatisfaceret, niſi ex eo quòd non celebraret, notã infamiæ incurreret, & peccati alicuius ſuſpicionem in populo generaret. Nam ſi eodem die, quo parochus celebraturus eſſet, hominem publice occideret, aut aliud mortale manifeſte cõmitteret, aut denunciaretur vt excommunicatus ab aliquo notario, non excuſatur à nouo peccato indignę celebrationis, ſi ſolùm, vt populus Miſſam audiret, tunc celebraret: ergo ſola neceſsitas celebrandi coram populo, vt populus præcepto ſuo ſatisfaciat, ex ſe non ſufficit, ſiquidem in hoc caſu non poſſet, ſed deberet à celebratione abſtinere. Ratione igitur vitandę infamię, & malę ſuſpicionis celebrare poteſt ſine pręuia confeſsione, quę in predictis caſibus nulla eſſet ex eo, quòd non celebraret. Idem dicendum eſt de quocumque alio ſimpliciter communicante. Ratione vero huius, nempe, ratione infamię vitandę, indubitatum eſt apud omnes, poſſe laicum, aut ſacerdotem ad Euchariſtiam non pręmiſſa confeſsione accedere, ideo Autores ſigillatim pro hac ſententia referre opus nõ eſt. Quanta vero debeat eſſe infamia, & vtrũ iure timeri poſsit in hoc, aut alio caſu accurrente, an non, arbitrio prudentis relinquitur, cuius etiam prudentia iudicandum eſt, quando parochus ad oppidum vicinum pro quærẽdo ſibi confeſſario ſe conferre debeat, & vi præcepti teneatur ad quærendum ipſum, & quę cauſa ipſum excuſare poſsit ab itinere, hæc autem vnica tantum eſſe poteſt, nempe,

Quæ ſit vrgens neceſsitas quæ excuſet à præcepto præmittendi confeſsionem ad cõmunionem.

Prior caſus.

Sotus.

Poſterior caſus alios complectens.

Scotus.

8

9

impo-

impotentia eundi ad illud oppidū proueniēs aut ex defectu virium aut defectu temporis neceſſarij pro reditu ad celebrandum. Canus relectione de pœnitentia par. 5. §. *Ad tertiū non eſt difficile*, eam regulam aſsignat, vt ſi cōfeſſarius ſit intra idem oppidū, etiam ſi longius ab Eccleſia habitet, cēſeatur habere copiam ſufficientem confeſſarij, ſi vero ſit in alio oppido diſtāte tribus ſaltē milliaribus, non cenſetur habere. Hæc regula fallax eſt, & ea, quam aſsignauimus, ſeruari ſemper debet: quia accidere poteſt, vt ſacerdos poſsit ſe ad aliud oppidum cōmode conferre, & opportuno tempore ad celebrandum redire, & è contrario, vt non poſsit quærere intra oppidum confeſſarium, vt opportuno tempore reddeat, & ſine nota celebret.

Cani regula fallax.

10 Alij caſus aſsignātur.

Alij vero caſus inſtantis neceſsitatis, qui numerari ſolent in hac re, ad hoc caput reduci debent, vt ratione illius ſolum, etiam ſi copia adſit confeſſarij, nec ſacerdos, neque laicus ad confeſsionem Euchariſtiæ præmitendam iure Diuino teneantur. Primus eſt, quando aliquis laicus, aut ſolus, aut cum alijs ad menſam Domini coram altari ad communicandum acceſsit, & ibi recordatur alicuius mortalis: in quo caſu Sotus in 4. diſt. 12. q. 1. art. illo 4. Corduba q. illa 16. libri primi. Angelus in ſumma, verbo, *Euchariſtia*. 2. q. 7. Nauarrus in ſumma cap. 21. numer. 46. & Silueſter ſupra docēt, ſolam contritionem ſine confeſsione ſufficere: cumque prædicti Doctores hunc caſum admittant ſolum ratione notæ alicuius infamiæ, quam incurreret ille, qui iam ad communicandum acceſsiſſet, ſi è loco diſcederet, habenda eſt ratio loci, & perſonæ: talis enim interdum poſſet eſſe, quæ nullam propter hoc notam incurreret, & ille deberet diſcedere à menſa, aut cōmunionem differre, vt cōſteretur prius quāuis hoc rarius contingat, & doctrina precedens vt plurimum ſeruanda ſit. Quia tamen, vt notat Sotus, minime decet ſacerdotem, qui ex altari adminiſtrat Sacarmentū, audire peccatum illius, qui ibi recordatur alicuius mortalis, hoc enim valde periculoſum eſt, eo quod accidere poteſt, vt nō poſsit ab eo peccato abſoluere, aut debeat abſolutionem pœnitenti negare & ita pœnitens diſcēdens ab altari, maiorem notam incurret: ideo ea, quæ diximus, pro confeſſario dicta ſint, vt moneat pœnitentem, quando diſcedere debeat ab altari, & pro ipſo pœnitente, vt ſciat etiam quid in hac re agere debeat; ſacerdos tamen miniſtrans Sacramentum in diſcriminatim omnibus illud porrigat, & nullius ibi excipiat confeſsionem, ſed potius efficiat, vt, ſi quis ſcrupulo vrgente velit ibi confiteri, aut diſcedere, potius ſtet, & recipiat Sacramentum: quia facile ibi diſcernere non poteſt, an ex eo quod diſcedat, ille notam alī quam incurret. Idem eademque ratione dicendum eſt de ſacerdote, qui poſitus iam in altari ad celebrandum alicuius peccati mortalis recordatur, hic enim non debet diſcedere ab altari, neque vocare confeſſarium, etiam ſi copiam illius habeat, vt ibi cum audiat: & hoc ſine exceptione credo ſeruandum eſſe, quia vix vllus accidere poſſet caſus, in quo ſi id faceret ſacerdos, notam aliquam infamiæ non incurreret. Nec vero ad hoc opus eſt diſtinguere tempus Miſſæ ante conſecrationem, & poſt conſecrationem, vt ſi recordetur peccati ante conſecrationem, vel poſtea: quia in vtroque caſu ſemper locum haberet nota infamiæ, ſi ſacerdos ab altari diſcederet, & ita Autores citati in primo caſu eadem ſolum ratione idem dicunt de ſacerdote, quod de laico. Cum quibus de ſacerdote ita etiam ſentit Ricardus in 4. diſt. 9. artic. 2. quæſt. 2. & in rubricis Miſſalis de defectibus animæ hoc idem notatur. Fateor nihilominus, tempore poſt conſecrationem etiam aliam cauſam occurrere, quam memorauimus, vt quamuis poſsit ſacerdos ſine nota infamię diſcedere ab altari poſt cōſecrationem neque deberet, nec licite poſſet ratione præcepti de conſumendo ſacrificio: ante cōſecrationem vero poſſet, & deberet, quia nullum eſt præceptum Diuinum, neque humanum non diſcendi ab altari, ſi adſit legitimū impedimētū, quod ſine nota euitari nō poteſt.

Primus.

Sotus. Corduba. Angelus. Nauarrus. Silueſter.

Scio S. Thomam infra quæſtio 83. ad ſecūdum aſſerere, cum ſacerdos recordaretur ſaltem excōmunicationis, & quod aliquid cōmediſſet, tutius fore Miſſam cęptam relinquere, id quod de caſu, in quo recordaretur peccati, non dicit. Ego tamen nullam inter illa tria differentiam video, quinimo cum præceptum ieiunij ad ſumendū Sacramentum ſit humanum, præmittendi autem confeſsionē ſit Diuinum, maior videbatur ratio, vt ob memoriam peccati, quam ob memoriam violati ieiunij Sacerdos à cępto deſiſteret. Nec vero probo, quod ait Bonauentura in 4. diſtin. 13. in expoſitione 1. partis dub. 1. ſacerdotē, qui in altari recordatur mortalis ante canonis inchoationem, debere vocare ſacerdotem, quia nūquam id fieri poteſt ſine magna nota, & infamia. Adde, quòd ſi nulla adeſſet, non video, cur non deberet etiā vocari poſt inceptum canonem, nam de interruptione non eſſet curandum, etiam poſt canonē incęptū, ſi id cōmodè fieri poſſet, tametſi facilius inter

S. Thomas. Tertius caſus.

Secundus caſus.

11

12

Ricardus.

Obſeruatio.

Sotus.

13

Bonauentura improbatur.

rumpi poſsit Miſſa ante canonem, quàm poſt, ſicut fieri ſolet ratione concionis ad populum.

Quartus caſus. Scotus.

Alius caſus diſtinctus à nota infamiæ aſſignari ſolet, nempe, ratione vitandi ſcandali. Et ſane Scotus, & D. Thomas, & alij mentionem fecerunt ſcandali. Ego tamen inſpecta bene doctrina de ſcandalo, quam 2.2. q. 43. articulo, 8. ex mente D. Thomæ fuſe explicabo, non video, quo pacto ſacerdos, aut laicus poſsint, & debeat communicare, non præmiſſa confeſsione ratione vitandi ſcandali, niſi per ſcandalum intelligas id, quod vulgo intelligi ſolet, nempe, notam aliquam infamiæ, quam quis coram populo incurrit, quòd carnem ſuam detegat. Ratio vero eſt, quia licèt ex eo quod ſacerdos non celebraret, aut laicus non communicaret, quis ſumeret occaſionem peccandi, nempe, vt ipſe etiã tempore præcepti nollet communicare, aut honorem illius detraheret, vt Recentiores aliqui in exemplum afferunt, nõ propterea peccatum hoc imputaretur ſacerdoti, quòd noluerit celebrare, & laico, quòd noluerit communicare, præſertim ſi populus plane ſuſpicaretur, eos id feciſſe propter impedimentum peccati. Nam, vt conſtat ex D. Thoma quæſtione illa 34. articulo 8. nullum præceptum etiam poſitiuum, & humanum, vt ibidem probabimus, omittendum, aut tranſgrediendum eſt ob vitandum vllum ſcãdalum, aut puſillorum, hoc eſt, peccantium ex infirmitate, ſeu ignorantia, aut Phariſeorum, hoc eſt, peccantiũ ex malitia. Cum igitur, qui hoc modo abſtinerent à celebratione, aut communione, aliàs deberent ex præcepto abſtinere propter peccatum nondum in confeſſione expreſſum, & abſolutum, non poſſet illis imputari ſcandalum aliorum, niſi quia cum adeſt periculum, & nota aliqua infamiæ, iam non obligat præceptum de præmittenda confeſsione; ac proinde ei, qui tunc à celebratione, aut communione abſtineret, imputaretur ſcandalum aliorum, quod ſane aliàs non imputaretur, vt dixi, niſi prius ratione infamiæ obligatio præmittẽdi confeſſionẽ ceſſaſſet: recte igitur omnes caſus, vrgentis neceſsitatis ad notã infamiæ reduximus, vt illa, deficiente idoneo confeſſario, ſit primaria, & ſufficiens ratio celebrandi, aut communicandi non præmiſſa confeſsione.

S. Thomas.

41 Ratione ſcandali rigoroſi, nõ poteſt ſacerdos, aut laicus cõmunicare non præmiſſa confeſsione.

15

Sacerdotem, qui vrgente neceſsitate, non præmiſſa confeſsione celebrauit, iure humano debere, quamprimùm confiteri, laicum vero non item.

CAPVT III.

QVOD ſuper eſt videamus, vtrũ is, qui vrgente neceſsitate, vt explicauimus, celebrauit, aut communicauit, non præmiſſa confeſsione, aliquo iure debeat, quamprimùm poſsit confiteri, an non. Et primum quidem, ſi de ſacerdote ſermo ſit, manifeſtum eſt ex Concilio Tridentino ſeſsione illa 13. capite illo 9. debere quamprimum poſsit confiteri; dicitur enim: *Quod ſi neceſsitate vrgente ſacerdos abſque præuia confeſsione celebrauerit, quam primum confiteatur*: nulla vero ratio eſt, vt credamus, hoc præceptum eſſe Diuinum: neque ante Concilium id in vſu, aut præcepto fuiſſe vllus Autorum dixit ex ijs, qui expreſſe docuerunt, ſacerdotem vrgente neceſsitate, ſine confeſsione celebrare ſemper potuiſſe: quare non eſt, cur in hac re probanda amplius immoremur. Neque vero vlla etiam ratio, aut fundamentum eſt, vt dicamus, hoc præceptum Eccleſiaſticũ antiquius eſſe ipſo Concilio Tridentino, cum nullum ius, aut conſuetudo antiquior talis obligationis extet, nec vllus Autor ante Concilium illius meminerit. Eſt igitur Eccleſiaſticum præceptum nouiter in Concilio Tridentino inſtitutum, vt verbum illud, *Confiteatur*, planè indicat. Neque obſtat, quod non vtatur Concilium verbo præcipiendi, iuuendi, aut mandãdi, aut æquipollente: nam, quãuis hæc vt plurimum requiramus ad dignoſcendam rationẽ præcepti, & à conſilio diſtinguendã, tamen, vt notauimus 1.2. diſput. 158. cap. 3. verbo quocumque ſimplici imperatiui modi aliquãdo etiam præceptum traditur, & in hunc ſenſum omnes poſteriores Theologi acceperũt verba Concilij.

Cõcil. trid.

Præceptũ ſacerdoti impoſitũ de confeſſione facienda ſtatim, poſt celebratiõ nẽ poſsit, non eſt antiquius Cõcilio Trid.

16

Occurritur obiectioni primæ.

Nihil etiam obſtat, quod Eccleſia nullam habeat iuriſdictionem in actiones noſtras omnino interiores, quominùs hoc præcepto teneamur ad confitenda peccata, etiam interiora: tum quia hoc præceptum ita eſt Eccleſiaſticum, quod attinet ad temporis determinationem, vt modificetur obligationem præcepti

Secundæ.

17

cepti Diuini, quod in vniuersum non determinato tempore latum est. Sicut enim virtute huius Diuini præcepti potuit Ecclesia obligare ad annuam confessionem peccatorum interiorum, vt tractatu de confessione dicemus, ita etiam potuit ad idem sacerdotem obligare. Porro autem hoc præceptum impositum sacerdotibus modificari, & determinare Diuinum, eadem ratione probari potest, qua probatur, præceptum annuæ confessionis illud etiam effecisse. Tum etiam, quia humanus legislator bene potest obligare subditos ad confessionem Sacramentalem, non modificando obligationem Diuini præcepti, sed simpliciter præceptum humanum confessionis imponendo, cum sit actio quædam exterior humanę potestati ex se subdita, & debita materia obedientiæ. Quod vero subditus confiteri debeat etiam peccata interiora, in quæ præpositus, & legislator humanus potestatem non habet, non prouenit ex potestate legis humanæ, sed Diuinæ, quæ vetat recipere absolutionem sacerdotis, non præmissa integra cõfessione omnium, etiam interiorum. Et ita, si quis ea non confiteretur, peccaret peccato commissionis contra reuerentiam debitam absolutioni ex præcepto negatiuo Diuino; non autem peccato omissionis contra præceptum Ecclesiæ, vt ibidem etiam dicemus, si pręceptum Ecclesiæ non haberet vim determinandi Diuinum. Nam, cum illud determinat, obligat etiam ad recipiendum verum Sacramentum; in eo autem casu non esset, & ita omissione contra illud peccaretur.

Præceptũ sacerdoti impositũ confitendi est modificatio Diuini.

18

Iam vero videamus, quo pacto hoc pręcepum Concilij Tridentini obliget, quamprimùm finita Missa confiteri. Sunt autem tres casus, in quorum vno tantum existimo, hoc præceptum sacerdotes obligare: primus est, cum sacerdos sciens, & prudens, & habens copiam confessarij noluit confiteri, & in hoc casu censeo, eum non obligari præcepto Cõcilij ad confitenda peccata, quamprimum possit: quoniã præceptum solum latum fuit pro ijs, qui non habentes copiam confessarij, antequam accederent ad celebrandum vrgente necessitate sine confessione ad altare accesserunt, & celebrarũt, vt ex litera patet: & certe maior ratio fuit vt pro ijs ferretur, ne prętextu illo diu differrent confessionem, & in peccato celebrarent, sed elapsa illa ocasione confessarium quærerent: nam, qui sciẽter habita copia noluit confiteri, non indigebat hoc nouo præcepto, cui satis deberet esse Diuinum de præmittenda confessione.

Primus casus, quo non tenetur sacerdos cõfiteri, quã primũ possit.

19

Secundò accidere potest, vt sacerdos habeat quidem copiam confessarij, & illi sit cõfessus, antequam accedat ad altare, postea tamen in altari recordetur alterius peccati, non explicati in confessione: aut putans, se non habere mortale, ei non confiteatur; in ipsa tamẽ actione celebrandi recordetur alicuius mortalis: ne tamen incurrat notam nõ confitetur, neque confessarium vocat, cum possit. Et in hoc casu aliqui Rencentiores putant, hoc præceptũ Concilij obligare, nisi obliuio peccati illius duraret vsquequo consumptum iam esset Sacramentum: nam, pro tali obliuione nõ videtur illis institutũ fuisse præceptum, sed pro ijs dumtaxat, qui cum antequam sumerent Sacramentum conscij fuerunt alicuius mortalis in confessione non explicati. Ego vero puto, in hoc secundo casu, etiam si ante sumptum Sacramẽtum quis recordetur alicuius mortalis, illud tamen non confiteatur, non quia desit copia confessarij, neque prætextu illius sed ne incurrat infamiæ notam, sacerdotem non teneri præcepto Concilij Tridentini, sicut anno 1587. in Collegio nostro Romano publicè docui: id quod primũ probo ex verbis, & mente Concilij. Nam postquàm Concilium explicuit nobis vim præcepti de præmittenda confessione, addidit: *Modo non desit copia confessoris. Quod si necessitate vrgente sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quamprimùm confiteatur*: ac si diceret; Quod si deficiẽte confessario necessitas vrgeat celebrandi, quam primum confiteatur: hoc autem nõ accidit, quando quis ideo solũ non confitetur ne notam incurrat, cum tamen aliàs copiam habeat confessarij.

Circa secundũ casum aliquorum mens

Autoris iudiciũ probatur primo ex Tridentin.

20

Deinde ex fine legis id patet, ne scilicet sacerdos negligentior fiat in quęrendo confessario, quod non ita timere iure poterat Concilium de ijs, qui habentes quidem illũ præmanibus, ne notam incurerent, non sunt confessi peccatum, sicut de illis, qui cum illum non haberent, quòd in rure aliquo versarentur, celebrarunt, hi enim facile differre possent confessionem prætextu non habendi confessarium præsentem, imo etiam aliqui sinerent, vt confessarij, qui ad ipsos casu aduentarunt, præterirent, antequam illis confiterentur. Vt igitur inuigilarent in quærendo confessario, & præparando animam, peculiaris causa fuit iniungendi illis hoc præceptum. Et ita in Missali Romano in Rubrica de defectibus animæ assignantur duo casus: primus est, quando quis non habens copiam confessarij vrgente necessitate celebrat, vt contingit in rure, & in hoc ponitur vt necessaria

Item ratione.

21

Duo casus rubricæ alter.

ſaria contritio, & additur præceptum de cõfitendo, quam primum fieri poſsit. Secundus eſt, cũ quis in altari recordatur alicuius peccati, & ob vitandam infamiam non poteſt cõfiteri, etiam ſi copiam confeſſarij habeat, & in hoc ſolum ponitur vt neceſſarium remedium contritio, nulla autem præcepti de ſtatim confitendo mentio fit: ſignum igitur eſt, intellexiſſe Pontificem, in hoc caſu ſtatutum Concilij locum non habere.

Alter.

Tertius caſus in quo ſolum obligat præceptum cõfitendi ſacerdotibus quam primũ poſſint.

Supereſt igitur tertius caſus, in quo ſolũ prædictum præceptum obliget, quem iã etiã explicuimus, nempe, cum quis nõ habens copiam confeſſarij, & vrgente neceſsitate compulſus non præmiſit confeſsionem, cum tamen, antequam celebraret, cõſcius eſſet mortalis in confeſsione nõ explicati, vt cõtingit ijs, qui in villulis, & ruribus verſantur. Quare ſi ille, qui non habebat copiam confeſſarij, bona fide acceſsit ad altare, abſque conſcientia vllius mortalis, ibi autem recordatur alicuius, non tenebitur prædicto præcepto. De hoc enim perinde iudicandum eſt, atque de illo, cuius in ſecundo caſu meminimus: neque enim hic omiſit confeſsionem ea de cauſa, quia deeſſet confeſſarius, licet reuera deeſſet; ſed quia, licet non deeſſet, iam poſitus in altari non poterat ſine nota ei confiteri: de hoc autem, vt diximus, Concilium non curauit.

32

Quartus caſus.

Poſtremo circa ſacerdotis præceptum, ãddendum eſt, eodem modo eo obligari ſacerdotem, qui non habens copiam confeſſarij, vrgente neceſsitate, vt diximus, celebrat etiam non contritus, ſed indignè, ac ſi contritus, & digne celebraret. Nam Concilium Tridentinum, vt legem illam ferret, non attendit ad interiorem diſpoſitionem, cũ qua quis accederet, ſed ad exteriorem occaſionem, quam habere poſſet, non præmittendi confeſsionem celebrationi.

Nauarri opinio circa idẽ præceptum erga laicos.

Verum enimuero Nauarrus in ſummã cap. 2. numero 10. hoc præcepto confitendi, quã primum quis poſsit, quoties vrgente neceſsitate celebrat, non tantũ obligari cenſet ſacerdotes celebrantes, ſed etiam laicos Euchariſtiam ſumentes, quoties ob vrgentem neceſsitatem Euchariſtiam ſine confeſsione præuia percipiunt. Id autem nulla alia ratione probat, niſi quia ſi de ijs etiam rogaretur Concilium, idem omnino reſponderet. Verũ inanis fuit Nauarri coniectura, cum Concilium diſſertis verbis de ſacerdotibus in ea lege loquatur. Et ſane, cum frequentius accideret ſacerdotibus, vt ob defectum confeſſarij præſentis vrgente neceſsitate celebrare deberent, id autem numquam, aut quã

33

Reijcitur.

Cõcilium Trident. de ſolis loquitur Sacerdotibus.

rariſsime laicis accidere poſſet, iure optimo Concilium pro ſolis ſacerdotibus, non pro laicis legem tulit. Idem, quod de laicis diximus, intelligendum eſt de ſacerdotibus ſumentibus ſolum laicam comunionem de manu alterius, vt eo etiam præcepto non teneãtur, cum eadem ſit eorum ratio, ac laicorũ. Si vero quis cogeretur conſumere corpus, & ſanguinem ab alio conſecratum, quod ille morte, aut morbo correptus ſacrificium conſumere non potuiſſet, eo præcepto obligandus eſſet, quia hic etiam vere celebraret, ſicut ſacerdos. Neque obſtat, quòd hoc raro contingat, quia Concilium de ſacerdotibus more ſacerdotum celebrantium loquitur, non hac, aut illa, ſed quacumque vrgente neceſsitate.

Reſtat vt notemus, eum, qui ſine confeſſione ad hoc Sacramentum accedit, non peccare duplici peccato, ſed vno tantũ, vt optime obſeruauit Dominicus Sotus in 4. diſtinctione 18. quæſtio 1. articulo 4. nam ad confeſsionem non obligamur per ſe, quando recipere debemus Euchariſtiam, ſed per accidens, nempe, ratione Euchariſtiæ, & ita tũc non eſt affirmatiuum præceptum illius, ſed negatiuum, ne ſcilicet quis indigne, & ſine debita probatione accedat ad Euchariſtiam. Id quod Canus in relectione de pœnitentia. 5. p. §. *Ad quartũ reſpodetur, præcepta*: his verbis docere etiam videtur: *Quod de pœnitentiæ lege, idem de confeſsionis præcepto dicere conſentaneum eſt, vt per ſe in articulo neceſsitatis confiteri teneamur, per accidens autem vt digne ſuſcipiamus Euchariſtiæ Sacramentum.* Eadem ratione idem quoque dictum eſt de præcepto contritionis, non ſolum ad dignam adminiſtrationem, aut perceptionem aliorum Sacramentorum, ſed etiam huius, quamuis oppoſitum docuerint idem Sotus in 4. diſtinctione 17. quæſt. 2. articulo 6. §. *Exiſtunt autem*, & Canus eadem relectione 4. p. §. *At vero articulus*: nam Canus plane affirmat, eum, qui percipit hoc Sacramentum ſine contritione, peccare duplici peccato. Sotus vero inquit, præceptum contritionis ratione ſui, & per ſe non obligare quando obligat pro digna Sacramentorum perceptione, ſed ſolum per accidens; excipit tamen, niſi quis ſumpturus ſit Euchariſtiam: tunc enim ſingulariter hoc præcepto tenetur propter tanti Sacramẽti dignitatem; ſecum tamen minime conſtat, cum nullo alio titulo neceſſaria ſit confeſsio pro perceptione huius Sacramenti, quam contritio, & è contrario, ſed vtraque requiratur prodigna ad percipiendum Sacramentum probatione, & ita in §. *Poſtremum argumentum*.

34

Qui accedit ad Euchariſtiam nõ præmiſſa confeſsione mortalis, non peccat duplici peccato.

Sotus.

Præceptũ confeſsionis ante Euchariſtiam, non eſt per ſe, ſed ratione communionis.

Canus.

35

Tandem

tandem videtur dicere oppositum: ait enim; quando præceptum contritionis per se non obligat, nisi ratione Eucharistiæ sumendæ, non esse nisi vnum sacrilegium indignæ sumptionis Eucharistiæ, nempe, illam sumere sine confessione, & contritione. Obseruandũ tamen est, hoc præcepto Concilij Tridentini teneri non solùm sacerdotes, qui cum conscientia peccati mortalis exterioris, sed etiã eos, qui cum conscientia solum interioris peccati mortalis ob instantem necessitatem, cum desit copia confessarij, ad celebrandum accedunt; quia hoc præceptum non est omnino Ecclesiasticum, quod attinet ad substantiam ipsius, sed solum quod spectat ad determinationem temporis, & ita Ecclesia in illo eodem modo se habuit, sicut in præcepto annuæ confessionis, vt quemadmodum præceptum Diuinum confessionis, quod vãge obligabat extra articulum necessitatis determinauit pro tota Ecclesia, vt semel in anno omnes fideles eo tenerentur, & ideo obligare eos potuit, vt singulis annis confiterentur peccata sua mortalia, etiam si solum interiora essent: ita & determinauerit pro sacerdotibus celebrantibus, vt quam primũ post celebrationem potuerint, in illo casu confiteantur, etiam si solum interiora habeant peccata. Ratio vero vtriusq; est, quia cũ aliàs Diuinum præceptum ex se obligaret ad confessionem peccatorum interiorum, etiam si determinatio temporis pro hoc præcepto fiat ab Ecclesia, quæ non potest legem ferre in actus interiores: facta etiam determinatione, idem Diuinum præceptum ad confitẽdum interiora peccata, etiam si sola sint, eodem modo obligabit. Ecclesia sane potest præcipere cõfessionem peccatorum, nempe, vt quis recipiat Sacramentum absolutionis, quia est actio quædam externa, quæ sub potestatem ipsius cadit, & ita præcepit monachis Benedictinis, vt singulis mẽsibus confiterentur, non determinans præceptum Diuinum confessionis, sed omnino illud præcipiens, vt tractatu de confessione ostẽdemus. Cõsequenter autem, qui hoc præcepto Ecclesiæ ad confitendum tenetur, confiteri debet interiora mortalia ratione præcepti Diuini de integritate confessionis. Verũ Ecclesia non posset ex se directè præcipere, vt quoties quis haberet peccata solùm interiora, confiteretur: quia sicut ad actus interiores obligare nequit, ita etiam neque occasione tantùm illorum aliquid præcipere. Quare sola lege Ecclesiastica, quæ nõ haberet vim modificandi, & determinandi Diuinum præceptum confessionis, statuere non potuisset, vt sacerdos accedens in illo casu ad celebrandum cũ cõscientia peccati mortalis, siue interioris, siue exterioris, quam primum postea posset confiteretur, quia, sicut iudicare non potest de interiori conscientia alicuius peccati, ita etiam occasione illius nõ potest legem ferre: siquidem neque trasgressores talis legis vllo modo punire posset iuxta ea, quę notauimus 1.2. disputat. 160. cap. 2. & sequent. Prædicta igitur lex obligat ad confessionem, cum quis accedit cum conscientia peccati mortalis, aut exterioris, aut interioris ex peculiari potestate Ecclesiæ concessa ad determinandum tempus Diuini præcepti confessionis, non autem ex ordinaria potestate, quam habet condendi leges omnino Ecclesiasticas.

Obseruatio.

Obligat præceptũ confessionis ante Eucharistiam, non solum externum, sed etiam internum peccatum confiteri, quam primum sacerdos potest

26

27

ARTICVLVS VI.

Vtrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti.

PRIOR Conclusio. *Publicis peccatoribus petentibus Eucharistiam publice quoque deneganda est.* Posterior conclusio: *Secretis peccatoribus non est sacra communio deneganda; secreto tamen ipsi monendi sunt, ne ad hoc Sacramentum accedãt, aut omnes etiam in vniuersum, inter quos ipsi sunt, ne indigne illud percipiant, vt sic etiam ipsi simul moneantur.* Non explicat S. Thomas; Vtrum secreto peccatori in publico solum, an etiam in secreto Eucharistia deneganda non sit. De hoc tamen disput. sequente dicemus.

An peccatori secreto, sicut & notorio Eucharistia deneganda sit. Disput. 209.

Sacerdos Sacramentum ministrans indigno vnũ solum peccatum committit, quamuis complicet consortium indigne percipientis. Cap. 1.

Quo pacto notorius peccator esse debat, vt publice etiam ei Eucharistia denegetur? Cap. 2.

Occulto peccatori Eucharistia publice deneganda non est. Cap. 3.

Diluuntur obiecta contra præcedentem doctrinam Cap. 4.

Peccatori occulto, occulte etiam Eucharistiam petenti neganda est. Cap. 5.

Sacerdos Sacramentum ministrans indigno vnum solum peccatum committit, quamuis complicet consortium indigne percipientis.

CAPVT. I.

INdubitatũ apud omnes Scholasticos est, graviter peccare ministros huius Sacramenti, qui illud indignis scienter ministrant, nisi aliqua ratione honesta ab hoc excusentur, vt in cap. sequente dicemus. Primum quidem, grauiter peccare ministros, qui hoc Sacramentum indignis ministrant (id quod verum est) aliqui existimant: eo quod is, qui ita ministrat, non tantum peccet, quia particeps fit peccati indigne sumentis, sed etiam quia ipse ex se indigne illud tractat: veluti si quis Sacramentum Eucharistiæ proijceret in locum immundum, hic enim non pecaret, quia particeps fieret peccati alicuius, sed solum quia indigne tractaret Sacramentum contra præceptum Diuinum naturale, quo quis sancta sancte tractare debet, & ita eũ duplex peccatum committere, affirmant. Atque ex hac doctrina inferunt, sacerdotem, aut diaconũ, qui existens in peccatato mortali se ipsum communicat, peccare duplici peccato, aut quod idem est, in peccato eius duplicem malitiam, non tantum numero, sed etiam specie diuersam reperiri, eo quod in genere moris aliud sit ministrare, aliud recipere, & ita necessarium esse censent in confessione vtramque speciem explicare, vt integre fiat.

1 Graue peccatum est Eucharistiam ministrare indigno.

Aliqui duplex peccatum constituunt in ministro.

Ego vero censeo, in indigna administratione huius Sacramenti, quæ in eo consistit, vt ministretur indigno non solum non esse duplicem malitiam specie sub eodem genere, sed neque numero diuersam sub eadem specie. Id quod verum existimo in omni iniusta Sacramenti administratione, quæ ex eo solum contingit, quod alicui indigno ministratur: hoc enim peccatum est veluti fornicationis quæ suapte natura consortem aliquem habet in eodem actu, & consortium vtriusque ad peccati ipsius malitiam pertinet. Nam ita indigne administrare Sacramentum, essentialiter includit respectum ad eum, qui indigne recipit, & ea solum ratione, & non alia est indigna administratio, quia fit ei, qui indigne, & cum peccato tractabit Sacramentum; neque enim perinde est administrare indigno, & proijcere Sacramentum in locum sordidum. Tota autem indignitas, & turpitudo huius peccati, tam in eo, qui ita administrat, quàm in eo, qui recipit, in eo consistit, vt falsum quid significetur ipsa Sacramenti administratione, & receptione, cum Sacramentum careat effectu suo. Sicut igitur nullus dicit, solutum, qui fornicatur cum soluta muliere consentiente, peccare duplex peccatum, aut vnum cum duplici malitia, altera ex eo, quòd ad illam accedit, altera ex eo, quòd peccati illius particeps fit, quia huius peccati malitia ex parte cuiuscumque suapte natura complicat cõsortiam alterius, licet ex accidente alter possit excusari ratione ignorantiæ: ita etiam nemo dicat, peccatum indignæ administrationis, quod suapte natura complicat peccatum indigne accipiẽtis, nisi ex accidẽti ignorantia excusetur, cõtinere duas illas malitias; non solũ dico specie, sed neq; solo numero differentes. Esset autẽ duplex malitia numero distincta in hoc actu, si sacerdos indigne administrans Sacramentum, eo ipso exemplo suo ad indignam administrationem alium etiam prouocaret. Quemadmodum si quis exemplo suo fornicans cum aliqua muliere, alium quoq; prouocaret ad fornicandum cum ea, vel cum alia. Tota autẽ malitia sacerdotis ita male administrantis cum malitia indigne percipiẽtis hoc Sacramentum in eo consistit, vt falsum aliquid significetur ipso Sacramento, quo iuxta ipsius institutionem verũ significare deberet. Quare ex eo quod sacerdos habeat alterum consortem sui peccati, nullam aliam nouam iniuriam, aut nouo modo Sacramento irrogat, quasi per se solum efficeret, vt Sacramenti significatio falsa redderetur. Addo etiam, non solum esse vnum peccatum, vnam solam habens malitiam indignã Sacramenti administrationẽ, quãdo quis peccatori petenti ministrat, sed etiam si ipsi suadeat, vt communicet sicut etiam cum quis suadet mulieri, vt consentiat, non quia non sit operatio distincta suasio à perceptione, sed quia cum vnum referatur ad aliud, pro vno, & eodem opere in genere moris reputatur, vt notaui 1.2. disp. 75 cap. 2.

2 Non est duplex numero peccatum in administrãda Eucharistia peccatori.

3

4

Ex dictis sequitur, multo minus dici posse, sacerdotem, aut diaconũ, qui percipit de manu sua Eucharistiam, peccare duplici peccato, aut vno habente duas malitias, hic enim multo magis in vnam, & eandem malitiam falsæ significationis recidit sibimet ministrans, & ex manu sua Eucharistiã sumens, vt mani-

Sacerdos se communicans in mortali non peccaret duplici peccato

manifestum est. Neque vero si sacerdos in peccato mortali existens existenti etiam in peccato Sacramentum Eucharistiæ ministraret, duplicem malitiam, aut duplex peccatũ contraheret ex eo solum, quod in mortali existens Sacramentum hoc existenti in mortali porrigeret, nempe, & ex parte sua indigne ad ministrandum Sacramentum accedés, & ex parte eius, cui illud administrat: quia vt diximus in 2. tom. disput. 136. cap. 3. sacerdos ex eo solum, quod hoc Sacramentũ in mortali deferat, aut porrigat alteri, non peccat mortaliter, sed ex eo, q̃ in peccato illud conficiat, conficiẽs autẽ illud, & existẽti in mortali ministrãs duplex peccatũ cõmittit; eodẽmodo, si quis ab indigno ministro acciperet Sacramentum, & ipse etiam indigne accederet, ob eãdem rationem duplici malitia non peccaret. Quare si quis ex parte sua digne à ministro existente in mortali hoc Sacramentum acciperet, nullo modo peccaret.

Item si in peccato ministret alteri etiam in peccato existenti.

5 Obseruatio.

Postremo notãdum est, cum dicimus, præceptum digne administrandi ita obligare, vt tamen aliqua de causa rationabili quis à peccato excusetur, etiamsi illud Diuinum naturale sit, intelligendum esse eo modo, quo dicimus obligationem præcepti naturalis cessare, occurrente interdum aliqua circunstantia, quia nõ obligat circa materiam illam absolute, sed quibusdam circunstantijs determinatum. Qualis autem sit hæc circunstantia, quæ ab obligatione præcepti dignæ administrationis excuset, capite sequente videbimus. Quo circa Recentiores nonnulli Theologi videntes, huius præcepti obligationem propter causam aliquam occurrentem aliquando cessare, putarunt, illud non esse simpliciter negatiuũ; sed ad affirmatiuũ reduci debere, nempe, ad præceptum prudẽter, & fideliter administrandi Sacramentum, quod formaliter sumptum, inquiunt, semper seruandum est, quoties hoc Sacramentum administratur, quod est certis quibusdam tẽporibus obligare.

Præceptũ accedendi ad Eucharistiã absq; peccato oli qui affirmatiuũ putant.

6 Reiicitur dictum placitum primò.

Horum tamen sententia nullomodo probanda est primum, quia si illa ratio sufficeret, vt hoc præceptum ad affirmatiuum reduci deberet, nimirum, quod ob aliquã causam, aut circunstantiam occurrentem eius obligatio cessaret, eadem ratione, & præceptum non occidendi, nec vsurpandi rem alienam contra voluntatem iuste possidentis ad affirmatiuum quoq; reducendum esset, nam ob aliquam causam, aut circunstantiam occurrentem tollitur eius obligatio, nempe, si Deus facultatem faciat subripiendi rem alienam, aut hominem occidendi, vt diximus 1.2. disput. 53. c. 4. & sane eadem est vtrobiq; ratio, sicut proximè etiam, & in illo capite dicebamus. Nam sicut materia propria præcepti non occidendi, & non furandi non est occidere hominem, aut vsurpare rem alienam absolute, sed quibusdam circunstantijs determinata; ita etiam, & ministratio facta peccatori, & indigno absolute sumpta non est materia propria, & adæquata huius præcepti, sed quibusdam circunstantijs determinata, nam cum alijs bene poterit quis excusari ab obligatione huius præcepti, quia tũc non habebit vim obligandi, ac proinde nec præcepti. Si autem quis dicat, etiam hæc præcepta non occidendi, & non furandi reducenda esse ad affirmatiua, & non esse negatiua absolutè, & simpliciter, ita fere de omnibus alijs secundæ, & primæ tabulæ dicere debet, quod manifeste falsum est, vt sequente ratione patebit, neque vllus hactenus dixit.

7 Præceptũ non furandi, & non occidendi non est affirmatiuũ.

Deinde eadem opinio reijcitur; quoniam, si hoc præceptum affirmatiuum esset, sequeretur, peccatum indignæ administrationis esse peccatum omissionis, non commissionis. Nam contra præceptum affirmatiuum sola omissione peccatur, sicut omnes fatentur, nempe, negatione operis, quod quis facere debebat. Id autem quod inferimus, falsum est: nam indignè administrare Sacramẽtum, peccatum est fallitatis, quæ ipsi Sacramento à ministro tribuitur. Sicut etiam percipere illud indigne, vt explicuimus supra articulo 4. & sacerdos indigne ministrans Sacramentum, primarie non peccat ex eo, quòd dignè non administrat. Neq; enim primaria obligatio erat digne ministrãdi, cũ nullo iure ad administrandum simpliciter teneretur, sed non indigne tractandi, & ministrãdi Sacramenta. Quod vero hoc Sacramẽtum non obliget, nisi cum tali circunstantia, alia vero occurrente non obliget, sufficiens non est, vt dicatur nõ semper, & pro semper obligare, sicut præcepta negatiua obligare dicũtur. Nam cum dicimus præcepta negatiua semper, & pro semper obligare, non intelligimus ea obligare circa materiam absolute sumptam, sed cum debitis circunstantijs, vt de præcepto non furandi, & non occidendi diximus; circa illam vero debitis circunstantijs determinatam manifestum est semper, & pro semper (vt dici solet) non solùm cæteris præcepta negatiua decalogi, sed hoc etiam non administrandi indigne Sacramentum obligare.

Secundò.

8

Quo

Quo pacto notorius peccator eſſe debeat, vt publicè etiam ei Euchariſtia denegetur.

CAPVT II.

Non benè ab aliquibus probatur vera doctrina.

CErtum quoque apud omnes Scholaſticos eſt, publicũ, & notoriũ peccatorẽ ita indignũ eſſe, cui hoc Sacramentũ porrigatur, vt nõ tantũ in occulto, ſed etiam ſi publicè illud petat, denegandũ ſit. Probant autem nonnulli hanc doctrinam ex Clemente Romano, lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 32. ex Concilio Aurelianenſi 1. cap. 4. & 5. & ex Cypriano epiſt. 61. Verùm Clemens ibi non agit deijs, qui admittendi ſunt ad Euchariſtiam, ſed ad Baptiſmum; tametſi eadem ratio de Euchariſtia eſſe videatur. In Concilio autem Aurelianenſi, cap. 4. nihil de hac re dicitur. In 5. autem ſolum ſtatuitur, vt certum genus perſonarum ob genus quoddam peccati priuentur communione, quod in Cõcilio Eliberitano in pleriſque canonibus etiam ſtatuitur. Denique Cyprianus ſolum docet, neminem ante exomologeſim ſuorum peccatorum ad communionem admittendum eſſe. Et quidem cum eo tempore publici peccatores publicè pœnitentiam agerent, antequam à ſacerdote abſoluerẽtur, mirum non eſt, ſi publici pœnitentes à communione repellerentur: nunc autem cum non imponatur publica pœnitentia ante abſolutionem pro omni genere peccati publici, ſed ſecreto ei beneficium abſolutionis cõferatur, videndum eſt, an publico peccatori nunc etiam Euchariſtia deneganda ſit.

9 Clemens Roman. Concil. Aurel. Cyprianus. Concil. Eliberit.

In quare Scholaſtici omnes, vt dixi, conſtanter affirmant, publico peccatori, nimirũ, de quo non conſtat ad meliorem frugẽ fuiſſe conuerſum, publicè etiam Euchariſtiam denegandam eſſe. Eadem autem ratio huius eſt, & illius, qui publicam agens pœnitentiam, non dum beneficium abſolutionis fuerat cõſequutus. Nã quandiu non conſtat de conuerſione alicuius peccatoris, indignus cenſeri debet tanto Sacramento, ac proinde ab eo repeliendus eſt. Quare talis debet eſſe cõuerſio, & pœnitentia, qualis etiam, & Sacramenti huius adminiſtratio, nimirum, vt ſi in publico Euchariſtia miniſtranda eſt; pœnitẽtia cum confeſſione ita præcedat, vt de emendatione, & probatione illius publicè etiam conſtet. Nam vt ſecreto illi hoc Sacramentum miniſtrari poſsit, ſatis eſt, vt priuatim etiam de illius emendatione conſtet. Cæterùm qualis debeat eſſe infamia peccati, vt ad hunc effectum publicus, & notorius dicatur peccator, nempe, vt publicè etiam ei Euchariſtia deneganda ſit, inter Scholaſticos controuerſum eſt.

10 Quis ſit publicus peccator cenſendus.

Adrianus in 4. q. 9. de Euchariſtia, quæ incipit; *Oritur quæſtio*, ſequutus Archidiaconum in cap. *Cum dilectis, De purgatione Canonica*, & Panormitanum in caput *veſtra, De cohabitatione clericorum*, docet, illum, cuius crimen in vicinia, vel parochia decem ſaltem perſonis manifeſtum eſt, cenſeri publicum, & notorium peccatorem ad hunc effectum, vt Miſſam illius audire non poſsimus, iuxta diſpoſitionem iuris poſitiui, & præceptum Gregorij Magni. Idem autem multo maiori ratione dicetur, quod attinet ad præſentem difficultatem, nempe, vt ei publicè denegare poſsimus, & debeamus Euchariſtiam, quia multo magis prohibitum eſt publico peccatori Euchariſtiam miniſtrare, quàm Miſſam illius audire, cum hoc iure humano ſolum vetitum ſit, ſi ille, qui Miſſam audit, aliàs ſacerdoti non ſuadeat, aut inuitet ad celebrandum; illud autem quacũque ratione Diuino iure naturali nõ liceat. Sylueſter vero in ſumma verbo *Notorium*, q. 4. exiſtimat, illud crimen dici notorium in iure, quod ſex ſaltem perevidentiam facti notum eſt, eo quod ad notorium ſufficiat, vt maiori parti populi notum ſit, populus autem decem ſaltem cõſtare debet, vt dicit Gloſſa in Canone *De manifeſta* 2. q. 1. & colligit ipſe Sylueſter ex Canone *Vnio* 10. q. 3. Verum Sylueſter non agit eo loco de notorio, quod attinet ad denegandam publicè Euchariſtiam notorio, & publico peccatori, ſed quatenus in iure ad plures alios effectus peccatum notorium dicitur. Sententiam Sylueſtri ſequitur Nauarrus in ſumma, cap. 25. num. 73. quod ſpectat ad numerum teſtium, vt peccatum dicatur notorium ad hunc effectum, vt qui notatus eſt infamia alicuius notorij peccati ſuſpenſione digni, mortaliter peccet, ſi ordines ſuſcipiat: quod vero ad noſtrum ſpectat inſtitutum, nihil ibi dicit de notorio crimine. Et quamuis ipſe putet, ſe cõtra Sylueſtrum ſentire, tamẽ re vera nihil ab eo in prædicta ſententia differt. Quamuis autem, quæ Sylueſter, & Nauarrus locis citatis de notorio crimine dicunt, nihil ad preſentem difficultatem pertineant; nihilominus idem Sylueſter in ſumma verbo *Euchariſtia* 3. q. 5. & Nauarrus etiam in ſumma, cap. 21. nu. 55. hoc modo capere videtur crimen notorium, & peccatorem

Prima opinio. Adrian. Archidiaconus. Panormitanus.

11 Greg. Mag.

Secũda opinio. Sylueſter.

Gloſſa.

Nauarrus.

12

Notatio contra Syluestrum.

torem publicum, cum inquiunt, publico peccatori, etiamsi confessus sit, & absolutus Eucharistiam publice negandam esse, donec de eius pœnitentia, & satisfactione publicè etiam constet. Porrò illud obiter contra Siluestrum notare libet ex Canone illo *Vnio*, quod est Concilij Toletani, perperam ipsum collegisse, populum ex decem saltem constare bebere, vt inde etiam inferret, vt crimē sit notorium, satis esse, si sex personis sit, quòd hac ratione maiori parti populi notū ipsi videretur: tū quia Canō ille nihil definit de numero sufficiente ad constituendū populum, sed solum statuit, vt Ecclesiæ, quæ vsque ad decem habuerit mancipia, præficiatur sacerdos, tum etiam, quia licet in plebe, quæ solum decem vicinis constaret, sufficere videretur numerus sex, quibus notum esset crimē, vt notorium diceretur; tamē non videretur eadem ratio, vt in maiori oppido maior numerus non requireretur.

Concil. Tol.

13 Definitur ab Autore quis sit publicus peccator.

His igitur prætermissis opinionibus, quoniam minus probabiles videntur, quidquid sit de notorio peccatore ad alios effectus in iure expressos, mihi videtur cum Dominico Soto in 4. d. 12. q. 1. articul. 6. primum quidem, vt crimen dicatur notorium ad hoc, vt alicui Eucharistia denegetur, non satis esse, si laboret infamia de aliquo crimine in vicinia, sed debere esse notum, aut per sententiam, aut per confessionē ab ipso in iudicio, aut per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione cœlari. Sicut enim in cap. *Quæsitum. De cohabitatione clericorum, & mulierū*, dicitur, non sufficere infamiam, vt Missam, aut officium sacerdotis peccatoris audire non possimus, sed notitiam peccati vno ex tribus modis enumeratis requiri: & quemadmodum in cap. *Tua nos* eodem titulo definitur, sacerdotem ob euidentiam criminis ex sola fama, nō ex rei euidentia, non esse puniēdum, tanquam peccatorem, licèt purgationē canonicam exhibere debeat; alioquin aliquo modo puniendus sit: ita etiam infamia illa in vicinia solùm non debet sufficere, vt alicui Eucaristia denegetur, quia licet infamia sit sufficiens principiū inquirendi contra ipsum de delicto ad pœnā, non tamē videtur sufficiens, vt statim puniatur, tanquā manifestus peccator in cōspectu Ecclesiæ, denegādo ei Eucharistiam; nā infamia illa non ex rei euidentia, sed ex aliquibus indicijs ortū habet, quæ sufficere non debent, vt ita grauiter quis puniatur. Eodem quoque modo, vt notorium dicatur crimen, tale debet esse, vt nulla possit tergiuersatione cęlari, sicut in illo cap. *Quæsitum* dicitur.

Solus.

Primū illi cuius culpa sententia, aut iuditio, aut omni euidentia cōstat.

14

Deinde dico, quod attinet ad numerū personarum, quibus manifestum debet esse crimen, vt notorium dicatur, si per euidentiam facti solum notorium esse debeat, non posse certam regulam assignari, sed arbitrio prudentum id relinquēdum esse. Et in hoc casu tantùm veram arbitror sententiam Soti, qui absolute docet, non posse certo definiri numerum testium, vt crimen notorium dicatur. Nam si de alijs duobus modis peccati notorij sermo sit, alia est ratio, vt infra dicemus. Neque vero curandū est. Vtrū illi, qui adstant sacro, in quo peccator notorius Eucharistiam percepturus est, peccatum illius sciant, an non; sed videndum est, an ita euidēs sit crimen, & tot hominibus notum, vt probabiliter credi nequeat, hominem illum in parochia sua, & bona parte populi infamandum amplius non esse: tunc enim, cum parū referat manifestari prius à sacerdote coram illis, etiam qui crimen ignorant, quam ab alijs manifestetur, maioris momenti est seruare debitam reuerentiam Sacramento, quā famam illius paruo tempore apud præsentes, apud quos paulo post infamandus est. Frustra enim conaretur sacerdos cum illa Sacramenti administratione, quæ aliàs, & ex se sacrilegium esset, famam illius apud presentes paruo tempore conseruare, quàm humano more loquendo paulò post necessario esset amissurus, cum crimen ipsum ex se ita publicum esset. Et hęc ratio prę oculis semper habenda est, vt iudicare possimus, quando sacerdos negare debeat Sacramentum publico peccatori illud petenti. Quod si hoc modo publicum non sit, etiamsi per euidentiam facti aliàs sit notorium, tanquam secretū iudicandum est ad effectum Eucharistiam denegandi. Dixi, per euidentiam facti: nam, si sit publicum per confessionem ipsius coram iudice, vel per sententiam, existimo in omni casu negandam esse Eucharistiā, eo quod tunc nulla spes superesse potest conseruandi vllo modo famam illius in eodem populo. An vero in alio populo eadem sit ratio, inferius dicemus; nam, quod in vno populo, etiam si ciuitas magna sit, coram iudice quis confessus est, aut per sententiam damnatū, fieri non potest, vt rumor illius, & fama apud omnes tandem non diffundatur, & ita curandum non est de conseruanda fama illius pro paruo aliquo tempore, sed potius cum debita reuerentia Sacramentum ministrandum; illa enim conseruatio famæ pro paruo tempore minoris momenti est, quā vt possit reuerētię aliàs debitę huic Sacramento præferri. Quo modo autē aliter in alijs casibus iure

Quot personis peccatum debeat esse notum.

15

16

prę-

Dubium incidens.

preferatur, inferius dicemus. Cæterum ſi peccator in vno oppido notorius omnibus ſit, in alio vero, vbi nihil ſcitur de peccato illius, Euchariſtiam petat, dubium eſt, vtrum ei denegari debeat, an non? Dubium autem locum non habet, quando creditur fore, vt

17

breui etiam infametur in eo oppido, vbi Euchariſtiam petit, quod vicinum alteri ſit: tũc enim, vt notauit Ledeſma loco allegando, ſine dubio Euchariſtia neganda eſt, veluti publico peccatori; ſed quando exiſtimatur fore, vt fama illius delicti numquam illuc vſq; peruentura ſit. Dominicus Sotus, qui hanc difficultatem, in prædicto articulo propoſuit, reſpondit; ſolutionem illius pendere ex ſolutione alterius quæſtionis, quam ipſe in lib. 5. de iuſtitia, q. 10. art. 2. diſputauit, nempe, vtrum infamatus in vno loco, licite poſsit à quocumque in alio etiam loco infamari, an non? & re vera in vtraque difficultate eodem modo dicendum eſt. Sotus igitur loco citato putat, eum, qui infamatus eſt per ſententiam iudicis, poſſe ſine peccato infamari in quouis alio loco, etiam ſi ibi bonã famam habeat. Si vero facto ſolum, & peccato ſuo infamatus ſit, non poſſe in alio loco infamari. Caietanus vero, tomo 1. opuſculorum tractatu 31. qui eſt 17. reſponſionum, reſponſione nona: & 2. 2. q. 73. artic. 4. abſolute cenſet, illud delictum poſſe reuelari ſine peccato detractionis (intelligit autẽ in quocunque loco) quod non ſolum quis coram iudice confeſſus eſt, aut per ſentẽtiam fuit dãnatum, ſed etiam quod per euidentiam facti in aliquo loco notum eſt. Demum Adrianus quodlib. 11. quæſt. 1. de quocumq; genere notorij criminis in vno loco cenſet, non poſſe ſine peccato in alio reuelari. Et hæc ſententia mihi magis probatur, atque iuxta illam ad præſentem difficultatem reſpondeo cum Ledeſma 1. p. quarti quæſt. 21. artic. 6. dub. 2. tali peccatori petenti Euchariſtiam nõ eſſe publice denegandam, quia eadem ratio de illo eſt, atque de occulto peccatore, cui, vt ſequente cap. dicemus, hoc Sacramentum publice denegandum non eſt: ſi vero occulto peccatori occulte etiam denegari debet, huic etiam in occulto eſſet deneganda, de quo ibidem etiã agemus. Quod vero docet Sotus in præſenti difficultate de adminiſtranda Euchariſtia ei, qui in alio oppido peccator notorius eſt, in eo vero, vbi eam petit, eſt occultus, mihi non probatur: nam neque omnino conuenienter doctrinę, quam tradiderat in 5. lib. de iuſtitia, loquitur, neque abſolute verum docet, ait enim, primum præſumendum eſſe, iam illum in eo loco, vbi petit Euchariſtiam, eſſe emendatum, & ità nõ eſſe ei negandum Sacramentum, etiam ſi alibi fuerit iudicio publico damnatus. Verũ difficultas non eſt, quando iam creditur homo, aut credi poteſt emendatus, ſed quãdo ſcitur in peccato manere; deinde inquit, ſi conſtaret ſacerdoti, illum non eſſe emendatũ, maxime ſi peccatum contagioſum eſſet, Euchariſtiam denegandam fore: nam licet alibi infamatum non liceat hìc infamare, hoc intelligitur, quando ipſe non ſe ingerit negocijs, in quibus neceſſe eſt illum prodere: quod ſane reſponſum minime pendet ex reſpõſo prioris dubij de nõ infamando in vno loco eum, qui in alio infamatus eſt, vt patet. Atque mihi etiam non probatur: quia, licet ipſe ſe ingerat, & petat Euchariſtiam, habenda eſt ratio famæ ipſius, ita vt ſi aliàs ex ſe licitum non erat, ipſum in eo loco infamere, etiam non liceat ob ſeruandam reuerentiam debitam Euchariſtiæ ipſum infamare, ac proinde neque ei denegare Sacramentum.

Ledeſma.

Solutio Soti.

Reſpõſum Caietani.

18

Adriani ſolutio amplectenda.

Ledeſma.

Sotus reijcitur.

Occulto peccatori Euchariſtia publice deneganda non eſt.

CAPVT III.

IAM Vero de occulto peccatore inter Scolaſticos extra controuerſiam eſt, minime licere, Euchariſtiam ei publice negare: id quod nonnulli probant primum ex Concilio Affricano circa tẽpora Bonifacij 1. canon. 99. & 100. Verum in 100. nihil habet, quod ad præſentem difficultatem pertineat: at in 99. qui refertur in canone: *Placuit.* 6. quæſt. 2. ſolum cauetur, ne ſi Epiſcopus, qui dicit ſe nouiſſe delictũ alicuius, quod tamen ipſe negat, noluerit cum illo cõmunicare, ſed eum pro ex communicato habere, alij Epiſcopi cum eo nõ communicent, vt ita caueat in poſterum Epiſcopus propter crimen, quod ipſe dicit ſe ſolum nouiſſe, aliquem excommunicare. Deinde probant ex Cõcilio Vaſenſi 1. can. 8. qui refertur canone: *Si tantum*, eadem 6. quæſt. 2. ibi tamẽ ſolum ſtatuitur, vt, ſi Epiſcopus conſcius ſit criminis alterius, illud tamen probare non poteſt, illum non prodat, ſed eum prius ſecreto corripiat; quod ſi pertinacior ille euadat, & communioni ſe publice ingeſſerit, etiam ſi Epiſcopus in probatione deficiat, licet ille indamnatus ſit ab alijs, qui nihil ſciunt, nihilominus ſecedere ad tempus iubeatur; nẽ-

Aliqui non bene probant aſſũptum.

Conc. Affri.

19

Concil. Vaſenſe. Canon. Si tantum.

pe,

pe, extrà communionem fidelium, & quàdiu nihil amplius contra ipsum probari potest, deinceps maneat in cõmunione omnium, præterquàm eius, quieum reum esse nouit, & iudicat.

His igitur testimonijs nihil, aut parum probari potest: quare ratione solum, vt arbitror, hæc sententia confirmãda est, quæ quamuis communis apud omnes, & vera sit, ab omnibus tamen non eodem modo probatur, & vt arbitror, pauci eorum efficacem rationem illius attigerũt. Primum autem nostram rationem in mediũ proferemus. Deinde veroaliorum rationes breuiter examinabimus. Nostra vero ratio ex occursu duorum præceptorũ desumenda est: hic enim duo præcepta concurrunt, alterum non indigne administrandi Eucharistiam, quod consistit in hoc, vt indigno non ministretur; alterum vero non infamandi proximum, nec duplicandi peccatũ eius: prius est virtutis religionis contra sacrilegium: posterius autem virtutis iustitiæ contra detractionem. Quamuis autem dignior, & perfectior virtus sit religio, quàm iustitia, & consequenter peccatum oppositum religioni maius, quam oppositum iustitiæ: nihilominus magis obligat præceptum non infamandi, quam non administrandi Eucharistiam indigno, & peccatori. Sicut enim Sanctus Thomas 2.2.q.32.art.4.ad primum, inquit, præferri obligationem misericordiæ obligationi religionis, quia Deum colimus sacrificijs exterioribus non propter ipsum, sed propter nos, & propter fratres nostros, hoc est, Deus vult, vt sibi offeratur sacrificium propter nostram, non propter ipsius vtilitatem, cum ex illis ipse nihil accipiat: & in hunc sensum explicat illud Oseæ 6. & Matthæi 12. *Misericordiam volo, & non sacrificium*: ita etiam in præsenti de obligatione iustitiæ, quæ respicit proximum, dicendum est, præferendam quidẽ esse obligationi religionis, qua tenemur ad hoc, ne indignis peccatoribus hoc Sacramentum ministremus. Nam, & administrationem Sacramẽtorum, in qua religionis præcepta seruanda sunt, Deus voluit in nostram vtilitatem instituere. Quo circa ratio ipsa naturalis dictat, non indigne à nobis Sacramentum tractari, cum peccatori porrigitur, ne illius peccatum in publicum prodatur, cum in illius vtilitatem institutum sit, & ex publicatione peccati dãmnum grauiora peccatori proueniat, ex eo vero, quod ipsi Sacramentum ministretur, nihil mali Deus patiatur. Atque hinc intelligitur id, quod diximus cap. 1. nempe, eum, qui peccatoribus, & indignis hoc Sacramentum ministrat, graui-

20

Vera conclusionis ratio.

21

Oseæ 6. Matth. 12.

Quo dobliget præceptũ quando duo cõcurrunt incompossibilia.

22

ter peccare, nisi aliquâ iustâ causâ eius ministerium cohonestetur; nempe, cum illud ministratur indigno, ne eius peccatum publicetur. est enim circũstantia ex parte obiecti necessaria, ad hoc, vt præceptũ religionis, quo prohibemur hoc Sacramentum indignis ministrare, nos obliget, sicut etiam diximus eodem cap. 1. ex parte obiecti aliorum præceptorum naturalium aliquas interdum requiri circunstantias, sine quibus ius illorum, & obligatio consistere nequit, quia neque integrum obiectum eorum sine illis esse potest. Eadem quoque ratione existens in statu peccati mortalis sine nouo peccato sacrilegij ministrare potest Sacramentum Baptismi paruulo existenti in extrema necessitate, quando ille præangustia tẽporis non potest se ad iustificationem præparare, neque ad aliud nisi ad ipsius Sacramenti ministerium attendere. Neque tunc censetur indignus minister huius Sacramenti ob instantem necessitatem paruuli periclitantis, qui aliàs indignus esset: certè non ob aliam rationem, nisi quia, cum Sacramentum hoc Christus misericordia sua instituerit, vt nostræ infirmitati subueniret, ratio ipsa naturalis dictat, non esse indignum ministrum, qui, licèt aliàs esset, nunc vrgente necessitate Sacramentum ministrat, ne institutio Sacramenti huic paruulo desit.

Cæterum posset quis contra nostram rationem hoc modo argumentari. Ex duobus malis id, quod minus est, eligi debet, quando ita occurrunt, vt necessarium sit alterum eligere (qui communiter in Schola dici solet casus perplexitatis) sicut ex professo cõfirmauimus 1. 2. disputatione sexagesima sexta, capite quarto: atqui in eo casu, quo peccator aliquis occultus petit Eucharistiam, ita occurrunt duo mala, vt alterum illorum necessario eligendum sit, nempe, aut infamare illum, aut indigno Eucharistiam ministrare: ergo id, quod minus est, eligi debet: minus autem iudicari debet, quod minori opponitur virtuti: cum igitur minor virtus sit iustitia, quam religio, & infamia opponatur iustitiæ, ministrare autem Sacramentum indigno opponatur religioni, conficitur plane, eligendam potius esse infamiã peccatoris, qui petit Eucharistiam, quàm ei indigno illam ministrare. 23 Obiectio.

Respondeo, regulam illã de duobus malis occurrentibus, quorum alterum necessario faciendũ est, esse de obiectis, quæ duobus præceptis aliàs vetitis sunt, atq; ita occurrũt, vt alterum illorum eligere necesse sit. Hæc 24 Solutio.

Quomodo sit intelligenda regula: ex duobus malis minus est eligendum.

autem regula sic intelligenda est, vt ex parte obiecti nulla desit circunstantia pro obligatione cuiusque præcepti cum alio occurrentis, sed ex solo occursu obligatio alterius tollitur. Et in hoc casu verum est, eligendum esse id, quod est contra minorem virtutem, ne fiat id, quod est contra maiorem, veluti cum quis dubitat de Matrimonio cum aliqua muliere à se inito, an validum sit, petenti reddere debet coniugale debitum, eligens id, quod fortasse est contra castitatem, ne denegans debitum coniugale eligat id, quod fortasse est contra iustitiam, quæ virtus dignior est. In hoc enim casu nulla deesse videtur circũstantia ex parte obiecti necessaria, vt vtrumque præceptum obligaret, nisi occursus, quẽ diximus, cogeret alterum eligere. Ratione autem occursus, ne quis perplexus maneat, eligere debet id, quod minus malũ ex se est, & talis electio ratione huius necessitatis mala non manet. In casu vero præsenti non ita cõtingit, sed illa duo mala, nempe infamare proximum, aut indigno Sacramentũ ministrare, ita occurrunt, vt ex parte ipsius obiecti non sint omnes circunstantiæ requisitæ, vt præceptum illud non administrandi indigno Sacramentum obliget, sed aliqua ei desit: nam præceptum religionis prohibet quidem peccatori, eo quod indignus sit, Sacramentum ministrare, & cum indigna receptione illius cõcurrere, nisi aliqua rationabilis causa prospiciendæ famæ illius excusetur: eo quod, cum in illius vtilitatem Sacramentum institutum sit, bonum illius etiam temporale ita præferri debet, vt pro seruanda reuerentia, quæ aliàs Sacramento debebatur, nullum ei damnum inferatur, etiam si damnum illud contra minorem virtutem sit: sicut in alio exemplo de eo, qui administrat Sacramentum in peccato ob instantem proximi necessitatem, iam etiam vidimus.

24

In dubio Matrimonij contracti coniux debet reddere debitum alteri petenti.

25

Rationes quibus alij probant eamdem conclusionem examinantur.

26

Bonauent. Alexand.

Reijcitur.

Cæterũ paucis examinemus rationes aliorum, quibus hanc eamdem sententiam confirmant. Apud Bonauent. in 4. dist. 9. art. 2. q. 4. & Alexand. 4. par. q. 11. membro 2. artic. 3. §. 1. in corpore, & ad tertium quatuor præcipuas inuenio rationes, quarum aliquibus alij vsi sunt: prima est, quia nescit sacerdos vtrum exhibita Eucharistia peccatori Deus ipsum ad meliorem vitam conuertet, quam attigit Bonauentura: admittenda tamen omnino non est, nam hac ratione etiam occulto peccatori in occulto petenti Eucharistia neganda non esset, quia idem sperare posset sacerdos: quinimo, & de publico peccatore hoc sperare posset non solum sacerdos, sed etiam vniuersus populus, & ita publice ei ministrari posset Sacramentum absque vllo scandalo populi, quod sacerdos vitare deberet: adde, quod cum scit sacerdos, illum in peccato accedere, iuxta prudentiæ regulas iudicare debet, ipsum iudicium sibi manducare, & bibere, potius quàm sperare, ad meliorem vitam ipso Sacramento conuertendum.

Secunda inefficax.

Secunda ratio est, ne populus scandalũ patiatur, si videat alicui Eucharistiam denegari. Hanc attigerunt Bonauent. & Alexander locis citatis. Ea tamen nihil momenti habet: tum quia ex illo facto solùm sequi posset infamia illius hominis apud populum: quòd autem infametur apud populum non est scandalum, vt patet. Tum etiam, quia, quamuis ob scandalũ vitandũ debeamus omittere ea, quæ sunt tantum posita in consilio, tamen nullum genus præcepti propter vllum scandalum prætermitti debet, vt 2. 2. quæst. 43. articul. 8. ex sententia Sancti Thomæ probabitur.

27

Tertia nõ conuincit.

S. Thomas.

Tertia ratio est, quia peccator ille ius habet petendi Eucharistiam, hoc autẽ iure non nisi propter publicũ peccatũ priuari potest. Hanc rationem afferunt Bonauent. & Alexãder, & ea vtitur etiam S. Thomas in artic. 6. huius quæst. Verùm, quia peccator, quandiu in peccato manet, verè nullum ius habet ad petendum Sacramentum Eucharistiæ, cũ illud percipiens grauissime peccet, quãuis ad illud genus cõmunionis cum toto populo illud habeat, & ad petendam Eucharistiam inter eos, qui eius ignorant delictum, exterius etiam illud videatur habere, ideo hæc ratio non multum momenti habet. Quocirca Recentiores nonnulli Thomistæ, vt hanc rationem melius confirment, notant, bona cõmunia Reipublicæ etiam spiritualis, quale est hoc Sacramentum, vnicuique iuxta merita ipsius distribui debere, nõ secundùm scientiam priuatã ministri, sed secundùm publicã, & manifestam: eo quòd, si iuxta scientiam priuatam ea bona distribuenda essent, tale ministerium, & distributio mille fraudibus esset exposita. Quisque enim dicere posset, se hoc, aut illo modo hæc bona distribuere, potius quam alio, quia ipse aliter nouit merita cuiusque, quàm publice ab omnibus iudicarentur. Id quod confirmant exemplo iudicis, qui non secundum suam priuatam scientiam iudicare potest, sed secundum publicam sententiam pronunciare debet. Quia igitur sacerdos est veluti publicus minister distribuens fidelibus, tamquam commune bonum Reipublicæ spiritualis, hoc Sacramentum, etiam si ipse priuata sua scientia

Aliqui ãdem fulciunt.

28

Confirmatio ab exẽplo iudicis

tiã nouerit peccãtum alicuius, non poterit huiusmodi Sacramentum denegare ei, cuius peccatum toti populo occultum est. Verum hæc ratio hoc etiam modo confirmata firma non manet: nam, si huius Sacramenti distributio, eo quòd est communis boni inter ciues Reipublicæ spiritualis, postularet fieri secũdùm scientiam publicam, non secundum priuatam, ad hoc vt denegaretur Eucharistia, nihil referret infamia, qua notaretur peccator, cui Eucharistia negaretur, sed ideo primariè peccaret sacerdos quia perturbaret ordinem distribuendi hoc Sacramentum, non quia peccatorem coram populo infamaret, quamuis, & infamia consequenter ei imputaretur, quia præter ordinẽ debitum illius crimen aliquo modo manifestaret: hoc autem falsum est: quia ea solũ ratione peccatori occulto petenti in occulto hoc Sacramentum denegari debet, vt capite sequenti videbimus, quia, cum nulla infamia tunc ipse notaretur, sacerdos nullo modo excusari posset ab iniqua distributione Sacramenti, si ei in occulto illud ministraret. Præterea, si in publico efficere posset sacerdos, vt peccatorem occultum subtili aliquo modo prætermitteret, vel consumendo omnes hostias, quas haberet, antequam ad ipsum perueniret, & ne ille notaretur, alios etiam cum eo sine communione relinqueret, aut alio modo sine nota ei negare posset Eucharistiam, citra contro uersiam id deberet facere; signum igitur est, causam, quæ excusat sacerdotem ab indigno ministerio Sacramenti, non esse, quòd in eo scientia communi, non autem sua priuata vti debeat (cum in prædicto casu priuata vti deberet, si infamiã peccatoris vitare posset) sed quod curã debeat potius habere de fama peccatoris occulti, quàm de dignitate recipientis Sacramentum, ne indigno ministretur, vt supra probatum est. Exemplum quoque iudicis, quod in confirmationem allatum est, non putamus in vniuersum verum: quia accidere potest interdum, vt ipse non possit vti scientiã publica, sed propter scientiam suam priuatam alio remedio vti debeat pro saluanda vita innocẽtis, si id sine perturbatione Reipublicæ facere posset, vt suo loco dicemus. Tota igitur ratio, ob quam peccatori occulto in publico Eucharistia negari non possit, est, ne peccatum illius aliquo modo prodatur cum nota infamiæ: quam rationem attigit Alexander in illa solutione tertia, & alij postea sequuti sunt, nosque superius fusius explicauimus.

Infirmatur primò eadem ratio contra Thomistas

29

Secundò.

30

Explicatur exemplum allatum.

Diluuntur obiecta contra præcedentem doctrinam.

CAPVT IIII.

CONTRA Prædictam tamẽ doctrinam in vniuersum obijciunt sibi Bonauentur. & Alexander in hũc modum. Si quis haberet apud se ensem alterius depositum, & sciret, Domiñũ illius eo se velle occidere, & hac de causa illũ repetere, deberet etiam in publico cũ infamia, & nota Domini eum denegare, si alio modo non posset, potius quã illum restituere, quia nullam iniuriam domino irrogaret, si ob seruandam vitam eius ipsum aliquo modo infamaret, quod aliter eam seruare non posset: ergo eodẽ modo in præsenti peccatori Eucharistiam petenti deneganda esset, ne in iudicium corpus Domini sibi manducaret, potius quã habenda ratio de fama illius: id quod tãtò magis obligare videtur, quãto dignior est vita animæ, quã corporis: nã quò dignior est vita animæ, eò magis secũdùm rationẽ præponi debet famę ipsius. Respõdet Alexãder in solutione penultimi dupliciter: primũ, diuersã esse rationẽ vnius, & alterius: quia si negaretur Eucharistia publico peccatori, scandalũ oriretur, si autem gladius eadẽ causa negaretur, nullum scandalum esset. Hæc tamen solutio probanda non est, iam enim diximus, in præsenti nullam esse habendam rationẽ scandali, vt propter illud vitãdum seruãdum nõ esset præceptũ de administrãda Eucharistia indigno. Deinde respondet ipse, & Bonauent. q. illa 4. ad 3. si gladius in iudicio peteretur fore, vt deberet reddi, nisi in iudicio etiã constaret, Dominũ illius esse furiosum: & quia peccator occultus in iudicio publico petit Eucharistiã, in quo nõ constat ipsum esse peccatorem, ideo (inquiũt) ei deneganda nõ est. Verũ cum iã probatũ sit, in ministerio Eucharistiæ vti debere sacerdotem priuata scientia, si id potest efficere sine detrimento famæ illius, qui Eucharistiã petit, respõsum hoc admittendũ nõ est: cumque maioris momẽti videatur vita spiritualis, quã fama, semper difficultas supereſt, quare ob conseruandã famam peccatoris non sit curandũ de vita spirituali ipsius. Adde, quòd si iudici priuata scientia cõstaret, aliquẽ petere in iudicio ensem suũ eo fine, vt se occideret, deberet etiã publice illũ denegare, etiã cũ detrimento famę illius, si aliter id efficere non posset, nec curare deberet de scientia publica, quia maioris momenti esse existimare deberet, tueri vitam illius, quàm curam habere de fama eius.

Primũ obiectum. Bonauent. Alexãd.

31

Alexandri solutio prima.

Cõfutatur

32

Secunda eiusdẽ, & etiam Bonauentur. reijcienda

Soti reſpō ſum.

Dominicus Sotus in 4. d. 12. q. 1. art. 6. verſiculo: *Secundo arguitur. Grauius, &c* pronūtiat, diſcrimen eſſe manifeſtū inter illa duo, & ita argumentum, quod à ſimili ſumptum eſt, nullius eſſe momenti. Nā, licet ſpiritualia bona præſtantiora ſint corporalibus; maior tamen incumbit obligatio ſuccurrendi fratri, ne patiatur damnū temporale, quam ſpirituale, præſertim dum ſpiritualia mala, nempe, peccata ipſi fratri nota ſunt. Ratio vero (inquit) eſt: quia, vt liberemur à malo ſpirituali, ſolo auxilio Dei indigemus, vt autem liberemur à malis corporalibus, præſidijs humanis, & adiumētis opus eſt: adq; ex hac maiori obligatione circa bona tēporalia fratris, quam circa ſpiritualia prouenire inquit, vt poſsimus violento vti remedio, nequis ſibi manus injiciat, nempe, alligando ipſum, ſi opus eſt: vt autem non peccet, & peccato animam ſuam occidat, non debemus, neque poſſumus talia remedia adhibere, ſed ſuaſsionibus, & precibus, aut reprehenſionibus ſolùm vti debemus. Addit præterea, cum frater peccaret ex ignorantia, futurum quidem, vt maiori obligatione teneremur ad ſuccurrendū damno ſpirituali, quàm temporali.

§3

Infirmatur primò.

Hæc tamen doctrina mihi non probatur, & primum quidē, vt ab hoc vltimo incipiamus, ſi verum eſſet, quod ait, maiori obligatione nos teneri ad ſucurrendum damno ſpirituali, quā temporali, quando frater peccat ex ignorantia, ſequeretur, ſaltem in eo caſu ſacerdotem negare debere Euchariſtiā petenti, quando, nimirum, ille ex ignorantia vincibili indigne accederet, & tunc non eſſe curandū de infamia, qua ille notaretur, ſicut iudex nō deberet de illa curare, ſed negare deberet enſem Domino petenti, vt eo ſe ipſum occideret, quod tamen nullus concedet.

§4

Secundò.

Deinde, quòd indigeamus præſidijs, & adiumētis humanis, vt à malis tēporalibus liberemur, ſolo autē auxilio Dei à malis ſpiritualibus ſeruemur, nō probat, maiorē eſſe obligationē circa temporalia, quàm circa ſpiritualis bona fratris ſeruanda: quoniam, cū auxiliū Dei frequenter nobis communicetur medio humano auxilio, nempe, media reprehenſione, &c. non videtur minus neceſſariū ad conſeruanda, & adquirenda bona ſpiritualia, quā temporalia. Adde, quòd, licèt vt plurimum neceſſarium nō eſſet humanū auxilium ad ſpiritualia bona conſeruanda, ſaltem eo tempore, quo poſſet quadam tenus conducere, potius eſſet adhibendum, quam ad temporalia conſeruanda, aut adquirenda. Quo circa inefficax ſatis mihi videtur ratio differentiæ, quam Sotus conſtituit.

Tertiò.

Recentiores vero nonnulli diſcrimen alijs modis aſsignant; primo, quia maior ſit obligatio erga proximū pro conſeruandis bonis tēporalibus illius, quam pro ſpiritualibus: eo quod ſpiritualia nō amittantur ſine propria voluntate, & ideo minor ſit obligatio vnicuique ad iuuandum ipſum, vt ea conſeruet. Verùm, cum in exemplo adducto ſupponamus, eum, qui peteret proprium enſem, ſua ſola voluntate ſibi illaturum mortem, præſens difficultas hoc modo tolli non poteſt.

Aliorum Recentiorum reſpō ſa.

Primum inſufficiēs.

35

Secundū non plane ſatisfacit.

Secundo diſcrimē aſsignant, quia in caſu poſito eo ſolùm, quòd depoſitarius nō reddat gladiū, impedit mortē corporalē reipſa, ex eo vero quòd ſacerdos neget Euchariſtiā, non impedit mortē ſpiritualem, quā peccator accedens ad menſam Domini propria voluntate iam incurrerat. Diſcrimen hoc manifeſtum eſt, eo tamen nō omnino difficultas tollitur: nam, ſi fieri poſſet, vt antequā Sacramentum alicui porrigeretur, ille non peccaret, ſed in ipſamet receptione peccatum cōmitteret, & anima illius ſpiritualiter moreretur, nihilominus ei miniſtrandū eſſet Sacramentū: ergo diſcrimen illud (quamuis aliàs verum) nō eſt propria cauſa, ob quā ſacerdos nō debeat in eo caſu curare de damno ſpirituali illius. Accedit, quòd, licet opus exterius additum interiori, ſi affectus eodē modo perſeueret, nihil addit malitię, ac proinde nec damni ſpiritualis, tamē fieri poteſt, vt creſcat voluntas, & magis perſeueret peccādi accedēte opere ipſi voluntati, aut vt nouum in ipſa ſumptione cōmittatur peccatū: & ita, licèt iā antea per malam voluntatē anima mortua eſſet, nihilominus in vtroque caſu nouum damnū ſpirituale pateretur, cum efficeretur magis inimica Deo, & magis digna æterno ſupplicio; ſacerdos tamen non poſſet publice Sacramentum denegare, etiam ſi hæc omnia noua damna optime noſſet.

36

Tertiū nullius momēti, primò.

Tertio dicunt, diſcriminem eſſe, quia dānum vitæ corporalis inſtaurari nequit; damnum autem ſpiritualis mortis optime reparatur: hinc enim, inquiunt, ſequitur, maiorem eſſe obligationem nūc de vita corporali proximi ne pereat, & ita auferendi ei omnia, quibus amitti poſsit, quam tuendi vitam ſpiritualem, quæ ſemel amiſſa inſtaurari recte poteſt. Hoc tamen diſcrimen nullius eſſe momenti, vt aſſeramus, potius nos obligari ad tuendam vitam corporalē, & remouenda ea, quę illi nocere poſſunt, quàm ſpiritualē, cōſtat plane ex ijs, quæ diximus 1. 2. diſp. 102. cap. 6. Primū quia ſi hæc ratio aliquam vim haberet, probaret etiam, maius eſſe peccatum occidere aliquem corporaliter, quā ex

37

inten-

intentione directa ruinæ ſpiritualis ipſum ad peccatum inuitare, & ſpiritualiter occide
37 re, quod eſt falſum, cum hoc peccatum oppo natur miſericordiæ ſpirituali, illud autem iu ſtitiæ; miſericordia autem dignior ſit virtus, imo & digniſsima inter cæteras, quę circa proximũ verſantur, teſte S. Thoma. 2.2.q.32.
S. Thomas. Secundò. artic.6. Deinde, cum damnum ſpirituale vſque adeò notabile ſit, vt homo prius ſuſtine re debeat infamiam, imo, & mortẽ corporalem, quã minimo quocunque peccato mortali ſpiritualem ſibi mortem, aut damnum in ferre, ſi ex grauitate damni expendenda eſſet obligatio non miniſtrandi Euchariſtiam, & conferenda cum obligatione non infamãdi proximum, maior profectò iudicanda eſſet non miniſtrandi Euchariſtiam.

Antoris vera ſolutio. Quare ex doctrina ibidem tradita facile reſpondeo, peccatũ miniſtrandi Euchariſtiã peccatori non ſumere ſpeciem ſuam ex ſpiritual damno, quod infertur proximo illam indigne recipiẽti, ſicut ibidem diximus, peccatum inuitandi ad fornicationem, non ſumere ſpeciem ex damno ſpirituali, quod infertur, quia damnum ſpirituale, quod alteri infertur inuitando ipſum ad peccatum, vel cooperando cum eo, etiam ad peccatum, nõ eſt in peculiari ſpecie, vt ibidem capit. 7.
38 oſtendimus, ſed tantũ in ea, in qua eſt peccatum ipſum, quod ille comittit, ſicut etiam nemo peccat peculiari peccato, ex eo q̃ ſe ipſũ occidat ſpiritualiter, aut damnum ſpirituale ſibi inferat per peccatũ aliquod mortale, ſed tantũ ex eo, quod contra aliquã aliam virtutẽ peccat, vt eodẽ etiã capite probauimus. Quo
Nõ poteſt quis reddere depoſitũ enſem Domino volenti ſe occidere. ſit, vt nullum ſit pecculiare præceptũ nõ occidendi fratrẽ ſpiritualiter, præbendo ei occaſionem peccati, aut cooperando cũ peccato illius, ſicut ipſe etiam huius rei nullũ peculiare præceptũ habet, ſed vterque ſolũ præceptum ſit non operandi contra hanc, aut illã virtutẽ, ex cuius violatione ſequitur mors aut damnum ſpirituale, nõ contra aliquam virtutẽ peculiarẽ, neque contra ſpeciale aliquod præceptum. At verò tuendi vitã corporalem fratris, & non dandi ei vllam occaſionem eã amittendi, incumbit nobis præceptũ peculiare miſericordiæ, aut iuſtitiæ. Ex quo ille, qui habet depoſitũ enſem negare illũ debet petenti, ſi eo velit ſe interficere; alioquin peccabit cõtra peculiarem aliquam virtutem reddendo enſem. Hæc autem obligatio, cuiuſcũque virtutis ſit, fortior eſt, quàm obligatio ipſum non infamandi: nam, quòd ille ammittat famam, cum id neceſſe ſit protuenda vita ipſius, nihili fieri debet, ſi iuxta rectam, & prudentem rationem id expendatur. In hoc igitur caſu tueri vitam illius prẽualet infamiæ eius, at in caſu miniſtrandi Sacramentum non occurrit præceptũ non infamandi fratrem cum præcepto tuendi vitam ſpiritualẽ, cum nullum tale præceptum in eo caſu ſit, ſed cũ præcepto non adminiſtrandi Sacramẽtum indigno ob reuerentiam illi debitam, cui, licẽt ſit contra dignioremvirtutem, præferri debet illud de ſeruanda fama, vt capite præcedenti explicatum eſt. 39
Conſtat igitur, argumentum illud â ſimilẽ cõtra doctrinam ſuperius traditam nihil momenti habere.

Secunda obiectio. Deinde obijciet quis hoc modo. Poſſet ſacerdos miniſtrare hoſtiam non conſecratam peccatori, & ita famam illius illæſam conſeruare, & reuerentiam debitam Sacramento exhibere: ergo non debet illi Sacramẽtum hoc miniſtrare. Antiſiodorenſis lib. 4. ſummæ, tractatu 5. cap. 5. q. 4. & Bonauent. in 4. diſt. 9. artic. 2. quæſt. illa 4. ad vltimum plane dicunt, hoc fieri non poſſe ignorante eo, qui petit Euchariſtiam, recte tamen ſi peccator ipſe ſciat, & petat, hoſtiam eo modo ſibi dari, quamuis & hoc poſterius non aſſeueranter affirmet Bonauentura. Alexand. 4. par. q. 11. membro 2. artic. 3. §. 1. verſiculo, *Conſequenter quæritur, ſi liceat*, negare videtur vtrouis illo modo miniſtrari poſſe hoſtiã non conſecratam. Pro hac ſententia citatur etiam Adrianus quodlibeto 3. artic. 3. Ille tamen in eo articulo, verſicul. *Ad ſecundam confirmationem de hoſtia*, non longe ante finem articuli, nihil de hac re definit, ſed ſolum addit, hoc modo nõ ſemper obuiari poſſe ſcandalo, quod oriretur, ſi peccatori occulto Euchariſtia denegaretur, quia non ſemper præſto eſſe poteſt ſacerdoti hoſtia non conſecrata. 40
Ideo autem ignorante eo, qui ſumpturus eſt hoſtiam id fieri poſſe negant, quia eodẽ modo (inquiunt) ille peccaret recipiens ſolum hoſtiam non conſecratam, quo peccaret ſi cõſecratam reciperet ratione ſuæ conſcientiæ, cum putet ſe recipere conſecratam. De idolatria autẽ populi nihil curant prædicti Doctores, fortaſſe ob rationẽ, quam inferius aſſeremus.

Aliqui negant hoſtiam non conſecratam dari poſſe peccatori ob vitandum ſcandalũ. S. Thomas. Caietanus. Ricardus. Durandus. Gabriel. Paludanus. Sotus. Abſq; vlla verò diſtinctione abſolutè negãt, dari poſſe hoſtiam nõ conſecratam, ro conſecrata, etiam pro vitanda irreuerẽtia, ne Sacramentum detur indigno. S. Thomas in art. 6. huius quæſtionis ad 2. & ibi Caietanus. Ricardus in 4. diſt. 9. artic. 3. q. 1. §. *Ad argumẽta ad partem aliam*. Durand. in 4. num. 10. Gabriel, quæſt. 2. art. 1. dub. 1. Paludanus eadem diſt. q. 4. concluſione 5. Maior. q. 4. §. contra ſecundam concluſionem ad 7. & Dominicus

Sotus.

Sotus in 4.dict.12.q.1.art.6.§. *Secundo arguitur.* Caietanus quidem expreſſe loquitur in vtroui caſu, nempe, vel ignorante eo, qui petit Sacramentum, vel etiam id ſciente: cæteros autẽ omnes eodẽmodo ſentire, ex ipſorum ratione manifeſte colligitur: nam Ricardus ea ratione inquit, id nõ licere, ne detur occaſio idololatriæ populo. Hæc autem ratio eodẽmodo locũ haberet, ſiue id ignoraret, ſiue etiam ſciret is, qui Sacramentũ petit. Cæteri vero non tantũ id aſſerunt hac ratione, ſed etiã, quia fictio in Sacramentis valde pernicioſa, & execranda eſt: ob quã rationẽ hęc ſententia mihi etiã probatur: nã illa de idololatria non omnino placet, non quia, vt ait Adrianus, Sacramentũ debeat adorari ſub cõditione, qua de cauſa etiam prædicta ratio ipſi etiã minime probatur, hoc enim falſum eſt, vt tom.1.diſput.108.c.12. & diſp.110.c.5. mõſtrauimus, ſed quia, vt oſtendimus eodẽ tom. 1.huius 3.p.diſp.110.c.5. ſine periculo idololatriæ adorari poteſt imago Chriſti pendẽtis in cruce, etiam ſi reipſa ibi dæmon lateat, & opera ſolũ ipſius illa appareat: quia idololatria non cõmittitur ſine expreſſa intentione adorãdi pro Deo id, quod reuera non eſt. Ac proinde qui adoraret hoſtiã non cõſecratam, apprehendens cogitatione ſua ibi Chriſtum, idololatriam non cõmitteret. Illa vero poſterior ratio, quia in Sacramentis non licet vti falſitate, expreſſa videtur in ſimili caſu ab Innocentio III. in cap. *De homine. De celebratione Miſſarũ*, vt prædicti Doctores, excepto Ricardo, notarunt; vbi à Pontifice peccati dãnatur ſacerdos, qui, ne in peccato mortali, cuius conſcientia pulſabatur, celebraret, & nouum peccatũ incurreret, ficte cõſecrauit; imo vero ait Pontifex grauius hũc ſacerdotẽ peccaſſe, quã ſi in peccato vere celebraſſet: quia in hoc caſu ſolũ cõtra Deum delinqueret, in illo autẽ cõtra Deum, & homines peccauit. Ex quo etiam colligitur, eodem modo falſum eſſe, quod ait Antiſiodorenſis in prædicto loco, homini decrepito, aut ægroto non conſtituto in extrema neceſsitate, qui deuotionis gratia ſolum frequenter petit Euchariſtiã, ſi ſacerdos præ manibus nõ habeat hoſtiam conſecratã, poſſe porrigere non conſecratam pro illa; nam etiam in hoc caſu falſitas illa in rebus, & ſimulatio peccatum eſſet graue, vt in ſuperiori caſu. Inquit tamen, ægroto in extrema neceſsitate conſtituto non eſſe licitum hoc modo miniſtrare hoſtiam non conſecratam, quamuis oppoſita ſententia in hoc ei paſsim tribuatur. Reddit autem rationem, & aſsignat diſcrimen, quia illi neceſsario dicendum eſt: *Credis hoc eſſe corpus chriſti?* & ipſe ſacerdos dicere debet: *Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.* quæ ſunt mendacia, in priori autẽ id dicere non eſt neceſſe. Friuola tamen eſt ratio, & differentia: nam etiam in poſteriori caſu non eſſet opus, illa verba dicere ſi in priori non eſſet, & quamuis in neutro verba illa dicerentur, non deeſſet in vtroque falſitas in rebus, quæ etiã eſt peccatum in hac re, ſicut dicere prædicta verba.

41

Antiſiodorenſis reiicitur.

42

Innocent.3.

43

Vera ratio prædictæ doctrinæ.

44

45

Doctrinam traditam in cap.3. de non neganda publice Euchariſtia occulto peccatori, diximus, apud Scholaſticos Doctores ſine controuerſia eſſe, & reuera ita eſt. Nam quãuis Durandus ab illis quodammodo diſſentire videatur, potius in facto, quam in iure diſſentit. Cum cæteris enim in eo conuenit, vt ſi neceſſe ſit occultum peccatorẽ publice infamare, ſi ei Euchariſtia denegetur, nullo modo ei deneganda ſit, atque in hac ſententia omnes conſpirant. Adhibet tamen Durandus in 4.diſt.9.q.5.nu.6. & ſequentibus diſtinctionem, qua oſtendere contendit, etiã publice aliquando negari poſſe Euchariſtiã occulto peccatori; ea tamen diſtinctione nõ vtitur, vt defendat, aliquo modo licere infamare occultum peccatorẽ, denegando ei Euchariſtiam, ſed vt oſtendat, aliquando publice negari ei poſſe Euchariſtiam ſine nota infamiæ. Inquit igitur, aut ſacerdos eſt parochus, ſeu locum tenẽs illius, aut eſt alius ſimplex ſacerdos, qui nouit peccatũ illius: ſi ſit ſimplex ſacerdos, recte denegare poterit Sacramentum Euchariſtiæ, licèt publice ab eo petatur tempore præcepti, & generalis communionis: habet enim in promptu excuſationẽ, nempe, quòd ad ipſum non ſpectet, ſed ad parochum Sacramentum communionis miniſtrare. Putat autem, hoc modo ſine vlla nota infamiæ denegari poſſe Sacramentum. Quod ſi ita fieri poſsit, nemo contra Durandum ſentiet. Et ſanè, ſi Euchariſtia petatur ab hoc ſacerdote, antequam accedat ad altare, in quo non ſint hoſtiæ conſecratæ, ſed eas ipſe conſecrare debeat pro laicis, qui ſint cõmunicaturi, facile ſe poterit excuſare ab hoc miniſterio ſine vlla nota eius, qui Euchariſtiam petit. Quod ſi ita fieri poſsit, nullus negabit, debere ſacerdotem hoc modo Euchariſtiam etiam publice denegare, ne eam indigno peccatori mihi iret. Nam Autores, qui dicunt, non poſſe negari publice Euchariſtiam occulto peccatori, non intelligunt, quando id ſine nota illius fieri non poſſet, nempe, ſi occultus peccator iam inter alios ad menſam cõmunionis acceſsiſſet, tũc enim etiam ſimplex ſacerdos ſine nota Sacramentum negare non poſſet. Si autem ſacerdos

Communis eſt doctrina de non negãda Euchariſtia occulto peccatori publice petenti. Eandem tenet Durandus.

Caſus in quo negari poſsit publice petenti.

ſacerdos eſt parochus vel locũ illius teneãt, aut petitur ab eo Euchariſtia tempore generalis cõmunionis, tunc nullo modo negari poteſt Euchariſtia: hoc autem intelligit, etiam ſi peccator nondũ inter alios ad menſam Euchariſtiæ acceſſiſſet, quia nullo modo ſine nota infamiæ Sacramentum tunc etiã ei negari poſſet; ſi vero extra illud tempus petat, curare debet blande ipſum à cõmunione remouere (intelligit autẽ antequam peccator ad menſam cõmunionis accedat.) Concludit tamẽ ſi id fieri nõ poſsit ſine ſcandalo, Euchariſtiam ei negandam non eſſe. Nihil igitur contra cæteros Doctores Scholaſticos docet Durandus, etiam ſi ipſe profiteatur, ſe diſcedere à cõmuni ſententia eorum, qui abſolute abſque vlla diſtinctione dicunt, occulto peccatori non eſſe publice negandam Euchariſtiam, ſed ſolùm cõtendit aſsignare modum, quo publice negari poſsit hoc Sacramẽtũ ſine nota peccatoris, qui illud petit, quod quidem ſacerdos curare debet.

Peccatori occulto occulte etiam Euchariſtiam petenti neganda eſt.

CAPVT V.

46

Primę opinionis aſſertum primum.

Paludanus.
Antoninus.
Syluester.
Gabriel.

DIXIMVS Hactenus, quo pãcto occulto peccatori publice Euchariſtia miniſtrari debeat, reliquũ eſt, vt dicamus, vtrum in occulto neceſſario etiam ei miniſtranda ſit, an negari debeat. Paludanus in 4. d. 9. q. 4. artic. 2. concluſ 2. & 3. Antoninus 3. p. titul. 14. c. 12. §. 2. Siluester verbo *Euchariſtia*. 3. q. 5. Gabriel d. illa 9. q. 2. art. 3. dubitatione 1. primùm docent, ſi occultus peccator in occulto petat à ſacerdote, qui non eſt paſtor eius, aut à proprio paſtore extra tempus obligationis, Euchariſtiam ei denegandã eſſe, etiam ſi ſacerdos ille peccatũ ſolum nouerit in confeſsione. Qua in parte ſententiam Paludani ſequitur etiam Adrianus in quodlib. 3. art. 3.

Adrianus.

Ratio verò eorũ eſt, quia peccator ille non habet ius petendi Euchariſtiam: recte igitur illi negari poteſt, & debet, ne indigno miniſtretur: ſupponũt autẽ manifeſte, ex eo, quod Sacramentum illi negetur, nihil fieri contra ſecretum debitum cõfeſsioni. Deinde dicũt,

Secundum

ſi peccator occultus petat à proprio paſtore Euchariſtiam tẽpore obligationis, vt in extrema neceſsitate, aut in Paſchate, & paſtor ſciat peccatum illius extra confeſsionem, debere illi denegare Sacramentum: hoc autem nulla ratione probant, eius tamen ratio facile ex dicendis colligitur. Poſtremo aſſerunt, ſi peccator occultus petat Euchariſtiã tẽpore obligationis, vt dictum eſt, & parochus ſolùm ſciat peccatum eius in confeſsione, non poſſe illi Sacramentũ denegare. In hac vero poſtrema parte cum illis cõuenit Nauarrus in ſumma cap. 21. num. 55. alio tamen diuerſo nixus fundamẽto, neque enim prędicti Autores, vt illis falſo imputat Dominicus Sotus loco allegando, hanc poſtremam partem docuerũt, quia aliàs fieret iniuria ſigillo confeſsionis (cũ in 1. parte concedant, ſacerdotem nõ proprium, aut etiam proprium extra tempus obligationis denegare poſſe, & debere Euchariſtiam occulto peccatori in occulto petenti, etiã ſi peccatũ illius ſolum cognoſcat in cõfeſsione) ſed hac ſola ratione, quia peccator ille, occurrente præcepti obligatione, ius habet petẽdi Sacramentũ, quo priuari non poteſt à ſuo parocho per ſcientiam, quã ille ſolum habet vt Deus, ſed per eam, quam habet ſolũ vt homo: cumq; peccatum, quod parochus ſolum ex cõfeſsione nouit, ſolum ſciat vt Deus, nõ autẽ vt homo, cõſequitur (inquiunt) vt ratione illius ſcientiæ nõ poſſit peccatori occulto Euchariſtiã negare. Adde, quod Paludanus expreſſe dicit, negando huic peccatori Euchariſtiã in occulto, non reuelari cõfeſsionẽ. Tum etiãipſe, & Gabriel, Siluester, & Antoninus aſſerũt, in prædicto caſu debere ſacerdotẽ propriũ monere peccatorem illum occultum, ne petat Euchariſtiam (vt inde ſcias, pro fundamẽto huius ſententiæ nihil prædictos Autores curaſſe de obligatione ſeruandi ſecretum cõfeſsionis.) Cæterùm Nauarrus poſtremã partem huius opinionis ex eo probat, quia, ſi Euchariſtia negaretur, reuelaretur ſecretũ confeſsionis, quod nõ licet. Ex quo patet, Nauarrum non eodem fundamento nixum cũ prædictis Doctoribus in ea parte conueniſſe. Ex illo autẽ fundamẽto non ſolũ ſequitur ea pars prædictæ ſententiæ, ſi ſermo ſit de parocho, ſed etiã ſi loquamur de quocumq; alio ſacerdote, non ſolum tẽpore obligationis communicandi, ſed quocumque alio, quia idem incõmodum ſemper ſequeretur, quicumque ſacerdos Euchariſtiam negaret, nempe, reuelatio ſigilli; aut ſi in vno caſu nõ ſequeretur, neque in vllo alio ſequi poſſet, vt patet. Quare non deberet Nauarrus ſolum de parocho, & de tẽpore obligationis communicandi prædictã ſententiam nobis tradere, quaſi in illis peculiaris aliqua ratio eſſet.

47

Tertium.

Nauarrus.

Sotus.

Ratio huius aſſerti

48

Alia ratio Nauarri.

49

Dominicus Sotus in 4. d. 12. q. 1. art. 6. ſingularẽ in hac re ſequutus opinionẽ, dicit, dũ

Soti opinio ſingularis

agitur de occulto peccatore Euchariſtiã poſtulante, nihil curandum eſſe, vtrũ in publico, an in ſecreto illam petat, ſed vtrouis modo ei negari non poſſe: ſi tamẽ prius ei ſuaderi nequeat, vt à communione deſiſtat, & ſacerdos, à quo Euchariſtiam poſtulat, ipſius parochus ſit, aut cui ex officio incumbat. ei Sacramenta miniſtrare. Deinde prædictam ſententiam limitat, vt intelligatur ſolum,
50 quando ſubditus Euchariſtiam petit tempore præcepti, & obligationis, nẽpe, in Paſcha, aut in extrema neceſsitate; extra illud vero tempus, inquit, ſi tanta ſit imprudentia ſubditi, vt frequenter vellet ſumere Sacramentum in peccato, denegari ei deberet. Ex quo ſequi videtur, ipſum ſentire, ſemel, aut iterum permittendum eſſe, neque Euchariſtiam ei negari poſſe.

Fundamẽtum primæ partis.

Priorem partem huius ſententiæ probat Sotus fere eodem fundamento, quo nituntur Autores præcedentis ſententiæ, quia, nimirum, cũ ille habeat ius petendi Euchariſtiam, iniuria illi fit, ſi ſine manifeſta cauſa contra tale ius Euchariſtia ei negaretur. Notat autẽ, fundamentum huius ſententiæ nullatenus eſſe poſſe, ne peccator ille infametur, aut ſigillum confeſsionis non ſeruetur, hęc enim duo facile caueri poſſunt (inquit ille) cum in occulto tãtum Euchariſtia ei denegetur. Addit tamen, ſi peccatum ſolum notum eſſet in confeſsione, & ob illud Euchariſtia peccatori denegaretur fore, vt quodãmodo pœnitenti peccatum ipſius exprobraretur à ſacerdote, quod nõ licet. Poſteriorem vero partem huius ſententiæ nulla ratione probat, ſed arbitrio ſolum prudentis eam definit.

Vera eſt communis opinio abſque vlla limitatione.

Mihi vero ſemper placuit cõmunis ſententia Doctorum, qui abſque vlla diſtinctione docent, peccatori occulto, cuius peccatũ ſacerdos nouit, ſi in occulto petat Euchariſtiã, denegandam eſſe: quæ ſane intelligitur, ſiue petat à ſimplici ſacerdote, ſiue à proprio parocho, ſiue tempore obligationis, ſiue extra illud. Quã vero occulte debeat Euchariſtia denegari, vt id ſine peccato fiat, inferius dicemus.

51 *Alexand. Ricardus. S. Thomas. Durandus. Maior. Ledeſma. Bonauent.*

Hanc ſententiã ſic abſolute explicatã, tradiderunt Alexand. 4.p.q.11.memb.2.artic.3. §.1. Ricard. in 4. diſt. 9. art. 3. q. 1. S. Thom. eadem citata diſt. q. vnica art. 5. q. 1. Durandus q. 5. numero 6. qui ait, in hoc omnes Doctores conuenire, & certe ad ſua vſque tempora hęc erat omnium opinio. Conſentiunt etiam ex poſterioribus Maior eadem diſt. 4. concluſ. 3. & Ledeſma in 4. p. 1. q. 21. art. 6. dub. 3. quibus etiã annumeratur Bonauent. in illa diſt. 9. art. 2. q. illa 4. ſuperius citata, qui loquens de peccatore occulto, ſolum inquit, ſi publice Euchariſtiam petat, non eſſe illi denegandam, quaſi ſupponens, in occulto aliam ſeruandam eſſe regulam. Ex his vero Autoribus prędictam ſententiam expreſſe dicunt eſſe veram, etiam ſi ſacerdos in confeſsione ſolũ nouerit peccatum illud, Alex. S. Thomas, Durandus & Ledeſma, imo & Maior, ſi id, quod docet in tertia illa concluſione, cum eo, quod tradit in prima, conferatur. Cæteri autem, cum abſolute loquantur, neque caſum confeſsionis excipiant, de illo etiam intelligendi ſunt.

Prima opinio ſuperius memorata confutatur primo

Verũm antequã propria ratione hanc noſtram ſententiam confirmemus, duas præcedentes paucis refellamus, ex quarum refutatione noſtra quoque confirmabitur. Primum igitur, ſi fundamentum illud Paludani, & aliorum de ſacerdote, qui ſcit peccatum illud in confeſsione, alicuius eſſet momenti, ſequeretur fore, vt non ſolum parochus non
52 poſſet negare Euchariſtiam peccatori petenti tempore præcepti, ſed etiam neque alio tempore: quia ſubditus non tantum ius habet petendi Euchariſtiam, & Sacramentum abſolutionis tempore præcepti, ſed etiam extra illud: atque vt oſtendemus, parochus, nõ ſolum debet audire confeſsionem, & Euchariſtiam miniſtrare tempore prȩcepti communis, quo omnes ad illã obligantur, ſed extra illud, ſiquidem profectui ouium inuigilare debet: ergo ſi ſubditus per peccatũ, quod ſolùm in confeſsione notum eſt ſacerdoti, nõ amiſiſſet ius petendi Euchariſtiam tempore præcepti, neque alio etiam tempore cenſeretur amiſiſſe, ac proinde in neutro denegandũ eſſet ei hoc Sacramentum, fruſtraque Paludanus, & alij diuerſo modo de vno, & de alio philoſopharentur, vt vidimus.

Secundus

Friuolum etiam eſt, quod dicunt ratione iuris, quod habet ſubditus tempore prȩcepti ad petendam Euchariſtiam, negari ei nõ poſſe propter ſcientiam confeſsionis: eoquod debeat ei ſolũ denegari ratione ſcientię humanæ extra illam; hoc, inquam, friuolum eſt: quoniam, ſi quid obſtaret, quo minus ſciẽtia confeſsionis prodeſſe poſſet ad hunc effectũ, illud eſſet, ne ſecretũ illius aliquid pateretur: atqui, vt inferius dicemus negari poteſt Euchariſtia ſine vllo detrimẽto talis ſecreti: ergo nihil obſtat, quominus per ſciẽtiã confeſsionis Euchariſtia denegetur, aut ſi ea ſciẽ
53 tia non poſſemus vllo modo vti extra confeſſionem, falſò dixiſſet Paludanus, & alij, extra tempus præcepti Euchariſtiæ negari poſſe hoc Sacramentum occulto peccatori, etiã ab eo, qui ſolũ incõfeſsione peccatũ illius nouit.

uit. Porro in tri ſtatu de Pœnitẽtia oſtẽdemus, communem eſſe Theologorum ſententiam, poſſe confeſſarium ratione peccati, quod in confeſsione audiuit, remouere pœnitentem ab officio, quando id ſine nota, aut ſuſpicione violationis ſigilli confeſsionis fieri poteſt. Et ita refutata manet prima ſententia, quæ eſt Paludani, & aliorum.

Secunda etiam reijcitur primò.

Deinde ſecunda, quæ eſt Soti, primùm eodem modo reijcitur: quia, vt ille, qui habebat ius petendi à ſuo paracho tempore præcepti Euchariſtiam, illud amittat, cauſa quidem requiritur manifeſta ipſi paracho qui illam negare debet: at quòd illa cauſa debeat eſſe manifeſta extra confeſsionem, certè nulla ratione requiritur, cum nihil obſtet, quominus ea ſcientia confeſsionis parochus vtatur, vt ſupra diximus: neque enim ob id reuelare dicitur confeſsionem, vt patet, aut improperare peccatum, vt infra oſtendemus. Præterea extra tempus præcepti, ſi ſemel cõcedamus, vt concedit Sotus, ſemel, aut iterũ petenti non poſſe negari Euchariſtiam, neſcio, cur negari poſsit ei, qui frequentius eam poſtularet? quòd enim ille grauius, aut minus grauiter peccet percipiendo Euchariſtiam, in cauſa eſſe non poteſt, vt denegetur ei, aut nõ poſsit denegari, vt patet: & ſi ad pluries petẽdum Sacramentum ille ius nõ habet, quia grauius peccat, neſcio, cur ad petendum ſemel illud habeat cum reuera mortaliter, licet minus grauiter peccet; ſiquidem in vtroque caſu eodem modo peccatum occultum eſt. Cum igitur duæ præcedẽtes ſententiæ falſis nitantur fundamentis, & nulla alia ſuperſit niſi tertia illa, vt probabilior amplectenda eſt.

Secundo.

155 Ratio eiuſdẽ doctrinæ veræ ex dictis petita.

Iam vero propria ratione eam cõfirmare ex fundamentis ia dictis in 3. cap. non erit operoſum: diximus enim ibi, peccatori occulto publice petenti Euchariſtiam denegari nõ poſſe, ea ſola ratione, ne vllam infamiæ notam ei inuramus, aliquo modo peccatum eius publicantes: cæteras vero rationes, quæ adduci ſolent ad eam confirmandam, minus ſufficientes eſſe diximus. Cum igitur ex eo, quòd ſacerdos in occulto neget Euchariſtiam peccatori, nulla noua infamia apud aliquem ille notetur, ceſſat profecto omnis cauſa, quæ excuſare poſſet à peccato ſacerdotem, hoc Sacramentũ indigno peccatori miniſtrãtem. Quare cũ omnis noua nota infamiæ ceſſare debeat, vt in occulto Euchariſtia denegetur, ſicut dictum eſt, plane etiam conſequitur ita in occulto negandam eſſe, vt nullus alius teſtis ſit præter ipſum ſacerdotem, & peccatorem occultum, cui negatur, ne apud aliquem aliũ nouiter peccator ille infametur: quod ſi peccatum illius non ſolum nouit ſacerdos, ſed vnus, aut alter etiam, qui ſacro etiam aſſiſtunt, perinde erit: quia ex eo, quòd coram illis Eũ chariſtia ei denegetur, nulla noua infamia notatur. Neque vero obſtat, quòd peccatum illud ſit notum in Confeſsione, quominus negetur peccatori Euchariſtia in occulto ſine vllo alio teſte, quia tunc, vt etiam Paludanus, imo & Sotus concedit, non violatur ſigillũ ſecreti confeſsionis, vt patet: violaretur autem ſine dubio, ſi coram alio, qui idem peccatũ nouiſſet, Euchariſtia illi negaretur. Quod igitur diximus, poſſe peccatori occulto denegari in occulto Euchariſtiam, etiam coram vno aut altero teſte, qui idem peccatũ nouit, intelligendum eſt, quando ſacerdos nõ nouit illud in confeſsione, neque ex tali negatione Euchariſtiæ ſuſpicari quis poſſet de ſacerdote, quod illud in confeſsione audiuit. Neque etiam ob id auditum in confeſsione ipſi peccatori improperatur, ſicut falſò contendit Sotus: vt enim oſtendemus in materia de Pœnitentia, monere pœnitentem circa peccatũ auditum in confeſsione, ipſumque dirigere circa emendationem illius, non eſt improperare illi peccatum, nec vllo modo cõtra reuerentiam debitam Sacramento. Sic igitur in præſenti, dum ſacerdos impedit illum, ne nouum committat peccatum, dummodo id efficiat blandè & ſine verbis improperij, non dicitur improperare peccatum neque, quidquã contra reuerentiam Sacramenti efficere. 56

Vtrum ad purgationem delicti, de quo ſuſpectus quis eſt, Euchariſtia miniſtrari poſsit, an non? Diſputatio 210.

Varia Scholaſticorum placita. Cap. 1.
Confutantur recitatæ opiniones. Cap. 2.
Vera ſententia. Cap. 3.

Varia Scholaſticorum placita,

CAPVT. I.

Status quæſtionis, & dubij ratio.

COMMVNIS Scholaſticorum ſententia, eſt nemini ſuſpecto de aliquo crimine ad purgationẽ illius Euchariſtiã tribuendam eſſe, qua vero ratione, & iure id vetitum ſit in-

ter eoſdem Scholaſticos non ſatis mãnifeſtũ eſt: præſertim, cum in Concilio Vvormatienſi canone 10. qui refertur Canone; *Si Epiſcopo.* 2. q. 5. ſtatuatur, vt ſi Epiſcopo, aut presbytero crimen aliquod imputetur, Miſſam celebret, & hoc modo de crimine obiecto innocentẽ ſe oſtẽdat; alioquin quinquennio ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur. Et in canone 15. eiuſdem Concilij, qui refertur in canone: *Sæpe* 2. etiam q. 5. præcipiatur, vt, ſi intra monaſterium furtum aliquod fieri contigerit, & autor eius ignoretur, fratreſque ab hoc delicto purgãdi ſint, Miſſa celebretur, & ab Abbate, vel ab alio ex mandato ipſius ſinguli fratres in ea Euchariſtiam ſumant, & hæc verba dicant; *Corpus Domini ſit mihi ad probationem hodie.* Eadem verba, quæ dicturi eſſent fratres, habentur in eodem canone apud Ricardum lib. 11. cap. 66. quamuis in Concilio ipſo ea non habeantur, ſed ſolum dicatur: *Et ſic in vltima Miſſa celebratione* (hoc eſt in poſtrema parte Miſſæ) *pro ex purgatione ſua corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti percipiãt, quatenus ita ante innocentes ſe eſſe oſtendant.* Cum igitur videatur hic modus purgationis in Concilio non ſolùm approbatus, ſed inſtitutus, difficile eſt, nec ſatis inter Scholaſticos certum, qua ratione, & quo iure minime liceat. S. Thomas in hoc art. 6. ad tertiũ putat, hæc decreta per documenta Romanorum Pontificum iam eſſe in Eccleſia abrogata, nullum tamen affert ius poſterius, quo ſpeciatim hic modus purgationis per Euchariſtiam abrogatus ſit, ſed ſolum profert canonem *Conſuluiſti.* 2. quæſt. 5. & capitulum, *Ex tuarum, de purgatione canonica*, vbi nulla fit mentio de purgatione per Euchariſtiæ Sacramentum, ſed ſolùm canone illo reprobatur modus purgationis per ferrum cãdens & aquam feruẽtem, quòd eo modo extorquẽ dam eſſe veritatem ſacri canones minime cẽſeant, & ſuperſtitionis modus videatur, qui ſanctorum Patrum documento ſancitus non ſit. In cap. autem: *Ex tuarum*, reijcitur etiam purgatio par aquam frigidam, ita vt ſacerdos, qui per eam iam purgatus fuerat, cenſeatur non ſufficienter purgatus, & ita præcipitur, vt canonice purgetur, hoc eſt, alio modo canonicæ purgationis. Reddit autem rationẽ, cur in prædictis capitibus modus ille purgationis per aquam feruentem, vel ferrum candens ſit improbatus, quia in eo modo videtur tentari Deus, & ita ſine peccato adhiberi non poteſt: hinc autem colligit, eadem ratione non licere, hoc Sacramentum ad purgationem delicti miniſtrari, quia multò grauius peccatum videretur in hoc Sacramẽto, quod inſtitutum eſt ad noſtram ſalutẽ, iudicio mortis aliquem exponi. Gloſſa etiam in canonem illam, *Sæpe* 2. quæſt. 5. eodem modo inquit hos canones abrogatos eſſe per canonem: *Tribus: Deconſecratione* diſtinct. 2. & per cap. *Cum delictis. Depurgatine Canonica*, & Sotus in 4. diſtinct. 12. quæſt. 1. artic. 5. §. *Tertio arguitur*, in modo, & cauſa abrogationis conuenit cum S. Thoma: colligit autem abrogationem ex eiſdem canonibus, & ex cap. vltimo, *Depurgatione vulgari*, vnde colligere videtur, peccare mortaliter maritos, qui ex zelotypia erga vxores eas cogunt, vt ad ipſarum probationem Euchariſtiam coram illis ſumãt: & præterea nefandum eſſe vſum iudicum, qui præcipiunt mulierculis, vt communicẽt, & ita ab eis extorquere volunt, an Matrimonium cum aliquo contraxerint, de quo inter eos contrauerſia eſt. Eadem ratione canonẽ illum Concilij Vvormatiẽſis abrogatum eſſe, putant Alexander 4. p. q. 11. membro 2. articul. 3. §. 1. verſicul. *Cõſequenter quæritur, vtrũ corpus Chriſti dandum eſt ad purgationem?* quamuis nullum alleget alium canonem, in quo ille fuerit abrogatus. Nihilominus deinde alio modo reſpondetur, nempe, Concilium in canone illo non præcepiſſe, vt reuera Sacramentum miniſtraretur alicui ad purgationem, ſeu probationem delicti, ſed potius, vt timore accedendi ad hoc Sacramentum, & ſumẽdi corpus Chriſti pœniteret ipſum peccati, & per contritionem à peccato cõmiſſo iuſtificaretur: quam expoſitionem prædictorum canonum ſequitur Gabriel in diſtinctio. 9. quæſtio. 2. art. 3. dubitatione 5.

Demum S. Thomas in 4. d. 9. q. 1. artic. 5. quæſt. 2. ad ſecundum, præter priorem illam aliam etiam adhibet expoſitionem prædictis canonibus Concilij Vvormatienſis, nimirum, noluiſſe Concilium præcipere, vt talis purgatio per Euchariſtiam fieret, ſed vt propter timorem illius homines à futuris peccatis abſtinerent, illud ſtatuiſſe. Hæc ſunt quæ Doctores Scholaſtici docuerunt, & quæ mihi non probãtur, nam quid ſentiat Maior, cuius ſententia mihi placet, inferius dicam in ea ſolutione tertia.

Gloſſa.

Sotus.

4

Alexander

Alia eorũdem canonem expoſitio.

Gabriel.

Alia Sãct. Thomæ.

5

Maior.

Confutantur recitatæ opiniones.

CAPVT II.

Prima expoſitio reijcitur, & canonũ abrogatio improbatur.

IN Præſente difficultate primò difficile videtur quod S. Thom. Alexander, Gloſſa, & Sotus locis citatis aſſerũt, prædictos canones Concilij Vvormatiẽſis abro-

Concil. Vvormatienſe.

Canon Sæpe.

2 Ricardus.

S. Thom. putat aliquos canones abrogatos eſſe circa purgationem delicti per Euchariſtiam.

Capit. Ex tuarum.

3

Primò. abrogatos fuisse per alios. Primo, quia in toto iure, aut in nullo Concilio posteriori nullus canon reperitur, qui expresse abroget purgationem delicti per hoc Sacramentum, quamuis reperiantur iura, in quibus abrogantur purgationes delicti; quæ fieri à nonnullis consueuerant per aquam feruentem, & ferrum candens, quæ admouebantur suspecto de crimine aliquo. Porro has purgationes eo modo fieri consueuisse, vt si quis illæsus inde exiret, censeretur innocens, si autem aliquid pateretur, puniretur etiam propter delictum, & hac ratione fuisse abrogatas, colligitur ex capite vltim. *De purgatione vulgari*; vbi dicitur: *Eos ferri candentis iudicium subire compellunt, quibus, si qua ex inde sequatur adustio, cibilem pœnam infligunt*. Similis modus purgationis delicti videtur consueuisse fieri per aquam frigidã, & de hac solum fit mentio in cap. *Ex tuarum. De purgatione canonica*. Nam de purgatione per aquam feruentem, & ferrum candens simul fit mentio in canone: *Cõsuluisti*, qui est Stephani V. 2. q. 5. de omnibus autem illis tribus in canone: *Manam*, qui est Gregorij II. q. 5. tametsi difficile videatur, purgationem illam per aquam frigidam eodem modo factam fuisse, quo per calidam fiebat, vt in ea etiam tentari videretur Deus, sicut inferius dicemus. Purgationem igitur illam per ferrũ candens reprobatam fuisse, quia in ea tentaretur Deus, cum ad comprobãdã innocentiam ab eo peteretur manifestũ miraculum, nempe, vt ferrum candens innocentem non adureret, vllo modo constat ex verbis citatis illius cap. vltimi: *De purgatione vulgari*: post quæ etiam subditur in hunc modum: *Cum igitur huiusmodi iudicium sit penitus interdictum, vtpote, in quo Deus tentari videtur, mandamus, &c.* Et quamuis in canone *Manam*, quod est Gregorij, & canone *Consuluisti*; quod est Stephani in quibus duo illi priores modi purgationis non admittuntur, ratio illa (quia nimirũ, in illis tentetur Deus) non exprimatur, nihilominus ob illam reprobatos fuisse, colligitur ex verbis Pontificis Stephani in illo canone, *Consuluisti*: ibi enim cum dixisset, purgationem per aquam feruẽtem, & ferrum candens non admitti à sacris canonibus: postea reddit rationem his verbis, *Et quod anteriorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum*. Vbi supponit in illis modis aliquid superstitionis inueniri, nempe, quod in illis tentare tur Deus: nihil enim aliud superstitiosum in illis fuisse probabilit aliquo fundamento nixi afferere possumus. Gregorius autem in canone illo *Manam*, id circo reprobat duo illa genera purgationis, quæ diximus, & tertium, quod fiebat per aquam frigidam, quia nulla lege canonica probata essent. Quæ quidem sola ratio sufficeret, licet nihil superstitionis continerent, neque in illis Deus tentaretur: & fortasis hanc solam causam adduxit Pontifex, quia in probatione aquæ frigidæ nulla etat superstitio, neque in ea tentabatur Deus, sed solum inuidia hominum, sicut aliæ probationes, erat inuenta. Porro autem in purgatione per aquam frigidam non fuisse tentatum Deum, ex eo videtur probari, quia in cap. *Extuarũ. De purgatione canonica*: purgatio presbyteri, qui per aquam frigidam se purgauerat, non admittitur, eo quod tamquam peregrina esset prohibita: si autem talis esset, vt ea non purgaretur, nisi ille, qui ab aqua nihil omnino pateretur, sicut in alia, quæ erat per aquam feruentem, & per ferrum candẽs fieri consueuerat, in qua quidem tentabatur Deus, iamsemel facta, deberet admitti, si constaret hominem illum nihil omnino ab aqua passum fuisse: decens enim erat, vt sic probatus ab vno iudice, etiam contra ordinem iuris, innocens iudicaretur ab alio, licet modus probationis peregrinus, & iure prohibitus fuisset. Fortasis igitur iudices solum per aquam frigidam probabant hominẽ, non tentando Deũ, vt si probatus nihil reciperet lesionis, innocens iudicaretur, sed ita vt, si forti animo frigus illud sustineret, purgaretur a crimine, & pœna ordinaria liberaretur, sicut modo etiam probantur homines in equuleo, & aliis tormentorum generibus, quibus grauissime torquentur, & patiuntur, ideoque fortasis reprobata fuit hæc purgatio in iure, quòd peregrina, & præter sacros canones iudicaretur.

Quamuis igitur inueniantur iura, quibus purgationes illæ, reprobantur, quod in illis tentatur Deus, immerito prædicti Scholastici dicunt, per prædicta iura fuisse abrogatos canones illos Concilij Vvormatiẽsis, quod in purgatione, quæ fiebat per huius sacramenti perceptionem, eodem etiam modo tẽtaretur Deus, cum in ea peteretur à Deo signum aliquod exterius, quo manifestaretur delictum, de quo erat suspicio: sic enim errorem manifestum tribuũt Concilio, quod quamuis Prouinciale fuit, & cum approbatũ non sit, errrare potuerit, tamen re ipsa errasse non sine magno fundamento asserendum est: quis autem dicat tale opus petendi signum à Deo, & tentandi ipsum, quod est genus superstitionis contra Religionem, vt cõstat ex D. Thoma 2. 2. q. 97. Concilium Prouinciale, tã quam laudabile opus, & remedium idoneũ ad

6

Cap. *Ex Tuarum.*

Canon Consuluisti. Stephani. Canõ *Manam. Gregorius.*

7

Aliæ probationes delictorũ à canonibus sunt reprobatæ.

8

9

Probatio delicti per susceptionem Eucharistiæ reprobata non fuit, quia tentaretur Deus

10 *Adrianus.*

ad purgationem canonicam approbaſſe? Quæ ſola ratione Adriano in quodlibeto 3.art.3.litera G. prædictorum Theologorum ſententia de abrogatione illorum canonum, nimirum, quòd in perceptione illa Sacramenti tentaretur Deus, minime probatur.

Eadem expoſitio ſecundò confutatur.

Deinde cum nulla ſint verba in illis canonibus, ex quibus colligatur, Concilium voluiſſe præberi Sacramentum ad purgationem delicti, ita vt cum eo poſtularetur à Deo ſignum aliquod manifeſtum, abſque fundamento tam iniqua lex cum manifeſto errore Concilio tribuitur. Porro autem nulla eſſe verba, ex quibus colligere quis poſsit illud, quod diximus, patet, quia ſi qua eſſent maxime illud quod refert Gratianus in canone illo: *Sæpe*, quæ purgandus dicebat ſumens Euchariſtiam, nempe: *Corpus Domini ſit mihi ad probationem hodie*, atqui licet illa verba omnes compilatores habeant, in Cõcilio non habentur, ſed alia, vt ſupra vidimus. Addè, quòd licet purgandus ea verba proferret, non proinde conſequitur, fore, vt tentaret Deum: tum quia ſenſus illorum, vt infra dicemus, eſſe poterat, vt Sacramentum ſumenti deſeruiret ad purgationem, non per ſignum ſenſibile, quo Deus eius innocentiam teſtaretur, ſed ſicut iuramentum ad idem prodeſſe poterat: tum etiam, quia licèt purgandus ſignum ſenſibile peteret, nihil ipſe innocens eſſet, non diceretur tentare Deum, ſicut etiã inferius explicabitur.

Numquã ſtatuta eſt lex à Concil. Vvorma. præbẽdi Euchariſtiam ad purgationem delicti.

Gratianus.

11

Secunda D. Thomæ ratio non omnino quadrat.

Secundo id, quod dixit etiam Beatus Thomas in 4.diſt.illa 9. menti Cócilij nullo modo quadrare videtur, nimirum, illud ſtatuiſſe Concilium, non vt reuera ſumeretur Sacramentum, ſed vt propter timorem illius homines à peccatis abſtinerent: nam ſi ita eſſet, & viderent homines, Euchariſtiam numquã ad purgationẽ delicti præberi, nullo modo tale remediũ timerent, & timore illius à peccatis abſtinerent, ſed eiuſmodi leges nihili facerent. Accedit quòd licet ſententia excõmunicationis aliquando ad terrorem ſolum fieri ſoleat, id quod ex quibuſdam circumſtãtijs colligitur, tamẽ nulla lex hactenus ad terrorẽ ſolùm lata eſt. Et ſanè in prædictis canonibus nullum verbum eſt, ex quo vel leuiter quis colligere poſsit, eos hoc modo latos fuiſſe. Quocirca hæc interpretatio Adriano loco citato merito etiam non placuit.

12 *Adrianus.*

Alexandri expoſitio improbatur.

Tertio id, quod dixit Alexander in poſteriori interpretatione, nimirum, præceptum in illis canonibus fuiſſe, Euchariſtiam tribuẽdam eſſe ſuſpecto de crimine, non vt purgaretur à tali ſuſpicione, ſed vt timore tanti Sacramenti per veram contritionem ad Deum conuerſus in ipſa perceptione Sacramenti à peccato iuſtificaretur, multo minus mihi probatur. Neque enim idoneum medium cenſeri poterat, tribuere hoc Sacramentum ſuſpectis de crimine, vt ipſa perceptione reuerentia tanti Sacramenti commoti, ad Deum per veram contritionem conuerterentur, cum ex ſe poſtulet ſanctitatem in eo, cui tribuitur, neque ad primam iuſtificationem inſtitutum ſit. Adde, quòd, ſi verba illorum canonum recte expendantur, nullum eſt verbum, quod prædictum ſenſum quoquomodo inſinuet. Et hæc ſufficiant circa opiniones Scholaſticorum, quas hactenus memoraui.

Vera ſententia.

CAPVT III.

13 Concluſio breuiter.

IAM Vero quid mihi videatur paucis exponam. Primum igitur cenſeo, purgationem illam ſuſpicionis de aliquo crimine inſtitutam in Cõcilio illo Vvormatienſi ex ſe licitam eſſe, neque quidquã habere ſupreſtitionis. Deinde cenſeo, conſuetudine contraria prædictis canonibus derogatum fuiſſe, vt iam nõ liceat eiuſmodi purgationem adhibere. Prior pars huius ſententiæ ex dictis manifeſte colligitur. Nã, ſi quã ratione talis purgatio ex ſe minime licerer, ideo eſſet, aut quia in ea tentaretur Deus, aut quia ſuſpectis de crimine, ſicut etiam manifeſtis peccatoribus, hoc Sacramentum tribuere non liceret: neutra autem ratione hæc purgatio ex ſe mala eſt: non priori, quia, vt optimo docet Maior, qui in priori parte noſtræ ſententiæ nobiſcum conuenit in 4.d.9.q.4. §. *Contra quintam Concluſionem*; hæc purgatio per Sacramentum fieri poteſt per modum iuramenti, vt quemadmodum à ſuſpecto de crimine extorquetur iuramentum, quia iure ipſo præſumitur ipſum dicturum veritatem, ne committat peccatum periurij cõtra Deum, ſi vero ille dixerit falſum, non imputatur extorquenti iuramentum: ita etiam à ſuſpecto veritas per hoc Sacramentum extorqueatur, quia præſumendum eſt fore, vt ipſe potius à participatione Sacramẽti abſtineat, quàm, indignè ſumens hoc Sacramentum, nouũ peccatum committat: ſic autem in tali purgatione non tentaretur Deus vllo modo, quia nullum ſignũ ab eo peteretur ad experiendã potentiam, aut ſcienciam ipſius, in quo ratio formalis huius peccati tentandi Deum poſita eſt: vt conſtat ex S. Thoma. 2.2. q. illa 97. art. 1. Quinimo, licet ſumens hoc Sacramentum

Prior pars probatur.

In probatione delicti per hoc Sacramentum non tentatur Deus.

Maior.

14

S. Thomas.

tum

tum ad purgationem delicti, de quo ſuſpectus eſſet, inuocaret ſupra ſe potentiam Dei, vt ſigno viſibili damnaretur, niſi innocens eſſet, non tentaret Deum, hoc enim eſſet genus iuramenti, quod vocant execratorium, in quo potẽtia Dei, vt teſtis inuocatur. Quod quidem cum veritate, & rationabili cauſa nullum peccatum, ſed potius religionis opus eſt, veluti ſi quis cũ veritate diceret; Si hoc, aut illud, quod mihi imputatur feci, abſorbeat me viuũ infernus, vel Deus ſubito occidat me: hoc enim non eſt velle experiri potentiam Dei, ſed veritatem profiteri, ita vt niſi ita res ſe habeat, Deus vindictam de mẽdacio ſumat. Qui autem iurat cum veritate, 15 recte ſcit, Deum nihil facturum ad demonſtrandam potentiam ſuam. Cum autem aliquis vult experiri potentiam Dei in comprobatione veritatis per ferrum candens, vel aquã feruidam ſine cauſa poſtulat à Deo, vt impediat vim aquæ feruentis, & candentis ferri, quatenus hoc modo veritas comprobetur. Conſtat igitur, etiam ſi quis Euchariſtiam ſumeret ad purgationem, & in ea poſtularet, vt, niſi innocẽs eſſet, Deus ſigno aliquo ſenſibili ipſum publicè puniret, non fore, vt tentaret Deum, ſicut is, qui per aquam feruentem, aut ferrum candens purgari velleteo modo, quo diximus; ac proinde ob priorem illam rationem purgationem per hoc Sacramentum ex ſe malam, ſeu vetitam non eſſe.

Suſpectis de crimine poteſt hoc Sacramentum ad purgationem conferri.

Neque vero ob poſteriorem rationem mala cenſeri poteſt, quia ſicut à ſuſpectis de crimine exigitur purgatio per iuramentum, poterit etiam exigi per hoc Sacramentum: neque enim fas eſt præſumere, huiuſmodi ſuſpectum in peccato ſumpturum Euchariſtiã, ſed potius fore, vt ſi conſcius criminis eſt, ad eam non accedat, ſicut præſumendum etiam eſt, neminem, qui purgatur per iuramentum, falſo iuraturum. Et hæc ſatis ſint in confirmationem prioris partis noſtræ ſententiæ. In cuius confirmationem affert etiam Maior aliud exemplum, quòd, nimirũ, Religionum præpoſiti interdum ſolent reſeruare ſibi cõfeſſiones omnium religioſorum, quoties in monaſterio aliquid furto ſublatum eſt. Hoc tamen ineptum medium videtur, imo periculoſum ad purgationem delicti, cum prælatus deinde non poſsit vti ſcientia confeſsionis ſine detrimento ſecreti, quod illi debetur,

16 Maioris exemplũ.

Poſterior pars probatur.

Poſterior vero, in qua conuenit etiam nobiſcum Maior loco citato, vnica facili ratione probatur, quia hoc ipſo, quod genus aliquod purgationis vſitatum non eſt; peregrinum, ac proinde minime licitum cenſeri debet, ſicut dicitur in capite *Ex tuarum*, *De purgatione canonica*, illis verbis: *Quia verò peregrina iudicia ſunt inhibita, purgationem, quã præſtitit, ſufficere non putantes*, &c. ſola igitur deſuetudo in hac re ſufficit, vt talis purgatio vitata cenſeatur, non quia deſuetudo ipſa poſitiue improbet purgationem, ſiquidem ſola negatio cõſuetudinis nihil improbat, vt malum, ſed quia hoc ipſo, quòd talis purgatio in conſuetudine non eſt, cenſetur peregrina, ac proinde iure ipſo iam reprobata, licet antiquo iure confirmata, & probata fuerit. Pro hac noſtra ſentẽtia, præſertim quod ad priorẽ partem attinet, alij allegari ſolent Scholaſtici ex antiquioribus, vt Alexander, S. Thomas, & Gabriel, illam tamen non docent: eorum autem opiniones capite præcedenti fideliter à nobis memoratæ ſunt. Negare certè non poſſumus, Adrianum ſupponere, hoc genus purgationis ex ſe licitum eſſe, imo vero nũc etiã licere, illudque comparat purgationi, quæ fit per iuramentum: nam, cum adduxiſſet argumentum ad probandum, licere miniſtrare Euchariſtiã publicis peccatoribus, quia etiã datur ſuſpectis de aliquo crimine ad purgationem illius: reſpondet, concedendo antecedens, & negando conſequentiam. Concedit igitur, dari poſſe hoc Sacramentum ad purgationem, ſicut etiam exigitur à ſuſpecto iuramentum pro purgatione. Aſſignat vero diſcrimen inter ſuſpectum de crimine, & manifeſtum peccatorem, & reuera manifeſtum eſt: quia, ſicut, cum à ſuſpecto exigitur purgatio per iuramentum, iure præſumitur, ipſum non peccaturum, ſed potius dicturum veritatem: eodem modo, cũ peteretur purgatio per hoc Sacramentum, potius præſumeretur fore, vt ipſe ab hoc Sacramento abſtineret, quàm in iudicium ſibi illud manducaret: de manifeſto autem peccatore id nulla ratione præſumi poteſt.

17 Aliqui falsò pro hac ſententia citantur.

18

Quædam quæſtio diſſoluitur.

Ex qua doctrina facile etiam diſſoluitur alia quæſtio, quam antiquiores Scholaſtici proponunt, nimirum: vtrum ſuſpectis de crimine hoc Sacramentum tribui poſsit. Nam, niſi ſuſpicio talis ſit, vt nulla in contrarium admittatur probatio, ſed æquiualeat manifeſto crimini, non eſt Euchariſtia deneganda, ſiquidem, vt ex dictis conſtat, ad purgationem delicti, ex ſe tribui poſſet niſi inſueta, & peregrina eſſet talis purgatio. Si vero talis ſit, vt non admittatur probatio in contrarium, quæ quidem à Doctoribus dicitur violenta, tunc de illa iudicandum eſt, ſicut de manifeſto crimine, propter quod, ſi publicum ſit, publicè etiam Euchariſtia neganda eſt, ſi vero non ſit publicum, non publicè, ſed in occulto neganda eſt. Id circo Autores, qui de hac

Capit. Ex tuarum.

hac re diſputant, ſigillatim referre opus non eſt.

ARTICVLVS VII.

Vtrum nocturna pollutio aliquem impediat à ſumptione Sacramenti.

Confirmatio doctrinæ Articuli.

19 CONCLVSIO Eſt; *ea ſolum pollutio nocturna, quæ peccatum eſt, ita impedit perceptionem Sacramenti, vt poſt illam ad hoc Sacramentum accedere ſacrilegium ſit. Ea vero, quam quis patitur ſine peccato, non impedit hoc modo ſacram perceptionem, licet congruum videatur poſt illam ad hoc Sacramentum non accedere.* Quæ vero pollutio ad mortalem culpam nobis imputari debeat 1.2. diſput. 115. cap. 3. fuſius tractauimus. Doctrina hæc Doctoris ſancti vera, & communis inter Scholaſticos eſt, quam ita debemus intelligere, vt, licet pollutio accidat ex turpi cogitatione, ſi tamē eueniat ſine culpa mortali, non ſit vllum peccatum ad Euchariſtiam accedere, ſed ſolum cōgruum iudicetur ab ea abſtinere, niſi aliqua ob id nota contraheretur. Conuenit cum S. Thoma Ricardus in 4. d. 9. art. 2. q. 3. Maior in diſt. 9. q. 2. §. *His præmiſſis*, concluſione 6. & §. ſequente, & videtur conſentire Gabriel lectione 10. in canonem litera M. ex ſententia Gerſonis, quatenus aſſerit, nullam immūditiam corporalis pollutionis ex ſe impedire perceptionem Sacramenti, ſed ratione alicuius, quod ipſam comittari poteſt, nempe, ratione diſtractionis animi, de qua antea fuerat loquutus, quorum opinio mihi maxime probatur. Nam ſi pollutio quocumque modo eueniens non ſit peccatum, vt ſupponimus, nullo modo impedire poteſt effectum Sacramenti præcipuum, vt diſput. 207. cap. 1. & 2. diximus: ac proinde non erit nouum peccatum etiam veniale, ita ad hoc Sacramentum accedere. Id quod plane docuit Iuſtinus Martyr etiam loquens de pollutione, quæ in ſomnijs ex turpi cogitatione accidit, lib. quæſtionum à gentibus Chriſtianis poſitarum ad q. 21. inquit enim de illis, qui hoc modo polluuntur: *Eos autem planè æquum non eſt, quibus ita actiones nonvoluntarie euenirēt a Diuinorū Sacramentorum participatione abſtinere.* Bene video in codicibus impreſsis Pariſijs anno 1554. ſine negatione legi: *Æquum eſt*, verū ratio, quam Iuſtinus proximè ſubiungit, cogit planè, vt cùm negatione legamus: ait enim: *Alioqui hoc ipſo eorum malorum, quæ voluntate & eorum, quæ non voluntate ſuſcipiuntur, & geruntur, differentiam tollimus* (nempe, ſi æquū eſſet, vt ij, qui præpter voluntatem polluuntur à participatione Sacramentorum abſtinerent.) Putat igitur, æquum nō eſſe: quinimo, Gregorius Magnus qui pro ſententia oppoſita referri ſolet, hanc noſtram confirmat: nam in lib. interrogationum Auguſtini Cantuariē ſis reſponſione 11. & refertur canone *Teſtamētum* d. 6. docet, tribus modis accidere poſſe pollutionem, primùm ex infirmitate naturæ, aut ſuperfluitate, & hanc inquit timendam non eſſe, hoc eſt, ob illam nō eſſe à cōmunione abſtinendum: deinde ex crapula, & cum in hac ſit planè venialis culpa, & aliquis animæ reatus, vt ipſe notauit, nempe, incauſa, inquit nihilominus, eum non peruenire vſque prohibitionem percipiendi Sacramentū, ſed ſolum exiſtimat, eum, qui ſic pollutus eſt, à celebratione humiliter abſtinere debere, nōquia ſit neceſſarium ex præcepto, ſed in ſignum humilitatis. Poſtremo denique ait, pollutionem accidere ex praua cogitatione, quæ præceſſerit in vigilia: diſtinguit autem, quo pacto, in vigilia illa praua cogitatio accidere poſsit, & tunc ſolum dicit eſſe peccatum, cum voluntas conſenſerit, non tamen dicit, propter pollutionem, quæ accidit in ſomnijs ex praua cogitatione in vigilia ſine conſenſu volūtatis, à communione abſtinendum eſſe.

Ricardus. Maior. Gabriel. Gerſon.

120

Iuſtin. Martyr.

31

Greg. Mag.

Auguſt. Cāntuar. Can. Teſtamentum.

22

Contra hanc doctrinā adduci poteſt primum Auguſtinus ſermone 244. de tempore poſt medium, vbi de pollutione, quæ nobis nolentibus accidit, nulla prorſus diſtinctione facta, inquit, nobis non licere communicare, niſi prius, & eleemoſyna præcedat, imo & ieiunium, dummodo infirmitas non obſtet: & ſubdit: *Sed dicis: peccatum quidem eſt, ſed tamen paruum eſt: nec nos dicemus, quia capitale peccatum eſt, ſed tamen ſi frequētius exerceatur, & ieiunijs, & eleemoſynis non redimatur, nimis immundam facit animam.* Reſpondent aliqui, Auguſtinum quidem loqui de pollutione, quæ non eſt peccatum vllo modo; cum vero dixit, poſt illam non licere communicare, nō exiſtimaſſe, peccatum eſſe comunicare ex eo ſolum, quod quis pollutus eſt, ſed ratione diſtractionis mētis, quę expollutione prouenire ſolet, cum qua ad hoc Sacramentum accedere peccatum aliquod eſt, ideoque dixiſſe, accedere poſt pollutionem ad hoc Sacramentum eſſe capitale peccatum, hoc eſt, mortale, quod pœnam mortis, quæ dici ſolet pœna capitis, mereamur, ſed paruū quoddā peccatum.

Obijcitur Auguſt.

Aliquorū ſolutio.

23

Ego

Augustinus exponitur.

Ego vero existimo, Augustinum non lõqui de pollutione, quæ nullo modo peccatũ est, sed quæ veniale saltem peccatum est. Nam si recte contextus expendatur, verba illa: *Neque nos dicemus, quia capitale peccatum est: sed tamen si frequentius exerceatur: & ieiunijs, vel eleemosynis non redimatur, nimis immundam facit animam*: ad pollutionem, nõ autem ad perceptionem Sacramenti post illam referuntur: primùm, quia de ea pollutione dixit, post illã non licere communicare; nisi prius præcedat compunctio, & eleemosyna: si autẽ illa nullo modo peccatum esset, nulla de ea esset compunctio, neque eleemosyna pro illius satisfactione elargienda: hoc autem remedium pro illa designauit Augustinus, sicut paulò antea pro peccato veniali, quod quis interdum committit accedens ad propriam vxorem. In cuius confirmationem adduxerat illud Ecclesiastici 3. *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum*. Cũ igitur postea ait: *Si frequẽtius exerceatur, & ieiunijs, vel eleemosynis non redimatur*, de eadẽ pollutione hoc dicit. Deinde probatur: quia ex eo, quod non liceat post pollutionem, quæ nobis nolentibus accidit, communicare, colligit, neminem negare posse, illud, quod vigilantes, & volentes facimus esse peccatũ: hoc autẽ minime colligeret, nisi in illo genere pollutionis, quæ etiã nolentibus accidit, aliquod esset peccatũ. Postremo denique, quia cum postea ostendisset, quo pacto paruo illo, & non capitali peccato, si sæpius committatur, nimis immunda anima reddatur, & exhortatus fuisset, vt qua cura vestem nostram sine macula, & scissura quisque conseruare vult, ita vt neq; velit cũ tunica sordida ad Ecclesiam venire, ita etiam curam habeat immũditiei animæ suæ, ne cũ anima inquinata per luxuriã ad altare accedat: intelligit autẽ etiam per illud genus pollutionis illud, quod dixerat esse paruũ peccatum, (de hoc enim semper loquutus fuerat) loquitur igitur de pollutione, quæ aliquo modo venialis saltem in causa est: hæc enim etiam nolentibus nobis accidit. Cum vero ait non licere post illam communicare, verbum: *Non licet*, non denotat, ita prohibitum esse communicare, vt si id fiat, nouum pecatum sit, sed quia non ita congruum sit, post illam communicare ante peractam illius pœnitentiam, sicut postea. Neque enim putaret Augustinus, veniale peccatum antea commissum, etiã si illius nulla præcedat pœnitentia, ita obstare communioni, vt peccatum sit contra reuerentiam Sacramenti, cum eo communicare; alioquin seueram nimis doctrinam nobis tradidisset, & contra id, quod Gregorius postea docuit, & Scholastici plerique sequuntur. Deinde contra eamdem doctrinam obijci potest Dionysius Alexandrinus in Epistola ad Basilidem, quæ est in 3. tomo Bibliothecę sacrę, nam in canone 2. *De menstruatis mulieribus*. docet, sic affectas non ausuras, vel ad sanctã mensam accedere, vel corpus, & sanguinem Domini attingere: idẽ habet Timotheus Alexand. in responsis canonicis, quæ habentur in 6. tomo Bibliothecæ sacræ, responso 7. Nam, sicut macula illa corporalis sanguinis mẽstrui impedimento erat non cõmunicandi, eadem ratione macula illa pollutionis notatur. Eodemque modo obijci potest id, quod idem Timotheus dicit responsione 5. & 13. nempe, coniungatos non posse simaxim sumere eo die, quo simul cohabitauerint, hoc est, carnaliter se cognouerint, imo & die Dominica, & Sabbatho ab huiusmodi cõgressu abstinere eos debere. Aliqui Theologi respondent, hæc omnia non esse ex precepto necessariò seruanda, sed tamquam magis congruẽtia à Patribus proponi. Ego vero puto, lege aliqua canonica, aut vniuersali, aut synodica hæc duo fuisse statuta, siquidẽ, vt refert Balsamon in illũ canon. 2. Epistolæ Dionysij noua ella cõstitut. 13. Leo Imperator cognomẽto *Sapiens* illud de menstruatis ita etiam decreuit, non quòd ipse ad hoc potestatem haberet sed quòd statutum Ecclesiasticum sua etiam lege exprimere, & confirmare voluerit; imo & Dionysius supponit, huiusmodi mulieres in Ecclesiam nõ admitti cum alijs, sed in abscessu quodam Ecclesiæ esse, hoc est, in loco solitario, vt explicat Balsamon ibidem. Et hac fortasse ratione introducta fuit consuetudo, ne mulier etiã post partum per aliquot dies Ecclesiã ingrederetur, sicut in lege Moysi præceptum erat. Quam consuetudinem ita abrogauit Innocentius III. in cap. vnico: *De purgatione post partum*, vt mulieres non possint ab ingressu Ecclesiæ prohiberi, sed liberum illis reliquerit, ex deuotione ab eo aliquandiu abstinere. Eodem modo, vt fert Augustinus sermone illo 244. de tempore post medium, lege aliqua scripta, seu consuetudine cautum fuisse videtur, vt mulieres post Matrimonium, & consummationem illius per triginta dies Ecclesiam non ingrederentur, cum de illis ait, *Per triginta dies Ecclesiam ingredi non præsumant*, quæ tamen contraria cõsuetudine iam abrogata est; nam initio nascentis Ecclesiæ: cum maior esset fideliũ deuotio, pro maiori huius Sacramenti reuerentia congruenter satis hæ leges instituræ videntur, & hoc modo intelligi debet canon; *Omnis homo. De consecratione*. d. 2. qui refertur à Gra-

Eccli. 3.

24

25

Gregorius.

Item obijcitur Dionysius Alexandrinus

Timotheus Alex.

26

Alicorum solutio.

Autoris explicatio

Balsamon.

Innocentius 3

Augustinus

27

Cano Omnis homo.

Gratianus. 1. 2. Burcardus.

à Gratiano ibidem, ab Iuone parte 2. ſui decreti cap. 32. & à Burcardo lib. 5. cap. 22. Vbi dicitur: *Omnis homo ante ſacrã communionem à propia vxore abſtinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus.* Et fortaſſe propter hæc, quæ allegauimus, & alia huiuſmodi Scholaſtici aliqui antiqui putarunt, ex natura rei ante omnem humanam conſtitutionem veniale peccatum eſſe, accedere ad Euchariſtiam, aut cum menſtruo ſanguine aut poſt copulam cũ vxore, ante quam dies aliquot, aut horæ elaberentur: cum tamen, ſi ſecludas omnem poſitiuam legem, hæc omnia, quæ diximus, non impediant Euchariſtiæ perceptionem etiam ſub veniali.

28

Obſeruatio.

Illud autem obſeruandum eſt, ſi aliqua eſſet lex non accedendi ad Euchariſtiam poſt coitum cum vxore, aut in menſtruo ſanguine, non venialiter, ſed mortaliter pecaturum eũ, qui ad illam accederet, veluti ſequente diſputatione dicemus, eum, qui percipit hoc Sacramentum non ieiunus, etiam ſi parua aliqua quantitate ieiunium violauerit, quæ ex ſe ad veniale tantum peccatum, imo fortaſſe ad nullum contra legem ieiunij ſufficeret, mortaliter peccare; quia præceptũ non eſt de ſeruando ieiunio, ſed de non communicando poſt ſumptionẽ alicuius potus, aut cibi etiã minimi: ſic igitur, quamuis peccatum non ſit menſtruus ſanguis, aut coitus cum propria vxore, tamen ſi lex illa eſſet, quam diximus, mortale eſſet ſumere Sacramentum, quia lex illa prohiberet ipſam Sacramenti ſumptionẽ. Quare, ſi vlla vmquam fuiſſet lex, qua prohiberetur aliquis poſt pollutionem nocturnam non voluntariam communicare, non paruum, ſed magnum peccatum eſſet, poſt illam ad Euchariſtiam accedere; hanc vero aliquando fuiſſe, non video, qua ratione probari poſſit.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum cibus, aut potus præſumptus impediat ſumptionem huius Sacramenti.

CONCLVSIO Eſt, *lege Eccleſiaſtica vetitum eſt, poſt cibum, & potum hoc Sacramentum percipere.*

An hoc Sacramentum à ieiunis ſolum percipi poſsit. Diſput. 211.

A tempore Apoſtolorum præceptum Eccleſiaſticum fuiſſe, ne hoc Sacramentum ab vllo, niſi ieiuno perciperetur, contra hæreticos oſtenditur. Cap. 1.

Diluuntur obiecta hæreticorum. Cap. 2.

Non ſolum Eccleſiaſticum, ſed etiam naturale ieiunium intra diem naturalem præcedere debet communionem. Cap. 3.

Propter periculum mortis imminens communionem à non ieiunis percipi poſſe. Cap. 4.

Sacerdoti non ieiuno in aliquibus caſibus extra periculum mortis licet Sacramentum hoc ſumere. Cap. 5.

A tempore Apoſtolorum præceptum Eccleſiaſticum fuiſſe, ne hoc Sacramentum ab vllo niſi ieiuno perciperetur, contra hæreticos oſtenditur.

CAPVT I.

Lutherus. Caluiniſtæ. Bellarminus

IAMETSI Hoc ſeculo Lutherus in libr. contra Regem Angliæ edito anno 1522. quẽ ſequũtur Caluiniſtæ, vt teſtatur Cardinalis Belarminus libro 1. de Miſſa cap. 14. docuerit, communionem liberam eſſe debere, ſiue interdiu, ſiue noctũ, etiam ſi quis modeſte mã ducauerit, aut biberit antea: Hæreſis tamen hæc eorum, qui conténunt ieiunium ante cõmunionem, antiquior in Eccleſia fuit, vt colligitur ex Concilio Cõſtantienſi ſeſſione 13. ſtatim à principio §. *In nomine ſanctæ.* Quis autem fuerit Autor huius erroris tempore prædicti Concilij, non cõſtat: nam neque inter articulos Vvicleffi, qui damnati ſunt ſeſſio. 8. qui etiam referuntur in Epiſtola Martini V. poſt ſeſſionẽ 45. & copioſiùs ab Vvillielmo Vvidefordo in lib. contra Ioannem Vviclef ſum in fine, neq; inter articulos Ioãnis Huſz qui ab eodem Martino in illa Epiſtola referuntur, hic error numeratur. Damnatur autẽ

Concilium Cõſtantiẽſe.

Vvicleffus. Martinus. 5 Vvillielmus Vvidefordus. Ioãn. Huſz.

in

in confeſsione illâ Concilij Conſtantienſis, vbi dicitur, etiâ ſi Chriſtus poſt cœnâ confecrauerit, & Sacramentũ ſui corporis diſcipulis dederit, nihilominus Eccleſiam laudabili conſuetudine iuxta ſacrorũ canonũ decreta id ſeruaſſe, vt hoc Sacramentũ non cõficeretur poſt cœnam, neque à fidelibus nõ ieiunis reciperetur, niſi in caſu ægritudinis, aut alterius neceſsitatis ab Eccleſia conceſſo. Et quamuis in petitione oblata Cõcilio in ea ſeſſione, in qua poſtulabatur, vt error de cõmunicatione laicorum ſub vtraque ſpecie dãnaretur, de damnatione huius erroris de non ſeruando ieiunio pro communione nihil continueretur; nihilominus Concilium in damnatione illum ſimul cum alio expreſsit, vt conſtat ex dictis. Extant etiam huius antiquiſsimæ conſuetudinis Eccleſiaſticæ præclara teſtimonia in multis Concilijs; ex quibus probatur, ita receptum fuiſſe in Eccleſia ante 1100. annos, nempe à tempore Concilij Carthaginenſis 3. nam canone 29. illius Concilij, qui refertur canone, *Sacramenta altaris*, diſtinct. 1. præcipitur, vt hoc Sacramentum non niſi à ieiunis hominibus celebretur: excipit tamen diem anniuerſarium, quo cœna Domini celebratur. Idem canon eodem modo habetur in Concilio Affricano ſub Bonifacio I. canon. 8. & in Cõcil. Matiſconẽſ. 2. canone 6. excepto etiam die feriæ 5. in cœna Domini. Verum ante Concilium hoc Matiſconenſe in Concilio Bracharenſi 1. cap. 16 præceptum erat, vt in ſolennitate feriæ 5. in cœna Domini à ieiunis Miſſa illius celebraretur. Non quod expreſſe voluerit Concilium illud improbare conſuetudinem Affricanam, quam ex Concilio Carthaginenſi, & alijs me morauimus; ſed ad tollendum errorem illius temporis, qui ibidem inſinuatur, & in Concilio Bracharenſi 2. canone 10. ex Priſcilliano originem traxiſſe videtur, vt quod nimirum ſacerdotes Miſſas defunctorum poſt acceptum merum, & oblationem non ieiuni celebrarent, atque in die cœnæ Domini ab hora tertia diei primum Miſſas defunctorum non ieiuni celebrantes, poſtea vero hora nona ad Miſſam cœnæ Domini accederent, Affricani autem Patres alia de cauſa in cœna Domini non ieiuni celebrabãt, vt inferius dicemus. In Concilio autem Toletan. 7. in canone 2. de finitur, ne vllos id, quod ægritudinis cauſa conceditur, in perniciem ſuam facere præſumat, videlicet, vt poſt cibum, potumque quantumuis minimum ſumptum, Miſſam celebret. Demum in canone 29. Trullano ſextę Synodi idem decernitur. De more autem Affricanæ Eccleſiæ, quod attinet ad feriam 5. cœnæ Domini Patres Trullâni dixerunt, tunc fortaſſe propter aliquas in illis locis occurrẽtes cauſas Patres Affricanos aliqua in hac re vſos fuiſſe diſpenſatione: ſupponunt igitur, ante Concilium Carthaginenſe hoc præceptum in Eccleſia Dei etiam circa feriã 5. in cœna Domini fuiſſe, ipſos tamẽ aliqua de cauſa diſpenſatione vſos diem illum excepiſſe. Quare mihi non probatur interpretatio Alexandri Alenſis 4. p. q. 11. membro 2. art. 4. §. 2. ad vltimum, qui canonem illum Concilij Carthaginenſis intelligit, non de celebrantibus, & ſumentibus Euchariſtiam, ſed de aſſiſtentibus, nimirum, vt cæteris anni diebus ieiuni deberent ſacro intereſſe; at vero in die anniuerſaria cœnę, pranſi accederẽt. Primum quia, ſi ita canon ille intelligeretur, fideles eo die, aut non poſſent ſumere hoc Sacramentum, aut pranſi illud acciperent, quę videntur abſurda. Deinde, quia commentitium videtur perceptum illud audiendi Miſſam, antequam aliquid cibi ſumatur. Poſtremo denique, quia, ſi hoc ita fuiſſet, Patres Affricani nulla dicerentur vſi diſpenſatione in eo canone, vt paret, quod eſt contra ſententiam Patrum Trullanorum. Adde, quod Concilium Matiſconenſe 2. can. 6. renouauit, & intellexit prædictum canonẽ eo modo, quo nos illum explicuimus. Prædictæ conſuetudinis Eccleſiæ Affricanæ meminit Auguſtinus in epiſtol. 118. c. 6. & 7. & inquit, ita fuiſſe inſtitutũ in ea Eccleſia propter inſignioré cõmemorationem cœnæ Domini. Memorat autẽ eodem loco alterã illius Eccleſię cõſuetudinem, nimirũ, quòd in feria 5. cœnæ Domini bis offerri cõſueuerat; primũ mane, deinde ad veſperã, vtraque autẽ oblatio propter inſignioré cõmemorationem fiebat à nõ ieiunis, & Sacramentũ à no ieiunis ſumebatur. Ideo autem inquit cap. illo 7. hoc ita fuiſſe inſtitutum, nempe, vt bis in eodem die offeretur, primum mane, deinde ad veſperã, quia multi erant, imo fere omnes, qui ieiunare nõ poterant, neq; expectare cœnã, quæ hora 9. fiebat ante veſpertinam oblationẽ: eo quod in lauandis corporibus baptizandorum laborabant, & ſimul ieiunare non poterant; corpora autem baptizandorũ lauabantur, ne ſordida in Baptiſmo Sabbathi Sancti apparerent. Pro ijs igitur, qui vſq; ad horã 9. expectare nõ poterant cœnã, nec ieiunare, inſtituta fuit oblatio mane, & ij ante oblationẽ nõ cœnabant, ſed prandebant, at vero pro ijs, qui ieiunabant inſtituta fuit oblatio veſpertina, & ij ante oblationẽ cenabãt. Prioris autẽ inſtitutionis, nẽpe, vt poſt cibos fieret oblatio, & cõmunio, aliâ dicit fuiſſe cauſã, quã ſupraaddu-

ximus

3

4

Alex. Idri expoſitio canonis cõcilij Carthag. reijcitur. primò.

Secundò.

Tertiò.

5

Antiqua Eccleſiæ conſuetudo de duplici hora celebrandi.

Concil. Carthag. 3.

Cõcil. Affric.

Concil. Matiſcon. 2.

Concil. Bracharenſe.

Concil. Bracharen. 2. Priscillianus

Concil. Toletan. 7.

Sexta Synodus.

Concil. Martiſc. 2. Auguſtinus

ximus, nempè, vt ſolennior fieret commemoratio cœnæ Domini, & per omnia factum Chriſti eo die imitarentur. Cum tamen Patres Trullani dicũt, aliqua diſpenſatione vſos fuiſſe Affricanos, intelligunt, aliqua rationabili cauſa iudicio ipſorum commune præceptũ in eo die tantum fuiſſe mutatum; ideo autem, qui non ieiunabant, ſed prandebant, nõ differebant oblationem, & communionem vſque ad veſperam cum ieiunantibus, quia in ipſo prandio, ſicut etiam in ipſa cœna fieri debebat oblatio, & communio, vt ita factum Chriſti imitarentur. Præterea, à tempore Apoſtolorum hoc præceptum cœpiſſe colligitur ex eo, quòd ijdem Trullani Patres in illo canone dicunt: *Statuimus, Apoſtolicas, ac paternas traditiones ſequentes, non oportere in quadrageſima poſtrema ſeptima quinta feria ieiunium ſoluere, & totam quadrageſimam iniuria afficere.* Nam, cum præceptum hoc vocent Apoſtolicam traditionem, planè indicant, illud ſemper in Eccleſia fuiſſe. Et quamuis Cõcilia omnia citata (excepto Matiſconenſi ſecundo) ſolùm loquantur de ſacerdotibus celebrantibus hoc ſacrificium, quibus dictum ieiunium indicunt, tamen idem plane intelligendum eſt de laicis communicantibus, neque vllus hactenus, etiam hæreticus, inter hæc duo genera hominum diſcrimen conſtituit, quod attinet ad ieiunium ante communionem neceſſario præmittendum. Imo vero ratio tradita in illo canone 6. Concilij Matiſconenſis 2. communis eſt, ne videlicet ſpirituali alimento corporale præponatur. Quocirca in eodem canone ſtatuitur, vt reliquiæ, quæ ex hoc ſacrificio ſuperfuerint, quarta, vel ſexta feria innocentibus, hoc eſt, paruulis in Eccleſiam adductis, & ieiunio illis indicto, vino conſperſæ miniſtrentur. Et ita in Concilio Conſtantienſi, vt ſupra vidimus, declaratum fuit iuxta ſacros canones, vt hoc ſacrificium non celebraretur poſt cœnam, nec à fidelibus non ieiunis reciperetur, & oppoſita ſententia, vt hæretica condemnata fuit. Et ita Patres, quos inferius allegabimus, cum de hoc ieiunio loquuntur, omnes tam laicos, quàm ſacerdotes, ſub eodem præcepto indiſcriminatim comprehendunt.

6

Præceptũ ſumendi Euchariſtiã à ieiunis, à tempore Apoſtolorum eſſe probatur.

Concilium Matiſconenſe 2.

Concil. Conſtantienſe.

Eadem cõſuetudo probatur ex Patribus.

Ex Patribus verò hæc cõſuetudo Eccleſiaſtica aperte etiã cõfirmatur. Nã Tertul. antiquus Autor, lib. 2. ad vxorẽ c. 5. inquit: *Non ſcit maritus, quid ſecretò ante omnẽ cibũ guſtes?* Illud autem, quod guſtabat vxor ante omnẽ cibum, fuiſſe Euchariſtiæ panem, patet ex ſequentibus verbis: *Et ſi ſciuerit panem, non illum credit eſſe, qui dicitur,* hoc eſt, credit non eſſe communem panem, quamuis nomẽ

7

Tertullian.

pãnis retineat, vt notat Pamellius ibidem numer. 37. Nam, vt ipſe etiam obſeruauit num. 36. & lib. de monogamia, cap. 11. numer. 8; mos fuit antiquitus in Eccleſia, vt ſingulis daretur buccella panis conſecrati, quã in calice domum deferrent, vt ipſam ſecreto guſtarent. Cyprianus lib. 2. epiſtol. 3. poſt medium, quæ eſt 63. in ordine, proponit difficultatem, his verbis: *At enim non mane, ſed poſt cœnam mixtum calicem obtulit Dominus. Nũ quid ergo Dominicum poſt cœnam celebrare debemus, vt ſic miſtum calicem frequentandis Dominicis offeramus?* Quaſi dicat; non. Reddit autem poſtea rationem, cur Chriſtus poſt cœnã, nos mane celebrare debeamus. Eiuſdem cõſuetudinis introductæ ab Apoſtolis meminit Epiphanius lib. 3. contra hæreſes cap. vltimo, non longe à fine, vbi inquit, ſtatutum fuiſſe ieiunium feria 4. & pro Sabbatho, hoc eſt, feria 6. vſque ad horã 9. in quibus diebus hora nona fideles cõmunicabant: die autem Dominica cõmuniones fieri conſueuiſſe mane, ne videlicet fideles cogerentur ieiunare, ſicut in feria 4. & 6. vſque ad horã nonam pro cõmunione, cum in die Dominica numquam ieiunium ſeruatum fuerit in Eccleſia. Chryſoſtom. homil. 27. in epiſtol. 1. ad Corinthios, in illud cap. 11. *Itaque quicumque manducauerit*, inquit, *Tu autem priuſquam accipias* (nempe Euchariſtiam) *ieiunas, vt aliquo modo dignus cõmunicatione videaris: cum autem acceperis, & oporteret in cõtinentia perſeuerare, omnia perdis.* Exhortatur autem fideles, vt poſt ſumptam Euchariſtiam abſtinentes ſint, ne intemperantia fructum huius Sacramenti perdant. Et quãquam dicat ſtatim, æquum eſſe ante, & poſt continentem eſſe, tamen nõ docet, vtroque tempore neceſſarium eſſe ieiunium. Imo cum ſibi obiecißet: *Quid igitur? ieiunare oportet poſt eius acceptionem?* Reſpondet ipſe: *Non dico hoc, neque cogo: licet bonum ſit, tamen non compello, ſed admoneo, ne in delitijs viuas.* Ex quo patet, ipſum exiſtimaſſe, diuerſum genus abſtinentiæ neceſſarium eſſe ante ſumptã Euchariſtiã, & poſt. Extat tamen apud Clementẽ in epiſtol. 2. ad Iacobũ fratrẽ Domini, & refertur canone, *Tribus gradibus. De conſecrat.* d. 2. parũ a principio præceptũ, vt, ſi mane ſumatur Euchariſtia ieiunetur vſq; ad 6. & ſi tertia, vel quarta hora quis illã acceperit, ieiunet vſq; ad veſperã, quod parum video in Eccleſia Dei duraſſe, idq; iam abrogatum eſſe notat Durand. in 4. d. 8. q. 4. num. 16. & Sotus d. 12. q. 1. artic. 8.

8

Cyprianus.

Epiphanius

9

Chryſoſtom.

10

Clemens.

Canõ Tribus gradibus

Durandus. Sotus.

Auguſtinus in epiſtol. 118. c. 9. docet, etiã ſi Apoſtoli in nocte cœnæ nõ acceperint Sacramentum ieiuni, nihilominus non eſſe calumnian-

lumniandũ Ecclesię, quod à ieiunis semper ac
cipitur, subdit deinde. *Ex hoc enim placuit Spi*
ritui Sancto, vt in honorem tanti Sacramenti in
os Christiani prius Dominicum corpus intraret,
quam cæteri cibi. Cum inquit, *Ex hoc*, denotat
10 ex illo deinceps tempore Spiritu Sancto in-
spiratos Apostolos præcepisse, vt non nisi à
ieiunis hoc Sacramentum perciperetur. Vbi
non solum Augustinus aperte dicit, hanc con
suetudinem vniuersalem in tota Ecclesia es-
se, sed ab initio ita obseruatam fuisse. Men-
tem autem Augustini, mutuatis ferè verbis,
hoc modo interpretatur Isidorus lib. de Di-
Isidorus. uinis Officijs cap. 18. his verbis. *Hoc enim*
mysterium tunc factum est, quòd primum discipuli
corpus, & sanguinem Domini nostri non acceperũt
ieiuni: ab vniuersa autem Ecclesia nunca ieiunis
semper accipitur: sic enim placuit Spiritu Sancto
per Apostolos, vt in honorem tanti Sacramenti
11 *ieiunum in os Christiani prius Dominicum cor-*
pus intraret, quã cæteri cibi, & ideo per vniuer
sum orbem mos iste seruatur. Amalarius quoque
Amalarius. lib. 3. de Ecclesiasticis officijs cap. 34. qui
est in 6. tomo Bibliothecæ sacrę post mediũ,
eodem modo Augustinum intellexit, & cum
eo docuit, hoc præceptum ieiunãdi pro Sa-
cramenti huius reuerentia non fuisse a Chri
sto institutum (sic enim, inquiũt, nullus illud
Vvalfridus Strabo. mutasset) sed ab Apostolis. Vvalfridus Stra-
bo lib. de rebus Ecclesiasticis, qui est in eo-
dem 6. tomo cap. 19. eiusdem præcepti me
minit, de illius tamen origine, & antiquita-
Greg. Turo nen. te nihil dixit. Postremo hanc doctrinam cõ
firmat id, quod narrat Gregorius Turonensis
lib. de gloria Martyrum cap. 86. vbi refertur
mirabilis vindicta, quam Deus suscepit de
presbytero, qui nõ ieiunus Missam celebra-
uit. De antiquitate vero huius præcepti,
quam hactenus probauimus, Scholastici no-
stri nihil loquuntur.

Diluuntur obiecta hæretico-rum.

12

CAPVT II.

Primũ Lutheri argumẽtum soluitur.

QVAE Vero Lutherus obijcit
friuola sane sunt. Primum argu-
mentum desumptũ ab exemplo
Christi, qui post cœnam discipu
lis hoc Sacramentum porrexit, nullum est:
nam ratio ipsa postulabat, vt Christus Pascha
illud vltimum cũ discipulis manducaret, &
in fine illius in signũ amoris pro discessu hoc
Sacramẽtum quod erat nouum Pascha, insti-
tueret, & discipulis ministraret. E contrario
vero, vt nos ieiuni hũc panem ederemus, rã-
tioni maxime congruebat, ne, videlicet, alię
epulę prius nos occuparent, sicut notarunt
Augustinus, Isidorus, & Amalarius locis ci-
tatis. Neque obstat, quod Christus nihil de
hac re præceperit, vt fatentur Augustinus, &
Amalarius, quominus id Apostoli præcipere
potuerint, multa enim Ecclesię suæ præcipiẽ 13
da Christus reliquit, ipsaq; autoritate cõdẽdi
leges, qua pollet, statuere potest multa præter
ea, quę ab ipso Christo præcepta sunt, vt 1. 2.
disp. 152. c. 3. & disp. 153. c. 1. probauimus.

Secundo ex Chryso stomo.

Secundo arguere quis potest ex testimo-
nio Chrysostomi in 5. tom. Epist. 3. quæ est
ad Cyrianum Episcopum ante medium, vbi
refert multa, quę aduersarij contra ipsum fal-
so conficta obiecerunt; inter quæ numerat
illud, quod ad communionem non ieiunos
receperit. Respondet autem ipse his verbis.
Si autem pergunt hoc mihi obijcere, deponãt &
Paulum, qui, postquam cœnauit, totam demum ba-
ptizauit; deponant & Christum ipsum, qui post-
quàm cœnatum est, Apostolis cõmunionem dedit.
Quibus verbis significare videtur, se nullã
ob id mereri potuisse pœnã, etiam si id feciſ-
set. Verùm, cum ipse nullũ alium nisi Chri-
stũ ipsum in testem adducat, vt probet etiam
non ieiunis ministratum fuisse aliquãdo hoc
Sacramentum: è cõtrario vero dicat, Paulum
aliquando post cœnam Sacramentum Bapti-
smi ministrasse, aperte sensit, hoc præceptum
non dandi hoc Sacramẽtum nisi ieiunis, sem
per in Ecclesia Dei à tempore Apostolorum
seruatum fuisse. Verba autem allegata non
dixit Chrysostomus, vt omnino factũ illud à
culpa excusaret: nam prius planè dixerat, vt
expungeretur nomen ipsius ex libro Episco-
porũ, & in libro Orthodoxę fidei non scribe-
retur, si id feciſſet. Postea vero subdidit ea,
quæ retulimus, vt aliqua ex parte extenuaret
crimen, ne tam execrandum putaretur, quàm
aduersarij iactitabant.

Diluitur.

14

Tertium ex Pauli 1. Cor. 11.

Tertium argumetum desumptum est ex
illo 1. ad Corinthios 11. *Si quis esurit, domi*
manducet. Vbi videtur Apostolus permittere,
vt iam prãnsi ad Ecclesiam veniant, & hoc
Sacramentum accipiant, nam de illo agebat
in eo capite. Augustinus in illo cap. 6. Epi-
stolæ 118. Anselmus, & Sanctus Thomas le-
ctione 4. in priorẽ Epistolam ad Corinthios
explicans illud: *Conuenientibus ergo vobis in*
vnum, & Haymo in eum locum Pauli, cuius
sententiam referunt, & probant Vvalden-
sis tomo 2. qui est de Sacramentis cap. 87. nu
mer. 2. & Dominicus Sotus in 4. distinct. 12.
quæst. 1. art. 8. existimant, Corinthios con-
suesse, Eucharistiam post cœnam accipere,

Aliorum explicatio Pauli.
Augustinus
Anselmus.
S. *Thomas.*
Haymo.
Vvaldensis.
Sotus.

ideoque grauiter ab Apoſtolo reprehendi. Dicit præterea Sanctus Thomas, hanc prauam quoque conſuetudinē inter eos fuiſſe, vt ad
15 Eccleſiam non tantum panem, & vinum conſecrandum, ſed etiam alia fercula deferrent, & diuites non expectantes ad cœnam communē pauperes, ſicut oportebat, ſeorſim cœnarent, & deinde cœnati ad Euchariſtiam accederent. Ideoque dictum videtur ab Apoſtolo: *Iam non eſt Dominicam cœnam manducare*: eo quòd etiam contra exemplū Chriſti, qui cum omnibus cœnauit, & non ieiuni, contra præceptum Eccleſię communicarent. Quòd ſi ita eſſet, hæretici noſtri temporis nullum ex facto, & conſuetudine Corinthiorum argumētum deſumere poſſent, cum illud potius reprehendat Apoſtolus. Huic tamen expoſitioni obſtat, quod ait Apoſtolus in fine capitis, & ex quo hæretici argumentum deſumunt. *Itaque fratres mei, cum conuenitis ad manducandum inuicem expectate: ſi quis eſurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis.* Sic enim videbatur Apoſtolus ipſis indulgere, vt domi prius pranſi, ſi famem ſuſtinere non poſſent, quouſque cum alijs cœnarent, ad Eccleſiam venirent, & cum alijs Euchariſtiam ſumerent. At reſpondent Sanctus Thomas, & Anſelmus explicantes illa verba, cum Soto, & Alexand. 4. par. quæſt. 11. membr. 2. artic. 4. §. 2. ad tertium, hoc indulſiſſe Apoſtolum: ita tamen, vt qui domi prius manducarent, Euchariſtiam in Eccleſia non ſumerent, id quod idem etiam Sanctus Doctor docuit in hoc articulo ad ſecundum. Verū, præterquā quod hic ſenſus ex nullo verbo Apoſtoli, vel leui coniectura colligi poteſt, credendum non eſt, id Apoſtolum cōcedere voluiſſe, vt diem anniuerſariam cœnæ Domi-
16 ni, de qua putat S. Thomas in eo cap. ſermonem eſſe, ſine Euchariſtia aliqui celebrarent.

Baſilius in regulis breuioribus cap. 310. putat, reprehendi à Paulo Corinthios, quòd cōuiuia communia in Eccleſia Dei celebrarent, & ideo dixiſſe. *Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum, aut Eccleſiam Dei contemnitis?* Verùm hæc interpretatio verbis Pauli non quadrat: nam nullum eſt verbum, quod eam leuiter indicet: & tota reprehenſio Pauli illuc ſpectare videtur, quòd vnuſquiſque cœnam ſuam præſumeret ad manducandum, neque alios, qui non habebāt cœnā expectarent: ex quo illi cōfunderentur, hoc eſt, pudefierent.

Quare ego exiſtimo cum Hieronymo, & alijs Recentioribus, Paulum eo ſolùm reprehendiſſe Corinthios, quòd, qui inter eos diuites erant, nollent cum pauperibus in vna mēſa cœnare, ſed vnuſquiſque id, quod in Eccleſiam intulerat, ſolus cœnaret, antequam omnes etiam pauperes ad cœnandū conuenirent. Ex quo fiebat, vt, cū omnes ex eo, quod in Eccleſiam illatū fuerat, ſobrie poſſent cœnare, aliqui eorū vſque ad ingluuiem comederēt, alij vero eſurirēt, & ita inter eos ſchiſmata, & diſſenſiones eſſent. Et hoc eſt quod ait: *Iam non eſt Dominicam cœnam manducare*: quæ, nimirum, eſt vnitatis, & pacis. Vtrum autem cœnam Dominicam ibi appellet Paulus ipſam Euchariſtiæ perceptionem, an vero cōmunem cœnam, quæ in Eccleſia ijs, qui communicauerant ex alijs cibis, poſtea parabatur, inferius dicemus. Iuxta hunc vero ſenſum textus Pauli ſic ordinandus, & explicandus eſt. Ideo, dū conuenitis, Dominicā cœnam, vt par eſt, nō celebratis: quia, cū poſt cōmunionem Euchariſtię vnuſquiſque alios expectare deberet ad cōmunē cœnā, diuites, & qui proprios cibos in Eccleſiam detulerunt, non expectatis pauperibus, cœnā ex proprijs cibis anticipāt, & ita alij eſuriunt, nihil pro cœna habentes, alij autē proprijs cibis ſe ingurgitant: ex quo fit, vt inter vos ſchiſmata, & diſſenſiones oriantur. Quia verò poſſet quis obijcere, ſe nō poſſe præfame diu expectare, donec omnibus cōmunis cœna, & conuiuiū præpararetur, ideo per figurā præoccupationis tacitæ obiectioni reſpondet, *Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendū?* hoc eſt, non habetis domos, in quibus famem extinguatis ante conuiuium, vt poſtea communem cœnam cū omnibus commode expectetis? *Aut Eccleſiam Dei contemnitis?* quia illa vtimini, ſicuti priuata domo, ſingulare cœ- 17
nam in illa ſumentes: nam Eccleſia Dei nō eſt ad hoc inſtituta, ſed vt cōmunem conuentū, & cœnam in illa celebretis, & vt ij, qui inter ſe diuiſi ſunt in proprijs domibus, in ea simul cōgregentur. *Et confunditis eos, qui nō habent*, hoc eſt, pauperes, & eos, qui nihil pro cœna deferre ad Eccleſiam potuerunt, cū ignominia, & rubore a veſtro conuiuio reijcitis. Porro autē hęc omnia intelligenda eſſe nō de Euchariſtiæ perceptione, ſed de cōmuni cœna, quæ poſt illā omnibus in vnū parabatur, patet, quia ex ſola perceptione Sacramenti, nō poſſet vnus eſurire, & alius ebrius eſſe, ſiquidē, quod attinet ad ſynaxim, nulli deerat ſua pars, neq; vlli vſque ad ſaturitatē miniſtrabatur. Ex quo colligitur, poſt Euchariſtię perceptionē de more fuiſſe apud Corinthios, cōmune conuiuiū pro omnibus præparari, vt poſt ſumptam Euchariſtiam, non ante, cœna cōmunis in memoriam cœnæ Chriſti etiam cele-

Obiectio contra prędictam expoſitionē.

Paraphraſis loci Pauli

Solutio S. Thomæ. Anſelmi & aliorum non eſt ſufficiens.

Expoſitio Baſilij circa locum Pauli non quadrat.

Vera expoſitio Hieronymi, & Recentiorum.

celebrãretur. Et ita ex hoc loco nihil contrã nos probare poſſunt hæretici: nã illud, quod dicitur in fine capitis, ex quo ipſi argumentãtur: *Si quis eſurit domi manducet*, non intelligitur de cibo ſumendo ante, ſed poſt Euchariſtiam ante communem cœnã, pro qua oportebat aliquantulum expectare, quia pro toto populo nõ poterat ita cito præparari. Ne igitur vrgente fame aliquis cogeretur ſeorſim cœnare, ideo dixit Apoſtolus: *Domi manducet*, vt deinde in communi cũ reliquis etiam pauperibus cœnare poſsit.

Aliquæ difficultates enodãtur.

Quædã tamen ſuperſunt difficultates explanandæ, vt totus textus, & ſenſus Pauli magis perſpicuus fiat: prima eſt, quid ſignificet Paulus per cœnam Dominicam, nam vt vidimus q. 73. art. 4. hæretici per cœnam Dominicam intelligi volunt ipſam Euchariſtiam, vt nomine cœnæ Domini hoc Sacramentum appellent: quo quidem nomine non inepte catholici vti poſſemus, niſi ita ex profeſſo eo hæretici vſi fuiſſent, ſicut in eo articulo notauimus. Et quidem ex catholicis Sanctus Thomas per cœnam Dominicam intelligit Euchariſtiam, & in hunc ſenſum verba illa interpretatur, *Iam non eſt*, hoc eſt, non licet, *Dominicam cœnam manducare*, videlicet Euchariſtiam, quòd ad eam pranſi accedatis. Hieronymus vero, & Anſelmus, à quibus nõ videntur diſſentire Græci, per Dominicam cœnam intelligũt cœnam illam communem, quam poſt ſumptam Euchariſtiam in memoriã cœnæ, quam Chriſtus cum diſcipulis mãducauit, ſibi parabant: ideo autem dixiſſe; *Iam non eſt Dominicam cœnam manducare*: quia Chriſtus ita cœnam inſtituit, vt nullum ab ea, etiam indignum ſudam, excluſerit. Corinthij autem ita conueniebant in Eccleſia, vt poſt cõmunionẽ diues pauperẽ non expectaret, ſed ſuam cœnam anticipato tẽpore manducaret, in quo ſane Chriſti cœnam non recolebant. Huic autem ſenſui rectè conuenit cauſa, quam illico ſubiungit illis verbis: *Ego enim accepi a Domino, &c.* quæ non ita rectè quadrarent, ſi per cœnam Dominicam Euchariſtiam intelligeret: illud autem pro cauſa præcipue adducit in illis verbis, quòd Chriſtus Dominus gratias agens, fregit, & dixit: *Accipite, & manducate, &c.* nempe diuidens inter ſingulos, & neminem à ſua cœna excludens, vt ita arguat Corinthios, quod Chriſtũ in ſua cœna anticipata nõ imitentur. Quare ex hoc loco probare nõ poſſunt hæretici, Euchariſtiã recte vocari cœnã Domini.

20

Quid per cœnã Dominicam intelligatur.

S. Thomas.

Hieronym. Anſelmus.

Per cœnã Dominicã non intelligitur Euchariſtia.

21

Secunda difficultas enodatur.

Secunda difficultas eſt, qua de cauſa dicat Corinthios manducare corpus Domini ad iudiciũ, & propriam damnationem, ideoque ipſos acriter reprehendat? Reſpondeo, nullũ aliud in eo capite peccatum Corinthiorum apparere, niſi quod vnuſquiſque cœnam ſuã anticiparet non expectato paupere: & ita exiſtimo, ea de cauſa Corinthios ad iudiciũ manducare conſueuiſſe hoc Sacramentum, quia cum eo propoſito ad illud accedebant, vt poſtea in cœna cõmuni pauperes non expectarent, cui malo obuians Apoſtolus in fine capitis inquit: *Itaque fratres mei cum cõuenitis ad manducandum, inuicem expectate: ſi quis eſurit domi manducet, vt non in iudicium conueniatis.* Vbi ſuppoſuit, fore, vt ipſi ſemper deinceps in iudicium ſibi conuenirent ad manducandum, ſi in eodem more perſtarent. Ex quo etiam confirmatur id, quod diximus, morem illum cauſam ſufficientẽ fuiſſe indignæ manducationis: nam idem eſt indignè ſumere, & in iudicium ſibi manducare. Verùm, quia indigna Euchariſtiæ manducatio niſi ob peccatum eſſe nequit, videndum eſt, qua ratione anticipatio illa cœnæ mortale crimen eſſe potuerit? Id quod non minus difficile eſt. Ego quidem non alia ratione exiſtimo, peccatum mortale eſſe potuiſſe, niſi aut ſecundum ſe, aut ratione effectus. Primum ſecundum ſe, quia omnes cibi, qui in Eccleſiam à ſingulis pro cœna inferebantur, prius tamquã quid commune offerrentur Deo; & hoc ex præcepto Apoſtoli, vt iã bona illa poſt oblationem deſtinata eſſent pro cœna communi totius populi. Ex illis vero hoc modo iam ad omnes pertinentibus quidquam defraudare peccatum furti eſſet, & ſacrilegij, quale commiſit Sapphira Actor. 5. eo quod partem pretij, quo agrum ſuum vendiderat, defraudaſſet: non quia ex ſuo non poſſet illam partem ſibi reſeruare, ſed quia bona fideliũ tunc pro communi omnium victu deſtinata, & oblata erant, ſicut nunc etiam à religioſis bona ipſorum propria pro tota congregatione dedicantur; aut quia præceptum haberent ab Apoſtolo expectandi pauperes ad cœnam, & eo neglecto vniuſquiſque ſuam præſumeret. Ad hoc fortaſſe alludit cum in fine capitis inquit: *Cætera autem cum venero diſponam*: quaſi de hoc præcepto, nihil noui haberet, quod ad ipſos ſcriberet. Deinde potuit eſſe mortale, ratione effectus, quia nimirum anticipatio illa cœnæ occaſio erat ſchiſmatis, & diuiſionis inter fideles: id quod Paulus expreſſit illis verbis: *Primum quidem conuenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo: oportet enim hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.*

22

Cur peccarent mortaliter Corinthij cœnam Dominicam anticipando.

Act. 5.

23

Tertia difficultas eſt; vtrum cõuentus ille

in Eccleſiâ ad celebrandam Dominicã cœnam fieret ſolũ in die anniuerſaria cœnæ Domini, an alijs etiam diebus? Et quidem, non ſolùm die illa anniuerſaria, ſed etiam alijs diebus anni id conſueuiſſe fieri, colligi videtur ex eo, quod Apoſtolus hortatur Corinthios, vt qui non poſſent vſque ad cõmunem cœnam poſt communionem expectare, domi manducarent: ſic enim iam ſoluebatur ieiunium, ac proinde in die anniuerſaria cœnæ Domini non liceret ad cõmunem cœnam cum cæteris in Eccleſia redire; in alijs vero diebus anni, in quibus fideles cõmunicabant, cum ſolùm neceſſarium eſſet ieiunium vſque ad tẽpus communionis, rectè poterãt fideles poſt ſumptam Euchariſtiam domi aliquantulum manducare, & deinde cœnam cõmunem cum alijs in Eccleſia ſumere, niſi fortaſsis Apoſtolus permitteret ijs, qui præ fame non poſſent communem cœnam cum alijs expectare, ita domi manducare, vt deinde ad cõmunem cœnam in Eccleſia non redirent. Quod tamen difficultate non caret, cũ cœnę illæ pro concordia, & vnione inter fideles conſeruanda inſtitutæ eſſent, & eo modo nonnullæ diuiſiones, & ſchiſmata introduci poſſent.

Tertia difficultas explicatur

24

25

Non ſolum Eccleſiaſticum, ſed etiam naturale ieiunium intra diem naturalem præceãere debet communionem.

CAPVT III.

26

OPINIO Fuit Gotfredi, & Ioãnis Pariſienſis, vt notatur in margine Paludani, & refert Silueſter locis inferius citandis, ſatis eſſe ieiunium Eccleſiaſticum, vt quis hoc Sacramentum digne percipiat, ſicut Eccleſia præcipit, cum ad perceptionem illius ieiunium indicit, ac proinde poſt ſumpta medicamenta, imo & poſt ſumptum cibum per modũ medicinæ licitum eſſe hoc Sacramentum percipere: cuius opinionis duo fundamenta adducit Durandus in 4. diſt. 8. q. 4. num. 6. Alterum eſt, quia cum hoc præceptũ ieiunij ſit Eccleſiæ, eodem modo ieiunium intelligendũ eſt, ſicut illud interpretatur Eccleſia: atqui ea, quæ ſoluunt ieiunium naturale, non impediunt Eccleſiaſticum, qualia ſunt medicamẽta: ergo poſt illa ſumpta ſoluto iam ieiunio naturali licitum erit Euchariſtiam percipere. Alterum eſt, quia, licèt parum cibi ſumatur per modum medicinæ, non ſoluit ieiunium Eccleſiæ, eo quod Eccleſia præcipiens ieiunium, ſolum prohibet ſumere cibum ad præcipuum vſum illius, qui eſt nutritio, non autem ad ſanitatem per modum medicinæ. Cum igitur hac etiam ratione ſeruetur Eccleſiaſticum ieiunium, quod ſolum videtur neceſſarium ad hoc Sacramentum, vt dictum eſt, licebit etiam, inquiunt, in hoc caſu poſt ſumptum cibum Euchariſtiam percipere.

Sotfredus. Ioannes Pariſienſis. Paludanus. Silueſter.

Prius Gotfredi fundamentum.

Durandus.

Poſterius.

27

Hanc tamen opinionem nullo probabilitatis fundamento nixã eſſe, omnes iam Scholaſtici merito arbitrantur, cęterique antiqui, & recentiores indubitanter affirmant, non ſolum Eccleſiaſticum ieiunium, ſed etiam naturale neceſſario requiri, vt hoc Sacramentũ digne percipiatur. Ita Sanctus Thomas in hoc artic. 8. ad 4. Ricardus in 4. diſt. 8. artic. 2. q. 3. Durandus. q. 4. num. 11. Paludanus. q. 2. articul. 1. concluſ. 3. num. 10. & articul. 2. num. 17. Scot. q. 3. §. *Reſpondeo; Aliquis, &c.* Maior. q. 3. Sotus in 4. diſt. 12. q. 1. articul. 8. Antoninus 3. par. titul. 13. cap. 6. §. 8. Adrianus in 4. q. 5. de Euchariſtia. Gabr. in 4. diſt. 8. q. 2. artic. 3. & lectione 10. in canonem à principio. Silueſter, *Euchariſtia.* 3. quæſt. 6. & cæteri Summiſtæ, quorum ſententiã cõmunis Eccleſiæ conſuetudo ita eſt interpretata, vt merito oppoſita opinio, quam retulimus, error in fide cenſeri debeat. Eſt autem ieiunium naturæ abſtinentia à quocumq; genere rei, quæ per os ſumitur, ſiue per modũ cibi, & potus, ſiue per modum medicinæ. Porro ita prædicti Autores cenſent, neceſſarium eſſe ieiunium naturæ, antequam hoc Sacramentum ſumatur, vt vel minima pars cibi, aut potus ſumpta per modum cibi, aut potus impediat dignam Sacramenti perceptionem. Neque enim à ſua generali doctrina excipiunt vel minimam partem cibi, aut potus, ſed cũ poſtulent pro digna ſuſceptione ieiunium naturale, quod minima parte cibi, aut potus diſſoluitur, ſequitur, & hanc etiam voluiſſe comprehendere. Id autem Cõcilium Toletanum 7. citatum cap. præcedente expreſſe notauit, cum dixit, poſt cibũ, & potum, quamtumuis minimum, non licere ſanis ſumere Euchariſtiam, ſicut ægrotis conceditur. Idem etiam probatur ex cap. *Ex parte. De celebratione Miſſarũ*, vbi præcipitur, vt calix vino perfundatur poſt ſumptũ ſanguinẽ, niſi poſtea alia Miſſa ſit celebrãda: tũc enim impediretur celebratio ſecũdæ, ſi vinum illud

Naturale ieiunium requiri ad hoc Sacramentum percipiendum vera opinio. S. Thomas. Ricardus. Durandus. Paludanus. Maior. Sotus. Antoninus. Adrianus. Gabriel. Silueſter.

Quid ſit naturale ieiunium.

Concil. Toletan. 7. Caput. Ex parte.

28

lud ſumeretur: manifeſtum autem eſt, illud vi
num in parua quantitate ſemper ſumi. Quam
28 uis autem nullus ex citatis Autoribus ex-
preſſe diſputet, vtrum ſit mortale peccatũ
poſt minimam partem cibi, aut potus ſume
re Euchariſtiam, omnino tamen nullus ha-
ctenus ex Recẽtioribus, qui ſua ſcripta typis
mõdauit, huiuſq; difficultatis mẽtionẽ fecit,
negauit, peccatũ mortale eſſe: eo quòd licẽt
circa materiã leuem nulla lex obligare poſsit
ad mortale, vt 1.2. diſput. 158. cap. 4. mõſtra
uimus, tamen nõ cẽſetur materia leuis huius
præcepti, ſumere Euchariſtiam poſt partem
aliquam minimam cibi, aut potus: materia e-
nim nõ eſt ſumptio cibi, aut potus, quæ quidẽ
grauis eſſe non poſſet, ſed eſt Euchariſtiæ
perceptio, quæ ex ſe ita grauis eſt, vt quocũ
que modo prohibeatur, violatio talis præce-
pti grauis cenſeri debeat. Id quod indicaſſe
Durandus. videtur Durandus, cũ ait, eum, qui poſt mini
mum cibum, aut potum Euchariſtiam ſumit,
præuaricatorem eſſe huius præcepti, præua
ricator enim nõ dicitur, niſi qui mortaliter
peccat.

Quidquid ſumitur per modũ ſaliuę non violat naturale ieiu nium.

Cæterum, quod attinet ad ieiunium natu-
rale, certum eſt apud Autores, non diſſolui
ex eo, quòd reliquiæ cibi, quæ inter dentes
manſerunt ex die præterita, poſtea in ſto-
machũ caſu traijciantur, aut gutta aquę ad mi-
ſta ſaliuæ, ſeu per modum ſaliuę, cum illa de-
glutiatur, cum quis ſumpta aliqua aquæ par-
te ad lauandũ os deglutiens ſaliuam, ſicut ne
29 ceſſe eſt, ſimul cum illa guttam aliquã in ſto-
machum traijcit. Simile etiam eſt, cũ ſumi-
tur aliquid iuris, aut conditi cibi ad guſtan-
dũ, & eo modo traijcitur aliquid illius, quod
remanet in ore in ſaliua admiſtum, poſtqui
quis reliquum illius expuit, vt plerique ex ci
tatis Doctoribus expreſſe notarunt. Ratio
vero eſt, non quia illa ſit parua quãtitas, hoc
enim, vt diximus, diſſoluit naturę ieiunium,
ac proinde Euchariſtię ſumptionem omnino
impedit, ſed quia tunc neque cibus, neq; po
tus ſumitur per modum cibi, aut potus, neq;
per modum medicinæ, ſed per modum ſa-
liuæ: ſicut autem intentionis Eccleſiæ non
fuit impedire, ne deglutiretur ſaliua; hoc e-
nim Sarracenorum ieiunium eſſet: ita etiam
neque prohibere, aliquid traijci per modum
ſaliuæ. Cũ vero dicimus, id, quod traijcitur
per modũ ſaliuę, nõ impedire Euchariſtię per
ceptionem, nõ intelligimus, debere eſſe con
Paludanus. Silueſter. Gabriel. Durandus. uerſum in ſaliuã, ſicut rectè notauit Paluda-
nus in illa. q. 2. art. 2. concluſ. 2. & Silueſter
loco citato, nec oppoſitũ ſenſerunt Gabr. &
30 Durandus, vt aliqui illis imputant, quia ſolũ
dixerunt, debere aquã, aut illud, quod ſumi-
tur, eſſe quaſi in ſaliuã cõuerſum, hoſt eſt, ita
miſtũ cum illa, vt per modũ ſaliuæ deglutia
tur: hoc enim denotat particula, *Quaſi*: quare,
ſi reliquiæ cibi nõ deglutirentur caſu, ſed ex
induſtria, impedirent ſumptionẽ Euchariſtię,
vt notauit expreſſe Paludan. q. illa 2. art. 2. cõ
cluſ. 2. alij enim omnes ſolũ dixerunt, tũc nõ
impedire, quãdo caſu traijciuntur. Ratio ve
ro eſt quia, cũ de induſtria deglutirentur, nõ
ſumerentur per modum ſaliuę, ſed per modũ
cibi: quòd enim eo die nõ fuerint immiſſę in
os, nihil obeſt, quominus impediãt, ſi data ope
ra traijciantur. Quare ratio altera Durandi,
& Gabriel. & Paludani, mihi non placet: ni-
mirũ, ideo has reliquias cibi, etiam ſi deglu-
tiantur, nõ impedire Euchariſtiæ perceptio-
nem, quia eo die non fuerunt in os immiſſæ.
Atque id circo exiſtimo, ſi quis haberet ex
die præterito aliquid ſacari, aut ſacare confe
ctum intra os etiam per modũ medicinæ, &
aliquid ex illo traijceret, fore, vt ſolueret na
turę ieiuniũ, quãuis in hoc caſu, ita ſolueretur naturæ ieiuniũ ſi caſu, & præter volunta
tem aliquid in ſtomachũ traijceretur, ſicut ſi
de induſtria id fieret, quia in neutro caſu ſu-
meretut per modũ ſaliuæ, ſed per modũ me-
dicamenti, aut cibi, etiam ſi eodem die illud
nõ fuiſſet immiſſum in os. Hæc doctrina eſt
omniũ Doctorũ, quos citauimus, nã omnes
aſſerunt, tunc nõ frangi ieiunium naturæ, ſi
tamen caſu hæc deglutiãtur: ſentiunt igitur,
ex propoſito traiecta ieiuniũ naturę ſoluere.
Contra quos nõ apte oppoſitum docuit Ta-
bienna verbo, *Cõmunicare*. §. *Quadrageſimo nono*, & ea de cauſa cõcedit etiã, id, quod præte
rito die intra os ſumptũ eſt, etiam ſi data ope
ra deglutiatur in ſequente, nõ ſoluere ieiu-
nium naturæ, neque impedire perceptionem
dignã Euchariſtiæ; quia ad hoc opus eſt, in-
quit, ſumptione alicuius rei exterioris, quæ
fiat eodẽ die, hoc eſt, opus eſt, vt res aliqua eo
die in os mittatur. Quę ſententia (me quidem
iudice) nihil probabilitatis habet, cũ omni-
bus abſque vllo fundamento aduerſetur. Id,
quod diximus de eo, quod ſumitur per modũ
ſaliuę, nimirũ, non ſoluere ieiunium naturæ
debitũ huic Sacramento, intelligendũ eſt de
eo, quod caſu etiam cũ ipſo aere, quem reſpi-
ramus, attrahimus, & de ſanguine etiam, qui
ex ore in ſtomachum traijci ſolet, & de phar
maco, quod foris ſtomacho ſolet applicari,
etiam ſi corroboret, imo etiã, vt medicis pla-
cet, humore aliquo ſubtili transfuſſo aliquã
tulum nutriat: quia hęc non ſumuntur per
modum cibi; ſed alia ratione, vt patet: præ-
ſertim vero id, quod ore non ſumitur, ſicut
pharmacum exterius applicatum.

Quo modo violetur natura le ieiuniũ?

31

Tabiẽnæ ſententiæ improbatur.

Quomodo ſit dies ieiunij naturalis aſſignandus.

Inter Autores quoque prædictos, & cæteros omnes indubitatum eſt, vt ſoluatur ieiunium naturæ, & impediatur ſumptio Euchariſtiæ, neceſſarium eſſe ſumere aliquid, hoc eſt, traijcere in ſtomachum eodem die, quo Euchariſtia ſumenda eſt. Dies autem apud nationes, quas hactenus nouimus, computandus eſt à media nocte; nã de alijs, in quibus per ſex menſes Sol non occidit, & per totidem alios numquam apparet, alia ſeruanda eſſet regula, quæ nondũ ab Eccleſia, & Doctoribus aſſignata eſt, cum nullam de hac re occaſio occurrerit. Quodſi intra diem aliquem, hoc eſt, poſt mediam noctem nihil ſumptũ, hoc eſt, traiectum fuerit cibi, aut alterius rei, etiam ſi cibus præteriti diei in ſtomacho

33 digeſtus non fuerit, aut defectu caloris naturalis, aut defectu ſomni, quia per totam noctem vigilatum eſt, nihil curandum erit, vt prædicti etiam Autores admonent, tametſi Gloſſa in canone *Nihil*. 7. q. 1. & in cap. *Si conſtiterit. De accuſationibus*, oppoſitum ſentiat; cum qua videtur conuenire Ricardus loco citato, cum ait, ſufficere pro ieiunio ante Euchariſtiam, vt id, quod ſumitur præcedente die, digeſtum ſit in ſequente, cuius ſententiæ fundamenta valde infirma ſunt. Quod enim dicitur in canone, *Tribus, De conſecratione*. d. 2. qui eſt Clementis in Epiſtola 2. hunc cibum Euchariſtiæ non eſſe miſcendum cõmuni cibo, ſicut recte obſeruauit Gabriel lectione illa 10. litera G. non ita intelligitur, vt cibus præcedente die ſumptus digeſtus eſſe debeat; ſed vt Clemẽs imponeret præceptum ieiunandi, etiã poſt ſumptam Euchariſtiam, rationẽ illã attulit, quod tamen præceptum iam abrogatum eſt, vt ſupradiximus. Caput etiam, *Si conſtiterit, De accuſationibus* nihil prædictę opinioni fauet: ibi enim clericus, cui cõmendata erat Eccleſia, non ideo punitur, quia nondum digeſto

34 vino, quod nocte præcedente biberat, celebrauit, ſed quia cum tota nocte in taberna pernoctaſſet, inde, antequã ſomnum vllum caperet, in Eccleſiam cum magna populi offenſione ſe contulit, & celebrauit. Mitto alia, quæ aliqui Autores notant; eo quod facillima, & parui momenti ſint.

Gloſſa. Ricardus.

Clemens.

Gabriel.

Gotfredi fundamenta ſoluuntur.

Fundamenta vero Gotfredi, & Ioannis Pariſienſis valde infirma ſunt. Nam conſuetudo ipſa Eccleſiaſtica iam interpretata ſufficienter eſt, ieiunium requiſitum ad hoc Sacramẽtum eſſe debere ieiunium naturę, & non tantum Eccleſiaſticum, & ita quacumque re ſumpta etiam permodum medicinæ, licet non ſumatur ad effectum nutritionis, hoc ieiunium diſſolui.

Propter periculum mortis immi nens communionem à non ieiunis percipi poſſe.

CAPVT IIII.

INDVBITATVM Apud Doctores eſt, corpus, & ſanguinem Chriſti à non ieiunis aliqua ex cauſa percipi poſſe. Cum autem dico à non ieiunis, intelligo, ſiue ſoluto ieiunio naturæ, ſiue etiam ieiunio Eccleſiæ, quamuis non in omni caſu liceat à non ieiuno vtrouis modo ſumi hoc Sacramentum. Licet autem aliqui caſus ſint, in quibus id liceat, tamen vnus ſolus eſt, in quo laico proprie incõceſſum eſt, hoc eſt, pro laica cõmunione, quam etiam ſacerdotes in eodem tempore eodem modo percipere debent: nã cæteri primarie ſunt pro ſacerdotibus. licet tertius ſit etiam pro laicis, deficiente ſacerdote dumtaxat, & non aliter. Caſus autem pro laicis eſt articulus mortis, in quo hoc Sacramentum tamquam viaticũ neceſſariũ ex precepto ſumi debet. Cum enim iudicio medicorum cõmode expectare nõ poteſt ęgrotus tempus matutinum ſeruato ieiunio naturæ, miniſtrari debet hoc Sacramentum, etiam nõ ieiuno ieiunio Eccleſię. Quando autẽ ęgrotus cõmode expectare nõ poſſet, iudicio prudentum relinquitur. Oportet tamen hoc loco propriam, & veram huius ſententię communis rationẽ aſsignare. Quidam Recentiores putant, non ſolũ eſſe neceſsitatem cõmunicandi, & ſumendi viaticum pro migratione ex hac vita, ſed etiã, quia credibile nõ eſt, Eccleſiam ita ſtricte voluiſſe hanc legem ferre, vt hominem in eo articulo conſtitutũ, in quo maxime indiget auxilio Dei, hoc remedio priuare voluerit, cũ ipſe ieiunus non poteſt illud percipere. Ego vero omnes Autores, quos precedente cap. allegaui diligẽter perlegens, vnam tantum rationem in eis inueni, quam propriam, & veram eſſe cenſeo, nimirum, ſolam neceſsitatem ægroti, ne ſcilicet ſine viatico, & Sacramento, quod pro diſceſſu ex hac vita ſumere debet, moriatur. Nã cum inſtet hoc pręceptum maioris multo virtutis, & obligationis, eo quod Diuinum ſit, vt infra dicemus, potius hoc, quàm illud de ieiunio, quod Eccleſiaſticum tantum eſt, ſeruari debet. Hanc autem neceſsitatem explicuit Sanctus Thomas his verbis: *Neſcilicet ægrotus ſine Sacramento moriatur.* Scotus vero loco citato, & Gabriel lectione illa

35 In mortis articulo licet laico communicare non ieiuno.

Ratio.

S. Thomas. Scotus. Gabriel.

illa 10. litera C. ità: quia eſſet periculoſum illi denegare Sacramentum, nimirum, quia fieret contra præceptum illud adminiſtrandi pro extremo viatico. Et hac ſola ratione præcipitur in canone: *Presbyter.* qui eſt Concilij Vvormatienſis: *Decon ſecratione* d. 2. vt ſacerdos ægroto ſtatim hoc Sacramentum præbeat, ne ſine illo moriatur: neque vllam apud alios veteres Scholaſticos de hac re diſputantes, rationem huius inuenies. Data vero opera hanc rationem explicare voluimus, & ad eam totam huius ſententiæ veritatem reducere, vt inde facile intelligamus, quid in ſequente caſu dicendum ſit.

Canō *Presbyter.* Concilio Vvorma.

An in eadem ægritudine, & periculo poſsit quis ſæpius nō ieiunus communicare.

Eſt igitur difficultas, an in eadem ægritudine poſsit ægrotus non tantum ſemel, ſed iterum, atque iterum non ieiunus communicare propter periculum mortis, ratione cuius non cenſeatur ſub vniuerſali lege ieiunij cō præhenſus. Difficultas autem eſt, quando, vt iterum atque iterum communicet, ieiunus expectare non poteſt. Summa Tabiēnę, verbo *Communicare* §. *Quadrageſimo actauo.* abſolute reſpondet, rectè poſſe ægrotum hoc modo communicare, quod ipſe Tabiēnę inquit eſſe communicare per modum viatici. Probat autem hac ratione, quia cum nullus ſalutē æternam cōſequi poſsit, niſi incorporetur Chriſto per hoc Sacramentum in re, aut in voto, & ſcire nequeat, an poſt ſumptam Euchariſtiam aliud mortale peccatum commiſerit, ideo (inquit) debet non ſolum deſiderare iterum per Euchariſtiā incorporari Chriſto, ſed etiā ſi poteſt, ſumere hoc Sacramentum, & reipſa incorporari. Hac vero ratione non ſolū probat Tabienna, poſſe ægrotum in eadem ægritudine iterum atque iterum communicare, ſed etiam debere; quamuis ieiunus non ſit. Addit tamen deinde, ſi ægrotus poſt ſumptam Euchariſtiam nō dubitet probabiliter, an peccauerit mortaliter, neceſſarium ei non eſſe ſumere Euchariſtiam, cum tamen ante nihil de dubio probabili dixiſſet, ſed ex eo ſolum, quòd ægrotus rectè ſcire non poſſet, an peccaſſet mortaliter poſt ſumptam Euchariſtiam, dixiſſet, debere etiam ieiunū iterum ſumere hoc Sacramentum. Nihilominus addit, in hoc caſu poſſe ex deuotione Euchariſtiam percipere. Idem docuit Armilla verbo *Communio*, numero 18. nullo tempore deuotioni ægroti aſsignato, quamuis in neutro caſu dicat, neceſſarium eſſe ægroto, iterum hoc Sacramentum ſumere, ſed ſolum id licitum eſſe. Quæ ſententia nōnullis Recēcioribus Theologis probatur, & vulgo ſatis plauſibilis eſt. Mihi tamen numquam placere potuit, quòd doctrinæ ānti quorum Theologorum conſentanea non videretur.

Prima opinio Tabienne.

Fundamētum.

37

38

Armilla.

Exiſtimo igitur, ægrotum poſt ſumptam Euchariſtiam, vt viaticum, ſiue ieiunus, ſiue non ieiunus illam ſumpſerit, in eadem ægritudine non ſolum non debere, ſed etiam nō poſſe non ieiunum hoc Sacramentum iterum ſumere. Et primum quidem ægrotum non debere vnquam iterum in eadem ægritudine ſumere hoc Sacramentum, probatur: tum quia tale præceptum non obligat ratione incertitudinis, quam habemus de ſtatu noſtro, alioquin quotidie deberet ægrotus communicare, quia nunquam in hac vita de ſtatu gratię, in quo ſit, certus eſſe poteſt: tum etiam quia nō obligat ratione dubij probabilis de peccato mortali poſt Euchariſtiam denuo commiſſo; quia etiam ſi certus quis ſit, ſe nouum peccatum poſt ſumptum hoc Sacramentum commiſiſſe, nō tenetur præcepto Euchariſtię, vt diſpu. 214. cap. 2. ex cōmuni ſententia videbimus. Nam pro viatico ſemel tantum obligat in articulo mortis, qui eſt articulus neceſsitatis. Et ſane ſi hoc præcepto in eadē ęgritudine iterū quis obligari poſſet, negandum non eſſet, poſſe ęgrotum non ieiunum iterum hoc Sacramentum accipere, vt patet.

Vera ſententia.

39

Deinde non poſſe ęgrotum non ieiunum ex ſola deuotione hoc Sacramentum iterum ſumere, poſtquam ſemel vt viaticum illud accepit, ex ratione communi omnium Theologorum, quam ſuperius adduximus, perſpicuè colligitur. Omnes enim dicūt, poſſe quē libet in ęgritudine conſtitutum non ieiunū Euchariſtiam ſumere ratione neceſsitatis, ne ſcilicet, ex hac vita ſine hoc Sacramento diſcedat, quod vt viaticum omnibus neceſſario ſumendum eſt. Quo circa reciprocam debemus dicere eſſe obligationem, & in ęgroto, vt illud recipiat, & in ſacerdote, vt illud miniſtret. Qua ratione Scotus, & Gabriel dixerunt, ideo ęgroto non ieiuno tribuendum eſſe hoc Sacramentum, quando alio modo ei miniſtrari nō poteſt, quia periculoſum eſſet Euchariſtiam illi negare, nempe, quòd negaretur illi vnicum viaticum neceſſarium: atqui ſemel iam ſumpto hoc Sacramento vt viatico pro diſceſſu ex hac vita ratione articuli mortis, iam nullus, ſupereſt articulus neceſsitatis: ergo iuxta communem ſententiā nulla erit cauſa ſumendi hoc Sacramentum, non prēmiſſo ieiunio naturę. Porro autem iā nullam eſſe neceſsitatem ſumendi hoc Sacramentū patet, quia, ſi ęgrotus vellet, poſſet ſine peccato illud deinde numquam accipere: tum etiam ſacerdoti nulla imminet neceſsi-

Non poteſt ægrotus ratione deuotionis ſæpius non ieiunus cō municare.

40

Scotus. Gabriel.

tas illud iterum ādminiſtrandi ratione ægritudinis, niſi alia ratione ad id teneatur: cum
41 igitur nulla iam immineat ægroto neceſsitas ſumendi hoc Sacramentum, poſtquam ſemel vt viaticum ſumptum eſt, ſequitur præceptum de ieiunio præmittendo huic Sacramento ab eo ſeruandum eſſe, aut à noua communione ceſſandum. At dicunt Recentiores, quibus oppoſita ſententia probatur, à cōmuni illa lege ieiunij excipiendum eſſe nō tantum caſum neceſsitatis præcepti, quem hactenus diximus, ſed etiam deuotionis, quia præſumendum eſt, eum etiam caſum à communi ſua lege Eccleſiam excipere voluiſſe, eo quod in ægritudine etiā magna neceſsitas eſt ægroto Diuini auxilij, quod per hoc Sacramentum cōmunicari ſolet. Neque enim præſumendum eſt Eccleſiam voluiſſe, hoc præſentaneo remedio ægrotos carere, ſi ieiuniū naturæ ſeruare non poſſent. Verùm hoc reſponſum facile exploditur: primum quia, ſi illa ratio ſufficiens eſſet, vt à communi lege ieiunij illum caſum exciperemus, eodē modo concedi poſſet ægroto, qui ægritudine aliqua leui citra vllum periculum mortis laboraret, vt nō ieiunus communicaret, ſi per aliquod tēpus ita affectus eſſet, vt illud ieiunium ad communicandum ſeruare non poſſet, quod eſt plane abſurdum. Id vero ſequi ex prędicta ſententia patet, quia in eo caſu etiam indigeret ægrotus Diuino auxilio, ſicut in alio, & ita eodem modo in vno, atque in alio præſumendum eſſet, lege Eccleſiaſtica non comprehendi: deinde ex doctrina tradita 1. 2. diſpu. 176. cap. 1. & 3. prædictum reſponſum multo faciliùs confutatur. Nam quāuis lex humana Eccleſiaſtica ita deficere poſſit in caſu ſingulari, vt per Epij Kiam emendanda ſit, & lex de ieiunio naturæ Euchariſtiæ præmittendo Eccleſiaſtica ſit; tamē nullo modo dici poteſt, ita deficere in eo caſu, quo ægrotus ex ſola deuotione Euchariſtiā ſumere cupit, vt per Epij Kiā tunc corrigēda, & ab ea caſus ille excipiendus ſit: quis enim neget, Eccleſiam rectè potuiſſe, ita præcipere hoc ieiunium naturæ pro Euchariſtia, vt etiam prædictum caſum comprehenderet? ſi autem illum expreſsiſſet, nemo ſane probabiliter poſſet, contra verba expreſſa legis illum excipere. De caſu extremæ neceſsi-
43 tatis, in quo, vt viaticum hoc Sacramentum ſumendum eſt, alia eſt ratio: nam hic non potuit lege illa ieiunij comprehendi, vt inferius dicemus. Iam vero ſi Eccleſia potuit caſum illum deuotionis lege ſua complecti, manifeſte probatur, nullum de inceps poſſe à generalibus verbis legis illum excipere. Nā exceptio caſus ſingularis à verbis generalibus legis, quādo legiſlator lege ſua illā potuit cōprehendere, per Epij Kiā, & emendationē illius fieri non poteſt, niſi cum euidens eſt, in eo ceſſare rationem legis contrariè, & pernicioſſam reddi obſeruationem illius, ita vt error illius emendatione indigeat, ſicut ibidem fuſius oſtendimus, & demōſtrauimus: ſola autem probabili coniectura talis exceptio, & emēdatio fieri nequit, neq; præſumi de mente legiſlatoris, noluiſſe caſum illum ſua lege comprehendere. Euidens autem nō eſt rationem legis de premittendo ieiunio Euchariſtiæ ceſſare in ęgroto contrarie, quoties ipſe ex deuotione hoc Sacramentum ſumere voluerit, cum lex in eo caſu abſque vllo incommodo, & peccato ſeruari poſsit, nec pernicioſa reddatur: ergo nullo modo caſus
44 ille excipiendus eſt, ac proinde probabilis coniectura in hac parte inanis erit. At dicat quis, non ſolùm in hoc caſu, cum contrarie ceſſat lex, & redditur pernicioſa, Epij Kiam locum habere, ſed in alijs etiam ſecundùm aliorum Doctorum opinionem. Verū nec hac ratione aduerſarij tueri ſe poterunt, tū quia, vt ibidem diximus, cum ex ſententia Ariſtotelis Epij Kia ſit emendatio erroris legis, numquam locum habere poteſt niſi vbi errat lex: numquam autem errare poteſt, niſi quando redditur pernicioſa, & ratio eius contrarie ceſſat: ergo immerito ab alijs Doctoribus in alio caſu locus datur Epij Kię. Quam rationem deſumptā ex definitione Epij Kię apud Ariſtotelem, vt eo loco videre licet, demōſtrationem in moribus eſſe puto: tum etiam, quia ſi aliorum ſententię de Epij Kia, quę ex ingnoratione definitionis illius planè profectę videntur, verę eſſent, iuxta nullam dicere liceret, hunc caſum cōmunicandi ex ſolā deuotione in ęgritudine à lege vniuerſali ieiunij excipi poſſe. Nam, vt conſtat ex illa diſput. 176. cap. 2. nullus hactenus opinatus eſt, poſſe ab inferiori Epij Kiam legi adhiberi ex ſola coniectura probabili, niſi quando caſus ſubitus eſt, nec adiri poteſt, & conſuli ſuperior: in quo ſane caſu aliqui minus probabiliter, vt ibidem diximus, id opinati ſunt; at ſi conueniri poſsit ſuperior, certe nemo hactenus dixit, ſola coniectura probabili excipi poſſe caſum, & conijci de mente legiſlatoris aliter, quam verba ipſa ſonant, ſed ipſum conſulendum eſſe, hic autem caſus communicandi ex deuotione ex ſe ſubitus nō eſt; nam quiſque prudens rectè nouit ſibi aliquā do occurſurū: ergo cum poſsit ante ægritudinem conſulere Pontificem, debet id facere, neque ex propria mente legem illius ita in-

Reſponſa aliquorum.

Infirmatur primo.

Secundo.

Aliud effugium præcluditur.

Ariſtot.

Quando habet locum epij: Kia.

terpretari, vt hunc caſum in vniuerſum ſibi, & alijs exceptum à communi lege eſſe putet. Adde, quòd ei, qui Romæ commoratur, nullo modo poteſt hic caſus ſubitus eſſe, ac proinde inconſulto Pontifice, id facere non poſſet. Scio quidem, quando verba legis obſcura ſunt, locum eſſe opinionibus varijs Doctorum pro varijs etiam caſibus occurrentibus, & poſſe quemque probabiliter verba legis interpretari, atque ita inueſtigare etiam mentem legiſlatoris, quę ſane interpretatio vtrum ſit Epijkia, an non, ibidem diximus. At in præſente difficultate hoc locum non habet, quia verba legis de ieiunio natura prę mittendo Eucharistiæ, ita perſpicua ſunt, vt nulla circa ſenſum eorum varietas opinionũ in vno, aut alio caſu eſſe poſsit, ſed ſolum, cum conſtet de ſenſu verborum, vtrũ in hoc caſu lex locum habeat, an per emendationẽ, & Epijkiam corrigenda ſit, vt ſuprà vidimus. Quocirca ego non video, quo fundamento, probabili primus Tabienna hunc caſum à communi lege excipere potuerit.

Caſum autem ſemel ſumendi hoc Sacramẽtum in ægritudine pro viatico, non ſolũ Eccleſia in canonibus capit. 1. citatis expreſſe à ſua lege excepit, ſed etiã quiſque per veram Epijkiã excipere poſſet, & in eo verba legis emendare, iuxta doctrinam in illa diſput. tradidam. Nam in ea neceſsitate, in qua iure Diuino preceptum eſt, ne vllus ex hac vita diſcedat, niſi in articulo mortis Euchariſtia pro viatico ſumpta, ita ſeruare legem ieiunij, vt periculum eſſet, ſine Euchariſtia diſcedere, pernicioſum eſſet, vt patet: merito igitur in hoc lex de ieiunio per Epijkiam emendari debet. Adde, quod Diuinum præceptum de ſumendo viatico maioris obligationis eſt, imo etiam ſi Eccleſiaſticũ eſſet, maioris virtutis ad obligandum cenſeri deberet, quàm illud de ſeruando ieiunio naturæ. Porro autẽ hoc præceptum de ſumendo in ægritudine viatico Diuinum eſſe diſput. 213. cap. 2. videbimus. Quomodo autem in recidiua ægritudine noua ſit obligatio ſumendi hoc Sacramentum pro viatico, ſicut etiam recipi iterũ poteſt extrema vnctio, ac proinde à non ieiuno recipi poſsit, & debeat, cum aliter recipi nequit, dicemus agẽtes de extrema vnctione.

46

CAPVT V.

ID, quod ſuperiori cap. diximus de laica communione ratione periculi mortis, ita de ſacerdotibus, ſicut de laicis intelligendum eſt, nam in eo articulo eadem neceſsitate vtrique tenentur, & eamdẽ laicam communionem accipiunt. Nunc verò de ſacerdotibus videndũ eſt, an ratione officij aliquando illis non ieiunis conueniat hoc Sacramentum accipere. Sunt autem tres caſus, in quibus manifeſtum eſt ſacerdoti id licere, quamuis aliquæ circa illos ſint difficultates: de quarto autem inter Scholaſticos aliqua eſt controuerſia, tametſi abſque vlla probabili ratione à quibuſdam reliquis tribus annumeretur, ac proinde ſi probabilem ſequeremur rationẽ, extra controuerſiam eſſe deberet. 47

Primus igitur caſus eſt, quando neceſſe eſt perficere Sacramentum, & ſacrificium: id autem contingit, quoties ſacerdos incaute pro vino conſecrando aquam calici infundit, & poſtea ſumens calicem, guſtu precipit, ſe nõ vinum, ſed aquam fudiſſe, tunc enim ſumpto calice violauit ieiunium naturæ: quia vere bibit aquam; nihilominus debet denuo vinum infundere, & conſecrare, & conſecratũ ſumere, quia hoc pertinet ad integritatem ſacrificij, vt infra diſput. 223. cap. 3. videbimus, quæ iure Diuino ex ipſa ſacrificij, & Sacramenti inſtitutione ſeruanda eſt, ac proinde lex ieiunij in occurſu illius obligare non poteſt, ſed per Epijkiam corrigenda eſt: eo quod illã ſeruare pernicioſum eſſet. Et quãuis hęc integritas Sacramenti, & ſacrificij iure ſolum Eccleſiaſtico inſtituta eſſet, maioris virtutis cenſeri deberet ad obligandum, quàm lex de ieiunio naturæ præmittẽdo huic Sacramento. Primus caſus. 48

Idem dicendum eſt, cum vnus ſacerdos poſt conſecrationem non potuit conſumere ſacrificium. Nam, cum ſumptio ad ipſam integritatem ex inſtitutione etiam Sacramenti pertineat, ex eodem Diuino iure Miſſa ab vno ſacerdote inchoata ab alio etiam nõ ieiuno perfici debet, vt Sacramentum ipſum, & ſacrificiũ conſummetur. Et ita lex de ieiunio per Epijkiam corrigenda eſt. Idemque dicẽdum eſſet, etiam ſi conſumptio Sacraméti ſolo humano iure neceſſaria eſſet, quia maioris virtutis ad obligandum hoc præceptum cenſeri deberet, quã illud de ieiunio naturæ ſeruando ante Sacramentum, ſicut ſupra etiam in alio caſu diximus. Id, quod diximus, declaratum eſt in Concilio Toletano 7. canone 2. & refertur 6. quæſt. 1. canone: *Nihil*. Quocirca

Cõcil. Toles.

Sacerdoti non ieiuno in aliquibus caſibus extra periculum mortis licet Sacramentum hoc ſumere.

Gabriel. circa immerito vnus Gabriel in 4.d.8.q.2.ar. 3. oppoſitum ſenſit. Quomodo autem, cum quis non conſiderans, ſe ieiunum non eſſe, accedit ad altare, & ibi recordatur, ſe ieiunũ non eſſe, poſſit nihilominus ſumere Euchariſtiam, ne ſiab altari diſcedat aliquam notã incurrat, diximus ſupra in ſimili diſput. 208. cap. 2. & eſt eadem ratio, quia ſeruare præceptum hoc Eccleſiaſticum cum nota illa redderetur perniciosum, neq; Eccleſia ad hoc obligare potuit, & ideo lex in eo caſu per Epijkiam emendanda eſt, atque in hoc caſu licere non ieiuno ſumere Sacramentum, docet Gabriel, in 4. diſtinct. 8. quæſt. 2. artic. 3.

49

Secundus caſus. Secundus caſus ſine controuerſia inter Doctores eſt, quoties cõſumpto a ſacerdote corpore, & ſanguine, caſu remanet particula ſpecierum panis conſecrati in ipſo calice, nã in Miſſali Romano in rubricis de defectibus diſpoſitionis corporis ſtatuitur, vt tunc, particula illa digito ad labrum calicis adducatur, vel infuſo vino ſumatur, cũ illo: vtriuſque enim optio datur: cumque aliquando vix fieri commode poſsit, vt tota particula integre ad labrum calicis adduci poſsit, neceſſe erit, vt vino infuſo ſumatur, tunc autẽ non rarò, quinimo ſæpius continget, vt prius vinum deglutiatur, quam particula illa panis conſecrati. Eodem modo contingit in feria 6. Paraſceues, cum ex præcepto Eccleſiæ particula hoſtiæ conſecratæ, quæ ex feria 5. remãſerat infunditur vino non conſecrato, & in eo ſumitur: neque oppoſitum docuit Scotus in 4. d. 8. q. 3. vt nonnulli referunt, cum Caietano loco citando, & Angelo verbo *Miſſa*, num. 20. Quinimo id, quod diximus de particula infuſa vino non conſecrato, in feria 6. Paraſceues, eodem modo ipſe docuit, oſtendens non eſſe ita neceſſarium ieiunium naturæ, quin aliquando liceat ſacerdoti non ieiuno hoc Sacramentum ſumere.

Scotus. Caietanus. Angelus.

50

Dubiũ incidens. Difficultas tamen eſt, ãn ſi remaneant aliquæ particulæ Sacramenti in altari, quas ſacerdos ſolum videat poſt ſumptum ſanguinem, & ablutionem illius, perquam ſoluit ieiunium naturę, poſsit eas nihilominus ſumere. Summa Roſellę verbo, *Euchariſtia*. 3. n. 13. docet, huiuſmodi particulas, quamtumuis paruas ſumi non poſſe à ſacerdote poſt ablutionem calicis ſumptam, eo quod in quauis illarum eſt integrum corpus Chriſti, quod nõ niſi à ieiuno ſecundum præſcriptum Eccleſiæ ſumi debet. Porro autem, ipſum loqui de particulis remanentibus ex ſacrificio, quod obtulit idem ſacerdos in Miſſa, patet, quia loquitur de particulis remanentibus in patena poſt perfuſionem, & idem inquit dicendum de hoſtia integra, vt illa ſumi non poſſit poſt perfuſionem; poſt ſumptum autem ſanguinem, dicitur, illam ſumere nõ eſſe mortale peccatum, quamuis id non deceat, cum aliquo modo ordo ſumendi Sacramentum peruertatur. Pro hac ſentẽtia referunrur etiã Paludanus in 4. d. 6. q. 1. infine, & Antoninus 3. p. tit. 12. cap. 6. §. 9. Verum Paludanus ſolum loquitur de particulis remanentibus ex communione populi, non tamen explicat, vtrum hoc intelligatur, quando pro populo ſimul etiam in eadem Miſſa à ſacerdote plures hoſtiæ conſecratę ſunt, an ſolum, quando iam ante in ſacrario conſecratę pro laicis ſeruabantur. Pro hac ſententia allegatur à Caietano Scotus in 4. d. 8. immerito tamẽn. Ego vero exiſtimo, ſi particulæ illę ſint relictæ ex ſacrificio, quod tunc obtulit ſacerdos, ſiue vnam tantum hoſtiam proſe, ſiue plures etiam ſimul pro toto populo conſecrauerit, & ex illis particulæ illę remanſerint, poſſe eum ſoluto ieiunio naturæ per ablutionem calicis in eadem Miſſa eas conſumere. Ita docuerũt Caietanus in ſumma verbo *Miſſæ celebratio*, & tomo 2. opuſculorum tractatu 3. q. 1. art. 8. vbi fuſe diſputat de hac re Silueſter in ſumm. verb. *Euchariſtia*. 3. q. 8. Sotus in 4. d. 12. q. 1. art. 8. in fine, Ledeſm. 1. p. quarti q. 21. art. 8. dub. 4. Nauarrus in ſumma cap. 25. n. 89. qui, quamuis abſolute id, quod diximus, concedant, eorum tamen ratio indicat, eos id intelligere, ſi reliquiæ illę relictę ſint ex ſacrificio, quod tunc obtulit ſacerdos. Hęc vero ſententia confirmari non debet autoritate Clementis in Epiſtol. 2. quę refertur canone, *Tribus. De conſecratione* d. 2. vbi dicitur, tanta holocauſta offerenda eſſe, quanta populo neceſſaria ſunt, hoc eſt, panis & vinum tãtę quantitatis, quanta ſufficere poterat, vt quiſque partem accipiat: ſic enim in antiqua Eccleſia fiebat, quòd ſi remanſerint (hoc eſt, panis, & vinum) cõſecrata conſumantur eodem die. Cum enim ibi non dicatur à non ieiuno etiam conſumenda eſſe, ſed abſolute de conſumptione eodem die facienda ſermo ſit, prædicta opinio inde confirmari non poterit: ratio igitur Caiet. quam cęteri ample & fũdatur, eam efficaciter probat, quoniam cõſumptio particularum pro vna, & eadem actione Sacramentali reputatur, cum ſacerdotis munus ſit conſumere Sacramẽtum, & ſacrificiũ, quod obtulit, & vt præcepto ieiunij præmitendi ante Euchariſtiam ſatisfaciat, ſatis eſt, accedere ieiunum ad hoc Sacramẽtum, antequàm illud conſumere incipiat: ſic enim ſimpliciter præmittitur toti actioni Sacramentali, ſiquidem videmus, inquit Caietanus, in alijs

Paludanus.

51

Scotus. Autoris ſententia.

Caietanus. Silueſter. Sotus. Ledeſma. Nauarrus.

Aliqui nõ bene probãt ex Clemente.

52

Senſus Roſellæ.

53

alijs cāsibus, qui interdùm accidunt in ipsa consumptione, satis esse ieiunum ad Sacramē tum initio accessisse, & soluto ieiunio naturæ consumptionem continuare, vt cum adhæret particula specierū panis calici, vel etiá sumenti ad hæret palato, ita vt necesse sit ali quanta aqua sumpta illam in stomachū traijcere: tunc enim certū est, prius aliquid aquæ quam particulam illam deglutiri: in quo etiá casu id licere præter Caietanum ibidem docent Siluester, & Sotus, & Nauarrus locis citatis. Cæterum, cum dicimus, posse sacerdotem post sumptam ablutionem particulas, quas viderit, consumere, non intelligimus, id necessarium esse, quia si commodè posset seruare, vel in crastinū, vel in sacrario repone re, absq; peccato id faceret, sed solum absq; violatione præcepti de prę mittendo ieiunio naturali ante hoc Sacramentum, id licere. Pre tereà, id, quod dicimus de sacerdote celebrā te, nō intelligimus de laicis, aut de sacerdote more tantum laicorum communicante: huic enim nō sunt tribuendæ particulæ post sum ptam aquam, aut vinum pro ablutione, eo quod ad ipsum non pertineat consumere reliquias Sacramēti, sicut pertinet ad sacerdotē, & ita in eo perceptio Sacramenti, & consum

54 ptio particulæ non potest pro vna actione Sacramentali reputari, sicut in sacerdote, sicut optime notarūt Dominicus Sotus, & Le

Sot. ut. Ledesma. desma. Postremo denique data opera diximus, reliquias solùm sacrificij consecrati tūc à sacerdote in Missa siue pro se, siue etiá pro populo post sumptam ablutionem ab ipso cō sumi posse, quia cum hæ ad idem sacrificiū spectent, spectant etiam ad eamdem actionē Sacramētalem consumptionis, & ita satis est, si sacerdos initio fuerit ieiunus ieiunio naturæ. At vero cum reliquiæ Sacramenti antea consecrati, & pro laicis in sacrario repositi, quo laici interdum communicari solent, non pertineant ad idem sacrificium, sed ad eādem actionem sacrificandi, nō possunt per modū vnius cum Sacramento tunc consecrato à sacerdote sumi, ac proinde nec post ablutionē consumi: tunc enim absolute diceretur Sacra mentum sumi à non ieiuno contra præceptū

5 Ecclesiæ. Quare, si quid Sacramenti, quod in Pyxide seruatur, inter communicandum laicos ceciderit in linteum aut corporale altaris, non poterit sumi à sacerdote, sed in sacra rio reponi debet.

Limitatio Soti. Verum enimuero, quamuis Autores citati in prædicta sententia conueniant, vt diximus, Sotus tamen ita illam temperat, vt solum intelligat de minoribus quibusdam particulis, non autem de maioribus, sed hæc in sacrario reponi debeant, quod tamen intel ligi debet, si id fieri queat: nam, si commodè reseruari non possunt in sequentem diē, tunc alia ratione, vt dicemus in sequente casu, à sacerdote non ieiuno cōsumēdæ essent. Alij vero Autores nullam inter paruas, & magnas particulas differentiam in hoc assignant, sed det omnibus indiscriminatim idē docēt. Quę sententia mihi vera videtur, cum omnium eadem omnino sit ratio, nempe, quòd, cum pertineant ad eadem actionem sacrificandi, per modum vnius, & quasi vna actione consumū tur. Quare si aliqua formula ex ijs, quæ consecratę fuere tunc pro populo, postea casu in ueniat sacerdos, neque sit aliquis ex populo ieiunus, ipse sumere potest ab eādem ratione, qua posset si minor particula esset.

Nō est admittenda.

56

Præterea, ex Autoribus citatis Siluester ita prædictam sententiam sequitur, vt asserat, tunc solum censeri vnam actionem consumendi Sacramentum, & reliquias eius, quatenus à sacerdote non ieiuno sumi possit particula ex sacrificio relicta, quando antequam reponatur calix in altari deprehenditur, & consumitur, nam reposito iam calice non erit ex eius sentētia vna actio, nec dicitur fieri in continenti, vt vulgus dicere solet; ac proinde non licebit sacerdoti particulam illam sumere, sed reseruare debebit in sequentem diē, vel alteri, qui non ieiunus eam consumat, nisi ratione alicuius periculi, vt in tertio casu statim dicemus. Ego vero censeo, quandiu sacerdos ab altari non desceſsit, recte posse, quamlibet particulam eiusdem sacrificij consumere eo modo, quo diximus: quia quamdiu in altari est, ad hoc videtur constitutus, vt ea, quę ad sacrificium pertinent, perficiat. Neque obstabit, quòd multo tempore in altari inter Missę celebrationem, aut ea finita in communicando populo fuerit occupatus, quominus censeatur adhuc permanere in loco destinato ad perficiendū ea, quæ pertinēt ad sacrificium, ac proinde consumere possit particulas sacrificij, quod ipse peregit, quam uis alias, vt supra diximus, non posset. Cum vero iam ab altari discesserit, non videtur esse in loco ad sacrificium destinato, & ita si tūc particulam relictam consumeret, contra præ ceptum ieiunij peccaret, quia non censere tur vna actio cum precedente ob rationem dictam.

Siluestri sensus.

Mēs Auto ris

57

Tertius casus citra omnem controuersiā certus, in quo Eucharistia sumi potest à nō ieiuno, est, quado immineat periculum irreue rentię alicuius, quę fiet Sacramēto, aut quia deueniet in manus infidelium, aut quia âbru to aliquo animali deuorari potest, aut de-

Tertius Casus.

nique

nique aliquid aliud minime decẽs ei accidet, & in hoc caſu non ſolũ à ſacerdote non ieiuno ieiunio naturæ, ſed etiam ieiunio Eccleſiaſtico conſumi poteſt, imo etiam à laico, ſi nullus ſacerdos fuerit. Nam quod obſeruerentiam Sacramenti introductum eſt, ſeruari nõ debet, quando aliquid etiam timetur, quod minus decet.

58 Obiectio contra doctrinam ſecundi caſus.

Contra ea tamen, quæ diximus in ſecundo caſu, obijciet quis in hunc modum. Quamuis in primo, & tertio caſu locum habeat Epijkia, & emendatio legis de ieiunio naturæ premittendo ante hoc Sacramentum, quia in eis redderetur nociua, & iniuſta obſeruatio legis, vt patet, tamen in ſecũdo caſu locum habere non poteſt, eo quod abſque vllo incommodo lex tunc obſeruari poſſet, relinquendo particulam illam alteri non ieiuno, ſi nulla irreuerentia timeretur Sacramento ex eo, quod in poſterum ſeruaretur: quòd ſi tunc Epijkia locũ non habet, nec lex emẽdatione indiget, ſequitur, & caſum illũ etiã lege vniuerſali ieiunij comprehendi, ac proinde in eo etiam ſeruandam eſſe. Reſpondeo, primum, & tertium caſum à lege vniuerſali per Epijkiam excipi, ſecundum autem non item, ſed alia ratione lege illa non comprehendi, nempe, quia illa in vniuerſum intelligitur reſpectu eiuſdem actionis, ita vt ieiunium præmitti debeat ſingulis actionibus conſumendi Sacramentum, quæ in genere actionis Sacramentalis diuerſæ cenſentur, & quia conſumere reliquias eiuſdem ſacrificij ad eamdem numero actionem in moralibus

Solutio.

59 pertinet, vt ex mente Caietani diximus: ideo lex illa non ita obligat, vt pro ſingulis particulis ieiunium illud præcedere debeat. Hac ratione non emendamus legem per Epijkiã in caſu ſingulari, ſed verba legis interpretamur. Id quod ſola etiam ratione probabili fieri poteſt, ſicut notauimus 1.2. diſput. 176. cap. 3. vbi aſsignauimus diſcrimen inter Epijkiam, ſeu emendationem legis, & interpretationem illius iuxta ſenſum verborum in vniuerſum, & diximus, circa interpretationẽ poſſe eſſe varias opiniones, quales ſunt circa legem Concilij Tridentini de pœnis impoſitis ijs, qui ordinantur ſine patrimonio, aut beneficio: caſum vero Epijkiæ debere eſſe citra controuerſiã euidentem, niſi quando circa poteſtatem legiſlatoris ad obligandum in aliquo caſu fuerit varietas opinionum, nec ſatis manifeſtum ſit, non potuiſſe obligare: tunc enim per ſolam opinionem probabilem legi vniuerſali adhiberi poteſt Epijkia, id quod in præſenti nõn contingit. Quãuis igitur in preſenti aliqui contrarium opinentur; tamen iuxta opinionem, quam probabiliorem putamus, recte poſſumus; totam legẽ de ieiunio præmittendo Euchariſtiæ eo modo, quo diximus, interpretari.

60 Obiectio altera ex Concilio Matiſc. 2.

Verum obijciat quis nobis canonem 6. Cõcilij Matiſconenſis 2. vbi definitur, vt reliquiæ ſacrificiorum, quæ peracta Miſſa in ſacrario ſuperſederint, innocentibus adductis ad Eccleſiam, quarta, vel ſexta feria indicto illis ieiunio cõſperſę vino tribuantur, ac proinde prohiberi videtur, vt à ſacerdote conſumantur. Reſpondeo primùm, hoc Cõciliũ fuiſſe Prouinciale non confirmatum à Papa, & ita legem ſolùm pro ſua tantum Prouintia ſtatuere potuiſſe. Deinde reſpõdeo, non declaraſſe, non licere ex natura rei id, quod ſupra de his reliquijs diximus, ſed cũ oppoſitũ fieri poſsit à ſacerdote, vt ſupra notauimus, potuiſſe illud lege ſua præcipere. Poſtremo dico, Concilium non loqui de quocumque genere reliquiarum, quę ex ſacrificio ſuperſint, ſed de illis, quę dicta opera pro ægrotis in ſacrario reponi conſueuerant, & de ijs aliqua de cauſa ſtatuere voluiſſe, vt innocentibus conſumendę tribuerentur, cum tamen ſacerdos ea etiam conſumere poſſet.

Soluitur primò.

Secundò.

Tertio.

61 Pro caſu quarto difficultas quædã expeditur.

Quartus caſus apud Autores in quæſtione eſt, an videlicet poſsit ſacerdos non ieiunus Miſſam celebrare, vt conſecret in ea hoc Sacramentũ pro ægroto, qui in extrema neceſsitate verſatur? Quæſtio autem ſolùm locum habet, quando hoc Sacramentum ſeruatum non eſſet pro ægrotis, vt fieri ſolet, vel propter incuriam parochi, vel alia de cauſa. Maior in 4. diſtinct. 9. quæſt. 3. §. *Quinto arguitur*: putat, licere ſacerdoti ſecretò Eccleſiam adire, & ibi hoſtiam pro ægroto conſecrare, & eam ad ipſum deferre; ita tamen, vt propter ſcandalum aliorum vitandum ipſe Miſſam non celebret. Confirmari autẽ poteſt hæc ſententia, quia eadem ratio videtur locum haberet in hoc caſu, vt non ſeruetur ieiunium ab Eccleſia impoſitum atque in præcedentibus, quia nimirum non ſuccurreretur neceſsitati ægroti, ſi ieiunium ſeruaretur: & ita obſeruatio legis nociua eſſet. Eadem ratione concedit idem Autor, licere ſacerdoti ſecretò conſecrare fruſtũ panis fermẽtati (de hoc enim loquitur) ſi azymus non inueniatur, vt neceſsitati ægroti ſuccurrat.

Sententia Maioris.

Ratio.

Vera ſententia.

Contrariam ſententiam docent Sotus in 4. diſtinct. 12. quæſt. 1. artic. 8. Ledeſma 1. p. quarti quæſt. 21. artic. 8. dub. 2. Paludanus d. 8. quæſt. 2. artic. 1. num. 9. poſt ſecundã concluſionem, Gabriel eadem diſtinct. 2. artic. 3. & Nauarrus in ſumma cap. 21. nu. 53. quę non ſolum mihi magis probatur; ſed etiam ita ve-

Sotus. Ledeſma. Paludanus.

Gabriel. Nauarrus.

ram

ſam cenſeo, vt priorem nullo modo probabilem exiſtimem. Omiſsis vero multis rationibus, 62
quę in confirmationem huius ſententiæ adduci ſolent, vnica ſolùm id, quod dixi, manifeſte demonſtrat. Nam, licet obligatio, qua ægrotus tenetur ad ſumendum hoc Sacramẽtum, ſit iuris Diuini, & præceptum de ieiunio naturæ præmittendo huic Sacramento, aut conſecrandi in azymo ſit humanum Eccleſiaſticum; tamen, quãdo nõ eſt copia huius Sacramenti ſecundum legitimum Eccleſiæ ritum, ægrotus eo præcepto Diuino ad ſumẽdum Sacramentum non tenetur, & multò minus ſacerdos ad miniſtrandum illud obligatur, quia ægrotus ſolum hoc præcepto Diuino obligari potuit, ſi ei copia Sacramenti nõ deeſſet: tũcautẽ nulla ei ſubeſſet copia, vt ſupponimus. Quod verò attinet ad paſtorem, & prælatum Eccleſiæ, eatanus ſolum Sacraméta miniſtrare debet, quatenus ei ab Eccleſia præſcriptũ eſt, qui & ipſum paſtorem cõſtituit, & modum Sacramenta miniſtrandi, & conſecrãdi ei præſcripſit, atque hac ex parte Diuinum præceptum determinare potuit. Quem ordinem ſeruare multo magis intereſt, quã extra illum vni, aut alteri ægroto Sacrementum miniſtrare, quod non eſt medium ad ſalutem neceſſarium, neque primam gratiam vnquam confert, vt diximus diſput. 169. cap. 3. Quaratione, cum Eccleſia pro Sacramento Pœnitentiæ ſtatuerit, vt quiuis ſacerdos abſoluere poſsit in extrema neceſsitate, ſi proprius deſit, ordinem Eccleſiaſticum immutauit, eo quod videretur hoc Sacramentum ad conferendam primam gratiam eſſe ſtatutum, & ideo ſine illo in re aliquando hominem nõ ſaluari, qui reipſa eo ſuſcepto ſaluaretur. Tamen de adminiſtrando Sacramento Euchariſtiæ prætermiſſo ordine Eccleſiaſtico, nihil vſquam hactenus declarauit. Ex dictis etiam ſequitur, in prędicto caſu non eſſe locum Epijkię, & emẽdationi legis de præmittendo ieiunio, & alijs legibus Eccleſiaſticis de modo celebrandi, ità vt, ſicut licet ægroto ob extremam neceſsitatẽ non ſeruato ieiunio cõmunicare, ita etiam liceat ſacerdoti cõſecrare panem formentatum, aut non ſeruato ieiunio, aut ſine veſte ſacra, aut alio quocũque modo, ritu Eccleſiaſtico prętermiſſo. Nã ſi ęgroto negaretur hoc Sacramentum, quod pro viatico illi à Chriſto relictum fuit eo ſolùm, quòd non ſeruaret ieiunium, quod nullo modo ſeruare poſſet in ęgritudine, profecto lex de ieiunio, & obſeruatio illius in illo caſu ſingulari nociua redderetur. Si vero ſolum hoc Sacramentum ęgroto negaretur, quia non eſſet copia illius iuxta ritum ab Eccleſia in vniuerſum præſcriptum, ne fieret conſecratio prętęr vniuerſalem conſuetudinem in Eccleſia laudabilem, neque lex Euchariſtiæ, neque obſeruatio illius nociua redderetur. Cęterùm multo minus probabile eſt, quod idem Maior docere videtur, in prędicto caſu poſſe ſacerdotem ſolum panem conſecrare, & ad ęgrotum deferre, etiam ſi ipſe de illo non communicet: nam, cum ſacerdos conſecrans verè ſacrificet, & iure Diuino neceſſarium ſit, vt ſacrificans conſummet ſacrificium, & de illo cõmunicet, vt diſput. 222. cap. 9. dicemus: tum etiam, vt vnam ſpeciem ſine altera non conſecret, ſicut diſput. 223. c. 3. probabimus, multo minus dici poteſt, hæc iura Diuina prętermittenda eſſe, vt ęgroto Sacramentum miniſtretur. Quod vero nonnulli Recentiores temperantes ſententiam Maioris aſſerunt, illud, quod dixit Maior, fieri quidem poſſe, ſed ex diſpenſatione Epiſcopi, improbabile quoq; eſt: eo quod ſi quod obſtat præceptum Eccleſiaſticum, quominus id, quod dixit Maior, fieri poſsit, eſt vniuerſale, & iuris communis, quod Epiſcopus diſpenſatione relaxare non poteſt. 65

Cæterum, quod attinet ad horam celebrationis, de qua nihil nunc habemus ab Eccleſia pręſcriptum, ſed conſuetudine tãtum introductum, exiſtimo, facilius adhiberi poſſe Epijkiam pro ægroto communicando, vt diſput. 232. cap. 3. dicam; eo quod minoris momenti conſuetudo illa videatur, quod attinet ad tempus, quam lex ieiunij, aut de pane azymo, & de alijs ritibus, pro communicando ægroto in extrema neceſsitate.

Fundamẽtum vnicum.

63

Corollarium.

64

ARTICVLVS IX.

Vtrum non habentes vſum rationis debeant ſuſcipere hoc Sacramentum.

PRIMA Concluſio; *Qui paruum, ſeu debilem vſum rationis habere dicuntur, non debent hoc Sacramento priuari.* Secunda cõcluſio. *Iſs, qui a natiuitate plene carent vſu rationis, non eſt contendendum hoc Sacramentum.* Tertia concluſio. *Iſs, qui ex aliquo tempore inciderunt in amentiam, ſi antequam in illam inciderent, apparuit, habere aliquam deuotionem huius Sacramenti, debet in articulo mortis hoc Sacramentum miniſtrari, niſi vomitus, aut aliquid ſimili indecens timeatur.* Hęc ſunt in cor-

pore

pore articuli. Ex ſolutione ſecundi colligi poteſt quarta concluſio in hunc modum; *De Energumenis Baptizatis eadem ſeruanda ratio eſt, atque de amentibus.*

Ex concluſione 3. colligitur quinta concluſio hoc pacto: *Paruulis ante vſum rationis non eſt hoc Sacramentum miniſtrandum, ſicut neque iis, de quibus in prima concluſione diximus.*

An paruulis amentibus, & energumenis Euchariſtia miniſtrari poſsit. Diſputatio. 212.

Status controuerſiæ. Cap. 1.
Quamuis paruuli non ſolùm Sacramentalis, ſed etiam ſpiritualis manducationis huius Sacramenti capaces ſint, eis tamen miniſtrare non licet. Cap. 2.
Tametſi omnes amentes ſint capaces fructus huius Sacramenti, nonnullis tamen negari debet. Cap. 3.
Energumeni quo pacto ad Euchariſtiam ſint recipiendi? Cap. 4.

Status controuerſiæ.

CAPVT I.

QVAMVIS De paruulis peculiaris ſit difficultas, an præcepto huius Sacramenti, ſicut etiam adulti teneantur, tamen hoc loco amiſſa obligatione præcepti, de qua diſputetione ſequẽti in vniuerſum differemus, ſolũ diſputabimus, an liceat illis hoc Sacramentũ miniſtrare: neque enim in toto articulo vllũ verbum habet S. Thomas de obligatione præcepti huius Sacramenti. In primis autem præmittendum eſt, triplex eſſe genus manducationis, primum Sacramentalis tantum, alterũ ſpiritualis tantum, tertium vero Sacramentalis, & ſpiritualis ſimul. Quãquidem diuiſionem hæretici noſtri temporis eatenus ſolum reijciunt, quatenus putant, numquam Chriſtum reipſa, ſed ſemper ſolùm ſpirituali modo, hoc eſt, ſola fide in hoc Sacramento manducari: nam reſpectu ipſius Sacramẽti dumtaxat prædictam diſtinctionem non negant. Quorum error hoc loco confutandus nõ eſt, cum hic ſolum agamus de ſumptione huius Sacramenti, ſupponentes ad veritatem illius verum corpus, & ſanguinem Chriſti pertinere, vt ſupra ſatis ſuperque contra eoſdem hæreticos probatum eſt. Prædictam autem diſtinctionẽ adducit Concilium Tridentinum ſeſſion. 13. cap. 8. & eam probans, inquit, has tres rationes accipiendi hoc Sacramentum à Patribus noſtris rectè traditas fuiſſe. Fuit autem à Scholaſticis in 4. diſtinct. 8. & 9. à S. Thoma in hac quæſt. 80. artic. 1. & Alexandro 4. p. quæſt. 11. membro 1. artic. 2. hæc diuiſio congruenter inuenta ad explicanda aliqua Auguſtini teſtimonia (neque enim expreſſe in eo talis diuiſio facta inuenitur) quæ eſt in canone; *Quod eſt*, & ſequente: *De conſecratione*, diſtinctione ſecunda, qui quidem compactus eſt ex varijs locis ipſius, nempe, ex tractatu 25. & 26. in Ioannem, & ex libro de pœnitẽtiæ remedio. vbi ait Auguſtinus, tunc mãducari corpus Chriſti, & bibi ſanguinem eius, cum Chriſtus manet in eo, qui manducat, & bibit, quod ſane intelligendum eſt de mãducatione ſpirituali, & Sacramẽtali ſimul, hoc eſt, de fructuoſa mãducatione. Quo ſenſu dixit in libr. ſententiarum Proſperi c. 339. idem Auguſtinus, eum qui diſcordat à Chriſto, nec manducare carnem eius, nec bibere eius ſanguinem: id quod refertur in canone: *Qui diſcordat*, eadem d. Preterea inquit, credere in Chriſtum eſſe mãducare illũ: quod ſane de ſpirituali mãducatione intelligit. Demum concedit, eum, qui manducat, & bibit indigne, vere accipere Sacramentum, quod de Sacramentali ſolùm manducatione debet intelligi: id quod etiam fatetur in illo canone: *Qui diſcordat*. Eſt igitur iuxta mentem Auguſtini explicatam à Concilio, & Scholaſticis manducatio ſolùm Sacramentalis, qua peccatores ſumunt hoc Sacramentum, quia reuera manducant illud, & cum eo corpus Chriſti, fructum tamen ſpiritualem illius nõ percipiunt. Mãducatio verò ſpiritualis dumtaxat eſt eorum, qui voto propoſitum illum cœleſtem panem edentes fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & vtilitatem ſentiũt. Et quamuis Auguſtinus manducationem ſpiritualem, quam tribuit fidei, non reſpectu Sacramenti, ſed reſpectu Chriſti ſecundũ ſe, in quem credimus, cõſtituat; tamen eadem proportione rectè dici poteſt manducatio ſpiritualis Chriſti pro vt in Sacramento, Sacramenti ipſius propoſitum, ſeu votum ſuſcipiendi hoc Sacramentum. Circa fructum vero huius Sacramenti hoc modo ſumpti nonnulli Recentiores referunt errorem hæreticorum noſtri temporis, quòd aſſe-

1
S. Thomas.
Triplex mãducandi genus.
Cõcil. Trid
S. Thomas. Alexandri. Auguſtinus
2
Prima mãducatio Sacramentalis.
Proſper.
3
Secunda ſpiritualis

asserant, hanc spiritualem Sacramenti mãducationem non esse minus fructuosam, quam si cum reali coniuncta sit: quem errorem dicunt damnatum esse in Concilio Tridentino sessione 13. cap. 8. & canone 8. Verum in eo canone non hic, sed alius error damnatur, proprius quidem hæreticorum nostri temporis, nempe, Christum in Eucharistia exhibitum spiritualiter tantum, & non etiam Sacramentaliter, ac realiter mãducari, eo quod prędicti hæretici, veram Christi præsentiam in hoc Sacramento negẽt, vt disput. 179. cap. 1. vidimus. Et quamuis, vt diximus in fine illius capitis, Caluinus contendat, donari nobis Christum sub symbolo, & Sacramẽto panis, & vini; quia tamen inquit non donari, nec mãducari reipsa, sed per fidẽ in Sacramẽto apprehensum, de sumptione Sacramenti, & symboli in voto, & desiderio solum, & re ipsa nihil diuersum docet. Neque video, qua ratione id dicere possent, nisi quia symbolũ, quod ipsi ponunt, efficacius excitaret fidem. Nihilominus censeo, manifestum errorem esse asserere, eodem modo, & eumdem effectum percipi ex Sacramento solo voto, seu desiderio, & reipsa sumpto: quoniam reipsa sumptum ex sententia omnium operatur aliquid ex opere operato vltra meritũ ipsius sumẽtis: at vero si desiderio, & solo voto sumatur, nihil percipitur, nisi fructus ipsius operis meritorij. Nonnulli Recẽtiores dicunt, referri a Soto in 4. distinct. 12. quæst. 2. artic. 1. & a Ledesma in 1. p. quarti quæst. 22. artic. 4. quosdam Theologos, qui dicerent, Sacramentum in voto aliquid etiam operari, supra meritũ ipsius recipientis, licet nõ tantum, quantum operaretur. Verum neque Sotus, neque Ledesma talẽ opinionẽ referunt, neque ego hactenus vllũ legi, aut audiui qui id assereret. Ledesma vero solum docet, male facere parochos, qui quacumque de causa ægrotis reipsa hoc Sacramentũ non præbent, sed solum adorandum, & in voto suscipiendum proponunt, quia eos priuant effectu illius, nempe, quem supra proprium meritum haberent.

Quod super est circa hanc spiritualem mãducationem videndum, est, quid significet Concilium Tridentinum loco citato illis verbis: *Fructum eius, & vtilitatem sentiunt*: loquitur enim de ijs, qui solo voto, seu desiderio hoc Sacramentũ suscipiũt, ex quo sequi videtur, hoc Sacramentũ etiam in voto aliquid operari, contra id, quod hactenus diximus. Respondeo, verba quidem citata intelligẽda esse de fructu Sacramenti in voto suscepti: illa enim vox: *Eius*, ad illud refertur: operationem tamen, & fructum illius hoc modo suscepti nõ esse ex opere operato supra meritum suscipientis, sed esse ipsum meritum eius, quod quidem dicitur Sacramentum per sui desiderium operari: nam Sacramentũ cogitatione apprehensum, & voluntate desideratum excitat fidem viuam, & efficacẽ, qua in Deum autorem tanti beneficij, & Sacramenti ferimur.

Tertia denique mãducatio est Sacramentalis, & spiritualis simul. Vocat autem Concilium Sacramentalem, & spiritualem simul, qua Christus in Sacramẽto, non tantum reipsa manducatur, sed etiam cum fructu percipitur. Hos tres modos mãducandi distinguit etiã S. Thomas in articulo primo huius quæstionis: nam, quãuis in corpore non assignet nisi primum, & tertium, tamen in solutione tertij assignat etiam secundum modum, qui fit solo voto, & desiderio: notat autem ibi, Patres antiquæ legis, qui 1. ad Corinth. 10. dicũtur eamdem spiritualem escam manducasse in illo manna, quam nos nunc manducamus, non manducasse spirituali modo hoc Sacramentum, sicut nos, quia illi non desiderabant illud sumere, sicut nos desideramus, sed propter figuram, quæ illis cõtigit (inquit S. Doctor) in qua figurabatur hoc Sacramentũ, dicũtur eamdem spiritualem escam manducasse.

Exijs, quæ diximus, manifestũ est, in quibus Sacramentalis mãducatio sine spirituali inueniatur, & in quibus spiritualis sine Sacramentali, denique in quibus vtraque simul coniuncta sit. Iam vero quod ad præsentem attinet controuersiam, videndum est de paruulis, & amentibus, an illis itarecte ministrari possit Eucharistia, vt non tantum Sacramẽtali, sed etiam spirituali mãducatione eam percipere dicantur.

Quamuis paruuli non solum Sacramentalis, sed etiam spiritualis mãducationis huius Sacramenti capaces sint, eis tamen illud ministrari non licet.

CAPVT II.

TRIA In hoc cãpite dicendã proposuimus, primum est, paruulos capaces esse mãducationis Sacramentalis, hoc autem citrã controuersiam esse deberet, nisi quidam Recentiores leui de causa oppositum dixis-

Cõcil. Trid.

Caluinus.

4

Vberior percipitur fructus ex Eucharistia reipsa, quã in voto susceptã

Sotus. Ledesma.

Nullus dixit Eucharistiam in voto conferre aliquem effectũ ex opere operato

5

Explicatur Tridẽtinum.

Tertiã Sacramentalis, & spiritualis simul.

S. Thomas.

6

7

ſent, exiſtimantes, eámdé eſſe rationem ignorantium, & paruulorum. Nam, cum ignorantes non dicantur Sacramentaliter manducare Chriſtum, quoties putant, ſe manducare panem communem, tunc enim panis conſecratus illis Sacramentum non eſt, eodem modo videntur & paruuli non manducare Sacramentaliter, quia accipiunt id, quod ignorant eſſe Sacramentum. Ego tamen exiſtimo, hoc genus manducationis paruulis non eſſe negandum, quia, vt inferius dicemus, vere cõuenit illis manducatio ſpiritualis, hoc eſt, fructuoſa coniuncta cum ipſa ſumptione reali Sacramenti. Impoſsibile autem eſt, recipere hoc Sacramentum reipſa fructuoſe, & illud Sacramentali manducatione non edere. Plurimum autem intereſt inter ignorantes ſui compotes, & paruulos: nam ignorantes ſui compotes non ſolum ignorãt id, quod manducant, ſed etiam putantes, ſe communem panem mãducare, illum vt communem panem manducare volũt, ac proinde oppoſitã volũtatem, & diſpoſitionẽ Sacramentali manducationi habent. At vero paruuli, licèt ignorent id, quod manducant, nec voluntatem habeant manducandi Sacramentũ, non tamẽ habent contrariam, quæ manducationi Sacramentali aduerſetur, & aliàs ipſi Sacramenti, & fructus illius capaces ſunt. De brutis animantibus iam diximus ſupra diſput. 195. ca. 5. non ſolum dicenda eſſe deuorare, ſed etiã manducare Chriſtum, non tamen Sacramentali modo: quia ſpecies panis, quas ſumũt nullo modo illis Sacramentum ſunt. Eodem modo dicendum eſt de nondum baptizatis, his enim, cum non ſint capaces aliorum Sacramẽtorum, donec Baptiſmum recipiant, ſpecies conſecratæ non ſunt Sacramentum: ac proinde nec ab ipſis Sacramentaliter manducari dicendę ſunt.

Paruuli capaces ſunt manducationis Sacramentalis.

Diſcrimẽ inter paruulos, & ignorantes ſui compotes.

8

Bruta non ſumunt Sacramenta liter licet ſumant Sacramentũ.

Alterum ex ijs, quæ propoſuimus, eſt, paruulos ſpiritualis manducationis capaces eſſe. Per manducationẽ autem ſpiritualẽ nõ intelligimus eam, quã dixit Concilium ſpiritualẽ tantum, in ſolo voto, ſeu deſiderio poſitã, hęc enim non conuenit paruulis expreſſe, ſed virtute tantũ, nempe, in effectu Baptiſmi, in quo etiã virtute, & in fide Eccleſiæ hoc Sacramẽtum deſiderare dicuntur, ſed intelligimus eã ſpiritualem manducationẽ, per quã fructum Sacramenti percipimus, & quæ cũ Sacramentali cõiuncta eſt. Cum igitur dicimus, paruulis rectè cõuenire manducationẽ ſpiritualem huius Sacramenti, nihil aliud intelligimus, quam ipſos ita recipere poſſe Sacramentum reipſa, vt fructum etiam illius participent: tametſi de hoc aliqua inter Scholaſticos cõtrouerſia ſit. Nam aliqui aſſerunt, paruulos cãpaces non eſſe fructus huius Sacramenti. Hi ſunt Alexand. 4. p. quæſt. 11. membr. 2. artic. 3. §. 1. verſiculo: *Conſequenter quæritur, vtrum paruulis*: ad 2. Paludanus in 4. diſtinct. 9. q. 4. artic. 2. Maior in 4. diſtinct. 9. quæſt. 1. §. *Secundo arguitur*. Dominicus Sotus. in 4. diſt. 12. quæſt. 1. articul. 9. §. *Nihilominus licet* quamuis hic Autor in vtramque partem claudicare videatur, Petrus de Soto, lib. de inſtitutione ſacerdotum lectione 8. de Euchariſtia. Caietanus in hac quæſtione, artic. 12. quæſt. 1. & Gabriel in 4. diſtinct. 9. quæſt. 2. artic. 3. dubio 4. Allegari quoque ſolet Paludanus in eadem diſtinctione quæſt. 4. artic. 3. ſicut à Gabriele citatur & D. Thom. in hoc artic. ad 3. hi tamen duo ſolum docent, non licere paruulis hoc Sacramentũ tribuere, id quod nos etiam verũ exiſtimamus, vt inferius dicemus, etiam ſi cenſeamus, eos capaces eſſe mãducationis, & fructus ſpiritualis Sacramenti. Rationes vero huius ſententiæ, duæ ſunt. Altera eſt, quia effectus huius Sacramenti cum ſit inſtar nutritionis, non poteſt eſſe ſine deuotione aliqua recipientis, vt ita inſtar viuentis ad ſui nutritionem cooperetur, neque omnino paſsiue ſe habeat, ſicut cum aqua aquæ infunditur, ex cuius infuſsione augetur. Quæ ratio probare videtur, ex parte ſumentis Sacramentum requiri aliquam deuotionem ſaltem præcedẽtem, quãuis Caietanus ſupra q. 79. art. 1. contendat, etiam requiri ſimul tempore cum ipſa Sacramẽtali mãducatione, in art. vero 12. huius quæſtionis §. *Quo ad tertium* ſaltem præcedentem expoſcat. Altera vero eſt, quia cum fructus huius Sacramẽti ſit inſtar nutritionis viuẽtis, & hæc ſit ad inſtaurãdas partes, quæ cõtinuo amittũtur actione caloris naturalis in ipſum viuens, nõ poteſt paruulis cõuenire, eo quod nihil ipſi ſpirituale amiſerint poſt generationem Baptiſmi, quòd per nutritionẽ ſpiritualem inſtaurari debeat.

9

Paruuli capaces ſunt ſpiritualis manducationis.

Aliqui negant. *Alexander, Paludanus, Maior, Sotus.*

10

Petrus Sot. Caietanus.

Gabriel. Paludanus.

Ratio altera huius ſententiæ.

Altera.

11

Ego tamen exiſtimo, longè probabilius eſſe, paruulos baptizatos capaces eſſe manducationis ſpiritualis, & fructus huius Sacramẽti, quã ſententiam in primis etiam probabilẽ putat Dominicus Sotus loco citato; ex profeſſo tamen eam defendit Ledeſma 1. p. 4. q. 21. art. 9. dub. 5. Ruardus Tapper. art. 15. §. *Huncaggreſſus, &c.* poſt medium illius, Vvillelmus Alanus lib. 2. de Euchariſtia. cap. 37. infine & Corduba lib. 1. quæſt. 8. quos quidem paſsim Recentiores ſequuntur, & pro ea allegat Hoſiũ in confeſsione Catholic. c. 40. ibi tamen longè ante medium ſolum dicit, antiquitus fuiſſe in Eccleſia Dei conſuetudinem

Vera opinio.

Sotus, Ledeſma. Ruardus. Alanus.

Corduba. Hoſium.

nem ministrandi hoc Sacramentum paruulis, non sine obtentu aliquo verbi Dei. Hinc tamẽ recte sequitur, eum existimasse, paruulos non sine fructu Sacramentum hoc participasse: neque enim aliquo obtentu verbi Dei illis ministrari potuit sine fructu præcipuo, ad quem institutũ est. Claudius etiam Sainctes repetione 6. de Eucharistia cap. 7. solùm meminit huius consuetudinis antiquę. Supposita vero ea consuetudine, quam manifestis testimonijs inferius confirmabimus, ratione facile probatur prædicta sententia. Quoniam si paruuli capaces non essent spiritualis manducationis, & fructus Sacramenti præcipui, qui est augmentum gratiæ, nulla sane ratione talis consuetudo licita fuisset: efficeret enim Ecclesia, vt vsus huius Sacramenti irritus esset, & inanis: eo quod careret significatione vera, & fructu præcipuo, ad quem institutum est: id quod in nullo alio Sacramento licet, nam quicumque ministraret Sacramẽtum alicui minime capaci fructus spiritualis, & effectus illius, grauiter peccaret. Cętera id, quod respõdet Caietanus, vt supra memorauimus disput. 206. cap. 2. de phreneticis, de pueris etiã respondebit, nimirum, illis ministrari consueuisse hoc Sacramentum, non ad primarium effectum, qui est augmentum gratiæ, sed ad secundariũ, qui est protectio ab incursu, & pugnatione dęmonũ. Resonsum tamen friuolum esse in phreneticis ibidem monstrauimus, & eodem modo etiã in paruulis ostendi debet.

Sainctes

12 Fundamẽtum cõclusionis.

Caietani responsum reuincitur

13 Testimonia quibus probatur cõsuetudo ministrãdi Eucharistiã paruulis. Primum Dionysij.

Iam vero in Ecclesia Dei consuetum fuisse paruulis hoc Sacramentũ ministrari, manifesta testimonia Patrũ confirmant, primũ est Dionysij, vt placet Hosio, Ruardo & Claudio cap. vltimo de Ecclesiastica Hierarchia, cui titulus est. *Mysterium in ijs, qui sancte dormierunt*, in contemplatione, seu theoria circa finem, vbi secundũ antiquam translationem dicitur. *Quod autem, & pueros nondũ Diuina intelligere valẽtes sacra participes fieri Diuinæ generationis, & sacratissimorum Diuinæ cõmunicationis symbolorum.* Alij pro *cõmunicationis*, transferunt, *Cõmunionis*. Perionius vero *Societatis*, ex hoc vero loco nihil probari potest: nã in Græco est vox μετωχῆς quæ significat cõmunicationẽ in vniuersum, seu societatẽ, siue Sacramenti Eucharistiæ, siue extra, quo etiam nomine vsus est Paulus ad Hebręos 13. cum dixit. *Beneficẽtiæ autem, & cõmunionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus*: nam pro *Communionis*, est eadem vox Græca. Denotare ergo videtur Dionysius eo loco, paruulos nondum intelligentes Diuina mysteria ad communionem eorum admitti, nempe, in Baptismo, de quo agebatur. Alij referunt verba eiusdem capitis, quæ inferius habet Dionysius secundum translationẽ antiquam hoc modo: *Tradidit autem puero sancta mysteria Pontifex, vt nutriatur in ipsis, neque notam aliam habeat, nisi hanc, quæ Diuina inspiciat semper, & quæ huiusmodi sancta communione proficiat.* Verùm neque ex his verbis talis consuetudo colligi potest: loquebatur enim ibi Dionysius de educatione pueri, quę faciẽda erat ab Anadocho, Latine, *Pedagogo*, seu *Sponsore*, quem nunc patrinum vocamus, cui committebatur educatio paruuli, & qui pro illo spondebat, & abrenunciabat, sicut nunc etiam facit; & inquit, Pontificem, qui baptizauit puerum, tradere ei Diuina mysteria, nempe, quę ad vitam pertinent, vt in illis educetur, & iuxta illa viuat: neque enim de nutritione spirituali, quæ tribuitur Eucharistiæ, ibi loquitur: & verbum Græcum, quo vtitur, nempe ἀναστρέφω significat *Alere, educare*. Quod vero dicitur: *Et quæ huiusmodi sancta communione proficiat*, non intelligit de synaxi, quæ est communio huius Sacramenti, sed eadem voce Græca vtitur, sicut supra. Locus autem non recte transfertur eo modo quo retulimus. Perionius vero sic vertit: *Quæ Diuina spectat semper, eorumque socia est in Sanctis progressionibus, & Sanctum in eis habitum habet.* Si vero literam Græcam consideremus, sic potius vertẽdus erat: *Vt in eis edisceretur, nec aliam vitam agat, nisi spectantem Diuina, & cõmunicationẽ factã in sacris profectibus*: hoc est, veram spectantem communicationẽ in sacris profectibus. Porro id, quod statim subiungit, hunc nostrum sensum apertissime declarat, inquit enim: *Eoque à Diuino sponsore deducitur*: prospõsore, Græce est, ἀναδόχο. *Anadoxos*, quem nunc patrinum vocamus. Loquitur igitur de vita paruuli, ad quã à patrino per bonam doctrinam deducendus est, non autem de profectu, & nutritione spirituali, quæ fit medio hoc Sacramento.

Perionius.

Nihil probatur hoc loco.

14

15 Explicatur à S. Thom

Est tamẽ alius locus in eodẽ lib. c. 2. p. 2. in antiqua translatione: iuxta Perioniũ vero c. 3. in fine ante contẽplationẽ: nam enarrãs, qu e facit sacerdos baptizato per trinã submersionem in aquis, inquit; *Is* (nempe sacerdos) *cum virum* (nempe baptizatum iam) *vnguẽto, quod maxime diuinos efficit, insigniuit, Eucharistiæ, quæ vim maximam habet perficiendæ sanctitatis, participem esse pronunciat.* Hunc tamẽ locũ interpretatur S. Thom. hoc artic. ad tertiũ de baptizatis adultis, vt defẽdat, nũquam talem cõsuetudinẽ tribuendi paruulis Eucharistiã in Ecclesia Dei fuisse. Eãdẽ expositionem sequitur Valdensis tomo 2. qui est

Alius locus eiusdem Dionysij. Perionius.

Ad Hebręos 13.

S. Thomas. Valdensis.

de Sacramentis cap. 91. nu. 2. Quod verò ait Sotus, nõ poſſe intelligi niſi de paruulis, qui ſolum mergebantur in Baptiſmo, neſcio vnde ipſe probare queat: nam, ſicut paruuli, ita & adulti mergi poſſunt, ac proinde eodem ritu baptizatos fuiſſe in antiqua Eccleſia, cũ Baptiſmus per immerſionem tribuebatur, dubitari non poteſt. Ego verò licèt exiſtimem, de omnibus tam paruulis, quã adultis in diſcriminatim loqui Dionyſium, nihilominus cẽ ſeo ex prædicto loco nihil antiquæ illius conſuetudinis colligi poſſe. Neque enim dixit Dionyſius baptizatum ſimul, atque oleo Confirmationis vnctus erat, participem fieri Euchariſtiæ, ſed participẽ declarari: eo quod eo ordine hæc tria Sacramenta omnibus miniſtrabantur, vt primum baptizarentur, deinde confirmarentur, poſtremo Euchariſtiam acciperent: quamuis præmittere Confirmationem Euchariſtiæ ex præcepto Diuino neceſſe non eſſet. Cum igitur quis confirmatus erat, & ſacrò chriſmate delibutus, declarabatur iam ei ſupereſſe Euchariſtiam, quã rite ſuſcipere poſſet: an verò ſtatim etiã infantibus daretur, non explicat Dionyſius. Et in hunc ſenſum intelligi fortaſsis debet Gennadius cap. 52. de Eccleſiaſticis dogmat. 3. tom.

Sotus.

Non ſatis probat præ dictum teſtimoniũ.

16

Gennadius.

Secũdum teſtimoniũ ex Cypriano.

Auguſtinus

Secundum teſtimonium eſt Cypriani, longe poſt mediũ, cuius meminit Auguſt. epiſtola 23. vbi narrat rem valde mirandam, quæ accidit puellæ in infanti ætate, dum ori eius à diacono ſanguis Chriſti infunderetur.

Tertium denique teſtimonium ſit Gregorij Magni in eius Miſſali veteri, quod Romæ oſtenditur, vbi in ritu ſolennis Baptiſmi, quĩ fiebat pridie reſurrectionis, dicitur de paruulis, vt ſtatim poſt Baptiſmũ, ſi opus ſit lac de nutrice ſugat, antequã ad Euchariſtiã deferantur. Mitto multa loca Auguſtini, quæ ad hanc conſuetudinem comprobandam adduci ſolent, quòd in illis nõ loquatur de perceptione huius Sacramenti reali, & fructu illius ex opere operato, ſed de quodã alio genere manducationis, quam contendit præceptam fuiſſe paruulis illis verbis Ioann. 6. *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* ſub quibus inquit, paruulos etiam comprehendi, vt diſput. 214. c. 4. fuſius videbimus. Verum eũdem morem in Hiſpania fuiſſe mãnifeſte ſupponit Concilium 11. Toletanum canone 11.

Alia Auguſtini nõ probant conſuetudinem dictam.

Ioann. 6.

17

Concil. Tolet. 11.

Cum igitur conſtet, hanc conſuetudinem in Eccleſia olim fuiſſe obſeruatam, & vt ait Concilium Tridentinum ſeſſione 21. cap. 4. ob hanc eãdem conſuetudinem, ſi aliquando in Eccleſia Dei ſeruata fuit, damnanda non ſit antiquitas, quia ſanctiſsimi illi Patres ſui facti probabilẽ cauſam habuiſſe credendũ eſt, conficitur planè, paruulos capaces eſſe fructus, & effectus præcipui huius Sacramenti: nam, ſi illius capaces, non eſſent nullam probabilem cauſam antiquĩ Patres habere potuiſſent, vt paruulis ſuis hoc Sacramentũ præberẽt. Quod enim nonnulli dicunt, in antiqua Eccleſia hoc Sacramentum paruulis ideo miniſtratũ fuiſſe, vt abducerent ſuos à mẽia dæmoniorũ, qui, vt cõſtat ex Cypriano, eo tẽpore in os paruuli pars aliqua idolothytiẽ iniici ſolebat, mihi non probatur, quia ob eã cauſam non liceret miniſtrare Sacramentum ſine ſuo effectu, ad quem inſtitutũ eſt, & eadem ratione non liceret, ſine effectu illud mĩniſtrare, vt tanti etiam boni participes fierẽt paruuli. Adde etiã, quòd tanti boni vere participes non eſſent, ſi fructum illius non percipierent, niſi ea ratione, qua, & brutũ aliquod manducans ſpecies cõſecratas, Chriſtũ etiam ſumere dicitur. Neque etiam dici poteſt, antiquos Patres aliquo modo dubitantes, an paruuli etiam præcepto huius Sacramenti explicato illis verbis Ioannis 6. *Niſi manducaueritis, &c.* tenerentur, hoc Sacramentum illis tribuiſſe, ſicut dixit Claudius Sainctes loco citato: hoc enim manifeſtè refellit Concilium Tridentinum cap. illo 4. cum inquit: *Vt enim ſanctiſsimi illi Patres ſui facti probabilem cauſam pro illius temporis, ratione habuerunt, ita certè eos nulla ſalutis neceſsitate id feciſſe, ſine controuerſia credendum eſt.* Rectè igitur diximus, antiquos Patres exiſtimaſſe, paruulos non carere fructu huius Sacramẽti, illud percipientes, & ideo probabilem aliquã cauſam tũc habuiſſe, vt illud eis miniſtrarẽt: eo quod illucvſque vlla incommoda, quæ acciderent, ſi hoc Sacramentum paruulis miniſtraretur, non eſſent experti. Et hactenus de ſecundo: nam argumenta, quibus aduerſarij probare nitebantur, paruulos capaces non eſſe fructus huius Sacramenti, ſequente capite diluemus. Circa tertium verò dicimus, licet paruuli effectus huius Sacramẽti capaces ſint; Eccleſiã tamen merito iudicaſſe minime expedire, vt illis miniſtretur, cum ipſi nullo modo præcepto illius teneãtur, ſicut inferius videbimus, & in illius adminiſtratione vomitus, & alia cõtra reuerẽtiam debitã facile accidere poſſint: præſertim verò, quod iã ſolũ corpus ſub ſpecie panis illis miniſtrari expediret iuxtà cõmunẽ Eccleſiæ Latinæ conſuetudinẽ, quæ laicis iure optimo calicẽ negauit: nã in antiqua Eccleſia hoc Sacramentũ nõ ſub ſpecie panis ſed ſub vtráque miſtũ paruulis tribuebatur: qua ratione facilius ab eis deglutiri poterat: nunc autem ſub ſpecie ſolã panis id impoſsi-

Concil. Trid.

Aliquorũ aſſertum refellitur. Cypriani.

18

Alia euaſio præcluditur.

Ioan. 6.

Claudius. Concil. Trid

Iure optimo Eccleſia non miniſtrat pueris Euchariſtiam licet illius capaces ſint

19

impossibile fere esset. Porro, cum nūc laicis adultis calicem omnino negare expediat, nulla ratione conueniens esset, paruulis illud concedere, & ita fortasis in Ecclesia Latina hic mos negandi Eucharistiam paruulis ab eo tẽpore inoleuit, quo etiam calix adultis cœpit denegari.

Tametsi omnes amentes sint capaces fructus huius Sacramenti, nonnullis tamen negari debet.

CAPVT III.

EX Dictis in præcedente cap. manifeste liquet, amentes omnes, siue à natiuitate, siue postquam vsu rationis integre vsi fuerunt, in amentiã inciderint, siue perpetuo, siue ad tẽpus amentes sint, post susceptum Baptismã nõ minus capaces esse fructus huius Sacramẽti, quã paruulos, cum eadem omnino vtrobique ratio sit. Rationes vero præcedente capite adductæ ad probandum, paruulos fructus huius Sacramenti capaces non esse, quibus etiam idẽ de amentibus probari videtur, nullius momẽti sunt. Priorẽ facile iam diluimus supra disput. 206. cap. 3. ostẽdimus enim discrimen inter nutritionem corporalem, & spiritualem, vt probaremus, ad spiritualem fructum huius Sacramenti, qui primarie confertur, necessariam non esse douotionem aliquam actualem. Ad posteriorem rationem respondetur primum, si ea esset alicuius momenti, ex ea etiã sequeretur, fore, vt hoc Sacramentum non operãretur in Beatam Virginem, quæ nullum habuit veniale peccatum, sic enim in ea non deseruiret ad instaurãdum aliud per calorem venialis deperditum, neque in adultũ, qui virtute Baptismi omnino purgatus statim huiusmodi Sacramentũ sumeret, quæ sunt manifeste absurda. Deinde dico effectum huius Sacramenti nõ ideo assimilari nutritioni, quia solũ sit ad instaurandũ deperditũ, sed ad augendã gratiam simpliciter, cuius augmentum aliquo modo simile est augmento, & nutritioni viuentis. Adde, quod licet hoc Sacramentũ aliquando instauret feruorem charitatis amissum per veniale, tribuendo auxilia gratiæ, ad excitandũ nouum feruorem, tamen numquam restituit aliquid sanctitatis habitualis, quod amissum sit per peccatum veniale, quia neque gratia habitualis, neque status sanctitatis semel adquisitus per veniale minuitur, vt 1.2. disput. 137. cap. 3. monstrauimus. Parum autem refert, quod in amentibus non instauret feruorem charitatis, qui est secundarius effectus, dummodo augeat statum sanctitatis, & habitum gratiæ. Alias vero rationes, ob quas Scholastici de amentibus variè opinantur, infra diluemus.

Omnes amentes capaces sunt Eucharistiæ.

Rationes capite præcedenti adductæ in oppositum soluuntur.

In quo assimiletur nutritioni perceptio Eucharistiæ

Iam vero, vt explicemus, quibus amentibus hoc Sacramentũ ministrare liceat, videamus, quid sacris canonibus definitum habeamus. Duo extant canones satis celebres, quibus non solum permittitur, sed etiam præcipitur, vt Eucharistia amentibus ministretur: alter est 74. Concilij Carthaginensis 4. & refertur 26. quæst. 6. canone, *Is, qui in infirmitate*, qui solùm loquitur de eo, qui in ægritudine Pœnitentiam postulauit, & antequam sacerdos aduenire in amentiam incidit, inquit autem huic dandam esse Pœnitentiam, & oleo eius infundendam Eucharistiam. Alter est 13. Cõcilij Arausicani 1. qui refertur 26. q. 6. canone: *Qui recedunt*, vbi dicitur: *Amentibus, quæcũque sunt pietatis, conferẽda sunt*: passim autem intelligitur, sub ijs comprehẽdi Eucharistiam. Verùm cum canon præcedens sit de ijs, qui, cum vellent baptizari, aut pœnitentiã accipere, subito obmutescentes eam amplius petere non potuerunt, videtur etiam hic intelligendus de ijs, qui subito in amentiam inciderunt, cum tamen antea Pœnitentiam peterent, aut Baptisma. Concilium autem Toletanum 11. canone 11. supponit planè, amnetibus etiam Eucharistiam interdum ministrari, cum inquit, non esse puniendos eos, qui acceptam Eucharistiam reiecerint, si id in qualibet mentis alienatione fecerint. Vbi indiscriminatim de omni genere amẽtiæ videtur loqui, & supponere id, quod dicebamus.

Quibus amentibus liceat Eucharistiam ministrare.

Concil. Carthagin. 4.

Concil. Arausic. 1.

Concil. Tolet. 11.

Cæterum Scholastici nostri varie de hac re sentiunt. Alexand. 4. p. quæst. 11. mẽbro 2. artic. 3. §. 1. versicul. *Consequenter quæritur, vtrũ phreneticis*: & Gabriel in 4. dist. 9. quæst. 2. articul. 3. dub. 4. docent, neque phreneticis, neque amentibus, siue perpetuo careant vsu rationis, siue ad tẽpus, siue à natiuitate, siue post tempus aliquod, in quo sui compotes fuerint, non licere dare Eucharistiam, etiam si neque vomitus, neque quidquam irreuerentiæ timeatur. Canones autem citatos explicant de phreneticis, & amentibus, qui non omnino carent vsu rationis. Ratio vero horum est, quia, vt quis possit hoc Sacramentum percipere, diiudicare debet corpus Domini, iuxta illud 1. ad Corinth. 11. *Probet autem se ipsum homo, &c.*

Aliorum sententia. Alexander. Gabriel. Ratio. 1. ad Cor. 11.

Vera tamen sententia, est, amentibus, & phreneticis, qui priusquã in amẽtiam incide-

Vera opinio. Amentibus, qui ante amentiã petierunt Euchariſtiam miniſtrari poteſt. *S.Thomas. Paludanus. Sotus. Ledeſma. Ruardus.*

rent, Sacrãmentum hoc petierunt, Euchãriſtiam miniſtrandã eſſe. Ita docent S. Thomas in hoc artic. ad 3. Paludanus in 4. diſt. 9. q. 4. artic. 2. Dominicus Sotus diſt. 12. q. 1. art. 9. Ledeſma. 1. p. quarti. q. 21. art. 9. dub. 1. & 2. & Ruardus articul. 15. §. illo, *Hunc aggreſſus*, poſt medium illius, idque in primis in prædictis canonibus definitum eſſe, nemo iure negare poteſt. Nam quod Alexander, & Gabriel eos canones intelligant, de ijs, qui non omnino amentes ſunt, nec omnino vſu rationis carent, friuolũ plane eſt. Loquitur enim Cõcil. Carthag. de ijs, qui ita in amentiam inciderunt, vt confeſsionem peccatorum nullo modo facere poſſent, ſed ex ſolo aſtantium teſtimonio animus eorum ſacerdoti innoteſcit.

Item ex ratione.

Præterea, ſi quid obſtaret, quominus his exhiberi poſsit hoc Sacramentum, illud eſſet, quia aut fructus illius capaces non ſunt, aut quia, vt digne illud recipiãt, debent ſe ipſos probare, & diiudicare corpus Domini, quæ duo præſtare nequeunt: nihil autem horum obeſſe poteſt; non primum, quia, ſicut paruuli capaces ſunt fructus huius Sacramenti, cur etiam & amentes non erunt? Non ſecundum, quia, etiam *hi* ſe ipſos probant per confeſsionem, dum illam antea petunt: & deinde à ſacerdote abſoluuntur, ſic enim rectè probati accedunt. Non tertium quia recte diiudicarunt corpus Domini, quando ſui compotes Pœnitentiam, & Euchariſtiã petierunt, quod eſt diiudicare corpus Domini. Denique nullum præceptum, aut vſus Eccleſiæ obſtat, vt falſo cõminiſcitur Gabriel: recte igitur huiuſmodi amentibus Sacramentum tribuitur, niſi aliquid irreuerẽtiæ timeatur.

24

De amentibus à natiuitate opinio negans. *S. Thomas. Paludanus. Ledeſma. 1. ad 1 Cor. 11*

De amentibus vero, qui ab infantia vſu rationis ſemper caruerunt, docent S. Thomas, & Paludanus, & Ledeſma, hoc Sacramentũ non eſſe illis tribuendum: probat autem Paludanus, quia hoc Sacramentum poſtulat deuotionem, ſiquidem ille, qui ſumit illud, debet probare ſe ipſum, iuxta præceptũ Pauli 1. ad Corin. 11. *Probet autem ſeipſum homo*, Eodẽ modo probat Ledeſma in ſecunda cõcluſione articuli. Horum tamen ratio mihi non placet, quoniam probatio illa, quã poſtulat Apoſtolus, eſt pro ijs, quiea indigẽt, eoquod ſint in mortali: ſicut autem pro infantibus non fuit neceſſaria, quando illis in antiqua Eccleſia miniſtrabatur Euchariſtia, ſic etiam pro huiuſmodi amentibus neceſſaria nõ eſſet. Præter eà ad eſſentiam, & effectum cuiuſlibet Sacramenti non eſt neceſſaria voluntas recipientis, ſed ſatis eſt, ſi ipſe non renitatur, neque contrariam habeat, & ita Baptiſmus in paruulis, & eiuſmodi amentibus, imo etiam

Ratio in effica x reijcitur primo.

25

Secundo.

Sacrãmentum Ordinis verum eſſet, & ſuum haberet effectum, & quod attinet ad characterem, nemo hactenus dubitauit: quare, quod ad gratiam ſpectat, etiam dubitari nequit. Ergo, quòd his amentibus deſit voluntas huius Sacramenti, obſtare nõ poſſet, quominus illis conferatur Euchariſtia. Mihi igitur prædicta ſententia ſolum ea ratione placet, quòd vſus Eccleſiaſticus id non habeat, ſicut neque quòd paruulis adminiſtretur, tametſi in paruulis alia etiam peculiaris ratio locum habeat, quæ in amentibus non obtinet, eo quod poſtquam laicis calix Euchariſtiæ negatus eſt, abſque magno incommodo ſpecies panis paruulis miniſtrari nequeunt, quod eas vix poſſent deglutire. Quo circa recte dixit Sotus in illo articul. 9. ſi in primitiua Eccleſia mos fuit tradendi Euchariſtiam infantibus, potuiſſe eadem ratione, & eiuſmodi amentibus dari. De alijs vero, qui non ſunt amentes ab infantia, ſed aliquando ſui compotes fuerunt, exiſtimo, miniſtrari poſſe Euchariſtiã in articulo mortis pro viatico, etiã ſi expreſſe illam non petierint, & amẽtia per multum temporis durauerit; dum modo nulla ſuſpicio alicuius mortalis peccati de illis habeatur. Ita docẽt Paludanus in illo artitic. 2. concluſione 3. & Siluester verbo. *Euchariſtia.* 3. q. 5. quoties de illorum vita præterita recte colligi poteſt, eos petituros pro tempore amentiæ hoc Sacramentum, ſi illud conſideraſſent. Eamdẽ etiam ſententiam (me quidem iudice) ſequitur Sotus in illo artic. 9. cũ doctrinam S. Thomæ in artic. 9. abſolute, & ſine limitatione de amentibus, qui aliquãdo ſui compotes fuerunt, intelligendam eſſe cõtendit. Cum vero in illis poſtulat deuotionem huius Sacramenti, non intelligit expreſſum propoſitum, ſed talem affectum, vt de illis recte credi poſſet id, quod Paludanus dicebat. Quod vero attinet D. Thom. quãuis abſolute, & ſine limitatione de his amentibus loquatur; tamẽ cũ ſuam doctrinã probet ex canone Concilij Carthaginenſ. 4. videtur ſolũ intelligenda de amẽtibus primi generis, de quibus ſupradiximus. De his vero de quibus nunc agimus nihil S. Doctor dixiſſe videtur. Quod vero ait Ledeſ. 1. p. 4. q. 21. art. 9. dub. 1. eis, qui parũ antequam inciderent in amentiã, nõ petierunt Euchariſtiã, nõ eſſe miniſtrandã, nulla ratione probari poteſt, & facile etiã confutatur ex cõmuni doctrina de extrema Vnctione, quã trademus ſuo loco, eorũ, qui dicũt, vt miniſtretur rite illud Sacramẽtũ nõ opus eſſe, vt ægrotus parũ antequã in amentiã incideret, illud Sacramentũ peteret. Cæterũ, vt recte notat Sotus, his amenti bus

Ratio efficax negantis ſententiæ.

26

Sotus.

Amentibus non à natiuitate nec infancia in articulo mortis poteſt Euchariſtia miniſtrari. *Paludanus. Siluester. Sotus.*

27

S. Thomas explicatur

Ledeſma confutatur.

bus quotannis non est hoc Sacramentum cõ cedendum, sed satis est pro viatico in articulo mortis illud ministrare, quia habenda est ratio reuerentiæ debitæ Sacramento, cui aliquid detrahi videtur, si ita frequenter, sicut alijs sanæ mentis tribueretur.

Energumeni, quo pacto ad Eucharistiam sint recipiendi.

CAPVT IIII.

28 DE Energumenis varia quidem apud Patres, & Concilia decreta inuenio, & Scholastici omnes eãdem sententiam in hac re non sequuntur: referam igitur primum, quid Concilia, Patres, & Scholastici nostri doceãt: deinde verò, quod probabilius sit, & à nobis hoc tempore obseruandum, explicabo.

Quid Patres sentiant.

Primum igitur apud Dionysium libro de Ecclesiastica Hierarchia, cap. 3. par. 2. decretum est, recitata oratione à ministris sanctorum, nempe, ante consecrationem, eijciẽdos esse ab Ecclesia cathecumenos, & vna cum eis energumenos, & eos qui publicam pœnitentiam agunt. Quem locum S. Thomas in hoc articulo ad 2. explicat de energumenis, qui simul cathecumeni erant; me tamen iudice non satis conuenienter verbis Dionysij. Nam, cum prius dixisset, eijciendos esse cathecumenos, frustra adderet deinde energumenos, si in numero catechumenorum essent. Deinde Concilium Eliberitanum canon. 29. prohibet energumenum in Ecclesia ministrare, & nomen eius cum oblatione ad altare recitari, eo quod neque oblatio illius admittenda esset: fuit enim antiqua Ecclesiæ consuetudo, vt recitarentur eorum nomina, qui munera ad altare Domini obtulissent, vt tradunt Dionysius cap. 8. de Ecclesiastica Hierarchia p. 2. quæ est de Sacramento collectionis, siue communionis; vbi dicit, *Cum omnes se se salutauerint mystica sanctorum recitatio fit.* Clarissime tamen Cyprianus lib. 3. epistola 14. quæ nunc est in ordine 10. num. 1. circa finem. Innocentius 1. epistola 29. quæ est ad Decentium Episcopum Eugubinum cap. 2. & refertur *De consecratione* dist. 1. canon. *De neminibus*. Hieronym. in c. 18. Ezechielis in illud: *Panem suum esurienti dederit*: & Isidorus in epistola ad Ludifredum Episcopũ Cordubẽsem, & refertur canone: *Perlectis*: 25. dist. Concilium Emeritense canone 19. Ergo multo magis prohibuisse credendum est, hoc Sacramentũ energumenis ministrari. Canone tamen 37. hoc decretum ita temperat, vt energumenis in extremo vitæ constitutis communio non denegetur.

Dionysius negans.

Thomas.

29

Concil. Eliberitanum.

Dionisius.

Cyprianus.

Innocentius

Hieronymus

Isidorus.

Concil. Emeritense.

E cõtrario vero Cassianus collatione 7. c. 30. absolute docet, energumenis Eucharistiã tradendam esse, quinimo addit, se numquam à Patribus audijsse, eã huiusmodi energumenis fuisse interdictam. Cũ tamen Germanus c. 29. dixisset, in suis Prouincijs eos à cõmunione perpetuo arceri, loquebatur autem de ijs, de quibus loquutus fuerat Cassianus cap. 28. qui interdum ob delicta spiritibus malignis traduntur, vt vel in hoc mundo à peccato purgentur, vel in alio leuius puniantur, de quibus energumenis etiam, inquit Cassianus, loquitur Apostolus cum 1. ad Corinth. cap. 1. dicit tradi Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat: loquebatur autem Apostolus de incestuoso quodã, quem ob peccatũ ipsius tradiderat ipse Apostolus Sathanæ: & hoc est, quod dixit Germanus in eo cap. 29. his hominibus arreptitijs, vel purgationis, vel vtilitatis causa huiusmodi humiliationem accidere. Quocirca nõ tantùm, vt nonnulli Scholastici putant, Cassianus intelligendus est de ijs, qui sine culpa à dæmone obsidentur, vt putarunt Alexan. & Sotus, sed etiã de illis, qui ob peccata sua, ita vexantur. Prosper etiã lib. 4. de prædictionibus, & promissionibus, cui titulus est, *Dimidium temporis*, cap. 6. narrat, iuuẽculę cuidam Arabæ, cum à dęmone vexaretur, Eucharistiã fuisse ministratam, quã cum illa vi dæmonis oppressa per semihorã deglutire non posset, tandem à dęmone liberata est. Hanc vero mulierẽ obsessam fuisse à dæmone propter peccatum illius, constat etiam ex eodem Prospero ibidem: nam cum ancillę Dei habitũ gestaret, ingressa balneũ, simulachrum Veneris impudicè respexit, & seipsam: & vt ait Prosper: *Eique se consimilans domicilium se diabolo præbuit.* Extat demum de hac re canon 14. Concilij Arausicani 1. in quo dicitur: *Energumeni iam baptizati, si de purgatione sua curent, & se solicitudini clericorum tradãt, monitisque obtemperent, omnimode communicent Sacramenti ipsius virtute, vel muniendi ab incursu dæmonum, quo infestantur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vita purgatior*: nullus tamen de hac re extat canon, aut lex Concilij generalis.

Cassianus affirmans.

Germanus.

30

Alexander. otus.

Prosperi testimonium.

31

Conc. Arausitanum 1.

Ex nostris vero Scholasticis, Alexand. 4. par. quæst. 11. membr. 2. articul. 3. §. 1. versiculo, *Consequenter quæritur de energumenis*, inquit, energumenis, qui ob peccata à dęmone obsidẽtur, quiq; frequẽter in blasphemias, & alia huiusmodi prorrũpunt, negãdã esse Eucharistiã, idq; absq; vlla limitatione pnũciat;

Alexãdri sententia.

alijs verò, qui ad maiorem ſui purgationem & meritum à dæmone torquentur, tribuendum eſſe; quam ſententiam ſequuti ſunt Sanctus Thomas in 4. diſt. 9. quæſt. vnica, artic. 5. quæſt. 3. ad 2. & Armilla verbo: *Communio*, numer. 25. & Silueſter in ſumma verbo, *Euchariſtia*, 2. q. 5.

S. Thomas. Armilla. Silueſter.

Verâ ſententia S. Thomæ.

Mihi tamen placet ſententia Sancti Thomæ in hoc articulo ad 2. qui abſque vlla limitatione inquit, energumenis non eſſe Euchariſtiam denegandam, quam eodem modo ſequitur Sotus in 4. diſt. 12. quæſt. 1. artic. 9. in ſolutione eiuſdem ſecundi argumenti. Nam quamuis tempore Dionyſij, & Concilij Eliberitani aliqua ex cauſa rationi conſentanea, aut omnibus, aut aliquibus energumenis negaretur communio, ſaltem in vita, imo etiam intereſſe conſecrationi huius Sacramẽti prohiberetur, vt ex ipſo Dionyſio colligitur: tamen neque tempore Concilij Eliberitani omnino vetitum fuit hoc Sacramentũ energumenis miniſtrari cum in extremo vitæ tempore illis cõcederetur: neque vlla lex vniuerſalis Eccleſiæ extat, qua illis hoc Sacramento interdicatur. Conſtat autem ex ſententia Caſsiani, & Proſperi, vt vidimus, illis etiam conſueuiſſe concedi, qui ob peccatum aliquod à dæmone obſidebantur. Quinimo Concilium illud Arauſicanum 1. plane de eiſdem loquens præcipit, vt allis Euchariſtia concedatur: loquitur enim de illis, quorum vita purgatior eſt, & ipſis Euchariſtiam concedit, non tantum ad tutelam contra incurſus dæmonis, ſed etiam ad purgationẽ, nempe, delictorum. Verum habenda ratio eſt, vt inquit Concilium illud, vt ijs ſolum nunc concedatur, quando clericorum monitis obtemperant, & de purgatione ſua curant, atque eorum vita purgatior eſt. Hoc idem docuerat Timothæus Alexandrinus, qui fuit vnus ex 150. Patribus, qui tempore Nazianzeni Conſtantinopoli cõuenerunt, & ad quos ipſe Nazianzenus orationem habuit: is enim in ſuis reſponſis, quæ habentur in 6. tomo Bibliothecæ ſacræ reſponſo 3. inquit, fidelẽ, qui à dæmone corripitur, ſi myſterium non enunciet, nec vllo alio modo blaſphemet, debere participem fieri myſteriorũ, hoc eſt, Euchariſtiæ: vt autem explicat Balſamon ibidem, ille dicitur enunciare myſterium, qui in tempore, quo non vexatur à dæmone, docet alios, quæ ipſe à dæmone didicit. Hoc enim genus ſuperſtitionis eſt, nempe, habere dæmonem vt Magiſtrũ, ſicut S. Thomas recte oſtẽdit 2. 2. q. 95. art. 4. & ibi Caietanus. §. *Ad hoc dicitur*; credere enim dæmoni, eſt genus quoddam reuerentiæ. Admonet tamẽ Timotheus, his energumenis non eſſe tribuendam Euchariſtiam ſingulis diebus, ſed ſtatis ſolum temporibus: quod ſane diſcretioni prudentis paſtoris relinquendum eſt.

32

Sotus.

Timothæus Alex.

Balſamon.

S. Thomas. Caietanus.

ARTICVLVS X.

Vtrum liceat hoc Sacramentum quotidie ſuſcipere.

PRIOR Concluſio. *Quod ſpectat ad virtutem ipſius Sacramenti, vtile ſane eſſet ipſum quotidie ſumere.* Poſterior concluſio. *Quod attinet ad diſpoſitionem eius, qui recipere cupit Sacramentum, ſi quis quotidie rectè diſpoſitus cenſeatur, laudabile eſt quotidie Sacramentũ accipere: quia tamen ſæpenumero contingit, vt homines eam animæ diſpoſitionem, & deuotionẽ non habeant, quæ tanto Sacramento conueniens eſt, vt quotidie decenter ſumatur, non eſt vtile quotidie ad illud accedere.* De doctrina huius articuli tractabimus diſput. 214. cap. 3.

ARTICVLVS XI.

Vtrum liceat omnino à communione ceſſare.

33

Notatio circa Articulum.

PRIOR Concluſio eſt. *Non ſolum ex præcepto Eccleſiæ, ſed etiam Chriſti debet homo ſumere hoc Sacramentum.* Poſterior concluſio. *Tempus, quo hoc præceptum de percipiendo Sacramento ſeruari debet, ab Eccleſia definitum eſt.* Hęc poſterior Cõcluſio intelligitur de tẽpore, quo extra periculum mortis præceptũ Euchariſtiæ ſumendum eſt: nam illud de periculo mortis ex ipſo Diuino iure eſt determinatum.

Vtrum præceptum Euchariſtiæ Diuinum ſit, an ſolum humanum. Diſput 213.

Præceptum Euchariſtiæ ſumendæ non eſſe Diuinũ, aliqui exiſtimarunt. Cap. 1.

Præceptum ſumendæ Euchariſtiæ Diuinum eſſe, probabilior, & verior ſententia eſt. Cap. 2.

Præceptum Eucharistiæ sumendæ non esse Diuinum, aliqui existimarunt.

CAPVT I.

1 EX Scholasticis non defuerunt, qui existimarent, præceptum sumendi Eucharistiam non esse Diuinum, dico autem præceptum sumendi Eucharistiã, quod laicis commune est, & de quo solũ nobis præsens est difficultas: nã de præcepto celebrandi, quod solum respicit sacerdotẽ, inferius disp. 232. cap. 1. differemus. Huius sententiæ sunt Alexan. 4. quæst. 11. membro 2. art. 4. § 1. versi. *Consequenter quæritur de necessitate actus manducandi*. Bonau. in 4. dist. 12. 2. p. distinctionis art. 1. quæst. 1. Gabriel in canonem Missæ lectione 87. litera X. imo & S. Thomas in 4. distinct. 6. q. vnica artic. 2. quæst. 2. & distinct. 12. quæst. 3. art. 2. quæst. 1. Siluester in summa verbo. *Eucharistia* 3. in principio. Ferrariensis 4. contra gẽtes cap. 61. in extremis verbis: omnes enim asserunt, hoc Sacramentum non ex sui institutione, sed ex solo Ecclesiæ statuto necessarium esse. Fundamentum autem horum Doctorum nullum aliud est, nisi quod putãt, nullum esse locum scripturæ, in quo hoc præceptum expressum sit: nam illud Ioan. 6. *Nisi manducaueritis &c.* de sola spirituali manducatione, quæ fit per fidem, dictum putant. Si autem consideretur ratione effectus, ad quẽ institutum est, non magis videtur necessariũ, quam cætera Sacramenta, si Pœnitentiam, & Baptismum excipias: de præcepto autem Ecclesiastico satis constat ex cap. *Omnis utriusque sexus. De pœnitentijs, & remissionibus*: vbi Ecclesia præcipit, vt omnes fideles, cum ad annos discretionis perueniant, singulis annis tempore Paschatis hoc Sacramentum recipere debeant.

Alexander. Bonauent. Gabriel. S. Thomas. Siluester. Ferrariensis.

2 *Ioann. 6.*

Præceptum Eucharistiæ Diuinum esse, probabilior, & vera sententia est

CAPVT II.

VERA Tamen sententia est, hoc Sacramentum præceptum Diuino nobis necessarium esse. Quam ex Scholasticis tradunt Diuus Thomas in hoc artic 1. Duran in 4. distinct. 9. q. 2. num. 7. Paludanus quæst. 1. artic. 1. num. 9. Gabriel in 4. distinct. 9. quæst. 1. artic. 2. conclusione 3. quamuis in lectione illa 87. oppositam fuerit sequutus, Roffensis artic. 16. cõtra Lutherum. Caietanus in hunc articulum 11. quamuis dicat, pro ea non esse rationem vllam, quæ efficaciter aduersarios conuincat: Dominicus Sotus in 4. distinct. 12. quæst. 1. artic. 11. Ledesma 1. p. quarti quæst. 2. artic 11. & Petrus de Soto in lib. de institutione sacerdotum lectione 9. de Eucharistia. Cũ quibus facit Innocentius III. lib. 4. de mysterijs Missæ cap. 24. parum à principio, cum inquit, cauendum esse, ne si nimium differatur Eucharistiæ perceptio, mortis periculum incurratur, cum Dominus dixerit: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* Ioan. 6 idem enim Innocentius ex prædicto loco nõ collegisset, nisi existimasset, ibi præceptum traditũ fuisse à Domino de vsu huius Sacramenti.

S. Thomas. Durandus. Paludanus Gabriel. Roffensis. Caietanus. Sotus. Ledesma. Petrus Soto. 3 *Ioann. 6.*

Huius autem sententiæ vnicum fundamẽtum esse debet scripturæ testimonium, vbi necessitas sumendi Eucharistiam manifeste tradita à Christo videtur: nam, quòd aliqui eamdem necessitatem contendunt colligere ex fructu & effectu huius Sacramenti, tum etiam à posteriori, quia intolerabilis error videretur, si Ecclesia præceptum sumẽdi Eucharistiam in vniuersum abrogaret, mihi non probatur: prius quidem, quia licet effectus huius Sacramẽti sit perseuerantia, & sine hac nullus saluari possit, tamen, vt diximus disp. 169. cap. 3. hæc sine Sacramento alia via potest obtineri, quinimo non semper ex vi huius Sacramenti confertur auxilium gratiæ efficax ad perseuerãdum, alioquim qui semel illud digne suscepisset, sine dubio perseueraret. Quamuis autem hoc Sacramentum vtilissimum remedium sit ad perseuerandum; inde tamen non sequitur, necessario sumendum esse: neque enim omnia media vtilia ad nostram salutem necessario à nobis assumenda sunt. Et sanè, si hac ratione hoc Sacramentum sub præcepto caderet, præceptum illius non Diuinum positiuum, hoc est, sola Dei voluntate positum, sed naturale Diuinũ esset, absque noua Dei voluntate ex institutione, & natura ipsius profectum, quod nullus dicet: nam Christus Dominus recte potuisset eiusdem naturæ, & virtutis illud sine

Aliqui nõ bene probant. 4

vllo præcepto inſtituêre. Deinde poſteriùs manifeſte refelli poteſt ex eo, quod, licèt præceptum ieiunij quadrageſimalis ſit ſolùm iuris Eccleſiaſtici, nihilominus non poſſet ab Eccleſia ſine incommodo abrogari: neque 5 enim hoc ipſo, quod aliquâ lex humana eſt, etiam ab ipſo legiſlatore impunè, & abſque peccato abrogari poteſt, quãdo ex eius abrogatione mala in Republica ſequerẽtur, qualia ex abrogatione ieiunij oriri neceſſum eſſet. Idem igitur de præcepto Euchariſtiæ dicere poſſent, qui priorem ſententiam ſequuntur.

Prior Paludani ratio ineficax. Tres quoq; aliæ rationes, duę Paludani, & altera Durandi friuolæ ſunt: prior ratio Paludani eſt, quia niſi hoc Sacramentũ eſſet â Chriſto præceptum, ſed tantum in conſilio, non poſſet Eccleſia illud præcipere, ſicut neque caſtitatem: eo quod tantum ſit in conſilio. Verùm, vt dixi, friuola eſt, nam, & ieiunũ non fuit à Chriſto præceptum, ſed ſub conſilio relictum, & tamen Eccleſia illud ſicut etiam alia eiuſmodi præcepit: ideo autem caſtitatem non præcepit, ſed ſemper in conſilio poſitam reliquit, quia cum res nimium difficilis ſit, imo etiam neceſſarium ſit matrimonia in Eccleſia eſſe, inepta materia pro vniuerſali lege conſtituenda toti Eccleſiæ eſſet. Ratio vero poſterior Paludani eſt, quia id, quod ab initio naſcẽtis Eccleſiæ inuiolabiliter obſeruatum eſt, præceptum Diuinum cenſeri debet. Verũ hæc ratio, vt dixi, friuola etiã eſt: 6 nam præceptum miſcendi aquam vino pro conſecratione inuiolabiliter in Eccleſia tam Latina, quàm Græca ſeruatum eſt, & tamẽ præceptum illius ſolum eſt Eccleſiaſticũ, vt diſput. 177. cap. 2. oſtendimus. Altera ratio Durandi eſt, quia cum Sacramentum hoc inſtitutum ſit in ſalutem noſtram, qui tota vita illud non ſuſciperet, negligere illud plane videretur. Verũ hæc ratio, ſi aliquuius momẽti eſſet, idem probaret de omnibus Sacramentis, quæ pro noſtra ſalute inſtituta ſunt. Adde, quod non facere ea, quæ pro noſtra ſalute inſtituta ſunt, ſi ea tantum ſunt in conſilio, non eſt expreſſe, aut virtute illa contemnere, vt in alijs patet. Reliquum igitur eſt, vt ex ipſa Scriptura, in qua voluntas Chriſti nobis oſtenditur, hoc præceptum Diuinum eſſe colligamus; neque enim Eccleſia id hactenus expreſſe definiuit, licet Concilių Tridẽtinum nõ obſcure id tradiderit, vt inferius dicemus.

Poſterius inſufficiẽs.

Durandi ratio non conuenit.

Ex ſcriptura efficaciter oſtenditur. Conc. Trid.

Eſt autẽ duplex tãtũ locus, ex quibus illud deduci poteſt. Vnus ſatis celebris eſt Ioannis 6. *Niſi manducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Cum enim Chriſtus de mãducãtione ſuę carnis ſub Sacramento loquatur, vt diſp. 179. cap. 5. ex doctrina Patrum, & Concilij Tridentini pro bauimus, non minus his verbis præceptum illius tulit, quã Baptiſmi Ioãnis 9. cum dixit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu Sancto, &c.* cum eodẽ tenore verborũ per particulã *Niſi*, vſus fuerit. Quis enim dicat, ea neceſsitatem aliquam non denotari? Neque vero Cyrillus neceſsitatem huius Sacramenti his verbis expreſſam putauit eſſe ſolum vtilitatem huius Sacramenti, ſine quo humana vita difficiliter in gratia Dei perſeuerare queat, vt quidam exiſtimant: nullum enim locum, vbi hoc doceat Cyrillus, proferunt, aut proferre poſſunt. Neq; etiam ex hoc loco Ioãnis Iuſtinus in 2. Apologia pro Chriſtianis, quæ eſt ad Antoninum Pium, præceptum huius Sacramenti colligit, ſed ex altero, quem ſtatim adducemus. Porro ex ijs, qui putant, Ioannis 6. cap. Chriſtum loquutum fuiſſe de manducatione reali carnis Chriſti in Scramento, nullus hactenus negauit, præceptum huius Sacramenti Diuinum eſſe. Quo circa omnes qui priorem ſequuntur ſententiam, cum eo teſtimonio vrgentur, reſpondent, Chriſtum ibi ſolum loquutum fuiſſe de ſpirituali manducatione, quę fit per fidẽ, dum credimus, Chriſtum eſſe verum Deum, & hominem, & pro nobis mortem pertuliſſe; quinimo & D. Thomas, qui expreſſe in hoc artic. 11. dicit, præceptum huius Sacramenti Diuinum eſſe, & à Chriſto traditum, ſup. q. 65. artic. 4. ad ſecundum prędictum locum Ioannis eodem modo de ſpirituali ſolum mãducatione explicat, ne ex illo probetur, hoc Sacramentum eſſe neceſſarium ad ſalutem neceſsitate medij, ſeu finis, de qua nos ſupra diſput. 169. diſſeruimus, cum tamen licet de reali manducatione in Sacramento prędictũ locum intelligeret, inde probrari non poſſet neceſsitas medij, ſeu finis, ſed prącepti, vt in ea diſput. cap. 4. mõſtrauimus. Quomodo autem hęc verba non contineãt præceptum cõmunionis ſub vtraque ſpecie, etiam pro laicis dicemus diſput. 216. cap. 5.

Prior ex Ioan. 6.

Alter locus eſt Lucę 22. & 1. ad Corinth. 11. *Hoc facite in meam commemorationem*, vbi Chriſtum præcepiſſe Apoſtolis, vt illud facerent in memoriam eius, teſtatur Iuſtinus in ſecunda Apologia pro Chriſtianis ad Antoninum Pium, non longe à fine: *Apoſtoli enim* (inquit) *in commentarijs ſuis, quæ Euangelia dicuntur, ita ſibi Chriſtum præcepiſſe tradiderunt, &c.* Verùm hunc locum aliqui contendunt infirmare, & primum quidẽ Caietanus in hũc artic. 11. non quidem negans, ibi traditum fuiſſe

7

Cyrillus.

Iuſtinus

8

Aliquorũ ſolutio.

S. Thomas.

9

Secundo ex Luca 22. & 1. ad Cor. 11. Iuſtinus.

Aliquorũ ſolutio.

Prima Caietani.

fuiſſe à Chriſto præceptum, ſed illud explicans eo modo, vt non fuerit de ipſo Sacramẽto vllo modo ſuſcipiendo, ſed de relatione ipſius operis, & perceptionis Sacramenti in memoriam paſsionis Chriſti. Quem ſenſum expreſsiſſe videtur Eccleſia in canone Miſſæ illis verbis poſt conſecrationem: *Hæc quotieſcumque feceritis in mei memoriam facietis.* Præceptum igitur ex ſententia Caietani eſt, non quidem conſecrandi, aut ſumendi hoc Sacramentum, ſed memorandi mortem Chriſti in ipſo Sacramento. Verum interpretatio Caietani non ſolum teſtimonio Concilij Tridẽtini, ſed etiam ratione ex ipſo textu Lucę, & Pauli deducta manifeſte confutatur. Primum quidem ex Cõcilio Tridentino ſeſſione 13. cap. 2. vbi, poſtquam dixit, Chriſtum Dominum diſceſſurum ex hoc mundo ad Patrem, hoc Sacramentum inſtituiſſe, ſubiungit. *Et illius ſumptione colere nos ſui memoriam præcepit, ſuamque annunciare mortem, donec ad iudicandum veniat. Sumi autem voluit Sacramẽtum hoc tamquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit, &c.* præcepit igitur Chriſtus illis verbis Lucæ 22. ſicut interpretatur Cõcilium, vt ipſa ſumptione commemoraremus paſsionem eius, & non tantum, vt quotieſcumque illud ſumeremus paſsionem ipſius in memoriã reuocaremus, ac proinde præcepit, vt ſumeremus: nam qui præcipit, vt opere aliquo cõmemoratio fiat alicuius beneficij accepti, ex modo ipſo præcipiendi præcepit etiã, vt fiat opus ipſum. Quis hoc nõ videat? Aliqui colligunt, præceptum hoc fuiſſe ſumendi hoc Sacramentum, ex illis verbis: *Sumi autem voluit Sacramentum, tamquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur fideles, &c.* Ego vero potius colligo illud ex illis verbis: *Et illius ſumptione colere nos ſui memoriam præcepit*, ſicut ſupra induximus: nam verba illa: *Voluit autem, &c.* non declarant præceptum ſumẽdi, ſed inſtitutionem, & vim, quam Chriſtus huic Sacramento tribuere voluit. Cum enim quis ſumit hoc Sacramentum, non opus eſt eo fine, & animo expreſſo illud accipiat, nempe, tamquam ſpiritualem animarum cibum, quo alatur, ſed ſatis eſt, ſi quis acedens ad illud, credat, ibi eſſe Chriſtum, & reuerenter, hoc eſt, in gratia, accipiendum eſſe. Quinimo in ipſa ſumptione, quando implet præceptum ipſum, poteſt eſſe diſtractus, & nihil de illo cogitare, aut etiam in amentia, vt ſupra vidimus; ergo verba illa nõ ſunt præcepti, ſed inſtitutionis, vt diximus. Deinde eadem Caietani interpretatio manifeſta ratione confutatur, nam expreſſa cõmemoratio paſsionis in ipſa ſumptione Chriſti, & expreſſa intentio illius non cadit ſub præceptum, tum propter rationem, quam proxime dicebamus, tũ etiã quia fere omne vulgus ignorat, talem commemorationem in hoc Sacramento fieri, & tamẽ nullus ob hanc ignorantiam damnatur, neque vllus contra illam inſtruitur, quòd huius rei ſcientia ad ſalutem neceſſaria non videatur. Nihilominus, vt inquit Paulus, quem inferius referemus, omnes, qui hoc Sacramentum ſumunt, mortem Domini commemorant: ſignum igitur eſt, ipſa ſumptione Sacramenti ſine vllo alio actu, & memoria talem commemorationem fieri, ac proinde præceptum hoc memorandi paſsionem, non aliud eſſe, niſi de ipſa ſumptione, in qua eo ipſo ſine alia intentione expreſſe paſsio Chriſti repræſentatur, & illius commemoratio fit.

Deinde alij reſpondent, præceptum Chriſti non fuiſſe latum omnibus laicis, & ſacerdotibus, ſed ſacerdotibus ſolum, nempe, vt conſecrarent Sacramentum, & conſecratum ſumerent, hoc enim ad integritatem Sacramenti pertinet. Hoc vero reſpõſum nonnulli confutant hoc modo, quia pronomẽ: *Hoc*, referri debet ad totam Chriſti actionem, in qua etiam illud erat, vt Sacramentum hoc alijs ſumendum miniſtraretur: præcepit igitur etiam, vt alij de manu ſacerdotis acciperent: hęc enim duo inuicem relata ſunt: quẽadmodum ex eo, quòd Chriſtus dixit ſacerdotibus Ioan. 20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt*: colligit Eccleſia, obligationẽ cõfitẽdi peccata ſacerdotibus: & ex eo, quòd Chriſtus dixit Matth. vltimo: *Baptizantes eos in nomine Patris, &c.* colligimus etiam præceptum ſuſcipiendi Baptiſmum. Hęc tamen impugnatio leuis eſt, nam recte potuit Chriſtus præcipere Apoſtolis, vt petentibus miniſtrarent hoc Sacramentũ, etiam ſi liberum eſſet omnibus illud ſuſcipere, eo quod paſtor non tantum curam habere debet miniſtrandi ſubditis ea, quę debet ex præcepto recipere, ſed etiam alia: nam vt in tractatu de miniſtro confeſsionis oſtendemus, non ſolum parochus excipere debet confeſsiones ſubditorum, quoties illi ex præcepto ad eas tenẽtur, ſed etiam aliàs, pro vt ipſi voluerint ob maiorem ſui ſpiritus profectum. Et ſane neq; præceptum confeſsionis colligit Eccleſia ex eo, quod ſacerdotibus præcepit, vt abſoluerent tantum, ſed ex eo quod etiam facultatem retinendi peccata commiſit, vt in tractatu de confeſsione deducemus: neque ex eo quod præcepit Apoſtolis, vt Baptizarent, præceptum

Confutatur primo ex Tridentino.

10

11

Secundo confutatur ex ratione

D. Paulus. 12

Aliorũ ſolutio.

Confutatio aliquorum infirma.

Ioann. 20. 13

Matt. vltimo

ptum ſuſcipiendi Batpiſmum colligere poſſemus, niſi etiam Ioannis 3. idem Dominus dixiſſet: *Niſi quis renatus fuerit, &c.* Alij vero prædictam interpretationem refellunt, quia pronomen, *Hoc*, in illis verbis, *Hoc facite*, totã actionem Chriſti, & ſingula quæ in ea fuerũt tam ex parte Chriſti, quam ex parte Apoſtolorum demoſtrauit. Et ideo dicunt, Concilium Tridentinum ſeſſione 22. cap. 1. ex illis verbis deduxiſſe conſecrationem Apoſtolorum, & ſucceſſorum in ſacerdotes, & præceptum, quod Chriſtus illis impoſuit ſacrificandi, & conſecrandi corpus ſuum, nẽpe, mẽtionẽ faciens vnius partis illius actionis; ſeſſione vero 13. cap. illo 2. mentionem feciſſe alterius partis, nullibi tamen alteram partem excluſiſſe. Eodem modo aiunt, nonnullos Patres hæc verba retuliſſe ad actionem ſacrificãdi, & cõſecrandi, quæ præcepta fuit Apoſtolis, & ſucceſſoribus, ſicut Chryſoſtomus homil. 7. in Epiſtolam ad Hebræos Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 14. in medio, Cyprianus Epiſtola 63. in ordine, quæ eſt lib. 2. Epiſtola 3. & Autor ſermonis de cœna Domini apud ipſum. Alios vero ad actionem ſumendi hoc Sacramentum, ſicut Cyrillus lib. 12. in Ioannem cap. 58. & Baſilius in regulis moralibus regula 21. cap. 2.

Ioannis. 3.

Alia confutatio inefficax.

Cõcil. Trid.

14

Chryſoſtom. Damaſcenus. Cyprianus. Pſeudo Cyprianus. Cyrillus. Baſilius.

Verum quamuis hæc ita ſint, multo efficacius prædictam interpretationem refutare poſſemus ex verbis Pauli 1. ad Corinth. 11. qui explicans mentem Chriſti contentam in illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*: eã refert ad eos, qui manducant, & bibunt corpus. Quare ſi illa verba ſunt præcepti, vt iam contra Caietanum probauimus, & ij, qui poſteriorem adhibent interpretationem, ſupponunt, ex illis recte colligitur, non tantum ſacerdotes, ſed etiam laicos eo teneri, inquit enim Paulus: *Hoc facite, quotieſcumque bibetis, in meam commemorationem*: idemque dixerat de manducantibus corpus Chriſti: ſubdit deinde rationem: *Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat*: non quod eadẽ verba Chriſti ad ſacerdotes conſecrantes non pertineant, ſed quia cum dixit, *Hoc facite, &c.* præcepit omnibus fidelibus commemorationem paſſionis ſuæ in hoc Sacramento: & quia ſacerdotes commemorant illam non ſolum ſumendo Sacramentum, ſed etiam conſecrando illud, etiam ipſis præcepit conſecrationem. Hac vero ratione verba prædicta ad vniuerſos homines referre debemus, vt vniuerſis per illa præceperit Chriſtus vnam actionẽ formaliter, vt cũ Schola loquar, quãuis diuerſo modo, nimirum, vt paſſionem ſuam memorarent in hoc Sacramento, vnuſquiſque ſuo modo: cumque hæc commemoratio in perceptione Sacramenti fieri nequeat ſine conſecratione, præceperit etiam commemorationem per conſecrationem. Recte igitur ex hoc loco, nec minus efficaciter colligitur præceptum percipiendi hoc Sacramentum, quam ex priori. Quomodo autẽ hinc nõ colligatur præceptum pro laicis commemorandi paſſionem Chriſti ipſa etiam ſumptione calicis, videbimus infra diſp. 216. cap. 4. Fundamentum vero prioris ſententiæ ex dictis facile conuellitur, cum pro fundamento noſtræ ſentẽtiæ habeamus duo inſignia loca ſacræ Scripturæ, & teſtimonium Concilij Tridentini.

Efficax prædictæ concluſionis confutatio ex 1. Cor. 11.

15

Vtrum hoc præceptum virtute ſolum Diuinæ conſtitutionis abſque alia Eccleſiæ determinatione obliget. Diſput. 214.

Sententia eorum, qui dicunt, non eſſe mortale peccatum omittere ex ſola negligentia hoc Sacramentum in articulo mortis, refellitur. Cap. 1.

Præceptum ſumendi Euchariſtiam, quod ſemel in articulo mortis ſub mortali obligat, eſſe Diuinum, probabilior opinio fert. Cap. 2.

Extra articulum mortis, ita præceptum Diuinũ huius Sacramenti obligare, vt neceſſarium fuerit per Eccleſiam tempus determinari. Cap. 3.

De perſonis, qua hoc præcepto tenentur. Cap. 4.

Sententia eorum, qui dicunt, non eſſe mortale peccatum omittere ex ſola negligentia hoc Sacramentum in articulo mortis, refellitur.

CAPVT I.



VM Hoc præceptum affirmatiuũ ſit, vt cõſtat, ac proinde aliquando impleri debeat, videndum deinde eſt, quod ſit tempus obligationi illius deſignatum. Et in primis quidem

dem de articulo mortis non defuerunt, qui non ſolum exiſtimarent, præceptum Diuinum tunc non obligare, verumetiam conſuetudinem Eccleſiaſticam hac in parte nimium extenuare auſi fuerint. Nam Caiet. in ſum. verb. *Cõmunio Sacramẽtalis*, nullam mentionem faciens Diuini præcepti, eo quod ſine dubio putauerit, pro hoc tempore articuli mortis nullum eſſe, faretur primum conſuetudinem Eccleſiaſticam; an vero vim præcepti habeat, nõ explicat, & (me iudice) putat, vim præcepti eam non habere: aſſerit tamen, proculdubio peccare eum, qui abſque rationabili cauſa, ob quam excuſetur, ſine hoc Sacramento pro viatico ex hac vita diſcedit. Addit deinde, ſi quis ſine contemptu in articulo mortis hoc Sacramentum non ſumeret, dummodo tempore Paſchali illud percepiſſet, non peccaturum mortaliter, idque citra dubium eſſe aſſeuerat: probat autem, quia viaticum non eſt Sacramentum neceſsitatis ex præcepto Eccleſiæ, cum nullum tale præceptum ſit, neque ex natura ipſa viatici, cum ſolum Sacramentum Pœnitentiæ pro æterna ſalute ſufficiat, & viaticum ſolum neceſſarium videatur ſicut equus ad agendũ iter, non autem ſicut nauis ad trãsfretandum. Hãc ſententiam eodem modo ſequuti poſtea ſunt Siluester in ſumma verb. *Euchariſtia* 3. in principio, & Armilla verbo: *Communio*, num. 4. ſupponunt enim hi Autores, percipiendi huius Sacramenti nullum eſſe præceptum Diuinum, imo neque Eccleſiaſticum expreſſum, ſed ſolum conſuetudinem, ſicut Caietanus. Quamuis autem Caietanus in commẽtario huius articuli ſententiam S. Thomæ de Diuino præcepto huius Sacramenti, vt præcedente diſputatione vidimus, tamquam tutiorem defendat, fateturtamen, nullam eſſe rationem, aut teſtimonium cõuincens, vllum eſſe præceptum Diuinum huius Sacramenti: aut ſaltem, ſi in ſumma illud eſſe exiſtimauit, non pro articulo mortis, ſed pro alio tẽpore eſſe putauit. Prætereà omnes exiſtimarunt, conſuetudinem non ita ſtrictè obligare, vt omiſsio eius ex ſola negligentia mortale peccatum ſit, vel quia peculiare ſit huic præcepto, aut conſuetudini, vel certe, quia ſecundum regulam Caietani, relatam i. 2. diſp. 158. cap. 6. præceptum Eccleſiaſticum in hac re non eſt degenere eorum, quæ ad mortale obligant. Eãdem opinionem poſtea ſequutus fuit Ledeſma in prima parte quarti quæſt. 21. articul. 11. dubio ſecundo, addens etiam expreſſe, nullum eſſe præceptum de ſumenda Euchariſtia in articulo mortis, ita aut Eccleſiaſticum etiam neget.

Caietani opinio.

2

Siluester. Armilla.

3

Ledeſma.

Pro hãc opinione allegari nequit Paludanus in 4. diſtin. 9. quæſt. 1. artic. 2. num. 16. & 17. ille enim neque negat præceptum Eccleſiaſticum, neque Diuinum pro articulo mortis, neque obligationem ad mortale pro eo tempore, ſed ſolum dicit, ſi ante octo, aut quindecim dies quis confeſſus eſt, & communicauit, etiam ſi poſt illud tempus incidat in periculum mortis, neque Diuino præcepto, neque humano ad cõmunicandum, & confitendum vllo modo teneri. Si autem ante multum temporis id fecit, maxime vero ſine intentione implendi obligationem præcepti Diuini, & Eccleſiaſtici, debere iterum in eò articulo confiteri, & communicare. Quæ ſane opinio potius circa aſsignandum tempus articuli mortis, in quo præceptum obligat, quam circa ſubſtantiam ipſam præcepti verſatur.

Paludanus non tenet dictam opinionẽ.

4

Verum antequam noſtram in hac re ſententiam proferamus, prius ea, quæ in prædicta opinione contradictionẽ continere videtur, demõſtremus. Primum quidem, ſi ſemel prædicti Doctores pro articulo mortis vllũ præceptum admittãt, vel conſuetudinẽ, quę vim habeat præcepti, parũ cõuenienter philoſophantur, cum docent, non eſſe peccatum mortale, ex ſola negligentia ſine contemptu illud omittere: nam, ſi præceptum ſit de re aliqua magni momenti, nõ poterit illud ad mortale non obligare, ac proinde voluntaria violatio eius, quę in ſola omiſsione conſiſtit, peccatum mortale erit: nam contra præcepta magni momenti ita peccatur mortaliter omiſsione, ſicut & cõmiſsione: voluntaria autem erit, etiam ſi ſine contemptu ex negligentia voluntaria contingat, vt manifeſtum eſt. Porro omne genus præcepti de re magni momẽti, licet nõ ſit charitatis erga Deum, vel proximum ad mortale obligare, oſtendimus ſupra contra Caietanum diſputatione illa 158. cap. 6. atqui ſuſceptio Euchariſtię (præſertim pro viatico) res eſt magni momenti, licet Sacramentum ipſum ex vi inſtitutionis, non ſit medium neceſſarium ad primam gratiam, aut perſeuerantiam, ac proinde neque ad ſalutem: nam, ſi quis vouerit ſumere Euchariſtiam pro aliquo tempore, cenſeretur votum illius tanti momenti, vt ad peccatum mortale obligaret; ergo ſemel admiſſo præcepto Euchariſtię in articulo mortis, non recte philoſophantur prędicti Doctores, cum dicunt, omiſsionem illius ex ſola negligentia ſine cõtemptu numquam eſſe mortale. Deinde, ſi putent nullum eſſe præceptum de Euchariſtia pro viatico, neque conſuetudinem, quę vim præcepti habeat, inepte quidem dicunt;

Contradictionis notantur Autores prædictę opiniones.

5

eſſe

eſſe peccatum veniale illam in eâ occaſione non ſumere: nam ſi nullum eſt præceptum, ſola omiſsio ſine nouo alio prauo ſine peccatum etiam veniale eſſe nequit; alioquin & omiſsio ſola cuiuſque conſilij peccatum veniale eſſet, quod eſt abſurdum. Et ſane, licèt non haberemus præceptum Eccleſiaſticum huius rei in iure expreſſum, talis eſt conſuetudo ab omnibus recepta, vt eam eſſe loco præcepti, nullus negare queat firmo fundamento nixus, & ſine temeritate, cum omnes paſsim putent, graue peccatum eſſe, Euchariſtiam eo tempore non ſumere.

Præceptum ſumendi Euchariſtiam, quod ſemel in articulo mortis ſub mortali obligat, eſſe Diuinum, probabilior opinio fert.

CAPVT II.

6 PRAECEPTVM de Euchariſtia in articulo mortis ſumẽda per antiquũ in Eccleſia Dei fuiſſe, idẽque nunc perſeuerare, ita indubitatũ apud omnes eſſe debet, vt nullus ſine temeritate oppoſitum affirmare poſsit. Extãt enim canones Conciliorum expreſsi de hac re in Concilio Nizeno, canone 13. & refertur canone, *De ijs.* 26. quæſt. 6. vbi præcipitur, vt cum eis, qui vitã creduntur diſceſſuri, antiqua lex ſeruetur, nempe, vt vltimo, & neceſſario viatico non priuentur. Si tamen ſuperuixerint, communione ſolum, quæ fit in orationibus, contenti maneãt: negatur enim illis illa, quę eſt in pane conſecrato. Intelligitur autẽ canõ de ijs, qui publicã pœnitentiã agebãt, vt ex Concilio Arelatenſi 2. canone 12. & Arauſicano 1. canone 3. quę hunc canonem tranſcripſiſſe videtur, manifeſte conſtat. Tum etiam, quia alioquin, ſi ſuperuixiſſent, non priuarentur Euchariſtia, & ſola communio orationum illis concederetur. Et ſane in Concilio Ancyrano canone 22. ſtatutum antea fuerat, vt homicidę voluntarij publicam pœnitentiam agerent, & in extremo vitæ tẽpore Euchariſtia illis nõ negaretur. Poſt Cõcilium autem Nizenum idem de pulicis pœnitentibus ſtatuitur in Concilio Carthaginẽſi 4. canone 77. & 78. nempe, vt ipſi Euchariſtiam accipiant: hos vero canones continere legem de miniſtranda Euchariſtia pro viatico ijs, qui ſunt in extremo vitæ tempore, dubium non eſt, præſertim cum Concilium Nizenum legem, imo legem antiquam eſſe dicat. Neque obſtat, quod in his locis ſolũ videatur lex lata ſacerdotibus, & Epiſcopis, vt Euchariſtiam miniſtrent, quominus etiam lata ſit pro ipſis, qui illam percepturi ſunt: tũ quia niſi illis eſſet neceſſaria, non ita ſtricte ſacerdotibus, vt eam miniſtrarent, præcipere tur. Tum etiam quia Concilium Nizenum Euchariſtiam vocauit viaticum vltimum, & neceſſarium: ſi autem nullum eſſet præceptũ ſumendi Euchariſtiam, qua, obſecro, ratione viaticum neceſſarium diceretur? nam non dicitur neceſſarium viaticũ, niſi ei, cui vere viaticum eſt: eſt autem viaticum non adminiſtranti, ſed ſumenti: ergo ex mente Concilij Nizeni Euchariſtia neceſſarium viaticum eſt ſumenti, ac proinde præceptum illius ſumenti impoſitum erit. Quod auten nonnulli putant, in Concilio Carthaginenſi citato præceptum hoc tradi reſpectu communicantium, non autem adminiſtrantium, verum eſt; licet tamen non ita traderetur, ſed ſub forma, ſub qua traditur à Concilio Nizeno, ſine dubio intelligendum eſſet, tradi & ipſis, qui hoc Sacramentum ſumpturi eſſent. 8

Porro autem præceptum huius Sacramenti in articulo mortis Diuinũ eſſe, cõmunior Scholarum opinio fert, tametſi ex Theologis, qui de hac re ſcripſerunt, pauci id expreſſe affirmant. Neque pro hac ſententia allegandi ſunt Bonauentura, Ricardus, & Silueſter, vt à quibuſdam allegantur: nam Bonauẽtura, & Silueſter, vt pręcedente diſput. vidimus, expreſſe docent, hoc Sacramentum non ex ſui inſtitutione, ſed ex ſolo Eccleſiæ pręcepto neceſſarium eſſe. Quomodo igitur putare potuerunt, præceptum Diuinum illius in articulo mortis obligare. Ricardus vero in 4. diſtinct. 12. artic. 6. quęſt. 1. ſolum dicit, pręceptum huius Sacramenti ſemel in anno tempore Paſchatis, & in articulo mortis obligare, vtrum vero ſit Diuinum, an humanum, non explicat. Prædictam tamen opinionem expreſſe affirmant Durandus in 4. diſtinct. 6. q. 2. num. 7. & Gabr. eadem diſtinct. quęſt. 1. artic. 2. concluſ. 3. Citari etiam poſſunt Dominicus Sotus in 4. diſtinct. 12. quęſt. 1. art. 11. & Petrus de Soto lib. de inſtitutione ſacerdotum lectione. 6. de Euchariſtia: aſſerunt enim, pręceptum huius Sacramenti eſſe Diuinum. Deinde infert Petrus Soto cum ſit affirmatiuum, obligare debere maxime tempore neceſsitatis. Dominicus autem Sotus, quamuis dicat, nullum pręceptum Diuinum, aut humanum expreſſum eſſe de hac re, ſed ſolã

Ecclę

Concil. Nizenum

Concilium Arelatenſ. 2 Arauſic. 1.

Concil. Ancyranũ.

7

Concil. Carthaginenſe. 4.

Bonauentura Ricardus. Siluester.

Præceptũ ſumendi Euchariſtia in articulo mortis Diuinum eſt.

Gabriel. Sotus. Petro. de Soto. Durandus.

9

Ecclesiasticam consuetudinem extare, tamē ob id non negat Diuinum præceptum in hoc articulo: nam cum fateatur, præceptum percipiendi hoc Sacramētū esse Diuinum: tum etiam hominem, qui non susciperet hoc Sacramentum in eo articulo, peccaturum, non tantum propter scandalum contra Ecclesię consuetudinem, sed quia non videretur erga Christum amorem gerere, quem oportebat, non obscure indicat, in hoc articulo obligare præceptum Diuinum institutionis huius Sacramenti. Hæc sententia primum probari potest ex verbis illius canonis Concilij Nizeni: vocatur enim ibi Eucharistia, vltimum & necessarium viaticum, necessarium autem in canone nō diceretur, nisi lege Diuina necessarium esset: cū enim lex aliqua humana statuit aliquid sub præcepto, non vocat illud necessarium, neque tanquam de necessario de illo loquitur, licet efficiat, vt sit necessariū; sed cum aliquid vocat necessarium, supponit, suapte natura iam necessarium esse. Deinde: quia credibile non est, hoc Sacramentum obtinere vim viatici, quod dari solet discedē tibus ex aliquo loco prolabore itineris ex statuto Ecclesiæ, sed ex Diuina constitutione: cumque non se habeat hoc viaticum ad viā (vt putauit Caietanus) sicut equus ad iter, sine quo iter confici potest (sic enim non diceretur necessarium) sed sicut cibus, qui simpliciter necessarius est, sequitur ex sua institutione pro articulo mortis in præcepto Diuino esse positum. Adde, quòd, cum præceptum Diuinum de hoc Sacramento sit affirmatiuum, nullum tempus commodius pro illius obseruatione videtur, quam articulus mortis: cur igitur obligationem illius in hoc articulo negabimus? Mitto immutabilitatem huius præcepti, & antiquitatem illius, ex quibus nonnulli probant, esse Diuinum, quòd, nimirum, ab Ecclesia sine peccato mutari nequeat, & quòd de huius præcepti initio nō constet: nam, vt præced. disputat. cap. 2. ostendimus, ex ijs capitibus nō potest colligi, præceptum esse Diuinum, cum etiam aliqua sint humana à tempore Apostolorum, & quæ sine peccato mutari nequeant.

Probatur primò ex Conc. Nizeno.

10 Secundo.

Confirmatio.

Cæterum, quod attinet ad designandum articulum mortis, in quo diximus, præceptū Diuinum huius Sacramenti obligare, hoc loco nihil dicendum est: cum enim Sacramentum etiam Pœnitentię pro eodem etiam tempore obliget, in tractatu de confessione pro vtroque Sacramento tempus huius articuli designabimus: quia vero diuerso modo obligat hoc Sacramentum, & Sacramentum Pœnitentiæ pro hoc tempore, quædā hoc loco peculiaria de obligatione huius præcepti pro articulo mortis notanda sunt. Primum quidem: quamuis Sacramentum Pœnitentiæ ita oliget in hoc articulo, sicut Sacramentū Eucharistiæ, tamen quia Sacramentum Pœnitentiæ solum obligat, vt homo reconcilietur cum Deo, & à peccatis mortalibus iustificetur, non obligat nisi exilientes in mortali, & eos, qui mortale cōmiserunt, à quo nōdū absoluti sunt à sacerdote, quamuis per contritionem iustificati sunt. Et ita, si quis incidens in morbum, sit sine mortali, vel quia illud non commisit, vel quia paulo ante, cum integra vteretur valetudine, omnia mortalia peccata confessus fuit, non tenebitur præcepto confessionis. At verò quia hoc Sacramentū solum obligat homines pro viatico itineris, quod quidem conuenit etiam beneualentibus, & confessis, & vt in eo tempore mortē domini annunciēt, donec veniat, vt præcedente disput. dictum est: ideò homines, etiam iustos, & confessos comprehendit; imò verò, cum ex sui institutione postulet sanctitatem in eo, qui communicaturus est, ideo nemo quantumuis iustus, & confessus ab huius precepti obligatione liberatur. An verò sufficiat ante articulum illum Sacramentum suscepisse, vt quis ab obligatione præcepti illius liberetur, difficultas aliqua est.

12

An qui Paulò ante ęgritudinem communicabit teneatur iterum cō municare in articulo mortis.

Aliquorū opinio probatur primò.

Omissa verò sententiam superius memorata eorum, qui cum Caietano dicunt, non peccaturum eum, qui sine contemptu in hoc articulo hoc Sacramentum non susciperet, dummodo tempore Paschatis illud suscepisset, vt cap. 1. retulimus, quod iā à nobis ibidem refutata sit, ex alijs, qui posteriorem sententiam sequūtur, nōnulli Recentiores existimant, necessarium esse pro articulo mortis, inchoata iam ægritudine hoc Sacramentum pro viatico sumere, nec satis esse, si quis paulo ante ægritudinem illud perceperit, vt ab hac obligatione viatici liberetur: eo quod ille, qui nihil cogitans de morte imminente sumit hoc Sacramentum, non sumit illud, vt viaticum, ac proinde intentioni precepti Diuini, quam Concilia explicarunt, nō videtur satisfacere, ea enim fuit, vt homo sumeret hoc Sacramentum, vt viaticum; debet igitur (inquiunt) cum ille incidit in ęgritudinem, iterum communicare. Probant deinde, quia obligatio huius precepti vere non incipit, nisi in eo antepericulo mortis: ergo ante ęgritudinem nullus ei satisfacere potest, siquidem nullus satisfacit alicui precepto, ante quam obligatio illius incipiat.

13

Secundò.

Paludani sententia.

Paludanus vero, quem alij Recentiores sequuntur

quútur loco ſuperius allegato, exiſtimãt qui dem, præceptũ hoc obligare in articulo mortis, ab hac tamen obligatione liberari eum, qui paulo ante quam in ægritudinem incideret communicauit, nempe, ſi ante octo, aut quindecim dies hoc Sacramentum accepit. Quam ſententiam alij Recentiores abſolute amplectuntur, nam Sotus in 4. d. 12. q. 1. art. 11. eam ſequitur, ea tamen adhibita limitatione, niſi ille poſt acceptam Euchariſtiã peccaſſet mortaliter: quæ limitatio (me quidem iudice) parum habet momenti, vt inferius videbimus. Ego verò, nequè cum hac limitatione Soti prædictæ ſententiæ acquieſco, ſed ſolum in ipſo articulo mortis inchoata iam ægritudine huius præcepti obligationem ita incipere cenſeo, vt intra illud tempus ſolum ei ſatisfieri poſsit. Primũ, quia ſi ſemel admittamus, ante articulum mortis huic obligationi fieri poſſe ſatis, non poſſet aſsignari ratio, ob quam potius ſufficiat pridie, quam ante duos, aut plures dies ei ſatisfieri: quod enim tẽpus magis, aut minus diſtet ab articulo mortis, nihil refert, ſi obligatio præcepti ab ipſo tempore periculi ſolum obligat: in quouis enim die ante articulum præceptum impleretur per opus exhibitum extra tempus præcepti. Atquè ita ſi in vno die parum ante obligationem impleretur præceptum: cur etiam in alio non poſſet impleri? Deinde eadem ſententia probatur, quia, ſi quis conſtitutus in ægritudine iam ſentiret mortis periculum, iuſtè poſſet Sacramentum nõ ieiunus accipere, etiam ſi præcedenti die beneualens illud accepiſſet, quis hoc neget? at qui, vt ſupra diximus diſp. 211. cap. 4. nemo excuſatur à præcepto ieiunij præmitendi ante Euchariſtiam, niſi ratione alterius præcepti, quod magis ſtrictè obligat, nempe, ratione præcepti communicandi in extrema neceſsitate: ergo adhuc ſupererat illi obligatio ſuſcipiendi hoc Sacramentum pro mortis articulo. Poſtremo deniquè, quia inauditum eſt, præceptũ aliquod ſeruari, & impleri per opus exhibitum ante tempus obligationis: quomodo igitur per cõmunionem extra articulum mortis ſatisfieri poteſt præcepto, quod ſolũ in ipſo articulo obligat.

Cæterum, qui oppoſitam ſequuntur ſententiam, dicunt, per tale opus exhibitum ante tempus ſatisfieri præcepto ratione intentionis ſumentis Euchariſtiam, quam vocant virtualem, nempe, quòd ſumens illam virtute eam habeat intentionem, vt omni obligationi ſatisfacere velit: ſicut quicumquè (inquiunt) in qualibet ſua actione hanc etiam intẽtionem habere videtur. Verùm hæc doctrinã facilè explodi poſſet; nam, vt quis impleat præceptum, non ad intentionem implẽdi illud, ſed ad ſubſtantiam operis, quod præcipitur, & tempus, in quo obligat, attendendum eſt vt 1. 2. quæſtion. 100. art. 9. nu. 5. notauimus. Et ſane nulla actione noſtra præceptum vllum implemus propter virtualem illam voluntatem, quam prædicti Doctores excogitarunt, ſed quia id efficimus, quod præcipitur, & quando præcipitur, vt inductione conſtat. Adde, quod ſi hoc præceptum ſumẽdi Euchariſtiam obligat ſolum pro articulo mortis; nemo etiam expreſſa intentione poſſet illud implere anticipando tempus, ſicut nec præcepto audiendi Miſſam in die feſto ſatisfaceret quis, ſi pridie illam audiret, & per eam tali præcepto ſatisfacere expreſſe vellet, quanto minus per voluntatem ſolam implicitam, quam virtualem vocant. E contrario verò, ſi tempus obligationis huius præcepti nõ eſſet ſolum cõputandum ab ipſo puncto articuli mortis, ſed à tempore paulò ante præcedente, nempe, ab vno, aut altero die ante, etiã ſi is, qui communicat, nollet ea Sacramẽti perceptione implere præceptum, ſed vellet, vt ſibi maneret obligatio viatici pro tempore articuli mortis, non poſſet id efficere, ſicut 1. 2. loco citato etiam diximus, quia in poteſtate obſeruantis legem non eſt, obligationem illius prorogare, aut poſtquã fecit id, quod lege præcipitur, eam in poſterum iterum implenda n reſeruare. Accedit, quòd ſi à tempore ante ægritudinem inciperet obligatio huius præcepti, deberet homo ſtatim præceptũ implere, nec vltra opus illius differre poſſet: hoc autem falſum eſt. Nam, licèt quis certã reuelatione ſciret, fore, vt in ægritudinem lethalem ſequente die incideret, nullo modo peccaret, ſi in ſequentem diem, & verum articulum mortis, Euchariſtiam ſumẽdam reſeruaret.

Ex quibus omnibus conſtat aliud non minus notandum, videlicet, ex voluntate ſumentis Euchariſtiam minime pendere, quòd ſumatur vt viaticum: & ita cum priuilegio illo nõ ſeruandi ieiunium naturæ ante illud. Nã quocumquè animo, & fine ſumatur, tunc vt viaticum ſumitur, quãdo in eo tempore ſumitur, in quo præceptum illius pro articulo mortis iam obligat, ea enim perceptione Sacramenti prædictæ obligationi ſatisfit. Atquè hinc etiam efficitur, vt extra hoc tempus nullo modo prædictæ obligationi ſatisfiat, eo quòd extra hoc tempus non poſsit habere rationem viatici, nequè in poteſtate ſumentis ſit, illud ſumere vt viaticum, aut alio modo.

Soto.

Vera ſententia probatur primò.

14

Secundò.

Tertiò.

15

Reijcitur.

16

Non pendet ex voluntate ſumentis Euchariſtiam quod ſit pro viatico.

Solutio ad aduerſarios.

Præ-

Qui semel in egritudine Eucharistiã pro viatico sumpsit non tenetur iterũ sumere cõtra Sotum.

Præterea ex modo peculiari obligationis huius Sacramenti, in qua differt à Sacramento Pœnitentiæ, contra Sotum sequitur, eum, qui in articulo mortis constitutus semel hoc Sacramentum vt viaticum percepit, amplius eo præcepto non obligari, etiam si gratiam huius Sacramenti per peccatum amittat, cum tamen ad Sacramentum Pœnitentiæ iterum obligaretur præcepto illius, si gratiam eius amisisset. Ratio vero discriminis est, quia cum Sacramentum Pœnitentiæ obliget pro reconciliatione cum Deo, & prima gratia cõsequẽda, quæ ad salutem necessaria est, vt suo loco dicemus, non mirum, si ea gratia per peccatum amissa, iterum obligatio illius reuiuiscat. At vero hoc Sacramentum non obligat ratione alicuius gratiæ necessariæ ad salutem, cum quælibet necessaria alio modo adquiri posset, sed ex sola voluntate Christi ita instituentis Sacramentum, vt in extremo tempore vitæ nostræ per illud mortem eius annunciaremus, & hoc pro viatico haberemus: semel igitur obseruato hoc præcepto, & in hoc Sacramento memorata morte Christi pro exitu de hac vita mortali, nulla superest ratio, vt eius præceptum reuiuiscat. Neque vero assimilari debet viatico corporali, quod si semel amittatur, iterum restitui debet, vt quis saluus, & incolumis viam perficiat: nã viaticum corporale est causa effectus ad vitam necessarij, sine quo illa sustentari non potest, & qui alia via suppleri nequit. At verò licet aliquis effectus Eucharistiæ necessarius sit, nempe, perseuerantia, alia tamen via suppleri potest, vt disput. 169. cap. 3. monstrauimus.

18

Præceptũ sumẽdi Eucharistiam in articulo mortis, nec determinari, nec immutari potest ab Ecclesia.

Postremo notandum est, præceptũ Diuinum Eucharistiæ, ita obligare in articulo mortis, vt absque determinatione Ecclesiæ obliget, & ita talem esse eius obligationem pro eo tempore, vt numquam ab Ecclesia immutata fuerit, aut possit immutari; cum tamen obligatio illius extra hoc tẽpus, nõ sola Diuina constitutione sed accedente etiam Ecclesiæ determinatione vim habeat. Et sane, qui asserunt, præceptum Diuinum huius Sacramenti obligare in articulo mortis, id existimãt absque vlla Ecclesiæ determinatione, atque id rationes superius allatæ probãt: de obligatione tamẽ illius extra hoc tempus sequẽte articulo dicemus. Huic autẽ doctrinæ de Diuino præcepto in articulo mortis, nihil obstat, quòd Ecclesia interdũ negauerit communionẽ in eo articulo, vt ex multis canonibus Concilij Eliberitani cõstat, & nos diximus 1. tom. disp. 105. c. 2. id enim iure optimo fecit Ecclesia in pœnã aliorũ criminũ, pro vt eo tẽpore expediebat. Cõsuetudo autem

19

negãdi Eucharistiã ijs, qui extremo supplicio afficiẽdi sunt, quæ in nostra Hispania aliquãdo inualuit, merito quidem iam sublata est.

Extra articulum mortis ita præceptum Diuinum huius Sacramenti obligare, vt necessarium fuerit per Ecclesiam tempus determinari.

CAPVT III.

EX Doctoribus, qui censent, extãre præceptum Diuinum huius Sacramenti, nullus est, qui neget, extra articulum mortis illud etiam obligare, tametsi de tempore, in quo si Ecclesia nihil determinasset, obligaret, inter se dissentiant. Verũ quia circa obligationẽ huius Sacramenti extra articulum mortis eodẽ modo Autores philosophantur, sicut circa præceptum Sacramenti Pœnitentiæ, cum sit eadem vtriusque ratio, omnium sententias pro vtroque Sacramento in tractatu de confessione examinabimus. Obiter tamen hoc loco dicimus, nisi Ecclesia determinasset tempus præcepti vtriusque Sacramenti, fore, vt nullum tempus arbitrio prudentis viri signari posset, in quo affirmatiuũ præceptũ illius peculiari ratione ex se obligaret, & ita nullum esset peccatum omissionis cõtra præceptũ affirmatiuum peculiare, extra illũ articulum hoc Sacramentum aut illud numquã percipere, vt eo loco ex professo probabitur: de facto enim Christus hanc determinationẽ reliquit Ecclesiæ, nõ priuato iudicio alicuius. Iam vero quo pacto ab Ecclesia determinatum fuerit tempus, & iuxta illius determinationem seruandum sit, ostendamus.

20

Supponimus autem Christũ Dominum, ita hoc Sacramentũ instituisse, vt extra articulum mortis ex sola ipsius voluntate nullum esset tẽpus determinatũ, in quo seruari deberet, sed solũ indeterminate illud statuerit relinquẽs eius determinationẽ volũtati Ecclesiæ, quæ pro diuersitate tẽporũ diuerso modo illud determinaret, sicut decursu tẽporis factum legimus. Primum autẽ initio nascentis Ecclesiæ præceptum fuisse fidelibus quotidie cõmunicãdi, manifeste cõstat ex Anacleto Papa, in epistol. 1. c. 2. & refertur in canon. *Episcopus. De cõsecratione* d. 1. vbi inquit, eũ, qui quotidie nõ cõmunicauerit, ingressu Ecclesiæ priuãdũ esse, & subdit. *Sic enim Apostoli statuerũt, & sancta Romana tenet Ecclesia.* Id-

21

Christus reliquit Ecclesiæ determinationem Diuini præcepti sumẽdi Eucharistiam.

Anacletus Papa.

Fideles in primitio nascentis Ecclesiæ cõmunicabant quotidie.

præcipitur in cãnone 10. Apoſtolorum, ità vt qui quotidie id nonfecerit ipſa cõmunione priuetur. Eiuſdem cõſuetudinis, & legis mẽtionẽ fecit Clemens Romanus lib. 2. Apoſtolicarum conſtitutionum cap. 57. ſub finẽ. Et Dionyſius 3. cap. de Eccleſiaſtica hierarchia, quod eſt de Sacramento cõmunionis. 2. & 3. p. Putat autem Dominic. Sotus in 4. diſt. 12. q. 1. art. 10. ceſſante hac conſuetudine, & lege quotidianæ fideliũ cõmunioni oſculum pacis, qui populo defertur in tabella, ſucceſsiſſe. Verũ hæc cauſa non fuit deferẽdi populo oſculũ pacis, quòd cõmunio quotidiana ceſſaſſet. Nã tempore antiquo, quo prædicta conſuetudo vigebat, oſculũ, & amplexus pacis in vſu erat, nempe, in ſignũ vnionis, & beneuolentiæ, antequàm fideles ad cõmunionẽ accederent: huius enim oſculi, & amplexus meminit Dionyſius 3. illo cap. de Eccleſiaſtica hierarchia. p. 2. & 3. ad quod vt conſtat ex 6. catecheſi myſtagogica Cyril. Hieroſolymĩtani, diaconus populũ clamás inuitabat, poſt quam ſacerdos manus abluerat, & antequam diceret: *Surſum corda*, ſicut etiã colligitur ex Miſſa Baſilij. Dionyſius vero loco citato poſuit illud ante lotionẽ manuũ. Deniq; omnes hi ante conſecrationem illius meminerunt. Verum, cum eſſet ſignum vnionis, & communionis in Eccleſia Latina, paulo ante cõmunionem recte tranſlatum eſt, vt inquit Innocentius primus in epiſtola 29. quæ eſt ád Decentium Epiſcopum Eugubinum, canone 1. Loco tamẽ cõmunionis ſucceſsiſſe panem benedictum, conſtat ex Cõcilio Nannetenſi, canone 9. vbi præcipitur, vt pro ijs, qui die Dominica non cõmunicant, ſeruẽtur fruſta panis benedicti, quæ ipſis diſtribuãtur: & hactenus de prima cõſuetudine quotidie cõmunicãdi. Porro aliqui referunt, errorẽ fuiſſe quorũdam hæreticorũ, qui dicerent, vnumquemq; fideliũ hoc ipſo, quod Miſſam audit, obligari ad cõmunicandũ: quẽ putant dãnatũ fuiſſe in Concilio Trident. ſeſsio. 22. c. 6. & canon. 8. atque in eo verſari nũc AEthyopes ſub Preſbytero Ioanne. Ego tamen nullũ antiquũ, & probatũ Autorẽ hactenus legi, qui huius erroris mẽtionem faciat, atque exiſtimo, eũ, qui damnatus fuit in Concilio Tridentino, alium fuiſſe, nimirum, Lutheranorum, qui cũ Magiſtro Luthero damnant priuatam Miſſã, nempe, in qua ſolus ſacerdos cõmunicat: non quòd putent, vnicuique fidelium hoc præceptum impoſitum eſſe, vt communicet, ſed quia dicunt, Miſſam non eſſe ſacrificium, neque vt ſacrificium à ſacerdote offerri, ſed tantum vt Sacramentum communionis, ac proinde fruſtra eſſe, niſi plures in eo cõmunicẽt. Obligationem vero non conſtituit Lutherus ex parte aſſantium, vt hoc ipſo omnes communicare debeant, ſed ex parte ſacerdotis conſecrantis, & ſumentis hoc Sacramẽtum, nempe, vt cum alijs communicet: alioquim ſi nullum habeat, cum quo communicare poſsit, nõ conſecret. Aethyopes vero, licet quotidiè communicent, de quo nihil hactenus legi, tamẽnon ob id exiſtimabũt, hãc obligationem ex eo ſolum oriri, quod quis audiat Miſſam, ſed fortaſſe in ea ſunt ſentẽtia vt antiqua conſuetudo adhuc ſeruanda ſit. Verba Concilij in eo canone ſunt: *Si quis dixerit Miſſas, in quibus ſolus ſacerdos Sacramentaliter cõmunicat, illicitas eſſe, ideoque abrogãdas, anathema ſit.* cap. autem 6. ſecundũ phraſim Lutheri vocat Miſſas priuatas, in quibus ſolus ſacerdos cõmunicat, quas non eſſe illicitas decernit, eaſque probat, atque cõmẽdat. Et ſane ſi hoc Sacramentum, non vt ſacrificiũ à ſacerdote offerretur, ſpecie aliqua probabilitatis Lutherus Miſſas priuatas abrogaſſet, quod Miſſa hoc ipſo, quod Sacramentũ tãtum eſſet cõmunionis, ab omnibus aſtãtibus, aut ab aliquibus eorũ reipſa participari deberet. Verũ Concilium Tridentinũ cap. illo 6. optime declarat, has Miſſas priuatas recte celebrari, & ratione ſacrificij, & ratione Sacramenti. Primũ ratione Sacramenti, quia populus in eo ſpiritualiter ſaltẽ cõmunicat, deinde ratione ſacrificij, quia nõ tãtũ pro ſe, ſed pro omnibus fidelibus, qui pertinent ad corpus Chriſti à ſacerdote celebrantur. Et hæc de primo ſtatu Eccleſiæ.

Deinde Fabianus Papa, vt refert Gratianus, hanc temporis determinationẽ ad pauciores cõmuniones reſtrinxit: inſtituit enim, vt terſaltẽ in anno fideles cõmunicarent, nempe in Natali Domini, in Paſchate, & Pentecoſte, refertur autem in canone: *Etiam ſi nõ frequẽtius De conſecratione*, diſt. 2. Idẽ refert ex Fabiano Burcardus, lib. 5. ſui decreti cap. 17. & Iuo p. 2. c. 27. tametſi in epiſtolis huius Põtificis id nõ inueniatur. Quod ſane præceptũ inuenimus etiã in Cõcilio Agathẽſi canone 18. & refertur *De conſecratione* d. 2. canone, *Seculares*, & in Cõcilio Turonẽſi ſub Carolo Magno c. 50. Quod vero Sother Papa, vt refertur in canon. *In cœna*, eadẽd. 2. iuſsit, vt in cœna Domini fideles cõmunicarẽt, nõ debet intelligi, quaſi diuerſum tẽpus à tẽpore Paſchatis ſignauerit, ſed pro eodẽ vtrũq; vſurpauit, & renouare voluit in eo capite præceptũ Eccleſiæ, quòd in deſuetudinẽ apud aliquos abierat. Poſtremo Innocẽtius III. in Cõcilio Lateranẽſi, vt refertur in cap. *omnis vtriuſque ſexus De Pœnitentijs, & remiſſionibus*, decreuit, vt ſemel

Clemens Romanus *Dionyſius Sotus.*

Vnde incepit mos defetendi pacem in tabella inter celebrandum.

22 *Dionyſius. Cyrillus Hieroſolym.*

Baſilius.

Innocent. 1.

Concil. Nannetenſe.

23 Aliquorũ hæreticorum error malè ab aliquibus refertur. *Concil. Trid.*

Qualis error à Trident. damnetur.

24

Secunda determinatio præcepti Euchariſtiæ.

Gratianus.

Burcardus. Iuo. Concil. Agathenſe. Concil. Turonenſe.

Tertia eiuſdẽ præceptideterminatio.

Innocent. 3.

semel saltem in anno tempore Paschatis omnes fideles cõmunicent, quod præceptũ vsque ad nostra tẽpora alijs duobus iá reuocatis perseuerat. Quo autem pacto hoc tempus Paschatis computari debeat, & vtrum ille, qui consilio confessarij communionem differt, peccet, & censuras Ecclesia incurrat, an nõ, dicemus tomo sequente, vbi & de præcepto cõfessionis agemus. Vtrum autem ille, qui tempore Paschatis non communicauit, liber maneat ab hoc præcepto, an non, dicemus ibidem: est enim eadem ratio atque de præcepto confessionis. Præterea vtrum cum quis præuidet fore, vt non possit tempore ab Ecclesia designato Eucharistiam sumere, debeat illam anticipare, differemus etiam ibi, vbi, & de præcepto confessionis eadem erit controuersia. Demum, vtrũ suscipiẽs in peccato mortali Eucharistiam præcepto affirmatiuo illius satisfaciat, eodẽ in loco videbimus, vbi etiã agemus de confessione, per quam præceptũ confitendi impleri debet.

26

Ea, quæ hactenus diximus, intelligi debẽt de præcepto Ecclesiæ communi pro omnibus fidelibus: nam si sermo sit de religiosis, vnusquisque iuxta constitutiones suarum religionum peculiari præcepto huius Sacramenti frequentius tenetur poterit, & vt optime obseruauit Nauarrus pro Monachis Benedictinis extat præceptũ in Clementina, *In agro. §. fine. De statu Monachorum*, singulis mensibus communicandi, sicut etiam confitendi, vt loco citato dicemus. Quod vero dicitur in Concilio Tridentino sessione 25. cap. 10. de regularibus, & monialibus, vt singulis mẽsibus cõmunicent, non est præceptum: nam solum dicitur, vt moneantur: & hactenus de tẽpore præcepti huius Sacramenti.

Nauarrus.

Concil. Trid.

27

Reliquum est, de frequẽtiori vsu illius ex cõsilio in hoc cap. pauca dicamus. Atq; omisso tempore illo, in quo præceptum erat quotidie communicandi, quod deinde abrogatum est, constat, post illud tempus apud plures consuetudinem quotidie communicãdi viguisse. Illius etiam meminit Hieronymus in Epistola 28. quæ est ad Luciniũ in fine, cũ ad quotidianã communionẽ exhortatur, & Cyprianus serm. 6. qui est de oratione Dominica explicans partem illam, *Panem nostrum quotidianum*: ex quo idẽ desumpsit Ambrosius lib. quarto de Sacramentis capite quarto, & ideo exhortatur, vt quotidie panem sumamus. Quamuis autem hoc ita sit, nihilominus Augustinus Epistol. 118. & Autor de Ecclesiasticis dogmatibus apud ipsum c. 58. nec laudãt, neque vituperant eum, qui quotidie cõmunicat. Iá vero in Ecclesia maxime vsitatũ video, vt frequentius, quam octauo quoque die, raro, & non nisi hominibus probatæ virtutis, singulis autem diebus rarissime, & paucissimis hoc Sacra sacramentum cõcedatur: huius tamẽ rei iudiciũ certius pijs, & doctis confessarijs relinquitur. Illud tamẽ obseruandum est, licitum non esse eodẽ die nisi semel cõmunicare: & quamuis huius rei pro laicis præceptum expressum non exstet; cum tamen pro sacerdotibus sit, ne in eodẽ die plus quam semel celebrent, idem pro laicis omnes impositum esse intelligunt. Præceptum autem pro sacerdotibus nõ est Diuinũ, sed solum Ecclesiasticum, & continetur in canone, *Sufficit. De consecratione*. d. 1. qui est Alexandri 2. & in cap. *Consuluisti. De celebratione Missarum*. Cum autem eadẽ sit ratio de laicis imo multò maior, idem etiã præceptũ de illis intelligẽdũ est. Ratio vero, quam affert Alexander etiam in laicos cõuenit, quia scilicet, Christus semel passus est: sacerdos autẽ celebrans Missam eius passionem cõmemorat: nam secundum Paulum 1. ad Corint. 11. etiam laicus sumens corpus Christi mortẽ illius annũciat, & significat, vt notauimus supra disp. 213. cap. 2. Nihilominus in die Natalis tres Missæ celebrãdæ à sacerdotibus in Missali proponuntur, & id permissum esse dicitur in illo cap. *Consuluisti*. Tum etiam, cum aliquis sacerdos præpositus est duabus Ecclesijs, duas Missas celebrare in die Dominica permittitur, laicis vero numquã conceditur, vt bis in eodẽ die cõmunicẽt, nisi immineret periculũ aliquod irreuerẽtiæ ab infidelibus huic Sacramento inferendæ: tunc enim nisi aliud superesset remedium seruandi hoc Sacramentũ incolume, laicus posset secundo, & tertio eadem die cõmunicare. Idemque de sacerdote non celebrante dicendũ est: in hoc enim laicus, & sacerdos pares sunt.

Hieronymus

Ambrosius.

Augustinus. Pseudo. Aug

Non licet in eodem die bis cõmunicare.

30

Nauarrus.

1. ad Cor. 11

De personis, quæ hoc præcepto tenentur.

CAPVT IIII.

31

DVO Sunt genera personarũ, de quibus difficultas esse posset, an hoc præcepto teneantur, alterũ est infideliũ, vel cathecumenorũ, antequam baptizentur, alterum est baptizatorum. De priori autẽ genere, quamuis varie Doctores sentiant, ex professo tamen tractabimus infra tom. sequenti, vbi etiam de præcepto cõfessionis agemus. Hic tamẽ obiter dicimus, non minus in fideles non baptizatos,

Duplex hominum genus alterũ nõ Baptizatorum.

Omnes infideles tenentur præcepto ſumendæ Euchariſtiæ.

zatos, quàm baptizatos, hoc præcepto teneri: ita tamen, vt obligationi illius non ſatisfaciant, niſi prius baptizentur. Nam, quamuis fidelis baptizatus in mortali recipiens hoc Sacramentum, præceptũ illius ita obſeruet, vt peccati omiſſionis contra illud reus non ſit, tamen de infideli, aut cathecumeno non baptizato lõge diuerſa ratio eſt: quia nondũ baptizatus non eſt capax huius Sacramenti, etiam ſi ipſe in gratia ſit, eo quod nondũ per Baptiſmũ ad Sacramentorum participationẽ admiſſus eſt, ac proinde non poteſt Euchariſtiam vt Sacramentũ recipere quia ei Sacramentum nõ eſt, ſicut neque belluæ comedenti illud: & ita non ſatisfaceret præcepto, ſi illud, aut in gratia, aut in peccato reciperet: quia præceptũ hoc obligat hominem, vt recipiat Euchariſtiam tamquam Sacrmentum, ac proinde, vt ei ſatisfaciat, debet prius per Baptiſmum habilis reddi. E cõtrario verò, ſi quis baptizatus, ſiue hæreticus, ſiue fidelis, in peccato percipiat Euchariſtiam, quamuis indigne illam recipiat, ſatisfacit præcepto affirmatiuo illius, quia vere, licet indigne recipiet illam vt Sacramentum; & ita, quamuis Baptiſmus, & ſtatus gratiæ cum probatione per confeſsionem requirantur vt diſpoſitiones ad dignam cõmunionem, tamen diuerſo modo requiruntur: & ideo altero nõ præmiſſo, nempe, Baptiſmo, non ſatisfit præcepto affirmatiuo Euchariſtiæ, altero vero non præmiſſo, nempe, ſtatu gratiæ, & confeſsione ſatisfit. Nam prior requiritur non tantum ad dignam communionẽ, ſed ad veram etiam Sacramenti perceptionem, quia ſine illa neque Euchariſtia digne, neque vt verum Sacramẽtum ipſi ſumenti recipitur: at vero ſine poſteriori, vt verum Sacramentum ſumenti, quamuis indigne recipitur. Quare autem hoc præceptum obliget non baptizatos, quãuis prius per Baptiſmum in Eccleſiam recipi debeant, in illo loco citato dicemus.

37

Alterum genus hominum Baptizatorũ.

Sub altero genere hominum, nempe, baptizatorum comptehenduntur pueri, & adulti, qui à natiuitate amentes, aut ſtolidi ſunt: tum etiam adulti ſanę mentis, & amẽtes, qui aliquando ſui compotes fuerunt, atque energumeni. Primũ autem de adultis ſanę mentis

32 Quid de adultis ſanæ mentis.

difficultas nulla eſt, tã inter hæreticos, quã catholicos, qui huius Sacramẽti præceptũ admittũt. Nã ſi aliquos homines hoc præceptũ obligat, maxime adultos baptizatos, & ſanę mẽtis.

De amentibus non ab infantia & energumenis.

Deinde de amentibus non à natiuitate, & energumenis, quibus hoc Sacramentum minĩ ſtrandum eſſe diximus, dicendum quidem eſt, hoc præcepto comprehendi; quamuis nó eodem modo: nam energumeni ita eo comprehenduntur, vt niſi illud tempore ab Eccleſia ſtatuto recipiant, tunc nouum peccatum incurrant: quia, cum ſint ſanę mentis, & tũc de præcepto cogitare libere poſsint, ſi illud voluntate propria non percipiant, libere præceptũ omittẽt, ac proinde peccabunt. At vero amentes, qui aliquando ſui compotes fuerunt, hoc præcepto non ita comprehenduntur: nam cum pro tempore amentiæ libertatẽ, quæ ad peccatum requiritur, nó habeant, pro illo teneri non poſſunt: cum tamen ante tẽpus amentiæ probabiliter timent fore, vt in amẽtiam incidant, tempore ſanę mẽtis debẽt hoc Sacramentum recipere, aut ſi recipere tunc non poſsint, illud pro tempore amentiæ petere. Ex quo fit, vt ſacerdos, qui illorũ curam habet, virtute huius præcepti debeat tempore etiam amentiæ hoc Sacramentum illis adminiſtrare.

33

De paruulis, & de amentibus à natiuitate.

Poſtremo de paruulis ante vſum rationis, & de amentibus, & ſtolidis à natiuitate, qui pueris omnĩno comparantur, inrer catholicos, & hæreticos difficultas eſt, an hoc præcepto teneantur: nam quod fructus illius capaces ſint, diſput. 212. cap. 2. diximus. Caietanus in articulum 12. huius quæſtionis quæſt. 1. §. *Quod primum* putat, Pelagium in eo fuiſſe errore, vt exiſtimaret, infantes ita hoc præcepto Euchariſtiæ teneri, vt vtraque ſpecies illis miniſtrari debeat: quod ſi panem per ſe ſumere nequeant, permixtus cum ſanguine eis miniſtrandus ſit. Si quid autem euomi cõtigerit, igne ſit comburendum. Aliqui putant, pro hoc etiam errore à Caietano citari Næſtorium, cum tamen ſolum pro errore de communione ſub vtraque ſpecie allegetur. Verum Caietanus ex nullo probato Autore colligere potuit, in hoc errore Pelagiũ fuiſſe, neque inter capitula ei obiecta in Concilio Paleſtino, quę ſub finem 1. 2. excudi fecimus, talis error continetur, neque Auguſtinus illius alicubi meminit. In Auguſtino verò ſolum inuenimus, vt infra videbimus, argumentum ductum ex illo Ioannis 6. *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* vt peccatum originale in paruulis contra Pelagiũ probet. Vvaldenſis tom. 2. qui eſt de Sacramentis cap. 61. refert ex Guidone Carmelitano lib. de hæreſibus, Armenios in hoc fuiſſe errore, vt putarent, paruulos ſaluari non poſſe, niſi poſt Baptiſmum Euchariſtiam reciperent, & ex mente S. Thom. in articul. 9. ad 3. refert quoſdã Græcos in eodẽ eſſe errore. Verũ S. Thomas ſolũ dicit, quoſdã Græcos putare dãdã eſſe paruulis Euchariſtiã, an vero tãquã neceſſariam ad ſalutem, non dicit. Hæc ſententia, cuiuſcumque fuerit, probari videtur teſtimo-

Error Pelagij apud Caietanũ

Neſtorius.

Concil. Paleſtinum.

Auguſtin.

Ioan. 6.

34 Error Armeniorum apud Vvaldenſem, & Guidonẽ.

S. Thomas.

nijs

Probatur ex Augusti.

nijs quibusdam Augustiniin epistola 106. & 107. & lib.1. de peccatorum meritis, & remissione cap.20. & lib.3. cap.4. & lib.1. contra Iulianum cap. 4. imo etiam Innocentij epistola 26. quæ apud Augustinum est 93. hi enim Patres locis citatis contendunt, verbis illis Ioannis 6. *Nisi manducaueritis carnē Filij hominis, &c.* puero, etiam comprehendi.

Innocēt.

31 Tridentini definitio est parvulos non teneri ad susceptionem Eucharistiæ.

Concilium tamen Tridentinum sessione 21. cap. 4. definit paruulos nulla necessitate ad Sacramentalem communionem obligari. Et canone 4. damnat eum, qui dixit, Eucharistiam illis esse necessariam. Et quidem si necessaria esset, non esset ex præcepto, sed tamquam medium, nam præceptū, sicut etiā violatio illius, ijs solum conuenire potest, qui pleno rationis vsu vtuntur; alioquin, & belluis etiam imponi posset, vt medium autē esse non potest necessarium; siquidem vt ait Concilium eo loco, solo Sacramēto Baptismi gratiam adoptionis consequuntur, quam in ea ætate amittere non possunt, cum gratia autem adoptionis damnari nequeunt, sed iure hæreditario vitam æternam consequentur. Patres autem citati non contendūt, sub illis verbis ita paruulos comprehendere, vt putent, illis necessariam esse communionem Sacramentalem reipsa, sed votum illius, & manducationem spiritualem per fidem, vt inde probent, eos indigere Sacramento fidei, quod est Baptismus, vt vnitatē cum Christo, quæ est res huius Sacramenti, & vitam animæ consequantur, & à morte liberētur: atque inde colligāt, eos esse mortuos in peccato originali, sicut notauimus disput. 169. capite 4. & disput. 179. capite etiam 4. Porro Augustinum intelligere vnitatem cum corpore Christi, quæ fiat non virtute Sacramenti Eucharistiæ, sed solius Sacramenti Baptismi, colligitur ex eodem lib. 3. de peccatorū meritis, & remissione cap. 4. ante medium, vbi cum multa adduxisset loca Scripturæ contra Pelagium, vt probaret peccatum originale, & de illis interrogasset, numquid ambigua illa essent, siquidem illud ad Romanos 5. *Per vnum hominem peccatum* in alium sensum Pelagius detorquebat, subdit, *Numquid, & illud, quia nisi manducauerint carnem eius, hoc est, participes facti fuerint corporis eius, non habebunt vitam* scilicet, ambiguum etiam est, sicut alia testimonia ambigua esse dicitis? Quasi dicat Augustinus, minime. Per manducationem autē carnis Christi intelligit effectū illū cōmunem Baptismi, qui est incorporatio, seu participatio corporis Christi. Hāc autem incorporationem fieri per solum Baptismum, qui est spiritualis solum māducatio, paulò inferius sic docet: *His, atque alijs, quæ nunc prætereo, testimonijs Diuinaluce clarissimis, Diuina autoritate certissimis, nonne veritas sine vlla ambiguitate proclamat, nō solū in Regnū Dei nō baptizatos paruulos intrare nō posse, sed neque vitā æternā posse habere præter Christi corpus, cuius in corporētur, Sacramēto Baptismatis imbuātur.* In corporationem igitur cum Christo tribuit Sacramento Baptismi. Neq; vero cōtendunt Patres citati, pueros indigere actu fidei propriæ, sed protestatione illa, quæ fit per parentes in Sacramēto Baptismi, quod vocant Sacramentū fidei. An vero hic sensus quadret verbis Ioānis, vidimus supra disp. 179. cap. 4. & disputatione sequente capit. 3. dicemus. Quod super est videamus, quādo pueri incipiant huius Sacramēti præcepto obligari: & quidē in c. *Omnis vtriusq; sexus. De Pœnitētijs, & remissionibus*, statuitur, vt singuli homines postquā ad annos discretionis peruenerint, cōmunicare debeant, quod autem sit tēpus discretionis, in iure definitum nō est, neque videtur definiri posse certus aliquis dies, mēsis, aut annus pro omnibus. Caietanus in art. 9. huius quæst. sequutus S. Thom. in 4. d. 9. q. 1. art. 5. q. 4. inquit, tūc inesse pueris sufficiētē rationis vsum, vt hoc præcepto teneantur, quādo discernere sciunt inter cibum hunc spiritualem, & corporalem, nēpe quòd sciāt, hunc esse pro salute, & sanctificatione animarū, & nō nisi pura conscientia sumendū esse: alij autē cibi hæc non requirunt, cū sint pro sola sustentatione vitæ corporalis. Signat autem S. Thom. tempus decē, aut vndecim annorum, in quo putat prædictū rationis vsum semper, aut in plurimū adesse. Caietanus vero tempus decem annorum tātum: atque examen huius rei parentibus, & confessarijs incumbere, docet, præcipue autem parentibus, quod frequentius cum filijs versentur, & eorū ingenium experiantur. Dominicus Sotus in 4. d. 12. q. 1. art. 11. §. *Secundum ad ſcimus*, ofirmat, pueros non obligari hoc præcepto ante duodecimū annū, quamuis, si attenderemus ad rationis vsum, paulo antea possent illud recipere, putat enim, nullā legē Ecclesiæ in vniuersum ante 12. annum pueros obligare, etiā si antea plenum rationis vsum habeant. Demū Nauarrus in summa c. 21. nu. 57. solum notat, prius aduenire tempus obligationis confitendi, quām cōmunicandi, & hoc semper ita obseruari: admonet vero cum Caietano, pueros ab huius præcepti obligatione sufficiēter liberari, quoties ab ijs, quorum curę subsunt, non sinuntur sumere hoc Sacramentum, maxime vero si consilio confessarij id faciunt.

37

Quando incipiant pueri obligati, præcepto Eucharistiæ.

Caietani sententia S. Thomæ.

38

Soti iudicium

Nauarri placitum.

Explicantur Patres citati pro Armenijs.

36

Ad Rom. 5.

Auctoris definitio cõtra Sotum

Verum in hac re primum mihi videtur cõtra Sotum, nullum eſſe certum tempus ætatis pro pueris à iure ſtatutum pro hoc, aut alio Eccleſiaſtico præcepto, quod attinet ad obligationem ad culpam; neque enim in iure aliquod de hac re ſtatutum videtur. Quod ſi fundamentum Soti pro hac ſententia verũ eſſet, neque pueri ante duodecimũ annũ præceptis audiendi Miſſam, & abſtinendi à carnibus, & alijs huiuſmodi tenerẽtur, quod eſt abſurdum. Deceptus ſanè videtur Sotus, ex cap. *Pueris. De delictis*, in quo non agitur de obligatione præcepti ad culpam, à qua pueri liberentur, ſed de pœna, quæ non debet eſſe eadem pro pueris, & pro adultis. Ex quo nos colligemus inferius agẽtes de tempore, quo obligat præceptum confeſsionis, pueros nõ ligari eadem pœna excommunicationis, & alijs latis contra eos, qui nõ confitentur, aut non cõmunicant tempore Paſchatis, ſiue iure communi, ſiue iure ſynodali. Addo, quòd in eo capite non ſolum loquitur Pontifex de pueris ante duodecimum annum, vt vult Sotus, ſed de illis ante decimum quartũ. Quod verò ait S. Thomas, & Caietanus à decimo, aut vndecimo ætatis anno hoc præceptum pueros obligare, eatenus ſolum verum eſſe poteſt, quatenus ab eo tempore vt plurimum rationis vſus ſufficiens ad hoc Sacramẽtum incipere ſolet, ea tamen regula decimi, aut vndecimi anni indiſcriminatim in omnibus ſeruari nequit.

40

S. Thomas. Caietanus.

Prius aduenit pueris, tempus obligationis confitendi, quã communicandi.

Deinde cum Nauarro videtur mihi, prius quidem aduenire pueris tempus obligationis præcepti confeſsionis, quam communionis; eo quod minor rationis vſus, & diſcretio requiritur, vt quis confiteri, quàm vt communicare debeat. Nam ad obligationem præcepti confeſsionis ſolum requiritur, vt quis diſcernat inter bonum, & malum, & ſciat aliquid eſſe peccatum, vt loco citato videbimus: ad obligationẽ vero Euchariſtiæ requiritur, vt quis diſcernere valeat inter panem communẽ, & cœleſtẽ, & inter effectus vtriuſque, & præparationem ad vtrumq; requiſitã vt recte notarunt Sanctus Thomas, & Caietanus, prius autem homo ſcit diſcernere inter bonum, & malum eo modo, quo diximus, quàm inter cibum communem, & ſpiritualem. Placet etiam id quod dixerunt Caietanus, & Nauarrus, vt pueri ab hoc præcepto excuſentur, cum ab ijs, quorum curæ ſubſunt, non ſinuntur cõmunicare, nã penes illos præcipue debet eſſe iudicium de hac re.

41

S. Thomas, Caietanus.

Idem eſt iudicium de pueris in mortis articulo.

Poſtremo id, quod diximus de ætate pueri, vt obligetur hoc præcepto quo tanõis, dicẽdum puto de illa, vt obligetur in articulo mortis, vt optime docuit Cordu. in ſum. Hiſpanica q. 60. cuius oppoſitũ nonnulli Recentiores immerito docuerunt, exiſtimantes, in articulo mortis, quemlibet obligari hoc præcepto, qui præcepto etiam confeſsionis obligatur: & Nauarrus in illo num. 57. tamdem indicauit, quamuis initio noſtram ſententiã docuerit. Ratio vero noſtræ ſententiæ eſt, quia, vt quis hoc præcepto quouis tempore teneatur, tanta rationis vi debet eſſe præditus, vt ſaltem inter cibum communem, & ſpiritualem diſcernere ſciat, ſicut diximus: nam ſi inter hæc duo genera ciborum neſciat diſtinguere, nulla erit differentia inter infantem, & puerum, quod attinet ad obligationẽ præcepti etiam Diuini ſecundum ſe, & nullo modo ab Eccleſia determinati: nullus autem infans hoc præcepto teneretur in articulo mortis: ergo neque puer, qui inter hunc cibum & communem neſciret diſtinguere. Addo, quod ille, qui neſcit diſtinguere inter cibum communem, & Euchariſtiam, non poteſt contra Euchariſtiam peccare, illam indigne recipiẽdo, neque mereri digne communicando; ergo neque omittendo communionem: ac proinde præcepto illius teneri non poteſt: vt autem teneatur præcepto annuæ communionis ſufficit, vt inter hunc cibum, & communem diſcernat: ergo eodem prorſus tempore obligatur puer ad annuam cõmunionem ex præcepto Diuino determinato ab Eccleſia, & ad communionem in articulo mortis ex eodẽ præcepto abſque determinatione. Cumque frequentius accidat, vt extra articulum mortis ſciat puer diſcernere inter aliquod bonum, & malum, vt aliquo genere peccati peccare poſsit, priuſquã ſciat diſcernere inter hunc ſpiritualem cibũ, & communem: accidere etiam poteſt eodem modo in articulo mortis: ac proinde in vtroque tempore eodem modo tenebitur quidem præcepto confeſsionis, in neutro autem præcepto communionis obligabitur.

Corduba.

Nauarrus.

Ratio.

42

Quod verò dicunt Recentiores, diſcrimen eſſe inter præceptum annuæ communionis, & communionis in articulo mortis, quod in articulo mortis non ſit tempus ab Eccleſia determinatum, & ita virtute ſolum Diuinæ cõſtitutionis obligat, at vero pro ſingulis annis ab Eccleſia determinatum ſit, & ita iuxta illius ſolum determinationem ſeruandum ſit: noſtræ doctrinæ nihil obeſt. Nam, quamuis Eccleſia determinauerit præceptum Diuinũ, quod attinet ad tẽpus, quod à Chriſto extra articulum mortis ſignatum non fuerat, tamen, quod attinet ad ætatem, & prudentiam eorum, qui hoc præcepto obligãdi ſunt,

43

illud

illud nó determinauit, imo neque alio modo determinare potuit, niſi deſignando tempus ſufficientis vſus rationis, & diſcretionis circa hoc Sacramentum eo modo quo diximus: quia ſine hoc vſu rationis, ſicut non poteſt vllus homo peccare contra hoc Sacramentũ, ita etiam neque præcepto illius etiam Diuino obligari: ſi autẽ puer ſemel ad hũc vſum rationis peruenerit, ſtatim ipſo iure Diuino ita obligatur, vt Eccleſia non potuerit ipſum ab eo omnino liberare, quamuis tempus obligationis illius limitare potuerit. Nullum igitur diſcrimen eſt inter puerum conſtitutum in articulo mortis, & extra illum, vt in vno potius, quam in alio tẽpore, hoc præcepto teneatur. Ex quo etiã ſequitur, nó eſſe miniſtrandum hoc Sacramentum etiam in eo articulo ijs pueris, qui ſufficiẽti vſu rationis carent, & hoc præcepto non tenentur, alioquin & infantibus, ſeu paruulis, ante omnẽ vſum rationis miniſtrari poſſet, quod eſt abſurdum.

ARTICVLVS XII.

Vtrum liceat ſumere corpus Chriſti ſine ſanguine.

44 PRIOR Concluſio: *Sacerdos nullo modo poteſt ſumere corpus Chriſti ſine ſanguine.*

Poſterior concluſio: *Prouidẽ in quibuſdam Eccleſijs corpus Chriſti ſine ſanguine datur.*

Quod ait S. Thomas in poſteriori cõcluſione: *In quibuſdam Eccleſijs*, fortaſis intelligit, quia in aliquibus etiam Latinis ſuo tempore ſub vtraque ſpecie daretur: Caietanus enim Caietanus. etiam in hunc articulum quæſt. 1. §. *In oppoſitum*, inquit, in omnibus fere Occidentalibus Eccleſijs ita obſeruari. Vtrũ autem vſus hic à Romana Eccleſia tamquam licitus eo tempore toleraretur, non explicat. Nihilominus reuerà tunc non erat prohibitus, vt diſputatione ſequente videbimus. Circa priorem concluſionem hoc loco tractari poſſet, quo iure neceſſarium ſit ſacerdoti vtramque ſpeciem conſecrare. Verum quia controuerſia hæc ad materiam potius Sacrificij Miſſæ pertinet, diſputatione 223. de ea differemus. Nunc vero de communione laicorum ſub vtraque, aut altera ſpecie tantum diſputemus.

An virtute vtriuſque ſpeciei maior gratia recipiatur, quam virtute alterius tantum. Diſput. 215.

Vtramque ſpeciem numquam plus gratiæ conferre, quam alteram tantum, nonnulli Scholaſtici autumant. Cap. 1.

Maiorem fructũ gratiæ ex vtraque ſpecie huius Sacramenti, quam ex altera tantum percipi, probabilior ſententia docet. Cap. 2.

Diluuntur argumenta prioris ſententiæ. Cap. 3.

Vtramque ſpeciem numquam plus gratiæ conferre, quam alteram tantum, nonnulli Scholaſtici autumant.

CAPVT I.

VT In ſequente diſputatione videamus, an laici iuſte altera ſpecie priuari poſſint, operę pretiũ erit in præſenti prius tractare, an altera ſpecies ſola tantam gratiam conferat, quantam vtraque ſimul. Nam hæretici, qui pro viribus contendunt, laicis alteram ſpeciẽ iniuſte denegari, hoc præcipue fundamento nituntur, quòd aliqua parte defraudentur hoc ipſo, quod calix ipſis non conceditur: quod quidem iniuſtum ipſis videtur. Theologi vero non pauci, vt hæreticis omnino aduerſentur, hoc eorum fundamentum funditus euertere moliuntur, atque idcirco aſſerunt, non plus gratiæ in hoc Sacramento per vtramque ſpeciem ſimul, quam per alteram tantum conferri. Hi ſunt Caietanus in hunc artic. quæſt. 2. Dominic. Sotus in 4. diſtinct. 12. quæſt. 1. artic. 12. Petrus Sotus in lib. de inſtitutione ſacerdotum lectione 10. de Euchariſtia. Ledeſma 1. p. quarti quæſt. 21. art. 12. dub. 3. Gropperus tomo 2. de Euchariſtia art. 4. principali cap. 10. Roſenſis art. 16. cõtra Lutherum. §. *Immerito ſane*. Hoſius in confeſſione catholica cap. 40. non longe antè finem. Claudius Sanctes repetitione 10. de Euchariſtia capit. 3. poſt medium, & Ioannes

Sententia negans.

Caietanus. Sotus. Petr. Sotus.

Ledeſma. Gropperus. Roſenſis. Hoſius. Sanctes.

Ioan. Heſſel nus. Bullingerus. Ioan. Faber. S. Thomas. Caſtro. Bonauent. Ricardus. Gabriel.

nes Heſſelánus de communione ſub vtrāque ſpecie tractatu 3. Petrus Bullingerus lib. 5. de Euchariſtia, fol. 181. Ioannes Faber. lib. 3. de ſacrificio Miſſæ, cap. 1. Sanctus Thomas in opuſculo 58. cap. 26. ſub finem, cum ait, tam vtilem, & dulcem eſſe laicis ſanguinem Chriſti cum ſumunt eum intellectualiter ſub ſpecie panis, quam ſace dotibus cū ſumunt eum Sacramentaliter ſub ſpecie vini, comparatque Chriſtum, qui ſumitur ſub ſpecie panis botro, in quo ſumuntur duo, nempe, & vua incibum, & potus, qui ex vua ſugitur. Allegatur etiam in hoc articulo ad 3. ibi tamen non fauet prædictę ſententiæ: ſolum dicit, poſſe populo corpus ſine ſanguine miniſtrari, neque inde ſequi detrimentum aliquod; quod quidem in quauis catholicorum ſententia veriſsimū eſt: nam hoc ipſo quod laici non priuantur neceſſaria gratia huius Sacramenti, nullum ſequitur detrimentum, & ſic S. Thomam interpretantur Recentiores Thomiſtæ, qui contratriam ſententiam putāt probabilem in hūc articulum 12. Idē docent Alphonſus de Caſtro aduerſus hęreſes verbo: *Euchariſtia*, hæreſi vltima, columna 3. Bonauent. in 4. diſtinct. 1. 2. p. artic. 1. q. 2. Ricardus eadem diſtinct. artic. 4. quæſt. 6. Gabriel in canonem Miſſæ lectione 84. litera S. & plerique Recētiores, quibus hæc ſententia vſque adeo probatur, vt putent ab Eccleſia iam definitam eſſe, cuius definitionem pro fundamento præcipuo illius adducunt.

2

Probatur præcipuę ex Tridentino.

Nam Concilium Tridentinum ſeſsione 21. cap. 3. definit, ſub altera tantum ſpecie totū, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi, ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia neceſſaria ad ſalutem eos defraudari, qui vnam ſpeciem ſolā accipiunt. Canone autem 3. damnatur, qui dixerit, ſub ſpecie tātum panis non ſumi totum, & integrum Chriſtum omnium gratiarū fontem, & autorem. Cum igitur (inquit) recipiatur totus Chriſtus ſub altera tantū ſpecie, cōficitur, integrum effectum gratiæ ſub vna tantum ſpecie recipi; alioquin, vt quid Concilium expenderet, & data opera commendaret perceptionē totius Chriſti, & fontis totius gratiæ, niſi cum fonte etiam omnē gratiam reciperemus? Adde, quod, ſi maior gratia daretur per vtramque ſpeciem ſimul, quām per alteram tantum, ſequeretur planè, laicos aliqua gratia priuari, dū altera ſpecies illis negatur, quod videtur contra Conciliū.

3

Item probatur ex Heſſelan.

Deinde probatur, quia vt refert Ioannes Heſſelanus in lib. de communione ſub vtraque ſpecie tractatu 3. folio 171. Ioannes Slechta Bohemus ſcripſit Eraſmo, intellexiſſe Bohemis à Concilio Baſilienſi cōceſſum fuiſſe, vt, ſi vellent ſub vtraque ſpecie communicare, profiteantur, ſe credere, totum Chriſtum eſſe ſub qualibet ſpecie, & non plus fructus capi ex hoc Sacramēto ſub duabus, quā ſub vna ſpecie tantum. Refert etiam idē Heſſelanus ex Ricardo Magiſtro ſuo, tertiam cōditionem, ſub qua Bohemis conceſſa fuit cōmunio ſub vtraque ſpecie, eam eſſe, vt crederent, non plus ſumi ſub duabus ſpecies, quam ſub vna tantum. Quartam vero conditionē, vt crederent, ſub qualibet ſpecie eſſe totū Chriſtum ſecundum corpus, & ſanguinem. Hæc autem quarta conditio ſuperuacanea eſſet, niſi tertia illa intelligeretur de fructu huius Sacramenti, videlicet, vt tantus percipiatur ex vna ſpecie ſolum, quantus ex vtraque. Denique idem Heſſelanus ibidem folio 157. refert, Bohemos reprehendere ſolitos fuiſſe maiores ſuos, quòd tam iniquis conditionibus communionem ſub vtraque ſpecie admiſiſſent, cum apud Latinos, & Græcos reperirentur, qui dicerent, maiorem fructum capi ex duabus ſpeciebus, quā ex vna tantū.

Poſtremo, hæc ſententia ratione confirmari poteſt, primum quoniā finis vtriuſq; ſpeciei idē eſt: ergo & effectus idē nā effectus Sacramētorū ex diuerſitate finiū diſtīgui debēt. Porro autem finem vtriuſque ſpeciei eumdē eſſe, patet, quia nullus alius eſt, niſi augmentum, & nutritio ſpiritualis vitæ, & gratiæ conſeruatio, & perſeuerantia in illa. Adde, quod, ſiqua eſſet diuerſitas effectuum harum ſpecierum, maxime, quia ſpeciebus panis cōueniret depellere famem, ſpeciebus autem vini extinguere ſitim, diuerſitas enim effectus ex diuerſitate ſignificationis colligenda eſt, hæ autem duæ ſpecies ſignificant vtramque refectionem, quæ fit in conuiuio, nempe, cibi, & potus, altera quæ eſt ad depellendam famem, altera vero ad extinguendam ſitim, atque vterque hic effectus in ſpiritualibus idē eſt, vterque enim conſiſtit ſolum in augmento gratiæ, & ſanctitatis, & in auxilio, quod confertur ad perſeuerandum in ea: ergo re ipſa nulla eſt diuerſitas inter effectus harum ſpecierum, ac proinde idem omnino, & non maior fructus ex vtraque proueniet, quam ex altera ſolum proueniret. Præterea idem effectus fuit corporis Chriſti in paſsione, & ſanguinis ipſius, nempe, vniuerſalis redēptio generis humani: ergo idem etiam, & non maior fructus prouenit ex corpore, & ſanguine Chriſti ſub duabus ſpeciebus Euchariſtię, & ex eiſdem ſub altera ſpecie tantū. Deniq; ſicut inter cibos corruptibiles aliqui ſunt, qui ſimul famem depellunt, & ſitim extinguunt

Item probatur ratione prima.

Secunda.

4

Tertia.

Quarta.

guunt, cur etiam corpori Christi simul, cum sanguine ipsius sub vna specie vtrumque effectum non tribuemus?

Maiorem fructum gratiæ, ex vtraque specie huius Sacramenti, quam ex altera tantum percipi, probabilior sententia docet.

CAPVT II.

PROBABILIOR Sententia semper mihi visa est eorum, qui dicunt, maiorem fructum gratiæ ex vtraquè specie huius Sacramenti, quam ex altera tantum percipi, ac proinde eos, qui calicem sumunt, nouum augmentũ gratiæ consequi. Ità docet Alexan. in 4. q. 11. membro 2. artic. 4. §. 3. ad 2. quod erat in contrariam partẽ adductum, cum inquit, perceptionem huius Sacramẽti sub duabus speciebus, & esse maioris meriti tum ratione augmenti deuotionis, tum ratione dilatationis fidei, & esse maioris efficaciæ, & complementi: quem ex professo sequitur, & defendit Gaspar Casalius, lib. 2. de Cœna, & calice Domini, Arboreus in cap. 6. Ioannis, & Clemens Pontifex VI. infra citandus. Consentit etiam Ruardus. art. 15 §. *Respondeo vtramq; speciem*; tametsi Recentiores nonnulli, & discipulus illius Hessellanus timidè ipsum interpretari, & in contrariam sententiam pertrahere conentur, nimirum, quòd id asserat communi quadam ratione ductus, ob quam cum Caietano putauit, species consecratas, quãdiu durant in stomacho continuo gratiam in nobis operari: & quia plus durat hoc Sacramentum sumptum sub duplici specie, quàm sub vna tantum, ideo, inquiunt, Ruardum dixisse, maiorem fructum ex duabus, quàm ex vna specie decerpi. Verùm friuola esset huius controuersiæ definitio apud hunc Auctorem, si in hoc tantum sensu illam dissoluisset: nam perinde esset dicere, plus gratiæ prouenire ex duplici specie, quàm ex vna tantum, ac si diceret, plus gratiæ prouenire ex maiori quantitate cuiuscunquè speciei consecratæ, quàm ex minori, quia maior plus in stomacho perseuerat. Adde quòd hic Auctor putat, se cum Alexandro sentire, & aperte cum illo ait, vtramquè speciem plus gratiæ in nobis operari, quam aliam, si efficacitatem Sacramenti attendamus. Cumquè accidere posset interdum, vt non minus durarent in stomacho species panis sine sanguine, quàm totum Sacramentum cum sanguine, nempe, si magnâ copia specierum panis sumeretur, & parum specierum vini, in hoc casu locum non haberet doctrina Ruardi, quam ipse, vt vniuersalẽ tradit. Demum, cum prius in §. *Manifestum est, &c.* priorem sententiam sequutus videretur, & solùm dixisset, per vtramquè speciem conferri maiorem gratiam si maior, & noua adsit dispositio, quia quamdiu Sacramentum in stomacho perseuerat, continuo in animam dispositam operatur, obiecit sibi, quòd Sacramentum corporis Christi plus durat in stomacho, quàm Sacramentum sanguinis, eo quòd species vini prius corrumpantur, & ita nihil plus operabitur sanguis, quàm solum corpus operaretur. Tandem in §. *Respondemus*, nihil huic obiectioni respondens, hanc posteriorẽ sententiam concedit.

Cæterum hanc sententiam ità intelligit Ruardus vt quamuis ex parte suæ efficacitatis, & virtutis Sacramenti vtilius sit duas, quã alteram tantum speciem accipere, tamen nisi quis post quàm priorem recepit, ad posteriorem peculiari affectu disponatur, ampliorem gratiam non recipiet, vt inde colligat, nonnesse minus vtile multitudini vnam tantũ, quàm duas species recipere: eo quod licèt ex parte Sacramenti maioris virtutis sit vtraque species simul, quàm altera tantum, tamen ob defectum nouæ dispositionis, & imperfectionem, quam semper vulgus, & multitudo populi habet, & ob moralem identitatem effectus, qui nouam dispositionem requirit, non esset populo vtilius, quod alias vtilius reuera esset; dixit autem, *Ob moralem identitatem effectus*: quia, cum eadem numero gratia detur per vtramquè speciem huius Sacramenti, vt nouum augmentum eiusdem numero gratiæ conferatur per speciem vini, necessariam esse putat nouam dispositionem præter illa, cum qua prior species panis recepta fuit, quã censet non esse necessariam, vt per aliud Sacramentum distinctum, per quod effectus diuersus conferri solet, conferatur.

Ego verò prædictam sententiam eò sensu existimo probabilẽ, vt sine noua dispositione ex eo solum, quòd quis accedit ad hoc Sacramentum in statu gratiæ, maius augmentũ illius accipiat virtute duarũ specierum, quã vnius solũ. Quã sententiã sic absolute sequutus est Clemẽs. 6. in Bulla ad Regem Angliæ, anno 1341. in qua illi concessit, vt ad gratiæ augmentum suo vtraquè specie communicaret. Vnica autem ratione (me quidem iudice) non parum efficaci confirmari potest. Cuius

5 *Alexander. Casalius. Arboreus. Clemens 6. Ruardus. Hesselanus.*

Hanc secũdam sententiam probabilẽ putat P. Suarez supra disput. 63. sect. 6. & in hunc articulum vtramque defendit, vt probabilem, & soluit argumenta vtriusque. & dicit hanc esse aliquorum Thomistarum, & explicat S. Thom. & probabilem dicit Soto 4. d. 12. q. 1. art. 12. & alij, quos citat Enriquez lib. 8. de Eucharist. c. 44. in comment. circa §. 3.

6

Ita sensũ Ruardi hanc sententiam sequitur. P. Suarez dis. 63. sectione 6. in fine.

Clemens 6.

Ratio efficax conclusionis

gratiã præmittendum eſt, cum de eſſectu Sacrã mentorum eſt controuerſia, aut ex Scriptura, aut ex traditione, ſeu definitione Eccleſiæ præcipue dirimendam eſſe: quod ſi nihil horum ſuppetat, vt eam explanemus, nulla meliori ratione, quàm ex ipſa Sacramenti ſignificatione à nobis poſſe definiri. Cũ enim conſtet, Sacramentum in vniuerſum eſſe ſignũ rei ſacræ ſanctificantis nos, nempe, gratiæ, qua ſancti conſtituimur: Euangelica autem Sacramenta hoc alijs præſtare, quòd efficiũt id, quod ſignificant, non inepte ex ſignificatione eorum efficacitatem, & virtutem etiã colligemus. Iam verò in hunc modum colligamus. Hoc Sacramentum, non tantum ſub duplici ſpecie inſtitutum eſt, quatenus ſacrificium incruentum, vt ſacrificiũ crucis Chriſti repræſentaret, ſicut diſput. 223. oſtendemus, ſed etiam quatenus Sacramentum, vt eſſet inſtar conuiuij, ideoq; de illo dixit Chriſtus Ioann. 6. *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus*: nam in cõuiuio nihil aliud eſt niſi cibus, & potus, quorum quilibet ſuo peculiari modo reficit, & ad nutritionem, & augmentum conducit: ergo vnaquęque ſpecies huius Sacramenti, quatenus Sacramenti pars eſt, ſuam habet ſignificationem diuerſam; cumquè, vt ſuppoſuimus, ſignificationẽ in Sacramentis nouæ legis conſequatur efficacitas, quia id efficiunt, quod ſignificãt: ſequitur, vnam quamquè ſpeciem in hoc Sacramento ſuũ effectum per ſe operari, ſicut etiã ſuum refectionis modum per ſe ſignificat, alioquin vacua, & inanis eſſet ſignificatio illius, quã in ſubiecto recte diſpoſito non ſem per conſequeretur effectus. Porro autẽ, hoc Sacramentum eſſe conuiuium, conſtat ex antiphona, quam canit Eccleſia ad *Magnificat* in ſecundis veſperis corporis Chriſti, *O ſacrum conuiuium, &c.* & ex oratione poſt cõmunionem in feſto ſanctorum Coſmę, & Damiani. Hæc ratio male torquet aduerſarios, eiuſquè vim varijs modis infirmare contendunt. Primum quidem Caietanus in hoc art. 12. q. 2. §. *Quo ad primum*, & ſequentibus, vt hanc ſuperet difficultatem, & oſtendat, quo pacto non ſit minor virtus in vna ſpecie, quã in vtrã què ſimul, notat, quãuis Sacramẽta nouæ legis in vniuerſum id efficiãt, quod ſignificãt, tamẽ hoc eſſe peculiare huic Sacramẽto, quod cauſa gratiæ in hoc Sacramẽto nõ eſt virtus aliqua in ipſo Sacramẽto, hoc eſt, in ipſo ſenſibili ſigno, aut Diuina potentia illi aſsiſtens, ſed res ipſa ſub ſigno ipſo cõtẽta, quæ abſq; vllo ſenſibili ſigno per ſe proxime eſt cauſa gratię: cuq; eadẽ ſit res, & virtus effectrix gratię, nẽpe, idẽ Chriſtus ſub vna tantum ſpecie, qui eſt ſub vtraq; ſimul, neq; minus ſit ſub vna tantũ, quã ſub duabus: ſimul conſequitur (inquit) vt nõ ſit minor effectus Chriſti ſub vna tantũ ſpecie, quã ſub duabus. Duo autẽ, quæ in hac ratione aſſumit, cofirmat. Primũ quidẽ, totam virtutẽ, & cauſam gratię, quæ eſt ſub duabus ſpeciebus, eſſe ſub vna tantũ. Hæc enim virtus, & res eſt Chriſtus, qui totus, & integer eſt ſub qualibet ſpecie: quod enim in qualibet non ſit totus ex vi Sacramẽti, ſed aliqua illius ſint per concomitantiam, nõ obſtat, inquit, quo minus dicamus eandẽ vim effectiuã gratiæ eſſe ſub vna, quę eſt ſub duabus: nã virtus effectrix gratiæ non eſt id tantũ, quod continetur ſub Sacramẽto ex vi verborum, ſed etiam id, quod eſt per concomitantiã ſiquidẽ anima, & Diuinitas eſt cauſa gratiæ, & tamẽ ſub qualibet ſpecie ſolùm ſunt per concomitantiam. Deinde probat, Chriſtum ſub qualibet ſpecie proximè ſecũdum ſe, non autem medijs ſpeciebus tamquã inſtrumentis operari gratiam: tum quia, vbi agens principale per ſe ipſum præſens eſt, non indiget inſtrumento, vt operetur; hic autem præſens eſt Chriſtus, qui eſt principalis cauſa gratiæ. Tum etiam, quia ſicut ſe habet alimentum corporale ad augmentum corporale animalis, ita etiam ſe habet hoc ſpirituale alimentum ad ſpiritualem animæ nutritionem. Deniquè quia Chriſtus non eſt in hoc Sacramento per vnionem agentis cum inſtrumento, ſed tanquam contentum ſub continenti.

Hæc tamen doctrinã Caietani merito ob omnibus exploditur: ex ea enim ſequitur, hoc Sacramentum, quatenus ſenſibile eſt, non eſſe cauſam inſtrumentariã gratiæ, ac proinde nec eam continere, neq; efficere, quod eſt abſurdum. Quamuis autẽ eadem res ſit ſub vna ſpecie tantum, quæ eſt ſub duabus ſimul, tamen non ob id debet eſſe idem effectus vnius tantum, & vtriuſq; ſimul, vt Caietanus contendit. Nam, quamuis Diuinitas ſit principalis cauſa gratiæ, quæ ſub vna tantum ſpecie, & ſub duabus ſimul ſolũ eſt per concomitãtiam: tamen, quia operatur, vt vult, non autem quatenus eſt, ideo diuerſo modo ſub vna ſpecie, & ſub duabus ſimul operari poteſt: neq; vllus hactenus negauit, potuiſſe Chriſtum, ita hoc Sacramentũ inſtituere, vt ſub vna ſpecie tantũ minus gratiæ, quã ſub duabus ſimul tribueret. Cũautẽ cõmunis ſenſus Scholę ſit, omnia Sacramẽta nouę legis eſſe inſtrumẽta ipſius Diuinitatis ad producẽdã gratiã, ſiue phyſica, ſiue moralia (vtrouis enim modo inſtrumẽta ſint, in difficultate ppoſita parũ intereſt) Sacramẽtũ Euchariſtię, non tãtũ eſſe

9 Ioannis. 6.

Antiphona Eccleſiæ.

Caietani ſolutio.

10

Primũ ſub ſumptum probat. 11

Secũdum confirmat Primè.

Secundò.

Tertiò.

Doctrina Caiet. explo ditur ab omnibus.

12

eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti, aut totũ ipſum Chriſtum, ſed etiam ſpecies, ſub quibus continetur, ac proinde ſpecies panis, & vini eſſe inſtrumenta Diuinitatis ad producendam gratiam: rectè colligitur, eandem Diuinitatem ſub vna ſpecie tantùm minus gratię producere, quàm ſub duabus ſimul: eo quòd Diuinitas, quæ eſt principalis cauſa, ita aſſumpſit vt inſtrumenta ad producendam gratiam ſenſibilia Sacramenta, vt ſuam efficacitatem ſignificationi eorum accomodaret, ſicut reuera accommodare potuit: ſiquidem per illa operatur id, quod ipſa ſignificant, & ſignificãt id, quod operãtur, vt in ratione adducta probauimus. Quę verò aduxit Caietanus pro ſua ſententia, parum habent efficacitatis. Ni quamuis tota virtus principalis, quæ eſt ſub duabus ſpeciebus, ſit etiam ſub qualibet illarum, tamèn quia vtitur ſpeciebus, vt inſtrumentis, non ex neceſsitate, ſed ex voluntate accommodans ſe eorum ſignificationi, vt diximus, & vna ſolum minus ſignificet, quàm duæ ſimul, mirum non eſt, ſi plus gratiæ per duas ſpecies ſimul, quam per vnam tantũ operetur. Quamuis autem re ipſa præſens ſit, nihilominus operatur medio inſtrumento, non ex neceſsitate, vt diximus, ſed quia vult. Cætera autem agentia, cum præſentia ſunt, ſi nõ vtuntur inſtrumento, ideo eſt, quia illa tunc ſolùm vtuntur illo, quando eo indigent ad operandum; neque verò opus eſt hoc alimento ſpirituali, quod voluntate ſua nutrit, in omnibus ſimile eſſe cibo corporali; quod natura ſua, & non voluntate nutrit.

13 Diluuntur quę pro Caietani ſolutione allata ſunt.

Alij verò poſt Caietanum cum Claudio Sainctè reſpondent, nõ eſſe perfectiorem ſignificationem in duabus ſpeciebus, quàm in vna tantum, ſi rem ſignificatam ſpectemus: quia per vtramque ſimul ſignificatur animæ refectio, & vnio cum Chriſto, quæ etiam per vnam ſolam integre etiam denotatur, quia nõ eſt duplex refectio ſpiritualis, & duplex vnio cum Chriſto, ſiquidem nõ eſt vna gratia, per quam vniamur Chriſto, & nutriamur ſumpta ſpecie panis, & altera, per quam etiã vniamur, & nutriamur ſumpta ſpecie vini. Sed licèt cõcederemus nouum effectum calici præter effectum corporis Chriſti, ſemper eſſet per eandem gratiã, in quo differt hic cibus ſpiritualis à cibo corporali: nam in corporali refectione vnus quidem effectus eſt potus, alter autẽ eſt cibi, & in ipſa nutritione corporali diuerſus etiam effectus ex potu, & ex cibo prouenit, vt conſtat: eo quod in corpore corruptibili aliud eſt ſitis, quæ potu extinguitur, aliud autem fames, quæ cibo depellitur. In anima verò idẽ omnino eſt fames, & ſitis diuerſo ſolum modo ſignificata. Ex parte igitur rei ſignificatæ, inquiunt, non eſt perfectior ſignificatio in duabus ſpeciebus ſimul, quàm in vna tãtum, at vero in modo ſignificãdi perfectior eſt, quia expreſſius per duplicem ſpeciem eadem refectio ſpiritualis ſignificatur. Ex eo autem, quod in duplici ſpecie hoc poſteriori modo ſit perfectior ſignificatio, non licèt inferre, produci perfectiorem effectum: nam, quod dicimus, efficacitatem Sacramentorum eorum ſignificationi accommodari, vt perfectiori ſignificationi perfectior reſpondeat efficacitas, intelligitur, quando eſt perfectior ſignificatio ex parte rei ſignificatæ, non autẽ ex modo ſignificãdi; alioquin ſequeretur (inquiunt) maiorem gratiam conferri per baptiſmum collatum cum trina immerſione, quàm cum vna, tum etiam collatum per immerſionem, quàm per aſperſionem: quia expreſsior ſignificatio myſterij Trinitatis, in cuius nomine confertur, eſt in trina immerſione, quàm in vna, & expreſsior ſignificatio ſepulturæ Chriſti eſt in immerſione, quàm in aſperſione ſola. Addunt præterea, ex oppoſita ſententiam ſequi, maiorem gratiam conferri per ſpeciem panis conſecratam, ſi haberet imaginem Chriſti affixi cruci, quam ſi eam non haberet. Demum exemplum afferunt monetę, quę non ideo plus habet valoris, quòd melius excuſſa habeat ſigna à Rege conſtituta. Horũ tamen reſponſum non minus facilè, quã præcedens refelli poteſt. Atquè in primis contra eos prę mittendum eſt, licèt famis, & ſitis animæ idem omnino ſint, & eadem gratia, & iuſtitia ſitis hęc extinguatur, & fames depellatur; nihilominus potuiſſe Deum, ita hoc Sacramentum inſtituere ſub ſpecie panis, & vini, vt per vnam ſpeciem tribueret vnum gradum eiuſdem gratię, qui reſponderet ſignificationi illius, & per alteram alterum diuerſum, qui etiam ſignificationi alterius ſpeciei reſponderet, ac proinde maius augmentũ per vtramquè ſimul ſpeciem, quam per alteram tantum tribueretur, vt ita ſignificationi integri conuiuij, ex quo maior prouenit refectio, maius augmentum gratię reſpõderet. Quod ſi Chriſtus hoc Sacramentũ ita inſtituere potuit, etiam ſi refectio vtriuſquè ſpeciei per eãdem gratiam fieret, non obſcure inde colligemus, hoc eodem modo à Chriſto nunc inſtitutum fuiſſe, vt vnus gradus gratię pro refectione calicis tribuatur, diſtinctus ab eo, quĩ pro refectioné corporis Chriſti donatus eſt: ſcimus enim efficacitatẽ Sacramentorũ eorũ ſignificationi accommodari. Cum igitur in calice ſit ſignificatio nouæ refectionis diſtinctæ à priori, erit etiam diſtinctus gradus eiuſdem

14 Claudij, & aliorum ſolutio.

15

16 Reijcitur prædictum reſponſum

17

dem

dem grātiæ prō refectione ſpirituali, quæ illi reſpondet. Nam, quòd vtriuſquè ſpeciei refectio fiat per eandem gratiam, non obſtat, quo minus vnicuiquè ſuus gradus diſtinctus reſpondeat, & ita vnaquaquè ſuam refectionem diſtinctam à refectione alterius in eadē gratia denotetur, ac proinde nō modo ſit perfectior ſignificatio in vtraquè ſpecie, quam in vna tantum ex parte modi, quia ſit expreſſior, ſed ex parte rei ſignificatæ, quia vtraquè
18 maiorem refectionem ſignificat, quàm altera tantum. Porro idem eſſe in ſpiritualibus famem, & ſitim, & eadem gratia vtramquè extingui, & depelli, nihil obſtat, quo minus calix ſanguinis Chriſti denotet nouā refectionem ſpiritualem non diſtinctæ ſpeciei, neq; per diſtinctam gratiam, ſed per nouum gradum gratię faciendam. Nam, cum ſit eadem gratia renouationis, quæ per omnia Sacramēta confertur, ſiue ad iuſtificādum magis, ſiue ad delenda peccata; nihilominus hoc ipſo, quòd vnum quodquè Sacramentum denotat renouationem interiorem, confertur nouus gradus gratiæ diſtinctus ab eo, qui per aliud Sacramentum collatus prius fuit; ergo, licèt refectio, quæ fit in hoc Sacramento, fiat per eandem gratiam iuſtificantē, hoc ipſo quòd calix nouam denotat refectionē, nouus gradus gratiæ, licet eiuſdem ſpeciei cum priori, ei reſpondere debet. Nemo autem ambigere poteſt, calice Domini denotari nouam refectionem, non dico ſpecie diſtinctam, ſed nouam, & diſtinctam à præcedenti, ſi quidē denuo per illam denotatur ſuauitas, & refectio, quæ eſt in conuiuio, non quæ iam præceſſit ex corpore Chriſti, ſed quę ei accedit. Nam, ſicut Chriſtus carne ſua fideles ſuſtentare, ſic etiam ſanguine ſuo eos inebriare voluit:
19 pro effectu igitur inebriationis voluit eſſe aliquem gradū peculiarem gratiæ. Quòd ſi totus effectus gratiæ iam præceſſiſſet ex ſolo corpore, ita vt ex eo anima etiam ſuſtentata, & inebriata tamquam ex cibo, & potu diceretur: & calicem ſolum Chriſtus addidiſſet ad denotandum id, quod iam factum eſſet, nō diceretur ex calice ſanguinis ſui nobis propinare, vt eo recreati in hoc conuiuio reipſa inebriaremur, ſed vt denotaret corpore ſuo nos ſuſtentatos, & inebriatos fuiſſe. Nequè enim dici poteſt, corpus Chriſti prius ſumptum non prius operari in nobis, quàm calicē, ſi poſterius ſumatur, vt inferius probabitur.

Perfectior eſt ſignificatio in vtraquè ſpecie, quam in altera tantum.

Hinc etiam patet falſum eſſe, quod prædicti Theologi dicebant, in vtraquè ſpecie ſimul non eſſe perfectiorem ſignificationem, quam in altera tantum ex parte rei ſignificatæ, ſed ſolum ex modo ſignificationis. Iam enim oſtendimus, per calicem ſignificāri refectionem, quæ fit per quē, per potū etiàm inebriari dicimur: & per corpus refectionem ſuſtentationis, quæ fit per cibum: neque enim per corpus Chriſti dicimur inebriari, ſicut per calicem: quia licèt contineat in ſe ſanguinem, tamen ſub ſpecie panis non dicitur potari: calix igitur ſupra corpus Chriſti, nō addit expreſsiorem ſignificationem eiuſdem refectionis, ſed nouam, & diſtinctam, quæ quāuis fiat per eandem gratiam ſecundùm ſpeciem, per quam fit refectio prouenies ex corpore, tamen fieri debet per nouum gradum gratiæ, vt ſignificationi illius vere reſpōdeat. Cum vero plures hoſtiæ ſumuntur per modum vnius Sacramenti, non denotatur noua refectio vllo modo, & ita non opus eſt, vt minor grātia conferatur, quo plures ſpecies hoc modo ſumuntur. 20

Exempla verò, quæ in confirmationē fui reſponſi afferebant, parum accōmodata ſunt: nam trina merſio, no ſignificat in anima nouū modum generationis, qui nō ſignificetur per vnam tantum, ſicut calix denotat nouam animæ refectionem, quam corpus Chriſti nō denotat, nequè effectum, qui fit in anima, expreſſius denotat: ſed ſolum expreſſius ſignificat Trinitatem, quę in ipſa forma etiam inuocatur. Et quamuis ſubmerſio in aqua denotet expreſsius effectum, qui fit in anima, nēpe ſepulturā cū Chriſto, vt peccato moriamur & reſurrectionē cū illo, vt cum eo viuamus, tamē nō denotat nouū quid, quo anima recreari dicatur, aut regenerari, ſicut calix denotat nouam illam refectionem. Exemplum autē de hoſtia conſecrata, quæ imaginem haberet Chriſti affixi cruci, extra rem omnino eſt, nam imago illa non pertinet ad Sacramentalem ſignificationem. Demum maior expreſſio in moneta nihil operatur, quia Rex expreſſiori monetæ maiorem valorem non tribuit; at verò Rex noſter Chriſtus, poſtquam corpore ſuo voluit nos ſuſtentare, conferens nobis augmentum gratiæ, & calice ſanguinis ſui non quidem ſignificare id, quod per corpus effectum eſſet (ſic enim nihil facere diceretur) ſed inebriare nos, per eandem vtiquè gratiā, licèt non per eundem gradum facere debuit; alioquin nō verè diceretur calice ſuo inebriare nos, vt notauimus. 21

Exempla contrario rum explicantur.

Verùm pro confirmatione prędictę rationis addo, corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis ſimul, atque ſumptum eſt, & manducatum, refectionem ſpiritualem gratię in animam operari, nequè expectare ſumptionem ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus vini, vt ſimul cum eo refectionem ſpiritualem gratię operetur.

Statim ac ſumitur corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, producit gratiam.

Quis

Quis enim dicat, ex eo solum, quod quis sumere vult sanguinem, suspendere effectum corporis Christi, quousquè sanguinem sumat? Quod enim cum Baptismus exhibetur sub trina mersione, vsque ad vltimam non cõferatur gratia, prouenit ex eo, quòd vsquè ad trinã non finitur prolatio formę: nam si integre esset prolata in prima mersione, nullo modo expectanda esset secunda, & tertia, cum iã peracta esset essentia Sacramenti, vt cõstat. Cum igitur caro Christi sub speciebus panis efficax sit, vt vitam æternam ex se tribuat,
22 sicut consecratio ipsius non pendet ex consecratione sanguinis, neque effectus eius ex effectu sanguinis pendebit. Neque enim intentio suscipientis suspendere potest effectum Sacramenti, cum cætera adsint, quæ ad effectum requiruntur, vt disput. 148. cap. 3. probauimus. Hoc autẽ admisso, quod plane Dominicus Sotus in 4. d. 12. q. 2. art. 12. ad postremum argumentum hæreticorum, & plerique
Soto. Recentiores ingenue fatẽtur, ratio superius facta efficacissima est. Nam, cum sanguis Christi denotet refectionem, nõ factã prius, sed quam facit inebriando animam, plane fit vt aliquem effectum gratiæ tribuat, ne solum dicatur significare inebriationem, re autem ipsa non inebriare. Fortasis autem Claudius
Claudius. Sanctes repetitione illa 10. de Eucharistia, cap. 3. fol. 380. pag. 2. & alij Recentiores vim prædictæ rationis fugientes docuerunt, corpus Christi sub speciebus panis sumptum in eo, qui recipere vult etiam sanguinem, non operari, quousquè sanguis etiam sumatur, vt vtriquè simul tribuentes effectum refectionis, non cogerentur sanguini Christi solam
Ledesma. significationem concedere. Immerito tamẽ ita senserunt, vt diximus, sicut etiam Ledesma 3. p. quarti q. 21. artic. 12. dubit. 3. in fine vtramquè partem probabilem immerito putauit, quantum in hoc.

Demum his omnibus addendum est, pro effectu nouo calicis, quem hactenus defendimus, non esse necessariam nouam dispositionem
23 præter illam, quæ necessaria est ad effectũ corporis Christi. Tum quia in nostra sententia ad effectum huius Sacramenti præter statum gratiæ, & sanctitatis non requiritur alia dispositio, vt vidimus supra disput. 206. cap. 2. Tum etiam, quia licet feruor aliquis deuotionis requireretur, sufficeret vnus pro vtraquè specie, sicut pro vno integro conuiuio.

Diluuntur argumenta prioris sententiæ.

CAP. III.

IAM Verò argumenta, quibus nitebãtur Auctores prioris sententiæ, diluere necesse est. Et sanè, quod attinet ad Ecclesiæ definitionem, & sensum Cõciliorum, miror valde, viros doctos tam facile sibi persuasisse, quicquam de hac re ab Ecclesia definitum fuisse: nam in Concilio Tridentino nihil prorsus de maiori, aut æquali fructu huius Sacramenti sub vna, aut duabus speciebus actum est, vt ex verbis illius manifestè constat: solum enim contenderunt Patres contra Bohemos, & alios hæreticos Germaniæ, qui vtramquè speciem postulabãt, de hac re, totum integrum Christum sub qualibet specie contineri, ac proinde verum in ea Sacramentum reperiri; non dixerunt *integrum*, sed *Verum*: nam quamuis sub qualibet specie sit verum signum rei sacræ sanctificatis nos, non est integrum conuiuium spirituale. An verò in qualibet perse sit verum sacrificiũ disput. 223. cap. 3. dicemus. Hoc autem Patres definierunt, vt obsisterent errori, qui ex communione sub vtraquè specie oriri poterat; nempe, ne existimaretur sub altera tantum nõ esse integrum Christum. Vna enim ex causis, ob quas Ecclesia vtramquè speciem laicis hoc tempore negauit, fuit, ne in hunc errorem inciderent, vt disput. sequente capit. 4. dicemus. Ex hoc autem, quod verum sit Sacramentum continens Christum sub vna tantum specie, rectè colligit Concilium Tridẽtinum locis citatis, laicos nulla gratia necessaria ad salutem priuari ex eo, quòd vtraquè species illis non concedatur; non dixit nulla gratia eos priuari, sed nulla gratia necessaria ad salutem, eo quod, vt sequente disput. cap. 2. ostendemus, præcepto communicãdi perceptione alterius solius speciei plane
25 satisfiat. Nequè verò colligit Cõcilium, ideò nulla gratia necessaria ad salutem laicos priuari, quia altera species totũ contineat Christum: nam, licèt species panis solum Christi corpus, seu carnem contineret, sicut si in triduo consecraretur, totam gratiam necessariam ad salutem conferret. Nequè enim maioris efficacitatis est, quod animam, & sanguinem simul cum corpore per concomitantiam cõtineat, vt omnes fatentur, cum de sola carne dixerit Christus Ioannis 6. *Qui manducat hũc panem, viuet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita*. Ex quibus locis colligit Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 1. alteram tantum speciem sufficere ad salutẽ, quòd illa etiam sola præbeat vitam æternam. Quis autem neget, fore, vt hæc Ioannis testimonia

Explicatur Tride

Ioannes. 6.

monia verè conuenirent ſpeciei panis, ſi in triduo conſecraretur, quando ſolùm corpus ſine anima contineret? Ideo autem plurimum commendat, & data opera expendit Concilium in hoc Sacramento, ſub qualibet ſpecie ſumi totum Chriſtum fontem omnis gratię, non vt colligat inde, omnem etiam fructum gratię per vnam tantum ſpeciem participari,
26 ſed ſicuti iam diximus, vt cõtra errorem illũ, in quem incidere poſſent, qui vtramquè ſpeciem poſtulant, eos inſtrueret. Porro, hoc fuiſſe inſtitutum Concilij, patet: quia, vt ſtatim dicemus, poſt generale præceptum prohibens laicis perceptionem vtriuſquè ſpeciei, nulli peculiariter cõceſſa eſt vtraquè ſpecies, niſi ſub hac conditione, vt prius fateretur, & crederet, totum integrum Chriſtũ ſub qualibet ſpecie contineri. Cui erroripropinqui ſemper iudicati ſunt, qui vtramquè ſpeciem contra Eccleſiæ prohibitionem inſtanter poſtularunt. Verba Concilij Tridentini ſeſſio. ne illa 21 cap. 3. ſunt; *Inſuper declarat, quamuis Redemptor noſter, vt antea dictum eſt, in ſuprema illa cœna hoc Sacramentum in duabus ſpecicbus inſtituerit, & Apoſtolis tradiderit; tamẽ fatendum eſſe, etiam ſub altera tantum ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi, ac propterea quod ad fructum attinet, nulla gratia neceſſaria ad ſalutem eos defraudari, qui vnam ſpeciem ſolum accipiunt.* Concedimus demum, iuxta hanc noſtram ſentẽtiam
Concilũ Baſilienſ explicatur illa eos quibus altera ſpecies negatur, aliqua quidem gratia defraudari, non tamen neceſſaria ad ſalutem, nequé id voluiſſe Concilium negare.

Ad teſtimonium ex Concilio Baſilienſi adductum, primũ reſpondeo, nullam illius Cõcilij eſſe auctoritatẽ in hac re: eo quod de ea actum eſt in ſeſsione 30. quando iam Concilium ſchiſmaticum erat, vt conſtat. De inde reſpondeo, in actis illius nihil haberi ex his,
Heſſelanus. quę refert Ioannes Heſſelanus: ſolum enim in ea ſeſsione 30. definitur, tuſtè Eccleſiam priuaſſe laicos altera ſpecie, & alteram ipſis ad
27 ſalutem ſufficere. Addit præterea Concilium. *Nèquè vllatenus ambigendum eſt, quòd ſub ſpecie panis caro tantum, neque ſub ſpecie vini ſanguis tãtũ, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integre totus Chriſtus*, Quibus verbis obuiare voluit errori in quem incidere poſſent, qui vtramquè ſpeciem poſtularent, putantes, ſub altera tantum totum Chriſtum non contineri. Ibi autem nequè Bohemis, nequè vlli alteri nationi vtraquè ſpecies conceſſa eſt. Nequè Ruardus articulo illo 15. id teſtatur: ſolum enim refert definitionẽ prædictam Concilij §. *In Sacra-*
Ruardus. *mento*. Quod ſi alicui ea ibi fuit conceſſa, non eſt exiſtimandum, ſub alia conditione cõceſſam fuiſſe, niſi vt crederet prius, totũ Chriſtum ſub qualibet ſpecie contineri. Quare, ſi verum eſt, in eo Concilio ſub illis quatuor conditionibus Bohemis vtramquè ſpeciem conceſſam fuiſſe, vt cõtendit Heſſelanus, tertia, & quarta conditio, quam cap. 1. pro aduerſarijs retulimus, pro eadem omnino vſurpari debent, & tertia intelligenda eſt ita, vt ſub qualibet ſpecie tantum ſumatur, nõ fructus, ſed rei contentæ, quantum ſub vtraquè ſimul; in quarta autẽ hoc explicetur amplius, nempe, vt totus Chriſtus ſub qualibet ſumatur ſecundum corpus, & ſanguinem. Atquè illi ſolum errori, quem diximus, Concilium voluiſſe obuiare, non ſolùm ex ijs, quæ retulimus ex Concilio Tridentino, & Baſilienſi, ſed etiam ex Concilio Conſtantinenſi colligitur. Nam in ſeſsione 13. vbi laudatur conſuetudo Eccleſiæ Romanæ ſub vna tantum ſpecie communicandi, & contraria iuſtis de cauſis reprobatur, ſolum definitur, totũ Chriſtum ſub qualibet ſpecie integre contineri; de fructu autem nihil omino dicitur. Quod vero refert Heſſelanus, Bohemos maiores ſuos reprehendere ſolitos fuiſſe, quòd tam iniquis conditionibus vtramquè ſpeciem ab Eccleſia Romana admiſiſſent, cum maior fructus caperetur ex vtraquè ſpecie, neſcimus ſane quod nam ſundamentum habeat. Adde, quòd ipſos reprehendere potuerunt ea ratione, quòd abſquè vlla conditione, tamquam iure ipſis debita, eam petere, & admittere deberẽt, eo quòd maior fructus ex vtraquè, quã ex altera tantum caperetur, & ita non deberent fateri alteram ſolùm ad ſalutem ſufficere, quæ ſemper fuit vna ex conditionibus requiſitis: nullo tamen modo conſtat vnam ex illis eſſe, vt faterentur, tantam gratiam per vnam, quantum per vtramq; conferri.

Conciliũ Conſtantienſe.

Heſſelani hiſtoria non eſt certa.

Ad primam rationem fatemur quidem finem vtriuſquè ſpeciei eſſe eundem, nempe, augmentum gratiæ, inquo conſiſtit nutritio ſpiritualis & perſeuerantia in bono: tum etiã per eandem gratiam extingui ſitim animæ, & famem illius depelli, & ideo effectum ſanguinis Chriſti ab effectu corporis non diſtingui ſpecie, etiam ex fine; nihilominus plus gratiæ conferri per vtramque ſimul ſpeciem, quam per alteram tantum, quia diuerſa ipſarum ſignificatio, diuerſum ſaltem gradum in eadem gratia pro effectu poſtulat, vt cap. precedente fuſius probauimus. Ad ſecundam rationem reſpondeo, eundem effectum omnino fuiſſe corporis, & ſanguinis Chriſti in paſsione, non tamen eſſe eundem vtriuſque in Sacramento: nam in paſsione corpus Chriſti ea

Primæ ratio diluitur.

29

Secunda.

tenus operabatur nostram salutem per modũ vniuersalis redẽptionis, quatenus in eo Christus merebatur per bona opera, & passiones, quarum vna fuit effusio sanguinis, & ita corpus, & sanguis in vno merito coniungebãtur; at in Sacramento non operatur hoc modo: neque enim in eo Christus meretur nostram redemptionem, sed vniuersalem eritum passionis applicat per modum Sacramenti, nempe, ratione significationis, quam ita consequitur efficacitas, vt idem efficiat, quod significat: & quia corpus Christi sub speciebus panis non significat idem, quod sanguis sub speciebus vini, ideo corpus non idẽ omnino operatur, quod sanguis. Ad tertiã rationem dico, inter cibos quidẽ corruptibiles aliquos esse, qui simul famẽ depellant, & sitim extinguãt, id tamen non fieri manducando, & bibendo, sed manducando solum, neque humor qui simul cum cibo sumitur, bibi, sed manducari dicitur: idemq; Christũ potuisse facere corpore suo solum, vt totum fructum in vnam concluderet partem Sacramẽti; nempe, in speciem panis: verum tunc non diceretur sanguis Christi, etiam sub ea specie contentus bibi, sed manducari, vt sequente disput. capit. 5. ex Innocentio 3, probabimus. At non ita voluit hoc suum Sacramentum instituere, sed instar conuiuij sub specie cibi, & potus, vt sanguis eius non solum manducari sub specie panis diceretur, sed etiam sub specie potus bibi: & ideo illi sub specie vini nouum effectum reseruauit; sicut etiam in conuiuio potui noua refectio respondet, vt capite præcedente, satis superque à nobis explicatũ est.

Tertia.

Innoc. 3.

An Ecclesia Romana laicis iuste interdixerit vsu calicis. Disput. 216.

Iniuste Ecclesiam priuasse laicos communione calicis, hæretici non pauci dogmatizant. Cap. 1.

Communionem sub sola specie panis licitam esse; contra hæreticos ex Scriptura ostẽditur. Caput. 2.

Eadem veritas antiqua Ecclesiæ traditione confirmatur. Cap. 3.

Iure optimo Ecclesiam Latinam communionem sub vtraque specie laicis interdixisse. Cap. 4.

Argumenta aduersariorum ex Scriptura petita diluuntur. Cap. 5.

Argumenta hæreticorum desumpta ex testimoniis Patrũ, & ratione dissoluuntur. Cap. 6.

Iniuste Ecclesiam priuasse laicos communione calicis, hæretici non pauci dogmatizant.

CAP. I.

1

ANTIQVO Tempore nõ solùm nascentis Ecclesiæ, verumetiã Beati Thomæ, vsum fuisse, aut vniuersalem in tota Ecclesia, aut in aliquibus saltem, vt laici sub vtraquè specie huius Sacramenti communicarẽt, indubitatum est, & inferius manifeste ostẽdemus, ideoquè nulla controuersia est, an laicis vnquam vsus calicis licitus fuerit, sed vtrũ ita illis necessarius sit, vt Ecclesia ipsos eo priuare non potuerit, an non. Neque verò controuersia cum catholicis est, sed duntaxat cum hæreticis, qui post ducentos annos cõqueri cœperunt de Ecclesia, quòd vsu calicis contra præceptum Domini Ioan. 6. laicis interdixerit.

Primi autem, qui hunc errorem docuerunt, fuere Petrus Dreidensis, & Iacobellus Misnensis Vvicleffistæ. Petrus autem, vt narrat AEneas Siluius in historia Bohemorum, cap. 35. ex illo loco Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*: primũ quidẽ credidit, præcepto illo Domini laicos omnes teneri, ac proinde iniustè quidem ab Ecclesia Romana calicis vsu eos priuari. Deinde Iacobello persuasit, vt in concione populum Pragensem doceret, non posse laicos saluari, nisi de calice Dominico biberent. Neque verò legimus, hunc errorem Magistrũ eorum Vvicleffum vnquam docuisse. Nam Thomas Vvaldẽsis tom. 2. qui est de Sacramentis, cap. 87. hũc errorem, tanquam Vvicleffistarum Pragẽsium refert, & impugnat, neque de Vvicleffo eorũ Magistro, aut Ioanne Hus, aliquid refert, vt rectè etiam obseruauit Alphonsus de Castro aduersus hæreses verbo *Eucharistia*, hæresi vltima, vbi his etiam duobus Vvicleffo, & Ioanni Hus hũc errorem tribuit ex AEneæ Siluio loco citato.

Error hæreticorum Petrus Dresdensis. Iacobellus Misnensis. AEneas Siluius.

Vvicleff. Vvaldensis

2

Ioan. Hus Castro.

Hunc errorem antiquiorem esse putat Alphonsus de Castro loco citato, cum illũ Græcis tubuit: à quo autem tempore inter Græcos esse cœperit, non memorat, neque ex aliquo probato, & antiquo Auctore id colligere poterit. Quinimo in Cõcilio Florentino de hac re cum

re cum Græcis diſputatum non eſt; cum tamẽ iam cum Bohemis in Concilio Conſtantienſi, & Baſilienſi de ea actum eſſet. Signum igitur eſt, non paruo tempore etiam poſt Bohemos, Græcos ſine errore circa communionem ſub vtraquè ſpecie permanſiſſe; nam quamuis laici eorum ſub vtraque ſpecie cõmunicent: idem tamen ſine errore efficerè poſſunt, ſi non exiſtiment, pro laicis neceſſarium eſſe. An vero poſt Concilium Florentinum alij Græci in eo fuerint errore, mihi non conſtat. Porro Thomas Vvaldenſis cap. illo 48. n. 3. refert errorẽ quorumdam, qui dicebant, Chriſtum totum non eſſe ſub altera ſpecie tantum, ſed ſub vtraque ſimul, ideoque ſub vtraque ſpecie cõfueuiſſe ita communicare, vt ſpeciem panis intinctam ſumerent, quam etiam hæreſim refert Petrus Comæſtor in hiſtoria Scholaſtica cap. 151. cuius verba citat idem Vvaldenſis ibidem. Confirmat autem Vvaldenſis auctoritate Iulij Papæ I. in epiſtola ad Epiſcopos per Aegyptum. Refertur *De conſecratione*, d. 2. canone *cum omne*, vbi ſic inquit. *Audiuimus quoſdam ſchiſmatica ambitione detentos contra Diuinos ordines, & Apoſtolicas inſtitutiones lac pro vino in Diuinis ſacrificijs dedicare: alios quoque intinctam Euchariſtiam populis pro complemento communionis porrigere.* Hos autem reprehendit Pontifex his verbis; *Illud vero, quod pro complemento communionis intinctam tradunt Euchariſtiam populis, nec hoc probatum ex Euangelio teſtimonium receperunt, vbi Apoſtolis corpus ſuum cõmendauit, & ſanguinem: ſeorſum enim panis, & ſeorſum calicis commẽdatio memoratur; nam intinctum panem alijs Chriſtum præbuiſſe non legimus, excepto illo tantum diſcipulo, quẽ intincta buccella Magiſtri proditorem oſtenderet, non quæ Sacramenti huius inſtitutionem ſignaret.* Idem decretum eiſdem verbis tranſcripſit Concilium Bracharenſe 3. cap. 1. vel quòd in Hiſpania hic abuſus eo tempore etiam introduceretur, qui antea in AEgypto fuerat, vel vt doctrinã tanti Pontificis populo ſuo Hiſpani traderent.

Verum ex hoc loco non ſolũ nõ colligitur errorem de communione ſub vtraquè ſpecie, quem poſtea Bohemi docuerunt, eo tempore fuiſſe, quin potius Pontificem communionẽ ſub vtraquè ſpecie tradendam laicis quodãmodo, vt inferius explicabitur, præcepiſſe. Nam primum quidem Pontificem loqui de cõmunione laicorũ, patet ex illis verbis; *Pro complemento communionis porrigere*, & ex illis, *Intinctam tradunt Euchariſtiam*. Nam ſacerdotibus celebrantibus non traditur, nequè porrigitur, ſed ab eis ſumitur: non ergo reprehendit modum cõmunionis ſacerdotum, ſed laicorum. Deinde reprehẽdit hunc modũ, quod in eo non imitarentur Chriſtum, qui nulli Euchariſtiam intinctam ſanguine, ſed ſoli Iudę buccellam intinctam miniſtrauit, ſed ſanguinem ſenſum cõmendans porrexit; non quod putet Pontifex, neceſſarium eſſe calicem ſeorſum laicis miniſtrare, ſed quod modo eis tribui debeat, quoties ſanguinis Chriſti ſub ſpecie vini participes fiunt. Quare nequè prohibet vſum calicis, aut reprehendit, neq; præcipit ſimpliciter communionem laicis ttadi ſub vtraquè ſpecie, ſed modum illum miſtionis de medio tollit, ita vt quoties vtraq. ſpecies laicis tradenda ſit, ſeorſim, non miſtim tribuatur. Hoc teſtimonium Iulij Papę citat Petrus Damianus in epiſtola 64. ad hoc tantum, vt reprehendat conſuetudinem cuiuſdã monaſterij, in quo nemini Euchariſtia niſi intincta in ſanguine Chriſti porrigebatur, & inquit, perperam ex buccella intincta data Iudæ hanc conſuetudinem emanaſſe, quia illa non fuit Euchariſtia, vt ſequente diſput. videbimus. Verum nihil ibi docet, quod communioni ſub vtraque ſpecie pro laicis fauere poſsit.

Vvicleffiſtis Bohemis, qui cum ſuo Magiſtro Vvicleffo veram præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia negabãt, hoc noſtro ſeculo ach æſerunt Lutherani, qui tamen cum ſuo Magiſtro putant, verum corpus, & ſanguinem Chriſti in hoc Sacramento contineri, tametſi, vt optime notauit Illuſtriſsimus Cardinalis Bellarminus, tom. 2. lib. 4. de Sacramento Euchariſtiæ capit. 20. Lutherus in hac re contraria ſibi docet. Poſt Lutherum Brentius in apologia pro confeſsione Vvitembergenſi in 2. par. ſecundæ pericopes, & Melanchõ in apologia pro confeſsione Auguſtana, & Kemnitius in 2. p. examinis Concilij Tridentini ſeſsione 21. & Hermanus Hamelmannus lib. de cõmunione ſub vtraque ſpecie, & ex Sacramentarijs qui cũ Vvicleffo veram præſentiam Chriſti in hoc Sacramento negant. Idem docuit Caluinus libr. 4. inſtitutionum cap. 17. §. 47. vſque ad 50. & in Antidoto articulorũ Pariſienſium art. 7. Fundamenta huius erroris deſumpta ſunt ex illis verbis cap. 6. Ioãnis, *Niſi manducaueritis carnẽ Filij hominis, &c.* & ex multis Patrum teſtimonijs, quæ omnia inferius contra catholicã noſtram doctrinãſigillatim referemus, & examinabimus. Præterea cũ hæretici huius ætatis exiſtiment, Euchariſtiam eatenus ſolum operari, quatenus in nobis excitat fidem, non autem ex opere operato, quia contineat Chriſtum, ea ratione contendunt, laicis calicem eſſe tribuendum, non vt minorem fructum

Baſilienſe. Conſtantienſ.

3

Error relatus à Vvaldenſi. Pet. Comaſtor. Iulius. I.

4

Concil. Bracbar.

Explicatur teſtimoniũ Iulij.

Petrus Damianus.

5

Bellarmin. Lutherus, Brentius.

Melanchth.

Kemnitius. Hermanus Hamelmannus.

Caluinus. Ioan. 6.

6

fructũ gratiæ ex opere operato percipient, ſed vt fides in eis magis excitetur, & memoria corporis per panem, & memoria ſanguinis per vinum excolatur.

Cõmunionẽ ſub ſola ſpecie panis licitam eſſe, contra hæreticos ex Scriptura oſtenditur.

CAPVT II.

VT Contra hæreticos memoratos probemus, Eccleſiam laicis iuſte negaſſe cõmunionem ſub vtraque ſpecie, & ſub altera tantũ, nẽpe, panis conceſsiſſe, prius oſtẽdere debemus, cõmunionem hoc modo licitã eſſe: id quod tum Scriptura, tum antiqua Eccleſiæ conſuetudine, & traditione, quę vſq; ad Vicleffiſtas ſine vlla prorſus reprehenſione perſeuerauit, facile comprobabimus. Ex Scriptura autem probatur primùm: nam Ioannis 6. quamuis Chriſtus dixerit: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitam in vobis*: poſtea tamen ſubdit; *Et qui mãducat me, viuet propter me*: & iterũ: *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*: & paulo antea dixerat: *Panis, quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita*. In quibus locis Chriſtũ loqui de manducatione carnis ſuæ in Sacramẽto diſp. 179. c. 4. manifeſte cõuicimus. Quo circa ex illis merito Concilium Tridentinũ ſeſſione 21. c. 1. deduxit, ſpeciem panis ſolam ſufficere ad ſalutem, ac proinde licitũ eſſe, eam ſolã ſine calice ſumere: nã ſi hæc ſola ſpecies ad ſalutem non ſufficeret, non recte dixiſſet Dominus: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*. Siquidem, qui illum ſine calice ſumeret, vere illum manducaret, & non viueret in æternum. Cum igitur tribuat vitam alteri etiam ſoli ſpeciei, conſequitur plane, illam ſolã ſufficere ad ſalutem, & ſine alia recte ſumi poſſe.

7 Licitã fuiſſe communionẽ ſub altera tantum ſpecie probatur ex Scriptura. Ioann. 6.

Cõcil. Trid.

8 Ioann. 6.

Deinde probant aliqui exemplo Chriſti, qui Ioannis 6. frangens panes, multiplicauit eos, vt turbam ſaturaret, nullum tamen potum multiplicauit. Verùm, quia certum eſt Chriſtũ eo loco nõ conſecraſſe, nam ſuũ corpus poſtea in cœna vltima primum conſecrauit, ideo ex hoc loco ſolum per ſimilitudinem idem probatur: nam multiplicatio illa panum figura fuit Euchariſtiæ poſtea inſtituendæ. Cæterum ex illo Lucæ 24. vbi dicitur in cœna cũ diſcipulis in caſtello Emaus panem fregiſſe, & dediſſe illis, id efficaciter probatur: nam vt oſtendimus ſupra diſput. 169. cap. 3. nullum aliud myſterium, aut patriæ conſuetudo peculiaris in ea fractione eſſe potuit, niſi cõſecratio corporis. Id quod expreſſe tradit Auguſtinus lib. 3. de cõſenſu Euangeliſtarum cap. 25. longe à principio: nam poſtquam dixit, Chriſtũ ab eis cognitũ fuiſſe in fractione panis, ſubiungit: *Nequiſquam ſe Chriſtum agnouiſſe arbitretur, ſi eius corporis particeps non eſt, id eſt Eccleſiæ, cuius vnitatem in Sacramento panis cõmẽdat Apoſtolus 1. ad Corinth. 10. dicens: Vnus panis, vnũ corpus, vt cum eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoſcerent eũ*: Vbi per ſacramentum panis intelligit Auguſtinus idem, quod Apoſtolus illo loco, nimirum, Euchariſtiã. Et quamuis his ſolis verbis hæc ſententia efficaciter contra aduerſarios cõfirmari non poſsit, ex quibus noſter Maldonatus in illud Lucæ 24. eam probare cõtendit, tamen ex ijs, quæ paulo inferius ſubdit, manifeſte colligitur, ait enim: *Non autem incõgruenter accipiemus hoc impedimentũ in oculis eorum à Sathana factũ fuiſſe, ne agnoſceretur Ieſus, ſed tamen à Chriſto facta eſt permiſſio vſque ad Sacramentũ panis: vt vnitate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Chriſtus poſsit agnoſci*. Vbi fractionẽ panis, qua Chriſtus vſus eſt, vocat Sacramentũ panis. Sacramentũ autẽ panis paulò antea cum Apoſtolo vocauerat Euchariſtiã: ergo hoc loco non aliud intelligit Sacramẽtũ, & myſterium. Cum igitur ait, permiſsum fuiſſe Sathanę, vt oculos diſcipulorũ illuderet, ne Chriſtũ, qui facie nõ immutauerat, vſque ad Sacramẽtũ panis agnoſcerẽt, plane intelligit, vſq; ad Euchariſtiã, quã fractione panis ſignificauerat, cognitũ nõ fuiſſe. Hinc autẽ recte colligitur, per panẽ benedictũ antea etiã intellexiſſe, nõ benedictione cõmuni benedictũ, ſed cõſecratione in corpus Chriſti verum tranſmutatũ. Hæc omnia verba tranſcripſit Beda in illa verba eiuſdem capitis: *Et ipſi narrabant*: & Strabus in eumdem locum. Idem clariſsime tradidit Autor imperfecti in Matthæum apud Chryſoſtomum homil. 17. in fine: nam poſtquam dixit, panem benedictũ, & conſecratũ in corpus Chriſti, non eſſe dandũ, niſi ijs, qui per Baptiſmũ facti ſunt filij Dei, infelius oſtendit aliud eſſe ſanctificationem, aliud autem ſanctificatũ: nam ſanctificatio alics etiam ſanctificat: ſanctificatũ autem, quod non eſt ſanctificatio, alterum ſanctificare nequit. Adducit pro exẽplo ſanctificati, quod ſanctificatio non eſt, panẽ in menſa communi benedictione benedictum, ſeu ſanctificatum: Subdit deinde: *Quod autem ſacerdos de manu ſua dat, non ſolum*

Lucæ. 24.

Auguſtinus

1. ad Cor. 10.

9 Maldonatus

10 Beda. Strabus. Pſeudo Chryſoſtom.

ſanctificatum, ſed etiam ſanctificatio eſt: quoniam hoc non ſolũ datur, quod videtur, ſed etiam illud, quod intelligitur: quibus verbis aperte intelligit Euchariſtiã. Addit vero panẽ, qui ſolũ ſanctificatus eſt, dari poſſe beſtijs & infidelibus,
11 & ita ſi panis, qui de manu ſacerdotis accipere tur, ſolũ eſſet benedictus, ſicut is, qui in mẽſa manducatur, fore vt omnes etiam infideles de menſa altaris manducarent, & nemo de manu ſacerdotis acciperet. Tamdem ſubiungit. *Vnde & Dominus in via non ſolum benedixit panem, ſed de manu ſua dedit Cleophæ, & ſocio eius*: ſentit igitur non fuiſſe ſolùm panẽ cõmuni benedictione ſanctificatum, quem quilibet de menſa ipſa accipere poteſt, ſed talem, quem Dominus ipſe ſacerdos in æternum propria manu porrigere debuerit, ac proinde fuiſſe etiam ſanctificationem, quæ
Examinatur dictum imperfecti ſoli pani Euchariſtiæ conſecrato, ex mente huius Autoris conuenit. Quod hic Autor in quit etiam Paulum Actorum 27. dediſſe Euchariſtiam Lucæ, & alijs diſcipulis, falſum ex iſtimo: nam ibi ſolum legimus Paulũ exhortatum fuiſſe omnes, etiam infideles, qui in naui erant, vt aliquantulum cibi caperent, ne tempeſtate maris iactati præ nimio labore deficerent: hos autem non inuitaret ad Euchariſtiam. Neque verò legimus, paulum fregiſſe, & fractum dediſſe omnibus, ſicut faciebat Chriſtus, quando Euchariſtiam conſecrabat, ſed fregiſſe nimirum, panem, quem ipſe pro ſe cœpit, &
12 manducaſſe, deinde cæteros etiam mãducare cœpiſſe: quę omnia indicãt cõmune prandium ſumptum eo fine, quo diximus. Et Chryſoſtomus, aut quiſquis Autor eſt homilię 9. ex varijs locis Matthæi, explicans illud Dominicæ orationis: *Panem noſtrum quotidianum*. Per quotidianum panẽ ibi
Chryſoſt. intelligit eum, qui replet mentẽ, & non ventrem, nempe, Euchariſtiã: & infra ſubiungit: *Ipſe panis eſt, qui fractus illis ambulantibus in via, quẽ agnouerunt in fractione panis*. Id etiam expreſſe docuit Iſichius lib. 2. in Leuiticũ. c. 9. explicans illa verba. *Ait Moyſes, iſte eſt ſermo*, infra. Theophylactũ allegare nolo pro hac
Iſichius. Theophyl. ſententia, eã enim in prædictũ locũ Lucę clare nõ docet. Quare valde miror Ianſen. in cõcordia Euãgelic. c. 146. quòd nõ ſolũ oppoſitam ſententiã ſequutus fuerit, nempe, Chriſtũ illo in loco nõ conſecraſſe, verumetiam eã
Ianſenius. ex Auguſtino confirmare non dubitauerit, exiſtimans, illum loco citato ſolùm docuiſſe, Sacramẽtũ Euchariſtiæ myſtice à Chriſto tũc fuiſſe cõmendatum, & hac ſola ratione
Auguſtinus ipſum illius meminiſſe: id quod verbis illius preſpicue aduerſatur, vt ex dictis patet. Quamuis autem ex Theophylacto noſtra ſententia probari nequeat, tamen immerito etiã ex illo idem Ianſenius oppoſitam probare contendit. Immerito etiam pro ea referrur à nõnullis Euſebius Emiſenus homilia in feria 2. Paſchæ, quòd dixerit, Chriſtum tunc feciſſe id ſolũ, quod facere ſolebat, cum inter diſcipulos verſabatur: ſolum enim ait hæc verba: *Sic enim facere ſolebat, quando adhuc inter eos conuerſabatur*, quibus non negauit, Chriſtũ tunc conſecraſſe; licet ſemel tantum conſecrando in vita mortali id fecerit, quia ſolum ſignificare voluit, Chriſtum peculiari aliqua de cauſa, & ratione alicuius rei inſolitæ fregiſſe panem, ſicut in vita mortali non tantum ſemel, ſed iterum, atque iterum fecit, vt ſupra notauimus: nam in communi mẽſa ipſum non fregiſſe panem diſcipulis, iam ſupra probauimus diſput. 190. cap. 5. Hic igitur ex ſententia Euſebij ratione conſecrationis, tamquam rei inſolitæ Chriſtus etiam panem frãgere potuit. Cęterum Melanchon in Apologia confeſſionis Auguſtanæ in articulo de vtraque ſpecie, fatetur ingenue, Chriſtum eo loco conſecraſſe, inde tamen minime colligi vſum vnius ſpeciei tantum: nam per fractionem panis intelligitur totum Sacramentum per figuram ſinedochem. Verum noſter Bellarminus 2. tom. lib. 4. de Euchariſtia cap. 24. hoc reſponſum optime refellit: eo quod hiſtoria Euangelica ità narrat, poſt fractionem panis Dominum diſparuiſſe, vt non potuerit ſupereſſe tempus conſecrationis calicis: dicitur enim: *Et benedixit, ac fregit, & porrigebat illis, & aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipſe euanuit ex oculis eorum*. Ex quidus verbis euidenter colligitur id, quod diximus: nã ſimul, atque cognitus eſt
15 Chriſtus, diſparuit: ſimul autem, atque fregit panem, & benedixit, cognitus eſt: ergo ſimul atque conſecrauit panem, diſparuit, ac proinde calicem conſecrare non potuit. Et quidem ſi poſt conſecrationem panis aliquã tulum manſiſſet, aliquid ipſum diſcipuli interrogaſſent, cum iam agnitus eſſet. Quod vero Kemnitius contendit colligere ex verbis Auguſtini in tractat. 2. in epiſtolam Ioannis, Chriſtum tũc dediſſe duobus diſcipulis vtrãque ſpeciem, inquit enim: *Et vere qui non ſibi iudicium manducat, & bibit, in fractione panis Chriſtum agnoſcit*: futile, & inane eſt: nã Auguſ. eo loco ſolum alludens ad verba Lucæ cap. illo 24. & ad verba Pauli 1. ad Corinth. 11. oſtendit, quo pacto non à diſcipulis euntibus in Emaus, ſed a quolibet, qui manducat, & bibit ſãguinẽ Chriſti nõ indigne, Chriſtus cognoſcatur. Poſtremo eadẽ catholica doctrina probatur exẽplo fideliũ, de quibus

Actorum

Euſeb. Emiſ.

14

Melanthonis reſponſum reicitur.

Bellarminus

Kemnitij argumentum, ex Auguſtinũ ſe fellitur.

Luca. 24. 1. ad Cor. 11.

Exemplo catholica ſententia probatur.

Actor. 2. Actorum 2. dicitur: *Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus*. Quem locum communiter Theologi intelligunt de Eucharistia, eo quod fractio panis hoc Sacramentum denotat, vt supra vidimus. Chryso. Theophyl. Aretas. Chrysostomus quidem, & Theophylactus, & Aretas in eum locum per fractionem panis dicunt denotari parsimoniam, quam fideles eo tempore seruabant, cum solius panis in eorum prandijs mentio fiat. Verum quis nó videat, hunc loquendi modum ad id significandum accómodatum non esse. Neque enim credendum est, fideles omnes eo tempore etiam in ieiunijs suis solo pane vesci solitos fuisse, præsertim cum dicatur ibi: *Et frangentes circa domos panẽ, sumebant cibum cum lætitia*: quibus verbis denotatur, alium etiam cibum cù pane sumi consueuisse: aut si per panem intelligere voluit Lucas reliqua ciborum genera, quibus homines vesci possunt, hoc modo loquendi non magis abstinentia, & parsimonia, quam oppositum significaretur. Cum igitur peculiare aliquid significare voluerit Lucas, nihilque aliud cógruétius denotari possit, quã specialis illa fractio, qua ex eodẽ pane cósecrato plures cómunicãt, dubitãdũ nó est, hoc etiá loco de cómunione Eucharistiæ agi. Neq; probãdũ est quod Caietan. inquit, per fractionem panis intelligi distributionẽ cibi, qua vnicuique dabatur, quod ei opus erat, cum etiam hæretici, vt inferius videbimus, de communione Eucharistiæ hunc locum intelligant. Cum autem in fine capitis dicitur: *Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in Templo, & frangentes circa domos panem*: per Templum intelligit Salomonis, nódum enim Christiani Téplum habebant. Nã, vt Chrysostomus, & Theophylactus notarunt, Apostoli permittentes, vt Christiani ex Iudaismo conuersi vterentur cæremonijs legis ob rationem, quam diximus 1. 2. disput. 182. cap. 3. & sequentibus, non audebant eos à Tẽplo Salomonis auertere, sed potius eos libere sinebant in eo permanere, vt ita in deuotione sancta permanerent. Quod vero additur: *Frangentes panem circa domos*, nempe, suas, & priuatas, non solùm narratur, quo pacto communes cibos domi suæ sumerent, manifestum enim erat, fideles non ita tota die in Templo mansuros, vt ibi manducarent, cũ id solum concessum esset ministris Templi, aut tota die nihil cibi sumerent: quare non debuit Euangelista in huius rei vsque adeo manifestę narratione occupari. Voluit igitur peculiare aliquid, quod fieret in domibus priuatis narrare. Nihil autem aliud esse potuit, nisi communio Eucharistiæ, quam in domibus tamquam in Tẽplis celebrabãt, imo etiã quisq; in sua domo pro se, & suis cóseruabat, vt supra disp. 197. c. 4. & disp. 211. cap. 1. vidimus, & in hac disp. c. seq. videbimus: quòd alia loca huic religioni dedicata non haberent. Quo circa & Kemnitius hanc interpretationem non negat, sed respõdet, in fractione panis calicem etiam per figuram intelligi, sicut etiam præcedenti loco respondit Melanchthon. Id autem probat, quia alioquin sequeretur, Apostolos sub vna tantum specie celebrasse. Verum vt optime etiam Cardinalis noster Bellarminus eodem capite citato notauit, hæc ratio Kemnitij futilis est, eo quod Lucas narret, non quod Apostoli, sed quod cæteri fideles ex populo facerẽt, quos etiam communicare sub altera specie tantum probat: quia Christiani ex Iudaismo cõuersi, qui tũc erãt in ciuitate Hierusalem seruabant legalia, vt diximus: cumque aliqui ex illis essent Nazarei non bibentes vinum, neque radentes capita vsque ad finem temporis vitæ suę, non est credibile, hos sub specie vini communicasse. Et ita 1. ad Corinth. 10. non sine causa dixisse videtur Paulus: *panis, quem frangimus*; de calice autẽ nõdixit *Calix, quẽ distribuimus*, sed: *Calix benedictionis, cui benedicimus*. Et infra. *Vnus panis, & vnum corpus sumus, qui de vno pane participamus*. Quia, nimirum de calice non omnes bibunt: idem autem panis omnibus distribuitur. Cæterum Kemnitius in hac parte fidem habens Vulgatæ editioni, ex quibusdã Vulgatis codicibus citat hoc testimoniũ, quod tam de calice, quã de pane idem omnino habet his verbis. *Vnus panis, & vnum corpus sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus*. Verũ vulgata cen seri non debet lectio, quæ est in quibusdam minus correctis exemplaribus. Illud autem. *Et de vno calice*, in paucioribus reperitur, in pleriſq; autẽ, & emẽdato à Sixto V. nõ est.

Kemnitij responsum cõfutatur.

Bellarminus

1. ad Cor. 10

Eadem veritas antiqua Ecclesiæ traditione confirmatur.

CAPVT III.

EX Vsu autem, & traditione Ecclesiæ non minùs perspicue hæc eadem catholica doctrina confirmatur. Et primum quidem à quibusdam probatur ex eo, quòd Manichæi nũ quam nisi sub vna specie communicabant: eo

Non bene probatur Manichęorũ cõſuetudine Eccleſiaſtica conſuetudo.

quod arbitrarentur, vinum eſſe fel draconũ, & tamen hic eorum ritus numquam ab Auguſtino, neque ab Epiphanio, neque ab alio antiquo Autore improbatus fuit, ſignum igitur, inquiunt, eſt, eum etiam ab Eccleſia catholica ſeruatum fuiſſe. Verum hunc ritũ ſecundum ipſorum ſectam, & hæreſim fuiſſe, ex nullo probato Autore colligi poteſt: atque vt ſupra vidimus diſput. 170. cap. 1. ſolum cõſtat de errore ipſorum circa panem, quem pro Euchariſtia offerebant, quod farinę miſcerent ſemen humanum, vt inde fieret panis, & hoc modo purgaretur: putabant enim, omnia genera ciborum, & potus immunda eſſe, & hoc modo purgari. Vtrum autem huic materiæ verba conſecrationis adhiberent, an panem illum abſque vllo verbo conſecrationis pro Euchariſtia Deo offerrent, nõ cõſtat, vt ibidem notauimus: de calice autem eorum antiqui Autores mentionẽ non faciunt. Et quamquàm exiſtimabant, vinum eſſe fel draconum, poterãt ipſum eodem modo iuxta falſam ſuam opinionẽ mũdare, ac proinde illum eodem modo, ſicut panem ſumere. Quod ſi nullo modo mundari poſſe putarent, non ſolum laici, ſed etiam ſacerdotes in ſacrificio calice non vterentur, & ita Patres non poſſent non eorum ritum in hac parte reprehendere: tum etiam hic eorum vſus noſtro inſtituto nihil deſeruire poſſet; eoquod nos agimus de vſu calicis pro laicis in Eccleſia, vbi ſacerdotes eo vtuntur, nam ſi eo non vterentur ſacerdotes, quid mirum, ſi neque laici etiam illum ſumerent.

20

Alij probã duplici exẽplo primo.

Deinde hanc conſuetudinem communicandi ſub altera ſpecie tantum, probant prædicti Autores ex duobus exemplis fraudum, quibus hęretici in Eccleſia catholica vſi ſunt.

Sozomenus. Nicephorus.

Alterũ eſt apud Sozomenum lib. 8. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 5. & Nizephorum lib. 13. hiſtoriæ cap. 7. qui narrant, fœminam quãdam Macedoniana hæreſi infectam, quæ à marito ſuo iam ad fidem conuerſo, numquã blandis verbis ad rectam fidem adduci potuit, poſtquam autem maritus ei denunciauit, ſe minime paſſurum, vt ſecum habitaret, niſi eamdem fidem ſecum etiam complecteretur, ſe catholiam ſimulauit, idque cuidã ancillæ ſuę expoſuit; cum verò Chryſoſtomo ſacrũ faciẽte, ſacro Myſterio intereſſet, & de manu eius panem Euchariſtiæ conſecratum accepiſſet, & illum retinuiſſet, per inde ac orationi vacare velet, ſe inclinauit & conſecratum panem ancillæ dedit, aliumque communem quem domo attulerat ab ea accepit, & ori admouens in lapidem conuerſum ſenſit. Hinc autem colligunt prædicti Doctores, conſuetudinem tunc fuiſſe, vt ſub vna tantum ſpecie communicaret, qui vellet: nam ſi omnes neceſſario de calice bibituri erant, mulier illa hoc facto ſuo ſe catholicam eſſe ſimulare non potuiſſet, quia pro calice nihil aliud accipere poſſet, cum calix non daretur in manus proprias laicorum, ſicut panis conſecratus datur. Probabilis ſane, & ſatis apparens coniectura eſt, tametſi aliqua etiam probabilitate poſſet aliquis dicere, mulierem illam ſolùm voluiſſe ſe ſimulare catholicam in eo, in quo potuit, nempe, in pane, vt in hoc catholicorum Sacramentum ex parte irrideret: calicem vero parum poſt cum reliquis de manu ſacerdotis bibiſſe. Alterum exemplum eſt Manichæorum, qui, ſicut ſcribit Leo Magnus ſermone quarto de Quadrageſima, vt hæreſim ſuam tegerent, & ſe catholicos ſimularent, Romæ panem conſecratum cum catholicis manducabant, calicem tamen non bibebant. Si autem Romæ tunc nõ fuiſſet liberum de calice non bibere, eo modo non potuiſſent ſuam hæreſim occultare, & ita Leo non iubebat obſeruari eos, qui aliquando calicem ſumebant, aliquando non ſumebant, ſed eos, qui numquam ſumebant: id enim eo tempore pro ſigno ad dignoſcendos Manichæos haberi potuit. Mihi tamen hæc coniectura multo minus certa videtur: nam ſi cuilibet liberum tunc erat de calice conſecrato bibere, non de eſſent cathòlici, qui nũquam illum ſumerent, & ita hoc ſigno Manichæi dignoſci nõ poſſent. Neque enim vlla cauſa eſſet, cur catholici non ſumerent, cum poſſent, niſi quia naturaliter vinum horrerent, hæc autem perpetua eſſe poſſet: alioquin nullus catholicus, etiam ſi liberum ei eſſet, inter reliquos à calice abſtineret. Adde, quòd difficile admodum, imo impoſsibile eſſet, in tanta hominum multitudine obſeruare ſingulos, qui non ſumerent calicem, vtrum ſemper ab eo abſtinerent, an non. Demum quia Leo non dixit, Manichæos ſolitos fuiſſe, non ſumere calicem, ſed non haurire: verba illius ſunt: *Ore indigno Chriſti corpus accipiunt, ſanguinem autem redemptionis noſtræ haurire omnino declinant*. Poterant igitur ſumere calicem, ſanguinem tamen ore guſtatum non haurire, neque in ſtomachum traijcere, vt poſtea illum in aliquem locum euomerent, & hoc modo ſubtilius noſtrum Sacramentum irriderent, & ſe nihilominus catholicos ſimularent. Hoc autem, quòd ſubtilius ab illis fieret, iubebat Leo obſeruari, vt ita hæretici huiuſmodi detegerentur. Quod quidẽ ſi attẽte obſer-

Non eſt omnino certa coniectura.

22

Secũdum exemplũ. Leo. Mag.

Reijcitur.

23

obſeruaretur, haud difficulter deprehendi poſſent.

Efficaciter probatur eadem Eccleſiaſtica traditio primò. Sophronius

His igitur prætermiſſis, ſunt aliæ rationes, quibus hæc antiqua Eccleſiæ traditio efficaciter comprobari poteſt. Primo quidē, quia Euchariſtia ſeruari ſolita fuit ſemper pro ægrotis, quinimo ſicut memorat Sophronius in Prato ſpirituali cap. 79. aliquando per annum ſeruabatur, vinum autem conſecratum neque ab breue tēpus ſeruari potuiſſet, quin ſtatim acceſceret, quod nullo modo liceret. Cum igitur vrgente neceſsitate ægrotis hoc Sacramentum miniſtrandum eſſet, ſub vna tā tum ſpecie illis concedi potuit, quia vtramq; ob rationem dictam ſeruare non licebat. Porro aſſeruari ſolitam Euchariſtiā, teſtatur Clemens Romanus lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 13. Vocabatur autē locus, in quo particulæ Sacramenti ſeruabantur Græce. παστοφόριον *Paſtophorion*, quod nos nunc ſacrarium vocamus, dicebatur etiā, κυβιστίον ſeu, κιβωρίον κυβώτιον, ſeu *Cybotion*. Idem etiam memorat Dionyſius Alexandrinus, in epiſtola ad Fabium, quam refert Euſebius lib. 6. hiſtoriæ cap. 36. ſcribit enim, Serapionem in extremis iam cōſtitutum, miſſo puero vocaſſe ſacerdotem, vt ad ſe veniret: cum autem presbyter venire non poſſet, quod tunc etiā ægrotaret, per puerum illum particulam Euchariſtiæ miſiſſe. Neque mirū eſt ex domo ſua illam miſiſſe, nam eo tēpore mos etiam erat, vt domi Euchariſtia ſeruaretur, ſicut inferius dicemus, certum autem eſt, non miſiſſe partem vini conſecrati: tum quia illius mentio nulla ſit, tum etiam quia puero ſine maximo periculo effuſionis committi non poterat. Paulinus etiam in vita Ambroſij narrat, ſumpto corpore Domini ab Honorato Epiſcopo Vercellēſi, animam Deo reddidiſſe: idē narrat Amphilochius de Baſilio in vita ipſius. Demum Concilium Tridentinum ſeſſione 13. cap. 6. inquit, morem ſeruandi Euchariſtiā pro ægrotis agnouiſſe, & probaſſe Concilij Nizenum: iubet enim in canone 13. vt ægrotis in mortis periculo exiſtentibus communio detur: certum autem eſt, eos nō poſſe ad Eccleſiam venire, neque tempus celebrationis ſemper expectare: ſignum igitur eſt ſeruari ſolitam Euchariſtiam pro ægrotis. Et canone 14. aliàs 18. aliàs 20. præcipit idem Concilium, vt in abſentia presbyterorum diaconi Euchariſtiam miniſtrent: atqui diaconi non poterāt eam conſecrare: euidens igitur ſignum eſt, ſeruari conſueuiſſe, & extra Miſſæ ſacrificium à diaconis non tantum infirmis, ſed etiam beneualentibus miniſtrari. Et quamuis hæc pars canonis, in omnibus editionibus non habeatur, eam tāmen habet Ruffinus lib. 10. hiſtoriæ, cap. 6. vbi refert omnes canones veros, & autēticos illius Concilij, vt ſcribit Cyrillus in epiſtola ad Concilium Carthaginenſe, quæ eſt in 1. tomo Cōciliorum in Concilio Affricano.

Clemens Romanus.

Dionyſ. Alexandrinus. Euſebius.

25

Paulinus.

Amphilochius.

Conc. Trid. Conc. Nizæ.

Ruffinus. Cyrillus. Concil. Affricanum.

Cōtra id tamē, quod diximus, obijcere nobis quis poterit locum Chryſoſtomi, ex quo colligi videtur, ſanguinem Chriſti, ſicut etiā corpus ſeruari conſueuiſſe, & ita ex illa antiqua conſuetudine ſeruandi Euchariſtiam in Eccleſia pro ægrotis catholicam ſententiam non probari. Nam Chryſoſtomus in epiſtola ad Innocentium, quæ eſt prima ex ſeptem, quæ habētur in 5. tomo, narrat, milites quoſdam Syros Theophyli Epiſcopi Alexandriæ in Conſtantinopolitana ciuitate tumultum contra ipſum, & alios Epiſcopos excitaſſe, & Eccleſiam, & ſanctuarium ingreſſos, ita omnia turbaſſe, vt ſacratiſsimus ſanguis Chriſti in eorum veſtes effuſus fuerit: cōſtat autem, eum ſanguinem tunc temporis non fuiſſe cōſecratum, nam milites illi ingreſſi ſunt, cum mulieres mundarentur ad Baptiſmum, nempe, in Sabbatho Paſchali, Baptiſmus autē ante Miſſarum ſolennia celebrari conſueuit, vt catechumeni baptizati deinde ſacro Myſterio intereſſent. Recentiores nonnulli, qui huius hiſtoriæ meminerunt, fatentur ingenue, ſeruari etiam conſueuiſſe ſanguinē Chriſti, ſicut & corpus poſt conſecrationem. Reſpōdere tamen poſſent huic obiectioni, pro ægrotis ſolā ſpeciem panis ſeruari cōſueuiſſe: eo quod longiori tempore, quam ſpecies vini conſeruaretur, ſpeciem autem vini alia de cauſa conſeruari potuiſſe. Verum ſi ſemel admittamus, ſpeciem vini ſeruari ſolitā fuiſſe, vrgere nos poſſent aduerſarij hoc modo, vt illa frequentius, quam ſpecies panis renouaretur: ac proinde recte pro longo tempore ſeruari poſſet.

26 Obiectio ex Chryſoſtom.

27 Aliquorū inſufficiens ſolutio.

Ego tamen nullo modo concedam, ſpeciē vini conſecrati ſeruari conſueuiſſe, cum nullum aliud Patrum teſtimonium pro oppoſita ſententia, præter id, quod ex Chryſoſtomo citauimus, allegari poſsit, ex eo autem nihil pro illa colligatur, vt videbimus. Et ſane ratio ſuadet, ſpeciem vini numquam ſeruatam fuiſſe; nam ſi vlla ex cauſa ſeruanda eſſet, maxime pro ægrotis, pro his autem ſeruari non decebat: eo quod ad ęgros ſine periculo effuſionis, aut alterius irreuerentię deferri non poſsit, præſertim ſi interdum per puerum mittenda eſſet, ſicuti à Serapione illo miſſa fuit. Chryſoſtomum autem eo loco nō de ſanguine Chriſti ſub ſpecie vini, ſed de reliquijs ſanguinis Chriſti, quę in ſanctuario

Species vini, nūquā ſeruatæ fuerunt in ſacrarijs, ſicut ſpecies panis.

Explicatur Chryſoſt.

28

ſeruabãtur, loqui, manifeſtè probatur. Et primum quidem fatemur, milites illos ingreſſos Eccleſiam eo tempore, quo Miſſa nõ celebrabatur: ingreſsi enim ſunt Sabbatho magno Paſchę ad veſperam, vt inquit Chryſoſt. quo tempore iam Miſſarum ſolennia ſine dubio ceſſauerant. Verum illos ingreſſos fuiſſe cybotium, ſeu cyborium, ſeu paſtophorium, in quo Euchariſtia ſeruabatur, aut illud aperuiſſe, & Euchariſtiam male tractaſſe, nõ narrat Chryſoſtomus, ſed ſolum inquit in hæc verba. *Nam & ſanctuaria ingreſsi ſunt milites, quorũ aliquos ſcimus nullis initiatos myſterijs, & viderunt omnia, quæ intus erant, quin & ſanctiſsimi Chriſti ſanguis, ſicut in tali tumultu cõtingit, in præditorum militum veſtes effuſus eſt.* Per ſanctuaria autẽ intelligit, non locũ vbi Euchariſtia ſeruabatur, ſed loca in quibus Chriſti, & aliorũ ſanctorũ reliquię erãt. Dubitandũ autẽ non eſt, tunc etiam ibi ſeruari aliquod vaſculum ſanguinis Chriſti, qui ex imagine Chriſti perculſi Berithi, ſicut 1. tomo huius 3. p. diſpu. 103. c. 1. diximus, fluxit: de illo enim ſanguine ad omnes fere orbis Eccleſias vaſculum aliquod delatum fuiſſe, narrat Athanaſius in libro de illa re: exiſtimo igitur milites ſcrutantes ea, quæ in ſanctuarijs ſeruabantur, inueniſſe etiã, & vaſculum illud ſanguis Chriſti, & in cauteillud manibus accipientes ſanguinẽ etiã in veſtes ſuas fudiſſe: neque enim infideles erãt, & Ethnici, qui ex induſtria reliquias malè tractarẽt, erãt enim etiã inter milites ſacerdotes aliqui Alexandrini, vt ibidẽ dicit Chryſoſtomus, qui etiã nihil aliud narrat, à militibus irreuerenter in ſanctuaria factum fuiſſe, niſi quòd ingreſſi etiam qui non erant initiati myſterijs, viderunt omnia, quæ intus erant, & quod ſanguis Chriſti in eorum veſtes effuſus ſit: ſi autẽ ex animo vellent male tractare locum illum, ſine dubio multa alia mala in eum feciſſent, ſicut infideles, cum ciuitatem Chriſtianorum capram ingrediuntur, efficere ſolent.

29

Secundo eadem traditio comprobatur.

Secundo eadem conſuetudo ſub altera tãtum ſpecie cõmunicandi probari poteſt ex alio antiquo Eccleſiæ vſu. Nam in antiqua Eccleſia mos erat, vt Euchariſtia domi etiam à laicis ſeruaretur, & oportuno tempore ibi ſumeretur, vt conſtat ex Tertulliano lib. 2. ad vxorem c. 5. quem ſupra ad hoc ipſum retulimus diſp. 211. ca. 1. & Clemente Alexãdrino lib. 1. Stromatũ non longè à principio, & ex Cypriano lib. de lapſis, Baſilio in epiſtola ad Geſſariam Patritiam (quæ epiſtola licet non habeatur in omnibus codicibus, tamen etiam ab ipſo Kemnitio citatur) & ex Hieronymo in apologia pro libris contra Iouinianum: in domibus autem priuatis laicorum ſanguis eſſe non poterat, eo quod non niſi in vaſis ſacris debebat ſeruari: vaſa autem ſacra laici non habebãt, vt ex Athanaſio ſupra diſput. 197. cap. 4. probauimus. Quod vero Kẽnitius obijcit ex Nazianzeno, Gorgoniam ſororẽ ipſius domi ſeruaſſe antitypa, ſeu ſymbola corporis, & ſanguinis Chriſti, nempe, Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, falſum eſſe cap. illo citato fuſius oſtendimus, probauimus enim, per antitypa corporis, & ſanguinis non intellexiſſe Nazianzenum ſpecies panis, & vini conſecratas.

30

Tertullian. Clem. Alex. Cyprianus. Baſilius.

Kemnitius. Hieronym.

Chryſoſt.

Athanaſius

Nazianz.

31 Kemnitij ſolutio refellitur.

Cæterum Kemnitius tandem fatetur, in domibus quidem priuatis conſuetum fuiſſe ſub vna tantum ſpecie communicare; eos tamen, qui domi vnam tantum ſpeciem ſumebant, prius in Eccleſia alteram ſumpſiſſe, ità vt de calice quidem in Eccleſia biberent, ſpeciem autem panis in publica cœna ſumerent, ad domum tamen ſuam deferrent, vt poſtea eam manducarent. Verum præterquãquod hic ordo cõmunicandi præpoſterus nulla ratione probari poteſt, ſiquidem non prius ſanguis, quàm corpus Chriſti ſumendus eſt, ſed è contrario, vt ita huius Sacramenti ſignificatio perfecta ſit, nulla cauſa eſſe poterat, vt vna potius ſpecies in Eccleſia ſumeretur, alia vero domi ſumenda reſeruaretur. Adde quod, vt ait Hieronymus in prædicta apologia, aliqui domi Euchariſtiam ſumere conſueuerãt in illis diebus, quibus ob actum coniugalem Eccleſiam ingredi nõ audebãt.

Tertio eadem traditio probatur. *Euſebius. Dionyſius.*

Tertio probatur ex facto, quod narrat Euſebius lib. 6. hiſtor. cap. 36. ex epiſtola Dionyſij Alexand. nempe, cũ virquidam nomine Serapion ſenex, & ægrotus per puerũ accerſeret ſibi presbyterum, & ille etiam impeditus morbo ad ægrotum ire non poſſet, per eumdem puerum Euchariſtiæ particulam miſit, nempe, panis ſolum conſecrati: neq; enim credibile eſt, aliquid vini conſecrati puero deferendum cum manifeſto periculo effuſionis cõmiſiſſe. Id quod etiam probatur, quia presbyter puero præcepit, vt particulã illam, quòd iã arida eſſet, madefaceret, priuſquam ſeni porrigeret: ſignum igitur eſt, particulam ſolùm panis conſecrati fuiſſe.

32

Quarta ratio eiuſdem traditionis. *Siricius I. Felix III. Conc. Tolet. Conc. Sard. Conc. Agathenſe.*

Quarto probant aliqui ex vſu, quem in cõmunione laica antiquitus Eccleſia ſeruauit: ni in pœnã alicuius delicti grauis, negata clericis cõmunione clericali, laica ſolum concedebatur, vt patet ex Siricio I. cap. 11. & Fœlice 3. epiſtola 1. cap. 2. & Concilio Eliberitano, canone 76. & Sardicenſi capit. 2. & Agathenſi cap. 2, 5. & 50. Philippus Melanchthon, & Kemnitius irridẽt catholicos, quòd hac

Melanctho nis, & Kémnitij ignorantia, & reſponſio notatur.

hac vtantur ratione: eo quod communio laica ſolum dicta ſit, quia eorum erat, qui non conſecrabãt, & hanc pœnã infligi cõſueuiſſe ſacerdotibus, vt nõ conſecrarent, ſed ſolũ Euchariſtiã de manu alterius ſumerẽt. Verũ ridea mus & nos potius ignorantiã Philippi, & Kémnitij, quia cum in prædictis canonibus etiam diaconis, & alijs clericis hæc pœna infligatur, qui tamen conſecrare antea nõ poterant, per laicam communionem nequaquã, ea quã ipſi putant, intelligi poteſt, vt liquet.

Alia Kemnitij ſolutio.

Deinde reſpondet Kemnitius, communionem laicam eo tempore dictam fuiſſe à loco vbi laici communicabant, hoc eſt, inferiore parte templi. Et ſane in Concilio Toletano 4. canon. 17. diuerſa loca pro cõmunione deſignantur, primùm ſacerdotibus, atque leuitis, deinde clero, & poſtremo populo: in Bracharenſi etiam cap. 31. præcipitur, ne laici intra ſacrarium, ſed ſolum clerici cõmunicẽt. Verum ex ſola loci differentia non poſſe laicam communionem ab alia diſtingui, manifeſte colligitur ex canone illo 2. Concilij Sardicenſis: ibi enim Epiſcopi Epiſcopatum ambientes, ita communione priuantur, vt laica ſolum in fine vitæ illis concedatur: atqui in fine vitæ non poterant ipſi locum illum laicis deſignatum tenere; ac proinde in eo tẽpore non poſſet ab alia communione ratione foli us loci diſtingui. Quocirca nonnulli Recentiores exiſtimant, laicam communionem eam fuiſſe, quæ & loco, & materia à ſacerdotum, & miniſtrorũ communione diſtinguebatur, nempe, quòd eſſet in eo peculiari loco laicis deſignato, & quod ſub vna tantum ſpecie ſumeretur. Id tamen firmo aliquo fundamento confirmari nequit. Alij vero dicunt, laicam communionem in prædictis Concilijs eã vocari, quę laicis permittebatur tangẽda, & ad domum deferenda, ſi vellent. Hęc autẽ erat ſub ſpecie panis: nam calix ſanguinis non dabatur in manus laicorum, nedum permittebatur ad domum deferri. Id autem probant autoritate Cyrilli Hieroſolymitani. Nihilominus hinc probare contendunt vſum communionis ſub altera tantum ſpecie. Ego tamen ingenue fateor, ſi verum eſt, quod hi poſteriores de laica cõmunione docent, vſum vnius tantum ſpeciei inde non probari: nam quiſque facile dicere poſſet, laicam communionem nõ eſſe dictam ex eo, quod priuationem conſecrationis coniunctam haberet, neque ex ſolo loco, neque ex eo, quòd ſub vna tantum ſpecie fieret, ſed ex eo, quod fieret ſub vtraque ſpecie; more tamen laicorum; nõ quia peculiari aliqua veſte laicorum propria communicarẽt, hoc enim ſine fundamento diceretur, ſed quia fieret ità, vt communicans ſpeciem panis in manus proprias acciperet ad manducandum; at vero calicem manu ſua nõ contingeret, quod tamẽ cęteris de clero permitteretur. Ex hoc autem, quod quis ob peccatum priuaretur tactu calicis, aut etiam non ſineretur calicem in domum deferre, ſaltem non colligitur, ipſo etiam calicis potu priuari conſueuiſſe, ac proinde conſuetudo cõmunicandi ſub vna tantũ ſpecie ex hoc ritu efficaciter non probatur. Porro permiſſum fuiſſe laicis tangere ſpeciem panis, calicem autem non item, conſtat ex Cyrillo Hieroſolymitano catecheſi 6. myſtagogica, non longe ante finem, inquit enim: *Accedens autem ad Euchariſtiam, non expanſis manuum volis accede, neque cum diſiunctis digitis, ſed ſiniſtram, veluti ſedem quamdam ſubijciãs dextęræ, quæ tantũ Regem ſuſceptura eſt, & concaua manu ſuſcipe corpus Chriſti, dicens; Amen.* & paulo inferius: *Tum vero poſt cõmunionem corporis Chriſti accede & ad calicem ſanguinis illius, non extendens manus, ſed pronus adorationis in modũ, & venerationis dicens; Amen.* Hæc eadem communio (meo quidem iudice) peregrina dicta eſt, in Concilio Agathenſi canone 2. & 5. quæ clericis ob peccata aliquã ſolùm concedebatur. Dicitur autem peregrina, non ob peculiarem veſtem, cum qua peregrini communicarent, neque quòd ea aduentantibus peregrinis in ſignum pacis ſub vna tantum ſpecie mitteretur (neutrum enim facile probari poteſt) ſed quia aliena eſſet à ſacerdotibus, ſi eorum dignitatem cõſideremus: quod enim alienum ab aliquo eſt, peregrinum etiam ab eo dici cõſueuit: & ita hæc communio non peregrinorum, ſed peregrina dicebatur. Neque obſtat, quod idem Concilium canone 50. cõmunionem, quę ſacerdotibus ob delicta aliqua ſolũ concedebatur, laicam vocet, quominus dicamus, eamdem fuiſſe laicam, & peregrinam, nã vtroque nomine vna, & eadem communio recte vocari potuit.

33

Conc. Tolet. 4.

Concil. Bracharenſe.

Improbatur.

Concil. Sardicenſe.

Quæ licatur laica cõmunio.

34

Cyril. Hieroſolymit.

Cyril. Hieroſolymit.

Concilium Agathenſe, quam cõmunionem dixerit peregrinam.

35

Quinto probatur ex communione præſanctificatorum, quæ fiebat in Eccleſia Græca omnibus diebus Quadrageſimæ, exceptis diebus Dominicis, & Sabbathis, vt præcipitur in Concilio Laodiceno can. 49. & in canone 52. Trullano 6. Synodi. In Eccleſia vero Latina ſit ſolùm feria ſexta Hebdomadæ ſanctæ, cuius conſuetudinis in Latina Eccleſia meminit Innocentius primus, in epiſtola 1. cap. 4. S. Gregorius in lib. Sacramentorum, in officio Paraſceues: Ordo Romanus in officio etiam illius diei, & nunc etiam obſeruatur. Eſt autem cõmunio præſanctificatorũ communio Euchariſtię ſub ſpecie ſola panis,

Quinta ō ſi mario Eccleſiaſtica traditionis.

Conci. Laod. can. Sexta Synodus.

Innocent. I. S. Gregor.

Ordo Romanus.

36

quæ eo die non conſecrãtur, & ideo dicitur præſanctificatorũ, hoc eſt, antea ſanctificatorum. Cæterùm illud, quod in eodem libro, vbi agitur; *Qualiter celebrandum ſit officium Miſſæ*, dicitur, ad hoc ipſum confirmandum magni momenti eſt: nam, vt ibidẽ dicitur, mos erat in Romana Eccleſia cum Pontifex populum
37 cõmunicabat, parum ſanguinis Chriſti ex calice conſecrato in amphoram vini infundi, & ex eo toti populo poſt ſumptum corpus propinari: certum autem eſt, vi illius particulæ vini conſecrati totam illam amphoram non conſecrari, neque vmquam Eccleſia oppoſitum credere vllaratione potuit: ibi enim ſic dicitur. *Vinum etiã nõ conſecratũ, ſed ſanguine Domini cõmiſtum ſanctificatur per omnem modũ.* Tũ etiãcertũ eſt, nõpotuiſſe omnes aliquid illius particulæ cõſecratæ percipere: ſignũ igitur eſt, communionem ſub altera tãtum ſpecie ab eo tempore Romæ fuiſſe, & hoc etiã quando Pontifex totum populum communicabat: hic autem liber ante tempora Caroli Magni conſcriptus fuit, cum Magiſter Caro-
Alcuinus. li Alcuinus illum citet. Ex quo etiam colligi poteſt, quamuis in cõmunionibus, in quibus pauci laici communicabant, fuerit vſus calicis conſecrati, tamen in cõmunione totius populi, qualis fieri conſueuit in Paſchate, &
38 alijs ſolennitatibus, non potuiſſe totũ populum ſub vtraque ſpecie communicare, quia non potuit pro tanta hominum multitudine calix aliquis ita magnus conuenienter conſecrari, neque vllus ex antiquiſsimis, qui extant, tã eximiæ magnitudinis vſquã viſus eſt. Verum quia ex calice conſecrato aliquid infundebatur vino non conſecrato, fortaſsis dicebatur laicos etiam ſumere calicẽ ſanguinis. Denique hunc vſum longo tẽ-
Concil. Conſtantienſe Baſilienſe. Hoſius. pore in Eccleſia fuiſſe, teſtatur Conciliũ Cõſtantienſe ſeſsione 13. & Baſilienſe ſeſsione 30. imo vt ſcribit Hoſius Cardinalis in dialogo de vtraque ſpecie, ex hiſtorijs Poloniæ aperte colligitur in ea Eccleſia numquam fuiſſe vſum vtriuſque ſpeciei. Hactenus probatum eſt licitam eſſe communionem laicorum in Eccleſia ſub altera tantum ſpecie, id
Concil. Florent. quod maxime etiam confirmat, quod Græci in Concilio Florentino, aut vſquam alibi nũquam in Eccleſia Latina eam reprehenderunt, etiam ſi ipſi vtraque ſpecie ſemper vſi fuerint, cum tamen multa alia, tamquam falſa, & minime licita contra Eccleſiam Latinam obiecerint: ob id tamen negare non poſſumus, etiam in Eccleſia Latina fuiſſe vſum vtriuſque ſpeciei, & vſque ad tẽpora Sancti Thomæ duraſſe, vt ex hoc articulo manifeſte colligitur, & in concluſione illius notauimus.

Iure optimo Eccleſiam Latinam communionem ſub vtraque ſpecie laicis interdixiſſe.

CAPVT IIII.

RELIQVVM Eſt, vt oſtendamus, iure optimo Eccleſiam Latinã vſu calicis laicos in vniuerſum priuaſſe, & cõmunionem ſub altera tantum ſpecie illis reliquiſſe. Et imprimis quidem à tempore Concilij Conſtantienſis
Concil. Conſtant. vſum calicis laicis vetitum fuiſſe certum eſt, ita enim prohibitum eſt ſeſsione 13. illius, &
Martin. V. Concil. Baſilenſe. Martinus V. in epiſtola ad ipſum Conciliũ eodem modo prohibuit, & poſtea in Concilio Baſilienſi ſeſsione 30. & tandem in Concilio Tridentino ſeſsione 21. cap. 1. nullam autẽ antiquiorem legẽ in Eccleſia fuiſſe, qua vſus calicis laicis prohiberetur, manifeſtum eſt: ac proinde non mirum, ſi tempore B. Thomæ in
Conc. Trid. aliquibus Eccleſijs Latinorum adhuc vigeret vſus communionis ſub vtraque ſpecie, ſicut planè ipſe affirmat in hoc art. 12. Porro poteſtatem condendi huiuſmodi legem penes Eccleſiam eſſe, definit Concilium Tridẽtinum ſeſsione 21. cap. 2. cum declarat, poteſtatem in Eccleſia ſemper fuiſſe, vt in Sacramẽtorum adminiſtratione, ſalua illorum ſubſtãtia, ea ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipientiũ vtilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum veneration pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret. Colligit autem ex illo 1. ad Corinthios 4. *Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei*. Et peculiari ratione circa vſum huius Sacramẽti ex illo 1. ad Corinth. 11. *Cæteracum venero diſponã.* Cum tamẽ paulo antea multa de vſu huius Sacramenti dixiſſet. Et hoc manifeſta ratione probatur: nam in ijs, quæ iure ipſo Diuino circa vſum Sacramentorũ nobis præſcripta nõ ſunt, nihil obeſſe poteſt, quominus Eccleſia libere leges, & præcepta ferre queat. Hinc autem idem Cõcilium colligit, quamuis ab initio Eccleſiæ vſus huius Sacramenti ſub vtraque ſpecie non infrequens fuerit; nihilominus grauibus, & iuſtis de cauſis conſuetudinem communicandi ſub altera ſpecie tantum pro laicis Eccleſiam confirmaſſe, & pro lege tradidiſſe, quã nemini reprobare, & ſine ipſius Eccleſiæ conſenſu mutare, licitum eſſe, Concilium ibidem declarat.

39

S. Thomas.

1. ad Cor. 4.

1. ad Cor. 11.

40

Iam vero explicemus iuſtas cauſas, ob quas

hæc

Dum cauſæ interdicendi laicis vſu calicis.

hæc lex ab Eccleſia lata fuit. Duæ autẽ fuerunt potiſsimæ: prior, vt extirparentur hæreſes obortæ contra vſum huius Sacramenti. Poſterior autem vt incommoda aliqua, quæ in vſu calicis accidere poterant tollerentur. Circa priorẽ cauſam noſter Turrianus lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum Clementis cap. 13. notat, initio naſcentis Eccleſiæ Apoſtolos noluiſſe, vt populus ſanguinem ſumeret ad roborandam fidem de carne Chriſti cõtra hæreſim futuram Manichæorum, qui veram carnem Chriſti, ac proinde ſanguinem etiam negabant. Contra quos etiam Leo Magnus ſermone 4. de Quadrageſima, poſtea etiã locutus fuit, atque, vt volunt Recentiores aliqui, vſum calicis commendauit: illorum vero errore iã extincto, non opus eſt, inquit Turrianus, laicis calice pro communione. Addũt autem Recentiores, extincto hoc errore Manichęorũ, ortum fuiſſe alium, nempe, totum Chriſtũ nõ eſſe ſub ſingulis ſpeciebus, ideoque oportere vtramque in communione ſumere, vt totus Chriſtus ſumatur. Quem errorem putant ex tempore Berengarij, & errore illius fuiſſe confirmatum. Nam cum ille diceret, Chriſtũ vere non eſſe in Euchariſtia; ſed ſolũ in ſigno, ex eius errore ſequebatur, totũ Chriſtum non eſſe ſub qualibet ſpecie.

Turrianus.

Leo Mag.

41

Berengarius

Ego tamen exiſtimo, neque propter Manichęorum hęreſim commendatum fuiſſe ab Apoſtolis, aut à Leone I. vſum calicis neq; ad tollendum errorem illum, qui antea ortus eſſet, circa integritatem Chriſti ſub Euchariſtia vſum calicis laicis fuiſſe ſublatum: ſed primum propter incomoda, quæ non raro in vſu calicis accidebant: deinde etiam, vt alteri errori obuiaretur. Vſum igitur calicis non fuiſſe ab Apoſtolis conceſſum ob eorrem futurum Manichęorum, inde patet, quia ſola cõmunione corporis Chriſti tali errori ſatis ſuperque occurrebatur: qui enim ſumeret ſpeciem tantum panis conſecrati, vere credens corpus Chriſti verum ibi contineri, errori Manichęorum omnino aduerſaretur. Permiſſus igitur tunc fuit laicis vſus calicis deuotionis gratia, cum nullum adhuc Apoſtoli incommodum in eo experti eſſent. Leo autem non cõmendauit vſum calicis cõtra Manichæos, ſed admonuit, vt diligẽter obſeruarẽt quoſdam Manichęos, qui vt ſe catholicos ſimularent, ita ſumebant calicem, vt ſanguinem nõ haurirent in altera ſpecie, nobiſcum exterius omnino conſentientes, ſicut cap. 1. vidimus. Præterea, vſque ad tempora Concilij Conſtãtienſis, vbi primũ ſublatus fuit laicis vſus calicis, nullũ fuiſſe exortũ errorẽ circa integritatem Chriſti ſub qualibet ſpecie, ibidem etiam probauimus. Quare dici non poteſt, ad tollendum illum, talem legem in Eccleſia latam fuiſſe. Quod ſi hac occaſione vſus calicis ſublatus eſſet, multò ante tempora Concilij Conſtantienſis, imo ante Leonem primũ ſublatus fuiſſet. Nam ſi ex aliquo colligere poſſemus, talem errorem vnquam in Eccleſia fuiſſe, maxime, vt vidimus cap. primo, ex Iulio 1. qui Leone antiquior fuit. Adde, quod non conſtat, tempore Concilij Conſtantienſis talem errorem perſeueraſſe, vt occaſione illius talis lex lata eſſet. Ob id tamen non inficior, ſi Bohemis vnquam conceſſus fuit vſus calicis poſt Concilium Conſtantienſe, ſub ea cõditione conceſſum fuiſſe, vt faterentur, totum Chriſtum ſub qualibet ſpecie contineri, vel quòd de hoc errore ſuſpecti eſſent, vel vt ei aliquo modo occurreretur, ne occaſione vſus calicis, in illum inciderent, ſicut diſputatione præcedente, capitul. 3. notauimus.

Non eſt interdictus vſus calicis propter Manichæos.

42

Iulius. 1.

43

Reſtat igitur, vt laicis vſu calicis primum interdictum fuerit ad vitandum incommoda, quæ ex illo oriri poterant. Et vt prætermittamus ea, quæ in aliquo genere perſonarũ peculiaria ſunt, quia nimirum multi natura ſua vinum abhorrent, & in quibuſdam regionibus pro omnibus, qui communicent tanta vini copia vix haberi poſſet: illud quidem commune eſt, quod iam in tanta hominum multitudine, & varietate ſenum, iuuenum, & mulierum maximũ periculum eſt, vt aliquid ſanguinis effundatur. quod quidem multo magis cauendum eſt, quàm ne aliquid corporis Chriſti in terram decidat: hoc enim colligi poteſt, gutta autem ſanguinis nequaquã. Hæc autem, & alia huiuſmodi communia incommoda recte confirmãtur exemplis, quę refert AEneas Siluius in dialogo de communione ſub vtraquè ſpecie, & in actis inter legatos Baſilęæ, & Bohemorũ in Egra oppido Germanię, vbi ſuper hac re conuenerãt. Quia vero minime expediebat, vt quibuſdam concederetur vſus calicis, alijs vero ob huiuſmodi incommoda denegaretur, cum iam diu plurimæ Eccleſiæ vna tantum ſpecie pro laicis vterentur, in Concilio Conſtantienſi rectè ſtatutum eſt, vt omnes in vniuerſum laici vna tãtum vterentur. Poſtea verò ortus fuit error quem 1. cap. memorauimus Vvicleffitarum in Pragenſi Ciuitate, qui dicebant, iniuſtè alterã ſpeciem laicis ſublatam à Concilio fuiſſe. Et hac etiam occaſione meritò poſtea in Concilio Baſilienſi, & Tridentino renouata eſt; in Concilio autem peculiariter hic error damnatus & in deteſtationem illius prędicta lex in vniuerſum confirmata.

Incõmoda propter quæ laicis ſublatus eſt calix.

44

AEneas Siluius

Cõcil. Baſilienſe. Tridentinũ.

Cæterum ex his, quæ diximus, & ex doctrina à nobis tradita 1.2.diſput. 178.cap.4. facile colligemus, an Romanus Pontifex diſpenſare cum aliqua perſona natione, aut ciuitate poſsit, vt pro cõmunione calice libere vtatur: cum enim, vt in ea diſputatione diximus, ſine cauſa aliqua rationi conſentanea legiſlator in ſua lege diſpenſare iuſte nequeat: ſequitur, perſeuerante in aliqua ciuitate, aut natione hæreſi illa de neceſsitate vtriuſque ſpeciei ad ſalutem, iuſta de cauſa diſpenſari cum ea non poſſe: quia vigente hæreſi ratio ipſa poſtulat, vt Pontifex legem contra illã latam vniuerſe, & ſine diſpenſatione conſeruet. Remoto autem hoc errore, & alio quocumque, licet non videatur ſubeſſe cauſa ad abrogandam legem, aliqua tamen eſſe poterit, vt cum aliaqua peculiari perſona, imo & cum ciuitate, aut natione diſpenſetur, ſicut refert Gaſpar Caſalius lib.3. de cœna, & calice Domini c.2. Paulũ III. cũ Bohemis diſpenſaſſe, depoſito tamen prius errore prædicto: & fertur etiam Clementem VI. cum Rege Angliæ eadem diſpenſatione calicem conceſſiſſe anno 1341. Sẽper etiã ab hac cõmuni lege excipitur Maior diaconus qui Sũmo Põtifici celebranti aſsiſtit, is enim ſub vtraq; ſpecie etiam cõmunicat. Idemque ſeruatur Pariſijs in Conuentu Cluniacenſi, vt refert Claudius Sainctes repetitione 10. de Euchariſtia, cap.20. tametſi, vt ſcribit noſter Turrianus lib.8. conſtitutionum Apoſtolicarum Clemẽtis cap.31. propter errorem Huſitarum inſurgentem diaconum ſuum in Miſſa ſolenni ſola ſpecie panis communicare permiſit. Quamuis autem laici apud Græcos ſemper communicent ſub vtraque ſpecie, vtpote, ſchiſmatici ſuum morem ſequentes: obid tamen ab Eccleſia Latina numquam reprehenſi ſunt, neque in Concilio Florentino ipſis talis communio vetita fuit, eo, quod ipſi ſine vllo errore ea vtantur.

Caſalius.

46

Sainctes. Turrianus.

Concil. Florent.

Neque vero tantæ virtutis ad obligãdum hæc lex Eccleſiaſtica eſſe poteſt, ſicut falſo nonnulli arbitrantur, vt in nullo prorſus caſu liceat laico calicem ſumere: nam cum ſit humana lex, non poteſt epijKiæ, ſeu emendationi nõ eſſe ſubiecta, iuxta ea, quæ 1.2.diſp. 176.cap.3. diximus, taliſque caſus euenire poteſt, vt ſeruare hanc legem contra rationem eſſet, veluti, ſi ſacerdos, antequam calicem ſumeret, moreretur, & deinde ſanguis ſeruari non poſsit niſi cum periculo, vt ſpecies acceſcerent, & corrumperentur, aut in manus infidelium deuenirẽt, aut aliquid ſimile, niſi à laico ſumerẽtur: tunc enim perniciosa redderetur legis obſeruatio, ac proinde lex ipſa per epijKiam emendanda eſſet: ac proinde laicus, qui ad eſſet, ſanguinem Chriſti ſumere poſſet.

47

Argumenta aduerſariorum ex Scriptura petita diluuntur.

CAPVT V.

ARGVMENTA Vero hæreticorum, quibus probari contendunt non potuiſſe Eccleſiã vſu calicis laicos in cõmunione priuare, partim ſunt ex Scriptura, partim vero ex Patribus, & ratione petita: in hoc autem capite ea, quę ex Scriptura ſolum deprompta ſunt, diluemus.

Primum teſtimonium eſt Ioannis 6. *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis vitam in vobis*: quo conuictus fuit Petrus Dreſdenſis, ſicut in 1.cap. diximus, vt prædictum errorem de neceſsitate vtriuſque ſpeciei doceret. Nam particula, *Niſi*, neceſsitatem indicat; cumque non ſolum referatur ad vnam, ſed ad vtrãque ſpeciem, vtriuſque neceſsitatem denotare videtur. Omiſſo autem reſponſo quorumdam catholicorum, qui, vt hoc argumentum diſſoluerent, abſque vlla probabilitate dixerũt, cap.6. Ioãnis intelligendum ſolũ eſſe de mãducatione ſpirituali, quę fit per fidem: ita vt idem ſit manducare carnem Chriſti, & bibere eius ſanguinem, quod veram eius humanitatẽ & mortem credere, alio modo huic teſtimonio reſpondendum eſt: nam diſput.176 cap.4. ſatis ſuperque demõſtrauimus, ſecundum fidem catholicam negari non poſſe, ab illis verbis: *Et panis, quem ego dabo, &c.* de mãducatione reali carnis Chriſti in hoc Sacramento ſermonem eſſe: ea vero, quæ in hoc argumento citauimus, poſtea dicta fuerunt, ac proinde de manducatione, & potu reali neceſſario intelligenda ſunt.

48 Explicatur locus. *Ioan.6.* *Petrus Dreſdenſis.*

Iam vero alias huius argumenti ſolutiones, quæ probabiliusadhiberi ſolẽt, examinemus. Prima eſt, ita vt vis huius præcepti ſit in re, quæ ſumenda eſt, non in modo ſumendi illã, continent enim (inquiũt nonnulli) non ſimplex præceptum, ſed medium, ſeu remedium conſeruandæ vitæ ſpiritualis per Baptiſmũ adeptæ, & conſequenter præceptũ, quia hoc ipſo, quòd eſt medium aliquod ad conſeruãdam vitam, debemus illud aſſumere; ex quo inferunt, cathecumenos hoc præcepto non teneri

Aliquorũ ſolutio.

48

teneri, quia nondum vitam per Baptismum adepti sunt. Porro remedium conseruandi vitam, dicunt, nõ consistere in speciebus panis, & vini, neque in modo sumendi corpus, & sanguinem, videlicet, manducando, aut bibẽdo, sed in suptione corporis, & sanguinis quocumque modo illa sumantur, & quia sub speciebus panis non solum caro Christi, sed etiã sanguis eius sumitur, ideo dicunt, eiusmodi præcepto altera tantum specie satisfieri.

Reijcitur primò.

Hoc tamen responsum mihi non probatur, primum: quia, vt supra ostendimus, disp. 169. cap. 3. Eucharistia sub nulla specie est mediũ necessarium ad salutem, vel perseuerantiam, ac proinde præceptum illius nasci nõ potuit ex ratione medij, si illud necessarium non est.

Secundò.

Deinde, quia licet esset medium necessariũ ad salutem, vel perseuerantiam, ratio necessarij præcepti non nasceretur ex ratione medij, sed potius è contrario, sicut in tractatu de Pœnitentia ostendemus in Sacramento Pœnitentiæ: Nam cum non esset medium ex natura rei, sed ex Dei voluntate, si in præcepto non esset, sed liberum reliqueretur, non posset esse necessarium medium, sed omnino liberum.

50

Tertiò.

Postremo, quia verba Domini: *Nisi manducaueritis, &c.* non tantum referuntur ad rem ipsam sumptam, sed ad modum sumẽdi eam: nam, *Manducare*, & *bibere*, si verba proprie vsurpentur cuiuis speciei cõuenire non possunt; neque enim sanguis sub specie panis bibi dicitur, sicut neque corpus sub specie vini manducari: vt optime notauit Innocentius III. lib. 4. de mysterijs Missæ cap. 21. quamuis sumi dicatur: Christus autem præcipit, vt bibamus; alioquin, si prædictam solutionem probare velimus, oporteret, vt impropriè verba prædicta capiamus, & ita nihil in eo capite de calice sanguinis Christi dictum putemus, quod est absurdum. Cum enim, inquit Christus: *caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*, non possumus non de sanguine sub specie potus intelligere. Adde, quòd illis verbis: *Nisi manducaueritis, &c.* si in triduo fieret consecratio, aut totus Christus in Eucharistia non esset, non minus satisfaceremus sumendo solam speciem panis, & sub illa solum Christi corpus, quam nũc; alijs autem verbis: *Et biberitis eius sanguinem*, nullo modo satisfacere possemus, nisi sumendo speciem vini, vt patet: accidentarium autem omnino videtur obligationi, & obseruationi huius præcepti, quòd iam post Resurrectionem totus Christus sub qualibet specie contineatur: ergo, *Manducare*, ad solam speciem panis refertur, *Bibere*, autem ad solã speciem vini. Porro quod prædicti Theologi dicunt, cathecumenos non teneri præcepto communionis, falsum esse constat ex ijs, quæ supra disput. 214. cap. 4. diximus.

Innocent. 3.

51

Altera solutio non improbanda est, particulam, *Et*, in prædictis verbis habere vim disiunctiuæ, vt Actorum 3. *Argentum, & aurum non est mihi*, proeo, quod est: *Argentum, vel aurum non est mihi*: aut quòd eodem recidit, si notionem habeat coniunctionis, ita illam habere, vt iuxta phrasim Hæbraicam, quam sacri Scriptores in altera lingua scribentes, & interpretes etiam sæpenumero sequuntur, repetat etiam negationem præcedentem, & sensus sit: *Si neque manducaueritis carnem Filij hominis, neque biberitis, &c.* & hoc modo argumentum sumptum exillis verbis nihil probat. Nam ille, qui horum alterum præstat, sine dubio præcepto satisfaciet, & vitam habebit, quam solum Christus negat ei, qui nihil horum faciet. Quocirca recte statim addidit: *Et qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Et rursus: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Ex quibus verbis, & alijs similibus Concilium Tridentinum sessione 21. cap. 1. recte colligit, huic præcepto satisfacere, qui solum manducat, ac proinde qui alterã tantum speciem sumit; si enim præcepto nõ satisfaceret, vitam habere non posset. Neque enim opus est in sola manducatione Christi, aut carnis eius, quæ est panis supersubstantialis, intelligere etiam reliqua.

Solutio secunda. *Actor. 3.*

52

Conc. Trid.

Tertia efficax.

Augustinus.

Genes. 1.

53

Præceptũ Eucharistiæ sub vtraque specie toti Ecclesiæ impositũ est.

Tertia solutio, quæ mihi multo magis probatur, est, multa esse præcepta, quæ toti Ecclesiæ cõueniunt, ita vt per aliquos, nõ per singulos implenda sint. Nam, vt optime obseruauit Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana c. 17. pro intelligentia Diuinarum Scripturarum quædam in Scriptura omnibus cõmuniter præcipiuntur, quædam singulis: prioris generis putat esse præceptũ illud Genes. 1. *Crescite, & multiplicamini, &c.* Sic igitur illud præceptum. *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis, &c.* prout vtramque speciẽ complectitur, pro vniuersa Ecclesia latũ fuisse, intelligendum est; quia præceptum est sacerdotibus sub vtraque specie sumendi hoc Sacramentum, pro singulis autem non item, sed satis est illud: *Qui manducat hunc panẽ, &c.* Neque vero putamus, hoc præceptum ita latum fuisse pro sacerdotibus, vt quisque eorũ eo teneatur, sed vt toti Ecclesiæ, ne in ea hoc integrum sacrificium sub vtraque specie desit, impositum sit. Neque etiam obstat, quod Dominus cũ Capharnaitis ioqueretur, & ita eis necessitatem huius Sacramenti exponeret: nã eo ipso, quod in vniuersum dixit Christus, necessariam esse in sua Ecclesia vtrinsque

que ſpeciei conſecrationem, denotauit, etiã ipſis Capharnaitis, & ſingulis fidelium neceſſarium eſſe de hoc Sacramento participare, eo modo, quo Eccleſia iudicauerit. Denique cum dicitur in eodem 6.c.Ioann. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo*: etiam ſi de laicis, qui ſub vtraque ſpecie permittuntur communicare, intelligatur, tamen inde non colligitur, talem communionem illis neceſſariam eſſe: nam vt ſupra vidimus etiam cap.2. ſoli etiam
45 mãducationi corporis Chriſti tribuitur ſalus & vita ſpiritualis animæ. Quod vero aliqui prædictum locum Ioannis intelligũt de ſpirituali manducatione, & potatione per viuam fidem relatam ad Sacramentum actu, ſiue voto ſuſceptum, ſiue ſub vna, ſiue ſub duabus ſpeciebus, non eſt opus refellere, tũ quia ſtatim manifeſte apparet, minime quadrare contextui, cum eiſdem verbis, quibus ſignificatur manducatio, & potatio huius Sacramenti, tribuatur ſpiritualis manducatio, & potatio ſimul. Sacramentalis autem, & corporalis manducatio, & potatio ſimul non itẽ, ſed aut vtraque, aut altera tantum ſub diuiſione: quam diuerſitatem ſub eiſdem verbis contineri impoſsibile eſt. Tum etiam quia in eo capite, quando Chriſtus illa verba dixit, iam agebatur de Sacramentali, & corporali manducatione, & potatione, non de ſpirituali, vt diſput.179.cap.4. ex profeſſo probauimus.

Teſtimonium ſecũdum, ex Matth.26. exponitur

Secundum teſtimonium Scripturæ eſt Matth.26.: *Bibite ex eo omnes*, quo præſertim nitũtur Lutherus, Buccerus, Philippus, & alij huius temporis hæretici, affirmantes, hoc eſſe dictũ Aeterni Dei, quod omnes homines comprehendit. Verùm, ſi recte cætera verba Euangeliſtarum expendamus, manifeſtè oſtẽdemus, per omnes non intelligi cũctos homines futuros, ſed ſolos Apoſtolos, qui tũc cum Chriſto cœnabant. Nam quod Matthæus dixit; *Bibite ex eo omnes*. Luc.cap.22. *Accipite, & diuidite inter vos*. Marcus vero cap.4. *Et biberunt ex eo omnes*. Cum igitur omnes, quibus dictum eſt: *Bibite ex eo*, ſint illi, qui acceperunt de manu Chriſti, & inter ſe diuiſerunt, & qui iã biberunt, & tamen nõ omnes
55 homines iam biberent, plane ſequitur, per omnes ſolũ Apoſtolos intelligi: id quod maxime confirmatur ex eo, quod antea dictũ, eſt: *Cœnantibus illis, &c. & ait: Accipite, & comedite, &c.* quæ omnia de Apoſtolis ſolũ dicta intelliguntur.

Luc. 22. Marc. 14.

Lutheri inſtantia futilis.

Verum inſtat Lutherus in hunc modum, non ſine myſterio dictum videtur: *Bibite ex eo omnes*, cum tamen à Chriſto dictum nõ ſit, *Manducate ex eo omnes*, nempe, quòd præuideret Chriſtus, aliquos futuros in Eccleſia, qui calicem Domini fidelibus denegarẽt. Verùm Lutheri obiectio futilis eſt, & inanis: primum, quia Eccleſia in canone Miſſæ refert, ſimilia verba de pane conſecrato Chriſtũ dixiſſe, nimirum: *Mãducate ex hoc omnes*, illaque refert Ambroſius lib.4. de Sacramentis cap.5. Deinde, quia licet ita eſſet, vt contendit Lutherus, quòd illa verba de pane conſecrato non dixerit, tamen peculiari alia ratione de calice ea dixiſſet: nam cum non dederit illis panem, vt inter ſe diuiderẽt, & frãgerent, ſed in partes diuiſum inter illos diſtribuerit, & tamẽ calicem dederit, vt interſe diuiderent & quiſq; modicũquid de illo acciperet, recte dixiſſet. *Bibite ex eo omnes*, aut *diuidite inter vos*, etiãſi ſimilia verba de pane cõſecrato non dixiſſet. Adde, quòd licet, illud, *Omnes*, ad Apoſtolos ſolum dictum fuerit, in ipſis etiam intelligi poſſunt ſacerdotes, qui ipſis ſucceſſerũt. Quomodo autem illud explicet Paſchaſius, videbimus infra cap. vltimo.

Enerua-tur primò. *Ambroſius.*

Secundò.

56

Paſchaſius.

Deinde inſtant hæretici, & ex illo Matthæi 26. & Marci 4. *Qui pro multis effundetur.* & Lucæ 22. *Qui pro vobis fundetur*, prædictam ſolutionem impugnant hoc modo. Calix datur omnibus, pro quibus effunditur: quis autem neget, pro omnibus etiam laicis effuſum fuiſſe? ergo omnibus etiam laicis dari præcipitur. Verùm, quis nõ videat, ex ijs verbis nõ conſtare, eos omnes debere ſanguinem bibere, pro quibus in cruce effuſus fuit? nam, & pueri non debent bibere, etiam ex ſententia hæreticorum huius temporis, neque ij, qui vinum abhorrent, & tamen pro his omnibus effuſus fuit. Mitto multas alias leuioris quidem monẽti, & futiles obiectiones Caluini, quibus noſter Bellarminus plenè, ſicut & præcedentibus etiam ſatisfacit, tomo 2.libr.4. de Euchariſtia cap.25.

Hæreticorum obiurgatio contra eãdem expoſitionem.

56

Bellarmin.

Tertium teſtimonium Lucæ 22. illuſtratur.

Tertium teſtimonium eſt Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* Ex quo hæretici argumentantur in hunc modũ. Hic iubet Chriſtus, vt Apoſtoli, & reliqui ſucceſſores faciãt id, quod ipſe fecit: ipſe autem conſecrauit, ſumpſit, & omnibus præſentibus vtrãque ſpeciem dedit, Id quòd etiam confirmãt ex illis verbis, *Similiter, & calicem*: hęc enim (inquiunt hæretici) denotant calicis, & panis conſecrati eamdem eſſe rationem: ergo neceſſe eſt, vt laicis vtramquè ſpeciem tribuamus. Reſpondent aliqui, illud, *Hoc facite in meam commemorationem* non ſine myſterio poſitum eſſe poſt ſumptionem corporis, & ante conſecrationem calicis, vt ita Chriſtus hæreticis omnem erroris occaſionem amputaret: illud

Alij quorũ expoſitio.

illud autem; *similiter & calicem*, dicunt, solùm referri ad sumptionem ipsam calicis, vt sensus sit: *Similiter, & calicem accepit*: nam ad reliqua omnia, quæ circa panem consecratũ
58 Christus fecisse dicitur, non potest vllo modo referri, vt ea omnia sub illa particula, *similiter*, intelligantur: nam nequè fregit calicem, neque ipse diuisit, sed ipsis discipulis, dedit diuidendum; cum tamen hæc duo circa panẽ fecerit. Et cum Paulus habeat eandem particulam *Similiter* 1. ad Corinth. 11. non tamen dixit de calice *dedit*, sed *accepit*. Porro prędictam particulam, *Similiter*, non referri ad illum, *Hoc facite*, probant ex contextu, dicitur enim *Similiter & calicem postquam cœnauit dicens; hic calix, &c.* necesse autem est intelligi verbum aliquod, cum quo rectè cõgruat vox illa, *Calicem*, ea autem solum congruere potest cum verbo, *Accepit*, cum illo autem, *Hoc facite* nequaquam, vt patet. Ego tamẽn censeo, quamuis illud, *Hoc facite, &c.* esset etiam post consecrationem calicis expressum, aut ratione particulæ, *Similiter*, intelligeretur, fore, vt ex hoc loco nihil hæretici probarent. Et sanè, cum illud, *Hoc facite*, vel quid simile Paulus habeat 1. ad Corinth. 11. non solum post verba consecrationis panis, & post distributionem illius, sed etiam post consecrationem calicis, & illius propinationem, alia nobis solutio quærenda est: inquit enim Paulus; *Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens; Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescunque bebetis in meam commemorationem.* Vbi verba illa, *Hoc facite*, bis ponuntur, & post corpus, & post sanguinem: & statim subditur, quo pacto mors Christi annũciabitur, tam potu calicis, quã manducatione corporis illis verbis. *Quotiescũquè enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini anunciabitis donec veniat.* Scio, quosdam acute etiam respondere, verba illa, *Hoc facite*, apud Paulum alio modo posita esse post calicem, quam post corpus Chri-
59 sti. Nam post calicem nõ dicitur absolute *Hoc facite*, sed additur *Quotiescunque bibetis*. Nihilominus placet mihi tertia illa solutio, quã primo testimonio adhibuimus, vt hoc præceptum, quod attinet ad vsum calicis, sit pro tota Ecclesia non autem pro singulis. Quomodo autem ex his verbis colligatur præceptum sumendi Eucharistiam in memoriã passionis Christi, & an expressa intẽtione in hoc Sacramento annunciari debeat, diximus supra disput. 213. c. 2.

1. ad Cor. 11.

Autoris explicatio

Quartum testimonium, ex quo argumentãtur hæretici, est 1. ad Corinth. 11. *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis.* In quibus verbis putant hæretici esse præceptum Apostolicum: cumquè postea addatur; *& sic de pane illo edat, & de calice bibat*, colligũt, præceptum esse Apostolicum vtriusquè speciei. Hoc modo argumentatur Lutherus lib. de captiuit. Babilonica cap. de Eucharistia. Verùm eius argumentatio friuola est, primũ quia licèt concederemus, hoc fuisse Apostolicum præceptum, nihilominus Eccelsia, & summus Pontifex potuerunt illud iustis de causis abrogare: nequè enim maior fuit potestas Apostolorum, quàm Ecclesię, & Pontificis inferendis præceptis. Deinde respondetur, verbum, *Tradidi*, non esse præcepti, sed doctrinæ: ineptus enim redderetur sensus, si esset verbum præcepti hoc modo. *Ego enim accepi à Domino, quod & præcepi vobis, quoniam Dominus Iesus, &c.* Quo circa Kemnitius fatetur, Apostolum hic nihil præcepisse, sed præceptum Domini tradidisse, illud autem esse de sumenda vtraquè specie. Verum in textu Pauli nullum aliud verbum præcepti Christi pro vtraque specie videtur esse, nisi illud, *hoc facite, &c.* de illo autem in præcedente testimonio iam satis dictum est. Iuxta quod, & sententia Ioannis Hesselani nobis placet, qui ait, verba illa, *Hoc facite*, referenda esse ad totam actionem, & Christi, & discipulorum: id enim probat auctoritate Patrum, ex quibus aliqui referunt ad actionem Christi, alij vero ad actionem discipulorum; ad actionem Christi Cyprianus lib. 2. epistolarum, epistola 3, quæ nunc est 63. & Damnascenus lib 4. de fide cap. 14. Ad actionem vero discipulorum Basilius lib. de regulis moralibus regula 21. & Cyrillus lib. 12. in Ioannem cap. 58. & Concilium Tridentinum sessione 13. cap. 2. vt supra expendimus disput. illa 213. c. 2.

Quartum testimoniũ ex 1. ad Corint. 11. exponitur.

60

Lutherus.

Kemnitius.

Hesselanus.

61

Cyprianus.

Damascen. Basilius. Cyrillus. Conc. Trid.

Argumenta hæreticorũ desumpta ex testimonijs Patrum, & ratione disoluuntur.

CAPVT VI.

LEVIORA Quidem sunt hæreticorum argumẽnta ex testimonijs Patrum deducta, ea tamen paucis disoluere oportet. Et ne singulatim ad ea respondeamus, cum multa eodẽ modo intelligẽda sint, ad tria capita omnia reduce-

Testimonia Patrũ ad tres classes reducta soluuntur. Prima

reducemus. Quidam enim illorum ſolum dicunt, populum bibere ſanguinem, aut ſacerdotes illi calicem ad bibendum ſanguinẽ porrigere. Ex quibus nihil aliud probari poteſt, quam eo tẽpore laicis vſum calicis fuiſſe permiſſum; inde tamẽ non licèt inferre, illis etiã neceſſarium eſſe. Hi autem ſunt Ignatius in epiſtola ad Philadelphienſes (etiam ſi ſequamur literam, quam hæretici citant, nẽpe *Vnus calix omnibus diſtributus*, cum tamen in Latinis codicibus non ſic habeatur, ſed *vnus calix totius Eccleſiæ*) Tertullianus lib. de reſurrectione cap. 8. Origenes homil. 16. in Numeros, Cyprianus lib. 2. epiſtolarum, epiſtola 2. quę nũc eſt 54. vbi inquit, ſanguinem Chriſti dandum eſſe fidelibus, vt roborentur ad martyrium: Ambroſius apud Theodoretum lib. 5. hiſtoriæ cap. 18. loquens cum Theodoſio in hæc verba; *Qua audacia poculum ſanguinis pretioſiſſimi tui participabis?* Hieronymus in cap. 2. Malachię: Auguſtinus q. 57. in Leuiticum, Gregorius lib. 4. dialogorum cap. 58. & homil. 22. in Euangelia, Beda in homilia Epiphaniæ, Haymon in cap. 10. prioris ad Corinthios explicans illud, *Calix benedictionis, &c.* Theophylactus in cap. 11. prioris etiam ad Corinthios. Prætermitto alia, quæ noſter Cardinalis Bellarminus copioſe, & docte ad ſingula hæc teſtimonia reſpondet: ſufficit enim hæc cõmunis ſolutio, quã adduximus. Alij verò Patres ita tribuere videntur vitam ſpiritualẽ animæ potui ſanguinis Chriſti, vt exiſtimare videantur, ſine illo exhiberi non poſſe. Ita loqui videtur Clemens Alexandrinus lib. 2. Pedagogi cap. 2. vbi ait. *Bibere ſanguinem Ieſu, eſt participem eſſe incorruptionis Diuinæ*, ex quo colligunt hæretici è contrario, non poſſe quem incorruptionẽ participare, niſi bibe rit ſanguinẽ. Reſpondent aliqui, ſanguinem Chriſti cauſam eſſe incorruptionis, non quia bibitur ſub ſpecie vini, ſed quia ſumitur, & quia ſub ſpecie panis continetur, ideo ſumptus ſub ea etiam viuificat. Verùm cum non minus viuificaret caro Chriſti ſub ſpecie panis ſine ſanguine, vt intriduo, & nihilominus etiam in eo ſtatu nõ eſſet neceſſarium ſumere ſanguinem; neque enim præceptum Euchariſtiæ prò eo ſtatu diuerſum eſſet ab eo, quod nunc eſt: ideo alio modo reſpondendũ eſt. Adde, quod Clemens planè loquitur de ſanguine ſub ſpecie vini: tum quia vtitur verbo, *Bibitur*, quod ſanguini ſub ſpecie panis propriè non conuenit: tum etiam, quia, vt infra oſtẽdemus, cõtextus etiã hunc ſenſum poſtulat. Reſpondetur igitur ex eo, quod dixerit, bibere ſanguinem Chriſti eſſe idẽ quòd fieri participem incorruptionis; nõ ſequi, ſine hoc potu neminì incorruptionem contingere poſſe; nam quamuis hic ſit effectus calicis, eſt etiam & corporis Chriſti ſub ſpecie panis, cum Ioannes etiam dicat, *& qui manducat me, & ipſe viuet propter me*, & alia quæ 2. cap. citauimus. Ideo autem meminit Clemens ſanguinis Chriſti, & non corporis, quia loquebatur in eo capite de vſu vini modici iuxta præceptum Apoſtoli 1. ad Timotheum cap. 5. & vt oſtenderet temperandum eſſe aqua, attulit exemplum ſanguinis Chriſti, qui vt biberetur, temperatus fuit virtute Diuinitatis, quæ fuit pro aqua, vt ita virtute illius vitam tribueret. Ex quo etiam conſtat Clementi curæ non fuiſſe, de vtraque ſpecie aliquid dicere, ſed exemplo illo, quod diximus, ſuam doctrinam de vino temperato confirmare. Idem dicendum eſt de teſtimonio Tertulliani ſupra citato, cum corpori, & ſanguini Chriſti tribuit hanc vim, vt dum caro noſtra illis veſcitur, anima ipſa de Deo ſaginetur: nequè enim vim facio in verbo illo, *veſcitur*, quaſi non loquatur de ſanguine ſub ſpecie potus, ſed ſub ſpecie panis: nam & verbum illud potioni etiam accõmodari ſolet, ſicut eſt apud Ciceronem libr. de natura Deorum, vbi ait: *Dij nec eſcis, neque potibus veſcuntur*. Idem igitur dicendum eſt de hoc teſtimonio: nam ex eo, quod hanc tribuat ſanguini, non negat, alia etiam via, nempe, ſola carne Chriſti ſumpta idem obtineri poſſe. Accedit, quòd Tertullianus neque de ſacerdotibus, neque de laicis diſputans id dixit, ſed eo exemplo in vniuerſum in laudem carnis noſtræ oſtendere voluit, eam eſſe ſalutis noſtræ ſpiritualis cardinem, eo quod per illam ſpiritualia remedia applicẽtur; ſic enim inquit; *Abluitur caro, vt anima emaculetur* (nempe, Baptiſmo) *Caro ſignatur, vt anima muniatur*, ſcilicèt, Confirmatione. Hoc idem oſtendit verbis citatis in hoc Sacramento: quod ſane verum eſſet, etiam ſi ſemper ſolis ſacerdotibus licitum, & permiſſum fuiſſet calicem ſumere. In eadem claſſe eſt Cyprianus libr. 1. epiſtolarum, epiſtola 2. quæ nunc eſt in ordine 54. aliquantum à principio; vbi ipſe cum alijs Epiſcopis à Cornelio petit, vt ijs, qui publicam agunt pœnitentiam, eo quod in perſecutione defeciſſent, communio concedatur *Vt quos* (inquit) *Excitamus, & exhortamur ad prælium, non inermes, & nudos relinquamus, ſed protectione ſanguinis, & corporis Chriſti muniamus: & cum ad hoc ſit Euchariſtia, vt poſsit accipientibus eſſe tutela, quos tutos contra aduerſarios volumus, munimento Dominicæ ſanctitatis armemus. Nam quomodo docemus, aut prouocamus eos in confeſſione nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſan-*

62 Ignatius. Tertullianus. Origenes. Cyprianus. Ambroſius. Hieronymus. Auguſtinus. Gregorius. Beda. Haymon. Theophylact. Bellarmin. Secunda claſſis.

63 Clemens Alexandrinus. Aliquorũ ſolutio nõ placet. Vera ſolutio.

64 1. ad Tim. 5. Tertullian. Cicero.

65 Cyprianus exponitur.

ſti ſanguinem denegemus? Aut quo modo ad martyrij peculum idoneos fecimus, ſi non eos ad bibẽdum prius in Eccleſia poculum Domini iure communicationis admittimus? Reſpondeo, Cypriá num ita hunc effectum tribuere calici, qui tunc etiam à calicis ſumebatur, vt nõ dicat, ad illum omnino neceſſarium eſſe, ſed cum contenderet à Cornelio Papa, vt ijs, qui publicã agebant pœnitentiam, iam reſtitueretur Euchariſtia, meminit calicis, qui tunc pro laicis in vſu erat, vt vtraquè ſpecies illis reſtitueretur, ſicut antea: nam reſtituto calice, & tota Euchariſtia reſtituenda erat: non autẽ agit de ſolo calice reſtituendo, quaſi altera ſpecie iam veſcerẽtur. Ideo autem ſpeciatim bis meminit ſolius calicis ſanguinis Chriſti, quia
67 agebat de ijs, qui iterum ſubituri erãt periculum effundendi ſanguinem ſuum. Quod verò dixit in extremis verbis; *Iure communicationis admittimus*, perius nõ intelligit præceptum, ſed facultatem vtendi Euchariſtia ſub vtraque ſpecie, nam & ius in hoc ſenſu frequenter vſurpari monuimus 1. 2. diſput. 150. Adde, quòd eo tempore, cum eſſet laicis conceſſus calix, quaſi ius quæſitum habebant petendi illum, ſicut quis dicitur habere ius ad hereditatem paternam. Cum igitur eo ob peccata ſua priuati eſſent, rectè poſtulat Cyprianus, vt ob cauſas prædictas hoc ius commune cum alijs ipſis reſtituatur. Eodem modo
Auguſtinus Beda. intelligendus eſt Auguſtinus, qui citatur à Beda in 10. cap. prioris ad Corint. in hac verba: *Simul hoc ſumimus, ſimul bibimus, quia ſimul viuimus.* Eis enim ſolum contendit oſtendere effectũ vnionis qui ſingulis ſpeciebus ſignificatur. & reſpondet: nam & panis, & vinum ex multis granis fiunt, vt hæc vnitas ſignificetur, & ideo etiam in eadem menſa, & ſimul manducamus, & bibimus, vt eadem vnitas ſignificetur. & ſimul, hoc eſt, vniti caritate viuamus. Hoc autem dixit vtraque ſpecie fieri, quia ſuo tempore etiam apud laicos vſus erat vtriuſque, ob id tamen non negauit, ſola vna etiam id fieri poſſe.

68 Alij deniq, ſunt, qui ſignificare videntur, præceptum eſſe ſumendi vtramque ſpeciem, & horum etiam teſtimonia poſtremo loco explicanda ſunt. Primus eſt Iuſtinus in 2. apologia pro chriſtianis, ad Antonium Pium non longè à fine, vbi, poſtquam deſcripſit, cõmunionẽ ſub vtraque ſpecie, ſubiungit, *Apoſtoli enim in commentarijs ſuis, quæ Euangelia dicuntur, ita ſibi Chriſtum præcepiſſe, tradiderunt.* Reſpondeo, nullum aliud præceptũ Domini Iuſtinum ibi cognouiſſe, niſi illud; *Hoc facite in meam memoriã*, ſicut eſt apud Lucam 22. quod ſtatim ibidem ſubiunxit. De hoc autem iam ſupra diximus. Præterea, vt obicit Kemnitius, ſecũdus eſt Cyprianus lib. 2. epiſtolarũ epiſtola 3. quæ nunc eſt in ordine 63. vbi ait: quoſdã vel ignoranter, vel ſimpliciter non facere id: quod Dñs præcepit & docuit in calice Dñi ſanctificãdo, & plebi miniſtrãdo: Quod ſi (inquit Kemnitius) ibi reprehendũtur à Cypriano ij, qui vinum aqua non miſcent ad conſecrationem, multo maiori ratione, & qui calicem omnino abſtulerunt reprehenſione digni erunt. Verùm, Cyprianus nõ habet verba illa, quæ refert Kemnitius, *Et plebi miniſtrando.* Nequè de hac re in tota epiſtola vllum verbum habet: ſolum enim ibi reprehendit eos, qui aquam vino conſecrando non infundebant contra Domini exemplum, verba illius, quæ Kemnitius fideliter citare debuerat, non longè à fine epiſtolæ ſunt. *Et ideo fraterchariſsime, ſi quis de anteceſſoribus noſtris, vel ignoranter, vel ſimpliciter nõ hoc obſeruauit, quod nos Dominus facere exemplo, & magiſterio ſuo docuit, poteſt ſimplicitati eius de indulgentia Dñi venia cõcedi: vobis verò nõ poterit ignoſci, qui nunc a Domino admoniti, & inſtructi ſumus, vt calicem Dominicum vino mixtum, ſecundùm quod Dominus obtulit, offeramus.* De miniſtrãdo autẽ laicis calice, ne verbũ quidẽ habet. Quomodo ergo ex vno aliud adeo diuerſum abſque vlla connexione colligit Kemnitius.

Luc. 22.

Kemnitij obiectio ex Cypriano diluitur.

69

Tertius eſt Auctor ſermonis de cœna Domini in lib. de cardinalibus operibus Chriſti apud eundem Cyprianum, qui ante medium ſermonis inquit: *Lex quippe,* (videlicet antiqua) *Eſum ſanguinis prohibet, Euangelium præcipit, vt bibatur.* Reſpondẽt nonnulli, hunc Autorem pro eodem accipere, bibere ſanguinem, & edere quia bibere ſanguinem & non edere: tamquam contraria oppoſuit. Et idem Autor paulo poſt inquit, *Potus, & eſus ad eandem pertinent rationem.* Et paulo poſt initium, de Iudeis ait: *Manducauerant, & biberant de eodem pane ſecundum formam viſibilem.* Vbi bibere, & manducare confundit. Cũ igitur ſimul cum corpore Chriſti ſanguis eius ſumatur, rectè etiam huic præcepto ſatisfit. Ego ſanè nõ dubito, huic Auctori curæ non fuiſſe, diſtinguere potionem à cibo, & actionem bibendi ab actione manducandi, quia lex quocumquè modo prohibebat homines veſci ſanguine: nihilominus, vt verbũ illud *Bibatur*, in propria ſignificatione accipiatur pro ſola actione ſumendi ſanguinem ſub ſpecie vini, ſatis eſt, vt præceptum illius ſit in Eccleſia ſacerdotibus, licet non laicis: hoc enim modo diſcrimen, quod Auctor contendit, rectè conſtat.

Pſeudo Cyprianus.

Aliquorũ expoſitio

70

Autoris explicatio

Tertia claſſis.

Iuſtinus.

Chryſoſt.

Quartus eſt Chryſoſtomus homil. 18. in poſte-

poſteriorem ad Corinthios, vbi ait, *Eſt autem vbi nil differt ſacerdos à ſubdito, vt quando fruẽdum eſt horrendis myſterijs. Similiter enim vt illa percipiamus, digni habemur, non ſicut in veteri lege, partem quidem ſacerdos comedebat, partem autem populus: & non licebat populo participem eſſe eorum, quorum particeps erat ſacerdos: ſed nunc non ſic; verùm omnibus vnum corpus proponitur, & poculum vnum.* Reſpondetur, Chryſoſtomum non conſtituere diſcrimen inter veterem legem, & nouam, quod in veteri partem vnam ſacrificij ſumeret ſacerdos, partem vero aliam ſolam populus; in lege autẽ noua totum Sacramentum ſub vtraque ſpecie ſumat ſacerdos, & laicus, ſed quòd totũ corpus Chriſti detur ſingulis, nempe ſacerdoti, & laico, & nulla inter ipſos eius fiat diuiſio. Tum etiam, quia in veteri lege non licebat populo de aliquibus, quæ in vſum ſacerdotum deſtinata erant, participare. Nunc autem in lege noua ſi ius ipſum Diuinum attendamus, nil ſit peculiariter aſsignatum ſacerdoti, de quo non liceat eodem iure laicum participare. Huic autem nõ obſtat, quominus lege humana aliquid laicis interdicatur, quod eſt in vſum ſacerdotis, nempe, calix. Præterea eſt aliud diſcrimen, quia ſi detur laicis ſanguis ſub ſpecie vini, ſicut dari poteſt, & eo tempore dabatur, non diuidatur inter ſacerdotẽ, & laicos vt pars vni, & pars alijs contingat; ſed totus ſingulis detur eodem modo, & in hoc magnũ certe diſcrimẽ eſt: an vero neceſſario laico ſit dãdus ſanguis, neq; definit Chryſoſtomus, neq. de eare diſputat: ſolum enim cõtendit, diſcrimẽ illud, quod diximus, inter legem antiquam, & nouam conſtituere.

71

Quinto obijcitur nobis ſententia illa, *Neque caro ſine ſanguine, neque ſanguis ſine carne in re communicatur.* Quam refert Algerus lib. 2. de Sacramentis corporis, & ſanguinis Chriſti cap. 8. ex Auguſtino: ea tamen eſt Paſchaſij lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 19. non autem Auguſtini. Reſpondent autem aliqui, Paſchaſium non curare de ſpeciebus Sacramenti, vt ſub duplici ſpecie caro, & ſanguis ſumatur, ſed de re contenta, vt in qualibet illarum vnum ſine alio non credatur ſumi: ſi quis autẽ hoc modo ſumeret, non rectè cõmunicaturum, ſicut eodem ſenſu dixit idẽ Paſchaſius cap. 17. *Nõ enim recte caro Chriſti ſine Diuinitate ſumitur, neque Diuinitas ſine carne præſtatur.* Et eodem ſenſu loquutũ fuiſſe Algerum exiſtimant. Mihi tamen hoc reſpõſum ſatis difficile eſt, nam Algerus oſtendit in eo capite, quare ſanguis, & caro Chriſti per ſe ſeparatim hoc eſt, in diuerſis ſpeciebus conſecretur, cum tamen totus Chriſtus in qualibet ſpecie ſit: & reſpondet, non id fieri, quia credendum ſit, corpus exſangue ſub ſpeciebus panis contineri, cum ibi totus ſit Chriſtus: ſed id fieri in memoriam paſsionis, & vt caro noſtra, & anima viuificetur: nam carnẽ noſtram viuificari ait per corpus Chriſti, animam autem per ſanguinem, qui dicitur ſedes animæ: & ita poſt medium capitis ſubiungit: *Cum igitur in tali myſterio corpus per corpus, anima autem Chriſti ſignificanda eſſet per aliquam viſibilem ſpeciem, nil inuentum eſt in creaturis, per quod vicinius, & aptius repræſentaretur, quam per ſanguinem, qui eſt ſedes animæ. In quo etiam, vt ſignetur animas noſtras, & corpora animæ Chriſti, & corpori vniri, & conformari debere, ſimul corpus, & ſanguis ſumitur à fidelibus, vt ſumpto corpore, & anima Chriſti, toti Chriſto totus homo in anima, & corpore viuificetur, dum ipſa caro Chriſti non exſanguis, & mortua ſed viua, & viuificatrix creditur.* Sentit ergo, ideo ſub duplici ſpecie ſumi Chriſtum, vt viuificatio corporis ex corpore Chriſti, & animæ noſtrę ex anima Chriſti, cuius ſedes eſt ſanguis, ſignificetur, et exprimatur; quãuis totus Chriſtus vere viuificator ſecundum animam, & corpus ſub ſpecie etiam panis contineatur. Hanc vero ſuam ſententiã confirmat teſtimonio illo Paſchaſij, quod citauimus, & Gelaſij Papæ in quadam epiſtola, quod inferius adducemus, vbi Pontifex reprehendit eos, qui à calicis potione abſtinebant, id quod in confirmationẽ ſuæ ſententię non adduceret Algerus, niſi de ſumptione ſanguinis in propria ſpecie ad integram ſignificationẽ Sacramenti ſeruandam loqueretur. Neque vero negare videtur Algerus virtutẽ viuificandi corpus & animam noſtram ſingulis ſpeciebus, vt ita poſtulet calicis cõmunionẽ tamquam neceſſariam, cum dicat, ſub qualibet totum Chriſtum contineri: ſed ideo poſtulare videtur cõmunionem calicis, vt perfecta ſit ſignificatio viuificationis animæ, & corporis noſtri. Eodem modo loquitur Paſchaſius capitul. illo 19. Nam, quamuis capit. 17. ſolum loquatur de fide, qua ſumendum eſt hoc Sacramentum, ne ſcilicet corpus ſine Diuinitate, neq; Diuinitas ſine corpore credatur, quando ſumitur, tamen cap. illo 19. de ſanguinis perceptione in calice aperte loquitur. Nam primus titulus capitis eſt, *Corporis ſimul, & ſanguinis Domini perceptionem nobis ad ſalutem eſſe neceſſariam.* Et initio capitis de ſanguine Chriſti in calice ſimul cum corpore ſub ſpecie panis ſumendo ita loquitur. *Patet ſenſus, quòd iam caro frangitur: quia ſanguis eſt in calice, qui de latere manauit: & ideo quãrectè caro ſanguini ſociatur, quia neque*

Algerus. Paſchaſius. Auguſtinus

Aliquorũ non ſufficiens ſolutio.

72

73

Gelaſius.

74

caro sine sanguine, neque sanguis sine carne iure cõmunicatur. Vbi cum loquatur de societate sanguinis in calice cũ corpore sub specie panis consecrato, intelligit etiam, carnem sine sanguine in calice iure cõmunicari non posse. Id autem colligit ex repręsentatione curationis animæ nostræ, & corporis, per corpus, & animam Christi in sanguine significatam, eodem modo, quo postea Algerus idem docuit, vt vidimus: quo circa inferius concludit in hunc modum. *Potest sanguis eius, vt dixi, potari, quatenus anima, quæ in sanguine peccati est remouetur, quia, & Christi nõ in sanguine peccati, sed in sanguine carnis etiam vti natura est hominis, carnem humanam, quam Christus susceperat, vinificauit. Id circo non recte caro sine sanguine cõmunicatur, sed vt caro habeat relationẽ ad animam quæ in sanguine Christi est, & anima vinificatæ carnis per sanguinem relationem habeat ad Deum, atque ita totus homo sanetur.* Quibus verbis plane docet id, quod diximus nempe, sanguinem in calice bibendum esse, vt perfectè repręsentetur curatio totius hominis, & secũdum corpus, & secundũ animam, cumq; hanc obligationem sumendi sanguinem colligat ipse ex significatione ipsa Sacramenti, non potuit non intelligere esse Diuini iuris, non humani tantũ. Quo circa non mirum, si hic Autor in eo lib. cap. 15. post medium, illud Matth. 26. *Bibite ex eo omnes*, explicauerit hoc modo: *Tam ministri, quam reliqui credentes*, de Gelasio vero statim dicemus.

Algerus.

75

Sextus, qui contra catholicam sententiam docere videtur, est Gelasius Papa in epist. ad Maiorem, & Ioannẽ Episcopos, & refertur. *De consecratione*, dist. 2. canone: *Cõperimus*, & fere omnes decretorum Cõpilatores, tamquam Gelasij referunt, vt notatur in noua decreti impressione, ait enim Gelasius. *Cõperimus, quod quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione à calice sacri cruoris abstineant, qui procul dubio (quoniam nescio qua superstitione docentur obstringi) aut Sacramẽta integra percipiant, aut ab integris arceantur, quia diuiso vnius, & eiusdem mysterij sine grandi sacrilẽgio non potest prouenire.* Quidam probabiliter explicant de laicis Manichęis, qui communicabant sub altera specie tantum, vt supra vidimus cap. 4. ex Leone in serm. 4. Quadragesimę, id tamen superstitiosè faciebant, ideoque merito reprehendi à Gelasio: qui tamen si iusta de causa sine superstitione ab vsu calicis abstinerent, reprehendendi non essent, verum hæc explicatio, licet reliquis verbis accommodari recte possit, extremis tamen, quibus causam reddit, non potest cõuenire: illis enim denotat, tale esse mysteriũ secundum se, vt sine grandi sacrilegio diuidi nequeat, nẽpe, intelligere videtur ratione suæ significationis, & institutionis. Quo circa mihi magis placet prior expositio, quam noster Bellarminus cap. illo 26. sequitur, vt solũ loquatur Pontifex de sacerdotibus nolentibus celebrare sub vtraque specie, fortasis ab stinentiæ causa, ne vinum gustarent, de quibus intellexit Gratianus, vt constat ex titulo illius canonis. Qui vero fuerint Autores huius erroris nõ cõstat. Adde, quod, licèt copilatores decretorũ hanc epistolam referunt, tamquam Gelasij inter epistolas eius, in primo tomo epistolarum Pontificum non habetur.

Gelasius.

Bellarmini ex positio placet.

77

Gratianus.

Septimus est Bernardus, qui sermone tertio Dominicæ in Ramis Palmarum, inquit, alimoniam corporis, & sanguinis Dominii in prima cœna Domini exhibitã fuisse, ac deinceps frequentari mandatam. Respondent aliqui, sub qualibet specie vere esse alimoniam corporis, & sanguinis Christi, cum totus sub qualibet sit. Verùm Bernardus aperte loqui videtur de altera parte alimonię, quæ sub specie vini per modũ potionis sumitur. Quare respondeo, mandatum, & præceptum hoc pro tota Ecclesia traditum fuisse, non autem pro singulis, vt præcedente capite diximus circa verba Ioannis sexto.

Bernardus.

Explicatur

Ex Concilijs vero argumentãtur etiã hęretici, & primũ quidẽ ex Turonico, cuius decretũ refert Burcardus lib. 5. decreti. c. 9. in quo (inquit) cap. 4. præcipitur, dandum esse corpus Christi intinctũ sanguine ægrotis. Respondent aliqui primũ hoc nõ esse bibere sanguinẽ, vt hęretici contendunt similiter cõcedendũ esse. Deinde hoc decretũ fuisse postea abrogatũ, vt inferius videbimus. Verũ, quamuis eo modo sumere sanguinẽ non sit bibere, tamen inde saltẽ haberetur, vtramq; speciem laicis esse concedendã, quod nequaquam fatẽdum est. Respondeo igitur primũ, talem canonem nõ haberi in aliquo ex tribus Concilijs Turonicis, vt legenti cõstare potest. Deinde licet vere esset, fore, vt inde non probaretur contra veritatem catholicã, necessaria iam esse vtramque speciẽ pro ægrotis, sed eo tempore cõcessum illis fuisse, & quia illius vsus frequẽs tunc erat, voluisse Concilium, vt eo modo ęgrotis tribueretur, quo facilius speciem panis deglutire possẽnt. Hic tamẽ vsus sublatus est à Iulio 1. & à Cõcil. Bracharensi, vt vidimus. c. 1. Quomodo vero id, quod Iulius & Cõcil. Bracharense præcipiũt de sumẽda vtraq; specie sine mistione, nõ aduersetur ijs, quę diximus, in eo capite notauimus. Deinde proferũt testimonia Cõcilij Basiliensis, & Tridẽtini, Lutherus in lib. de captiuit. Babyl. c.

76

Argumenta ex Concilio diluũtur, & primũ ex Turonensi.

Burcardus.

Gelasius.

Leo Mag.

Iulius. Cõcil. Bracha.

Explditur aliquorum interpretatio.

de Euchariſtia dicit Concilium Baſilienſe declaraſſe, licere Bohemis ſumere vtramq; ſpeciem contra decretum Concilij Conſtantienſis, verùm quamuis id decreuiſſet Baſilienſe, parũ obeſſet, quia Concilium illud iam ſchiſmaticũ erat, cũ de hac re in eo agebatur, hanc tamen eſſe manifeſtam Lutheri impoſturam, patet ex ſeſſione 30. quã ſupra allegauimus, vbi contrarium in vniuerſum definitur. Verũ eſt teſte AEnea Siluio cap. 52. hiſtoriæ Bohemorum, Concilium peculiari diſpenſatione Bohemis calicem conceſſiſſe, ea tamen conditione, vt crederent, non eſſe ad ſalutem neceſſarium, quam ipſi admittere noluerunt. Quod verò Illiricus in Apologia confeſſionis Auguſtanæ, cap. 14. inquit, Patres Tridentinos conuictos fulgore veritatis cõmunionem ſub vtraque ſpecie populo permiſiſſe, manifeſtũ mendacium eſt, vt conſtat ex ſeſſione 21. & 22. ſicut etiam illud, quod ait Lutherus Patres illos decreuiſſe, ne cõmunio ſub vtraque ſpecie laicis daretur, quia oppoſitũ Chriſtus inſtituerit, & præceperit: conſtat enim ex ſeſſione 21. cap. 1 illęſa, & ſalua inſtitutione, & præcepto Domini, vt ait Concilium, alteram ſpeciem laicis negari potuiſſe.

Cõcil. Baſil. Trident.

Lutherus.

Aene. Silu. Illiricus.

80

Mitto multa argumenta hæreticorum ex ratione depropta quod futilia, & inania ſint. Vnum autem, quod ſumitur ex vtilitate maioris vtriuſque ſpeciei, quam alterius tantum qua laici priuari non deberent, facile diluitur. Nam, licet ſecundùm aliquorum opinionem, quam præcedente diſputatione defendimus aliquo fructu priuentur, dum ipſis calix denegatur, tamen cum ſumentes tantũ alterum ſpeciem nulla gratia neceſſaria ad ſalutem careant, vt notauit Concilium locis in ea diſputatione à nobis allegatis, iuſtis alijs cauſis poſtulantibus, quas ſupra memorauimus, recte potuit Eccleſia laicis alteram ſpeciem denegare.

Obijcere demum quiſpoſſet Concilium Mogũtinũ ſub Sebaſtiano. c. 32. vbi de cõmunione ſub vna ſpecie ſic loquitur: *Cum autem nemo fidelium dubitet, virtutem ſacroſanctæ Euchariſtiæ non ex ſpeciebus pendere, ſed ex vinificæ Chriſti carne, & ſanguine prouenire, iam ne hoc quidem quiſque fidelis dubitare debet, illum ſub vna ſpecie cõmunicãdi more ad ſalutẽ ſumentiũ, æque vtilem, & efficacem eſſe, quam alterum ſub vtraque*: quæ ſane verba primo aſpectu difficilia ſunt; & noſtræ ſententiæ plane contraria videntur. Reſpondeo tamen primùm, hoc Concilium Prouinciale ſolum fuiſſe, & à Sede Apoſtolica nondum confirmatum. Deinde dico, prædictam definitionem nõ eſſe de vtilitate, & efficacia abſolutę, ſed ad ſalutem: vtile autem, & efficax ad ſalutem, idem eſt quod neceſſarium, nam quod ſolum vtile, & efficax eſt ad ſpiritualem profectum & augmentum gratiæ, non dicitur vtile, & efficax ad ſalutem ſed illud ſolum vtile, & efficax ad ſalutem dici debet, ex quo ſalus ſimpliciter pendet, quæ eſt in obſeruatione præcepti, hæc autem nõ pendet ex eo, quod ſolum vtile eſt ad profectum, & augmentum ſpiritualis gratiæ. Nihil igitur aliud Patres Moguntini definire voluerunt præter id quod poſtea Tridentini definierunt, nempe, nulla gratia ex qua ſalus ſumentiũ pendeat, hoc eſt, neceſſaria, ſeu efficaci ad ſalutem fraudari eos, quibus ſub vna tantum ſpecie hoc Sacramentum cõmunicatur. Porro hanc fuiſſe mentem Concilij Moguntini patet primum, quia inſtitutum eius erat agere de controuerſia cum hæreticis, & catholicã doctrinam contra eos ſtatuere: cum illis autem ſolum fuit controuerſia de præcepto ſumendi Euchariſtiam, ſine quo ſalus ſeruari, aut haberi non poſſet: circa hanc igitur ſtatuere ſolum debuit, quid eſſet ſufficiens ad ſalutem, hoc eſt, ad ſeruandum præceptum, & hoc appellauit vtile & efficax ad ſalutem: nam ſi aliquid amplius eſſet neceſſarium, hoc non dicetur vtile, & efficax: de fructu autẽ maioris ex duabus, aut ex vna ſpecie nulla erat Concilio neceſſitas diſputandi, neque enim de hac re erat neceſſarium aliquid ſtatuere, ſicut neque Conc. Trident. poſtea definiuit. Neq; vero ideo definiuit, neceſſarium non eſſe ſumere vtramque ſpeciem, quia altera tantum æque vtilis ſit, & fructuoſa, quam vtraque, ſed definit, vnã æque vtilem eſſe ad ſalutẽ, & efficacem, hoc eſt, ad ſeruandũ præceptũ, ex cuius obſeruatione pendet ſalus, quàm vtraque; eo quod in altera totus Chriſtus contineatur. Quam ratione etiam adduxit Concilium Trident. & nos etiã ſupra expendimus. Deinde idẽ colligitur ex eo, quod non dixit Concilium, vnã ſpeciem æque vtilẽ eſſe ſimpliciter, ſed addit, *Ad ſalutem*, per quod denotatur id, quod hactenus diximus.

Obiectio ex Concil. Mogũtino

QVÆSTIO OCTVAGESIMA PRIMA. De modo quo Chriſtus vſus eſt hoc Sacramento.

POSTQVAM Sanctus Thomas quæſt. præcedente egit de vſu huius Sacramenti in vniuerſum, in hac ſpeciatim diſputat de

de modo, quo Christus eo vsus est, tam secum, quam cum alijs, sicut etiam præcedēte quæstione tractauit de modo, quo quis hoc Sacramentum sumere, & alijs ministrare debeat.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus sumpserit suum corpus, & sanguinem.

Confirmatio, & explicatio doctrinæ articuli.

81 CONCLVSIO Est affirmans, in qua omnes catholici, quos ego legerim, plane conueniunt. Et quamuis S. Doctor dicat, aliquos oppositum sensisse, tamen qui illi fuerint non memorat: nostro autem seculo fuit Lutherus lib. de abroganda Missa priuata, vt refert Clicthouæus, in lib. 2. de officio Missæ cap. 21. &. Sotus in 4. d. 12. q. 2. artic. 1. qui id planè negauit. Probatur autem à S. Thoma in argumento: *Sed contra*, prædicta conclusio testimonio Hieronymi in epistola ad Lesbiam, est autem ad Hedibiā. & in ordine 150. ibi enim q. 2. de Christo sic ait: *Ipse conuiua, & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur*: refertur autē in canone, *Nec Moyses. De consecratione*, d. 2. neque enim hæc vere dici potuissent à Hieronymo, etiā si Christus fuisset conuiua in conuiuio agni Paschalis, conuiuium autem in cœna solum Sacramentali: sic etenim non fuisset simul, hoc est, in eodem actu, conuiua & conuiuium, comedens, & qui comeditur, sicut planè denotare voluit Hieronymus, alioquin nihil admiratione dignum dixisset. Probat etiam testimonio Glossæ ordināriæ in cap. 3. Ruth, explicans illud: *Cumque comedisset, &c.* cuius verba habes in textu. Adducit etiam idem Sanctus Thomas in solutione primi ad eamdem veritatem probandam illud Matth. 26. *Accepit Iesum panem, &c.* Id tamē non multū momenti habet: melius probatur ab eodē S. Thoma in solutione 3. ex illo Luc. 22. *Desiderio desideraui hoc Pascha māducare vobiscū, &c.* Nam iuxta Eusebiū Emissenū, quem citat S. Doctor ibidē, & in cathena & Tertullianum lib. 4. contra Marcionē, cap. 4. per Pascha intelligitur Pascha mysticum, nempe, corpus, & sanguis Christi, tametsi, vt nos explicuimus disp. 172. cap. 9. agnus ipse corruptibilis, qui sacrificabatur, & edebatur potius intelligendus sit. Optime tamen eadē sententia confirmatur ex illo Luc. 22. *Non bibam à modo de generatione vitis &c.* nam verba hæc intelligenda non esse de calice cōmuni, sed de cōsecrato supra disput. 196. cap. 4. & 5. fusius ostendimus. Porro Christū de calice consecrato prius bibisse, docet expresse Chrysostomus hom. 83. in Matthæum explicans illud: *Hic enim est sanguis meus*: & de pane consecrato idem nō obscure dicit. Denique Dionysius cap. 3. de Ecclesiastica hierarchia, in contēplatione hanc veritatē aperte tradidit, nam de sacra cōmunione inter alia inquit: *Facit, vt Diuinam illam cœnam, & quæ primum signum fuit eorum, quæ perficiuntur sacra memoria recolant, in qua etiam ipse signorum effector, & autor iure optimo priuat sorte eum, qui non sancte neque concordi animo Sacramenta secum sumpserat*: cū ait: *Sumpserat secum Sacramēta*, indicat planè, & ipsum etiam illa sumpsisse. Porro per Sacramenta, seu sacra, non intellexisse Dionysium agnū Paschalē cum lactucis agrestibus sequente disput. cap. 2. cōuincemus. Quocirca merito Scholastici omnes, qui de hac re tractarunt in hanc sententiam vno animo consenserunt; nempe S. Thomas & Recentiores in hoc articulo, Alexan. 4. p. q. 1. membr. 2. artic. 1. §. 1. Bonauent. in 4. dist. 9. art. 1. q. 4. Alberr. eadem distinct. artic. 15. Ricard. dist. 11. art. 4. q. 1. Gabri. lectio. 37. in canonē litera L. Clictouęus, & Domin. Sot. locis citatis.

Cæterū inter eos controuersum est. Vtrū Christus corpus suum manducauerit, & sanguinem biberit Sacramentaliter tantum, an etiā spiritualiter, vt dici solet. Porro inter hos duos modos sumendi discrimen cōstituimus, supra disput. 212. cap. 1. vbi diximus, tunc Sacramentaliter solū sumi corpus, & sanguinē Christi, quando reuera sub speciebus, absque vllo tamen spirituali effectu sumitur. Spiritualiter vero, quando cum fructu spirituali percipitur. Est igitur difficultas vtrum tantum Christus corpus, & sanguinem suum ita sumpserit, vt aliquem fructum spiritualem exeo perceperit, an non. Alexander articulo illo primo. §. 2. Bonauentura, & Gabriel locis allegatis censent Christum seipsum sumpsisse Sacramentaliter non autem spiritualiter, eo quod nullum spiritualē fructum ex se ipso receperit, cum virtute Sacramenti, neque augmentum gratiæ habitualis aut sanctitatis, neque spiritualem refectionē affectus receperit.

Verum S. Thomas in hoc artic. ad 3. quem sequitur Dominicus Sotus loco citato ad 3.

Lutherus. Clicthoueus. Sotus. Hieronymus Glossa. Matth. 26. 82 Luc. 22. Euseb. Emis. Tertullianus 83 Chrysost. Dionysius. S. Thomas. Alexander Bonauent. Albertus. Ricardus. Gabriel. Clictouæus Sotus. An Christus sumpserit suum corpus Sacramentaliter, vel solum spiritualiter. Alexandri & aliorum opinio. 84 S. Thomę sententia.

docet, Chriſtum ſeipſum Sacramentaliter, & ſpiritualiter ſumpſiſſe, nõquòd receperit à ſe ipſo prout in Sacramẽto nouũ aliquẽ effectũ ſpiritualẽ, ſed quia peculiari quodã gaudio hoc Sacramentũ inſtituit, & ita ſpiritualiter (inquit) recepit ſeipſum, licet alio modo, quã cæteri homines hoc Sacramentũ ſpiritualiter recipere dicuntur. Cõtrouerſa ſane vocũ eſt, & minoris momenti; quã vt longã poſtulet diſputationẽ: in re autẽ nulla eſt inter hos Autores diſſenſio. Addit prẽterea Ricardus Chriſtum ſumpſiſſe ſeipſum Sacramentaliter, nõ ſicut cæteri homines ſub ſpecie materiali ipſum recipiũt, vt per eã ad cognitionẽ illius ducantur, ſed quia reuera ipſum Sacramentum, & rem ſub eo contentam percepit.

Solus.

Ricardus.

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſtus dederit corpus ſuum Iudæ.

CONCLVSIO Eſt affirmãns. Rãtionem vero, qua eam probat Sanctus Thomas inferius examinabimus.

An Chriſtus corpus, & ſanguinem ſuum in cœna Iudæ tradiderit. Diſput. 217.

Chriſtum corpus & ſanguinem ſuum Iudæ non dediſſe, varie aliqui Patres, & Doctores autumant. Cap. 1.

Iudam cum cæteris Apoſtolis corpus, & ſanguinem Chriſti in cœna poſtrema percepiſſe, cõmunis, & vera ſententia eſt. Cap. 2.

Diluuntur argumenta prioris ſententiæ. Cap. 3.

Chriſtum corpus, & ſanguinem ſuum Iudæ non dediſſe, varie aliqui Patres, & Doctores autumnant.

CAPVT I.

1 QVAMQVAM Aliqui puraueriũt. Chriſtũ corpus, & ſanguinem ſuũ Iudæ non dediſſe, tamen diuerſo modo in eam ſententiã conſentiũt. Nã Hilarius in canone 30. in Matthæũ exiſtimauit, Iudã nõ ſolũ corpus, & ſanguinẽ Chriſti in cœna cõmuni cũ alijs Apoſtolis nõ ſumpſiſſe, verũ etiã cœnæ agni, quę prius celebrata fuerat, non interfuiſſe. Narrat enim primũ, quo pacto diſcipuli à Chriſto miſſi fuere ad quendã hominẽ, vt in domo illius pararent Paſcha: illico autẽ ſubiungit: *Poſt quæ Iudas proditor indicatur, ſine quo Paſcha accepto calice, & fracto pane conficitur: dignus enim æternorũ Sacramentorũ non fuerat. Nã diſceſſiſſe ſtatim hinc intelligitur, quòd cum turbis reuerſus eſſe dicitur.* Ex quibus ſanè extrema verba nõ obſcurè indicant, in hac ſententia, quã retulimus Hilariũ fuiſſe: nam ſi cũ turbis (nempe ad quas capite præcedente Chriſtus ſermonẽ habuit) Iudas ſtatim diſceſſit, conſequitur plane, ipſum cœnæ agni non interfuiſſe: illas enim finita cõcione diſceſſiſſe, indubitatũ eſt: neque enim ipſum in cœna comitatæ ſunt. Chriſtum autẽ finito ſermone quem ad ipſos habuit miſiſſe diſcipulos, in ciuitatem ad quendã hominem, vt pararent Paſcha, conſtat ex initio cap. 26. cum dicitur: *Et factum eſt cum conſummaſſet Ieſus ſermones. &c.*

Hilarius.

Cæterum Clemens Romanus lib. 5. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 13. ante mediũ aliàs 16. in principio, clarè ſenſit Iudam corporis, & ſanguinis Chriſti participem non fuiſſe: eo quod iam illo abſente Chriſtus myſteria corporis, & ſanguinis ſui celebrauerit: nõ tamen dicit ante cœnam agni Paſchalis Iudam cum turba diſceſſiſſe, ſicut Hilarius docet. Verba Clementis ſunt. *Cum autem tradidiſſet nobis antitypa myſteria præciosi corporis, & ſanguinis ſui abſente Iuda, egreſſus eſt.* Eamdẽ ſententiam hoc modo cũ Clemente ſequitur Innocentius lib. 4. de myſterijs Miſſæ, capit. 13. referuntur etiam pro illa ex antiquis Theophylactus, & Rupertus. Theophylactus tamen in cap. 26. Matthæi explicans illa verba: *Et edentibus illis*: ſolùm refert vtramque ſententiam; nullam tamen earum, vt propriam pronunciat. Et Rupertus ſimiliter, qui ſolùm contendit, vt is, qui velit ſententiam Hilarij defendere, ſimul etiam aſſerere debeat, neminì niſi de crimine conuicto, & cõfeſſo communionem denegandam eſſe. Pro eadem ſententia allegatur Tarianus in harmonia Euangelica, quem ego nõ legi. Ex Recẽtioribus vero noſter Turrianus eã prouirili defendit in explanatione defenſoria in prædictũ locũ Clementis: cõtendit autẽ hic Autor, eam primo confirmare autoritate Dionyſij c. 3. de cœleſti hierarchia, quod eſt de cõmunnione in contẽplatione: cuius verba in hunc modũ refert: *Et ipſe Autor ſymbolorum, iuſtiſſimè*

Clemens Romanus docet ab ſente Iuda Apoſtolos communi caſſe.

Idem ſenſit Innocentius.

Theophylact. Rupertus.

3

Tarianus citatur pro eadẽ ſententia.

Turrianus.

Dionyſius Areopa.

iuſtiſsime ſubtrahit eum, qui nõ ſancte, neq; pari morum ſimilitudine ſacra concœnauerat, docens, ſancte, & vt Deum decebat, quòd verus ſecundũ virtutẽ ad Diuina acceſſus præſtat, accedentibus cõmunionem cũ ſimili ipſis. Per eũ, qui cœnauerat, Iudam, per ſacra verò, quæ cõcœnauerat, Palcha cũ lactucis, & azymis intelligendũ eſſe, notat noſter Turrianus. Hinc autẽ infert, Iudam non cœnaſſe, ex ſententia Dionyſij, quia de illo dixit. *Subtrahit eum*, nempe, à ſymbolorũ, & Sacramentorũ corporis, & ſanguinis ſui participatione, & perceptione. Secũdo probat hoc modo. Ioan. 13. c. narrat, Chriſtum buccellã intinctã dediſſe Iudæ, ipſum verò ea accepta, illico exijſſe: hæc autẽ non erat Sacramentũ, nec poſt Sacramentũ data, ſed antequã Chriſtus corpus, & ſanguinẽ ſuũ conſecraret in ſignũ proditionis, quod poſtulauerat Ioãnes à Chriſto, Iudę tradita fuit: ego Iudas diſtributioni huius Sacramẽti nõ interfui. Porro buccellam intinctã nõ fuiſſe Sacramentũ Euchariſtiæ, aperte docuerũt Iulius I. in epiſtola ad Epiſcopos per Aegyptũ, & refertur canone, *Cum omne. De cõſecratione* diſt. 2. & Concil. Bracharenſ 3. quorum verba diſputatione præcedente cap. 1. retulimus, cũ dicant, buccellã nõ in ſignũ huius Sacramenti, ſed proditionis tantũ Iudæ traditã à Chriſto fuiſſe. Clariſsime vero Petrus Damianus in epiſt. 64. poſt medium. Præterea buccellã Iudę datã fuiſſe antequã Sacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti Apoſtolis diſtribueretur, patet: quia credibile admodũ eſt, Chriſtũ corpus, & ſanguinẽ ſuũ profine conuiuij cõſecraſſe, & diſcipulis ſuis tradidiſſe, iuxta id, quod ſupra diſput. 196. c. 3. diximus. Adde, quòd Lucas de inſtitutione Sacramenti ait: *Poſtquã cœnauit, &c.* Deinde buccellã tunc datã fuiſſe Iudæ à Chriſto, cũ Chriſtus ipſe dixit: *Qui intingit mecũ manũ in paropſide, hic me tradet.* Matt. 26. & Marc. 14. veriſimile ſane videtur: hoc autẽ ante inſtitutionẽ Sacramenti dixit, vt cõſtat ex Euãgeliſtis citatis. Tertio probari poteſt eadẽ ſententia argumẽto Hilarij, deſumpto ex illo Matt. 26. *Non bibã à modo de hoc genimine vitis, vſq; in diẽ illum, cũ illud bibã vobiſcũ in Regno Patris mei.* Nã cũ Iuda in Regnõ Patris ſui Chriſtus nõ bibit: ergo neque in cœna. Quarto denique arguere poſſumus pro hac ſententia, hac ratione. Tametſi hoc Sacramentum peccatori occulto negari nõ poſsit: tamẽ manifeſtõ omnino negari debet, atqui Iudas manifeſtus peccator erat, antequam Chriſtus diſcipulis hoc Sacramentũ miniſtraret, ergo illud ei negari debuit. Porro autẽ Iudã ante Sacramenti diſtributionem nõ manifeſtum peccatorẽ fuiſſe, patet: nã Matthæi 26. cũ Chriſtus dixiſſet, ab vno ex diſcũbentibus ſe eſſe tradendũ, & Iudas interrogaſſet: *Nũquid ego ſum Rabbi?* annuens interrogationi Chriſtus, reſpondit: *Tu dixiſti.*

4

Ioannes 13. cap.

Iulius I.

Concil. Bracharenſ 3.

Petrus Damianus.

Lucas.

Matth. 26. Marci 14.

Matth. 26.

5

Iudam cum cæteris Apoſtolis corpus, & ſanguinem Chriſti in cœna poſtrema percepiſſe, communis, & vera ſententia eſt.

CAPVT II.

COMMVNIS Tamen, & vera ſententia Patrum, & Theologorum eſt, Iudam non ante cœnam, neque ex cœna diſceſsiſſe, anteaquam cũ reliquis Apoſtolis corpus, & ſanguinem Chriſti ſub Sacramento percipere ret. Addo ego, percepto Sacramento concionem, quã Chriſtus poſt cœnã habuit, non expectaſſe. Hanc ſententiã, quod ad Sacramenti perceptionẽ attinet, ex Patribus ſequuti ſunt Autor ſermonis de cœna Domini apud Cyprianũ, longè ante mediũ, vbi ait, Iudã ſacrũ cibũ mẽte perfida tetigiſſe, & ore percepiſſe. Et ſermone de ablutione pedũ in fine, vbi inquit, Iudãad participationẽ menſæ Dominicæ admiſſum, à lauacro tamẽ (intelligit *Culparũ*) excluſum fuiſſe: Origenes tractatu 35. in Matthęũ, explicans illud. *Qui intingit mecũ manum, &c.* ibi enim expendit malitiã Iudæ, qui poſt ſpiritualẽ mẽſam, & ſpiritualẽ cibũ, & cum cibo Dominicæ menſæ, & calicis Saluatorẽ tradidit. Cyrillus Hieroſolymitanus, catecheſi 13. longè à principio. Chryſoſtomus homilia 82. in Matthęũ explicans illud: *Sero autem facto*, vbi affirmat Iudã menſę, & myſterijs participaſſe: clariſsimè tamẽ id docuit in homilia de proditione Iudæ, columna 7. in 3. tom. Hieronymus in c. 14. Marci, exponens illud. *Et biberunt ex eo omnes*, lib. 2. contra Iouinianũ lõge ante finẽ, vbi docet, Iudam non fuiſſe paris meriti cum alijs Apoſtolis, ex eo quod cũ illis calicẽ Domini bibit: & in Pſalm. 54. explicans illud. *Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos.* Auguſtinus in epiſtola 163. ſatis poſt mediũ: lib. 1. de adulterinis coniugijs. c. 27. lib. 2. cõtra literas Petiliani c. 22. in Pſal. 10. explicãs illud: *Iuſtus autẽ quid fecit?* & refertur in canone, *Chriſtus.* 1. q. 1. tractatu 6. in Ioannẽ, colum. 7. & refertur canone: *Et ſanctã. De conſecratione*, diſt. 2. tractatu 26. in Ioannẽ, in illud: *Patres veſtri manducaue-*

Pſeudo Cyprianus.

Origenes.

Cyrillus Hieroſolym.

Chryſoſtomus.

26

Hieronymus.

Auguſtinus

27

runt.tractatu 50.in illud: *Dixit autem hoc,nõ quia de egenis*: & tract. 62. longè à principio. Leo Magnus ſermone.3.de paſsione ante medium,& ſerm.7.etiam ante mediũ. Theodoretus in illud 1.ad Corinth.11.*Hoc facite,quotieſcunque bibetis*. Iuſtinianus Imperator in edicto.& cõfeſsione fidei,quæ eſt in 2.tomo Conciliorum poſt Conciliũ Toletanum 2.colum. 9.poſt medium,vbi dicit,Iudã Sacramẽtis communicaſſe cum Apoſtolis, nihil tamẽ ei profuiſſe.Beda in illud Ioann. 13.*Dicit ei, Domine,quis eſt? &c.* Petrus Damianus in Epiſtol.64. non multũ ante finẽ. Euthymius in illud Matth.26.*Dico autem vobis,quod non bibam*.Nizephorus lib.1.hiſtor. cap.30. parum à principio.Algerus lib.1.de Sacramẽtis corporis,& ſanguinis Chriſti cap.21.in 4.aut 6. tomo Bibliothecæ ſacræ. Hugo de Sancto Victore 2.lib.de Sacramentis. p.8.c.4. Eugenius Papa in cap.*Sacerdos*, de officio Ordinarij.Rabanus lib.2. de inſtitutione clericorum c. 36.Allegari etiam poteſt Theophylactus in illud Matth.26.*Bibite ex hoc omnes*: nam iuxta quorumdã ſententiam putat,id ſolum dictum de calice:eo quod Iudas quidem accepiſſet de manu Domini panẽ cõſecratũ; illum tamẽnõ mãducaſſet: vt igitur biberet de calice,exiſtimant, Chriſtum admonuiſſe omnes,vt biberent. Ex Recentioribus vero Scripturę expoſitoribus fere omnes eã ſequũtur,ex quibus ſufficiant nobis allegare Ianſeniũ c.132.concordiæ Euãgelicæ,& noſtrũ Maldonatũ in c.26. Matth. verſic.20. in illa verba:*Cum duodecim diſcipulis*, quibus etiam adde Cardinalẽ Baroniũ tom.1.Annaliũ,ſub ãno 44.§.62. Ex Scholaſticis verò cũ S. Tho. in hoc artic.omnes qui in.4.d.11.de hac re meminerũt,quos ſigillatim recẽſere opus nõ eſt.

Theodoret. Leo Magnus. Iuſtinianus. Beda. Petrus Damianus. Euthymius. N. Zephorus. Algerus. Hugo de S. Victore. 8 Euge. Pap. Rabanus. Theophyl. Ex Recentioribus. Ianſenius. Maldonatus. Cardinalis Baron. Scholaſtici cum S. Thoma in 4.diſtinct. 11.

Probari autem poteſt eodem teſtimonio Dionyſij.quo hãc ſententiã probat S. Thom. artic.2.& quo noſter Turrianus oppoſitã ſententiam confirmare non dubitauit: nã verbis in primo cap.& præcedente articulo citatis, planè loquitur de Iuda, Cũ vero ait: *Subtrahit eum*, non intelligit, vt putat noſter Turrianus Iudæ negatũ fuiſſe corpus,& ſanguinem Chriſti, quaſi ab ipſa Sacramentali perceptione fuerit remotus;ſed eum exhæredatum factum fuiſſe benedictione ſpirituali,& fructu corporis,& ſanguinis Chriſti,eo quod tantũ Sacramẽtũ,nõ vt decebat,percipere,auſus fuerit. Hũc autẽ ſenſum Dionyſij iuxta quãcunq; Latinã lectionẽ,& Græcã veritatẽ ex contextu ipſius capitis facile colligemus. Nam iuxta verſionem Perionij proxime dixerat Dionyſius: *Sanctiſſima autem vnius, eiuſdemque,& panis,& calicis cõmunis,,paciſque, ac tranquillitatis plena communio, Diuinam eis morum ſimilitudinem,concordiamque, vt qui vnà educati fuerint lege, ſancit, facitque, vt Diuinam illam cœnam & quæ primum ſignum fuit eorum, quæ perficiuntur, ſacra memoria recolant.* Quibus verbis Dionyſius virtutem, & effectum dignæ communionis oſtendit, qui in morum ſimilitudine, & concordia conſtat. Poſtea vero ſubiungit verba, quæ pro ſua ſententia Turrianus allegat, & apud Perionium in hunc modum leguntur: *In qua etiam ipſe ſignorũ effector, & autor iure optimo priuat ſorte eum, qui non ſancte, neque concordi animo Sacramẽta ſecum ſumpſerat*. Cõtinuo autem ſequitur; *Docens ſancte ſimul,& Diuine aduentum, & acceſſum ad ea, quæ Diuina ſunt, qui animi habitu,& cõſtitutione verus ſit, iis, qui accedũt, dare cum ſimili ipſorum communionem, atque ſocietatẽ*: pro: *In qua etiam*: in Græco eſt καθόναι quod ad literam Latine ſignificat: *Iuxta quod &*, ſicut antiqua tranſlatio habet. Et hoc modo ſatis planus eſt ſenſus, nempe, iuxta id, quod de effectu huius ſacræ cõmunionis diximus; Autor ipſe Sacramentorũ, qui eſt Chriſtus, iure optimo exhæredẽ fecit fructu huius ſacræ cõmunionis eum, qui non ſanctè, neque concordi animo Sacramenta ſecum ſumpſerat; vel vt noſter Turrianus vertit: *Eum, qui non ſancte ſacra concœnauerat*. Hoc eſt, eum, qui in cœna cum ipſo Chriſto corpus, & ſanguinẽ eius non ſancte ſumpſerat. Porro autem per ſacra, non intelligere Dionyſium agnũ Paſchalem cum lactucis, vt vult Turrianus, ſed ipſum Sacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti, plane indicãt verba illa ſequentia: *Docens, &c.* eorum enim ſenſus eſt in huuc modum; Eo facto oſtendens nobis Chriſtus acceſſum ad Sacramentum hoc percipiendũ, ſi ſanctus ſit, id præbere nobis, vt ad Dei ſimilitudinẽ, atque conſortiũ tranſeamus: quod ſane non de acceſſu ad mẽſam agni Paſchalis intelligi poteſt, ſiquidẽ de modo ad illã accedẽdi nihil nos Chriſtus docere voluit, ſed de modo, quo ad Sacramentũ ſui corporis accedere debeamus, nẽ ſicut Iudas fructu illius, qui eſt morum ſimilitudo, & amimi concordia, priuemur. Denique verbũ Græcum ἀφορίζει quod Turrianus vertit *Subtrahit eum*: Perionius, *Priuat ſorte*: Camaldulenſis: *Sorte ſeparat*, antiqua vero tranſlatio *Partitur*, ſignificare exhęredare, ſeu exhęredẽ facere periti huius linguæ docent. Ex quibus omnibus perſpicue patet, quam ſine fundamẽto Turrianus noſter ex hoc teſtimonio Dionyſij ſuã ſententiã cõfirmare nõ dubitauerit. E cõtrario vero Carol. Bouius in annotat. in c.16.lib.5.conſtitut. Apoſtol. Clementis,

9

Perionius.

10

Mãs Dionyſij exponitur.

Tvarrianus.

11

Perionius. Camaldulenſis. Antiquæ Græcæ linguæ tranſlatio.

Carolus Bouius nõ probatur.

tis, quæ sunt in 1. tomo Conciliorum, quæ à Surio cõpilata fuerunt, recte obseruauit, Dionysium non sensisse, Iudam non interfuisse communioni. Quod vero ait, Dionysium solum asserere, Christum Autorẽ Eucharistiæ iustissime excludere eum, qui non sanctè, atque ad imitationem sui in suo cõuiuio interesset, manifestè deceptus est: nã Dionysius plane loquitur de Iuda, quod excluſus fuerit à Christo, non quidem à communione, sed à fructu illius affert vero Carolum Maximum, quod in Scholijs Dionysij in eum locũ dixerit, ex verbis citatis probabili quadã cõiectura colligere aliquem posse, Iudam communioni non interfuisse: id tamen nihil obesse debet, cum testimonia Patrum pro nostra sententia habeamus. Denique, quod dixit Gregorius Pachymeres, explanans prædictũ locum Dionysij, eum tantum dicere voluisse, Christum quidem mysticum panem, & calicẽ Iudæ tradidisse, ipsum tamen ab aliorũ mysteriorũ reuelatione, quæ postea in cœna discipulos docuit, excluſisse, mihi non probatur: nam quamuis, vt infra dicemus, Iudas concioni, quam Christus in cœna habuit, nõ interfuerit, tamen id nullaratione Dionysius significare voluit, sed id tantum, quod iã notauimus, vt ex verbis præcedentibus manifeste conuicimus. Cumque nulla ratio, seu testimonium sit, quod vrgeat nos, vt dicamus, Iudam concioni huius Sacramenti non interfuisse: multo magis rationi consentaneum videtur, cum pleriſque Autoribus, & Patribus asserere, Iudam corpus, & sanguinẽ Christi in cœna cũ alijs Apostolis percepisse. Nõnulli etiam cum Iansenio prædictam sententiam communẽ cõfirmãt testimonio Lucæ 22. vbi postquam vinum consecrauit illis verbis: *Hic est calis nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur*: continuo addidit: *Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa*: ac si diceret: Quamuis sanguinem meum vobis bibendũ trado; nihilominus manus eius, qui me traditurus est, mecũ in mẽsa simul mã ducat. Particula autẽ, *Verum tamen*, perspicue indicare videtur, hæc verba dicta à Christo post consecrationem, neque per anticipationem verba consecrationis posita fuisse, inepte enim particula aduersatiua, quæ cũ præcedentibus cõnectit, & continuatiuę vim habet, poneretur. Etenim, quoties aliqua per anticipationem prius narrãtur simpliciter tantum, per particulam continuatiuã, aut copulatiuam narrari solẽt. Verùm quia, vt infra dicemus, verisimilius est, Christum corpus suum, & sanguinem in fine cœnæ tanquã postremam partem conuiuij ministrasse, ideo in confirmationem nostræ sententiæ hoc testimonio vti nolo.

Surius.

Maximus.

Gregorius. Pachimeres

12

Iudas cũ alijs Apostolis (vt docẽt Patres) cœnę interfuit. Iansenius.

Confirmatur ex Lucæ 22.

13

Restat, vt circa priorem partem illius cõtra Hilarium ostendamus, Iudã non ante cœnam discessisse cum turba, sed cũ Christo, & alijs Apostolis cœnasse, quod quidem vsque adeò manifestè ex Euangelio constat, vt non possim nõ mirari, doctissimũ Hilariũ opposi tum docuisse: qua etiam de causa puto, Algerũ loco allegato ipsum benignè interpretari voluisse; tametsi verba illius benignã interpretationẽ admittere nequeãt. Inquit igitur Algerus, ideo Hilarium dixisse, Pascha, hoc est, transitum ad vitam sine Iuda confectum fuisse, quia illius spiritualiter particeps non fuit. Quæ quidem expositio verbis Hilarij quadrare non potest, cũ dicat, ideo Iudam institutioni huius Sacramenti non interfuisse, quia antea discesserat, & cum turbis reuersus fuerat: turbas autem non interfuisse cum Christo cœnæ agni, sed statim finito sermone, quẽ Christus c. 25. Matt. ad eas habuit, discessisse, nemo est, qui ambigere iure possit.

Lucæ testimonium pro nostra sententia, nihil facit.

Hilarius improbatur.

Algerus.

14

Matth. 25.

Posterior verò pars nostræ sententiæ, nempe, Iudã è cœna discessisse; antequã Christus solennẽ illum sermonẽ ad discipulos haberet, colligitur primùm ex August. lib. 2. contra literas Petiliani cap. 22. inquit enim, Iudã proditorem iam antea è cœna discessisse, cũ Dominus ad Apostolos dixit: *Pacem meam do vobis*. Hæc autẽ verba Dominus dixit in sermone illo Ioan. 14. cum tamen cap. 13. Iudæ buccellam intinctam Christus dedisset, & post illam Iudas inde exijsset, subdit præterea Ioannes 13. illo cap. *Cum ergo exijsset, dixit Iesus, nunc clarificatus est Filius hominis*. Quibus verbis Iesus solenni illi sermoni initium dedit. Consentit Leo I. serm. 2. de Passione, qui expresse etiam dixit, Iudam sermoni Christi non interfuisse.

Augustinus

Ioann. 13.

Leo I.

Diluuntur argumenta prioris sententiæ.

CAPVT III.

FVNDAMENTA vero, quibus Autores prioris sententiæ nitũtur, facile conuelli possunt. Primum autem, quod erat testimonium Dionysij, nullius esse momenti, imo verò eo nostram potius confirmari sententiam, præcedẽte capite satis superque ostensum est. Ad secundum vero in primis ingenue fatemur, buccellam intinctam, quam Christus Iudæ porrexit, nõ fuisse Sacramentũ, sicut re-

Ad testimonium Dionysij. 15

Ad primã rationem

Iulius. I. Concil. Brach. *Auguſtinus* *Petrus Damianus.*

verâ Iulius I. & Concilium Brachārenſe 3. & Petrus Damianus dixerunt. Et quāuis Auguſtinus lib.5.de Baptiſmo paruulorum cap. 8.& tractatu 6.in Ioannem,cap.præcedente citato,& tractatu 26. in illud: *Patres veſtri manducauerunt manna*, oppoſitum aſſerere videatur;tamen id expreſſe docet tract. 62. nō longe à principio,vbi de buccella illa poſt quam diabolus in Iudam,tamquam in poſſeſſionem ſuam intrauit,cum antea in eum etiā per cogitationem intraſſet,ita loquitur: *Non autem,vt putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas corpus Chriſti accepit:intelligendum eſt enim,quod iam omnibus eis diſtribuerat Dominus Sacramentum corporis, & ſanguinis ſui. Vbi & ipſe Iudas erat,ſicut S. Lucas euidentiſſimè narrat,ac deinde ad hoc ventum eſt. Vbi ſecundùm narrationem Ioannis apertiſsime Dominus per buccellam tinctam,atque porrectam ſuum exprimit traditorē.* Quæ verba ſua fecerūt Beda in illud Ioan.13.*Dicit ei Domine,quis eſt?* Et Hugo de Sancto Victore loco in præcedente capite allegato. Cæterum ex ijs, qui noſtram ſequuntur ſententiam,noſter Maldonatus probabilius eſſe exiſtimat, buccellā traditam fuiſſe Iudæ poſt Sacramenti corporis, & ſanguinis Chriſti diſtributionem; ſicut etiā Auguſtinus, Beda, & Hugo de ſancto Victore, & Petrus Damianus locis proximè citatis,& S. Thom. in artic. 2.ad 3.vt ita defendant,Iudā corpus,& ſanguinē Chriſti in Sacramento percepiſſe:eo quod,ſi buccella ante conſecrationem Sacramenti ei tradita eſſet,diſtributioni Sacramenti non interfuiſſet,cum dicat Ioannes cap. 13.de illo:*Cum ergo accepiſſet buccellam,exiuit continuò.* Eādem ſententiam ſequutum fuiſſe Ianſenium manifeſtè conſtat ex ordine, & contextu Euangeliſtarum,quem ipſe poſuit in ſua concordia Euangelica, cap.131. & 132. Iuxta hanc vero opinonem, ſecundum argumentum noſtri Turriani facile diluitur:nam,licet Iudas poſt buccellam acceptā confeſtim exiuerit, vt dicit Ioannes,nihilominus antea Sacramētum corporis, & ſanguinem Chriſti percipere potuit,vt patet.Porro autem quamuis duo Euangeliſtæ Matthęus,& Marcus ante cōſecrationem corporis,& ſanguinis Chriſti,narrent varios modos, quibus Chriſtus non obſcure ſignificauit alijs Apoſtolis, Iudā futurum ſuum proditorem,tamen nullus eorum mentionem fecit buccellæ, per quā clariſsime,& tamquam digito omnibus illum indicauit. Atque hac ratione contra Turrianum defendere poſſemus,buccellā datam fuiſſe Iudæ poſt Sacramentum, alia vero ſigna prodi toris exhibita à Chriſto antequam Sacramentum conſecrāret. Neque quidquam obeſſet, quod Lucas poſt conſecrationem dicat:*Verū tamen ecce manus tradentis me mecum eſt in mensa*: quominus hæc dicta fuiſſent à Chriſto ante conſecrationem,ſiquidem Lucas nō ſeruato ordine temporis,quo dicta ſunt,ea narrare poſſet,ſicut etiam ſæpius è contrario per anticipationem accidere ſolet:vel certè aſſerere poſſemus, ea omnia ſigna per anticipationem à duobus Euangeliſtis ante conſecrationem corporis, & ſanguinis Chriſti poſita fuiſſe,& omnia,quæ pertinent ad manifeſtationem proditoris,poſt Sacramentum Euchariſtiæ contigiſſe.

Luca 22

Ego vero cum Leone I. ſermone 3.de Paſſione puto, Iudam prius fuiſſe detectum tāquam proditorem, quàm Sacramentum Euchariſtiæ acciperet, nam de illo inquit: *Illa ſaltem te à præcipitio tuo Sacramenta reuocaſſent,quæ in Paſchali cœna iam de perfidia tua ſigna Diuinæ ſcientiæ detectus acceperas.* Cumque inter alia indicia buccella detectus fuerit,cenſeo,illud,& reliqua,quæ ad detegendam proditionem Iudę dicta,& facta fuerūt, conſecrationem corporis,& ſanguinis ipſius præceſſiſſe. Primum quidē omnia,quæ ad detegendum proditorē dicta,& facta fuerunt, ita dicta,& facta fuiſſe,vt nihil aliud,præſertim conſecratio Sacramenti interceſſerit,ex eo,mihi ſuadeo,quia non eſt credendū, Apoſtolos,qui ſemel de proditore interrogarūt, ab inquiſitione ſua ceſſaſſe, antequam certò ſcirent,quiſnam ille futurus eſſet, ac proinde probabilius eſt,ſemper inſtitiſſe,vt Dominus illum detegeret: nec facultatē quidquā aliud interim faciendi, aut loquendi Chriſto dediſſe. Deinde proditorem detectum fuiſſe, antequā ipſis Apoſtolis Sacramentum corporis,& ſanguinis Chriſti diſtribueretur, ex eo etiam probatur, quòd, cum talis panis & vinum conſecratum in ſignum pacis,& cōcordiæ pro diſceſſu,& poſtrema cœna inter diſcipulos diſtribuendum eſſet:ita in extrema parte cœnæ diſtribui debebat, vt Chriſtus,& Apoſtoli poſtea ad alias epulas non redirēt. Si autem buccella intincta data fuiſſet Iudæ poſt Sacramentum, Chriſtus,& Apoſtoli poſt Sacramenti perceptionem ad alias epulas redijſſent, quod creditu difficile eſt. Quam ſententiam ſequitur Cardinalis Baronius tom.1.Annalium,ſub anno 34.§.63.neque contrariū docuerunt Cyrillus,& Chryſoſtomus,vt Recentiores nōnulli volunt. Notat autem Baronius ex Rituali libro antiquo Iudæorum,morem Hebræorum fuiſſe,initio ſecundæ menſæ,quę ſuccedebat cœnæ agni Paſchalis,intingere panem in pultem,ſeu em-

Beda. *Hugo Victorinus.* *Maldonatus* *Auguſtinus* *S.Thomas.* *Ioan. cap. 13.* *Ianſenius.*

16

17 Secundū. Turriani argumentum diſſoluitur.

18 Iudas prius fuit delatus proditor, quàm Sacramentum acciperet. *Leo 1.*

19

Chryſoſt. Cyrillus. Baronius

bámmā ex lactucis agreſtibus confectum, & tunc Chriſtum Iudæ buccellam illam panis intinctam prębuiſſe. Hunc igitur ordinem ſeruatum fuiſſe, cenſeo: vt poſt pedum ablutionem, quæ, vt dixi diſp. 172. c. 9. ſtatim poſt primam cœnam facta eſt, in ipſa ſecunda cœna ante conſecrationem huius Sacramenti Chriſtus de ſua proditione ſermonem habuerit: & tunc diſcipuli de proditore varie interrogauerint, Chriſtus autem reſponderit, atque Iudę buccellam in ſignum dederit: quamuis non omnia, quę ad detegendum proditorē dicta, & facta fuerunt, omnes Euangeliſtę narrent: poſtea verò Chriſtus corpus, & ſanguinem ſuum ſub Sacramento Apoſtolis omnibus, inter quos vnus erat Iudas, diſtribuerit:
20 deinde tradito corpore, & ſanguine ſuo dixerit Iudæ; *Quod facis, fac citius.* Quæ verba refert Ioan. cap. 13. Audito verò hoc verbo, vt
Ioann. c 13. dicitur eodem capite, Iudas continuò ſine vlla mora inde exierit: & poſtremo Chriſtus ſermonem illum ſolennem ad diſcipulos ſuos habuerit, quem cepit capite illo 13. & toto capit. 14. vſque ad 17. protraxit. Quo circa
Matth. 26. omnia dicta, & facta, quæ narrat Matthæus cap. 26. ante conſecrationem huius Sacramēti circa detegendam proditionem Iudæ non per anticipationem, vt alij putant, ſed eodē ordine, quo acciderunt, ſcripta videtur. Vbi, cum Chriſtus omnibus Apoſtolis in ſecunda meſa poſt agni Paſchalis immolationem cœnantibus dixiſſet, ſe ab vno eorum tredendum eſſe, & ſinguli contriſtati interrogaſſent; *Nunquid ego ſum Domine?* duobus modis indicauit, eum, per quem tradendus erat, eſſe Iudam: primum illis verbis: *Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet:* deinde, cum ipſe Iudæ interroganti: *Numquid ego ſum Rabbi?* reſpondit: *Tu dixiſti:* eſt enim hic modeſtus quidam modus concedendi id, quod interrogatur.
Marci 14. Luca 22. Marcus autem cap. 14. prioris tantum modi mentionem facit; Lucas verò c. 22. nihil narrat, quo Chriſtus Iudæ proditionē ſpeciatim indicauerit, ſed inuniuerſū ſolū ſcribit, Chriſtum dixiſſe, ſe ab vno ex diſcumbentibus tradendum eſſe, cum ait: *Verumtamen ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa:* quod perinde eſt, ac ſi diceret ſicut Matthæus: *Vnus veſtrum me traditurus eſt:* vel ſicut Marcus c. 14. *Vnus ex vobis tradet me.* Anticipationis tamen figura vſus videtur, cum prędicta verba poſt conſecrationem calicis, narret, & reuera quid quid ad detegendā traditionem Iudæ pertinebat, ante panis & calicis cōſecrationem dictū & factum fuerit. Tertium autem aliud ſignū proditionis Iudæ, quod Chriſtus dedit, narrat Ioannes cap. 3. illis verbis: *Ille eſt, cui intinctum panem porrexero, &c.* id quod meā quidem ſententia accidit, quando Iudas in paropſide cum ipſo Chriſto ſimul iuxta morem Hebræorum, quem ſupra memoriauimus, panem intingebat. Et quamuis aliqui putēt, ſolùm Iudam cum Chriſto in eodem catino panēm intinxiſſe, tamen ego puto, non fuiſſe ſolum, ſed de more cum alijs etiam id feciſſe. Etenim poſtquam dixit Chriſtus, *Qui intingit mecum manum in paropſide, hic mē tradet:* 22
poſtea Iudas ſpeciatim interrogauit, an ipſe eſſet, ſicut ſcribit Matthæus. Nam cæteros omnes ad ipſum ſigillatim pro ſe ipſis interrogaſſe, ante quam Chriſtus diceret illud; *Qui intingit, &c.* ex ipſo textu etiam manifeſtè cōſtat. Si autem ſolus Iudas cum Chriſto panē intingeret in catino, prædictis verbis ſufficiēter detectus eſſet, neque ipſe de ſe ſpeciatim Matth. 26. interrogaret; *Numquid ego ſum Rabbi?* Ideo autem ſic eum interrogaſſe cenſeo, quia non ſolus, ſed alij etiam in eadem paropſide cum Chriſto intingebant, vt optime notauit Euthymius in eum locum Matthæi: eo
Matth. 26. Euthymius quod ſignum hoc cōmune alijs etiam eſſet. Verùm, cum Chriſtus reſpondiſſet *Tu dixiſti,* hoc etiam modo eius proditio non ſatis indicata videbatur, non quia, vt dicit Ianſenius
Ianſenius cap. illo 132. id dixiſſet Chriſtus ſubmiſſa voce, ita vt ſolus Iudas intelligere poſſet: aut ita vt cæteri non aduerterent, ſicut obſeruauit Auguſtinus loco inferius citādo; ſed quia
Auguſtinus Ioann. 18. hic modus loquendi, licèt ſit affirmantis, ſicut cum Chriſtus Pilato dicenti Ioannis 18. *Ergo Rex es tu?* reſpondit, *Tu dicis, quia Rex ſum:* non eſt planè affirmantis rem, ſed, vt ibi notauit Euthymius, enigmati ſimilis fuit, eo quod Iudas non manifeſtè confeſſus fuerat: aut quia illis verbis aliud intelligi potuit, nempe, ipſum Iudam reuera illud dixiſſe, ſi-
Auguſtinus cut etiam notauit Auguſt. lib. 3. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 1. ideo igitur Petrus deſiderans rem planè, & definite intelligere, Ioanni tanquam maximè à Chriſto dilecto commiſit, vt de proditore iterum interrogaret, ſicut narrat ipſe Ioannes cap. 14. Ioanni
Ioann. 14. autem interroganti ſignum illud manifeſtū buccellæ Chriſtus dedit. Vtrùm autem hoc ſignum ipſe Ioannes & Petrus ſolùm intellexerint, an vero, & reliqui omnes, certo cōitare non poteſt. Cæterū offulam, ſeu buccellā illam ſpeciatim datam fuiſſe Iudæ eo tempore, quo ipſe, & alij cū Chriſto in eadem paropſide intingebant, dubitandum non eſt. Hunc ordinem circa ea, quæ dicta, & facta ſunt in manifeſtanda proditione Iudæ aſſignant Euthymius, & Auguſtin. locis citatis, niſi quod putant, inter reſponſum illud: *Tu dixiſti,* &

ſignum buccellę myſterium Euchariſtiæ interueniſſe, id quod mihi minus probabile ſit, vt ſupra notaui. Nam qua ratione quis dicere vellet, Euchariſtiæ Sacramentum celebratum fuiſſe, ante quam Iudæ buccella illa tubueretur, eadem etiam dicere deberet, cętera omnia, quæ de manifeſtanda proditione illius narrantur, poſt celebrationem Sacramẽti contigiſſe. Lucas enim poſt Sacramenti cõſecrationem refert verba illa, *Verùmtamẽ ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa*: quæ eadem ſunt cum illis apud Matthæum, *Vnus veſtrum me traditurus eſt*, vt ſupra notaui. Cæterum difficile videtur aliquibus, Lucã anticipatione vſum fuiſſe, cum prius narrat corporis, & ſanguinis Chriſti diſtributionem, poſtea verò ſubiungit, *Verumtamen manus tradentis me mecum eſt in menſa*, eo quod particula aduerſatiua, *Verumtamen*, vt præcedente capite memoraui, vim continuatiuæ habeat, atque adeo huic figuræ anticipationis minime conueniat, ſed potius narrationem eo ordine, quo res ipſæ acciderunt, annectere videatur. Hoc tamen leue argumentum eſt, vt eo conuicti noſtram ſententiam de anticipatione etiam apud Lucam relinquamus: nam in Græco eſt particula ϖλὴν quę Latinè ſignificat, *Sed, verùm, Cæterùm*, quæ ſane particulæ vim habent inceptiuæ, vt periti linguæ Latinę notant: imo & de, *Verumtamen*, idem dicere poſſemus: & ita ſenſus illius loci non erit; Quamuis vobis tradiderim corpus, & ſanguinem meũ, nihilominus ille, qui me traditurus eſt, aduc in ſuo peccato perſeuerans mecum eſt in menſa; ſed nouus inde ſenſus incipiet; ac ſi Chriſtus diceret; *Cæterùm manus tradentis me mecũ eſt in menſa*. Quod quidem ratione anticipationis poſteriori loco poſitum fuiſſe rectè intelligi poteſt.

Luces. Matth. 25

Argumentum Turriani ſoluit Maldonat. Primò 25

Iam vero ad id, quod noſter Turrianus pro ſua ſententia afferebat ex Ioannis 13. nempe Iudam continuo poſt buccellam exijſſe, buccellam autem fuiſſe ante conſecrationem corporis, & ſanguinis Chriſti, reſpondet primũ noſter Maldonatus, poſt buccellã ſine vllo vel minimo interuallo Iudam exijſſe, buccellam autem non ante Sacramentum, ſed poſt illi datam à Chriſto fuiſſe, ſententiam in hoc Euthymij, & Auguſtini ſequutus: atque hoc eodem modo Ianſenius reſponderet, qui omnia, quæ dicta, & facta fuerunt in cœna circa proditionem Iudæ manifeſtandam poſt Sacramẽti inſtitutionem dicta, & facta eſſe putat. Verum quia hic ordo nobis non probatur, alio modo reſponderi poteſt. Deinde reſpondet idẽ Maldonatus, & Baronius, illud aduerbiũ, *Continuò*, non temporis momentum, ſed breue aliquod interuallum ſignificare, ità vt Iudas poſt buccellam Sacramentum corporis, & ſanguinis ſolum, non autem ſermonem illum Chriſti ſolennem expectauerit. Verũ cũ poſt manifeſtatam Iudæ proditionem inter diſcipulos orta fuerit controuerſia illa, quis eorũ videretur eſſe maior Lucæ 22. occaſione illius, quod Chriſtus de proditione dixit, & Dominus eorum contentionem repreſſerit, & blandis ſermonibus linierit, poſtea verò Sacramentum corporis, & ſanguinis ſui eis prębuerit, non potuit tam breue temporis interuallum intercedere, vt per particulam illam, *Continuo*, ſignificari potuerit. Et ſanè, ſi alia via vim illius preſſè defendere poſſumus, nõ eſt, quòd ad hanc improprietatem confugiamus. Ego igitur reſpondeo, buccellam quidem datam fuiſſe Iudæ à Chriſto, ante quam Sacramentum Euchariſtiæ ei traderetur, & particulam, *Continuo*, ſignificare idem, quod abſque vllo temporis interuallo etiam breuiſſimo, ſicut humano more accidere ſolet: nihilo minus Iudam Sacramenti Euchariſtiæ diſtributioni interfuiſſe, & inter alios illud percepiſſe. Verùm particulam, *Continuo*, non eſſe ferendam ad illud: *Cum ergo accepiſſet ille buccellam* (nempe, de manu Chriſti) quod proximè præceſſerat, ſed ad aliud, quod paulo antea narrauit Ioãnes, dixiſſe Chriſtum: *Quod facis, fac citius*, vt ſenſus ſit. Poſtquam Iudas accepit buccellam de manu chriſti, & cum buccella introiuit in eum Sathanas, & dixit illi Ieſus, *Quod facis, fac citius*, arrepta occaſione ex his verbis, quæ alij diſcipuli non intellexerunt, ſed ſolum ipſe Iudas, vt ſcribit Ioãnes, ſtatim exiuit, vt facinus, quod dæmone inſtigante cogitauerat, perpetraret. Optima enim occaſio illi viſa fuit, ne alij ipſum notarent, quòd non ſpectaret ſermonem Domini, & finem illius cõgregationis, exiſtimantes, ipſum à Domino pro re aliqua eo tempore mitti, ſicut reuera eos exiſtimaſſe narrat idem Ioann. Ideo autem illud de buccella repetiuit Ioannes hoc modo; *Cum ergo accepiſſet ille buccellã, exiuit continuo*: nõ vt oſtenderet momentũ tẽporis, quo exiuit, fuiſſe confeſtim poſt buccellam, ſed vt cauſam indicaret, ob quam exiuit: ac ſi diceret: Cũ iam accepiſſet buccellã, & cum buccella à dæmone ad hoc facinus poſſeſſus, & deſtinatus eſſet, ſimul atque a Domino audiuit, *Quod facis, fac citius*, exiuit: nã ſi ſtatim poſt buccellam nõ expectato Sacramento, & fine conuiuij exiret, multo magis ab alijs notaretur: quòd poſtquam à Domino eius proditio per buccellam detecta eſſet, ſtatim exiret. Quamuis autem diſcipuli per illud ſignum plane intellexerint, Iudam traditurum

Euthymius. Auguſtin. Ianſenius.

Secunda ſolut. Maldonati, & Baronij.

Reijcitur.

Luce 22.

26

27

rum esse Christum, tamen quod tam certo illud facturus esset, nulla ratione suspicati sunt. Neque vero mirum est Petrum, cum ex signo illo intellexerit, Iudam futurum proditorem, in eum non irruisse, sicut etiam eanocte stricto gladio seruum illum Malchum percussit: nam præsens ille conflictus quasi belli, & strepitus armorum multò magis, quã sola illa prædictio Christi eum mouit. At obijciet quis in hũc modũ: licèt Christus prius dederit Iudæ buccellam, quam dixerit verba illa: *Quod facis, fac citius*, tamen, cum porrigẽs buccellam, simul videatur dixisse, perinde erit exijsse statim post buccellam, & post verba illa. Respondeo, ex verbis Ioannis non constare, Christũ dixisse verba illa porrigens Iudæ buccellam, neque simul, atque illam dedit: inquit enim, *Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ, & post buccellam introiuit in eũ Sathanas, & dixit ei Iesus, Quod facis, fac citius* quin potius ex his verbis colligitur, fuisse aliquod tẽporis interuallum inter buccellam, & verbũ illud, *Quod facis, &c.* in quo Iudas in malo proposito obfirmatus fuit, & à dæmone ad facinus perpetrandum possessus. Adde, quod si Christus porrigens panem intinctum Iudæ, dixisset ei, *Quod facis, fac citius*, & ille continuo exiisset, non latuisset Apostolos, quid Christus illis verbis Iudæ significare voluisset, cum buccella ei data esset in signum proditionis, vt ab alijs peccatum illius cognosceretur: intelligerent igitur verba illa à Christo permissiuè fuisse dicta de facinore à Iuda perpetrando, vt illud cito exequeretur: atqui Euangelista Ioannes planè affirmat, Apostolos non intellexisse verba illa, neque ad quid Iudas inde exiret, vt supra notauimus: illa igitur verba multo post buccellam dicta fuisse consequitur, & vt ego existimo, post contentionem illam obortam inter discipulus, *Quis eorum videretur esse maior*, quando iam Iudas in malo proposito plenè obfirmatus erat, & de facinore attentius cogitaret. Porro mihi non probatur, quod Cardinalis Toletus in illum locum Ioannis inquit, Iudam post illa verba: *Quod facis, fac citius*, & post buccellam confestim sine mora exijsse: per buccellam tamen non esse intelligendam illam, quam prius de manu Christi acceperat, sed aliam, quam ipse in cœna, in qua perseuerabat, sumpserat. Hoc igitur mihi nõ probatur: quia in eo capite specialim fit mentio buccellæ, quam de manu Christi acceperat, & cum qua dæmon in ipsum introiuit, & instigauit, vt facinus illud perpetraret. Quocirca data opera iterum huius mentio fit, cum dicitur, qua occasione, & quo pacto Iudas exiuerit; de alia autem buccella mentionem fieri, non videtur ad historiam pertinere, nisi vellet Ioannes dicere, ante quàm Iudas deglutiret buccellam, quam sumpserat, auditis verbis illis *Quod facis, fac citius*: confestim exijsse, quod certe non tanti momenti videtur, quanti buccellæ à Christo acceptæ mentionem facere eo modo, quo diximus: nam, vt explicaretur promptitudo, qua auditis verbis illis exiuit, satisfuit dicere, *Confestim exiuit*. Neque etiam credendum est, Iudã, ante quam buccellam deglutiret, exijsse. Denique obseruandum est, pro eo, quòd dixit Vulgatus, *Et cum accepisset*, Græce esse participiũ aoristi λαβων quòd nõ rectè aliqui vertunt, *Accipiens*, sed noster Vulgatus, melius, trãstulit, *Cum accepisset*. Quod si liceret transferre, *Accipiens*, multò melius interpretatio Cardinalis Toleti locum habere posset, & nostra non tam rectè quadraret.

28

29

30

31

Toleti placitum improbatur.

Ad tertium argumentum, quod erat Hilarij, respondeo, Iudam quidem, non fuisse bibiturũ ex illo genimine vitis in Regno Dei cum Christo, nihilominus bibisse illud consecratum in calice cum reliquis Apostolis, & ipso Christo. Nam illud, quod Christus dixit; *Vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in Regno Patris mei* nõ opus est intelligi de omnibus nullo excepto, quibus calix consecratus in cœna datus est sed vt illud verè dictum sit, satis est, quod alij excepto Iudã ex eo bibituri essent.

Tertium Hilarij diluitur.

Ad quartum illi, qui cũ Augustino, & Euthymio putant, buccellam quidem post Sacramentum Iudæ datam fuisse, cætera verò omnia, quæ ad proditionem illius manifestandã dicta, & facta fuere, ante Sacramentum præcessisse: facile respondere possunt, Iudam nõ fuisse manifeste detectum, vt tamquam publico peccatori ei Sacramentum denegaretur. Nam, vt supra diximus, responsum illud Christi, *Tu dixisti*, non plãne indicauit, Iudã futurum esse ipsius Christi proditorem, Verùm, quia probabilius existimaui, buccellã intinctam datam fuisse Iudæ, ante quam Sacramentum ei traderetur, & eo signo sufficiẽter eius crimen detectum fuit: respõdeo, Christum corpus suum, & sanguinem Iudæ tradidisse, etiam si crimen illius iam omnibus notum esset: neque id Christo vetitum fuisse, sicut cuiuis alteri sacerdoti esset; eo quod cũ ille sit Dominus omnium, & autor gratiæ, multa eilicent, quæ nobis interdicta sunt. Ipse enim offerre potest alicui occasiones ea intẽtione, vt conuertatur, etiam si sciat ex illis detetiorem futurum, quod tamen nobis, si id sciremus, nõ liceret. Potuit igitur post tot signa

Quartum soluitur.

Obiectio diluitur.

ſigna beneuolentiæ, quibus obduratum illius animum emollire voluit, addere etiã eximium aliud, nempe, Sacramenti corporis, & ſanguinis ſui, etiam ſi ſciret, eo quoque minime emoliendum eſſe. Et ſanè iuxta ordinem ſeruatum in cœna, quem vt probabiliorem aſſignauimus iuxta doctrinam Leonis primi, alio modo huic argumẽto reſponderi nequit; fatendum tamen eſt, Eugenium in illo capite, *Si ſacerdos. De officio Ordinarij*, quem cap. 2. pro noſtra ſententia allegauimus, ſententiam Auguſtini, de ordine in cœna ſeruato ſequutum fuiſſe, nimirum, de buccella data Iudæ poſt communionem corporis, & ſanguinis Chriſti, & ita exemplum Chriſti recte pro ratione attuliſſe, vt probaret, neminem ab hoc Sacramento repellendum eſſe, niſi notorius peccator ſit: quia neque Iudas à Chriſto repulſus fuerit (ſupponens, nimirum, Iudæ peccatum ante communionem non fuiſſe ſatis manifeſtũ.) Verum, dum vtitur hac ratione, non vt pontifex definiẽdo, ſed vt Doctor priuatus loquitur, ſicut noſter Turrianus loco citato notauit, qui putat, ex teſtimonio, & ratione Eugenij damnatum eſſe placitum Leonis primi ſupra relatum. Dicere ſane poſſet quis, eo ſigno buccellæ detectum fuiſſe aperte crimen proditionis Iudæ, tamquam futurum aliquando, non tamen prauũ propoſitum, quod tunc haberet; ſi quidem cum ille exiret, diſcipuli non exiſtimarunt ad tradendum Chriſtum tunc eum exijſſe; quemadmodum etiam, cum Chriſtus dixit Petro, *Ter me negabis*, Matth. 26. non detegit prauum animum negandi Chriſtum, quem tũc haberet, ſed id, quod in futurum oblata occaſione facturus erat. Verũ, cũ Chriſtus in cœna ante lotionem pedum Ioannis 13. dixiſſet: *Et vos mundi eſtis, ſed non omnes*; & poſtea aperte indicaſſet, quod Iudas facturus erat, plane omnes intelligere potuerunt, illum iã prauum animum tradendi Chriſtum concepiſſe, quamuis non tam cito opere ipſo id, quod cõceperat, facturus eſſet. Quocumque autem modo ex his duobus reſpondere velis, ſeruato ordine, quem ſupra aſſignauimus, quartum argumentum pro priori ſententia facile diui poteſt.

Eugenius explicatur

31

Matt. 26.

Ioan. 13.

ARTICVLVS III.

Vtrum Chriſtus ſumpſerit, & diſcipulis dederit corpus ſuum paſſibile.

CONCLVSIO Eſt; *Chriſtus corpus ſuum in ſe quidem paſſibile, modo tamen impaſſibili ſub Sacramento exiſtens ſumpſit, & diſcipulis ſuis dedit.* De doctrina huius articuli ſatis à nobis dictũ eſt ſupra diſputatione 189. cap. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum, ſi hoc Sacramentum tempore mortis Chriſti fuiſſet ſeruatum, vel conſecratum, ibi moreretur.

CONCLVSIO Eſt affirmãs, de qua etiam loco citato, & diſputatione 192. ſuius tractatum eſt.

QVÆSTIO OCTVAgeſima ſecunda. De miniſtro huius Sacramenti.

HACTENVS Satis, ſeperque tractauerat B. Thomas de eſſentia, effectu, vſu & modo, quo ſumitur hoc Sacramentum, reliquum erat, vt de miniſtro propio illius diſputaret: in omni enim Sacramento hæc triã materia, forma, & miniſter neceſſaria ſunt.

ARTICVLVS I.

Vtrum conſecratio huius Sacramenti ſit propria ſacerdotis.

COCLVSIO Eſt affirmãs.

ARTICVLVS II.

Vtrum plures ſacerdotes poſſint vnam, & eamdem hoſtiam conſecrare

NO-

Notatio circa Articulum.

CONCLVSIO Est, *Iuxta consuetudinem quarumdam Ecclesiarũ, sicut Apostoli cum Christo cœnarunt, ita recens Ordinati sacerdotes cum Episcopo simul consecrant.* 33 Non quærit S. Thomas in hoc articulo an si plures simul proferant eadem verba consecrationis consecratio effectum habeat: sicut enim iam definierat supra quæst. 67. artic. 6. Baptismum validum, & verum esse, etiam si à pluribus simul conferatur, ita quoque de quouis alio Sacramento dicendum esse existimauit: neque enim peculiaris ratio esse potest, ob quam Baptismus à pluribus collatus, verus, & firmus sit, alia vero Sacramenta hoc modo collata irrita fiant: sed quærit, vtrum liceat pluribus sacerdotibus super eamdem materiam consecrationis verba simul proferre. Responsum autem eius aperte indicat, solum id licere in ipsa sacerdotũ ordinatione, iuxta ritum tantum quarumdam Ecclesiarum, & ita in solutione prima docet peculiare esse huic Sacramento, vt à pluribus sacerdotibus simul confici possit, cum tamen Baptismus nequeat à pluribus simul adhiberi: eo quod Christus, cum hoc Sacramentum instituit, simul cum suis Apostolis cœnauit, numquam tamen cũ suis Apostolis Baptizauit. Planum autem est S. Thomam non negare, Baptismũ à pluribus simul collatum firmum, & verum Sacramentum esse, cum id quæst. illa, & articulo expresse docuerit.

An ad consecrationem huius Sacramenti plures sacerdotes simul concurrere possint. Disputatio 218.

Proprium ministrum consecrationis huius Sacramenti esse solum sacerdotem, imprimis contra hæreticos supponitur. Cap. 1.

Status controuersiæ propositæ explicatur. Capit. 2.

Consuetudo plurium sacerdotum eamdem hostiã simul consecrantium variè à Doctoribus defenditur. Cap. 3.

Vera ratio defendendi prædictam consuetudinem Cap. 4.

Proprium ministrum consecrationis huius Sacramenti esse solum sacerdotum, imprimis contra hæreticos supponitur.

CAPVT I.

IN Controuersia proposita primum quidem supponitur ministrum huius Sacramenti esse sacerdotem, quæritur verò an plures simul eamdem hostiam cõsecrare possint. Quo circa in hoc capite de eo, quod supponitur, contra hæreticos disputabimus, de eo vero, quod quæritur, in sequentibus differemus. Est autem duplex ministerium huius Sacramenti, vnum, quod in consecratione materiæ, alterum vero in traditione illius ad vsum fidelium positũ est, & de ministro vtriusque disputat S. Doctor in hac quæst. de ministro quidem prioris ministerij, & muneris in his duobus articulis, de quo etiam nos in præsenti controuersia differemus; de ministro autem posterioris in sequente, de quo etiam nos in sequente disputatione tractabimus. 1 2

Circa ministrum vero necessarium consecrationis, & oblationis huius Sacramenti nõ defuere errores à tempore Vvicleffi, qui de hac re primus dubitare cœpit: nã error Collyridianorum, qui Beatæ Virgini tortam panis in sacrificium offerebant, ad præsentem controuersiam non pertinet: neque enim ipsi eam pro Eucharistia habebant, sed in peculiarẽ Virginis cultũ eo genere sacrificij, vtebãtur quorum errorẽ tom. 1. in 3. p. disp. 99. c. 2. fusius memorauimus. Primus igitur Ioannes Vvicleffus, teste Vvaldensi tomo 2. qui est de Sacramentis capite 28. in principio de ministro huius Sacramenti dubitare cœpit: refert enim Vvaldensis, illum dixisse, sacerdotes sanctos decere hoc officiũ, posse tamẽ cõuenire laicis non ordinatis. Præterea memorat, illum lib. 4. trialogi cap. 10. hæc verba dixisse: *Credo nescis ostendere, quod quando Christiani fregerunt panes circa domos, quod illi panes non erant corpus Christi, aut quod solum Apostoli, vel presbyteri sic fecerint. Sed, dimittendo istud incertum, apparet mihi, quod sacerdotes sanctos decet istud officium, cum Christus specialiter* 3

Vvicleffus. Collyridian

Vvaldensis.

Error Vvicleffi.

literiuiungat eis, ſic facere. Idem quoque Vvaldenſis cap. 1. eiuſdem tomi in principio inquit, Vvicleffum incredulũ de cooperatione Dei in Sacramentis Eccleſiæ ſic loqui: *Si Deus non cooperatur laico quantumcumque fideli, & deuoto conficienda huiuſmodi Sacramentum, quæ ratio neceßitaret, quòd Deus neceſſario conficit cum petore, &c.* Ex quibus apparet, quo pacto hic hæreticus de miniſtro neceſſario huius Sacramenti dubitauerit. Et certe, quòd attinet ad malos ſacerdotes, nempe, eos non verum Sacramentum miniſtrare, aperte ſenſiſſe videtur hic hæreticus, vt patet ex verbis citatis, & ita Vvillelmus Vvidefordus inter errores Ioannis Vvicleffi de Sacramentis in genere hunc cõmemorat, & videtur 8. articulus inter articulos Ioannis Huſz, damnatos in Concilio Cõſtantiuenſi ſeſsione 15. ſub hoc titulo: *Articuli damnati, &c.*

Vvideford. Ioannes Huſz. Cõcil. Conſ.

4

Verùm hæretici huius ætatis multò magis apertè errarunt, exiſtimantes, quẽlibet Chriſtianum ex ſolo Baptiſmo, abſque vlla alia ordinatione, poteſtatem habere Euchariſtiam conſecrandi, quamuis extra tempus neceſsitatis hoc munus nullus propria voluntate aſſumere poſsit, niſi legitime, & rite vocatus, & ad illud deſtinatus. Ita docuit Lutherus libro de captiuitate Babylonica cap. de ordine, & libro de inſtituendis miniſtris ad ſenatum Pragenſem, & in libro de priuata Miſſa abrogãda, & in libro de notis Eccleſiæ. Quo circa ea dumtaxat ratione miniſtrorũ ordinationem neceſſariam putat, vt diſciplina, & ordo Eccleſiaſticus ſeruetur: nimia enim confuſio eſſet, ſi quilibet Sacramentorũ miniſter eſſe vellet, quinimo in lib. de Miſſa priuata, & de vnctione ſacerdotum, affirmauit fore verum Sacramentum, quamuis ad ipſo diabolo conficeretur. Zuuinglius initio Lutherũ ſequutus eſt in lib. de vera, & falſa religione cap. de alijs Sacramentis. At Caluinus in libro 4. inſtitutionum cap. 1. §. 22. & cap. 3. §. 10. & cap. 15. §. 22. & in Antidoto Concilij ſeſsione 7. cano. 10. & Henricus Bullingerus decade 5. ſermone 8. & 9. docent Baptiſmum irritum eſſe ſi ab alio, quam à publico miniſtro conficiatur. Et ſane, ſi ipſi cum Luthero docerent, vi conſecrationis corpus, & ſanguinem Chriſti vere eſſe ſub hoc Sacramento, aut cum catholicis ſentirent, hoc Sacramentum, & reliqua operari ex opere operato, aut certe in ipſa miniſtrorum ordinatione imprimi characterem, cogerentur aliquo modo aſſerere, Sacramentum irritum eſſe, niſi a legitimo miniſtro, & ordinato conficiatur. Verum, cum dicunt, Sacramentum ſolũ operari excitando fidem, & in hoc Sacramẽto virtute verborum conſecrationis non eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti, denique in ipſa ordinatione non imprimi characterem, neſcio qua ratione ducti dicere debuerint, Sacramentum irritum eſſe, niſi à legitimo miniſtro conficiatur: nam eodem modo Sacramentum excitare poteſt fidem, ſiue a legitimo miniſtro, ſiue ab alio quocumque fiat: tum etiã ſi nulla poteſtas, & character in ordinatione confertur, nihil deerit cuicũque non ordinato, quominus Sacramentum ab eo confectum firmum, & ratum ſit: ſolumque ob diſciplinam, & gubernationem Eccleſiæ, & ad vitandam confuſionem neceſſarium erit Sacramenta non indiſcriminatim à quocumque conferri.

Error Lutheri.

Zuinglius.

Caluini error.

Bullingerus.

Cæterum catholica doctrina ab initio Eccleſiæ, ad hæc vſque tẽpora ab omnibus credita, & ſeruata fidelibus eſt, ordinationem ſacerdotis, in qua imprimitur character, & peculiaris poteſtas confertur, ita neceſſariam eſſe ad conficiendum hoc Sacramentum, vt nulla de causa ab alio confici poſsit, atque ſi quis alius illud conficere vellet, irritum totum, & inane ſit. Imprimis autem hæc ſententia catholica probatur teſtimonio illo Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem:* neque enim verba hæc ſignificant ſolum: *Manducate, & bibite, ſicut ego manducaui, & bibi;* ſed etiam: *conſecrate, ſumite, & dare alijs, ſicut ego feci:* nam, ſi non ad omnia, quæ Chriſtus fecit, verba illa referrentur, ex illis verbis non poſſemus colligere mandatum conſecrandi, & conficiendi hoc Sacramentum, ſed tantũ, ſumendi illud ac proinde hæretici ipſi, qui non credunt præceptum alicuius rei eſſe, niſi ſit in Diuina Scriptura expreſſum, dicere deberent, non eſſe præceptum vllum conficiendi hoc Sacramentum. Porro nulla ratio videtur eſſe, vt quis dicat, verba illa non referri ad omnia, quæ Chriſtus tunc fecit, ſiquidem poſtquam ipſe conſecrauit, ſtatim addidit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Neque obſtat, quòd Paulus 1. ad Corint. 11. illud: *Hoc facite*, ad actionem manducãdi, & bibendi referat, cum inquit: *Hoc facite quotieſcumque bibetis, in meam commemorationem*, hoc eſt: *Bibite in memoriam paßionis*: nam & ipſa actione manducandi, & bibendi paſsionem Chriſti, memorari oſtendimus ſupra diſput. 213. cap. 1. Atque hac ratione ex illis verbis obligationem ſumendi hoc Sacramentum deduximus: hoc (inquã) nou obſtat: quia non diximus ad ſolam actionem conſecrandi prædicta verba referenda eſſe, ſed ad omnia, quæ Chriſtus tunc fecit, inter quę fuit etiam manducatio, ita vt non omnia, ſed ſingula ſingulis accommodaren-

5

Veritas cãtholica.

6

Probatur ex Lucæ 22. cap.

7

Occurritur obiectione. 1. ad Cor. 11.

darentur. Quocirca Cõcilium Tridentinũ
Cõcil. Trid. seſsione 22. cap. 1. aperte definit, Apoſtolus verbis illis conſtitutos fuiſſe ſacerdotes, præceptumque Domini accepiſſe conſecrandi.
8 Nam de Chriſto ſacerdote ſecundum ordinẽ Melchiſedech dũ corpus, & ſanguinem ſuũ ſub ſpecie panis, & vini offerret, in hunc modum inquit: *Ac ſub earumdem rerum Symbolis Apoſtolis, quos tunc noui teſtamenti ſacerdotes conſtituebat, vt ſumerent, tradidit, & eiſdem, eorumque in ſacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent præcepit per hæc verba: Hoc facite in meam commemorationem, vti ſemper Eccleſia catholica intellexit, & docuit.* Cum ait: *Sacerdotes conſtituebat*, & non dicit *conſtituit*: plane indicat, per illa eadem verba, per quæ conſtituebat eos ſacerdotes, illis etiam præcepiſſe, vt offerẽt: etenim, ſi per illa verba eos non conſtitueret ſacerdotes, per priora aliqua aut poſteriora, conſtituere eos deberet, ac proinde non recte diceret, dum ſacerdotes eos cõſtituebat: *Præcepit eis vt offerrent*, ſed dicere debuiſſet *Cum ſacerdos conſtituiſſet aut conſtituturus eſſet, præcepit eis, vt offerrent.* Hæc etiam doctrina antiqua Eccleſiæ definitione confirmari poteſt: ſupponitur enim in Concilio Nizeno. 1. canone cap. 14. aperte tamẽ definitur in Lateranenſi ſub Innocẽtio III. c. 1. & refertur. c. *Firmiter, De ſumma Trinitate, & fide catholica*, §. *vna vero*: Tũ etiã in decreto fidei Eugenij in Concilio Florentino poſt vltimã ſeſsionem. §. *tertium* eſt. Et demum in Concilio Tridentino ſeſsione, & loco citato, & ſeſsione 23. cap. 1. & 4. vbi opportunus error, quem ſupra retulimus, damnatur.

Cõcil. Nizenum. Lateranenſ. Florentin. Tridentinũ.

9 Conſtat etiam eadem catholica veritas antiqua Patrum traditione, & doctrina. Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia c. 5. p. 1. poſt medium; iuxta Perionij vero diuiſionẽ cap. 3. poſt medium, inquit: *Quin ne ſacerdos ipſe eſſet niſi Pontifices officijs, ac perfectionibus ad id delectus fuerit.* Ignatius in epiſtola ad Trallianos ante medium ſic ait: *Qui enim extra altare conſtitutos eſt extra Epiſcopum, & presbyteros, & diaconos aliquid agens* (nempe in altari.) *Qui talis fuerit, pollutus eſt conſcientia & eſt deterior infideli.* Clemens Romanus lib. 2. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 27. alias 31. ſic loquitur: *Quicumque laicus ſine ſacerdote aliquid operatur, inaniter operatur.* Adducit vero in exemplum Oziam, qui cum non eſſet ſacerdos, & feciſſet id quod ad ſacerdotes pertinebat, lepra a Domino percuſſus eſt: comparatque laicum, quod attinet ad miniſterium ſacerdotis, alienigenæ, vt notauit ibidem noſter Turrianus contra Nouatores huius temporis. Neque ſolum dixit Clemens huiuſmodi laicum: qui in altari aliquid operatur, peccare, ſicut dixit Ignatius, qui eodẽ verbo: *Operatur*, vtitur, ſed etiam inane, & irritum illud eſſe. Sunt etiam alia teſtimonia ſanctorum Patrum non pauca, quæ pro hac catholica doctrina citat noſter Bellarminius 2. tomo lib. 4. de Euchariſtia cap. 16. Verum hæc nobis nunc ſufficiant.

Itẽ probatur ex Patribus. Dionyſius. Terionius. Ignatius. Clemẽs Rom. Turrianus. Bellarm.

Duo ſolum hoc loco obſeruanda ſuperſunt: alterum eſt, miniſtrum conſecrationis huius Sacramenti ita neceſſario debere eſſe ſacerdotem, vt nulla etiam vrgente neceſsitate laicus illud conficere poſsit: atque hoc inter catholicos indubitatum eſt. Cum enim à Concilijs aſsignatur miniſter neceſſarius Sacramenti, ſicut pro Euchariſtia aſsignatur: intelligi debet ita, vt nulla etiam neceſsitate vrgente alius miniſter eſſe poſsit. Qualis vero debeat eſſe intentio, & quo pacto errore aliquo impediri poſsit, diximus diſput. 133. cap. 2. in omnibus Sacramentis in vniuerſum. Qualis autem debeat eſſe miniſter, vtrũ bonus, an etiam malus eſſe poſsit, catholicus, an hæreticus, aut ſchiſmaticus, ſequentibus articulis dicemus.

Status controuerſiæ propoſita explicatur.

CAPVT II.

HACTENVS Satis oſtendimus id, quod in controuerſiæ titulo ſupponitur, nempe, ſacerdotem eſſe neceſſarium miniſtrum, huius Sacramenti, iam vero ipſam difficultatem quæ in quæſtione poſita eſt, examinemus. Difficultas autem nunc præcipue examinanda non eſt, quam propoſuit S. Thomas in hoc articulo: omnes enim (vno Durando excepto) affirmant, licitum eſſe plures ſacerdotes ſimul in eadem Miſſa eamdem oblationem conſecrare, nec tantum ſecundum quarũdam Eccleſiarum ritum id licitum eſt, vt dixit S. Doctor, ſed etiam ſecundum vniuerſalem Eccleſiæ Romanæ conſuetudinẽ: conſtat namque ex Pontificali iuxta Romanæ Eccleſiæ ritum, omnes ordinatos ex præcepto Pontificis ſimul cum Epiſcopo ordinãte verba conſecrationis proferre, & Epiſcopum recens conſecratum cum conſecrante ſimiliter, quinimo conſuetum fuiſſe in Eccleſia Romana, vt Pontifice ipſo publice Miſſam, celebrante, presbyteri Cardinalis ſimul cum ipſo conſecrarent, refert Innocentius III. in lib.

S. Thomas.

Innocent. 3 Gabriel. Alexander. lib. 4. de myſterijs Miſſæ cap. 25. & Gabriel lectione 6. in canonem litera A. & Alexander loco citato, & in Eccleſia Græca hæc in vniuerſum conſuetudo ſeruatur numquã hactenus reprobata, vt Epiſcopus ſine ſacerdote, & diacono numquam celebret, ſicut Romæ me vidiſſe memini: ea, nimirum, de cauſa, ſicut ab eis audiui, vt ſacerdos ſimul cum Epiſcopo verba conſecrationis proferat, in quo concelebrantes cum Pontifice, vel Epiſcopo oſtendunt (vt ait Innocentius loco citato *S. Thomas.* & S. Thomas in artic. 2. ad 1.) Apoſtolos à Domino huius ſacrificij ritum didiciſſe.

Neque etiam præſens difficultas eſt, vtrum plures ad eamdem omnino hoſtiam conſecrãdam, tamquam partiales cauſæ ita concurrere poſsint, vt vnus vnam partem formæ alius vero aliam proferat: omnibus enim confeſſa res eſt hoc modo non licere conſecrare, imo etiam conſecrationem hoc modo factã irritam eſſe, & inanem, quia formæ eſſentia poſtulat, vt ab vno proferatur. 14

Demum controuerſia non eſt an ſi plures, conſecrare volentes eamdem hoſtiã, ita ſigillatim proferant omnia verba formæ, vt vnus prius quam alij per ſe ipſum volens conſecrare, prolationem abſoluat, ita conſecret, vt alij deinde prolationem ſuam frustra nientes nihil efficiant: planum enim eſt, vnumquemque ſacerdotem hoc ipſo, quod intentionem per ſe habeat conſecrandi, & proferat omnia verba formæ, verè conſecrare: eo quod nihil omnino ei deſit, quominus conſecrare poſsit. Quod ſi ita cõtingat, ſingulos verba formæ proferre, vt omnes ſimul prolationem abſoluant, dubium etiam non eſt, omnes concurrere ad conſecrationem, vnumquemque per verba formæ, quæ protulit: quia nihil obeſſe poteſt, quominus ita dicamus fieri. 15

Verum, quod Recentiores aliqui addunt, ſingulos ſacerdotes in eo caſu cõcurrere poſſe ad conſecrationem tamquam cauſas partiales, nempe, per eamdem indiuiduam actionem ad omnibus ſimul profectam, & tamquã cauſas integras, quas totales vocant, nimirum per plures actiones, quarum vnaquæque vnicuique prolationi formæ integre reſpõdeat, mihi non probatur, tum quia prolatio verborum ad conſecrationem ſolum concurrit, vt inſtrumentum ex Diuina inſtitutione; Diuina autem inſtitutio eſt, vt vnaquæque prolatio integrum inſtrumentum ſit, quod totale, vocant, nullo modo pendens ab alio inſtrumẽto in operando, neque in poteſtate ſacerdotis eſt hanc inſtitutionem immutare: ergo impoſsibile eſt, vnamquamque prolationem concurrere per modum particularis cauſæ, cui totus effectus integrè non reſpondet, ac proinde ſi ad rationem totalis cauſæ requiritur, vt vnica actio ei integre reſpondeat, fieri nõ poterit, vt plures illius formæ prolationes vna indiuidua actione ad conſecrationẽ concurrant: tum etiam, quia cum efficacitas formæ verborum ſit ſolùm moralis, vt de omnibus Sacramentis in vniuerſum probauimus tomo 2. diſp. 132. cap. 3. & colligitur ex dictis in hoc tomo diſput. 181. cap. 8. vbi naturam tranſubſtantiationis explicuimus: fruſtra ſane prædicti Theologi laborant in aſſignanda vnica, aut pluribus actionibus, quibus plures illę prolationes ad conuerſionem concurrant: cum nulla phyſica actio, ſed ſolum impetratio illis reſpondeat. 16

Tota igitur præſens difficultas eſt, quo pãcto licère poſsit, vt plures ſacerdotes ſimul ad eamdem hoſtiam conſecrandam concurrãt eamdem verborum formam ſimul proferentes, cum neceſſe ſit, alterum illorũ prius prolationẽ abſoluere, ac proinde cęterorũ omniũ prolationem irritam, & inanem fieri; præſertim vero cum fieri etiam poſsit, vt Pontifex qui præcipue ſacrificat, poſterius quam alij prolationem abſoluat, & ita non ſacrificet, neque enim humana diligentia caueri poteſt, ne aliquis eorum priuſquam alij prolationem perficiat, & omnes eodem momento temporis eam abſoluãt. In qua quidem conſuetudine deſerenda, vt nihil contra rationem, & inſtitutionem Sacramenti contineat, variant Doctores noſtri. Mitto autem Durandum, qui in 4. d. 13. q. 3. num. 10. eam omnino & improbat, & abolendã omnino cenſet: hic enim non leuis temeritatis nota dignus eſt, quod morem inuiolabilem totius Eccleſiæ Græcę, imo etiam Romanę reprehendere audeat. Refertur etiam pro ſententia Durandi, Gabriel lect. 6. in canonem litera D. & Angelus *Euchariſtia* 2. n. 3. imo & Dominicus Sotus in 4. d. 13. q. 1. artic. 2. verum Gabriel, & Angelus ſolum dicunt, oppoſitam conſuetudinẽ, quã dicit Gabriel, ſeruari in Eccleſia Mogũtina, & in alijs Diœceſibus illi ſuffraganeis, tutiorem eſſe. Sotus autem non audet illam improbare, quamdiu ab Eccleſia Romana toleratur, ſed potius eã defẽdit, vt inferius videbimus. 17

Status quæſtionis.

Durand. ĩà meritatis notatur.

Gabriel. Angelus. Sotus.

18

Plures ſacerdotes ſimul conſecrantes nõ concurrũt vt cauſę totales eiuſdem phiſicæ actionis

Conſuetudo plurium ſacerdotum eamdem hoſtiam ſimul conſecrantium varie à Doctoribus defenditur.

CAPVT

CAPVT III.

QVI Prædictam consuetudinem tamquam rationi, & institutioni Sacramenti minimè repugnãtem, sed consentaneam defendunt, difficultatem præcipue agnoscunt in eo casu, quo multitudo presbyterorũ ordinatorum cũ Episcopo simul celebrat, & verba consecrationis profert: eo quod impossibile more humano videatur, omnes verba consecrationis simul absoluere, ex quo aliqua incõmoda oriri videtur, vt inferius dicemus. Quãuis non ita impossibile videatur, cum Episcopus consecratus cũ consecrante, vel presbyter cum Episcopo consecrat. Verũ in defensione huius cõsuetudinis Autores varie sentiunt. S. Thom. in hoc articulo inquit, ideo plures ordinatos sacerdotes recte posse cum Episcopo simul consecrationis verba super eamdẽ hostiã proferre, licet periculum sit, vt quis illorũ prius ipsam prolationẽ absoluat, quam Episcopus, vel Episcopus prius, quam alij, quia omnes eo animo forma pronunciare debent, vt ad idem momentũ consecrationis eorũ omniũ intẽtio referatur. Hinc enim fore videtur, vt neque consecratio perficiatur antequã omnes prolationem absoluant, & vt nullus illorũ verba illa super hostiãm consecratã inaniter proferat, cum omnium efficacitas ex eorum intẽtione vsq; ad idem momentum temporis differatur. In quo S. Doctor putat se sequi doctrinã Innocentij III. in lib. 4. de mysterijs Missæ c. 25. Verũ Innocentius ita dicit debere esse omniũ simul celebrantiũ intentionem, vt ad momentum tẽporis, quo Episcopus prolationẽ absoluit referatur, vt ita cæteri qui dicũtur cõcelebrare non impediant effectum præcipue celebrantis, nempe Episcopi: idem que sensit Alexan. 4. p. q. 10. membr. 5. art. 2. §. 8. & Ledesma in 4. 1. p. q. 22. art. 2. dub. 2. §. *Tertio dico*. Citatur etiam Sotus, cum tamen id non doceat: citari tamen potest Ricardus in 4. dist. 13. artic. 2. q. 1. ad 3. defendens, vt probabilem primã opinionem.

Ratio S. Thomæ.

Innocent. 3

Alexander. Ledesma. Sotus. Ricardus.

Hæc tamen ratio quouis modo intellecta mihi satis difficilis apparet. Primùm, si dicamus omnium intentionẽ etiam Episcopi referri debere ad momentum, quo finiuntur omnes prolationes (sicut fortassis sensit Sanctus Thomas, quãuis etiam in sensu Innocentij verba illius explicari possent) quoniã in potestate vllius celebrantis, & consecrantis nõ est, suspendere effectum verborũ, vsque ad certũ aliquod tẽpus dũtaxat, vt recte contra prædictam sententiam notauit Durand. in 4. dist. 13. q. 3. num. 11. quamuis in potestate cuiusuis sit, effectum verborum, quæ ipse profert, omnino impedire: nam cum verba operẽtur ratione veritatis, hoc est, vt vera reddantur, sicut disput. 202. c. 2. explicuimus, simulatque postulant efficere id, quod significant: vt vera sint, illud efficere debẽt; alioquin falsæ redderentur: cumque nõ sit in potestate ministri pro voluntate sua suspendere veritatẽ, vsque ad certũ tempus, similiter nõ erit suspendere effectũ vsque ad illud. Ideò autem quiuis sacerdos impedire omnino potest effectum verborũ intentione sua, quia in eius potestate est, sine intentione consecrandi eaproferre, quæ tamẽ ad consecrandũ necessaria est. Neque vero idem omnino, aut simile est, vt falsò putauit Paludanus, suspẽdere effectũ Sacramẽti, vsque ad certũ tempus ex tali intẽtione, & omnino illum impedire, vt patet. Deinde eadem ratio nõ placet, si dicamus cum Innocẽtio, cæteros sacerdotes intentionem suam referre ad momentum, quo Episcopus prolationem absoluit: tũ propter rationem quam proxime diximus: tum etiã, quia hoc modo idem incommodum, quod S. Thomas, & alij euitare contendunt, eodem modo sequitur, nempe, fore, vt aliquis sacerdos inaniter proferat verba, nempe, si Episcopus prolationẽ prius quam omnes, aut saltem, quàm aliquis alius absoluat.

Difficilis apparet ratio S. Thomæ primò

Nõ potest sacerdos effectũ cõsecrationis suæ suspendere.

22

Secundò.

23

Paludani modus peculiaris defendẽdi eãdem sententiam.

Sententiã, quã hactenus ex S. Thoma, & Innocentio retulimus, vt trouisillo modo explicatã, sequitur Paludan. in 4. dist. 13. q. 4. art. 2. nu. 21. nẽpe, ita vt omnes referant intentionem ad tempus, quo finitur postrema prolatio formæ à quouis sacerdote illorũ, vel referatur ad tempus, quo solus Episcopus illam absoluit: & in vtrouis casu inquit, concedendũ esse aliquid fieri ex Diuina voluntate propter cõmunem institutionem Sacramẽti, hoc ipso quòd Ecclesia voluit, vt plures ad eãdem hostiã consecrandã concurrerent: quia Ecclesia regitur Spiritu Sancto. Quo circa ait, quãuis aliàs sacerdos proferẽs verba Sacramẽtalia, nõ possit intẽtione sua effectũ illorũ suspendere, quia iuxta cõmunem institutionẽ Sacramẽti, simul atq; prolata sunt verba, & applicata materia, cõsequitur effectus, neq; in potestate ministri amplius est, illũ vsq; ad certũ tẽpus suspendere, tamẽ quia Ecclesia directa à Spiritu Sancto more peculiari introduxit, vt plures simul verba cõsecrationis proferrent, ideo credendũ est, tali cõsuetudini adesse ipsum Spiritũ Sanctũ, cuius virtute peculiari, effectus cõsecrationis suspẽdatur, vel solo nutu volũtatis eius, vel cõseruata virtute verborũ in aere, vt media illa deinde cõsecratio fiat.

24

Verum hic modus philoſophándi, quod áttinet ad virtutem Sacramenti in aere conſeruatam comentitius videtur Durando, neque alia ratione ipſum impugnat, niſi quia abſque vllo prorſus fundamento aſſeritur; præſertim vero admittendus non eſt in noſtra ſententia, qui exiſtimamus, Sacramenta ſolùm vt moralia inſtrumẽta per modum impetrationis operari: ſic enim neceſſarium non eſt, phyſicam aliquam virtutem ipſorum, vt operentur, in aere manere. Præterea, cum in poteſtate Eccleſiæ non ſit immutare quidquam formæ, aut materiæ, aut efficacitatis Sacramentorum, neque credi vlla ratione poteſt, virtutem Spiritus Sancti ad hoc ei affuturam, eodem modo non poterit circa vſum Sacramentorum ritum aliquẽ introducere, ſi vt recte fiat, neceſſe ſit immutationem aliquam primæ inſtitutionis à Deo ſperare, ſicut in præſenti putat Paludanus. Vnde enim cognoſcere poterimus, Spiritum Sanctum talem immutationẽ ſe facturũ, promiſiſſe, quoties ritus aliquis contrà primam inſtitutionẽ, vel aliquo modo illi contrarius introducatur. Adde quòd, ſi hoc ita eſſet, inanis eſſet labor, & cura vt omnes conſecrantes verba conſecrationis, quo ad fieri poſsit, ſimul abſoluant.

Reijcitur primo.

Secundo.

25

Alij vero exiſtimant, ſolum Epiſcopum proferre verba conſectationis formaliter, & vt dici ſolet ſignificatiue: quia ille ſolus conſecrare vult; cæteros autem materialiter, & recitatiue ſolum in memoriam illius cœnæ, quã Chriſtus cum Diſcipulis celebrauit. Hũc modum philoſophandi, vt probabilem defendit Ricardus in 4. diſt. 13. artic. 2. q. 1. allegari etiam ſolet pro eo, falſò tamen, Caietanus in hunc articulum, & Angelus verb. *Euchariſtia*, nu. 3. Angelus enim ſolum dicit, melius eſſe, vt cæteri ordinati verba non proferant, niſi fortaſſe dubitaretur, Epiſcopum nolle conſecrare: Caietani vero ſententiam inferius referemus: cumque ille admoneat, ne ordinati intentionẽ habeant nõ conſecrandi, apertè ſentit, nõ poſſe eos intentionem habere proferẽdi verba materialiter ſolùm, & recitatiue, vt prædicta opinio fert. Fundamentũ tamen videtur habere in verbis antiqui Pontificalis, quæ refert Sotus in hunc modum: *Dicant omnia*, (nempe nouiter ordinati) *quæ ſunt in Miſſali ſicut ſi celebrarent*: ac ſi diceretur, quãuis ipſi verè non celebrent, neque conſecrent, dicant omnia illa, ac ſi celebrarẽt, quod quidem aliter fieri non poteſt, niſi recitando ſolùm verba conſecrationis.

Alíorum exiſtimatio.

26

Ricardus. Caietani. Angelus.

27

Verum hic modus defendendi prædictum morem Eccleſiæ mihi non probatur; ſi enim à nouiter ordinatis verba conſecrationis ita recitanda eſſent, fruſtra in nouo Pontificali admoneretur Epiſcopus, vt paulatim, & alta voce verba illa proferret, quatenus cæteri cum ipſo etiam dicant, & quo ad fieri poſsit ſimul cum eo prolationem perficiant: nam ſi cæteri tantum materialiter recitare deberent verba, parum de eo, quod dicit Pontificale, curandum eſſet: cum verba ſic ab alijs recitata nihil operarentur. Adde, quòd in Eccleſia Græca presbyter conſecrans cum Epiſcopo, & in Latina Epiſcopi, qui adſtant conſecrationi noui Epiſcopi, non ita proferunt verba, ſed ſignificatiue, & vt conſectent: & quamuis in his non ſit, tam probabile periculum, quam cum multi noui ſacerdotes ſimul cum Epiſcopo proferunt, tamen id aliquo periculo non vacat, nempe, vt vnus priuſquàm alij conſecrent, & aliorũ verba effectum non habeant: maius autem periculum erat, cum omnes presbyteri Cardinales cum Pontifice celebrabant. Verba autem illa, quæ ex antiquo Pontificali referuntur ad confirmandam prædictam ſententiam, nihil momenti habent. Cum enim dicitur: *Sicut ſi ipſi celebrarent*, non denotatur, eos tunc non celebrare, & gerere tamen ſe debere, ac ſi celebrarent: ſed eos tunc nõ ſolos celebrare: ita tamẽ ſe gerere debere, ac ſi ſoli in altari celebrarent, quod potius noſtram confirmat ſententiam.

28

29

Alij vero, vt refert idem Ricardus, dicebant, eos, qui ſimul cum Epiſcopo celebrant verba conſecrationis debere proferre nõ abſoluta intentione conſecrandi, ſed ſub conditione, ſi Epiſcopus eã non habeat, aut formam debitam non proferat. Verũm, cum nouiter ordinati, neque alij admoneantur prius, quinimo vt attente, & ſimul cum Epiſcopo verba proferant, talis intentio ſine fundamẽto excogitata videtur. Accedit, quòd, cũ ea etiam intentione idem incommodũ, ad quod euitandum hic modus philoſophandi excogitatus eſt accidere poteſt, vt Ricardus ipſe loco citato rectè obſeruauit: nam ſi fortaſſe Epiſcopus rectam intentionem conſecrandi non haberet, aut verba ipſa non rectè proferret cum cæteri omnes in defectum illius haberent intentionem conſecrandi, neque omnes in eodem momento indiuiſibili ſemper finire poſſent, idem omnino incommodum eſſet, nempe, vt vnus prius conſecraret; cæteri autem verba conſecrationis inaniter proferrent.

Aliorum iudicium.

30

Alij dicunt, effectũ verborum non ſequi, quouſq; poſtremus prolationẽ abſoluat, dũmodo poſt finitam aliorũ prolationẽ, vſq; ad finem

Reijcitur.

Aliorum licendimodus.

finem postremæ prolationis parua mora intercedat, eo quod paruũ illud durationis interuallum pro nihilo reputandum est: sicut etiam quãuis absoluat quis verba formæ alicuius Sacramenti, parum antequam applicet materiam, vt in Baptismo, non statim post absolutam formam effectus Sacramenti sequitur, neque mora illa obstat, quominus sufficiẽter applicata materia, effectus consequatur. 30

Sotus. Ledesma. Victoria. Hunc modum philosophandi testatur Sotus sibi aliquando placuisse, eumque probat Ledesma in 4.1.par.quæst.22.art.2.dubio 2.§. *Ad hoc concesso*. Quo circa suspicor fuisse opinionem Victoriæ eorum Magistri. Verùm Sotus re melius postea considerata sententiam mutauit, putauitque diuersam esse rationem exempli, quod allatum est, tametsi illam planè non assignet: ea vero est, quòd parua mora inter prolationem formæ, & applicationem materiæ in alijs Sacramentis non impediat ipsam veritatem verborum; vere enim dicit sacerdos: *Ego te baptizo*, &c. etiam si prius infundat aquam, quam hæc verba proferat, & contra etiam si prius proferat, quam infundat aquam, dummodo parua mora intercedat, cuius apud homines pro tali veritate nulla ratio habenda est. Si autem prius verba proferuntur suspenditur effectus, non quia applicatis omnibus necessarijs ex parte Sacramenti interdum casu aliquo, vel ex intentione effectus suspẽdi possit, sed quia verba sola, non possunt operari sine applicatione materiæ, & ita prolatis verbis expectanda est materiæ applicatio, & contra applicata prius materia expectanda est verborum prolatio, vt effectus Sacramenti consequatur. At vero applicata semel materia, & verbis integre prolatis, non videtur necesse, expectare alterius prolationem, vt effectus consequatur, cum omnia necessaria ad effectum applicata sint. Cum igitur semel prolatis verbis consecrationis supra materiam debitam ex parte sacerdotis proferẽtis illa, nihil desit ad effectũ, neque minima mora pro alterius prolatione expectanda erit, cum ea ad essentiam Sacramenti, & effectũ minime necessaria sit, neque ex intentione proferentis illa, suspendi possit, vt supra probatum est. Caietanus in cõmentario huius articuli, vt tutiorem partẽ presbyteri nouiter ordinati in hac parte sequãtur, duo eos seruare admonet, alterum est, vt proferant verba illa iuxta morem Ecclesiæ, in qua ordinãtur. Alterum est, ne habeant intentionẽ expressam consecrandi, neq; nõ cõsecrãdi, sed debitã: hoc est apud se statuant, se ea intentione verba illa proferre, qua proferre debẽt: sic enim soli Episcopo relinquitur, intentio expressa consecrandi. Si autem sermo sit de Episcopo nouiter consecrato, opus est (inquit) vt determinatam intentionem habeat consecrandi simul cum Episcopo ipsum consecrante: quia antiquum Pontificale dicit, debere eum cum illo concelebrare. Ego tamen non video, quo pacto sacerdotes nouiter consecrati ita abstractam, & vniuersam intentionem habere possint, quæ neque ad consecrandum, neque ad non consecrandum sufficiat: nam, quamuis possint neque habere intentionem expressam consecrandi, neque non consecrandi; tamen non video, quo pacto possint habere intentionem, nec sufficientem ad consecrandum, neque sufficientem ad non consecrandum. Cum enim ex parte effectus, non possit medium aliquod excogitari inter consecrationem, & non consecrationem, cum hæc duo contradictoria sint, eodem modo ex parte intentionis, quæ est causa cõsecrandi, aut non consecrandi nulla media intentio assignari potest. Porro sacerdotem posse neque habere expressam intentionem consecrandi, neque non consecrandi manifestum est: nam cum sola intentione, quam vocant virtuali consecrare potest, nempe, si velit illa verba proferre more Ecclesiæ, & expresse non velit consecrare: tum etiam potest non consecrare sine expressa intentione non consecrandi, nempe, si verba illa recitatiue, aut ioco proferre velit. Iam vero, si non potest esse intentio media inter eam, quæ sufficit ad consecrandum, & eam, quæ causa est non consecrandi: sequitur idem incommodum, quod Caietanus vitare contendit, nempe, aut sacerdotes nouiter ordinatos, priusquàm Episcopum ordinantem consecrare, si cum sufficiẽte intentione ad consecrandum verba proferant, & prius prolationem absoluant: aut si posterius perficiant, inaniter verba proferre. Et vtroque modo posse habere expressam intentionem consecrandi, siquidem ei sufficiens illa æquiualet. Aut denique, si sine sufficienti intentione ad consecrandum proferant formam, eos verbis illis vti materialiter, videlicet, ea recitando tantum, vel habere intentionem contrariam consecrationi, & ita posse etiam eos habere expressam intẽtionem non consecrandi.

Sotus mutauit sententiam. 31

Sensus Caietani. 32

Reijcitur. 33

34

35

Alij partim sequuti Caietanum dicunt, sacerdotes nouiter ordinatos ita se gerere debere, vt meliori modo, quo possint verba proferant, nempe vt nullo modo velint Episcopum præuenire in cõsecratione: quia hoc cõtra intentionẽ vniuersalẽ Ecclesiæ videtur esse. Deinde, vt habeãt intẽtionẽ subcõ

Aliorum placitum reijcitur.

ditione, nempe consecrandi simul cum Episcopo, si possunt, sin minus, tantùm proferendi materialiter verba illa, vt ita vitentur incommoda, quæ diximus. Verùm, quis non videat impossibile esse, sacerdotem simul proferre verba illa materialiter, & cum intētione consecrandi sub quauis conditione? Nam, vt habeat intentionem consecrandi sub conditione, debet actu proferre verba illa formaliter, & significatiue: simul autem ea proferre materialiter tantum, vt non sufficiant ad consecrandum, & formaliter vt sufficiant, impossibile est, vt patet. His omnibus, quæ diximus adde, quemlibet modū intentionis, quem supra iuxta varias opiniones retulimus, sacerdotibus fere omnibus recens ordinatis ignotum esse omnino, neque de vllo illorum eos admoneri ab Episcopo, vel ab ijs qui ei in consecratione assistunt: quin potius omnes in ea esse opinione, & ad id moneri, vt verba consecrationis ad cōsecrandum, & cōcelebrandum simul cum Episcopo proferāt, ac proinde ipsum nulla ratione præueniant. Denique in Ecclesia Græca, in qua presbyter celebrat cum Episcopo, & in Latina, in qua Episcopus consecratus celebrat cum consecrante ipsum, illa quæ ab his Doctoribus putantur incommoda vitari non posse, non tamen proinde tunc aliquam ex prædictis opinionibus sequendam esse.

Vera ratio defendendi prædictam consuetudinem.

CAPVT IIII.

Sotus. Verę sententiæ triplex membrum. Primum. 37

AD Defendendam igitur prædictam cōsuetudinem modus philosophādi Sot. in 4. d. 13. q. 1. art. 2. citato, qui in tribus cōsistit, mihi maxime probatur. Primū est omnes sacerdotes recens ordinatos, & presbyterū cū Episcopo in Ecclesia Græca, & Episcopum recens consecratū cum consecrante verba cōsecrationis, cum sufficiente intētione ad cōsecrandum proferre debere. Alterū est, quo ad fieri possit, curare eos debere, ne Episcopū pręcipue celebrantē in prolatione pręueniant. Tertiū est, si casu accidat, vt quis eorum priusquam Episcopus prolationem absoluat, nihil fieri contra debitam reuerentiā Sacramenti. Prima pars huius sententiæ ex dictis patet manifeste, & de Episcopo recens cōsecrato celebrāte cū consecrante ipsum id etiam aduersarij fatentur, idemque ingenue fateri debent de sacerdote in Ecclesia Græca cōsecrante cum Episcopo. Altera pars citra controuersiā esse videtur, si semel admittamus, primam partem, nēpe eos omnes, quos diximus, intentione sufficiente ad consecrādum debere verba consecrationis proferre: eo quod indecens videretur, Episcopū præcipue celebrantem data opera ita præuenire, vt etiam data opera hostia prius ab alio, quam ab eo consecraretur. Id autem accideret, si singuli verba proferrent, cum intentione sufficienti ad consecrandū, & aliquis data opera prolationem prius absolueret: sic enim data etiam opera prius consecraret, quia sine vlla mora absoluta prolatione consecratio fieret.

Secūdum

Tertium.

Tertia vero pars quæ maiorem præsefert difficultatē, probat Sotus, quia cū in cōsecratione nullus imprimatur character, qui suapte natura iterari nō potest, nullū videtur sacrilegium, super Hostiam iam consecratā formam iterare, quoties quis putat, se etiam cōsecraturum, præsertim Ecclesia id permittēte. Quæ sane ratio mihi probatur, si illud de charactere excipias: nihil enim referre videtur, per verba consecrationis characterē non imprimi, vt id, quod diximus, liceat: etenim idem incommodum videtur esse, iterare formā Baptismi super eum, qui iam habet characterem impressum, & iterare formā cōsecrationis super Hostiā iā consecratā vtrobique enim est actū agere, quod in Sacramētis suapte natura, nisi alia ratio excuset, eodē modo nō licet. Neque enim minus indecens est, iterare verba consecrationis super rē cōsecratā, quam iterare baptismum super eum, qui iam characterem illius impressum habet.

Efficax Soti ratio pro tertia parte conclusionis.

Ratio igitur, ob quā sacrilegium non est, si præter spem, & opinionē ex multis proferentisbus verba cōsecrationis vnus eorū, quicumq; sit, prius consecret quam alij, & ita alij super rem consecratam prolationē verborum absoluant, ea est, quia cum non parum congruat institutioni huius Sacramenti, vt simul plures consecrent, nulla ei iniuria irrogatur, si id fiat, etiam cū periculo, vt quis illorum antequam alij verba proferant, dūmodo id de industria, vel ex maxima negligentia nō fiat, vt ex alia parte cœremonia illa nō parum conueniens huic Sacramento semel, aut iterum in Ecclesia Latina, & semper in Græca celebrante Episcopo seruetur. Idemque fieri posset in administratione, cuiusuis alterius Sacramenti imprimentis characterem, si talis ritus, & cœremonia pluriū simul ministrantium institutioni illius, ita recte cōueniret

ueniret: nihilque obstare posset natura characteris, qui iterari non potest: nam idem etiam conuenit materiæ semel cōsecratæ, vt iterum consecrari nequeat & vtriusque eadem est ratio, vt diximus. Ideo autem id non liceret, cum simili periculo in administratione aliorum Sacramentorum, quia talis ritus plurium simul ministrantium idem Sacramētum eidem institutioni eorum minime conuenit, vt indicauit Sanctus Thomas in hoc articulo ad primum: quia, nimirum, Christus instituens hoc Sacramentum simul cum alijs cœnauit, quando illis officium consecrandi commisit; at vero quando illi præcepit, vt baptizarent, non simul cum alijs baptizauit.

S. Thomas.

41 Durandus prędictam rationem improbat.

Cætetùm hanc rationem impugnat Durandus in 4. dist. 3. quæst. 3. membr. 10. vt ita morem illum, quem diximus, plurium simul consecrantium improbet: eo quod quamuis Apostoli simul cum Christo cœnauerint, non tamen simul cum eo consecrauerint, sed acceptum Sacramentum de manu illius manducarunt, & biberunt: ac proinde ritus ille plurium simul consecrantium, non magis conuenire videatur huic Sacramento, quàm alijs. Huic obiectioni Durandi Caietanus succumbit, Sotus autem nullam illius mentionem facit. Ego vero existimo, facilè dilui posse, & simul rationem Sancti Thomæ explicari: quamuis enim Apostoli solùm cum Christo simul idem Sacramentum cœnauerint, non autem illud simul cum eo consecrauerint, sicut etiam numquam simul cum illo eumdem hominem baptizarunt, tamen cum

42 illis simul cum eo de corpore ipsius manducantibus, & de sanguine bibentibus præceperit, vt illud in eius commemorationem facerent, conuenienter satis institutioni huius Sacramenti effectum est, vt deinde aliquando simul plures cum Episcopo consecrent. Illud etiam Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, licet de sumptione huius Sacramenti, in qua memoria etiam passionis Christi recolitur, accipiatur, vt disput. 211. cap. 2. notauimus, tamen præcipue de consecratione intelligitur, vt disput. 216. capit. 5. diximus. In hanc autem commemorationem recte conuenit, vt plures sacerdotes cū Episcopo, tamquā cum Christo simul idem Sacramentum conficiant, & deinde sumant, vt nō

43 tantum manducantes cum eo, sed etiam consecrantes memoriam passionis Christi, recolant. Ideo autem cum primū Christus hoc Sacramentum consecrauit, minime conueniebat reliquos cum ipso consecrare, vt ipse solus Autor tanti Sacramenti ostenderetur: atque ob eamdem rationem post consecrationem illius, eos sacerdotes instituit, qui deinceps illud consecrare possent. Quomodo autem eadem consecratio esse possit à pluribus instrumentis simul, quæ vocātur totalia, diximus in 2. tom. disputio. 148. cap. 3. agentes de pluribus simul eumdē baptizantibus: nam, quod attinet ad formā consecrationis, etiam si à pluribus simul integre proferatur, pro vna, & eadē reputari colligitur ex ijs, quæ ibidem diximus, vt ostenderemus, cum plures simul eumdē baptizant, nō plura, sed vnum tantum esse Sacramentum.

ARTICVLVS III.

Vtrum dispensatio huius Sacramenti pertineat solum ad sacerdotem.

PRIOR Conclusio, quæ in corpore articuli habetur est: *Ad sacerdotem pertinet dispensatio corporis Christi*. Intelligit autem ad solum sacerdotem, vt ex doctrina articuli addita solutione primi colligitur. Posterior conclusio, quæ haberur in solutione primi est: *Nō solum ad sacerdotem, sed etiam ad diaconum pertinet administratio sanguinis Christi, non tamen corporis, nisi in necessitate, iubente Episcopo, vel presbytero.*

De ministro dispensationis huius Sacramenti. Disputatio 219

Non solum sacerdoti, sed etiam diacono conuenit dispensatio huius Sacramenti, quamuis non eodem modo. Cap. 1.

Non omnes sacerdotes, sed pastores esse ordinarios ministros dispensationis huius Sacramenti. Cap. 2.

Alijs sacerdotibus qui non sunt pastores ex commissione conuenit huius Sacramenti dispensatio. Cap. 3.

Religiosis ex priuilegio Pontificis eadem facultas delegata est. Cap. 4.

Laicis etiam interdum conceditur, vt de manu simplicis sacerdotis sine licentia parochi Eucharistiam recipiant. Cap. 5.

Non ſolum ſacerdoti, ſed etiam diacono conuenit diſpenſatio huius Sacramenti, quam uis non eodem modo.

CAPVT I.

DE Miniſtro conſecrationis, qui hoc Sacramentum conficit, præcedente diſputatione circa articulum 1. & 2. huius quæſtionis ſatis ſuperque dictũ eſt: iam vero de miniſtro diſpenſationis, & diſtributionis illius hoc loco tractare debemus, de quo, & ipſe Sanctus Doctor in hoc articul. 3. agit. 1

Sententia aliquibus falſo impoſita. Sotus. Ledeſma. S. Thomas.

Circa miniſtrum igitur, qui hoc Sacrãmẽtum tradere, & diſtribuere debet, nonnulli recentiores Theologi referunt, ſententiam fuiſſe Soti in 4. diſt. 13. quæſt. 1. artic. 3. & Ledeſmę in quarto. 1. par. quæſt. 23. artic. 3. imo vero, & ipſius Sancti Thomæ in hoc articulo, Diuino iure ſolos ſacerdotes licite miniſtrare, & diſtribuere poſſe Euchariſtiam. Verum horum ſententia non rectè refertur, neque ita eſt intelligenda, quaſi exiſtiment iure Diuino vetitũ eſſe etiam diaconis, hoc Sacramentum diſpenſare, cum oppoſitũ manifeſte aſſerant. Nam Sotus in eo articulo explicans ſecundam concluſionem ſancti Thomæ in qua dicit, diacono cõuenire diſpẽſare ſanguinẽ Chriſti, addit hæc verba. *Intellige ex officio.* Cum quo ſentiunt etiam Ledeſma articul. citato dub. 1. Sanctus Thomas d. 13. q. 2. art. 3. & Silueſter in ſumma verb. *Diaconus.* q. 2. dicto 2. cum dicunt, diaconum eſſe proprium diſpenſatorem ſanguinis, tametſi dicant, diſpenſationem corporis Chriſti cõuenire diaconis ſolum ex commiſſione. Ex quibus patet, non ſolùm Sotum non docere iure Diuino ſolos ſacerdotes poſſe hoc Sacramentum miniſtrare, verùm aperte ſentire, diaconis etiam tamquam miniſtris ordinarijs diſpenſationem ſanguinis conuenire. Demum quàm longe diſtet à prædicta ſententia Beatus Thomas in hoc articulo, ex concluſionibus illius, quas ex articulo collegimus conſtat. Nam, ſi exiſtimaſſet, iure Diuino ſolis ſacerdotibus licere, hoc Sacramentum diſtribuere, dicere quoque deberet, eodem iure veritum eſſe diaconis, vllo modo illud miniſtrare. Quocirca exiſtimo, horum opinionem, quod attinet ad id, ne diaconis

Siluester.

vetitum ſit Diuino iure hoc Sacrãmentum diſpenſare, nihil à veritate ipſa, & communi ſententia, quam inferius adducemus, differre. Nam, cum ait Sotus, in dubio circa primam concluſionem, iure Diuino conuenire ſeu competere ſolis ſacerdotibus traditionẽ, & diſtributionẽ, ſeu diſpenſationem huius Sacramenti, non intelligit ſolis illis licere, ſeu permiſſum eſſe, quaſi alijs, etiã diaconis eo iure vetitum ſit; ſed ſolos illos iure Diuino poſitiue conſtitutos eſſe miniſtros, & diſpenſatores illius, ex eo vero, quod ipſi ſolum hoc iure, poſitiue conſtituti ſint miniſtri, non ſequitur, eos non poſſe alijs hoc munus cõmittere, & eodem Diuino iure hanc commiſsionem illis vetitam eſſe. Nam & miniſter ordinarius confirmationis iure Diuino conſtitutus eſt Epiſcopus, ob id tamen non eſt eodem iure vetitum, quinimo permiſſum, vt ſimplex ſacerdos ex comiſsione illud etiam miniſtret, & in multis alijs videmus iuriſdictionem ordinariam conceſſam eſſe iure Diuino Pontifici, ipſum vero poſſe eamdem alteri committere, & delegare. Verum, vt confirmet hanc ſuam ſententiam Dominicus Sotus fruſtra probat crimẽ eſſe, nec vlla ratione laicis permiſſum, hoc Sacramentum miniſtrare, & diſtribuere: hoc enim verum eſſe poſſet, etiam ſi non ſoli ſacerdotes, ſed etiam diaconi tamquam ordinarij miniſtri illius à Deo conſtituti eſſent. In hunc etiam ſenſum loquitur Ricardus in 4. diſtinct. 13. articul. 1. quæſt. 3. cum ait, diſpenſationem huius Sacramenti ſacerdotibus ex officio conuenire, diaconis verò ex commiſsione, & tamquam miniſtris ſacerdotum: ſic etiam loquitur Durandus quæſtione 4 numer. 6. Paludanus quæſt. 1. artic. 4. concluſione 1. Idque definit Concilium Tridentinum ſeſsione 13. cap. 3. cum ait: *In Sacramentali autem ſumptione, ſemper in Eccleſia Dei mos fuit, vt laici à ſacerdotibus communionem acciperent, ſacerdotes autem celebrantes, ſeipſos communicarent*: hæc enim conſuetudo in Eccleſia Dei non fuiſſet, niſi iure Diuino ſacerdotes ſolum hoc munus, tamquam miniſtri ordinarij haberent. Indubitata igitur apud catholicos res eſt, miniſtros ordinarios diſpenſandi hoc Sacramentum eſſe ſacerdotes: id quod manifeſte etiam patebit ex eo, quod ſtatim probabitur, nempe, diaconos miniſtros non ordinarios, ſed ex commiſsione eſſe: hinc enim rectè ſequitur, ſacerdotes miniſtros ordinarios eſſe. Qui autem ſacerdotes hoc munus ex officio, & poteſtate ordinaria habeãt, capite ſequenti dicemus. 2 3 4

Ricardus. Durandus. Paludanus. Concil. Trid.

Diaconis

Diaconos non esse ordinarios ministros dispensationis Eucharistiæ probatur, contra Sotum.

Diaconis vero ministerium hoc ex cõmissione, non autem ex officio, & potestate ordinaria conuenire, non solũ quod attinet ad dispensationem corporis, sed etiã sanguinis Christi, contra Sotũ perspicuè probari potest primũ ex Clemente Romano lib. 8. constitutionum Apostolicarũ cap. 28 aliàs 34. vbi de diacono sic loquitur: *Non baptizat, nõ offert, oblatione ab Episcopo, aut presbytero facta, ipse diaconus dat populo, non tamquam sacerdos, sed tamquam qui ministrat presbyteris.* Cũ ait, *Non tamquam sacerdos*, aperte indicat, ei hoc munus nõ conuenire tamquã proprio, & ordinario ministro. Cum verò subdit. *Sed tamquã qui ministrat*, non obscure insinuat, ex cõmissione ipsius presbyteri hoc ei munus demandari: loquitur autẽ absolute de administratione huius Sacramẽti nõ de dispẽsatione solius corporis. Deinde probatur ex verbis Laurentij ad Sixtũ Papã, quę refert Ambros. lib. 1. officior. c. 21. & canit Ecclesia in quarto responsorio festi Sancti Laurentij ad Matutinũ in hunc modum. *Experire certe, vtrum idoneum ministrum elegeris, cui cõmisisti Dominici sanguinis dispensationem.* Cũ enim dixit Laurẽtius, se ministrum esse, cui cõmissa esset dispensatio sanguinis Christi, significauit plane, se id munus non ex officio, & potestate ordinaria, vt putarunt Sotus, & Ledesma, sed ex commissione eo ipso, quòd à Pontifice vt minister assumebatur, habere. Id etiam probant nonnulli ex canone 14. Concilij Nizeni: ibi tamen solum præcipitur, ne diaconi Eucharistiam presbyteris ministris, ne ve præsente Episcopo ipsi per se, sed post presbyteros de manu Episcopi, vel presbyteri eam accipiãt. Episcopo tamen absente, & presbytero, ipsi per se proferant, & edant. Confirmant etiam ex Concilio Arelatensi 1. canone 15. ibi tamen solum prohibetur, ne diaconi offerant. Demum ad id probandum adducitur canon 38. Concilij quarti Carthaginensis: ibi tamen solùm sermo est de dispensatione corporis, non sanguinis. Dicitur enim: *Vt diaconus præsente presbytero Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget.* In quo canone vox illa, *Iussus*, manifeste denotat, id ex sola commissione diacono conuenire.

5 Idem probatur 5. Laurentij verbis. *Ambrosius.*

Cõcil. Nixe.

6 Cõcil. Arela

Concil. Carthaget.

Notat tamen Sanctus Thomas discrimen inter dispensationem corporis Christi, & sanguinis, quæ diacono ex commissione solùm conuenit, quod dispensatio sanguinis communiter committi potest diacono, dispensatio vero corporis, non nisi cogente necessitate. Ratione vero discriminis inde prouenire inquit, quia is qui dispensat corpus Sacramentum illius tangere debet, qui verò dispensat sanguinem, non item, eo quod in vase illum dispensat: & sane canon ille 38. Concilij Carthaginensis, qui loquitur de dispensatione Eucharistiæ corporis Christi, non nisi cogente necessitate diaconis illam concedit, & àcontrario inde recte colligitur, dispensationem sanguinis etiam sine necessitate semper committi potuisse, cum solùm ad committendam dispensationem corporis necessitatem exposcat.

Discrimen constituit S. Thomas inter dispensationem corporis, & sanguinis.

7

Contra hoc tamen obijciet quis testimonium Iustini in 2. Apologia pro Christianis ad Antoninum Pium non longe à fine, vbi ait: *Postea quam, & is, qui præest, gratias egit, & populus omnis benedixit, ij qui apud nos diaconi, dicuntur dant vnicuique eorum qui adsunt, percipiendum panem, vinum, & aquam, quæ cum gratiarum actione consecrata sunt, & ad eos, qui absunt perferunt*: Hic enim nulla necessitatis vrgentis ad dispensationem corporis, quę committitur diacono mentio fit. Respondeo, vel ideo Iustinum non fecisse mentionem vrgentis necessitatis, quia tunc communis erat, cum esset innumera populi multitudo, cui solus presbyter, aut Episcopus corpus Christi ministrare non posset, aut certe tunc in more positum fuisse, vt absque necessitate, vtriusque speciei dispensatio diacono committeretur, postea vero tempore Concilij Carthaginensis statutum fuerit, vt non nisi vrgente necessitate dispensatio corporis diacono committeretur. Nam, quamuis iure Diuino permissum sit, vt presbyter diacono dispensationem huius Sacramenti conferat, tamen Ecclesiastico præcepto potest hæc facultas, & licentia Diuini iuris restringi, & ita id, quod antea iure ipso Diuino licebat, potuit Concilium Carthaginense prohibere. Nam, quamuis id, quod præcipitur iure Diuino, non possit humano prohiberi; tamen id, quod permittitur, & licet eo iure, verari potest humano, sicut etiam id, quod permissum est, & iure naturali licet, humano prohiberi potest, vt 1. 2. disputatio 154. capit. 3. notauimus. Doctrinam Sancti Thomæ, quam proximè tetulimus, sequi videntur, quamuis non ita aperte, Ricardus articul. citato in corpore, & ad primum. Durandus quæstione illa 4. numer. 6. & 7. & 9. Paludanus quæstione illa tertia, articulo quarto, numero 16. & 17. quibus annumera Sotum, & Ledesmam, quod attinet ad id, quod dicit Concilium Carthaginense, de dispensatione corporis, vt non fiat à diacono, nisi ex iussu presbyteri, & vrgente necessitate. Quo circa

7

Obiectio ex Iustino

Soluitur.

8

9

Ricardus. Durandus. Paludanus. Sotus. Ledesma.

Silueſtri opinio reijcitur.

ſententiã Silueſtri in ſummã verbo diaconus.q.2.dicto 2. Qui aſſerit ex ſolo iuſſu preſbyteri abſque neceſsitate, & alia cauſa poſſe diaconum corpus Chriſti miniſtrare, nulla ratione probanda eſt, cum id ſolum in illo Concilio concedatur vrgente neceſsitate. Neque vero prædictæ ſententiæ fauet S. Thomas, vel in hoc art. vel in 4.d.13.q.1.art.3.quæſtiũc. 2.vt falſo putauit Silueſter, quin potius ibidem ſolum dicit, in caſu neceſsitatis id munus diacono committi poſſe.

S. Thomas.

10

Vrgente neceſsitate & abſente Epiſcopo aut preſbytero, diaconus poteſt Euchariſtiã ægroto miniſtrare

Cæterum, ſi vrgeat neceſsitas, & tamen Epiſcopus, vel presbyter, qui id munus committere poſsit diacono, præſens non ſit: recte docent nõnulli Doctores, poſſe nihilominus diaconum Sacramentũ corporis Chriſti communicare ægroto. Ita ſentiunt S. Thom. in 4.d.13.q.1.art.3.quæſtiunc. illa 2. Dominic. Sotus art. illo 3. in argum. contra tertiã concluſionem. Ledeſma art.3.citato, dub.1.& 2. Silueſt. verbo *Diaconus*.q.illa 2. dicto 2. quibus adde Ricard. Durand. & Paludan. locis allegatis. Rationem vero eſſe dicunt, quia neceſsitas illa eſt interpres voluntatis ſuperioris per quam intelligitur in eo caſu interpretatiua, vt aiunt, voluntate hoc munus diacono à presbytero abſente demãdari: quam quidem voluntatis interpretationem libenter admitto: addo tamen ex iure ipſo, & voluntate vniuerſalis Eccleſiæ hoc munus demandatum eſſe deinceps in caſu extremæ neceſsitatis. Nã cum in illo canone 14. Concilij Nizeni 1. vt vidimus ſupra concedatur diacono, vt abſente Epiſcõpo, & presbytero ipſe per ſe proferat hoc Sacramentum, nempe, ex ſacrario, ſeu cyborio, in quo ſeruatur, & illud edat, multo magis intelligitur hæc facultas conceſſa, & comiſſa diacono, vt alijs in extrema neceſsitate conſtitutis Sacramentum etiam corporis miniſtrare poſsit. Ex quo etiam ſequitur, veram eſſe ſententiam Soti, & Ledeſmę, quam Recentiores ſequuntur, nimirum, ſi Epiſcopus, vel presbyter prę ſens ſit, & vrgẽte neceſsitate nolit committere diacono diſpenſationem corporis Chriſti pro ægroto, neque ipſe velit illud diſpenſare, poſſe diaconum illud proferre, & ægroto tradere, nõ ſolum quia in hoc caſu adeſt debita voluntas Epiſcopi, aut presbyteri non elicita, ſed quia iure communi Concilij Nizeni, vt vidimus, in eo caſu talem munus diacono etiam commiſſum videtur. Quod vero ait Syluester in illo loco allegato, in prædicto caſu nõ poſſe diaconum corpus Chriſti miniſtrare, ſed debere ſtare iuſsis ſui Epiſcopi, neque examinare, vtrum iniuſte, aut iuſte id prohibeat, intelligendum eſt, quando non eſt manifeſta iniuſtitia Epiſcopi, aut presbyteri: tũc enim non liceret contra voluntatem illius Euchariſtiam miniſtrare. Præcedente verò doctrina intelligitur, quando manifeſta eſſet iniuſtitia; & malitia Epiſcopi, aut presbyteri prohibentis diacono, ne Sacramentum diſpẽſaret. An vero in tali neceſsitate cõmitti poſsit laico, vel alteri inferiori diſpenſatio corporis Chriſti, difficultatem quoque habere videtur: placet tamen mihi communis ſententia, quam ijdem Doctores locis citatis ſequũtur, nempe, id nullo modo licere, non quia iure Diuino vetitum ſit hoc Sacramentum per laicum miniſtrari, & deferri, nam vt diximus diſput. 216. cap. 3. antiquitus Sacramentum corporis laicis in manus tradebatur, imo, & ipſi in domum ſuam deferebant, vt ſtatutis tẽporibus illud ſumerent, & vt eodẽ cap. vidimus, presbyter quidã ſeni ægrotanti perpuerũ Euchariſtiã etiam corporis Chriſti miſit; ſed quia iam diu humano iure vetitum eſt, non ſolũ ne laici, vel inferiores diacono corpus Chriſti deferant, & alijs miniſtrent, ſed etiam ne illud manibus tangant, vt ipſi etiam manducent, vt patet ex Concilio Rhemenſi, & refertur, *De conſecratione*, diſt. 2. canone *Peruenit*. Et quamuis ibi præcipiatur, vt preſbyter Sacramentum deferat ad ægrotos: ob id non tollitur, quin diacono vrgente neceſsitate illud committere poſsit, cũ de hac cõmiſsione extent iura expreſſa, quæ ſupra retulimus. Porro, cum in dictis canonibus definiatur, vt diaconus vrgente neceſsitate ex cõmiſsione poſsit Sacramentũ corporis Chriſti miniſtrare, & de alijs nulla mẽtio fiat, ſupponitur plane, alios diacono inferiores ab hac conceſsione exceptos eſſe. Neque vero dici poteſt, ex epijKia in prædicto caſu hãc legẽ Eccleſiaſticã ita emendandã eſſe, vt laicis diſpenſatio huius Sacramenti nõ obſtante ea lege in caſu neceſsitatis cõmitti poſsit: nam vt 1.2.diſp.176.cap.3. fuſsius probauimus, epijKia ſen emendatio legis in eo caſu ſolũ vim habet, in quo pernicioſum & iniuſtũ eſſet legem ſeruare; quis autẽ dicere audeat, manifeſte pernicioſum eſſe laicum in abſentia ſacerdotis à diſpenſatione Euchariſtiæ etiam vrgente neceſsitate abſtinere? Neq; obſtaret quod iura, quæ prohibent, ne laici Euchariſtiam diſpenſent, abſolute nulla facta mentione extremæ neceſsitatis loquerẽtur, quo minus etiam in extrema neceſsitate ſeruari deberent: quia litera legis quouis caſu ſeruãda eſt, in quo opus legis euidẽter nõ redditur iniquũ, & pernitioſum, vt loco citat. aperte probauimus. Adde quod cũ canõ ille Cõcilij Carthaginen. 4. meminerit neceſsitatis, &

Sotus. & Ledeſmæ opinio vera.

12

Silueſter declaratur.

In nulla neceſsitate poſſe laicos diſpẽſare corpus Chriſti

13

Concil. Rhemenſe.

14

15

in

in ea solùm concedat, vt dispensatio corporis Christi diacono committi queat, nulla superest ratio, obquam dicamus, laicis etiam in eo casu committi posse. Ideo autem dicimus, in necessitate extrema ægritudinis esse seruandam humanam legem, quę vetat, ne laici, aut inferiores diacono Sacramentum Eucharistiæ ministrent, quia cum hoc Sacramẽtum non sit necessarium medium ad salutem, & sine effectu illius, eam consequi possimus, sine detrimento salutis æternæ omitti potest. Quod autem ægrotus aliqua gratia spirituali priuetur, minus malũ iudicari debet, quam quod lex illa vniuersalis non seruetur: maioris siquidem momenti est, ordinem Ecclesiasticum iure humano constitutum seruare, quam curare, ne ægrotus gratia aliqua minime ad salutem necessaria priuetur: alioquin ne ægrotus sine hac gratia ex hac vita discederet, posset etiam sacerdos sine veste sacra, sine lumine, & sine officio Missæ Eucharistiã conficere, si huius Sacramenti copia pro ægrotis non esset, quod tamen absurdum est vt etiã supra notauimus. Neq; obstat, quod ægrotus iure Diuino ad Eucharistiam sumẽdam teneatur: hoc enim, vt ibi diximus, solũ obligat, cum commode copia Sacramenti haberi potest: nequit autẽ commode ea haberi quoties opus est, ordinem Ecclesiasticũ peruertere, vt Sacramentum conficiatur, aut dispensetur. Quocirca, miror valde Recentiores quosdam quod in casu necessitatis interpretationes seu Epijkiam legis Ecclesiasticę, admittentes, dicant, posse subdiaconis, & laicis dispensatio huius Sacramenti ministrari. Notat tamen Caietanus in summa verbo: *Cõmunionis minister*, posse sacerdotem extra sacrificium Missæ proprijs manibus se ipsum cõmunicare in necessitatis articulo, quamuis id iure sancitum non sit: idemque docet Armilla verbo *Communio*, num. 8. quorum sentẽtia mihi probatur tametsi reliqua Sacramenta, excepto Matrimonio, nemo sibi vnquam ministrare possit: in alijs enim semper distinguitur minister à recipiente, in hoc autem, & in matrimonio non item. Neq; enim minister in Matrimonio est sacerdos, sed ipsimet contrahentes quinimo addo, id etiã licere diacono absente sacerdote, cum etiam extra articulum, & periculum mortis hoc illi concessum fuerit in Concilio Nizeno 1. canone illo 14. Quare etiam sacerdos, si non haberet vinum, aut necessaria ad celebrandum, posset, etiam se ipsum communicare, sicut, & diacono ibi concessum est, quamuis articulus mortis ei non immineret, hoc tamen Recentiores ad laicos etiam extendunt, vt eis in articulo mortis liceat Sacramentum proferre, & illud sumere, quod mihi difficile admodum videtur. Nam vt supra dixi: laicis hoc ministerio interdictum est, & nulla Epijkia hæc lex emendari potest etiam in articulo mortis vt probauimus. Quod vero fertur Reginam Scotiæ hac nostra ætate feciſſe cum ad Martyrium duceretur, nempe, Eucharistiam quã seruauerat, deuote sumpsisse prædictam sententiam non probat: tum quia ad hoc peculiari priuilegio Pontificis cum ea dispensatum erat, tum etiam quia potuit id bona fide, & Consilio aliquorum facere.

Quod denique ait Durand. in 4. d. 13. q. 4. num. 7. si ægrotet sacerdos, & per diaconum ei Eucharistia deferatur, debere ipsum proprijs manibus eam accipere, & communicare mihi non probatur; nam cum, in eo casu legitimus minister sit diaconus, vt ex dictis patet, & sacerdos tamquam laicus tunc communicet, recte potest, imo debet demanu diaconi Eucharistiam accipere. Adde quod indecorum videretur, manibus proprijs, quę ex ęgritudine, vt plurimum esse solẽt immundę, Eucharistiam tãgere, cũ opus non sit. Cęterũ circa omnia, quę in hoc capite dicta sunt de officio diaconi ad dispensandũ sanguinem Christi imo, & corpus, eius si necessitas id postulauerit, eodem modo philosophandum est, sicut de potestate diaconi ad Baptizandi ex cõmissione, vt ex vi sue ordinationis diaconus aliquid habeat, quo dignus reddatur, cui hoc ministerium committi possit, quod non habent subdiaconi, neque alij clerici, aut laici sicut respectu Baptismi diximus 2. tomo disput. 147. cap. 4.

16

17 Caietani notatio placet. *Armilla.*

Cõcil. Nizenum 1.

18

Regina Scotiæ ipsam communicauit

Reijcitur doctrina Durandi.

19

Non omnes sacerdotes, sed pastores esse ordinarios ministros dispensationis huius Sacramenti.

CAPVT II.

SVPERIORI Capite ostensum est ministros ordinarios dispẽsationis huius Sacramenti esse solos sacerdotes, ob id tamen non diximus esse omnes. Restat, vt videamus quinam sacerdotes sint ministri ordinarij, & quibus ex commissione solum conueniat: nam quod attinet ad ministerium consecrationis, per quam hoc Sacramentum conficitur, cum disp. 218. cap. 1.

contra hæreticos monſtrauimus, ſolos ſacerdotes eſſe proprios miniſtros huius Sacramenti, vt notum reliquimus, omnibus etiam hoc miniſterium eodem modo conuenire.

Teſtimonijs oſtenditur.

Indubitatum Theologis eſt, munus diſpenſandi hoc Sacramentum nemini conuenire, niſi ſupra ordinem ſacerdotij, aut diaconatus, poteſtatem habeat iuriſdictionis in eum cui Sacramentum diſpenſat: cumque duplex ſit poteſtas iuridictionis, altera ordinaria, quâ quis habet ratione ſui officij abſque vllo alio priuilegio, aut conceſsione, altera vero delegata, & ex commiſsione deriuata ab eo, cui ordinaria conuenit, quidam ſacerdotes virtute ordinariæ iuriſdictionis, alij vero ratione delegatæ hoc Sacramentum diſpenſare poſſunt. Et ſane in Cõcilio Carthaginenſi 1. cap. 7. ſtatutũ fuit, vt nullus clericus, vel laicus, in aliena parochia ſine literis ſui Epiſcopi, communicaret: & in Concilio Mileuitano ca none 18. priuatur communione, qui non in propria prouincia ſed in aliena cõmunicat: & Iuſtinus martyr in Apologia ſecũda pro Chriſtianis ſub finẽ, cum agit de diſpenſatione, huius Sacramenti, inquit, eam fieri ab eo, qui præeſt. Et Tértullian. in lib. de corona militcap. 3. num. 33. ait omnibus mandatũ fuiſſe, hoc Sacramentum accipere: ſubiungit vero num. 35.: *Nec de aliorum manu, quam præſidentium ſumimus*, quaſi diceret, vt optime obſeruauit Pamellius num. illo 33. etiam ſi Chriſtus omnibus mandauerit, ſumere hoc Sacramentum; id tamen non niſi de manu præſidentium, hoc eſt, paſtorum ſumendum eſſe: vbi ad hoc idem prædictum locum Iuſtini citat idem Pamellius. Quibus teſtimonijs probatur, poteſtatem ordinariam diſpẽſandi hoc Sacramentum paſtoribus Eccleſiarum conuenire neque enim Conciliaallegata hanc illis poteſtatem tamquam delegatam nouiter cõcedunt, ſed vt abuſum, qui in tali diſpẽſatione, ſeu receptione Sacramenti erat de medio tollerent, id quod ratione officij paſtoribus & ſubditis conueniebat, explicarunt.

Concil. Carthag. 1.

Concil. Mileuit. Iuſtinus Martyr.

Tertullianus

21

Pamellius.

22

Idem probatur ratione.

Ratione quoque tum ex natura rerum, tum etiam ex ipſo iure canonico petita, hanc ordinariam poteſtatem penes ſolos paſtores, eſſe facile probari poteſt: Primum, quia officium proprium paſtoris hoc poſtulare videtur, vt ipſe ſolus poteſtatẽ habeat paſcendi oues ſuas, nullus autem alius id efficere queat, niſi ex conſenſu, & commiſsione illius: atque in grege ſpirituali ouium hoc præcipue locum habet, ipſi enim paſtori ex officio incumbit, ſcire ſtatum propriæ ouis, & quid ei nocere, quid verò prodeſſe poſsit. Quod ſi, & ad alios ſacerdotes relicto proprio, quicumque fidelis indiſcriminatim doctrina, & Sacramẽtis paſci poſſet, omnis ſane bona Reipublicæ ſpiritualis gubernatio, & Hierarchia de medio tolleretur. Ne igitur talis rectus ordo peruertatur ipſa rerum natura expoſcit, vt ad ſolos paſtores diſpenſatio, huius Sacramenti, & aliorum, ita ex officio & ordinaria poteſtate pertineat, vt nulli alteri niſi ex eorum conſenſu, & commiſsione cõuenire poſsit. Deinde, cum Religioſis, & alijs exemptis ex peculiari priuilegio concedatur facultas diſpenſandi hoc Sacramẽtum, manifeſte conuincitur, ipſis ex officio, & ordinaria poteſtate hoc munus non conuenire: fruſtra enim illis priuilegium ad hoc concederetur, quod ex officio, & ordinaria poteſtate eis conueniret. Hoc loco diſputare poſſemus vtrum parochus, qui eſt ordinarius diſpenſator huius Sacramenti, iure officij ſui ſolum teneatur ad diſpenſandum ſuis ſubditis, hoc Sacramẽtum tempore, quo ipſi debent illud recipere, an etiam extra illud petẽtibus, debent etiam illud miniſtrare de hac tamen re agemus infra in tractatu de miniſtro confeſsionis vbi etiam de obligatione audiẽdi confeſsiones ſubditorum agemus: eadem enim eſt vtriuſque ratio.

23

Secundo.

24

Alijs ſacerdotibus, qui non ſunt Paſtores, ex commiſsione conuenit huius Sacramenti diſpenſatio.

CAPVT III.

CAETERVM alijs ſacerdotibus, qui nõ ſunt proprij paſtores non ex poteſtate ordinaria, ſed ex cõmiſsione proprij paſtoris, idem munus conuenire indubitatum etiam eſt. Per proprium autem paſtorem, non ſolùm intelligimus parochos, ſed etiam proprios Epiſcopos, & ſummum Pontificem Romanum: hi enim, cum ex officio habeant huius, & aliorum Sacramentorum diſpenſationem, ſummus quidem Pontifex in vniuerſa Eccleſia, ſicut vniuerſalis paſtor, ſinguli autem Epiſcopi in proprijs diœceſibus, ſicut proprij, & peculiares paſtores, poteſtatem etiam habent, hoc munus delegandi, & committendi, cuiuis ſimplici ſacerdoti ſummus quidem Pontifex in tota Eccleſia, & Epiſcopus in tota ſua diœceſi, ſicut & parochus in ſua tantum parochia.

25

Vtrum

An ſufficiat ratihabitio, vel requiratur expreſſa volũtas ſuperioris, vt ſimplex ſacerdos miniſtret Eucharistiam.

Vtrum autem ſufficiat voluntas, ſeu ratihabitio proprij paſtoris legitimè, & ſecundum rectam rationẽ præſumpta, an requiratur expreſſa, vt abſque vllo peccato hoc Sacramentum diſpenſari poſsit, difficultas eſt. Nauarrus in ſumma cap. 21. num. 52. ſufficere arbitratur voluntatem proprij paſtoris recte præſumptam, vt hoc Sacramentum abſque vllo peccato, & pœna alienis ouibus miniſtrari poſsit, ſicut etiam c. 9. n. 5. de Sacramento Pœnitentiæ idem docuerat nempe, ob ſolam præſumptam voluntatem ordinarij paſtoris, quemlibet peccatorum ſuorum abſolutionẽ ab alieno ſacerdote recipere poſſe. Si tamen attente vtrobique legatur, nõ omnino eodẽ modo ſentire videtur de Euchariſtia, & de Sacramento Pœnitentiæ in præſenti caſu. Nam ad diſpenſandũ alicui Euchariſtiam ſatis eſſe putat, ſi iudicio prudentis iure credi poſsit, proprium paſtorem illius contentum fore, ſi ſciret, vt intelligatur conceſſa tacita facultas alieno ſacerdoti eam diſpẽſandi: quodquidem (me iudice) nihil aliud videtur eſſe, quam ſpes certa futuræ ratihabitionis proprij paſtoris, quam tamen dixerat idem Nauarrus c. 9. num. illo 5. non ſufficere, vt alienus ſacerdos poſſet vlli Sacramentum confeſsionis, & beneficium abſolutionis tribuere, quamuis ibidem exiſtimaſſet, ſufficere quidem ad habendam facultatẽ abſoluendi à peccatis, ſi credatur in præſenti id gratũ eſſe proprio ſacerdoti propter nimiam cum eo familiaritatem, & neceſsitudinem, putans, hoc eſſe diuerſum à ſpe futuræ ratihabitionis; cum tamen, ſi ſuperior non videat, neque ſciat, & taceat, quæcumque voluntas illius præſumpta, ob neceſsitudinẽ, vel familiaritatem quamtumuis magnam cum eo, nihil aliud ſit, quam ſpes certa futuræ ratihabitionis illius, vt patet.

Nauarri opinio.

26

27

Ego igitur puto, diuerſam eſſe rationem diſpenſandi Euchariſtiã, & abſoluendi à peccatis, quod attinet ad voluntatem præſumptam ſuperioris; quamuis ad vtrumque volũtas diuerſo modo præſumpta eamvim habeat, vt vtrumque ſine peccato ab alieno miniſtrari poſsit. Primum igitur puto, vt ſacerdos nõ proprius, ſed alienus vllum abſoluat, non ſatis eſſe ſpem quamtumuis certam ratihabitionis proprij ſacerdotis, ſicut communis opinio multorum fert, quam infra loco citato fusius cõfirmabimus: idemq; puto de quauis voluntate illius præſumpta ob neceſsitudinẽ, aut familiaritatẽ, quando proprius ſacerdos, id numquam vidit, aut ſciuit: tunc enim nulla poteſt eſſe, neque præſumi præſens voluntas in proprio ſacerdote, ſed tantum futura, cuius ſpes non ſufficit, vt dixi, ad abſoluendum alienum. Ratio vero eſt, quia abſolutio non tantum eſt propria illius, qui habet iurisdictionem, ſed eſt proprius actus iuriſdictionis, nam iuriſdictio eſt poteſtas ius dicendi, vt ibidem dicemus. Cum autem abſolutio ſit ſententia quædam, idẽ erit abſoluere, quod ius dicere: quod quidem nemini conuenit niſi actu ipſam poteſtatem iudiciariam aliquo modo habeat: qui autem eã ex officio non habet, vt ordinarius iudex, debet habere eam ex voluntate alterius, vel expreſſa, vel tacitè præſumpta, quæ tamen præſens iam ſit: nam futura ratihabitio, ſeu volũtas, etiam in præſenti præſumpta, non poteſt vlli tribuere facultatem ius dicendi: hæc autem præſens voluntas de vllo ſuperiori præſumi non poteſt, niſi ipſe aliquo modo videat, aut ſciat tale Sacramentũ ſuis ſubditis ab alieno ſacerdote miniſtrari, vt patet.

Iudicium Autoris.

28

Vt abſoluat alienus nõ ſufficit, ſpes certa ratihabitionis proprij ſacerdotis.

Abſolutio eſt iuriſdictionis actus.

29

Deinde vt ſacerdos Euchariſtiam alienis ouibus miniſtret, ſatis eſſe exiſtimo ſpem futuræ ratihabitionis, ſen voluntatis proprij ſacerdotis, tale miniſterium approbantis, quæ quidẽ recte præſumi poteſt ex ſola neceſsitudine, aut familiaritate, aut ex alijs circumſtantijs quæ certa lege definiri nequeũt, quãuis proprius ſacerdos tale miniſteriũ prorſus ignoret. Ratio vero eſt quia, quamuis diſpenſatio Euchariſtiæ propria ſit eius, qui habet iuriſdictionẽ, nempe, ſacerdotis proprij, cuius proprium etiam munus eſt, paſcere gregẽ doctrina, & acramentis, tamen non eſt propria actio iuriſdictionis, eo quod diſpenſare, Euchariſtiam non eſt ius, aut ſententiam dicere, quæ eſt propria actio iuriſdictionis, & ita vt talis diſpenſatio recte fiat, nõ requiritur ea volũtas ſuperioris, & proprij ſacerdotis, quæ neceſſaria eſt, vt alienus Sacramentum abſolutionis miniſtrare poſsit, quæ actio, vt ſupra diximus, eſt propria ipſius iuriſdictionis.

Ad miniſtrandum Euchariſtiam ſufficit ſpes futuræ voluntatis ſuperioris.

30

1 Obſeruatio.

Cæterum obſeruandum eſt, quamuis ſit graue peccatum diſpẽſare Euchariſtiam alienis ouibus ſine licentia proprij paſtoris, tamẽ contra hoc genus peccati in vniuerſum nullam in iure eſſe ſtatutam pœnam, aut excommunicationis, aut alterius cenſuræ, aut irregularitatis. Nam quamuis ille qui ſine ordine exercet ſolenniter munus annexum alicui ordini, iure ipſo ſit irregularis, tamen ſacerdos qui alienis ouibus hoc Sacramentum diſpenſat non dicitur ſine ordine munus aliquod ordini annexum exercere ſed munus annexum ordini, quem habet, exercere ſine licentia proprij paſtoris. quod lõge diuerſum eſt. Porro pœna excommunicationis, quæ ſtatuitur in Clementina *Religioſi. De priuilegijs* contra religioſos, qui hoc Sacramentum ſine licen-

31

Clementina *Religioſi*

tia ſpeciali, parochialis presbyteri laicis miniſtrare præſumpſerit, non eſt generalis, quæ presbyteros etiam ſeculares comprehendat: tum quia licet eadem etiam eſſet eorum ratio, verba Clementinę extendenda nō eſſent, nam pœnæ per ſolam rationis ſimilitudinem extendi nequeunt, ſed verbis legis ſtrictè ſtā dum eſt: Clementina autem ſolum loquitur contra religioſos: tum etiam, quia non eſt, eadem ratio eorum, & presbyterorum ſecularium, eo quod ipſi prætextu exemptionis contendebant, ſe poſſe ſine cōſenſu parochorum Sacramenta miniſtrare, & inter eos, & parochos magna de hac re concertatio fuerat, & ad eorum contentiones componendas variæ Pontificum leges latæ fuerunt.

32 Pro huius tamen Clemētinæ explicatione, quædā notāda ſunt ex Caiet. in ſumma verb. *Excommunicatio*, cap. 64. & Silueſt. *Excommunicatio* 7. excommunicatione 14. n. 33. & Nauarro in ſumma cap. 27. nu. 102. primo obſeruandum eſt, per presbyterum parochialē intellegi, quemcumque, parochum, etiam ſi nō dum presbyter ſit, eo quod ipſi ratione officij conueniat cuicumque presbytero ttadere iuriſdictionem in ſuas oues: vt notat Gloſſa ibidem in verbo *Presbyter*. Atque maiori quidem ratione intelligi etiam debet Epiſcopus, & ſummus Pontifex, quibus etiā paſtoralis cura conuenit, vt ſupra notauimus. Demum, vt notarunt Caietanus, & Nauarrus intelligitur etiam nomine presbyteri parochialis vicarius ipſius, cum habeat eamdem facultatem iuriſdictionis circa Sacramenta (intellige, niſi ab ipſo parocho coarctatam haberet facultatem.) Secūdo notandū eſt, pœnam ibi non imponi propter peccatū ex ignorantia, aut ſi quis ex voluntate præſumpta parochi id faceret: nam hoc peccatum non denotatur verbo illo *Præſumpſerit*, quo vtitur Clementina. Addo autem, hanc pœnam imponi religioſis, ſiue Sacramentum hoc diſpenſent in neceſsitate, niſi alius non adeſſet ſacerdos, qui tunc miniſtrare poſſet; ſiue extrā illam, ſiue publice, ſiue ſecreto, nam verba legis generalia ſunt. Nam quod ait Nauarrus ſe quutus Silueſtrum, eandem pœnam incurri, ſi religioſus diſpenſet hoc Sacramentum in articulo mortis abſente parocho, mihi nō probatur: ſiquidem, vt præcedente capite diximus, abſente ſacerdote conceditur diacono, vt hoc Sacramentum vrgente neceſsitate adminiſtrare poſsit, & quis obſecro, credat, voluiſſe Clementem, vt a grotus ſine Sacramento Euchariſtiæ ex hac vita diſcederet? idque iā ex priuilegio noſtræ Societati conceſſum eſt, vt ſequēte capite videbimus. Tertio obſeruā dum eſt ſub hāc pœnā ſolum eos religioſos comprehendi, qui laicis hoc Sacramentū miniſtrat, eos vero, qui alijs religioſis etiam ſine licentia prepoſitorum illud diſpenſant nō item: nam lex ſolū de laicis loquitur, eo quod abuſus, quem abrogare voluit Clemens, ſolum erat in adminiſtrando hoc Sacramento laicis, non religioſis. Quarto licet Gloſſa in verbo *ſpeciali*: non modo putet, debere eſſe licē tiam ſpecialem circa huius Sacramenti diſpēſationem, vt religioſi non incurrant pœnam huius Clementinæ, verum etiam debere ſpecialē eſſe circa perſonas, tā quæ miniſtrantur quam quę recepturę ſunt hoc Sacramentum, tamen multò melius cenſent Caietanus, & Nauarrus non requiri licentiam ſpecialem circa perſonas, quibus hoc Sacramentum miniſtrandū eſt, vel quę adminiſtrantur ſunt. Addit tamen Nauarrus requiri licentiam ſpecialem & expreſſam circa hoc Sacramentum nēpe, vt expreſſe tribuatur facultas miniſtrandi hoc Sacramentum: id quod rectè intellexit Caietanus cum dixit eam cenſendam eſſe ſpecialem licentiam ad hunc effectum, quæ ęquiualet expreſſę, & ſpeciali, etiam ſi hoc Sacramentum in ſpecie non nominetur, qualem ego exiſtimo eſſe vniuerſalem, quę ad omnia, & ſingula Sacramenta conceditur. Nā ea, quę ad vnum Sacramentum conceditur, etiam ſi ſit ad Sacramentum Pœnitentię, non ſufficit pro hoc Sacramento Euchariſtiæ, cū ſint duo Sacramenta diuerſa, & licentia ad vnum eorum concedi poſsit non conceſſa ad aliud vt inferius ſequente capite dicemus. Demum ſub pœna huius Clementinæ non comprehenduntur religioſi, qui peculiare priuilegium ad adminiſtrandum hoc Sacramentum habent, de quibus capite ſequenti agemus.

Caietanus. Siluester. Nauarrus. Qui ſit parochialis presbyter.

Gloſſa.

33 Qui cōprehendantur ſub cenſuris Clemē tina.

34

35

Religioſis ex priuilegio Pontificis eadem facultas delegata eſt.

CAPVT IIII.

Varia Pōtificū priuilegia.

QVAMQVAM In illà Clemē tina: *Religioſi*, de priuilegijs, religioſis omnibus adminiſtratione, ſeu diſpenſatione huius Sacramēti ſeuere fuerat interdictum, iam tamen minoribus de obſeruantia, & ſocietati noſtræ, cęteriſque omnibus, quibus noſtra, & mendicātiū priuilegia cōmunicantur, conceſſum eſt, vt omnes fidelis quouis anni tempore rectorum parochialium Eccleſiarum licentia minimę

me requisita possint ab eis hoc Sacramentum accipere, præterquam in festo Paschæ resurrectionis Dominicæ, ita concessit Nicolaus, V. & Sixtus IIII. minoribus de obseruantia vt constat ex monumentis minorum fol. 114. cõcessione 149. & 150. iũcto supplemẽto fol. 58. concessione 160. & nostræ societati Paulus III. vt refertur in compendio nostrorum priuiligiorum, verbo *Eucharistiæ*. §. 2. Circa hæc tamen priuilegia notat Nauarrus in summa cap. 21 num. 52. per festum Paschæ intelligi diem ipsum Resurrectionis, ita vt in eo non possint prædicti religiosi sæculiaribus Eucharistiam ministrare, siue ad implendum pręceptum communionis, siue ex sola deuotione illi Eucharistiam sumere velint. Cuius fundamẽtum est, quia Leo X. hãc facultatẽ cõcessit Minoribus de obseruantia excepto solo die Paschatis, vt constat ex supplemento priuilegiorum ordinis Minorum concessione 100. atque eisdem verbis, & eodem die festo Paschatis excepto, idem concessisse ijsdẽ Minoribus Nicolaum V. & Sixtum IIII. referũt cõpilatores nostrorũ priuilegiorum in cõpendio nostro verba, *Eucharistia*. §. 2. Quo circa, & ipsi in eadem opinione Nauarri fuerunt cum tamen in nostris constitutionibus p. 7. c. 4. litera D. in declarationibus aperte dicatur, posse seculares in Ecclesijs nostris Eucharistiam de manu nostra sumere, etiam in ipso die Paschatis, dummodo præcepto Ecclesię de annua communione, vel antea in propria parochia, seu de licentia parochi satisfecerint, aut saltim postea satisfaciãt: neque ea cõmunione, facta in Ecclesia nostra huic præcepto satisfacere velint, & ita perfestum, aut diem Paschatis non intelligunt constitutiones nostræ in dictis priuilegijs ipsummet diẽ Resurrectionis, sed totum tempus Paschale, in quo huic præcepto satis fieri potest, nempe, à Dominica in Ramis, vsque ad Dominicam in albis, vt infra tractatu de confessione dicemus; ita vt communio, qua intra illud tẽpus satisfaciendum sit præcepto Ecclesiæ de annua cõmunione, non fiat in Ecclesijs religiosorum, & hæc dumtaxat excepta censetur. Quam sententiam veram existimo mirorque maxime compilatores nostros, antiquam opinionem nostrarum cõstitutionum, tam leui fundamento innixos, & sola autoritate Nauarri ductos reliquisse. Ex opinione autem Nauarri plane sequitur in prædictis priuilegijs non esse exceptam eam communionem, quaquis præcepto Ecclesiæ satisfacere debet, sed eã dumtaxat, quæ in ipso die Paschatis etiam ex deuotione fieri posset, ac proinde quemcumque fidelem posse alio die in Ecclesijs religiosorum præcepto satisfacere, dummodo in die Paschatis in illorum Ecclesijs non communicet, quod tamen est absurdum, cum illa exceptio facta videatur in fauorem parochorum, vt de eorum manu Eucharistia pro implendo præcepto, aut saltem, de licentia illorum accipiatur. Id autem ex prædicta sententia sequi patet: quia pręcepto satisfieri potest quocumque die ex illis quindecim neque opus est in ipso die Paschatis illud impleri. Præterea in prædictis priuilegijs non præcipitur, vt quisque fidelis in die ipso Paschatis in propria parochia communicet, vt præcepto satisfaciat, ergo potest eo die nullibi communicare, iuxta prędictam autem sententiam nulla alia cõmunio excipitur: ergo quouis alio die potest in Ecclesijs religiosorum communicare, ac proinde præcepto satisfacere. Restat igitur vt per diem, seu festum Paschæ, quod idem est, intelligi debat totum illud tẽpus Paschale, quod diximus. Tum etiam cõmunio, quę fit ad implendum pręceptum, vt hęc intra illud tempus non possit fieri in Ecclesijs religiosorum, ac proinde cum fieri debeat, alicubi, fiat in propria parochia, vel alibi de licentia parochi. Vt enim dicemus loco citato quamuis Pontifices, quod attinet ad cõfessiones, nullũ diem, nullamque confessionem etiam, quapręcepto satis fit, in prędicti priuilegijs exceperint, voluerunt tamen communionem illam, in gratiã parochorũ ipsorũ excipere, ne illorum potestati, de qua cũ religiosis non parua fuerat controuersia, vt ibidem dicemus, omnino derogatum videretur.

Cæterum obseruandum est, cum conceditur facultas religiosis ex priuilegio, vt Eucharistiã sine licentia parochorũ, quibuscumque fidelibus ministrent, intelligendum esse de cõmunicationibus solum, quæ deuotionis causa fiunt, nam illa, quę ęgrotis per modum viatici datur, in prędictis priuelegijs iuxta omnium sententiam excepta intelligitur, nõ minus quam illa qua in festo Paschatis pręceptum Ecclesiæ annuum impletur. Atque ita Paulus III. communionem hanc per modum viatici excepit, in bulla, qua nostræ societati prędictam facultatem de administranda Eucharistia concessit. Quare recte possumus religiosi Eucharistiam ęgrotis ministrare, dummodo id fiat celebrato sacro priuatim in domibus eorum, & ita vt cõmunio de manu parochi per modum viatici, aut de licentia illius sumatur.

Quod si in extremã necessitate deficiat proprius sacerdos recte poterunt religiosi Eucharistiam etiam pro viatico ęgrotis ministrare, nõ tan

37 Nauarrus. 38 Quid intelligatur per tempus Paschale. 39 40 Obseruatio. 42

tantum quia Paulus III. id expreſſe conceſſit noſtræ Societati in prædicta bulla; ſed quia iure communi id conceſſum videtur. vt contra Nauarrum ſupra notaui, & recte docet Angelus verbo: *Excommunicatio* 5. caſu 12. num. 5. ſi tamen tempore Paſchatis proprius ſacerdos abeſſet quamuis poſſent religioſi, toto eo tempore laicis Euchariſtiam miniſtrare, ſicut etiam præſente parocho poſſunt; obid tamen nulla communione eo tempore facta à religioſis, fideles laici cenſerentur præceptũ ita impleuiſſe, vt deinceps elapſo illo tempore Paſchatis non deberent de manu proprij ſacerdotis Euchariſtiã accipere. Hoc enim Sacramentum ita intra illud tempus Paſchatis obligat vt eo etiã elapſo eius obligatio perſeueret, & cum fuerit opportunitas impleri debeat. Cum enim hæc cõmunio non ſit tantæ neceſsitatis, quantæ illa, quæ obligat in articulo mortis, & interdum ex cauſa differri poſſit, non intelligitur conceſſa talis facultas religioſis, vt in abſentia parochi tẽpore Paſchatis, ad præceptum implendum Euchariſtiam laicis diſpenſent.

Angelus. 43

Laicis etiam interdum conceditur, vt de manu ſimplicis ſacerdotis ſine licentia parochi Euchariſtiam recipiant.

CAPVT V.

NEQVE Vero ſolum religioſis hoc priuilegium diſpenſandi Euchariſtiam cuilibet fideliũ licentia parochi minime requiſita, conceſſum eſt, ſed etiam ipſis laicis per varias bullas, & priuilegia concedi ſolet, vt parochi licentia non petita, eligere ſibi poſsint ſacerdotem, à quo Euchariſtiam accipere poſſint, ſicut per Bullam Cruciatæ in Hiſpania, multis ad hinc annis conceditur, vt probabilior opinio fert. Sunt autem nonnulli Theologi non parum docti, qui putant hanc, facultatem in Bulla Cruciatę minime concedi. Primùm, quia quamuis cuicumque in ea Bulla cõcedatur facultas eligendi confeſſarium, qui ipſum à caſibus etiam reſeruatis poſsit abſoluere, hoc ipſo non intelligitur conceſſa facultas recipiendi ab eo Euchariſtiam: quia licentia conceſſa ad vnum Sacramentum, non intelligitur conceſſa ad aliud, etiam implicite cum ſint diuerſa Sacramenta, & concedi poſsit licentia ad vnum non conceſſa ad aliud; præſertim verò, quãdo maior ratio eſt, vt cõcedatur ad vnũ, & nõ ad aliud, maior autẽ eſt vt cõcedatur ad Sacramentum Pœnitentiæ (cũ ſit magis neceſſarium, magiſque difficile ſit pœnitẽtibus, ideoque magis egeant facultate eligendi ſibi cõfeſſariũ) quã vt à quouis Euchariſtiã recipere poſsint. Deinde probant, quia ſi in ea Bulla talis facultas concederetur, maxime in prima facultate, in qua conceditur fidelibus, vt poſsint tempore interdicti Euchariſtiam recipere in Eccleſijs, monaſterijs, & oratorijs, præterquam in die Paſchatis: nam ſi hoc illis conceditur tempore interdicti, multo magis quocumque alio tempore. Verum ex illa conceſsione (inquiunt) minime colligi poteſt talis facultas conceſſa, tum quia in ea ſolũ habetur ratio temporis, vt non obſtante interdicto, tempore etiam illius fideles recipere poſsint hoc Sacramentum ab eo, à quo aliàs de iure poſſent: tum etiam, quia ſi illis verbis facultas eis conceſſa eſſet recipiendi hoc Sacramentum; eodem modo conceſſa cenſeretur ad recipiendam extremam Vnctionem (adde tu & Sacramentum Ordinis) ſine licentia Epiſcopi in eius diœceſi, & Matrimonij ſine præſentia parochi: quia ea facultas non ſolum cõceditur ad Sacramentum Euchariſtiæ, ſed etiã ad alia Sacramenta. Cum igitur ad hæc poſteriora, quæ diximus, non intelligatur ſimpliciter conceſſa, neque ad Euchariſtiam (inquiũt) ſimpliciter conceſſa erit, ſed ea dumtaxat ratione, vt quis, non obſtante ſentẽtia interdicti, Sacramenta omnia eo tempore recipere, ab eo poſsit, à quo aliàs de iure, poſſet.

Ego verò exiſtimo, in prædicta Bulla concedi facultatem, cuicumq; elargienti eleemoſynam ibi aſsignatũ ad expeditionem, vt poſſit à quocumque ſacerdote Euchariſtiam recipere: non quia in ea concedatur, vt poſsit eligere ſibi cõfeſſarium, à quo à peccatis etiã reſeruatis abſolui queat: nam in tali facultate non intelligitur licentia, ad recipiendum hoc Sacramentum: vt recte probat ratio ſuperius adducta, & nos præcedente etiam capite notauimus, ſed quia expreſſe ad Euchariſtiã concedatur: nam in prædicta Bulla ſic dicitur: *Item conceditur, vt dicto anno durante, poſsint in Eccleſijs, in quibus alias Diuina officia interdicto durãte quomodolibet celebrare permiſſum fuerit, vel in priuato oratorio ad Diuinum officium tantum deputato ab ordinario viſitando, & deſignãdo, etiam tempore interdicti, cui ipſi cauſam non dederint, vel per eos non ſtetit, quominus amoueatur. Et qui facultatem ad id à Cõmiſſario, generali habuerint etiam per horam ante quam illuceſcat dies, & per horam poſt meridiem in ſua ac familiarium, & domeſticorum, ac cõſanguineo-*

rum

Aliqui putant non cõcedi in bulla cruciatæ laicis facultatem, eligendi miniſtrũ Euchariſtiæ.

Mens Autoris.

44 45 secundo; 46 47 48

rum suorũ præsentia Missas, & alia Diuina officia per seipsos, si presbyteri fuerint, celebrare, vel per alium celebrari facere, & tempore interdicti Diuinis interesse; eis tamẽ, qui priuato oratorio ad præmissa vti voluerint, vt quoties id fecerint, aliquas preces Deo pro vnione Principum Christianorum contra infideles, eorumque contra eos victoria fundere teneantur. Imponitur item Eucharistiam, & alia Sacramenta, præterquam in die Paschatis recipere: nempe, conceditur, etiam si sit tẽpus
49 interdicti, vt in Bulla Hispano sermone trãscripta dicitur. Ex quibus verbis patet, nõ solum concedi facultatem pro tempore interdicti, sed pro quocumque etiam tempore, illamque extendi ad tẽpus interdicti. Triplex
Triplex facultas in Bulla conceditur. autem conceditur facultas, prima, vt hi qui prędictam eleemosynã in expeditonem contulerint, habita facultate à Cõmissario generali, quam ipse non nisi elargiẽtibus eleemosynã prædictam concedere poterit, possint Missas
Prima. celebrare, si sint sacerdotes, aut si laici celebrare facere in sua, ac familiarium, domesticorũ, ac consanguineorum præsentia per horam ante diem, & per horam post meridiem, quouis,
Secunda. tempore, etiã si fuerit interdicti. Altera quasi appendix primæ est, vt ipsi soli, nempe, si laici fuerint, tẽpore interdicti interesse possint Diuinis officijs: in qua non comprehenduntur consanguinei, & alij, qui in prima cõ
Tertia. tinentur. Tertia est, vt Eucharistiam, cæteraque Sacramenta omnia, præterquam in die Paschatis, recipere possint. Quare, quod attinet ad tempus, cum nulla in illa fiat mentio, referri debet ad idem, pro quo prima illa conceditur: quod quidem fuit vniuersale, ita vt sub eo etiam interdicti tempus comprehenderetur, non tamen solũm tempus interdicti
50 esset. Nam, quamuis secunda facultas sit pro solo tempore interdicti, tamen ad tempus illius referri nõ debet tertia facultas, vt intelligatur etiam pro solo illo interdicti tempore, sed ad tempus primæ, quæ pro omni tempore, etiam si sit interdicti, concessa fuit. Idquod tribus rationibus probari potest: prima
Tertia facultas pro omni tempore concessam fuisse probatur primo. est, quia in Bulla Hispano sermone transcripta, cum agitur de receptione Sacramẽtorum dicitur: *y recebir el Sacramẽto de la Eucharistia, y los demas Sacramentos (saluo en el dia de la Pascua) aunque sea tiempo de entredicho*, verba autem illa: *Aunque sea, &c.* Latine: *Etiam si sit tẽpus interdicti*, plane indicant faeultatem illam concedi pro quouis tempore, etiam si sit in-
Secundo. terdicti, & non tantum pro eo, in quo fuerit interdictum, vt patet. Secũda ratio est, quia
51 secunda illa facultas, est veluti appendix primæ, & sub eadem periodo constituitur: quare tertia facultas, quæ conceditur absolute, ad tempus primæ non secundę referri debet: tempus autem primæ est quodcumque, etiam interdicti. Tertia ratio præcipua colligitur, ex illis verbis, quæ in tertia concessione po-
Tertio. nuntur: *Præter quam in die Paschatis*. Nam, si solum concederetur facultas recipiendi Eu-
52 charistiam tempore interdicti, ab eo solum, à quo de iure alias extra tẽpus interdicti quis recipere posset, non fieret exceptio diei Paschatis, cum potius in eo die contra sententiã interdicti concedi deberet; quorsum enim eam concederet Pontifex pro alio tempore, in quo non erat obligatio recipiendi Eucharistiam, & pro illo die, aut tempore Paschatis illam non concederet, & sane nemo negabit in die Paschatis, etiam tempore interdicti, posse quemlibet virtute huius concessionis Eucharistiã à proprio parocho recipere, ergo habita solum ratione temporis sententiæ interdicti, non intelligitur exceptus dies Paschatis. Restat igitur, vt in tertia facultate, ijs qui eleemosynam assignatam cõtulerint, cõcedatur, posse recipere Eucharistiam, & alia Sacramenta à quocũque sacerdote, nisi in die Paschatis sicut contra diximus capit. præcedente, nostris, & Minoribus de obseruantia, concessum esse, vt possint quibusuis fidelibus Eucharistiam ministrare, præter quam in die Paschatis: per diem autem Paschatis vtrobique intelligi debet, vt ibidem notauimus, totum tempus Paschale, intra quod præceptum Eucharistiæ implendum est, nempe
53 vt fauore parochorum hæc communio, qua impletur præceptum ipsis reseruetur, neque religiosus virtute suorum priuilegiorum alicui Eucharistiam tribuendo, efficere possit vt præceptum illud impleatur, neque laici seculares virtute Bullæ Cruciatæ de manu alterius communicantes, idem præceptum implere possint.

Argumenta opposita diluuntur. Quę vero pro opposita sententia in hoc capite allata sunt, parum momenti habent. Et primum quidem ingenue fatemur non concedi prędictam licentiam in Bulla, cum datur facultas eligendi confessarium, qui à casibus reseruatis absoluere possit, vt recte probatũ est. Deinde dicimus, eam licentiam concedi in verbis illis superius citatis, non quidem, vt nõ obstante interdicto, fideles Eucharistiã recipere possint ab eo, à quo aliàs de iure possent sed simpliciter, vt probatum est. Neque vero solum prædicta facultate conceditur, vt Eucharistiam, sed etiam vt alia Sacramẽta à quocumque sacerdote recipere possint: per alia vero Sacramenta intelligitur quidem extrema vnctio, & Pœnitentia solum, non tamen
54 Ordo, neque Confirmatio: nam prædicta facul-

cultās ſolum intelligitur de his Sacrāmētis quæ à parochis, & ſacerdotibus tamquam à proprijs miniſtris recipi ſolent. Epiſcoporū autē iuriſdictiones in vſu Pōtificialiū illæſas omnino conſeruari voluit Pōtifex. Præterea non intelligitur Matrimonium, vt ſine licentia parochi celebrari poſsit: quia miniſter huius Sacramenti non eſt parochus, neque vllus ſacerdos, ſed ipſimet contrahentes: parochus autem ſolum eſt neceſſarius, tamquam teſtis ad hoc ſpeciatim deſignatus, vt in materia de Matrimonio contra Canum notauimus. 55

Ocurritur obiectioni

Neque obſtat, quod deinde in eadem bulla ijs qui prædictam eleemoſynam contulerint, ſpeciatim concedatur, vt eligere ſibi poſsint cōfeſſarium ex approbatis: hæc enim facultas, quæ generaliter prius cōceſſa erat, poſtea ſpeciatim repetitur: quia ſimul concedenda erat licentia eligendi confeſſorem, qui non ſolum ſine conſenſu parochi à communibus peccatis poſſet abſoluere, ſed etiam à reſeruatis.

Dubium incidens expeditur.

Verum circa prædictam facultatem recipiendi Euchariſtiam difficultas eſſe poteſt, an ita ſit intelligenda, vt ſacerdos, qui eligitur ad miniſtrandam Euchariſtiam, debeat eſſe ab Ordinario approbatus, ſicut etiam is, qui eligitur in confeſſarium eſſe debet. Et ſimiliter dubitari poteſt, an vt parochus alicui ſacerdoti facultatem faciat miniſtrandi Euchariſtiam debeat eſſe ab Ordinario approbatus, ſicut eſſe debet is, cui parochus ſuorum ſubditorū confeſsiones committit. Reſpōdeo, ius nouū Concilij Tridentini, ſeſsione 23. cap. 15. de reformatione, ſolum intelligi de approbatione pro Sacramēto confeſsionis miniſtrādo, ita vt nullus vel ex priuilegio, vel ex licētia proprij paſtoris alicuius confeſsiones audire poſsit, quin fuerit ab Ordinario approbatus, ac proinde nulli ſacerdoti iuriſdictionem in aliquem ſecularem, vel laicum, vel ſacerdotem conferri, niſi prius ab Ordinario approbato. Pro miniſtrando vero Sacramento Euchariſtiæ, aut alio, non video, ius vllū eſſe aut Cōcilij Tridentini, aut antiquius, quod ſtatuat, approbationē requiri. Neque vero ex eo quod Concilium decreuerit, talem approbationem neceſſariam eſſe pro Sacramento Confeſsionis miniſtrando, ſequitur, neceſſariam etiam eſſe pro miniſtrando Euchariſtiam, aut aliud Sacramentum, licet conceſſa facultate audiēdi confeſsiones, intelligi poſſet cōceſſa ad miniſtranda alia Sacramenta: quia multo difficilius eſt audire confeſsiones, quam alia Sacramenta, quæ ad ſacerdotem tamquam ad proprium miniſtrum pertinent. Ergo quamuis, conceſſa facultate audiendi confeſsiones, intelligeretur conceſſa ad miniſtrandum alia Sacramenta: quia conceſſa facultate ad maius, intelligeretur conceſſa ad id, quod minus eſt tamen non ſequeretur, ſtatuto ſemel per Concilium Tridentinum, quod ſit neceſſaria approbatio Ordinarij pro adminiſtrando Sacramento Pœnitentiæ pro adminiſtrando quoque Sacramento Euchariſtiæ, aut aliquo alio neceſſariam eſſe, quia ſtatuto quod neceſſaria ſit talis approbatio pro eo, quod difficilius eſt, non ſequitur, neceſſariam eſſe quoque pro eo quod facilius eſt. 56

Verum, quamuis nullo iure cāutum ſit, ne vllus ſacerdos Sacramentum Euchariſtiæ, & alia (excepto Sacramento Pœnitentiæ) ſine approbatione Ordinarij adminiſtret, nihilominus ita in praxi receptum video in tota Hiſpania, vt ſacerdotes non parochi ab Ordinario ad Euchariſtiæ, & cæterorum Sacramētorum adminiſtrationem approbentur, ſicut etiam, vt Miſſam celebret recens ordinatus, prius examinatur, & approbatur ad Ordinario, ne aliquid indecens inter celebrandum efficiat. Quod vero attinet ad Sacramentum Euchariſtiæ, hanc praxim ego puto ſolū ſeruāndum in illius ſolenni adminiſtratione: nam quicumque ſacerdos, hoc ipſo quod Miſſam, celebrare poteſt, poterit etiam in ea de licentia parochi abſque alia approbatione Ordinarij Euchariſtiam fidelibus diſpenſare. 57 58

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſacerdos conſecrans teneatur ſumere hoc Sacramentum.

Notatio circa Articulum.

CONCLVSIO Eſt: *Quoties ſacerdos conſecrat integre debet ſumere hoc Sacramētum*, Particula: *Integre* refertur ad vtramque ſpeciem, non autem ad ſingulas, quia neceſſe eſt, vt vtramque ſpeciem ſumat ſacerdos, nec ſuo muneri ſatisfaceret, niſi vtrāque ſumeret: eo quod vt diſput. 223. cap. 3. dicemus, vtraque ſit de eſſentia ſacrificij, & in altera tantum, vera ratio ſacrificij conſtare non poſsit, neceſſe tamen non eſt, vt ſacerdos vnāquamque ſpeciem integre percipiat, cum aliquid illius alijs porrigere poſsit.

(3)

ARTI-

ARTICVLVS V.

Vtrum malus sacerdos Eucharistiam consecrare possit.

59 CONCLVSIO Est affirmans. Qualis verò fuerit error Vvicleffi circa illam, vidimus supra disput. 218. cap. 1. & de malo ministro Sacramentorum in vniuersum, quo pacto verũ consecrat Sacramentum, si reliqua necessaria adsint, diximus 2. tomo, disput. 137. cap. 2. Præterea, quo pacto non liceat Sacramenta in mortali ministrare, diximus 2. tom. disput. 136. cap. 1.

Vvicleffus.

Quod vero attinet ad tactum, an sit peccatum mortale tangere hoc Sacramentum in mortali, difficultas nonnulla inter Doctores est. Adrianus in 4. quæst. 3. de Eucharistia secunda parte, quæ incipit, *Viso à quo. §. Ad rationes*, ad tertiã docet, nulli existenti in mortali licere tangere Eucharistiam, etiam vt illam ex luto, aut minus decente loco tollat. Cuius sententiæ videtur fauere S. Thomas supra quæst. 80. artic. 4. ad primum, vbi ait, peccatores repelli à contactu huius Sacramẽti. Verum hæc sententia mihi non placet cũ nullo iure, nulla ve ratione nitatur. Et primum quidem, quod ait Adrianus, eum, qui in peccato mortali est, non posse Eucharistiam è luto, vel de immundo aliquo loco tollere, falsum est: maius siquidem incommodum esset, Eucharistiam in eo loco relinquere, & ideo etiam tunc liceret laico id ipsum facere, vt docent Sanctus Doctor in artic. 3. huius quæstionis. Alexand. 4. par. quæst. 11. memb. 2. artic. 4. §. 2. versicul. *Consequenter quæritur, vtrum liceat peccatorem, vel laicum*, & Dominicus Sotus in 4. dist. 13. quæst. 1. art. 3. post primam Conclusionem. Deinde, cum nullo iure cautũ sit, nec vlla ratione probetur, Sacerdotem in peccato mortali existentẽ mortaliter peccare, si Eucharistiam tãgat, etiam extra casum illũ necessitatis, non video, quo pacto id asserere possimus. Et ita Sotus in eo articul. 3. §. *Appendit autem*: sentit, fore, vt non peccaret etiam laicus, qui absente sacerdote tangeret corpus Christi, etiam si esset in peccato mortali: si autem ægrotus osculo illud tangens adoraret existens in peccato, esset, inquit, peccatum: non tamen audet dicere fore mortale. Ego vero existimo solum tactum ex eo, quòd tactus est, non esse mortale etiam si quis in mortali hoc Sacramentum tangat: quia hoc non videtur vllo modo prohibitum. Differt autẽ à simplici tactu is, qui fit ad recipiendum hoc Sacramentum: nam si hic fiat in mortali, est mortalis: eo quod est falsum signum vnionis eius, qui recipit Sacramentum cũ Christo: & de hoc loquitur Sanctus Thomas q. 80. art. illo 40. Quomodo autem sit falsum signum, ac proinde mortale peccatum, tangere hoc Sacramentum in peccato mortali, ibidem explicuimus.

An sit mortale tangere Eucharistiam in mortali.

Adriani mens.

S. Thomas.

60

Relicitur primo.

Alexander.

Sotus.

61

Secundo.

Siquis tangat Eucharistiam in mortali nõ peccat mortaliter.

S. Thomas.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Missa mali sacerdotis minus valeat, quam Missa boni.

Notatio circa Articulum.

PRIMA Conclusio est. *Quod attinet ad Sacramentum, tantum valet Missa mali sacerdotis, quantum Missa boni.* Secunda Cõclusio: *Quod spectat ad orationes sacerdotis, si considerentur, quatenus efficaciã habent ex deuotione orantis, non tantum valet Missa mali sacerdotis, quantum Missa boni.* Tertia Conclusio: *Si considerentur orationes, quatenus fiunt à sacerdote nomine totius Ecclesiæ, sic fructuosæ sunt, etiamsi fiant à malo sacerdote.* Cum ait Sanctus Doctor fructuosas esse, intelligit plane, ita fructuosas esse, si fiant à malo sacerdote, sicut si fiant à bono, vt ita respõdeat quæstioni in titulo propositæ. Præterea obseruandum est, primam conclusionem, non solũ intelligendam esse de hoc Sacramento, quatenus Sacramentum, sed etiam quatenus sacrificium est, nempe, vt vtroque modo sit eiusdem efficacitatis, & virtutis, vt de sacrificio inferius dicemus disput. 230. cap. 3. de Sacramenti autem virtute ad sanctificandum sumentes illud id, quod dicit Sanctus Doctor, manifestum est.

62

ARTICVLVS VII.

Vtrum hærerici schismatici, & excommunicati possint consecrare.

Notatio circa doctrinam Articuli.

PRIMA Concluſio eſt, *Qui intra Eccleſiam catholicam conſtituti ordinati ſunt, recte quidem habuerunt poteſtatem celebrãdi, ſi tamen in hæreſim, aut ſchiſma, aut excommunicationem incidant, nõ recte ea poteſtate vtũtur.* Secunda concluſio: *Qui per hæreſim ſchiſma, aut excommunicationem ab Eccleſia ſeparati ordinantur, nec recte accipiunt poteſtatem, neque recte illa vtuntur.* Tertia concluſio, *vtriqueveram poteſtatem habent conſecrandi, vt ſi velint conſecrare, factum teneat.* Cum S. Thomas in his cõcluſionibus loquitur de his, qui ab hæreticis ordinãtur ſacerdotes, intelligit de ijs hæreticis ſolum, qui veram formã, & materiã Sacramenti Ordinis retinent, atq; hoc Sacramentũ ritu Eccleſiæ conferunt: nam qui hoc modo ab hæreticis ordinantur, aut baptizãtur, cum ad Eccleſiam veniunt, neque iterum baptizantur, neque ordinantur, vt ex mente Auguſtini contra Cyprianum de Baptiſmo ex profeſſo ſupra tomo 2. diſput. 136. cap. 1, & ſequent. diximus.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ſacerdos degradatus poſſit hoc Sacramentum conficere.

CONCLVSIO Eſt, *ſacerdos degradatus poteſt conficere hoc Sacramentum: hoc eſt, quamuis peccet, ſi proferat verba ad conſecrãdũ, vere tamẽ cõſecrat.* Cõcluſio autẽ, & ratio, qua eam probat S. Thomas, ſatis nota eſt.

ARTICVLVS IX.

Vtrum liceat ab excommunicatis, vel hæreticis, ſeu peccatoribus communionem recipere, & eorum Miſſas audire.

PRIOR Concluſio Eſt. *Ab excommunicatis, vel ſchimaticis non licet communionem accipere, aut eorum Miſſas audire.* Poſterior concluſio. *A peccatoribus licet communionem accipere, & eorum Miſſas audire, antequam per Eccleſiæ ſententiam à miniſterio altaris ſeparentur.* Multa erant diſputatione digna circa vtramque concluſionem, & tamẽ omnia exacte tractabimus 2.2. quæſt. 43. artic. 7. & 8. & infra, vbi de effectu excommunicationis circa id, de quo hic diſput. S. Doctor, agemus. Interim tamen obſeruandum eſt, cum licitum ſit accipere Sacramentum Pœnitentiæ in extrema neceſsitate ab hæreticis, licitum etiam eſſe & hoc Sacramẽtum accipere, niſi hoc ipſo ratione peculiaris ritus, vel alia ratione eo facto videretur quis hæreſim ſacerdotis approbare: ſic enim non liceret ab eo Euchariſtiam recipere, & ea de cauſa mortem appetere laudabile admodum eſſet. Qua ratione Hermenigildus Hiſpaniæ Princeps, noluit ab hæreticis Euchariſtiam accipere, tametſi extra tempus neceſsitatis, vt refert, & laudat Gregorius lib. 3. dialogorum cap. 31. refertur canone: *Superueniente* 1. quæſt. 1. 63

Gregorius

ARTICVLVS X.

Vtrum liceat ſacerdoti omnino à conſecratione Euchariſtiæ abſtinere.

CONCLVSIO Eſt, *ſacerdos, etiam ſi curam animarum non habeat, non poteſt omnino à conſecratione ceſſare, ſed in præcipuis feſtis, præſertim in his, in quibus fideles communicare conſueuerunt, celebrare debet.* De hac re fuſius agemus infra diſput. 232.

LAVS DEO.

QVAE.

QVÆSTIO OCTVAgesima tertia. De ritu huius Sacramenti.

TRACTATVS DE SACRIFICIO MISSÆ.

IN Hac quæstione, quæ de ritu huius Sacramenti inscribitur, agit D. Thom. de hoc Sacramento, quatenus est sacrificium: tum etiam de tempore, loco, & alijs, quæ ad celebrationem illius pertinent: nec enim hic agit de ritu huius Sacramenti, quatenus post consecrationem permanet, sed de ritu in ipsa consecratione seruando.

ARTICVLVS I.

Vtrum in hoc Sacramento Christus immoletur.

CONCLVSIO Est: *Celebratio huius Sacramenti duplici ratione dicitur immolatio.* Probat verò Sanctus Doctor hanc conclusionem duabus rationibus, quas disput. 222. examinabimus, sunt enim non parum difficiles. Quamuis autem Sanctus Doctor, cæterique antiqui Scholastici, pauca de hoc incruento sacrificio dixerint, omnia tamen, quæ de essentia, & valore illius scitu digna, & inter catholicos, hæreticosque nostri temporis, aut inter catholicos ipsos controuersa sunt, in explicationem doctrinæ præsentis articuli suo ordine disputabimus.

De essentia, & natura sacrificij in vniuersum. Disputatio. 220.

Variæ sententiæ, & definitiones hæreticorum. Cap. 1.
Variæ sacrificij in vniuersum definitiones. Caput 2.
Vera sacrificij in vniuersum definitio. Cap. 3.

Variæ sententiæ, & definitiones hæreticorum.

CAPVT I.

VM Perdifficile in Scholâ Theologorum semper fuerit, naturam, & rationem veri sacrificij in hoc Sacramento assignare: eius vero rei difficultas inde præsertim orta fuerit, quod natura, & ratio propria sacrificij in vniuersum perspecta satis non fuerit, operæpretium me facturũ existimaui, antequam de hoc sacrificio speciatim differerẽ, essentiã, & rationẽ propriam sacrificij in vniuersum accuratè inuestigare, & definire, & quamuis disput. hac ad art. 3. q. 85. a. 2. S. Themę pertineat, tamen, cũ eam partẽ aliquibus iustis de causis in posterũ mihi interpretandã reseruare decreuissem, necesse mihi fuit hanc cõtrouersiã de sacrificio in vniuersum disputationi de sacrificio Missæ præmittere, vt natura, & ratione propria sacrificij in vniuersum exactè explicata, nõ solũ cõtra hæreticos nostri tẽporis, facile ostenderẽ rationẽ veri, & proprij sacrificij in hoc Sacramentũ cõuenire, sed etiam in qua actione à sacerdote ea perficiatur, reiectis non paucis catholicorũ sententijs, quasi digito demonstrarem. *S. Thom.*

Circa præsentẽ igitur cõtrouersiã Philippus Melanchõ, in apologia confessionis Augustanæ in articulo de Missa Sacramentũ in vniuersum hoc modo definit: *Ipsa cæremonia, vel opus, quod nos Deo reddimus, vt cũ honore afficiamus*, diuidit deinde sacrificiũ in illud, quod est propitiatoriũ, videlicet, pro peccatis, & in illud, quod est in gratiarũ actionem, quod ipse Græce vocat εὐχαριστικὸν: huiusmodi autem putat esse fidem, prędicationem Euangelij, orationes, corporis castigationes, & denique omne illud, quod in laudem Dei cedit: atque hinc colligi, hoc Sacramentũ altaris, sicut quæcumque bona opera facta in laudem, & honorem Dei, vocari posse sacrificium posterioris generis, non autẽ prioris. Melãchõ circa Sacramentũ & sacrificium definitio.

Cum Melanchone conuenire videntur catholici, qui dicunt, sacrificium propriè dici omne opus bonum, quod fit, vt sancta societate Deo adhæreamus, siue illud ex se sit opus virtutis, siue non, ac proinde castigationẽ corporis propter Deũ assumptãnõ minus proprie, quã Eucharistiæ consecrationẽ sacrificiũ vocari. Hoc modo definierũt sacrificiũ Gab. lect. 85. in can. Miss. lit. D. Alphõs. de Cast. lib. aduers. hæres. verb. *Missa*, hær. 2. *Gabriel. Alphons. de Castro.*

longe à principio, qui ingenuè fatetur, secum in hac definitione conuenire Caluinũ, eũ tamen aliam diuersam definitionẽ tradidisse inferius videbimus. Videtur tamẽ prędicta definitio ex Augustino desumpta lib.10. de ciuitat. Dei.c.6. quod inscribitur, *De vero, perfectoque sacrificio*, vbi in principio inquit. *Proinde verũ sacrificium est omne opus, quod agitur, vt sanctæ societate inhæreamus Deo, relatũ scilicet ad illũ finẽ boni, quo veraciter beati esse possimus.* Dixerat autẽ in fine præcedẽtis capitis, misericordiã esse verum sacrificium: idque probauerat ex illo Oseæ 6. *Misericordiã volo, & non sacrificium*: tũ etiã quæcumq; leguntur in ministerio tabernaculi de sacrificijs præcepta ad dilectionem Dei, & proximi significãda referri; hinc igitur colligit prædictam definitionem illis verbis. *Proinde, &c.*

Castro. Caluinus. Augustinus.

Oseæ.6.

3

Hæc tamẽ sententia facille confutari potest. Primo quidẽ, quia cũ sacrificium sit opus propriũ religionis, vt docet Beatus Thom. 2.2.q.85.art.3. & communis Scholasticorum opinio fert, fieri nequit, vt omne opus bonũ cuiuscũque virtutis propriè sit sacrificium, ac proinde sacrificium proprie non rectè definiatur per omne opus bonũ quod fit, vt sancta societate adhæreamus Deo, siquidẽ opus cuiuscũque virtutis ad hoc fit, aut Deo adhæreamus. Adde, quod licet sacrificiũ sit opus religionis: tamen non omne opus religionis est sacrificiũ; alioquin iuramẽta, & vota proprie sacrificia essent, quod est falsum; nam S. Thom. & Theologi cõmuniter plures actus religionis cõmemorant, & inter eos tãquam peculiarẽ quemdam actum sacrificiũ enumerant, sicut vidimus supra tom.1.disp.93.c.2.

Reijcitur prædicta expli. 1.ex S. Th.

Alij sunt actus religionis à sacrificio.

Secundo eadẽ sententia refellitur, quia in Ecclesia Dei post mortẽ Christi nullũ aliud agnoscimus sacrificium, nisi corporis, & sanguinis ipsius: atqui si quodlibet bonũ opus, quod fit vt Deo adhæreamus, esset proprie sacrificiũ, sequeretur nullum huiusmodi esse in Ecclesia, ne plura dicerẽtur esse sacrificia, quod est absurdum; dicendum igitur est, non quodlibet huiusmodi opus esse sacrificium. Porro in Ecclesia Dei vnicũ sacrificiũ proprie solũ esse, probant nõnulli multis Augustini, & aliorũ Patrũ testimonijs, quæ consulto prætermitto, quod ad hoc probandum perspicua non sint, & re alias sit notissima de qua cap.3. iterum sermo redibit.

Secundo.

Augustinus

4

Tertio, quamuis, vt inferius dicemus, sacrificium proprie à priuata persona, & propria ipsius autoritate offerri possit; tamẽ si semel autoritate publica quis cõstituatur sacerdos, proprijũ illius munus esse debet sacrificiũ offerre, ita vt deinceps alijs sacrificare non liceat: id quod nõ solũ populus Iudæorum ex præcepto Dei, sed etiã barbaræ nationes in sua Republica perpetuo obseruarũt, & ideo 2.Paralipom.c.26. Azarias Sacerdos, & alij octoginta sacerdotes restiterunt Oziæ Regi volenti sacrificare, quòd ei hoc munus minime conueniret, cũ sacerdos nõ esset: cumque ipse arripuisset thuribulũ, vt sacrificaret, & adoleret incensum, lepra percussus est: atqui omnibus fidelibus licet quodcumq; bonum opus facere, quo Deo adhærere possint: ergo signũ est, illud nõ esse sacrificiũ, aut fatendũ etiã est, omnes esse proprie sacerdotes: nã quicũq; etiã si ad id non vocetur, nec peculiari electione destinetur, facere potest, & debet quodcũq; aliud opus, quo Deo adhærere, & Beatus esse possit: falsum autẽ est omnes homines proprie sacerdotes esse: nã teste Paulo ad Hebræos 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumitur*, neq; quisquã id honoris, & munus sua autoritate propria sibi vsurpat, sed ad illud vocari, & eligi debet. Et ita in Concilio Trident. sess.23.cano.6. definitur, in Ecclesia Dei esse hierarchiã Diuina ordinatione institutã ex certis ministrorũ generibus speciali modo deputatis, & cõsecratis: stultũ autẽ esset asserere, nõ omnes esse ministros idoneos ad offerẽdũ quædã sacrificia, qualia sunt victimæ, & sacrificia altaris, nisi adhoc autoritate publica destinentur, & hos solũ sacerdotes vocari; at vero ad alia sacrificia quælibet esse idoneũ ministrũ, etiam si sacerdos publica autorite destinatus nõ sit: quia si omnia essent sacrificia proprie, & ad eamdẽ religionis virtutẽ eodẽ modo pertineret, ministrum eiusdẽ rationis habere deberẽt. Ex qua ratione patet, propriũ munus sacerdotis esse sacrificare, ac proinde opus, quod alteri, quã sacerdoti cõuenit; sacrificium proprie nõ esse: id quod ipsa nomina Græca manifeste indicant: nã à verbo θύειν, quod est, *Sacrificare*, deriuatur nomẽ θυσία, Latine, *Sacrificiũ*, & θύτης *Sacerdos*, & à verbo ἱερεύειν, Latine *Sacrificare*, fit nomen ἱερεῖον, *Sacrificium*, & ἱερεὺς, *Sacerdos*.

2. Paralip. 26.

Ad Hebr.5.

Cõcil. Trid.

5

Euasio prę cluditur.

Quarto prædicta sententia refellitur, quia altare, & sacrificiũ ita reciprocãtur, vt vnũ sine alio etiã apud barbaras gẽtes, numquã inueniatur, aut aliquid saltẽ in modũ altaris: & ita Hebraice ab eadẽ radice oriũtur nomina sacrificij, & in Græco etiã ab eodem verbo θύειν, Latine, *Sacrificare*, deriuatur nomen θυσία, *Sacrificiũ*, & θυσιαστήριον, altare: constat antẽ altare nõ erigi pro omni opere bono, qp facimus, vt adhæreamus Deo, sed solũ pro sacrificio, ita vt extra altare semel erectũ sacrificari Deo nõ possit. Quibus rationibus non solum

Quartoexploditur ob connexionem altaris, & sacrificij.

Tertio improbatur ex potestate offerendi sacrificium.

solum probatum manet contra Gabrielé, & Alphonsum de Castro, non omne opus bonũ, quod facimus, vt adhæreamus Deo, non esse proprie sacrificiũ, sed etiam cõtra Melanc-
6 thonem neque omne opus, quod facimus, vt Deũ honore afficiamus, si per honorem intelligat illum, quê quocumq; bono opere Deo exhibemus. Quod si ipse intelligat honorem peculiarem, quem religio Deo tribuit, adhuc eius sententia secũda, tertia, & quarta ratione impugnari potest, quia in lege Euangelica vnicũ est sacrificiũ: multa autẽ sunt opera religionis, quæ non solũ à sacerdotibus, neque in altare, sed etiam à non sacerdotibus, & extra altare fiunt, ac proinde omne opus, quo Deo religiosum honorem, & cultum deferimus, sacrificium proprie dici non potest.

Testimoniũ vero Augustini nihil cõtra nostram sententiã probat, nam omne opus, quod fit, vt Deo adhæreamus, vocat ipse sacrificiũ latiorĩ quadã, nõ propria significatione. Neq; obstat, quod illa opera appellet vera sacrificia, nam vt optime notauit Sebastianus Epi-
Explicatur mens Augusti. Episc. Oxomens. scopus Oxomẽsis, in 3. par. S. Thomæ, tract. de sacrificio noui Testament. cap. 1. & noster Cardinalis Bellarminus tom. 2. lib. 1. de Mis-
Bellarmin. sa. c. 2. sacrificium verũ apud Augustinũ non est idẽ, quod sacrificiũ proprie, sed idẽ, quod præstantius, & magis Deo gratũ, quod quidẽ rectè dici potest de alio opere bono, etiam si non dicatur proprie sacrificiũ, sicut (inquit) Ioan. 5. dixit Christus: *Ego sum vitis vera*, nõ
Ioannes. 5. quia proprie diceretur vitis, sed quia perfectiori modo vitis diceretur, quæ perfectiores fructus ferret. Augustinus tamen tractatu
Augustinus 80. in Ioannẽ alio modo explicat, nimirũ, vt dicatur Christus vitis vera, non relatus ad vitẽ naturalẽ, quæ proprie dicitur vitis, & vnde similitudo ad Christũ translata est, sed ad eam vitẽ, quę conuersa in amaritudinẽ nõ fert fructum vuarũ, & vinũ lætificans cor hominis, ac proinde mẽdax est. Sensus tamẽ Augustini alius est, nam per verũ sacrificium intelligit spirituale, quod significabatur per res sensibiles, quæ in veteri Testamẽto offerebãtur in sacrificiũ: quo sensu dicere solemus, veritatem alicuius rei esse id, quod ea tamquã signo significatur, verũ igitur sacrificiũ oppo-
Vera interpretatio. nit sacrificio, nõ proprie dicto, sed ei, quod
7 in signo aliquo cõsistebat, sicut res ipsa cõparata cũ figura, & vmbra illius, veritas dicitur. Quocũq; autẽ modo interpreteris Augustinũ, manifestũ est, vsum fuisse nomine veri, nõ vt denotaret proprietatẽ vocis, & ita omnia bona opera non vocasse vera sacrificia, quòd proprie ita appellarentur.

Caluinus lib. 4. institutionum. c. 18. §. 13. reprehendere videtur definitionẽ sacrificij traditã à Melanchthone, quod illud extendat ad omnes cæremonias, & religiosas, seu bonas actiones: id autem definit his verbis. *Nos perpetuo scripturæ vsu sacrificium appellari scimus, Græce nunc, θυσίαν, nunc προσφορὰν τέλεταν dicunt, quod generaliter acceptũ complectitur quidquid omnino Deo offertur.* Verũ nisi huic definitioni aliquid addatur, sacrificium proprie acceptũ ea definiri nequit, tametsi sacrificiũ generali quadam ratione vsurpatũ eo modo non absurde definiatur. Vtrum autem Caluinus de sacrificio proprie, an generaliter accepto loquatur, mihi nõ cõstat. Ex rationibus tamen, secunda, tertia, & quarta, quibus Melanchthonis definitionẽ impugnauimus, cõtra Caluinũ quoq; colligitur, nõ omne, quod Deo offertur, sacrificiũ esse. Primũ, quia non omnis oblatio fit à sacerdote, sed multa à priuatis personis offeruntur, qualia sunt donaria, & opera, quæ ex voto in honorem Dei fiunt, sacrificium autẽ à solo sacerdote offerri potest, postquã semel ad hoc munus cõstitutus est, sicut nunc in Ecclesia multi sunt destinati. Tũ etiã, quia sequeretur, in Ecclesia Christi multa nunc esse sacrificia, quod falsum est, vt supra diximus. His autẽ adde, quod si præ-
Multa in Dei honorem offeruntur quę non sunt sacrificia. Exod. 25. 35. dicta Caluini definitio vera esset, omnia, quę Deo in honorẽ eius offeruntur, sacrificia proprie dicerentur, quod est falsum: nã Exod. 25. & 35. argentũ, & aurum, byssus, coccus pili caprarũ, & multa alia dicũtur oblata Deo fuisse, quę sacrificium proprie dici nequeunt, vt patet. Præterea Numerorum 8. Aaron dicitur obtulisse domino filios Leui, quis autem dicat, Aaron illos Deo sacrificasse. Denique quia multa extra altare Deo ex religionis etiam cultu offeruntur: perperam igitur confundit Caluinus hæc duo προσφορὰν, Latine, *oblationẽ*, & θυσίαν, Latine, *sacrificiũ*.

Numero 8.

9

Quibus modis à Kemnitio sacrificium accipiatur.

Kemnitius in secũda parte examinis, in disputat. de sacrificio Missæ in initio, quatuor modis inquit sacrificiũ vsurpari, primo pro externo & cæremoniali, quale putat fuisse solum in veteri Testamento, sub quo comprehẽdit holocausta, hostias pacificas, hostias pro peccato, decimas, & primitias; secundo pro morte Christi, quæ dicitur sacrificiũ crucis: Tertio pro sacrificio interiori, & inuisibili, & spirituali fideliũ, sub quo genere cõprehẽdit prædicationẽ Euãgelij, orationes, eleemosynas, laudes Dei, & alia bona opera. Quarto deniq; pro sacrificio cõmemoratiuo, hoc est, pro eo quod fit in memoriã sacrificij crucis, sub quo comprehendere videtur sacrificium Eucharistiæ, quamuis dicat, hoc genus sacrificij non haberi in Scripturis. Quo

circā concludit, ſacrificium in vniuerſum rectè fuiſſe ab Auguſtino definitum lib. illo 18. de ciuitate Dei cap. illo 5. & 6. vt ſupra vidimus. Hanc definitionem & doctrinam Kemnitij hoc loco impugnare neceſſe non eſt: nam ex his, quæ ſupra contra alias definitiones diximus, ſatis ſuperque refelli poteſt. Illud tamē cōtra eum obſeruandū eſt, Auguſtinum cap. illo 6. ità voluiſſe definire ſacrificium illis verbis: *Verum ſacrificium eſt omne opus, quod agitur, vt ſanctā ſocietate inhæreamus Deo, &c.* vt definire noluerit ſacrificia antiquæ legis, quæ in mactatione, & immutatione rerū ſenſibilium poſita erāt, nā. cap. 5. non lōge à principio inquit, ſacrificijs illis ſenſibilibus, quę in lege veteri præcepta fuerunt, ſignificare Deum voluiſſe eas res, quæ in nobis aguntur, ad hoc tantū, vt inhæreamus Deo, & ad eundem finem proximo conſulamus: & ita cōcludit his verbis: *Sacrificium ergo viſibile inuiſibilis ſacrificij Sacramentum id eſt, ſacrum ſignū eſt.* Hoc igitur ſpirituale ſacrificiū definit initio capitis 6. definitione illa ſuperius allata, ac proinde nō omne genus ſacrificij, imo neque omne ſacrificium proprie, quod in ſenſibili re conſiſtit, definire voluit, vt inde videat Kemnitius, quam perperam mentē Auguſtini intellexerit.

Auguſtinus

10

Variæ ſacrificij in vniuerſum, definitiones traditæ a Catholicis.

CAPVT II.

11 APVD pleroſque catholicos, qui de ſacrificio Miſſæ contra hæreticos diſputant, certū eſt, ſacrificiū proprie non eſſe opus cuiuſque virtutis, ſed ad ſolam religionē pertinere. Verum, cum virtuti religionis plures actiones aſsignētur, nēpe votū, iuramētū laus, adoratio, oratio &c. difficultas inter eos eſt, quo pacto actio ſacrificij ab alijs actionibus huius virtutis diſtingui debeat? Definitio autem ſacrificij à Recētioribus non paucis traditur, & explicatur in hunc modum: *Sacrificium eſt oblatio externa ſoli Deo facta, qua ad agnitionem humanæ infirmitatis, & profeſſionem Diuinæ Maieſtatis, à legitimo miniſtro res aliqua ſenſibilis, & permanēs ritu myſtico cōſecratur, & trāſmutatur.* Primo quidem in hac definitione, ponitur, *oblatio* loco generis: quia omne ſacrificium eſt oblatio, cum Deo offeratur, non tamen omnis oblatio eſt ſacrificium, vt ſupra diximus, & ità dicere ſolemus, ſacrificium offerri Deo. Secundo dicitur ſacrificium: *oblatio externa*, quia quamuis opus ſpirituale, & inuiſibile, quale eſt cor contritum, latiori ſignificatione dicatur etiā ab Auguſtino ſacrificium lib. illo 10. de ciuitat. cap. 5. & 6. tamē ſacrificium propriè, quod hic definitur, in ſola externa oblatione conſiſtit, vt inductione cōſtat. Tertio dicitur: *Facta ſoli Deo*: nam ea, quæ fit hominibus, qualis eſt eleemoſyna, non eſt ſacrificium, ex eo quod non fiat Deo, tametſi alia etiam de cauſa ſacrificium non ſit, vt in ſerius videbimus. Quę ſanè pars definitionis inde maximè cōprobatur, quia nullus hactenus ſacrificiū obtulit, niſi aut vero Deo, aut ei, quem Deum verum eſſe exiſtimauit: vt notauit Auguſtinus lib. 10. de ciuitat. cap. 4. Atque hac etiā ratione lib. 1. cōtra aduerſarium legis, & Prophetarum cap. 18. dixit, fore, vt dæmon ſibi ſacrificium non exigeret, niſi ſciret ſoli Deo vero deberi, vt ità ipſe tam quam Deus coleretur. Quartò dicitur: *Ad agnitionem humanæ infirmitatis, & profeſſionē Diuinæ Maieſtatis*, quia ſacrificia ſunt veluti tributa, quibus ſupremum Dei dominium in nos profitemur, & ex hoc fine opus, quod alias eſſet indifferens, vt mactatio ouis, conſequitur rationem ſtudioſi, ſicut etiam opera externa adorationis.

Auguſtinus

12

Quorundam ſacrificij definitio explicatur.

Quintò dicitur: *A legitimo miniſtro*: quia, nō cuicumque conuenit ſacrificium offerre, ſed ei, qui ad hoc munus publica autoritate conſtitutus eſt, & ideo ſacerdos dicitur. Huiuſmodi fuere in lege naturali capita familiārum, vt Noe, & Abraham, in ſcripta autē filij ſolum Aaron, in Euangelica Epiſcopi ſolū & presbyteri legitimè ordinati. Atq; hac particula excludi etiam poſſunt oblationes, quę ab hominibus priuatis Deo fiunt. Sexto dicitur *Res aliqua ſenſibilis, & permanens* vt excludātur à ratione ſacrificij res tranſeuntes, quę in verbis, aut motu ſecundum locū cōſiſtūt, qualis eſt genuflexio. Septimo dicitur: *Ritu myſtico conſecratur*: quia res, quæ Deo in ſacrificium offertur, conſecrari, & ex prophana ſacra fieri debet, quæ ſane cōſecratio in lege Moyſi ritu aliquo determinato fiebat, vt eleuatione rei corā altari vel manuum impoſitione, in quo etiam ſacrificiū à ſimplici oblatione diſtinguitur, quia ſimplex oblatio id nō requirit. licet interdum illud habeat. Poſtremo dicitur: *Et transmutatur* quia ad verū ſacrificiū requiritur, vt id, quod offertur Deo in ſacrificium, deſtruatur, & ita mutetur, vt id, quod erat, deſinat eſſe, in quo maximè differt ſacrificium à ſimplici oblatione: nam licet ſimplex oblatio interdum conſecraretur eleuatione ipſius coram domino, tamen ſacrificiū non

eſt

est, quia nō transmutatur. Id autē probari potest ex nomine Hebræo sacrificij *Zebach*, quod Latine, *Mactatio* dicitur, & ex Græco θυσία quod Latine idem denotat, & ab alio nomine Græco θυμίασις, quod Latine redditur *Exhalatio*. Nam quædam sunt genera sacrificiorum in modū exhalationis, & hæc etiam non sunt sine rerū transmutatione. Denique nomen Græcum τελετή, quod etiā est nomen sacrificij, consumptionē significat. Duplici autem ratione putant, hanc partem definitionis positam esse, qui hoc modo sacrificium definiunt: primū quia reliqua sacrificia significant mortē Christi, & ideo opus fuit, vt substantiæ, quæ in sacrificiū offerebatur, aliqua fieret mutatio: nam Deus, qui primo inspirauit Abeli vsum sacrificiorum, ex quo cæteræ gentes illum desumpserunt, hac intētione ipsum ei inspirauit, vt illis sacrificijs mortem Christi denotarent. Deinde, quia sacrificium est summa professio subiectionis nostræ, & maiestatis Dei: hęc autem postulat mutationem rei, per quam hanc subiectionem profitemur.

13

Verùm, quia negari non potest, Melchisedech sacrificiū panis, & vini Deo obtulisse, Genes. 14. vt fusius probauimus 1. tom. disp. 86. cap. 3. & ex Scriptura non constat panē, & vinum illud aliquo modo fuisse mutatū, vt completā rationem sacrificij consequeretur, ideo Doctores, qui prædictam definitionem sacrificij adducunt, asserunt, aliquā in illo pane, & vino factā fuisse transmutationem, ita vt in Dei honorem consumptus fuerit, licet de ea mentionem Scriptura non faciat. Quo autem pacto cum hac definitione defendant, Christum in Eucharistia in sacrificium verè offerri, inferius referemus.

Genes. 24.

14

Alij vero Recētiores duobus modis sacrificiū in vniuersum definientes cū præcedentibus in definitione prędicta omnino conuenire videntur. Primū igitur physice, hoc est, per materiā, & formam (vt ipsi loquuntur) definiunt sacrificium hoc modo: *Est oblatio facta Deo per immutationem alicuius rei in signum legitime institutū Diuinæ excellentiæ, & reuerētiæ.* Deinde metaphysice illud in hunc modū definiunt: *Sacrificium est signum sensibile ad Diuinam excellentiam, & cultum illi debitum immediate significandū impositum, per alicuius rei immutationem*: inter quas definitiones, quod attinet ad modū definiendi, ego sanè nullū hactenus discrimen deprehēdi: nam, & vtraque videtur tradi per genus, quod proprium est definitionis metaphysicæ; altera enim traditur per oblationem, altera verò per signum: vtrumq; autē genus est sacrificij; nisi quòd oblatio est proximum, signum autem est remotū. Præterea vtraque datur per materiam, quæ est quasi pars physica, & ad physicā definitionē pertinet: nā in vtraque dicitur per alicuius rei immutationem: illud verò, quod in priori solū definitione ponitur nimirū: *In signum legitime institutū Diuinæ excellentiæ, & reuerētiæ*: additur ab his Doctoribus ad distinguendū (vt ipsi affirmant) verū sacrificium à falso: nam quæ offeruntur falsis Dijs, putant esse sacrificia falsa, non vera.

Duplex aliorum sacrificij definitio.

Prior.

15

At prædicti Recentiores Thologi sui non memores, cum explicare volunt, quo pacto Christus in altari vere immoletur, asserunt; ad essentiā sacrificij minimè requiri, vt res, quæ offerri dicitur in sacrificium, immutetur, sed quamuis id frequentius accidat, fieri posse, vt absque vlla physica sui mutatione, Deo in sacrificiū offeratur, si aliquid sacrum circa illā fiat, quo ad sacros vsus deputari more humano censeatur, atque huiusmodi sacrificia sine physica rerum mutatione, etiam in lege Moysis instituta fuisse, autumāt, Leuitici 23. & 24. nēpe, sacrificium panū, tam propositionis, quàm aliorū, quorum ibi fit mentio. Quæ quidē doctrina manifestè aduersatur definitioni sacrificij ab ipsis traditæ, atque, vt sequente capite ostendemus, in sacrificio absoluto manifestè falsa est. Porro partē illam definitionis, quā proxime referebamus: *In signū legitime institutum &c.* nō esse necessariam ad integram & veram definitionem sacrificij, capite sequente etiam videbimus.

Contradictionis notantur.

Leuitici 23. 24.

Demum ijdē Recentiores alio modo metaphysice etiam definiunt sacrificiū his verbis: *Est externus actus religionis continens suprema latriæ cultū, soli que Deo debitum.* Quā definitionem tradidit Gabr. lect. 22. in canon. litera A. in fine, & lectione 85. litera D. Per externū autem actum intelligunt non verba, sed rem aliquam, à verbis distinctā: eo quod cultus soli Deo debitus, & supremus in verbis consistens, non sit sacrificium, sed laus, quæ etiam est actus religionis.

Posterior definitio.

Gabriel.

16

Postremo Recētiores alij breuius definiūt sacrificium in hunc modum: *Est oblatio sensibilis immutata in honorem, & cultum, & reuerentiam Dei.* Ex quibus definitionibus hæc postrema breuior quidem, & magis accommodata mihi videtur: eo quod reliquę aliquā contineāt, quæ ad veram sacrificij definitionem necessaria non sint.

Breuior sacrificio definitio.

Vera sacrificij in vniuersum definitio.

CAPVT III.

VT VERAM Sacrificij in vniuersum definitionem tradamus, & ea, quæ in superioribus definitionibus superuacanea videntur, explicemus, quædam initio præmittenda sunt. Primum quidem sacrificium esse opus quoddam virtutis religionis, iuxta opinionem communem S. Thomæ, & aliorum, qui dicunt, religionem esse peculiarem virtutem distinctã à iustitia, & ab alijs. Iuxta opinionem autem Durandi in 4. dist. 14. q. 2. nu. 5. & sequentibus, qui putat, vnam, & eamdẽ virtutem iustitiæ versari erga proximum, reddendo illi debitum, & circa Deum reddẽdo illi honorem, neque esse specialem aliquã virtutem religionis à iustitia distinctam, sacrificium est quoddã peculiare opus religionis, erga Deum, inter plura alia religiosa opera, quæ eidem virtuti assignantur. Quo circa indubitatum est apud omnes, sacrificium esse quemdam religiosum cultum Dei. Deinde, quia multis modis Deus religiosè coli potest obiter memorandum est, quomodo sacrificiũ ab adoratione, & simplici oblatione differat: nam de omnibus actibus religionis, quo pacto inter se distinguantur supra 1. tom. disp. 93. c. 4. & sequentibus, ex professo diximus. Et primo quidem sacrificium non differre à simplici oblatione, & adoratione, ex eo quod sit maximus cultus, qui Deo exhiberi potest, sicut Recentiores supra memorati dixerunt, definientes sacrificium illo modo: *Est externus actus religionis continens supremum latriæ cultum, solique Deo debitum*, manifestum est. Quoniam sacrificium comparatum cum adoratione latriæ, quæ soli Deo debetur, & cum oblatione; imo cum quouis alio cultu religionis, quem Deo deferimus, maximus cultus soli Deo debitus dici non potest, siquidem adoratione, & oblatione, imo quocumq; alio cultu religioso, Deum ipsum, vt Deũ, vel ratione Deitatis, vel ratione excellentiæ Diuinæ, vel veracitatis, vel alterius attributi honoramus: sacrificio autem nihil aliud maius ipso Deo, aut attributis ipsius significamus, profitemur, aut colimus. Quare, sicut sacrificium est cultus latriæ soli Deo debitus, sic etiam, & adoratio, quæ ipsi vt excellenti defertur, ex quo etiam sequitur prædictam definitionem probandam non esse.

Secundò, cum adoratio Deo tãquã summe excellenti, à nobis tamquã inferioribus exhibeatur, nó recte videtur definiri sacrificiũ prima illa, & secũda definitione, quas in præcedente capite retulimus, etiam si addatur, rem oblatam in sacrificiũ immutari debere: quoniam, licèt res oblata in sacrificiũ immutetur, si nihil aliud per illam mutationẽ significare vellemus, quàm Diuinã excellentiam, & profiteri submissionẽ, & infirmitatem nostram, nõ differret sacrificium ab adoratione, cum adoratio exhibeatur Deo tamquã excellenti, à nobis tãquam inferioribus, & submissis, & ita, vt inferius dicemus, sufituum, & odorũ exhalatione, in quã res aliqua immutatur, & transit, interdũ solũ dicimur Deum adorare, interdũ verò rem illã, quæ in exhalationẽ cõsumitur, sacrificare. Quo circa S. Thom. in 2. 2. q. 85. ar. 3. nõ satis explicuisse videtur rationem specialem, & propriam sacrificij per hoc, quod fiat in Diuinã reuerentiã, hoc enim multis alijs operibus religionis cõuenit, vt patet: neque in art. 4. cũ ait sacrificiũ esse, quod Deo offertur in testimoniũ Diuinę subiectionis: nã hæc ratio cõuenit adorationi, vt diximus. Adde, quòd pars illa definitionis sacrificij, quæ continet immutationem rei in sacrificium oblatę, non explicat rationem formalem cultus, qui est in sacrificio, sed est veluti quid materiale illius, vt inferius patebit.

Tertiò, quãuis in lege scripta, imo etiã apud pleraſque nationes instituta fuerint peculiaria signa quę pro sacrificijs omnibus esse deberent, tum etiã peculiares homines ad hoc munus destinati, & electi, cum tamen ad adorationem, & alios cultus religiosos destinari non consueuerint: tamen sacrificium suapte nãtura hæc duo non postulat, quia iure naturali, quo sacrificium introductũ est, cuilibet permitteretur Deum hoc etiã genere cultus honorare, ac proinde eligere sibi signum aliquod, quod ex se idoneum esset ad colendum Deũ hoc modo, præsertim vero si homines more gentium non in ciuitatibus, & oppidis sed quisque per se habitaret, quamdiu ergo huic licentię, & permissioni iuris naturalis, iure aliquo Diuino, aut humano non derogaretur, quisque per se quouis signo ad id idoneo sacrificare posset, atque adeo vera ratio sacrificij sine tali institutione publica reperiri: frustra igitur in definitionibus in præcedente capite adductis ponitur pars illã: *In signum legitime institutum, &c.* & illa: *A legitimo ministro.*

Quartò, quamuis ex parte rei oblatæ discrimen sit manifestum inter oblationem simplicem, & sacrificium absolutum, quòd res in sacrificium absolutum oblata immutetur, in oblatione autem simplici non item, tamen discrimen hoc ex parte ipsius materiæ videtur esse, ideoque oportet informali ratione sacrificij absoluti, & simplicis oblatio-

Sacrificiũ sub religione continetur, S. Thomas. Durand.

17

Discrimen inter adorationẽ, & sacrificiũ, non bene assignatur ab aliquibus.

18

Si immutatio submissionem significat sacrificiũ ab adoratione non differt.

19

Sacrificiũ natura sua non postulat signum legitime institutũ, aut ministrum legitimum.

20

Formale discrimen inter simplicem oblationem & sacrificiũ in quo debeat esse.

oblationis differentiam aliquam assignare cū autem, tam oblatio, quam sacrificium sit genus quoddam signi quo Deum colimus, discrimen hoc ex parte eius, quod significant, constituendum est. Et quamuis sacrificia antiquæ legis, imo etiam aliqua legis naturalis, assumpta, seu institutа fuerint ad significandum sacrificium Christi, quod in cruce futurum erat, tamen hæc significatio ad essentiam, & rationem propriam sacrificij non pertinebat: nam quamuis Christi sacrificium futurum non esset, vera ratio sacrificij illis conueniret. Adde, quod sacrificijs, quæ homines in naturali lege vero Deo offerebant, absque vlla notitia Christi venturi, vera, & formalis ratio sacrificij conueniebat, & tamen illis sacrificium Christi non significabatur. Neque, obstat huic doctrinæ, quod omnia sacrificia, quæ secundum virtutis normam Deo offerebantur, ex meritis Christi, & sacrificio illius proueniebant, hoc enim cuicumque operi studioso conuenit, eo ipso, quod à gratia Christi procedit, & tamen non omne opus studiosum signum erat sacrificij Christi futuri.

Ratio igitur signi, quæ ad rationem sacrificij exterioris pertinet, constituitur à Sancto Thoma 22. q. 85. art. 2. in eo, vt significet sacrificium interius, & spirituale, quo anima nostra se Deo offert, & quamuis sacrificium, interius colligat ipse ex illo Psalmi 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum, &c.* tamen reuera nō putat esse ipsum affectum contritionis, & pœnitentiæ, sed submissionis erga Deum, vt inferius ostendemus. Nōnulli vero Recētiores Theologi sacrificium interius, quod per exterius, significatur, existimant esse submissionis affectum erga Deum, tamquā erga supremum, & primum principium, & vltimum finem, ac Dominum omnium rerum, in cuius excellentiæ signum, exterius sacrificium ex illa animi submissione offertur. Quo autē pacto ex parte significationis, & eius quod significat, à simplici oblatione differat, non explicant, neque iuxta prædictam doctrinam explicare possunt nam oblatio quæ fit Deo, tamquam supremo Domino, & principio omnium rerum, & fini vltimo earum fit; quinimo, & adoratio tamquam Domino supremo fit, & ideo latria dicitur quasi summa seruitus sūmo Domino exhibita, vt 1. tomo disput. 80. cap. 11. explicatum est. Neque satis est inter oblationem simplicem, & sacrificium, discrimen illud assignare, quod res oblata in sacrificium immutari debet, oblata autem simpliciter non item: nam hæc differentia, ex parte materiæ solum est, & nisi inde diuersa ratio significationis, & notæ proueniret, accidentarie omnino cum ratione sacrificij se haberet. Cum igitur ratio formalis sacrificij, & oblationis in significatione, & nota alicuius cultus, & honoris erga Deum posita sit, ex parte ipsius significationis discrimen inter sactificium, oblationē, & adorationem constituendum est. Verum, antequam inter hæc tria, quæ proposuimus, discrimen ex parte significationis assignemus operæpretium duximus notare, significationem horum omnium positam esse, non in verbis, sed in rebus, quæ ad cultum Dei, & reuerentiam erga illum denotandam assumuntur: nā in verbis positus est cultus, quo Deum laudamus, qui dicitur laus, & inter reliquos actus religionis cōstituitur, & circa omnia Diuina attributa versatur vt 1. tom. disp. 93. c. 4. notauimus.

Iam vero inter illa tria hæc differentia assignari debet, vt adoratio sit submissionis nota, nempe cum re aliqua exterius denotamus nos Deo submitti, & subijci, tamquam Domino, & superiori: atque id circo duo, nempe nostram animi submissionem, & Dei excellētiam adorationis nota significamus. Simplici autem oblatione, non denotamus submissionis nostræ affectum erga Deum, neque illius, excellentiam, cui subijciamur, vt inferiores, sed dominium ipsius vniuersale, & ideo res aliquas illi offerimus eo modo, quo possumus, vt denotemus illarum, & reliquarum omnium, quas possidemus, ipsum potius, quam nos Dominum esse. Demum vt sacrificium sit nota Diuinæ omnipotentiæ, qua est Autor vitæ, & mortis, & cuius nutu res omnes esse, & destrui possunt: & ideo ex parte rei quæ pro nota sacrificij assumitur, requiritur immutatio, vt ea denotemus, ita nos à Deo pro nutu voluntatis ipsius destrui, & conseruari posse, sicut res oblata in sacrificium à nobis immutatur. Quod quidē non ita exprimeretur, si res illa simpliciter Deo offerretur, sicut offertur aurum, & argentum, & vestes, & alia in ornatum, & seruitium templi, quod in honorem Dei dedicatum est. Atque hoc ipsum plane docuit S. Thomas 2. 2. q. 85. art. 3. ad 3. cum ait tunc dici res sacrificari, quando circa ipsas oblatas aliquid fit, sicut cum occiduntur animalia, & panis frangitur, & comeditur, & benedicitur, non quia putet, solaver balibenedictione, ita immutari, vt sacrificari, dicatur, sed quia ipsa immutatione fractionis dicitur benedici, hoc ipso, quod in sacrificiū offertur. Verum vt inferius dicemus, immutatio panis cum in sacrificium offertur, non est fractio, & manducatio illius sed alia. Hoc idem significare videtur Canus lib. 2. de locis

Signum quod conuenit adorationi, oblationi, & sacrificio, rebus non verbis continetur. 22

Discrimen inter hos tres religionis actus.

S. Thomas.

Psal. 50.

Signi explicatio minus sufficiens.

Signum in sacrificio positū denotat Deum autorem vitæ & mortis.

S. Thom. 23

Canus.

cis cap.13.§. *Quod ſi exvſu*,circà finem.E contrario vero ad denotandum Deum eſſe ſupremum omnium rerum Dominum ſatis eſt, res noſtras illi ſimpliciter abſque vlla immutatione offerre. Ad denotandam vero animi noſtri erga Deum ſubmiſsionem, neque opus eſt aliquid immutari,imo neque aliquid ei offerri ſed alio ſigno nos inferiores illi eſſe profiteri,nempe,genuflexione, inclinatione corporis,& alijs ſignis huiuſmodi. Quamuis autem
24 eadem re ſacrificium Deo offerre, & ipſum adorare poſsimus, diuerſo tamen modo, & ſignificatione vtrumque in ea præſtamus,nam thimiamatis odore,& ſuffitu Deum adorare, & ei ſacrificare poſſumus, nempe, quatenus eum quaſi odore perfundimus, ipſum adoramus,quia eo ipſo nos ei tamquam inferiores ſubmittimus,quod quidem eodem modo ſignificaretur,licet res illa nõ cõſumeretur,vt vaporem illum,& odorẽ ex ſe emitteret:quatenus vero res illa conſumitur,& ipſa cõſumptione denotamus Deum Autorem vitæ, & mortis, qui ita facile nos deſtruere poſſet,ſicut res illa conſumitur,habet rationem ſacrificij. Et hoc modo puto intelligendum eſſe S.Thomam.2.2 q.85.art.2.cum explicans ſignificationem ſacrificij exterioris, quod dixit ſignificare interius animæ ſacrificiũ, quia actus exterioris religionis referuntur ad interiores,de interiori inquit in hac verba: *Anima autem ſe offert Deo in ſacrificium, ſicut principio ſuæ creationis, & ſicut fini ſuæ beatificationis.* Cum enim ſit principium creationis per
25 omnipotentiam, & hoc ipſo, quod creator eſt,vitæ,& mortis principium ſit,quod ita res omnes deſtruere,ſicut creare poteſt; plane ſignificare voluit,ſacrificium eſſe notam Diuinæ omnipotentiæ,vt à nobis explicatum eſt. Id quod diximus ex vſu etiam ipſius ſacrificij apud omnes gentes facile colligere poteri mus:nam ſacrificium Deo offerri conſueuit, ad placandum ipſum, vt ita aliquid ab eo impetremus,& in gratiarum actionem,nimirum quod eius omni potentiam reuereamur,& timeamus, qui niſi placetur facile nos perdere poſſet;& facile id,quod eius gratia cõſequuti ſumus, aut etiãnos in nihilum quoque redigere potuiſſet, ne vllo modo illud conſequeremur. Ex eo autem, quod res oblata in ſacrificiũ immutari debeat, recte colligitur, eam debere eſſe permanentem,vt vinum,oleũ, panem,animal,& alia id genus,quamuis actio ſacrificandi ſit ipſa rei immutatio,vt occiſsio animalis,infuſio vini, aut olei, & coctio panis,de qua inferius dicemus.

Mens S. Thomæ declaratur.

Res permanens ad ſacrificiũ requiritur.

Definitio ſacrificij ex Autoris mente.

Ex his,quæ diximus, veram definitionem ſacrificij, tam ex parte formæ, quam ex parte materiæ breuiter, & facile colligere poſſumus. Primũ quidem ex parte formæ,hoc eſt, ex parte ſignificationis, hoc modo: *Sacrificium eſt nota exiſtens in re, qua profitemur Deum autorem vitæ, & mortis.* Per notam autem exiſtentem in re intelligimus ſignum,quod eſt in rebus, & ita loco illius poni poteſt res,vt excluſamus notam,quæ eſt in verbis:quia vero Diuina omnipotentia ad conſeruandum, & deſtruendum omnia in mutatione,quæ offertur,recte denotatur, & ſine illa apte ſignificari non poſſet, ideo ex parte materiæ hoc modo definitur: *Sacrificium eſt res, quæ per ſui immutationem Deo offertur,ſeu mutatio rei, quæ Deo, offertur.* Prior definitio, quæ traditur ex parte materiæ, eſt ſacrificij pro re oblata; poſterior vero pro ipſa actione ſacrificandi,vt ex præcedendibus liquet:prima tamen,quæ datur ex parte formæ conuenit tam rei oblatæ, quam actioni, vtraque enim ſuo modo idem ſignificatur,vna quidem in fieri,altera in facto eſſe. Quomodo autem neutra definitio adorationi, & oblationi ſimplici conueniat; ex dictis manifeſte conſtat: à reliquis vero actibus religionis ſacrificium diſtinguere hoc loco opus non eſt:eo quod paruam cum illis ſimilitudinem habeat,& de illis ſigillatim 1.to mo diſput.illa 93.c.4.ita ſatis à nobis dictum ſit,vt ex ijs,quæ ibi diximus, diſcrimen inter illa,& ſacrificium facile poſsit conſtitui. Cætera vero,quæ in definitionibus præcedẽte cap.allatis addita erant,tamquã ſuperuacanea reſecauimus,imo vero his paucis verbis, totam ſacrificij naturam ita complexi ſumus, & expreſsimus, vt facile ab adoratione, & ſimplici oblatione eam diſtinxerimus.
26

Obiectio.

Aliquorũ ſolutio inſufficiens.

Cæterum obijciet quis,aliquod eſſe verum ſacrificium,abſque rei oblatæ immutatione, quale eſt ſacrificiũ panis,& vini,quod obtulit Melchiſedech, & ſacrificium panum propoſitionis. Reſpondent nõnulli, mutationem aliquam factã fuiſſe in pane,& vino,quod obtulit in ſacrificium Melchiſedech, quamuis de ea in Scriptura non conſtet. Verum eſt non conſtare ex Scriptura,qualis in pane, & vino facta fuerit tranſmutatio à Melchiſedech,vt in ſacrificium illa offerre diceretur. Alij vero non potentes defendere veram rationem ſacrificij Chriſti in Euchariſtia, quòd nullam in eo fieri viderent mutationem, ſui non memores,vt ſupra notaui,dixerunt, poſſe rẽ aliquam ſine vlla ſui mutatione in ſacrificium, offerri, dummodo circa illam fiat aliquid ſacrum; cum tamen definientes ſacrificium dixerint,cum immutatione rei,que offertur,fieri debere. Hoc tamen reſponſum ſupra capite præcedente à nobis impugnatum eſt:eo quod

hi Doctores secum non constent, & definitioni ab ipsis traditæ aduersentur, & inferius in hoc capite manifestis exemplis refellemus. Ex quibus constat interdum fieri rem aliquam sacram, & nullo modo in sacrificium offerri.

Vera solutio ex distinctione sacrificij absoluti, & relatiui.

Attamen, vt huic argumento respondeamus, notandum est, duplex esse genus sacrificij, quoddam enim est absolutum, nempe, quod non est alterius sacrificij commemoratio, veluti mactatio pecudis, vel alterius rei cõsumptio. Aliud vero dicipotest relatiuum, seu commemoratiuum, cuius exemplum solũ habemus in sacrificio altaris, quod commemoratiuum dici potest: & quãuis in hoc non fiat immutatio rei, quæ hoc modo offertur, reperitur tamen vera significatio, & nota Diuinæ omnipotentiæ, sicut in sacrificio absoluto, & ita non minus ei conuenit vera ratio sacrificij, quam sacrificio cruento, & absoluto: vt disput. 222. cap. 7. & 8. vberius explicabimus.

Ruardus. 27

Falso autem nonnulli Recẽtiores, sequuti Ruardum Tapper. §. *Eãdem fidei*, non longè à fine putant, sacrificia omnia antiquæ legis commemoratiua fuisse, ex eo quod sacrificium Christi significarent: nam commemoratiuum sacrificiũ illud solum dici debet, quod ea dumtaxat ratione sacrificium est, quod sit alterius sacrificij commemoratio, non quidẽ alterius rei, sed eiusdem alio modo in sacrificium oblatæ, vt ibidem ostendemus; antiqua autem sacrificia denotabant quidem sacrificium Christi futurum, verum ea ratione sacrificia non erant, sed quatenus secundũ se perfectam immutationem Diuinam omnipotentiam significabant, vt eodem loco dicemus. Cum igitur dicimus, ad veram rationem sacrificij pertinere immutationem rei, quæ offertur, intelligendum est ita, vt res illa saltem absoluto sacrificio, licet non commemoratiuo mutetur: si enim nullo modo mutaretur, nullo modo diceretur in sacrificium offerri. Quomodo autem in commemoratiuo sacrificio sit nota Diuinæ omnipotentiæ, & colatur Deus, vt autor vitæ, & mortis, etiam si in eo res, quę offertur, non mutetur, loco citato mõstrabimus.

Sacrificia antiqua non commemoratiua sunt nuncupanda.

Leuit. 24. 23.

Iam vero cum sacrificium Melchisedech, & panum propositionis Leuitic. 24. & aliorum panum, qui Leuitic. 23. offerebantur, fuerit sacrificium absolutum, & non commemoratiuum, explicare oportet, quo pacto res in tali sacrificio oblata immutaretur. Et quidem de immutatione panis, qui in sacrificium offerebatur, manifeste nobis constat ex Leuitici 2. cap. ibi enim dicitur: *Cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila, panes, scilicet, absque fermento*: mutabatur igitur hoc genus sacrificij coctione facta in clibano, & sacerdotes huic ministerio coquendi panes nõ minus attendebant, quam ministerio occidendi, & mactandi animalia, quę occisione, & mactatione in sacrificium offerebantur. De eodem sacrificio in clibano sermo fit Leuitici 7. & 24. Eodem etiam capite fit mentio sacrificij frixi in sartagine, cuius immutatio ibi fiebat; & eodẽ modo genus erat sacrificij, quod per contusionem immutabatur, & ideo dicebatur immolatio, nimirum, quia mola conterebatur, & hoc fiebat ex materia inanimata solida, & sicca, nẽpe, ex hordeo, cum ex illo fiebat far: hoc enim ministerio sacerdotis immutabatur, eiusque Scriptura Leuitici 2. imo etiam & prophani Autores meminerunt: vel certe quamuis in sartagine nõ perficeretur sacrificium: quia ex illo, quod in ea frixum erat, tribuebatur sacerdoti, & ipse partem illius adolebat super altare in odorem suauitatis, & licet no perficeretur in mola quẽdam similiter ex farre, quod in ea contritum erat, pars quędam coram Domino cum incenso cramaretur, vt dicitur in illo cap. 2. Leuitici, & tunc fiebat sacrificium, de reliquo autem offerentes commedebant; tamen cum nõ legamus, panẽ aliquo modo consumi consueuisse in sacrificium, neque per se, neque vt libamentũ, dubitari certe non potest, sacrificium eorum in clibano fieri solitum. Et quidem de panibus propositionis nullam aliam mutationem præter eam, qua fiebat in clibano sacrã legimus Leuitici 24. nisi quod comedebantur à sacerdotibus: in quo nullus probabili ratione ductus constituere posset sacrificium, vt ex dictis cõstat. Sic igitur intelligere debemus, Melchisedech panem Domino obtulisse.

Leuit. 7. 24.

Panes propositionũ in clibano sacrificabantur.

Quod verò attinet ad sacrificiũ vini, quod obtulit Melchisedech, non ita nobis manifeste constat: nam de sacrificio vini, quod fiebat à Leuiticis sacerdotibus, manifestum est: vbicumque enim ex præcepto Leuitici fiebat vini sacrificium, erat pro libamine, quo victima, aut sacrificium aspergebatur, & ideo dicebatur libamen; sic autem cum toto sacrificio, aut victima immutabatur: de Melchisedech autem non legimus illud pro libamine solum obtulisse, hoc est, pro condimento alterius rei oblatæ in sacrificium, neque etiam oppositũ nobis constare potest: solum enim legimus panem, & vinum obtulisse, quo autem modo illud obtulerit, non dicitur. Respondeo ergo, vno ex duobus modis illud offerre potuisse, primum quidem non tamquam libamen, & cõdimentum alterius sacrificij, sed per se, ita vt

28

Leuitic. 2.

29

muta

mutatio illius, ac proinde ſacrificium eius fieret ante oblationem, ſicut ſacrificium farris fiebat in ipſa hordei contuſsione, per quã hordeum mutabatur, vel ita vt vinum ſimul cum pane, licet per modum libaminis, & condimenti alterius rei in ſacrificium obtulerit: quomodo autem oblatum pro libamine immutaretur notiſsimum eſt; fundebatur enim ſuper oblata ſicut etiam oleum, & cum ipſis ſimul immutabatur. Colligamus igitur, Recentiores Theologos, qui aſſerunt, Chriſtum in altari vere immolari, & vt hoc defendant, dicunt, ad rationem ſacrificij neceſſarium non eſſe, id quod offertur, aliquo modo immutari, ſed ſatis eſſe, ſi aliquid ſacrum circa illud fiat, non ſolum ſibi ipſis aduerſari, vt præcedente capite obſerbauimus, ſed etiam falſum aſſerere: tum propter rationes dictas, tum quia ſequeretur, eum, qui in ſacerdotem cõſecratur, & templum etiam, cum benedicitur, aut conſecratur, & calicem ſimiliter immolari, & ſacrificari, cum aliquid ſacrum circa hæc omnia fiat.

Vinũ oblatum à Melchiſedech, ex duplici capite potuit immutari.

30

Poſtremõ denique notandum eſt, cum dicimus ſacrificium eſſe cultum ſoli Deo debitũ, non eſſe ita intelligendum, vt ea ſolum oblatio rationem habeat ſacrificij, quæ ſoli Deo, qui re ipſa verus eſt, offertur, ſed quę ſoli Deo vero, vel ei qui putatur verus Deus, offertur, ſicut etiam de adoratione latriæ dicẽdum eſt: nam, cum omne genus cultus ex noſtra apprehenſione plurimum pẽdeat, vt veram habeat rationem ſacrificij, aut adorationis latriæ, ſatis eſt, ſi alicui deferatur, qui apprehenditur, vt Deus; quod autem ſit ſoli Deo vero, ſolũ requiritur, vt recte fiat, ſicut etiam quod offeratur à legitimo miniſtro, ad id tantum, vt recte offeratur, neceſſarium eſt, poſtquam peculiares miniſtri ad hoc munus deſtinati ſunt. Et ita intelligendus eſt Auguſtinus epiſtola 49. q. 3. c. 10. de ciuitate Dei cap. 16. cũ contendit, ſoli vero Deo ſcrificandum eſſe. Porro autem in ſacrificio oblato dæmonibus, tãquam Dijs, veram rationem ſacrificij ex animo offerentis prouenientem, reperiri, indicauit idem Pater cap. illo 19. circa finem illis verbis: *Qui ergo Diuinitatem ſibi arrogant ſpiritus, non cuiuslibet corporis fumo, ſed ſupplicantis animo delectentur, cui decepto, ſubiectoq; dominẽtur.* & paulo ante dixerant, dæmones Diuinis honoribus gaudere.

Sacrificiũ oblatum illi qui apprehenditur, vt Deus vere eſt ſacrificium.

Qui intelligendus ſit Auguſt.

An Chriſtus in Miſſa immolatur Diſputa 221.

De voce Miſſæ Cap. 1.
Sententiæ hæreticorum de ſacrificio Miſſæ Cap. 2.
Chriſtum in Miſſa verè, & proprie in ſacrificium offerri. Cap. 3.
Diluuntur argumenta hæreticorum. Cap. 4.

De voce Miſſæ.

CAPVT I.

PRAETERMISSIS multis alijs, quæ hoc loco de ſacrificio in vniuerſũ à Theologis noſtris aſſerri ſolẽt quod ad explicandam veram rationem ſacrificij Miſſæ, de quo ſolũ hoc loco diſſerimus, minime neceſſaria ſint, ad diſputationem de ſacrificio Miſſæ gradum facere decreuimus, cæteris omnibus, quæ de alijs ſacrificijs dicenda ſuperſunt, in quæſtionẽ 85. 2. 2. reſeruatis. Principio autem de ipſa voce Miſſæ aliqua præmittere operæpretium duximus, quod hæretici noſtri temporis non tantum contra ſacrificium Chriſti in altare, ſed etiam contra vocem ipſam Miſſæ, in qua Chriſtus offertur, oblatrare non dubitauerint. 1

Quid ſentiant Lutherani de nomine Miſſæ. *Danielis 11.*

Lutherani non minus impudentes, quam ignorãtes affirmant, vocem Latinam Miſſę deductam eſſe à voce Hebraica: *Machuzim*, quę eſt Danielis 11. vbi dicitur: *Deum autem Maghuzim colet in loco ſuo*, quæ verba de Antichriſto dicta ſunt, vt inde peſsimum ſuum errorem contra Miſſam deducant: aſſerunt enim, Miſſam eſſe Deum, ſeu arcem, & robur Antichriſti Romani, hoc eſt, Papæ, & ita nõ ſine myſterio, & Diuina prouidentia factum eſſe, vt vox: *Miſſa* cum voce illa: *Maghuzim*, quæ Deum Antechriſti ſignificat, conueniret. In quam ſententiam Lutheranorum conuenit Kemnitius 2. p. examinis Concilij Tridentini in principio. Eam vera ex profeſſo impugnat noſter Bellarminus tomo 2. lib. 5. cap. 1. oſtendens, Deum illum Maghuzim nihil habere commune cum Miſſa, & eſſe potius idòlum Lutheranorum, ſi verbis Scripturæ ludere licet. Quo circa hoc errore prætermiſſo, ad probabiles de hac re ſententias veniamus. 2

Kemnitius. Bellarm.

Secundũ aliquos nomen Miſſę Hebraicũ eſt. *Deuter. 16.*

Catholici non pauci contendunt, nomen *Miſſa*, Latinum non eſſe, ſed deriuatum ab Hebraico: *Miſſah*, ſeu: *Miçah*, quod ſignificat oblationem, & habetur Deuteronomij 16. in medio, vbi dicitur: *Et celebrabitis diẽ feſtũ hebdoma-*

domadarum Domino Deo tuo oblationē ſpontaneā: nā pro *Oblationem*, eſt vox illa Hebraica, quā diximus. Huius ſententiæ fuere Theologi Concilij Senonenſis in decretis fidei cap. 11. Democares tom. 2. de ſacrificio Miſſæ cap. 1. & tomo 4. cap. 32. canonici Colonienſes in ſuo antididagmate. §. *De nomine Miſſæ*, Ioānes Faber in libro 1. de Miſſa Euangelica cap. 1. Canus lib. 12. de locis cap. 23. §. *Præterea Melchiſedech*, in fine. Petrus Bullingerus lib. 7. de ſacrificio altaris folio 169. Iacobus Faber lib. aduerſus anatomen Miſſæ folio 30. & Claudius Sainctes in præfatione ad Græcas Liturgias cap. 4. in tomo 4. aut 6. Bibliothecæ ſacræ. Andreas Alciatus lib. 7. Parerg. cap. 7. probabilem autem putant Sotus in 4. d. 13. q. 2. art. 1. §. *Quocirca ſi*: & Pamellius in librum Tertulliani de Oratione numer. 1. & in præfatione ad Liturgias. Couarruuias autem probabiliorem exiſtimat, vt inferius videbimus.

Tgeologi Senonēſes. Democares. Colonienſes. Faber. Canus. Bullingerus. Iacobus Fab. Sainctes. Alciatus. Sotus. Pamellius. Couarruuias.

3

Reicitur prædicta ſententia.

Probabilius tamen multo eſt, vocem nullo modo Hebraicam eſſe, aut ab Hebraica deriuatam: nam, ſi vox hæc Hebraica eſſet, aut ad Hebraica deriuata, eam omnes Chriſtianæ nationes, ſicut alias huiuſmodi retinuiſſent, quales ſunt, *Amen*, *Alleluia*, *Sabbaoth*, *&c.* nā & Græci his omnibus vtuntur, voce autem Miſſæ non item, ſed pro Miſſa, λειτουργίαν Liturgiam vocāt. Et (quod caput eſt) Syri, & Maronitæ qui Chaldaica lingua Miſſam celebrant, vocem Miſſæ non habent. Denique ex Patribus Origenes, Iuſtinus, Epiphanius, & Hieronym. Hebraicę linguæ periti hac voce numquam vſi ſunt. Hac ratione, reiecta priori opinione, poſteriorem probauit Lindanus lib. 4. Panopliæ Euangelicę cap. 37. quem ſequitur Cardinalis noſter Bellarminus loco citato, & alij quos inferius referemus, nempe, *Miſſa* vocem Latinam eſſe.

Origenes. Iuſtinus. Epiphanius. Hieronymus.

Lindanus. Bellarmin.

Mitto autem omnia, quæ Claudius adducit ad probandum, prædictum nomen ab Hebraica voce deriuatum eſſe: omnia enim illuc ſpectant, vt oſtendat, vocem Hebraicam ſignificare oblationem, & radicem illius ſignificare munus: vocē autem Græcā λειτουργία apud Græcos (neſcio qua mutatione vocalium facta) denotare etiā onus perſonale, ſeu tributum, idque in ſacrificium altaris, quod pro noſtra ſalute Deo offertur, conuenire, quę quamuis admitteremus, non ſatis eſſent ad probandum, vocabulum *Miſſa* ab illa dictione Hebraica deriuari, neq; enim hāc etymologiā nominis negamus, quod ſignificatū Hebraicę vocis in Miſſam noſtrā non conueniat: nam recte dici poteſt oblatio, quā vox illa Hebraica ſignificat, ſed propter alias rationes, quas diximus. Accedit etiam, quod, vt inferius oſtendemus, cum à verbo Latino recte dicta fuerit *Miſſa*, non eſt, quòd ad Hebraicam radicem confugiamus.

Apud Couarruuiam *Miſſa* Græcum nomē non eſt.

4

Mitto etiā quod nōnulli Recentiores Theologi referunt, Couarruuiam lib. 4. variarum cap. 22. in ea fuiſſe ſententia, vt aſſereret, vocem *Miſſa*, Græcam eſſe, id enim ipſe non exiſtimauit, qui potius probabiliorem cenſet opinionem Alciati, qui docuit, Hebraicam dictionem eſſe: Albericum autem reprehendit, & tamquam ignarum linguæ Græcę notat, quod dixerit, vocem Miſſæ Græcam eſſe, cum nullum vel leue fundamentum in lingua Græca pro hac ſententia inueniri poſſit. Neque vero credibile erat, Couarruuiam virum doctiſſimum, & Græcæ linguę aprimè gnarum prædictam opinionem ſequutum fuiſſe.

Verum enim verò, inter eos, qui probabilius exiſtimant, hanc vocem Latinam eſſe, non omnino conuenit, qua ratione Miſſa dicatur. Hugo de Sancto Victore lib. 2. de Sacramentis p. 8. cap. vltimo putat, Miſſam dictam eſſe quaſi tranſmiſſam, eo quod fidelis populus, miniſterio ſacerdotis, qui vice mediatoris inter Deum, & homines fungitur, vota ſua, & oblationes Deo tranſmittat. Præterea ipſam ſacram hoſtiam Miſſam vocari poſſe cenſet, quia aperte ad nos tranſmiſſa ſit, vt nobiſcum maneat, & à nobis etiam ad Patrem, vt pro nobis intercedat: à Patre quidem ad nos per incarnationem, & per conſecrationē; à nobis vero ad Patrem per paſſionem, & oblationem, quam in altari facimus, vt pro nobis intercedat. Hęc tamen ſententia minus non probatur, quod nullum in antiquitate fundamentum habeat. Quam ſententiam refert, & probat Alcuinus, ſeu Remigius, quem inferius allegabimus, quamuis & aliam etiam referat, & probet, vt videbimus.

Miſſa quaſi tranſmiſſa à quibuſdā dicta. Hugo. Remigius.

Reijcitur.

Ioannes Caluinus lib. 4. inſtitutionum c. 18. §. 8. & Petrus Martyr in cap. 5. prioris ad Corinthios, & Melanctho in Apologia confeſſionis Auguſtanę in diſputat. de vocabulis Miſſæ, putant, Miſſam dictam fuiſſe à mittendo, quod mittantur in medium munera, quaſi ſymbola quędam, quibus fiat ſacra cœna, & pauperibus menſa præparetur: quo circa idem putant eſſe Miſſam Latine, ac Græce ἀγάπην. Falſo tamē hi hęretici confundūt Miſſam cū ἀγάπῃ: erat enim ἀγάπη cōuiuiū Chriſtianorum, quod præcipue in ſuſtentationem, & refectionē pauperum fiebat, vt cōſtat ex Tertulliano in apologetico cap. 39. quod quidem diſtingui à Miſſa fidelium recte notauit contra Madeburgenſes Pamellius

Alij amittendo dictam putāt. Caluinus. Petr. Martyr. Melanctho.

Refelluntur.

Tertullianus Pamellius.

lius in eum locum nu. 517. & in lib. 3. Cypriani teſtimoniorum ad Quirinum cap. 3. notatione 1. Dictum autem fuit conuiuium hoc ἀγαπὴ Latine *Dilectio*, quòd in ſignum dilectionis præpararetur.

Miſſa à dimittendo populũ

Alij verò multo probabilius putant, dictã eſſe à dimittendo populum, ita vt Miſſa ſit, quaſi dimiſſa, pro dimiſsione, ſicut tempore Tertulliani, Cypriani, & Auguſtini, remiſſa peccatorum, pro remiſsione peccatorum dicebatur, & ſicut Latine dicimus, *Senatum mittere*, pro *dimittere*: ita docet Lindamus cap. illo citato, & allegat Tertullianum lib. 4. contra Marcionem, qui vſus eſt remiſſa peccatorum pro remiſsione, nempe, cap. 18. nu. 263. vbi Rhenanus num. 29. notat, veteres remiſſam dixiſſe pro remiſsione, & ita ipſe primus pro remiſsione, quę erat in alijs codicibus Tertulliani, ex Gorzienſi exemplari repoſuit remiſſam: cui conſentit alter codex Vaticanus: vt notat Pamellius ibidem. Conuenit etiam Pamellius in illo numero citato, qui cum Lindano inquit, eodem nomine: *Remiſſa*, pro remiſsione vſum fuiſſe Cyprianum lib. de bono patientiæ, & epiſtola 10. & ita etiam Miſſam ea ætate dictam fuiſſe, pro miſsione: in Auguſtino tamẽ hanc vocem: *Remiſſa* pro remiſsione inuenire non potui, bene tamen Miſſam pro dimiſsione non ſolum in Auguſtino, ſed etiam in alijs, vt inferius videbimus.

6

Lindanus. Tertull. Rhenanus. Pamellius.

Cyprianus.

Ex his verò, qui affirmant, Miſſam dictam fuiſſe à dimittẽdo, quaſi ſit dimiſsio, nonnulli cenſent, ſic dictam fuiſſe, quia Catechumeni, & Energumeni explicato Euangelio per Epiſcopum: ſicut decreuit Concilium Laodicenum canone 19. dimittebãtur à diacono, vt ſupra diſput. 212. cap. 4. ex Dionyſio cap. 4. de Eccleſiaſtic. Hierarchia notauimus, cuius dimiſsionis præter Dyoniſium, & Concilium Laodicenum meminit etiam Gregorius 2. dialogorum cap. 23. ex Recentioribus verò Valdenſis tomo 3. qui eſt de Sacramentalibus cap. 33. & S. Thomas in hac queſt. 83. artic. 4. ad 4. Ita cenſet Rhenanus in illum locum citatum Tertulliani, vbi notat, dimiſſionem antiquitus fieri conſueuiſſe non in fine, ſicut nunc fit, ſed ante conſecrationẽ, cũ Catechumeni, & Energumeni talibus verbis dimittebãtur, *Catechumeni exeunto*, vel *ſi quis Catechumenus remanſit, exeat*: poſtea verò dimiſsionẽ in finẽ ſacri tranſlatã fuiſſe. Senſum autem illorum verborum: *Ite Miſſa eſt*, dicit eſſe: *Ite miſſio*, ſeu *dimiſsio iam eſt*: ſicut docuit etiam Alcuinus loco inferius allegando. Hanc ſententiam confirmat Rhenanus teſtimonio Iſidori lib. 6. Originum, ſeu Ethymologiarum cap. de officijs. §. *Miſſa*, vbi ſic ait, *Miſſa tempore ſacrificij eſt, quando Catechumeni foras mittuntur clamante leuita, &c.* & poſt pauca ſubiungit: *Et inde Miſſa eſt*: ac ſi diceret, & inde Miſſa vocatur quæ verba ex Iſidoro tranſtulit, & ſua fecit Rabanus lib. 1. de inſtitutione clericorum c. 22. dicit autẽ *Tempore ſacrificij*, hoc eſt, cum inſtante iam tempore ſacrificij dimittebantur Catechumeni. Quo pacto explicat Iſidorũ Alcuinus, ſeu Rhemigius, quẽ inferius citabimus. Cõfirmat etiam hoc ipſum Pamellius in librum de oratione Tertulliani num. 1. teſtimonio Ambroſij in Epiſtola 35. & Auguſtini ſermone 227. de tempore; ibi tamen prædicti Patres ne verbum quidem de hac re habent, Auguſtinus tamen in ſermone 237. Miſſam accepit pro dimiſsione ipſa, ex quo hæc ſententia maxime confirmatur. Ambroſius autem epiſt. 33. parum à principio Miſſam pro ipſo ſacro vſurpat, de deriuatione autem huius vocis nihil dicit. Alij verò, vt refert Pamellius num. illo 1. putant, dictam eſſe Miſſam à dimiſsione, quæ ſemper facta fuit in fine ſacri, cum ab initio Eccleſiæ diaconus altavoce in fine Miſſæ ſemper dixerit: *Ite Miſſa eſt*, ad quod alludere, inquit, Cyprianum lib. de ſpectaculis, vt ipſe Pamellius in eo lib. etiam notauit numero 7. & Tertullianũ lib. de anima cum dixit: *Qui feſtinans ad ſpectaculũ dimiſſus, &c.*

7

Dionyſius. Concilium Laodicenum Gregorius. Valdenſis. S. Thomas. Rhenanus.

Alcuinus. Rhenanus. Iſinerus.

Rabanus. Pamellius.

Ambroſius. Auguſtinus

8

Miſſa pro dimiſsione quæ fiebat in medio & fine ſacri accipiẽdaeſt.

Probabilior tamen ſententia eſt, Miſſã dictam eſſe à dimiſsione nulla facta diſtinctione inter dimiſsionem Catechumenorum, & dimiſsionem in fine ſacri, atque ita illam ſequitur Cardinalis Bellarminus tomo 2. lib. 1. de Miſſa cap. 1. & pro ea refert Rabanum lib. 1. de inſtitutione clericorum cap. 32. & Alcuinum lib. de officijs Eccleſiaſtic. cap. *De celebratione Miſſæ*. Quod enim dimiſsio primũ fieret pro Catechumenis, deinde in finẽ ſacri pro omnibus fidelibus fuerit tranſlata, mihi credibile non fuit, ſed puto tam Catechumenos in medio ſacri ante conſecrationem, quàm fideles in fine à leuita dimitti ſemper ſolitos fuiſſe, & ita, vt rectè notauit Sainctes in illa præfactione citata, in ſacro vno duæ Miſſæ ſemper appellatæ fuerunt, nempe, altera Catechumenorum, altera verò fidelium, & partes eiuſdem ſacri Miſſarum ſolennia nunc etiam dicuntur, quia tam Catechumeni, quam fideles in ſacro dimittebantur. Cęterum Rabanus, qui pro hac ſententia allegatur eam non docuit, nam lib. citato cap. illo 32. ſequutus eſt ſententiam Iſidori, quam etiam Rhenanus probauit, imo verba Iſidori tranſcripſit, quibus denotauit Miſſam dictã à dimiſ-

Bellarmin. Rabanus. Alcuinus. Sainctes

dimissione Catechumenorum: in additione autem de Missa, quæ est in fine libri nuper excusa, in fine illius inquit, Missam ab eo loco vocari, vbi incipit sacerdos sacrificium offerre vsque ad vltimam benedictionem, qua clamante leuita dicit: *Ite Missa est*, in quo sequitur sententiã aliam, quam refert Pamelius. Quo circa ego non video, quo pacto tertiam illam sequatur, pro qua citatur. Verum Alcuinus in lib. de Diuinis officijs cap. 39. quod est de celebratione Missæ, & nũc nomine Rhemigij Antissiodorensis excussum est in 6. tomo Bibliothecæ Sanctorum Patrum postremam illa sententiam, quam diximus esse probabiliorem, aperte sequitur: nam quãuis parũ à principio probet sententiam Isidori, tamen
9 in fine dicit, esse duas Missas à duabus dimissionibus dictas, alteram Catechumenorum, alteram fidelium baptizatorum.

Addit præterea noster Bellarminus, nomẽ Missæ, non tantum significare ipsum sacrum, seu sacrificium, sed multa alia, primo quidem ipsam dimissionem, non autem partẽ aliquã sacri, aut ipsum sacrum. Et hoc modo censet vsurpari à Concilio 4. Carthaginensi cap. illo 84. cum dicitur. *Episcopus nullum prohibeat vsque ad Missam Catechumenorum, neque hæreticum, neque Iudæum, neque Gentilẽ Ecclesiam ingredi, & audire verbum Dei*: nam cum Gentiles audire possent Euangelium, lectiones sacras, & orationes, non potest tibi accipi Missa pro ea parte sacri, in qua orationes, & Euangelium recitantur, sed pro ipsa dimissione Catechumenorum, alioquim non recte dixisset Concilium: *Vsque ad Missam Catechumenorum*, siquidem cum inciperent orationes, & lectiones prohibendi essent Gentiles, si Missa pro ea parte sacri acciperetur. Eodem modo putat accipi Missam in Concilio Herdensi cano. 4. vbi prohibentur incestuosi permanere in Ecclesia, nisi vsque ad Missam Catechumenorum: manifestũ enim est, eos manere potuisse eo tempore, quo orationes, lectiones sacræ, & Euangelium recitabãtur. Clarissime tamen hoc modo Missam accepit Augustinus sermo 237. de tempore cap. 8. in principio, cũ ait: *Ecce post sermonem fit Missa Catechumenis, manebunt fideles, venietur ad locum orationis*
10 (nempe Dominicæ, &c.) quod enim ait *Post sermonem*, idem est, quod explicato Euangelio à leuita, seu diacono, vt dixit B. Rhenanus. Cum igitur dicat Augustinus, post sermonem fieri Missam, quod est recitato, & explicato Euangelio, non potuit per Missam intelligere illã partem sacri, cui Catechumeni interesse consueuerant, hæc enim non fiebat post sermonem, sed tunc finiebatur: intelligit ergo dimissionem Catechumenorum: alludit autẽ ad explicationem Euangelij, quę, vt dicitur in Concilio Laodiceno loco citato fiebat ab Episcopo, antequã Catechumeni dimitterentur, vt supra notauimus. Eodem modo Missam pro dimissione, non quidem facta in sacro, sed in alijs horis, & cõgregationibus accipit Cassianus multis in locis lib. 2. de canonico nocturnarum orationum cap. 8. parum à principio, & cap. 15. in titulo illius, & lib. 3. cap. 7. parum etiam à principio, & cap. 8. & S. Benedictus in regula cap. 17. sæpe hoc nomine in hac significatione vtitur: quæ sane doctrina mihi probatur, nisi quod probabilius puto, nomen Missę in duobus Cõcilijs citatis, non pro ipsa dimissione, sed pro illa parte sacri, quæ dicebatur Catechumenorum sumi, particulam autem *Vsque*, nclusiue (vt dici solet) vsurpari, vt sensus sit, infideles incestuosos permittendos esse in Ecclesia
11 manere, vsque ad Missam Catechumenorũ, hoc est, per totam illam partẽ sacri, quæ erat pro Catechumenis. Secundo asserit idẽ Bellarminus, Missam vsurpari pro illa parte sacri, cui Catechumeni interesse poterant.

Tertio inquit capi pro ea parte, quæ est ab Offertorio vsque in finem, & sic putat vsurpari ab Ambrosio epistola 33. cum ait: *Ego mane surgo in munere, Missam facere cœpi, &c.* Quarto denique pro toto sacro, sicut cõmuniter vsurpatur à multis Patribus. Quę omnia mihi probantur, tametsi existimem, Ambrosium non pro illa parte, sed pro toto sacro Missam accepisse. Quod vero asserit, capi etiã Missam pro orationibus, dumtaxat, id que confirmat autoritate Concilij Milevitani, can. 12. mihi non placet, nam Cõcilium inquit in hæc verba: *Placuit etiam & illud, vt preces, vel orationes, seu Missæ, quæ probatæ fuerint in Cõcilio, sine præfationes, &c. ab omnibus celebrẽtur*: vbi sicut Missam non vsurpat Concilium pro præfationibus, ita etiã neque pro orationibus, sed statuit, vt ea omnia, & singula eorum, quę approbata fuerint in Concilio, ab omnibus sacerdotibus ita celebrentur. Particula autẽ, *Seu*, disiunctiua, nõ disiũgit ibi ea, quæ sunt eiusdẽ rationis, neq; semper hac vim habet.

Concil. Laodicenum.

Cassianus.

S. Benedict.

Ambrosius.

Milevitani

Explicatur locus

Sententia hæreticorum de sacrificio Missæ.

CAPVT II.

CVM igitur a voce: *Missa*, sumpta pro dimissione sacrum ipsum, quod celebramus, vt corpus & sanguinem Christi conficimus,

Cõcil. Carthag. 4.

Concil. Herdense.

Augustinus

mus, dicatur Miſſa, præſens controuerſia eſt, vtrum in hoc ſacro, quod vocatur Miſſa, Chriſtus immoletur. Et quidem, ſi de ipſo officio Miſſæ, & de ſacrificio latiore ſignificatione vſurpato loqueremur, controuerſia nobis cum hæreticis non eſſet. Nam Philippus Melanchon in apologia confeſſionis Auguſtanæ, Kemnitius in examine Concilij Tridentini, & Brentius in confeſſione Vvitembergenſi, & alij hæretici ingenue fatentur, Miſſæ officium ſiue ſacram cœnam ſacrificium vocari poſſe; at vero ſi loquamur de ſacrificio proprie, vt eſt oblatio Deo facta eo modo, quo à nobis ſuperius definitum eſt, magna cum illis concertatio eſt, vtrum Chriſtus ita offeratur in Miſſa vt vere, ac proprie immoletur.

Melanchon Kemnitius. Brentius.

12

Quid de ſacrificio Miſſæ ſentiat Lutherus.

Lutherus in formula Miſſæ, quam pro Eccleſia Vvitembergenſi edidit, etiam ſi aliqua admittat eorum, quæ in Miſſa dicuntur vſq; ad Offertorium, omnia tamen, quæ deinceps denotant oblationem ſimul cum canone Miſſæ, tamquam impura reijcit; conſecrationem vero ſub forma verborum à Chriſto tradita admittit, cui Caluinus quoque in ſua formula Miſſæ conſentit, quatenus neque vllũ quidem verbum habet, quod oblationem ſignificet. Quo circa idem Lutherus, etiam ſi veram Chriſti præſentiã in Euchariſtia virtute verborum à ſacerdote factam cum catholicis fateatur, tamen in omnibus libris, quos de hac re ſcripſit hoc vnum pro viribus contendit, vt in tota actione Miſſæ, nihil aliud præter orationes offeratur, ipſe vero Chriſtus præſens ſub ſpeciebus panis, & vini potius nobis à Deo donari, & in teſtimonium ſuæ promiſſionis offerri dicatur. Ita docet in lib. de abroganda Miſſa priuata, & in lib. contra Regẽ Angliæ, & lib. de captiuitate Babylonica cap. de Euchariſtia, & in alijs. Conſentiunt præterea Philippus Melanchon lib. de locis titulo de ſacrificio. Brentius in confeſſione Vvitembergenſi cap. de Euchariſtia, Mathias Illyricus in Apologia pro cõfeſſione Antuerpienſi, canon. 15. Kemnitius 2. p. examinis Concilij Tridentini. Caluinus lib. 4. inſtitutionũ cap. 18. §. 1. & 2. Petrus Martyr in cap. 4. prioris ad Corinthios & Beza in ſua confeſſione cap. 7. §. 3. cũ aſſerunt, Euchariſtiam Deo non offerri. Hæretici vero noſtri temporis, qui affirmare audent, Chriſtum in Euchariſtia vere præſentem non eſſe, eodem modo ac Lutherus, imo fortiori ratione dicent, Chriſtum in Miſſa in ſacrificium non offerri, id quod Berengarius, & Vviclephus etiã fateri cogerentur eo ipſo, quod veritatem corporis Chriſti in Euchariſtia negarũt. Qui vero ſint hæretici huius ætatis, qui præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia inficiantur, diſput. 179. cap. 1. diximus.

13

Melanchon Illyricus. Kemnitius.

Pet. Martyr. Beza.

Idem aſſerunt qui præſentem Chriſtum ſub ſpeciebus negant.

Fundamenta præſentialis Lutheri.

Plura autem afferunt hæretici argumenta, quibus hanc ſuã hæreſim cõfirmant. Primo arguit Lutherus ex illis vorbis Lucæ 22. & 1. ad Chor. 11. *Hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine* nam cũ Euchariſtia, ſeu, vt ipſe loquitur, cœna Domini ſit Sacramentum, & teſtamentum, vt patet ex his verbis, eſſe non poteſt ſacrificium: primum quidem quia ſacrificij ratio in eo poſita eſt, vt aliquid nos Deo offeramus; è contrario vero Sacramentũ, & teſtamentum nobis à Deo datur, & quod idem eſt, Sacramentum, & teſtamentum à Deo deſcendit ad nos, ſacrificium vero à nobis ad Deum aſcendit. Deinde quia Sacramenti, & teſtamenti promiſsio fide accipitur, ſacrificium verò ex fide oritur. Vlterius, quia ſicut non poteſt eſſe idem oratio, & quod oratione accipitur, ita non poſſunt eſſe idem teſtamentum, & ſacrificium. Poſtremo, quia ſicut non dicitur per teſtamentum dari aliquid teſtatori ab hærede, cum potius detur hæredi à teſtatore, ſic etiam fieri nequit, vt per Euchariſtię Sacramentum nos Deo aliquid offeramus. Secundo Lutherus arguit ab exemplo Chriſti, quem in vltima cœna Sacramentum dediſſe diſcipulis recte nouimus, aliquid tamen Patri obtuliſſe hactenus non legimus: ergo neque ſacerdotes (inquit) exẽplo Chriſti conſecrantes aliquid Deo offerre dicendi ſunt. Tertiò arguit Caluinus ex ſacerdotio Chriſti in hunc modũ. Chriſtus eſt ſacerdos in æternum, vt dicitur ad Hæbreos 7. ergo nullus alius Sacerdos, ſeu eius Vicarius ipſi in terris, ac proinde, neque ſacrificia ſacrificio illius ſuccedere poſſunt. Quartum argumentum eſt etiam Caluini in hunc modum: non poteſt per mortem Chriſti erigi altare ad ſacrificandum; quin crux Chriſti euertatur, nec poteſt nunc offerri ſacrificium ſine iniuria ſacrificij Chriſti in cruce oblati: eo quod ſacrificium mortis Chriſti fuit infiniti pretij: ergo nunc multiplicare, & repetere ſacrificia Miſſæ, & ad hoc altare erigere, non licet. Neque minus vrgere videtur argumentum, ſi dicat quis, Miſſæ ſacrificium eſſe idem cum ſacrificio crucis, quàm ſi dicat, eſſe diuerſum: nam, ſicut addere noua ſacrificia morti Chriſti, dignitati, & valori illius multum derogat: ita etiam repetere idem ſacrificium, quod ſemel oblatum infinitiualoris fuit, non minus infinito illius valori derogare videtur. Neque ſatisfaciet, ſi quis reſpondeat, repetitionem huius ſacrificij neceſſariam eſſe, vt merita paſſionis Chriſti ſingu-

Primum. Lucæ. 22. 1. ad Chor. 11.

14

Secundũ.

Tertium.

Ad Heb. 7.

Quartum.

15

lis

lis applicentur, nam ad hanc applicationem plura alia media sufficere possunt, nempe, prædicatio verbi Dei, & sacræ cœnæ administratio. Porro autē superuacaneū esse, nouū offerri nunc sacrificium, aut idem repetere, ac proinde id minime licere, ex multis locis Pauli ad Hebræos 9. &. 10. etiam confirmāt: inquit enim Apostolus cap. 9. de Christo. *Sed per proprīū sanguinē introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta*, & cap. 10. *in qua voluntate* (scilicet Dei) *sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi*: & iterum *Vna enim oblatione cōsummauit sanctificatos in sempiternum*. Quod quidem dixit Paulus, vt constitueret discrimen inter sacerdotes veteris legis, qui quotidie repetebant sacrificia, & Christum, qui vna oblatione tantum opus nostræ redemptionis peregit, & ita additur in eodem Paulo, *Vbi autē horum remissio*, (nempe peccatorum) *iam non est oblatio pro peccato*. Adducunt præterea verba illa apud Ioannem 19. *Consummatum est*, quibus testatus est Christus, vno illo crucis sacrificio perfectā fuisse nostram redemptionem. Ex his igitur locis colligūr, superuacaneū esse, iterū Christum in sacrificiū Deo offerre: nā si vna illa oblatione redemptio confirmata est, frustra iterum offertur, si quidem facta semel remissione, nulla superest oblatio.

Ad Hab. 9. 10.

Ioann. 19.

16

Quinto arguit Caluinus, quia si Missa est sacrificiū Christi, erit nouum testamentum; imò verò quot sunt Missæ, tot erunt testamenta; ergo vt rata sint, Christus in singulis debet mori, siquidē testamētū nō nisi morte testatoris cōfirmatur: & ita fit (inquit) vt prima mors Christi pro nihilo sit. Sexto argumētatur Caluinus: quia nemo cogitare potest se morte Christi redēptū, vbi nouam in Missa viderit redemptionē. Septimo denique contendit probare, nullum in lege Euangelica esse verū sacerdotem ex eo, quod nullus sit ad hoc munus à Deo vocatus: teste autē Paulo ad Hebræos 5. necesse sit sacerdotē à Deo vocari: vt hinc colligat, nullum in Ecclesia post Christi aduentum esse sacrificiū. Octauum argumētum sit Kemnitij in 2. p. exam. in hunc modum. Instituere cultum religionis sine verbo Dei non licet, imò idololatria est, cū scriptū sit: *Frustra colunt me mandatis, & doctrinis hominum*, ea autē quæ sunt in Missa, nullum habent fundamentū in verbo Dei, aut in exēplo Christi, & Apostolorū: ergo celebrare Missam nō licet. Nonū argumētū eius dē sic habetur: testamento alicuius iam cōfirmato, aliquid superordinare, seu addere non licet: Missa autē est aliquid additū testamento Christi iā confirmato: ergo minime licet. Mitto alia Kemnitij argumēta, eō quod eadem omnino sint cū ijs, quæ ex Caluino superius adduximus, & addo postremo loco vnū, illudque difficilium, quod Caluinus etiā attigit: nā ad rationem sacrificij pertinet res, quæ offertur immutatio, ita vt sit viuens, mactetur, & occidatur: Christus autem, qui in hoc Sacramento offerri dicitur in sacrificiū, nō occiditur, neque vllo modo immutatur: ergo verè, & proprie nō offertur in sacrificiū. Neque satis esse videtur, si quis dicat, hoc sacrificiū esse ἀναίμακτον hoc est, incruētū, & sine sanguine, quia in hominum volūtate positum non est, rationem, & naturam sacrificij mutare: iuxta definitionem autem præcedente disputatione à nobis traditam in eo consistit, vt res, quæ offerri dicitur, aliquo modo immutetur.

17

Septimū.

Ad Hab. 5.

Nonū.

Vltimum.

Præludi-rur euasio.

Christum in Missa verè, & proprie in sacrificium offerri.

CAPVT III.

CATHOLICA Verò sententia est, Christum in Missa vere, & proprie in sacrificium offerri, quā contra hæreticos plurimi Doctores catholici scriptura, Patrum testimonijs, & rationibus confirmare contendunt, Ioannes Eckius in tribus libris de sacrificio Missæ, Iodocus Clictouæus in propugnaculo Ecclesiæ, lib. 1. Gaspar Schazgerus tractatu de Missa, Ioannes Faber lib. 2. 4. & 5. de Missa. Roffensis lib. de visibili sacerdotio. Caietan. tractatu de sacrificio Missæ in tomo 3. opusculorū. Martinus Peresius de Ayala li. de traditionibus p. 3. consideratione 4. Driedo lib. 4. de Scripturis cap. 5. p. 4. Catherinus lib. de veritate incruenti sacrificij. Dominicus de Soto in 4. d. 13. quæst. 2. artic. 1. Tiletanus in Apologia pro Concilio Trident. Ruardus Tapper in art. 6. Albertus Pighius lib. 2. hierarchiæ Eccle. c. 5. & cōtrou. 5. & 6. Demochares in quatuor libris de sacrificio Missæ, Alphonsus de Castro lib. 10. contra hæreses verbo *Missa*, Gaspar Cassalius in tribus libris de sacrificio Missæ. Hosius in confessione catholica cap. 14. Lindanus libro quarto Panopliæ cap. 37. Canus libro duodecimo, de locis cap 13. Vvillelmus Alanus libro 2. de Eucharistia, quos omnes recenset noster

18

Eckius. Clictouæus. Schazgerus. Ioan. Faber. Roffensis. Caietan. Peresius de Ayala. Driedo. Dom. Sotus. Tiletanus. Tapper. Pighius. Demochares. Castro. Cassalius. Hosius. Lindanus. Canus. Alanus.

Bellarminus in 2. tom. lib. 1. de Miſſa cap. 5. Quo circa omnia, quæ luculenter prædicti Doctores in confirmationem huius doctrinæ tradiderunt, hoc loco tranſcribere ſuperuacaneum; in explicanda tamen natura huius ſacrificij, & varijs catholicorũ opinionibus circa illam confutandis, multò magis immorari, neceſſarium eſſe exiſtimaui.

Bellarminus

Geneſis. 14.

Primo igitur eleganter probat noſter Bellarminus ex illo Geneſ. 14. *Melchiſedech Rex Salem protulit panem, & vinum, erat enim ſacerdos Dei altiſſimi*: contendit enim, non ſolum hunc ſacerdotem figuram fuiſſe Chriſti, ſed etiam panem, & vinum obtuliſſe in figuram ſacrificij, quod Chriſtus ſub ſpecie bus panis, & vini oblaturus erat. Verùm, quia de hoc teſtimonio ſatis ſuperque diximus diſputat. 86, ibique ex doctrina Patrum oſtendimus ſacrificium Melchiſedech figuram fuiſſe ſacrificij altaris, ideo hic nihil amplius de eo dicemus.

19

Multa quibus probatur à Bellarmino catholica veritas.

Ioann. 4.

Secundo probant etiam Ioannes Faber lib. 2. de Miſſa à cap. 6. & alij, & tandem noſter Bellarminus lib. illo 1. de Miſſa cap. 9. & ſequentibus ex vaticinijs Prophetarum. Tertio ex illo Ioannis 4. *Venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem.* Quarto ex verbis ipſius inſtitutionis. Colligit autem, Chriſtum ſe ipſum incruento modo immolaſſe, ex illo verbo, *Effundetur*, quo vſus eſt in conſecratione calicis, de quo loco nos multa diximus diſput. 199. cap. 1, & 2. Quinto probat ex illo Actor. 13. *Miniſtrãtibus autem illis, &c.* Sexto ex illo 1. ad Corinth. 10. *Fugite ab idolorum cultura.* Septimo ex verbis Patrum. Octauo, ex ritu altarium. Nono, ex nomine ſacerdotis. Decimo, ex Liturgijs. Vndecimo ex his, pro quibus offertur. Duodecimo, ex cõiunctione legis, & ſacrificij. Decimo tertio, ex cõparatione legis Chriſtianæ, & Moſaicę. Decimo quarto, ex differentia Sacramenti, & ſacrificij. Decimo quinto, ex cõſenſu Eccleſiæ. His tamen omnibus omiſſis, quod exacte ab eo tradita, & in vnũ collecta fuerint, ſufficiat nobis in præſenti præclara Eccleſiæ definitio de hac re in Concilio Trident. ſeſſ. 22. cap. 1. & 2. & canone 1. & 2. vbi non ſolũ definitur in

Præclara huius veritatis definitio habetur in Trident.

20

Miſſa verè, & propriè Deo offerri ſacrificiũ, verumetiã Chriſtum in vltima cœna diſcipulos ſuos ad hoc idẽ offerendũ ſacerdotes inſtituiſſe, eiſque poteſtatẽ alios deincepsinſtituendi tradidiſſe. In alijs quidem Concilijs mentio fit ſacrificij, quod in Miſſa offertur, & quamuis per ſacrificium, & oblationẽ ea intelligatur, quæ verè, & propriè talis eſt, id tamen non ita expreſſe, ſicut in prædicto loco Concilij Tridentini definitur. Eiuſmodi oblationis, & incruenti ſacrificij Miſſæ mentio fit in Concilio 1. Nizeno canon. 15. & clarius in alio canone, quem in fine omnium refert Surius ex Cutheberto Tonſtallo Anglię Epiſcopo: in Laodiceno, can. 19. & 58. in Epiſt. Concilij Alexandrini ante medium, quæ eſt 10. apud Cyrillum, recitata, & approbata in Concil. Epheſino in canon. 32. Trullano ſextæ Synodi, in Toletan. 1. cap. 5. Antiſiodorenſi cap. 8. Bracharenſi 3. canon. 1. in Lateranenſi, & refertur in cap. *Firmiter. De ſumma Trinitate, & fide catholica*, & in Bulla Martini V. quæ eſt poſt vltimam ſeſsionem Concilij Conſtantienſis. Et hæc teſtimonia ſufficiant nobis pro huius veritatis catholicæ confirmatione.

Nizenum. 1. Surius. Laodicenum. Epiſt. Alexandrini.

Trullan. Toletan.

Antiſiodor. Bracharen. 3. Lateran. Cap. Firmiter. Bulla Martini V.

Iam verò dupliciratione eãdem veritatem catholicam confirmare, & hæreticorum ſententiam refellere poſſumus, prior eſt in hunc modũ. Si Chriſtus in Euchariſtia à ſacerdotibus Eccleſiæ non immolaretur, nulla profectò in Eccleſia Dei eſſet oblatio, quæ verè, & propriè ſacrificiũ eſſet: hoc autem concedere abſurdum valde eſt: nam, cum ſacrificium ſit iuris naturalis hoc eſt, abſque alia reuelatione ſupernaturali, ex eo ſolum, quod naturali ratione agnoſcitur Deus autor omnium, ei ſacrificium offerri poſsit, aut debeat, & ità nulla fuerit tã barbara natio, quæ Deos ſuos hoc genere oblationis non coluerit, abſurdũ valde eſſet de noſtra Eccleſia concedere id, quod de nulla barbara natione concedi poteſt, nempe, carere oblatione, quæ verè, & propriè ſacrificium ſit. Et quamuis verum eſſet, neminem determinate ad hoc genus oblationis erga Deũ iure naturali teneri, nulla ratione negari poſſet, quamlibet Rempublicã eo ipſo, quod eſt plurium hominum in vnum congregatio, hoc præcepto ita alligari, vt ali quod ſacrificiũ pro ſuis ciuibus inſtituat. Et quãuis neque Reſpublica ipſa iure naturali ad hoc teneretur; tamẽ valde imperfecta ea iudicãda eſſet, quæ pro bona ſui gubernatione huiuſmodi cultũ religioſum nõ cõſtitueret. Valde igitur imperfecta Reſpublica Eccleſia Catholica eſſet, ſi nullũ inea ſacrificiũ Deo offerretur. Neq; vero ad illius perfectam gubernationem alij cultus religioſi, & alia bona opera miſericordiæ, & aliarũ virtutũ ſufficerent, quæ latiori quadã ſignificatione, vt præcedente diſput. c. 1. vidimus ſacrificia dicũtur: nam cum dicimus, ſacrificium iure naturali præceptum, aut inſtitutũ eſſe, & eodem iure ad bona Reipublicę gubernationem maxime cõuenire, non intelligimus de ſacrificio latiori ſignificatione, ſed de eo,

Prior ratio eiuſdem ſententiæ.

21

22

quo

quo Deum, vt autorem vitæ, & mortis per immutationem rei oblatæ colimus, & profitemur: nulla enim natio ita Barbara hucusque fuit, quæ hoc genere sacrificij non vteretur, nempe occidendo animalia, aut alias res in honorem Dei consumendo, vel immutando: de hoc plane genere sacrificij proprie vsurpati loquitur Sanctus Thomas 2.2.q.85.art.1.

S. Thomas.

Confirmatur ratio.

Porrò autem, si ab Ecclesia Dei Christus in Missa, vere, & propriè nomine immolatur, fore, vt nullum in ea vere, & propriè sacrificium esset, manifestè probatur: nullum enim animal in Ecclesia Deo occiditur, nulla res, vt eum vitæ, & mortis autorem profiteamur, immutatur, sicut inductione facile constare potest.

23

Nam si quid in Ecclesia Dei præter Christum in Missa ita immutaretur, vt verè & propriè diceretur immolari, esset thymiama, & incensum, quod quotidie in honorem Dei adolemus (namque, & in veteri lege hoc etiam verè, & propriè sacrificium erat) aut substantia ipsa panis, & vini, quæ Deo offerri dicuntur, & per transsubstantiationem immutatur: atqui hæc duo in Ecclesia Dei iam non sunt sacrificia: nullum igitur in ea verè, & propriè sacrificium esset. De his duobus id probatur, primum quidem de pane, & vino, quæ quodam modo etiam offerri dicuntur, & per transsubstantiationem immutantur, quoniam immutatione panis, & vini nolumus profiteri Deum autorem vitæ & mortis, in quo ratio sacrificij solum posita est, sed solum ipso corpore, & sanguine Christi, vt disput.222.c.7. & disput.223.c.4. vberius ostendemus. Adde, quod si hæreticorum sententia vera esset, neque ipsa substantia panis, & vini sacrificari diceretur, quoniam ipsi expresse sentiunt, has duas substantias in consecratione nullo modo mutari, sed aut Christum simul cum illis in sua natura perseuerantibus esse per verba sacerdotis adductum, sicut Lutherus, & alij, quos disp. 180. c. 1. memorauimus, dogmatizant: aut eas sine Christo nullo modo mutatas permanere, vt Caluinus, & alij, quos disputatatio. 179. cap. 1. retulimus, dixerunt.

Lutherus.

Caluinus.

24

Deinde idem de incenso probatur. Nam, vt supra dicebamus disputatione præcedente c. 3. Ecclesia non adolet incensum, vt illius consumptione, & mutatione Deum autorem vitæ, & mortis denotet, sed vt vapore illius, & suffitu adorationis cultum ei deferat. Quo circa, si thus absque consumptione sui ex se vaporem illum ita copiosè exhalaret, sicut quando igne crematur, tali mutatione ipsius in igne Ecclesia non vteretur. Huius autem euidens argumentum est, quia vt definitur in septima Synodo generali Nizena 2. actione 7. in definitione fidei, non longè à fine, Catholica Ecclesia etiam imagines ipsas oblationibus suffituum, & vaporibus thuris sicut etiam luminaribus accensis tamquam cultu adorationis prosequi consueuit, numquam tamen illis sacrificium obtulit, quod soli Deo deberi optime nouit. Quinimò, vt ibidem definitur, neque illis secundum se latriam, quæ est affectus submissionis interior, exhibuit. Et Concilium Tridentin. sessione 22. cap. 5. eadem ratione explicat vsum thymiamatis, seu thuris in sacrificio Missæ, nempe, vt eius vapore, sicut etiam alijs cæremonijs maiestas tanti sacrificij commendetur, sic enim honor adorationis illi exhibetur.

Nizen. 2.

Concil. Trid.

Neque obstat, quod Ecclesia in benedictione cerei Paschalis dicat. *In huius igitur noctis gratia, suscipe sancte Pater incensi huius sacrificium vespertinum, quod tibi in hac cerei oblatione solenni per ministrorum manus de operibus apum sacrosancta reddit Ecclesia*, &c. Nam per sacrificium incensi, cuius grana cereo affiguntur, non potest intelligere nisi sacrificium latiori significatione: vt enim recte notauit Guilielmus Durandus lib. 6. de Diuinis officijs cap. 80. per cereum illum, qui accenditur ad fugandas tenebras noctis, intelligitur Christus, qui, vt paulo antea in eadem cerei benedictione dicitur, tenebras peccatorum fugauit. Per quinque autem illa grana incensi, intelligitur aromata, quæ mulieres ad monumentum detulerunt vna Sabbathi valde diluculo, vt vngerent corpus Domini: sicut narrat Lucas cap. 24. & Marcus cap. 16. in principio. Dicuntur autem vespertinum sacrificium, quia, vt narrat Matthæus cap. 28. *Vespere Sabbathi, quæ lucescit in prima Sabbathi*, hoc est, vespera Sabbati, quæ fuit finis Sabbathi, & propè initium Dominicæ ad vngendum corpus Domini oblata ei à mulieribus aromata fuerunt. Grana igitur illa incensi cereo affixa non dicuntur proprie, sed latiori significatione, imò figurate sacrificium: eo quod repræsentent opus illud misericordiæ erga corpus Christi, quod sicut cætera opera huius virtutis sacrificium communiter vocari solet, vt disputatione præcedente c. 1. ex Augustino notauimus. Ne igitur cogamur dicere, Ecclesiam Dei nunc esse sine vlla oblatione, quæ verè, & propriè sacrificium dicatur, fateamur necesse est, Christum in Missa verè, & propriè in sacrificium offerri. Quomodo autem hoc vnicum, & singulare sacrificium à Patribus appelletur, ita vt aliud in ea esse non possit disput. 222. cap. 6. videbimus.

Occurritur obiectioni.

Guillelmus

25

Lucas 24. Marc. 16. Matth. 28.

Posterior verò ratio desumpta est ex definitione

 nitione

nitione formali ſacrificij, nam ſacrificium vt cap. 3. præcedētis diſputationis diximus, eſt nota exiſtens in rebus, qua profitemur Deum autorem vitæ: & mortis, per oblationē autē Chriſti in Euchariſtia profitemur Deum eſſe autorem vitæ, & mortis; ergo eſt vere, & proprie ſacrificium. Quo autē pacto per oblationem Chriſti in Miſſa denotemus, & profiteamur Deum autorem vitæ, & mortis: abſque vlla ipſius Chriſti occiſione, & mutatione, quæ in alijs ſacrificijs interuenit, diſput. 222. c. 8. ex profeſſo oſtēdemus. Mitto rationem, qua aliqui probant, in Eccleſia eſſe ſacrificium Miſſæ, cum nullum ſit aliud, ex eo, quod Chriſtus ſit ſacerdos, & ſine ſacrificio ſacerdos eſſe nequeat: hanc enim rationē infirmam eſſe 1. tom. diſput. 85. cap. 3. ex profeſſo notauimus.

Poſterior ratio.

26

Diluuntur argumenta hæreticorum.

CAPVT IIII.

IAM Vero argumenta hæreticorum ſecundo capite memorata diſſoluere operoſum non erit. Ad primum, quod erat Lutheri dico, minimè pugnare in eadem re rationem ſacrificij, & Sacramenti, etiam ſi Sacramentū detur nobis à Deo, ſacrificiū verò à nobis Deo offeratur; quia eadem res, nempe, Chriſtus ſub ſpeciebus panis, & vini, quatenus ſuſcepta à nobis eſt ſignū, & cauſa gratiæ ſanctificantis nos, eſt Sacramentū, & dicitur a Deo nobis donari, quia per illud ſanctificat nos: quatenus vero eſt nota, qua profitemur Deū ipſum autorē vitæ, & mortis, eſt ſacrificiū, & dicitur à nobis Deo offerri, quia per illud potentiam eius ſignificamus. Vocatur autem nouum teſtamentum non corpus Chriſti, ſed ſanguis eius, nō quatenus ſub ſpeciebus vini exiſtens, ſed quatenus effuſus in cruce, qui idem omnino ſub ſpeciebus vini cōtinetur, vt ſupra diſput. 199. cap. 2. probatum eſt, quia hac ratione fuit conditio cōfirmandi promiſsionē Diuinæ gratiæ. Cætera verò, quę Lutherus in hoc argumento peccauit, miſſa facio, neq; enim omnia, præſertim friuola, perſequi, & in re manifeſta immorari neceſſarium eſt. Ad ſecundum, quod erat etiam Lutheri, de exemplo Chriſti: reſpondeo, licet expreſſe non legamus in Euangelio, Chriſtum ſe in victima cœna Deo in ſacrificiū obtuliſſe, ob id tamen negari nō poteſt, ſe ipſum Patri ſacrificaſſe: nā eodē modo expreſſe non legimus, Sacramentū ſub nomine Sacramēti Euchariſtiæ ſuis diſcipulis tradidiſſe, & tamen id negari nō poteſt, non quidem alia ratione, niſi quia legimus, ſe ipſum ſub ſpeciebus panis, & vini, cui vera ratio Sacramenti cōuenit illis dediſſe. Cū igitur etiam ipſi ſub ſpeciebus panis conſecrati, vera ratio ſacrificij conueniat, vt præcedenti diſputatione cap. 3. notauimus, & diſput. 223. cap. 4. vberius oſtendemus, certe negari nequit ſe ipſum in ſacrificium Deo obtuliſſe.

Solutio primi argumenti Lutheri.

27

Secundū ſoluitur.

28

Ad tertium quod erat Caluini, pronūcio, nihil obſtare ſacerdotio Chriſti, quod dicitur æternū ſecundū ordinem Melchiſedech, plures eſſe ſacerdotes in Eccleſia Dei Vicarios eius, qui nomine ipſius hoc ſacrificium quotidie offerāt: hoc enim nō eſt illi ſuccedere, ſed pro illo adhuc viuente, & in ſua dignitate ſacerdotis permanēte miniſtrare: id quod nō eſt cōtra ſenſum Pauli in Epiſt. ad Hebr. c. 7. vbi opponit ſacerdotiū Chriſti ſacerdotio Leuitico, quòd in Leuitico vnus alteri ſuccederet, Chriſto autē, eo quod manear in æternum, & ſempiternū habeat ſacerdotiū, nullus alius ſuccedere poſsit: nam plures conſtituti ſacerdotes Vicarios Chriſti, ac proinde poteſtate à Chriſto in ipſos deriuata, qui nomine ipſius ſacrificiū offerre poſsint, non eſt ſuccedere Chriſto in ſacerdotio; aliò quin, & Vicarij Epiſcoporum, qui ipſis viuentibus & ab ipſo accepta poteſtate in diœceſibus miniſtrant, ipſis Epiſcopis ſuccedere dicerētur, quod eſt abſurdum: ſed ſuccedere idem eſt, quod in locum alterius mortui, aut depoſiti, aut in aliam dignitatē trāſlati ſubrogari, qua ratione & vnus Epiſcopus alteri Epiſcopo mortuo, depoſito, aut in aliam Eccleſiā trāſlato ſuccedere dicitur. Et ita Paulus ſucceſſionem ſacerdotū antiquę legis nō probauit ex multitudine eorū, qui ſub vno Sūmo Pontifice ſimul in tēplo miniſtrabant, ſed ex eo, quod cū morte prohiberētur permanere, vni demortuo alius ſubſtitueretur. Verba Pauli ſunt: *Et alij quidē* (nēpe Leuitici) *plures facti ſunt ſacerdotes, id circo quòd morte prohiberentur permanere.* Cū dicit, *Plures*, nō intelligit ſimul vel in abſentia aliorū miniſtrantes: nā plures hoc modo facti ſunt, nō quia morte prohiberentur permanere; ſed quia vnus, aut etiā pauci pro miniſterio tēpli nō ſufficiebant: intelligit ergo plures ſuo ordine in locum demortuorū ſuccedētes: quia, cū ſemel electus permanere non poſſet in æternum, ſed morte relicturus eſſet ſacerdotium, ſucceſſore poſt vitam indigebat. Subdit deinde de Chriſto: *Hic autem, eo quod maneat in æternum ſempiternum habet ſacerdotium*, nempe, in quo alius ei demortuo, & ſacerdotium relinquenti ſuccedere nequit, quia talem dignitatem

Tertium Caluinidi luitur.

Ad Heb. 10

Pauli explicatio.

29

gnitatem nullo modo relinquere potest; vt primo tomo disput. 85. cap. 2. probauimus.

Quartum eiusdem.

Ad quartum, quod etiam erat Caluini, Respondeo, rectè posse erigi altaria, & quotidie offerri sacrificium sine iniuria crucis, & passionis Christi, etiam si meritum illius infiniti fuerit valoris, & illud ad redemptionem nostram satis superque sufficiens fuerit, ac proinde opus non esse alia immolatione, & sacrificio, neque eiusdem repetitione, aut eodem, aut alio modo, vt Christus gratiam redemptionis nostræ nobis mereatur. Atque

Ad Heb. 10

hoc sensu Paulũ ad Hebræos 10. opponẽte Christum sacerdotibus leuiticis, qui easdem hostias, & sacrificia sæpius repetebãt, quòd meritum, & causa vniuersalis nostræ redemptionis in illis non esset, dixisse de ipso: *Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos*, hoc est, eorum redemptionem sufficienter promeritus est. Quod autem quotidie Christus alio modo, nempe, incruento in altari immoletur, nihil derogat dignitati mortis ipsius Christi: eo enim genere sacrificij non meretur Christus, & ita non est causa vniuersalis nostræ redemptionis, sed particularis, per quam sicut per Sacramenta Christus voluit fructum meriti sui vniuersalis nobis applicari, vt 1. tom. disp. 82. c. 4. explicãtes prædictum locum Pauli, vberius explicuimus, & expresse definitur in Concilio Tridẽtino, sessio. 22. cap. 1. vbi de hoc sacrificio, &

Tridentin.

de illius institutione loquens inquit, relictum fuisse à Christo Ecclesiæ suæ: *Quo cruentum illud semel in cruce peragendum repræsentaretur, eiusque memoria in finem seculi permaneret, atq; illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur peccatorum, applicaretur.* Et c. 2. ita dicitur: *Cuius quidem oblationis, cruenta, inquã, fructus, per hãc incruẽtã vberrime percipiuntur*: Vbi nõmodo definitur, hoc sacrificium esse causam particularem ad applicandum nobis fructũ, & meritum passionis Christi, verum etiam hac ratione non esse superuacaneum cum sacrificio crucis, vt sine fundamento contendunt hæretici. Quod enim Caluinus dicebat, ad fructum crucis applicandum, superuacaneum esse hoc sacrificium, cum sint etiam alia media, per quæ possit applicari, friuolũest: nam eadẽ ratione probaretur, superuacaneũ esse Baptismũ, & cœnam Domini, prout ab ipsis celebratur, quia sunt alia media, quibus applicari potest meritum passionis Christi, & prædicatione verbi excitari potest fides, quam Christus nobis meruit. Et quid, obsecro, nocere possunt plura media in Ecclesia, quibus variè meritum Christi nobis applicetur, & per quæ ex opere operãto (vt aiunt) aliquid nobis cõmunicetur? Adde, quod ad cultum religiosum maxime pertinebat, aliquo genere oblationis, quę proprie esset sacrificiũ Deum colere; inter reliqua vero hoc maxime conueniebat in memoriã cruenti sacrificij, quo Christus nostrã meruit redemptionem. Hæretici vero, vt præcedente capite notauimus, hoc sacrificiũ tollẽtes, absq; vllo omnino manserunt. Porrò, testimonia Pauli in eo argumẽto adducta, quibus hæretici probare contendebant, vna oblatione ita consummatã fuisse nostram redemptionem, vt alia opus nõ esset, ex his, quæ diximus, explicata manent: intelliguntur enim de vna oblatione, quæ vt meritum vniuersale exhibita à Christo, nostræ redemptionis causa fuit, vt loco citato exposuimus. Illud autẽ Ioannis testimonium: *Consummatum est*, si de opere redemptionis intelligatur, eodẽ modo explicari debet: potest etiam ita intelligi, vt eo momento cõsummatæ fuerint Christi passiones, & vaticinia Prophetarum de ipsa passione completa.

Conueniens ratio sacrificij instituendi.

Ioannis

Porrò autẽ, sacrificium Christi cruentum, fuisse causam vniuersalem meritoriam totius nostrę redẽptionis, & gratię, quæ nobis communicatur: sacrificium autẽ incruentũ Missę fuisse solum causam (vt aiunt) particularem, per quã fructus sacrificij cruenti singulariter nobis applicatur, sicut sunt Sacramenta: contra hæreticos huius ætatis præter Concilũ Trident. loco citato, optime notarunt Vuilhelmus Lindanus lib. 4. Panopliæ cap 51. §. *Loca igitur*, Hosius in confess. catholica. c. 41. longe ante medium. Canisius in suo catechismo. q. 7. de Eucharist. §. Vltimo. Canus. 12. li. de locis cap. 13. §. *Illud deinde Caluinus*. Dominic. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. §. *At tertio*. Bellarminus tom. 2. lib. 2. de Missa. cap. 25. §. *Neque admittimus*. Dicitur autẽ sacrificiũ causa particularis, per quã meritũ passionis Christi applicatur, quia Christus passione sua meruit nobis, vt hoc sacrificiũ in nobis hoc, aut illud operaretur, sicut etiã Sacramenta. Hoc idẽ docere voluerunt Petr. Soto lib. de institutio. sacerd. lect. 7. de Eucharist. §. *De oblatione*, in medio: & Albert. Pighius controuer. 5. §. *Et nos per omnia*, & sequentibus, quãuis (meo quidẽ iudice) minus apte loquantur. Petrus de Soto inquit, ideo repeti sacrificium Missæ, quia, quamuis sacrificium cruentum sufficiens fuerit ad delendũ omnia nostra peccata; tamen quia per peccata, quæ quotidie committimus priuamur fructu huius passionis, voluit (inquit) Christus reliquere sacrificium Missæ pro his, qui per noua peccata se ipsos fructu passionis

Sacrificiũ crucis fuit vniuersalis causa nostra redemptionis particularis vero altaris sacrificium.

Lindanus. Hosius. Canisius. Canus. Sotus. Bellarmin.

Cur hoc sacrificiũ particularis causa nuncupetur.

32

Petr. Sotus. Pighius.

Minus apte virtus huius sacrificij declaratur.

Sacrificiũ cruentis vim habuit per modũ vniuerſalis meriti ad tollenda quæcũque peccata.

Chriſti priuārunt. Albertus autem eodem modo loquitur: inquit enim, hoc ſacrificium relictum fuiſſe in Eccleſia, vt repeteretur ad tollendum impedimentum noui peccati, per quod influxus paſsionis Chriſti impeditur, veluti cum ex corpore humano purgatur humor, qui impediebat influxum capitis in reliqua membra: inepte igitur hi Doctores vim huius ſacrificij incruenti comparatione cum ſacrificio cruento explicant, ſiquidem virtus paſsionis Chriſti, per modum vniuerſalis meriti vim habet
33 ad tollendum omnia peccata, quæ quouis tempore committuntur, quamtumuis per illa homo indignus reddatur tanta redemptione, quamuis non ſemper effectum habeat proxime per ſe ipſam, ſed aliquando per alias cauſas particulares, vt per Sacramenta, & per hoc ſacrificium; aliquando vero proxime per ſe, nimirum, quando Deus per ſe ſine Sacramento, & ſacrificio, intuitu paſsionis Chriſti auxilium gratiæ ſuæ alicui confert, vt à peccatis nouis iuſtificetur.

Male ab aliquibus S. Thom. intelligitur circa virtutem, quam ſacrificio Miſſæ tribuit.

Nonnulli exiſtimant, S. Thomam in cap. 6. Ioannis, lectione 6. in fine in ea fuiſſe ſententia, vt aſſereret, ſacrificium hoc incruentum eſſe cauſam vniuerſalem noſtræ redemptionis, ſicut etiam fuit ſacrificium cruentum, eo quod dixerit in hæc verba: *Nam ex ſupradictis apparet, cum hoc Sacramentum ſit Dominicæ paſſionis, totum etiam eſt effectus huius Sacramenti*. Verum, ſi legiſſent verba proxime ſequentia, quibus cauſam reddit, numquam hanc falſam opinionem Sancto Thomæ tribuiſſent: ait enim ſtatim: *Nihil enim aliud eſt hoc Sacramentum, quàm applicatio Dominicæ paſſionis*: cõcedit ergo, omnia, quæ operatur hoc ſacrificium, eſſe effectum paſsionis, quæ per hoc ſacrificium applicatur, & ita aliorum Doctorum, quos citauimus, potius ſequitur ſententiam, quam etiã indicat in hac quæſt. artic. 1. Neque quidquã aliud docere voluit Ruardus Tapper, cum articul. 16. §. *Manifeſta eſt*, dixit, ad omnia valere hoc ſacrificium, ad quæ valuit ſacrificiũ
34 crucis, nempe, vt oſtenderet, valere etiam ad remiſsionem mortalium per modũ cauſæ particularis, vt diximus.

Ruardus.

Caietanus.

Neque etiam ab hac ſententia diſcordat Caietan. 2. tomo opuſculorum titul. 3. ſeu cap. 2. cum ait, ſicut efficacia paſsionis Chriſti applicatur per hoc, vel illud Sacramentũ, ita etiam infinitam virtutem huius ſacrificij incruenti applicari, & determinari per deuotionem eius, pro quo offertur: hoc enim modo loquendi negare noluit, ſacrificium hoc eſſe cauſam particularem applicantẽ fructũ paſsionis Chriſti, ſicut diximus, ſed tantum docere voluit, eius virtutẽ ex ſe non eſſe determinatam, ſed per deuotionem eius, pro quo offertur, determinari.

Explicatio Caietani circa virtutẽ vtriuſque ſacrificij nõ probatur.

Verùm enim verò modus philoſophandi Catherini, in opuſculo de veritate incruenti ſacrificij. §. *His ergo expoſitis*, & ſequẽtibus, quo explicat vim huius Sacramẽti, & ſacrificij: tum etiam, quo pacto cum ſacrificio cruento ſuperuacaneum non ſit, & quotidie repetatur, cum tamen cruentum ſacrificiũ ſemel tantum oblatum fuerit, omnino improbabilis, & abſurdus cenſeri debet, quem Canus lib. 12. de locis cap. 13. §. *Ex quo Ambroſij*, delirationem vocat. Notat igitur Catherinus in eodẽ opuſc. ſuperius citato. §. *Primũ igitur*, duo eſſe genera peccatorũ expianda per ſacerdotium, & ſacrificium: alterum eſt originalis peccati, & eorum, quæ cum eo coniuncta ſunt: & hæc vocat ipſe peccata, quæ erant ſub priori teſtamento, nempe, ſub veteri, iuxta modum loquendi Pauli ad Hebræ. 9. Alterum vero peccatorum, quæ poſt Baptiſmum cõmittuntur, & hæc vocat ipſe peccata, quę ſub nouo teſtamento admittuntur: & pro quouis genere ſuum aſsignat ſacrificiũ: quia putat fore, vt ſine ſuo peculiari ſacrificio Sacramenta pro quouis illo genere peccatorum expiando nõ conſiſterent, ſicut ait in. §. *Cum ergo peccata*. Pro peccato itaque originali, & alijs cũ eo coniunctis, quæ ipſe vocat peccata ſub priori teſtamento, aſsignat Chriſtum ſacerdotem, & ſacrificium illius cruentum, & Sacramentũ Baptiſmi quod virtute illius ſacrificij ea remittat: & quia hæc omnia reputantur (inquit) vnum peccatum ratione vnius originalis, à quo oriuntur, & cum quo coniuncta ſunt, ideo pro illorum remiſsione ſatis fuit vna ipſius oblatio, quæ numquam eſſet repetenda. Atque hoc modo explicat Paulum ad Hebræos 10. cũ ait: *Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternũ ſanctificatos*: vbi reddit cauſam, ob quã antiqua ſacrificia indies repeterentur, ſacrificiũ autẽ crucis ſemel tantum fuerit oblatum. At verò pro peccatis cõmiſsis poſt Baptiſmũ, pro quibus inquit non relinquitur hoſtia Chriſti cruẽtam, quòd voluntarie cõmittantur: iuxta illud ad Hebræos 10. *Voluntarie enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia*, nempe, vt ipſe intelligit, cruenta, quæ iterũ repetatur, aſsignat ſacrificiũ incruẽtũ Miſſę, quod ideo aſſerit, quotidie repeti, & iterari, quia offertur pro peccatis, quę iã ſub nouo teſtamento cõmittuntur: nam cũ hæc (inquit) plura ſint, neque ab vno originali deriuata, ſed ſingula

Canus.

35

Addeb. 9.

35

Ad Heb. 10

gula per se considerentur, quodlibet etiam suam expiationem sacrificij postulat, ac proinde sacrificium incruentum repetendum est pro his peccatis, quæ sub nouo testamento committuntur. Quo circa in §. *Denique considerandum*, addit, ad expiationem horum peccatorum non applicari nobis cruentum Christi sacrificium, sed incruentum per Sacramentum Pœnitentiæ.

In quibus peccet sententia Catherini.

Hæc est tota Catherini sententia circa præsentem difficultatem explicata, quæ (me quidem iudice) manifeste absurda est, & contra fidem catholicam aperte pugnat. Primum quidem, quia asserit, meritum passionis Christi, & sacrificij cruenti tantum fuisse pro remissione originalis peccati, & eorum, quæ cum eo coniuncta sunt, non autem pro his, quæ post Baptismum, & fidem cómittuntur, quod est plane absurdum, siquidem iuxta communem sententiam, & fidem catholicam merita Christi, quę morte fuerunt cõsummata, vt 1. tomo, disput. 77. cap. 2. diximus, vniuersalia fuerunt pro omni genere gratiarum, quę nobis conferuntur, non solum ad iustificationem per Baptismum, sed etiam per Sacramentum Pœnitentiæ, vel quouis alio modo, & ad perseuerantiam. Quocirca in Concilio Tridentino sessione 6. capit. 7. dicitur: *Quamquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur, &c.* Quamuis autem in eo capite solùm agatur de iustificatione adultorum, quæ fit per Baptismum, vt 1. 2. disput. 203. cap. 9. fusè probauimus, tamen, vt Concilium ostendat, quo pacto in ea applicentur merita passionis Christi, præmisit verba citata, quæ de omni iustificatione intelligenda sunt vt ipsa per se manifeste indicant: postea enim subdit: *Id tamen in ea impij iustificatione fit* (nempe, quæ fit per Baptismum) *dum eiusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum Sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur*: Verum sessione 14. cap. 1. de iustificatione, quæ fit post Baptismum per Sacramentum Pœnitentiæ eodem modo loquitur Concilium: cum enim dixisset, institutum fuisse Sacramentum Pœnitentiæ pro ijs, qui post Baptismum lapsi fuerunt, subdit: *Quo lapsis post Baptismum beneficium mortis Christi applicetur*: at iuxta sententiam Catherini, per Pœnitentiam non fructus passionis, & sacrificij cruenti, sed incruenti communicatur, & applicatur, vt retulimus.

37

Fides docet, meritum passionis Christi fuisse vniuersalem, causam salutis nostræ.

Trident.

38

Sacrificiũ altaris nõ operatur

Deinde manifeste errat Catherinus, quòd asserat, sacrificium incruentum esse pro expiatione peccatorum, quæ post Baptismum commissa sunt, ita vt per Sacramentum Pœnitentiæ, & alia applicetur: sic enim manifestè asserere debet, Christum quotidie mereri nobis per sacrificium incruentum gratiam iustificationis pro alijs peccatis, ac proinde totam nostram sanctificationem per modum meriti vniuersalis crucis sacrificio nõ consummasse, sed duas causas vniuersalis meriti omnino diuersas pro remissione nostrorum peccatorum fuisse: ideoque, & Paulum ad Hebræos decimo, cum dixit Christum vna oblatione, nempe, crucis consumasse sanctificatos, non esse intelligendum de omni iustificatione sanctificatorum, & de omni gratia: quæ sunt plane absurda, & contra doctrinam omnium Scholasticorum, & Patrum. Adde, quòd iuxta sententiam Catherini, Sacramentum Pœnitentiæ, & alia ab hoc incruento, non autem à cruento virtutem, & efficacitatem accipere deberent, & verba illa de sanguine Matthæi vigesimo tertio, & Marci decimo quarto, & Lucæ vigesimo secundo: *Qui pro vobis fundetur*, ita essent intelligenda, vt sanguis Christi in cruce non fuerit effusus pro omni genere peccatorum, sed eorum dumtaxat, quæ cum originali ante Baptismum committuntur. Postremò, si singula peccata commissa post Baptismum ita plura, & diuersa inter se sunt, vt quodlibet suam expiationem postulet, & ideò sacrificium incruentum quotidie repetendum est, vt dixit Catherinus, conficitur planè, aut frustra toties repeti, aut certè multò frequentius debere celebrari. Primùm quidem, quia aut pluribus sufficit vna oblatio, & ita pro omnibus etiam sufficiens erit: neque enim ratio vlla est, ob quam dicamus, pro decem quidem sufficere, non autem pro omnibus; aut non item: & ita non deberet toties repeti. Aut hoc sacrificium pro vno tantum sufficit, quia huiusmodi peccata ita sunt inter se diuersa, vt singula suam expiationem sacrificij postulent: & hac ratione frequentiùs hoc sacrificium offerendum esset: plura enim quotidie in Ecclesia committuntur peccata, quam offerantur sacrificia; ergo ea ratione non recte ostendit Catherinus, cur hoc sacrificium toties in Ecclesia repetatur.

per modũ vniuersalis causæ salutem nostram.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

39

Ratio Catherini reijcit

Quæ vero ex Paulo adducit perperam ab eo intellecta sunt, nam præuaricationes, quæ erant sub priori testamento, hoc est, sub veteri, non sunt tantum originale peccatum, & cætera, quæ ex illo dimanant, & cum eo manent, sed quæcumque etiam post Baptismum cómissa. Quod autẽ dixit Paulus in

hæc verbã. *Et ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum prænaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, &c.* Quod ſicut in paraphraſi illius loci explicuimus, idem eſt, ac ſi diceret, eorum peccatorum, quæ per legem prioris teſtamenti, per modũ meriti vniuerſalis nullo modo deleri potuerunt, & ideo ſub illa, hoc eſt, cum illa permanere dicebantur, ſicut etiam dixit ad Romanos 5 *Vſque ad legem enim peccatum erat*, hoc eſt, vt nos ibidem explicuimus, etiam lege lata nullum remedium contra peccatum per modum vniuerſalis meriti inuentum fuiſſe.

Explicatur Paulus in ta propriſenſum.

40

Ad Rom. 5.

Præterea, quod ait ad Hæbreos 10. voluntarie peccantibus non relinqui hoſtiam pro peccatis, non dixit, vt oſtenderet, non ſupereſſe illis ſecundum Baptiſmum, vt aliqui interpretantur, neque hoſtiam aliam in cruentam pro peccatis commiſſis poſt Baptiſmum, vt contendit Catherinus: hoc enim eſſet præter ipſius inſtitutum, cum ibi exhortetur Hebræos, ne peccent: nam ex eo, quod non ſupereſſet illis alia cruenta oblatio, ſupereſſet tamen incruenta in remedium peccatorum cum alijs Sacramentis, non deterreret eos à propoſito peccandi; deterret autem ex eo quod dicit, his, qui voluntarie peccant poſt notitiam veritatis, non ſupereſſe Chriſtum, qui pro illis ſe offerat in cruce, ſed ex parte Chriſti ſupereſſe tantum pro illis terribilem iudicij diem, cum iam morte ſua conſummauerit omnia: & hoc eſt, quod ait: *Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, &c.* particula vero, *Aut*, eſt aduerſatiua, ac ſi diceret: *Sed terribilis dies iudicij, &c.*

Alter locus Ad Hebr. 10. enodatur

Catherinus.

41

Ad quintum, quod erat eiuſdem Caluini, R. Miſſam, & ſacrificiũ illius non vocari nouum teſtamentum, ſeu nouam teſtamenti inſtitutionem, quamuis ad nouum teſtamentum pertineat, ſed ſanguinem Chriſti, qui in calice conſecratur iure optimo nouum teſtamentum vocari, non prout in calice conſecrato, ſed prout in cruce reipſa effuſus fuit, eoquod eius effuſione, non autem eius cõſecratione nouum teſtamentum confirmatum fuit, vt diſputatio. 199. capit. 2. & 4. fuſius demonſtrauimus: & ita non recte colligit Caluinus, in ſingulis Miſsis Chriſtum debere vere occidi, & cruento modo immolari. Neque ex eo, quod ſingulæ Miſſæ nouam peccatorum remiſsionem impetrent, colligere potuit, tot eſſe teſtamenta noua, quot ſunt Miſſæ, ſed ſolum Miſſam eſſe quid contentum ſub nouo teſtamento, & ad illud pertinens, tametſi confirmatio illius fuerit ſanguine Chriſti reipſa in cruce effuſſo

Solutio. 5.

Ad ſextum iam in ſuperioribus reſpon-
ſum eſt, etiam ſi ſacrificio Miſſæ remittantur nobis peccata eo modo, quo inferius dicemus, nihilominus noſtram redemptionem vniuerſalem non eſſe ei tribuendam, ſed ſacrificio Chriſti cruento in cruce, quod fuit meritum infinitum; Miſſa autem tamquam cauſæ particulari applicanti fructum illius meriti, quia redemptio vniuerſalis ſolum tribuitur meritis Chriſti, quæ paſsione ipſius in cruce cõſummata ſunt: in hoc autẽ Sacramento Chriſtus iam non meretur, ſed exiſtit, vt particularis cauſa noſtræ iuſtificationis, ſiue per modum Sacramenti, ſiue per modum incruenti ſacrificij.

Ad ſextũ.

42

Ad ſeptimum, quod etiam erat Caluini, reſpondeo, omnes Euangelicos ſacerdotes, hoc ipſo quod ab Epiſcopis rite conſecrantur, vocari à Deo ad hoc munus, ſicut Aaron, nam illis verbis Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, non ſolum Apoſtolos ſuos ſacerdotes inſtituit, ſed etiam illis poteſtatem tribuit, vt alios ad idem munus conſecrarent, & ſucceſſores relinquerent.

Ad ſeptimũ.

Lucæ 22.

Ad octauum, quod eſt Kemnitij, dico, ſacrificium hoc non eſſe inſtitutum ſine verbo Dei, cum Chriſtus dixerit: *Hoc facite in meã commemorationem*, Lucæ 22. Quocirca, quod attinet ad ipſum ſacrificiũ altaris, illud, quod in minori propoſitione aſſumſit Kemnitius, aperte falſum eſt: quod vero attinet ad ceremonias Miſſæ, quæ in honorem huius ſacrificij Eccleſia inſtituit, licet minor propoſitio vera ſit, maior tamen omnino falſa eſt, vt vberius oſtendimus primo tomo, multa enim ad religioſum cultum pertinentia inſtitui poſſent in Eccleſia, etiam ſi verbo Dei expreſſe tradita nõ ſint. Quis autem ſit ſenſus illius loci: *Sine cauſa colunt me mandatis, & doctrinis hominum*, ibidem explicuimus,

Octauum.

43

Ad nonum, quod erat eiuſdem Kemnitij, reſpõdeo, ex eo quod Eccleſia perpetuo ſeruauerit, & celebrauerit ſacrificium Miſſæ, dici non poſſe aliquid teſtamento Chriſti ſuperordinaſſe, hoc eſt, in aliquo voluntatem illius vltimam mutaſſe, cum potius præceptũ ei fuerit verbis citatis illud facere in memoriã paſsionis Chriſti. Neq; etiã in alijs cæremonijs, quas Eccleſia in honorẽ huius ſacrificij addidit, aliquod ſuperordinaſſe dicendum eſt, quoniam quidquid non pugnat cum vltima voluntate teſtatoris, non dicitur ſuperordinari: hic autem cultus minime pugnat, vt patet. Super erat ſolum diſſoluere poſtremum argumentum, quod omniũ difficillimum eſt; eius tamen ſolutionem in

Ad nonũ.

ſequen-

sequentem disputationem reseruare necessariũ erit, in qua de essentia, & ratione formali huius sacrificij, ex professo differendum est.

In qua actione Missæ vera, & propria ratio sacrificij consistat. Disput. 222.

Oblationem illam, quæ quibusdam verbis fit a sacerdote, ad rationem sacrificij nullo modo pertinere. Cap. 1.

Neque fractionem neque distributionem huius Sacramenti ad essentiã sacrificij spectare. Cap. 2.

De consupmtione huius Sacramenti comparata cum sacrificio variæ sententiæ. Cap. 3.

Essentiam huius sacrificij in sola cõsumptione non consistere, neque eam aptam esse vt ad aliquid horum à Christo institueretur. Cap. 4.

In sola consecratione huius Sacramenti totam essentiam huius sacrificij positam esse in vniuersum probatur. Cap. 5.

Vera ratio sacrificij in consecratione posita varie exponitur à Theologis. Cap. 6.

Eatenus solum in consecratione ratione huius sacrificij positam esse: quatenus sacrificium crucis ea repræsentatur, testimonijs Patrum ostenditur. Cap. 7.

Essentia huius sacrificij ex solamentis Christi repræsentatione optima ratione colligitur. Cap. 8.

Diluuntur obiecta aduersariorum. Cap. 9.

Oblationem illam, quæ quibusdam verbis fit à sacerdote ad rationẽ sacrificij nullo modo pertinere.

CAPVT I.

1 Status cõtrouersiæ

VM Sacrificium in vniuersum duobus modis vsurpari soleat, & pro re, quæ in sacrificium offerri dicitur, & pro ipsa actione immolandi, & sacrificandi, in hac præsenti controuersia de actione ipsa sacrificandi, nempe in quo formaliter consistat, præcipue differemus; inde tamẽ facile etiam cõstabit, quid sit illud, quod tamquam victima in sacrificium offerri dicitur, & quamuis multa sint, quæ Christum in vltima cœna, dum se in Sacramẽto Eucharistiæ Patri offerret, fecisse legimus, & de quibus maiori specie probabilitatis affirmari posset, ad essentiam sacrificij Missæ pertinere, aut totam rationem eius in illis positam esse, nihilominus non desunt Theologi, qui rationẽ huius sacrificij in ea actione constituant, qua Christum vsum fuisse non solum non constat, verum etiam, licet ea vsus fuisset, ad rationẽ, & essentiã sacrificij nullo modo spectare posset: tantum abest vt in ea tota ratio illius, vt ipsi contendunt, posita sit. Quidam igitur existimant, immolationem, & actionem sacrificij, de qua nunc præcipue disputamus, in illis verbis oblationis: *Offerimus præclaræ maiestati tuæ de tuis donis, ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, &c.* quæ sacerdos post consecrationem profert, positam esse. Pro hac sententia citatur ab aliquibus Cliclouæus lib. 2. contra Luther tũ cap. 16. & Henricus VIII. Rex Angliæ in assertionibus fidei contra Lutherum, Roffensis in earumdem defensione, Ekius lib. 3. de sacrificio Missæ cap. 9. & Albertus in 4. dist. 13. art. 14. Verum Albertus eo loco id nõ docet, cæteros autem ego non legi, eam tamen me quidem iudice docuerunt Sotus in 4. d. 13. quæst. 2. §. *Quæstionem*, versicul. *Si obiicis*, quem sequitur Gabriel in 4. eadem distinct. quæst. 1. artic. 3. dub. 2. in fine: asserunt enim oblationem ad rationem consecrationis non pertinere. Dedit autem rationem Gabriel, quia potest hoc Sacramentum à sacerdote consecrari, & non offerri, sicut potest etiam consecratum conseruari, & non offerri, quamuis aptum sit, vt offeratur. Quibus verbis sensit, Christum in hoc Sacramento non immolari, aut in sacrificium offerri, quando consecratur, sed quando verbis sacerdotis offertur expresse, quamuis simul, atque consecratus est, aptus sit, vt in sacrificiũ offerri possit. Sotus vero rationẽ subiungit his verbis: *offertur enim hostia non consecrata, & tunc est sacrificium, non Sacramentum, sicut Eucharistia cõsecrata, conseruata in pixide est Sacramentum, licet non vt ibi, sit sacrificium, nisi aptitudinaliter.* Ex quibus patet, Scotum, & Gabrielẽ, quod attinet ad consecrationem comparatam cum oblatione, quæ verbis citatis postea fit à sacerdote, eodem modo existimare, nempe, neque in actione consecrationis, neque in ipsa re, quæ permanet consecrata, consistere rationem, & actionem sacrificij, sed in ipsa oblatione, quæ verbis illis fit à sacer-

Prima opinio. 2

Cliclouæus. Henricus Rex Roffensis. Ekius. Albertus. Scotus.

Cabriel.

Gabrieli fundamentum.

Scoti ratio. 3

dote, licet res conſecrata, eo ipſo quod conſecratur, aut cõſecrata eſt, apta ſit, vt in ſacrificium offeratur, ac proinde actionem cõſecrationis eſſe ſolum præparationem quamdam ad immolationem, & ſacrificium Chriſti, quod fit in Miſſa, non autem eſſe ipſam immolationem, & ſacrificij actionem. Quod vero attinet ad oblationem, quæ fit ante cõſecrationem, Scotus plane dicet, in ea etiam ſacrificium, hoc eſt actionem ſacrificandi cõſiſtere, ſiquidem aſſerit eſſe ſacrificium, quando non eſt Sacramentum, ſicut etiam è contrario eſt Sacramentum, quando non eſt ſacrificium, exiſtimare autem non poteſt, eſſe idem omnino ſacrificium Miſſæ, cũ eo quod putat poſt conſecrationem fieri, quia nõ poteſt eadem res vtrobique offerri, ac proinde idem ſacrificium eſſe non poteſt. Ex quo etiam fit, vt Miſſæ ſacrificium non vnicum, ſed duplex ſit, alterum panis, & vini, alterum vero corporis, & ſanguinis Chriſti. Immerito tamen pro hac ſententia allegari ſolet Ruardus. Ruardus. artic. 16. nam, vt cap. 5. videbimus, in ſola conſecratione totam rationem ſacrificij ille conſtituit.

In conſecratione ſacrificium hoc nõ poſſe conſiſtere probatur.

Porro id in quo prædicti Autores conſentiunt, nempe, rationem ſacrificij in conſecratione poſitam non eſſe, ſed hanc actionem eſſe præparationem quandam ad ipſam oblationem ſacrificij, probatur primo: quia, ſicut incarnatio ipſa Verbi non potuit habere rationem ſacrificij, ſic etiam videtur, neq; conſecrationem habere poſſe: nam, ſicut per incarnationem fit aliquid ſacrum, nempe, humanitas Deitate ipſa vnita, & cõſecrata, nihil tamen per eam immolatur, ſed præparatur, vt in ſacrificium dignißimum offerri poſſit: ſic etiam conſecratio huius Sacramenti non erit immolatio, etiam ſi per illam fiat aliquid ſacrum, ſed præparatio alicuius, quod immolari poſſit. Hæc autem ratio vim præſertim haberet, ſi vera eſſet ſententia eorum, qui dicunt, conſecrationem Euchariſtiæ eſſe actionem quamdam, & productionem ipſius Chriſti, qualis fuit incarnatio, ſic enim eiuſdem omnino rationis erit: idemque videtur ſequi ſi dicamus, conſecrationem ſolum eſſe adductionem Chriſti in Euchariſtiam: nam ſicut adducere agnum non eſt ipſum immolare, ita etiam adducere Chriſtum non erit in ſacrificium ipſum offerre.

4

Secundo.

Secundo idem confirmari poteſt hac ratione. Omne ſacrificium eſt oblatio quædam, eo quod ſub oblatione tamquam ſpecies ſub genere continetur, vt ex præcedente diſputatione patet: nulla autem oblatio fit in conſecratione ipſa, neque vlla alia oblatio Chriſti in totà Miſſa inuenitur, niſi illa, quæ poſt conſecrationem illis verbis: *Offerimus præclaræ maieſtati tuæ, &c.* fit à ſacerdote: ergo ſacrificium Miſſæ non in conſecratione, ſed in illa oblatione conſiſtit. Verum ipſam conſecrationem non habere vim oblationis, patet: quia, ſi cõſecratio eſſet oblatio, & res oblata, conſecratio ſupponeret id, quod conſecratur, ſiquidem oblatio ſupponit id, quod offertur: cum igitur conſecratio non ſupponat id, quod conſecratur, ſequitur, non eſſe ipſam oblationem. Accedit etiam, quòd Cõcilium Tridentinum ſeſſione 23. cap. 2. & canone etiam primo, diſtinguere videtur actionem conſecrandi hoc Sacramentum Euchariſtiæ ab actione offerendi, in qua ratio ſacrificij poſita eſt, cum definit, traditam eſſe ſacerdotibus poteſtatem conſecrandi, offerendi, & miniſtrandi. Sicut enim actio cõſecrandi ab actione miniſtrandi planè differt, ita etiam ab actione offerendi differre debet: in forma autem, qua ordinatur ſacerdos nullius alterius actionis mentio fit, niſi oblationis: vt videre licet in Pontificali Romano, & refert Eugenius IIII. in decreto fidei, quod eſt poſt vltimam ſeſſionem Concilij Florentini §. *Sextum Sacramentum*, in hunc modum: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia Dei pro viuis, & mortuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, &c.*

5

Confirmatio ex Trident.

Eugen. 4.

Tertio.

Tertio probant aliqui, quia ſi in ſola conſecratione, & non in oblatione illa, quæ verbis fit, ratio ſacrificij conſiſteret, numquam eſſet ſacrificij celebratio ſine conſecratione: hoc autem eſt falſum: nam iuxta decretum ſextæ ſynodi canone 52. Trullano, & canone 49. Concilij Laodicenſis in diebus Quadrageſimæ, præterquàm in Sabbatho, & Dominica ſacrificandum erat ex præſanctificatis, ſicut etiam nunc obſeruat Eccleſia Latina in die Paraſceues, in qua non conſecrat, ſed panem conſecratum præcedentis diei in ſacrificium offert. Hoc ſane argumento probari videtur, non in ſola conſecratione, ſed aut in ipſa, & oblatione, ſeu conſumptione ſimul, aut in ſola oblatione illa, aut in ſola conſumptione rationem ſacrificij poſitam eſſe.

Trullanum. Laodicen.

Oblatio apud nõnullos eſt integra ratio ſacrificij. Soto. Caſtro.

Alij verò de oblatione, quæ verbis illis fit à ſacerdote, alio modo philoſophantur: fatentur enim in illa ſola totam eſſentiam ſacrificij non conſiſtere, eam tamen ad integritatem illius pertinere, ita docent Dominicus Sotus in 4. d. 13. q. 2. art. 1. §. *Sed rogas*. Alphõſus de Caſtro lib. aduerſus hæreſes verbo: *Miſſa*, hæreſ. 2. §. *Præteriſtam*, poſt mediũ Canus lib. 12. de locis cap. 13. §. *Quartum vero*, quos nonnulli Recentiores ſequuntur: differunt

Canus.

Canon. ferunt tamen inter se, quod Sotus, Canus, & alij Recentiores, præter consecrationem nō solam illam oblationem, quæ verbis illis fit à sacerdote, sed etiam alias deinde actiones ad integritatem, & essentiam sacrificij dicunt pertinere. At vero Alphonsus in consecratione, & oblatione illa totam essentiam sacrificij ita constituit, vt existimet, solam cōsecrationem sine illa oblatione ad integram, & veram rationem sacrificij minime sufficere, manducationem autē, & alias actiones ad illam non requiri. Quorum sanè sententia vtrouis modo intellecta, quod attinet ad oblationem illam, nulla alia peculiari ratione confirmari potest, nisi aliqua ex his, quas superius in hoc capite adduximus.

7

Vera sententia ab rationem sacrificij oblationem non admittat.

Ego vero nō modo cōtra Doctores prius memoratos censeo, in sola illa oblatione, quę post consecrationē verbis illis fit à sacerdote, totam essentiam huius sacrificij positam nō esse, verum etiam contra posteriores, eā oblationem ad essentiam sacrificij nullo modo pertinere, sed solum verbis illis oblationem prius in ipsa consecratione factam à sacerdote denotari. Quæ sententia primū probatur exemplo Christi, quem in vltima cœna se ipsum in sacrificium incruentum obtulisse fides catholica docet; at verbis aliquibus post consecrationem panis, & vini, se ipsum Patri obtulisse, certè nulla probabili ratione defēdi, aut affirmari potest: cumq; hoc ipso, quòd Ecclesia credit, Christum panem & vinum in corpus, & sanguinem suum conuertisse, credere etiam debeat se ipsum in sacrificium incruentum obtulisse, quis ambigat, obsecro, oblationem illam solis verbis post consecrationem factam, ad sacrificij essentiam minime pertinere? Deinde confirma ri potest, quia, aut inferius capit. 8. ostendemus, consecrationi corporis, & sanguinis Christi vera, & integra ratio sacrificij incruēti cōuenit: frustra igitur dicemus, in oblatione illa, quæ post cōsecrationē à sacerdote fit eam positam esse, aut talem oblationem ad illius integritatem, & essentiā postulabimus. Adde, quod vix intelligi, nedum explicari potest, quo pacto ex consecratione, & oblatione illa tota essentia sacrificij cōpleatur: nam si huius Sacramenti consecratio per se non sufficeret ad essentiam sacrificij, compleri non posset oblatione illa, quæ solis verbis fit, vt ad essentiam sacrificij perueniret aliquam quæcumque res consecrata, quæ sola sui consecratione vere non immolaretur, aut sacrificaretur, addita oblatione illa, quæ verbis fieret, immolari, & sacrificari vere dicerētur: & ita si quis calicem consecratum solis verbis tamquam sacrificium offerret, illum sacrificare, & immolare rectè diceretur, quod est plane falsum. Quod si tota essentia sacrificij in oblatione illa facta solis verbis consisteret, sequeretur quoque, quācumque rem etiam non prius consecratam, sed solum illis verbis oblatam, vere immolari, quod est absurdum: nam licet verbis illis offerri diceretur, eo quod ad oblationem nulla mutatio rei oblatæ, neque quidquam aliud eiusmodi requiritur: tamen sacrificari, aut immolari dici non posset: eo quod ad sacrificium, & immolationē aliqua immutatio, vel quid aliud peculiare loco immutationis requiritur, vt disputatione 220. cap. 3. diximus, & inferius fusius explicabimus, quo videlicet Deum autorem vitæ, & mortis profiteamur.

Probatur.

Secundo.

8

Tertio.

Postremo denique hæc nostra sententia, quod attinet ad hanc partem confirmari, & opposita confutari posset testimonijs Patrū, quibus cap. 5. ostendemus, in sola consecratione totam essentiam sacrificij, & oblationis positam esse, vbi etiam pro hac doctrina referemus Scolasticos Doctores.

Ex dicendis vltimo suadetur.

9

Reliquum erat, vt argumenta pro opposita sententia initio capitis adducta dissolueremus, omissis vero duobus prioribus, quibus aduersarij probare contendebant, rationem sacrificij in consecratione positam non esse, quę inferius cap. 9. diluemus: ad tertiū desumptum ex illo canone 52. Trullano, & 49. Concilij Laodicęni respondetur, ex illis oppositum potius probari: ibi enim nō dicitur (vt aliqui pro opposita sententia falsò referunt) in diebus Quadragesimæ, præterquam in Sabbatho, & Dominica sacrificandū esse ex præsanctificatis, sed in Trullano statuitur, vt fiat sacrum ministerium ex præsanctificatis, in Laodicęno verò, vt in Quadragesima panis, & vinum non offeratur, nempe, pro consecratione facienda, sed ex prę sanctificatis, hoc est, ex antea consecratis, sacru celebretur, sicut nunc Ecclesia Latina in die Parasceues facere consueuit. Nam prædicti canones data opera à voce sacrificij abstinuerunt, & voce sacri ministerij canon ille Trullanus vsus est, nempe, quod intelligerent, nullum tunc sacrificium Dęo offerri, sed sacrificium pridie oblatum solum consumi: quæ quidem actio rectè vocatur sacrum ministerium. Atque hinc etiam patet, ex prædictis canonibus nullum contra nostram sententiā argumentum desumi posse.

Responsio ad tertium argum.

Quod vero dixit Scotus, priorem illā oblationem nudi panis, & vini esse sacrificium, antequam fit Sacramentum: nulla sane speciem probabilitatis habet: tum quia sequeretur,

Reijcitur sententia Scoti.

tur, in Miſſa duo eſſe ſacrificia, quod nullus hactenus dixit; tũ etiam, quod per illam oblationem ſolis verbis factam, neque fit vlla immutatio in re oblata, neque quidquam aliud, quo Deum autorem vitæ, & mortis profiteamur, vt patet, ſed ſimpliciter tãtum offertur. Vtrum autem eodem ſacrificio ſimul cum corpore, & ſanguine Chriſti, panis, & vinum quoquo modo in ſacrificium offerri dicãtur, an non, infra dicemus.

Neque fractionem, neque diſtributionem huius Sacramenti ad eſſentiam ſacrificij ſpectare.

CAPVT II.

SVNT Præterea nonnulli Theologi, qui, licet non aſſerant, totam eſſentiam huius Sacramẽti in fractione poſitam eſſe, affirmant tamen, ſolam conſecrationem ad veram ſacrificij rationem non ſufficere, ſed ad eam etiam accedere debere fractionem: ita docuit Canus lib. 12. de locis cap. 13. §. illo: *Quantum vero*, Chriſtum autem hac actione vſum fuiſſe probat ex Euãgelio Matthæi 26. Marci 14. Lucæ 22. vbi legimus, Chriſtum hoc Sacramentum fregiſſe, vt diſcipulis ſuis illud diſtribueret. Vt autẽ oſtendat, eam ad eſſentiam ſacrificij pertinere, notat, diuerſo modo hæreticos Lutheranos vti fractione in cœna Domini, & Catholicam Eccleſiam in Miſſa: nã hæretici (inquit) frangentes panem, id tantum efficiunt, vt illum ſingulis diſtribuant, quatenus vnuſquiſque eorum aliquid illius participet, ad vero catholica Eccleſia hoſtiam conſecratam frangit, vt fractionem corporis Chriſti in cruce pro nobis ſignificet. Ad quod alludere viſus eſt Paulus 1. ad Cor. 11. cũ referens verba, quibus Chriſtus conſecrauit corpus ſuum, dixit: *Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradetur* nam pro *Tradetur*: in Græco eſt κλώμενον, ac ſi Latine dicas: *Quod frãgitur*. Nã cum de corpore Chriſti dicat, *Quod pro vobis frangitur* indicare videtur, in ipſa fractione actionẽ ſacrificij poſitam eſſe: illud enim, *Pro vobis* ſacrificium pro nobis oblatum, & non tantum Sacramentum pro nobis fractum, vt diſtribuatur, plane denotat. Id quod non obſcurè colligitur ex libro ſententiarum Proſperi, prout refertur: *De conſecratione*, d. 2. canone, *Cũ frãgitur*, vbi ſic dicitur: *Cum frangitur hoſtia, dũ ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quàm Dominici corporis in cruce immolatio, eiuſq; ſanguinis delatere effuſio deſignatur.* Quæ verba non citat, ſed habet Lancfrancus lib. de Euchariſtiæ Sacramento columna 14. in 4. aut 6. tomo Blibiothecæ ſacræ, in lib. autem ſententiarum Proſperi non inueniuntur. Simile quid habet Algerus lib. 1. de Sacramentis corporis, & ſanguinis Chriſti cap. 19. non longe à fine vbi ait. *Multo magis ipſi placitum, & glorioſum eſt, vt fidelium ſuorũ manibus deuote in Sacramento frangatur, dentibus atteratur (ſicut ipſe præcepit) in ſuam commemorationem: non vt in veritate quidem paſſionis, crucifixionis, mortis, vt ſupradictum eſt, ſed ſignificante myſterio: vt ipſe quidem fractus, & attritus integer permaneat, &c.* Nam, ſi ipſa fractio eſt commemoratio paſſionis Chriſti, & fractionis eius in cruce, habebit proculdubio rationem ſacrificij commemoratiui, non ſecus atque conſecratio, aut conſecratio ipſa nõ habebit: vel ſaltem ad rationem ſacrificij commemoraui, quale eſt ſacrificium Miſſæ, pertinebit. Denique S. Thomas 2. 2. q. 85. art. 3. ad 3. poſtquam dixit, eas res propriè in ſacrificium offerri, circa quas aliquit fit, adhibuit exemplum panis, qui frangitur.

Sententiam Cani nõnulli Recentiores ità ſequuntur, vt dicant, fractionem huius Sacramenti ad integritatem quidem ſacrificij, non autem ad eſſentiam illius pertinere, nempe, quòd ſine illa verum ſacrificium, licet non in tegrum, conſtare poſſit. Alij eodem modo philoſophantur de diſtributione huius Sacramenti, nimirum, vt etiam ad rationem ſacrificij pertineat: colligunt que ex ipſo facto Chriſti, qui, vt cõſtat ex Euangeliſtis locis citatis, non ſolum fregit hoc Sacramentum, ſed etiam diſtribuit, idemque vt facerẽt Apoſtoli, cæterique ipſorum ſucceſſores, præcepit.

Verà tamen ſententia eſt, neque in frãctione, neque in diſtributione huius Sacramenti veram rationem ſacrificij poſitam eſſe, neque vllam ex his actionibus ad verum, aut integrum ſacrificium pertinere. Et imprimis quidẽ nullum hactenus ego legi, qui aſſereret, totam eſſentiam ſacrificij in his dumtaxat duabus actionibus, aut in aliqua earum tantum ſitam eſſe, tametſi vtramque, aut alteram earum ad rationem ſacrificij ſpectare aliqui dicant, vt vidimus. Porro autem nullã illarum ad rationem, aut integritatem requiri, omnes docent, qui ſola conſecratione ſacrificium perfici affirmant, eos vero cap. 5. huius diſputationis referemus. De fractione autem id facile probari poteſt primam ex S. Thoma in hac q. 82. art. 6. ad. 6. ibi enim inquit,

10 Alio rum opinio. Canus. Probatur Matth. 26 Luc. 22. Mar. 14. 11 1. ad Cor. 11. Cõfirmãt ex Prolpe ro. 12 Lancfranc. Ex S. Thoma. Fractio ſe cũdũ alios ad integritatẽ ſacrificij pertinet quod aliqui etiã de diſtributione dixerunt. 13 Neque fractio, neq; diſtributio ad eſſentiã, aut integritatem huius ſacrificij ſpectant. Suaderur 1. ex S. Th.

quit, si casu contingat vt sacerdos non frangat hostiam consecratam, aut vnam partem ex tribus non mittat in calicem, & cum sanguine commisceat, nihilominus non manere imperfectum sacrificiũ, & ideo nihil repetẽdum esse. Ex quibus verbis non modo sequitur, fractionem, & missionem ad essentiam sacrificij non necessario pertinere, verũ etiã neque ad integritatem illius vllo modo spectare, cũ dicat S. Thomas, sine his actionibus imperfectum sacrificium non manere: nullus autem est, qui in hoc casu contra sententiam S. Thomæ dicat, aliquam harum actionum, tamquam ad essentiam sacrificij aliquo modo pertinentem, repetendam esse. Deinde confirmatur exemplo Christi, quem licèt legamus fregisse panem, tamen, vt probauimus supra disput. 196. cap. 3. non legitur fregisse post consecrationem, sed antea, fractio autẽ ante consecrationem ad rationem sacrificij incruenti Christi vllo modo pertinere non potuit: nam, si in ea aliquod sacrificij genus consisteret, illud esset sacrificium panis, non autem Christi; tum etiam, si ad aliquod genus sacrificij non essentialiter, sed tamquam pars integrãs, aut alio modo spectaret, non ad sacrificium Christi, sed alterius rei pertineret. Deinde cũ plena, & integra ratio sacrificij in sola consecratione corporis, & sanguinis Christi posita sit, vt capite 7. mõstrabimus, frustra vllam ex his actionibus adeam requiri dicemus. Adde, quod licèt aliquis laicus frangeret hoc Sacramentum, non ideo illud in sacrificium offerre diceretur, aut aliquid facere, quod ad essentiam, aut integritatem sacrificij pertineret: ergo neque sacerdos fractione ipsa sacrificare, aut complere sacrificium dicendus est. Nã vt ex disputatione 220. cap. 2. constat, vt aliqua actio veram habeat rationem sacrificij, parum interest, vtrum à sacerdote, an ab alia priuata persona offeratur, dummodo resita offeratur, vt ipsa oblatione sui Deum autorem vitæ, & mortis significet.

De distributione verò huius Sacramenti, quatenus à consumptione distinguitur, nullum video ex catholicis, qui dicat, ad rationem sacrificij aliquo modo pertinere, quinimo, quiid assereret, videretur in hæresim eorum, qui Missas priuatas condẽnant, in quibus videlicet solus presbyter communicat, incidere: quæ hæresis refellitur, & oppositа sententia definitur in Concilio Tridentino sessione. 23. cap. 6. & canone. 8. Nam si distributio huius Sacramenti ad rationẽ, & essentiam sacrificij aliquando pertineret, sequeretur, non licere Missam priuatam, hoc est, sine tali distributione celebrare, nihil enim illius quod ad rationem, & essentiam, aut integritatem sacrificij pertineret, omittere dicitum esset. Probant etiam idem nonnulli ex canone 1. sessione 21. Concilij Trídentini, in quo dicunt damnari eos, qui affirmant, hoc sacrificium offerri nihil aliud esse, quã Christum nobis ad manducandum dari. Verum in eo canone solum damnatur hæresis Lutheri, quam præcedente disputatio. cap. 2. retulimus, qui dicebat, Christum in hoc Sacramento, vere, & proprie non immolari, sed solum ad manducandum præberi. Cùm enim canones illi, sicut, & alij illius Concilij post definitionem catholicam in capitibus traditam, solum contra hæreses manifestas editi fuerint, vt constat ex vltimis capitibus cuiuscũque sessionis, & nulla hucusque præcesserit hæresis de essentia huius sacrificij, vt cõstat, sine fundamento dicemus, illum canonẽ cõtra prædictam sententiam de distributione editum fuisse. Porro autem in eo non damnari sententiam eorum, qui Missas priuatas, hoc est, sine distributione Eucharistiæ reprobabant, manifestum est: hæc enim, vt diximus, canon. 8. dãnatur. Verba autẽ canonis primi sunt: *Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum, & proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud quam nobis Christum ad manducandum dari, anathema sit.* Ex quibus constat, hæresim illam Lutheri negantis in hoc Sacramento verũ, & proprium sacrificium offerri, solum ibi damnari. Neque vero vlla specie probabilitatis dici potest, distributionẽ huius Sacramenti, ad perfectionem sacrificij ita pertinere, vt etiam si omittatur, verum, & integrum sacrificium permaneat: nam si ad integritatem illius saltem non pertinet, nõ videtur, qua ratione ad perfectionem illius spectare possit, nisi sicut cæteræ cæremoniæ, & orationes Missę. Argumenta vero pro oppositа sententia capite 9. diluemus.

Secundo Christi exemplo.

114

Tertio ex dicendis.

15

Nõ potest sustineri distributionem ad essentiam huius sacrificij spectare. Trident.

Non probatur ex canone 1. sessione 22. Trident.

Trident.

16

De consecratione huius Sacramenti comparata cum sacrificio varia sententia.

CAPVT III.

SCHOLASTICI Omnes, qui putant, consumptionem huius Sacramenti ad essentiam sacrificij aliquo modo pertinere, non eodẽ modo philosophantur: nonnulli enim eorum, autu-

autumant, hoc ſacrificium in conſecrationis actione poſitum non eſſe, ſed conſecrationem eſſe præparationem quamdam ad ſacrificium, ipſam vero rationem ſacrificij in ſola conſumptione conſiſtere. Ita mihi videtur docuiſſe Ledeſma 1. p. quarti q. 23. art. 4 in fine, cum ait, conſecrationem non eſſe de ratione ſacrificij, cum in Miſſa Paraſceues ſit verum ſacrificium, & non ſit conſecratio, & iuxta id, quod quęſierat in §. *Sed an ſacerdos*, & reſpondet in §. *Vnde colligo*, cum ait, numquam licere ſacerdotibus cõſecrare, quin ſumant hoc Sacramentum, cum non ſit ſolum Sacramentum, ſed ſacrificium, plane ſignificat, in ſola conſumptione totam eſſentiam ſacrificij ſitam eſſe. Pro hac ſententia nullum alium Autorem inuenire potui: ea vero ratione probari poteſt: quoniam, ſi ad rationẽ ſacrificij requiratur, vt in re oblata aliqua fiat rei, quæ offertur, immutatio, nulli alteri actioni Miſſæ ratio ſacrificij melius cõuenire poteſt, cum per conſumptionẽ aliqua fieri videatur in Chriſto immutatio. Si vero non requiritur immutatio rei oblatæ, multò etiã melius in ea conſiſtet ſacrificium incruentũ, cuius tota ratio in eo ſita videtur, vt cruentum ſacrificium repręſentet & commemoret, ipſa enim ſumptione Euchariſtię fit commemoratio paſſionis Chriſti, vt diſputatio. 211. cap. 1. ex Paulo 1. ad Cor. 11. probauimus. Quod ſi quis contendat, per conſecrationem etiam aliquam in Chriſto fieri immutationẽ, & paſſionem Chriſti commemorari, vt illa etiam ſit ſacrificium, videtur ſaltem negare non poſſe id, quod de conſumptione huius Sacramenti diximus: cumque dici nequeat, in Miſſa eſſe duplex ſacrificium, aut Chriſtũ bis immolari, potius dicendũ videtur, in ſola conſumptione rationem ſacrificij poſitam eſſe.

Sententia aſſtruens in ſola cõſumptione rationem ſacrificij poſitam eſſe *Ledeſma.*

17

Dictæ ſententiæ ratio.

1. ad Cor. 11

18

Alij vero ita de cõſumptione Sacramenti ſentiunt, vt aſſerant, ad rationem ſacrificij eam pertinere, licet tota ratio ſacrificij in ea ſita non ſit. Ita docent Dominicus Sotus in 4. d. 13. q. 1. art. 3. §. *Dubio ergo*, & q. 2. artic. 1. §. *Sed rogas*. Canus lib. 12. de locis cap. 12. §. illo: *Quartum vero*, quos alij Recentiores ſequuntur. Neque vero dicũt, conſumptionẽ Sacramenti ad integritatem ſolam, non ad eſſentiam pertinere, ſicut quidam de fractione dixerunt, vt cap. præcedente memorauimus, ſed vere ad eſſentiam illius ſpectare, ita vt ſola conſecratione ſine conſumptione verum ſacrificium Miſſę conſtare nequeat.

Ex ſententia aliorũ conſumptio eſt de ratione formali ſacrificij. *Sotus.* *Canus.*

Probant primo ex S. Thom.

Quę ſententia probari poteſt primum authoritate S. Thomę: nam q. 80. art. 12. ad 3. aſſerit, ſacerdotem nomine totius populi ſanguinem Chriſti ſumere: hoc autem verum non eſſet, niſi ſumptio ipſa aliquo modo ad rationem ſacrificij pertineret, & non tantum Sacramentalis eſſet. Et in præſente q. artic. 4, & artic. 6. ad 3. inquit, ſi contingat in calice conſecrato venenum eſſe, non debere ſumi, ſed in vaſculo quodam ſanguinem conſecratum reponendum eſſe, & iterum aliud vinum in ſanguinem conſecrari, ne Sacramẽtum imperfectum maneat, & vt ſacrificium perficiatur. Ex quo loco ſaltem colligi videtur, ſumptionẽ Sacramenti ad perfectionem integritatis pertinere: nam ſi nullo modo ad perfectionem illius pertineret, etiam ſi nam conſecraretur ſanguis, vt ſumeretur ſacrificium, integrum, & perfectum in ſola conſecratione fuiſſet. Deinde probat Canus ex canone illo: *Cum frangitur. De conſecratione* d. 2. quem cap. etiam 1. adduximus ad probandum, fractionem ad rationem ſacrificij pertinere, dicitur enim ibi, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, ſanguinis Chriſti effuſionem, nempe, factam in cruce deſignari: nam vt ſupra dicebamus, hoc ipſo, quod ipſa Chriſti paſſio in cruce hoc Sacramẽto ſignificatur, Deus vt Autor vitæ, & mortis colitur, ac proinde, id, quod paſſionem Chriſti ſignificat, rationem ſacrificij habere videtur. Deinde probat ex Concilio Toletano 12. canone 5. & refertur: *De conſecratione* d. 2. canone *Relatum*, vbi grauis pœna in eos ſacerdotes ſtatuitur, qui non toties communicant, & ſacrificium conſumunt, quoties ſacrificant: reddit autem Concilium rationem his verbis: *Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe cognoſcitur.* Et ita ſi quis ſacerdos poſt conſecrationem impediatur, vt conſumere non poſſit Sacramẽtũ, alius neceſſario debet ſubrogari, qui illud cõſumat, idque iure Diuino neceſſarium eſſe, omnes hactenus Theologi indicarunt.

19

Secundo ex canone *Cum frangitur.*

Tertio ex Toletano 12.

Poſtremò denique Recentiores, qui hanc ſententiam ſequuntur, eam confirmant definitione ſacrificij in vniuerſum, ad cuius eſſentiam, & rationem (inquiunt) requiritur, vt res, quę in ſacrificium offertur, deſtruatur. Ex qua definitione colligunt Abrahamum, licet colligaſſet filium ſuum, & ſuper aram cõſtituiſſet, & manum ad ipſum occidendum admouiſſet, nihilominus eum reipſa non ſacrificaſſe: quia reuera ipſum non occidit, neque deſtruxit. Cũ igitur in tota Miſſę actione non videatur eſſe alia realis deſtructio huius Sacramenti, niſi illius conſumptio, inferunt, eam ad rationem, & eſſentiam ſacrificij pertinere. Verum, quia tam laici, quam ſacerdotes edentes hoc Sacramentum, illud con-

Quarto á diffinitione ſacrificij.

20

consumunt. prædicti Theologi asserunt, cõsumptionem, quæ solùm fit à sacerdotibus in persona Christi, ad essentiam sacrificij spectare, cam verò, quæ fit à laicis, vel à sacerdotibus more laicorum communicantibus, nõ item; quia hæc nõ tã consumptio rei oblatæ, quam manducatio victimæ censetur. Neque obstat (inquit) quod hæc consumptio Sacramẽt facta à sacerdote nõ videatur fieri in nomine Christi, qui est primarius sacerdos: nã quãuis Christus non se manducet, neque per se consumat Sacramentum, tamen dici potest quodammodo consumere se ipsum, quia tradit se, vt consumatur, sicut etiam dicitur se ipsum in ara crucis immolasse, non quia se ipsum occiderit (cum tamen occisio esset ipsum sacrificium) sed quia se ipsum tradidit, vt ab alijs occideretur. Adde, quod in veteri lege ratio sacrificij, quod holocaustum dicebatur, in consumptione posita erat, quæ proximè non à sacerdote, sed ab igne fiebat, nihilominus ipse sacerdos victimam cremare dicebatur. Pro hac sententia citari potest Petrus Cluniacensis, dictus venerabilis lib. 1. epistolarum cap. *Contra id, quod dicunt, Missam nihil esse*, longè ante finem, vbi expresse hoc sacrificium constituit in fractione, manducatione, & alijs signis, quibus mortem Christi significari putat.

Petrus Cluniacensis.

21

Demum alij Recentiores Theologi, qui aperte sentiunt, totã essentiam huius sacrificij in sola consecratione positam esse: ita negant consumptionem huius Sacramenti ad essentiam sacrificij pertinere, vt etiam asserant ex sola Diuina institutione ad solam consecrationem rationem sacrificij redactam fuisse, ex vtraque tamẽ actione, nempe, consecratione, & consumptione, vnum sacrificium institui rectè potuisse: id quod hac ratione primum probãt: quia, quod hęc, aut illa res hoc, aut illo modo in sacrificium assumatur, pendet ex institutione: nihil autem repugnat, quominus vtraque illa actio pro vno sacrificio altaris à Christo institueretur, quin potius in vtraque (inquiũt) est magna aptitudo, vt ad vnum sacrificium simul concurrere possit, eo quod in vtraque sit maior quędam externa, & sensibilis mutatio, & consumptio rei oblatæ (vt argumentum pro sententia Ledesmæ factum conuincere videtur) & præterea sit maior aptitudo ad expressius significãdam mortem Christi, nimirum, vsque ad sepulturam, & effectum ipsius, quæ est sanctificatio nostra. Deinde id ipsum confirmant ex figura huius sacrificij, quæ præcessit in sacrificio Melchisedech, illud enim inquiũt, oblatum fuit absque vlla alia sensibili mutatione circa panem, & vinum, quæ offerebãtur, sola mutatione facta per esum, & potationem. Similiter ratio, & essentia iugis sacrificij agni, qui in figuram huius sacrificij Missæ in lege veteri quotidie offerebatur, posita videtur fuisse non in sola agni occisione, sed etiam in sumptione panis, & vini, quæ simul offerebantur, vt colligi videtur ex cap. 29. Exodi 28. Numerorum. Potrò autem, noluisse Christum, vt consumptio Sacramenti ad essentiam sacrificij pertineret, quamuis, non existiment certum, dicunt tamen verosimilius esse; primùm propter doctrinam Patrum, qui docent, in sola consecratione sacrificium positum esse: deinde, quia, si Christus voluisset consumptionem Sacramenti, factã à sacerdote, ad essentiam sacrificij spectare, illius proculdubio Euangelistæ expressam mentionem fecissent, eius autem expresse nõ meminerunt. Postremo, quia necesse nõ fuerit, vt pro integritate sacrificij consumptio Sacramenti institueretur, cum in sola consecratione ratio illius integra, & perfecta esse posset, cum eatenus hoc Sacramentum sit sacrificium, quatenus in eo mors Christi repræsentatur, in sola autẽ cõsecratione vtriusque speciei, ea perfectè repręsẽtetur. Quod enim (inquiunt) cõsumptione repręsentetur sepultura, & effectus passionis Christi, parum refert, quia sepultura Christi non pertinuit ad eius sacrificium, sed potius fuit testimonium quoddam mortis, in qua tota ratio sacrificij consumata fuit, ac proinde necesse non fuit consumptionem huius Sacramenti pro integritate, aut essentia huius sacrificij institui.

Exodi. 29. Numer. 28.

22

Argumenta pro altera partẽ huæ sentẽtię.

Ratio sacrificij secundum alios defacto cõsumptioni nõ conuenit, aptè tamẽ posset conuenire.

Prima ratio à priori vnius partis.

Secunda, ex figuris huius sacrificij desumpta.

Essentiam huius sacrificij in sola consumptione non consistere, neque ex illa constare, neque eam aptam esse, vt ad aliquod horum à Christo institueretur.

CAPVT IIII.

EGO verò existimo primum, in consumptione huius Sacramenti facta à sacerdote essentiam totam sacrificij non consistere: deinde, neque ad essentiam aut integritatem illius eam pertinere: postremò, aptam non esse vt ad aliquid

Trimembre Autoris placitũ

23

quid horum pro vnico ſacrificio Chriſti incruento inſtitueretur. Primum horum facile probari poteſt, tum quia vt infra oſtendemus ex ſententia Patrum, eſſentia huius ſacrificij in conſecratione conſiſtit, aut ſaltem conſecratio ad eſſentiam ſacrificij neceſſario pertinet: id quod ex definitione ſacrificij manifeſta etiam ratione monſtrabimus: ſi autem tota eſſentia illius in conſumptione cõſiſteret, nullo modo ad eſſentiam illius conſecratio pertineret: ſed eſſet velut quædam præparatio, ſine qua verum ſacrificium conſtare poteſt: tum etiam, quia ſi aliqua ratione tota ratio ſacrificij incruenti in conſumptione cõſiſteret, ea eſſet, quia per conſumptionem Sacramenti, non autem per conſecrationem res oblata immutaretur: at hæc ratio nihil certè momenti habet, primum, quia per ſolam manducationem ante corruptionem ſpecierum non deſinit eſſe corpus Chriſti ſub ſpeciebus, ſed eodem modo ſub illis manet, & ſolum mutatur ſecundum locum, dum per accidens cum ſpeciebus mouetur, quæ quidem mutatio minime ſufficit ad ſacrificium, vt conſtat: quare potius in corruptione ſpecierum, quam in manducatione hoc ſacrificium conſiſteret, quod nullus dixit, & manifeſte abſurdum eſt: inde enim ſequeretur fore, vt ſacrificium Chriſti incruentum non in altari fieret à ſacerdote, ſed in ſtomacho, quando in eo ſpecies corrumperentur, quod quidem interdum accidere poſſet tẽpore eo, quo ſacerdos ad menſam ſederet ad prandendum, quod eſt manifeſtè abſurdum. Deinde, quia etiam ipſa corruptione ſpecierũ in ipſo Chriſto, qui offertur in ſacrificiũ, nulla fit mutatio ſecundum eſſe, ſed tantũ ſecundũ modũ exiſtendi ſub ſpeciebus, eo quod ſub illis deſinit eſſe, quæ quidem apta non eſt, vt denoter Deum autorem vitæ, & mortis, prout ſacrificio denotari debet, aliquin quodcumque aliud genus conſumptionis huius Sacramẽti, quale eſſet per ignem, & quoduis aliud, per quod Chriſtus deſineret eſſe in hoc Sacramento, ſi fieret ex affectu colendi Deum, & ſignificandi ipſum, vt autorem vitæ, & mortis, ad hoc ſacrificium ſufficeret, quod eſt abſurdum. Adde, quod, vt inferius cap. 8. oſtẽdemus, ad hoc genus incruenti ſacrificij, neceſſaria non eſt immutatio rei, quæ offertur, frustra igitur eius eſſentia in conſumptione Sacramenti conſtituitur, vt aliqua in re immolata hat immutatio.

Primum membrum ſtabilitur primo excidendis.

Secundo deſtruendo oppoſitũ fundamentum.

Tertio quia in ſpeciebus ſolum fit illa mutatio.

24

Alterum, quod propoſuimus, probatur primo, quia, vt inferius oſtendemus, in ſola conſecratione tota ſignificatio neceſſaria, & ſufficiens ad eſſentiam ſacrificij perficitur: ergo conſumptio neceſſaria non eſt, vt in Miſſa Chriſtus offeratur, ac proinde, aut nullo modo ad eſſentiam ſacrificij pertinebit, aut ſi per eam denotatur idem, quod per conſecrationem, nempe Deus autor vitæ, & mortis, ſequitur, bis Chriſtum in Miſſa immolari. Deinde cõmuni quadam ratione hæc pars noſtræ ſententiæ, & precedens confirmatur, quia ſi in conſumptione tota ratio ſacrificij cõſiſteret, aut aliquo modo ad conſtituẽdam eſſentiam illius concurreret, ſequitur, laicos etiam, ſi vellẽt, poſſe Chriſtum incruẽto ſacrificio immolare, aut ad eum immolandum cum ſacerdote concurrere: quia non minus ipſi hoc Sacramentum conſumunt, quã ſacerdotes: dixi autem, ſi vellent, quia non quæcumque actio exterior, quamtumuis ad id idonea & apta ſit, ſufficit, vt res in ſacrificium offeratur, ſed requiritur intentio etiã offerentis, nempe, vt illam aſſumat ad denotandum Deum autorem vitæ, & mortis, ſicut etiam non quæcumque actio ex ſe apta, qualis eſt genuflexio, ſufficit ad cultũ adorationis, niſi ex animo ſubmiſsionis, & reuerẽtiæ proficiatur: nam eodem modo non ſufficit ad vere immolandum animal Deo, ipſum mactare, & occidere, ſed eo animo id fieri debet, vt colatur Deus. Quod vero aduerſarij dicunt, non quamcumque conſumtionem Sacramenti, ſed eam ſolum, quæ fit à ſacerdote, ad eſſentiã huius ſacrificij pertinere, nulla ratione efficaci confirmari poteſt: nam vt diſputatione 220. capite 2. probauimus, ad eſſentiam, & rationẽ ſacrificij, vt reipſa Deo verè exhibeatur, nõ eſt neceſſarius ſacerdos, qui publica autoritate ad hoc munus ſit conſtitutus, ſed quæcumque priuata perſona verum ſacrificium Deo offerre poteſt, licet ratione præcepti ei interdictum ſit hoc, ac proinde peccet, ſi illud offerat: offeret autem reipſa verum ſacrificium, ſi id, quod ex ſe hominibus ſignificare poteſt Deum autorem vitæ, & mortis, & ea animi intẽtione faciat, vt illa actione hoc ſignificare, & profiteri vellit: igitur, ſi immutatatio, quæ per cõſumptionẽ Sacramenti fit, ex ſe ſufficit ad ſignificandum Deum autorem vitæ, & mortis, ac proinde ad ſacrificium, aut ſaltem ad hoc concurrere poteſt cum conſecratione tamquã quid requiſitum ad ſacrificium, ſequitur, quam cũque priuatam perſonam hoc ipſo, quòd hoc Sacramentum conſumeret, Chriſtum ipſum incruento modo immolare, aut ad illius immolationem cõcurrere. Quod vero aſſerunt, laicos participantes hoc Sacramentum, non tam conſumere rem oblatam, vt ſacrificare dicantur, quàm de victima, & ſacrificio iam

Secundum momentum confirmatur primo.

25

Secundo, ab incõmodo.

Intentio ad ſacrificiũ requiritur.

28

Reſponſio rei ſitus.

pes

peracto mãducare nulla ratione probare poſſunt, ſi ſemel concedant, cõſumptionem huius Sacramenti in ſacerdote habere vim immutationis, qua hoc ſacrificium compleatur: hãc enim eodem modo habere poteſt, ſi fiat à laico, ſicut ſi fiat à ſacerdote. Demum, ſi ea ratione conſumptio huius Sacramẽti, quæ fit per mãducationem, pertineret ad hoc ſacrificium, quia per illam ſolam Chriſtus immutatur, & ad rationem ſacrificij immutatio rei oblatæ neceſſariò requiratur, ſequeretur conſumptionem huius Sacramenti non tantum requiri ad hoc ſacrificium, ſed totam huius ſacrificij rationem in ea poſitam eſſe: conſecrationem autem ſolùm eſſe præparationem quandam ad ſacrificium: nam illa omnia, quæ præcedunt occiſionem animalis, quod in ſacrificium offertur, ad eſſentiam ſacrificij non requiruntur, atque vt ſuperiùs dicebamus contra eos, qui huius ſacrificij eſſentiam totam in conſumptione cõſtituũt, ſi hoc genus immutationis ad hoc ſacrificium perficiẽdũ ſufficeret, immutatio etiã illius facta per ignẽ, & quæcumque alia, qua Chriſtus eſſe definit in Sacramẽto ad hoc ipſum ſufficiẽs eſſet, quod eſt abſurdũ. Denique vt ibidem dicebamus, cum hoc genus ſacrificij non requirat immutationem rei, quæ in ſacrificium offertur, fruſtra dicemus, conſumptionem Sacramenti ad ſacrificiũ requiri, vt res oblata aliquo modo immutetur.

Tertio.

27

Quarto.

Tertiùm denique, quod initio capitis cõtra tertiam opinionem præcedente capite memoratam pronunciauimus, non ſolùm efficaci ratione demonſtrari poteſt, verũ etiam facilè oſtẽdi, quo pacto Doctores illius tertiæ ſententiæ ſecum pugnantia doceant, & primò quidem, ſi conſumptio huius Sacramẽti a Chriſto inſtitui potuiſſet pro ſacrificio, quiſque etiam ſacerdos, imò, & laicus propria autoritate eam actionem pro ſacrificio aſſumere poſſet: ita vt verũ ſacrificium offerret, tametſi peccaret, quia id ei interdictum eſſet. Nam vt ſupra dicebamus, non eſt neceſſaria Diuina, aut publica inſtitutio pro ſacrificio, ſed quæcumque actio ex ſe idonea ad denotandum Deum autorem vitæ, & mortis, & hoc modò ipſum colendum, à quacumque perſona aſſumi poteſt. Quocirca licèt non conſtat nobis, hanc actionem à Chriſto fuiſſe inſtitutam pro ſacrificio, nihilominus à quocumque etiã laico pro ſacrificio aſſumi poſſet. Quòd ſi tota eſſentia huius ſacrificij in repræſentatione mortis Chriſti conſiſtit, vt Doctores illis fateri videtur, & in conſumptione expreſsiùs ea repræſentaretur abſq; alia Chriſti inſtitutione, in illa etiam eſſentia huius ſacrificij poſita eſſet.

Tertium membrum fundatur primo ab incommodo.

Secundò, licèt requireretur Diuina inſtitutio pro ſacrificio, nihilominus inſtitui non poſſet vtraque actio, nimirum conſecratio, & conſumptio pro vno ſacrificio, ſed hoc ipſo, quòd vtraque inſtitueretur, duplex eſſet ſacrificium, quia vtadueſarij fatentur, vnaquæque per ſe integrè denotat mortem Chriſti, & poſterior illa iuxta ſententiam ipſorum magis expreſſe: ergò ex vtraque illa non poſſet cõſtare vna ſignificatio, in qua eſſentia ſacrificij conſiſteret, ex duobus enim integris ſignis non poteſt vnum fieri. Et quidem, quod prior illa actio per ſe denotet mortem Chriſti, dubium non eſt, & nos inferiùs probabimus. Quòd verò poſterior actio eam etiam denotet, fatentur aduerſarij, cum aſſerunt, expreſsiùs per illã ſignificari. Tum etiam, cum dicunt, in ſolã immutatione rei, quæ fit per eſum, & potum poſſe ſacrificium illius conſiſtere, etiam fateri debent, potuiſſe à Chriſto inſtitui ſolam manducationem, & conſumptionem huius Sacramenti pro ſacrificio.

Secundo quia iam eſſet duplex ſacrificium.

28

Tertiò prædicti Doctores ſibi manifeſtè cõtradicunt, cũ ex vna parte affirmãt, in conſumptione Sacramẽti maiorẽ eſſe aptitudinẽ ad ſignificandam mortẽ Chriſti, cũ eam expreſſiùs denotare poſsit, ex alia verò parte dicũt, non fuiſſe neceſſe, conſumptionẽ Sacramenti pro ſacrificio inſtitui: eo quòd non denotet ipſam Chriſti mortẽ, in cuius ſignificatione hoc ſacrificium conſiſtit, ſed ſepulturam ipſam, quæ omnino extrinſeca fuit ſacrificio Chriſti, & ſolũ fuit teſtimonium quoddam paſſionis ipſius, ſicut etiã effectus paſſionis, qui per conſumptionẽ, & manducationẽ huius Sacramenti ſignificatur: hinc enim planè conſequitur multò minorẽ, imò nullam aptitudinem eſſe in ipſa manducatione Sacramẽti, vt pro ſacrificio inſtitueretur: nam ſignificatio vocum à ſignificatione rerũ hoc differt, quòd quæcumque vox ad quamlibet rẽ ſignificandam imponi poteſt, eo quòd in vocibus nulla ſit naturalis ſignificatio, nec minimum veſtigium illius, ſed tota ex hominum voluntate pendeat; at rerum ſignificatio in ipſarum certè natura fundamentum habet. Quo fit, vt non quæcumque res pro ſacrificio aptè inſtitui poſsit, ſed ea ſolum, quæ aliquam cum ſignificatũ ſacrificij proportionem ex ſe habet. Sicut autem ſepultura cadaueris occiſi, non eſſet apta pro ſacrificio, ita etiam, neque manducatio, quæ hanc ſepulturam tantùm ſignificaret.

Hæc doctrina ſecum non conuenit.

29

Diſcrimen inter vocũ & rerum ſignificationem.

Demũ, id, quod aſſerũt prædicti Doctores

ſuam ſententiam ſecundo loco confirmãtes nempe, panem, & vinum, quod obtulit Melchiſedech, & quod pro iugi ſacrificio quotidie offerebatur, nulla alia ſenſibili mutatione, niſi mãducatione, & potatione fuiſſe conſumptum, & mutatum, vt haberet rationem ſacrificij, falſum eſt: nam, vt conſtat ex locis ab eis citatis Exodi 29. & Numer. 28. pro iugi ſacrificio, præter agnum vnum, qui quotidie manè offerebatur, & alterum qui immolabatur ad veſperam, non offerebantur panes, ſed menſura quædam ſimilæ conſperſæ oleo, & menſura vini pro libamentis, ſeu condimentis ipſius agni. Offerebatur autem in holocauſtum, & ita cum prædictis libamentis totus comburebatur: Erat igitur ſacrificium huius agni in cõſumptione ipſius, & libamentorum ſimilæ conſperſæ oleo, & vini, quæ per ignem fiebat, non autem in manducatione, & potu. Sacrificium autem Melchiſedech, ſimiliter non fuit in eſu, & potu, alioquin, & milites Abrahæ etiam ſacrificaſſent, quia ex illo pane mãducarunt, & ex illo vino biberunt. Sed vt diſput. 220. cap. 3. notauimus, ſacrificium panis fuit in mutatione, quæ facta fuit in elibano; ſacrificium autem vini, aut fuit pro libamine cum alia re, quam ignoramus, aut in ipſa expreſsione vuæ, ſicut diſput. citata notauimus. Argumẽta verò, quæ capite præcedente adduximus ad probandum, cõſumptionem, & manducationem huius Sacramenti, aut eſſe totam eſſentiam ſacrificij, aut ad illam aliquo modo pertinere cap. 9. diluentur.

Exodi 29. & Numer. 28.

In ſacrificijs antiquis ante manducationẽ rei oblatæ erat immutatio.

30

In ſola conſecratione huius Sacramenti, totam eſſentiam huius ſacrificij poſitam eſſe, in vniuerſum probatur.

CAPVT V.

VERA Igitur ſententia eſt, totã eſſentiam huius ſacrificij in ſolã conſecratione Sacramenti ita cõſiſtere, vt nulla alia actio ad illius integritatem pertineat, ſed cætera omnia, quæ fiunt in Miſſa, aut pro illius præparatione ſint, aut aliquid conſequens, & poſterius. Verum quia tota eſſentia huius ſacrificij in repræſentatione mortis Chriſti, quæ fuit ſacrificium cruentum, à nobis conſtituenda eſt, & hæc non conſecratione vnius tantum ſpeciei, ſed vtriuſque ſimul repræſentatur: ideò dicimus, in conſecratione, non vnius tantum, ſed vtriuſque ſpeciei veram, & integram eſſentiam ſacrificij poſitam eſſe, in hoc autem capite prior pars, quæ eſt de conſecratione in vniuerſum autoritate ſolum nobis confirmanda eſt, in ſequentibus verò eam exactè exponemus, & poſteriorem partem probabimus.

Exponitur vera ſententia.

31

Ergo eſſentiam totam ſacrificij, in ſola conſecratione huius Sacramenti conſiſtere, ex Scholaſticis noſtris apertè ſenſit Sanctus Thomas, in hac quæſtione articulo 4. cum ait, verbis illis canonis, *Supra quæ propitio, &c.* ſacerdotem poſtulare à Deo, vt ſacrificium peractum, ſit ei acceptum; nihil autem aliud præceſſit, niſi conſecratio, & oblatio illa, quæ verbis fit à ſacerdote, ipſe autem non exiſtimauit in illis verbis peractũ fuiſſe ſacrificium, imò dixit per illa verba Canonis: *Vnde, & memores, &c.* ſub quibus continetur oblatio illa, excuſari præſumptionem ſacerdotis per obedientiam, quod ad mandatum Chriſti conſecrauerit, & obtulerit ſacrificium. Et quæſt. 82. artic. 4. ad primum, vbi inquit, conſecrationem Euchariſtiæ eſſe ſacrificium, & ideò debere ſacerdotem hoc Sacramentum conſecratum ſumere, vt de ſacrificio edat, ſicut quicumque offerens ſacrificium, de illo participare debet, vt dixerat in corpore articuli, & in ſolutione tertij idem apertè cenſet, cum dicit, nõ debere ſacerdotem ſumere hoc Sacramentum, quando in eo ſupra naturam apparet aliqua caro pueri, nec debere neceſſariò alias ſpecies conſecrare: negare autem non poſſet, tunc verum fuiſſe ſacrificium, etiam ſi ante oblationem caro illa appareret: nam in argumento id planè ſupponebat, vt probaret, ſacerdotem conſecrantem non ſemper debere ſacramẽtum ſumere, etiam ſi quicumque ſacrificium offert ex illo comedere debeat, vt in corpore articuli ex profeſſo docet. Quòd ſi nullum præceſsiſſet ſacrificium, argumentum profectò nullius momenti eſſet. Cum Sancto Thoma ex recẽtioribus Scholaſticis, & Theologis apertè ſentit Ruardus a 16. §. *Eamdem fidei veritatem*, poſt medium illius, quem aliqui falſò referunt pro prima opinione, vt capite 1, notauimus: ait enim, fieri non potuiſſe, vt Chriſtus conuerterit panem, & vinum, & non ſacrificauerit, & ex eo ſolum quòd illas ſubſtantias conuertit, colligit ipſum ſacrificaſſe, & vt alij etiam ſacrificarent, inſtituiſſe. Conſentiunt, etiam

S. Thomas.

32

Ruardus Tolet.

etiam Tiletanus, in Apologia catholicæ confutationis contra cauillationes Illirici cap. 15. §. *Ad hoc Sophisma*. fol. 278. & §. *Ego sine*, fol. 293. pagina secunda, & sequentibus. Gaspar Callaitus, libro secundo de sacrificio Missæ, capit. 25. Noster Franciscus Turrianus libro octauo constitutionum Apostolicarum cap. 5. num. 3. & cap. 14. & Guillelmus Alanus libro secundo de sacrificio cap. 15.

Callaitus. Turrian. Alanus.

Hanc sententiam perspicuis Patrum testimonijs confirmare possumus. Primum est Irenæi lib. quarto contra hæreses, capite 23. numer. septimo. *Sed, & suis discipulis, (nempe Christus) dans consilium, primitias Deo offerre, ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed vt ipse, nec infructuosi, nec ingratus sit, eum qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit dicens. Hoc est corpus meum, & calicem similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundùm nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti, nouam docuit oblationem.* Cum inquit, Christum noui testamenti nouam docuisse oblationem, planè intelligit, eisdem verbis illam nos docuisse, quibus ipse eam confecit, nempe illis: *Hoc est corpus meum.*

Irenæus.

Secundum testimonium sit Autoris sermonis de cœna Domini apud Cyprianum, aliquantulum à principio, vbi ita loquitur: *Sed ex quo à Domino dictum est, hæc est caro mea, & hic est sanguis meus, quotiescunque his verbis, & hæc fide actum est, panis iste substantialis, & calix benedictione solenni sacratus, ad totius hominis vitam, salutemque proficit, simul medicamentum, & holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existens*: perspicuè igitur sentit, eisdem verbis, quibus consecratur hoc Sacramentum, fieri medicamentum simul, & holocaustum, fit autem medicamentum, verbis consecrationis: ergò eisdem etiam fit victima, & holocaustum.

Pseudo Cyprianus.

Tertium testimonium, illudque valdè præclarum, sit Gregorij Nysseni, oratione prima de Christi resurrectione, colum. sexta, vbi cum dixisset, Christum, antequam Pilato à Iudæis traderetur immolandus sacrificio cruento in ara crucis, seipsum arcano quodam sacrificij genere, (nempe, incruenti) nobis tradidisse, subiungit in hunc modum. *Quando id præstitit? cùm corpus suum discipulis congregatis edendum, & sanguinem bibendum præbuit, tunc apertè declarauit agni sacrificium, iam esse perfectum: nam victima corpus non est ad edendum idoneum, si animatum sit. Quare, cùm corpus edendum, & sanguinem bibendum discipulis exhibuit, iam arcana, & non assequabili ratione corpus erat immolatum, vt ipsius mysterium peragentis potestate collibuerat.* Ex quibus verbis patet, iuxta sententiam Nysseni, antequam corpus Christi traderetur discipulis edendum, iam incruento modo à Christo fuisse immolatum: nihil autem antea præcesserat, nisi consecratio: nam quod præcesserit aliqua oblatio, quæ post consecrationem à Christo solis verbis facta fuerit, nulla ratione probari potest: sicut etiã constare nequit, Christum seipsum sub Sacramento manducasse, antequam discipulis edendum præberet. Adde, quòd, licet Christus seipsum manducasset, antequam discipulis manducandum præbuisset, iuxta sententiam Nysseni iam prius immolatus esse deberet, vt se manducaret, cum caro animata ad manducandum non sit idonea, ac proinde immolata, hoc est, aliquo modo prius occisa, nempe cruento, aut arcano, & incruento modo, esse debebat: hac enim ratione probauit Nyssenus, priusquàm Christus traderet carnem suam discipulis, vt ex illa ederent arcano illo modo; hoc est, incruento, fuisse immolatam, hoc est, occisam; non quia reuera occisa esset, sed quia vt occisa, ipsa consecratione repræsentabatur, siquidem in ea passio Christi recolitur, & repræsentatur. Porrò autem Nyssenum immolationem, quam dixit debuisse priorem esse, & precedere manducationem, accepisse pro occisione, patet: quia illam opposuit animationi corporis, & per eam dixit aptam reddi carnem Christi, vt manducari posset, quæ animata, apta non esset, vt ederetur; vocat tamen immolationem, hoc est, occisionem arcanam, quia solum fuit occisio mystica secundùm repræsentationem. Ex qua etiam ratione colligitur eadem sententia, quàm diximus, hoc syllogismo: quia tunc primum caro Christi redditur idonea, vt manducetur, cum primùm arcano illo, & mystico modo non est animata: atqui tunc primùm redditur idonea, vt manducetur, cũ primùm immolatur, ergo tunc primùm immolatur, cùm primùm arcano illo modo non est animata. Quæ sanè forma arguendi iuxta Logicæ regulas euidens est. Maior autem, & minor sunt ipsius Nysseni, & expressæ verbis illis citatis. *Cum corpus suum discipulis congregatis edendum præbuit, tunc apertè declarauit, agni sacrificium iam esse perfectum: nam victima, corpus non est idoneum, si animatum sit.* Hic enim pro eodem accipit, non idoneum ad manducandum, & animatum, ac proinde contra idoneum ad manducandum

Nyssenus.

Euidens ex Nysseno demõstratio ad iam probandum.

dum intelligit non animatum, ſeu occiſum, & hoc inquit effectum fuiſſe, cum ſacrificium fuit perfectum. Per occiſum autem in ſacrificium, vt non ſit animatum, ſed idoneum ad manducandum, non intelligit occiſum cruenta mactatione, ſed myſtica, vt verba illa ſequentia declarant: *Quare cum corpus, &c.* Iam verò concluſione prædicti ſyllogiſmi aſſumpta pro maiori, conficiemus alium, vt noſtram ſententiam pro concluſione inferamus in hunc modum. Cum primùm corpus Chriſti arcano illo modo eſt non animatum, ſed occiſum, tunc primùm in ſacrificium omninò immolatur: per verba autem conſecrationis primùm corpus Chriſti arcano illo modo eſt non animatum, ſed occiſum, ergò per verba conſecrationis omninò immolatur. Qui ſanè ſyllogiſmus non minus euidens eſt; maior verò fuit concluſio præcedentis: minor autem indubitata omnibus eſt: nam ipſa ſola conſecratione, quæ fit per verba Chriſti, repræſentatur corpus Chriſti mortuum (etiam ſi ſub ſpeciebus vinum contineatur) hoc ipſo, quod corpus, & ſanguis ſeparatim per ſe conſecrantur. Præterea planum eſt apud Nyſſenum, antequam manducetur corpus Chriſti, repræſentari ipſam mortem Chriſti: nihil autem intercedit, in quo poſſet ſpecie aliqua probabilitatis ſacrificium hoc collocari, niſi oblatio illa, quæ fit à ſacerdote illis verbis: *Offerimus præclaræ maieſtati, &c.* hæc autem non repræſentat primùm mortem Chriſti, quinimò iam eam myſticè repræſentatam ſupponit.

Quartum teſtimonium ſit Gregorij Magni libro quarto dialogorum, capit. 18. vbi ita ſcribit: *Quis enim fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora, ad ſacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio, Angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cœleſtibus iungi, vnum quoque ex viſibilibus, atque inuiſibilibus fieri?* Vocat ipſam immolationis horam momentum ipſum immolationis, & ſacrificij, non quidem incipiendi, ſed peragendi; alioquin non vocaret ipſam immolationis horam, quaſi totum tempus ſacrificij, hoc modo loquendi comprehendens: certum autem eſt, illa omnia, quæ dicit Gregorius fieri in ipſo momento, quo verborum ſacerdotis prolatio finitur, & virtute illorum fit conſecratio, nempè, cœlos quaſi aperiri, vt Chriſtus, qui eſt, & manet in cœlis, ſub ſpeciebus panis, & vini verè incipiat eſſe, & ratione tãti myſterij, quod in tota Miſſa maximum eſt, chorus Angelorum aſsiſtere, ima ſummis, terrena cœleſtibus, hoc eſt, ſpecies panis, & vini, corpori, & ſanguini Chriſti cõiungi, & ex ſpeciebus viſibilibus, & corpore, atque ſanguine Chriſti inuiſibili modo exiſtentibus, vnum fieri Sacramentum: ipſa igitur conſecratio panis, & vini, eſt verum Chriſti ſacrificium, & immolatio.

Sextum teſtimonium eſt Iſidori libro ſexto Etymologiarum, ſeu originum cap. 19. quod eſt de officijs. §. *Sacrificium dictum,* vbi ſic ait: *Sacrificium dictum, quaſi ſactum factum, quia prece myſtica conſecratur in memoriam pro nobis Dominicæ paſſionis. Vnde hoc eo iubente corpus Chriſti, & ſanguinem dicimus, quod, dum ſit ex fructibus terræ, ſanctificatur, & fit Sacramentum, operante inuiſibiliter ſpiritu Dei.* Quibus verbis planè ſignificat, hoc ſacrificium, tunc fieri cum prece myſtica corpus, & ſanguis Chriſti conſecratur. Vocat autem myſticam precem verba conſecrationis, ſicut etiam alij Patres, quia per modum impetrationis, & orationis operantur.

Omnium tamen præclariſsimum teſtimonium eſt, quod noſter Franciſcus Turrianus, in capite 50. libri 8. Apoſtolicarum conſtitutionum Clementis citat ex Simeone Theſſalonicenſi, lib. de myſterijs Eccleſiæ capite 23. vbi quærit, quando hæc munera ſacrificantur, an ante conſecrationem, an poſt conſecrationem, & reſpondet his verbis: *Nec ante conſecrationem, nec poſt conſecrationem, ſed in ipſa conſecratione: tunc enim fit mutatio ex pane non mactato in corpus Chriſti, quod verè fuit mactatum, ſicut ſacrificium eius, tunc fit cum in eo fit mutatio, ex non mactata in mactatam.* Eamdem omnino verbis expreſſam habet Nicolaus Cabaſilas, in expoſitione Liturgiæ capit. 32. in quarto, aut ſexto tomo Bibliothecæ ſacræ, quæ hic recitare opus non eſt; quinimo, vt capite ſexto dicemus, eandem omnino ſequutus fuit rationem, vt explicaret, in quo ratio huius incruenti ſacrificij conſiſteret. Mitto alia plura teſtimonia Patrum, & Conciliorum, quæ pro hac noſtra ſententia, abſque fundamento allegari ſolent, atque vnica ſolùm ratione eam in vniuerſum confirmo. Quia hoc Sacramentum cãrens eſt ſacrificium, quãtenus mortem Chriſti repræſentat: atqui repræſentat mortem Chriſti eo ipſo: quòd panis, & vinum conuertuntur in carnem, & ſanguinem Chriſti, ergò eo ipſo quòd fit conuerſio, fit ſacrificium. Maior propoſitio huius rationis eſt Algeri libro primo, de Sacramentis corporis, & ſanguinis Chriſti, capite decimo ſexto, non longè à principio, vbi dicit, ſacrificium altaris eſſe exemplum

Iſidorus.

Simon Theſſalon.

Cabaſilas.

Ratio.

Algerus.

exemplum illius, quod in cruce oblatum est, & ita nos quotidie in altari ad recordationem mortis Christi sacrificium offerre. Et post multa, quibus hoc idem repetit columna tertia adducit testimonium Gregorij libro quarto Dialogorum capit. 58. quod nos superiùs allegauimus, vt probet, hanc altaris immolationem, non vero, sed imaginario actu passionis, & mortis fieri, & tamen veram salutem operari. Nam inter alia ibi de hoc sacrificio, ita inquit: *Hinc ergo pensemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti Filij semper imitatur?* Subdit deinde Algerus explicans, verba Gregorij. *Quamuis ergo non dixerit, passionem vnigeniti operatur verè, sed imitatur imaginarie, tamen testatur illam victimam, nos verè ab aterno interitu saluare*, eamdem propositionem confirmare possumus testimonio Chrysostomi, quod ex Ambrosio citat Algerus capite illo 16. & est autoris commentariorum in Epistolam ad Hebræos apud Ambrosium, eisdem ferè verbis, vt capite septimo etiam dicemus. Verba autem Chrysostomi homilia 17. in Epistolam ad Hebræos circa finem sunt: *Hoc autem, quod facimus,* (nempe sacrificium) *in commemorationem quidem fit eius quod factum est.* Et infra: *Non aliud sacrificium, sicut Pontifex:* (videlicet, non est alius) *sed ipsum semper facimus magis autem recordationem sacrificij operamur*, hoc est, potius hoc nostro sacrificio recolimus passionem Christi, quam ipsam reipsa operamur. In eundem sensum Cyprianus lib. 2. Epistolar. epistola 3. quæ nunc in ordine est 63. longè ante finem, scripsit hoc modo: *Et quia passionis eius mentionem in sacrificijs omnibus facimus (passio est enim Dominni sacrificium, quod offerimus) nihil aliud quàm quod ille fecit facere debemus.* Cum dicit, passionem Christi esse, quam offerimus, non de ipsa passione cruenta, & reipsa tolerata loquitur, sed de ipsa in commemoratione, & repræsentatione. Constat igitur maior propositio, quam in prædicta ratione assumpsimus; minor autem nulli dubia est, & infra disputatione sequēte manifestè probabitur. Quo modo autem ipsa consecratio vim habeat oblationis, & sacerdotes eo ipso, quod accipiunt potestatem consecrandi, accipiant eriam offerendi, dicemus

Gregorius. 40 Chrysostom. Cyprianus. 41

cap. 7.

Vera ratio sacrificij in consecratione posita, variè exponitur à Theologis.

CAPVT VI.

TAMETSI Doctores allegati in præcedente dubio, & Recentiores alij non pauci in eo conueniant, quod diximus, nempe, totam rationem sacrificij in sola consecratione positam esse, variant tamen in explicanda ratione sacrificij, quam in consecratione esse dicunt. Huius verò varietatis causa fuit difficultas orta ex ipsa definitione sacrificij; cum enim in ea dicatur, ad rationem, & essentiam sacrificij pertinere, vt res, quæ offertur, aliquo modo immutetur, & in corpore, & sanguine Christi, quæ in hoc Sacramento offerri dicuntur, nulla videatur esse immutatio, qualis ad sacrificium requiritur: Patres, & Theologi, qui prædictam sequuntur sententiam, vt huic difficultati satisfacerent, rationem huius sacrificij in consecratione positi, variè explicarunt. 42

Primus modus explicandi veram sentẽtiam.

Primò igitur Simeon Thessalonicensis, & Nicolaus Cabasilas locis citatis, in præcedenti capite existimarunt, ideo consecrationem huius Sacramenti esse sacrificium, quia per illam ex pane non mactato, in corpus Christi mactatum, fit mutatio, sicut per sacrificium ouis, ex oue non mactata. Subiungit verò Nicolaus Cabasilas, hæc verba: *Vnde, quemadmodum in oue mutatio verè sacrificium operatur, ita iam hic propter hanc mutationem,* (nempe, à pane non mactato, in corpus Christi mactatum) *id quod peragitur, verum est sacrificium: mutatur enim non in figuram, sed in rem mactationis in ipsum corpus Christi, quod sacrificatum est. Sed, si panis quidem manens fuisset sacrificatus, panis esset, qui mactationem suscepit, & fuisset mactatio tunc panis sacrificium. Quoniam autem vtraque mutata sunt, & insacrificatum, & panis, & factus est pro insacrificato quidem sacrificatus, pro pane autem corpus Christi, propterea mactatio illa, non in pane, sed tam-* 43

Simeon Thessal. Cabasilas.

quam in subiecto considerata corpore Christi, non panis, sed Agni Dei sacrificium, & est, & dicitur. Quid significet prioribus illis verbis, manifestum est: eorum vero verborum; *Sed si panis, &c.* sensus est, sed si aliquid substantiæ panis maneret, quod mactationem panis, & mutationem in se reciperet, verè ipsius panis sacrificium esset: quia verò id quod erat panis, & quod erat in sacrificatum, in ipso pane omnino destruitur, ita vt nihil horum maneat, & pro insacrificato, quod erat in pane, & pro ipso pane fit corpus Christi, & sacrificatum, nempe, quod fuit in corpore Christi, ideo hoc sacrificium non panis, sed corporis Christi est, & dicitur esse.

Reijcitur primo. Hic tamen modus explicandi rationem sacrificij difficilis admodũ est. Primo quia si ad rationem sacrificij mutatio rei, quæ in sacrificium offertur, necessaria esset, certè non sufficeret panem in rem iam mactatam conuerti, vt conuersio ipsa sacrificium diceretur: etenim si panis cõuerteretur in ouem iam occisam, pro sacrificio non sufficeret præterita illius occisio, vt talis conuersio immolatio, aut sacrificium diceretur (loquor autem de sacrificio non pro re oblata, sed pro ipsa oblatione) nam si sermo sit de sacrificio pro re oblata, ouis occisa in quam conuerteretur panis, sacrificium rectè vocaretur, atque eadem ratione licet id in quod nunc panis, & vinum conuertitur rectè dici posset sacrificium pro re oblata, tamen non rectè diceretur sacrificium pro ipsa oblatione, de quo præsens est controuersia.

44

Secundo Deinde si ea sola de causa conuersio illa panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi sacrificium vocaretur, nulla ratione dici posset, Christum in cœna vltima se ipsum in sacrificium obtulisse: quia, licèt panem conuerterit in corpus suum, tamen non conuertit, non sacrificatum in sacrificatum, sed in sacrificandum, cum corpus eius nondum sacrificatum, sed sacrificandum esset: ex eo autem, quòd conuerteret panem in rem sacrificandam, non sequeretur, ipsum vllo modo sacrificasse: at Christum in cœna vltima se ipsum in sacrificium obtulisse, definit certè Concilium Tridentinum, sessione 22. cap. 1. & nemo est catholicorum, qui dubitet. Adde, quòd ea ratione nunc etiam sacerdotes non dicerentur offerre in Missa corpus, & sanguinem Christi in sacrificium, licet sacrificium capiatur pro re oblata, non autem pro ipsa oblatione: quoniam, vt res oblata semel in sacrificium, victima, & sacrificium dicatur, manere debet sub eo statu mutationis, per quam in sacrificium oblata fuit, nempe, vt ouis dicatur victima, & sacrificium, manere debet occisa, quia per occisionem oblata in sacrificium fuit: si autem iterum in vitam reuocaretur, non diceretur vllo modo esse sacrificium, sed fuisse, & ex illa iterum occisa cuilibet edere liceret, quia sub statu sacrificij non maneret. Similiter etiam si post occisionem in puluerem, aut aliam substantiam per corruptionem mutaretur, non vocaretur sacrificium, vt patet: ergò quamuis corpus Christi, existens sub speciebus Eucharistiæ per mortem, & mactationem cruentam fuerit immolatum in cruce, & in illud ipsum, quod in cruce cruento modo immolatum est, panis conuertatur; nihilominus ea ratione iam vocari nõ posset sacrificium, etiam pro re oblata, quia non maneret sub statu illius mutationis, per quam sacrificatum, & immolatum fuit. Restat igitur, rationem assignatam à prædictis Doctoribus sufficientem non esse, vt oblatio Missæ sacrificium appelletur, nimirũ, quod non sacrificatum, in sacrificatum conuertatur.

Tridenti.

45

Secundò nonnulli Theologi huius ætatis, ita explicant rationem sacrificij Missæ, vt consistat in actione, quæ sit potius alicuius effectio, & productio, quàm occisio, seu immutatio: atque hoc esse discrimen affirmant, inter sacrificia antiquæ legis, & hoc sacrificium legis nouæ, quòd sacrificia antiquæ, consisterent in immutatione, seu occisione rei, quæ offerebatur, hoc vero sacrificium nouæ legis in productione positum sit, ac proinde in illis antiquis sacrificijs rem, quæ præcipuè offerebatur, fuisse illam, quæ occidebatur, aut immutabatur: id verò quod inde remanebat consequenter in honorem Dei offerri, & adoleri consueuisse. At verò in nostro sacrificio Missæ, licet substantia panis, & vini destruatur, præcipuè tamen effici, & super altare Dei corpus, & sanguinem Christi collocari, ideòque præcipuè, & simpliciter Christum offerri. Ex quo colligunt, non esse necesse, vt res, quæ in sacrificio immutatur, sit quæ præcipuè offertur, si cum ea sit res alia producta dignior, & ad cultum Dei magis idonea, ad quam tota actio sacrificij ex se, & ex intentione offerentis præcipuè spectat.

Secundus modus explicandi.

66

Cæterùm, quamuis verum sit, nec panem, nec

nec vinum esse id, quod vt sacrificium Missæ simpliciter offertur, etiamsi secundum se tota in corpus, & sanguinem Christi conuertantur, sed Christum absque vlla immutatione sufficiente ad sacrificium, quam in se recipiat; tamen hoc modo vera ratio sacrificij, quæ est in oblatione Missæ non satis explicatur: nam, si ad rationem sacrificij necessarium non esset, vt res quæ in sacrificium offertur, immutetur, sed satis esset, vt aliquid aliud, quod esset minus dignum in illam conuerteretur, sequeretur planè, fore vt eo ipso quod lignum aliquod in ouē cōuerteretur, verè, & propriè sacrificium esset: siquidem mutatio ligni fieret in ouem, quæ dignior est, & multo magis ad cultum Dei pertinet. At respondent primum aduersarij, conuersionem illam in ouem fore quidem verè, & propriè sacrificium, si aliquid sacrum circa ouem etiam sine illius mactatione fieret, nempe, si aliquo ritu benediceretur, aut in cultum Dei cōsecraretur: eo quòd censent, ad rationem sacrificij minime requiri physicam, & realem immutationē rei oblatæ, sed solum vt circa rem oblatam aliquid sacrum fiat, quo Diuinam excellentiam profiteri possimus: id quod sine physica, & reali immutatione fieri posse, manifeste patet. Confirmant autem exemplo sacrificij panum, cuius fit mentio Leuitici 23. & 24. nā panes sine sui reali immutatione in sacrificiū offerri consueuisse videntur.

Non probatur prædicta explicatio

47

Prima Aduersariorū solutio.

Leuit. 23. 24

Verùm hoc modo non solum nouam sacrificij definitionem introducere nos, sed etiam multa dici deberent Deo in sacrificium offerri, quibus iuxta communem modum loquendi, & philosophandi ratio sacrificij non conueniret. Primùm quidem hanc esse nouam sacrificij definitionem, nulli dubium esse potest. Deinde, fore, vt iuxta illam multa dici deberent sacrificia, quibus ratio sacrificij non conueniret, probatur, nam si lignum conuerterenur in calicem, aut aliam rem consecratam, sacrificium, planè vocari deberet: eo quod vna res in aliā non simplicem, sed consecratam, & aptam ad profitendam Dei excellentiam conuerteretur; quinimo ipsa calicis, aut alterius rei consecratio, sine conuersione alterius in ipsam sacrificium rectè vocaretur, quia per illam aliquid sacrum circa calicē fieret, per quod Diuinam excellentiā profiteremur, eoquòd conuersio alterius substātiæ in calicē, aut in aliā rem consecratam, iuxta hanc sententiam ad essentiam sacrificij minimè pertinet, sed est aliquid consequens, aut accidentariè coniunctum essentiæ, & rationi sacrificij; siquidem

Confutatur.

48

prædicti Doctores asserunt, talis cōuersionis sacrificiū non in mutatione, aut corruptione rei, quæ conuertitur, sed in productione illius, in quā cōuertitur, positū esse. Præterea exemplum sacrificij panū propositionū, responsum aduersariorum minimè confirmat, quoniam vt disput. 220. c. 3. notauimus, illa sacrificia nō erant sine immutatione rei oblatæ, siquidem sacrificiū panis in clibano fiebat, vbi massa ex similia immutabatur.

Secunda solutio insufficiens.

Deinde hoc responso non omnino contenti asserunt, non esse eamdem rationem conuersionis substantię alicuius in agnum, aut ouem, vt sacrificium dicatur, & conuersionis panis in corpus Christi, vt dicatur in sacrificium offerri: quia agnus, aut ouis illa non præsentaretur Deo per actionem sacram, per quam ipsa efficeretur, & produceretur in honorem Dei, nec repræsentaretur simul sacrificium aliquod cruentum ipsius; contrà verò Christus in Eucharistia producitur per actionem sacrā in honorem Dei, & simul per illam sacrificium cruentum ipsius repræsentatur. Verum non explicant prædicti Theologi, quo pacto repræsentatio illa sacrificij cruenti in conuersione panis, in corpus Christi, verum, & reale sacrificium constituat, ob cuius defectum conuersio illa, quæ fieret alicuius substantiæ in agnū, sacrificiū nó esset, tametsi hoc modo facile explicari posset, vt sequēte capite videbimus, ita vt in sola illa vera ratio sacrificij consisteret, sicut nunc etiam in simili repræsentatione, ratio sacrificij altaris posita est. Neq; verò solùm in ea repræsentatione incruentū sacrificium Missæ consistit; verùm etiam ad illius essentiam, & rationem actio illa sacra, per quā Christus iuxta horū sententiam producitur, nullo modo pertinet: quia, siue dicamus Christum in Eucharistia per verba consecrationis produci, siue non, eodē modo incruento sacrificio cum immolari fatendum est, & iuxta sententiam eorum, qui asserunt per conuersionē panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, nō produci Christum secundū substantiam in Eucharistia, non minus defendi potest, esse sacrificium incruentum oblationem Christi in Eucharistia, quam iuxta opinionem illorum, qui dicunt, per conuersionem substantiam corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia produci.

49

Postremò respondent, Deū non minus posse, eiusque suprema potestatē, & dominiū non minus significari per actionē, qua res aliqua Deo grata producatur, præsertim si actio supernaturalis sit, quàm per actionem, per quam res destruatur; atque in hoc genere

Tertia.

cultus rationem ſacrificij cõſiſtere: ac proin de, licèt concederemus, ad rationem ſacrificij neceſſariam eſſe aliquam immutationem, minimè (inquiunt) conſequeretur, eam eſſe neceſſariam in re, quæ in ſacrificium offertur. Verum hoc reſponſum nó minus facile refelli poteſt. Primùm quidem: quia, ſi ratio ſacrificij in ſola productione ſupernaturali rei Deo gratæ conſiſtere poſſet, ſequeretur, ipſam actionem, qua Chriſtus extra Sacramentum produceretur, eodem modo ſacrificium fore, ſiquidem eſſet productio rei Deo gratæ, & ſupernaturalis, non quatenus à Deo procederet: ſic enim non haberet rationem cultus Dei; ſed quatenus ab aliquo homine vt inſtrumento oriretur, ſicut nunc etiam iuxta ipſorum ſententiá in conuerſione Euchariſtiæ: ſimiliter etiam ſuſcitatio mortui facta ab homine vt inſtrumento Dei eſſet ſacrificium, quia eſſet productio ſupernaturalis alicuius rei Deo gratæ, quæ duo nullus concedet. Deinde, quia ſecundum verá ſententiam, quam diſput. 181. cap. 11. ſequuti ſumus, Chriſtus in Euchariſtia ſecundum eſſe ſubſtantiale ipſius non producitur, & iuxta illam non minus dicendum eſt, Chriſtum in Euchariſtia immolari, quam iuxta opinionẽ eorum, qui dicunt, Chriſtum in Euchariſtia ſecundum ſubſtantiam ſuam produci. Neque dici poteſt, ratione ſacrificij Miſſæ ſine productione ipſius Chriſti ſecundum ſubſtantiam defendi non poſſe: ſic enim vſque ad eos, qui hanc opinionem de productione Chriſti in Euchariſtia excogitarunt, ratio ſacrificij Miſſæ in Euchariſtia recte intellecta, & explicata non fuiſſet, quod eſt abſurdum. Demum, ſi neceſſaria eſſet immutatio rei ad ſacrificium, non ſufficeret ea, quæ eſſet in alia re, ſed in ipſa re oblata deberet eſſe: quare mutatio panis, & vini ad rationem ſacrificij Miſſæ minimè pertinere poſſet, vt inferius etiam oſtendemus. Ea verò ratione productio ſupernaturalis rei Deo gratæ non poteſt habere rationem ſacrificij, quia ea non denotamus, neque colimus Deum, vt autorẽ vitę, & mortis, vt patet, ſed hoc ſolà rei alicuius immutatione, & mactatione, dum eam deſtruimus, ſignificamus.

Confutátur primo.

50

Secundò.

Tertiò.

51

Tertius modus explicandi non admittitur.

Tertio alij Theologi exiſtimant, ideo in conſecratione conſiſtere Miſſæ ſacrificium: quia per illam vere, & reipſa panis in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti mutatur. Verum, vt alij recte notarunt, ſi in hac immutatione ratio ſacrificij conſiſteret, non tam Chriſtus, quàm vinum ipſum, & panis in ſacrificiũ offerri dicerétur, quòd eſt abſurdũ: ſic enim ſacrificium Miſſæ, & crucis, quod attinet ad rem oblatam, non eſſet idem, nec pauciora in Eccleſia eſſent ſacrificia, quàm in lege veteri, cũ diuerſi panes, & vina quotidie immolarentur. Tum etiam, vt ſequente diſputatione oſtendemus, non minus incruentum eſſet Chriſti ſacrificium in Euchariſtia, licet conuerſio panis in corpus, & vini in ſanguinem Chriſti non haberet, quam modo eſt: ipſa igitur conuerſio panis, & vini ad rationem ſacrificij incruenti non pertinet. Adhæc mutatio rei, quæ in ſacrificiũ offertur, & ad rationem ſacrificij ſpectat, tális eſſe debet, vt ſit ſenſibilis: ſacrificium enim eſt ſenſibile ſignum potentiæ Dei, quatenus autoris vitæ, & mortis, conuerſio autem, quæ fit in Euchariſtia, non eſt ſenſibilis: ad rationem igitur ſacrificij pertinere non poteſt.

52

Obiectio ex verbis Patrum. *Irenæus. Cyprianus. Gregor.*

Verum obijcient aliqui nõnullos Patres, quòd ſacrificium Miſſæ appellent ſacrificiũ panis, & vini. Ita obijciunt Irenæum lib. 4. aduerſus hæreſes c. 32. num. 7. vbi inquit: *Sed, & ſuis diſcipulis dans conſilium primitias Deo offerre ex ſuis creaturis docuit, &c.* & Cyprian. qui lib. 2. Epiſtolarũ, Epiſtol. 3. quæ eſt 63. in ordine, vbi ait. *At enim non mane, ſed poſt cœnam mixtum calicem obtulit Dominus*, nempe, aqua, & vino mixtum: obtulit autem in ſacrificium. Et ſermone de opere, & eleemoſynis reprehendens diuites fœminas, quæ non offerebant panem pro conſecratione, ita loquitur: *Locuples, & diues es, & Dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non reſpicis? quæ in Dominicum ſine ſacrificio venis, quæ partem de ſacrificio, quod pauper obtulit, ſumis?* per ſacrificium panem, & vinũ plane intelligit: Eodem modo Gregorius, lib. 2. dialogorum cap. 23. & lib. 4. cap. 55. panem vocat oblationem. Fulgentius vero lib. de fide ad Petrum cap. 19. non ſolum vocat oblationem panis, & vini, ſed etiam ſacrificium id, quod in Miſſa offertur. Reſpõdeo, primum quidem, Ideo dici poſſe panem, & vinum in ſacrificium Miſſæ Deo offerri, non quia ſint aliquid eius, quod vere, & propriè immolatur, ſed quia ſunt materia, quæ tranſit in id, quod in ſacrificium offertur, & veluti via ad immolationem, & hac ratione explicari debẽt Cyprianus, & Gregorius. Deinde pronũcio, hoc ſacrificiũ Miſſæ aliquãdo vocari ſacrificiũ panis, & vini, quia à ſpeciebus panis, & vini, ſub quibus Chriſtus offertur, ipſum Chriſti corpus vocatur panis, & ſanguis illius dicitur vinum, qua ratione loquitur Fulgentius loco citato: & Auguſtinus lib. 7. de ciuitate Dei cap. 5. nõ longè à fine illud 1. Reg. c. 2. in fine: *Vt comedam buccellã panis,*

Fulgentius.

facile ſolui tur primo.

panis, & vt ipse legit: *Manducare panē*, intelligit de sacrificio Missæ, quod ipse inquit esse secundum ordinem Melchisedech, & vocat panem, nempe, quòd sub specie panis offeratur. Postremo dico, Irenæum non dixisse, Christum obtulisse creaturas panis, & vini in sacrificium, sed ex creaturis Deo primitias obtulisse, seu immolasse, quia, vt statim inquit: *Eum, qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit, dicens: hoc est corpus meum. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundùm nos, suum sanguinē confessus est, & testamenti nouam docuit oblationem*. Dicit igitur, Christum ex creaturis obtulisse: quia ex illis cōfecrauit corpus, & sanguinem suum, quem in sacrificium obtulit Patri. Dicitur autem Christus ex creaturis cōfecrasse, quia illas conuertit in corpus, & sanguinem suū, & ita ex illis vtrumque confeciſſe. Denique alia etiam ratione dici potest panis, & vinū Deo offerri, si nō addatur, *In sacrificium*, quia hoc ipso, quod proponitur coram Deo consecrandum, Deo offertur: latius enim patet oblatio, quam sacrificium. Et hoc modo explicari possent aliquæ orationes Ecclesiæ in officio Missæ, in quibus dicitur panis, & vinum offerri, vel illorum propositio dicitur oblatio.

Tertio

54

Panis, & vinum latiori significatione offerri dicuntur.

Quartus modus id ē explanandi.

Quarto alij Theologi sic explicant rationem incruenti sacrificij in cōsecratione positam, primùm: quia consecratione res prophana fit sacra: nam panis res quidem prophana conuertitur in corpus Christi, quod sacrum est, & de vino, & sanguine eodē modo dicunt. Deinde quia res illa sacra ex prophana effecta Deo offertur, dum in altari Dei collocatur: nam victi nam in altari ponere, est illam Deo offerre. Per altare verò non intelligūt lapideum: hoc enim necessarium nō est, sed id omne, in quo victima per verba consecrationis effecta recipitur. Postremo, quia res, quæ hic offertur, adverſam, & realē, & externam refertur mutationem: cū enim per consecrationem corpus Christi accipiat exteriorem formam cibi, qui manducandus est, & sanguis formam exteriorem potus, qui bibendus est, vtrumque ad sui mutationem refertur, siquidem per manducationē, & potationem vtrumque destruendum est.

55

Refellitur quod dicō sumptione afferitur.

Verum hic modus explicandi rationem sacrificij in consecratione positam, non minus difficilis est, quam precedētes. Et primum quidem, si hoc sacrificium non in sola consecratione, sed etiam in sui consumptione positum esset, hac ratione quoquo modo explicaretur: at, cū in sola consecratione cōsistat, vt hactenus probatum est, frustra certe tertium illud additum videtur, nempe, ideo consecrationem in Missa habere rationem sacrificij, quia præterquam quod per illam fit aliquid sacrum, & illud in altari collocatur, ad cōsumptionem sui refertur. Neque enim ex eo, quod aliquid ad cōsumptionem sui refertur, est sacrificium, sed e contrario ex eo, quod vere sit sacrificium, de illo sacerdos, & alij participare debēt, & māducare. Quomodo autem manducatio huiusmodi, & consumptio rei oblatæ ad essentiam sacrificij non pertineat, cap. 4. fusius ostendimus.

Deinde, licet sacrificare sit facere aliquid sacrum, & per omne sacrificium aliquid consecretur, tamen non omnis consecratio, per quam fit aliquid sacrum, est oblatio, quę sit proprium sacrificium, aliàs & calicis consecratio sacrificium esset. oportet igitur explicare, quid peculiare habeat consecratio corporis, & sanguinis Christi, vt sacrificiū dicatur, vel ad essentiam illius aliquo modo pertineat. Adde, quod per consecrationem Missę nō dicitur res prophana fieri sacra, ita vt, quæ erat prophana, maneat sub consecratione (quod quidem necessarium videtur, vt dicatur sacrificium) sed ex re prophana dicitur fieri sacra per conuersionem vnius secūdum se totam in aliam: nam, sicut proprie nō dicitur panis fieri corpus Christi, vt vidimus disput. 182. cap. 14. ita etiam proprie dici non potuit res prophana fieri sacra.

Secundò quod dicitur de consecratione.

56

Postremo denique, quod res sacra facta ex prophana Deo offeratur, ex eo, quod in altare per consecrationem collocetur, nō satis est, vt immolari dicatur, si quidē nō omnis oblatio est immolatio, seu sacrificium. Quo circa Catherinus opusculo de ineueritate incruenti sacrificij. §. *His ergo* versiculo: *Sed hic etiam erumpit*, contra hæreticos huius tēporis non rectè probat, Eucharistiam nostrā esse vere, & proprie sacrificiū ex eo, quod sacrificiū nihil aliud sit, quam operatio quędam circa rē aliquam, vt sacra fiat, & digna, quæ offeratur, & oblata placeat Deo.

Tertio dē collocatione in altari defendi tur. *Catherinus.*

Eatenus solum in consecratione rationem huius sacrificij positam esse, quatenus sacrificium crucis ea repræsentatur, cumve ea præsentia Christi ibi cōtenti testimonijs Patrum ostenditur.

CAPVT VII.

Ex planatione veteris propriæ ſententiæ.

SI Formaliter rationem, & definitionem ſacrificij, quam diſp. 220. cap. 3. tradidimus, quis attentè conſideret, facilè ſanè intelliget, & explicare poterit, quo pacto ratio veri, & proprij ſacrificij Miſſæ in ſola conſecratione poſita ſit. Dico igitur, actionem cõſecrationis eatenus ſolum ſacrificium, ſeu actionem immolandi eſſe, quatenus per illam efficitur, vt ipſo corpore, & ſanguine Chriſti cõſecrato, & realiter ibi contẽto, vt capite ſequente dicemus, cruentum illius ſacrificiũ quod in cruce oblatum eſt, repræſentetur. Quam quidem ſententiam, non ſolum teſtimonijs Patrum, ſed manifeſta etiam ratione confirmare, & explicare facile poterimus.

57

Autoritate ſuffultus

Cyprian. Primum autem teſtimonium ſit Cypriani lib. 2. epiſtolarum epiſtola 3. quæ nunc eſt, in ordine 63. vbi poſt medium ſic loquitur: *Et quia paſſionis eius mentionem in ſacrificijs omnibus facimus (paſſio eſt enim Domini, ſacrificium quod offerimus) nihil aliud, quam quod ille fecit facere debemus*, quibus verbis non ſolùm dixit in noſtris ſacrificijs, nempe Miſſæ, memoriam nos recolere Paſſionis, ſed etiam ipſammet Chriſti paſſionem à nobis in ſacrificiũ offerri, nõ quidem cruento modo ſed myſtico, hoc eſt ſecundũ repræſentationem

Chryſoſtom. Secundum teſtimonium eſt Chryſoſtomi homilia 17. in epiſtolam ad Hebræos in illud: *Hoſtiam, & oblationem noluiſti*, vbi

58 inquit in hęc verba: *Nonne per ſingulos dies offerimus? offerimus quidem, ſed ad recordationem facientes mortis eius, & vna eſt hoſtia, nõ multa.* Quare autem ſit vna hoſtia, & non multę ſacrificium crucis, & Miſſę, explicat his verbis: *Quomodo vna eſt* (nẽpe oblatio:) *& nõ multa, quia ſemel oblata eſt, oblata eſt in ſancta ſanctorum* (hoc eſt in cruce, cruento modo) *hoc autem ſacrificium exemplar eſt illius, id ipſum ſemper offerimus.* Quibus plane conſtituit rationem huius Sacramenti in repræſentatione illius, quod in cruce cruento modo peractũ eſt, & eatenus idem eſſe demõſtrat, quatenus illud idem repræſentat: & paucis interpoſitis: *Pontifex autem noſter ille eſt, qui hoſtiam mundantem nos, obtulit, ipſum offerimus, & nunc, quæ tunc oblata quidem conſumi non poteſt. Hoc autem, quod facimus in commemorationem quidem fit eius, quod factum eſt: hoc enim facite, inquit, in meam commemorationem. Non aliud ſacrificium, ſicut Pontifex* (nempe, non alius eſt) *ſed id ipſum ſemper facimus, magis autem, recordationem ſacrificij operamur*, quo ſanè nihil clarius pro noſtra ſententia dici potuit: nàm cum dixiſſet nos ſemper facere id ipſum, quod Chriſtus in cruce fecit, ne intelligeremus, idem, & eodem modo nos efficere, addidit: *Magis autem recordationem ſacrificij operamur*, ac ſi diceret, potius repreſentamus ſacrificium, quod in cruce peractum eſt, & hac ratione idem facimus quod Chriſtus fecit, quam re ipſa illud ſacrificium eodem modo operemur. Quod teſtimonium citat ex Ambroſio Algerus lib. 1. de Sacramentis corporis, & ſanguinis Domini cap. 16. in 4. tomo Bibliothecę ſacræ (eadem enim fere verba habet Autor commentariorum in epiſtolam ad Hæbreos cap. 10. apud Ambroſiũ, quæ citauimus ex Chryſoſtomo, & referuntur in canon. *In Chriſto. De conſecratione* d. 2.) vt probet hoc ſacrificium nihil aliud eſſe, quam repræſentationem mortis Chriſti, ſicut inferius explicabitur.

Algerus.

Pſeudo Ambroſius.

Tertium teſtimonium eſt Auguſtini lib. 20. contra Fauſtum Manichæum cap. 21. nõ longe à medio vbi ſic loquitur: *Huius ſacrificij* (nempe Chriſti) *caro, & ſanguis ante aduẽtum Chriſti per victimarũ ſimilitudinem promittebatur, in paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur, poſt aſcenſum Chriſti per Sacramentum memoriæ celebratur.* Celebrari per Sacramentum memoriæ idem eſt, quod eſſe commemoratiuum paſſionis. Idem dicit lib. 20. contra Fauſtum Manichæum cap. 18. poſt medium, & 10. de ciuitate cap. 20. Sacrificiũ Eccleſiæ quotidianum vocat Sacramentum eius, quòd Chriſtus Patri obtulit, hoc eſt, ſignum illius.

Auguſtinus

59

Quartum teſtimonium eſt Algeri loco cĩtato, vbi citat teſtimonium illud Ambroſij, cuius verba ſunt: *Non ergo eſt in ipſius Chriſti veritate diuerſitas, ſed in ipſius immolationis actione, quæ dum veram Chriſti paſſionem, & mortem quadam ſua ſimilitudine figurando repræſentet* (nempe actio immolationis, quę fit in Miſſa) *nos ad imitationem ipſius paſſionis, inuitet, & accendat, &c.* Et paulò infra: *Sciẽdum igitur, quia licet oblatio Chriſti ſemel in Cruce ſit vera, quotidiana autẽ in altari ſit figurata prorſus tamen eadẽ hic, & ibi noſtræ ſalutis eſt gratia.* Et poſt pauca explicans teſtimonium illud, quod citat ex Auguſtino: *Semel oblatus eſt Chriſtus in ſe ipſo, & tamen quotidie immolatur in Sacramento*, inquit: *Dicit ergo, Chriſtum in manifeſto corpore ſuę, & indiſtinctis membris humanitatis ſuæ ſemel paſſum in cruce, qui non manifeſte, ſed inuiſibiliter eſt in Sacramento, quotidie, non paſſus ſed quaſi paſſus repræſentatus.* Et nonnullis interiectis ſubiungit: *Hanc autem immolationẽ, nempe, Chriſti*

Algerus.

60

in Miſſa non vero, ſed imaginatio actu paſſionis, & mortis fieri, & tamen veram ſalutem operari teſtatur Gregorius lib. 4. dialogorum. Et poſt teſtimonium Gregorij, quod nos cap. 5. recitauimus, inquit: *Hinc ergo penſemus, quale ſit pro nobis ſacrificium, quod pro abſolutione noſtra paſſionem vnigeniti filij ſemper imitatur. Quãuis ergo non dixerit, Paſſionem vnigeniti operãtur verè, ſed imitatur imaginarie, tamen teſtatur, illam victimam, nos vere ab aterno interitu ſaluare.* Ex quibus omnibus manifeſtè liquet, Algerum rationem huius ſacrificij in imitatione, & figura mortis Chriſti collocaſſe. Cumque ex alia parte probauerimus in conſecratione poſitum eſſe: conſequitur planè, in conſecratione, quatenus refert, & repræſentat Chriſti mortem, conſiſtere. Ne autem putaret quis, hoc non eſſe verum ſacrificium, ſed imaginem, & figuram ſolùm ſacrificij veri, quia in ſola repræſentatione illius poſitum eſſe dixerat, ſubdit in fine capitis hæc verba: *Infimi enim, qui circumferuntur omni vento doctrinæ, ſtatim vt audiunt, quæ ignorant, de fidei veritate dubitant, quos, quantum poſſumus, Deo annuente ſanare ſtudeamus: quia enim Sacramentum eſt figura veritatis Chriſti, & in figura Sacramenti ſit figura imaginaria actionis ſacrificij, in tot figuris veritatem latere titubant: maxime, cum dicatur Chriſtus ſemel immolatus in ſeipſo, & quotidie in Sacramẽto: quaſi verus intelligi debeat cum dicitur in ſeipſo, & non verus, ſed imaginarius in Sacramento. Sed ſciendum, quia Chriſtus immolari dicitur in ſeipſo, ideſt, in humana forma, & in Sacramento, id eſt, in panis, & vini forma, non quin tam vere hic immoletur in ſeipſo, quãtum ad ſubſtãtiam, ſicut ibi, ſed vt notet, hic, & ibi diuerſam eius ſubſtantiæ formam:* ſentit igitur, licet Chriſtus in Sacramento ſolùm immoletur ſola repræſentatione mortis ſuæ, non autem vera occiſione, & morte, nihilominus, ita verè immolari in Sacramento, ſicut in ſeipſo; id quod manifeſta ratione inferiùs explicabimus, atque modo illo loquendi diuerſum modũ immolationis ſolum denotari.

61

62

Quintum teſtimoninm ſit Petri Cluniacẽſis, dicti venerabilis 1. lib. epiſtolarum capite: *Contra id, quod dicunt, Miſſam nihil eſſe, nec celebrari debere,* longe ante finem folio 27. pagina 2. colum. 1. vbi de hoc Sacramneto inquit ita eſſe ſignum, vt ſimul etiam ſit quod ſignificatur, nempe, quod Chriſtum, quem denotat in ſe ipſo contineat. Aſsignat verò diſcrimen inter ſacrificia veteris legis, & ſacrificium Miſſæ, quod illa ſignificarent quidem noſtri temporis ſacrificium tamen illud non eſſent, ſed ſolùm eſſent figura illius, hoc autem ſacrificium ſit ipſa veritas: *Sed iſtud* (inquit) *noſtri ſacrificij ſignum, non aliud. ſed ipſum eſt, quod ſignat. Ita vero eſt idem quod ſignat, vt quantum ad corpus, id eſt, ad veritatem carnis, & ſanguinem Chriſti pertinet, ſit idem, quod ſignat. Neque enim ibi Chriſtus, vt olim dolores, aut mortem patitur, cum tamen immolari dicatur. Dicitur autẽ immolari, cũ licet inuiolabiliter in altari frangitur, diuiditur, comeditur, cum his, & quibuſdam aliis ſignis, in quantum fieri poteſt mors Domini, maxime repræſentatur.* Quamuis autem hic Autor exiſtimet fractione, & conſumptione huius Sacramenti repræſentari mortem Chriſti, ac proinde in his actionibus ratione huius ſacrificij conſtituere videatur, id quod ſupra cap. 4. refutauimus, atque ex hac parte nobiſcum minimè conueniat, tamen ex eo noſtram ſententiam, quam in hoc capite pronuntiauimus, maximè confirmat, quod aſſerit, in ſola mortis Chriſti repræſentatione, quæ fit per hoc Sacramentum, eſſentiam huius ſacrificij poſitam eſſe: atque ad hoc ſolũ cætera teſtimonia allegata nobis deſeruiũt. Nam, quod ipſa conſecratione non autem, fractione, & conſumptione primario mors Chriſti repræſentetur, & ſignificetur, diſputatione ſequẽte probabimus: inde verò, ſimulque ex hac doctrina facile colligemus, totam eſſentiam huius ſacrificij in conſecratione conſiſtere, ſicut cap. 5. propoſuimus.

63

Petrus Cluniacenſis.

Vltimum teſtimonium ſit S. Thomæ in hoc articulo, vbi inquit, imagines rerum eiſdem nominibus appellari, quibus resipſæ, quarum ſunt imagines, appellantur. Subiungit deinde hæc verba: *Celebratio autem huius Sacramenti imago, quædam eſt repræſentatiua paſſionis Chriſti, qua eſt vera eius immolatio, & ideo celebratio huius Sacramenti dicitur Chriſti immolatio.* Quibus Clariſsimè expreſſit, id quod contendimus, nimirum, eatenus conſecrationem huius Sacramenti vocari ſacrificium, quatenus repræſentat mortẽ Chriſti. Quod vero ait, ideo appellari ſacrificium quia imagines rerum nominibus ipſarum vocari ſolent, ſano modo eſt intelligendum, vt eius ſententia vera ſit: nam, vt infra videbimus, quamuis hoc Sacramentum nõ ſit mors Chriſti, ſed repræſentatio illius, & imago, & hac ratione conueniat ei nomen mortis, non tamquam rei, ſed tamquam imagini, tamen nomen ſacrificij non conuenit ei tãquã imagini, ſed tamquam rei, quia licet Chriſtus in hoc Sacramento non re, ſed repræſentatione, & ſimilitudine quadam ſeu, myſti-

S. Thomas

Hoc ſacrificium quãuis ſit imago mortis, verum, & proprium eſt ſacrificium.

64

cè

cè moriatur, tamen re ipſa, & non tantum in imagine in ſacrificium offertur, & immolatur. Quod ſi S. Thomas docere vellet, hoc Sacramentũ non eſſe verè ſacrificium Chriſti, ſed tantum imaginem ſacrificij, eius ſententia nullo modo probari poſſet: nam, vt diſput. 221. cap. 3. móſtrauimus, fides catholica eſt Chriſtum in hoc ſacramento verè, & propriè immolari: ſi autem in ſola imagine, immolaretur, non verè, & propriè, ſed ſola repræſentatione in ſacrificium offerretur.

Eſſentia huius ſacrificij ex ſola mortis Chriſti repræſentatione, optima ratione colligitur.

CAPVT VIII.

Ratio formalis ſacrificij realem immutationem non exigit

IAM Verò eſſentiam ſacrificij in cõſecratione poſitam ex ſola repræſentatione mortis Chriſti, vnica ratione colligamus. Nam, vt diximus diſp. 220. c. 3. quamuis ſacrificium abſolutum, hoc eſt, nõ commemoratiuũ alterius, poſtulet rei oblatæ immutationem, tamen immutatio non eſt ratio formalis ſacrificij, ſed quid ex parte materiæ illius neceſſariò requiſitum: ratio

65

autem ſacrificij in ſignificatione omnipotẽtiæ Dei autoris vitæ, & mortis formaliter poſita eſt: ac proinde, ſi ſit oblatio aliqua, per quam abſque rei oblatæ immutatione vera, & reali Deus autor vitæ, & mortis denotari, & coli poſsit, verè, & propriè ſacrificium dici debet: huiuſmodi autem eſt conſecratio corporis, & ſanguinis Chriſti abſque reali immutatione ipſius Chriſti ob ſolam repræſentationẽ mortis eius, illa igitur verè, & propriè ſacrificium erit. Porro autẽ per ſolam repræſentationem mortis Chriſti in conſecratione, ita ſignificari Deum autorem vitæ, & mortis, ſicut per ipſam cruentam mortem Chriſti, manifeſtum eſt. Nam commemoratio mortis Chriſti futurę qualis fuit in conſecratione facta ab ipſo Chriſto in poſtrema cœna, aut mortis præteritæ, qualis fit à quolibet ſacerdote poſt mortem Chriſti conſecrante, eo ipſo quod mortem Chriſti repræſentat, & quaſi prẹſentem eam facit, denotat Deum autorem vitæ, & mortis, ac ſi tunc Chriſtus in honorem Dei reipſa occideretur, atque hac ratione diximus diſput. 220. ad eſſentiam ſacrificij in vniuerſum immutationem rei oblatæ nõ requiri, quia commemoratiuum ſacrificium ſine illa eſſe poteſt, tametſi ad eſſentiam ſacrificij abſoluti neceſſaria ſit, eò quod ratio formalis ſacrificij quę eſt ſignificatio non in verbis, ſed in rebus, qua denotatur Deus autor vitę, & mortis ſine tali immutatione in ſacrificio commemoratiuo reperiatur. 66

Ratio à priori veræ ſententiæ

Prænotatio circa naturam commemoratiui, ſacrificij.

Eſt tamen primum valdè obſeruandum, ad ſacrificium commemoratiuum, quod verè, & propriè ſacrificium dicitur, non ſatis, eſſe, ſi ſolum ſit ſignum nudum mortis alicuius rei, nullo modo in ſe continens rẽ ipſam, cuius mors repræſentatur: ſic enim non diceretur res illa, cuius mors repręſentatur, in ſacrificium offerri, neque verè commemoratiuum ſacrificiũ, quin potius ſignum tãtũ, & larua ſacrificij eſſet; ſed neceſſariò requiri, vt res ipſa, cuius mors repręſentatur, ſit ſignum mortis ſui ipſius: verbi cauſa ſi vera eſſet ſententia hæreticorum, qui negant, ſub ſpeciebus panis, & vini corpus, & ſanguinem Chriſti, & ſubſtantia panis, & vini ibi eſſet, repręſentari quidem poſſet mors Chriſti, vt ipſi hæretici etiam concedunt, at Chriſtus, 67 in ſacrificium non verè, & reipſa, ſed tantũ in figura offerri, & ita non tantum in ſola figura, & ſimilitudine mori, ſed etiam immolari diceretur. Nã, quo pacto verè, & reipſa in ſacrificiũ offerri dici poteſt id, circa quod actio ſacerdotis offerentis non re ipſa, ſed tantum ſimilitudine quadam, & in figura verſatur? Cęterũ cũ ipſemet Chriſtus ſit ſub ſpeciebus panis, & vini, & circa illum actio ſacerdotis offerentis re ipſa, ita verſetur, vt ipſemet per ſpecies panis & vini ex modo peculiari quo à ſacerdote cõſecratur repręſentet cruentam, & realem mortem ſui ipſius, & ea repręſentatione denotet Deum autorem vitę, & mortis quamuis non dicatur reipſa, & verè, ſed in ſola figura, & ſimilitudine occidi, & mori, tamen verè, & reipſa immolari, & in ſacrificiũ offerri dicitur. Quam doctrinã inſinuauit nobis Petrus venerabilis loco citato in prẹcedente capite, aſsignans diſcrimen inter ſacrificia veteris legis, quę erant etiam figura, & ſignum mortis Chriſti futurę, & hoc Sacramentum, quod eamdem Chriſti mortem repręſentat: nam illa ita ſignificabant Chriſtũ, vt non eſſent Chriſtus quem ſignificabant; hoc autem Sacramentum eſt id ipſum quod ſignificat, quod attinet ad veritatem carnis, & ſanguinis Chriſti, tametſi, quod attinet ad dolores, & mortem Chriſti, quam ſignificat, non ſit id, quod ſignificat: quia Chriſtus in Sacramẽto nec moritur, nec patitur, idemque diſcrimen obſeruauit

Diſcrimen inter ſacrificia veteris legis, & noſtra.

uauit Hosius in confess. catholica cap. 41. lõgè post medium.

Hosius.

Deinde est aliud discrimen non minùs obseruandum: inter repræsentationem mortis Christi in hoc Sacramento, & in sacrificijs antiquę legis, quòd illa non ideò erant sacrificia, quia mortem Christi repræsentabant: sed quia immutatione rei oblatæ denotabãt Deũ, autorẽ vitæ, & mortis, quẽ eodẽ modo denotarẽt, ac proinde sacrificia essẽt si Christus, nec futurus nec moriturus esset, quocirca repræsentatio mortis Christi in his sacrificijs, ad rationẽ, & essentiam immolationis non pertinebat, sed ei accidentariè coniungebatur: at vero tota ratio sacrificij Missę quo Christus immolari dicitur est ipsa repręsentatio mortis Christi, vt ex dictis constat, atque ita ea sublata, tota ratio veri, & proprij sacrificij tolleretur. Hac ratione disputatio, 220. cap. 3. diximus, sacrificia antiquę legis non commemoratiua, sed absoluta sacrificia fuisse: sacrificium autem Missę non absolutum, sed commemoratiuum esse, quia vt sacrificium sit commemoratiuum opus est, vt ea dumtaxat ratione sacrificium sit, quia eadem res, aliud absolutum sacrificium sui ipsius repræsentat: vt autem dicatur absolutum, requiritur, vt res oblata ratione immutationis, quam in se recipit, absque vllo respectu ad aliud sui sacrificium, Deum autorẽ vitę, & mortis repræsentet, tametsi secũ acidẽtariè cõiunctã habeat alicuius alterius sacrificij repræsentationẽ, vt vidimus.

Aliud discrimen.

68

Supererat solùm, vt pro exacta explicatione huius nostræ sententiæ, & confirmatione rationis, qua ipsam hucusq; exposuimus, duo ostenderemus, alterum est in consecratione huius Sacramenti commemorationem fieri passionis, & mortis cruentæ Christi; alterum est in sola consecratione, non autem in fractione, & consumptione huius Sacramenti hanc repræsentationem reperiri, vt inde colligeremus, totam essentiam huius sacrificij in sola consecratione positã esse: verum de priori in sequente disputatione, de posteriori vero in seqnente capite, ex professo tractabimus.

69

Diluuntur obiecta aduersariorum.

CAPVT IX.

Soluitur primum argumentũ primæ sententiæ.

ARCVMENTA Verò, quibus oppositas sentẽtias superiùs confirmauimus, diluere, difficilè sanè non erit. Ad primũ pro sententia Scoti, quod in primo cap. adductũ est, respondeo, per incarnationem fieri quidem aliquid sacrum, nihilominus non esse sacrificium, inde tamen non rectè colligi, cõsecrationem huius Sacramenti, per quam fit aliquid sacrum, similiter etiam non esse sacrificium: quoniam, licèt per sacrificiũ fiat aliquid sacrum, tamen non omnis consecratio, per quam fit aliquid sacrum, est sacrificium, sed illa solum, quæ est nota adhibita ab hominibus ad denotandum, & significandum Deum autorem vitę, & mortis, in quo essentia sacrificij posita est: per incarnationem autem consecratur quidem humanitas ipsa deitate, ea tamen consecratio, non est nota adhibita ab hominibus ad significandũ Deum autorem vitę, & mortis; sicut est consecratio huius Sacramenti. De incarnatione, id quod diximus manifestum est, de consecratione verò huius Sacramenti, disputatione sequente id probabimus, vt diximus.

Ad secundum argumentum eiusdem opinionis eodem capite allatum, fateor, omne sacrificium esse oblationem, inde tamen nihil contra nostram sententiam probari: nam ipsa consecratio huius Sacramenti etiam est oblatio: cumque per illam denotemus Deum autorem vitę, & mortis, rectè sequitur, esse sacrificium. Porro in omni sacrificio hoc videmus, vt ad essentiam illius non sint necessaria verba quibus fiat oblatio, cum sacrificiũ non in verbis, sed in rebus consistat. Dicitur autem absque verbis, solum rebus ipsis, fieri oblatio Deo, hoc ipso, quod aliquid fit ad denotandum ipsum autorem vitę, & mortis: nam hoc ipso colitur Deus, & ita res illa, per quam hoc denotatur ipsi offerri dicitur. Et quamuis oblatio sacrificij supponeret semper rem quę est immolanda, non liceret inferre, consecrationem huius Sacramenti, non esse oblationem Christi, nam consecratio hęc non facit, sed supponit Christum & solum ipsum sub speciebus panis, & vini ita constituit, vt ex modo, quo ipsum sub illis collocat, denotet Deum autorem vitę, & mortis ipsum mysticè occidendo, vt pręcedente capite explicuimus. Gæterum necessarium non esse, vt oblatio sacrificij supponat rem immolandã, inde constat, quia etiãsi Christus per mortem omnino desijsset, & verba consecrationis huius Sacramenti ita à Deo essent instituta, vt prolata à sacerdote Christũ sub speciebus panis, & vini nouiter producerent, & ipsamet productione, ita sub speciebus collocarent, sicut nunc ipsum constituit, eodem modo esset sacrificium: quia eodem modo Deus autor vitę, & mortis

Ad secundum.

70

Res immolanda necessariò debet sacrificium præcedere.

71

tis eo genere conſecrationis denotaretur, vt patet. Neque verò in Concilio Tridentino ſeſsione 23. cap. 1. & canone illo 1. tamquam diuerſæ poteſtates diſtinguuntur poteſtas offerendi, & conſecrandi, ex eo, quod dicatur, ibi traditam eſſe ſacerdotibus in ordinatione poteſtatem conſecrandi, & offerendi hostiam pro eodem accipitur conſecrare, & offerre, & ita in forma ordinationis presbyteri ſolum fit mentio poteſtatis offerendi, nō conſecrandi, fieret autem etiam neceſſariò mentio poteſtatis conſecrandi, ſi diuerſa eſſet, cum ea eſſet potiſsima, & fundamentū alterius. Neq; verò conſecrare, & offerre ſunt omnino ſynonima, ſicut enſis, & gladius, tametſi in eodem actu inueniantur, & eadem ſit poteſtas, & facultas ad vtramque: quia oblatio exprimit aliquid, quod nomine conſecrationis non denotatur, ſiquidem ita fieri poſſet conſecratio, vt non eſſet oblatio, & ſacrificium, ſicut ſequente diſputatione dicemus, neque enim omnis conſecratio eſt oblatio, aut ſacrificiū, quamuis omnis oblatio, & ſacrificium ſit quædam conſecratio.

Tridentinum explicatur.

Tertium.

72

Ad tertium argumentum dicimus, numquam quidem fieri poſſe hoc ſacrificiū Miſſę ſine conſecratione, quantumuis Sacramētum antea conſecratum verbis aliquibus offeratur, & ita in diebus Quadrageſimæ, in quibus iuxta canonem illum 52. ſextę Synodi, & 49. Concilij Laodiceni, hoc Sacramentum non conſecrabatur, ſed èx præſanctificatis ſacrum miniſterium fiebat, non fiebat ſacrificium, ſicut etiam nunc non fit in Paraſceue. Neque in illis canonibus dicitur, id, quod refertur in argumento, nempe, in illis diebus ſacrificandum eſſe ex præſanctificatis; ſed in canone Concilij Laodiceni dicitur in hæc verba: *Quod non oportet in Quadrageſima panem offerre, niſi in Sabbatho, & Dominica tantum* pro *pane*, alia tranſlatio habet: *Panem benedictum*: intelligi autem debet conſecratus & nō ſolùm ſimplici benedictione benedictus, vt nonnulli exiſtimant: nam talis conſuetudinis, vt non offeratur in diebus Quadrageſimæ panis ſimplici benedictione benedictus, ſed ſolū in Sabbatho, & Dominicis, nullum fundamentum aſsignari poteſt. At verò alterius conſuetudinis, vt non fiat huius Sacramenti conſecratio in Quadrageſima, niſi in Sabbatho, & Dominica, eſt expreſſum teſtimonium in canone illo Trullano ſextę Synodi: in eo autem ſolùm dicitur, vt in Quadrageſima præterquam in Sabbatho, & Dominica, & ſancto Annunciationis die, hat ſacrum præſanctificatorum miniſterium, non dicitur *Sacrum ſacrificium*, ſed *miniſterium*. Hæc autem conſuetudo in Eccleſia Latina recepta nō fuit, vt notat Surius in illo canone Trullano 52. Porrò autem, in die Paraſceues in Eccleſia Latina non offerri ſacrificium, probant aliqui ex S. Thoma in hac quæſtione artic. 2. ad ſecundum ibi tamen ſolum loquitur de Sacramento, non de ſacrificio, & docet, in die Paraſceues, in quo Chriſtus mortuus fuit, non celebrari, ſed corpus Chriſti conſecratum reſeruari in illum diem, ne Eccleſia fructu paſsionis Chriſti careat; verūm non explicat vtrum ideò reſeruetur, ne careat fructu Sacramēti, an etiā ne careat fructu ſacrificij. Probant deinde ex alijs Scholaſticis quos cōſultò prætermitto, quòd ſolùm aſſerant, in die Paraſceues Eccleſiam non conſueuiſſe hoc Sacramentum celebrare, de ſacrificio autem nihil dicunt, & hoc modò ſolùm loquitur Rabanus lib. 2. de inſtitutio. clericor. cap. 73. Solùm legi, Vvaldenſem tomo 2. qui eſt de Sacramentis cap. 88. parùm à principio qui id aperte dicat. Inquit enim totum ordinem ſacrificantium eo die à ſacrificio ceſſare: & Hugonem de S. Victore lib. 5. ex ſecundo codice Miſcellaneorum cap. 43. vbi de die Paraſceues, ita loquitur: *Et ideò à ſacrificij gaudijs ceſſamus.* & Paulo poſt: *Hodie non ſacrificemus, dū nobis hoſtia de manibus tollitur. Non ſacrificant amici dum trucidant inimici.* Demū, cum conſecratio vtriuſque ſpeciei, & nō alterius tātùm, repræſentet mortem Chriſti, ac proinde ad eſſentiam huius ſacrificij pertineat, vt diſputatione ſequente dicemus, dubitandū non eſt, in die Paraſceues non offerri ſacrificium altaris, ſed de iam pridie oblato ſacerdotem participare. Hactenus diluimus argumenta, quibus aliqui ex aduerſarijs probare nitebantur, conſecrationem ad eſſentiam ſacrificij non pertinere, ſed eſſe ſolùm præparationem quamdā ad ſacrificium. At obijciat quis in hunc modum. In officio Miſſæ Paraſceues, inquit ſacerdos: *Orate fratres, vt meum ac veſtrum ſacrificium acceptabile fiat apud Deū Patrē omnipotentē*, & Acolithus reſpōdet, *ſuſcipiat Dominus, &c.* Verū reſpōdeo ſacrificium hoc loco nō ſumi pro actione ſacrificandi, de qua nūc loquimur, & diſputamus, ſed pro re immolata, nempe pro carne Chriſti, pridie in ſacrificium oblata, de qua cum comedere debeat ſacerdos, tamquam de ſacrificio nomine totius populi, ſicut etiā cōſecrauit illam, rectè quidē obtecrat, vt orēt pro illo, quatenus ſacrificiū illud nocēti, res illa oblata cedat in vtilitatem ſuam, & populi, per manducationem, quam nomine populi

Explicatur Cōcil. Laodicenum & Trullan.

Surius.

S. Thomas.

73

In die Paraſceues nullum offertur in Eccleſia ſacrificium.

Rabanus. Vvaldenſis.

74

puli factus est, ad impetrandum pro se, & pro populo beneficia à Deo. Adde, quod, vt refert Alcuinus lib. de Diuinis officijs, cap. 39. quod est de celebratione Missæ & nunc sub nomine Remigij Antisiodorensis habemus in 6. tomo Bibliothecæ sacræ, antiquitùs sacerdoti dicenti: *Orate fratres, &c.* respondebat Acolithus: *Sit Dominus in corde tuo, & in ore tuo, vt suscipias sacrificium sibi acceptũ de ore tuo, & de manibus tuis pro nostra omniũque salute. Amen.* Vbi sacrificium nõ propriè pro immolatione victimæ, sed latiori significatione pro tota actione Missæ vsurpabatur, & ita nunc etiam vsurpari potest. Porro autẽ tunc ita vsurpatum fuisse, constat, quia loquebatur minister de sacrificio oris, manuũ, & cordis, sacrificium autem propriè nõ consistit in verbis, vt iam probatum est. Patùm autem refert, quòd nunc solùm dicat Acolithus: *De manibus tuis*: nam & in actione Missæ illius dici aliqua etiam fiunt manibus in laudem, & honorem Dei.

Solutio primi argumẽti secundæ sententiæ.

Ad argumentum verò Cani allatum cap. 2. quo contendebat probare, fractionem ad essentiam huius sacrificij pertinere, respondeo, diuersa quidem ratione hæreticos huius temporis, & catholicos vti fractione huius Sacramenti, nam hæretici solùm frangunt, vt alijs distribuant, nũquam verò celebrãt, nisi alijs etiam hoc Sacramentum distributuri sint. At verò catholici vtimur fractione corporis Christi, etiã in Missis priuatis, in quibus solũ sacerdotes cõmunicamus. Vtimur autem illa, tam vt Christum imitemur, qui fractione etiam vsus est, tametsi ante consecrationem, vt disput. 196. cap. 3. notauimus, tum etiam, vt per tres partes hostiæ consecratæ, in quas supra calicem, ipsam diuidimus denotamus tres status hominum beatorũ, vt optimè notarunt Albertus lib. de efficio Missæ p. 2. Gabriel lectio. 80. in canonẽ Missæ, litera H. & Guillelm. Durandus lib. 4. rationalis Diuinorum officior. cap. 51. num. 9. nempe, & eorum qui sunt in cœlo, & eorum qui sunt in purgatorio, & eorum, qui in mundo versantur, non tamẽ vtitur Ecclesia fractione hostiæ, vt per eam mortem ipsam Christi significet, & fractionem passionis, quam in cruce pro nobis sustinuit: hæc enim per consecrationẽ vtriusque speciei sufficienter repræsentatur, vt sequente disputatione videbimus. Vox autẽ illa Græca, κλωμένον Latinè: *Quod frangitur*, qua vsus est Paulus 1. ad Cor. 11. in verbis consecrationis, pro eo, quod vulgatus, vertit: *Tradetur*, non denotat fractionẽ corporis Christi in hoc Sacramento; per quam denotetur passio ipsius, & sit sacrificium, ita vt frangi idem sit, quod immolari, sed fractionem in cruce seu tormentũ illius, sicut disput. 199. cap. 1. exposuimus, vt sensus sit: *Hoc est illud ipsum meum corpus, quod pro vobis in cruce frangetur*, seu (quod idẽ est) *Quod pro vobis in mortem tradetur*. Dicitur autem fractum in cruce, non quia aliquod os illius ibi confractum fuerit, sed quia vel vulneribus caro eius fuerit affecta, vel quia labore tormentorum, quasi cõfractum fuerit, vt loco citato diximus. Prosper autem, seu Algerus verbis illis citatis, quæ referuntur in cã non. illo: *Cum frangitur. De consecratione* d. 2. loqui videtur nõ de fractione qua sæpe vtitur sacerdos in Missa, sed qua vtitur pro distribuenda Eucharistia consecrata fidelibus qui de ea participaturi sunt, sicut etiam loquitur de calice sanguinis, cũ in ora fideliũ, funditur, & de illa rectè inquit denotare Christi immolationẽ, & sanguinis eius effusionẽ. Id quod de fractione etiam, qua semper in priuatis Missis vtitur sacerdos, & de calice, de quo ipse bibit, eodem modo dicere potuit; nõ quòd fractio per se sit signum mortis Christi sicut est cõsecratio, sed quia hoc ipso, quod frangitur corpus Christi in Eucharistia, vt mãducetur, supponitur ia mysticè, & significatiuè mortuum, & mactatũ, cum per mortem, & mactationem mysticam reddatur aptum, vt manducetur, sicut ex Nysseno cap. 3. probauimus, & ita tractio, nõ est immolatio ipsa, sed eam supponit. Similiter effusio sanguinis ex calice in ora fidelium denotat quidem effusionem factam in cruce, non quidem proximè, & per se, sed remotè: quia supponit mysticè factam effusionem sanguinis, & separationem à corpore Christi, vt aptus sit, & idoneus, qui ex calice infundatur in ora fidelium per modũ potus, ac proinde tam fractio, quam effusio, supponunt mysticam mactationem, & verũ Christi sacrificium factum in consecratione per significationem mortis Christi, & effusionis sanguinis eius. Et hac ratione intelligendus etiam est Paulus 1. ad Cor. 11. cũ ait: *Quotiescumque manducabitis panem hunc. & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat.* hoc est, significabitis passione, & mortem Christi, & in memoriam illius, id facietis, non quòd ipsa manducatio, & potatio sit proximum signum mortis Christi, & sit ipsa mystica mactatio, & occisio, sed quia, is, qui manducat, & bibit, eo ipso supponit corpus Christi mysticè mactatum, & sanguinem mysticè à corpore effusum, & separatum vt diximus. In qua mactatione, & mysti-

75

76 Explicatur Prosper.

77

Albertus. Gabriel. Guillelmus Durandus.

1. ad Cor. 11.

1. ad Cor. 11.

mystică separatione, eo ipso, quod per illam significatur cruēta Christi mactatio, & sanguinis eius à corpore realis separatio rationē incruenti, & cōmemoratiui sacrificij positam esse diximus. Denique, quod S. Thomas q. 85. artic. illo 3. ad tertium adducat in exemplum sacrificij, per quod dixit rem immolatam immutari debere, panē, qui frāgitur, parùm refert: neq; enim in ea solutione loquitur de sacrificio corporis Christi, cōsecrati sub speciebus panis, sed de immolatione panis cōmunis, quā existimauit cōsistere in immutatione illa, quæ in eo fit dum frangitur, cum tamen, vt nos ostendimus cap. 4. sacrificium panis nō in fractione, neque in manducatione, sed in coctione facta in clibano consistat, nam, cum panis oblatus in sacrificium tamquam res sacra comeditur, supponitur iam immolatus, sicut etiam de carnibus diximus.

S. Thom. explicatur

73

Iam verò argumenta allata cap. 3. pro sententia eorum, qui aut totam rationem huius sacrificij in manducatione constituunt, aut eam ad rationem sacrificij spectare autumāt, ex dictis facilè diluuntur. Ad rationem, qua nonnulli probabant, totam rationem sacrificij in manducatione consistere, respondeo, ad rationem sacrificij commemoratiui, quale est sacrificium Missæ, non requiri immutationem realem rei, quæ offertur, sed sufficere solam significationē mortis, & sacrificij cruenti eiusdē rei, & hāc in consecratione reperiri, vt disputatione sequente explicabimus: non autē in manducatione, vt paulò superiùs iam ostendimus. Quomodo autē intelligatur locus Pauli 1. ad Cor. 11. ibidem adductus, quo denotare videtur Apostolus, per manducationem huius Sacramenti significari, & commemorari mortem Christi, iam supra explicauimus: & ostendimus, ex illo non probari, in manducatione consistere essentiam huius sacrificij ratione significationis mortis Christi, quia illam non proximè, & per se significat, sed iam significatā per consecrationem supponit. Quocirca hoc sacrificium in manducatione non potest cōsistere ratione significationis. Quod si ad rationem illius necessaria esset realis immutatio ipsius rei oblatæ, nempe Christi, neque in manducatione positum esset: eo quod, vt supra cap. illo 3. monstrauimus, per solam māducationem ante corruptionem specierum nulla fit immutatio in corpore Christi, etiā secundùm modum existendi sub speciebus, quia etiam post māducationem ante corruptionem specierum, sub illis eodem modo manet, solumque de loco ad locum motu spe-

Soluūtur fundamenta sententiæ.

Diluitur primum.

1. ad Cor. 11.

79

cierum per accidens mutatur. quod ad rationem sacrificij non sufficit. Quare potius in corruptione specierū quę fieret post māducationem, hoc sacrificium consisteret. Porrò autem, neque illam mutationem in corpore Christi, quę fit per hoc, quòd corruptis speciebus desinat esse sub illis, posse esse sacrificium ibidem ostendimus.

Explanatur S. Thomas propriomo argumento adductus.

80

Ad primum verò argumētum Cani, & aliorum ibidem allatum, quo ex S. Thoma probare contendebant saltem manducationem ad rationem sacrificij spectare, quamuis tota ratio immolationis in ea posita non sit, respondeo, S. Thomā supra q. 80. art. 12. ad tertium ideò dixisse, sacerdotem nomine totius populi sanguinem Christi sumere, non quia eo ipso, quod sanguinem sumit, nomine totius populi, sacrificet, sed quia de sacrificio participat: ideò autem in hac q. art. 6. ad 3. inquit, si in calice consecrato venenum esse contingat, non esse sumendum, sed aliud vinum consecrandum, ne Sacramentū imperfectum maneat, non quia nisi aliud cōsecraretur aliquid essentiæ aut integritati sacrificij, vel Sacramēti deesset, sed quia imperfecta esset participatio illius, siquidem sacerdos iuxta sacrificantis, & consecrantis, Sacramentum de calice etiam participare debet.

Secundum

Ad secūdū desumptū ex illo can. *Cū frangitur. De cōsecratione* d. 2. iā supra respōsum est, ipsa infusione calicis in ora fideliū, per quā consumitur Sacramentum, proximè, & per se non denotari, mortem Christi, sed significationē illius, quę est mystica mactatio, supponi; & ita non sequi, illam ad rationem, aut integritatem sacrificij pertinere.

Tertium.

Ad tertium dicimus, meritò in illo Concilio pœnam statui contra sacerdotes, qui nō communicabāt, quoties sacrificium hoc offerebant, non quod existimaret, in consumptione positum esse sacrificium, siquidem potiùs supponit, eos sacerdotes, qui nō cōsumebant, verè sacrificare, & damnat eos quòd non consumerent Sacramentum quoties sacrificabāt; sed quia, vt statim subiungit, nullum est sacrificium, cuius ipse sacrificans particeps esse non debeat, id enim significauit illis verbis: *Nam quale erit illud sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse se cognoscitur.*

Soluitur vltimū argumētū.

Ad postremum iam responsum est, cum supra ostendimus, ad hoc sacrificium non requiri immutationem physicam, & realem rei oblatæ, sed solā significationē mortis Christi: tum etiam, si immutatio realis requireretur, fore, vt potiùs in corruptione specierū,

quam

quam in manducatione, quinimo nec in corruptione ſpecierum conſiſteret. Et ita ſatisfactum eſt omnibus argumentis aliarũ opinionum, quas 1. 2. & 3. cap. memorauimus. Iam vero de conſecratione vtriuſque ſpeciei pro integra ſignificatione huius ſacrificij diſputemus.

Vtrum eſſentia huius ſacrificij neceſſario poſtulet conſecrationem vtriuſque ſpeciei, an alterius tantum conſecratio ad eam ſufficiat. Diſputatio 23.

In conſecratione alterius ſpeciei ſolum integrã rationem ſacrificij reperiri, nonnulli Theologi autumant. Cap. 1.

Sacrificium Chriſti incruentum inſtituti potuiſſe in conſecratione vnius tantum ſpeciei, verũ reipſa in conſecratione, & deſitione vtriuſque ſubſtantiæ inſtitutum fuiſſe, alij cenſent. Cap. 2.

Ad rationem Sacramenti, & ſacrificij vtriuſque ſpeciei conſecrationem ita neceſſariam eſſe, vt etiam ex licentia Pontificis vna tantũm conſecrari nequeat, prior pars veræ ſententiæ eſt. Cap. 3.

Rationem ſacrificij in conſecratione vtriuſque ſpeciei, nulla habita ratione conuerſionis ita poſitam eſſe, vt in conſecratione alterius tantum non potuerit commodè conſtitui, poſterior pars veræ ſententiæ eſt. Cap. 4.

Diluuntur oppoſitiones aduerſariorum cap. 1, & 2. allatæ. Cap. 5.

Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 6.

In conſecratione alterius ſpeciei ſolum integram rationem ſacrificij reperiri, nonnulli Theologi autumant.

CAPVT I.

INTER Eos, qui totãm eſſentiam huius ſacrificij Miſſæ in conſecratione cõſtituunt, non omnino conuenit, vtrum in vtriuſque ſimul ſpeciei, an alterius tãtum conſecratione integra ratio illius reperiatur. Nonnulli exiſtimant in vnius ſolum ſpeciei conſecratione totam eſſentiam ſacrificij reuera conſiſtere. Pro hac ſententia referunt aliqui Gaſparem Caſſalium, quem ego non legi, & Ruardum artic. 16. qui id expreſſe non docet; colligi tamen videtur ex definitione ſacrificij, quam ipſe tradit in eo articulo. §. *Eadem fidei*, longe poſt medium, vbi inquit, ſacrificare idem eſſe, quod facere aliquid ſacrum, & ideo in conſecratione huius Sacramenti hoc ſacrificium cõſiſtere, quia per illam fit aliquid ſacrum: hoc autem non ſolum in vtriuſque ſpeciei, ſed etiam in alterius tantum conſecrationem conuenit: ſentire igitur videtur, in qualibet illarum veram eſſentiam ſacrificij incruenti conſiſtere. *Caſſalius. Ruardus.*

Probari autem poteſt primò hæc ſententia: quia per ſolam conſecrationem cuiuſuis ſpeciei conſecratur Chriſtus, vt ſub illa Sacramentali modo ſit, & in honorem Dei offertur, ſiquidem ipſa conſecratio eſt eſſentialiter oblatio, vt diſputatione præcedente cap. 7. notauimus: tum etiam deſinit ſubſtãtia panis, aut vini: ergo nihil illi deeſt, quominus vere ſit ſacrificium. Secundò, quia per conſecrationem corporis Chriſti ſub ſpecie panis, Chriſtus ſit aptus cibus fidelium, antequam conſecretur ſanguis ſub ſpecie vini, idemque eſt de conſecratione calicis ſola ſecundum ſe: ergo vtriuſuis cõſecratio ſola ad rationem ſacrificij ſufficit; nam, vt ex præcedente diſputatione cap. 5. ex Nyſſeno referebamus, ideo in conſecratione conſiſtit ratio ſacrificij, quia, vt inquit ille, per conſecrationem corpus Chriſti redditur aptum, vt edatur, & ſanguis, vt bibatur, ſicut carnes animalis per ſacrificium præparantur, vt manducentur. Tertio probatur, quoniam ſi aliqua ratione conſecratio vtriuſque ſpeciei ad rationem ſacrificij incruenti eſſentialiter pertineret, maxime vt repræſentaret ſacrificium Chriſti cruentum, in cuius repræſentatione ſacrificium incruentum eſſentialiter conſiſteret: atqui ſacrificium cruentum Chriſti nõ fuit poſitum in ſeparatione ſanguinis, ſed animæ à corpore, quæ repræſentatur per cõſecrationem ſolius corporis: ergo in ſola illa hoc ſacrificium cõſiſtit. Porro autem per conſecrationem ſolius corporis repræſentari ſeparationem animæ à corpore, probatur, quia ex vi verborum conſtituitur ſolum corpus exſangue, & ſine anima ſub ſpecie panis, quamuis ratione concomitãtiæ cũ anima, & ſãguine ibi ſit. Quare licet

Fundamentum primum huius ſententiæ.

Secundò.

Tertiùm.

per conſecrationem vtriuſque ſpeciei repræſentetur ſeparatio ſanguinis à corpore, tamen ad rationem ſacrificij vtriuſque conſecratio non pertinebit: eo quòd in ſeparatione ſanguinis à corpore ratio ſacrificij cruenti poſita non fuit, ſed in ſeparatione animæ a corpore, vt diximus, quæ ſola conſecratione corporis repræſentatur. Quarto idem probatur, quia ſi ſacerdos ſimul atq; conſecraſſet corpus moreretur, diceretur ſacrificaſſe, quamuis ſacrificium perfectũ nõ fuiſſet: ergo ad eſſentiam ſacrificij vtriuſque ſpeciei conſecratio non requiritur, licet ad perfectũ ſacrificiũ requiratur. Poſtremo denique hæc ſententia confirmatur opinione Doctorũ, qui aſſerunt, ſolo iure humano Eccleſiæ præceptũ eſſe, vt hoc Sacramentum ſub duplici ſpecie cõſecretur; nã ſi vtriuſq; conſecratio ad eſſentiam ſacrificij pertineret, ſine dubio ſub præceptum Diuinum caderet. Porro ſolo humano præcepto iuberi, vt hoc Sacramentũ, nõ niſi ſub duplici ſpecie conſecretur, docet Adrianus in 4. q. 6. de Euchariſtia, quę incipit: *Viſo de impedimẽto. §. Pro reſponſione*, nõ longè à fine, in quã ſententiã citat Alexãdrũ lib. 6. Cõpendij Theologiæ, quẽ ego nõ legi, quòd aſſerat, ſi contingat ſacerdotẽ aquã pro vino in calice ponere, & illam tẽpore cõmunionis ſumere, nõ poſſe vinũ conſecrare, & ſumere, quia iã ieiunus nõ eſt: ex quo manifeſte ſequitur, ipſum ſenſiſſe, nõ eſſe Diuinũ præceptũ ſacerdoti impoſitũ ſumendi vtramq; ſpeciem, ac proinde, nec cõſecrandi: ſi enim hoc præceptũ eſſet Diuinũ, obſtare nõ poſſet præceptũ ieiunij, quod eſt Eccleſiaſticũ, quo minus poſt ſumptã aquã cõſecrari deberet vinũ. & ſumi à ſacerdote. Idẽ, quod Adrianus affirmat Maior in 4. d. 9. q. 3. §. *Tertio arguitur*, quod attinet ad præceptũ conſecrandi ſub duplici ſpecie, quod putat eſſe humanũ: nã, quod ſpectat ad obligationẽ ſumẽdi integrũ Sacramentũ, non obſtante præcepto Eccleſiaſtico ieiunij, cõtra Adrianũ ſentit, debere ſacerdotẽ in eo caſu conſecrare vinum, & illud ſumere: pro hac opinione de obligatione ſolius Eccleſiaſtici præcepti ad conſecrandã vtramque ſpeciẽ in hoc Sacramẽto, allegant nõnulli ſummam Tabienne, verbo *Euchariſtia*. 1. nu. 20. & Piſanã *Euchariſtia*. 2. nu. 12. Verũ hi Autores nõ dicunt, præceptũ conſecrãdi vtramque ſpeciẽ eſſe ſolùm Eccleſiaſticũ, ſed poſſe Pontificem in eo diſpenſare, quod nõnulli etiã affirmant, licet exiſtiment, eſſe Diuinũ, vt inferius videbimus. Citant etiã Nauar. in ſumma cap. 25. nu. 91. qui huiuſmodi præceptũ tantum vocat Eccleſiaſticũ, ſed eam ſententiã cum Adriano, & Alexan. Alenſi, & Maiore, aperte defendit Claudius Sainctes repetit. 10. de Euchariſt. c. 3. §. *Ex aduerſarijs* aliquantulũ à principio, atque pro illa præter Adrianũ, & Alenſem, citat Ruardũ Tapper in articulis, & Heſelan. in lib. de cõmunione ſub vnica ſpecie. Verũ Ricard. art. 15. §. *Non mutatũ eſt*, ſolũ docet, nõ eſſe certũ fidei dogma, iure Diuino neceſſariã eſſe conſecrationem vtriuſq; ſpeciei, ſed id ſub opinione adhuc poſitũ eſſe, referuntque Autores pro vtraque parte: pro illa vero, quã tradidit Adrianus, nẽpe, ſolo iure Eccleſiaſtico vtriuſque conſecrationẽ ſimul requiri, citat Gabrielẽ in canone Miſſæ, lect. 53. lit. D. ibi tamẽ nihil de hac re dicit, ſolũ in liter. E. in fine aſſerit ſecundũ ſententiã Albertilib. de corpore Domini fieri poſſe in aliquo caſu, nẽpe, in aliqua regione, vt ſub vna tantũ ſpecie conſecretur hoc Sacramentũ, ex diſpenſatione tamen: quod quidẽ probare videtur, quamuis exiſtimet, conſecrationẽ vtriuſque ſpeciei iure Diuino præceptã eſſe, vt cap. 3. videbimus. Heſſelanus autẽ in illo libello fol. 98. pag. 1. §. *Sed id non eſſe*, nihil aliud docuit, quã Ruardus, & addidit fore, vt id, quod dixit Caietanus, nẽpe, ſacrilegiũ eſſe alteram tantum ſpeciẽ conſecrare, verũ eſſe poſſet, etiam ſi humano tantum iure vetitum eſſet, quoniã contra ius humanũ ſacrilegiũ committi poteſt, vt cũ quis in die feſto ab opere ſeruili non abſtinet, id quod ex Heſſelano deſumpſit etiam Claudius loco citato.

Hęc vero ſententia de obligatione ſolius iuris humani ad cõſecrandũ vtramque ſpeciem confirmari poteſt primum facto Chriſti, qui vt probauimus diſput. 216. cap. 2. in Caſtello Emaus alterã ſolum ſpeciem conſecrauit, eamque diſcipulis ſuis porrexit: nam ſi ipſe Chriſtus præcepto ſuo inſtituiſſet, vt vna ſine altera nõ cõſecraretur, nequaquã ipſe præceptũ illud violaſſet. Adde quod ſi aliqua ratione hoc præceptũ à Chriſto fuiſſet inſtitutũ, maximè vt cõſecratione vtriuſque ſpeciei cõmemoratio fieret paſſionis ipſius: atqui conſumptione vnius tantũ ſpeciei hęc cõmemoratio fieri poteſt: ergo etiã conſecratione vnius tantum. Porro manducatione vnius tãtum fieri commemorationem paſſionis Chriſti probatur, quia ex illis verbis Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, diſp. 213. c. 2. deduximus præceptũ, nõ tantũ pro ſacerdotibus cõſecrãdi, ſed etiã cõmunicãdi pro laicis: hi autem ex Diuino præcepto ſolum tenentur ad communicandum ſub altera tantum ſpecie: ergo

Quartum.

Vltimum.

3

Adrianus.

Maior.

Tabien. Piſanam. Nauarr.

4

Alexander. Sanctus.

Gabriel. Albertus.

Heſſelan.

5

Sententiã afferentiũ nõ eſſe de iure Diuino conſecrationem vtriuſque ſpeciei probatur primo.

go signum est, sub illâ eos commemorare etiam posse passionem Christi: Et quis, obsecro dicat, Christum consecrante sub vna tantum specie in Castello Emaus, & discipulos sub ea solum communicantes, mortem suam non cõmemorasse? Deinde probatur, quia si iure Diuino vtriusque speciei consecratio necessaria esset, nunquã ex dispensatione Summi Pontificis vna sola consecrari posset: nam Pontifices obligationem iuris Diuini etiam positiui dispensatione sua nequaquam relaxare queũt; legimus autem aliquem Summum Pontificem aliquibus gentibus concessisse, vt sub vna tantum specie consecrarent: nam, vt refert Raphael Volaterran. lib. 7. Geographiæ cap. 4. quod est de Saxonibus, Innocentius VIII. cum Nortuergis dispensauit, vt vna tantum species apud eos cõsecraretur. Hoc idẽ refert Onuphrius Panuinus in Chronic. sub anno 1490. Præterea eodẽ modo cũ eis dispensasse Innocentium IIII. refert ex eodẽ Volaterrano, Claudius Sainctes repetitione 10. de Eucharist. cap. illo 3. ergo signũ est, consecrationẽ vtriusque speciei non esse iure Diuino, sed humano præceptam. Porro autẽ posse Pontificẽ hoc præceptum ex dispẽsatione relaxare, docent Albert. lib. de corpore Domini, cuius sententiam refert Gabriel lect. 53. in canonem Missæ litera E. & probare videtur. Idẽ sentit Angelus in summa verbo, *Eucharistia*, primo nu. 20. Vvillelmus Alanus lib. 2. de Eucharist. cap. 20. & Claudius Sainctes repetitio, 10. de Eucharist. c. illo 3. idemq; asserere debẽt Alẽsis, & Adrianus, qui, vt supra retulimus, putant, præceptum consecrandi vtramque speciem simul solùm esse Ecclesiasticum.

Secundo ex verbis Lucæ 22.

Tertio.

6

Volaterran.

Panuinus.

Sainctes.

Albertus. Gabriel.

Angel. Alanus. Sainctes. Alensis. Alexander.

Sacrificium Christi incruẽtum instituisse in consecratione vnius tantum speciei; verum reipsa in consecratione, & desitione vtriusque substantiæ institutum fuisse, alij censent.

CAPVT. II.

7 ALII Verò Theologi nõ eodem modo philosophantur de eo, quod in institutione huius Sacramẽti fieri potuit, & de eo, quod re ipsa factũ est: nã, quod attinet ad id, quod in illius institutione fieri potuit, dicunt, institui quidẽ potuisse hoc sacrificiũ in consecratione tantùm vnius speciei, aut ratione cõuersionis panis in Christũ, aut ratione ipsius Christi ex vi cõsecrationis sub speciebus positi, siue eo ipso repræsentaretur cruentũ sacrificium, & mors ipsius, siue non repræsentaretur. Primùm quidem, potuisse institui hoc sacrificiũ in consecratione vnius tantũ speciei, ita vt per illam repræsentaretur mors Christi, probant, quia cum hæc significatio pẽderet ex voluntate Christi, nihil obstare potuit, quominus ita instituereturvt mortem Christi repræsentaret. Deinde potuisse institui sub altera tãtùm specie sine repræsentatione cruenti sacrificij Christi, confirmant, quia etiã si Christus mortus non fuisset, nec passibilis natus esset, consecratio illius non minus in honorem Dei institui posset, quam modo instituta est: ergo non minus esset sacrificium, quàm nunc est; tunc autem nullum cruentũ sacrificiũ ipsiusmet Christi repræsentaret.

Prior pars huius sententiæ probatur.

Præterea, quod attinet ad factum, docẽt, essentiam huius sacrificij in repræsentatione cruẽti sacrificij, & mortis Christi positã esse, vt disputatione præcedente cap. 8. probauimus, ac proinde consecrationem vtriusque speciei ad illam necessario requiri. Id autẽ probant primò, quia licet in qualibet speciei sola per se consecrata sit signũ aliquod, & indicium saltem obscurum mortis Christi, tamen expressa repræsentatio, in vtriusque simul consecratione reperitur; implicita autem, & obscura significatio nõ satis videtur ad essentiam sacrificij, quia talis fuit institutio huius sacrificij, vt esset expressa significatio, sicut etiã pro forma Baptismi nõ sufficicit dicere: *Ego te Baptizo in nomine Trinitatis*, sed oportet explicite totam Trinitatẽ significare: quia ita instituta fuit forma, vt expressam Trinitatis significationẽ contineret, Secũdo cõfirmant exẽplo Christi, qui nõ vnam tantũ sed vtramq; consecrauit: nec sine mysterio in cõsecratione calicis addidit verba illa: *Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorũ*, Matthæi 26. vt indicaret, per effusionẽ sanguinis sui perficiendam esse remissionẽ peccatorum, ideoque ad nunc effectum applicandum instituturum esse hoc sacrificiũ, quod illam effusionem repræsentaret: quibus omnibus peractis præcepit, Lucæ 22. vt eodem modo sacrificiũ hoc offerremus, cum dixit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Tertiò, quia quoties in lege veteri plures

Posterior rem partẽ suæ sententiæ confirmant.

8

Secundò probatur ex Christi facto.

Matth. 26.

Luca 22.

Tertio dicta ſimilitudine à ſacrificijs antiquis.

actiones præcipiebantur in vno ſacrificio, vel plures res ad illud exigebantur, omnes ad eſſentiam illius pertinebãt, vt quòd animal occideretur, & partes illius igne comburerentur: & ad ſacrificium panis, & vini quod obtulit Melchiſedech, non tantùm panis, ſed etiam vinum eſſentialiter pertinuit; eodem igitur modo, cum Chriſtus vtramque ſpeciem conſecrauerit, & conſecrare præceperit, idque inſtar ſacrificij Melchiſedech, dicendum eſt, vtriuſque ſpeciei cõſecrationem ad eſſentiam ſacrificij pertinere. Neque refert, inquiunt, quòd ſola conſecratione panis in corpus Chriſti fiat aliquid ſacrum in cultum Dei, idque minime pendeat ex conſecratione vini in ſanguinẽ, vt proinde dicamus, eſſentiam ſacrificij in vnius ſolùm ſpeciei conſecratione compleri: inde enim ſolùm conſequitur, in cuiuſuis ſpeciei conſecratione ſacrificium inchoari, quia alterius etiam ſpeciei conſecratio pro hoc ſacrificio inſtituta eſt, quem admodum (inquiunt) cum præcipiebatur in lege, vt animal occiſſum, quod in ſacrificium offerendum erat, igne cremaretur, eſſentia ſacrificij ſola occiſione animalis compleri non poterat, quia etiam pro illo inſtituta erat combuſtio, cũ tamen ſola occiſio, ſi ita inſtitueretur, pro eſſentia alicuius ſacrificij ſufficeret. Similiter etiam (inquiunt) eſſentiam ſacrificij Chriſti cruenti, prout à Chriſto inſtitutum fuit ad placandum Deum, non eſſe completum ſola effuſione ſanguinis per vulnera ei inflicta, niſi reipſa moreretur, ſed ſolùm eſſe ſacrificium inchoatum, cum tamẽ ſanguinis effuſio ſine morte ad eſſentiam alterius ſacrificij ſufficeret, ſi ita inſtitueretur.

9

Poſtremò prædicti Theologi, vt exãcte explicent rationẽ huius ſacrificij, affirmant, ad eſſentiã illius non tantũ requiri vtriuſq; ſpeciei cõſecrationẽ, ſed etiã in ipſis actionibus, quibus panis, & vinum in corpus, & ſanguinem Chriſti conuertitur, eſſentiam ipſam immolationis poſitã eſſe: actiones autem, quibus hæ ſubſtantiæ cõuertuntur, & in quibus immolationẽ incruentam conſtituunt, dicunt duobus conſtare, nẽpe, ſubſtantiæ panis, & vini corruptione, & productione ipſius Chriſti; tametſi corruptionẽ ſubſtantiarum dicant non cadere ſub primariam intentionem immolantis, ſed tantum productionem Chriſti ſub ſpeciebus: ac proinde ordinem ad terminum ad quem non ſolum eſſe eſſentialem, verùm etiam præcipuũ in hoc ſacrificio; ordinẽ vero ad terminũ à quo, hoc eſt, ad ſubſtantias, quæ

Eſſentiam ſacrificij in actione conuerſionis conſtituunt.

10

conuertuntur in corpus, & ſanguinẽ Chriſti, & actionẽ ipſam, qua ſeparantur accidẽtia ab his ſubſtantijs, ex qua conſequitur, vt ipſæ ſubſtantiæ deſtruantur, eſſe quidẽ etiam eſſentialem huic ſacrificio, prout à Chriſto reipſa inſtitutum eſt, quamuis alio modo inſtitui potuerit, & ipſæ ſubſtantiæ ſic deſtructæ non ſint res, quæ præcipue in ſacrificium offeruntur.

Probant autẽ eſſentiã ſacrificij in actione illa conuerſionis poſitam eſſe: quia ſine hac actione Chriſtus in hoc Sacramento nõ immolaretur, prout ab ipſo inſtitutũ eſt, vt immoletur, quamuis alio modo immolari poſſet: ergo actio illa conuerſionis ad hoc ſacrificium neceſſaria eſt; non quidem, vt aliquid præuium ſacrificio: ergo vt intrinſece pertinens ad eſſentiam illius. Porro autem prædicti actionem non eſſe neceſſariã ad hoc ſacrificium tantùm vt aliquid præuium; ſed vt intrinſece pertinens ad illius eſſentiam, probant: quia immolatio, quę eſt ſacrificiũ pro actione, & nõ pro ſola re oblata, nõ in ſola ſignificatione, quæ permanet in rebus factis, qualis eſt in ipſis ſpeciebus panis, & vini cõſecratis, ſed in actione debet eſſe; alioquin poſt actionẽ conſecrationis, non ſolũ ſacrificium pro re oblata, ſed etiam ipſa immolatio ſemper perſeueraret. Et ſane quemadmodũ immolatio cruenta Chriſti in ipſo actu patiendi mortẽ poſita fuit, nõ autẽ in re, quæ mortua permanſit, eodẽ modo immolatio incruenta in aliqua actione, nõ in re, quę poſt actionẽ manet, cõſiſtere debet; nulla autem actio in cõſecratione aſsignari poteſt, in qua eſſentia ſacrificij cõſiſtat; imo verò cũ hæc actio fiat vi tute verborũ, fatentur ingenue, eſſentiam immolationis, & ſacrificij in actione cõuerſionis, quatenus fit ſenſibilis per verba, poſitã eſſe: quia mactatio myſtica, in qua hæc immolatio cõſiſtit, nõ fit tãtũ medijs ſignis rerũ, ſed etiam verborum, per quæ etiã corpus, & ſanguis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini conſtituta myſtice ſeparantur.

Ratio huius placiti.

11

Ad rationem Sacramenti, & ſacrificij vtriuſque ſpeciei conſecrationem ita neceſſariam eſſe, vt etiam ex licentia Pontificis vna tantum conſecrari nequeat, prior pars veræ ſententiæ eſt.

CA-

CAPVT III.

PROBABILIOR vero sententia in duobus posita est, alterum est tam ratione Sacramenti, quàm sacrificij, vtriusque speciei consecrationem ita iure Diuino necessariam esse, vt etiam ex licentia, & dispensatione Pontificis, vna tantùm consecrari nõ possit: alterum est rationem sacrificij, ita essentialiter à Christo positã fuisse in consecratione vtriusque speciei, nulla habita ratione conuersionis, vt in consecratione alterius commode constitui non potuerit. Priorem partem in hoc capite; posteriorem verò in sequenti, confirmabimus.

12

Prior pars veræ sententiæ.

Circa priorem igitur partem, primùm probandum est, consecrationem vtriusque speciei iure Diuino præceptam esse, tam ratione Sacramenti, quàm sacrificij. Et quidem vtramque hoc, aut illo titulo præceptam esse Diuino iure, docent Marsil. in 4. q. 6. art. 1. p. 1. dub. 3. & 4. post tertiã conclusionẽ, de materia cõsecrationis sanguinis, & Caietan. in hac 3. p. quæst. 80. artic. 12. quæstione 1. ad tertium argumentum, vbi concedit id, quod propositum in eo fuit, nempe, consecrationem vtriusque speciei necessariam esse, & præceptam Diuino iure; idem sentiunt Gabriel lectione decima in canonem, litera D. Hosius in confessione catholica capit. 40. Siluester in summa verbo *Eucharistia*, primo quæstione quinta, & Dominicus Sotus in quarto distinctione nona, quæstione prima, articulo secundo in fine id planè supponit, cum asserit, vt seruetur integra significatio Sacramenti, vtramque speciem consecrari necessarium esse: in quo planè indicat, iure Diuino, quo instituta est Sacramenti significatio, id necessarium esse. Idẽ docet aperte Sanctus Thomas supra quæst. 74. artic. 1. & indicat quæstione 80. artic. 12. ad tertium, vt inferius dicemus. Porro ex his Autoribus Marsilius inde colligit hanc iuris Diuini obligationem de consecratione vtriusque speciei, quia Christus præceperit hoc Sacramentum offerri sub dupplici specie; vtrum autem ratione Sacramenti, an sacrificij id præceperit, non explicat; cum quo conueniunt Gabriel, & Siluester, qui solùm in vniuersum asserunt, Diuinum esse præceptum, vt consecratio sub vtraque specie fiat; illius tamen obligationem neque ex natura Sacramenti, neque ex natura sacrificij colligunt. Caietanus autem & Sotus ad significationem Sacramenti eam referunt. Hosius ad rationem sacrificij, cum asserit obligatione communicãdi sub vtraque specie neminem extra sacrificium teneri, hoc est, solos sacerdotes sacrificantes ad vtriusque communionem obligari. At vero Beatus Thomas articul. illo secundo, hanc obligationem Diuini præcepti, de consecranda vtraque specie colligit, tum ex natura Sacramenti, tum etiam ex natura sacrificij. Verum antequam illam ex vtroque capite deducamus, Diuinum præceptum consecrandi vtramque speciem testimonijs confirmemus. Probari autem solet primò ex Concilio Toletano 7. cap. 2. vbi præcipitur, vt, si casu sacerdos ægritudine impeditus non potuerit consecrationis explere ministerium, ab alio sacerdote protinus suppleatur: id quod necessariũ esse indicauit Concilium pro honore mysteriorum seruando, ne imperfecta maneant: si autem iure Diuino vtriusque speciei consecratio, saltem ad perfectionem Sacramenti non pertineret, nihil derogari videretur ipsi Sacramento, si vtraque species non consecraretur. Deinde ex Concilio Toletano 11. capit. 14. vbi etiam cauetur, ne consecratio huius Sacramenti imperfecta relinquatur, sed id, quod ab vno cẽptum perfici non potuit, ab alio perficiatur. Referuntur autem hi canones, in canone *Illud*, & canone *Nihil*, septima quæst. 1. Verùm ex his locis nostra sententia efficaciter colligi nequit: quia, licèt consecratio vtriusque speciei simul ex humano solum Ecclesiæ præcepto necessaria esset, rectè præciperetur id, quod diximus pro honore mysteriorum seruando, sicut etiam cæremoniæ aliæ ab Ecclesia institutę in administratione Sacramentorum, in honorem eorum præcipi, & seruari rectè dicuntur: nam id, quod hoc modo instituit Ecclesia, instituit, & præcipi dicitur pro honore Sacramentorũ cũ in materia virtutis religionis, & reuerẽtię debitę Sacramentis cõstituatur. Adde, quòd in illo canon. 14. nullũ, vel minimum verbũ est, ex quo obligatio Diuini iuris colligi possit: nam, quòd præcipiatur, vt perficiat vnus sacerdos, quod alius incepit in hoc Sacramento, non satis est, vt dicamus, hanc perfectionem Diuino iure requiri.

Non rectè ab alijs probatur.

Concilium Toletanũ.

14

Concilium Toletanum 11.

Multo igitur melius probatur prædicta sententia, primũ testimonio Concil. Triden. sess. 22. c. 1. in medio, vbi post quam dixit, Christum sacerdotem secundũ ordinem Melchisedech, corpus, & sanguinem suum sub specie-

Probatio ex Trid.

Marsil.

Caietanus. Gabriel. Hosius. Dom. Sot. Siluester.

S. Thomas.

13

ciebus pānis, & vini obtuliſſe, ſubdit: *Ac ſub earundē rerū ſymbolis, Apoſtolis, quos tūc noui teſtamēti ſacerdotes conſtituebat, vt ſumerēt tradidit, & eiſdem, eorumque ſucceſſoribus, vt offerrent præcepit, per hæc verba Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem.* Idem omnino deſinitur in eadem ſeſſione can. 2. Deinde probatur teſtimonio illo Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, ex quo Concilio deduxit præceptum Diuinum offerēdi Deo in ſacrificium corpus, & ſanguinem Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini: nam, quamuis apud Lucam non dicatur: *Hæc facite*, ſed, *hoc facite*, & illud ſolum dictū referatur poſt panis conſecrationem, ex qua aliqui contendunt, pronomen, *Hoc*, non poſſe referre vtriuſque ſpeciei conſecrationē, vt vidimus ſupra diſput. 216. cap. 5. in tertio teſtimonio; tamen 1. ad Cor. 11. poſt cuiuſque ſpeciei conſecrationē ſimilia verba dicūtur: nam poſt conſecrationē corporis dicitur: *Hoc facite in meam cōmemorationem*; poſt conſecrationē verò calicis: *Hoc facite, quotieſcunque bibetis in meā cōmemorationem.* Lucas etiam eadē verba poſt conſecrationem calicis à Chriſto dicta fuiſſe indicat, cū inquit: *Similiter, & calicem, &c.* nam aduerbium, *ſimiliter*, omnia, quæ dicta fuerunt poſt corporis conſecrationē, refert. Neque verò ex eo, quod prædicta verba dicta fuerint poſt ſingulas cōſecrationes, licet inferre, vt Recentiores quidam inferunt, potius Chriſtum dediſſe facultatē conſecrandi quamlibet ſpeciem ſine alia: nā, qui poſt cōſecrationem vnius dicit: *Hoc facite, &c.* aperte præcipit eā conſecrationem; ex eo verò, quòd eiſdem verbis dictis poſt aliam, eā præcipiat, non tollit præceptum prioris: imo verō vnam cū alia coniungit: idque eodē modo ſequeretur, licèt vnaquæque per ſe cōſecratio eſſet recordatio integra paſſionis Chriſti: nam repetens Chriſtus eadem verba poſt conſecrationem poſterioris, præcepiſſet quidem, vt duobus illis modis paſſio ipſius memoraretur. Et ſanè, cum Concilium Tridentinum ſeſſione 22. cap. illo primo, ex illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*, non dico colligat præceptum offerendi vtramque ſpeciem, ſed affirmet, per illa Chriſtum id præcepiſſe: valde mirandum eſt, viros catholicos, & pios aſſerere non dubitaſſe, ex illis verbis præceptum conſecrandi corpus, & ſanguinem ſimul, minime colligi.

Ex Luc. 22.

16

17

Ratio petita ex natura Sacramenti, & ſacrificij.

Iam verò ratione, tam deſumpta ex natura Sacramenti, quàm ſacrificij hoc ipſum probatur. Primùm, ſi rationem Sacramenti attendamus: quoniam hoc Sacrāmētum inſtitutum eſt ad refectionem ſpiritualem, inſtar conuiuij, quod duobus conſtat, nempe, cibo, & potu: ergo ex ſua inſtitutione poſtulat, quòd vtraque ſpecies conſecretur, ſiquidem altera denotat cibum, altera verò potum. Nam, quamuis laicis ad ſalutem altera tantùm ſpecies ſufficiat, nempe, panis; tamen ipſe ordo conſecrationis poſtulat, vt in hoc Sacramento integrum conuiuium præparetur, & ab ipſis ſaltem ſacerdotibus conſecrantibus integrè ſumatur. Cum igitur ipſa inſtitutio ſit Diuini iuris, rectè ſequitur, eodem iure præceptum eſſe, vt vtraque ſimul conſecretur. Deinde, ſi rationem ſacrificij conſideremus, idem quoque probari poteſt: quoniam hoc Sacramentum eatenus eſt ſacrificium, quatenus eſt commemoratio, & figura quædam mortis Chriſti: vt autem ſequente capite probabimus, conſecratione vnius tantum ſpeciei non commemoratur mors Chriſti: ergo natura ipſa ſacrificij incruenti poſtulat, vt vtraque ſpecies conſecretur: cumque præceptum ſacrificandi Diuinum ſit, vt conſtat ex Concilio Tridentino ſeſſione 22. cap. 1. vbi dicitur, Chriſtum præcepiſſe Apoſtolis, vt offerrent: conficitur planè, iure Diuino præceptum eſſe, vtramque ſpeciem ſimul conſecrare. Porro autem, ſacerdotem ſemper offerre ſacrificium, quoties conſecrat, manifeſtum eſt, quia ſemper conſecrat in memoriam paſſionis, vt fatetur Eccleſia in canone Miſſæ, cum ait: *Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Et conſtat ex illo Lucæ 22. & 1. ad Corint. 11. *Hoc facite in meam commemorationem.* Et ſanè, ſi obligatio conſecrandi vtráque ſpeciem ſimul ſolū eſſet humana, non ſolum Pontifex diſpenſatione ſua illam poſſet relaxare, vt quidam minus improbabiliter opinantur, ſed etiam quiſquam arbitrio ſuo in aliquo caſu poſſet per Epijkiā emendare, corrigere, & interpretari, ita vt vna ſola ſpecie cōſecrata cōtentus maneret: id quod libēter concedunt Adrianus, & Alexander citati ſupra in primo cap. imo ad hoc ſacerdotem teneri affirmant, nempe, vt ratione ſcandali puſillorum aliquando relinquenda eſſet conſecratio calicis, quando ſacerdos ex inconſiderantia aquam pro vino in calice poſſuit, & ita ſanguinē Chriſti nō cōſecrauit. Maior vero in 4. d. 9. q. 3. §. *Quinto arguitur*, eādē ſententiam ſequutus, fatetur ea ratione, vt ægrotanti miniſtretur hoc Sacramentum, conſecrari poſſe ſolùm fruſtum panis ſine vino;

18

Concil. Trid.

Luca 22. 1. ad Corint.

Adrianus. Alexander.

Maioris, & aliorū doctrina de ſacrificio inceptæ ob ſcandalum reliquēdo rejicitur.

vino. Horũ tamen ſententiã abſurda eſt. Primum quidem, quod aſſerunt Alexander, & Adrianus, quia vt oſtendemus 2. 2. quæſt. 43. artic. 8. nullum præceptum humanum omittere, aut tranſgredi poſſumus ob vitandum ſcandalum etiam ex ignorantia, & infirmitate, quod dicitur puſillorum. Adde, quòd in hoc caſu nullum ſcandalum, niſi fictum oriri poteſt, ex eo quòd ſacerdos iterũ mittat vinum in calicem, & illud conſecret. Deinde, quod ait Maior, non minus abſurdũ eſt: quoniam cum hoc Sacramentum pro ægrotis non ſit neceſſarium ad ſalutem, niſi ex præcepto, & hoc ſolùm obliget, quando eſt copia illius, ita vt commodè miniſtrari poſsit, vt diximus diſput. 211. cap. 5. non liceret hoc Sacramentum pro ægroto conficere, niſi ſeruato ritu Eccleſiæ, quanto minus non ſeruato præcepto Diuino, de conſecratione vtriuſque ſpeciei? Conſtat igitur, obligationem conſecrandi vtramque ſpeciem ſimul eſſe Diuini iuris, non humani. Huic autem ſententiæ nihil obſtat, quòd Chriſtus Dominus, qui huius precepti autor fuit, pro ſua ſuprema autoritate coram duobus illis diſcipulis in caſtello Emaus alteram tantum ſpeciem conſecrauerit; voluit enim, tum eos reficere, tum etiam ab eis agnoſci, & agnitus ſtatim ex oculis eorũ euaneſcere, quod quidem eo tẽpore maxime ſic expediebat: cũque ſtatim in fractione panis agnitus eſſet poſt conſecrationem, amplius non comparuit: & ita ex textu colligi apertè videtur, calicem non conſecraſſe. Quomodo autem in ſolà conſecratione panis commemorauerit paſsionem ſuam, & vtrum illa commemoratio ſufficiens fuerit ad rationem ſacrificij, an non, ex his, quę capite ſequente, & cap. 6. dicemus, conſtabit.

[19] Obiectio diluitur. 20

Ex dictis verò manifeſtè conſequitur, nõ poſſe Pontificem ex diſpẽſatione hanc obligationẽ ſacerdotibus relaxare, & aliqua ex cauſa illis concedere, vt alterà tantum ſpeciẽ cõſecrent: id quod ex Theologis docent Dominicus Sotus in 4. diſt. 9. q. vnic. art. 1. in fine, & Sylueſter in ſumma verbo, *Euchariſtia*, 1. q. 5. quibus conſentit ſumma Armilla verbo *Euchariſtia*, num. 10. in fine, vbi refutare videtur ſententiam Angeli, qui contrarium docuit, & inquit, eã dubiam eſſe, hoc eſt, difficilem, quia obſtat perfectio ſacramenti; ac ſi dicat, quæ iure Diuino ita neceſſaria eſt, vt eam Põtifex nunquã mutare poſsit. Quòd verò ibidem ait, tẽpore Alexandri VI. qui voluit diſpenſare, declaratum fuiſſe, eũ nõ poſſe, intelligit ad conſecrandum calicem ſine vino cum aqua, aut alio liquore, non autem ad cõſecrãndum corpus ſine ſanguine: hoc enim tãquam diuerſum quid poſtea refert, & ſententiã Angeli de illo dubia, hoc eſt, difficilem eſſe cenſet, vt diximus. Neque verò Innocentius III. lib. 4. de myſterijs Miſſæ cap. 23. huius difficultatis meminit, nempe, vtrum Põtifex in aliquo caſu ex diſpenſatione hoc præceptum relaxare poſsit, vt falſò refert Dominicus Sotus; ſed vtrum ſacerdos in aliquo caſu deficiente vino poſsit Euchariſtiam in ſola ſpecie panis conſecrare, & tandem reſpondet, ſi quis panem ſine vino cõſecrare vellet, fore, vt conſecratio panis effectum haberet: peccaret tamen, ſi ita conſecraret: de diſpenſatione autem, nec verbum quidem habet Innocentius.

Conſectarium. Dom. Soto, Sylueſter. Angelus. Innocentius. 21

Porrò, non poſſe Pontificem diſpenſatione ſua hoc præceptũ in aliquo caſu relaxare, ex dictis conſequi manifeſtũ eſt: nam in adminiſtratione, materia, & forma Sacramẽtorum, quæ iure Diuino tradita ſunt, nihil Põtifex vllà de cauſa mutare poteſt: cum igitur iure Diuino præcepta ſit cõſecratio vtriuſq; ſpeciei, tũ ratione Sacramenti, tũ etiã ratione ſacrificij, vt probatum eſt, conficitur planè, fieri non poſſe, vt Pontifex hanc obligationem aliqua de cauſa diſpenſatione ſua relaxet, ſicut etiam efficere nequit, vt calix cum ſola aqua ſine vino vitis conſecretur, non quidẽ alia ratione, niſi quia iure Diuino ab ipſo Chriſto ſtatutũ, & definitũ eſt, vt materia neceſſaria pro calicis conſecratione ſit vinũ vitis: cum enim inferior non poſſit diſpenſare in lege ſuperioris, neque Pontifex poterit in lege Diuina. Et ſanè ſi ſemel cõcederemus, vnã legem Diuinã à Pontifice poſſe per diſpenſationẽ relaxari, idẽ de omnibus concedere deberemus: ac proinde, ſicut poſſet Põtifex in his regionibus, vbi nõ ſeruarẽtur vinũ, concedere, vt vna tantũ ſpecies conſecraretur, poſſet etiam diſpenſare, vt in alio liquore, aut in vino, quod non eſſet vitis, conſecratio fieret, quod nullus concedere auſus eſt; eamdem verò eſſe rationem nemo infitiari poteſt.

Inferior in nulla ſuperioris lege poteſt diſpenſare 22

Verũ reſpondent Recẽtiores nõnulli; etſi præceptũ conſecrandi vtramq; ſpeciẽ ſit Diuinũ, poſſe à Põtifice per diſpenſationẽ illud relaxari, ſicut etiã obligationẽ voti tollere poteſt, quæ tamẽ eſt iuris naturalis, idque colligunt ex Concil. Trident. ſeſſ. 21. c. 2. vbi dicitur: *Præterea declarat* (nẽpe, ſancta Synodus) *hanc poteſtatẽ perpetuo in Eccleſia fuiſſe, vt in Sacramentorũ diſpenſatione ſalua illorum ſubſtantia, ea ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipiẽtium vtilitati, ſeu ipſorũ Sacramentorũ veneration i proterũ, temporum, & locorum varietate*

Euaſio. Cõcil. Trid.

magis expedire iudicaret. Afferunt deinde exemplum Baptiſmi, qui aliquãdo trina merſione, nunc verò vna tantùm adminiſtratur: tum etiam Sacramenti Vnctionis, quod, licèt timeretur propter periculum ægrotantis non poſſe integrè miniſtrari, nempe, ſub quinque ſenſuum vnctionibus, nihilominus miniſtrari deberet, etiam ſi mutilum, & imperfectum maneret. Et ſanè Gabriel lectione illa 53. ita aſſerit, Pontificem poſſe hanc obligationem conſecrandi vtramque ſpeciẽ per diſpenſationem tollere, vt etiam exiſtimet lectione 10. in canonem litera D. eam eſſe Diuini iuris.

Hæc tamen omnia futilia, & inania cenſeri debent, vt aſſeramus, hoc præceptum diſpenſatione vlla relaxari poſſe. Primùm quidem, quia Concilium Tridentinum eo loco non aſſerit, vllam facultatem eſſe in Eccleſia Dei relaxandi aliquod Diuinum præceptum, in adminiſtratione Sacramentorum, ſaluaeorũ eſſentia; & ſubſtantia, ſed loquitur de libera Sacramentorum adminiſtratione, quam Eccleſia pro temporum, & locorum varietate mutare poteſt, qualis eſt adminiſtratio Euchariſtiæ, quæ ſub vna, aut duabus ſpeciebus iudicio Eccleſiæ laicis fieri poteſt. Et ſanè omnes catholici, vt defendant, potuiſſe Eccleſiam abſque vlla iniuria laicis calicem negare, de quo ibi loquitur Concilium, pro virili contenduat, nullum præceptum Diuinum illis impoſitum eſſe, vt vtramque ſpeciem recipiant, ſicut vidimus diſput. 216. c. 5. Si enim exiſtimarent, Diuino præcepto ad vtramque ſpeciem recipiendam eos teneri, nullus ſanè dubitaret. Eccleſiã non potuiſſe illis calicem negare, tametſi ad ſubſtantiam Sacramẽti minimè pertineat, ſub altera, aut ſub vtraque illud adminiſtrare. Quare, quod dixit Conciliũ, *ſaluaillorũ ſubſtantia*, intelligit etiam, ſaluo quocumq; Diuino præcepto. Quòd ſi Eccleſia tẽpus recipiendi hoc Sacramentũ, quod iure Diuino recipiendum eſt, etiam mutauit, id ſanè fecit, quia tẽpus obligationis præcepti iure ipſo Diuino ſignatum nõ erat: quod ſi eo iure ſignatum eſſet, neutiquam illud aliqua de cauſa mutare poſſet. Deinde exemplum de trina, aut vnica merſione in Baptiſmo, friuolum ſanè eſt: eò quòd nullũ de trina merſione extitit præceptum Diuinum, ſed vſu, & ritũ Eccleſiaſtico ſolùm introductum fuit, ac proinde eiuſdẽ Eccleſiæ authoritate mutari potuit. Poſtremò quòd dicitur de Sacramento Vnctionis, nullius prorſus momenti eſt: eò quòd, ſi licitum eſt hoc Sacramentum miniſtrare etiam cum periculo manifeſto non perficiendi illud, non ex diſpenſatione Pontificis id licet: numquam enim hactenus ex diſpenſatione id conceſſit, ſed arbitrio cuiuſcumque ſacerdotis fieri poteſt: ideò autem licet, quia, cum numquam ſit certũ, vtrùm perfici poſſit Sacramentum an non, maioris damni cenſetur, ægrotum ſine Sacramento illo omnino relinquere, quam ipſum Sacramentum periculo exponere, vt mutilum, & imperfectũ maneat.

Quòd verò alij dicunt, Eccleſiam quidem non poſſe hoc præceptum ex diſpenſatione relaxare, ſed ipſum interpretari in caſu aliquo ne obliget, non minus facilè refelli poteſt; nullum enim genus interpretationis cõuenire poteſt Eccleſiæ in hoc præcepto, quod cuicumque priuatæ perſonæ non conueniret: nã, vel interpretatio habet vim epiKijæ, ſeu æquitatis, quæ eſt correctio legis in caſu ſingulari, ex eo, quòd, ſi in eo caſu ſeruaretur, redderetur iniuſta: & hæc non minus conuenit priuatæ perſonæ, quàm publicæ, vt 1. 2. diſput. 176. cap. 1. & 3. diximus: eò quòd numquam adhiberi poteſt niſi in caſu, in quo euidenter conſtat, legem reddi iniuſtam, ſi ſeruetur: aut interpretatio eſt circa ipſa verba legis ex probabili coniectura, & ratione, & hæc adhiberi etiam poteſt à quauis priuata perſona, quæ doctrina polleat, vt legem interpretari poſsit, ſicut ibidem nõtauimus: aut interpretatio eſt de mente legiſlatoris in caſu ſingulari, vtrùm voluerit in eo etiam obligare cum poſſet: & hanc nullus, etiam Summus Pontifex, legi Diuinæ adhibere poteſt, niſi cõmuni conſenſu conſtet, noluiſſe Deum in eo caſu obligare, qualis eſt interpretatio legis Diuinæ, quam paſsim Doctores adhibent; vt non obliget cum diſpendio vitæ. Si verò probabiliter non conſtet, de mente legiſlatoris, neque Summus Pontifex Diuinam voluntatem, & mentem circa legem ſuam interpretari poterit, niſi, vt verba ſonant.

Adde quòd in præſenti nulla videtur ſub eſſe ratio, vt Pontifex hanc legem Diuinam de conſecratione vtriuſque ſpeciei alio modo interpretetur, aut eam ex diſpenſatione vllo modo relaxet. Etenim quod dicũt Volaterranus, & Onuphrius de Norwegis, quòd apud eos vinum ſeruari nequeat, quia ſtatim ob nimium frigus aceſcat, fabuloſum videtur: nam, quò frigidiores ſunt regiones, eò aptiùs in eis vinũ ſeruatur. Et ſanè, cũ in remotas orbis partes, nempe, in Iaponiam, & alias huiuſmodi, hucuſq; facilè vinũ delatum, & pro Sacramento altaris conficiendo conſeruatum fuerit, non eſt credibile, aliquã p. ſe eſſe

Præcluditur.

Qui intelligendum ſit Triden

23

Trlaame: ſio non eſt Diuini iuris.

24

Numquam extrema vnctio ex diſpenſatione miniſtratur.

I. præſentis legis interpretatio non admittitur,

25

vinũ pro conſecratione vbique poteſt conſeruari

ſeeſſe regionem, in quam vinum deferri, & conſeruari nequeat. Neque enim Chriſtus qui omnia bene nouit pro tota ſua Eccleſia illud inſtitueret, quod alicui eius parti impoſsibile erat.

26

Quòd verò de cõceſsione Innocẽtij VIII. afferebatur ex Volaterrano, & Onuphrio, nullo modo admittendum eſt: quia credibile non eſt, Pontificem illum cum illis gentibus diſpenſaſſe, vt vna tantum ſpecies apud eos cõſecraretur. Primùm quidem, quia difficile creditu eſt vinũ in ea regione cõſeruari non poſſe. Deinde, quia ante tempora huius Pontificis gens illa non fuit ſine cõſecratione calicis, ergò eodem modo poſtea manere poterat. Postremò, quia Volaterranus non refert, permiſsiſſe Pontificẽ, vt panis ſine vino, ſed vt calix ſine vino ſacrificetur: permittere autem, vt calix ſine vino ſacrificetur, perinde eſt atque permittere, vt cum alio liquore ſacrificetur, ſeu conſecretur, quod idem eſt: hoc autem fieri poſſe, nullus eorum, quos pro oppoſita ſententia, citauimus, concedet; imò, vt refert Armilla loco citato in 1. cap. tempore Alexãdri VI. quem ipſe poſtremum vocat. Romæ declaratum eſt, non poſſe Pontificem diſpenſare, vt ſine vino calix conſecretur: id quod definitum eſt in Concilio Tridentino ſeſſione 21. cap. 2. vbi dicitur, poteſtatem quidem Eccleſię conceſſam eſſe mutandi aliquid circa Sacramentorum adminiſtrationem, ſalua tamen eorum eſſentia: verba Concilij ſupra in hoc capite recitaui. Cum dicit: *ſalua eorũ eſſentia*, apertè intelligit, nihil de ſubſtãtia eorum Eccleſiam mutare poſſe; mutaret autem, ſi concederet, vt calix ſine vino conſecraretur: quia mutaret materiam, quæ ad eſſentiam illius pertinet. Quod verò Onuphrius mutans verba Volaterrani, non dixerit permiſſum Nortuegis: *Sine vino calicem ſacrificare*, ſed Pontificem permiſiſſe, vt ſine vino ſacrificarent, denotans, conceſſum illis fuiſſe, vt ſolam alteram ſpeciem panis ſine calice conſecrarent, neſcio quo fundamento nixus docere potuerit, cum nullum alium Autorem huius hiſtoriæ, niſi Volaterranum habuerit, qui conſecrationem calicis ſine vino illis gẽtibus permiſſam fuiſſe narrat. Neque verò, vt Recentiores aliqui putant, Volaterranus ſolùm dixit, Pontificem permiſiſſe, vt gens illa calicem ſine vino ſacrificaret, quaſi ſola fuerit Pontificis permiſsio, non autem conceſsio, & diſpenſatio: nam, quamuis Onuphrius ſolùm vtatur voce permiſsionis: tamen Volaterranus non tantùm voce permiſsionis, ſed etiam conceſsionis vtitur; inquit enim: *Notuuegiæ Innocentij VIII. Pontificis conceſsione permiſſum, ſine vino calicem ſacrificare*. De Innocentio IIII. quẽ pro ſua ſententia refert Claudius Sanctes, quòd idem etiã Nortuuegis cõceſſerit, nihil prorſus ſcriptum habemus apud antiquiores ipſo Claudij quare deceptus ipſe videtur cũ pro Innocẽtio VIII. refert Innocẽtiũ IIII. Cæterùm contra id, quod diximus, obijci ſolent quædam, quæ ex diſpenſatione Pontificis contra ius Diuinum fieri poſſe videtur: primò in iuramento voto, & Matrimonio rato, quorũ obligatio, quæ eſt iuris naturalis, tollitur diſpenſatione Pontificis. Secundò, quia cum ſit præceptum Diuinum, quo tenentur ſacerdotes conſecrantes, ad ſumendam vtramque ſpeciem, nihilominus ſacerdotes recens ordinati, qui ſimul cum Epiſcopo conſecrat, ſolam licam communionem ſub vna ſpecie ſumunt. Tertiò, quia quamuis iure diuino in articulo mortis quiſque teneatur ad recipiendum hoc Sacramẽtum, nihilominus ob aliqua delicta etiã peracta pœnitentia communione ab Eccleſia priuatur. Quartò, quia, quamuis iure Diuino ſtatutum ſit, vt miniſter Sacramenti confirmationis ſit Epiſcopus, nihilominus aliquando ex conceſsione, & licentia Epiſcopi ſimplex ſacerdos illud miniſtrat, vt vidimus 2. tomo diſput. 136. cap. 1.

Innocentius in hoc præcepto non diſpenſauit.

Armilla.

Trident.

27

Sanctes.

Obiectio prima.

Secundò.

Tertio.

28

Quarto.

Verùm hæc omnia parui momenti ſunt, vt aſſeramus, poſſe Pontificem ſummum iuris Diuini obligationẽ diſpenſatione ſua in aliquo caſu relaxare. Primo quia obligatio iuramẽti, voti, & Matrimonij, quæ eſt iuris naturalis, non tollitur diſpenſatione, & relaxatione præcepti, quia manet promiſsio voti, & iuramenti, ſed in voto, & iuramento, quo aliquid promittimus Deo, non proximo, remiſsione promiſsionis factæ Deo, quam Pontifex, tamquam Chriſti Vicarius nomine ipſius remittit, ac ſi promiſsionem ſibi factam etiam remitteret, remiſſa autem promiſsione corruit eius obligatio. In Matrimonio verò diſſoluitur autoritate Pontificis contractus, qui ſuapte natura erat perpetuus, ſicut autoritate Dei diſſolui poterat, & eo ſublato tollitur obligatio in eo permanendi, quæ erat naturalis iuris, & quam Deus ipſe diſpenſatione relaxare non poterat: neque enim diſpenſatio ipſius in obligatione iuris naturalis locum habet, vt 1. 2. diſputatione 179. cap. 4. oſtendimus, vbi de hoc caſu diſſoluendi Matrimonium diſſeruimus. Qua verò ratione, probetur, Chriſtum hanc poteſtatem ſuo Vicario reliquiſſe, ſuo loco videbimus. Secundo

Soluitur primo obiectio.

Secundò.

26

cundò quia præceptum illud, quo ſacerdotes tenentur ad ſumendam vtramque ſpeciẽ obligat ſolùm eum, qui tamquam præcipuus miniſtrat, qualis eſt Epiſcopus, & ita abſque vlla diſpẽſatione in Diuino iure ceteri omnes ſolùm alteram ſpeciem recipiũt: nam ad perfectionem ſacrificij ſatis eſt, vt ab eo, qui præcipuè offert, conſumatur. Adde etiam, quod hactenus non conſtat, neque conſtare nobis poteſt, id ex diſpenſatione alicuius iuris Diuini ita fieri: neque video potuiſſe aliquam cauſam ab Eccleſia excogitari, ob quam ius Diuinum de ſumenda vtraque ſpecie à ſingulis ſacerdotibus ſimul cum Epiſcopo conſecrantibus, ſi tale eſſet, vllo modo relaxari poſſet, cum omnes rationes Chriſtus inſtituens hoc præceptum præuidiſſet, & ob nullam illarum talem poteſtatem diſpenſandi conceſſiſſet. Tertiò quia cum eo, qui priuatur Euchariſtia ob aliqua delicta, non diſpenſat Eccleſia, vt non ſumat illã, ſed ipſe ob delicta ſua, & vt maior reuerentia huic Sacramento ſeruetur, cõmunionis iure priuatur. Quartò denique quia, quòd Pontifex aliquando committat ſimplici ſacerdoti adminiſtrationem Confirmationis, non eſt ex diſpenſatione Diuini præcepti, & inſtitutionis, ſed quia licet Diuina inſtitutione miniſter ordinarius huius Sacramenti ſit Epiſcopus, tamen ex commiſſione Pontificis etiam eſt ſimplex ſacerdos vt 2. tomo diſput. 136. cap. 1. dictum eſt.

Tertiò.

Quartò.

Rationem ſacrificij in conſecratione vtriuſque ſpeciei, nulla habita ratione conuerſionis, ita poſitam eſſe, vt in conſecratione alterius tantum non potuerit commode, & ita expreſſe conſtitui, poſterior pars veræ ſententiæ eſt.

CAPVT IIII.

POSTERIOR Pars noſtræ ſententiæ eſt, rationem ſacrificij ita in conſecratione vtriuſque ſpeciei nulla habita ratione conuerſionis poſitam eſſe, vt in conſecratione alterius tantùm non potuerit commode conſtitui. Circa quam primùm probandum nobis eſt, rationem ſacrificij ita in conſecratione vtriuſque ſpeciei poſitam eſſe, vt in altera tãtum commodè, & ita expreſſe realiſimilitudine conſtitui non potuerit. Deinde verò facile oſtendemus, ad rationem ſacrificij deſitionem, & conuerſionem panis, & vini in corpus, & ſanguinẽ Chriſti minimè pertinere, ſed in ſola præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti ſub duplici ſpecie ex vi verborum ſacrificium conſiſtere, quod eodem modo fieret, ſi abſque vlla panis, & vini conuerſione corpus, & ſanguis Chriſti ſub duplici ſpecie conſtitueretur.

Poſterior pars bimembris veræ ſentiæ.

30

31

Porrò autem, in vtriuſque ſpeciei conſecratione hoc ſacrificiũ cõſiſtere, ex Scholaſticis noſtris docent Sebaſtianus Perezius Epiſcopus Oxomenſis, in tractatu de ſacrificio Miſſæ c. 14. Guillelmus Alanus 2. lib. de ſacrificio Miſſæ cap. 19. & 20. & noſter Cardinalis Bellarminus tom. 2. lib. 4. de Euchariſtia cap. 22. atque ſatis perſpicue id docuit B. Thomas ſupra quæſt. 76. artic. 2. ad 1. cum ait, Chriſtũ non eſſe fruſtra ſub duabus ſpeciebus: *Nam primò* (inquit) *hoc valet ad repræſentandam paſſionẽ Chriſti*, & ad ſecundum hoc ipſum confirmat. Et quæſt. 78. artic. 3. ad 2. docet, ſanguine ſeorſum in hoc Sacramento conſecrato paſſionem Chriſti expreſſe denotari. Et quæſt. 80. artic. 12. ad tertium ita loquitur: *Ad tertium dicendũ quòd repræſentatio Dominicæ paſſionis agitur in ipſa conſecratione huius Sacramenti, in qua non debet corpus ſine ſanguine conſecrari*: ac ſi dicat, ideo non poſſe corpus ſine ſanguine conſecrari, quia vtriuſque cõſecratione repræſentatur mors Chriſti, quæ in conſecratione huius Sacramenti commemorari debet. Et in hac quæſt. 83. artic. 2. ad ſecundũ inquit, ideò neque hoc Sacramentum conſecrari in die Paraſceues quia non eſt conueniens, vt in die, quo Chriſtus verè paſſus eſt, repræſentetur in figura paſſio illius, nẽpe, in conſecratione, neque ſanguinem præcedente die conſecratum in illum diem reſeruari, quia ſpeciali quadam ratione eſt imago paſſionis. Ex quibus cõſtat, iuxta ſententiam S. Thomæ conſecratione vtriuſq; ſpeciei mortem Chriſti repræſentari: ideo autem inquit ille, expreſsius, ſeu ſpecialius per cõſecrationem ſanguinis repræſentari, non quia conſecratio ſanguinis per ſe ſola expreſsius, & magis ſpeciali modo eam repræſentaret, quam ſola conſecratio corporis (quaſi hæc etiam ſola ad repræſentandum, licèt non ita expreſſe ſufficeret) ſed quia conſecratio ſanguinis, ſuppoſita conſecratione corporis, eſt veluti complementum huius repræſentationis, vt inferius explica-

Oxom. Epiſcopo. Alanus. Bellarmin. S. Thom.

32

33

plicabimus. Cum igitur in hac etiam quæst. 83. art. 1. dicat in hæc verba: *Celebratio autem huius Sacramenti imago quædam est repræsentativa passionis Christi, quæ est vera eius immolatio, & ideo celebratio huius Sacramenti dicitur Christi immolatio*: ac si diceret, ideo hoc Sacramentum esse sacrificium, quia repræsentat veram Christi mortem: sequitur ex sententia etiam S. Thomæ, ideo esse sacrificium, quia vtriusque speciei consecratione constat. Quomodo autem intelligenda sit Doctrina illa S. Thomæ imagines, nempe, rerum, nominibus ipsarum rerum interdum numcupari, & ideo Sacramentum hoc vocari sacrificium Christi, præcedente disput. cap. 7. explicuimus.

Ratio à posteriori repræsentatiua.

Duabus autem rationibus demonstrare possumus, non in cõsecratione alterius speciei tãtũ, sed vtriusq; hoc sacrificiũ à Christo fuisse institutũ, altera à posteriori; altera verò à priori, a posteriori quidẽ, quia si vtriuscuiusque speciei consecratio sola esset sacrificium, sequeretur, non vnum tantũ, sed duo esse Missæ sacrificia, nam, sicut duæ sũt cõsecrationes, duo etiã essent sacrificia, si quidem vnaquæque perse totam Christi passionem repræsentaret. Neque enim dici posset ex duabus minus expressis repræsentationibus vnam expressiorem repræsentationem constituirnam sicut duæ imagines non constituunt vnam magis expressam, ita etiã duæ res aliquid significantes non constituunt magis expressam significationem illius. Negare tamen non possumus, fore vt magis expressa repræsentatio mortis Christi esset in consecratione vtriusque speciei simul, quam in consecratione alterius tantum, etiam si in singulis per se esset sua repræsentatio minus expressa, tamen illa magis expressa non constaret ex duabus minus expressis, quæ in singularum specierum consecratione per se essent, sed noua quædam ex vtriusque consecratione fieret: quia per vtriusque consecrationem repræsentaretur separatio sanguinis Christi à corpore ipsius, quam nulla illarum per se repræsentaret, & ita tria essent sacrificia Missæ. Porro autem non esse duo, aut plura Missæ sacrificia cap. 6. ostendemus.

Præparatio ad confirmandũ veram sententiam.

A priori verò alia ratione idem probare poterimus, si monstrauerimus, per alterius tãtum speciei consecrationem mortem Christi non repræsentari, neque repræsentari cõmode posse. Huius autem rei gratia obseruãdum est, hoc differre verborum significationem à significatione, quæ est in rebus, licet vtraque homines pro voluntate sua vtantur, quod in verbis antequam ab hominibus ad

Inter rem significantẽ, & significatam aliqua analogia esse debet.

significandum instituantur nulla prorsus est analogia, & similitudo cum re significata. & ita hæc vox *Equus*, non minus apte significari posset leo, quam equus, si homines voluissent. At verò significatio, quæ est in rebus, nempe, cum res assumuntur ad significandum aliquid aliud, non omnino pendet ex hominum vsu, & institutione, sed in ipsis est aliqua analogia, & similitudo cũ re, quã per illa homines significare volunt: nã ad denotandã animi nostri ergà Regẽ, aut aliquẽ excellentia præditum submissionem, genuflectimus & caput aperimus, quia res hæc suapte natura animi submissi indicium aliquod est, at verò coram Principe stante sedere nullam habet analogiam, aut proportionem ad hanc submissionem animi denotandam. Et quamuis conuenire posset inter homines, vt in signum adorationis, & submissionis inferioris erga superiorem inferior sederet, & caput aperiret, è cõtrario verò Princeps, cui adoratio exhibenda esset, genuflecteret, & caput aperiret, & apud eos qui ita instituissent, huiusmodi signum esset adorationis, tamen inepte quidem ita instituerentur, cum in tali re nulla sit analogia, & proportio ad illud significandum.

Ex præcedenti notatione optima ratione à priori nostra sententia stabilitur.

Ex hoc autem principio consequitur alterius tantum speciei consecrationem commode, & apte institui non potuisse ad mortem Christi significandam, ac proinde, neq; re ipsa a Christo ad hoc institutam fuisse: nã, si eius ad hoc institutio minus apta esset, credi non potest, Christum ea vsum fuisse. Porro autem alterius solius speciei consecrationem, siue panis in corpus, siue vini in sanguinem Christi commode, & apte institui non potuisse ad mortem eius significandam reali similitudine ex natura rei, patet: quia nulla species sola ex se analogiam, similitudinem aut proportionem habet, non solum cũ ipsa morte Christi, prout contigit, sed etiã cũ illa prout accidere potuit, de quo nõ disputo: nobis autem sufficeret probare, nullam analogiam habere cum morte Christi, prout contigit, nempe, per effusionem sanguinis ex vulneribus: nam quod vi verborum sub specie panis solũ ponatur corpus Christi, nõ animam in cuius separatione à corpore mors consistit, non satis est, vt dicamus, per cõsecrationem panis in corpus Christi mortem illius apte denotari: neque enim consecrare solum corpus ex vi verborum separationẽ illius ab anima per effusionem sanguinis, & vulnera, imo nec vllo modo positiue significat, sed denotat vnum non denotato alio: idẽ que de consecratione vini in sanguinem ad

dena-

denotandum etiam mortem Christi eodem modo probari potest. Hinc autem rectè sequitur, alterius tantum speciei consecrationem pro sacrificio incruento à Christo non fuisse institutam neque sufficere: eo quòd ratio incruenti, seu commemoratiui sacrificij in sola repræsentatione mortis, & cruenti sacrificij posita est, ad hanc autem significandam non fuit instituta vnius tantum speciei consecratio: eo quòd ad eam significandam apte institui non potuisset, cum nullam ex se cum Christi morte analogiam habeat. 36 Haberet quidem consecratio cuiusuis speciei paruam quamdam analogiam, & similitudinem cum sepultura Christi, siquidem accidentia illa subsecludunt, & continent ipsum Christum, sicut etiam sub sepulchro claudebatur; at in huiusmodi significatione ratio sacrificij incruenti, & commemoratiui certe constitui non posset: eo quòd, sicut tota ratio cruenti, & absoluti sacrificij nõ consistit in sepultura, sed in ipsa morte, & separatione animæ à corpore, ita etiam ratio incruenti, & commemoratiui non in repræsentatione sepulturæ, sed solum ipsius mortis, & separationis animæ à corpore posita est. Potuisset præterea ex sola Dei voluntate institui pro sacrificio incruento, & commemoratiuo vnius tantum speciei consecratio, ipsa tamen ex se aptanon est, vt hoc modo in sacrificiũ institueretur, quia apta ex se nõ est, vt sit signum mortis Christi, ac proinde credendum non est reipsa ita à Christo institutã fuisse: neque enim ille quidquã in signum mortis suæ instituerer; quod ex se ad hoc significandum aptum non esset.

E cõtrario verò consecratio vtriusque speciei eo modo, quo à Christo fuit instituta, suapte natura analogiam habet cum morte Christi, vt eam repræsentet, & ita apta fuit ad denotandam illam, ac proinde vt in sacrificium commemoratiuum, & incruentum institueretur. Porro suapte natura habere analogiã cũ morte Christi patet: quia cũ ex vi verborum sub specie panis solum corpus Christi, & sub speciei vini solus sanguis cõstituatur, 37 licet sub qualibet specie totus Christus per concomitantiam sit, ex vtriusque speciei consecratione hoc modo factã conflatur repræsentatio quædam separationis sanguinis à corpore, per quam fit mors, & dicitur mystica separatio, mors etiam ipsa repræsentatur, & ideò mystica mactatio dicitur. Rectè igitur diximus, vtriusque simul speciei consecrationem ita fuisse à Christo in sacrificiũ institutã, vt alterius cõsecratio in sacrificiũ cõmode institui nõ potuerit.

Neque verò ad rationem sacrificij incruenti, & cõmemoratiui necesse fuit, vt vtriusque simul speciei consecratio ipsam separationem animæ à corpore proximè denotaret, sed satis fuit, vt significaret ipsam propinquam causam mortis, quæ est separatio sanguinis à corpore: hæc enim significatio est veluti mystica quædam iugulatio, & occisio, quæ non est formaliter mors ipsa, sed propinqua causa mortis: & sicut iugulatio, quæ est causa mortis, est etiam actio ipsa sacerdotis immolãtis ac proinde ipsa immolatio, seu actio cruenta sacrificij, ita etiam mystica illa separatio sanguinis à corpore est ipsa 38 incruenta immolatio, seu actio incruenti, sacrificij, quæ etiam remotè mortem ipsam, quæ est separatio animæ à corpore, significat: neque enim proxima actio sacerdotis sacrificantis animal aliquod est ipsa corruptio animæ: aut ipsius animalis, sed iugulatio, quam consequitur corruptio.

Consecratio vtriusque speciei proximè non mortem sed mortis causam significat.

Ex dictis colligitur primum, conuersionem panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi ad rationem actionis incruentæ sacrificij minimè pertinere: eo quòd ad significationem mysticam mortis Christi nihil omnino conducit: neque enim diuersæ illæ consecrationes sanguinis, & corporis denotant mortem Christi, quia eis coniuncta sit conuersio panis, & vini in id quod consecratur, sed quia illa duo separatim ex vi verborum consecrantur. Quare licet sine conuersione separatim consecrarentur, eamdem omnino significationem mortis Christi, in qua posita est ratio incruenti sacrificij, retinerẽt, ac proinde idem sacrificium esset, quod in sola significatione mortis Christi positum est: velut si consecratio fieret his verbis: *Hic sit corpus meum, & hic sit sanguis meus*, ita vt vox *Hic*, 39 esset aduerbium loci, sic enim non fieret conuersio, vt notauimus supra disputatione 182. cap. 3. quia ex vi significationis, vel vi horum verborum non ita constitueretur corpus sub speciebus panis, vt eo ipso, substantia panis desineret, neque ita sanguis sub speciebus vini inciperet esse, vt eo ipso destrueretur substãtia vini. Ideo autẽ significaretur mors Christi duabus illis consecrationibus, quia virtute illorum verborũ sanguis à corpore mystice separaretur, nam ex vi verborum sub speciebus panis esset solũ corpus, & sub speciebus vini solus sanguis, cætera autem per concomitantiam, sicut, & nunc. Deinde cõsequitur fore, vt productio corporis, & sanguinis Christi in hac consecratione, quam Recentiores nonnulli imitati Gabrielem, nuper excogitarunt, sicut vidimus

Secunda illatio.

mus disput. 181.cap.4. si vlla esset, min ime ad rationem sacrificij pertineret, vt illi falsò contendunt, tum quia non minus esset eadem significatio ac proinde idem sacrificiũ, incruentũ, vt supradiximus, consecratio corporis, & sanguinis Christi si fieret conuersio sine productione illa per solam significationem, & veritatem verborum, sicut re ipsa fieri disput. 181. cap. 11. monstrauimus, tum etiam quia talis productio impossibilis est, vt cap. 4. illius disputationis reuicimus.

19

Deinde ex dictis fit, vt ad rationem sacrificij minime requiratur actio illa, per quam nunc adducuntur corpus, & sanguis Christi, & constituuntur sub speciebus, sub quibus antea non erant: nam licet ibi antea essent, eo ipso quod verba proferrentur, virtute eorum fieret mystica illa separatio, quæ antea non esset, nã antea ita esset totus Christus sub vna specie, sicut sub alia, neque corpus sub alia per se, & primarie esset, neque sanguis primarie, & per se sub alia, & cætera per accidens, & per concomitantiam, sed omnia æque primarie, & per se essent: at vero virtute verborum solum corpus per se, & primarie inciperet esse, & maneret sub speciebus panis, & solus sanguis sub speciebus vini, cætera vero omnia per accidens, & per cõcomitãtiã, ac proinde ipsa prolatione verborum fieret, vt vtriusque speciei conse cratione mors Christi per separationem illam mysticã sanguinis à corpore significaretur: ideoque eodem modo esset incruentũ Christi sacrificium, sicut nunc est.

Illatio secũda.

Postremo ex eadem doctrinã efficitur fore, vt apte, & ita expresse, vt dicemus in solutione argumentorum, nõ posset institui in sacrificium incruentum consecratio vtriusque speciei, si sub qualibet earum totus Christus ex vi verborum consecraretur: veluti, si diceret sacerdos: *Hoc est Christus*, vel *hic est Christus*, sic enim nõ esset apta cõsecratio, vt separationẽ sanguinis à corpore Christi, ac proinde mortem eius repræsentaret, tametsi institui posset ex sola Dei voluntate ad cõmemorandam mortem Christi, sicut de consecratione vnius tantum speciei supra dicebamus: nam vt supra disp. 222. cap. 1 notauimus, non quælibet consecratio, etiam si per illam fiat aliquid sacrum, sufficit ad rationẽ sacrificij, sed talis requiritur, per quam, aut res mutetur, aut mors ipsiusmet rei repræsentetur, vt cap. 7. explicuimus.

40

Doctrina tradita in summa redigitur.

Restat igitur, vt ratio sacrificij Christi incruenti formaliter consistat in mystica illa separatione sanguinis à corpore, facta virtute verborum, prout consideratur per modum actionis ex eorum veritate prouenientis, quæ est existentia sub speciebus, prout incipiens virtute verborum, & more Scholæ dici potest existentia sub speciebus in fieri, licet re ipsa actio physica, & realis non sit, sed solum moralis: Dixi in ea separatione consideratã vt actione, rationem sacrificij huius, & essentiam consistere, nam existentia illa sub speciebus virtute verborum, pro vt permanens in facto esse non est ipsa immolatio, & actio sacrificandi, sed Christus eo modo permanens dicitur sacrificium pro re immolata. Dixi præterea hanc mysticam separationem non esse physicam actionem, quia nulliusrei, aut modi est physica productio, sed est ipsum corpus, & sanguis Christi, prout virtute verborum significantur sub diuersis speciebus incipere esse, nã quãuis nunc reuera virtute verborum producatur in ipsis præsentia illa, & existentia sub speciebus, per quam sub illis incipiunt esse, tamen hæc productio neque pertinet ad rationem conuersionis, vt disputatio. 181. capit. 11. monstrauimus, neque ad rationem sacrificij incruenti, vt paulo antea dicebamus. Quod si quis interroget, quo pacto se habent verba ad sacrificium, si quidem supra disput. 220. cap. 3. notauimus, sacrificium esse quidem signum existens non in verbis, sed in rebus, hic vero diuisionem illam mysticam sanguinis Christi à corpore eius ad significationem verborum ita referimus, vt sine illa nec talis mystica separatio, neque ratio sacrificij esse posset: Respõdeo, verba quidem esse necessaria ad hoc sacrificium, quia sine illis fieri nequit, vt sanguis à corpore mystice separetur, eo quòd mystica separatio in eo consistit, vt primarie, & per se corpus sit sub vna specie, & sanguis sub alia, cætera vero per accidens, & per cõcomitantiam cum illis, hoc autem fieri nequit sine verbis significantibus per se, & primarie corpus sub vna specie, & sanguinem sub alia; sine verbis autẽ, neque per Diuinã potẽtiam hoc modo constitui posset primarie & per se corpus sub vna specie, & sanguis sub alia, & cætera per concomitantiã, & per accidens, sed omnia æque primarie, & per se constituerentur, vt patet. Nihilominus pronuncio verba ipsa non pertinere formaliter, & tamquam aliquid intrinsecum ad rationem sacrificij, sed esse necessariam causam veluti effectricem, seu instrumentum ad immolandum, sicut ensis, vel aliud instrumẽtum ad occidendum, cum tamen non in ipso instrumẽto, sed in actione inde deriuata in ipsum animal, quæ est causa mortis, sacrifi-

14

Dubio occurritur.

41

crifi-

crificium cruentum conſiſtat, eſt igitur incruentum ſacrificium formaliter illa veluti actio moralis ſupra explicata, quaſi deriuata à verbis, tamquam à cauſa efficiente, aut inſtrumentaria neceſſariò requiſita, quæ nihil aliud eſt quam myſtica illa ſeparatio ſanguinis à corpore Chriſti, ſeu repræſentatio huius ſeparationis in diuerſis ſpeciebus vt ſupra dictum eſt. Porro autem quamuis hoc ſacrificium incruentũ ſit nota in rebus ad ſignificandum mortem Chriſti, nempe, in ipſis ſpeciebus cum corpore, & ſanguine Chriſti, vt infra explicabitur, tamen ſignificatio earum pendet, & determinatur etiam ex verbis tamquam à cauſa efficiente, vt habeat veram rationem myſticę ſeparationis ſanguinis à corpore.

Hinc autem facile explicare poſſumus, primum, quo pacto Chriſtus ſit res immolata: tum etiã quomodo ſpecies panis, & vini ad hoc ſacrificium pertineãt: ad hęc quo pacto ipſa ſubſtantia panis, & vini cum hoc ſacrificio comparetur, in quibus explicandis alij non parum laborant. Primum igitur dicimus, rem oblatam eſſe ipſummet Chriſtum, qui in cruce cruento ſacrificio immolatus eſt, non ſecundum modum naturalem, quem extra Sacramentum habet, ſed ſecundùm ſubſtantiam ſuam, prout abſtractã ab vtroque modo exiſtendi, ſic enim præcedit ipſam immolationem incruentam, ſicut victima ipſa præcedit actionem ſacrificãdi: tum etiam quia id quod offertur Deo in ſacrificium, non eſt modus exiſtendi rei, ſed res ipſa, quamuis ſub hoc, aut alio modo dicatur offerri, & ita neque in ſacrificio cruento id, quod offerebatur, erat modus naturalis, quo Chriſtus exiſtebat, neque in hoc ſacrificio modus ſupernaturalis eſt id, quod offertur, quamuis ſub vno, & altero modo, vno & altero ſacrificio fuerit Chriſtus oblatus. Deinde pronũcio ſpecies panis, & vini, quę in hoc Sacramento manent, non pertinere eſſentialiter ad rem oblatam, vt quidam aſſerunt, ſed ad ipſam oblationem, & actionem ſacrificandi, nam ſi ad rem oblatam pertinerent, non eſſet idem omnino id quod offertur in hoc ſacrificio, & id quod in cruce oblatum fuit, & diuerſus modus exiſtendi nõ ſolum eſſet cauſa diuerſi modi oblationis, ſed etiam diuerſæ rei oblatæ: dici autem non poteſt, eſſe diuerſum id, quod offertur: nam Cõcilium Tridentinum ſeſſione 23. cap. 2. inquit, eſſe vnam, eamdemque hoſtiam, & ſola ratione offerendi diuerſam: vbi non ex parte rei oblatę, ſed ex parte oblationis, & actionis offerendi ſolum diuerſum modum aſſignat Concilium. Ideò autem dixi, ad ipſam oblationem incruentam pertinere, nam cũ oblatio incruenta tota ſit poſita in ſignificatione ipſa per modum actionis, vt explicatum eſt, & ad hanc ſignificationem pertineãt ſpecies, ideo ad ipſam etiã immolationem eas pertinere neceſſe eſt. Poſtremo, quo pacto ſubſtantia panis, & vini, quæ conuertitur in corpus, & ſanguinem, nec ad ſacrificium pro re oblata, neque ad illud pro ipſa oblatione ſpectet, iam ſatis ſuperque oſtenſum eſt: quo circa non recte dicemus ſpecies panis, & vini, aut ſubſtantiam eorum immolari, ſed ſub ſpeciebus panis, & vini Chriſtũ in ſacrificium offerri: & de modo, quo Chriſtus ſub ſpeciebus exiſtit eodem pacto philoſophandum eſt, quod attinet ad ſacrificiũ incruentum, ſicut de modo naturali ſupra diximus, quod ſpectat ad ſacrificium cruentum.

Ex iam dictis tria apud alios difficilia aperiuntur.

Quia ratione Chriſtus in hoc ſacrificio ſit res oblata.

43

Species nõ ſe tenent ex parte rei oblatæ, ſed ex parte actionis

Trident.

44

Diluuntur oppoſitiones aduerſariorum capite primo, & ſecundo allata.

CAPVT V.

QVOD Supereſt argumenta aduerſariorũ diluamus. Et primum quidem ea, quæ 1. cap. pro prima ſententia allata ſunt. Ad primum ingenue fatemur, per conſecrationẽ vnius ſolius ſpeciei, nempe, ſolius panis, aut ſolius vini conſecrari totũ Chriſtũ, vt ſub illa Sacramentali modo ſit, ob id tamen non offerri in ſacrificium, licet ſimplici oblatione offerri dici poſſet, quia non cuiuſuis ſpeciei conſecratio eſt oblatio ſacrificij eſſentialiter, ſed vtriuſque ſpeciei ſimul eo modo, quo diximus, ita nimirum, vt ſub vna ſit corpus primarie, & per ſe, ſub alia vero ſanguis, cætera autem per cõcomitantiam, vt capite præcedente expoſitum eſt.

Diluitur primum argumentũ primæ ſententiæ.

Ad ſecundum reſpõdeo, per conſecrationem panis, antequam vinum cõſecretur, reddi quidem corpus Chriſti aptum, vt manducetur, tamquam cibus ſpiritualis ratione ſpecierum cibi, ſub quibus conſecratur, non tamẽ ratione immolationis: quia, vt ſupra explicuimus, antequam conſecretur vinum, non repræſentatur corpus Chriſti vt mortuum, & immolatum. Et quidẽ, ſi vi verborum per ſe ſub ſpecie panis totus Chriſtus conſecraretur, eodem modo aptus eſſet, vt man-

Secundũ

41

manducaretur ratione ſpecierum cibi, ſub quibus conſecraretur, etiam ſi talis conſecratio non eſſet immolatio, quia non ſignificaret ſeparationem ſanguinis à corpore, ac proinde nec mortẽ, neque Chriſtus, vt mortuus in cibũ daretur, vt autem caro eius detur in cibum, vt mortua, & veluti immolata, neceſſe eſt, vt ſimul cum corpore ſanguis eius ſub ſpeciebus vini, tamquam ſeparatus à corpore conſecretur. Nyſſenus autem loco citato diſputatione præcedente cap.5. non dixit ſtatim poſt conſecrationem corporis ſub ſola ſpecie panis eſſe indoneũ, tamquam corpus victimę, vt edatur, ſed inquit, cum Chriſtus corpus ſuum ad edendum, & ſanguinem ad bibendum exhibuit, tunc declaraſſe, ſacrificium eſſe perfectum, & corpus arcana ratione fuiſſe immolatum, vt ibidem expoſuimus.

Exclicatur Nyſſenus

Tertium.

Ad tertium dico, eá quidem ratione conſecrationem vtriuſque ſpeciei ſimul ad rationem huius incruenti ſacrificij requiri, vt repræſentetur mors Chriſti, & cruentum eius ſacrificium: ſacrificium autem cruẽtum formaliter non ſolum fuiſſe mortem, ſed etiam cauſam illius, quæ fuit ſeparatio ſanguinis à corpore, quam vtriuſque ſpeciei conſecratio proxime ſignificat, remote autem ſeparationem ipſam animæ à corpore, quod ad rationem incruẽti ſacrificij ſatis eſſe diximus præcedente capite. Neque vero, vt aduerſarij contendunt, ſola conſecratio corporis denotat ſeparationem animæ à corpore, ſicut neque ſeparationem ſanguinis ab eo: nã quãuis vi verborum primariè, & per ſe ſolum conſecretur corpus, tamen non ideo denotat ſeparationem animæ à corpore; ſed denotat vnum non ſignificato alio, vt præcedente capite explicauimus. Quo circa falſum eſt, quod aduerſarij in eo argumento dicunt, vi verborum conſtitui corpus exſangue ſub ſpeciebus panis: nam ſi exſangue vi verborum conſtitueretur, non poſſet per concomitantiam ibi ſanguinem habere, alioquin verba vera non eſſent: nam ſi denotarẽt corpus mortuum, & ipſum ibi eſſet viuum, falſo enunciarent: ergo ſimiliter, ſi denotarent exſangue, & ibi eſſet cum ſanguine falſa eſſent: denotatur igitur corpus non exſangue, ſed non denotato ſanguine. Ad quartũ reſpondeo, ſi ſacerdos ſimul atque corpus conſecrauit, nondum conſecrato ſanguine moreretur, fore, vt non diceretur immolaſſe, aut ſacrificaſſe, neque fructus ſacrificij participem fuiſſe, aut ipſum alijs cõmunicaſſe.

46

Quartum.

47

Ad poſtremum argumentum illius ſentẽtiæ reſponſum patet ex dictis cap.3. vbi ſatis ſuperque monſtrauimus, non ſolo humano iure Eccleſiæ, ſed etiam Diuino Chriſti in hoc Sacramento, & ſacrificio vtriuſque ſpeciei conſecrationem neceſſariã eſſe, & ita nihil eo probari poteſt,

Quintum.

Deinde vero argumenta ſecundę ſententię in ſecundo capite poſita diſoluẽda ſunt. Ad prius, quod erat pro prima parte illius, reſpondeo, potuiſſe quidem à Chriſto inſtitui conſecrationem vnius tantum ſpeciei in ſacrificium incruentum, illam tamen ex ſe aptã nõ eſſe ſimilitudine reali ex natura rerũ, vt in ſacrificium inſtitueretur, vt fuſius oſtẽdimus cap.4. eo quod nullam ex ſe ſimilitudinem, ſeu analogiam cum morte Chriſti haberet. Ad poſterius vero argumentum dicimus, non potuiſſe inſtitui hoc incruentum ſacrificiũ ſine repræſentatione mortis Chriſti, quia, vt probauimus diſput. 222. cap.8. ad eſſentiam incruenti, & commemoratiui ſacrificij neceſſarium eſt, vt cruentum ſacrificium, & mors eiuſdem rei per illud repræſentetur. Quo circa, ſi Chriſtus mortuus non fuiſſet, hoc Sacramentum ſacrificium non eſſet: & quamuis conſecratio illius in honorẽ Dei fieri diceretur, ipſe tamen in ſacrificiũ offerri dici non poſſet obrationem dictam.

Soluitur argumentũ priuslecundæ ſententię.

Diluitur poſterius.

In ſecunda vero parte illius ſententiæ, quamuis prædicti Autores nobiſcum conueniãt; rationes tamen, quibus eam cõfirmat, efficaces non videntur. Prima quidem ineffícax apparet, quia non ſatis conſtat, voluiſſe Chriſtum ita inſtituere eſſentiam huius ſacrificij in repræſentatione, vt ad illud non ſufficeret obſcura, quę eſſet in conſecratione vniuſcuiuſque ſpeciei, ſed neceſſaria eſſet magis expreſſa, quæ eſſet in conſecratione vtriuſque, ſicut cõſtat voluiſſe, vt expreſſa confeſsio Trinitatis eſſet pro forma Baptiſmi, quod ipſi in exemplum afferebant: huius enim habemus expreſſam Chriſti voluntatem, cum Matthęi vltimo præcepit Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus, vt Baptizarẽt in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Cum igitur, vt ipſi fatentur, inſtitui potuiſſet hoc ſacrificium in alterius tantum ſpeciei cõſecratione, vnde nam colligere potuerũt, Chriſtum non ita inſtituiſſe, niſi ne cogerentur afferere, plura eſſe ſacrificia Miſſæ, & nõ vnum tãtum, vt ſupra cap.4. colligebamus, quæ quidem eſt alia longe diuerſa ratio?

Rationes aliorũ pro noſtra ſententia examinantur.

48

Prima inefficax.

Matt. vltimo

Secunda ratio nonconcludit.

Secunda ratio illorum parum probat: nam illa verba: *Qui pro multis effundetur*, &c. non ſunt addita formæ conſecrationis calicis, vt denotaretur ideo inſtitui hoc ſacrificiũ, repræſentans effuſionem ſanguinis in cruce, vt applicetur effectus paſsionis Chriſti hominibus,

minibus, ſed vt denotaretur eumdem omnino ſanguinem, qui effundendus erat in paſſione, & qui poſtea effuſus fuit, in eo calice tunc conſecrari, vt probauimus diſput. 199 c. 2. Porro illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem*, quamuis referantur à Luca cap. 22. poſt conſecrationem corporis, & ante conſecrationem ſanguinis, fateor tamen dicta etiã fuiſſe à Chriſto poſt conſecrationem calicis, ſicut refert Paulus 1. ad Corinthios 11. & vtriuſq; ſpeciei cõſecrationẽ ſacerdotibus illis verbis cõmẽdaſſe. At vtriuſque ſpeciei conſecrationem ideo præcepiſſe, quia in illa, non autem in conſecratione vniuſcuiuſque ſolum eſſet tota ratio ſacrificij, certe nulla ratione probari poteſt, quãuis verum ſit in vtriuſque ſimul conſecratione rationem ſacrificij poſitam eſſe.

Luca 22.

1. ad Cor. 11.

49

Tertia quoque ratio ineffica x eſt: nã, quãuis omnes actiones, quæ in antiqua lege fiebant circa victimam, vt offerretur in ſacrificium, ſi ad immutationem illius cõcurrebãt, ad ſacrificij quoque rationem pertinerent, vt occiſio, & cumbuſtio; inde tamẽ non ſequitur, vtramque conſecrationem ita ad hoc ſacrificium ſpectare, vt ex vtraque ſimul conſtituatur, & vnaquęque per ſe integram rationem ſacrificij non habeat, ſi vnaquęque per ſe mortem Chriſti integre denotat: nam actiones illę, quæ in veteri teſtamento victimæ adhibebantur, ad vnum genus immutationis ita concurrebant, vt vna ſine alia nõ ſufficeret, vna quæque autem conſecratio ex ſententia prædictorum Theologorũ ad repræſentandam mortem Chriſti ſufficiens erat. Porro eſſentiã ſacrificij Melchiſedech, ita fuiſſe ex pane, & vino, vt ratio illius eſſentialis in ſolo pane, aut in ſolo vino non eſſet, valde incertũ eſt, tũ quia non conſtat, quo pacto Milchiſedech vinũ obtulit, vtrũ per ſe, an pro libamine, vt diſp. 220. c. 3. notauimus: tum etiam, quia ſacrificium panis fiebat in clibano, dum panes in eo coquebãtur, & vi ipſa ignis immutabantur: huius autem ſacrificij pars non potuit eſſe oblatio vini.

Tertia ratio inſufficiens.

50

Ad argumentum vero, quod pro tertia parte prædictæ ſententiæ adductum eſt, reſpõdeo, quamuis cum hoc ſacrificio, prout à Chriſto inſtitutum eſt, ſit coniuncta conuerſio panis & vini in corpus, & ſanguinẽ Chriſti, tamen illam nullo modo ad eſſentiam ipſius immolationis, & ſacrificij pertinere, neque tanquam quid præuium cum illa comparari, ſed comitanter omnino cum ea ſe habere, ſicut etiam ſe haberet productio ipſius Chriſti, ſi in hac conſecratione, ſicut prædicti Theologi contendũt, interueniret, & quãuis nulla eſſet phyſica actio in hoc Sacramẽto, niſi conuerſio ſubſtantiarũ, & productio Chriſti, hę nullo modo ad eſſentiam ſacrificij pertinerent, ſicut neque actio phyſica, per quam adducitur Chriſtus, vt ſit ſub ſpeciebus, ſicuti præcedente capite probauimus, quia formalis ratio immolationis, & ſacrificij incruenti pro actione non eſt neceſſariò phyſica actio, ſed ſignificatio cruenti ſacrificij eiuſdem rei per modum actionis, & vt dici ſolet in fieri conſideratæ; hæc autem conſideratur in huius Sacramenti conſecratione extra omnem aliam phyſicam actionem eodem modo, ac ſi nulla actio phyſica intercederet, ſicut ibi probatum eſt.

Soluitur aliud argumentum eiuſdẽ ſententiæ.

Corollaria præcedentis doctrinæ.

CAPVT VII.

TAMETSI In hoc Sacrãmẽto duplex fiat conſecratio, altera corporis, altera vero ſanguinis Chriſti, & ita hæc duo in ſacrificium Deo offerri dicantur, nihilominus iuxta doctrinam cap. 4. traditam, manifeſtũ eſt non plura ſimpliciter, ſed vnicum eſſe ſacrificium, tam ex parte rei oblatæ, quam ex parte actionis, quæ dicitur immolatio: nam cum eſſentia immolationis, & ſacrificij incruenti ſumpti pro actione ſacrificandi, ſicut præcedente diſputatione probatum eſt, tota ſit in ſignificatione cruenti ſacrificij, & hęc non in vnius, aut alterius, ſed vtriuſq; ſpeciei conſecratione conſiſtat, vt c. 4. monſtrauimus, plane cõſequitur, vnicũ eſſe ſacrificiũ, ſicut etiam vnica tantũ eſt ſignificatio. Porro vnicũ etiam eſſe ex parte rei, quę offertur, manifeſtum eſt: nam, quamuis corpus & ſanguis Chriſti dicantur offerri; tamen cũ hęc duo vnicum Chriſtum conſtituãt, qui offertur, vnicum etiam erit ſacrificium ex parte rei oblatę, & victimę. Adde, quod res illa in ſacrificium offerri, & rationem vnius integri ſacrificij habere dicitur, quę immutatur, aut mactatur, vel cuius immutatio, ſeu mactatio ſignificatur: in hoc autem ſacrificio ſignificatur mactatio, & immutatio totius Chriſti: ergo totus Chriſtus per ſe, corpus autem, & ſangnis eius tamquam partes ipſius offeruntur. Et ſane in hunc ſenſum hoc ſacrificium Miſſę ſingulare vocant Concilium Tridentinum ſeſſione 22. in principio, & Toletanum 12. cap. 5. Eodem modo

Ex duplici conſecratione non poteſt colligi duplex ſacrificiũ.

Tridentin. Toletan.

vocat

Pseudo Cyprianus. August.

vocat Autor sermonis de cœna Domini apud Cyprianum, columna 6. ante medium num. 3. & Augustinus lib. de spiritu, & litera cap. 11. & lib. 1. contra aduersarium legis, & Prophetarum cap. 20. opponens illud vmbris multorum sacrificiorum, quibus populus Israel antiquitus vtebatur, vocatque illud secundũ ordinem Melchisedech, aut notauimus 1. tom. disput. 86. cap. 4. Ex quo manifeste constat, ipsum loqui de sacrificio Missæ sub speciebus panis, & vini: sic enim dici quodam modo potuit, secundum ordinem Melchisedech, qui panem, & vinum obtulit; tametsi in Psalmum 33. concione 3. fortasis etiam ipsam Christi mortem vocauerit sacrificium secundum ordinem Melchisedech, vt ibidem notauimus: & libro 10. de ciuitate Dei cap. 20. ita inquit: *Huius veri sacrificij multiplicia, variaque signa erant sacrificia prisca Sanctorum, cum hoc vnum per multa figurãretur, tamquam verbis multis eadem res diceretur*: loquitur autem de quotidiano Ecclesiæ sacrificio, quod vocat Sacramentum sacrificij, quod Christus in cruce obtulit. Denique libro primo contra Cresconium cap. 25. vocat hoc sacrificium Missæ vnicum. Probari etiam idem solet testimonio Leonis I. sermone septimo de passione non longe ab initio, vbi inquit: *Oportebat, &c. Et vt vno expleretur sacrificio variarũ differentia victimarum*. Verum ibi Leo loquitur de sacrificio cruẽto Christi, nõ autẽ de in cruẽtode quo nũc disputamus, subditenim: *Nã omnia illa, quæ de immolatione agni diuinitus per Moysem fuerant præstituta, Christum prophetarant, & Christi occisionem proprie nunciarant*. Per *occisionem Christi*, plane intelligit cruentum illius sacrificium. Eadem fere verba habet Chrysostomus in Psalmum 95. col. 4. in medio, & de eodem cruento Christi sacrificio videtur intelligi. Extat etiam oratio Ecclesiæ in Dominica 6. post Pentecostem, in hunc modum: *Deus, qui legalium differentiam hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti, &c.* fortasis tamen intelligitur, non de actione sacrificãdi, & de immolatione ipsa, sic enim non vnum tantum est in Ecclesia, siquidem fuit cruentum, & incruentum, & plura etiam incruenta numero solo diuersa; sed de sacrificio pro re oblata, quod distinguit ab hostijs antiquæ legis, quæ multæ, & variæ erant. Neq; obstat, quod Ecclesia in oratione pro defunctis de anima defuncti dicat: *His sacrificijs purgata*, nã, sicut consecrationẽ corporis, & sanguinis vocat etiam Sacramenta, vt vidimus supra disput. 167. cap. 7. ratione duarum rerum sacrarum, quas denotãt, nẽpe ratione corporis, & sanguinis Christi, sic etiã vocat sacrificia, quia sunt duæ res sacræ, quæ pro nobis offerri dicũtur; non autẽ quia sunt duo immolationes, aut actiones sacrificãdi, licet sint duæ cõsecrationes.

52

53

Chrysostom.

Addo etiã, nõ tantũ hoc sacrificium altaris in se vnicum, & singulare esse, verum etiã nullũ aliud præter ipsũ in Ecclesia celebrari: ita docet Caietanus 22. q. 85. art. 4. neque ex Scholasticis vllus est, qui id expresse neget; quamuis, vt notauimus disput. 222. cap. 1. ex sententia Scoti sequi videatur, duo in Ecclesia esse sacrificia, alterum panis, & vini, alterum vero corporis, & sanguinis Christi: eo quod Missæ sacrificiũ constituat in oblatione, quę verbis fit ante consecrationẽ, & post illam. Probatur autem testimonijs Patrũ supra in hoc capite allegatis, qui hoc sacrificiũ vnicum, aut singulare appellant. Tum etiam testimonio August. lib. 9. de ciuit. Dei cap. 27. ante medium, vbi epulas, quas Christiani ad Martyrum sepulchra deferebant, non esse sacrificia, quæ fierent martyribus, probat his verbis: *Non autem ista esse sacrificia Martyrum nouit, qui nouit vnum, quod Deo illis* (nempe epulis panis, & vini) *offertur sacrificium Christianorum*. Vbi plane loquitur de sacrificio Missæ, quod ex epulis panis, & vini quotidie Deo offertur, illudque non solum vnum vocat, sed etiam probat, cæteris epulis, quæ ad Martyrum sepulchra deferuntur, nullum offerri sacrificium: quia vnum tantum est, quod Christiani Deo offerunt, nempe, in Missa; sentit igitur, nullum aliud Deo nunc in Ecclesia offerri. Et Autor illius sermonis de Cœna Domini apud Cyprianum, numero secundo, contra eos, qui inaniter putabant, carnem Christi, aut assam, aut elixã, & sectam manducandam esse, inquit: *Cum illius personæ caro, si in frusta partiretur, non omni generi humano posset sufficere, quia semel consumpta videretur interisse religio, cui nequaquam vlterius victima superesset*. quod si Ecclesia Christi aliud præter corpus, & sanguinem eius in sacrificium offerre posset, non recte inferret hic Autor, fore, vt interiret religio sacrificij, nullaque victima superesset, si caro Christi in frusta diuideretur.

54 In Ecclesia præter sacrificiũ Missæ nullum r. aliud. Caietan.

August.

Pseudo Cyprianus.

55

Præterea ratione non solum probari potest, nullum aliud sacrificium in Ecclesia Dei nunc esse, sed etiam neq; ab ipsa institui posse: nã quãuis iure naturæ liberũ sit vnicuiq; sacrificiũ Deo offerre, vt disput. 220. cap. 2. ostendimus, tamen post quãm autoritate publica ad hoc munus sacerdotes instituuntur,

Ecclesia nullum ita potest instituere sacrificium.

tur, nullus alius sacrificiũ offerre potest, atqui sacerdotes Euangelici ad hoc sacrificiũ Missæ solum instituti sunt, vt ex forma ordinationis ipsorũ manifeste patet: ergo hoc solum sacrificiũ in Ecclesia Dei est: imo vero nullum aliud institui potest. Nam, cũ Ecclesia potestatem nõ habeat instituẽdi aliud genus sacerdotij: eoquòd circa ea, quæ ad substantiã, & finem Sacramentorũ pertinẽt, nihil ipsa immutare queat, vt definit Cõcil. Tridentin. sess. 21. cap. 2. eodem pacto potestatem nõ habebit instituendi aliud sacrificium, hæc enim duo sacrificiũ, & sacerdotiũ mutuo reciprocãtur, postqua autoritate publica sacerdotes ex populo ad sacrificandum constituuntur. Quomodo autem ipsa substãtia panis, & vini, quæ per consecrationẽ desinit esse, & thymiama, seu incensum, quod in sacrificium Missæ, & in alijs Diuinis officijs consumitur, non habeat rationẽ veri sacrificij in lege Euangelica, sed in signum tantũ adorationis exhibeatur, disput. 221. cap. 3. mõstrauimus. Fuit autẽ valde cõueniens, vt postquam antiquis sacrificijs sacrificiũ Christi cruentum, quod illis præsignabatur, successit, nõ solum nullum ex antiquis perseueraret, verùm etiam neque vlla alia res præter ipsum Christũ in Ecclesia in sacrificiũ offerretur. Cæterũ ne Ecclesia Dei sine sacrificio maneret, rationi maxime cõsentaneũ fuit, vt idem Christus alio modo in memoriã cruenti sacrificij, quo in cruce oblatus est, quotidie manducaretur.

Tridentin.

56

De sacrificio, quod in Missa offerimus, comparato cum sacrificio cœnæ, & crucis, & cum ratione Sacramenti. Disput. 224.

Sacrificium Missæ, quod à sacerdotibus offertur, aliquo modo esse idem cum sacrificio cœnæ, & aliquo modo diuersum. Cap. 1.

Sacrificium Missæ aliquo modo esse idem cum sacrificio crucis, aliquo modo diuersum. Cap. 2.

Sacrificium incruentum, tam quod in cœna à Christo proximè oblatum fuit, quàm quod nunc à sacerdotibus offertur, propitiatorium esse, sicut sacrificium cruentum crucis. Cap. 3.

Quo pacto inuicem comparentur ratio Sacramenti, & sacrificij in Eucharistia. Cap. 4.

Sacrificium Missæ, quod à sacerdotibus offertur, aliquo modo idem esse cum sacrificio cœnæ, & aliquo modo diuersum.

CAPVT I.

ANTEQVAM De valore huius sacrificij differamus, operæpretium esse exĩstimaui, hoc sacrificiũ, quod sacerdotes quotidie in Missa offerimus, cum eo, quod Christus ipse proxime in cœna obtulit, & cum eo, quod in cruce peregit, conferre. Sic enim eius natura, ex qua totus ipsius valor pẽdet, magis, ac magis elucidabitur. 1

Primum igitur, si sacrificiũ incruentum, quod in Missa quotidie sacerdotes offerimus, comparetur cum sacrificio incruento, quo Christus se ipsum sub specie panis, & vini in cœna obtulit, in modo sacrificandi ab eo nõ specie, sed numero, & accidentarie in genere actionis differt, non differre autem in modo sacrificandi, idem est, quod in modo offerendi, nempe, incruento conuenire. Neque vero existimo, sicut Recentiores non nulli, ea ratione hæc duo sacrificia in genere sacrificij inter se specie conuenire, quia in modo, & ritu immolationis conueniant, & quia eadem res offeratur, & idẽ sit principalis offerens: nam cum omne sacrificium (vt aiunt) formaliter sit actus religionis, quo profitemur, & colimus Deũ autorem vitæ, & mortis, materialiter autem sit immutatio, seu mactatio rei oblatę, sicut disput. 220. cap. 3. mõstrauimus, siue eadem res offeratur, siue diuersa, siue idem sit offerens, siue diuersus, siue eodẽ ritu, & modo res immoletur, siue diuerso, eadẽ erit species cultus, & religionis, quæ ex affectu interiori erga Deum desumitur, & solum ex parte materiæ erit differentia: ac proinde eadem species sacrificij. Sicut enim adoratio latriæ, quæ Deo ramquã summo Domino defertur, siue hoc signo sub missionis, siue alio exhibeatur, est eiusdem speciei in genere cultus religiosi, quia est idem affectus interior erga Deũ, ex quo actus religionis speciem sumunt, ita etiam quæcumque sacrificia, siue ab hoc homine, siue ab alio offarantur, siue hæc res, siue alia, siue hoc ritu, & modo, siue alio immoletur, in ratione sacrificij, quatenus est actus 2

Sacrificiũ Missæ accidentarie solum differt à sacrificio cœnæ.

virtutis

virtutis religionis, erunt eiusdem speciei, quia in omnibus erit idem affectus religionis, nempe colendi Deū, vt autorem vitæ & mortis, ex quo formalis species sacrificij, & differentia, quā vocant specificā inter ipsum, & alios actus religionis desumitur: nā diuersitas ritus, & modi offerendi, & alia, quæ diximus, solū sunt ex parte materiæ, & actus exterioris, quę totā suam speciem religioni cultus ex affectu interno desumit, siquidem omnia illa exteriora ex alio affectu non religioso, aut nō sacrificij procedere possent, differunt igitur solo numero, & accidentarie sacrificiū, quod in Missa quotidie offerimus, & id, quod Christus in cœna sub specie panis, & vini obtulit, non solum sicut differūt duo sacrificia, quæ duo sacerdotes, aut idē in diuersis Missis offert; sed alia etiam accidentaria ratione.

4

Differentiæ assignatæ à quibusdam in hac re duo sacrificia.

Nonnulli Theologi primo quidem differentiam assignant ex parte rei oblatæ, quia Christus in cœna seipsum sub specie panis, & vini obtulit mortalem, nunc autē ipsum offerimus immortalem, quæ sane differētia (inquiunt) sicut nō est substantialis in ipso Christo, ita etiā neque in sacrificio, quo ipse offertur. Secūdo ex parte offerentis, quia licet in vtroque sacrificio Christus sit offereus, tamen in cœna proxime, & per se illud obtulit, nunc autē in Missa sacerdotes proximè illud offerimus, ipse vero solū remotè, vt sequente disputatione, cap. 3. explicabitur. Probāt autem ex hac diuersitate offerentium nō prouenire differentiam sacrificij,

Prima.

quā vocāt specificā, quia per se, aut per ministrum operari nō sufficit ad variandā speciem actionis, non solū in genere actionis, sed etiam secundū valorē moralem, hoc est, in genere meriti, & actionis moralis: nā eleemosyna (inquiūt) facta proxime ab aliquo, nempe, quia eā per se facit, & remote ab eo facta, nempe, facta per ministrū ipsius, eiusdem valoris, & meriti est. Tertiā quoq; differentiam constituunt, quia per sacrificiū, quod Christus in cœna obtulit, meruit nobis nostrā redemptionē, sicut per alia bona opera, licet illa per totum cruentū crucis sacrificiū consummauerit; at vero per sacrificium, quod nunc in Missa ministerio sacerdotis offert, nihil meretur, eo quòd non sit in statu merendi, sed sacrificiū est tantū modale eius instrumentum, per quod applicat nobis fructū suæ passionis. Quod autē attinet ad illud demerito, censent esse differrē plane accidentariū: eo quod solū oriatur ex diuerso statu ipsius Christi, qui est principali offerens, hic enim status videtur accidentarie cū ipso sacrificio cōparari. Asserunt tamen in eo seruari nihilominus proportionē, nam & sacerdos, qui nunc proximus offert sacrificiū Missæ, per hoc sacrificium mereri potest, si illud dignè, & in gratia offerat.

Secunda.

Tertia.

3

4

Quod vero spectat ad illud de instrumento ad applicandum fructū satisfactionis Christi, putant, nullum esse discrimen, eo quòd sacrificiū oblatū à Christo in cœna fuerit etiā propitiatoriū, & efficax ad applicandū nobis fructum satisfactionis iam inchoatę, & in passionis sacrificio cōsummādæ. Quartum discrimen, quod ipsi assignāt, est, quod sacrificium oblatū à Christo in cœna denotabat sacrificiū mortis in cruce futurum, at vero sacrificiū, quod in Missa quotidie offerimus, denotat sacrificium mortis præteritum. Quod sane discrimen ideo putāt accidentariū, quia nō oriatur ex natura ipsius signi, & sacrificij inchoati, sed ex diuerso statu rei significatæ, nempe sacrificij cruēti, quod quidē tunc futurū erat, nūc autem præteritū, sacrificiū autem inchoatum idē omnino in se signum est ita aptū ad denotandū præteritū, sicut futurum, & è cōtrario: quod tamen non habet signū, quod est in verbis. Quinto ex eorū sententia differūt quia sacrificiū inchoatum, quod Christus obtulit in cœna, nō fuit imago alterius inchoati sacrificij, sed potius fuit veritas figurata in alijs præteritis sacrificijs, præsertim in sacrificio panis, & vini, quod obtulit Melchisedech, sacrificiū autem, quod quotidie in Missa offerimus, licet sit figuratum in præteritis sacrificijs, ipsum tamen est figura, & imago sacrificij inchoati, quod Christus in cœna obtulit, quā etiam differētiam accidentariā esse existimant. Sextum denique discrimē etiā accidentariū desumūt ex loco, tēpore, & diuersitate materiæ, quæ cōsecratur, & ex alijs cęremonijs. Exquibus omnibus colligūt, hæc sacrificia non specie, sed solo numero, & accidētarie differre.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Quid in præcedenti explicatione non probetur.

Mihi vero horū sententia placet, quatenus asserūt, has omnes differētias accidētarias esse in genere sacrificij, omnia tamē, quę circa singulas docēt, mihi nō omnino probātur. Primo quidē ideo existimo, diuersum statum Christi non pertinere ad essentialem differentiam sacrificij, non solum quia diuersitas rei oblatæ non est essentialis in genere sacrificij, vt supra notatum est, sed etiam quia diuersus status Christi non est id quod offertur, etiam vt pars totius victimæ: nam id, quod offertur vt victima, est Christus secundum se obstractus ab hoc, & illo modo existendi: modus autem,

exiſtendi eſt id, ſub quo, vel cũ quo offertur; in ſecunda vero differentia, quamuis verum ſit, Chriſtum fuiſſe proximũ offerentem in ſacrificio incruento cœnæ, & eſſe remotũ in ſacrificio Miſſæ, licet præcipuus ſit, tamen multũ refert ad valorem moralem, hoc eſt, ad meritũ actionis ſacrificij, Chriſtũ eſſe proximum offerẽtem, aut remotũ, vt ſtatim patebit, nam ſacrificium incruentum, quod Chriſtus in cœna obtulit, fuit quidem meritorium, prout à Chriſto oblatũ, non tantũ, quia Chriſtus erat in ſtatu merendi, vt prædicti Doctores in tertia differentia affirmãt, ſed quia ipſe proxime obtulit illud; at verò ſacrificiũ Miſſæ, quod ſacerdotes quotidie offerunt, non eſt meritorium, prout ab ipſo Chriſto remote, licet principaliter offertur, ſed tantum prout digne offertur ab inferiori ſacerdote, non quia iam Chriſtus non ſit in ſtatu merendi, quia ſtatus, in quo nũc eſt, nihil obſtaret, quo minus alijs mereri poſſit, ſi ipſe pro alijs opera ſua vellet offerre, vt diſput. 225. cap. monſtrauimus, neque quia nõ offerat hoc ſacrificiũ pro alijs, quia re vera eo modo, quo ipſe offert, pro alijs offert; ſed quia nõ eſt proximus offerens, ſed remotus: etenim vt opus alicuius prout ab eo, ſit meritoriũ, debet ab ipſo proximè elici, & ſub eius poteſtate libera, tãquã actio moralis manere, vt 1. 2. diſp. 216. c. 3. notauimus: quod ſi opus deriuatũ ab vno aliquo modo iam nõ ſub ſua, ſed ſub alterius poteſtate maneat, nõ erit meritoriũ, prout ab illo remote deriuatũ eſt, vt patet in exẽplo eleemoſynæ, nã dominus, qui dedit pecuniã famulo, vt eam pauperi tribueret, ſolũ meretur voluntate, & affectu, tũ etiã opere ipſo, quo libere famulo ſuo eleemoſynã tradidit; poſtea vero cũ famulus ea elargitur, non dominus, ſed famulus, ſi digne eam largiatur, meretur, vt loco citato diximus. Et hinc prouenit, vt licet opus illud praua intẽtione famuli inficiatur, nihil detrimẽti patiatur dominus. Sic igitur Chriſtus nobis meruit, inſtituẽdo hoc ſacrificiũ, vt pro nobis à ſacerdotibus in Miſſa offerretur: hoc enim opus proxime ab eo proceſsit; at vero per ipſum ſacrificiũ à ſacerdote oblatũ non meretur, quia tale opus à Chriſto proxime nõ procedit, nec ſub eius poteſtate iã manet, ſed à ſolo ſacerdote fit, & ſub eius poteſtate poſitũ eſt, à Chriſto autem remote, quatenus ipſe illud inſtituit, & iuſsit offerri; & meritis ſuis imperauit, vt ſacerdos illud perficeret, vt ſequente diſputatione patebit. Quod vero dicitur de inſtrumentaria virtute ſacrificij, quod Chriſtus in cœna obtulit, nẽpe, nõ tã tũ fuiſſe actionẽ eius meritoriã, ſed etiã inſtrumentũ applicãdi nobis fructũ hoſtiæ redemptionis, ſicut nũc eſt in Miſſa, verũ exiſtimamus: nã ſicut Baptiſmus, quo Chriſtus baptizaret ante paſsionem, ſimul eſſet opus ipſius meritorium, & inſtrumentum ad applicandum nobis effectum redẽptionis, ita etiam ſacrificiũ, quod obtulit in cœna fuit; cætera vero mihi probantur.

6

7

Sacrificium Miſſæ aliquo modo eſſe idem cum ſacrificio crucis, aliquo modo diuerſum.

CAPVT II.

DEINDE Verò ſi ſacrificiũ incruentũ, quod ſacerdotes in Miſſa offerimus, cũ ſacrificio, quo Chriſtus in cruce oblatus eſt, cõparetur, certũ eſt cũ eo cõuenire, quod attinet ad victimã, & rem oblatã, & idẽ omnino eſſe: differre tamẽ in ratione, & modo offerendi: ita definit Concil. Trident. ſeſsione 22. cap. 2. his verbis: *Et quoniã in Diuino hoc ſacrificio, quod in Miſſa peragitur, idẽ ille Chriſtus continetur, & incruente immolatur, qui in ara crucis ſemel ſe ipſum cruẽte obtulit, &c.* Et paulo inferius: *Vna enim, eademq; eſt hoſtia, idẽ nunc offerens ſacerdotũ miniſterio, qui ſeipſum tũc in cruce obtulit, ſola offerẽdi ratione diuerſa.* Ex eo autẽ, quod ſacrificiũ Miſſæ à ſacrificio crucis in ratione, & ritu offerendi ſolũ diuerſũ ſit, planè cõſequitur, victimã vtriuſque ſacrificij, nõ ſolũ ſpecie, ſed etiã numero eandem omnino eſſe, eoquòd id, quod in hoc ſacrificio offertur, & in illo oblatũ fuit, eſt idemmet Chriſtus ſecundũ ſuã humanitatẽ, nã licet diuerſum modũ exiſtendi nũc habeat in ſacrificio Miſſæ ab eo, quẽ in crucis ſacrificio habuit, tamẽ modus exiſtẽdi, vt ſupra dicebamus, nõ eſt id, quod offertur, neq; pars illius, ſed eſt modus, aut cõditio, ſub qua offertur. Efficitur præterea, nõ eſſe eandẽ immolationẽ, ſeu ſacrificiũ pro actionem nã actio ſacrificãdi, quæ dicitur immolatio, maxime pẽdet ex modò, & ritu ipſius oblationis: cũ igitur ſit diuerſus modus, & ritus offerẽdi in vtroq; ſacrificio, nõ poteſt eſſe eadem immolatio, & actio ſacrificij. Adde, quòd, licèt idem Chriſtus in vtroq; ſacrificio ſit offerens; tamen nõ eodẽ modo offert: nam in ſacrificio cruento crucis fuit proximus offerens, ſiquidem per ſe ipſum paſsionem, & mortem ſuſtinuit, in qua immolatio

Eadem numero res oblata eſt in ſacrificio Miſſæ, ac fuit in ſacrificio crucis.

8 *Trident.*

Actio ſacrificandi, in his duobus ſacrificijs eſt diuerſa.

Sacrificiũ Miſſæ a ſacrificio crucis differt etiam ratione offerentis.

molatio illius sacrificij posita fuit; in sacrificio autē Missę nō proxime, & per se offert, sed ministerio sacerdotū, quibus præcepit, vt nomine ipsius Sacramentū conficerent, & incruentū hoc sacrificium offerrent: hac enim sola ratione Christus nunc dicitur offerens in hoc sacrificio, quia nimirū ipse iussit, & instituit, vt sacerdotes nomine ipsius offerrent, nō quia ipse actionem immolandi exerceat. Et quāuis sacrificiū incruentum, quod ipse in cœna obtulit, hac ratione non fuerit diuersum à sacrificio cruēto crucis, quia ipsemet Christus, sicut se ipsum in cruce cruento modo obtulit, ita etiā in cœna incruēto modo immolauit; tamē priori ratione diuersum fuit: quia modus sacrificādi fuit diuersus. Atque ex his, quę supra diximus explicantes rationē formalē sacrificij incruenti, manifestē cōprobatur, diuersam esse immolationē, & actionē sacrificandi, in qua cōsistit ratio formalis sacrificij in sacrificio cruento, & incruento: etenim actio cruēti sacrificij, quod in cruce peractū est, seu immolatio, fuit passio Christi in honorē, & cultū Dei ab ipso patienter, vsque ad mortē tolerata: ea enim voluit, & professus est Deum Autorem vitæ, & mortis, at vero immolatio incruenta tā sacrificij à Christo in cœna proxime oblati, quā eius, quod quotidie ab ipso etiam ministerio sacerdotum offertur, est significatio illa morti Christi cruentæ per modū actionis, & vt dici solet in fieri cōsiderata, sicut præcedēte disp. cap. 4. positū est: cōstat igitur, nō esse idem sacrificiū, si pro actione immolādi sumatur.

9

Quid sentiunt nonnulli circa distinctionem harū actionum.

Theologi nōnulli pro viribus cōtendūt, sacrificiū Missæ, & crucis esse idē numero formaliter in genere sacrificij, licet sit diuersum numero materialiter, vt ipsi loquuntur, quemadmodū dicunt esse eumdē locum numero formaliter, licet mutēturdiuersę superficies, si omnes in eadē distantia maneāt. Asserunt nāque, esse diuersam actionē materialiter, hoc est, in genere actionis, sacrificiū altaris, & crucis (hoc enim negare nō possunt) quia tamē omnes illę referuntur ad eūdem cultū Diuinū, nēpe, vt eadē res modo infinito offeratur, ideo esse idem sacrificiū formaliter. Verū quis nō videat, hanc sententiā nullo firmo fundamēto cōfirmari posse? nā, si semel cōcedant, hæc duo sacrificia esse duas actiones colendi Deū, nō potest vnus, & idē numero cultus in vtraq; esse: nā quot sunt actiones religionis, tot etiā dicuntur esse cultus, qualibet enim actione hoc ipso quòd est religionis opus, defertur honor Deo, & cultus aliquis, sicut per singulas actiones huius virtutis patet. Quod verò de loco adducitur, friuolū est: nā ratio formalis loci est extrinseca quædā denominatio distantiæ, hæc autē semper eadem manet in diuersis superficiebus, sicut etiā eadem dexteritas in diuersis colūnis, quia extrinseca denominatio nō variatur ex subiectis denominatis, sed ex forma denominante: cultus autem religiosus idem est, quod actio virtutis religionis, ac proinde quot sint actiones, tot sunt cultus, tametsi eadē res vtraque actione offeratur.

10

Reijcitur dicta sententia.

Porro ex his, quæ in hoc capite in principio diximus, manifestē colligitur, sacrificiū cruentū, & incruentū Missæ, aut cœnæ Domini nō differre specie in genere sacrificij: nā, vt supra dicebamus, species sacrificij cū sit quidā cultus ex religione Deo exhibitus, ex affectu interiori pēsari debet, hic autē idem secundū speciē est in omni genere sacrificij, solum 1. discrimen esse potest ex parte materię, & rei, quæ est signū in huiusmodi cultū assumptū, ex parte cuius discrimen secundū speciem inter aliqua sacrificia esse potest: & huiusmodi intercedit inter sacrificiū cruentū, & incruentū, qualis est inter verā, & mysticā mactationē: nā vera est in sacrificio cruento, mystica vero, & veluti in signo solū in sacrificio incruento. Quis enim neget, mysticā mactationē, & verā in genere mactationis specie differre, tametsi quia idem significant, cū Deo offeruntur, ad cultū religionis eiusdē omnino rationis deseruiant? Cū verò dicimus differre sacrificium altaris, & crucis specie ex parte rei, & signi, non dicimus, per hæc duo diuersa significari, siquidem idem cultus religiosus denotatur, sed diuersam specie actionem sumi in vno, & in alio, ad denotandum Deum autorem vitæ & mortis.

Ex parte signi est distinctio specifica inter sacrificium Missæ, & crucis.

Explicantur Patres in verum sensum.

Testimonia verò Patrū, qui docere videntur, idē omnino esse sacrificium Christi incruentū, quod in Missa offertur, & cruentū, quod in cruce oblatū est, explicari debent iuxta sensum Concilij Tridentini, vt eadē sit victima, & res oblata, nō autem eadem sit immolatio, & actio sacrificādi, hoc autē modo loquūtur Chrysost. homil. 17. in Epist. ad Hebræos circa finem, Cyprian. lib. 2. Epistolar. Epist. 3. quę nūc est in ordine 63. quorū testimonia citauimus disput. 222. cap. 5. & 7. Autor commentariorum in Epistolam ad Hebræos apud Ambrosium. Quibus etiam adde eundem Chrysostomum homilia. 2. in posteriorem Epistolam ad Timotheum in morali expositione circa finem, vbi ait: *Sacra ipsa oblatio, siue illam Petrus,*

Chrysost. Cyprian. Pseudo Ambrosius.

ſine illam Paulus, ſiue cuiuſuis meriti ſacerdos offerat, eadem eſt, quam dedit Chriſtus ipſe diſcipulis ſuis, quamque ſacerdotes modo quoque conficiunt, nihil habet iſta minus, quam illa: quemadmodũ enim verba, quæ loquutus eſt Chriſtus, eadẽ ſunt, quæ ſacerdotes nunc quoque pronunciant, ita oblatio eadem eſt, eademque Baptiſmi ratio eſt. Verùm hoc loco Chryſoſtomus non comparat prædicto illo modo ſacrificium incruentum Miſſę cum ſacrificio cruento crucis, ſed cum incruento, quod Chriſtus in cœna obtulit, & contendit, idẽ
49 eſſe non numero, ſed ſpecie, ſicut etiã verba cõſecrationis, & ratio Baptiſmi eadẽ eſt. Porro teſtimonium Autoris commentariorum in Epiſtolam ad Hebræos apud Ambroſium hoc modo interpretatur Algerus lib. 1. de Sacramẽtis corporis, & ſanguinis Chriſti, cap. 16. vbi inquit: *Nonergo eſt in ipſius Chriſti veritate diuerſitas, ſed in ipſius immolationis actione, quæ dum veram paſſionem Chriſti, & mortem quadam ſua ſimilitudine figurando repræſentat, nos ad imitationem ipſius paſſionis inuitet, & accẽdat, &c.* vbi dicit, diuerſitatẽ cruenti ſacrificij, & incruenti non in re oblata, ſed in ipſa actione immolandi poſitam eſſe, quod poſtea dixit Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. cap. illo 2. illis verbis: *Vna enim, eademque hoſtia ſola offerendi ratione diuerſa*, hoc eſt, ſolo ritu, actione, & modo offerendi diuerſa.

Algerus.

Poſtremò obſeruandum eſt, conſecrationem plurium panũ, & calicũ ſimul in eadẽ Miſſa non eſſe plura ſacrificia, quia quamuis plura ſigna mortis Chriſti poſt cõſecrationẽ permaneãt, tamẽ mactatio illa myſtica in pluribus panibus, & vinis facta fuit, per modũ vnius, & quaſi vna actiones, nẽpe eiſdem verbis eodem modo, ac ſi vnus tantum eſſet panis, & vnũ vinum, nihilominus tunc eſſent plura Sacramẽta, nã Sacramentũ hoc non conſiſtit in actione ipſa cõſecrationis, ſicut ſacrificiũ, ac proinde mirũ non eſt, ſi plura ſint Sacramenta, quãdo vnũ tantũ eſt ſacrificium, & ita fructus vnius Miſſæ per modũ ſacrificij nõ eſt eo maior, quo plures panes, & vina cõſecrantur; at vero cõſecrationes diuerſę, quæ in diuerſis Miſsis à diuerſis ſacerdotibus fiũt, nõ poſſunt eſſe vnũ idẽ numero ſacrificiũ, ſed plura; cuius oppoſitũ Recentiores aliqui abſq; fundamẽto docuerunt. Id autẽ, quod diximus, manifeſte probatur ex fructu ſacrificij: nã maior fructus prouenit ex duabus Miſsis, in quibus duæ fiunt cõſecrationes, quã ex vna, cũ tamen vt ſupra diximus, nõ ſit maior fructus vnius Miſſæ, ex eo quod plures panes, & vi nã in eã cõſecrãtur: ſignũ igitur eſt, plures conſecrationes in pluribus Miſsis eſſe plura ſacrificia. Verũ obijciunt Recentiores illi hoc modo. Eadẽ eſt vita Chriſti, quæ eſt materia ſacrificij: ergo eadẽ eſt priuatio illius, in qua actio ſacrificij cõſiſtit. Obiectio tamen friuola eſt: quia licet eadẽ ſit vita, bene poteſt eſſe diuerſa priuatio, & mors illius, nõ ſolũ myſtica, ſed etiam vera, & realis nã, ſi Chriſtus poſt Reſurrectionẽ ſuã iterũ vellet pro nobis reipſa in cruce mori, licet eadẽ eſſet vita, vt patet, nõ eſſet eadem mors, quatenus haberet rationẽ actionis, & interfectionis, licet eſſet eadẽ (vt dici ſolet) in facto eſſe, & ita nõ eſſet idẽ ſacrificiũ; multo autẽ magis eiuſdẽ vitę poteſt eſſe duplex myſtica mactatio, & in ſigno, vt cõſtat, ac proinde duplex illius incruentũ ſacrificium. Cæterũ quidã recens Autor nouiſsime contendit probare, improbabilẽ eſſe ſentẽtiam eorũ, qui dicunt, ſacrificiũ crucis, & altaris differre ſpecie, non ſolũ in genere moris, ſed etiã ſicut differebant ſacrificia veteris legis in genere ſigni, & rei. Id autẽ probat ex Paulo à cap. 7. vſque ad 10. Epiſt. ad Hebræos, vbi ſemper vocat ſacrificiũ Chriſti vnicum, & ſemel tantũ oblatũ, ac proinde nõ repetitũ, quod de vnitate ſaltẽ ſpecifica (inquit ille) vniuerſi Doctores explicant. Verũ hic Autor, vt ſententiã aliorũ efficacius, & iure notare poſſet, teſtimoniũ aliquod Patrũ de vnitate ſpecifica proferre deberet, hec tumultuariõ vniuerſos Doctores pro ea re allegare, quæ nulli ipſorũ nec in mentẽ venit. Nam quis vnquã de vnitate ſpecifica horũ ſacrificiorũ diſſeruit, aut vel minimũ verbũ pronũciauit? Prętera, vt dixi ſup. 221. c. 4. cõtra hæreticos probauimus, Paulus illis locis de vnico ſacrificio cruento ſolũ loquitur, vt omnes Patres exponũt; agit enim de pretio vniuerſali redẽptionis, & cõtendit, nõ eſſe in Eccleſia aliud ſacrificiũ ſpecie, ſed neq; numero diuerſum ab eo, quod in cruce oblatũ fuit: aliud, inquã, de quo ibi agebat, nẽpe cruentũ in pretiũ vniuerſalis redẽptionis; è cõtrario verò in veteri lege plura fuiſſe, quę in dies repetebãtur, nõ quidẽ ſolũ ſpecie diuerſa, de hoc nihil curauit Paulus, neque ad ſuũ inſtitutũ quidquã id pertinebat, ſed numero ſolo diſtincta, vt in ſingulis eorũ inefficaciã, & in utilitatẽ ad pretiũ redẽptionis oſtenderet. Adde, quòd ſacrificiũ altaris eo ipſo, quod differt in modo offerendi à ſacrificio crucis, vt definit Concilium Tridentinum à nobis allegatum, non ſolum dicitur differre ſolo numero in modo offerendi, ſed ſpecie: nam ſi Chriſtus iterum in cru-

In eadem Miſſa quamuis plures materiæ conſecrantur, vnum eſt ſacrificium, in diuerſis vero diuerſa.

Obiectio Recentiorum diluitur.

Ad Hab. 7.

Cuiuſdam neoterici placitum.

Reijcitur.

Explicatur Paulus.

in cruce pateretur, nemo diceret, ſecundũ ſacrificium à priori differre in modo offerendi; modum autem ad hoc refert Concilium, quod ſacrificium crucis fuit vera, & realis mactatio; ſacrificium vero altaris tantum mystica. Quocirca potius notandus eſt recens ille Autor, quòd neget diuerſam actionem offerendi ſecundum ſpeciem in hoc ſacrificio altaris, & crucis, cũ inde ſequatur, aut vtrumque eſſe cruentum, aut vtrumque incruentum, quod eſt hæreticum.

Ratio veræ ſententiæ deducta ex Trident.

Sacrificium incruentum, tam quod in cœna à Chriſto proximè oblatum fuit, quàm quod nunc à ſacerdotibus offertur propitiatorium eſſe, ſicut ſacrificium cruentum crucis.

CAPVT III.

16 HAERETICI Noſtri temporis, qui de ſacrificio Miſſæ cum catholicis contendunt, ingenuè fatẽtur, eſſe quidem hoc ſacrificium, εὐχαριστικὸν Euchariſticum, quod eſt pro gratiarum actione, & λατρευτικὸν. Hoc eſt, honorarium, ſeu in cultum Dei; non quod putẽt, eſſe ſacrificiũ proprie dictum, etiam his duobus modis; ſed quòd improprie, & latiori ſignificatione hoc ſacrificium ita dicatur: at propitiatoriũ eſſe, hoc eſt, pro peccato, quemadmodum fuit ſacrificium cruentum crucis, ſeu impetratoriũ, pro alijs, quà ipſis ſumẽtibus, omnes certe vno ore inficiantur; ne ſi concedant eſſe propitiatorium pro peccatis, & impetratorium non ſolùm pro ſumẽtibus, ſed etiã pro alijs, aſſerere etiam cogãtur, eſſe proprie ſacrificiũ. Ita Lutherus lib. de captiuitate Babylonica cap. 1. Apologia confeſsionis Auguſtanæ in art. de Miſſa. Confeſsio Vvitẽbergenſis cap. 16. quod eſt de Euchariſtia. Caluinus lib. 4. inſtitutionũ cap. 18. §. 13. 14. 15. & 16. Kemnitius in 2. par. examinis Concilij Tridentini ſeſſ. 22. cap. de Miſſa.

Hæreticorum placitum.

Luther.

Caluinus.

Kemnitius.

Oppoſitum tamen definitur in Concilio Tridentino ſeſſ. 22. cap. 2. & canon. 3. vbi ſententia hæreticorũ memorata damnatur, definitur enim hoc ſacrificium eſſe vere propitiatorium, nec ſoli ſumenti, ſed etiã alijs tam viuis, quam mortuis, & pro eorũ peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus vere offerri, quod quidẽ proprium eſt ſacrificij propitiatorij, & impetratorij. Atque prætermiſsis omnibus, quibus diſp. 221. cap. 3. probaui, hoc Miſſæ ſacrificium eſſe verè, ac proprie ſacrificiũ, quibus etiã oſtenditur verè, & proprie propitiatorium, & impetratorium eſſe, omne enim ſacrificium ex ſe aptum eſt ad placãdum Deum, & reddendum ipſum propitium, & ad impetrãdam aut veniam peccatorum, aut pœnarum remiſsionẽ, aut alia bona, peculiaribus alijs teſtimonijs, & ratione hoc ipſum nũc cõfirmare decreui.

Doctrina catholica ſtabilitur. Trident.

Primũ teſtimoniũ Scripturæ deſumũt nõnulli ex illis verbis conſecrationis calicis Matth. 26. Marc. 14. & Lucæ 22. *Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſsionem peccatorũ*, putãt enim illud *Effundetur*, quod alij legitur *Funditur*, idẽ eſſe, quod libatur, ſeu immolatur, nẽpe, in ſacrificio illo incruento. Cũ igitur dicatur ſanguis Chriſti in ſacrificio incruento cœnæ, & Miſſæ libari, & immolari pro multis, colligunt eſſe ſacrificium propitiatoriũ: verum cũ diſput. 199. cap. 2. oſtenderimus, verbum illud *Effundetur*, ſeu *Effunditur*, referri ad effuſionem futuram, aut factam in cruce, in qua ſacrificium Chriſti cruentũ fuit, ex hoc loco nihil video poſſe probari.

Primũ teſtimoniũ nõ probat Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22.

17

Secundũ teſtimoniũ, quod ijdẽ Theologi afferunt, eſſe ex eiſdem verbis Euãgeliſtarum in præcedẽte citatis, eo quod ſanguis Chriſti dicatur aut noui teſtamenti, ſicut eſt apud Matthæum, & Marcum, aut nouum teſtamentũ, ſicut eſt apud Lucam. Nam inter promiſsiones noui teſtamenti, vna eſt de remiſsione peccatorum: vt patet Hieremiæ 32. & ad Hebræos 8. Verum cum illis locis ſanguis Chriſti dicatur nouum teſtamentũ, ſeu noui teſtamenti, nõ prout in calice conſecratus, ſed prout effuſus, aut effundẽdus in cruce, ſicut loco citato probauimus, hoc etiam teſtimonio nihil probari poteſt.

Secundũ inefficax.

Hierem. 33. Ad Hebr. 8.

18

Tertium teſtimoniũ, quod mihi probatur eſt Pauli ad Hebræos 5. vbi dicitur: *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis.* Quibus verbis deſcribit Paulus munus ſacerdotis in vniuerſum, vt inde colligat, Chriſtũ eodem modo aſſumptum fuiſſe, & pro hominibus à Deo conſtitutũ ſacerdotem: cum igitur in Eccleſia ſua ipſe etiam reliquerit, & conſtituerit ſacerdotes, opus fuit, vt ad offerendum munera, & ſacrificia pro peccatis eos conſtitueret; nullum autem

Tertium Ad Hæb. 5. efficax.

aliud ſacrificium ipſis reliquit, niſi ſacrificium Miſſæ: ergo neceſſe eſt, vt illud ab eis pro peccato offeratur.

Sunt etiam alia Patrum teſtimonia, quibus hoc ipſum confirmatur, ex Græcis Iacobus in Lyturgia, ſeu Miſſa ſua, in qua inquit: *Offerimus tibi incruentum ſacrificium, pro peccatis noſtri, & ignorantijs populi.* Iacobus. Iuſtinus in dialogo cum Tryphone, ait, ſacrificium vaccæ oblatum pro Elephantiacis, figuram fuiſſe Euchariſtiæ, quæ offertur pro expiatione peccatorum. Origenes homilia 13. in Leuiticum, parum ante medium, poſtquam adduxit illud Lucæ 22. *Hoc facite in meam cõmemorationem*, ſubdit: *Inuenies, quòd iſta eſt commemoratio ſola, quæ propitium facit hominibus Deum.* Iuſtinus. Baſilius in lyturgia non lõge à principio vocat hoc ſacrificium reuerendum ad abolenda delicta noſtra. Cyrillus catecheſi quinta myſtagogica, longe ante medium, appellat hoſtiam propitiationis, poſtquã conſecratio perfecta eſt: & paulo inferius inquit, nos offerre Deo Chriſtũ mactatum pro noſtris, & defunctorum peccatis, vt Deum nobis, & illis propitiũ reddamus. Chryſoſtomus in Lyturgia inquit: *Idoneos nos redde ad inferenda tibi dona, & ſacrificia pro peccatis noſtris, & populi ignorantijs.* Citatur etiam Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 14. poſt medium, poſtquam hoc Sacramentum vocauit purum, & incruentum ſacrificium, ſubdit: *Corpus, ac ſanguis Chriſti eſt ad animi, & corporis noſtri incolumitatẽ tendens.* Et infra: *Omnes morbos, immiſſaſque calamitates purgat, &c.* Verùm non ſatis ſe explicat hic Pater, vtrũ loquatur de Euchariſtia, quatenus eſt Sacramentum, an quatenus eſt ſacrificium. Allegatur etiam idem Damaſcenus in oratione de fidelibus defunctis nu. 25. vbi ipſe citat Athanaſium in oratione de eodem argumento, quæ nunc inter eius opera non extat: eo quòd de hoc ſacrificio dicat: *Incruenta hoſtia oblatio propitiatio eſt.* Verùm, cum nullam de hoc ſacrificio Miſſæ antea feciſſet mentionem, & ſolùm hortatus eſſet fideles, vt oleum, & ceram ſupra ſepulchra defunctorum accẽderent, de illis ſolum videtur illa verba dixiſſe: ait enim: *Etiamſi in aere collocatus ſit ille* (hoc eſt ſuſpendij pœna affectus interierit) *qui cum pietate diem vitæ extremum egit; tamen implorata Chriſti Dei ope, oleum, ac cerã ad ipſius ſepulchrum accẽdere ne recuſes: grata enim, & acceptahæc Deo ſunt, ingenſque ab eo præmium referunt: oleum enim, ac cera holocauſti inſtar ſunt, incruentum autem ſacrificium Deum placat*; vbi fortaſsis incruentum ſacrificium vocat id, quod proximè inſtar ſacrificij eſſe dixerat.

Ex Latinis verò Autor ſermonis de cœnâ Domini apud Cyprianum, non longe a principio, vbi hoc Sacramentum poſt verba conſecrationis vocat holocauſtum ad ſanandas infirmitates. Hieronymus in illud capitis 1. Epiſtolæ ad Titum. *Sed hoſpitalem*, ali quantulum à principio, vbi ſacrificia Miſſarum vocat immaculatas victimas pro peccatis populi, & ſacerdotũ. Auguſtinus lib. 20. de ciuitate cap. 25. inquit, offerri in Eccleſia vſque ad diem iudicij ſacrificium pro peccato; nullum autem eſt, niſi ſacrificium Miſſæ lib. 1. contra Creſanium hoc ſacrificium appellat vnicum pro ſalute noſtra: & ſermone 11. de Sanctis ait, in altari effundi ſanguinem Chriſti pro peccatoribus. Gregor. lib. 4. dialog. c. 58. inquit, hac victima ſalutari ab interitu animam ſaluari. Beda 4. lib. Hiſtoriæ gentis Anglorũ ſcribit, hoc ſacrificium ad redemptionẽ animæ, & corporis valere. Demũ Concil. Bracharenſe cano ne 1. hoc ipſum ſupponit, cum reprehendit eos, qui circa hoc ſacrificiũ errabant, his verbis: *Quid de cætero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipſa ſacrificij oblatione erratur?* Citari etiam ſolet Ambroſius lib. 1. officiorum cap. 48. in fine, mihi tamẽ non ſatis conſtat, vtrum de ſacrificio crucis, an Miſſæ loquatur.

Pſeudo Cyprianus. Hieronymus. Auguſt. Gregorius. Beda. Bracharen. Ambroſius.

Ratione quoque eadem catholica ſententia probatur, & confirmatur: nã ſi antiquæ legis ſacrificia erãt propitiatoria, vt aduerſarij fatẽtur, & ex Scriptura manifeſte liquet: quæ cauſa (obſecro) eſſe poteſt, vt hoc noſtrũ ſacrificiũ propitiatoriũ non ſit? ſicut enim ſacrificiũ cruentũ mortis Chriſti fuiſſe propitiatorium, & noſtram redemptionẽ conſummaſſe, nõ obſtitit, quominus ſacrificia illa antiqua fuerint etiam propitiatoria: ita etiã nihil ob erit, quo minus hoc ſacrificium Miſſæ propitiatorium ſit. Verũ Caluinus, quiomnem ſacrificij propitiationem ad vnum ſacrificiũ crucis reducere cõtendit, reſpondet, antiqua ſacrificia nõ fuiſſe dicta verè propitiatoria, quia illis vere expiarẽtur peccata, & Deus placaretur; ſed quia figura erant ſingularis ſacrificij crucis, quo omnia delenda erant, & purganda. Hoc tamen reſpõſum valde abſurdum eſt: nam ſi illa ſacrificia aliqua ratione non purgarent, ſeu impetrarent veniam peccatorum, perperam ſcriptura præcepiſſet Leuitici quarto, vt is, qui peccaret per ignorantiam, offerret vitulum pro peccato: quod ſi peccaret Princeps, offerret hircũ immaculatũ, etiã

Ratio ducta á ſimili de ſacrificijs antiquis.

Reicijtur ſolutio Caluini.

Leuit. 4.

pro

pro peccato: perperam quoque ſubiungeret
22 *Rogabitque pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei.* Quod enim ſolũ eſſet figura ſacrificij poſtea in cruce offerẽdi pro peccato, dici nõ poſſet tũc pro peccato offerri, ſed tunc denotare id, quod poſtea eſſet offerendum. Quorſum etiam tunc oraret ſacerdos poſt illud ſacrificium oblatum, ſi ſacrificium poſtea propitiatorium offerendum erat? ſignum igitur eſt, aliquo modo illa ſacrificia fuiſſe propitiatoria tunc pro peccato, non quod ex opere operato non habita ratione deuotionis, & effectus offerentis ſicut Sacramenta nouæ legis iuſtificarent animam à peccato, hoc enim falſum eſſe oſtendimus eſt 1.2.diſput.184.cap.3. neque quod in illis eſſet meritum vniuerſale redemptionis noſtræ, neque quia cum eſſent opera religioſa à Deo inſtituta ad placandum ipſum pro peccato accedẽte oratione ſacerdotis ex opere operantis, & deuotione offerentis ſemper à Deo impetrarent ſpiritum cõpunctionis pro ipſo offerẽte, vt interius iuſtificaretur, ſicut quidam exiſtimant, quamuis aliquãdo ea impetrare poſſent, cũ neque hoc ſemper, ſed aliquando præſtet noſtrum ſacrificium Miſſæ, & alia opera bona hoc etiam aliquando efficere poſſint: ſed peculiari ratione, quia per illa ex opere operato non cõſiderata deuotione, & affectu offerentis, ſed eo ſolùm, quod taliritu fiebant, tollebantur irregularitates, & inmunditiæ carnis prouenientes ex peccato, vt inquit Paulus ad Hebræos 9. de ſacrificijs hircorum, & taurorum, & cinere viculæ aſperſo, & hoc ſaltem modo hæc ſacrificia propitiatoria erant, & Deum placabant, ne pro peccatis immundos, & irregulares ſecundum carnem Hebræos reputaret. Multò autem maiorem effectũ propitiationis tribuere debemus noſtro ſacrificio etiam ex opere operato, non habita ratione deuotionis, & affectus offerẽtis, vt inferius agentes de effectu illius oſtendemus: nunc autem habeamus eſſe ſacrificiũ vere propitiatorium in vniuerſum, ſi antiqua legis ſacrificia propitiatoria erant.

Qua ratione antiqua ſacrificia propitiatoria fuerint.

Prætereà hoc ſacrificium eſſe impetratorium non ſolum remiſſionis peccatorum, hac enim ratione dicitur propitiatoriũ, ſed etiã aliorum beneficiorum, probatur etiam teſtimonijs, & ratione. Aliqui ad hoc allegãt Tertullianũ lib. ad Scapulã c.2. vbi inquit, *Sacrificamus pro ſalute Imperatoris.* Verũ hic locus Tertulliani, non de ſacrificio altaris, neque de ſacrificio proprie intelligendus eſt, vt diſput.227.cap.4. mõſtrabimus, multo igitur melius id probatur ex eodem Tertulliano in libro de corona militis, vbi affirmat oblationem fieri conſueuiſſe in Eccleſia pro Natalitijs. Cyrillus Heroſolymitanus catecheſi illa 5. Myſtagogica longe ante mediũ poſt confectum ſpirituale ſacrificiũ in Miſſa, inquit, nos orare pro communi Eccleſiæ pace, pro tranquillitate mũdi, pro regibus, &c. Id quod in omnibus Lyturgijs Græcis apparet. Et quamuis in Latina ante, & poſt conſecrationem eodem modo oremus, nihil ominus vterque modus orationis denotat, nos poſtulare à Deo virtute illius ſacrificij ea omnia, ſicut etiã in ipſis orationibus Chryſoſtomus homilia 18. & 21. in Acta Apoſtolorum dicit, offerri hoc ſacrificium pro fructibus terræ, & pro alijs neceſsitatibus. Auguſtinus vero lib.22. de ciuitate Dei cap. 8. mẽtionem facit oblationis huius ſacrificij, qua fieri ſolet pro purgatione domus à vexatione dæmonis. Proſper lib. de prædictionibus Dei cap.6. narrat, ſuo tempore oblatum fuiſſe hoc ſacrificium pro dæmoniaca, & ſanatam fuiſſe, rurſuſque in gratiarum actionem pro ſanitate illius idem ſacrificiũ oblatum etiam fuiſſe, Gregorius homilia 37. in Euangelica, & Beda lib.4. Hyſtoriæ gentis Anglorum cap.22. ſcribunt, virtute & impetratione huius ſacrificij captiuum à vinculis abſolutum fuiſſe ipſo tempore, quo ſacrificium offerebatur, etiam ſi ille nihil de ſacrificio ſciret.

23 *Chryſoſt.* *Auguſt.* *Proſper.* *Beda.* *Chryſoſt.* *Auguſt.*

Ratio à ſimili de aliis ſacrificijs.

Et ſimili etiam ratione hoc ipſum probatur, ſicut præcedens, nam cum in antiqua lege ſacrificia offerri conſueuiſſent non ſolũ in gratiarum actionem, ſed etiam pro beneficio impetrando, ſicut legimus feciſſe Dauid 2. Regum vltimo, vt ceſſaret peſtis, & 2. Machabæorum 3.1. Eſdræ cap.6. Iudæos pro vita, & ſalute Darij, cur (obiecto) eamdem virtutem huic incruẽto ſacrificio, quod omnium excellentiſsimum eſt, & in quo omnis antiquorum ſacrificiorum differẽtia virtute continetur, denegabimus? Negare tamẽ non poſſumus diſcrimen inter hoc ſacrificium, & antiqua, quod antiqua ex opere operato, non conſiderata deuotione offerentis, non impetrabant à Deo beneficia, ſed quatenus bona opera erant; hoc autem ex opere operato id habet. Porro in hoc ſacrificio omnem differentiam legalium hoſtiarum contineri, plane docet Chryſoſtomus homilia in Pſalmum 65. columna 3. & indicat Auguſtinus lib.1. contra aduerſarium legis, & Prophetarum cap.20. cum ait, vmbras ſacrificiorum, quibus antiquus populus ſeruiebat, ſignificaſſe vnicum, & ſingulare ſacrificium, quod nunc offert ſpiritualis Iſrael, non ſe-

24 *2.Reg.24. 2.Mach.3. 1.Eſdræ 6. Gregorius.*

Sacrificiũ Miſſæ bona alia propter remiſſionem pœnæ nobis impetrat.

23

cundum Aaron, ſed ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Huc etiam ſpectat oratio illa Dominicæ ſextæ poſt Pentencoſten: *Deus, qui legalium differentiam hoſtiarum vnius ſacrificij perfectione ſanxiſti, &c.*

Sacrificiũ ex propria natura habet prædictos effectos.

Eſt autem notanda differentia inter Sacramentum, & ſacrificium, quod ad præſens attinet inſtitutum: nam quamuis Sacramentũ effectum habeat gratiæ ex opere operato in nobis, quod attinet ad gratiã iuſtificationis, & auxilia, quæ nobis impetrat, tamen non habet hoc modo omnes effectus illos, quos habet ſacrificium, tametſi quatenus eſt opus meritorium recipientis, impetret à Deo ea, quæ ſacrificio etiam impetramus: habet autem prædictos effectus ſacrificium peculiari ratione, quia cum ſecũdum propriam rationem Deo offeratur, vt ipſum placemus, ideo quatenus ſacrificium, ſuapte natura refertur ad hos effectus à Deo impetrandos.

Quo pacto inuicem comparentur ratio Sacramenti, & ſacrificij in Eucharistia.

CAPVT IIII.

OMISSIS Multis, quæ Recẽtiores aliqui hoc loco notant de perfectione ſacrificij comparata cum perfectione Sacramenti in vniuerſum, & cum perfectione huius peculiaris Sacramenti, quòd parum difficultatis, & vtilitatis contineant, in hoc capite ſolum comparare decreui rationem Sacramenti Euchariſtiæ cum ratione ſacrificij, quæ in eadem Euchariſtia eſt, nimirum vt oſtendam, quem ordinem inter ſe habeãt: primum igitur ſi comparatio fiat in ordine durationis, nonnulli exiſtimant nullum eſſe inter hæc duo, cenſent namque actionẽ immolationis, quæ dicitur ſacrificatio, comparatam cum actione Sacramentali, per quam fit Sacramentum, nempe conuerſa ſubſtantia panis, & vini in corpus, & ſanguinem, ſimul eſſe, imo eamdem omnino actionem eſſe dicunt, putant enim conuerſionẽ, per quã dicunt conuerti prædictas ſubſtantias, & produci Chriſtum, eſſe ipſam immolationem ſeu actionem ſacrificandi, verba autem cauſam effectricem. Verum cum ad eſſentiam huius ſacrificij vtriuſque ſpeciei conſecratio neceſſario requiratur, vt diſputatione præcedente cap. 4. vidimus, è contra-

[25]

Prius tempore reperitur ratio ſacramenti quam ſacrificij.

rio ad eſſentiam Sacramẽti alterius ſpeciei conſecratio ſufficiat, tametſi ad integritatẽ vtriuſque conſecratio requiratur, vt notauimus diſputatione præcedente cap. 3. negare certe non potuerunt, neque video, qua ratione negari poſsit, rationem Sacramenti abſolute in Euchariſtia priorem quidem tempore eſſe, tametſi dicere poſsint, rationem integri, & perfecti Sacramenti ſimul tempore eſſe cum ratione ſacrificij: namque perfecta conſecratione vnius tantum ſpeciei, ratio Sacramenti, & eſſentia illius exiſtit, nondum autem ratio ſacrificij eſt.

Contendunt præterea, aliquem ordinem prioris, & poſterioris naturæ aſsignare, non quidem inter actionem ſacrificandi, per quã dicunt ſacrificium produci, & productionẽ Sacramenti, nequeinter terminum perimmolationem productum, & Sacramentum ipſum iam factũ, quia putant, has duas actiones, & duos terminos actionum idem omnino re ipſa eſſe, ac proinde ſecundum rationẽ prioris, & poſterioris inter ſe comparari non poſſe, verum ſi comparetur actio immolandi, ſeu ſacrificatio cũ Sacraméto iam facto, ſic dicunt immolationis actionem abſolutè natura priorem eſſe, quam Sacramentum, dũmodo ſub actione immolandi ipſum ſacrificium factũ non includamus, quia actio prior natura eſt, quam ſuus terminus, ſi autem illud ſub actione immolãdi includamus, ſecũdum diuerſas rationes (inquiũt) erit prius, & poſterius, nam ordine intentionis ratio ſacrificij videtur prior, eo quod primarie ſub intentionem Dei cadat, & hac ratione, & in genere cauſæ finalis dici poteſt natura prior, quam ratio Sacramenti, idque etiam colligũt expoteſtate ſacerdotali, quæ primarie videtur cõcedi ſacerdotibus, ad offerendũ ſacrificiũ, ſicut exprimi videtur in forma ordinationis, illis verbis: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, &c.* Atque in ipſo Chriſto hęc poteſtas primarie fuiſſe videtur, ſiquidem primarie vnctus eſt Deitate, vt pro toto genere humano ſacrificium ſui Deo offerret, quinimo, & in vniuerſum in omni ſacerdote hoc videtur primarium munus, ſicut explicat Paulus ad Hebræos quinto, illis verbis: *Omnino namque Pontifex ex hominibus aſſumptus, & vt offerat dona Deo, & ſacrificia.* At vero, ſi de ordine executionis loquamur, cenſent, rationem ſacrificij naturaposteriorem eſſe, quia ex parte rei oblatę ſupponitur quidquid pertinet ad rationem Sacramenti, & aliquid aliud ad rationem ſacrificij requiritur, ſupponi autem illud ex parte rei oblatę, videtur eſſe idẽ, quod ſupponi in genere cauſæ

[26]

Qui ordo naturæ ab aliquibus aſsignatur.

[27]

Ad Hebr. 5.

causæ materialis, ac proinde executionis ordine videtur præcedere.

Reijcitur præcedens explicatio primo.

Hic tamen modus philosophandi mihi nō probatur, primo quidem quia nec per actionem sacrificandi in Eucharistia, nec per productionem Sacramenti producitur Christus, sicut ipsi contendunt, vt præcedēte disput. cap. 4. probatum est, sed actio immolandi est ipsa mystica mactatio, quæ in significatione considerata per modum actionis (vt dici solet) in fieri, posita est, productio vero Sacramenti nihil aliud est, quàm conuersio, quæ non est productio formaliter alicuius, vt disput. 181. cap. 11. monstrauimus, licet secum habeat productionem quandam præsentiæ corporis Christi sub speciebus, quā adductionem vocare possumus. Secundo quia vt compararetur actio, vt natura prior cum suo termino, non esset comparanda actio sacrificandi, seu immolatio cum Sacramento facto, sicut hi Doctores comparant, sed cum victima, & sacrificio producto, si per actionē immolandi aliquid produceretur, vt ipsi contendunt.

Secundo.

Actio immolandi cum victima esset comparanda.

28 Tertio.

Tertio, ex eo quod ratio sacrificij in Eucharistia præcipua, & dignior esset, quam ratio Sacramenti, non liceret colligere, eam esse priorem ordine intentionis, sed solum priorē esse eo genere prioris, quo quidquid nobilius est, prius esse dicitur: quod genus prioris distinxit Aristoteles in prædicamentis cap. de modis prioris, à priori secundum naturam, aut causalitatem: prius autem in genere causæ finalis, nempe id, quod tanquam finis cum reliquis tanquam medijs comparatur, hoc autem non conuenit rationi sacrificij comparatæ cum ratione Sacramenti, neque enim ratio Sacramenti est medium ad rationem sacrificij, neque cōtrario, sed in hoc genere comitāter, & per accidens inter se comparantur, & quamuis in forma ordinationis solum exprimatur potestas sacrificandi, quę videtur esse propria sacerdotis, ob id tamen non sequitur, sacrificium esse finem Sacramenti in Eucharistia. Similiter etiam quamuis Christus sacerdos in æternum præcipue vnctus fuit, vt in sacrificium pro nostra salute in cruce offerretur, non efficitur, in Eucharistia, quam in cœna consecrauit, rationem sacrificij incruenti fuisse finem Sacramenti.

Aristotel.

Nō est ide esse prius causalitate, ac esse dignitate prius.

Ratio Sacramenti non est medium comparationis sacrificij.

29 Quarto.

Quarto quia licet victima, & res oblata supponatur rationi sacrificij, & aliquid aliud ad sacrificium requiratur, nimirum mystica illa mactatio, tamen ob id non est dicendum, rationem Sacramenti ordine executionis priorem esse ratione sacrificij, nam victima huius immolationis, & sacrificij non fit per consecrationem Sacramenti, vt Recētiores illi existimant, sed ante consecrationem est, neque enim victima illius est Christus secundum modum, quem habet in Sacramento, sed secundum se abstractus ab hoc, & illo modo, vt primo capite expositum est, non ergo fit victima huius sacrificij per consecrationem, sed ante consecrationem supponitur: præsertim vero horum Doctorum sententia in eo admittenda non est, quod existimant, per consecrationem non tantum modum illum peculiarem, quo Christus sub speciebus existit, sed etiam ipsam Christi substantiam produci, id quod disput. 181. cap. 4. satis superque impugnatum a nobis est: adde quod cum ipsi censeant immolationem, & actionem sacrificij esse productionem ipsiusmet Christi sub speciebus, sicut disput. præcedente cap. 2. memorauimus, nulla ratione id, quod asserunt de ordine executionis constare potest: demum cum ordo intentionis, qui aliàs dicitur ordo resolutionis, & ordo executionis, qui aliàs dicitur ordo generationis, & compositionis, tantum assignetur inter finem, & media in consultatione, & in reipsa, & nec victima sacrificij, neque Sacramentum sit medium ad ipsum sacrificium, nescio cur hoc loco hos duos ordines inuersos inter Sacramentum, & sacrificium prædicti Theologi constituerint.

Quarto.

Victima huius sacrificij non efficitur per Sacramentum.

Ex dictis vero sequitur rationem Sacramenti nullo modo pertinere ad rationem actionis sacrificij, seu immolationem, aut etiam ad rationem victimæ: id quod nō solum verum esse puto iuxtà nostram sententiam, qui dicimus, victimam huius sacrificij non esse Christum, prout sub speciebus, bene tamen secundum se; sed etiam si diceremus, Christum prout sub speciebus existentem esse victimam: nam ad hoc vt esset victima eo modo, sufficeret esse sub speciebus, & vt fieret eius immolatio per mysticam mactationem, satis esset constitui corpus sub vna specie, & sanguinem sub alia ex vi verborum, sicut præcedente disputatione cap. 6. explicauimus: hoc autem totum fieri potuit, etiam si Christus prout existens sub speciebus non esset sumentibus causa gratiæ; tunc autem Eucharistia non esset Sacramentum, non esset signum gratiæ sanctificantis, esset tamen sacrificium eodem prorsus modo, quia eodem prorsus modo in honorem Dei mystice mactaretur. Quamuis igitur id, quod non est victima, sit Sacramentum, vel aliquid Sacramenti,

30 Ratio Sacramenti concomitanter se habet cum natura sacrificij.

menti, tamen ratio ſacramenti, quam habet, cum ratione victimæ, & ſacrificij accidentarie coniungitur, & concomitanter ſe habet.

Quo pacto Chriſtus offerat ſacrificium Miſſæ. Diſp. 225.

Chriſtum hoc ſacrificium actu, & proximè offerre, nonnulli Recentiores aſſerunt. Cap. 1.
Præcedens ſententia examinatur. Cap. 2.
Chriſtum ſolum remote, & ratione ſolius inſtitutionis hoc ſacrificium offerre probabilior opinio fert. Cap. 3.
Diluuntur argumenta prioris ſententiæ. Cap. 4.

Chriſtum hoc ſacrificium actu, & proximè offerre, nonnulli Recentiores aſſerunt.

CAPVT I.

INTER Catholicos citra controuerſiam eſt, in ſacrificio Miſſæ non ſolum eſſe eamdem hoſtiam, quæ fuit in ſacrificio crucis, ſed etiam eundem offerentem, nempe Chriſtum, qui ſe ipſum in cruce etiã obtulit, nam Concilium Tridentinum id aperte definit ſeſsione 22. cap. 2. Verum in quæſtione poſitum eſt, quo pacto Chriſtus hoc ſacrificium offerre dicatur. Recentiores aliqui non modo affimant, in hoc ſacrificio eſſe Chriſtum offerentem, verum etiam primum pronuntiant, ipſum eſſe principalem offerentem, idque docuiſſe Sanctum Thomã in præſente art. ad 3. & q. præcedente artic. 7. ad 3. & in 4. d. 13. q. 1. art. 1. & cæteros Theologos ibidem. Citant etiam Algerum lib. 3. de Euchariſtia cap. 5. & ſequentibus. Simeonem Theſſalonicenſem lib. de myſterijs Eccleſiæ cap. 44. quem refert Turrianus, & ipſum Turrianum lib. 4. pro Epiſtolis Pontificum cap. 1. & in Scholijs ad Clementem lib. 3. Conſtitutionum cap. 12. Lindanum lib. 4. Panopliæ cap. 51, & Cardinalem noſtrum Bellarminum lib. 2. de Miſſa c. 4. Probant autem Chriſtum eſſe principalem offerentem, primo teſtimonijs Patrum, eo quod Irenæus lib. 4. contra Hæreſes c. 32. & 34. dicat, *Per Ieſum Chriſtum offert Eccleſia*: & Cyprianus lib. 2. Epiſtolarum, Epiſtola 3. quæ eſt nunc 63. aſſerat. *Sacerdos in altari vice Chriſti fungitur, ac ſacrificium verum, ac plenum Deo Patri offert.* Et Auguſtinus lib. 4. de Trinitate cap. 7. & 14. & lib. 10. de ciuit. cap. 20. *Chriſtus ipſe offerens, ipſe & oblatio, cuius rei Sacramentum quotidianum eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium quod offertur.* Ambroſius lib. 1. officiorum cap. 48. & in Pſalmum 38. *Ipſe offerre manifeſtatur in nobis, cuius ſermo ſanctificat ſacrificium, quod offertur.* Chryſoſtomus homilia 83. in Matthæum: *Qui tunc in illa cœna confecit, ipſe nunc quoque operatur*: & homilia 2. in Epiſtolam 2. ad Timotheum, & homilia 17. in Epiſtolam ad Hebræos, homilia 90. ad populum, & homilia de proditione Iudæ; *Cum videris ſacerdotem offerentem, ne ipſum conſideres hoc facientem; ſed Chriſti manum inuiſibiliter extenſam*: & in Lyturgia: *Ipſe eſt, qui offert, ipſe qui offertur.*

Cyprian. Auguſt. Ambroſ.

Chryſoſt.

Secundo probant, quia Chriſtus dicitur ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, eo quòd eius ſacrificium ſit ex pane, & vino ſicut ſacrificium Melchiſedech: dici autem nõ poſſet propter ſolum ſacrificium, quod in cruce obtulit, niſi poſtea etiam perpetuo vſque ad finem offerret, ſaltem per miniſtros: id quod Paulum denotare aſſerunt, cũ in Epiſtol. ad Hebræos diſcrimen aſsignat inter legẽ veterẽ, & nouam, quod in veteri plures eſſent ſacerdotes ſecũdũ illud tempus offerentes, nunc autẽ vnus ſit ſacerdos æternus, cui nullus alius ſuccedit, ſed reliqui ſunt miniſtri eius, ſic enim denotare videtur, nunc etiam Chriſtum offerre, imo in hunc ſenſum affirmant prædictum locum Pauli explicari â Chryſoſtomo homilia 17. in Epiſtolam ad Hebræos, Theophylacto ad Hebræos 5. Haimone in cap. 8. & Anſelmo in cap. 10. eiuſdem Epiſtolæ.

Cõfirmãt Secũdum ex Chriſti æterno ſacerdotio.

Tertio hoc ipſum cõfirmant ex Cõcil. Lateran. ſub Innocentio III. & refertur in c. firmiter de ſumma Trinitate, & fide Catholica, vbi dicitur, Chriſtum in hoc myſterio ſimul eſſe ſacerdotem, & ſacrificium, & ex decreto Eugenij IIII. in Conc. Florentino eo quòd aſſerat Pontifex, ſacerdotes conficere hoc myſterium in perſona Chriſti, & clarius ex Concilio Tridentino, ſeſsione 22. cap. 2. quod definiat, Chriſtum in hoc ſacrificio eſſe principalem offerentem, & ideo ex inquitate ſacerdotum conferentium nomine ipſius hanc oblationem nullo modo inquinari. Poſtremo eãdem ſententiam probant, quia Chriſtus nunc etiam eſt verus ſacerdos, & pro nobis interpellat, ergo nihil

Tertium ex Laterane. ex Floren. & Trid.

obſtat

obstat, quo minus pro nobis etiam hoc sacrificium offerat, cur enim dignissimus sacerdos ab officio offerendi vacabit, cum illud pro dignitate sua, & ad Dei gloriam exercere possit, præsertim cum hoc ad excellentiã, & dignitatem sacrificij spectet, nã oblationis dignitas ex dignitate offerentis maxime pendet; quinimo & dignitas ipsius rei oblatæ hoc postulare videtur: nam cum purissima sit, & infinitę dignitatis, exigere videtur, vt ab infinito, & purissimo sacerdote, qualis est solus Christus, offeratur: est enim (inquiunt) discrimen inter Sacramentum, & sacrificium, quod ad Sacramenti dignitatem necessarium non est, vt ministerium illius, quod in vsu consistit, sit impollutum ex parte ministri, sed sufficit, vt secundum ritum, & modum præscriptum ministretur: at vero sacrificium pro sua dignitate, & excellentia requirit, vt saltem prout est ab aliquo offerẽte principali, sit omnino purum, & gratũ Deo, id quod non semper haberet hoc sacrificium, nisi à Christo tamquam à præcipuo offerente, & sacerdote offerretur, nam alij sacerdotes nunc mundi à labe mortali, nunc vero immundi essent. Neque sufficeret, vt ab Ecclesia tota tanquam à principali offerretur, & sacerdotes nomine ipsius illud offerrent, quia quamuis semper sit sancta sine peccato mortali, tamen non caret omni macula, & ruga, quamdiu in hac vita mortali est. Ad de, quod ipsa non est ita proprie offerens, sicut Christus, neque vt offerens simpliciter necessario requiritur ex vi institutionis huius sacrificij, siquidem etiam si sacerdos non offerat in nomine Ecclesiæ, eius sacrificium firmum, & validum est: colligũt autem prędictum discrimen inter sacrificium, & Sacramentum ex eo, quod sacrificium consistat in actione, cuius dignitas ex operante pendet, vsus autem Sacramenti potius consistat in receptione, quã in administratione, cum Sacramenti vsus ex se referatur ad aliquid significandum, & faciendum in suscipiente, in cuius vtilitatem proxime Sacramentum institutum est.

3

4

Posterior pars eiusdem sententiæ.

Deinde, vt hoc ipsum explicẽt, affirmant, Christum non tantum esse principalem offerentem per accidens, & remote, hoc est non tantum quia instituit hoc sacrificium, vt in persona ipsius à sacerdotibus offerretur, sed etiã quia aliquo modo actu offert, licet per sacerdotem offerat: id quod rationibus allatis in confirmationem præcedentis partis suæ sententię non obscure indicauerant: illæ enim ad hoc spectare videbantur, vt Christus non tantum remote ratione institutionis hoc sacrificium offerret, sed etiam actu, veluti proximus offerrens principalis. Probant autem ex professo alijs rationibus.

Prima ratio: quia vt Christus dicatur principalis offerens, non sufficit sola sacrificij institutio ab ipso facta: tũ quia ratio instituendi, & offerendi valde inter se differunt, siquidem Deus instituit antiqua sacrificia, illa tamen non obtulit; tum etiam, quia vt oblatio sit munda, non sufficit, neque requiritur sanctitas, puritas, & dignitas institutionis, sed proxime offerẽtis: nam, & sacrificia antiquæ legis à Deo instituta erant, & tamen cum ab iniquis offerebantur, Deo minime placebãt: atque hac etiam de causa fit, vt ex infinita dignitate instituentis, infinitum valorem sacrificia non habeant, sed ex ipso offerente; alioquin & sacrificia antiqua, vt pote à Deo infinite digno, & sancto instituta, infiniti valoris extitissent, quod est absurdum; è cõtrario vero sacrificium Christi incruentum, quod ipse in cœna obtulit, infinitum valorem habuit ab ipso, non vt instituente, sed vt offerente. Cum igitur Christus verè offerat hoc sacrificium, & ex illius dignitate sanctitatem, & puritatem, imo & infinitum valorem ita accipiat, vt neque ratione aliorum vllo modo inquinari, aut limitari queat, efficitur plane, Christum non modo hoc sacrificium instituisse, sed etiam quotidie actu illud offerre. Neq; quidquã refert (inquiunt) quod Christus non tantum simpliciter instituerit hoc sacrificium, sed voluerit etiam in sui memoriam celebrari: hoc enim non satis est, vt ipse sit offerens, sed causa exemplaris, aut res tepræsentata per tale sacrificium.

Prima ratio pro hac parte.

5

Secunda ratio: si Christus diceretur offerens in hoc sacrificio, etiam si actu illud nõ offerret, eo esset, quod virtus, & efficacia huius sacrificij ex virtute meritorum ipsius Christi deriuaretur; at hoc nõ satis videtur, vt Christus dicatur offerens, primum quidẽ quia efficacia meritorũ Christi potius respicit effectum sacrificij, quam immolationem ipsam, in qua ratio sacrificij posita est, siquidem effectus sacrificij quid posterius est ipso sacrificio, ergo hoc non sufficit, vt Christus dicatur illud offerre: deinde quia si aliqua oblatio institueretur à Deo, quæ similem efficaciam ex ipsius voluntate haberet, non satis esset, vt ipse diceretur illud offerre ergo neque Christus hac ratione offerre dicendus est: deinde quia si Christus instituerit aliquod sacrificium finiti valoris, & virtutis, sicut reuera instituere potuit, quod à solo puro homine offeretur, sicut poterit quidem

Secuda ratio.

6

quidem ex ſuis meritis illi virtutem tribuere, & tamen ipſe non diceretur illud offerre, ſiquidem inſtitueret illud, vt à ſolo puro homine offerretur, ſicut ſupponimus, ergo vt ipſe illud dicatur offerre, non ſatis videtur ex ſuis meritis ei virtutem, & efficacitatem tribuere: poſtremo denique quia hoc non ſufficit, vt ſacrificium Miſſæ ex parte offerentis dicatur æquale ſacrificio crucis, & cœnæ Domini, nam hæc duo non fuerunt infinita, quia inniterentur meritis Chriſti, ſed quia fuerunt oblata à ſacerdote infinito.

Tertia ratio.

7 Tertia ratio, Chriſtus per humanitatem ſuam phyſice concurrit ad actionem, in qua huius ſacrificij immolatio conſiſtit, nempe, ad conuerſionem panis, & vini in corpus, & ſanguinem ſuum: ergo Chriſtus eſt principalis offerens comparatus cum miniſtro, quia licet eius humanitas ſit inſtrumentum Diuinitatis ad hanc actionem, eſt tamen coniunctum, ac proinde comparata cum miniſtro, qui eſt ſeparatum inſtrumentum, præcipua eſt. Porro ex eo quod Chriſtus per humanitatem ad illam actionem cõcurrat, recte colligi id, quod contendunt, probant hoc pacto: quia ad hoc, vt quis offerat ſicut ſacerdos, debet eſſe cauſa actionis, quæ dicitur immolatio, quamuis hoc non ſufficiat, quia Deus illam efficit, & tamen non offert, requiritur ergo præterea, vt ille qui efficit eam actionem ſit ſacerdos, & colere poſsit Deũ tamquam inferior: cum igitur Chriſto vtrũque conueniat, efficitur, non minus hoc ſacrificium ab ipſo nunc actu offerri, quam ſacrificium crucis, & cœnę oblatum eſt.

Quarta.

Quarta ratio: ſacerdotes offerunt in perſona Chriſti, & tanquam legati ipſum repræſentantes: ergò eo ipſo Chriſtus etiam actu offert, ſicut ille, qui per famulũ eleemoſynam elargitur, eam etiam proxime, & actu elargiri dicitur. Quinta ratio: Chriſtus concurrit phyſice cum ſacerdotibus ad actionem huius ſacrificij, non vt inanimatum inſtrumentum, ſed per intellectum, & voluntatem: ergo concurrit vt ſupremus Dei cultor, & interceſſor pro hominibus, præſertim cum hoc ad maiorem dignitatem huius ſacrificij pertineat: nã ſi Rex per legatũ ſuũ alteri regi exhibens honorem, aut eleemoſynã alicui erogans, poſſet etiam per ſe ipſum actu ad honorẽ illi exhibendũ, & eleemoſynam elargienda concurrere, multũ ſane dignitatis honori exhibito, & eleemoſynę accederet; cum igitur poſsit Chriſtus hoc modo etiam cum ſuis miniſtris concurrere, non eſt, quod hoc illi denegemus, & officium ſacerdotis hoc modo illi non tribuamus.

Vltima.

Præcedens ſententia examinatur.

CAPVT II.

TAMETSI cum præcedentibus Theologis in eo conueniamus, vt Chriſtus non ſolum dicatur offerre hoc ſacrificium, ſed etiam principalis offerens vocari poſsit, tamen in modo, quo affirmant, Chriſtum ſacrificium offerre, eis non conſentimus. Porro Chriſtum eſſe principalem offerentẽ in hoc Sacramento, nullus quidem ex Doctoribus, quos cap. præcedente Recentiores Theologi pro hac ſententia allegarunt, præter noſtrum Bellarminum expreſſe aſſerit; ex aliquorum tamen verbis non obſcure id colligitur, eo quòd nonnulli dicant, ſacerdotes in perſona Chriſti hoc ſacrificium offerre: ſic enim tanquam miniſtri illius, ac proinde ipſum tanquam præcipuum autorem huius ſacrificij repræſentantes offerunt. Sanctus Thomas in hoc articulo ad tertium, ſolum ait, ſacerdotes imaginem gerere Chriſti, & in perſona, & in virtute illius verba cõſecrationis proferre, ex quo concludit, in hoc ſacrificio eundem eſſe ſacerdotem & hoſtiam. In præcedente verò quæſt. art. 7. ad 3. eodem modo inquit, ſacerdotem in perſona Chriſti loqui, & verba proferre ad conſecrãdum: in 4. vero art. à prædictis Doctoribus citatus nihil de hac re dicit. Ex alijs vero Scholaſticis neminem hactenus legi, qui expreſſe diceret, Chriſtũ in hoc ſacrificio eſſe præcipuum, ſeu principalem offerentem. Porro Lindanus, quem ſpeciatim citant cap. illo 51. Panopliæ, *Sed hac ſaltem*, non longe à fine, vt probet hoc ſacrificium habere vim aliquam ex opere operato, vt loquuntur Theologi, aſſerit, ex perſona Chriſti hoc ſacrificium ita geri, atque peragi, vt nulla prorſus ratio miniſtri habeatur, non quod ſentiat, miniſtrum non offerre, neque peragere ſacrificium, ablit; ſed quòd exiſtimet ita cõcurrere ad ſacrificium in perſona Chriſti, vt valor illius non ex ipſo, ſed ex Chriſto, in cuius perſona offertur, deſumatur. Demum noſter Turrianus lib. 4. pro Epiſtolis Pontificũ cap. 1. poſt medium nihil dicit aliud, niſi quod ſacerdotes, qui hoc ſacrificium offerunt, ſint Chriſti miniſtri. Præterea nullus ex Patribus, quos prædicti Theologi pro hac ſententia de principali offerente allegant, expreſſe aſſerunt, Chriſtum eſſe præcipuum, ſeu

Quid ex præſcripta de ſacerdotio Chriſti 5. 1 hom.

8

Lindan.

9

Turrian.

Algerus.

seu principalem offerentem. Nam Algerus libro illo citato, cap. 8. solum contendit probare, hoc Sacramentum esse eiusdem virtutis, siue à malo, siue à bono ministro offeratur, quia Christus est autor illius, & ita ex ipso Christo virtus eius desumenda sit: atque in fine affert quædam Augustini testimonia, in quibus dicitur, Christum se ipsum offerre, & eŭdem esse, qui offert, & offertur; nihilque aliud dixit Simeon Thessalonicensis loco illo de mysterijs Ecclesiæ, quem citat Turrianus in librum illum 8. Apostolicarum Cõstitutionum Clemẽtis cap. 12. num. 5. cuius verba inferius recitabimus. Ex alijs vero Patribus, fateor quidem Cyprianŭ dixisse sacerdotem vice Christus hoc sacrificium offerre. Ambrosium vero in illud Psalm. 38. *Thesaurizat, & ignorat, cui congreganit ea*, tunc manifestari, Christum in nobis offerri, cum eius sermo sanctificat sacrificium: & in libro illo de officijs solum asseruisse, Christum offerre, & offerri, sicut etiam Augustinus lib. 4. de Trinitate cap. 14. & 10. de ciuitate cap. 20. dixit. Denique concedimus Chrysostomum dixisse homilia illa 2. in secundam ad Timotheum, Christum in hoc sacrificio adesse, & operari, & homilia 17. in Epistolam ad Hebræos in fine, eundem esse Pontificem in hoc sacrificio Missæ, qui fuit in sacrificio cœnæ, quia hoc fit in commemorationem illius; & in homilia de proditione Iudæ, non longe ante finem, illum, qui crucifixus est, consecrationem operari; & in Lyturgia, Christum esse, qui offert, & qui offertur. Verùm quamuis nullus ex his, vt diximus, expresse affirmet, Christum esse principalem offerentem, nihilominus ex eorum verbis id non inepte colligitur, nam cum dicant, esse offerentem, & non possit esse inferior sacerdote quocumque, neque illi æqualis tantum esse censendus sit, consequitur esse principalem offerentem; id tamen præsertim denotarunt Cyprianus, cum ait, sacerdotes vice Christi hoc sacrificium offerre, & Ambrosius, cum dixit, Christum in nobis offerre; significant enim nos esse in hoc sacrificio ministros Christi. Id vero, quod secundo loco afferebatur ad probandum Christũ hoc sacrificium offerre, parum momenti habet, nam vt ostendimus 3. tomo disput. 185. cap. 2. vt Christus vere dicatur, & sit sacerdos in æternum secundum ordinem Melchi sedech, non indiget sacrificio vsque in finem sæculi, siquidem post finem mundi etiam manebit sacerdos, vt ibidem probauimus, & tamen nullum habebit sacrificium, quod proprie sacrificium dicatur. Quod vero citat ex Epistola Pauli ad Hebræos parum etiam refert, nam cum dicitur Christus sacerdos non habens successorem, sicut sacerdotes Leuitici habebant, diximus loco citato intelligẽdũ esse de successore in eadẽ dignitate, sicut sacerdotes Leuitici succedebant, & ita nullũ aliũ posse sacerdotẽ surgere post Christũ, ad offerendum sacrificium pro redemptione humani generis, quia Christus, eo quòd sit sacerdos in æternum, vno sacrificio nostram redẽptionem plene promeritus fuerit; hinc tamen non sequitur, Christum nunc offerre sacrificium altaris. Testimoniũ autem Innocẽtij, quod in tertio loco adductum est, probat Christum quidem offerre hoc sacrificium, non autem esse pricipalem offerentem. Ex testimonio verò Eugenij IIII. & Conc. Tridentini id colligi potest, quatenus asserunt, Christum, aut sacerdotes in persona Christi, aut Christum per sacerdotes, tamquam per ministros offerre, vtrumq; enim denotat Christum esse principalem offerẽtem, licet id expresse non dicatur. Demum ratio quarto loco adducta ad probandum, Christum esse principalem offerentem, si alicuius momenti esset, probaret etiam modum offerendi, quem prædicti Theologi contendunt ei conuenire. Verùm quia statim ostendemus eo modo Christum non offerre hoc sacrificium, ideo eius examinatione nunc supersedemus, quantum enim momenti habeat, facile subinde patebit. Concludamus igitur, & ex dictis colligamus, Christum non tantum offerre hoc sacrificium, verumetiam in eo esse principalem offerentem, quo autem pacto illud dicatur offerre iam ostendamus.

Quatuor rationes ex Patribus colligentes Christum esse principũ offerentẽ.

10

Explicatur Paulus ad Hebræos.

11

Ex Florẽt. & Trident. colligitur Christum esse principalem offerentem.

Christum solum remote, & ratione solius institutionis hoc sacrificium offerre, probabilior opinio fert.

CAPVT III.

12

ERGO, Quod attinet ad modũ quo Christus hoc sacrificium offert, mihi maxime probatur sentẽtia eorum, qui dicunt, solos sacerdotes Ecclesiæ proxime, & actu hoc sacrificium offerre, ita vt illius immolatio ipsis solũ tamquam ministris tribui possit, Christum autem tantum offerre remote, & ratione solius institutionis, qua præcepit, vt hoc sacrificium in memoriam ipsius, & in persona eius immo-

immolaretur, in quâ voluntate perſeuerat, vt dicemus explicantes rationem à priori : per quem ſane modum offerendi non poſſet ipſe aliquid mereri, ac proinde neque dignitas huius ſacrificij ſecundum rationem meriti ex ipſo Chriſto deſumi. Hanc opinionem ſequutus plane fuit Antonius de Corduba lib. 1. quæſt. 3. opinione 2. quæſtionis principalis. §. *Probatur tripliciter*, in eaque debent eſſe omnes illi Scholaſtici, qui expreſſe affirmant, ſacrificium ſi offerretur ab Apoſtolo in triduo mortis Chriſti, eiuſdē fore valoris, & efficaciæ. At Corduba loco vbi ſupra expreſſe ſequitur noſtram ſententiam, vbi confirmat opinionem, nempe ſacrificium Miſſæ oblatū pro pluribus, nō ita ſingulis prodeſſe. ac ſi pro pluribus nō offerretur, quia hoc ſacrificiū ſit finitę dignitatis, quod à ſacerdote creato finitæ dignitatis proxime offeratur, & non à Chriſto, à quo fuit oblatum ſacrificium crucis, & ideo infiniti valoris, & meriti, & quamuis hæc ſententia, quod attinet ad valorem huius ſacrificij, ipſi non placeat, tamen quod attinet ad offerentem, maxime ei probatur, vt conſtat ex eadem quæſt. opinione 5. quam ipſe amplectitur poſt concluſionem tertiam. §. *Contra hoc arguitur*, ibi enim oſtendit, valorem huius ſacrificij ex opere operato deſumendum non eſſe ex proxime offerente, quem putat eſſe ſacerdotem quecūque, ſed ex meritis Chriſti, ex inſtitutione ipſius ibidem applicatis. Eādem ſententiam tradidit Gabriel lectione 26. in canonem litera H. vbi aſſerit proximum offerentem eſſe ſolum ſacerdotem quemcumque, ita vt cū eo nullus alius proxime concurrat, remotum autem eſſe Eccleſiam; non tamen explicat, vtrum Eccleſia ratione capitis, quod eſt Chriſtus, an corpus illius ſine capite ſit remotus offerens, & idē docuit lectione 27. litera F. Pro eadē opinione citari ſolet Scotus quodlibeto 20. art. 1. ibi tamen in. §. *Hic premittendum eſt*, ſolum docet, ſacrificium Miſſæ non ſolùm habere valorem virtute meriti perſonalis ſacerdotis offerentis, ſed etiam virtute meriti generalis Eccleſiæ, in cuius perſona per miniſtrum communem offertur ſacrificiū quia alioquin Miſſa mali ſacerdotis, qui eo actu nihil mereretur præmij, ſed potius pœnę, nempe quia poſſet eo peccare, nihil valeret: vbi plane ſupponit, ſolos ſacerdotes Eccleſiæ proxime offerre hoc ſacrificium, Eccleſiam autem, & Chriſtum remote, vt dictū eſt. Quorum opinio in eo mihi probatur, quod aſſerunt, ſolos ſacerdotes Eccleſiæ proxime, remote autem Chriſtum, & Eccleſiam hoc ſacrificium offerre. Verumquod dicunt ſacerdotes nomine Eccleſię, tāmquām principalis offerentis, licet remoti, hoc ſacrificium immolare mihi non placet, vt enim optime notauit noſter Cardinalis Bellarminus tom. 2. lib. 2. de Miſſa cap. 4. in principio, Eccleſia non offert, tamquam ſacerdos per miniſtrum, & ita neque tamquam ſuperior per inferiorem; ſed potius contra, tamquam populus per ſacerdotem, ac proinde tamquā inferior per ſuperiorem; Chriſtus autem tamquam ſacerdos per miniſtrum, qui eſt etiam ſacerdos, licet inferior. Hāc opinionē debent amplecti omnes, qui dicūt, Chriſtum expreſſis verbis nō orare in cœlo, quos retuli tom. 1. in hanc 3. p. d. 82. cap. 2.

14 Eccleſia nō offert per ſacerdotē vt præcipuus offerens per miniſtrū. Bellarm.

Iam vero oſtendamus, Chriſtum offerre hoc ſacrificium non proxime, & actu, ſed remote tantum ratione primæ inſtitutionis, miniſtrum autem, per quem offert, proxime tantum offerre. Primum quidem à poſteriori, nam ſi Chriſtus actu, & proxime illud offeret, pro oblatione etiam facienda, & facta in Miſſa Patrem orare poſſet, tum vt dignaretur munera illa in ſuum honorem ſanctificare, tum etiam, vt ſanctificata dignaretur accipere, ſicut quilibet alius ſacerdos in Miſſa orat, hæ namque orationes offerenti proxime, & actu ſacrificium maxime congruere videntur, ſi enim alicui conuenit pro alio actu ſacrificium offerre, quod eſt actus religionis, cur etiam non conueniet pro eo orare, vt ipſi etiam ſacrificium proſit? dici autem nullo modo poteſt, Chriſto has orationes conuenire: tum quia vt 1. tom. diſput. 82. cap. 2. fuſius ex doctrina Patrum probauimus, ipſe nunc non orat in cœlis. Tum etiam, quia Simeon Theſſalonicenſis, cuius teſtimonium refert noſter Franciſcus Turrianus libr. 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum Clementis cap. 12. num. 5. hoc cenſet abſurdum, & plenum blaſphemia, nam poſtquam lib. de myſterijs Eccleſiæ cap. 44. oſtendit, Chriſtum non fungi nunc officio mediatoris precibus, & orationibus, ſed reipſa, vt vidimus in illa diſputatione 82. cap. 3. poſtea capite 45. idem repetit de officio mediatoris, & ſubdit. *Exiſtimare autem Chriſtum per preces, quæ in Miſſa fiunt, ſemper mediatorem agere, plenum eſt blaſphemia, & abſurditate, etſi enim ipſe eſt, qui ſacrificium Miſſæ operatur, non tamen omnia, quæ illic fiunt, & dicuntur, ipſi ſunt attribuēda; opus enim Miſſæ, & finis, ſanctificari (inquam) munera, & ſanctificare fideles, ipſe ſolus eſt, qui hæc facit; orationes vero, & obſecrationes, ac ſupplicationes, quæ in his fiunt, ſacerdotis ſunt, illa Domini, hæc miniſtri: miniſterorat; Dominus conſummat rationes.* Exiſtimat igitur, plenum

Ratio ab incōmodo

Simeon Theſſalon.

15

eſſe

esse blasphemia. Christo tribuere illâm orationem. *Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per sanctum Angelum tuum, &c.* similesque alias, quæ super sacrificium Deo offeruntur, vt ei acceptum sit: & recte vincuique tribuit, quod suum est, Christo sanctificare munera & fideles; sacerdoti vero, & ministro orare: Christo item orationes sacerdotis consummare, hoc est, petita ab eo intuitu sacrificij concedere: denegat igitur Christo munus offerendi; cum autem ei concedit sanctificationem munerum, hoc est, consecrationem, & sanctificationem fidelium, hoc est, gratiæ donationem, idei adscribit, tamquam Deo, sicut etiam postulata concedere, quod est confirmare orationes sacerdotum; cætera relinquit sacerdoti, tamquam ministro, cuius proprium munus est orare. Quod vero postea subiungit: *Offert quidem & Dominus, sed se ipsum Patri offert, postquam fuit ipse, id est, postquam mutata sunt in corpus, & sanguinem eius, quia enim se ipsum offert, id circo dicitur esse idem offerens, & oblatus*, non denotat, Christum actu, & proxime in Eucharistia, sicut in cruce, se ipsum offerre, sed ea dumtaxat ratione, qua dicitur per se ipsum mediatoris officium absque vlla prece, & oratione exercere, veluti tomo primo, disput. illa 82. cap. 3. explicatũ à nobis est; aut quia ratione institutionis oblatio fui ipsius ei quodã modo etiam tribuitur, vt statim dicemus. 16

Deinde prædicta sententia probatur, quia si nunc Christus actu, & proxime, sicut sacerdotes alij, offerret pro nobis, procul dubio adhuc pro nobis apud Patrem mereretur, sicut in illa disputatione 82. probauimus fore, vt Christus adhuc pro nobis mereretur, si in cœlis pro nobis oraret, eadem enim est vtriusque ratio; neque rationi meriti obstaret defectus promissionis Diuinæ, cum hæc ad meritum non requiratur, vt prima secundæ. disputatione 214. capit. 10. monstrauimus, neque status gloriæ, cum hic solum obstare posset, quo minus quis pro se ipso mereatur, non autem pro alijs, vt prima secundæ, disputatio. 216. cap. 4. ostendimus, & agentes de oratione Christi in cœlis, in illa disput. 82. monstrauimus: nam si Christus quotidie offerret se ipsum hoc modo in Eucharistia, & hac actione offerendi seipsum Patrem placaret, & ab eo pro nobis aliquid obtineret, nihil sane deesset, vt pro nobis etiam mereri diceretur; etiamsi diceremus, ad rationem meriti necessariam esse Diuinam promissionem mercedis, cum ad aliquos effectus huius sacrificij ádsit hæc Diuina promissio, vt disput. 228. cap. 4. dicemus. Cum igitur actio Christi, qua se ipsum offeret, esset digna, dignè que impetraret à Deo huiusmodi effectum ex Diuina promissione, ac proinde ex gratitudine illi tribueretur, quod impetraret, quid (obsecro) obstaret, quo minus illum effectũ, vt præmiũ condigne nobis mereretur? atqui asserere Christũ post mortẽ suã aliquid nobis denuo mereri, vel idẽ, quod antea promeritus fuerat, absurda sententia est, vt diximus tom. 1. huius 3. par. disput. 76. cap. 1. 17

Recẽtiores nõnulli nõ dubitarunt cõcedere, Christum toto tẽpore, quo sub speciebus manet, cõtinuo se ipsum offerre Patri, & hac oblatione Patrẽ placare, & apud ipsum mereri, eo quòd ex intentione colẽdi Deũ permanere velit sub speciebus; tamen nõ toto tẽpore cõtinuo se sacrificare, eo quòd non faciat toto illo tẽpore aliquid sacrũ circa rem oblatã, sed solũ cõseruet iam factũ. Quemadmodum (inquiunt) Christus solũ se immolauit tẽpore passionis vsque ad mortẽ, per quã separata fuit anima à corpore, in cuius separatione ratio sacrificij posita fuit, at vero toto tẽpore sepulturę nõ sacrificauit se, quia tunc nihil sacrũ fecit circa se ipsum, sed solum id, quod factũ erat, conseruauit; nihilominus toto illo tẽpore voluntarie, & ex intẽtione colendi Deum ei mortem suã, & sepulturã obtulit, atque hac oblatione Deũ ipsum nobis placauit. Ex quo i. ferũt discrimẽ inter alios sacerdotes, & Christum, quod alij solum in primo momento conuersionis applicant fructum sacrificij, quia in eo solum momento sunt ministri efficientes conuersionem; Christus autem toto tempore, quo sacrificium peractum perseuerat. Recentiorum cuasio.

Horũ tamẽ sententia falso nixa fundamento absurda est: nã si Christus toto tẽpore, quo fuit in sepulchro, se obtulit Patri pro nobis ex intentione colendi Deũ, & similiter toto tẽpore, quo perseuerat sub Sacramento se offert, ac proinde post mortẽ, dum fuit in sepulchro meruit, & in Sacramento quotidie meretur, cõsequitur, vna mortis suæ oblatione nõ cõsummasse omnia merita, & opus nostræ redemptionis per modũ meriti vniuersalis, quod est cõtra Paulũ ad Hebræos 9. vbi ait: *Sic & Christus semel oblatus est ad multorũ exhaurienda peccata.* Et ad Hebræos 10. *In qua voluntate sanctificati sumus per oblationẽ corporis Iesu Christi semel*: & infra, *vna oblatione cõsummauit in sempiternũ sanctificatos.* Vt autem inquit paulo inferius, *Vbi autem horum* (nempe peccatorum) *remissio, iam non est oblatio pro peccato*: ac si diceret; Adepta per vnam illam Præcluditur. 18

Aliud incõuenines contrariæ sententiæ

oblationem redemptione noſtra, iam ſuperuacanea erit alia oblatio (intelligit autē per modum meriti vniuerſalis) in quo ait antecellere ſacerdotium Chriſti ſacerdotio Leuitico: quia in Leuitico oblationes, & victimæ repetebantur, quòd nulla earū ad redemptionis noſtræ pretium ſufficeret; at vero in Chriſti ſacerdotio non repetitur oblatio, nē pe per modum meriti vniuerſalis redemptionis, eo quòd vna ſufficiens fuit, & cōſummauit noſtram ſalutem per modum meriti vniuerſalis, quomodo autem repetatur à miniſtris Chriſti ſacrificium Miſſæ, diximus diſput. 221. cap. 4. per oblationem autem, quæ non repetitur in ſacerdotio Chriſti, non ſolum intelligit ſacrificium, ſed etiam quodlibet aliud genus oblationis ad placandum Deū poſt illud gratiſsimum ſacrificiū, quod fuit omniū cōſummatio, eo modo, quod dixi
19 mus. Ex mente autē horū Doctorum Chriſtus etiam poſt mortem ſemper offert ſeipſum: abſurda igitur eſt eorum ſententia.

Neque verò dici poteſt, meritū illud Chriſti, quod prædicti Doctores adſtruere moliuntur, eſſe tantum particularem cauſam applicandi meritū paſsionis, quod fuit vniuerſale, nam cauſa particularis, qua nobis applicatur meritum vniuerſale paſsionis Chriſti, quale eſt Sacramentum, & hoc ſacrificium, & meritum alicuius Sancti, quod nobis gratiam impetrat, eatenus dicitur cauſa particularis applicans meritum paſsionis Chriſti ad noſtrā ſalutē, quatenus innititur merito paſſionis eius, & intuitu illius fit, nullū autē meritum Chriſti inniti poteſt merito paſsionis eius, aut alteri priori, cū omnia ſint æqualia: ac proinde nullum dici poteſt cauſa particularis comparatione alterius, ſicut dicitur oratio, & meritum vnius Sancti ad impetrādam alteri aliquam gratiam, hoc enim dicitur cauſa particularis, & inniti merito paſsionis Chriſti: tum quia merito paſsionis datur auxilium ſancto, ad orandum pro alio; tum ſecus, quia intuitu eiuſdem paſsionis, vim habet impetrandi alteri gratiam, quod nulli merito Chriſti conuenire poteſt.

Ratio à priori veræ ſententiæ.

Prætereà à priori facile oſtēdi poteſt, Chriſtum non proxime, & actu offerre ſacrificiū altaris, ſed remote ea dūtaxat ratione, quia illud inſtituit, & iuſsit in nomine ſuo offerri, & ex meritis ſuis virtutē ei tribuit, & efficaciā, vt inferius explicabitur. Etenim ſi Chriſtus actu, & proximè hoc ſacrificiū offerret, non tantum haberet affectum, & voluntatē erga Deum, qua offerret ſe ipſum, ſed etiam ab hac voluntate actio exterior ſacrificij, & immolationis, quæ fit in Miſſa, procederet, (ſicut quando in cœnā ſub ſpecie pānis, & vini ſe ipſum in ſacrificium obtulit) & ab ea voluntate ſecundum genus moris penderet, veluti actio exterior virtutis in quauis alia materia ab affectu bono procedit, & pendet. Nam actio exterior immolationis eſt opus exterius religionis, quod dicitur ſacrificium, ſeu ſacrificatio, & hæc pendet ex affectu interiori religionis, qui ei reſpondet: at qui actio immolationis exterior, quæ fit in Miſſa, non pendet hoc modo ab affectu interiori ipſius Chriſti, ſed tātum ab affectu, qui eſt in ſacerdote, ergo Chriſtus non proximè, & actu, ſed remote ſolùm ratione inſtitutionis hoc ſacrificium offert. In hac ratione ſola minor propoſitio indiget confirmatione, atque in hunc modum facile probari poteſt. Actio illa exterior conſecrandi ſolùm elicitur à ſacerdote, qui nomine Chriſti offert, & conſecrat, eo quòd ab eo ſolùm proferātur verba, quæ ſunt pro inſtrumento huius actionis inſtituta, ac proinde in hoc ſacrificio, quod attinet ad id, de quo nunc loquimur, eodem modo ſe habet Chriſtus ad actionem exteriorem immolandi, ſicut ſe habet is, qui tribuet victimam ſacerdoti, & illi præciperet, aut rogaret, vt eam in ſacrificium offerret, quāuis alia ratione differat, vt inferius explicabitur in hoc capite, & ſequente. Quo fit, vt actio illa immolandi in genere moris ſolum poſsit infici, aut reddi mala à ſacerdote; quinimo ex illo ſolùm pendeat, vt ſit verum ſacrificium, ſicut etiam, vt ſit verum Sacramentum, ſicut præcedente diſputatione capit. 4. notauimus: ergo illa exterior actio nō pendet ab effectu ſacrificādi, & immolandi, qui ſit in Chriſto, ſicut neque ab effectu illius, qui dedit victimam, aut iuſsit illam in ſacrificium offerri, pendet actio ſacrificij, quæ poſtea fit à ſacerdote, & ideo poteſt actio immolandi reddi mala à ſacerdote proximè offerente, quantumuis bono affectu alius dederit victimam, & iuſſerit illam immolari, ſicut de opere exteriori eleemoſynę, quod fit à famulo ex præſcripto Domini diximus 1. 2. diſputatio. 70. cap. 4. non pendere ſecundum genus moris, & bonitatis moralis ab affectu domini, ſed ſolum famuli, & ita, ab eo ſolùm infici poſſe, & reddi malum; quia opus exterius, quandiu non manet ſub poteſtate alicuius, non pendet ab illo in genere moris, vt eadem prima ſecundæ, diſput. 73. cap. 9. notauimus. Adde quòd licet in eo, qui dedit victimam ad ſacrificiū, & iuſsit eam immolari, perſeueret interdum voluntas, qua illam offert ſimul cum ſacerdote pro illis, pro quibus iuſsit offerri, tamen

tamen in Christo talis affectus nunc concedendus non est simul cum affectu sacerdotis: nam sicut nunc nō conuenit ei affectus orationis pro nobis, vt supra diximus, ita etiam 21
neque affectus offerendi pro nobis aliquid, sed offerens se ipsum in cruce, & ea oblatione consummans nostram redemptionem, simul obtulit Patri, & ab eo pro nobis postulauit, vt omnia remedia, quæ pro nobis instituta relicturus erat in Ecclesia, inter quæ erat hoc sacrificium per suos ministros offerendum, eo nobis modo prodessent, quo ipse instituit, & eo modo Diuina virtus sacerdotibus sacrificantibus, & offerentibus ad esset: hoc autem ita cum Deo recte composito, non iterum offert actu simul cum sacerdote, neque nouiter applicat singulis virtutem sacrificij, sed per sacerdotem applicandā relinquit, sicut ipse initio constituit, & in ea voluntate semper perseuerat, vt hæc omnia rata habeat, & probet. Restat igitur, vt actio immolationis huius sacrificij nō pendeat ex voluntate, & affectu religionis, quem Christus habuit, sicut pēdet opus morale bonum exterius ab interiori.

Tandē probatur prędicta sententia nostra, quia superfluus omnino est quiuis actus Christi offerētis in sacrificio, nā si ad aliquid deseruiret, maxime ad impetrationē, ac valorem illius sacrificij: porro ad istūnecessarius non est: ergo frustra Doctores oppositi cōminiscuntur actū istū. Minor suadetur, nam si quis Apostolus in triduo mortis Christi sacrificaret, eiusdē valoris, ac impetrationis esset sacrificiū cū eo, quod modo offertur, & in quo euentu non posset esse Christus proxime offerens, nā cum ex vi verborū formæ panis solum esset corpus Christi sine anima, & ex vi verborū formæ calicis solus esset sanguis sine anima, quæ in limbum Sanctorum Patrū descenderat, plane non erat Christus proxime offerens: tū quia iam extincto sacerdote, non potest idem ipse offerre, tum quia anima nec propinquitatem ad sacrificium proxime offerendum requisitam, nec munus, & officium sacerdotis habebat, aut sacerdotissæ.

Causa assignatur ob quam sit Christus huius sacrificij præcipuus offerens.

Verumenimuero quamuis Christus remote tantum, & ratione solius institutionis huius sacrificij dicatur illud offerre, merito quidem dicitur, non solū offerens, sed principalis offerens, qua ratione est immediatus offerens, cū nullus alius mediet offerens principaliter. Nam non solum iussit illud offerri, sed etiam sua institutione virtutem illi tribuit ratione suorum meritorum, & mortis, vt ex opere operato, sicut Sacramenta, in illis, pro quibus offerretur, aliquid efficeret; tū etiam, vt per modū causę impetratorię aliquid etiam pro illis obtineret, sicut inferius explicabitur. Quo circa non se habet Christus in hoc Sacramento omnino sicut ille; qui victimam tradit sacerdoti, vt eam offerat; nam licet vterque remote tantum sacrificium offerre dicatur, tamen qui solum tradit victimam sacerdoti ad sacrificium, nullam tribuit virtutem sacrificio, sed tota virtus, & efficacitas illius ex proxime offerente pender, quamuis voluntas tradendi victimam ad illum effectum prosit etiam illi, qui illam tradidit: at vero Christus non solum iussit, & instituit, vt hoc sacrificium offerretur, sed etiam tamquam summus sacerdos ex meritis suorum operum, & sacrificij, quod in cruce obtulit, tribuit illi virtutem, & ita licet remote offerat, nihilominus tamquam sacerdos, & vt præcipuus, seu principalis offerens dicitur illud offerre. Atque hinc etiam prouenit, vt oblatio huius sacrificij ita dicatur munda, vt nulla malitia, aut iniquitate offerentium inquinari possit, sicut Concilium Tridentinum sessione 22. cap. 1. ex Malachię primo colligit. Non quia actio immolationis, quæ est moralis quædam operatio sacerdotis, fieri non possit mala ex malo fine, vel ex alia circunstantia, sed quia eo ipso, quod hoc sacrificium eo modo, quo diximus, à Christo institutum est, & ex meritis ipsius virtutem accepit, etiam si à malo ministro ex malo fine offeratur, aut alia circunstantia mala inficietur, ratione institutionis à Christo factæ eiusdem valoris, & virtutis ad impetrandum sit: nam vt dixit idem Concilium Tridentinum sessione 22. cap. 2. *Huius oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit: vna enim, eademque hostia* (hoc est victima) *idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diuersa.* Dicit autem, esse eumdem nunc offerentem eo modo, quo diximus, nempe ratione institutionis, & voluntatis, in qua semper perseuerat, vt antea dicebamus, explicātes rationem à priori. Addit vero esse eādem victimam, quia est idem Christus, & inde recte colligit, vim habere impetrandi à Deo virtute meritorum ipsius summi sacerdotis hoc sacrificium instituentis, gratiam, & donum pœnitentiæ. 22 23

Tridentū.

Hoc sacrificium ratione suæ institutionis nulla macula potest inficiū

Diluuntur argumenta prioris ſententiæ.

CAPVT IIII.

RELIQVVM Eſt, vt in hoc capite non ſolum quinque rationes prioris ſententiæ diſſoluamus, quibus aduerſarij probare contendunt, Chriſtum actu, & proxime hoc ſacrificium offerre, vt cap. 1. vidimus, ſed etiam illá, quæ quarto loco in eodé capite allata eſt, ad probandum, ſimpliciter Chriſtum offerre hoc ſacrificium, nã vt notauimus in fine ſecundi capitis, illa etiam eo ſpectare videtur, vt probet, Chriſtum proxime, & actu; non autem remote ſolum offerre. Ad illam igitur rationem quarto loco adductam reſpondeo, Chriſtum quidem nunc eſſe verum ſacerdotem, & pro nobis nunc interpellare: nihilominus pro nobis nunc actu, & proxime non offerre, ſed ab officio hoc proxime offerendi merito iam vacare, nam ſicut nunc interpellat pro nobis, non oratione aliqua, quia peracto iam negotio noſtræ redemptionis orare nullo modo ipſum decebat, ſed reipſa ratione præteritorum meritorum, ſicut primo tomo diſput. 82. cap. 3. probauimus, ita etiam proxime, & actu non offert pro nobis ſicut in cœna, & in cruce ſeipſum obtulit, ſed ſolum remote miniſterio ſacerdotum, vt explicatum eſt: ne ſicut aliquid denuo pro noſtra redemptione mereretur, ſi pro nobis nunc oraret, ita etiam aliquid mereretur, ſi pro nobis actu, & proxime offerret, vt præcedente capite oſtenſum eſt. Vacat igitur ab eo officio proxime offerendi, quia neque dignitati illius, neque Dei gloriæ peracto negotio noſtræ redemptionis illud amplius exercere conuenit, ne alia addat merita pro nobis, vbi noſtræ redemptionis pretium omnino ſolutum eſt. Neque vero ex eo, quòd Chriſtus actu, & proxime non offerat, ſequitur ſacerdotium eius ſuper vacaneum eſſe, vt oſtendimus primo tomo, diſput. 85. cap. 2. ſiquidem poſt diem iudicij permanebit, quando nullum prorſus munus, & officiũ propriũ illius futurũ eſt, eo quòd, vt ibidem diximus, ſacerdotium non ex electione, aut externa conſecratione, ſed ſuapte natura Chriſto conueniat. Quomodo autem ad mundiciem huius ſacrificij, quam requirit, vt Deo acceptũ ſit ad effectum cõſtitutum, non ſit neceſſaria puritas proximè offerentis, ſed ſufficiat puritas rei oblatæ, & inſtituentis ſacrificium, cuius oppoſitum

Soluitur ratio vlti mo loco adducta.

24

ratione illa quarto loco adducta aduerſarij probare nitebantur, iam præcedente capite expoſitum eſt, & inferius etiam oſtendemus in ſolutione primę rationis ex alijs quinque, quæ ſuperſunt.

Ad primam igitur rationem ex his quæ primo capite allatæ ſunt ad probandũ, Chriſtum actu, & proxime offerre, reſpondeo, vt Chriſtus dicatur non tantũ offerens, ſed etiá principalis offerens in hoc ſacrificio, ſufficere primam inſtitutionem illius ab eo factam, vt præcedenti capite explicauimus, neque enim ratio offerẽdi, & inſtituẽdi ita differũt, vt ratione ſolius inſtitutionis nõ dicatur aliquomodo offerre is, qui ſacrificium inſtituit, dũmodo cætera adſint requiſita. Nam quæcumque inſtitutio nõ ſufficit, ſed ea, quæ fit ab aliquo ſacerdote, vt nomine ipſius cæteri inferiores ſacerdotes Deo, tamquã ſuperiori offerant: ſic enim eo ipſo ille per miniſtros, atque adeò remote offerre dicitur, quinimo & laicus per ſacerdotes eo ipſo, quod victimã ad offerendũ tradidit, ſicut præcedenti capite dictũ eſt: omnis enim, qui offerre dicitur, alicui ſuperiori, nõ ſibi ipſi offerre dicitur; at verò inſtitutio à Deo facta ideo non ſufficit, vt Deus, qui inſtituit, offerre dicatur, quia cũ Deus ſit ſuperior, neq; ipſe ita inſtituat ſacrificium, aut inſtituere poſsit, vt per ſe, aut per ſuos miniſtros aliũ colat, ſed tantũ vt ſibimet exhibeatur cultus, dici nõ poteſt ratione inſtitutionis ſacrificiũ offerre, quia nemo ſibi ipſi offerre dicitur, ſed alteri, tãquã ſuperiori. Præterea vt oblatio huius ſacrificij mũda, & pura ſit, ac proinde Deo accepta ad effectum inſtitutũ non requiritur puritas, & ſanctitas in proxime, & actu offerẽte, ſed ſatis eſt puritas rei oblatæ, & ſanctitas inſtituentis ſacrificium, quæ duo in hoc ſacrificio reperiuntur: ſanctitas vero inſtituentis nõ deriuat in ſacrificiũ valorem, & dignitatẽ per modũ meriti, quia non eſt meritum inſtituentis, vt præcedẽte capite monſtrauimus, ſed efficacitatem inſtar Sacramenti, neque vero ſolum hæc efficacitas deriuari poteſt in ſacrificium ex inſtituente in honorem ſuperioris, ſicut Chriſtus inſtituit, ſed etiam ex ipſa Deo in honorem ſui ipſius inſtituentis, ſi ipſe velit eam dignitatem, ſeu efficacitatem ſacrificio tribuere: ideo autem ſacrificia inſtituta in antiqua lege nõ habuerunt infinitum valorem, ſeu efficacitatem, etiam ſi à Deo eſſent inſtituta, quia ipſe noluit eam ipſis communicare, ſacrificium autem cruentum Chriſti dignitatem infinitam habuit per modum meriti, & ideo opus fuit, vt ex Chriſto, tamquam ex proximo offeren

Soluitur ratio prima priori loco adducta.

25

26

te eam

te eam acciperet. Quomodo autem ratione inſtitutionis, præſertim in memoriam ſui, non tantum Chriſtus ſit cauſa exemplaris ſacrificij Miſſæ, ſed etiam in eo dicatur offerens, iam ſatis ſuperque capite præcedēti explicatum eſt.

Diluitur ſecunda. Ad ſecundam rationem reſpondeo, Chriſtum dici offerentem in hoc ſacrificio, etiam ſi proxime illud non offerat, quia non ſolum efficacitas ſacrificij ex meritis ipſius deriuatur, ſed etiam quia ipſe illud inſtituit, vt per ſacerdotes miniſtros ſuos in ſui memoriam offerretur, ſicut ſæpius dictum eſt. Neque vero efficacitas, & virtus meritorum Chriſti potius reſpicit effectum ſacrificij, quam ipſam actionem immolandi, vt aduerſarij in ea ſecunda ratione obijciunt, quia ex meritis prouenit efficacitas ipſi immolationi, vt talem habeat effectum; illis enim impetrauit Chriſtus à Patre, vt tale ſacrificium, & immolatio talem haberet effectum, & quamuis ſi aliqua immolatio à Deo inſtitueretur, quę eamdem vim haberet, ob id non diceretur Deus illam offerre, tamen vt Chriſtus dicatur offerre, eiuſmodi inſtitutio ſufficiens eſt. Diſcrimen autem inter vtramque inſtitutionem factam nimirum à Deo, & a Chriſto reſpondentes præcedenti rationi aperte aſſignauimus. Præterea ſi Chriſtus inſtitueret ſacrificium, cui tribueret finitum valorem, & à ſolo puro homine offerretur, nihilominus diceretur illud offerre, ſi illud inſtitueret, vt per ſacerdotes tamquam per ſuos miniſtros, & præſertim in ſui memoriam illud offerretur. Quare non aſſerimus, ex eo ſolum Chriſtum dici offerentem, quod ſuis meritis ſacrificio virtutem tribuat, ſed quia etiam per ſuos miniſtros, & in ſui memoriam offerendum reliquit. Demum non dicimus, hoc ſacrificium Miſſæ, quod offertur à ſacerdotibus, æquale eſſe omnino ſacrificio, quod Chriſtus in cœna, & in cruce obtulit: nam oblatū in cœna, & in cruce fuit infiniti valoris in genere meriti, oblatum autem in Miſſa eſt finiti meriti, quia ſolum eſt meritum puri hominis ſacerdotis, vt patet ex dictis in præcedente capite, eſt tamen infinitæ virtutis, & valoris per modum Sacramenti, quia innititur meritis Chriſti, & ex parte æquale eſt ſacrificio cœnæ, quod eamdem virtutem etiam habuit, vt diximus ſuperiori diſputatione cap. 1.

27

Sacrificiū in cruce, & in cœna oblatū fuit infinitum in genere meriti, ſecus verò ſacrificiū altaris, quod modo offertur.

28

Ad tertiā reſpondetur. Ad tertiam rationem licèt concederemus, Chriſti humanitatem tamquam phyſicum inſtrumentum coniunctum concurrere ad actionem immolandi in hoc ſacrificio, non conficeretur, ipſum offerre hoc ſacrificium ad placandum Deum, tamquam propitiatorium pro peccatis, vel ad aliquid ab eo impetrandum, de quo nunc eſt controuerſia; quia non ſufficeret talis concurſus ex parte ipſius, neque ſacerdotum eius, neque quod ipſe ex ſe colere poſsit Deum hoc genere cultus, ſed etiam oporteret, vt ratione ſtatus ei conueniret actu offerre; hoc autem minime ei conuenire, ſuperiori capite monſtrauimus, quia vt actu offerret, deberet actu velle Deum hoc genere cultus honorare, vt ipſum placatum redderet, & peccatis noſtris propitium, vt aliquid ab eo pro nobis impetraret; nihil autem horum ſtatui ipſius conuenire poteſt, ſicut neque orare, quia omnia, quæ ad ſalutis noſtræ negotium pertinebant, in hac vita ita compoſuit, vt nihil amplius ab eo deſiderare poſsimus. Ideò autem ſacrificium cœnæ, & crucis per ſe ipſum actu obtulit, quia opus noſtræ redemptionis nondum peregerat. Adde quod Chriſtus ſecundum humanitatem non concurrit phyſice ad actionem immolandi, ſicut neque ad conſecrationem, neque ad effectum aliorum Sacramentorum, vt tom. 2. diſput. 133. cap. 2. probatum manet, ſed tantum per modum cauſæ moralis, ratione inſtitutionis illius, & meritorum ſuorum, intuitu quorum ſacerdotes conſecrantes corpus, & ſanguinē ipſius eum immolare dicuntur.

29

Quarta ſalis fit.

Ad quartam rationem dico, ex eo quòd ſacerdotes nomine Chriſti hoc ſacrificium offerant, recte quidē ſequi, ipſum etiam Chriſtum remote, non tamen actu, & proxime offerre; nam & is, qui per famulum eleemoſynam tribuit non actu, & proxime, ſed remote tribuit eo tempore, quo famulus pecuniā pauperi elargitur, quia illa actio iam à ſolo famulo, non autem à Domino procedit, & ita eius bonitas, & malitia ex ſola famuli voluntate pendet, vt 1. 2. diſput. 70. cap. 4. notauimus.

Quinta diluitur.

Ad quintam licet fateremur, Chriſtum ſecundum humanitatem cōcurrere phyſice ad actionem huius ſacrificij, & conſecrationem Sacramenti, ac proinde non concurrere tamquam inanimatum inſtrumentum, ſed per intellectum, & voluntatē, non opus eſſet cōcedere, ipſum concurrere tamquam ſupremū Dei cultorē ex affectu (vt vocāt) actuali immolandi, & intercedēdi per ſacrificiū pro hominibus; nāquāuis hoc ad dignitatē ſacrificij pertineret, vt haberet rationem meriti, tamē ſtatui, quem nunc Chriſtus habet, & ſacrificio, quod iam non eſt meritum ipſius, ſed inſtrumentum ad applicandū merita eius, minime conuenit, vt ex dictis in hoc capite, & præcedente manifeſte patet. Et quamuis in

Rex creatus ſimul cũ ſuo legato alteri Regi poſſet actu honorẽ exhibere, multũ ad dignitatem operis coram altero Rege pertineret: quia ad maiorem dignitatẽ cultus attinet honorare Regem, & ipſum inuiſere per ſe, quã per legatum; ob id tamen nõ eſt dicendum, Chriſtum per ſe ipſum proxime concurrere, & actu offerre ſacrificium Miſſæ ſicut in cœna obtulit, vt inde maior dignitas ſacrificio Miſſæ proueniat, quia vt diximus ſtatũ Chriſti minime decet, vt ſacrificio Miſſæ communicet rationẽ meriti, quæ ex huiuſmodi concurſu proueniret: nam virtus, & efficacitas, quæ per modũ Sacramenti huic ſacrificio cõmunicatur non eſt minor ex eo, quòd ipſe remote, & ratione ſolius inſtitutionis offerre dicatur, neque maior fuit in ſacrificio cœnæ incruento ex eo, quòd ipſe proxime, & actu obtulerit. Ad meritũ autem eleemoſynæ parum intereſt vno, aut alio modo fieri, nẽpe, aut Dominũ per ſe ipſum, aut per famulum eã elargiri, niſi quatenus ex eo quòd Dominus per ſe ipſum elargiatur, accidere poteſt, vt affectu ipſo pauperis multo magis ad miſericordiam moueretur, vel aliquo alio modo perfectius operetur; cæteris autem paribus eiuſdem prorſus meriti eſt, eamdem eleemoſynã per ſe ipſum, aut per famulum elargiri.

De alijs offerentibus hoc ſacrificium. Diſput. 226.

Omnes, ſoloſq; ſacerdotes verũ ſacrificium Miſſæ conficere, proximeq; Deo illud offerre. Cap. 1.

Alios fideles, præter ſacerdotes ſacrificium Miſſæ quodammodo offerre. Cap. 2.

Omnes, ſoloſque ſacerdotes verum ſacrificium Miſſæ conficere, proximeque illud offerre.

CAPVT I.

HAERETICI Huius ætatis, qui negant, Sactamẽtum Eucharitiç eſſe verum ſacrificium, vt memorauimus diſputatione 221. cap. 2. nihil curant de miniſtro illius, à quo ſacrificium conſici, & offerri dicatur. Et quamuis, vt ſuo loco videbimus, nonnulli hæretici huius temporis ſacrum Ordinem inter reliqua Sacramenta admittant: tamen alij putant, non eſſe in Eccleſia viſibile, & externum ſacerdotium, aut poteſtatem aliquam conſecrandi, & offerendi verum corpus, & ſanguinem Chriſti, ſed tantum nudum eſſe miniſterium prædicandi Euangelium, quòd exiſtiment etiam in cœna Dominica (vt ipſi loquuntur) nihil præter panem, & vinum eſſe. Horum ſententia damnatur in Concil. Tridentino ſeſſione 23. capite quarto, & canone primo, vbi definitur, ſacrum Ordinem non eſſe nudum miniſterium prædicandi, & docendi Verbum Dei, ſed in eo veram conferri poteſtatem conficiendi verum corpus, & ſanguinem Chriſti, & illa Deo in ſacrificium offerendi. Capite etiam primo eiuſdem ſeſſionis definitur, ſacrificium, & ſacerdotium, ita coniuncta eſſe, vt in omni lege vtrumque extiterit non quòd ſacrificium ſuapte natura; non niſi ab habente poteſtatem publicam offerri poſsit, hoc enim verum non eſt vt diſputatione. 220. capite tertio probauimus, ſed quia maxime conueniens fuit, vt in omni lege aliqui ita ad hoc munus deſtinarentur, vt nulli alteri illud ſubire liceret: ſeſsione etiam 22. capite primo definitur, hanc poteſtatem offerendi Chriſtum Apoſtolis, eorumque in ſacerdotio ſucceſſoribus tradidiſſe, quando illis verbis Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, vt eodem modo offerrent, præcepit. Et in Concilio Nizeno primo, canone 14. dicitur, diaconos non habere poteſtatem ſacrificium offerendi: & in Concilio Arelatenſi 1. cano. 15. prohibetur diaconis, ne offerant ſacrificium. Quo circa in ipſa forma ordinationis ſacerdotis confertur poteſtas ſacrificium offerendi, vt conſtat ex Pontificali. Quare fide catholica certum, & indubitatum eſt, nemini niſi ſacerdotibus poteſtatem conuenire conficiendi, & proxime offerendi hoc ſacrificium, ac proinde ab illis ſolis confici ſimul, & immolari. Quo modo autem alij fideles illud offerre, quamuis non conficere dicantur, ſequente capite oſtendemus.

Iam vero de ſacerdotibus rite ab Eccleſia ordinatis nonnulli ex catholicis cenſent, non omnes reipſa verum offerre ſacrificium. Ita ſenſit Magiſter in 4. diſt. 13. cap. 1. in medio, quem ex Scholaſticis ſequuntur Scotus in eadem diſt. quæſt. 2. §. *Ad quæſtionem*, verſicul. *Si obijcis*, & Gabriel quæſt. 2. artic. 3. dub. 2. in fine. Refertur etiam pro hac ſententia

Quid circa ſacerdotium ſentiant hæretici.

Trident.

Luca 22.

Nizenum.

Arelatenſe

2

Sacerdos ſolus poteſt hoc ſacrificiũ offerre.

Sententia aſſerentiũ non omnes ſacerdotes poſſe hoc ſacrificiũ offerre.

Magiſt.

Scotus

Gabriel

tentia Gratianus in canone, *Quod quidam.* 1. quæſt. 1. & Vvillelmus Pariſienſis titul. de Sacramento Ordinis. Verum hanc ſententiam non omnes eodem modo tradunt, nam Magiſter plane docet, excommunicatos, vel de crimine hæreſis manifeſte notatos Sacramentum Euchariſtiæ vere non conſecrare: reddit vero rationem, quia huiuſmodi ſacerdotes vere dicere non poſſunt *Offerimus*, in perſona totius Eccleſiæ catholicæ, ſacerdos autem non dicit *Offero*, ſed *Offerimus*. Quo circa (inquit) cum alia Sacramenta extra Eccleſiam celebrari poſſint, hoc eſt rata, & firma eſſe queant, Sacramentum tamen Euchariſtiæ hoc modo conſecrari nequit. Ex hac vero ſententia Magiſtri recte ſequitur, ſacerdotes excommunicatos, & manifeſte notatos de crimine hæreſis non offerre verum ſacrificium: eo quòd ratio ſacrificij in conſecratione huius Sacramenti poſita ſit, vt diſput. 222. cap. 5. probauimus, prædicti vero ſacerdotes non conſecrent.

Cæterùm, ſi hæc ratio alicuius eſſet momenti, non tã de Sacramento, quã de ſacrificio id, quod cõtendit Magiſter probaret: nẽpe prædictos ſacerdotes nõ offerre verũ ſacrificium, licèt verum conficiant Sacramentũ, ſicut poſtea Scotus, & Gabriel docuerũt, vt ſtatim videbimus: nam quod prædicti ſacerdotes vere dicere non poſſent verba illa, *Offerimus, &c.* nihil noceret conſecrationi, ſiquidem hæc verba, non ſolum nihil ad conſecrationẽ pertinent, ſed omnino poſt illam dicũtur, ſi alicui vero obeſſe poſſent, potius obeſſent ſacrificio, quod in oblatione quadã poſitũ eſt: nam ſacerdos, qui vere dicere nequit *Offerimus, &c.* videtur nõ poſſe ſacrificare. Eadẽ ratione Magiſtri nixus prædictam ſententiam de hæreticis ſolũ eodẽ modo videtur ſequutus Vvillelmus Pariſienſis tractatu de Sacramẽto Ordinis cap. 4 poſt mediũ: tametſi non longè à fine fateatur, in eo caſu, quo hæretici eam intentionem haberent, quã ſacerdotes catholici habẽt, fore, vt cõſecrarent, & ſacrificiũ offerrẽt. Gratianus vero loco citato, quãuis initio aliquid cõcedens Auguſtino dicat, poteſtatẽ baptizandi penes hæreticos etiã manere, poteſtatẽ vero conſecrãdi Dominicũ corpus, & ſacrificandi nõ itẽ: poſtea tamen hanc ſententiã ita tẽperat, vt ſacerdotes etiã hæretici, qui à catholicis ordinati ſunt cõſecrare queant hoc Sacramentũ, ordinati vero ab hæreticis non poſſint. Poſtremo vero addit, recte poſſe dici omnia in vniuerſum Sacramenta, quæ apud hæreticos non aliter, quam in Eccleſia catholica celebrantur, vera, & rata eſſe ſecundum ſe, quod vero attinet ad effectum, inania iis, à quibus malè ſuſcipiuntur.

Gratianus. Vvillelm.

Ratio Magiſt.

Infirmatur.

Scotus, Gabriel.

Gratianus.

Verũ ſubtiliori modo Scotus, & Gabriel philoſophantur: concedit enim Scotus, hæreticos, & ſchiſmaticos, idemque de omni præciſo ſentit Gabriel, cõficere quidẽ verũ Sacramentum Euchariſtiæ, non tamen verũ offere ſacrificium: hi enim Autores nõ in conſecratione, ſed in oblatione, quæ fit verbis à ſacerdote eſſentiam, & rationem ſacrificij conſtituunt, vt ſupra memorauimus diſput. 222. cap. 1. oblatio autẽ (vt ipſi dicunt) ad cõſecrationẽ Euchariſtiæ minime pertinet, ſiue ſit illa, quæ præcedit, ſiue illa, quę conſecrationẽ ipſam conſequitur: quia ſine vlla oblatione fieri poteſt conſecratio. Porro hæreticũ, ſchiſmaticum, aut præciſum, nõ poſſe offerre, probãt ratione Magiſtri, quia huiuſmodi ſacerdos, vere dicere nequit *offerimus, &c.* quicumque autem ſacrificat, hoc modo dicere debet: eo quòd ſacerdos nõ offert nomine proprio, ſed nomine totius Eccleſię, qui autẽ ab Eccleſia præciſus eſt, nõ poteſt nomine Eccleſiæ vere dicere verba illa, *Offerimus, &c.*

Scoti, & Gabrielis exiſtimatio.

Vera tamen ſententia eſt, ſacerdotem ſuſpenſum, excommunicatum, ſchiſmaticum, & hæreticum non tantum verum conficere Euchariſtiæ Sacramentum, ſed etiam verum offerre Miſſæ ſacrificium. Primum quidem verum conficere Euchariſtiæ Sacramentum, concors, & indubitata eſt contra Magiſtrum Scholaſticorum ſententia, & à tẽpore Auguſtini in Eccleſia Dei contra Cyprianum definita: definitum ſiquidem fuit, apud hæreticos vera etiam poſſe eſſe Sacramenta, vt fuſius tractauimus ſupra quæſt. 64. art. 10. Et quamuis verum eſſet, non poſſe hæreticum, & ſchiſmaticũ, aut excommunicatum dicere: *Offerimus, &c.* ſicut contendũt Magiſter, & alij citati Doctores, nihilominus id nihil obſtaret, quominus verum conficerent Sacramentum: eo quod verba illa *Offerimus, &c.* ſiue præcedant formã conſecrationis, ſiue conſequantur illam, nihil ad effectum conſecrationis pertinent, ſed ſolũ verba illa Chriſti: *Hoc eſt corpus meum, & Hic eſt calix, &c.* Quomodo autem hæc poſſint in perſona Chriſti proferri ab eo, qui à Chriſto per excommunicationem, ſchiſma, aut hæreſim abſciſus eſt, in eo artic. 10. explicuimus: nec difficile id intelligi poteſt, ſiquidem ad effectum verborũ in quouis Sacramẽto nihil aliud requiritur, niſi intentio miniſtri debita, quam quidem etiam cum errore ſchiſmaticus, & hæreticus habere poteſt, vt quæſt. 64. art. 6. vberius probauimus.

Vera ſententia cuilibet facerdoti poteſtatem conficiendi Sacramentum, & offerendi cõcedit.

Probatur pilsio.

Deinde vero contra Scotũ, & Gabrielem,

Poſterius confirmatur ex natura huius ſacrificij.

ſacerdotem quouis modo ab Eccleſiâ præciſum verum poſſe offerre Miſſæ ſacrificiũ, quamuis in eius oblatione peccet, facile probatur; quia vt diſput. 222. cap. 5. monſtrauimus, ratio immolationis non in oblatione illa, quæ poſt conſecrationem, aut antè verbis fit, ſed in ipſamet conſecratione poſita eſt, addita ſolum intẽtione colẽdi Deum; quinimo ſacerdos eo ipſo, quòd characterem accipit, poteſtatem conſecrandi accipit, & etiã offerendi, imò per poteſtatem offerendi, poteſtas conſecrandi explicatur: ſchiſmaticus autem, & quouis modo ab Eccleſia præciſus habet characterem, qui deleri non poteſt, & ita conſecrare poteſt, vt iam dictum eſt. Præterea habere poteſt intentionem illam colendi Deum; ergo verum ſacrificium Miſſæ offere poteſt. Adde, quod licet actio immolãdi in oblatione illa, quæ verbis fit, poſita eſſet, nihil obeſſet, quo minus verum ſacrificium offerret: quod enim dicere non poſſet in nomine Eccleſiæ, *offerimus*, &c. nihil obſtaret, ſiquidem ſacerdos non offert nomine Eccleſiæ, tãquam ſuperioris, eoquòd in oblatione reliquum corpus Eccleſiæ, tamquam plebs cum ſacerdote comparatur, & ita per illum tamquam per ſuperiorem offert; ſatis igitur eſſet, ſi ipſe tamquam ſacerdos vere dicere poſſet, *offerimus*, &c. Ex quo patet, quã friuola ratione adducti fuerint Scotus, & Gabriel, vt aſſererent, ſacerdotẽ præciſum conſecrare quidem poſſe, immolare autem, & offerre ſacrificium Miſſę non poſſe. Sacerdotem verò nomine Chriſti, cuius miniſter eſt, quamtumuis ab eo per hæreſim ſeparatus ſit, poſſe offerre hoc ſacrificium, manifeſtum
7 eſt, ſiquidem habet characterem, & poteſtatem nomine ipſius, quæ nullo modo deleri poteſt.

Alios fideles, præter ſacerdotes ſacrificium Miſſæ quodammodo offerre.

CAPVT II.

Rupertus.

NON Solùm ſacerdotes, ſed etiam alios fideles recte dici ſacrificium Miſſæ quodammodo offerre, nemo eſt, qui in dubium reuocet, quinimo id aperte pronunciat Rupertus lib. 2. de Diuinis officijs capit. 6. idemque colligit ex verbis Canonis, quę infe

Innocentius.

rius nos etiãnotabimus, & Innocentius III. lib. 3. de myſterijs Miſſæ cap. 5. vbi ait, ideo ſacerdotẽ non ſingulariter, ſed pluraliter dicere *offerimus*, &c. quia non tantum in ſua, ſed etiam in perſona Eccleſiæ offert. Quod quidem eatenus verum exiſtimo, quatenus ſacerdos pro tota Eccleſia, hoc eſt, tota Eccleſia per ſacerdotem offert, nequit enim ſacerdos eſt miniſter Eccleſiæ, tamquam ſuperioris, ſicut eſt miniſter Chriſti, vt præcedente capite notauimus, vt ita nomine Eccleſiæ, tamquam inferior offerat, ſicut offert nomine Chriſti. Pro hac ſententia allegatur etiam Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſ. cap. 32. & 34. nihil tamen dicit, quod ei faueat. Demum allegatur Auguſt. lib. 10. de Ciuit. cap. 20. in hunc modum. *Quotidianum eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium, cum ipſius corporis ipſe ſit caput, & ipſius capitis ipſa ſit corpus, tã ipſa per ipſum, quam ipſe per ipſam ſuerus offerre.* Verba tamẽ hæc ab aliquo alio compoſita ſunt, neque in Auguſtino habentur, ſic enim ipſe ait: *Cuius rei Sacramentum quotidianum eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium, quæ cum ipſius capitis corpus ſit, ſe ipſam per ipſum diſcit offerre.* Ita habent Colonienſes, & Burgenſes codices, vt notauit Ludouicus Viues. In alijs vero paſſim ſic legitur: *Cum ipſius corporis ipſe ſit caput, ſe ipſam per ipſum diſcit offerre.* Quouis autẽ modo legas, nihil ſententiæ prædictæ adſtipulatur Auguſtinus: ſenſus enim vtrouis modo eſt. Cũ Chriſtus ſe ipſum Patri offerat in Miſſæ ſacrificio, Eccleſiã quoque, quòd ſit corpus ipſius, ab eo diſcere, ſe ipſam Domino offerre, nempe, per bona opera, quæ loco ſacrificij Deo accepta ſunt. Id tamen expreſſe dixit Leo I. Epiſt. 81. quę eſt ad Dioſcorum Epiſcopũ Alexãdrinũ. c. 2. vbi præcipit, vt Miſſæ ſacrificium nõ ſemel, ſed iterũ, atque iterũ offeratur, quoties Baſilica, in qua celebratur, totã plebem ſimul capere nequit; ſubdit enim rationẽ his verbis: *Neceſſe eſt autem, vt quædam pars populi ſua deuotione priuetur, ſi vnius tantum Miſſæ more ſeruato ſacrificium offerre non poſſint, niſi qui prima diei parte conuenerint.* Sentit igitur, eos, qui ad audiendam Miſſam cõueniunt, ſacrificiũ Miſſæ ſimul cũ ſacerdote offerre. Denique in canone Miſſę id expreſſum videtur, cũ dicitur: *Hanc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ.* Vbi denotatur, totã Chriſti familiã hoc ſacrificium ſeruitutis offerre, alioquin non diceretur oblatio familiæ. Et ita paulo inferius de ſe, & de eadẽ Chriſti familia ir quit ſacerdos: *Vnde & memores Domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta, &c. Offerimus præclaræ maieſtati tuæ, &c.* Afferri poteſt etiam illud:

Irenæus. Auguſt.

8

Viues.

Leo.

9

Innocentius.

Memento

Memento Domine, &c. & omniũ circũſtantium, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt, &c. Nã, quãuis Innocẽtius III. lib. illo citato c. 6. verba illa, *Vel qui tibi offerunt*, explicet de ſacerdotibus alijs, qui etiã offerũt, vt pro illis etiã offerat quilibet ſacerdos; tamen multò melius verba illa de plebe circũſtante intelliguntur, ſicut ipſe Innocentius deinde etiam explicat: eo quòd illud: *Vel qui*, refertur ad illud: *Et omnium circunſtantium*. Quã expoſitionem prius tradiderat Alcuinus lib. de Diuinis officijs cap. 39. quod eſt de celebratione Miſſæ in tertio tomo Bibliothecæ ſacræ, & Rhemigius Antiſiodorenſis lib. etiam de celebratione Miſſarum, vbi ad verbũ habet trãſcriptũ prædictũ caput Alcuini in 6. tomo Bibliothecæ ſacræ, explicantes illa canonis verba: *Vel qui tibi offerunt*, ac proinde non poteſt intelligi de ſacerdotibus in alio loco offerentibus, & immolantibus, ſed de his, qui adſtãt ſacrificio, inter quos licèt ſint aliquando nonnulli ſacerdotes, non ſacrificantes, ſed ſolum adſtantes ſacrificio, tamen ſicut vnus ex plebe cum ſacerdote tunc celebrante comparantur. Demum allegantur etiam Rabanus lib. 1. de inſtitutione clericorum cap. 32. & Petrus Damianus epiſtola 13. cap. 8. in 3. tomo Bibliothecæ ſacræ. At Rabanus ſolum ait, Miſſam eſſe legationem inter Deum, & homines, cuius legationis officio fungitur ſacerdos, Petrus autem Damianus id expreſſe docet, & primum modum ex ijs, quos ſtatim referemus, non obſcure indicat.

Alcuinus.

Remigi.

Rabanus.

Petrus Damianus.

Verumenimuerò explicare oportet, quã ratione fideles non ſacerdotes ſacrificiũ Miſſæ Deo offerre dicantur: difficile namque videtur, officium proprium ſacerdotis, quod eſt ſacrificium offerre, omnibus etiam alijs fidelibus tribuere: tribus igitur modis exiſtimo, fideles non ſacerdotes dici poſſe offerre hoc ſacrificium, cum tamen Angeli illud offerre non dicantur. Primùm, quia ſunt mẽbra huius Eccleſiæ militantis, pro qua ſolũ hoc ſacrificium inſtitutum eſt: vni autẽ mẽbro tribuitur alterius membri miniſterium, cum ipſi etiam deſeruiat, & hac ratione tribuitur huius ſacrificij oblatio etiam ijs, qui nihil de illa cogitant. Deinde tribuitur ijs, qui affectu ſolo interiori hoc ſacrificiũ Deo offerũt, vt tali oblatione aliquid à Deo obtineant. Quamuis autem & Angeli hoc affectu poſſint ſacrificium Miſſæ Deo offerre, tamen hoc non ſatis eſt, vt illud offerre dicantur, eo quod non pro Angelis, ſed pro hominibus à Chriſto inſtitutum, & in Eccleſia relictum eſt. Sicut ergo ille, qui præbet oue, aut aliquid ſacerdoti, vt pro ſe illud offerat, dicitur etiam Deo ſacrificiũ offerre, quia aliquo modo, nẽpe, per ſacerdotẽ offert, & illi tribuit id, quod offerre debet, ita etiam fideles ſolo affectu offerẽtes hoc ſacrificium, dicũtur aliquo modo offerre, quia ſacerdoti, vt pro omnibus offerat hoc ſacrificium, victima illius à Chriſto relicta eſt, quod perinde eſt, ac ſi ſinguli eam ſacerdotibus tribuerent, vt pro ſe illam offerrent: cumque illa non fuerit relicta pro Angelis, non dicũtur illi eam offerre, & hæc eſt potiſſima cauſa, propter quam qui præſentes ſunt officio Miſſæ, offerre dicantur; nec enim ſola illa præſentia ad hoc ſufficeret, niſi Chriſtus victimã ſacrificijs pro ipſis ſacerdoti reliquiſſet: nam & ij, qui ſacrificijs antiquæ legis præſentes erant, non dicebantur offerre, niſi & ipſi, aut alij pro eis victimam ſacerdoti immolandam tradidiſſent: etenim ſola præſentia cum affectu etiam interioris deuotionis, non habet rationem miniſterij ad ſacrificiũ relati, vt ea de cauſa ſufficiat ad hoc, vt adſtantes dicantur offerre illud, ſicut nonnulli Recentiores exiſtimãt. Poſtremo denique fideles non ſacerdotes, ſeu laici dicuntur offerre hoc ſacrificium ratione alicuius miniſterij, quo ad illius immolationem aliquo modo concurrunt, vel ratione eleemoſynæ, quam ad hunc effectum ſacerdoti largiuntur, vel denique quoniã ab ipſo ſacerdote gratis impetrant, vt pro ſe ipſis offerat.

Triplici ratione cæteri fideles à ſacerdote dicũtur hoc ſacrificium offerre.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Pro quibus hoc ſacrificium offerri poſſit. Diſput. 227.

Pro omnibus viuentibus fidelibus baptizatis non excommunicatis ſacrificium Miſſæ offerri poſſe. Cap. 1.

Pro fidelibus Cathecumenis, & pro infidelibus licere hoc ſacrificium ſpeciatim, & directe offerre, Recentiores nonnulli adſtruunt. Cap. 2.

Sacrificium Miſſæ ſuapte natura pro non baptizatis offerri non poſſe; pro baptizatis vero etiã hæreticis, niſi excommunicati eſſent, fore, vt rectè immolaretur, vera opinio fert. Cap. 3.

Diluuntur argumenta prioris ſententiæ capite 2. allata. Cap. 4.

Pro quibus defunctis hoc ſacrificium offerri poſſit. Cap. 5.

Pro omnibus viuentibus fidelibus baptizatis, non excommunicatis ſacrificium Miſſæ offerri poſſe.

CAPVT I.

ANTEQVAM Enumeremus viuentes, pro quibus hoc ſacrificium offerri poteſt, præmittendum imprimis eſt, quid ſit pro aliquo illud offerri: nonnulli putant offerri hoc ſacrificium pro aliquo, bifariam capi; primum vt idē ſit pro alio, quod loco illius: idquo probant ex illo ad Hebræos 5. *Omnis namque Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur*, hoc eſt (vt ipſi exponunt) in locum hominum ſubrogatur, vt illorū nomine ſacrificium offerat. Deinde, vt idem ſit pro alio, quod in cōmodum, & vtilitatem alterius. Ego tamen non video priorem illum modum vſitatum apud Patres, aut Scholaſticos, neque ex illo loco ad Hebræos vllo modo colligi exiſtimo: nā illud: *Pro hominibus conſtituitur*, omnes alio modo interpretantur, nempe, in commodū, & vtilitatem hominū conſtituitur, id quod verba illa ſequentia manifeſte indicant: *Vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, qui condolere poſſit iis, qui ignorant, & errāt.* Cum dicit *Pro peccatis*, intelligit non tantum pro ſuis, ſed pro peccatis etiam aliorum; nāpaulo inferiùs inquit: *Et propterea debet quemadmodum pro populo ita etiam pro ſemetipſo offerre.* Vbi ſicut offerre pro ſe idem eſt, quod in ſui vtilitatem offerre, ita etiam offerre pro populo idem erit, quod in vtilitatem populi offerre: ſacrificium igitur pro alio offerre nihil aliud eſt, quàm in commodum, & vtilitatem alterius offerre, & illud immolare. Diſtinguūt autem nonnulli quatuor ſacrificiorum genera, nempe, honorarij, laudis, impetratorij, & propritiatorij: & aſſerunt, ſolum ſacrificium impetratoriū, & propitiatorium pro alio offerri poſſe, eo quòd in ſacrificio honorario, quod Deo propter eius ſolum maieſtatem offertur, nulla ſit relatio, & habitudo ad commodum, & vtilitatē alterius. Idem dicunt de ſacrificio in gratiarum actionem Deo oblato, vt pro altero in vtilitatem, & cōmodum illius offerri nequeat, licet in gratiarū actionem pro beneficijs a Deo alteri collatis offerri poſsit.

1

Quid ſit offerri pro aliquo ſacrificium. *Ad Hab. 5.*

Verus ſenſus Pauli.

Offerre ſacrificium pro alio eſt in illius cōmodū immolari.

2

Verum ego exiſtimo, nihil obſtare omnino, quominus ſacrificium, aut in grātiarum actionem, aut tantum honoris cauſa Deo oblatū, non ſolum offerenti, ſed etiam alteri prodeſſe, ac proinde pro illo offerri poſsit; nam quęcumq; opera vnius, quę alteri prodeſſe poſſunt, pro eo quoquè offerri nihil impedit; alioquin & Chriſtus nullum opus Deo oblatum in gratiarum actionem pro aliquo beneficio, aut in honorem ipſius Dei pro nobis Deo obtuliſſet, quod tamen eſt abſurdū, Nam, ſicut quæcumque bona opera ipſius nobis per modum meriti profuerunt, ita etiā pro nobis Deo oblata fuiſſe dubitare non licet; preſertim cum ad hoc, vt vnus pro alio ſpeciatim mereatur, opus ſit, vt pro illo opus offerat, ſicut 1. tomo diſput. 6. cap. 2. notauimus. Quocirca cum omni generi ſacrificij impetratio conuenire poſsit, non tantū pro ipſo offerente, ſed etiam pro alio, non recte diuiditur ſacrificium in quatuor illa genera, interquę impetratorium numeratur. Cumq; vt precedente diſputatione oſtendimus, non tantum ſacerdotes, ſed etiam alij fideles ſuo modo offerre dicantur hoc ſacrificium, dicendum eſt, non tantum ſacerdotes, ſed etiā alios fideles poſſe hoc ſacrificium pro alijs vtiliter offerre, nempe, orando Deum, vt illud ſacrificiū pro alijs proſsit. Et ſane de ſacerdotibus id dubitare nullo modo licet, cū in Canone Miſſę non tantum ſemel, ſed iterum, atque iterum expreſſum ſit: quo autem pacto, & quid hęc oblatio pro alijs in eis operetur, diſput. 228. dicemus.

Sacrificiū propiciatorium nō eſt in hebrū diuerſum quia omni ſacrificio poteſt conuenire

3

Iam vero hoc premiſſo dicamus, qui nam ſint viuentes, pro quibus hoc ſacrificium offerri queat; & primo quidem pro vniuerſis fidelibus baptizatis, qui ſunt membra Eccleſiæ, neque ab ea per excōmunicationem vllo modo præciſi, certum eſt, hoc ſacrificium offerri poſſe. Ita definitur in Concil. Tridētino ſeſsione 22. canone 3. vbi damnatur qui dixerit, non poſſe hoc ſacrificium pro viuis offerri. & quamuis ibi non dicatur pro viuis fidelibus, ſed abſolute pro viuis, tamen in cap. 2. eiuſdem ſeſsionis, pro viuis fidelibus offerri poſſe definitur: idemque colligunt aliqui ex cap. 39. Synodi 2. Cabilonenſis, quod refertur canone: *Viſum. De conſecratione*, diſt. 1. eo quòd ibi dicatur, nullā eſſe diē, in qua pro viuentibus, & pro quibuſlibet neceſsitatibus Dominum non deprecemur: ſermo autem eſt de orationibus, & precibus, quę in Miſſarum ſolēnijs fieri conſueuerūt: Verum quamuis in eo canone: *Viſum* dicatur illud: *Pro viuentibus*, tamen in cap. illo Concilij id non habetur, ſed ſolum dicitur: *Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro quibuſlibet*

Pro baptizatis non excommunicatis ſacrificium hoc poteſt offerri. *Trident.*

Cabilonenſe

let neceſsitatibus Dominus deprecetur, &c. ſufficiat tamen nobis definitio Concilij Tridẽtini, & vſus Eccleſiæ in officio Miſſæ: nam poſt illa verba: *Te igitur Clementiſſime Pater*: ſtatim dicitur, *Imprimis quæ*, ſcilicet munera, *tibi offerimus pro Eccleſia tua catholica*. Conſtat autem, Eccleſiam conſtare fidelibus baptizatis. Neque vero opus eſt pro hac ſentẽtia aliquos Scholaſticos allegare, cum nullus eorum ſit, qui eam neget.

Cõſuetudo Eccleſiæ.

4

Paruuli etiãquoad hoc inter baptizatos numerantur.

Cæterum nomine fidelium baptizatorũ, qui non ſunt excommunicati, non ſolum adultos, verumetiam paruulos intelligimus, pro quibus hoc ſacrificium offerri poteſt, non quod oblatione eius ex opere operato in eis aliquid pœnæ remittere, ſed quòd illis aliquod donum à Deo impetrare poſsimus, nẽpe ſanitatem, ſiue aliquod aliud: qua ratione

Clemẽs Rom.

Clemens Romanus lib. 8. conſtitutionũ Apoſtolicarum cap. 10. aliàs 13. in fine iubet, in Miſſarum ſolennijs orare pro infantibus, vt eos Dominus perfectos in timore ſuo reddat, & ad menſuram ætatis perducat, veluti etiã pro his, qui ſunt in peccato mortali offerri poteſt, eo quòd impetrando eis aliquid ſpirituale, vel ad ſpirituale relatũ, prodeſſe poteſt. Sub adultis porrò Energumenos etiã intelligimus. Neq; obſtat can. 29. Cõcil. Eliberit.

Concil. Elib.

ibi enim ſolùm prohibentur Energumeni miniſtrare huic Sacramento, & oblationem eorum recipi ad conſecrationem, & nomẽ eorum inter Miſſarum ſolẽnia recitari, ſicut explicuimus ſupra diſput. 212. cap. 4. & fortaſsis hoc Sacramentum recipere; at de oblatione huius ſacrificij pro illis faciẽda, ne verbum quidem. His autem, ſi adulti ſint, prodeſſe poteſt hoc ſacrificium ex opere operato ad remiſsionẽ pœnæ, ſi fuerint in gratia, ſicut etiam alijs iuſtis: ſi autem in peccato prodeſſe poterit, tum vt liberentur ab incurſu corporali dęmonum, tum etiam vt gratiæ auxilium à Deo conſequatur. Si vero paruuli fuerint, prodeſſe poterit, ſicut alijs etiã paruulis, non Energumenis. Neque vero de effectu huius ſacrificij pro Energumenis loquitur Clemens Romanus lib. 8. cõſtitutionum cap. 8. aliàs 11. cum ait: *Vt liberet eos à laqueo diaboli, & à violenta aggreſsione dæmonũ*,

Energumeni non excludũtur.

3

ſicut nonnulli putant: ibi enim ſermonem ſolum inſtituit de pœnitentibus publicis, pro quibus, vt oraret populus inter Miſſarum ſolẽnia, exhortabatur diaconus, quo liberarẽtur à laqueo, & aggreſsione diaboli, nõ corporali, ſed ſpirituali, quæ ſit per tentationẽ, c. tamẽ 6. nõ lõge à fine, & 7. aliàs 7. & 8. mẽtione facit orationis publicæ, quæ fiebat in ordinatione, & vnctione Epiſcopi pro Energumenis, vt ab incurſu dæmonum corporali liberarentur. Ex quo ſequi videtur ſacrificium quoque Miſſæ illis prodeſſe poſſe, ſicut diximus, cum nihil obeſſe videatur.

Pro fidelibus cathecumenis, & pro infidelibus licere hoc ſacrificium ſpeciatim, & directe offerre, Recentiores nonnulli adſtruunt.

CAPVT II.

DE Fidelibus vero cathecumenis, & infidelibus, ſiue gentilibus, ſiue hæreticis, dummodo excommunicati non ſint, maior eſt difficultas; vtrum pro illis liceat Miſſæ ſacrificium offerre, an non? Recentiores nonnulli pro virili contendunt, non tãtum indirectè, ſed etiam directè, & expreſſè pro illis hoc ſacrificium immolare vetitũ nõ eſſe. Pro qua ſententia allegari poteſt Galenus Veſcapellius lib. de ſacrificio Miſſę cap. 20. quatenus aſſerit, ſaltem pro Antiſtite hęretico, & ſchiſmatico non publice, ſed ſecretò hoc ſacrificium offerri poſſe: id quod ſe à doctiſsimis Theologis audijſſe teſtatur. Et primum quidem de cathecumenis id probant tum autoritate Patrum, tum etiam ex natura, & inſtitutione ipſius ſacrificij. Autoritate Patrum primum quidem Clementis Romani, qui lib. 8. conſtitutionum cap. 6. aliàs 7. vbi agit de precibus, quæ fiebãt in Miſſarum ſolẽnijs, inquit, *Omnes pro cathecumenis Deum obſecremus, &c.* Orationem vero, quę pro ipſis fieri conſueuerat, eo capite, & duobus ſequentibus proſequitur, capite autem 15. aliàs 22. etiam pro cathecumenis orationem habet poſt communionem in Miſſa hoc modo: *Cathecumenos erudi, & fac, vt exiſtant digni Baptiſmo.* Deinde Chryſoſtomus in ſua Liturgia, quę eſt in fine 5. tomi ſuorum operũ, vbi ante conſecrationem introducit diaconum dicentem: *Fideles pro cathecumenis oremus.* Et homilia de Adam, & Eua in 1. tomo aliquantulum ante finem, vbi inquit: *Cũ enim ſanctæ plebis ſacerdotes permandata ſibimet data legatione funguntur apud Diuinam clementiam, humani generis cauſam, totamque ſecum Eccleſiam aggregantes, atque congemiſcentes poſtulant, & precantur, vt infidelibus donetur fides, vt ab idolatria, & impijs erroribus liberentur,*

Recentiorum ſententia circa fideles.

6

Veſcapellius

Clemẽs Rom.

Chryſoſt.

vt

vt Iudæis ablato cordis velamine lux veritatis apparcat, vt hæretici catholicæ fidei perceptione reſipiſcant, vt ſchiſmatici ſpiritum redintegratæ charitatis accipiant, vt lapſis pœnitentiæ remedia cõferantur, cathecumenis ad regenerationis Sacramenta perductis, cœleſtis miſericordiæ aula reſeretur; hæc non inaniter à Domino peti, rerum ipſarum monſtrat effectus, &c. eadem verba ad probandum hæc omnia ex Diuina gratia donari, ſicut etiam à Deo petuntur, habet Gẽnadius lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus apud Auguſtinum cap. 30. imo & ipſe Auguſtinus Epiſtola 10. ad Vitalem, non longe à Principio, vt ita probet neceſsitatem gratiæ ad hæc omnia, ex vtilitate orationis. Et Celeſtinus in epiſtola 1. ad Epiſcopos Galliæ cap. 11. Quod ſi inter Miſſarum ſolẽnia licitum eſt pro cathecumenis orare, cur etiam non licebit pro illis ſacrificium offerre? Præterea idem confirmant ex natura huius ſacrificij: eo quod cathecumeni fructus illius non videantur omnino incapaces: quamuis enim fructus eius ex opere (vt aiunt) operato circa remiſsionem pœnæ peccatis debitæ, de quo inferius dicemus, incapaces ſint, tamen impetrationis aliorum donorum participes eſſe poſſent, ſiquidem hoc ſacrificio dona ſpiritualia, qualis eſt iuſtificatio, & gratia Baptiſmi obtineri poſſunt.

Genadius. *Auguſt.* *Celeſtin.* *Ratio huius placiti.*

7.

Deinde de infidelibus gẽtilibus, aut etiã hæreticis, ſi excommunicati non eſſent, idẽ probãt autoritate ſimiliter, & ratione. Primum autoritate eorum, tum qui aſſerunt publicas orationes fieri debere inter Miſſarũ ſolẽnia à ſacerdote, & Eccleſia pro infidelibus hæreticis, hinc enim recte etiam ſequi videtur, & ipſum ſacrificium pro eis offerri poſſe, ſicut de cathecumenis colligebamus: tum etiam eorum, qui de ipſo ſacrificio ſpeciatim id affirmãt. De publicis orationibus in Miſſarũ ſolennijs, ita aſſerunt Clemẽs Romanus lib. 8. Apoſtolicarum Cõſtitutionũ, capite 15. aliàs 22. vbi poſt communionem in Miſſa inter alias orationes hãc affert: *Reges cuſtodi in pace, &c. Bellicoſas nationes manſuefac*: conſtat autem tũc Reges ethnicos, & gẽtiles fuiſſe. Chryſoſtomus etiam, & alij Patres, quos pro cathecumenis proxime adduximus, eodem modo loquuntur de infidelibus, ſiue gẽtilibus, ſiue Iudæis, ſiue etiã hæreticis, vt ex verbis citatis cõſtat. Quibus omnibus, adde etiam Auguſtinum in epiſtola 59. ad quintam quæſtionem, qui illud 1. ad Timotheum 2. vbi hortatur Apoſtolus fieri obſecrationes, orationes, interpellationes, & gratiarum actiones in Eccleſia, intelligit de publicis orationibus inter Miſſarum ſolẽnia fieri ſolitis, ſiue ante conſecrationem, ſiue in ipſa conſecratione, ſiue poſt communionem: & Proſperum, qui lib. 1. de vocatione gentilium cap. 12. alias 4. explicans eumdem locum Apoſtoli inquit, omnium ſacerdotum, & fidelium deuotionem concorditer hoc tenere, vt nulla ſit pars mundi, in qua hę orationes non celebrentur, non ſolum pro ſanctis, ſed etiam pro infidelibus, inimicis, idololatris, Iudæis, hæreticis, ſchiſmaticis: & Chryſoſtomum in epiſtolam 1. ad Timotheum cap. 2. homilia 8. in principio, vbi inquit, Paulum hortari ſacerdotem, vt offerrat preces, & poſtea explicans illud: *Hoc enim bonum, & acceptum eſt*, ait, orandum eſſe (vtique à ſacerdote) pro gentilibus, & hęreticis, idẽ docet homilia 6. parum à principio, & colligit ex eo, quod Paulus hortatur, vt oremus pro Regibus, qui ſane eo tẽpore gẽtiles erãt; quod ſi hanc exhortationem Apoſtoli ad ſacerdotes dirigi putat, non abs re exiſtimabimus ex ſententia illius, in altari, & in Miſſarũ ſolennijs eos pro gentilibus, & hęreticis orare poſſe: id quod clarius docuiſſe videtur homilia 77. in Ioannem ſub finem, cum ait: *Ideo in myſterijs inuicem ſalutamus, vt multi vnum efficiamur, & communes pro non initiatis preces effundamus*, niſi per non initiatos, hoc eſt, non baptizatos, ſolos fideles cathecumenos intelligat: cum autem docet in *Myſterijs*, aperte indicat, illas orationes inter Miſſarum ſolennia fieri conſueuiſſe; de ipſo autem ſacrificio, nimirũ vt pro infidelibus offerri poſſit, videtur loqui Tertullianus in lib. ad Scapulam cap. 2. num. 11. vbi ait: *Itaque ſacrificamus pro ſalute Imperatoris, ſed Deo noſtro, & ipſius*: manifeſtum enim eſt, eo tempore Imperatores infideles fuiſſe; refertur etiam Arnobius lib. 4. contra gentes ſub finẽ, vbi nihil de hac re docet.

Clemens. *Auguſtin.* *Proſper.* *Chryſoſt.* *Tertullian.*

8

9

Præterea eamdem ſententiam ratione deſumpta ex ipſa natura ſacrificij probant hoc modo. Sicut ſacrificium crucis pro omnibus hominibus, etiam infidelibus, nullo excepto oblatum eſt, ita etiam & hoc offerri poſſe videtur, eo quòd ſicut illud ſacrificiũ crucis fuit vniuerſale, quod attinet ad ſufficientiam noſtræ redemptionis, ita & hoc eſſe debet ſuo modo vniuerſale, quod attinet ad efficaciam, & ad aplicationem fructus ſacrificij crucis, per modum ſaltem impetrationis.

Ratione idem ſtruiret.

Sacrificium Miſſæ ſuapte natura pro non baptizatis offerri directe non poſſe, pro baptizatis verò etiam hæreticis, niſi excommunicati eſſent, fore, vt recte immolaretur, vera opinio ferit.

CAPVT III.

VERA Tamen ſententia eſt, primùm hoc ſacrificium ſuapte natura, & inſtitutione pro non baptizatis offerri non poſſe, nec vnquam potuiſſe, ſiue illi cathecumeni ſint, ſiue omnino infideles, pagani, aut Iudæi, tametſi publicæ orationes pro eis fieri poſſint; prout Eccleſia permiſerit. Deinde pro hæreticis vere baptizatis hoc ſacrificium ex ſe quidem offerri poſſe, niſi Eccleſia iuſta de cauſa id prohibeat, ſicut re vera iam prohibuit: orationes vero pro illis publicas fieri poſſe, eo modo, quo pro cathecumenis fieri poſſe diximus. Vtramque partem tenet Gabriel, & Sotus locis allegandis in fine huius capitis.

Primbre Autoris placitum.

10

Prior pars huius ſententiæ autoritate, & ratione facile confirmari poterit, & primum quidem de oblatione huius ſacrificij pro cathecumenis defunctis in noſtra Hiſpania, ita definitum videmus in Concilio Bracharenſi 1. cap. 35. dicitur enim: *Item placuit, vt cathecumenis ſine redemptione baptiſmi defunctis ſimilli modo, neque oblationis ſanctæ commemoratio, neque pſallendi impẽdatur officium, nam & hoc per ignorantiam vſus Patrum, &c.* At reſpondent Recentiores Theologi, qui oppoſitam ſententiam ſequuntur, hanc definitionem, & teſtimonium Chryſoſtomi in ſermone 3. in Epiſtolam ad Philippẽſes, intelligenda eſſe de effectu ſolum huius ſacrificij, quẽ ipſi vocant ex opere operato circa pœnæ peccatis debitæ remiſsionem: ita vt ibi ſolũ definiatur, eum defunctis cathecumenis non poſſe applicari, quia cum non ſint baptizati, eius capaces non ſunt, nihil tamẽ obeſſe, quo minus effectus per modum impetrationis eis prodeſſe queat, ac proinde & ſacrificium hoc pro illis offerri. Verum effugium hoc facile precludi poteſt. Primũ, quia ſi Cõciliũ tantũ definire voluiſſet, effectũ illum priorem ſacrificij non poſſe cathecumenis prodeſſe, & ideo illis non eſſe applicandum, liberum autem relinqueret applicare illis effectũ alium ad alia dona impetrãda, certe hoc ſacrificiũ pro eis offerri abſolute non prohibuiſſet, ſed modum, quo pro illis offerri deberet, explicaſſet: prohibens enim abſolute pro eis illud offerre, manifeſte indicat, nihil ex illo ipſis applicari poſſe. Deinde ſi fructum huius ſacrificij, qui eſt impetratio aliorum donorum illis reliquiſſet, cur (obſecro) officiũ pſallendi eis impendi vetaſſet? præſertim cũ officium Pſalmodiæ, & preces etiam publicæ non habeant effectum ex opere operato prodefunctis, ſed per modũ meriti impetratorij, aut (vt alijs placet) etiam condigni: & ſane prædicti Doctores videtur huic ſacrificio nullum alium effectum ex opere operato tribuere, niſi pœnæ remiſsionem; quemlibet autem alium, quem dicunt eſſe per modum impetrationis, exiſtimare videntur, non eſſe ex opere operato, in quo manifeſte fallũtur, vt diſput. 226. cap. 2. oſtendimus; ſunt enim alij effectus huius ſacrificij ex opere operato, licet ſint per modum impetrationis: imo vero & ipſa remiſsio pœnæ, quam ipſi dicũt ex opere operato, eſt etiam per modum impetrationis, ſicut omnis effectus Sacramentalis, non autem in genere cauſæ formalis, aut efficientis phyſicæ, vt 2. tomo diſput. 132. cap. 3. de effectu Sacramentorum diximus. Quo circa cum ſemel concedant aduerſarij, cathecumenos non eſſe capaces prioris effectus ex opere operato, nempe remiſsionis pœnæ, fateri quoque debent, neque poſterioris, hoc eſt, impetrationis, & aliorum donorũ capaces eſſe, cum eadem ratio videatur omnium effectuũ ex opere operato, ſicut in Sacramentis, quãdo ex parte eius, pro quo offertur, non eſt peculiare impedimentum; quale eſſet ad remiſsionẽ pœnæ, ſi ipſe, pro quo offertur, eſſet in mortali. Eodem autem modo Chryſoſtomus homilia illa, aut ſermone 3. in Epiſtolam ad Philippenſes, in morali expoſitione, non longe à fine, preces non ſolum ſacerdotum publicas, ſed etiam plebis, cum inter eſt myſterijs Miſſæ, denegat cathecumenis defunctis ante baptiſmum, inquit enim: *Non fruſtra ab Apoſtolis ſancitum eſt, vt in celebratione venerandorum myſteriorum memoria fiat eorum, qui hinc diſceſſerunt. Nouerũt illis multũ hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis. Stante ſiquidẽ vniuerſo populo, manus in cœlos extendẽte cœtu, item ſacerdotali, verendoque poſito ſacrificio, quemodo Deum non placaremus pro iſtis orãtes? Verum iſtud quidem de illis dicimus, qui infideles abceſſerunt, cathecumenos vero neque iſto ſolatio dignamus; ſed omni huiuſmodi deſtituti ſunt.*

Probatur prius.

Bracharenſe primum

Reſponſio reijcitur.

11

Chryſoſt.

12

ſunt auxilio, vno quodam dempto, quonam illo? pauperibus illorum nemine dare licet, vnde illis nonnihil refrigerij accedit. Cum ait: *De illis dicimus, qui in fide abſceſſerunt*, aperte ſignificat non ſolum fideles, ſed etiam baptizatos: nam illis opponit cathecumenos, qui etiam veram fidem in hac vita habuerunt, ſi quidē de illis loquitur, qui ex eleemoſynis fideliū pro ſe erogatis aliquod refrigerium in alia vita habere poſſunt, nullus autem id habere poteſt, niſi in fide, & charitate ex hac vita decedat. Cum igitur Chryſoſtomus dicat, cathecumenos defunctos ſolatio orationū ab Eccleſia priuari, aperte ſentit, effectum inde prouenientem per modum impetrationis ipſis non concedi, tametſi dicat pro illis eleemoſynam fieri poſſe, & fructum illius eis aliquo modo prodeſſe: perperam igitur prædicti Theologi Conciliū Bracharenſe, & Chryſoſtomum ſolū de effectu ſacrificij, qui eſt remiſsio pœnæ, interpretantur, cum Concilium de vtraque, Chryſoſtomus vero ſolum de effectu orationum, per modum impetrationis 13 plane loquantur, & illum etiam defunctis cathecumenis non concedant.

Deinde hoc ſacrificium pro cathecumenis viuis ſuapte natura, & inſtitutione offerri non poſſe, probatur teſtimonio Auguſtini *Auguſt.* lib. 1. de anima, & eius origine cap. 9. ante medium in 7. tom. vbi, cum Vincentius Pelagianus, contra quem diſputabat, dixiſſet, pro paruulis ante ſuſceptū baptiſma ex hac vita decedentibus oblationes aſsiduas, & ſacrificia ſacerdotum offerenda eſſe, Auguſtinus ipſe in hunc modū obijcit: *Ecce aliud, vnde nunquam exiturus eſt, niſi eum dixiſſe pœniteat: quis enim offerat corpus Chriſti, niſi pro eis, qui ſunt membra Chriſti?* explicans autem, quæ ſint membra Chriſti, ſubiūgit: *Ex quo autem ab illo dictum eſt. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt intrare in regnum Dei. Et alio loco: Qui perdiderit animā ſuam propter me, inueniet eam, nemo fit membrum Chriſti, niſi aut baptiſmate in Chriſto, aut morte pro Chriſto.* Senſit igitur Auguſtinus pro non baptizato non poſſe offerri hoc ſacrificium, eo quòd non ſit membrum Chriſti per baptiſmum: quamuis igitur quis eſſet membrū per fidem, & charitatem, ſi tamen non eſſet per baptiſmum, ex ſententia Auguſtini, pro illo ſacrificium offerri non poſſet. S. Thomas in 4. diſtinct. 12. quæſt. 2. articul. 2. queſt. 2. ad 4. ita intelligit hunc locum Auguſtini, vt hoc ſacrificium nō offeratur niſi pro his, qui ſunt actu membra, vel pro his, qui nondum ſunt, vt fiant illius membra: intelligit autem de membris per charitatem coniunctis, argumentum enim ipſius ſolum contendebat pro ijs, qui ſunt in mortali, hoc ſacrificium offerri nō poſſe: ita Sotus lib. 9. de iuſtitia quæſt. 2. articul. 2. ad 7. Verum hæc expoſitio mentis Auguſtini non quadrat, cum ipſe aperte dixerit, hominem per Baptiſmum, aut Martyrium fieri membrum Chriſti: vt ita probet, pro non baptizatis hoc ſacrificium offerri non poſſe: nam de impedimēto mortalis peccati, vt ratione illius pro aliquo hoc ſacrificium offerri nequeat, eo loco non diſputat Auguſtinus, vt ex verbis citatis patet; neque ad illius inſtitutum id vllo modo ſpectabat. Recentiores vero, qui oppoſitam ſententiam ſequuntur, reſpōdent, Auguſtinum ibi ſolū loqui de oblatione huius ſacrificij pro defunctis non paptizatis, pro quibus manifeſtum eſt offerri non poſſe, quia extra ſtatum ſalutis omnino ſunt. Verum quamuis Auguſtinus contendat contra hæreticum illum, pro pueris non baptizatis hoc ſacrificium offerri non poſſe, tamen vt hoc probaret, nō recte aſſumeret, illos eſſe extra ſtatū ſalutis, ſic enim aſſumeret id, de quo controuerſia erat cum illo hæretico, ille enim contendebat, pueros defunctos ſine baptiſmo virtute huius ſacrificij ſaluari poſſe: vt autē hoc impugnet Auguſtinus aſſumit aliam propoſitionem, nempe, hoc ſacrificium offerri non poſſe, niſi pro ijs, qui ſunt membra Chriſti, mēbrum autem Chriſti hominem per Baptiſmum fieri. Neque vero ſolum Auguſtinus in illo cap. 9. negauit hoc ſacrificium pro paruulis non baptizatis, qui verē ſunt extra ſtatum ſalutis, offerri poſſe, ſed etiam cap. 11. addidit, pro adultis non baptizatis non poſſe offerri; atqui non omnes adulti non baptizati ſunt extra ſtatum ſalutis, nam qui cū deſiderio Baptiſmi mortui ſunt in vera charitate, nobis indicia relinquere manifeſta. Quocirca ſicut pro cathecumenis viuētibus, ita etiā pro his defūctis offerri poſſet, quod tamē Auguſtinus de omnibus adultis defunctis per ſe negat. Quamuis autem dicat Sixtus Senēſis lib. 6. Bibliothecæ ſacrę annot. 331. eo tēpore Eccleſiam denegaſſe orationes publicas defunctis cathecumenis, ne eſſent negligentiores in recipiendo baptiſmum, neque ad finem vitæ illum differrent, & ita interpretetur Concilium Bracharenſe, & Chryſoſtomū, quæ quidem ratio nūc locum non habet, nihilominus exiſtimo, nunc etiam hoc vetitū eſſe ratione conſuetudinis, quam ſeruat Eccleſia, cum nullam pro illis orationem, niſi in die Paraſceues inſtituerit. Quod vero attinet ad ſacrificium, pro nullo non baptizato offerri poſſe exiſtimo, non quidem propter

Eccle-

S. Thom. aliter explicat mentem Aug.

Sotus

14

Eua ſio præcluditur.

De adultis idem ſen ſit Auguſt.

Eius ſolutio in præſens non conuenit Sixtus Senenſis.

15

Ecclesiæ præceptum solum, quod ex cõsuetudine prædicta colligitur, sed etiam propter naturam sacrificij, & institutionem, vt inferius ostendemus.

Vsus Romanæ Ecclesiæ idem probat.

Postremo, pro cathecumenis viuentibus non licere hoc sacrificium Missæ vnquam celebrare, ex communi Romanæ Ecclesiæ vsu mihi etiam suadeo, siquidem in die solum Paraſceues pro illis Ecclesia orat, in cæteris autem nullam prorsus orationẽ, quæ in Missa pro illis fieri possit, instituit, quomodo autem pro illis sacrificium offerret, pro quibus in Missa publice non oraret? Quamuis autem in eo die ex peculiari priuilegio in signũ vniuersalis redemptionis à Christo tunc exhibitæ pro eis oret, nihilominus pro illis tunc sacrificium non offert, nam vt diximus disp. 223. cap. 5. eo die in Ecclesia sacrificium Missæ non celebratur, sed ex præsanctificatis sacerdos communicat: non inficior antiquam Ecclesiam pro cathecumenis inter Missarum solennia semper orare consueuisse, vt ex Patribus citatis, & Lyturgijs Græcorum constat, quod vtrum Ecclesia Græca hucusque retineat, an non, mihi certum non est, ob id tamen non sequitur, nunc etiam pro illis orare licitum esse, cum hæc maiorum consuetudo in Ecclesia Latina de curriculo deflexerit, imo contraria plane fuerit introducta, quinimo etiam si recte sequeretur, nunc etiã pro illis in Missarum solennijs licitum esse orare, nihilominus non liceret inferre pro eis quoque sacrificium offerri posse; nam quamuis ex eo, quòd pro aliquo non liceat publice in Missa orare, recte sequatur, licitum non esse pro eo sacrificium incruentum offerre, credibile enim non est, alicui publicam Ecclesiæ orationem denegari, & summum hoc sacrificium concedi; tamen contrà non sequitur, ex eo quòd pro aliquo oret Ecclesia, pro eo etiam sacrificium offerre, quia oratio, quę minus quid est, illi concedi potest, & sacrificiũ, quod maius est, denegari. Adde quod vt infra dicemus, quilibet est capax, vt pro eo fiat oratio, sacrificij autem non item, & ita in antiqua Ecclesia ad officium Missæ ante consecrationem cathecumeni admittebantur, non autem ad consecrationem, & cõmunionem, quod sane rationi consentaneum non videretur, si tanti sacrificij participes esse possent. Antiqua porro illa cõsuetudo semper in Missa pro cathecumenis orandi solum ex Clemẽte, & Lyturgia Chrysostomi colligi videtur; nam cæteri Patres, quos prædicti Theologi pro sua sententia citant, licet dicant Ecclesiã pro cathecumenis orare, & ex vtilitate illius orationis necessitatem gratiæ, quam pro illis, & alijs postulat, deducãt, nihilominus nõ affirmant, Ecclesiam in Missarum solennijs, quocumque die pro illis orare consueuisse: potuerunt autem ex consuetudine, quam Ecclesia aliquo tantum die seruaret, nempe in Paraſceues pro necessitate gratię, quam probare contendebant, argumentum colligere; & sane verba, quibus Augustinus, Gẽnadius, & Celestinus orationem Ecclesiæ pro cathecumenis explicant, ea sunt, quibus in Paraſceue pro illis, & alijs sacerdos in Missarum solennijs orat, ex alio vero loco Augustini, & ex Prospero, & Chrysostom. superius allegatis ad probandum, licitum esse orare pro hæreticis infidelibus, & paganis, colligitur, etiã pro cathecumenis licitũ fuisse quolibet die in Missa orare.

16

Ratione vero, quam indicauit Augustinus lib. de anima, & eius origine cap. illo 9 prædicta sententia confirmari potest: nam Eucharistia quatenus sacrificium incruentum, solũ videtur instituta pro his, pro quibus etiam instituta fuit quatenus Sacramentum: mirabile namque esset, capacem aliquem esse fructus ex opere operato eiusdem Eucharistiæ sub vna ratione, sub alia vero ratione nõ item; nullus autem cathecumenus, quantumuis iustus coram Deo, capax est fructus Eucharistiæ ex opere operato, quatenus Sacramentum est, non solũ fructus augmenti iustificationis, quod ex opere operato iustis semper confertur, sed etiam auxilij Diuini ad nutritionem spiritualem, quod ex opere quoque operato aliquãdo datur: eo quod baptismus sit ianua omniũ Sacramentorũ, sine quo nullius Sacramenti quis capax esse potest: ergo nullus cathecumenus capax erit fructus Eucharistiæ ex opere operato, quatenus sacrificium est. Non dico solum fructus, qui ex opere operato pro remissione pœnę virtute illius semper confertur, sed etiam alterius fructus, qui ex opere operato aliquando solum datur, nempe, aliorum donorum, quę intuitu huius sacrificij aliquando conferuntur, cũ eadem ratio Sacramenti, & sacrificij esse videatur eo ipso, quod tã sacrificium, quam Sacramentum ex opere operato instar Sacramẽti effectum habet, nam alios esse huiusmodi fructus disput. 226. cap. 2. videbimus. Etenim quamuis sacrificium crucis, quod fuit meritum vniuersale nostrę redemptionis ijs, qui nondum per fidem Christo cõiuncti sunt, prodesse possit, impetrando illis gratiam fidei, vt supra tom. 1. disput. 77. cap. 2. notauimus, tamen causa particularis, & veluti instrumentum applicationis meritorum Christi nemini prodesse debuit, nisi Christo per

Non pro quibus oratio licet etiam sacrificium offerre.

17

Discrimen inter hoc & cruentum sacrificium.

18

Baptis-

Baptiſmum coniũctis, ſiquidẽ his ſolum Sacramenta proſunt. Merito igitur dixit Auguſtinus hoc ſacrificium corporis Chriſti pro eo, qui non eſt membrum ipſius Chriſti, offerri non poſſe; membrum autem Chriſti per baptiſma conſtitui, quinimo cap. 11. in principio addidit, ſalua fide, & Eccleſiaſtica regula pro non baptizatis cuiuſlibet ætatis ſint, hoc ſacrificium offerri nulla ratione poſſe, vt ad regnum cœlorum citius perueniant: vbi loquitur de non baptizatis defunctis. Præterea orationis publicę factę etiam nomine Eccleſiæ pro cathecumenis diuerſa eſt ratio, huius enim fructus cathecumeni capaces ſunt, quamuis enim pro ianua Sacramentorum Chriſtus baptiſmum inſtituerit, vt ſine illo nullius Sacramenti fructus quis capax eſſe poſsit; tamen inſtitutus à Chriſto non fuit pro ianua orationis, ſed Chriſtus fructum illius cõmunem eſſe voluit. Quo circa licet legamus, antiquam Eccleſiam quotidie in Miſſarũ ſolennijs pro cathecumenis orare conſueuiſſe, & nunc in die Paraſceues oret, tamen nuſquam aperte legimus, pro illis etiã hoc ſacrificium vnquam offerre, aut obtuliſſe, & ſane nunc orat pro illis in die, qua nullum Deo ſacrificium offert, vt ſupra notabamus.

Baptiſmus non eſt ianua oratio nis ſicut ſacramenti.

19

Contra hanc doctrinam, quam de oblatione huius ſacrificij pro cathecumenis defendimus, obijciunt aliqui teſtimonium ex lib. qui dicitur: *Ordo Romanus*, in cap. 20. cui titulus eſt: *Incipit ordo, vel denunciatio ſcrutinij ad electos, quod tertia hebdomada in Quadrageſima ſecunda feria nunciatur*: in quo ponitur Miſſa, quæ celebrari conſueuerat, cum cathecumeni ad baptiſmum eligebantur, vbi cum agitur de tertio ſcrutinio, quod in feria 4. hebdomadæ 4. Quadrageſimæ fiebat, in oratione infra actionem dicitur in hunc modum: *Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ quæſumus Domine, vt placatus accipias, quam tibi offerimus pro famulis, & famulabus tuis, quos ad æternam vitam, & beatum gratiæ tuæ donum eligere, atque vocare dignatus eſt*, ex quibus verbis colligi videtur, ſacrificium hoc pro ipſis cathecumenis offerri conſueuiſſe, & in primo ſcrutinio poſtquam electi erant infantes cathecumeni è templo, in quadam oratione dicitur: *Exaudi nos omnipotens Deus, & famulos tuos, quos fidei Chriſtianæ primitijs* (nempe infantes in ipſo catechiſmo per parentes) *huius ſacrificij tribuas operatione mundari.*

Obiecto ex libr. Ordo Roma.

Reſpondeo, primum quidem ſi Eccleſia ſentiret, hoc ſacrificium paruulis proxime prodeſſe, fore vt eos extra templum, ante cõſecrationem non eijceret, ſed eos præſentes eſſe toti ſacrificio pateretur: conſtat autem ex prædicto capite, diaconum voce alta tũc dicere: *Si quis cathecumenus eſt, recedat, &c.* & parentes cum infantibus cathecumenis ſtatim exire, & relictis infantibus iterum in templum eos, & qui infantes ſuſcepturi erant, cum oblationibus ingredi conſueuiſſe, ſignum igitur eſt, Eccleſiam nunquam ſenſiſſe, hoc ſacrificium pro cathecumenis proxime offerri, & illis prodeſſe potuiſſe: nam qua ratione nõ pateretur ipſos præſentes eſſe, pro quibus ſacrificium offerretur?

Diluitur primo.

Deinde dico, cathecumenos, qui tunc eligebantur ad Baptiſmum, non fuiſſe adultos, ſed infantes, vt conſtat ex loco citato, nam vbi iubentur exire cathecumeni, nulla fit mẽtio adultorum, ſed tantũ infantium: nec mirum hoc videri debet, nam ordo ille Romanus tempore Caroli Magni conſcriptus eſt, vt plerique exiſtimant; tunc autem iam non erant infideles adulti, qui ad Baptiſmũ venirent, nam licet Iudæi tunc inter fideles commorarentur, rariſsimi tamen ad fidem conuertebantur; quocirca & cathecumenorum electionem per parentes, & alios adultos, qui pro ipſis catechiſmum ſuſcipiebant, fieri conſueuiſſe, in eo capite dicitur. Iam igitur cũ gratia Baptiſmi paruulis conferenda, ex cura parentum, & miniſtrorum penderet, & pro ipſis ſacrificium proxime offerri poſſet, vt effectum Baptiſmi pro paruulis ſuis conſequerentur, & inde remote paruulis ipſis prodeſſe poſſet, ſicut infidelibus etiam hoc modo prodeſt, quãdo pro prædicatione Euangelij apud ipſos offertur, vt ſequente capite dicemus, fieri potuit, vt tunc pro paruulis remote tantum, proxime autem pro adultis offerretur. Id autem inde fit mihi valde probabile, quia effectus huius ſacrificij ex opere operato, de quo certè nunc eſt cõtrouerſia, vel eſt remiſsio pœnę peccatis debitę, vel aliquod aliud donum gratiæ interioris inſpirationis, aut externæ protectionis, vt diſput. 228. & 229. oſtendemus; infantes autem neutrius ſecundum ſe capaces ſunt, ſed tantum parentes, & alij, qui ipſorum curam habent, nam neque pœna temporalis vlla ipſis remitti poteſt; neque ipſi ſecundũ ſe aliquo dono gratiæ actualis ad ſui iuſtificationem adiuuari, quo igitur pacto ſentire potuit Eccleſia Romana, hoc ſacrificium pro illis directe fuiſſe offerendum, quibus ex opere operato directe prodeſſe non poſſe, non ignorabat? Solum igitur exiſtimamus credidiſſe, hoc ſacrificiũ indirecte illis prodeſſe, & hoc modo pro eis offerri potuiſſe. Nos autem cõtendimus pro cathe-

cathecumenis proxime non posse offerri, & hoc pacto duas illas orationes interpretari possemus, in quibus videtur hoc sacrificiũ pro cathecumenis offerri, tametsi oratio illa, *Exaudi nos*, alio modo, nõ male explicare posset, vt Ecclesia deprecaretur emundationem infantium, non quidem postulans illam à Deo oblatione huius sacrificij, sed postulans eam fieri per Baptismum, quem vocaret operationem, seu effectum huius sacrificij ratione rei in eo contentæ, nempe Christi, qui omnium Sacramentorum autor est, & vtroque modo existimo ad prędictũ testimonium respõdendum esse.

Apta orationis explicatio.

Cæterum respondere quis posset, quod attinet ad essentiam, & substantiam Sacramẽtorum, Ecclesiam semper eam doctrinam dictis, & factis probasse, quæ certa, & indubitata est, at vero quod attinet ad alia accidentaria, non omnino indubitatam, sed probabilem opinionem aliquando in praxi sequutã aliquid feciſſe, tametsi non tamquam certum dogma fidei declarauerit, & hac de causa tũc ex præscripto Romani Põtificis Missam pro cathecumenis obtuliſſe, nunc autem eam nõ offerre, cum neque publica oratio vlla pro illis permanserit, nisi in die Parasceues, quando nullum in Ecclesia sacrificium offertur, vt supra diximus.

Alia eiusdem solutio.

33

Hoc modo cum ante Ecclesia in oratione secreta in festo Leonis Papæ diceret: *Annue nobis Domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio*: postea illam ita mutauit: *Annue nobis quæsumus Dsmine, vt intercessione Beati Leonis hæc nobis prosit oblatio*, sicut testatur Innocentius III. in capite, *Cum Martha*. §. *Tertio loco*, *De celebratione Missarum*. Huius autem mutationis rationem reddit, quia iniuriam facit Martyri, qui pro eo orat, & idẽ de alijs Sanctis sentiendum esse affirmat. Quod vero in alijs orationibus dicitur, huic, aut illi Sancto hæc oblatio prosit ad gloriã, & honorem, ita esse intelligẽdum inquit, vt Sãcti magis in terris honorẽtur: refert quoque plerosque Doctores existimare, gloriam Beatorum vsque ad diem iudicij crescere, & ideo Ecclesiam augmentum gloriæ ipsorum optare, & pro illo Dominum olim fuisse deprecatam. Quid igitur mirum, si antiquitus Ecclesia sequuta probabilem opinionem de oblatione huius sacrificij pro cathecumenis, pro illis Missam celebrauerit, nunc autẽ nullam offerat?

Eiusdem confirmatio.

Caput cũ Martha.

Contra eamdem doctrinam obijcere quis poterit Innocentium III. in capite: *Apostolicam* de presbytero non baptizato, vbi Episcopus Cremonensis à Põtifice summo quęsiuit, vtrum Ecclesia posset orare pro presbytero, qui ex hac vita in fide Christi decessit, putans se esse baptizatum, postea vero compertum fuit non fuisse baptizatum; respondet autem, in fide Christi sine Baptismo, quem ob ignorantiam omisit, potuisse saluari, idque autoritate Ambrosij, & Augustini confirmat, vt vidimus secundo tomo disput. 152. cap. 1. subdit autem: *Sopitis igitur quæstionibus Doctorum, Patrũm sententias teneas, & in Ecclesia tua iuges preces, hostiasque Deo offerri iubeas pro presbytero memorato*: certe per *Hostias*, non videtur intelligere quascumque oblationes eleemosynarum, sed etiam sacrificium altaris; & Ambrosius in oratione de obitu Valeriani Imperatoris non parum ante finem, postquam ostendit, Imperatorem illum fide, & desiderio Baptismi salutem consequutum fuisse sine Sacramento, inquit: *Date manibus sancta mysteria, pio requiem ei poscamus affectu. Date Sacramenta cœlestia, animam piam nostris oblationibus prosequamur*. Respondeo primum, Innocentium id iure præcepisse pro presbytero illo, quia non satis euidenter constare poterat, ipsum non fuisse baptizatum, & in aliquo, vel minimo dubio hoc suffragiorum genere non erat priuandus: deinde quod attinet ad preces, & hostias pro presbytero illo offerendas dicere quis posset, Innocentium sententiam probabilem sequutum de hoc sacrificio ita respondisse, nam quod ait: *Sopitis quæstionibus, Patrum sententias teneas*, intelligit de eo, quod præmiserat, nempe, sacerdotem illum potuisse per hdem, & desiderium Baptismi, & charitatẽ iustificari, hoc enim tãquam certum tradit; quod vero pertinet ad praxim de oblationibus, & precibus, potuit probabilem sequi opinionem, quam etiam fortasse Ambrosius sequutus est. Ego tamen censeo, Innocentium, & Ambrosiũ de oblationibus eleemosynarum, & aliorum piorum operum intelligendos esse, nam eleemosynæ sacrificia non raro dicuntur, ac proinde hostiæ vocari non immerito possunt, vt supra disput. 220. capite primo ex Augustino notauimus, qui quidem in Enchiridio capite 100. vt sequente capite videbimus, eleemosynas cum sacrificio Missæ, tamquam sacrificia, & hostias coniungit.

Obiectio ex capit Apostolicã

23

Ex Ambr.

Prior solutio.

14

Id quod diximus de sacrificio intelligendo, & orationibus Ecclesiæ pro cathecumenis, dictum puta etiã de vtrisq; pro infidelibus non baptizatis, siue Iudæis, siue Gentilibus, nempe publicam orationem pro illis, nisi cõtrãria

Prior magis placet.

De quibus vt nondum prizatis eadem eſt ratio, ac de cathecumenis,

traria conſuetudo, aut præceptum Eccleſiæ obſtet, fieri poſſe; ſacrificium vero non item: eo quòd ſicut de cathecumenis diximus ex ſeipſis fructus ſacrificij incruenti incapaces ſunt, non autem fructus orationis aliorũ pro ipſis, horum enim, & cathecumenorum eadẽ eſt ratio, eo quod nondum per Baptiſmum mẽbra Chriſti fuerint effecti. Quod vero attinet ad orationes, fatemur ſane antiquam Eccleſiam quotidie in Miſſarum ſolennijs pro illis, ſicut pro cathecumenis orare conſueuiſſe, nunc autẽ id ſolum licere in die Paraſceues, ſicut etiam de cathecumenis ſupra notauimus, eo quòd nullo alio die id permittat Eccleſia; neque ad orandum in Miſſa alio die vllam pro ipſis orationem inſtituerit, & hactenus de priori parte noſtræ opinionis.

25 Hæreticiex ſe capaces ſunt fructus ſacrificij.

Poſterior vero pars, quæ eſt de hæreticis vere baptizatis, ex dictis etiam facile confirmatur: nam hæretici vere baptizati ex ſe capaces quidem ſunt effectus Sacramentorum ratione ſuſcepti Baptiſmi, licet aliquem effectum illorum ratione prauæ diſpoſitionis non recipiant; quo circa ſi quis eorum rite ordinetur, characterem ordinis, & poteſtatem illius accipit, quamuis gratiam habitualem, ſeu augmentum illius propter pravam ſuam diſpoſitionem nõ recipiat: quamuis igitur effectum huius ſacrificij, qui confertur ex opere operato pro remiſſione pœnæ non percipiant, quia non ſunt in gratia, nihil obeſſe videtur, quominus fructum illius, qui eſt impetratio aliorum donorum participare poſſint: nam quod peccatores, & hæretici indigne Sacramentum Euchariſtiæ recipientes non participent eius fructũ, qui ex opere operato confertur, nempe augmentũ ſanctitatis, neque auxiliũ gratiæ ad perſeuerandum, non obſtat, quominus percipere poſſint fructum illum poſteriorem ſacrificij, qui eſt impetratio aliorum donorum, non participato fructu, qui eſt remiſſio pœnæ. Qui enim recipit indigne Sacramentum, eo ipſo impedimentum opponit, cuilibet alteri effectui, is vero, pro quo offertur ſacrificium, licet non ſit diſpoſitus, vt oportet, ad effectum remiſſionis pœnæ, tamen eo ipſo, quod pro illo ſacrificium offertur, ipſe non opponit tunc impedimentum; ſicut autem impetrationi orationis vnius pro alio ſolet nõ obſtare ſtatus peccati illius, pro quo fit; ita etiam non obſtabit interdum impetrationi aliorum donorum virtute huius ſacrificij. Eodem modo hæretici capaces ſunt fructus cuiuſuis orationis aliorum pro ipſis factæ, ac proinde niſi conſuetudo Eccleſiæ obſtaret, quilibet ſacerdos ad altare Domini pro ipſis publica oratione orare poſſet, ſicut antiquitus in more poſitum fuiſſe, ex Chryſoſtomo, & Auguſtino, & Proſpero aduerſarij probarunt. Verum cum Eccleſia iam pro hæreticis ad altare Domini non oret, niſi in die Paraſceues, in quo nullum, vt ſupradixi, ſacrificium offertur, pro alijs vero diebus, nulla ſit inſtituta publica oratio in fauorem hæreticorum, ſed quoties Eccleſia eorum, & infidelium mentionem facit, ſolum poſtulat à Deo, vt dexteræ ipſius potentia conterantur, id quod ex profeſſo in Miſſa quadam contra paganos deprecatur, manifeſte ſequitur, nulli amplius ſacerdoti licere oratione publica contra communem Eccleſiæ conſuetudinem pro ipſis orare, ac proinde, neque hoc ſacrificium pro illis applicare; indecens enim maxime videtur, vt quos orationibus publicis ad altare Domini non dignamur, ad huius tremendi, & venerandi ſacrificij fructum admittamus.

26 Etiam poſſunt percipere fructum orationis aliorum. Ex vſu Eccleſiæ, nec publice orare, nec ſacrificiũ offerre pro illis licet.

Accedit etiam, quod hæretici baptizati per Eccleſiam excommunicati iam ſunt, ac proinde iam non ſolum pro illis orare non licet, ſed etiam effectus huius ſacrificij incapaces effecti ſunt, vt in materia de excommunicatione explicabitur. Er quia ex communicati ſunt.

Hanc noſtram ſententiam, quod attinet ad vtramque partem ipſius, ſequuntur Gabriel in lectione 34. ſuper Canonem litera A. Dominicus Sotus in 9. lib. de iuſtitia, & iure quæſt. 2. artic. 2. ad tertium argumentum. §. *At quia*, & in 4. diſtinct. 11. quæſt. 2. articul. 7. ad ſecundum, quatenus aſſerunt, nõ poſſe offerri hoc ſacrificium pro infidelibus, nempe non baptizatis, neque pro hæreticis, & excõmunicatis; imo addit Sotus in 4. loco citato, infideles incapaces eſſe fructus huius ſacrificij, videtur autem intelligere ex ſe ipſis, & natura ſacrificij in 9. vero libro de iuſtitia addit, errorem eſſe inſtituere capellaniam ad hunc effectum, vt Miſſa pro infidelibus celebretur, & offeratur, hi tamen Doctores non diſtinguunt inter infideles nõ baptizatos, & hæreticos excommunicatos, & ſchiſmaticos, ſicut nos ſupra diſtinximus. 27 Gab. Dom. Sot.

Diluuntur argumenta prioris ſententiæ capite ſecundo allata.

CAPVT

CAPVT IIII.

Explicentia ad orandum non colligitur eadē ad offerendum.

RELIQVVM Eſt, vt fundamenta prioris ſententiæ conuellamus. Imprimis autem ingenue fatemur, in antiqua Eccleſia licitum fuiſſe ſacerdoti tam pro infidelibus etiā hæreticis, quam pro cathecumenis inter Miſſarum ſolennia, non ſolū in die Paraſceues, ſed etiam in quouis alio die orare: hinc tamen non recte colligi, pro illis etiam ſacrificium incruentum offerri conſueuiſſe, quia vt ſupra probatū eſt, hi omnes capaces ſunt fructus orationis Eccleſiæ, non autem ſacrificij, in ſignum cuius id ſemper obſeruatum fuit, vt cathecumeni ad Miſſæ celebrationem ante conſecrationem ſolum admitterentur, ſicut ſupra notauimus; iam vero ſacerdoti non licet pro his, quos diximus, niſi in die Paraſceues in Miſſa publice orare, cum ad hoc nullam ab Eccleſia inſtitutam orationē habeat. Fuit autem maxime conueniens initio naſcentis Eccleſiæ pro illis omnibus ad altare Domini orare, nunc autem id minime expedit, niſi in die Paraſceues; quia cum initio Eccleſia inter Gentiles ipſos, & hæreticos commoraretur, magna quoque copia cathecumenorum eſſet, rationi maxime conſentaneum erat, eis omnibus hæc ſigna amoris publice exhibere. Quo circa quamuis eo tempore iuxta conſilium Pauli ad Titum 3. hæreticus homo poſt primam, & ſecundam correptionem vitandus eſſet, nihilominus non erant tunc hæretici ipſo facto, ſicut nūc, excommunicati, vt pro illis publica oratio fieri non poſſet. Iam vero cum Eccleſia inter infideles non ita, ſicut antea commoretur, maxime etiā conueniens viſum eſt, vt in Miſſarum ſolennijs nulla pro eis publica oratio fiat, niſi in die Paraſceues propter rationem dictam.

Inter teſtimonia Patrum, quæ adducta ſunt ad probandum, pro infidelibus Gentilibus offerri poſſe ſacrificium, ſolum eſt illud Tertulliani, qui expreſſe de ſacrificio loqui videtur, nam cæteri de orationibus tantum pro infidelibus, & hæreticis loquūtur. Reſpondeo tamen, ipſum nō eſſe intelligendum de ſacrificio proprie, ſed latiori ſignificatione, ſecundum quam etiam oratio dicitur ſacrificium, nam poſt quam dixit: *Itaque ſacrificamus pro ſalute Imperatoris, ſed Deo noſtro, & ipſius*, proxime ſubdit, & explicat genus ſacrificij his verbis: *Sed quemodo præcepit Deus, pura prece*, ac ſi dicat: ſacrificamus quidem, ſed eo modo, quo Deus præcepit pro illis ſacrificare, non nouem, aut bouem, ſed puras orationes, quo circa ſubiungit ſtatim: *Non enim eget Deus conditor vniuerſitatis odoris, aut ſanguinis alicuius, hæc enim dæmoniorum pabula ſunt.* Et paucis interpoſitis. *Ita nos magis oramus pro ſalute Imperatoris, ab eo eam poſtulantes, qui præſtare poteſt*: quibus verbis non obſcure indicat, ſe loqui de ſacrificio ſolius orationis, hoc enim præcipit Deus offerre, etiam pro infidelibus Regibus, & Imperatoribus, vt patet ex illo 1. ad Timotheum 2. cap. quod præcedente capite adduximus. Quamuis autem in Eccleſia verum, & proprium ſacrificium habeamus, illud tamen non præcepit Deus offerre pro ſalute cuiuſcumque Imperatoris infidelis. Scio Pamellium virum valde ſolicitum, & eruditū hunc locum de ſacrificio Miſſæ interpretari in Scholio 11. illius 1 bri, vt ex hoc Patre verum Eccleſiæ ſacrificium contra hæreticos confirmet; verum cum alijs in locis Tertullianus clarius de illo loquatur: atqui ſi hic locus de eo intelligeretur, cōcedere deberemus, ſacrificium Chriſti offerri pro membris, quæ non ſunt eiuſdem Chriſti, quod licitum non eſſe ſupra monſtrauimus, ideo ſatius eſt illum de ſacrificio latiori ſignificatione intelligere.

29

Tertull. de ſacrificio latiori ſignificatione eſt intelligendus.

39

1. Ad Timoth.

Pamellius

Aliqui etiam citant contra nos Epiphanium in Epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum ante medium, vbi inquit: *Illud quoque audiens miratus ſum, quod quidam dixerunt, quod in oratione quando offerimus ſacrificia Deo, ſoleamus pro te dicere, Domine præſta Ioanni, vt recte credat; quamquam enim hoc in corde meo ſemper orem, tamen vt ſimpliciter fatear, non ingratam in alienas aures protuli, ne te videretur parui pendere, dilectiſſime.* Hoc tamen ſingulum eſt; tum quia hic non loquitur de ſacrificio applicando pro Ioanne, ſed de oratione: tum etiam, quia Ioannes ille non erat hæreticus, eo quod nō erat pertinax, ſed bona fide quibuſda erroribus Origenis adhærebat, hic enim contra Pelagium præfuit in Concilio Paleſtino, vt conſtat ex Paulo Oroſio libro de libero arbitrio.

Epiphanius nobis nō obſtat.

8

Rationes eiuſdem ſententiæ tam pro cathecumenis, quam pro infidelibus facile diſſolui poſſunt: ad primam, quæ erat pro cathecumenis, reſpondeo, ipſos quidem non minō incapaces eſſe omnis fructus ſacrificij, qui ex opere operato conferitur, ſiue ſit remiſſio pœnæ, quæ iuſtis ſemper conceditur, ſiue impetratio aliorum bonorum, quæ quādoq; tribuūtur. Ideo licet pro eis publice orare poſſimus, vt diximus, nihilominus hoc ſacrificium pro eis offerre non poſſumus;

Soluitur ratio prior.

vtrum autem cathecumeni capaces ſint fructus huius ſacrificij ex opere operantis, an non, inferius dicemus. Ad poſteriorem rationem, quæ eſt pro infidelibus non baptizatis, dico diuerſam eſſe rationem huius ſacrificij, & eius, quod in cruce peractum eſt, ni ſacrificium crucis oblatũ eſt per modũ meriti vniuerſalis noſtræ redẽptionis, & ideo pro toto humano genere, quod redemptionis pretio indigebat, offerri debuit; at vero ſacrificium Miſſę non offertur per modum meriti Chriſti pro vniuerſali redemptione, ſed per modum Sacramenti, ac proinde tamquam cauſa particularis, & inſtrumentaria ad applicandum pretium redemptionis ad effectum ex opere operato: ſicut autẽ omnia Sacramenta non ſunt inſtrumenta ad applicandum pretium, & fructum redemptionis omnibus hominibus, niſi præmiſſo Sacramento Baptiſmi, ſic etiam neque hoc ſacrificium Miſſę, niſi baptizatis prodeſſe poteſt; neque obſtat, quod Iudæi pro Gentilibus etiam interdum ſua ſacrificia offerebant, vt patet 1. Eſdræ cap 6. vbi pro Dario, & 1. Machabęorum cap. 12. vbi pro Spartiatis, & 2. Machabæorum 3. vbi pro Heliodoro ſacrificium oblatum fuiſſe dicitur, illa enim ſacrificia erant inſtituta pro illa ſola natione Iudæorum ad hunc tantum effectum ex opere operato, vt carnis munditiem conſequeretur, & ab irregularitatibus liberari poſſet; non autem tamquam inſtrumenta ad aliquem fructum ſpiritualem ex opere operato, hunc enim ſolum impetrabant à Deo, non per modum Sacramenti ex opere operato, ſed ex opere operantis per modum orationis, & meriti: quia igitur oratio vnius cuiuis alterius diuerſæ etiam religionis prodeſſe poteſt; ita etiam illa ſacrificia per modum orationis, & meriti vtilia Gentilibus eſſe poterant; at ſacrificium Miſſæ, vt diximus, inſtitutum certe eſt tamquam inſtrumentum ad applicandum fructum redemptionis inſtar Sacramenti, & ideo ſicut Sacramẽta omnia non proſunt, niſi præmiſſo Baptiſmo, ita etiam neque hoc ſacrificium.

Diluitur poſterior aſſignato diſcrimine inter hoc, & ſacrificiũ crucis.

Obiectioni ex c. 6. 1. Eſdræ, & ex c. 12. 1. Machab. & ex c. 3. 2. Machab. occurritur.

Superſunt tamen tres faciles rationes, quæ contra noſtram ſententiam obijci poſſent. Prima eſt, quod Eccleſia Latina officium Miſſæ pro ſedando ſchiſmate inſtituerit, ac proinde ſequatur, vt pro ſchiſmaticis offerri poſſit ſacrificium, fruſtra enim pro illis officium Miſſæ peculiare Eccleſia inſtitueret, niſi pro illis etiam ſacrificium offerre vellet. Reſpondeo, in illo officio Miſſæ nunquam pro ſchiſmaticis ipſis ſacerdotem nomine Eccleſiæ orare directe, ſed prõ tollendo ſchiſmate, idque à Deõ põ ſtulare, vt ſuperpopulum Chriſtianum diuiſione reiecta vnionis gratiam infundat. Adde quod ſchiſmatici cum ſint vere Chriſtiani, & fideles, ſi tantum vitio ſchiſmatis ſint infecti, (nam interdum etiam hæretici ſunt) non ſunt incapaces ex ſe huius ſacrificij, & ita ſi Eccleſia id non prohibeat, pro illis recte offerri poterit.

32 Prima obiectio.

Diluitur.

Altera ratio eſt, quia etiam interdum Miſſas celebrare ſolemus pro Germania, & Gallia, in qua multi ſunt hæretici. Reſpondeo, neque in his Miſsis nos orare pro hæreticis illarum regionum, neque pro illis ſacrificiũ offerre, ſed ad hunc finem celebrare, vt Deus Eccleſiam ſuam, & Euangelium in illis regionibus conſeruare, & propagare dignetur, pro quo etiam ſacrificiũ offerre licet, ex quo conſequenter ipſis hæreticis aliquid prouenire poteſt emolumenti, Eccleſia autẽ ſolũ prohibuit pro eis publicas orationes, & ſacrificium directe offerre.

Secunda.

Soluitur.

Tertia.

Tertia ratio deſumitur ex oratione, quã in Miſſa calicem conſecrandum Deo offerimus, his verbis: *Offerimus tibi calicem ſalutaris, tuam deprecantes clementiam, vt in conſpectu maieſtatis tuæ pro noſtra, & pro totius mundi ſalute cum odore ſuauitatis aſcendat*: quę quidem oblationẽ ſacrificij incruenti pro toto mũdo aperte denotant, cum pro illo calix cõſecrandus offeratur, in toto autem mundo ſunt pagani, & infideles. Reſpõdeo, eodẽ modo pro toto mundo ſacrificium incruentum offerri, ſicut pro regionibus Germaniæ, & Galliæ, nempe pro fidei noſtræ, & Euangelij propagatione, hæc enim eſt totius mundi ſalus, id autem licitum eſſe iam diximus, tametſi inde aliquid etiam commodi ſpiritualis gẽtilibus, & paganis proueniat, quod dici ſolet indirecte pro infidelibus offerri.

33

Illius reſponſio.

Poſtremo obſeruandum eſt, cum diximus hoc ſacrificium cathecumenis hæreticis, & excommunicatis prodeſſe non poſſe, neque pro illis offerri, intelligendum eſſe de fructu, quem vocamus, ex opere operato: nam de fructu ex opere operantis, hoc eſt, ratione meriti ipſius offerentis, negari nequit prodeſſe illis poſſe, & hoc modo ab ipſo ſacerdote pro illis offerri, ſicut quodcũque aliud ipſius bonum opus. Quo autẽ pacto differat opus operatum, & effectus eius, & opus operantis, & effectus ipſius, diſputat. 229. cap. 2. dicemus.

Pri

Pro quibus defunctis hoc sacrificium offerri possit.

CAPVT V.

VLTIMVM Genus hominum, pro quo hoc sacrificium offerri potest, est defunctorum, quorum aliqui sunt damnati in inferno, alij vero sunt in Purgatorio, alij vero beati; de quibus sigillatim suo ordine dicemus. Primum igitur de damnatis fuit opinio Glossæ in Canonem *Tempus*. 13. quæst. 2. qui est Augustini loco inferius allegando, si eleemosyna offeratur pro eo, qui decessit in mortali, & non summe, sed mediocriter malus fuit, prodesse illi, non quidem, vt liberetur omnino ab illa pœna, sed vt ibi in æternum mitius puniatur, idemque de sacrificio Missæ iuxta hanc sententiã consequenter asserere debuit, nempe vt si pro huiusmodi hominibus offerretur, illis eodem modo prodesset, si tamen damnatus summe malus fuit in hac vita inquit Glossa, nihil illi prodesse eleemosynam pro eo factam. An autem sit peccatum, eleemosynam elargiri pro ijs, quos scimus, aut suspicamur esse damnatos, non definit: iuxta prædictam vero sententiam sub eadẽ distinctione asserere deberet, fore vt pro summe malis non liceret, quia esset omnino inutilis, pro mediocriter vero malis liceret, quia non esset superuacanea, idemque de sacrificio sentiret, nã Augustinus, ex quo ipse prędictã sententiam colligit, de sacrificio Missæ etiam loquitur.

34 Glossa.

Confirmari autẽ potest hæc sententia testimonio Augustini in illo Canone *Tempus*, qui desumptus fuit ex eo, in Enchiridio cap. 110. vbi ita scriplit: *Cum ergo sacrificia siue altaris, siue quarumcumque eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis propitiationes sunt, pro valde malis etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescumque viuorum consolationes sunt: quibus autẽ prosunt, aut ad hoc prosunt, vt sit plena remissio, aut certe tolerabilior fiat ipsa dãnatio.* Fatetur igitur, hoc sacrificium aliquibus damnatis, nempe non valde malis prodesse, vt eorum pœna tolerabilior sit. Pro eadem sententia allegari solet Innocentius III. in cap. *Cum Martha*. §. *Tertio loco*, de celebratione Missarum, refert etiam Sixtus Senensis lib. 6. Bibliothecę sanctæ annotatione 47. Chrysostom. homil. 33. in Matthæum, & in Lyturgia Diuini officij in forma deprecandi, & offerendi pro fidelibus defunctis, & in Epistola ad Philipp. homil. 3. & alios Patres, qui videntur cum Augustino sentire, suffragia viuentium defunctis etiam damnatis aliquid prodesse.

Augustin. 35 Innocentius tertius. Chrysost.

Verum quia de hac re in materia de nouissimis ex professo acturi sumus, ideo in præsenti, quod attinet ad Missæ sacrificium, tã quam certum statuere sufficiat, non licere pro his, quos scimus, aut credimus esse damnatos illud offerre, ita definitum est in canone: *Pro obeuntibus*. 13. q. 2. qui dicitur desumptus ex Epistola vltima Gregorij 2. ad Bonifacium Episcopum, inter eius tamen Epistolas in secundo tomo Epistolarum Pontificũ non inuenitur, vbi de oblatione huius sacrificij pro damnatis mentio fit, & expresse prohibetur. In Concilio Bracharensi 1. c. 3. præcipitur, ne illius, qui sibi violẽtas manus iniecerit, in oblatione vlla commemoratio fiat. Refertur etiam Gregorius lib. 4. dialogorum cap. 44, vbi non de sacrificio, sed de orationibus pro damnatis loquitur, inquitque pro eis orare minime licere: eadem autem omnino ratio est, vt pro damnatis sacrificium offerre non possimus, & vt pro illis non oremus. Vt autem loco citato ostendemus, ad fidem catholicam pertinet pro damnatis orare non licere, quia in statu damnationis iam sunt.

Canon. *Pro obeuntibus.* Bracharens. 1. Gregorius. 36

Quod vero adducit Glossa illa ex Augustino, parum momenti est, nam cum ille ait: *Aut certe tolerabilior fiat ipsa damnatio*, nomine damnationis non intelligit eam, quę in inferno perpetua est, sed pœnam Purgatorij, quæ sacrificio altaris aut omnino tollitur, aut saltem tolerabilior fit, dum aliquid ex illa remittitur: sic intellexit Augustinum Sanctus Thomas in quartũ, distinctione 45. quæst. 2. artic. 2. quæstiuncula prima ad secũdum. Ad Innocentium III. respondetur, ipsum ibi nihil de hac re difinire, sed post quã respondet Archiepiscopo Lugdunensi ad tertiam quæstionem, quæ erat de mutatione facta in oratione, quæ erat in Missa Leonis 2. Papæ, inquit. *Verum vtrum in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua docetur, quod defunctorum alij sunt valde boni, &c.* (quam habet Augustinus loco citato) *tua discretio inuestiget*; cætera vero, quæ ad suffragia pro damnatis pertinent, loco citato tractabimus.

Argumẽ ex Glossa diluitur. S. Thom. Respõsio ad Innocent.

Secundo loco agendum nobis est de beatis, qua nimirum ratione hoc sacrificium pro illis offerri dicatur. Lindanus Panopliæ Euãgelicæ caput 53. §. *Imo Philippe*, capite 55. 37 Lindanus

non longe à principio exiſtimat, hoc ſacrificium ideo dici pro Martyribus offerri, quia in gratiarum actionem pro Martyrum gloria immolatur, quatenus eius oblatione gratias Deo agimus pro gloria ipſis Martyribus collata: & in hunc ſenſum explicat verba Cypriani libro quarto Epiſtolarum, Epiſtola quinta, quæ nunc eſt in ordine 34. ante medium, vbi cum mentionē feciſſet quorumdam, qui martyrium paſsi fuerant, ſubiungit: *Sacrificia pro eis ſemper, vt meminiſtis, offerimus, quoties martyrum paſſiones, & dies anniuerſaria commemoratione celebratur.* Hæc tamen interpretatio non probatur Pamelio annotatione in illa verba prædictæ Epiſtolæ. *Sacrificia pro eis, &c.* ſed inquit, ideo dici conſueuiſſe pro Martyribus hoc ſacrificium offerri, quia pro commemoratione Martyrum offeratur, & ita pro eo, quod dixit Cyprianus verbis citatis, exiſtimat, dixiſſe infra Epiſtola 37. circa finem: *Et celebrentur hic à nobis oblationes, & ſacrificia, ob commemorationes eorum, quæ cito vobis cum Domino protegente celebrabimus.* Atque in hunc ſenſum inquit loquutum fuiſſe Cyrillum Hieroſolymitanum catecheſi myſtagogica quinta, cum explicans illa verba Miſſæ Græcorum: *Etiam tibi offerimus pro omnibus, qui tibi à ſeculo placuerunt Sanctis, &c.* vt ipſe putat, dixit: *Atque hoc ſacrificium tibi offerimus, vt memores ſimus primum eorum, qui dormierunt Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, &c.* Verùm verba Cyrilli alia ſunt; nam §. *Deinde vero*, ſic loquitur: *Cum hoc ſacrificium offerimus, poſtea facimus mentionem etiam eorum, qui ante nos obdormierunt, primum Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, vt Deus orationibus illorum, & deprecationibus ſuſcipiat preces noſtras.* Ex quibus colligi ſane non poteſt ſenſus, quem Pamelius contendit. Quod vero poſtea ſubiungit: *Deinde pro defunctis Sanctis Patribus, & Epiſcopis, denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt, maximum eſſe credentes animarum iuuamen, pro quibus offertur, obſecratio Sancti illius, & tremendi, quod in altari poſitum eſt, ſacrificij*, non intelligitur de Sanctis, qui beatitudine iam fruuntur, ſed de illis, qui in gratia Dei ex hac vita deceſſerunt, aliquo tamen iuuamine indigentes, vt fœliciratem æternam citius conſequantur, quos etiam merito Sanctos appellat.

Cypriani.

Interpretatio Pamelij.

38

Verba propria Cyrilli.

Chryſoſt. non bene à quibuſdā intelligitur.

Recentiores denique nonnulli putant, apud Chryſoſtomum homil. 21. in Acta, nihil aliud eſſe pro Martyribus ſacrificium offerri, quàm ipſos vocari in horâ ſacrificij: verba autem Chryſoſtomi in hunc modum referunt: *Pro Martyribus offerre nihil aliud eſt, quam in illa hora ſacrificij vocari, nam etiam pro Martyribus magnus honor eſt nominari Domino præſente, dum mors illa perficitur, & horrendum ſacrificium, & ineffabilia Sacramenta.* Verba tamen Chryſoſtomi in illa homilia in morali expoſitione poſt medium, alia ſunt, neque in prædictum ſenſum facile poterunt explicari, inquit enim: *Quid tibi videtur, quod pro martyribus offertur,* (nempe ſacrificium Miſſæ, de quo loquebatur) *quod inuocantur in illa hora? licet Martyres ſint, etiam pro martyribus offertur. Magnus honor nominari, Domino præſente, dum mors illa celebratur, & horrendum ſacrificium, & ineffabilia Sacramenta*: ex quibus verbis colligi nequit idem eſſe apud Chryſoſtomum, hoc ſacrificium pro Martyribus offerri, & Martyres ipſos in eo inuocari, quin potius diuerſa, ſicut indicat aduerbium, *Quod*, repetitum, vbi etiam aduerbium, *Et*, coniunctionis intelligitur: ſenſus enim eſt, quid tibi videtur, quod hoc ſacrificium pro Martyribus offertur, & quod ipſi etiam in eo inuocantur? Illud autem: *Licet Martyres ſint*, non debet coniungi cum eo: *Quod inuocantur in illa hora*: ineptus enim eſſet ſenſus, ſiquidem inepte diceretur, quamuis Martyres ſint, inuocantur, quaſi aliquid obeſſe videatur, quominus inuocentur, quod Martyres ſint; cum potius, quia Martyres ſunt, dignum ſit eos inuocare; coniungitur ergo cum ſubſequentibus, vt ſenſus ſit, quamuis Martyres ſint, neque vllo iuuamine noſtro indigeant, nihilominus hoc ſacrificium, quod pro alijs defunctis ad eos iuuandos offerri diximus (de oblatione enim illius pro alijs defunctis, ſupra tractauerat) pro ipſis etiam, qui nullo indigent iuuamine offertur: quo circa non conſtat, in quem ſenſum Chryſoſtomus dicat, hoc ſacrificium pro martyribus offerri. Poſſet tamen in aliquem ex prædictis explicari.

39

Ab Autore eius verba explicā tur.

Poſtremo denique Epiphan. hæreſ. 75. nō lō ge à fine explicans, cur in Miſſæ officio, & pro iuſtis, & peccatoribus memoriam faciamus, inquit: *Pro peccatoribus quidē miſericordiā Dei implorantes, pro iuſtis vero, & Patribus, & Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Euangeliſtis, Martyribus, ac Confeſſoribus, Epiſcopiſq; & Anachoretis, & pro vniuerſo ordine, vt Dominum Ieſum Chriſtum ab hominum ordine ſeparemus per honorem, quem ipſi exhibemus, & vt adorationem ipſi præſtemus, illud mente volun-*

Epiphanius

40

voluentes, quod Dominus non eſt alicui homini adæquatus, etiamſi millies; & vltrà, iniuſtitiam degat vnuſquiſque homo. Vbi non loquitur Epiphanius de oblatione huius ſacrificij, quæ pro ſanctis fieri dicatur, ſed de commemoratione eorum in ipſo tẽpore ſacrificij; de qua etiam ſolum loquitur Cyrillus Hieroſolymitanus loco ſuperius allegato, quamuis diuerſa ratione dicat fieri; ille enim aſſerit ideo Sanctos in tempore ſacrificij commemorari, vt propter eorum orationes noſtras etiam deprecationes exaudiat Deus. Epiphanius autem ideo, inquit, Sanctorum commemorationem fieri, vt oſtendamus, eos omnes eſſe ſolum Dei ſeruos, & famulos, Deum autem, cui latriam exhibemus, ſupra eos omnes eſſe: quouis autem modo oblationem huius ſacrificij pro martyribus, & beatis fieri interpretemur, nullo modo dici poteſt pro illis ita offerri, vt aliquod iuuamen inde ipſi habeant, velut citius gloriam conſequantur, vel vt aliquid beatitudinis apud Deum illis accreſcat, cum totam eam ab initio integre habuerint, quamuis gloria eorũ in hominum æſtimatione augeatur, & in hoc ſenſu in noſtra Lyturgia poſt offertorium dicimus: *Suſcipe Sancta Trinitas hanc immaculatam hoſtiam, &c. quam tibi offerimus in honorem Beatæ Mariæ, &c.* Et infra, *Vt illis* (nempe Sanctis commemoratis) *proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutem*, neque enim hoc ſacrificium offertur Sanctis, aut ipſi eo proxime coluntur, cum ſit cultus latriæ Deo ſoli debitus, vt definitur in Concilio Tridentino, ſeſſione 22. cap. 3. ſed in illorum honorem, & memoriam offerri dicitur, quatenus & in hoc ſacrificio commemorantur, & pro eorum victorijs Deo offertur, ſicut in eodem loco Concilij dicitur, ſic enim & eorum patrocinia imploramus, vt in illa oratione teſtamur, cum dicimus: *Vt ipſi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam agimus in terris*, & Concilium loco citato notauit: ſicut autem ſacrificium ipſis Sanctis non offertur, ſed ſoli Deo, ſic etiam, neque templa ipſis eriguntur, aut altaria, vt ibi ei, ſed Deo ſacrificetur, & hoc ſenſu dixit Auguſtinus lib. 8. de Ciuitate Dei cap. 27. nos Martyribus, nec templa, nec ſacerdotia, nec ſacra, nec ſacrificia conſtituere, cuius contrarium inique putauit Kemnitius hoc noſtro tempore ab Eccleſia fieri, nam vt probaret, quod dixerat Auguſtinus, ſubiunxit, *Quis audiuit aliquando fidelium ſtantem ſacerdotem ad altare dicere in precibus: offero tibi ſacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane, cum apud memorias eorum Deo oſferatur?* Idem dicit ipſe Auguſtinus, libro 20. contra Fauſtum cap. 21. hoc autem eodem modo explicuit Concilium Tridentinum ſeſſione illa 22. capit. 3. cum oſtendit, ſacrificium ſoli Deo, non autem Sanctis offerri: porrò templa conſtitui Martyribus, & Sanctis in eorum honorem, & vt in ſacrificio eorum fiat commemoratio, docet idem Auguſtinus, libro primo de Ciuitate Dei capite primo, vbi meminit Baſilicæ Apoſtolorum Petri, & Pauli, & aliorum locorum, quæ Sanctis erant dicata; & libro de cura pro mortuis agẽda, eodem modo. Quo circa ſacrificium Miſſæ, vt nobis falſo imponit Kemnitius, non ad honorem Sanctorum, tamquam ad finem primarium, & præcipuum, ſed ad honorem Dei per ſe inſtitutum eſt, vt ex ipſis etiam orationibus Lyturgiarum manifeſte colligi poteſt; ob id tamen nihil obeſt, quominus eorum commemoratio in ſacrificio ipſo fieri, & ipſi inuocari poſſint, vt ex Patribus, & vſu Eccleſiæ ſupra probatum eſt. Argumenta verò Kemnitij contra catholicam doctrinam friuola ſunt, eaque optime diluit noſter Cardinalis Bellarminus tomo ſecundo, libro ſecundo de Miſſa, cap. 8. ideoque hoc loco ea prætermitto.

Templa in honorem ſanctorum eriguntur non vt in ſacrificium illis offerãtur.

Sacrificiũ pro martiribus in quorũ memoriã, & gratiarũ actionem offerre dicitur.

41

42

43

Tertio loco dicendum eſt de oblatione huius ſacrificij pro defunctis exiſtentibus in Purgatorio, pro quibus ita offerri poſſe, vt illis ad pœnæ remiſsionem propitiatorium ſit, ac proinde, vt citius beatitudinem conſequantur, illis prodeſſe poſſe, certa fide credendum eſt, ita enim definitur in Concilio Tridentino ſeſſione 22. cap. 2. & Canone tertio. Porro omiſsis teſtimonijs Patrum, qui de ſuffragijs in vniuerſum pro defunctis loquuntur, de oblatione huius ſacrificij pro illis ſunt aperta teſtimonia apud Cyprianum libro primo Epiſtolarum, Epiſtola nona, quæ nunc eſt in ordine 66. apud Euſebium libro quarto de vita Conſtanti. capit. 71. apud Cyrillum, catecheſi quinta myſtagogica, & alios, idque conſtanti traditione ſemper obſeruatum in Eccleſia fuit.

Fide conſtat ſacrificium offerri poſſe pro anima in purgatorio exiſtente.

Bellarm. Trident.

Cypriane

Cyrillus

Auguſt.

De effectibus huius ſacrificij. Diſputatio 228.

De remiſsione culpæ, & donatione gratiæ virtute huius ſacrificij, varia Scholaſticorum ſententiæ. Cap. 1.

Hoc ſacrificium non habere vim remittendi mortalia inſtar Sacramenti, prior pars veræ ſententiæ. Cap. 2.

Hoc ſacrificium non habere vim inſtar Sacramenti remittendi venialia, vel augendi iuſtificationem, ſed vim impetrandi auxilium Dei, poſterior pars veræ ſententiæ. Cap. 3.

Oblatione huius ſacrificij proximè, & ſemper remitti pœnam temporalem, tam mortuorum, quam viuentium: non tamen ſemper alia bona temporalia conferri, probabilior ſententia eſt. Cap. 4.

De remiſſione culpæ, & donatione gratiæ virtute huius ſacrificij, varia Scholaſticorum ſententiæ.

CAPVT I.

DVPLICEM Eſſe effectũ huius ſacrificij, ſicut etiam Sacramentorum, ex opere operato, alterum, qui ſemper hoc aut illo modo diſpoſitis confertur, alterum, qui non ſemper communicatur, ex his, quæ in hac diſputatione, & ſequentibus dicemus, manifeſtum erit: quo circa neceſſe non fuit peculiarem de hac re diſputationem inſtituere. Certum quoque eſſe debet apud catholicos, virtute huius ſacrificij peccata etiam mortalia nobis remitti, vt inferius ex Concilio Tridentino videbimus: tametſi de modo, quo illa remittantur, inter Theologos aliqua hoc tempore controuerſia ſuborta fuerit. In qua Recentiores nonnulli aperte docuerunt, per Sacramentum Euchariſtiæ quatenus eſt ſacrificium Patri oblatum, nõ ſolum veniale, ſed etiam mortale peccatum eorum, pro quibus offertur, iuxta ipſorum diſpoſitionem ex opere operato, ſicut per Sacramẽtum pœnitentiæ, deleri, nempe ita vt ad hũc effectũ in eo, pro quo offertur, ſola attritio ſufficiat, & virtute ſacrificij, ſicut Sacramenti, abſque alio affectu voluntatis gratia remiſſionis peccatorum ſemper proxime conferatur. Pro hac ſententia ex Scholaſticis referunt Sanctum Thomam in 4. diſtinct. 12. quæſt. 2. articul. 2. quæſt. 2. ad quartum, vbi inquit in hæc verba. *Ad quartum dicendum, quod Euchariſtia non ſolum eſt Sacramentum, ſed etiam eſt ſacrificium, in quantum autem eſt Sacramentum, habet effectum in omni viuente, in quo requirit vitam præexiſtere, ſed in quantum eſt ſacrificium, habet effectum etiam in alijs, pro quibus offertur, in quibus non præexigit vitam ſpiritualem in actu, ſed in potentia tantum, & ideo ſi eos diſpoſitos inueniat, eis gratiam obtinet virtute illius veri ſacrificij, à quo omnis gratia in nos influxit, & per conſequens peccata mortalia in eis delet.* Referunt etiam Gabrielem in Canonem Miſſæ lect. 85. litera L. Albertum Pighium, controuerſia 5. §. *Sed hoc dicimus.* Franciſcum noſtrum Turrianum lib. 1. pro canonibus Apoſtolorũ cap. 24. in medio, vbi illud ad Hebræos 10. *Voluntarie peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, non relinquitur pro peccatis hoſtia.* Canibum in catechiſmo, quæſt. 7. de Euchariſtia, & Gaſparum Caſſalium lib. 2. de ſacrificio Miſſę, qui hanc opinionem, & oppoſitam probabilem cenſet.

Aliquorũ placitum de proxima culpæ remiſſione.

Gabriel.

Turrian.

Caniſius.

Confirmant autem primum hanc ſententiam teſtimonijs Patrum, deinde ratione. Primum teſtimonium, illudque ipſis celebratiſſimum eſt Concilij Tridentini, ſeſſione 22. cap. 2. vbi ſic dicitur. *Et quoniam in Diuino hoc ſacrificio, quod in Miſſa peragitur, idem ille Chriſtus continetur, & incruente immolatur, qui in ara crucis ſemel ſe ipſum cruente obtulit, docet Sancta Synodus, ſacrificium iſtud vere propitiatorium eſſe, per ipſumque fieri, vt ſi cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia contriti, ac pœnitentes ad Deum accedamus, miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno.* Reddit vero ſtatim rationẽ: *Quia nimirum huius oblatione placatus Dominus ingentia quoque peccata, & crimina remittit.* Quo fit, vt cum Patres Concilij fructum huius ſacrificij, quod attinet ad remiſſionem peccatorum, & criminũ, contritis, ac vere pœnitentibus concedunt, per contritos, & pœnitentes intelligant nõ eos, qui contritione charitate perfecta pœnitentes, ſed eos, qui ſaltem attriti ſunt, nam & attritionem, quæ nondum formata eſt per charitatem, idem Concilium ſeſſione 14. cap. 4. contritionem appellat alioqui dicere non poſſent prædicti Patres, hoc ſacrificio placatum Deum ingentia peccata dimittere: cum iam antea per contritionem perfectam charitate dimiſſa eſſent. Addit præterea in eodem capite Concilium, fructus vberrimos paſſionis Chriſti per hoc ſacrificium incruẽtum nobis communicari.

Secundum teſtimonium eſt Martialis in epiſtola ad Burdegalenſes cap. 3. poſt mediũ, vbi ſic loquitur: *Quod autem Iudæi per inuidiam*

1

Prænotandum.

S. Thom.

2

Probatur primo. Ex Trid.

3

diam immolauerunt putantes ſe nomẽ eius à terra aholere, nos cauſa ſalutis noſtræ in ara ſanctifica tapræponimus, ſcientes, hoc ſolo remedio vitam nobis præſtandam, & mortem effugandam: hoc enim ipſe Dominus noſter iußit nos agere in ſui commemorationem.

Tertium teſtimonium eſt Alexandri Primi Epiſtola 1. decretali cap.4. vbi, poſtquã adduxit pro forma cõſecrationis calicis verba illa: *Hic eſt calix ſanguinis mei, quod pro vobis fundetur in remißionem peccatorum*, ſubiungit cauſam his verbis: *Crimina enim, atque peccata oblatis his Domino ſacrificijs delẽtur.* Ex quibus verbis colligi videtur, non ſolũ id, quod prædicti Doctores contendunt, nempe, peccata mortalia virtute huius ſacrificij ex opere operato remitti, verumetiam hoc ipſum verbis illis formæ: *Effundetur in remißionem peccatorum*, plane denotari, ac proinde nõ de effuſione facta in cruce, ſed de ipſa incruenta immolatione intelligenda eſſe, ſicut nonnulli contendunt, quod ſupra memorauimus diſput. 199. cap.2. Et paulo poſt idem Alexãder ſubiũgit hæc verba: *Talibus hoſtijs delectabitur, & placabitur Dominus & peccata dimittet ingentia*: quę verba deſumpſit Cõcilium Tridentinum loco citato.

Tertium ex Alexãdro primo

4

Trident.

Quartum teſtimonium eſt Ambroſij lib. 1. officiorum cap.48. in fine vbi inquit: *Nũc Chriſtus offertur, ſed offertur quaſi homo, quaſi recipiens paßionem, & offert ſe ipſe quaſi ſacerdos, vt peccata noſtra dimittat.*

Quartum ex Ambroſio.

Quintũ ex Hieron.

Quartum eſt Hieronymi Epiſt. 146. quę eſt de filio Prodigo ad Damaſum num.16. cuius verba ſunt: *Vitulus ſignatus, qui ad pœnitentis immolatur ſalutem, ipſe ſaluator eſt, cuius quotidie carne paſcimur: cruore potamur*: vbi ipſum loqui de quotidiano ſacrificio Miſſæ, manifeſtum eſt; alioquin non diceret: *Cuius quotidie carne* (nẽpe immolata) *paſcimur.*

Sextum teſtimonium eſt Cyrilli Hieroſolymitani catecheſi 5. Myſtalogica §. *Deinde vero*, in finem, vbi ſic inquit: *Ad eundẽ modum, & nos pro defunctis precationes adhibentes, quamuis ſint peccatores, non quidem coronam plectimus, ſed Chriſtum pro noſtris peccatis mactatũ offerimus, vt & nobis, & illis* (nẽpe defunctis) *eum, qui eſt benignißimus propitium reddamus.*

Sextũ ex Cyrillo.

Vltimũ ex Iulio.

5

Mitto alia multa teſtimonia Patrum, & Liturgiarum, in quibus dicitur hoc ſacrificium offerri pro peccatis, ſicut in nõnullis ex præcedentibus. Sufficiat igitur nobis in poſtremo loco teſtimonium Iulij Papæ, in Epiſtola ad Epiſcopos per AEgyptum, quæ refertur in canone: *Cum omne crimẽ*: Decõſecratione, diſtinct.2. vbi dicitur: *Cum omne crimen, atque peccatum, oblatis Deo ſacrificijs deleatur, quid de cætero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipſa ſacrificij oblatione erratur?* Eadem verba tranſcripſit Concilium Bracharenſe.

Præterea prædictam ſententiam rationibus probant; primum quidem hoc modo: ſacrificium, quod nunc in Miſſa offerunt ſacerdotes, idem eſt cum eo, quod Chriſtus in cœna obtulit, eo quod eadem eſt res oblata, & ſacerdotes nunc non ſolùm, vt miniſtri Chriſti, ſed in eius perſona illud offerant: atqui illud ſacrificium, quod Chriſtus in cœna obtulit, vim habuit remittẽdi peccata mortalia, eo quod eſſet infiniti valoris, ergo ſacrificium Miſſæ eamdem virtutem habebit. Deinde vero hac ratione, in Euchariſtia potior eſt ratio ſacrificij, quam Sacramenti: quia ratio ſacrificij in oblatione poſita eſt, ratio autem Sacramenti ad vſum refertur, cũ igitur quatenus eſt Sacramentum, ſemper faciat ex attrito contritum, quando quis illud recipiens putat ſe eſſe vere contritum, & remittat illi peccata mortalia ex opere operato, & primam iuſtificationem cõferat, conficitur idem etiam operari in eo, pro quo offertur, quatenus eſt ſacrificium: præſertim cum manifeſtum ſit, Euchariſtiam, quatenus eſt ſacrificium, fuiſſe inſtitutam ad remittenda mortalia, quatenus autem eſt Sacramẽtum, non item. Neque obſtat (inquit) quod modus operandi Sacramentorum ſit per modum efficientis, modus autem operandi ſacrificij per modum impetrationis, quominus dicamus, effectum remiſſionis peccatorum mortalium hoc ſacrificio ſemper obtineri: nã impetratio etiam poteſt eſſe certa, qualis fuit impetratio orationis Chriſti, vt nimirũ ſemper id, pro quo offertur hoc ſacrificium, concedatur. Et ſane ſi quo nobilius eſt ſacrificium, eo certius operatur, & conſequitur illud, pro quo offertur, id, quod infinitæ dignitatis, & valoris eſt, quale eſt ſacrificiũ Miſſę, certiſſime id, pro quo offertur, impetrabit. Poſtremo eadem opinio confirmatur in hunc modum, id circo omnibus Sacramentis conuenit ex attrito facere contritum, hoc eſt, remittere mortalia peccata, & primam iuſtificationem ijs conferre, qui putant, ſe eſſe vere contritos, cum tamen ſolum attriti ſint, quia vim habent, vt ex opere operato gratiã ſemper conferant; atqui ſacrificium Miſſę eãdem vim habet conferendi gratiam illis, pro quibus offertur, vt docent Dominicus Sotus in 4. diſtinct. 13. quæſt. 2. artic. 1. & Petrus de Soto lib. de inſtitutione ſacerdotum lectione 4. de Euchariſtia, ergo ſaltem hac ra-

Ratio prior eiuſdẽ ſententiæ

Obiectioni occurritur.

Ratio poſterior.

6

Sotus & Petrus Sotus

tione concedendum eſt Euchariſtiam, quatenus ſacrificium, vim habere remittendi mortalia per accidens.

7 Canus vero lib. 12. de locis c. 12. §. *Ex quo Ambroſij*, refert Ambroſium Catherinum ſenſiſſe, per ſacrificiũ crucis peccata ante Baptiſmum, per ſacrificiũ vero Miſſę peccata poſt Baptiſmum commiſſa remitti, vtrum autem id ſemper fieri ſenſerit ex opere operato, ſicut per Sacramentum, cũ ſola attritione, an alio modo, vno, aut alio ſacrificio remittantur, non refert Canus, ipſe vero ſuperius §. *Harum trium ſententiarum*, & paulo inferius in eod ẽcap. §. *Qui vero ſolã vim*, & §. *Errant deinde*, exiſtimat, primum quidẽ peccata mortalia eius, pro quo offertur, non deleri virtute huius ſacrificij ex opere operato, ſicut per Sacramentum non ſola attritione ipſius, ſed ſolum per modum impetrationis, quatenus impetrare, & obtinere ſolet ſacerdos virtute tanti ſacrificij ſpiritum veræ, & perfectę cõtritionis, quo mortalia eius, pro quo offertur, deleantur. Deinde vero docet peccata venialia eius, pro quo offertur hoc ſacrificiũ, eo ipſo, quod pro eo offertur, ex opere operato, abſque alia impetratione auxilij gratiæ deleri, ſicut exiſtimat etiam deleri per Sacramentalia, vt infra in tractatu de pœnitentia videbimus. Mitto fundamẽta prioris partis, in qua cum ipſo conuenio, ea enim inferius afferam. Poſteriorem autem partem confirmat ratione ex verbis ipſis formæ conſecrationis deducta in. §. *Sed ſanguis Chriſti*: nam verba illa: *Effundetur in remiſſionem peccatorum*; quæ ſunt in forma illius, intelligit ipſe de effuſione myſtica, ſeu libatione, quæ dicitur fieri in ipſa conſecratione, ſicut nõnulli exiſtimãt, quos ſupra cõmemorauimus diſput. 199. cap. 1. iã vero ex hoc colligitur id, quod contendit, quia cum hoc ſacrificium ſub ſpeciebus panis, & vini, ac proinde inſtar conuiuij cuiuſdam ſiat, inſtitutio ipſa, & natura eius poſtulat, vt effectus ipſius illis proſit, qui eius participes eſſe poſſunt, ac proinde eorum peccata ex opere operato remittat: hi autem ſunt iuſti, qui tantum habẽt venialia peccata, ergo virtute huius ſacrificij eo ipſo, quod pro aliquo offertur, venialia ipſius peccata auferuntur. Cęterum cum ait, virtute huius ſacrificij nunquã remitti mortalia peccata etiam per accidens, intelligit ratione ſolius oblationis pro aliquo, quæ in cõſecratione poſita eſt; at vero ſi cõſumatur hoc ſacrificiũ, concedit, interdum per accidẽs remitti, ipſa autem ſumptione putat ſacrificium conſummari, ita explicat ipſe ſuam ſententiã de remiſſione peccatorũ mortaliũ in eo. §. *Sed ſanguis Chriſti*, in fine illius, ac proinde ſenſit ipſa Euchariſtia non tantum vt Sacramento, ſed etiã vt ſacrificio conſummato eo modo mortalia dimitti.

Sententia Canibimẽbris.

Prior pars Autori placet.

Alterius partis confirmatio.

8

Denique Dominicus Sotus in 4. diſtinct. 13. quæſt 2. artic. 1, §. *Quo circa ſi poſt*, verſicu lo: *Offerentes autem*, aſſerit, offerentes ſi ſint in gratia, per hoc ſacrificium mereri argumẽtum gratiæ, & iuſtificationis, non modo ratione deuotionis, & orationum, quas ibi fundunt, dum hoc ſacrificium offertur, ſed etiam virtute operis, nempe ratione hoſtię, quam offerunt, ita vt partim conſequatur illud augmentum ex opere (vt aiunt) operantis, & merito actionis propriæ, partim vero ex opere operato, hoc eſt, hoſtiæ, quæ offertur, hæc enim duo ibi miſceri plane affirmat. Neque huic doctrinę obſtat id, quod docuerat idẽ Sotus in eodem 4. diſtinct. 11. quæſt. 2. artic. 5. §. *Hic diſcrimen*, nempe, hoc Sacramentum, quatenus ſacrificium gratiam non conferre, ac proinde, nullam operari culparum remiſſionem, niſi per modum meriti, ſi offerens ſit in gratia, ſubdit enim ſtatim: *Vt d. 13. q. 2. art. 1. explicabimus, quia offert hoſtiã ſanctam*, quibus verbis non negat id, quod poſtea in prædicto articulo docuit, imo doctrinam illius articuli 5. explicandam illuc vſque reſeruat; & nõ concedit Sotus huic Sacramẽto, quatenus ſacrificium eſt, hanc virtutem circa eos, pro quibus offertur, ſed circa illos tantum, qui illud offerunt, non ſolum proxime, ſicut ſacerdotes, ſed quacumque alia ratione, prout explicauimus ſupra diſput. 226. cap. 2. ſicut etiam offerunt miniſtrantes, imo & aſſiſtantes ipſi ſacrificio, ſicuti ipſe in eodem artcul. 1. dixerat.

Sententia Soti.

9

Conſentit præterea huic opinioni Petrus de Soto lib. de inſtitutione ſacerdotum lectione 7. de Euchariſtia, quæ eſt de ſacrificio Miſſę §. *Primum non eſt*, vbi cõcedit huic ſacrificio virtutem, & valorem ex opere operato ad ſatisfaciendũ pro peccatis, & conſequendam gratiam, & eam conſeruandam nulla habita ratione deuotionis ſacerdotis. Quo circa id, quod diximus, videtur cõcedere hic Autor ſacrificio Miſſæ pro his, pro quibus offertur, & non ſolum pro ipſis offerẽtibus, quamuis hoc nõ explicet, ſiquidem aſſerit, ad hunc effectum rationem habendam non eſſe deuotionis ſacerdotis, qui offert. Hanc ſententiam nullo alio modo probat, niſi quia quamuis mali ſacerdotes offerant, nihil eorũ malitia oblationi detrahit, id quod verũ (inquit) non eſſet, ſi Miſſa ex offerentis tantum deuotione, & non ex opere operato virtutẽ haberet, verum hanc virtutem ex opere operato

Petrus Soto eiuſdẽ eſt placiti.

rato conuenire huic sacrificio non solum ad remissionem pœnæ, sed etiam ad impetrandam gratiam ipsi offerenti, vel alteri, nulla ratione probat.

Hoc sacrificium non habere vim remittendi mortalia in ſtar Sacramenti, prior pars veræ ſententiæ eſt.

CAPVT II.

VERA tamen, communis, & probabilior ſententia eſt, primũ quidem hoc ſacrificium non habere vim remittendi peccatum mortale inſtar ſacramenti, ita vt in eo, qui ſola attritione diſpoſitus eſt, mortale peccatum deleat, ſicut Sacramentum Pœnitentiæ: deinde neque vim habere hoc modo remittendi venialia, aut conferendi gratiæ, & iuſtificationis augmentum, ſed tantum impetrandi auxilium gratiæ, quo & iuſtificari à peccatis mortalibus, & venialibus, & in iuſtificatione ſua homo creſcere poſsit. Prior pars in hoc capite, poſterior autem in ſequente nobis cõfirmanda eſt.

Sententia Autoris bi membris.

Prior igitur pars in hoc capite comprobãda, intelligitur tã de eo, pro quo offertur, quã de eo, qui offert ſiue proximè, tanquã ſacerdos, ſiue remote, ſicut alij, de quibus diſput. 226. cap. 2. dictum eſt, nempe vt in neutro remittat mortale peccatum inſtar Sacramenti cum ſola attritione, nam quod attinet ad impetrandum ſpiritum pœnitentiæ, quo remittantur mortalia, non eſt eadem ratio offerẽtis, & eius, pro quo offertur, vt inferius explicabitur. Hanc partẽ ſequitur Canus lib. 12. de locis cap. illo 13. §. *Harum trium ſententiarum*. Martinus de Ayala lib. de traditionibus 3. p. conſideratione 5. cap. *De eo, an neceſſaria ſit ad ſtantibus communio, cum Euchariſtia conſecratur*, § *Iam accedat alius teſtis*. Ruardus Tap per articul. 16. §. *Manifeſta eſt ex ſupertus*, Lindanus lib. 4. Panopliæ Euangelicæ cap. 51. §. *Proinde quod* & cap. 55. à principio Tiletanus in Apologia catholicæ confutationis contra cauillationes Illirici cap. 15. quod eſt de Miſſa. §. *Reſpondeo de valore*, fol. 13. §. *Reſpondeo loca ab Illirico*, folio 314. & ſequentibus. Antonius de Corduba lib. 1. quæſt. 3. in dubio ante præcipuam controuerſiam in 4. opinione, quam ipſe communem, & veram exiſtimat. Gabriel lectione 85. in canonem

Altera pars propriæ ſententiæ.

Canus.

Ayala.

Ruardus.

Lindanus. Tiletanus.

Corduba.

Gabriel.

litera L. imo & S. Thomas in 4. diſtinct. 12. quæſt. 2. artic. 2. ad quartum, quos duos immerito Recentiores primo capite memorati pro ſua ſententia allegarunt. Quibus adde Durandum in 4. diſtinct. 12. quæſt. 4. num. 5. hi ergo omnes hanc priorem partem huius ſententiæ aperte ſequuntur, quatenus aſſerunt, hoc ſacrificium non remittere mortale peccatũ inſtar Sacramenti cum ſola attritione, quinimo eatenus ſolum vim habere remittendi mortale peccatũ in eo, pro quo offertur, quatenus virtute eius impetrat ſacerdos ei, pro quo offertur, ſpiritũ pœnitẽtiç, & perfectæ contritionis, per quam iuſtificetur, id quod omnes citati Doctores notarunt, excepto Martino Ayala, qui ſolũ negat huic Sacramento virtutem remittendi mortale priori modo, de impetratione autem pœnitentiæ ad remiſsionem mortalis poſteriori modo, nihil omnino dicit, quinimo teſtimonia Patrum, qui videtur aſſerere hoc ſacrificium ad remiſsionem peccatorum valere, ita interpretatur, vt per peccata non culpas ipſas, ſeu maculas peccatorum, ſed reliquias, hoc eſt, pœnas intelligat, ex quo negare videtur huic ſacrificio vim remittendi mortale peccatum vtrouis illo modo. Ruardus autẽ nonnihil de poſteriori illo modo remittendi mortalia dixiſſe videtur: ait enim, probabile eſſe, hoc ſacrificium non ſolum Euchariſticum, hoc eſt, in gratiarum actionem eſſe, ſed vere propritiatorium ſuper remiſsionem culpæ mortalis, & reatus æternę pœnæ, ſubdit autem hæc verba: *Non tamen deſinire auderem, quod quaſi ex opere operato ex Dei ordinatione ſemper peccata remittantur ei, pro quo ſacra Euchariſtia offertur, etiamſi diſpoſitus ſit, ſicut per Sacramentum Baptiſmi, & Pœnitentiæ remittuntur*: quibus verbis ſolum admittere videtur poſteriorem illum modum remittendi mortales culpas, nempe impetrando ſpiritum veræ, & perfectæ contritionis, quo iuſtificetur is, pro quo offertur; & ita dicta Patrum, qui dicunt, hoc Sacramento expiari peccata, interpretetur ſine figura de culpis ipſis peccatorum mortalium, non tantũ de reatu pœnæ temporalis. Porro S. Thomam, & Gabrielem perperam pro illa prima ſententia allegari, manifeſtum eſt, nam S. Doctor poſt verba illa, quæ in 1. cap. ex ipſo recitauimus: *Et per conſequens peccata mortalia in eis delet*, proxime ſubiungit, & explicat modũ remittendi his verbis, *Non ſicut cauſa proxima, ſed in quantũ gratiam contritionis eis impetrat*. Quod ait *Non ſicut cauſa proxima*: perinde eſt, ac ſi diceret, non conferendo gratiã habitualem, per quam inſtar Sacramenti in attrito

S. Thomas.

Durandus.

Explicatur verba D. Thom. iuxta veram ſententiã.

13

trito remittat culpam, ſed impetrando aliũ meliorem motum gratiæ, nempe, contritionem perfectam, per quam homo iuſtificatur ex opere operantis. Demum antequam hanc noſtram ſententiam confirmemus, notare oportet, primam illam præcedente capite moratam nullum ex Doctoribus ibi citatis præter Albertum Pighium docuiſſe, excipio etiam Caſſalium, quem ego non legi, nam cæteri ſolum dicunt, hoc ſacrificium ad remiſſionem peccatorum valere, vtro autem modo non explicant.

Probatur ex Tridẽ.

Iam vero hæc prior pars noſtræ ſententiæ teſtimonio præclaro Concilij Tridentini, in quo perſpicue definita eſt, confirmatur, nã ſeſſione 22. cap. 2. ſic dicitur: *Huius quippè oblatione placatus Dominus gratiam, & donum*

14 *pœnitentiæ concedens crimina, & peccata etiam ingentia dimittit.* Quibus verbis non ſolum definit Concilium, oblatione huius ſacrificij deleri culpas, ſed modum etiam explicat, quo remittuntur, nempe, dum eius oblatione placatus Deus concedit ſpiritum veræ cõtritionis, per quam reconciliamur cum Deo, ſicut idem Concilium ſeſſione 14. cap. 4. definit; per gratiam autem, & donum pœnitentiæ non intelligit duo diuerſa, nempe gratiam habitualem, & donum contritionis, ſed idem omnino, nempe veram ipſam contritionem, quæ eſt gratia, & donum Dei, quorſum enim gratiæ habitualis, & contritionis ſimul meminiſſet? Quod vero verbis proxime præcedentibus de hoc ſacrificio loquens dixerat in hunc modum: *Per ipſumque*, (nempe ſacrificium) *fieri, vt ſi cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia contriti, ac pœnitẽtes ad Deum accedamus, miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno*, nonnulli ita intelligunt, vt ſi quis per cõtritionem perfectam ad Deum accedat, virtute huius Sacramenti conſequatur auxilium gratiæ ad bene operandum, & merendum, & in iuſtificatione perſeuerandum. Quorum interpretatio mihi non probatur: quoniam inepte poſtea ſubiungeret cauſam illis verbis ſuperius citatis: *Huius quippe oblatione*

15 *placatus Deus, &c.* quod enim ingentia peccata oblatione huius ſacrificij remittat Deus eo modo, quo diximus, non eſt cauſa, ob quã cõcedat etiam verè contritis, & pœnitentibus auxilium gratiæ ad bene operandum, & perſeuerandum in gratia: per contritos igitur, & pœnitentes intelligit Concilium eos, qui contritione imperfecta, quæ ſæpe numero dicitur contritio, diſpoſiti ad Deum accedunt, ſic enim diſpoſitis oblatione huius ſacrificij placatus Deus concedere ſolet ſpiritum perfectæ contritionis, quo ingentia etiam peccata illis remittantur.

Porro ex oppoſita ſententia non pauca abſurda manifeſte ſequuntur, primum eſt, ſacerdotem exiſtentem in peccato mortali, ſi verè attritus conſecret, ipſa conſecratione, veluti Sacramento Pœnitentiæ iuſtificari, neque peccare etiamſi ſciens ſe ſolùm eſſe attritum ad conſecrandum accedat, nam ſi hoc Sacramentum eam vim habet, vt iuſtificet à mortali, nulla prorſus ei iniuria fit, ſi quis cũ attritione ad conſecrandum, & pro ſe offerẽdum accedat; porro autem fore, vt nihil noceret, ſi quis ſciret, ſe eſſe ſolum attritum, quominus recte ad conſecrandum accedere poſſet, ac proinde ad celebrandum, patet, quia ſi huic ſacrificio conueniret hic effectus perſe, vt Doctores prioris ſententiæ affirmare videntur, nulla fieret ei iniuria, ſi cũ ſola attritione ad conſecrandum quis accederet, ac proinde non opus eſſet confeſsionem præmittere, quod eſt hæreticum. Quo autem pacto ſequeretur, confeſsionem neceſſariam non fore, inferius etiam oſtendemus.

Primum incommodum ex ſententia oppoſita

Secundum abſurdum eſt, eum, qui multa committit peccata ex eo ſolum, quod dolorem imperfectę contritionis, ſeu attritionis eorum habeat, etiam ſi nihil amplius de illis cogitet, ſi alius pro eo offerat ſacrificium, à peccatis omnino emundari, id quod eodem modo verum eſſet, ſiue ſacerdos pro eo peculiari, ſiue generali intentione offerret ſacrificium, aut ipſe illud offerret pro ſe, quia veladitaret ſacrificio, vel in eo miniſtraret.

Secundum

16 Tertium denique abſurdum eſt, Sacramẽtum Pœnitentiæ neceſſarium non eſſe pro remiſsione mortalium, nam ſi hoc ſacrificium hanc vim habet, vt præmiſſa ſolum attritione ingentia peccata remittat, videtur neceſſarium non eſſe iudicium confeſsionis, & Sacramentum: hoc abſurdum infert Canus contra prædictam ſententiam in lib. 12. de locis cap. illo 13. §. *Harum trium ſententiarum*, & merito quidem, etenim vbi ſacerdos ſacrificio ſuo culpas expiaſſet, pro earum remiſsione alio remedio opus non eſſet, nã licet poſt contritionem perfectam, per quam vere iuſtificatur homo à mortalibus neceſſarium ſit eadem peccata ſacerdoti confiteri, hoc ideo eſt, quia contritio ſuapte natura, abſq; vlla lege Dei eſt remedium ad iuſtificationẽ, huic autem addere aliud remediũ legis poſitiuæ, nempe Sacramenti confeſsionis à Chriſto inſtituti rationi conſentaneum fuit; at vero duo remedia ad eundem effectum, nempe ad primam iuſtificationem, aut ad aliquid aliud lege poſitiua inſtituere, ſuperuacaneũ videtur;

Tertium.

Canus.

videtur, ac proinde si hoc sacrificio peccata mortalia cum sola attritione delentur, Sacramentum Pœnitentiæ frustra institutum esset.

Hoc sacrificium non habere vim instar Sacramenti remittendi venialia, vel augendi iustificationem, sed vim impetrandi auxilium Dei, posterior pars veræ sententiæ est.

CAPVT III.

17 *Altera veræ sententiæ pars.*

POSTERIOR Pars veræ sententiæ est in hoc capite confirmanda, hoc sacrificium non habere vim instar Sacramenti remittendi venialia, vel conferendi gratiæ, vel iustificationis augmentum, sed tantum impetrandi gratiæ auxilium, quo & à mortalibus, & venialibus iustificari, & in iustificatione sua homo crescere possit. Hæc pars, quod attinet ad remissionem venialium instar Sacramenti, est contra Canum, & quamuis nullus ex Doctoribus pro priori sententia citatis, præter Cordubam, aliquid de remissione venialium dicat, tamen cum asserant, huic sacrificio non conuenire vim remittendi mortalia ex opere operato instar Sacramenti, & solam impetrationem auxilij gratiæ ad eam huic sacrificio concedant, idem de remissione venialium, atque mortalium eos credidisse censendum est. Corduba autem loco citato §. *Certe quamuis Gabriel*, non audet hunc fructum concedere non sacrificanti, sicut etiam non audet illum denegare sacrificanti, non solum prout sacrificans est, sed quatenus percipit sacrificium per modum Sacramenti. Eadem verò ratione, qua inferius probabimus, per Sacramentalia ex opere operato venialia peccatum non remitti, probabitur etiã neque per hoc sacrificium deleri, nimirum, quia per Sacramentalia non confertur iustificationis augmentum ex opere operato, sola autem deuotio recipiendi Sacramentalia sufficiens non est, vt is, qui habet peccatum veniale, condigne mutetur, & per condignam mutationem iustificetur à veniali: nam per solam Dei voluntatem condonantis peccatum, adhibitis Sacramentalibus, remitti venialia non posse, eo quod nullum genus peccati sola Dei voluntate condonantis deleri queat, satis superque à nobis ostensum est 1. 2. disput. 202. cap. 2. & sequent. & quãuis id fieri possit à Deo potentia sua absoluta, nequaquam dicendum esset, ita fieri, sed omnẽ iustificationem à peccatis etiam venialibus fieri per interiorem sanctitatis renouationem, cum id magis ex aduerso cum haereticorum huius temporis errore pugnet, & naturæ iustificationis magis consentaneum sit. Cum igitur per hoc sacrificium non cõferatur augmentũ gratiæ habitualis, & iustificationis, vt inferius dicemus, & sola oblatio pro aliquo non sit ex se sufficiens, & condigna mutatio eius, pro quo offertur, conficitur per hoc sacrificium non remitti proximè venialia ex opere operato, sicut per Sacramẽtũ. Atque multo minus dici potest, per oblationem huius sacrificij instar Sacramenti remitti veniale eius, pro quo offertur, quam per susceptionem aquæ benedictæ, & per alia Sacramentalia, nam cetera Sacramentalia recipiuntur ab homine aliquo affectu deuotionis, qui ad remissionem venialis aliquid saltem conducere videri posset, at sacrificium hoc offerri sanè potest pro eo, qui dormit, & nullo affectu deuotionis oblationem illius pro se factã amplectitur, quod multo magis distat à remissione alicuius peccati, cum is, cui remitti deberet, nihil prorsus operetur.

probatur assimili.

Quod verò attinet ad augmentum iustificationis, hæc pars posita est contra Dominicum, & Petrum de Soto, quorum sententiam in primo capite memorauimus, & quamuis nullus ex allegatis pro priori parte nostræ opinionis expresse neget, virtute huius sacrificij instar Sacramenti ex opere operato conferri augmentum iustificationis ei, pro quo offertur, tamen cum solam ei tribuant impetrationem auxilij gratiæ, augmentum iustificationis ex opere operato instar Sacramenti plane denegabunt. Ratio verò est manifesta, quia nullum habemus fundamentum, vt hunc peculiarem effectum augmenti iustificationis huic sacrificio adscribamus, cum nobis diuina institutione, ex qua solum ei cõueniret, minimè cõstet, & sanè mirabile esset, in eo, qui dormit, eo ipso quod pro eo hoc sacrificium offeratur, augeri iustitiã, & ipsum dignum maiori præmio beatitudinis reddi; nam quod per Sacramenta iustificatio augeatur, quid mirum, cum de eorum institutione ad conferendã gratiam nobis constet? Et sanè, vt rectè obseruauit Antonius de Corduba loco citato §. *Item suppositis*, si semel concedat quis cum Soto, virtute huius sacrificij ex opere operato conferri augmentum gratiæ, concedere etiam deberet, aliquando etiam

18 *Peccatum veniale mutatione interna auferendũ*

19 *Augmẽtũ gratiæ proxime non confertur, hoc sacrificio.*

Eius ratio.

etiam primam iuſtificationem à mortali cõferri, nempe attrito, qui putat ſe eſſe contritum, ſi idem de hoc ſacrificio quatenus Sacramentum eſt, & de alijs exiſtimet, quod ſane videtur abſurdum.

Auxilium gratiæ hoc ſacrificio impetrari certũ eſſe.

Verumtamen, quod ſpectat ad impetrationem auxilij gratiæ Dei virtute huius Sacramenti, Doctores omnes à nobis allegati capite præcedẽte pro priori parte huius ſententiæ aperte ita aſſerunt, quibus hac in parte conſentit Petrus de Soto, libro de inſtitutione ſacerdotum lectione 7. de Euchariſtia. §. *Secundum*, neque de hac re dubitare vllo modo licet, cum ex verbis Concilij Tridentini manifeſte colligatur, quod enim ait ſeſſione 22. cap. 2. per hoc ſacrificium, ſi contriti ac pœnitentes ad Deum accedamus, conſequi à Deo miſericordiam, & gratiam in auxilio opportuno, & huius ſacrificij oblatione placatum Deum, gratiã, & donum pœnitentiæ cõcedere quo peccata etiam ingentia remittat ſicut præcedenti capite recitauimus, quid aliud obſecro eſt, niſi quod virtute huius ſacrificij ita Deus placatur, vt ab eo auxilium gratiæ obtineamus? Quod ſi Concilium concedit hoc auxilium ad remiſsionẽ ingentium etiam peccatorum à Deo donari, eadem, & multo maiori ratione concedet, ad remiſsionem etiam venalium, ac proinde ad augmentum iuſtificationis per bona opera ab eo obtineri.

20 Petrus Sot. Trident.

Verumenimuero vtrum hoc genus impetrationis certum, & (vt aiunt) infallibile ſit, an non, fere nullus ex Doctoribus allegatis diſputat. Nonnulli ex Recentioribus conſent, hunc effectum virtute huius ſacrificij ſemper conferri, & nunquam negari, ac proinde certiſsimum eſſe, dummodo ex parte eius, pro quo offertur, non deſit diſpoſitio: facile enim ſibi perſuadent, Deum huiuſmodi effectum non minus huic ſacrificio, quam alijs Sacramentis peculiares ipſorum effectus promiſiſſe. Ego tamen exiſtimo cum Corduba quæſt. illa, & dubio citato §. *Tertio dicit*, hũc effectum non ſemper certa lege conferri, id quod vnico verbo denotauit Durandus in 4. d. 12. q. 4. num. illo 5. in fine, cum loquens de hac impetratione addidit aduerbium: *Quandoque*, ne exiſtimaremus talem effectum ſemper concedi, & nunquam denegari. Ratio vero eſt, quia cum non conſtet nobis de aliqua lege, & promiſsione Dei, qua talem effectum cuilibet diſpoſito ſemper promiſerit, ſine fundamento diceremus, illum ſemper conferri, & nunquam denegari. Adde quod cum huic Sacramento concedamus virtutẽ impetrandi auxilium ad perſeuerandũ ſumẽtibus illud, nihilominus non aſſerimus, hunc effectum certa lege ſemper conferri, cui gitur ſimilem impetrationem eidem Euchariſtiæ tamquam ſacrificio pro his, pro quibus offertur, certa lege promiſſam, tribuemus? Illud tamen obſeruandum eſt, cum dicimus, virtute huius ſacrificij ſacerdotem impetrare aliquãdo his, pro quibus offert, auxilium, quo iuſtificentur à peccatis, per auxilium non intelligere ſolum ſufficiens, quo quis poteſt iuſtificari, ſed efficax, cumquo iuſtificetur, quod plane indicauit Concilium cum dixit, Deum placatum hoc ſacrificio, gratiã, & donum pœnitentiæ concedendo, peccata ingẽtia remittere, hoc enim de auxilio, quod re vera effectum habet, intelligi debet.

Auxilium ad remiſſionem culpæ, & augmentũ gratiæ nõ ſemper cõfertur.

21 Durandus.

Probatur.

Ex dictis non ſolum noſtra ſententia ſufficienter confirmata, verumetiam omnes aliæ, quas cap. 1. memorauimus, confutatæ manent; ex quibus fundamenta ſolum primæ paucis conuellere operoſum non erit. Ad teſtimonia omnia Patrum, qui dicunt, hoc ſacrificio peccata deleri, reſpondemus, eodem modo intelligenda eſſe, quo explicuit Concilium Tridentinum, non quia ex opere operato ea remittantur, ſed quia hoc ſacrificio placatus Deus donum perfectæ contritionis tribuat ei, pro quo offertur, & ita peccata, & maculas eius eluat, & emundet, atque hoc ſatis ſit, vt per peccata non ſolũ pœnas ex peccatis relictas, & per peccatorũ remiſsionẽ indulgentiam, & relaxationem pœnarum, ſicut contendit Canus cap. illo 13. §. *At vero ridiculum*, ſed ipſas culpas peccatorum, & iuſtificationem, atque emundationem ab illis intelligamus; quo circa ſatius fuiſſet Cano, & Martino Ayalæ his Patrum teſtimonijs concedere, per hoc ſacrificium culpas, & maculas peccatorum deleri, eo modo, quo diximus, & ita verba illorum in propriam ſignificationem interpretari, quam improprie illa vſurpans, per peccata, pœnas peccatorum, & per remiſsionem peccatorum, pœnarum indulgentiam, & relaxationem intelligere. Cæterum circa teſtimonium Ambroſij obſeruãdum eſt, ipſum fortaſſe loqui de ſacrificio cruento Chriſti, non autem de ſacrificio altaris, opponens ſacrificium illi ſacrificio agni Paſchalis, ſicut etiam notaui ſupra diſputat. 224. cap. 3. Præterea circa teſtimonium Alexandri, primum obſerua, illa verba: *Crimina enim, atque peccata oblatis his domino ſacrificijs delentur*, quibus cauſam reddit eius, quod præceſſerat, non eſſe referenda ad illa ſolum, *Qui pro vobis fundetur in remiſsionem peccatorũ*, hic enim, vt in 1. cap. notauimus illud: *Fundetur*, denotare videretur fuſionem myſti-

21 Patres de remiſſione medio auxilio ſunt intelligendi.

Canus. Ayala.

Ambroſ. de ſacrificio cruento loquitur.

23

cim, & Sacramentalem factam in hoc sacrificio ad dimittenda peccata, cum tamen potius denotet fusionem sanguinis factam in cruce, vt disput. 199. cap. 2. probauimus, sed referri debere ad id, quod paulo ante dixerat his verbis: *Ipsa vero veritas nos instruit calicem, & panem in Sacramento offerre,* (nempe in sacrificium) *quando ait, Accepit Iesus panem, & benedixit dicens, Accipite, & manducate, hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter postquam cœnauit, accepit calicem, dixitque discipulis suis dicens. Accipite, & bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum: crimina enim, atque peccata ablatis his Domino sacrificijs delentur,* ac si diceret: ideo docuit nos eodem modo corpus, & sanguinem ipsius Sacramento absconditum in sacrificio offerre, sicut ipse obtulit, quia his sacrificijs nempe corporis, & sanguinis Domino oblatis ingentia peccata delentur; non autem dixit, ideo his sacrificijs deleri peccata, quia sanguis effunditur mystice in hoc Sacramento, & corpus similiter sub Sacramento traditur, cum re vera verba illa traditionem in mortem, & effusionem in cruce significent, vt loco citato monstrauimus.

Explicatur verba Alexandri.

21

25

Ad vltimam vero rationem oppositę sententiæ cap. vltimo allatam respondeo, sacrificiũ, quod offerimus in Missa esse idem cum sacrificio, quod Christus obtulit in cœna eo modo, quo disput. 224. cap. 1. explicatum est. Verum illud habuisse vim remittendi mortalia per modum vniuersalis meriti nostræ redemptionis, quia per illud, sicut per alia opera meruit Christus redemptionem nostram, non autem habuisse vim remittendi mortalia, aut venialia instar Sacramenti, & per modũ causæ particularis applicantis fructũ vniuersalis redemptionis, ac proinde ex eo nõ licet inferre, sacrificium Missę habere vim instar Sacramenti remittendi peccata; quomodo autem non habeat virtutem per modum meriti Christi diximus supra disput. 225. cap. 3. Ad secundam rationem dico, siue sit nobilior ratio sacrificij, quam Sacramenti, siue è cõtrario, non licere argumentari à ratione Sacramenti ad rationẽ sacrificij, quia vt dicamus vim habere remittendi aliqua peccata, nimirũ venialia, quatenus est Sacramẽtum, optimũ fundamentũ habemus, sicut pro reliquis Sacramentis: vt autẽ id asseramus de eo, quatenus est sacrificium, nullum prorsus habemus. Ad tertiam rationem pronuncio, neque omnibus Sacramentis conuenire, vt ex attrito faciant contritum, & primam iustificationem operentur etiam per accidens in ijs, qui putant bona fide se esse contritos, neque fore, vt etiam sacrificio id cõcedere deberemus, si Sacramentis conueniret, quoniã cum Sacramenta ex se, & ex opere operato proxime conferant gratiæ habitualis, & iustificationis augmentum, maius fundamentum haberemus vt eum effectum per accidens ipsi tribueremus, quã sacrificio, cum nullum habeamus ad asserendum, sacrificiũ ex opere operato augmentum gratiæ habitualis, & iustificationis in nobis proximè operari.

De Catherini opinione, quam ex Can. 1. cap. retulimus, nihil hactenus diximus, eo quod de remissione peccatorum, vel ante, vel post baptismũ, ex opere operato virtute huius sacrificij nihil dicat, sed solum contendat, pro peccato originali, & alijs, quæ cum eo manent oblatum fuisse sacrificium cruentum per modum vniuersalis meriti, & causæ redemptionis; pro his vero, quæ commissa fuerũt post Baptismum, sacrificium incruentum Missæ quotidie offerri; quod quidem à præsenti controuersia valde alienum est, omnino autẽ absurdum, vt fusius ostendimus supra disput. 221. cap. vltimo. Supererat hoc loco examinare, vtrum hic effectus impetrandi auxilium gratiæ ad remissionẽ culpæ mortalis, qui tribuitur huic Sacramẽto, dicendus sit ex opere operato, an ex opere operantis, de hoc tamen disputatione sequente dicemus.

Oblatione huius sacrificij proxime, & semper remitti pœnam temporalem tam mortuorum, quam viuentium, non tamen semper alia bona temporalia conferri, probabilior sententia est.

CAPVT IIII.

VIRTVTE huius sacrificij alia duo genera bonorum nobis cõferri, citra controuersiam apud Scholasticos, & Catholicos omnes constitutum est. Huiusmodi sunt remissio pœnæ temporalis debitæ peccatis, & bona alia temporalia, qualis est salus, & alia id genus, de quibus figillatim differemus. In hoc igitur capite prius ostendamus, pœnam

25

quòd in Latina in ſecreta illa oratione: *Memento &c.* dicitur: *Pro noſtra, & totius mundi ſalute*, plures etiam inſtituũtur orationes ad poſtulanda bona temporalia, vt ad petendã pluuiam, ſerenitatem, ad depellendam famẽ, & peſtem, & alia huiuſmodi: ſignum igitur eſt, ipſum ſacrificium, quod in Miſſa immolatur pro eis etiam rebus à ſacerdote offerri poſſe: id enim, quod orationibus ab Eccleſia inſtitutis à Deo poſtulamus, medio etiam hoc ſacrificio petere poſſumus. Ex Liturgijs vero Græcis refert Cyrillus Hieroſolymitanus in 5. catecheſi myſtagogica. §. *Deinde vero*, poſtquam confectum eſt illud ſpirituale ſacrificium, & ille cultus incruentus ſuper ipſa propitiationis hoſtia, 33 ſacerdotes orare Deum pro communi Eccleſiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, pro militibus, pro ſocijs, pro ęgrotis, & afflictis, & in ſũma pro his omnibus, qui egent auxilio. Id etiam videre licet in Miſſa Chryſoſtomi, tam poſt conſecrationem, quã ante illam, quæ eſt in 5. tomo operum ipſius, & in Miſſa Iacobi, quæ eſt in 4. ſeu 6. tomo Bibliothecæ factæ, & in Anaphora Baſilij poſt conſecrationem, quæ eſt in eodem tomo. Dixi, hęc omnia temporalia, quatenus conducunt ad ſpiritualia, intuitu huius ſacrificij interdum nobis donari, quia ſicut per Chriſtum non licet hæc temporalia poſtulare, niſi quatenus ad ſpiritualia conſequenda conducere poſſunt, eo quòd Chriſtus pro rebus omnino temporalibus ſine reſpectu ad ſpiritualia mortuus non eſt, vt prima ſecundę, diſput. 186. cap. 17. notauimus, eodem modo nõ licet hoc ſacrificium, quod in memoriam Chriſti immolatur pro his rebus obtinendis offerre, niſi quatenus ad ſpiritualia referuntur, vti diximus. Denique hæc omnia non ſemper certa lege, ſed aliquãdo virtute huius ſacrificij obtineri, ſicut etiam auxilium gratię, ad iuſtificationem experimento compertum eſt.

Cyrillus Hieroſolymitanus. Miſſa Chryſoſtomi. Non conferuntur temporalia niſi vt ſpiritualibus vtilia iudicãtur.

Vtrum omnes effectus huius ſacrificij ſuperius ememorati, dicendi ſint ex opere operato, an non? Diſput. 229.

Varia Theologorum opiniones. Cap. I.
Vera ſententia. Cap. 2.

Varia Theologorum opiniones.

CAPVT I.

TAMETSI Scholaſtici omnes, quod attinet ad rem ipſam, in difficultate propoſita eodem modo ſentiant, tamen quia diuerſo modo loquũtur, oportet explicemus, vtrum effectus ſacrificij ſuperius memorati, dicendi ſint ex opere operato (vt dici ſolet), an alio modo?

1 Cõtroueꝛſia circa modũ loquendi.

Nonnulli Recentiores Theologi, cum Dominico Soto lib. 9. de iuſtitia, quæſt. 2. articul. 2. §. *Sed hoc eſt*, & cum Petro de Soto lib. de inſtitutione ſacerdotum, lectione ſeptima de Euchariſt. §. *De fructu igitur*, putant, ſententiam fuiſſe Scoti quodlibeto 20. & Caietani ſecundo tomo opuſculorum, titulo tertio, quæſtione ſecunda, quæ eſt de valore Miſſę, nullum effectum virtute ſacrificij ex opere operato, hoc eſt, virtute ſolum rei oblatæ, nulla habita ratione deuotionis ſacerdotis alicui concedi, ſed omnem effectum eſſe ex opere operantis propter meritum deuotionis ipſius ſacerdotis: vt ita defendant, valorem huius ſacrificij, ſicut etiam meriti ſacerdotis offerentis, finitum eſſe. Verum licet Scotus totum valorem Miſſæ putet eſſe per modum meriti, vt patet ex. §. *De primo eſt*, tamen hunc valorem dupliciter ipſe conſiderat; primum quidem quatenus eſt meritum ſacerdotis offerentis; deinde quatenus eſt meritum Eccleſiæ, cuius nomine hoc ſacrificium offertur, vt ipſe notat in §. *De ſecundo articulo*, verſiculo: *Ad primum dico*: vim autem impetrandi tribuit huic ſacrificio, quatenus eſt meritum Eccleſiæ non autem quatenus eſt meritum ipſius ſacerdotis; non quod neget, vim etiam aliquam habere impetrandi, prout eſt meritum ſacerdotis, ſed quod præcipuam vim illi tribuat, prout eſt meritum Eccleſiæ, nempe quod non poſsit impedire, etiam ſi ſacerdos in peccato mortali offerat, eo quod ideo Deo ſit acceptabile, quia offertur ab eo, qui in Eccleſia talem ordinem habet, vt ſit miniſter, & diſpenſator illius, non autem inſtrumentum. Neque enim putat Scotus, ſacerdotem ita offerre nomine Eccleſiæ, vt cæteri de Eccleſia, tamquam per inſtrumentum

Aliqui mẽtem Scoti nõ ſunt aſſecuti.

Quid ſentiendum ſit explicatur.

2

offer-

offerant, sicut Christus; sed ita vt ipse in Ecclesia dignitatis ordinem destinatum ad offerendum sacrificium habeat, ac proinde non ipsi secundum se, sed toti Ecclesiæ impetratio sacrificij respondeat, distinguit enim in eo loco hæc duo, nempe esse organum, seu instrumentum ad offerendum, & esse ministrum, & dispensatorem in Ecclesia, nempe in dignitatis ordine, & gradu constitutum: ex quibus non videtur colligi, Scotum negasse huic sacrificio valorem, & virtutem ex opere operato; quinimo oppositum sequi, cum enim dicat, impetrationem conuenire huic sacrificio, quatenus est meritum Ecclesiæ, non autem ipsius sacerdotis, vim ipsam ex opere operato ei tribuere videtur, quæ solum distinguitur à merito ipsius sacerdotis; nisi forte vim meritoriam respectu totius Ecclesia, existimet esse vere meritoriam, sicut etiam est sacrificium respectu sacerdotis, sicut Gabriel existimasse videtur, nullamque aliam virtutem ex Christi institutione huic sacrificio tribuat, sicut re vera nullam tribuere videtur.

Gabriel.

3

Caietanus huic sacrificio virtutem tribuit ex opere operato.

Caietanus vero etiam loco citato, vt contra Dominicum Scotum recte notauit Corduba libro primo, quæstione tertia, opinione quinta, quæstionis principalis, conclusione tertia. §. *In quo recte*, non negat absolute effectum huic sacrificio ex opere operato, quinimo. §. *Sacrificium igitur Missæ*, in sacrificio duo distinguit, & opus operantis, nempe actionem offerendi, & opus operatum, nempe rem oblatam: rursus opus operatum in hoc sacrificio inquit dupliciter capi, primum secundum se ipsum absolute, deinde secundum se ipsum applicatum huic, aut alteri; secundum se ipsum absolute ait esse infiniti valoris, ita vt sit infinite impetratorium, meritorium, & satisfactorium, veluti passio ipsa Christi, quia multo magis Deo acceptum est, & placet, quam displiceant peccatores; at vero prout huic, aut alteri per deuotionem applicatum, finitæ virtutis esse, & finitum effectum habere, vt disputatione sequente ex mente eiusdem Caietani explicabitur: solumque eorum sententiam explodit, qui putant, hoc sacrificium ex solo opere operato, nulla habita ratione applicationis, per deuotionem habere quemdam certum effectum, & meritum, seu satisfactionem.

4

Verum Gabriel in canonem lectione 26, litera H. & K. postquam dixit, hoc sacrificium à duobus offerri, ab vno proxime, quem vocat primum offerentem, nempe à sacerdote consecrante; ab altero vero remote, præcipue tamen, nempe à tota Ecclesia, duplicem huic sacrificio valorem, & vim assignat, vtramque vero per modum meriti, ita vt licet sacrificium prout à sacerdote consecrante aliquando non sit meritorium, quia ille, qui offert, in peccato maneat, tamen meritorium est, prout comparatur cum Ecclesia, tamquam cum præcipuo, & remoto offerente: quinimo addit, aliquando hoc sacrificium hac ratione magis, aliquando vero minus meritorium esse, quia quamuis Ecclesia semper sit sancta ratione membrorum, tamen quandoque magis, quandoque vero minus sancta est, cum eius sanctitas non aliunde, quam ex membris ipsius consideretur; quod si fieri posset, vt sancta non esset, conuenienter suis principijs dicere deberet, hoc sacrificium nullius fore virtutis, prout ab Ecclesia offerretur, atque ita ipsum docuisse existimauit Couarruuias in caput. *Alma mater*, parte priori. §. 5. numer. 6. cum tamen id expresse non dixerit; idem docuit lectione 57. litera E. addit tamen eo loco, & lectione 27. litera K. & in supplemento distinctione 45. quæstione 2. articul. 1. notabili 4. tertiam aliam virtutem huic sacrificio præter duas meritorias, quas diximus, nempe ex opere operato, quam dicit integram semper permanere, etiam si sacerdos in peccato mortali consecret, & offerat, eo quòd hæc virtus sit ex Christi institutione, sicut est in Sacramentis, & ita eodem modo de effectu huius sacrificij, & Sacramentorum philosophatur, vt iniquitas ministri nihil illis noceat. Quocirca deceptus fuit Couarruuias loco citato, cum inquit, Gabrielem existimasse virtutem huius sacrificij, prout ab Ecclesia, esse ex opere operato, hanc enim virtutem nunquam hoc modo ille appellauit, sed eam tantum, quam dixit prouenire ex Christi institutione; & ita fortasse Scotus loco allegato nullam vim tribuit huic sacrificio ex opere operato, sed meritoriam tantum, aut respectu sacerdotis, aut totius Ecclesiæ; triplicem autem illam virtutem, quam diximus Gabrielem tribuere huic sacrificio, eodem modo concedit Couarruuias loco citato, & duas priores vocat ex opere oparantis, aut sacerdotis, qui celebrat, aut Ecclesiæ, quæ iussit, aut mandauit ei, vt celebraret, sicut orationes, & eleemosynæ vim habent operis operantis ex parte eius, qui eas fieri iussit, aut mandauit.

Gabriel & Couar. triplicē virtutē huic sacrificio quarū vna solum sit ex opere operato tribuunt.

5

Sotus. Canus.

Sed Dominicus Sotus lib. 9. de iuſtitiâ, & iure quæſt. 2. articul. 2. §. *Sed hoc eſt*, & articul. 6. & quæſt. 2. articul. 1. Canus 12. libro de locis, cap. illo 13. §. *Videtur argumentum*, & §. *Qui vero*, & Antonius de Corduba libro primo, quæſt. tertia, dubio primo. §. *Ideo quarta opinio*, referens, illam quartam opinionem, quam ipſe probat, plane diſtinguit duplicem virtutem in hoc ſacrificio, alteram ex opere operantis, quatenus ſacrificium eſt bonum opus, & meritorium, alteram ex opere operato, quatenus Chriſti ſacrificium eſt, quod ipſe inſtituit, vt offerretur, & in quo ipſe quoque offertur. Verum non diſtinguunt duplicem illam rationem meriti, quæ cõſideratur in opere operantis, & reſpectu Eccleſiæ, & reſpectu ſacerdotis, neque omnes effectus, quos ſupra huic ſacrificio tribuimus, vocant ex opere operato, neque, quot ſint hoc modo vocandi, definiunt.

Corduba.

Vtramque virtutem hic inueniunt.

6

Demum Recentiores non pauci admittunt quidem duo illa genera effectuum, & duplicem illum valorem in hoc ſacrificio, nullo modo diſtinguentes meritum, & opus operantis ipſius ſacerdotis, & Eccleſiæ, ſicut Gabriel diſtinxit, non tamen omnem valorem ſacrificij prouenientem ex ſola Chriſti inſtitutione, nec effectus omnes illius hac ratione inde procedentes, ſed eum ſolum valorem, qui certa lege ſemper habet effectum, eoſque ſolos effectus, qui certa etiam lege virtute huius ſacrificij nobis ſemper conferuntur, vocant ex opere operato; at vero valorem ad alios effectus, qui quandoque tantum conceduntur, quandoque vero negãtur, vocant vim impetrandi, & effectus ipſos obtineri ſolum dicunt per modum impetrationis.

Illi ſolũ effectus qui certa lege conferuntur apud nõnullos dicuntur ex opere operato.

Vera ſententia.

CAPVT II.

Bimembre Autoris placitum.

EGO Vero primum exiſtimõ, in hoc ſacrificio eſſe quidem virtutem per modum meriti reſpectu ſolius ſacerdotis offerentis, tametſi non ſolum hac ratione, ſed etiam ratione Eccleſiæ, cuius miniſter eſt, habeat etiam vim impetrandi diſtinctam ab ea, quam habet ex opere operato, & inſtitutione Chriſti, ſicut inferius explicabitur. Deinde præter hanc virtutem conuenire etiam huic ſacrificio vim quandam ex inſtitutione Chriſti, quam merito vocamus ex opere operato, in omnes effectus, quos ſupra enumerauimus, ſiue certa lege, & ſemper, ſiue non certa lege, ſed tantùm aliquando concedendam. Priorem partem puto eſſe Soti, Cani, & Cordubæ, quod concedant huic ſacrificio virtutem meriti ſolum reſpectu ſacerdotis, nullam autem reſpectu totius Eccleſiæ, tametſi Corduba quæſtione illa tertia. §. *Rurſus dubitatur*, & ſequente, eam virtutem ſacrificij, quæ eſt comparatione cum tota Eccleſia, vocet ex opere operantis, nec velit vocare ex opere operato. Et quidé hanc vim meriti conuenire huic ſacrificio reſpectu ſacerdotis, nullus eſt, qui inficiari poſsit; quis enim neget opus illud poſſe eſſe bonum, ac proinde ſi fiat in gratia, eſſe meritorium vitæ æternæ pro ipſo ſacerdote; tum etiam pro altero gratiæ, donorum, & remiſsionis pœnæ, ſi pro illo offeratur? At hoc opus non eſſe meritorium hoc modo, ſi comparetur cum tota Eccleſia, eo quod ab ea tota offerri dicatur, ſicut Sotus, Gabriel, & Couarruuias exiſtimarunt, patet, quia ſicut omnes iuſti, qui ſunt in Eccleſia per ſacrificium oblatum à quolibet ſacerdote, tamquam miniſtro ipſius Eccleſiæ, non poſſunt mereri ſibi condigne vitam æternam, ita etiam neque per illud mereri poſſunt alteri cõdigne, aut congrue dona gratiæ, remiſsionem pœnæ, aut alia bona, pro quibus impetrandis offertur. Quod ſi per illud alteri hæc aut alia ſiue cõdigne, ſiue congrue mereri poſſent, nihil ſane obſtare poſſet, quo minus ſibi etiam vitam æternam condigne promererentur; cũ igitur hoc nullo modo concedi poſsit, quia alioqui ſequeretur, iuſtum nihil omnino operantem, imo dormientem, eo ipſo quod ſacerdos hoc ſacrificium offerret, mereri ſibi augumentum gratiæ, quod eſt plane abſurdum; conficitur etiam, oblationem factã à ſacerdote non poſſe habere rationem meriti reſpectu totius Eccleſiæ. At dicat quis, oblationem huius ſacrificij non poſſe eſſe meritum ſingulorum, bene tamen Eccleſiæ in vniuerſum, quatenus veluti vna perſona conſideratur; verum hoc genus meriti omnino commentitium eſt, eo quod nullum poteſt eſſe meritum alicuius vniuerſitatis, quæ conſideratur, vt fictã perſona, niſi ſit ſingulorum, aut alicuius ſingularis illius, actiones enim ſunt ſingularium, merita autem ſunt actiones.

Prius mẽbrum qui ſequãtur. Sotus. Canus. Corduba

Ratione firmatur.

Sacrificiũ non eſt meritoriũ cõparatione Eccleſiæ, ſicuti comparatione ſacerdotis

Apoſteriõri probatur.

8

Effugium præcluditur.

Ratio vero à priori huius Doctrinæ eſt, quia licet Eccleſia per ſuum caput, nempe, Pontifi-

Pontificem, aut in Concilio congregatâ iusserit, & mandauerit, hoc sacrificium à suis sacerdotibus offerri, hoc satis non est, vt singulis iustis hoc sacrificiũ ita tribuatur, vt meritum illius esse possit; tum quia, vt singulis iustis ita tribui vllo modo posset, singuli etiam id iuuare, aut mandare deberent, singuli autem id non mandarunt, tum etiam quia vt ostendimus prima secũdæ disput. 70. cap. 4. vt opus aliquod exterius sit meritum alicuius hominis, aut peccatum, manere debet sub libera ipsius potestate, & ideo cum quis iusserit, vt famulus suus eleemosynam daret, tandiu opus exterius famuli est meritum ipsius, quandiu sub eius manet potestate, sicut è contrario si quis iusserit, vt famulus suus occideret aliquem, tamdiu ei imputatur peccatum famuli, vt eo actu dicatur peccare, quandiu manet sub potestate ipsius, quamdiu vero iam non potest ipsum ab incœpto reuocare, iam amplius eiactu non imputatur ad culpam, & iustificari potest perseuerante adhuc in famulo peccato homicidij. Hoc autem modo comparatur Ecclesia cum sacerdote, nam semel iussit, & mandauit, vt offerret, constituẽdo ipsum sacerdotẽ, & ad ordines promouendo, iam vero potestate Diuina, quam Ecclesia reuocare nequit, aut sine iusta causa à sacrificando impedire, quilibet sacerdos hoc sacrificium offert, ergo iam Ecclesia per sacerdotem offerentem amplius non meretur.

A prior e stabilitur, ex publico capite.

Prima.

Secundo.

Verumenimuero quamuis oblatione ipsa huius sacrificij, solus sacerdos sibi, aut alteri mereatur, nihilominus censeo, vim impetrandi, quæ conuenit huic actioni non ex opere operato, sed ex opere operantis, non conuenire illi solum ratione sacerdotis, quatenus singularis persona est, sed etiá quatenus in tali Ecclesiæ dignitate pro tota ipsa Ecclesia est constitutus, quod quidem, sicut in orationibus Missæ licet inueri, eodem modo in ipsa sacrificij oblatione concedendum est. Neque enim Deus solum respicit personam ipsam sacerdotis secundum se, nempe vtrum sit in gratia, an in peccato, vt id, quod postulat, & pro quo sacrificium offert, ei concedat, sed etiam dignitatem, qua in Ecclesia pro tota ipsa tamquam minister Diuino charactere est insignitus: quo fit, vt id, quod ratione peccati, in quo est sacerdos, ei denegatur, concedatur ratione sacerdotalis dignitatis, & hoc fortasis voluerunt asserere Gabriel, Scotus, & Couarruuias distinguentes in eadem oblatione duplicem rationem meriti, id quod multò melius dixissent, si in eodem sacerdote duplicem rationem impetrandi considerarent, neque enim duplex illud meritum esse potest, vt iam probauimus: & hoc est, quod in priori parte nostræ sententiæ diximus, vim impetrandi ex opere operantis distinctam ab ea, quæ est ex opere operato, non solum conuenire huic sacrificio ratione personæ sacerdotis, sed etiam ratione Ecclesiæ, hoc est, ratione dignitatis, quam in Ecclesia sacerdos habet.

[Sacrificiũ habet vim impetrandi ex opere operantis ratione publicæ dignitatis sacerdotalis

10

Vtrum autem quo sanctior est Ecclesia, hoc est, quo plures, & magis sancti in ea sint, eo sit hoc sacrificium magis impetratorium ex opere operantis, sicut existimauit Gabriel, quem sequi videtur Couarruuias loco allegato, definire non audet Sotus in quarto distinct. 13. quæst. 1. articul. 6. sed solum pro vtraque parte rationes affert, neque video facile definiri posse; tametsi probabilius videatur, Missæ sacrificium, & orationes hac ratione, nempe ex opere operantis comparatum cum Ecclesia, à cuius ministro offertur, esse magis impetratorium, quia quo sanctior ille est, qui orat, aut sacrificat, opere suo melius à Deo impetrat, vt expresse definit Alexander Papa in secunda Epistola, & refertur canone, *Ipsi sacerdotes*, prima quæstione prima, his verbis: *Quanto digniores fuerint* (nempe sacerdotes) *tantò facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur*: loquitur autem de sacerdotibus, qui hoc sacrificium offerunt, & id, quod retulimus, intelligit ex opere operantis. Similiter, quo dignior est ille, in cuius personã quis vt minister offert, & deprecatur, multo magis acceptus est minister ipse, vt impetret. Id autem, quod pro contraria parte affert Sotus, nempe hoc sacrificium, & Sacramenta vim non habere ex meritis singularum personarum Ecclesiæ, sed ex passione, & meritis Christi, solum probat de virtute, & valore illius ex opere operato, non autem ex opere operantis, de quo nunc loquimur, neque obstat, quod sacerdos offerre posset, quando alij dormirent, vel ad sacrificium non attenderent, quod etiam adducit Sotus pro contraria parte, quia cum dicimus, hanc virtutem conuenire sacrificio, & orationibus ex opere operantis respectu totius Ecclesiæ, non contendimus, totam Ecclesiam per hoc sacrificium, aut orationes mereri; sed sacerdotem, non solum quatenus priuata persona, & Deo grata est; sed etiam quatenus talem in Ecclesia gradum ex Diuina institutione assignatum habet:

Sotus

Quo sanctior est Ecclesia, cuius minister offert eo magis sacrificio impetratur.

ii

Non merentur omnes fideles in sacerdote; sed ipse quatenus publica persona est.

Sotus. Canus.

Sed Dominicus Sotus lib. 9. de iuſtitiâ, & iure quæſt. 2. articul. 2. §. *Sed hoc eſt*, & articul. 6. & quæſt. 2. articul. 1. Canus 12. libro de locis, cap. illo 13. §. *Videtur argumentum*, & §. *Qui vero*, & Antonius de Corduba libro primo, quæſt. tertia, dubio primo. §. *Ideo quarta opinio*, referens, illam quartam opinionem, quam ipſe probat, plane diſtinguit duplicem virtutem in hoc ſacrificio, alteram ex opere operantis, quatenus ſacrificium eſt bonum opus, & meritorium, alteram ex opere operato, quatenus Chriſti ſacrificium eſt, quod ipſe inſtituit, vt offerretur, & in quo ipſe quoque offertur. Verum non diſtinguunt duplicem illam rationem meriti, quæ cõſideratur in opere operantis, & reſpectu Eccleſiæ, & reſpectu ſacerdotis, neque omnes effectus, quos ſupra huic ſacrificio tribuimus, vocant ex opere operato, neque, quot ſint hoc modo vocandi, definiunt.

Corduba.

Vtramque virtutem hic inueniunt.

6

Demum Recentiores non pauci admittunt quidem duo illa genera effectuum, & duplicem illum valorem in hoc ſacrificio, nullo modo diſtinguentes meritum, & opus operantis ipſius ſacerdotis, & Eccleſiæ, ſicut Gabriel diſtinxit, non tamen omnem valorem ſacrificij prouenientem ex ſola Chriſti inſtitutione, nec effectus omnes illius hac ratione inde procedentes, ſed eum ſolum valorem, qui certa lege ſemper habet effectum, eoſque ſolos effectus, qui certa etiam lege virtute huius ſacrificij nobis ſemper conferuntur, vocant ex opere operato; at vero valorem ad alios effectus, qui quandoque tantum conceduntur, quandoque vero negãtur, vocant vim impetrandi, & effectus ipſos obtineri ſolum dicunt per modum impetrationis.

Illi ſolũ effectus qui certa lege conferuntur apud nõnullos dicuntur ex opere operato.

Vera ſententia.

CAPVT II.

Bimembre Autoris placitum.

EGO Vero primum exiſtimõ, in hoc ſacrificio eſſe quidem virtutem per modum meriti reſpectu ſolius ſacerdotis offerentis, tametſi non ſolum hac ratione, ſed etiam ratione Eccleſiæ, cuius miniſter eſt, habeat etiam vim impetrandi diſtinctam ab ea, quam habet ex opere operato, & inſtitutione Chriſti, ſicut inferius explicabitur. Deinde præter hanc virtutem conuenire etiam huic ſacrificio vim quandam ex inſtitutione Chriſti, quam merito vocamus ex opere operato, in omnes effectus, quos ſupra enumerauimus, ſiue certa lege, & ſemper, ſiue non certa lege, ſed tantum aliquando concedendam. Priorem partem puto eſſe Soti, Cani, & Cordubæ, quod concedant huic ſacrificio virtutem meriti ſolum reſpectu ſacerdotis, nullam autem reſpectu totius Eccleſiæ, tametſi Corduba quæſtione illa tertia. §. *Rurſus dubitatur*, & ſequente, eam virtutem ſacrificij, quæ eſt comparatione cum tota Eccleſia, vocet ex opere operantis, nec velit vocare ex opere operato. Et quidé hanc vim meriti conuenire huic ſacrificio reſpectu ſacerdotis, nullus eſt, qui inficiari poſsit; quis enim neget opus illud poſſe eſſe bonum, ac proinde ſi fiat in gratia, eſſe meritorium vitæ æternæ pro ipſo ſacerdote; tum etiam pro altero gratiæ, donorum, & remiſsionis pœnæ, ſi pro illo offeratur? At hoc opus non eſſe meritorium hoc modo, ſi comparetur cum tota Eccleſia, eo quod ab ea tota offerri dicatur, ſicut Sotus, Gabriel, & Couarruuias exiſtimarunt, patet, quia ſicut omnes iuſti, qui ſunt in Eccleſia per ſacrificium oblatum à quolibet ſacerdote, tamquam miniſtro ipſius Eccleſiæ, non poſſunt mereri ſibi condigne vitam æternam, ita etiam neque per illud mereri poſſunt alteri cõdigne, aut congrue dona gratiæ, remiſsionem pœnæ, aut alia bona, pro quibus impetrandis offertur. Quod ſi per illud alteri hæc aut alia ſiue cõdigne, ſiue congrue mereri poſſent, nihil ſane obſtare poſſet, quo minus ſibi etiam vitam æternam condigne promererentur; cũ igitur hoc nullo modo concedi poſsit, quia alioqui ſequeretur, iuſtum nihil omnino operantem, imo dormientem, eo ipſo quod ſacerdos hoc ſacrificium offerret, mereri ſibi augumentum gratiæ, quod eſt plane abſurdum; conficitur etiam, oblationem factã à ſacerdote non poſſe habere rationem meriti reſpectu totius Eccleſiæ. At dicat quis, oblationem huius ſacrificij non poſſe eſſe meritum ſingulorum, bene tamen Eccleſiæ in vniuerſum, quatenus veluti vna perſona conſideratur; verum hoc genus meriti omnino commentitium eſt, eo quod nullum poteſt eſſe meritum alicuius vniuerſitatis, quæ conſideratur, vt ficta perſona, niſi ſit ſingulorum, aut alicuius ſingularis illius, actiones enim ſunt ſingularium, merita autem ſunt actiones.

Prius membrum qui ſequãtur. Sotus. Canus. Corduba.

Ratione firmatur.

Sacrificiũ non eſt meritoriũ cõparatione Eccleſiæ, ſicuti comparatione ſacerdotis.

Aposteriori probatur.

8

Effugium præcluditur.

7

Ratio vero à priori huius Doctrinæ eſt, quia licet Eccleſia per ſuum caput, nempe, Pontifi-

Pontificem, aut in Concilio congregata iusserit, & mandauerit, hoc sacrificium à suis sacerdotibus offerri, hoc satis non est, vt singulis iustis hoc sacrificiū ita tribuatur, vt meritum illius esse possit; tum quia, vt singulis iustis ita tribui vllo modo posset, singuli etiam id iuuare, aut mandare deberent, singuli autem id non mandarunt, tum etiam quia vt ostendimus prima secūdæ disput. 70. cap. 4. vt opus aliquod exterius sit meritum alicuius hominis, aut peccatum, manere debet sub libera ipsius potestate, & ideo cum quis iusserit, vt famulus suus eleemosynam daret, tandiu opus exterius famuli est meritum ipsius, quandiu sub eius manet potestate, sicut è contrario si quis iusserit, vt famulus suus occideret aliquem, tamdiu ei imputatur peccatum famuli, vt eo actu dicatur peccare, quandiu manet sub potestate ipsius, quamdiu vero iam non potest ipsum ab incœpto reuocare, iam amplius ei actu non imputatur ad culpam, & iustificari potest perseuerante adhuc in famulo peccato homicidij. Hoc autem modo comparatur Ecclesia cum sacerdote, nam semel iussit, & mandauit, vt offerret, constituēdo ipsum sacerdotē, & ad ordines promouendo, iam vero potestate Diuina, quam Ecclesia reuocare nequit, aut sine iusta causa à sacrificando impedire, quilibet sacerdos hoc sacrificium offert, ergo iam Ecclesia per sacerdotem offerentem amplius non mereretur.

A prior e stabilitur, ex publico capite.

Prima.

Secundo.

Verumenimuero quamuis oblatione ipsa huius sacrificij, solus sacerdos sibi, aut alteri mereatur, nihilominus censeo, vim impetrandi, quæ conuenit huic actioni non ex opere operato, sed ex opere operantis, non conuenire illi solum ratione sacerdotis, quatenus singularis persona est, sed etiá quatenus in tali Ecclesiæ dignitate pro tota ipsa Ecclesia est constitutus, quod quidem, sicut in orationibus Missæ licet intueri, eodem modo in ipsa sacrificij oblatione concedendum est. Neque enim Deus solum respicit personam ipsam sacerdotis secundum se, nempe vtrum sit in gratia, an in peccato, vt id, quod postulat, & pro quo sacrificium offert, ei concedat, sed etiam dignitatem, qua in Ecclesia pro tota ipsa tamquam minister Diuino charactere est insignitus: quo fit, vt id, quod ratione peccati, in quo est sacerdos, ei denegatur, concedatur ratione sacerdotalis dignitatis, & hoc fortasis voluerunt asserre Gabriel, Scotus, & Couarruuias distinguentes in eadem oblatione duplicem rationem meriti, id quod multo melius dixissent, si in eodem sacerdote duplicem rationem impetrandi considerarent, neque enim duplex illud meritum esse potest, vt iam probauimus: & hoc est, quod in priori parte nostræ sententiæ diximus, vim impetrandi ex opere operantis distinctam ab ea, quæ est ex opere operato, non solum conuenire huic sacrificio ratione personæ sacerdotis, sed etiam ratione Ecclesiæ, hoc est, ratione dignitatis, quam in Ecclesia sacerdos habet.

[Sacrificiū habet vim impetrandi ex opere operantis ratione publicæ dignitatis sacerdotalis

10

Vtrum autem quo sanctior est Ecclesia, hoc est, quo plures, & magis sancti in ea sint, eo sit hoc sacrificium magis impetratorium ex opere operantis, sicut existimauit Gabriel, quem sequi videtur Couarruuias loco allegato, definire non audet Sotus in quarto distinct. 13. quæst. 1. articul. 6. sed solum pro vtraque parte rationes affert, neque video facile definiri posse; tametsi probabilius videatur, Missæ sacrificium, & orationes hac ratione, nempe ex opere operantis comparatum cum Ecclesia, à cuius ministro offertur, esse magis impetratorium, quia quo sanctior ille est, qui orat, aut sacrificat, opere suo melius à Deo impetrat, vt expresse definit Alexander Papa in secunda Epistola, & refertur canone, *Ipsi sacerdotes*, prima quæstione prima, his verbis: *Quanto digniores fuerint* (nempe sacerdotes) *tantò facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur*: loquitur autem de sacerdotibus, qui hoc sacrificium offerunt, & id, quod retulimus, intelligit ex opere operantis. Similiter, quo dignior est ille, in cuius personā quis vt minister offert, & deprecatur, multo magis acceptus est minister ipse, vt impetret. Id autem, quod pro contraria parte affert Sotus, nempe hoc sacrificium, & Sacramenta vim non habere ex meritis singularum personarum Ecclesiæ, sed ex passione, & meritis Christi, solum probat de virtute, & valore illius ex opere operato, non autem ex opere operantis, de quo nunc loquimur, neque obstat, quod sacerdos offerre posset, quando alij dormirent, vel ad sacrificium non attenderent, quod etiam adducit Sotus pro contraria parte, quia cum dicimus, hanc virtutem conuenire sacrificio, & orationibus ex opere operantis respectu totius Ecclesiæ, non contendimus, totam Ecclesiam per hoc sacrificium, aut orationes mereri; sed sacerdotem, non solum quatenus priuata persona, & Deo grata est; sed etiam quatenus talem in Ecclesia gradum ex Diuina institutione assignatum habet:

Sotus

Quo sanctior est Ecclesia, cuius minister offert eo magis sacrificio impetratur.

ii

Non merentur omnes fideles in sacerdote; sed ipse quatenus publica persona est.

& hactenus de priori parte noſtræ ſententiæ.

Poſterius mẽ rũ ve rę ſententiæ.

Poſteriorem vero partem, nempe huic ſacrificio conuenire vim quandam ex opere operato in omnes effectus, quos ſupra enumerauimus, ſiue certa lege ſemper, ſiue non certa lege, ſed aliquando ſolum concedantur, expreſſe tradit Petrus de Soto lib. 1. de inſtitutione ſacerdotum lectione ſeptima de Euchariſtia. §. *Primum non eſt*, cum concedit huic ſacrificio virtutem, & valorem ex opere operato ſatisfactionis, conſequutionis gratiæ, atque conſeruationis, & §. *Secundum hic*, vbi etiam inter effectus huiuſmodi numerat alia bona ſpiritualia, & temporalia, & ſane ſi recte conſiderẽtur, quæ diximus ſupra quæſt. 62. artic. 4. explicantes, quare dicantur Sacramenta iuſtificare homines ex opere operato, facile quoque intelligemus, huic ſacrificio etiam conuenire virtutem ex opere operato, & ab ea omnes effectus, quos ſupra enumerauimus, prouenire. In eodem igitur opere ſacrificij, ſicut etiã Sacramenti diſtinguere debemus, vt ibidem diximus, rationem meriti, ſeu dignitatis, quã accipit opus ex ipſo operante, eo quod iuſtus ſit, & recte, hoc eſt, ſecundum normam virtutis ab eo fiat, & opus ipſum ſecundum ſe, quatenus ſit ſecundum Diuinam inſtitutionem; & quia hoc modo non accipit dignitatem, & vim ab ipſo operante, ſed ab inſtituente, ideo tantum dicitur opus operatum, & vt operatum tantum virtutem habere. Cum igitur dicimus, hoc ſacrificium operari, quatenus eſt opus operantis, intelligimus operari per modum operis meritorij ipſius offerentis, quia ſcilicet eſt bonum opus ipſius, & hac ratione impetratorium etiam pro alio; cum vero dicimus operari etiam quatenus opus operatum, intelligimus, vim etiam habere operandi, & impetrandi, non quatenus eſt opus meritorium, & bonum ipſius offerentis, ſed quia ita à Chriſto inſtitutum eſt, vt eo exhibito Deus hæc, aut alia dona conferret, non reſpiciens dignitatem ſacerdotis offerentis, ſanctitatem, & bonitatem moralem actionis eius; ſed Chriſti inſtitutionem, quam voluit comitari rem ipſam oblatam, propter eximiam eius excellẽtiam. Hanc vim, quam vocamus ex opere operato, Concilium Tridentinum manifeſte tribuit huic ſacrificio, ſeſſione 22. capite primo cum inquit: *Et hæc quidem illa munda oblatio eſt, quæ nullo indignitate, aut malitia offerentium inquinari poteſt.* nam ſi ſermo ſit de actione ipſa offerendi, negare certe non potuit Concilium, malitiã offerentium inquinari poſſe, ſiquidem poteſt fieri ex praua intentione, ac proinde eſſe peccatũ, ſed ideo dixit, malitia offerentium inquinari non poſſe hoc ſacrificium, quia res ipſa oblata maculari nequit, neque diuinam inſtitutionem amittere, cui promiſſa eſt efficacitas, & virtus ad effectus, quos diximus. Atq; hinc recte colligit Petrus de Soto loco citato vim, quam tribuit huic ſacrificio ex opere operato, cum enim dixiſſet concedendam ei eſſe hanc virtutem ex opere operato, ſubiungit cauſam his verbis: *Hæc probat, quod etiam mali ſacerdotes offerant, & conſenſu omnium Doctorum nihil eorum malitia oblationi detrahitur*, & recte quidem: nam ſi ſolum ex opere operantis hoc ſacrificium operaretur, virtutem haberet ſolum tamquã meritum, quam omnino amitteret eo ipſo, quod ex praua affectu ſacerdotis offerentis inquinaretur. Præterea paulo ſuperius in eodem capite idem Concilium inquit, vt Chriſtus relinqueret Eccleſiæ ſuæ ſacrificium, quo cruentum illud repræſentaretur, & per quod illius virtus, & meritum nobis applicaretur, ſub ſpeciebus panis, & vini ſuum corpus, & ſanguinem obtuliſſe, & diſcipulis vt offerrent præcepiſſe: voluit igitur, vt eſſet veluti inſtrumentum, quo meritum paſſionis ſuæ nobis applicaretur, ac proinde virtutem ex opere operato illi tribuiſſe, dubitari non poteſt.

Porro in omnes effectus enumeratos hoc ſacrificium habere hanc vim, & virtutem ex opere operato, hoc eſt, quatenus eſt opus hoc modo ſecundum Diuinam inſtitutionem exhibitum, nulla habita ratione bonitatis actionis moralis, etiam ſi aliqui eorum non certa lege ſemper nobis concedantur, ex ipſo etiam Concilio colligo. Nã poſtquam in primo capite illius ſeſſionis aperte deſcripſit hanc vim ſacrificij, poſtea capite ſecundo effectus enumerat, inter quos non ſolum conſtituit pœnæ remiſſionem, quæ certa lege ſemper conceditur, ſed etiã donum, & gratiã pœnitentiæ, qua ingentia etiam peccata delentur, & aliarum neceſſitatum remedia, quæ non ſemper, ſed quandoque conceduntur. Ideo autem hi effectus licet non ſemper certa lege concedantur, tribuuntur virtuti huius Sacramenti, quam vocant ex opere operato, quia non ſolum conceduntur intuitu deuotionis ſacerdotis offerẽtis, quod dicitur ex opere operãtis, neque ratione ſolum dignitatis ſacerdotalis, quod etiam ad opus operantis pertinet, vt ſupra explicauimus, ſed etiam ratione ſolius rei oblatæ, cum qua ſola non ratio meriti, ſeu

12

In opere alia eſt dignitas quæ prouenit ab elicientia alia quæ dimanat ab inſtitutione.

13

Ex Trid. tino probatur vis huius ſacrificij ex opere operato.

14

seu opus operantis, sed Diuina promissio ex Diuina constitutione constat, siquidem Christus voluit, vt in reuerentiam tantæ rei, quæ offerebatur, non obstante malitia offerentis, à qua inquinari noluit, hi effectus concederentur; hoc autem ex illo 2. capite eiusdem Concilij facile colligitur, sic enim incipit: *Et quoniam in Diuino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruente immolatur, qui in ara crucis semel se ipsum cruente obtulit, docet sancta Synodus, sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, &c.* deinde enumerãtur effectus, quos supra diximus. Cũ igitur Concilium eos huic sacrificio tribuat, non ratione deuotionis, nequeratione gradus, & dignatis sacerdotis, qui offert, sed ratione dignitatis rei oblatę, plane indicatur, eos omnes respondere huic sacrificio ex opere operato, & non solum ex opere operantis: neque vero contra naturam effectus, qui dicitur fieri ex opere operato, est quod non semper, & certa lege, sed aliquando fiat, nam & in Sacramentis hoc ipsum cõcedere debemus, siquidem, vt vidimus disput. 169. cap. 3. Sacramento Eucharistiæ vt effectus respondet auxilium gratiæ efficax ad perseuerandum, quod tamen non semper, & certa lege, sed aliquando conceditur. Quamuis igitur sola remissio pœnę temporalis certa lege, & semper virtute huius sacrificij, reliqui vero effectus non semper concedantur, nihilominus omnes illi merito dicuntur respondere virtuti huius Sacramenti ex opere operato.

15 Roboratur amplius ex eodem Concilio.

Lex certa non requiritur ad effectus ex opere operato.

De magnitudine valoris huius sacrificij. Disputatio 230.

Valorem, & virtutem huius sacrificij finitam esse, non pauci Theologi autumant. Cap. 1.
Valorem huius sacrificij infinitum esse ratione dignitatis Christi offerentis, alij Theologi variè opinantur. Cap. 2.
Valorem huius sacrificij esse infinitum non ratione rei oblatæ, neque ratione proximè offerentis, sed ratione suæ institutionis, probabilior opinio fert. Cap. 3.
Dissoluuntur argumenta primæ opinionis. Caput. 4.

Valorem, & virtutem huius sacrificij finitam esse, non pauci Theologi autumant.

CAPVT I.

ANTEQVAM Circa litteram præsentis articuli disputemus, id quod postremo loco restat examinandum, nempe vtrum hoc sacrificiũ oblatum pro pluribus tantundem valeat, quantum pro vno, aut paucioribus oblatum, videre oportet, quantus sit illius valor apud Deum, siue ex opere operantis, siue ex opere operato. Fuerunt autem imprimis non pauci Scholastici, qui existimarunt, hoc sacrificium quacumque ratione consideratum finiti valoris esse, ita docuerunt Durandus in 4. dist. 45. quæst. 3. ad tertiũ. Maior quæst. 2. statim in principio. Scotus in quodlibeto 20. §. *De secundo articulo*, verbcul. *De tertio in isto articulo*. Gabr. lectione 27. in canonem Missæ, litera K. Gerson Alphabeto 25. litera C. Angelus in summa verbo Missa num. 52. ante medium. Dominicus Sotus lib. 9. de iustitia quæst. 2. artic. 2. canon. 2. neque ab hac sententia (vt falso aliqui putant) recessit in quarto dist. 13. quæst. 2. articul. 1. §. *Ad hæc operæpretium*: & dist. 11. quæst. 2. articul. 5. §. *Hic discrimen adnotandum*: ibi enim solum dicit, hoc sacrificium, quod attinet ad rem oblatam, esse infiniti valoris, verum quod spectat ad actionem offerendi, quæ ad rationem eius requiritur, finiti valoris esse: allegatur etiam pro hac opinione Sanctus Thomas in 4. distinct. 45. quæst. 2. articul. 4. quæst. ad vltimum, ibi tamen solum inquit non valere vnum sacrificium ad liberandum quamcumque animam à Purgatorio, etiam si contineat rem infinitam, quia habet effectũ determinatum. Refertur quoque Bonauentura ibidem articul. 2. quæst. 3. ad vltimum, ibi tamen solum asserit, non tantum valere singulis, si pro pluribus offeratur, quantũ si pro vno, aut paucioribus offerretur, quod aliqua ratione defendi posset, etiam si diceret, esse valoris infiniti, citantur denique Ricardus in eadem distinct. articul. 5. quæst. 3. & Couarruuias in capite: *Alma mater*, priori parte num. 5. §. 5. inmerito tamen: nam Ricardus solum disputat de suffragijs in vniuersum, vtrum tantum singulis prosint, si pro pluribus, quantum si pro vno, aut paucioribus

1 Qui asserant valorem huius sacrificij esse finitũ

Durand. Maior. Scotus. Gabr. Gerson. Angelus. Dom. Sot.

2 S. Thom. & Bonau. non multum fauent huic opinioni.

Ricardus & Couarruuias inmerito pro illa allegatur.

offeratur. Couarruuias autem numer. 9. verſiculo: *Nec pro Caietano*, fatetur ingenue, valorem huius ſacrificij eſſe infinitum, tametſi quod attinet ad applicationē, finitus ſit, hoc eſt, finitum ſemper habeat effectum, quod quidem in omnium ſententia concedendum eſt, idemque dixit numero 6. nempe valorē huius ſacrificij, quod attinet ad applicationem, eſſe finitum.

Probatur primo ex finita offerentis dignitate.

Hanc ſententiam probat primo Sotus lib. illo 9. de iuſtitia, loco citato, eo quod quantitas valoris, & dignitatis ſacrificij non ex ſola dignitate rei oblatæ, ſed ex dignitate, & intētione offerentis penſari debet, & hac ratione quantitas valoris ſacrificij cruenti deſumitur, non ex ſola dignitate humanitatis, quæ oblata fuit, ſed ex dignitate ipſius Chriſti, qui ſemetipſum obtulit, ideoque infiniti valoris, & dignitatis eſt, quia Chriſtus, qui obtulit, infinite Deo gratus, & acceptus eſt, vt 1. tom. diſput. 6. cap. 2. notauimus: qua etiam ratione dicebamus, effuſionē lachrymarum in Chriſto infiniti valoris fuiſſe, non quia ipſi vnitæ eſſent, ſed quia à Chriſti humanitate, quæ Deo vnita erat, ac proinde infinite grata, oblatæ ſunt. Cum igitur ſacerdos, qui offert hoc ſacrificium ſit pura creatura, ac proinde nō ſit Deo infinite gratus, ſequitur neque ſacrificium hoc ab eo oblatum infiniti valoris eſſe. Neque obſtat, quod Chriſtus etiam illud offerre dicatur: quia, vt ſupra dixímus, diſput. 225. cap. 3. ille non proxime, & actu offert, ſed remote ſolum ratione inſtitutionis. Quo circa (inquit Sotus) valorem huius ſacrificij incruētię quare valori ſacrificij crucis, verbis Apoſtoli ad Hebræos 10, conſentaneum non eſt: ibi enim inquit Apoſtolus Chriſtum vna oblatione conſummaſſe omnes ſanctificatos, quę ideo amplius repetenda non eſſet, quōd cum fuerit valoris infiniti, ſufficiens etiam fuerit, vt omnium peccata deleret, & eorū ſanctificationem conſummaret, id quod de ſacrificio Miſſæ nunquam Paulus aſſeruiſſet.

3

Ad Hebr. 10.

Secundo idem confirmat Sotus, quia valor ſacrificij cruenti infinitus quidem dicitur, ſolum quod attinet ad ſufficientiam, at vero quod attinet ad efficaciam, ſemper finite operatur per eas cauſas particulares, per quas applicatur, nempe, per Sacramenta, & hoc modo etiam operatur per Euchariſtiam, quatenus Sacramentum eſt, quamuis ea in ſe contineat rem infinitæ dignitatis, videlicet Chriſtum ipſum: ergo cum Euchariſtia, quatenus ſacrificium eſt, ſit etiam cauſa particularis, per quam applicatur meritum paſſionis, vt diſput. 221. cap. 4. diximus, & ita inſtar Sacrāmenti ex opere operato eām applicet, vt diſputatione præcedente cap. 2. monſtrauimus, conſequitur non eſſe infiniti valoris, & virtutis, ſed finiti. Tertio probari poteſt, quia ſi Miſſæ ſacrificium eſſet infiniti valoris oblatum pro pluribus tantū prodeſſet ſingulis, quantum ſi pro vno ſolum offeretur, ac proinde vnus ſacerdos poſſet vna ſola Miſſa pluribus, pro quibus debebat celebrare, ſatisfacere. Poſtremo authoritate S. Thomæ confirmatur, nam ſupra quæſt. 9. articul. 5. inquit hoc ſacrificium habere vim ſatiſfaciendi, in ſatisfactione autem potius attendi affectum offerentis, quam quantitatē rei oblatæ, id quod probat ex illo Lucæ 21. vbi vidua magis laudatur, quam alij, qui temꝑlo obtulerunt, non quod obtulit quid maius, ſed quia maiori deuotione, ex quo colligit in hunc modum: *Quamuis ergo hæc oblatio ex ſui quantitate ſufficiat ad ſatisfaciendum pro omni pœna, tamen ſit ſatisfactoria illis, pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, ſecundū quantitatem ſuæ deuotionis, & non pro tota pœna*, menſuram igitur valoris in hoc ſacrificio ſumit ex actione offerentis, hæc autem finitæ dignitatis, & virtutis eſt, vt conſtat, ergo & hoc ſacrificium. Mitto alia leuiora argumenta, quæ pro hac ſententia adduci ſolent cætera enim omnia eodem modo diluī poſſunt, quo hæc etiam diſſoluentur.

4 Tertio.

Quarto ex S. Thom.

Valorem huius ſacrificij infinitum eſſe ratione dignitatis Chriſti offerentis, alij Theologi varie opinantur.

CAPVT II.

PLVRES Sane, nec minoris authoritatis Scholaſtici, quam præcedentes, aſſerunt valorem huius ſacrificij infinitum eſſe, quod attinet ad ſufficientiam, quamuis quod ſpectat ad efficaciam, finitus ſit, hoc eſt, finitum effectum ſemper operetur, ita ſentiunt Caietanus tomo 2. opuſculorum titulo 3. q. 2. & ſupra in hac 3. p. q. 79. articul. 5. Syluеſter in ſúma, verbo *Miſſa*. q. 9. Canus lib. 21. de locis cap. 13. §. *Decimum vero*. Petrus Sotus lib. de inſtitutione ſacerdotum, lectione 7. de Euchariſtia. §. *Primum non eſt*, &. §. *Tertiū ſit*. Ricardus

Valor huius ſacrificij, quo ad ſufficientiam infinitus, quo ad efficaciam vero finitus eſt.

5 Caietanus Syluеſter Canus. Petr. Sotus

Ricardus art. 16. §. *Certum eſt enim*, non lõge à fine. Viguerius in inſtitutionibus Theologicis, cap. 16. §. 3. verſiculo 15. in principio, & Corduba lib. 1. q. 3. opinione 5. quæſtionis principalis Canone 3. §. *Prima pars probatur*, adde etiam Couarruuiam loco citato, qui pro oppoſita ſententia immerito, vt dixi, allegatur. Quorum opinio fere omnibus recentioribus Theologis placet. Verum qua ratiõne hæc infinitas valoris, & virtutis huic ſacrificio conueniat, non omnes eodem modo explicant. Caietanus, Canus, Viguerius, & Corduba ea ſolum ratione dicunt hoc ſacrificium infiniti valoris eſſe, quia in eo res infinite grata Deo, & digna, nempe Chriſtus offertur, nullo tamen modo probãt, aut oſtendunt, quo pacto ex infinitate rei oblatæ, ipſum quoque ſacrificium infinitæ virtutis, & valoris ad effectus ſuperuis memoratos eſſe debeat. Alij vero Autores allegati ita abſolute pronunciant, hoc ſacrificium infiniti valoris eſſe, vt non explicent, quo pacto, aut vnde hæc infinitas illi proueniat.

Ricard. Viguerius. Couarruu. Corduba.

Alij ex prædictis ex infinitate hoſtiæ probant.

Alij aſſertum abſolute pronunciãt.

Cæterum Recentiores nonnulli infinitatem valoris huius ſacrificij, non tantum ex re oblata, ſed etiam ex dignitate offerentis ſumendam eſſe contendunt, eo quod ad rationem, & eſſentiam ſacrificij non modo res obla ta, ſed actio ipſa offerendi pertineat, vt conſtat ex definitione ſacrificij ſuperius tradita diſput. 220. cap. 3. valor autem actionis offerendi non ex eo ſolum, quod offertur, ſed ex offerente ipſo ſumendus ſit, cumque exiſtiment, Chriſtum proxime cum ſacerdote hoc ſacrificium in Miſſa offerre, ſicut memorauimus ſupra diſput. 225. cap. 2. affirmant quoque, valorem infinitum ei prouenire, non ex ſacerdote, ſed ex Chriſto cum ſacerdote proxime offerente. Verum in explicando modo, quo ex dignitate Chriſti offerentis huic ſacrificio valor infinitus conueniat, variant inter ſe. Quidam cenſent, ex Chriſto proxime offerente valorem meriti infiniti huic ſacrificio prouenire, putant enim Chriſtum adhuc in cœlis exiſtentem apud Patrem bona ſpiritualia nobis promereri, præſertim vero oblatione huius ſacrificij, cuius meritum tale eſſe affirmant, vt niſi aliud opus Chriſtus pro nobis edidiſſet, neque in cruce oblatus pro nobis fuiſſet pro noſtra redemptione, pro ea vtpote infinitum abundanter ſufficeret, neque ex hoc alijs præcedentibus meritis Chriſti, quidquam derogari, ſicut neq; paſsione eius alijs prioribus meritis quidquam derogatum eſt, cum eadem res ſub diuerſa merita cadere poſsit: quod ſi Chriſtus in cœlis meretur adhuc per orationes,

Quidam ex proximè offerẽte infinitatem hanc colligũt.

6

Ex his alij Chriſtum promereri in cœlis aſſerunt.

& hoc ſacrificium ipſe proximè offert cum ſacerdote concurrens, nulla videtur ratio, ob quam negetur, oblationem illius eſſe infiniti valoris in genere meriti, non minus, quã eleemoſyna, quam ipſe Chriſtus per famulũ, aut per miniſtrum alicui pauperi mitteret.

Alij vero, qui eodem modo ſentiunt, Chriſtum proxime cum ſacerdote hoc ſacrificium offerre, negant tamen poſt mortem ſuam aliquid nobis mereri, aſſerunt, valorem huius ſacrificij infinitum eſſe ratione Chriſti offerẽtis, qui infinite dignus eſt, non quidem in genere meriti, ſed virtute impetrandi, quę quidem meritum vere conſtitueret, ſi alia ad rationem illius requiſita non deeſſent: vt vero probent virtutem, & valorem huius ſacrificij eſſe infinitũ, eodem prorſus fundamento nituntur, nempe quod putent, non tantum in eo rẽ infinitam immolari, ſed etiam à Chriſto, qui infinite Sanctus eſt, ſimul cum ſacerdote proxime offerri, id quod non videntur (inquiunt) conſiderâſſe Doctores, qui ideo dixerunt, hoc ſacrificium finiti valoris eſſe, quia licet in eo res infinita immoletur, offertur tamen à ſacerdote, qui finitæ dignitatis eſt, conſiderare enim debuiſſent, ſimul cum eo etiam à Chriſto proxime offerri, ſicut igitur (aiunt) ſacrificium, quod Chriſtus obtulit in cœna infinitæ virtutis, & valoris fuit ad impetrandum, propter dignitatem Chriſti offerentis, eodem modo & hoc, quod in Miſſa offertur, infinite dignum erit ad impetrandum: nam quod in hoc interueniat miniſterium ſacerdotis nihil obſtat, ſiquidem Chriſtus cum eo proxime etiam hoc ſacrificium offert, quinimo cum ſacerdotis verba eiuſdem ſint efficacitatis cũ illis, quæ Chriſtus in cœna protulit, & ipſe ſacerdos myſtice Chriſtus ſit, nihil infinitati dignitatis, & valoris huius ſacrificij derogare poteſt. Addũt tamẽ fore quidẽ, vt hic valor, & dignitas ſacrificij ratione meriti, & ſatisfactionis in eo conſtitueret, ſi cætera requiſita ad eſſent, quæ ſacrificio cœnæ, & crucis non defuerũt, atque adeo vere meritorium fuit; cætera vero requiſita ad meritum ſub vno, nempe ſubſtatu viatoris comprehendunt. Quare cum Chriſtus iam nõ ſit in ſtatu viatoris vllo modo, ſed comprehenſoris, dicunt ſua oblatione impetrare quidem poſſe aliquid, eiq; infinitã virtutẽ ad hunc effectum tribuere, mereri tamen non poſſe: Eodẽ modo aſſerũt, oblationem huius ſacrificij, prout eſt actio ſacerdotis, myſtice Chriſtum repræſentantis, nõ eſſe meritoriam, ſeu ſatisfactoriam, tametſi hac ratione ſit infiniti valoris ad impetrandum, non quidem quia repræſen-

Alij ipſi virtutem impetrandi concedunt.

7

8

tet Chriſtum in ſtatu comprehẽſoris, in quo ipſe Chriſtus mereri non poteſt, quãdoquidem non potius ipſum ſub hoc, quam ſub alio ſtatu repræſentat; ſed quia licet ille modus repræſentationis ad vim impetrandi ſufficiat, tamen ad rationem meriti ſufficiens non eſt, ſicut etiam, quod hoc ſacrificium offerat ſacerdos tamquam Eccleſiæ miniſter nomine ipſius, non ſufficit, vt hæc actio ſit ſatisfactoria, aut meritoria comparata cum Eccleſia.

Valorem huius ſacrificij eſſe infinitum non ratione rei oblatæ, neque ratione proxime offerentis, ſed ratione inſtituentis, & remote offerentis, probabilior opinio fert.

CAPVT III.

EGO Sane Doctoribus in præcedenti cap. commemoratis libenter conſentio in eo, quod aſſerũt, valorem huius ſacrificij eſſe infinitum; verum hanc rationem infinitatis aliũde deſumendam, & alio modo confirmandã exiſtimo. Mea igitur ſententia eſt, primum hoc ſacrificium eſſe virtutis, & valoris infiniti non ex opere operantis, ſed ex opere operato ad omnes effectus, quos præcedente diſputatione illi peculiariter aſsgnauimus: deinde vero hanc infinitatem neque ex dignitate rei, quæ offertur, neque ex proxime offerente, ſed ex Chriſti inſtitutione ſumendam eſſe. Vtramque huius ſententiæ partem ſequutus eſt Antonius Cordubalib. 1. Quæſtionarij. q. 3. opin. 2. §. *Probatur triplicitèr*, poſteriorem vero amplecti debent omnes, qui docẽt Chriſtum in cœlo non orare actu verbis expreſsis, quos retuli 1. tom. in hãc 3. p. diſp. 82. cap. 2. & omnes illi, qui in triduo mortis Chriſti affirmant, eiuſdem valoris fore ſacrificium, ac etiam impetrationis. Fuit etiam in hac noſtra ſententia Gabr. lectione vigeſima ſexta in canonem, & 27. Prior eius pars, quod attinet ad valoris eius infinitatem, duplici ratione inferius probabitur, nunc autem ſolum oſtendam, infinitum valorem non conuenire huic ſacrificio ex opere operantis. quia ſi ei conueniret ex opere operantis, conueniret ratione dignitatis eius, qui proxime offert; ex eo autem nullam infinitatem accipere poteſt, quia, vt ſtatim dicemus, ſolus ſacerdos eſt, qui proxime offert, ex eo autem nullus infinitus valor, vel ad merendũ, vel ad ſatisfaciendum, vel ad impetrandum huic ſacrificio prouenire poteſt, vt patet: ergo ſi quam infinitatem valoris habet, ex opere operato eam habere debet.

9 Bimẽbre placitum

Poſterior vero pars, quod attinet ad ſingula, facile probatur, primum quidem hanc valoris infinitatem ſumendam non eſſe ex infinita dignitate rei, quæ offertur, manifeſtum eſt; quia licet id, quod offertur, in ſe infinitum ſit, ſi tamen offeratur à perſona finita, actio ipſa oblationis finita erit, alioquin hoc ſacrificium, quatenus etiam eſt actio ſacerdotis, eſſet infinitæ dignitatis, & meriti, quod nullus concedet; quo circa, vt 1. tomo in eadem diſput. notauimus, ſacrificiũ Chriſti cruentum ideo fuit infinite ſatisfactorium, & meritorium, non quia in eo res infinita, ſed quia à ſacerdote infinite digno, & ſancto, nempe, ab ipſo Chriſto oblata fuit. Deinde hunc valorem infinitum, neque per modum meriti, neque per modum impetrationis ex proxime offerente poſſe deſumi, ex his quæ diximus diſput. 225. cap. 3. manifeſte conſequitur, ibi enim fuſe monſtrauimus, Chriſtum non actu, & proxime, ſed tãtum remote hoc ſacrificium offerre, ratione nimirum antiquæ inſtitutionis, ac proinde hãc oblationem ei non tribui, veluti actionẽ moralem propriam, per quam ipſe mereatur, nec vnquam mereri poſſet, ſi hoc modo, nempe remote tantum illud offerret: ergo infinitus valor huius ſacrificij, neque per modum impetrationis, neque per modum meriti ex proxime offerente deſumi poteſt, ſiquidem illud Chriſtus proxime non offert. Quomodo autem dicatur nunc offerens miniſterio ſacerdotum à Concilio Triden. ſeſsione 22. cap. 2. diximus diſput. 226. cap. 3. ſcilicet, quia ſua inſtitutione huic ſacrificio virtutem tribuit, vt ratione ſuorum meritorum ex opere operato prodeſſet ijs, pro quibus offerretur, & per modum cauſæ impetratoriæ aliquid pro illis obtineret: ex ſacerdote autẽ, qui proxime offert, infinitus valor ad impetrandum, aut merendum huic ſacrificio prouenire nequit. Quod ſi Chriſtus hoc ſacrificium actu, & proxime offerret, ſicut aliqui cõtendunt, vt diſp. illa 226. c. 2. memorauimus, ego certe non video, qua ratione negari poſſet, ipſum adhuc nobis mereri, cum nec ſtatus comprehenſoris, neque defectus Diuinæ promiſsionis de præmio, neque quid-

Ex infinita dignitate rei, quæ offertur, non eſt ſumenda valoris infinitas.

10

quam

quam aliud merito ipſius obſtare poſſet, vt ibidem oſtendimus: ex quo etiam fit, vt oblatio huius ſacrificij comparari nequeat cũ ipſo Chriſto, tamquam actio ipſius moralis retinens ſolam vim impetrandi infinitam, & non merendi, tum quia non poteſt, vt actio moralis ipſius cum eo comparari, tum etiam quia ſi haberet virtutem impetrandi, haberet quoque virtutem condigne merendi, nam ad id, quod impetraret, dignitatem haberet, ac proinde id, quod impetraret, dãretur intuitu ipſius condigne ex affectu remunerationis, & gratitudinis, in quo conſiſtit ratio præmij, quę ad meritum neceſſario refertur, & cum eo reciprocatur: quaquidem ratione tomo 1. diſput. 82. cap. 3. ſuius probauimus, Chriſtum in cœlis pro nobis nunc non orare, quia ſi oratione ſua aliquid nobis impetraret, aliquid etiam condigne nobis nunc mereretur, fruſtra igitur prædicti Doctores huic ſacrificio, prout offertur à Chriſto, concedunt infinitam virtutem actionis impetratoriæ, & negant eamdem infinitam virtutem actionis meritoriæ, cum hæc duo mutuo cõnexa ſint: præſertim quod vt diſput. 223. cap. 3. monſtrauimus, cum ſtatus cõprehenſoris aduerſariorum ſententia nõ alia ratione obſtet, quominus Chriſtus nobis mereatur, niſi quia illi deſit promiſſio retributionis, & oblationi huius ſacrificij non deſit promiſsio alicuius effectus, vt ibidem diximus, deeſſe illi non poſſet ratio meriti, ſi acto moralis Chriſti impetratoria eſſet, vt prædicti Recentiores cõtendũt. Adde quod valor ſacrificij hoc modo conſiderati non eſſet ex opere operato, ſed ex opere operantis nẽpe, ex dignitate proximè offerentis, vt patet ex his, quæ diximus præcedenti diſputatione, capite ſecundo, nunc autem non diſputamus de valore illius ex opere operantis, ſed ex opere operato: quinimo omnes Doctores etiam Recentiores ſupponunt, valorem ex opere operantis eſſe finitum, etiamſi de infinitate valoris ex opere operato, diuerſa inter ſe opinentur.

Denique virtutem infinitam ad impetrandum huic ſacrificio non conuenire ex ſacerdote proxime offerente, quatenus myſtice Chriſtum repræſentat, & in perſona illius verba conſecrationis profert, ſi inſtitutionẽ eiuſdem Chriſti ſecludamus, ſicut Recentiores illi contendebant, facile quoque probari poteſt. Nam ſi conſideretur oblatio ſacrificij, quatenus actio ipſius eſt, ſicut eſt dignitæ dignitatis ad merendum, quamtumuis in eo Chriſtum myſtice cogitemus, ita etiã ad impetrandum, cum eatenus impetret, qua tenus meritoria eſt, & ita omnes fatentur, virtutem huius ſacrificij ex opere operantis eſſe finitam, id quod plane intelligendũ eſt, quocumque modo perſona ſacerdotis offerentis conſideretur. Quod ſi loquamur de virtute huius ſacrificij ex opere operato, potius ad inſtitutionem Chriſti quam ad repræſentationem myſticam eius reſpicere debemus, vt virtutem huius ſacrificij ad impetrandum metiamur: nam ſi Chriſtus voluiſſet huic ſacrificio finitam virtutem, & valorem ſua inſtitutione aſsignare, potuiſſet quidem, etiam ſi ſacerdos in perſona ipſius illud offerret, & verba conſecrationis pronunciaret. Adde quòd inſtitui potuit hoc ſacrificium cum eadem omnino virtute, & valore ex opere operato, ita vt ſacerdos nõ proferret verba in perſona Chriſti ſignificatiue, ſed recitatiue, vt duci ſolet; ergo ex eo, quod in perſona Chriſti illa proferat, ipſumque repræſentet, hoc ſacrificium infinitum valorem ex opere operato non habet. Reſtat igitur, vt ſi huic ſacrificio virtus, & valor aliquis infinitus cõueniat, ratione ſolum inſtitutionis, virtute meritorum Chriſti, quæ infinitæ dignitatis fuerunt, ac proinde ex opere (vt aiunt) operato conueniat, ſiquidem ex nullo alio capite talis valor ei conuenit, vt inductione probauimus.

Porro autem infinitum valorem ipſi conuenire, primum hac ratione, qua vtitur Canus, probandum eſt; quia ſi finitus eſſet, ſequeretur fore, vt quo plures offerentes, ſiue ſacerdotes, ſiue laici etiam ad hoc ſacrificium accederent, eo quiſque minorem fructũ virtute illius ex opere operato perciperet, nam ex eo quòd plures offerentes accedant, hoc ſacrificium non multiplicatur, ſed ſemper manet vnum, ſi in vna tantum Miſſa omnes offerant, vt ſupponimus: virtus autem finita, & determinata alicuius cauſæ, quæ in plures effectus ducitur, eo minus in ſingulis operatur. Nemo autem concedere poteſt, in eo caſu, quo plures accedunt offerentes ad idẽ ſacrificium, ſingulos minorem fructum participare; alioquin quo plures ſacerdotes cũ Epiſcopo conſecrarent, eo minor fructus ſingulis obueniret, quod merito putat Canus abſurdum eſſe. Nam ſi ex ſacerdotibus ſimul conſecrantibus, quiſque pro ſe illud ſacrificium offerat, idem omnino conſequetur, ac ſi ſolus conſecraret, & offerret: ſignum igitur eſt, virtutem illius infinitam eſſe, ſiquidem etiam ſi plures accedant, nihil minus ſinguli accipiunt, quam ſi pauciores, aut vnus tãtum accederet. An verò idem quoque dicendum ſit de valore huius ſacrificij, ſi compa-

retur

Si Chriſtus haberet virtutem impetrandi, haberet etiã & merendi.

11

Valor ex offerente ex opere operantis dicẽdus eſſet.

12

Sacerdos prout myſticè Chriſti perſonã gerit non cõfert virtutem infinitã huic ſacrificio.

13

Ex inſtitutione habet valorẽ infinitum.

Ex indeterminata virtute, ſecundum extenſionem colligitur eius infinitas.

14

Canus.

retur cum alijs, pro quibus offertur, vt non minus ſingulis proſit, quando offertur pro pluribus, quàm ſi pro paucioribus offeratur, ſequente diſputatione examinabitur: nunc ſatis ſit ex capite prædicto hanc infinitatem valoris colligere.

Ipſum oſtenditur ex virtute limitata, etiam ſecundùm intenſionem.

Deinde hoc ipſum probatur: virtus huius ſacrificij ex opere operato taliseſt, vt quo maior fuerit diſpoſitio ex parte offerentis, vel eius, pro quo offertur, maior ſit effectus, & fructus ipſius, ſi autem finitæ virtutis eſſet, non poſſet ita creſcere effectus eius, vt conſtat. Qua etiam ratione, & Sacramenta nouæ legis recte dici poſſunt habere virtutem infinitam ex opere operato, quia quo maior fuerit in ſuſcipiente diſpoſitio, eo maiorem producunt effectum. Quo circa non tantũ dicenda eſt hæc virtus ſacrificij infinita ſecundùm extenſionem, vt nonnulli dicunt,

15

ſed etiam ſecundum intenſionem, quod ipſi negant: ſiquidem idem ſacrificium non ſolum poteſt extendi ad plures offerentes cum eodem fructu, & effectu, ſed etiam in eodem eo plus operari, quo melius ipſe diſpoſitus fuerit. Quod autem nunquam producat effectum infinitum, non ſatis eſt, vt negemus ei virtutem infinitã: nã & paſſio Chriſti in genere meriti, iuxta communem, & veram ſententiam, infinita eſt, & tamen nullũ in nobis effectũ infinitum operatur; vt autem infinita dicatur, ſatis eſt tãtæ eſſe virtutis, vt neque determinatum habeat effectum ſecundum extenſionem, neque ſecundum intenſionem: nam ſi finita eſſet, finitum quoque, & determinatum vtroque modo effectum haberet. Quare eius quidem effectus infinitus (vt Philoſophi loquũtur) ſyncathegorematice dici poteſt, quia licet quilibet ſigillatim finitus ſit, alius, atque alius maior illo eſſe poteſt: ipſa tamen virtus ſacrificij ſimpliciter, & (vt dici ſolet) cathegorematice infinita erit, quia ex effectu ſyncathegorematice infinito colligitur virtus in cauſa ſimpliciter infinita.

Ex effectu ſyncathegorematice infinito colligitur, virtus in cauſa ſimpliciter infinita.

16

Quamuis autem virtutem ſacrificij meritoco parauerimus virtuti Sacramenti, quod attinet ad infinitatẽ, eſt tamen diſcrimen inter hæc duo valde conſiderandum, nam Sacramentum ſolum habet infinitatem ad effectum ſecundum intenſionem, eo quòd in eodem homine eo maiorem effectum producere poteſt, quo maior in eo fuerit diſpoſitio; at vero non ſecundum extenſionem, nempe in plures, quia idem Sacramentum non poteſt in plures operari, ſed vnicuique ſuum proprium Sacramentum correſpondere debet, & ita ſi vno verbo, & eadem fuſione aquæ plures baptizentur, ſunt plura baptiſmata, quia ſunt plures ablutiones, etiam ſi vna forma hoc modo proferatur: *Ego vos Baptizo, &c.* at vero idem omnino ſacrificiũ ſecundum numerum poteſt non tantum in eodem homine eo maiorẽ effectum habere, quo magis ille diſpoſitus fuerit, ſed etiam in pluribus ſimul eodem modo operari, ſi plures ad idem accedant, quo in vno tantum operaretur, quia ex numero offerentium non multiplicatur ſacrificium, quinimo ſua pte natura habere poteſt plures offerentes, quibus proſit, & pro pluribus etiam offerri, & quamuis idem Sacramentum à pluribuscõ ferri poſsit, tamen quia non habet effectum in miniſtrum, ſed in eum, qui illud recipit, ſacrificium autem in ipſum etiam offerentem operatur, ideo idem ſacrificium in plures operari poteſt: idem autem nunquam Sacramentum in plures non item.

Discrimen inter virtutem Sacramenti, & ſacrificij, quod attinet ad extenſionẽ.

Diſſoluuntur argumenta primæ opinionis.

CAPVT IIII.

17

QVOD Supereſt diluamus argumenta primæ ſententiæ, quæ 1. capite allata ſunt, nam fundamenta aliarum opinionum, quas 2. capite memorauimus, cap. 3. noſtram confirmantes ſimul conuellere conati ſumus. Ad primum igitur argumentum, quod erat Soti, fatemur, valorẽ huius ſacrificij, quem vocant ex opere operato, deſumendum non eſſe ex dignitate rei oblatæ, neque ex dignitate proxime offerentis, vt præcedente capite probatum eſt, ſed ex Diuina inſtitutione prout innixa meritis Chriſti, & hoc tantum conuincit prima ratio Soti. Neque vero propterea hoc ſacrificium Miſſæ æquamus ſacrificio crucis, quinpotius aperte fatemur, valorem huius merito illius inniti, quia hoc ſacrificium non habet rationem meriti, ſi comparetur cum Chriſto, Chriſtus enim per illud non meretur, ſed eſt cauſa, & inſtrumentum particulare applicandi merita paſſionis, & vitæ ipſius, ac proinde de ſolo ſacrificio

Ad ſecundum ſolutio.

Non eſt eiuſdem rationis altaris, & crucis ſacrificium.

cruce

crucis intelligimus illud Pauli ad Hebræos
Ad Hebr. 10. 10. *vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos*, quia illo ſolo conſummauit merita omnia, quæ noſtræ redemptionis cauſa vniuerſalis fuerant, de hoc vero ſacrificio id dici non poteſt, eo quod in eo Chriſtus non meretur noſtram redemptionem, ſed illud inſtituit, vt fructus ſuorum meritorum per ipſum nobis applicaretur, verũ in eius inſtitutione ita ſe gelsit, vt vim infinitam per modum Sacramenti, & ex opere operato ei tribueret, ſicut explicatum eſt.

18

Ad. 2. Hinc etiam facile ſoluitur ſecundum argumentum, nam quamuis meritum paſſionis Chriſti fuerit infinitum ſolum quod attinet ad ſufficientiam, finitum autem, quod attinet ad effectum, vt ipſe Sotus ait, hoc eſt, ſemper finitum effectum operetur per Sacramenta, tanquam per particulares cauſas, per quas applicatur; tamen quia per Sacramenta eo plus operatur, quo meliorem inuenit diſpoſitionẽ in recipiente, ideo Sacramenta dicuntur habere virtutem infinitam ex opere operato ad applicanda merita Chriſti: eodem igitur modo hoc ſacrificium dicendũ eſt virtutis infinitæ ex opere operato, vt cauſa particularis ad applicanda eadem merita ob rationes ſuperiori capite aſsignatas. Tertium vero argumentũ continet eam difficultatem, quam ſequente diſputatione examinabimus, ideoque ſolutionem illius in eam reſeruare decreuimus.

Ad 3. Ad poſtremum, quod erat deſumptum ex teſtimonio ſancti Thomæ, reſpondeo, eum potius noſtræ ſententiæ fauere, cum aſſerat, virtutem huius ſacrificij illis, pro quibus offertur, prodeſſe ſecundum quantitatem deuotionis eorum, acſi dicat, eo plus alicui prodeſſe, quo melius diſpoſitus fuerit, ex quo præcedente capite probauimus, virtutem huius ſacrificij eſſe infinitam, & quãuis in huius confirmationem dicat, in ſatisfactione magis attendi affectum offerentis, quam rei oblatæ dignitatem, id que confirmet exemplo illo viduæ Lucæ. 21. quæ
19 plus quam alij dediſſe dicitur, tamen inde non vult probare, ſicut Sotus contendit, valorem huius ſacrificij ex deuotione, & dignitate offerentis nempe ſacerdotis ſumendum eſſe, ſic enim ſolum loqueretur de valore ſacrificij meritorio, quem vocant ex opere operantis, quem quidem finitum eſſe non dubitamus, ſed cum ipſe aperte loquatur de valore huius ſacrificij, & virtute ex opere operato, ad hoc tantum prædictam doctrinam adduxit, vt ſicut ad meritum, & ſatisfactionem non tam attenditur id, quod offertur, quã affectus, & deuotio offerentis; ſic etiam ad effectũ huius ſacrificij ex opere operato non attendatur res oblata, ſed deuotio eius, pro quo offertur, vel offerentis: ſi autem id, quod Sotus contendit, ſignificare vellet, non diceret *pro quibus offertur, vel etiam offerentibus* ſed tantum *offerentibus* vt ita oſtenderet ipſis offerentibus prodeſſe ad ſatisfactionẽ, & meritum, iuxta menſuram affectus, & nullo alio modo, ac proinde ſequeretur, valorem illius determinatum eſſe, & finitum: cum igitur comparet virtutem huius ſacrificij non tantum cum eis, qui offerunt, ſed etiam cum illis, pro quibus offertur, manifeſte indicat ſe loqui de valore ex opere operato, qui licet in vtriſque operetur iuxta proportionem deuotionis, tamen ſemper aliquid amplius operatur, quam ſola deuotio operaretur, cum que eo magis operetur, quo magis deuotio in vtriſque creſcit vt ſequente diſputatione dicemus, conſequitur plane, valorem, & virtutem illam eſſe infinitam, eamque minime deſumi ex dignitate, & affectu offerentis. Bene video exemplum viduæ, & doctrinam de ſatisfactione, quam ſanctus Doctor præmiſit, concluſioni illi de valore ſacrificij non omnino quadrare, eam tamen adduxit, vt quoquo modo oſtenderet valorem huius ſacrificij non deſumi ex re oblata, neque tantum effectũ operari, quanta eſt res ipſa, quæ offertur, ſed ex deuotione offerentium, & eorum, pro quibus offertur, vt in vtriſque operetur, limitari. Porro de exemplo illo viduæ ſatis diximus 1. 2. diſput. cap. vbi oſtendimus, nõ ſolum laudatam fuiſſe a Chriſto ob affectũ, ſed etiam ob quantitatem, quam obtulit, quæ licet arithmetice comparata cum eo, quod alij obtulerint, multo minor fuit, tamen geometrica proportione ſeruata, multo maior cenſeri debuit, eo quod alij de ſuperfluo, hæc autẽ de neceſſarijs victui quotidiano obtulit.

An hoc ſacrificium pluribus applicatum ita ſingulis proſit, ac ſi paucioribus applicaretur. Diſputatio 231.

Hoc ſacrificium pluribus applicatum non ita prodeſſe ſingulis, ac ſi paucioribus applicaretur, Theologi nonnulli varie ſenſerunt. Cap. 1.

Hoc

Hoc ſacrificium pluribus applicatum ita ſingulis prodeſſe, ac ſi paucioribus applicaretur, alij Theologi varie defendunt. Cap. 2.

Hoc ſacrificium pro pluribus quouis modo oblatum non minus ex opere operato valere ſingulis, quã ſi pro paucioribus efferretur, abſque vlla limitatione vera ſententia eſt. Cap. 3.

Refutantur ſentẽtiæ præcedenti cap. memoratæ. Cap. 4.

Diluuntur obiecta contra noſtrã opinionẽ. Ca. 5.

De variis modis, quibus hoc ſacrificium à ſacerdote applicari poteſt. Cap. 6.

De diſpoſitione neceſſaria ex parte eius, pro quo offertur hoc ſacrificium. Cap. 7.

Hoc ſacrificium pluribus applicatum non ita prodeſſe ſingulis, ac ſi paucioribus applicaretur, Theologi nonnulli varie ſenſerunt.

CAPVT I.

QVAMQVAM Scholaſtici omnes, qui de hac re diſputant, in duas partes diuiſi ſunt, quidam enim affirmãt, hoc ſacrificium pluribus applicatum ita ſingulis prodeſſe, ac ſi paucioribus applicaretur; alij verò id negant; tamen quia non omnes, qui eandem partem ſequuntur, eodem modo illam explicant, & confirmant, ideo ſingulas opiniones, varioſque modos, & explicationes cuiuſuis partis diſtinctè referre neceſſe erit. Quidam igitur negant, hoc ſacrificium pluribus applicatum ita ſingulis prodeſſe, ac ſi paucioribus applicaretur, ſed fructum illius inter eos diuidi, hi ſunt Bonauentura in 4. d. 45. art. 2. q. 3. ad vltim. Ricardus eadem d. art. 2. q. 3. Durandus q. 3. nu. 7. 8. & præſertim 11. Paludan. q. 2. art. 1. conc. 2. Maior q. 2. Scotus quodlibet. 20. §. *De primo eſt* & §. *De ſecundo articulo*, verſicul. *De tertio in iſto articulo*, Gerſon Alphabet. 25. lit. C. citatur præterea à Corduba alphab. in fine, ibi tamen nihil dicit, tum etiam alphabeto 77. in fine, ibi tamen ſolum loquitur de valore orationis, an facta pro pluribus tantum valeat ſingulis, quantum valeret, ſi pro paucioribus fieret, nihil tamen de valore Miſſæ. Idem ſenſerunt Gabriel in canonem Miſſæ lectione 27. lit. I. & K. & in ſupplemẽto d. 45. q. 2. art. 3. dubio. 6. Dominic. Sotus li. 10. de iuſtitia, & iure q. 2. art. 2. con. 3. neq; ab hac opinione omnino differt in 4. d. 3. q. 2. artic. 1. vt inferius videbimus: deniq; allegatur à Corduba in hanc ſententiam Adrianus quodlibeto octauo, articulo tertio, ibi tamen ex profeſſo ſolum diſputat de oratione, vtrum facta pro pluribus tantum valeat ſingulis, quam ſi pro paucioribus fieret. Nihilominus hanc ſententiam de Miſſæ ſacrificio indicare videtur in ſolutione 3. rationis, cum reſpondet teſtimonio Hieronymi, ne probet, Miſſam oblatam pro pluribus tantum valere ſingulis, quantum ſi pro paucioribus offerretur. Idem vero ſenſit Couarruuias in cap. *Almamater*, priori parte relectio. §. 5. nu. 9. qui inter alios profua ſententia refert Ioannem Medinam, codice de oratione q. 20. quæ eſt de valore orationis pro multis fuſæ, cum tamen de valore Miſſæ ex opere operato oppoſitum non obſcure aſſerat.

Cæterum obſeruandum eſt primum, ex his Doctoribus allegatis, Bonauenturam, Ricardum, Durandum, Paludanum, & Gerſonem ſolum loqui de valore huius ſacrificij ex opere operato ad remittendam pœnam, non autem ad alios effectus, quos ſupra enumerauimus; Sotum vero, & Gabrielẽ de valore ad vtroſq;, tametſi Scotus nõ videatur admittere virtutem aliquam in hoc Sacramento ex opere operato, ſicut admittit Gabriel, ſed ſolum valorem meriti vel ipſius ſacerdotis, vel etiam Eccleſiæ, vt diſput. præcedente cap. 1. memorauimus, alij vero Doctores abſolute loquuntur. Deinde notandum eſt, nullum ex his Autoribus diſtincte loqui de fructu huius ſacrificij, & effectu, quẽ participat is, qui offert, ſed de eo, qui cõmunicatur ei, pro quo offertur, excipio Sotũ, qui quãuis lib. illo 10. de iuſtitia, & iure ſolũ hoc modo loquatur, in 4. tamen, loco inferius allegãdo, de vtroque diſtincte ſermonem habet, ſicut alij Autores; verum non eodem modo de vno, atque de alio philoſophatur.

Prædicta vero ſententia in vniuerſum intellecta primum probari poteſt, quia vt hi omnes exiſtimant, valor huius ſacrificij eſt finitus, diuiſus igitur inter plures minus ſingulis proficit, quàm ſi inter pauciores diuidatur, aut vni ſolum applicetur, ſiquidem ex re finita, quæ inter plures diuiditur, minus ſingulis obuenit, quam ſi inter pauciores diuidatur, aut vni ſolum detur. Quã ſanè ratione, vt putat Sotus, vim habet, etiã ſi concedamus ſacrificio Miſſæ, ſicut ſacrifi-

cio

Qui negãt hoc ſacrificium non ita pluribus, ac paucioribus prodeſſe. *Bonauent. Ricardus. Durand. Paulud. Maior. Scotus. Gerſon. Gabriel.*

Dominic. Sot. Adrian. Couarruu.

Qua ratione prædicti Doctores hanc ſententiã doceant.

Ratio prõ hac ſententia.

cio crucis virtutem, & valorem infinitum ſecundùm ſufficientiam, finitum tamen ſecundum effectum: nam ſi effectus illius ſemper finitus eſſe debet, conſequi videtur id, quod diximus, nimirum diuiſum inter pluresminorem eſſe, quàm ſi inter pauciores diuidatur. Deinde eadem ſententia confirmatur, quia ſi hoc ſacrificium applicatum pluribus ita ſingulis prodeſt, ac ſi applicaretur paucioribus, aut vni tantum, fruſtra quis petit, vt pro eo peculiariter offeratur, quod eſt abſurdum. Poſtremo denique quia ſi id verum eſſet, poſſet etiam ſacerdos vna Miſſa ita prodeſſe multis, ſicut paucis, aut vni ſolum, ac proinde poſſet eandem pro pluribus offerre, etiam ſi à ſingulis eleemoſynam, ſeu ſtipendium integrum acciperet, quod eſt etiam abſurdum.

Hoc ſacrificium pluribus applicatum ita ſingulis prodeſſe, ac ſi paucioribus applicaretur, alij Theologi variè defendant.

CAPVT II.

Autores oppoſitũ aſſerentes

ALII Vero Theologi illud in vniuerſum affirmant, hoc ſacrificium perinde ſingulis prodeſſe cum pluribus applicatur, ac ſi paucioribus, aut vni tantum applicaretur, tametſi hoc ipſum non eodem modo explicent, & defendant. Hæc vero ſententia ſic vniuerſe intellecta tribuitur in primis Præpoſitiuo antiquo Scholaſtico, qui de omnibus ſuffragijs, & orationibus eodem modo loquitur, vt Gabriel, & fere omnes Scholaſtici fatentur. Corduba etiam illam tribuit Beato Thomæ ſupra. q. 79. art. 7. & in d. 45. q. 2. art. 4. nihil tamen ibi docet, quo eam vel leuiter inſinuare videatur, imo vero de alijs ſuffragijs pro mortuis, præter hoc ſacrificium, Sanctus Doctor in 4. oppoſitam ſententiam ſequitur. Quod vero attinet ad Miſſæ ſacrificium prædictam opinionem plane tradit Caietanus tomo 2. opuſculorum, tit. 3. q. 2. & ſupra in hac 3. p. q. 79. articul. 5. vbi putat, idem etiam ſanctum Thomam ibidem docuiſſe, cum tamen ſolum aſſerat, hoc ſacrificium eſſe valoris infiniti, ſi quidem ait ex ſe ſufficere ad delendam qualemcumque pœnam debitam peccatis, vnicuique tamen ſecundum ipſius diſpoſitionem, & menſurá ſolum efficaciter prodeſſe. Tum etiam Syl-

Præpoſitiuus. Corduba. Caietan.

ueſter in ſumma verbo *Miſſa*, 1. q. 9. Canus lib. 12. de locis cap. 3. §. *Alterum argumentum*. Viguerius de inſtitutionibus Theologicis cap. 16. Ricardus artic. 16. §. *Certum eſt enim*, circa finem. Angelus in ſumma verbo *Miſſa*, num. 52. Antonius de Corduba lib. 1. q. 3. in quæſtione principali opinione 5. & Recentiores plerique. Conuenit etiã Sotus in 4. d. 13. q. 2. arti. 1. §. *Illi autem pro quibus*, tametſi ipſe, & Angelus exiſtiment valorem Miſſæ finitum eſſe. Verum non omnes allegati eodem modo hanc ſententiam ſequuntur, vt inferius oſtendemus. Nunc vero eam ſic in vniuerſum intellectam cõmunibus rationibus confirmemus. Primum quidem quia bonum ſpirituale, quod attinet ad ſui communicationem, ſe habet inſtar ſpiritus comparatione loci, vt ſicut ſpiritus eſt totus in toto, & totus in quauis parte loci, ſic etiam bonum ſpirituale, qualis eſt fructus Miſſæ, totus multis, & totus ſingulis integre communicetur. Deinde hoc ipſum exemplo rei corporeæ explicari, & confirmari ſolet, quia idem lumen lucernæ applicatum multis rebus, quas illuminat, non minus illuminat ſingulas, quam ſi paucioribus, aut vni tantum applicaretur: & eadem vox cum ad plures extenditur, & abeis auditur, eodem modo immutat auditum ſingulorum, ſicut ſi ad pauciores, aut ad vnum ſolum extenderetur. Deinde ratione probatur, quia, vt ait Angelus, per hoc Sacramentum applicatur nobis virtus meritorum Chriſti, quæ ex eo quod pluribus applicetur, non minus prodeſt ſingulis, quàm ſi paucioribus applicaretur: ergo hoc ſacrificium, per quod applicatur eodem modo proderit ſingulis, cũ pro multis offertur, ac ſi pro paucioribus offerretur.

Sylueſter. Canus. Viguerius. Ricardus. Angelus. Corduba. Sotus.

Ratio pro hac ſententia.

Poſtremo adduci ſolet illud Hieronymi, quod refertur, *De conſecratione*, d. 5. cano. *Non mediocriter*, vbi ſic dicitur. *Cum pro centum animabus Miſſa vel pſalmus dicitur, nihil minus, quam ſi pro vna qualibet earum diceretur, accipitur.*

Verum, vt ſuperius dixi, non omnes Doctores allegati pro hac ſententia eodem modo illam intelligunt. Præpoſitiuus, vt refert Gabriel, ſolum videtur docuiſſe, quod attinet ad effectus huius ſacrificij, qui conſiſtunt in adeptione, & impetratione alicuius boni, quale eſt auxilium gratiæ, aut aliud bonum ſpirituale, vel temporale, nempe, vt hoc ſacrificium pluribus applicatum, non minora, nec pauciora bona ſingulis impetret ex opere operato, quam ſi paucioribus aut vni tantum applicaretur; quod vero attinet

Præpoſitiui circa hanc ſententiam explicatio.

ad

ad pœnæ relaxationem, priorem, quam capite præcedenti memorauimus, ſequutus videtur.

Can. & So. Canus vero, & Dominicus Sotus alio modo prædictam ſententiam intelligunt. Et quáuis hic aſſerat, valorem ſacrificij eſſe finitum, ille autem dicat eſſe infinitum, tamen quod attinet ad participationem fructus eius, eodem fere modo in præſente controuerſia philoſophantur. Primum enim aſſerũt, ſi ſermo ſit de offerentibus, perinde ſingulis prodeſſe hoc ſacrificiũ pluribus applicatũ, ac ſi paucioribus applicaretur, nulla facta diſtinctione inter effectus illius: ac proinde tam quod attinet ad remiſsionem pœnæ, quam ad boni impetrationem, prædictam partem intelligunt. Probant autem, quia credibile non eſt, eum, qui audiens Miſſam, ſimul cum ſacerdote ſacrificium ſuo modo offert, minus de fructu illius participare, ex eo quod plures cum eo Miſſam audiant, & cum ſacerdote etiam ſuo modo ſacrificium offerant: per offerentes autem intelligunt omnes diſputat. 226. cap. 2. enumeratos, qui hoc nomine paſſim nuncupatur, & quibus etiam eo ipſo, quod ſacrificium offerant, applicari etiam dicitur. Deinde aſſerunt, eis, pro quibus offertur hoc ſacrificiũ, ſiue eleemoſynã ad illud celebrandum contulerint, ſiue non ſiue audiãt Miſſã, ſiue non, quatenus pro illis offertur, nõ tam ſingulis prodeſſe, ſi pro pluribus, quã ſi pro paucioribus offeratur. Hoc ſanè Sotus, iuxta opinionẽ, quam fuerat ſequutus de quantitate valoris huius ſacrificij, recte explicat: nam cũ dixiſſet, valorẽ illius eſſe finitũ, conuenienter huic principio aſſerere videtur, diuiſum in plures, pro quibus offertur, minorem eſſe, quam ſi paucioribus applicaretur: at cum Canus docuiſſet, valorem huius ſacrificij eſſe infinitum, certe non video, qua ratione negauerit, oblatum pro pluribus, minus ſingulis prodeſſe, quam ſi pro paucioribus offerretur.

Hanc autem partem limitat Canus, vt ſolum intelligatur de effectu huius ſacrificij, qui eſt ſatisfactio: nam, quod ad impetrationem ſpectat aliorum donorum, exiſtimat, non ſolum hoc ſacrificium, ſed etiam quamlibet orationem factam pro aliquibus, non minus ſingulis valere, ſi pluribus, quam ſi paucioribus applicetur. Sotus vero alio modo eam limitat, vt intelligatur de ijs, pro quibus ſpecialiſsime, hoc eſt, ex intentione expreſſa, & diſtincta ſacerdotis hoc ſacrificium offertur, nam ſingulis horum, eo minus prodeſſe, quo pro pluribus offerretur, exiſtimat, ſed de ijs, pro quibus generali quãdã ratione, hoc eſt, ex Eccleſiæ inſtituto, non autem ex peculiari intentione ſacerdotis immolatur: ijs enim (inquit ille) ita prodeſt, vt oblatum pro pluribus, perinde ſingulis vtile ſit, acſi pro paucioribus offerretur. Huius modi ſunt illi, quorum in canone Miſſæ mentio fit, pro quibus etiam ſacerdos inquit, ſe ſacrificium offerre, vt pro 8
Papa, pro Rege, pro Antiſtite. Has vero limitationes nulla ratione Canus, & Sotus confirmant.

Cæterum Sylueſter, poſtquam retulit Sylueſter.
duas cõtrarias opiniones, ita ſequitur hanc poſteriorem in hoc capite memoratam, quã ipſe priori loco recenſet, vt dicat, intelligendam eſſe, quando ſacrificium offertur pro pluribus æquè primo, hoc eſt, quando ſinguli à ſacerdote pro ſe ſacrificium poſtularunt, & celebrari fecerunt; quodſi ſacerdos ex ſe ipſo, aut ab vno illorum tantùm moneatur, vt pro multis offerat, exiſtimat, ſacrificium pro multis hoc modo oblatum non ita ſingulis prodeſſe, acſi pro paucioribus offerretur, & hoc modo dicit offerri ſacrificium pro multis primo. Rationẽ vero huius diſcriminis inquit eſſe, quia hoc poſteriori modo totus affectus offerentis fertur in omnes primo, prout conueniunt in vno numero, aut multitudine, non tamen primo totus in ſingulos: & ita effectus ſacrificij, ac proinde ſacrificium ipſum, quod ex affectu offerentis pendet, tribuitur totus omnibus ſimul, non tamen totus ſingulis: ex quo fit (inquit) vt fructus eius inter omnes quaſi diuidatur, & integre ſingulis non reſpondeat. At vero priori illo modo effectus ſacrificij totus fertur in ſingulos, qui ſigillatim Miſſam proſe celebrare faciunt, aut petunt, & ita ſingulis integre prodeſt, 9
& vnicuique per ſe, ac ſi ſolus eſſet. Certe hæc limitatio præcedentis ſententiæ ad illam, quam Sotus, & Canus adhibuerant, reduci videtur: nam qui petunt, aut faciunt proſe Miſſam celebrari, ſunt offerentes, vt diſputa. 226. cap. 2. notauimus.

Demum Viguerius putãs, ſe premere veſtigia Caietani, alio pacto prædictam opi- Vigueri.
nionem intelligit: nam ſacerdos (inquit) dupliciter pro pluribus idem ſacrificium offerre poteſt, primum pro omnibus æque primo, vt ſi ſimul omnium illorum memoriam faciat, & pro omnibus illis, quaſi in vnum collectis, offerat: & hoc modo ſacrificium oblatum pro pluribus, non prodeſt tantum ſingulis, quantum prodeſſet, ſi pro paucioribus offerretur; alioquin vna ſola Miſſa pro toto vniuerſo mundo ita ſuffice-

ret,

ret, ac si plures, aut tot, quot sunt homines dicerentur, quod est absurdum. Deinde ita potest offerre sacerdos idé sacrificiũ pro pluribus, vt eius intentio in singulos feratur: quia nimirũ eorũ sigillatim, & sucessiue cõ memorationem facit, antequã offerat, & hoc modo hoc sacrificium oblatũ pro pluribus perinde singulis prodest, ac si pro paucioribus, aut si pro vnoquolibet solũ offerretur: nam cum sint plures actus oblationis in eodé sacrificio, tota deuotio sacerdotis, ac proinde tota virtus sacrificij, quamuis successiue cuilibet integre applicatur, ac si soli applicaretur, & hoc modo ait, sacerdotem satis facere posse vna, & eadem Missa pluribus, à quibus stipendium integrum pro illa accepit, eo quòd nihil minus hoc modo vnusquisque illorum cum alijs accipiat, ac si pro eo solo Missa celebraretur. Verum hæc opinio, quantum ex Caietano, & alijs colligere potui, à solo Viguerio conficta videtur, nam Caietanus, & alij qui de hac re loquuntur, prædictam sententiã, quam in hoc capite memorauimus, absque vlla alia explicatione absolute sequuntur.

Hoc sacrificium pro pluribus quouis modo oblatum, non minus ex opere operato valere singulis, quam si pro paucioribus offerretur, absque vlla limitatione vera sententia est.

CAPVT III.

SVPEREST Igitur verus sensus prædictæ sententiæ, quem, me quidem iudice, sequuti sunt Caietanus, & Recentiores Thomistę hic, & Antonius de Corduba locis citatis, quibus annumerari potest Ruardus, cum absque limitatione vllã eam tradere videatur: sensus autem est, hoc sacrificium, quouis modo pro pluribus oblatum, perinde singulis ex opere operato prodesse, ac si pro paucioribus eo modo offerretur, quomodo vero prosit ex opere operantis, inferiùs dicemus. Primum quidem dixi, quouis modo oblatum, nam potest duobus modis alicui applicari, tum peculiari intẽtione, tũ etiã generali, & vtrouis modo pro pluribus oblatũ dicimus, perinde valere singulis, ac si pro paucioribus offerretur. Verum vt intelligamus, quo pacto huius sacrificij applicatio fieri debeat ad hoc, vt ex opere operato ei prosit, pro quo offertur, notandum est primum, licet non solum sacerdos, sed etiam alij hoc sacrificium offerre dicantur, vt disput. 226. capite secũdo notauimus, tamen vt alicui eorum prosit ex opere operato, necessario requiri, vt pro ipso offeratur, neque satis esse ab ipso solum offerri. Ratio vero huius est, quia vt sacrificium alicui prosit ex opere operato, prodesse debet tamquam sacrificium, vt autẽ prosit tamquam sacrificium necesse est, vt pro illo offeratur: hac enim sola ratione ostendimus supra primo tomo disput. 84. cap. secundo, Christo mortẽ suam nihil profuisse per modũ sacrificij, sed tantum ratione deuotionis, sicut dixit S. Doctor supra q. 22. art. 4. ad . & ita Christum non suscepisse in se effectũ sui sacerdotij, se alijs potius ipsum cõmunicasse, sicut idem docuit in corpore: quia Christus non se obtulit Patri pro se ipso, sed pro alijs. Dicitur autem profuisse illi sacrificium mortis suę ratione deuotionis, quia fuit illi opus meritorium: meriti autem valor ex deuotione eius, qui meretur, pensari debet. Quocirca mihi non placet Recentiorum sententia, qui asserunt omnibus offerentibus, aut ministrãtibus, audiẽtibus, & alijs respondere aliquem fructum huius sacrificij ex opere operato, eo ipso, quod offerunt, quamuis pro ipsis nullo modo ipsum sacrificium offeratur. Pro qua sententia immerito sane citatur Caietan. in q. illa 2. & Siluester quæst. illa 9. cum ipsi semper loquantur de fructu huius sacrificij ex opere operato comparatione eorum, pro quibus offertur, quinimo, & reliqui omnes excepto Cano, & Dominico Soto, ac proinde non obscure nostram sententiam, quam in hac notatione præmisimus indicare videntur. Fauent tamen his Recentioribus Canus, & Sotus, quatenus distingunt offerentes hoc sacrificium ab eis, pro quibus offertur, & singulis offerentibus perinde fructũ assignant quando plures sunt, ac si pauciores essent, alijs vero non item, nisi etiam id intelligant ita, vt pro offerẽtibus quoq; ipsis hoc sacrificiũ offeratur, quod tamẽ nõ satis explicant. Quocirca cũ capite præcedẽte varias opiniones, seu modos intelligẽdi cõmunẽ opinionem recensuimus, data opera non sumus loquuti de valore sacrificij pro multis oblati, sed multis applicati, vt per sacrificium applicatum secundum quorum-

Aaa dam

Prænotatio prima ad applicationem sacrificij faciendam.

ii

Christo non profuit sacrificium crucis, nisi ratione deuotionis.

12

Non prodest sacrificium ex opere operato nisi illi pro quo offertur.

Vera interpretatio prædictæ sententiæ. Ruardus.

dam ſententiam intelligeremus, non ſolum oblatum pro multis, ſed à multis etiam oblatum, quo actu oblationis nonnulli cenſent, ipſis offerentibus abſque vllo alio applicari, & ex opere operato prodeſſe, vt diximus. In hoc autem capite noſtram ſententiam pronunciantes, ſolum loquimur de ſacrificio pro pluribus oblato, quia exiſtimamus, nulli prodeſſe ex opere operato, niſi pro illo aliquo modo offeratur. Cum autem Sanctus Doctor ſupra quæſtione 79. articulo quinto inquit, hoc diſcrimen eſſe inter Sacramentum, & ſacrificium, quòd Sacramentum tantum operatur in recipiente, at verò ſacrificium in eo, qui offert, & in his pro quibus offertur, ita eſt intelligendus, vt is, qui offert, ſit etiam pro quo offertur, quia in omni ſacrificio Miſſæ ſacerdos pro ſe cum alijs ſemper offert.

S. Thom. 13

Ex ſola applicatione ſacerdotis pendet fructus ſacrificij.

Deinde obſeruandum eſt, quamuis communi quadam ratione non ſolum ſacerdos, ſed alij etiam pro ſe, aut pro alijs hoc ſacrificium offerre dicantur, tamen ex ſola intentione, & oblatione ſacerdotis pendere fructum huius ſacrificij ex opere operato. Quocirca, ſi aut miniſter, aut alij adſtantes, aut etiam eleemoſynam ſacerdoti elargientes, qui communi quadam ratione offerentes dicuntur, ſacrificium pro ſe, aut pro alijs offerrent, ſacerdos autem pro illis nullo modo immolaret, nullum fructum ex opere operato huius ſacrificij perciperent, quamuis ex opere operantis illis prodeſſet, quam quidem doctrinam tradidit Caietanus ſecundo tomo, tractat. tertio, quæſt. ſecunda. §. *Si autem ſumatur*, vbi ait, intentionem in hoc ſacrificio, nempe, illud offerendi, eſſe propriam ſacerdotis, deuotionem autem, quæ determinat effectum, eſſe communem ipſi, & alijs. Videor autem mihi eam colligere ex Scoto quodlibeto vigeſimo. §. *De ſecundo articulo*, vbi non ſolum docet, in poſtetate ſacerdotis celebrantis eſſe applicare fructum huius ſacrificij huic, aut alteri, quamuis ſit Chriſti inſtrumentum, ſed etiam in ſolutione primi, ad ſolum ſacerdotem id pertinere, non obſcure docet: inquit enim, quamuis ſacrificium non operetur virtute meriti perſonalis ſacerdotis, ſed virtute meriti totius Eccleſiæ, in cuius perſona fit oblatio, & ratione cuius oblatio eſt Deo accepta, tamen quia ſacerdos ex ordine, quem habet, eſt conſtitutus in gradu Eccleſiæ ſuperiori, ideo ratione illius ei conuenire offerre, & fructum oblationis determinate, quia non ſolum eſt organum, & inſtrumentum Eccleſiæ, ſed etiam miniſter, & diſpenſator. Et ſane ex forma ordinationis, quæ eſt in Pontificali, id patet, ordinatur enim ſacerdos illis verbis: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium Deo, Miſſaſque celebrandi, tam pro viuis, quam pro defunctis, &c.* Quod ait Scotus de ſacerdote reſpectu Eccleſiæ, nos dicimus reſpectu Chriſti, in cuius nomine potius quam Eccleſiæ, tamquam miniſter illius offerre dicitur, vt diſputatione 228. notauimus. Addimus præterea, licet Chriſtus ſit principalis offerens, & ſacerdos inſtrumentarius, tamen quia Chriſtus offerre dicitur non proxime, ſed remote ratione ſolius inſtitutionis, ſacerdos autem proxime, vt diſput. 229. capite tertio oſtendimus, recte tribui non Chriſto, ſed ſacerdoti determinationem, & applicationem huius ſacrificij, ac proinde valoris illius pro hoc, aut alio. Porro ſoli ſacerdoti hoc conuenire, licet alij etiam communi quadam ratione offerentes dicantur, quamuis nemo hactenus expreſſe dicat, nullus tamen expreſſe negat, Scotus autem non obſcure indicauit cum ſacerdoti hoc munus tribuit ratione dignitatis, quam habet: cum enim cæteri offerentes dignitatem ordinis in Eccleſia non obtineant, recte ſequitur ex eius ſententia, applicationem huius ſacrificij alijs offerentibus non conuenire: idque multo magis rationi conſentaneum eſt: nam ſicut effectus Sacramenti pendet ex intentione miniſtri, non autem ex alijs qui adſtant, ita etiam & fructus ſacrificij ex ſola intentione, & applicatione ſacerdotis, cuius proprium munus eſt ſacrificare, pendere debet, alioquin ſi ſacerdos pro Petro (verbi cauſa) non offerret ſacrificium, alij vero adſtantes pro illo offerrent, ſequeretur, ex opere operato profuturum, quod videtur falſum. Adde, quod opus ſacrificij proxime à ſolo ſacerdote fit, cæteri autem aut remote concurrunt, poſtulantes ab eo ſacrificium, aut ſua deuotione, & oratione, ſolum Deo illud offerentes, & intuitu eius aliquid ab eo poſtulantes: ergo valde rationi conſentaneum eſt, vt ſolus ſacerdos fructum illius huic, aut alteri applicet. Quo fit, vt ſi ſacerdos pro alijs, qui offerunt, nullo modo offerret, nullius fructus ex opere operato eis proueniret.

Caietanus. 27

Scotus. 14

15

Hisiactis fundamentis, facile probari poteſt, hoc ſacrificium oblatum pro pluribus, perinde ſingulis prodeſſe, ac ſi pro pauciori-

Applicatũ generali intentione, ita prodeſt pluribus, ac pauciores.

cioribus offerretur. Et primum quidem si sermo sit de oblatione huius sacrificij generali quadam intentione facta pro pluribus, id nulla ratione negat Sotus, neque vllus negare potest, sed plane concedit, perinde singulis prodesse, ac si pro paucioribus fieret, alioquin sequeretur, quo plures audiunt eandem Missam, & quo plures ministrant, aut eleemosynam sacerdoti celebraturo largiuntur, eo minus singulis prodesse, & ita immerito Ecclesiam instituisse in Canone Missæ, vt pro his omnibus simul offerretur hoc sacrificium. Porro autem pro his omnibus ex instituto Ecclesiæ sacerdotem offerre hoc sacrificium, recte probat Caietanus tomo secundo opusculorum, tract. 3. quæst. illa secunda, ex illis verbis Canonis, *Quam tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta, &c. Papa nostro. N. & Rege nostro. N. & Antistite nostro. N. & omnibus orthodoxis, &c. Memento Domine, &c. & omnium circumstantium, quorũ tibi fides cognita est, &c. pro quibus tibi offerimus.* Quod si hoc modo oblatum pro pluribus non minus hoc sacrificium singulis prodest, quam si pro paucioribus offeretur: ego certe non video, qua ratione oblatum ex peculiari intentione sacerdotis pro pluribus alijs, aut nominatim, & sigillatim, aut generali quadam commemoratione, sicut fieri solet, non ita prosit singulis, sicut si pro paucioribus eodem modo offerretur: nam cum dicimus, oblatum pro pluribus perinde singulis prodesse, ac si pro paucioribus offerretur, intelligimus de eodem genere, & modo oblationis, aut generali, aut speciali, neque plures cum paucioribus in diuerso genere oblationis comparamus. Et sane nisi hæc sententia vera esset, non permitteret Ecclesia, vt in oratione secreta, quæ dicitur, *Memento*, sacerdos memoraret quos vellet, nempe in priori ex viuis, in posteriori ex defunctis: id quod iam inter sacerdotes vsu frequentissimum est: ibi enim fit commemoratio eorum, pro quibus etiam sacrificium offerendum est: sed solum commemoratio esset facienda eorum, pro quibus specialiter hoc sacrificium esset immolandum.

16 Applicatũ generali intentione ita prodest pluribus, ac paucioribus.

Ratio desumpta ex intentione generali ad specialem.

17

Ex valore infinito vera sententia cõfirmatur.

Hanc vero efficacitatem sacrificij in singulos, pro quibus offertur, ex valore ipsius aperte colligimus: nam cum disput. 230. capite tertio, recte probatum sit, esse valoris infiniti, ex eo quod circa quemlibet non habeat determinatum effectum, sed iuxta dispositionem illius instar Sacramenti maiorem ac maiorem habere possit, recte sequitur in singulos eãm, quam diximus, efficacitatem habere. Etenim hoc ipso, quod valor eius circa eundem est infinitus, circa singulos etiam esse debet, cum offertur pro multis, ac proinde eodem modo illis prodesse, sicut si pro paucioribus offerretur: nam infinita efficacitas non est minor in singulos, ex eo quod in plures operetur. Et sane hoc ipsum Sacramento cuicumque concedere debemus, nisi eo ipso, quod pluribus ministratur, multiplicaretur, & non maneret idem: quia vero sic ministratum non manet vnum, sed plura fiunt Sacramenta, vt disput. 168. cap. 2. diximus, ideo non ita de efficacitate illius in singulos philosophamur; quia vero sacrificium suapte natura ita institutum est, vt idem numero pro pluribus, & paucioribus, sicut pro vno solo offerri possit, nec eo ipso diuidatur in plura sacrificia, eiusque virtus instar Sacramenti infinita sit, ideo recte sequitur, oblatum pro pluribus, perinde in singulis operari, ac si pro paucioribus offerretur. 18

Hactenus probauimus, Missæ sacrificium oblatum pro pluribus perinde singulis prodesse ex opere operato, ac si pro paucioribus offerretur; quod si loquamur de fructu illius ex opere operantis, nempe ratione meriti ipsius, qui offert, nulla videretur esse controuersia, sed apud omnes tamquam certum constitutum esset, non perinde valere singulis, vel ad satisfactionem pro pœna peccatorum, vel ad impetrationem alicuius doni: eo quod meritum offerentis, etiam si illud toti Ecclesiæ tribuatur, finitum sit: nisi Canus loco citato capite præcedente dixisset, orationes oblatas pro pluribus, perinde singulis valere ad impetranda bona, ac si pro paucioribus offerrentur, ex quo idem sentire videtur de hoc sacrificio ratione operis operantis, & meriti, & de omnibus similiter, cum tamen de hoc sacrificio oblato pro pluribus ad remissionem pœnæ etiam ex opere operato, & de quauis oratione ex opere operantis ad eundem effectum, non idem sentiat. Idem docuit Conduba libr. primo quæst. tertia in quæst. principali opinione 5. con. 2. de valore orationum, & sacrificij ex opere operantis ad quẽcumque effectum.

Aliud dubium proponitur.

Illius vera decisio. *Gerson. Adrian. Ioan. Med.*

Vera tamen sententia, quam expresse tradunt Gerson, Adrianus, Ioannes Medina locis citatis in primo capite est, orationes oblatas pro pluribus, non perinde prodesse singulis, ac si paucioribus offerrentur, vel ad remissionem pœnæ, vel ad impe-

Probatio huius placiti.

impetrationem boni alicuius, idemque de hoc ſacrificio ex opere operantis, & de quouis opere meritorio dicendum eſſe aperte ſequitur, cum omnium eadem ratio ſit: ea vero eſt, quia meritum horum omnium finitum eſt, ac proinde limitatam virtutem habent impetrandi à Deo: minus igitur ſingulis impetrabunt, ſi pro pluribus offerantur, quam ſi pro paucioribus, quia ex finito inter plures diuiſo, minus ſingulis obuenire neceſſe eſt. Idem aſſerere debent, quotquot pro priori ſententia in primo capite allegauimus: tum etiam cæteri, qui poſteriorem ſententiam ſequuntur, excepto Corduba quæſtione illa tertia, quæſtione principali opinione quinta, cõcluſione tertia: nam cæteri eam in hoc ſenſu ſolum amplectuntur, vt hoc ſacrificium ex opere operato eo modo ſingulis proſit. Sententiam tamen Cani tradidiſſe videtur Præpoſitiuus, ſicut eius rationes indicant, quæ non ſolum de fructu ex opere operato, ſed etiam ex opere operantis idem probare videntur. Et quidem contra Canum, & Præpoſitiuum non obſcure ſequitur, idem dicendum eſſe de fructu orationum, & ſacrificij ex opere operantis ad remiſsionem pœnæ, & ad impetrationẽ boni: nã remiſsio pœnæ per orationẽ, & hoc ſacrificium ex opere operantis obtinetur per modum impetrationis, & meriti congrui ſolum; hac enim ſola ratione vnum hominem pro alio ſatisfacere poſſe, infra agentes de ſatisfactione vnius pro alio, oſtendemus. Cur igitur diuerſo modo de virtute orationis, & ſacrificij ex opere operantis ad vnum, & alterum effectum philoſophabimur, cum ad vtrumque finita ſit?

20

Refutantur ſententiæ, præcedente capite memoratæ.

CAPVT IIII.

Quid de Soti ſententia dicendum ſit.

HINC Autem non ſolum refutata manet prior opinio, ſed etiam aliorum Doctorum opiniones præcedente capite memoratæ, qui poſteriorem ſententiam, quam in vniuerſum probauimus, diuerſo modo explicare conati ſunt, facile refelli poſſunt. Et primum quidem ex dictis recte ſequitur id, quod contra Sotum diximus, nempe, eum ſecum non conſtare, cum alio modo philoſophatur de fructu huius ſacrificij oblati pro pluribus ex inſtituto, & præſcripto Eccleſiæ, & de fructu illius oblati pro pluribus ex intentione, & voluntate ſacerdotis ipſius. Deinde recte ſequitur, etiam Canum non ſatis conuenienter ſuis principijs præcedentem ſententiam explicaſſe: nam cum ille exiſtimet, valorem huius ſacrificij eſſe infinitum, tum etiam hac ratione concedat oblatum à pluribus non minus ſingulis prodeſſe ad impetrationem aliorum donorum, quam ſi à paucioribus offerretur, neſcio profecto, quare eodem modo non philoſophetur de fructu huius ſacrificij oblati pro pluribus, & pro paucioribus ad remiſsionem pœnæ, liquidem virtus infinita non eſt minor in ſingulis, cũ in pluribus operatur, quam ſi in paucioribus operaretur; tum etiam, quia non videtur eſſe ratio vlla, obquam dicat, minorem eſſe virtutem huius ſacrificij reſpectu eorum, pro quibus offertur, quam reſpectu offerentium. Ad hæc cum concedat, oblatum pro pluribus eodem modo ſingulis prodeſſe, quod attinet ad impetrationem aliorum bonorum, ſicut ſi pro paucioribus offerretur, neſcio qua ratione idem non concedat de effectu remiſsionis pœnæ, liquidem impetratio aliorum bonorum etiã conuenit huic ſacrificio ex opere operato, vt diſput. 229. capite ſecundo monſtrauimus: quod ſi tantum conueniret ex opere, & merito operantis, falſa quoque eſſet eius ſententia, ſi hic valor, quo in plures diuiditur, minor eſt, vt inferius oſtendemus, cuius oppoſitum immerito docuit Canus, cum eodem modo loquatur, de valore orationum, qui ſolùm eſt ex opere operãtis.

Quid de Cani placito.

21

Deinde non minus facile explicationem Silueſtri refutare poſſumus, quod enim multi ſigillatim à ſacerdote poſtulent, vt pro ipſis offerat ſacrificiũ, aut vnus poſtulet pro multis, ſeu ſacerdos ex ſe ipſo pro multis offerre velit, nihil intereſt, vt oblatum pro pluribus priori modo, ita ſingulis proſit ac ſi pro paucioribus offerretur, oblatũ verò pro pluribus poſteriori modo, non ita proſit ſingulis, ſicut ſi pro paucioribus offerretur: nam quamuis cum ſinguli, pro quibus offertur, petunt pro ſe ſacrificium offerri, maior ſit in ipſis deuotio, & diſpoſitio, vt maiorem fructum ſacrificij participent, quàm

Reijcitur Silueſ. interpretatio 22

quàm si id non petijssent, tamen vt hoc modo pro pluribus oblatum ita operetur in singulos, sicut in eos operaretur, si eo modo pro paucioribus offerretur, si posteriori modo oblatum pro pluribus non ita singulis prodest, sicut si pro paucioribus offerretur, vt contendit Silueſter, nihil omnino referret, quod singuli id petijssent. At inquit Silueſter, cum ſacerdos offert pro multis, qui ſigillatim pro ſe offerri petierunt, primo pro illis offert, eo quod totus affectus ipsius feretur in ſingulos primo, & ita ſingulis ita prodeſt, ac ſi pro vnoquoque illorum ſuum ſacrificium offerretur; at vero cũ ſinguli id nõ petierunt, ſed vnus pro omnibus illis, aut ipſe ſacerdos ex ſe pro omnibus illis offert, totus affectus ipsius non ferturin ſingulos primo, ſed in omnes, prout in vno numero, aut multitudine conueniũt, & ita non prodeſt ſingulis illius multitudinis eo modo, quo prodeſſet, ſi pro vnoquoque tantum offerretur. Verum hæc ratio friuola eſt; primum quia quamuis ſinguli non poſtulent, vt pro ſe ſacrificium offeratur, ita poteſt ſingulorum ſacerdos recordari in oblatione, ac ſi ſinguli illud petijssent, & tũc affectus illius non minus totus in ſingulos feretur, quã ſi ſingulí id petijssent; è cõtrario vero eos omnes, qui ſacrificium ſigillatim pro ſe petierunt, ita memorare poteſt ſacerdos, vt ſub vna tantum multitudine eos complectatur, & hoc modo pro illis offerat, & tunc affectus illius non refertur in omnes illos ſigillatim primo, vt patet, ſed ſub vna multitudine, ergo vt hoc, aut illo modo feratur affectus ſacerdotis in eos, pro quibus offert, parum intereſt, quod ipſi ſigillatim ſacrificium poſtulauerint, aut alij pro omnibus illis ſimul, ſed varius modus pro ipſis offerendi ex mente, & voluntate ſacerdotis penſari debet. An vero memoria diſtincta ſingulorum in oblatione magis ſingulis proſit, quam memoria illorum ſub quadam multitudine, licet certa, capite ſequente dicemus: nunc vero ſatis ſit contra Silueſtrum probaſſe, ad hoc, vt ſacrificium oblatum pro multis ita proſit ſingulis, ſicut oblatum pro paucioribus, nihil referre id, quod ipſe dixit, ſed ſiue poſtulauerint, ſiue non, ſiue illorum diſtincta memoria in oblatione fiat, ſiue non, ita vnicuique ſuo modo prodeſſe cum offertur pro multis, ſicut ſi pro paucioribus offerretur.

Ratio Silueſtri.

Non prõbatur

23

24 Explicatio Viguerij.

Poſtremo denique ſequitur, explicationem, quam poſteriori ſententiæ Vigueritus ãdhibuit, veram non eſſe; nam ſi hoc ſacrificium oblatum pro pluribus ſigillatim, quia eorum ſucceſsiue commemoratio fit, ita ſingulis prodeſſet, ſicuti ſi pro paucioribus offerretur, cur, obſecro, idem iudiciũ nõ erit de illo, quando pro pluribus, non diſtinctè, & ſigillatim, ſed ſub aliqua cõmunitate, & multitudine offertur? Quod enim ait, eſſe plures oblationes pro pluribus, quãdo pro ſingulis ſucceſsiue offertur, quando vero pro omnibus ſimul ſub aliqua multitudine offertur, vnam tantum, nullius momenti eſt, vt aſſeramus, priori modo ita prodeſſe ſingulis oblatum pro pluribus, ac ſi pro paucioribus offerretur, poſteriori autem modo non item: quia licet priori modo ſint plures oblationes per modum orationis, per quas fructus ſacrificij applicatur, tamen vna tantum eſt oblatio ipſius, in qua actio ſacrificandi conſiſtit. An vero ſacrificium oblatum pro pluribus ſigillatim plus illis valeat, quam ſi pro illis ſub vna multitudine indiſtincte offerretur, ſequente capite dicemus. Quod vero Viguerius, vt ſuam confirmaret ſententiam dicebat, ex oppoſita ſequi, fore, vt vna Miſſa pro omnibus hominibus mundi confuſe oblata, tantum ſingulis valeret, quantum ſi pro vno quoque ſolum ſigillatim vna offerretur, minime ſequitur; nam, licet dicamus, hoc ſacrificium oblatum pro pluribus perinde ſingulis valere, ac ſi pro paucioribus offerretur, nihilominus non putamus, æqualem fructum ſingulis prouenire ex oblatione confuſè, & generaliter facta, & ex illa, quæ ſpecialiter pro quouis fit, vt ſequente capite patebit. Demum, quam perperam ex ſua ſententia colligat, eum, qui accepit à pluribus ſtipendia, & eleemoſynas pro celebranda Miſſa, poſſe omnibus integre ſatisfacere vna tantum Miſſa, diſputatione 234. patebit.

nõ admittitur.

25

Diluuntur obiecta contra noſtram opinionem.

CAPVT V.

Soluti primi argumẽti oppoſitæ ſententiæ.

IAM Vero, ſi quæ ſunt, quæ huic noſtræ opinioni prout ſuperius à nobis explicatæ aduerſari videtur, diluamus: Ad primum, quod in primo capite pro priori ſententia allatum eſt, reſpon-

deo, valorem Miſſæ non eſſe finitum, ſed infinitum, vt in diſputatione præcedente probauimus. Ad ſecundum reſpondeo, quamuis ſacrificium oblatum pro pluribus perinde ſingulis proſit, ac ſi pro paucioribus offerretur, nihilominus non eſſe inutile, quinimo fructuoſum, ſi quis petat à ſacerdote, vt pro ſe offerat. Primum quia pro illo ſpeciali intentione offeret, quæ plus prodeſt, quam generalis, vt ſequente capite videbimus: tum etiam, quia petitio ſacrificij eſt melior diſpoſitio, vt petenti magis proſit, quam prodeſſet ſi non petijſſet, licet ſpeciali intentione pro eo offerretur; ad hæc quia orationes Eccleſiæ plenius proſunt ei, pro quo ſolo ſpeciali intentione Miſſa celebratur, vt capite ſequente patebit.

Secundi.

36

Tertij.

Cordubæ.

Ad tertium argumentum recte reſpondet Corduba, quæſtione illa tertia, canone quinto, etiam ſi hoc ſacrificium oblatum pro pluribus, ita ſingulis proſit, quod attinet ad fructum ex opere operato, ac ſi pro pluribus offerretur, nihilominus non poſſe ſacerdotem pluribus, à quibus plura ſtipendia accepit, vno ſacrificio ſatisfacere. Primum quia is, qui ſtipendium tribuit ſacerdoti, non ſolum petit ab eo applicationem ſacrificij, ſed etiam orationes Eccleſiæ, & impetrationem earum, quæ ſunt finiti valoris, ac proinde iuxta noſtram ſententiam minus ſingulis proſunt, ſi inter plures, quam ſi inter pauciores diuidantur. Aliâ rationem adducam capite ſequenti deſumptam ex incertitudine opinionum. Deinde quia cum ſtipendium detur ratione ſuſtentationis, vt qui altari ſeruit, de altari viuat, ſicut diſput. 234. capite primo dicemus, iuſtitia ipſa non patitur, vt qui ſemel ab vno in ſuſtentationem ſtipendium accepit, ab alio contra ipſius voluntatem ſuſtentetur, namque valor Miſſæ, ex opere operato prouenies non venditur, ſic enim liceret à pluribus pro vno tantum ſacrificio plura pretia, & ſtipendia accipere, cum nihil vltra valorem acciperetur. Cum igitur ille qui à pluribus accipit plura ſtipendia, ea ita accipiat, vt ſingulis ſingulas Miſſas promittat, & pro ſingulis earum à ſingulis ſuſtentationem accipiat, contra voluntatem ſingulorum manifeſte erit, vnam tantum pro omnibus celebrare, & ſingulorum ſtipendia in ſuam ſuſtentationem retinere. Ex quibus patet quam manifeſte deceptus fuerit Viguerius, capite ſecundo allegatus, cum aſſerit vnico Miſſæ ſacrificio ſatisfieri poſſe pluribus, qui ſtipendia ſacerdoti in ſuſtentationem illius dederunt, in quo etiam aliqui Recentiores non recte loquuntur.

37

Viguerius.

Sed quamuis veram exiſtimem ſententiam poſteriorem, quam capite ſecundo retuli, ſi recte intelligatur, rationes tamen, & fundamenta, quæ pro illa eodem capite adduxi, mihi non probantur, tum quia noſtram ſententiam non recte probant: tum etiam, quia ſi alicuius momenti eſſent probarent etiam idem de orationibus, & de valore ſacrificij ex opere operantis, quod tamen falſum eſſe exiſtimamus, & ideo diluenda ſunt. Primum quidem, quod erat de ſpiritu comparatione facta cum loco, nullius momenti eſt, ideo enim ſpiritus eſt totus in toto, & totus in quauis parte loci, quia vnus eſt, & partes non habet, at vero fructus ſacrificij non eſt vnus in pluribus, ſed vnicuique ſuus reſpondet, & ideo ex modo, quo quidem ſpiritus communicatur loco, non recte ſequitur, effectum huius ſacrificij, qui vnicuique reſpondet, fore non minorem in vnoquoque, cum offertur pro pluribus, quam eſſet ſi offerretur pro paucioribus. Hoc modo reſpondet Medina, ne hoc argumento probetur, orationem factam pro pluribus, ita ſingulis prodeſſe, ac ſi pro paucioribus fieret. Secundum vero, quod deſumptum erat ab exemplis corporis, nihil etiam probat, nam ideo agentia illa applicata pluribus ſubiectis, non minorem effectum in ſingulis operantur, quam ſi paucioribus applicarentur, quia ad hoc virtutem phyſicam determinatam habent, iuxta modum applicationis, & capacitatis ſubiecti, nunc autem probandum eſſet, talem virtutem moralem huic ſacrificio conuenire, vt eodem modo in plures ſimul operari poſſet, ſicut in pauciores: ſemel autem hoc probato, ſicut à nobis ſupra probatum eſt, non indigebimus illis exemplis corporalibus ad id explicandum, aut confirmandum. Tertium etiam deſumptum ex applicatione meritorum Chriſti, ſolum probat ex parte meritorum, quòd infinita ſint, nihil obſtare, quo minus ita fieri poſſet, vt hoc ſacrificium applicans pluribus merita Chriſti, perinde ſingulis prodeſſet, ac ſi paucioribus ea applicaret, inde tamen non probatur, ita fuiſſe inſtitutum, vt hoc modo meriti Chriſti applicaret. Demum, quod poſtremo loco citatur ex Canone: *Non mediocriter, De conſecratione*, diſtinctione quinta, in Hieronymo non inuenitur, niſi pauca quædam verba in Autore Regulæ monaſ-

Reijciuntur argumenta pro vera ſententia initio facta.

Soluitur primum.

Diluitur ſecundum.

38

Tertium.

Vltimum.

monachorum apud Hieronymum in 9. tomo cap. de contemplatione, & oratione, in toto autē illo canone, cuiuſcumque ille ſit,
29 non agitur de fructu orationum, aut Miſſæ, quem percipiunt hi, pro quibus, ſed ij à quibus fiunt: exhortatur autem Autor, ne nimia cum anxietate, ita vt ſaluti noceat, Pſalmodiæ, & orationi monachus intendat, ex quo aut amentiæ, aut triſtitiæ notam incurrat: & hac ratione vſurpauit verba illa, quæ ſunt in Regula Monachorū. *Melior eſt quinque Pſalmorum decantatio cum cordis puritate, & ſerenitate, & ſpirituali hilaritate, quam totius pſalterij modulatio, cum anxietate cordis, & triſtitia*: nempe, pro fructu eius, qui cantat. Subditur autem in eo canone ſtatim: *Dū igitur pro cūctis* (alias *pro cētum*) *animabus pſalmus, vel Miſſa dicitur, nihil minus, quam ſi pro vno quolibet ipſorum diceretur, accipitur*. Non quidem ab animabus pro quibus dicitur, hoc enim nihil ad id, de quo in eo canone agebatur pertinebat, ſed ab ipſis, qui Pſalmum, vel Miſſam dicunt, quia vt verbis ſuperius, memoratis dixerat, melior eſt paucorum Pſalmorum decantatio cum hilaritate, quam multorum cum anxietate, & triſtitia, nempe ipſi monacho cantāti: ſic igitur nunc ait, non minus prodeſſe monacho vnam Miſſam, cum hilaritate pro centum animabus, quam centum Miſſas cum triſtitia, & anxietate dicere. Mitto reſponſa, quæ Adrianus, & Medina citati à nobis in primo capite huic canoni adhibent, ſunt enim omnino extra rem ipſam, & inſtitutum illius, quas omnes in vnum collegit Corduba quæſt. illa 3. §. *Ad ſeptimum*, verſicul. *Ad vltimum ex Hieronymo*.

30 Medina. Adrianus. Corduba.

Adde, quod ſi teſtimonium hoc alicuius momenti contra noſtram ſententiam eſſet, non ſolum probaret Miſſę, ſacrificium oblatum pro pluribus perinde ſingulis prodeſſe ex opere operato, ac ſi paucioribus offerretur, ſed etiam ex opere operantis, & ex merito offerentis, quod tamen falſum exiſtimamus, ſicut ſupra capite tertio contra Canum ex profeſſo probauimus, idemque de omnibus prædictis rationibus dicendum eſt, nempe ſi alicuius eſſent momenti, fore, vt idem probārent de virtute ſacrificij ex opere operantis, & ex opere operato.

De varijs modis, quibus hoc ſacrificium à ſacerdote applicari poteſt.

CAPVT VI.

CVM Menſura effectus huius ſacrificij ex duobus pendeat, videlicet ex intentione ſacerdotis offerentis, & ex diſpoſitione illius, pro quo offertur, vt ea, quæ hactenus diximus, plenius intelligamus, operæ pretium erit, vtrumque in hoc, & ſequente capite explicare. Atque imprimis ſtatuendum eſt id, quod capite tertio diximus, nempe, applicationem huius ſacrificij ad effectum illius ita neceſſariam eſſe, vt niſi pro aliquo offerretur ex opere operato ei prodeſſe non poſſet, neque ſufficeret, ſi ipſe illud offerret. Hanc vero applicationem, ſeu oblationem pro alio, vt ſacrificium habeat ſuū effectū pendere ex ſolo ſacerdote, cui tota applicatio à Chriſto Domino cōmiſſa eſt, ſicut in adminiſtratione Sacramentorum.

Applicatio facta à ſacerdote neceſſaria eſt, vt ſacrificium proſit.

31

Verū difficultas eſt, vtrum hæc applicatio fiat ſecūdū volūtatē, quā ſacerdos habere debeat, an ſecūdū illā, quā re ipſa habet, quod paſsim dicitur, vtrum ſecūdū voluntatē debitā, an ſecūdum elicitam: contingere enim interdū poteſt, vt ſacerdos alicui promiſerit, ſe pro illo ſacrificiū oblaturū, vel ſua ſponte, vel quia ab eo ſtipendiū pro Miſſa accepit, vel quia ita ſuperior præcepit, ſacerdos vero nihil curans de obligatione, & promiſsione, qua pro illo debebat offerre, pro alio offerat. Difficultas igitur eſt, vtrum proderit hoc ſacrificium peculiari illa intentione ei, pro quo ſacerdos debebat offerre, an alteri pro quo re ipſa offert. Scotus quodlibet. 20. §. *De ſecundo articulo*, verſicul. *De ſecundo in iſto*: & Gabriel in Canonem Miſſæ, lectione 26. litera P. & Q. affirmant, applicationem huius ſacrificij fieri ſecundum voluntatem ſacerdotis, quam ex obedientia ſtatuti, aut Prepoſiti, aut ex iuſtitia propter ſtipendium acceptum alicui fieri debebat, non autem ſecundum voluntatem peculiarem ipſius, qua contra obedientiam, vel iuſtitiam pro altero hoc ſacrificium offert. Probant autem hac ratione: quia ſacerdos eatenus vim habet applicandi hoc ſacrificium, quatenus eſt

Qua ratiō ne debeat fieri hæc applicatio

Sententia aſſerentiū debere fieri ſecundū voluntatē debitam: Scotus. Gabrielis

miniſter Chriſti, ac proinde non iuxta ſuam propriam voluntatem, ſed iuxta voluntatem Chriſti illud applicare poteſt, hęc autem eſt voluntas Præpoſiti, & quæcumque alia, quã ex præcepto habere debet.

32

Nonnulli alij, pro quorum ſententia allegatur Ledeſma 2. par. 4. quæſt. 16. artic. 14. in fine, exiſtimant, ad applicationem huius ſacrificij non præualere voluntatem, quam ſacerdos habere debebat ex contractu, vel promiſsione, ſed illam, quam actu habet, etiam contrariam, at verò cum ex obedientia, aut ratione præcepti ſuperioris, aut ratione alicuius conſtitutionis deberet alicui Miſſam applicare, & pro alio celebrat, præualere in hac applicatione ad effectum ſacrificij voluntatem Præpoſiti, aut Eccleſiæ applicantis illam, per præceptum, aut cõſtitutionem

Aliorum med a ſententia. Ledeſmæ.

Verum hæc ſententia vtrouis modo intellecta firmo aliquo fundamento niti non poteſt: etenim miniſter huius ſacrificij perinde ſe habet reſpectu effectus illius, atque miniſter Sacramenti; hic autem licet peccet, ſi circa applicationem Sacramenti aliam voluntatem habeat, quam Superior, nempe, quia applicat Sacramentum alicui contra Eccleſiæ præceptum, nihilominus medio Sacramento ſic applicato, ſi in ſuſcipiente non inueniat obicem, effectum operatur Sacramenti: ergo eodem modo, ſi ſacerdos applicet fructum huius ſacrificij, non ei, cui ex promiſsione, aut contractu, aut ex præcepto Superioris debebat applicare, nihilominus in eo operabitur. Adde quod cum Præpoſitus qui tantum iubet ſacrificium pro aliquo offerri, non ſit miniſter huius ſacrificij, nullo modo ex voluntate eius applicatio, & fructus pendebit. Quod ſi oppoſita ſententia vera eſſet, ſequeretur, eum, qui ex ſtatuto, aut præcepto Præpoſiti aliquo die determinato debebat pro aliquo celebrare, & pro eo non celebrauit, ſed pro alio, non debere iterum pro illo celebrare, quia ſtatuto, aut præcepto ipſo applicaretur eo die ſacrificium illi, pro quo ſacerdos debebat celebrare: conſequens autem eſt falſum, vt patet. Et hic eſt communis ſenſus Doctorum hominum noſtræ ętatis. Oppoſita vero ratio nihil probat, quia quamuis ſacerdos ſit miniſter Chriſti, ita ipſi commiſſum eſt miniſterium huius ſacrificij, ſicut Sacramenti, vt ſi ſeruet ea, quæ circa ritum vtriuſque inſtituta ſunt, eius voluntati, quam actu habet, omnino ſtandum ſit, neque debitum iuſtitiæ, aut obedientię voluntati ipſius obſtare poſsit; ſicut in Sacramentis plane videmus. Porro autem, ſacerdotẽ eſſe miniſtrũ huius ſacrificij, & ad illud peculiarem poteſtatem accepiſſe, patet ex forma ordinationis, ex qua id probauimus capite 3.

Circa applicationẽ attendenda eſt voluntas explicita ſacerdotis.

33

Cæterum, cum non ſolum ex Eccleſiæ inſtituto hoc ſacrificiũ pro tota Eccleſia quotidie debeat offerri, verumetiam verbis, quę Eccleſia in Canone Miſſę poſuit, ſacerdos pro ea illud quotidie offerat, exiſtimarunt Recentiores nonnulli, hanc oblationem ita in vniuerſum à ſacerdote factam, iuſtis, qui ſunt in Eccleſia, nihil prodeſſe ad remiſsionem pœnę temporalis, peccatis ipſorum debitæ, quæ certa lege ſemper confertur, ſed tantum ad impetrandum alia bona, quæ non ſemper, nec certa lege conceduntur: hoc autem ſibi perſuaſerunt, quia nullum videtur ipſis præceptum Diuinum, aut Eccleſiaſticum eſſe, quo ſacerdos teneatur ad offerendũ pro tota Eccleſia, & iuſtis, qui in ea ſunt, ad remiſsionem pœnæ. Primum quidem non Diuinum, quia licet in ſua ordinatione ſacerdos poteſtatem accipiat, ſacrificium offerendi, tam pro viuis, quam pro defunctis, tamen præceptum nullum Diuinũ eſſe videtur, vt pro omnibus ſimul, qui ſunt in Eccleſia, ſacrificiũ offerat, cum neque ex ſcriptura, neque ex traditione Eccleſię colligi poſsit. Porro autem, aſſerere, Chriſtum ſua propria autoritate hunc etiam fructum toti Eccleſiæ applicuiſſe, cętera verò voluntati ſacerdotis demandaſſe, commentium, plane eſſe videtur. Cum enim ſacerdotibus tamquam miniſtris, & proximè offerentibus, oblationem huius ſacrificij tradiderit, dici ſane non poteſt aliquam peculiarem applicationem, aut fructum illius ſibi reſeruaſſe. Deinde idem probant de iure Eccleſiaſtico, quia ſi aliquod eſſet, maxime in illis verbis Canonis, quę citauimus: in illis autem (inquiũt) ſolum eſt præceptum orandi pro omnibus nomine Eccleſiæ, & offerendi ſacrificium hoc ad impetranda pro omnibus alia bona, id quod colligi putant ex Concilio Cabilonenſi 2. capite 39. vbi dicitur: *In omnibus Miſſarum ſolennijs pro defunctorum ſpiritibus loco competẽti Dominus deprecetur: ſicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viuentibus, & pro quibuſlibet neceſsitatibus Dominus deprecetur, ita nimirũ nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in Miſſarum ſolennijs fundantur.* Ex quibus verbis colligunt, non alio modo orari in Miſſarum ſolennijs pro viuis, quam pro defunctis; pro his autem omnibus non offertur (inquiũt) ſacrificium

Quid ſentiant aliqui circare miſsionem pœnæ pro tota Eccleſia.

34

35

Concil. Cabilonenſe.

à quo

à quouis ſacerdote, alioquin facillimum eſſet, tanta ſacrificiorum multitudine, quæ quotidie offeruntur, totum Purgatorium paruo tẽpore expoliare, quod videtur incredibile.

Non probatur præcedẽs opinio.

Hæc tamen opinio facilè refelli poteſt: primo, quia verbis Canonis, quorum ſignificationi intentio ſacerdotis conuenire debet, & ſemper conueniens eſt, quoties ipſe illis expreſſe nõ contradicit, manifeſte ſignificatur, non ſolum fieri orationem nomine Eccleſiæ pro omnibus fidelibus, ſed etiam pro illis hoc ſacrificiũ offerri: dicitur enim: *Imprimis, quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta, &c.* Quod verò poſtea ſubditur: *Memento etiam Domine, &c.* denotat non ſolam orationem nomine Eccleſiæ, ſed etiam peculiarem oblationem, & applicationem huius ſacrificij pro ijs, pro quibus ex peculiari intẽtione ſacerdos offerre cupit. Neque verò ex verbis Canonis colligi poteſt, ita pro

Ex verbis canonis eius falſitas colligitur.

36

tota Eccleſia hoc ſacrificium offerri, vt ſacerdos ei ſolum applicare velit fructum illius, non ad remiſsionem pœnæ temporalis, ſed ad impetrationem aliorum bonorum; quinimo neque in poteſtate illius eſſe poteſt, vt vnum fructum ſacrificij ab alio ſeparet, & vnum ſine alio applicet ei, qui vtriuſque capax eſt: ſicut etiam neque in poteſtate miniſtri ſitum eſt: vt vnum fructũ Sacramenti ſine alio applicet, intentio enim miniſtri ad hoc tantum deſeruit, vt huic aut alteri Sacramentum, aut ſacrificium applicetur, omnis autem operatio, & fructus vtriuſque, facta illa applicatione, ſtatim cõſequitur. Et quidẽ, ſi verba Concil. Cabilonẽ ſi aliquid probarẽt, probarent etiãnullo modo pro tota Eccleſia, & fidelibus viuentibus hoc ſacrificium offerri, ſed ſolum nomine Eccleſiæ pro illis orationes fieri, id quod aduerſarij non concedunt. Dicamus igitur non ſolum generali illa intentione ex inſtitutione Eccleſiæ hoc ſactificium toti Eccleſiæ à ſacerdote applicari ad impetrandum pœnam temporalem peccatis debitam: defũctis autem omnibus, ſi verba Canonis ſolũ attendamus, non item, ſed ſolum pro illis orationes fieri, cum poſt ſecundam orationem: *Memento*, dicimus, *ipſis Domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij, lucis, & pacis, &c.* Nam quamuis quibuſdam ex intentione expreſſa ſacerdotis, in oratione illa ſecunda applicetur hoc ſacrificium; tamen cum dicimus, *Et omnibus in Chriſto quieſcentibus, &c.* iam omnibus defunctis non applicatur ſacrificium, ſed pro illis dumtaxat oratur à ſacerdote; & ita niſi aliũ-

Non eſt in poteſtate miniſtri partem fructus applicare.

37

Ex ſecunda oratione *Memento* nõ colligitur fieri applicationem ſacrificij pro

de conſtaret, pro omnibus defunctis hoc ſacrificium ex inſtitutione Eccleſiæ offerri, ad rationem aduerſariorum reſpõdere poſſemus, non ſequi, tot ſacrificijs, quæ quotidie offeruntur, facilè omnes animas à Purgatorij pœnis liberari. Verum quia ex oratione illa, quã dicimus poſt offertorium; *Suſcipe ſancte Pater hãc immaculatã hoſtiã, &c.* manifeſtè cõſtat, oblationẽ fieri pro defunctis, dicitur enim in ea, *Et pro omnibus fidelibus Chriſtianis viuis, ac defunctis*: quæ quidem oblatio hoſtiæ refertur ad ſacrificium futurum, quamuis tunc panis offeratur, ideò dicendum eſt, hoc ſacrificium ex præſcripto Eccleſiæ generali illa intentione, non tantũ pro omnibus fidelibus viuentibus, ſed etiam pro omnibus defunctis offerri; inde tamen non ſequi, tot ſacrificijs, quæ quotidie offeruntur, omnes animas Purgatorij facilè liberari, eo quòd hæc oblatio ita generalis non adeo efficax ſit, vt tam cito ea ſolum animæ Purgatorij liberentur.

omnibus defunctis.

Ex alia oratione id colligitur.

Reſpondẽtur argumento ab incommodo.

Verumenimuero, cum hoc ſacrificium duobus modis tam viuis, quàm defunctis à ſacerdote poſsit applicari, nempe, & generali quadam intentione, & ſpeciali, & virtus Sacramenti ex intentione miniſtri quãuis non ex merito illius pendeat: notat Corduba lib. 1. q. illa 3. quæſtione principali, opinione 5. concluſ. 1. ad effectum ſacrificij ex opere operato intentionem, & applicationem illius ſpecialem pluribus factã, plus ſingulis valere, quam ſi generali quadã ratione, & confuſe omnibus illius multitudinis applicaretur: nam ſicut oratio pro aliquibus diſtincte facta plus illis prodeſt, quã ſi generali quadam ratione pro illis fieret, eo quòd perfectior ſit applicatio, & intentio, quo magis diſtincta, & ſpecialis, vt patet, ita etiam in ſacrificio philoſophandum eſt: nam quamuis illud proſit nobis etiam ex opere operato, non autem ſolum ex opere operantis; tamen cum effectus eius ex opere operato pendeat ex applicatione facta per ſacerdotem, quatenus pro alijs offertur, conſequitur, ratione melioris applicationis maiorem effectum præſtare. Ideoque Eccleſia merito inſtituit, vt ſpeciali intentione ſacrificium hoc pro aliquibus perſonis offerretur, quòd crederet, ex ſpeciali intentione maiorem fructum illius oriri. Porro autem orationes ſpecialiter, & diſtincte pro aliquibus factas plus illis prodeſſe, quàm ſi generali intentione pro illis fierent non obſcure definitum eſt contra Vvicleffum in Concilio Conſtantienſi ſeſsione 8. vbi damnatur error illius 19. ſub his verbis,

Duplex intentio ad applicandum ſacrificium.

38

Oratio plus prodeſt facta ſpeciali intentione, quam generali.

Conc. Conſ.

Speciales orationes applicatæ vni perſonæ per Prælatos, vel Religioſos non plus proſſunt eidem, quam generales, cæteris paribus. Cum enim hic error inter alios ibi damnetur, manifeſte ſenſit Concilium, intentionem ſpecialem, & expreſſam in orationibus plus aliis prodeſſe, quam generalem. De hac intentione, & applicatione generali, & ſpeciali apud nullum alium ex antiquis Scholaſticis aliquid legi: hæc tamen doctrina Cordubę mihi maxime probatur. Quod vero docet Sotus, in illo quodlibeto. 20. §. *De ſecundo articulo*, verſiculo, *De ſecundo in iſto articulo*, eſſe quandam applicationem operis ſpecialiſsimam, quãdam generaliſsimam, quamdam vero mediam: quam doctrinam Couarruuias, Corduba, & alij probant, noſtro inſtituto nihil deſeruit, nam ſpecialiſsimam applicationem, inquit ille, eam eſſe, quæ fit ipſimet operanti, quatenus illi prodeſt opus ſuum hoc ipſo, quod ab eo procedit, & hæc locum non habet in hoc ſacrificio ad effectum ex opere operato, quia, vt ſupra diximus, vt proſit ex opere operato ipſi offerenti, opus eſt, vt non tantum ipſe offerat, ſed etiam pro ſe illud offerat. Generaliſsima vero eſt, qua omnes, qui ſunt in gratia ratione communionis Sanctorum dicuntur participes eſſe bonorum operũ cuiuſcumque, & hæc etiá ad præſens inſtitutũ nihil pertinet. Media vero eſt, quæ nimirum fit per intentionem offerentis, & operantis applicando, aut impetrationem ſui operis, aut ſacrificiũ alteri, & de hac in ſacrificio ad effectum ex opere operato, hactenus diximus, eamque in generalem, ſeu confuſam, & ſpecialem, ſeu diſtinctam diſtribuimus.

39 Præter generalem, & ſpecialẽ intentionem alia non eſt.

Sed enim id, quod diximus de intentione, & applicatione huius ſacrificij pro alijs, generali, & ſpeciali, non intelligimus eodẽ modo locum habere in prima, & ſecunda intentione, hoc eſt: ſicut ſpecialis præfertur generali, prima applicatio, nempe quæ fit in primo loco, præſtãtior nõ eſt, ea, quæ fit in ſecũdo: ſed licet ſucceſsiue pro pluribus ordine ſuo ſacrificiũ hoc diſtinctè à ſacerdote offeratur, nõ erit melioris cõditionis ille, pro quo primò, quã ille, pro quo ſecũdò, tertiò, aut alio loco offertur: ac proinde vulgarẽ illa diſtinctionẽ de oblatione Miſſæ primæ, aut ſecundæ intentionis, iuxta dicta intelligo, aut ſi aliter intelligatur, friuolam & falſam exiſtimo: niſi quod ratione incertitudinis, quæ ex varijs opinionibus in hac re prouenit, quiſque debet primaria intentione, imo omnino pro eo ſub conditione Miſſam celebrare, pro quo ſpeciali obligatione offerre debet, ne forte ex conſortio aliorum, aliqua parte fructus defraudetur, atque omnia Diuinæ diſpoſitioni reſeruare: vt optime notauit Corduba lib. 1. q. 3. in quæſtione principali, opinione 5. poſt concluſionem 4. §. *Secundo ſequitur.*

40 Nihil intereſt primo aut ſecundo loco, pro aliquo offerre, dũmodo diſtinctè vtriuſque fiat mentio.

Duo tamen ſuperſunt notanda, alterum eſt, cum plures ſacerdotes conſecrant hoc Sacramentum, ad quemlibet illorum perinde pertinere applicationem illius, acſi ſolus eſſet, eo quòd vnuſquiſque eorum vere conſecrat, non vt partialis (vt aiunt) cauſa, ſed vt totalis; ac proinde ad ipſum ſine alterius voluntate pertinet hoc ſacrificium integre applicare, cui voluerit: cumque effectus illius infinitus ſit, perinde proderit illis, quibus à ſingulis ſacerdotibus applicabitur, ac ſi ab vno ſolo ſacerdote vni tantũ applicaretur. Alterum eſt, cum vnus ſacerdos conſecrauit ſolum corpus Chriſti, quia morte, aut alio impedimento ſanguinem cõſecrare non potuit, ab alio autem ſacerdote ſupplente deffectum prioris cõſecratur ſanguis, ad poſteriorem pertinere applicationem ſacrificij, quia cum ante conſecrationem ſanguinis non ſit ſacrificium, vt diſput. 223. cap. 4. probauimus, & conſecratione ſanguinis perficiatur, ille ſolus ſacerdos dicetur ſacrificare, qui ſanguinem conſecrat, ac proinde ad ipſum pertinebit applicatio ſacrificij non ad priorem. Quo circa ego nõ video, quã ratione poſterior ſacerdos debeat, vel aliquo vinculo teneatur, ad intentionem prioris ſe conformare, vt Recentiores nõnulli arbitrantur, non ſolum ſub culpa mortali, ſed etiam neque ſub veniali.

Cum plures conſecrant quilibet poteſt offere, ac ſi ſolus conſecraret.

41 Qui conſecrat ſanguinem debet applicare ſacrificium.

Supererat hoc loco diſputare, an in poſtate ſacerdotis ſit, intentionem ſuã, & applicationem huius ſacrificij, non tantùm conferre in volũtatem alterius hominis præſentem, qui iam petiuit hoc ſacrificium pro alio: ſed etiam in voluntatem futuram illius, qui aliquãdo petet, prout Deus nouit futuram. Verùm, ne hoc caput longius fiat, diſputat. 234. cap. 4. de hac re tractabimus.

De diſpoſitione neceſſaria ex parte eius, pro quo offertur hoc ſacrificium.

CAPVT VII.

QVOD Supereſt paucis in hoc capite explicemus, qualis ſit neceſſaria diſpoſitio ex parte eius, pro quo ſacrificium offertur,

tur, vt fructum illius participet, ex eius enim varietate maiorem, & minorem effectum huius sacrificij pendere, in præcedente disputatione dictum est sæpius. Atque primum quidem ex disputat. 227. supponimus, baptizatos solum capaces esse in vniuersum fructus huius sacrificij, siue in hac vita mortali, siue in Purgatorio sint: deinde etiam certum est, baptizatos existentes in mortali capaces esse aliquorum fructuũ huius sacrificij, siquidẽ, vt vidimus disput. 228. cap. 2. virtute huius sacrificij impetrare possumus alicui remissionem mortalium, & iustificationem ab eis. An vero his etiam prodesse possit ad remissionẽ pœnę tẽporalis, quæ ex peccatis ipsorum iam remissis relicta fuit, controuersiam inter Doctores esse posse, aliquis fortasse existimabit. Nam cum Scotus, & alij quos allegauimus 1.2. disp. 14. censeant, eũ, qui est in peccato mortali, posse soluere pœnam temporalem debitam suis peccatis venialibus, aut mortalibus, iam secũdũ culpam dimissis, aut per satisfactionẽ, aut per satispassionẽ in hac vita, vel in alia, & per hoc sacrificium pœna illa temporalis ex opere operato remittatur: ex eorum sententia plane sequi videtur, hoc sacrificium existentibus in mortali, ad hunc effectum prodesse; Quinimo Recentiores aliqui putant, in hac sententia fuisse Nauarrum in tractatu de oratione, & horis canonicis. c. 19. numero 37. eo quod in canone primo de Pœnitentia distinct. 6. numer. 45. cum eodẽ Scoto senserit, eum, qui est in mortali, posse soluere pœnam temporalem peccatis debitã, vt retulimus.

Baptizati solum capaces sunt fructus huius sacrificij.

Remissio pœnę secũdum aliquos impetratur existẽti in mortali.

Scotus.

43

Nauarrus.

Verum licet Nauarrus in hoc, quod posterius diximus, cum Scoto contra S. Thomam sentiat, tamen quod attinet ad fructum sacrificij, prędictam sẽtentiam minime sequitur, quinimo contrariam aperte tradidit, nam numero 74. inquit, hoc sacrificium ex opere operato nihil omnino prodesse ei qui non est incorporatus Ecclesiæ per fidem, & charitatem: ac proinde non posse sacerdotem illud offerre pro eo, quem credit nõ esse in gratia, quod quidem posterius, si intelligatur de oblatione huius sacrificij pro existẽtibus in mortali, ad impetrãda eis dona gratiæ, falsũ existimo, vt ex dictis cõstat, quod vero attinet ad fructũ orationũ, inquit, aliã esse rationem, & in hoc differre maximè eum, qui est in mortali ab eo, qui est excommunicatus, quia existenti in mortali prodesse possunt, etiam quod spectat ad satisfactionem pro pœna, quod putat esse contra sanctum Thomam, excõmunicato autem non item. Quo circa ego nullum legi, aut ex Schola sancti Thomæ aũt etiam Scoti, qui dicat, fructũ remissionis pœnæ, qui est effectus huius sacrificij, existenti immortali communicari posse, quinimo oppositum expresse docuerunt sanctus Thomas in 4. d. 12. q. 2. art. 2. q. 2. ad. 4. & Sotus in lib. 10. de iustitia & iure q. 2. art. 2. ad 3. in hunc sensũ explicantes Augustinum lib. 1. de anima, & eius origine cap. 9. vbi ait. *Quis enim offerat corpus Christi, nisi pro eis, qui sunt membra Christi*; quod testimonium citauimus disputatione 227. cap. 2. & in alium sensum explicuimus. Hæc autem sententia manifeste sequitur ex illa, quam cum sancto Thoma contra S. tum sequuti sumus 1. 2. disputat. cit. nempè nullum existentem in mortali luere posse pœnam temporalem peccatis suis debitam in hac vita, aut in alia satisfactione vlla, aut satispassione: hinc enim rectè videtur sequi, Christum non instituisse hoc Sacramentum pro remittenda pœna temporali eorum, qui in statu peccati mortalis sunt, quamuis nihil obstare potuerit, quo minus id voluisset, ita illud instituisset.

44 Existentẽ in mortali fere nullos concedit remissionem pœnę per hoc sacrificium s. Thomam Sotus.

Est igitur necessaria dispositio ad remissionem pœnæ temporalis virtute huius sacrificij ex parte illius, pro quo offertur, status gratiæ, & iustitiæ apud Deum: quamuis autem ad effectum alicuius Sacramenti, vt Confessionis, & Baptismi, in adultis requiratur tamquam dispositio actio aliqua recipientis illud, eo quòd ipsi ad receptionem concurrunt; tamen ad effectum huius sacrificij, nulla alia dispositio præter statum gratiæ requiritur, eo quòd ipso, pro quo offertur, omnino ignorante, pro eo offerri possit: quinimo suapte natura oblatio etiam pro ignorantibus, & nullo modo cooperantibus fieri queat: atque hoc sine controuersia esse existimo. Quod si sufficiens est status gratiæ, & nulla alia actio pro dispositione requiritur, nihil etiam impediet effectum illius actio peccati venialis, eo quòd hæc cum statu gratiæ, qui sufficit pro dispositione, rectè esse possit. Verùm enim vero, sicut certum est inter Autores, ad effectum huius sacrificij nullã actionem præter statum gratiæ requiri, ita etiam citra cõtrouersiam est, eo esse maiorem effectum sacrificij, quo fuerit melior dispositio. In quæstione tamen positum est, vtrum quo fuerit maior status gratiæ, eo absque vlla actione censeatur melior dispositio, an melior dispositio ex meliori actione, & actuali (vt aiunt) deuotione sumenda sit.

Quæ dispõsitio requiratur ad remissionem pœnæ temporalis.

45

Quo melior est dispositio maior, & fructus.

Recentiores nonnulli putant, ex parte eorum, pro quibus hoc sacrificium offertur, nihil

Sententia recentio-

rum circa deuotionē actualem.

nihil aliud ad effectum illius requiri, niſi remotionem impedimenti, nempè peccati, id quòd perſtatum gratiæ, & iuſtitiæ ſit, aliâ vero diſpoſitionem actualis deuotionis minime neceſſariam eſſe. Ex quo inferunt, effectum huius ſacrificij non augeri, neque minui ex maiori, aut minori deuotionis affectu eius, pro quo offertur, neque ex maiori, aut minori ſtatu gratiæ, & iuſtitiæ, ſed omnem diuerſitatem illius ex intentione ſacerdotis offerētis, & applicantis hoc ſacrificiū ſumēdam eſſe. Hanc vero ſententiam intelligunt de ijs, qui non ſunt etiam offerentes, ſed tātum pro quibus ſacrificium offertur, pro qua ſententia referunt Caietanum tomo 2. Opuſculorum tit. 3. q. 2. Durandum in 4. d. 45. q. 3. num. 7. & 8. Sanctum Thomam eadem d. q. 2. art. 4. q. 1. De offerentibus autem diuerſam rationem eſſe putant, nempè ſecūdum deuotionem actualem eorum effectū ſacrificij poſſe contemperari, ita vt maiori deuotioni melior effectus reſpondeat, eo quòd effectus ſacrificij in offerentibus in vniuerſum, non ex intentione alterius pendeat, ſed in propia actione offerentis fundamentum habeat, & ſecundum varietatem illius varietur, quo autem fuerit maior deuotio offerentis, melior efficitur oblatio illius moraliter, ac proinde magis ei ſacrificium prodeſt. At enim neque ſanctus Thomas, neque Durandus prædictā ſententiam ſequuti ſunt de effectu huius ſacrificij diſputātes, ſed de effectu ſuffragiorum vnius pro alio, quorum diuerſa omnino ratio eſt, vt ſtatim videbimus. Caietanus verò loquens de effectu huius ſacrificij oppoſitam aperte tradit: nam in ea q. §. *Sacrificium igitur*, ait, effectum ſacrificij determinari ex deuotione. Porrò autem ipſum loqui de deuotione eius, pro quo offertur, conſtat ex §. ſequente, vbi diſtinguit intentionem, nempè applicantis ſacrificium, & deuotionem: & ſubdit, intētionem eſſe propriam ſacerdotis, hoc eſt, nulli alteri conuenire: at vero deuotionem ipſi, & alijs communem eſſe: deuotionem autem aliorum concurrere ad effectum ſacrificij, colligit ex illis verbis Canonis: *Quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio.* Et in §. *Vnum tamen dubium*, oſtēdit, hanc doctrinam de deuotione ad effectū ſacrificij locum habere in omnibus, pro quibus à ſacerdote offertur. Nempè vt viuis proſit, ſi ipſi petierint pro ſe ſacrificium, aut miniſtrent, aut aliquo modo adiuuent, & faueant oblationi: circunſtantibus vero tamquam miniſtrantibus, reliquis omnibus iuxta eorum deuotionem, qua erga communes Eccleſiæ orationes, & ſacrificia affecti ſunt; defunctis demum iuxta deuotionem, quam in hac vita habuerūt: niſi quòd putat, horum omnium deuotionem, quam diximus, ad eos tamquam aliquo modo offerentes pertinere, nam omnes vt minimum eatenus cōcurrere exiſtimat ad oblationem, quatenus ſunt membra Eccleſiæ, quæ per ſacerdotem dicitur offerre: & ita in omnibus inquit diſpoſitionem deuotionis plurimum valere. Cum verò ait, deuotionem, ex qua ſumitur quantitas effectus huius ſacrificij, nō eſſe conſiderandam ex parte eorum, qui effectum illius participant, quamuis ex parte ipſorum requiratur, ne ſint indiſpoſiti, ſed attendendam ex parte concurrentiū ad hoc ſacrificium, minime ſignificat, ſolam deuotionem ſacerdotis offerentis conſiderandam eſſe, non autem eorum, quibus ſacrificium applicatur: ſed in ijs, quibus applicatur, non eſſe conſiderandam deuotionem ad determinandum effectum, tamquam in recipientibus ſolum, ſed tamquam aliquo modo ad ſacrificium concurrentibus: quod ſanè vno verbo clarius dicere potuiſſet, nempè, non quodcumque genus deuotionis actualis ad effectum huius ſacrificij cōſiderandam eſſe pro determinatione effectus ipſius, ſed illud tantum, quod eſt circa hoc ſacrificium, nempè aut illud petendo, aut alio modo ad illud concurrendo, vt iam explicatum eſt. Et in hunc ſenſum explicandus eſt ſanctus Thomas in 4. d. 12. q. 2. art. 2. q. 3. cum ait, effectū huius ſacrificij ſumendum eſſe ex menſura deuotionis, qua offertur hoc Sacramentum Euchariſtiæ. Quæ ſanè ſententia mihi ſummopere probatur: nam quæcumque alia deuotio ad effectum huius ſacrificij nihil pertinere videtur, niſi quatenus in eo, pro quo offertur, obicem tollit, & impedimentum peccati, vt dixit Caietanus. Quare neque menſura effectus huius ſacrificij iuxta menſuram ſtatus gratiæ deſumenda eſt, vt ex dictis patet.

46 Caietanus, Durand. Thom.

Nō de eadem quæſtione diſputabant.

Caietani intentia explicatur

47

48

S. Thom. intelligendus eſt, vt Caietanus

Quod autem Recentiores allegati de offerentibus dicebant, nempè, ipſis eo magis ſacrificium prodeſſe, quo fuerit maior ipſorum deuotio, quia ex maiori deuotione melior redditur eorum oblatio, verum quidem eſt, ſi intelligatur de omnibus quoquo modo offerentibus, & non tantum de ſacerdote, cuius proprium munus eſt offerre, non quia ex ipſorum intentione applicatio fiat huius ſacrificij, quia hæc ſolum fit à ſacerdote, ſed quia tali deuotione melius diſponuntur, vt oblatio facta à ſacerdote eis magis proſit. Denique quod aſſerunt, effectū

49

ſacrifi-

sacrificij in offerentibus non pendere ex intentione alterius, si loquantur de omnibus quoquomodo offerentibus, falsum est, nam in ijs, qui communi quadam ratione offerentes dicũtur, effectus sacrificij ex intentione sacerdotis pendet, neque ipsi sibi ipsis fructum applicare possunt, iuxta ea, quæ in hac disputatione cap. 3. notauimus.

Ex deuotione erga hoc sacrificium determinatur fructus eius.

Vera igitur sententia est, effectum huius sacrificij ex opere operato, pendere quidem ex intentione sacerdotis pro se, aut pro alijs offerentis, ex illa tamen non determinari, sed ex deuotione eorum, pro quibus offertur, non ex quacumque deuotione, sed ex illa, quam erga hoc sacrificium habent, seu habuerunt, vt supra ex mente Caietani explicuimus. Quæ quidem opinio communis est, eamque Sanctus Doctor perspicue tradidit sup. q. 79. a. 5. in fine his verbis. *Quamuis ergo hæc oblatio ex sui quãtitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna, tamen fit satisfactoria illis, pro quibus offertur, vel etiam offerentibus secundum quantitatem deuotionis.* Idẽ dicit art. 7. ad 3. vbi non solũ loquitur de determinatione effectus sacrificij in offerentibus, sed in omnibus, pro quibus offertur. Cũ S. Thoma faciunt Sotus li. 9. de iustitia, & iure q. 2. art. 2. §. *Sed arguet forsan.* & Antonius de Cordeba lib. 1. q. 3. in q. principali opinione 5. conclusione 4. Primum quidem ex intentione sacerdotis offerentis non determinari effectum sacrificij, rectè probat Corduba quinta ratione, quia si inde determinaretur, posset sacerdos vnico solum sacrificio omnes animas purgatorij liberare: quamuis igitur ex intentione illius applicatio pendeat, vt cap. 3. diximus, quantitas tamen fructus inde desumi non potest. Deinde sacrificium hoc iuxta mensuram deuotionis eius, pro quo offertur operari, rationi maxime consentaneum est, cum operetur instar Sacramenti, Sacramenta autem iuxta dispositionem recipientiũ magis, ac magis operari apud Scholasticos certissimum sit, quamuis Dominicus Sotus loco citato de Sacramẽtis, quasi sub dubio id affirmet. Et sanè Cõciliũ Tridentin de effectu Baptismi in adultis, id plane definit, nam sessione 6. cap. 7. de iustificatione adultorum per Baptismum, vt 1. 2. disp. 203. ca. 9. notauimus, ita loquitur. *Iustitiam in nobis suscipientes, vnusquisque secundum suam mensuram quam Spiritus sanctus partitur singulis, prout vult, & secundum propriam cuiuscumque dispositionem, & cooperationem.* Ob id tamen negari non debet, hoc sacrificiũ effectum aliquem remissionis pœnæ ex opere operato habere, etiam in his, qui nullã peculiari deuotione erga ipsum dispositi, sed tantũ in statu gratiæ sunt, sicut etiã aliqua Sacramenta, vel in paruulis, vel etiã in adultis, imo & de hoc Sacramento Eucharistiæ hoc idem diximus suprà d. sp. 203. c. 1.

§. Thom.

Sotus.

Corduba.

50

Ratio Cordubæ.

Sacrificij effectus, instar Sacramenti.

Tridentin.

Duo porrò supersunt notanda: alterum est, hoc sacrificium non operari recedente fictione instar Baptismi, qui secundum communem sententiam hoc modo operatur. Quare si alicui existenti in mortali. & habẽti simul reatum aliquem pœnæ temporalis, applicetur hoc sacrificium, non remittet ei vnquam illam temporalem pœnam: nec enim eam remittet tunc, cum habet impedimẽtum peccati, vt suprà diximus, neque postea remisso peccato, cum nullo firmo fundamento nixi id de hoc sacrificio affirmare possimus, imo etiam pro omnibus Sacramẽtis id certum non sit. Quocirca, quod dixit Nauarrus tractatu de oratione, & horis Canonicis cap. 9. nu. 79. posse applicari hoc sacrificium ei, qui est in mortali pro eo tẽpore, quo in gratia futurus est, vel etiam pro ipso tempore, quo est in peccato secundum magis receptam opinionem, vt ipse ait: quod attinet ad priorẽ partem, nihil prorsus probabilitatis habet, cum absque ratione, & fundamento dicatur; quod vero attinet ad posteriorem, superius iam impugnantum est.

51 Hoc sacrificium redente fictione effectum nõ habet

Nauarri placitum reijcitur.

Alterum est, hoc sacrificium applicatum ei, qui existens in gratia nullum reatum reparalis pœnæ habet, non solum nihil omnino illi prodesse ad remissionem pœnæ pro eo tempore, sed etiam neque pro futuro, quo talis pœnæ reus erit, ei reseruari posse, & prius quidem manifestè patet: posterius verò ex eo probatur, quia absque fundamẽto diceremus, in potestate sacerdotis esse, applicare fructum huius sacrificij pro futuro tempore; quinimo oppositum ex eo non obscure colligitur, quòd in potestate eius non sit hoc modo Sacramentorũ fructum applicare, vt omnes fatentur: cur enim potius id circa fructum sacrificij, quam circa fructũ Sacramenti, ei concessum esse dicemus?

Sacerdos pro tempõre futuro non potest applicare sacrificium

Ad remissionem pœnæ dispositio sufficiens est status gratiæ.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis.

PRIOR Conclusio est, *Cum quotidie indigeamus fructu Dominicæ passionis propter defectus quotidianos, ideo quotidie in Ecclesia regu-*

regulariter hoc Sacramentum offertur. Posterior conclusio. *Quia Dominus passus est a tertia hora vsque ad nonam, ideo regulariter in illa parte diei hoc Sacramentum in Ecclesia Dei celebratur.* Sanctus Thomas in his conclusionibus explicauit quidem tempus, quo consuetum est in Ecclesia Dei celebrare, de obligatione tamen hoc, vel illo tempore celebrandi nihil definiuit, de ea verò sequente disputatione fusius tractabimus.

De tempore debito celebrandi, & offerendi hoc sacrificium. Disputa. 232.

Sacerdotes aliquoties in anno celebrare debere, probabilior opinio fert. Cap. 1.
Quibus diebus celebrare liceat. Cap. 2.
A qua hora diei Missa celebratio primum possit incipere. Cap. 3
Ad quam horam diei Missæ celebratio possit differri. Cap. 4.
Non semper, sed aliquando licere eidem sacerdoti plures Missas celebrare. Cap. 5.

Sacerdotes aliquoties in anno celebrare debere, probalior opinio fert.

CAPVT I.

De quibus in hac quæstione agẽdum sit.

IMPRAESENTE Controuersia quatuor nobis ordine suo tractanda sunt. Primũ est de frequentia celebrandi intra eumdem annum. Secundũ, quibus diebus liceat: quibus autem vetium sit celebrare. Tertium de hora celebrandi, quæ tria sunt circa doctrinam corporis articuli. Quartum est circa solutionem quinti de celebratione plurium Missarum in eodem die.

Aliqui existimant non pecca

Circa primum igitur nonnulli graues, & antiqui Sholastici existimarunt, non peccare mortaliter sacerdotem, qui nunquam in tota vita celebrat, si alias ratione beneficij, quod habet, ad celebrandum aliquoties non teneatur. Huius sentiæ fuit Alexand. 4. p. q. 11. memb. 2. ar. 4. §. 1. quæstione, quæ incipit, *Consequenter quæritur de cessatione*, versiculo, *ad ea, quæ pro alia parte.* Qui tamen id asserit solum in eo casu, quo sacerdos ob reuerentiam Sacramenti, & indignitatis suæ existimationem numquam vellet celebrare. Consentit Bonauentura in 4. d. 12. p. 2. artic. 2. q. 1. in corpore, & ad 3. & ad vltimum, qui in eodem casu solum loquitur; inquit autem absolute huiusmodi sacerdotem non peccare: in quo casu non solum eum excusat à mortali, sed etiam à veniali, Cum quibus facit Caietanus suprà q. 82. ar. 18. Falso tamen Recentiores nonnulli pro hac opinione citant Ricardum, & Grabrielem, cum potius oppositam, quam statim referemus, sequantur.

re grauiter sacerdotẽ, qui nũquã celebrat. *Alexand.*

Bonauent.

Caietanus.

2 Opposita sententia vertor.

Communis tamen, & vera sententia est, nulli simplici sacerdoti etiam si nullum habeat beneficium, licitum esse omnino à celebratione cessare, quam expresse tradiderunt Sanctus Thomas suprà, q. illa 82. art. 10. & in 4. d. 1 Ricardus in eadem, d. artic. 2. q. 2. Durandus q. 2. nu. 6. Dominicus Sotus, eadem dstinctione artic. 1. conc. 1. Paludanus, quæst. 2. art. 1. Maior, d. 12. q. 5. §. *Dubitatur primo*, imo etiam Gabriel in Canonem lect, 87. lit. V. qui vt suprà dixi, in merito pro opposita sententia refertur, nam quamuis rationem Sancti Thomæ non probet, tamen opinionem illius probabilem existimat, eamque posteriori loco refert. De priori autem, quæ est Alexandri, nihil dicit. Cum his etiam faciũt Antoninus 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 12. Syluester in summa verbo *Missa*, 11. q. 7. versiculo. *Quartum vtrum autem sacerdoti.* Angelus in summa eodem tit. num. 44. Nauarrus in summa cap. 25. num. 88. Petrus de Soto lib. de institutione sacerdotum lectione 13. de Eucharistia in fine, & Ledesma 1. p. 4. q. 23. art. 10. dub. 2. Verum ex his Doctoribus non omnes expresse definiunt, quale genus peccati sit, vtrum mortale, an solum veniale, si sacerdos tota vita, aut toto anno à celebratione abstineat. Dominicus quidẽ Sotus, & Angelus mortale esse asserunt, id quod Sotus colligit ex eo, quòd S. Thomas tam serio de hac re dispuauerit: neque enim de ea ita ex professo disseruisset, nisi peccatũ hoc mortale esse censeret: idẽ etiã dissertis verbis docuit Nauarrus. Antoninus vero, & Syluester id non obscure sentiunt, dicũt enim probandam non esse sententiam Iurisprudentium, qui affirmant, quotidie

S. Tham. Ricard. Dom. Sot. Gabr. Anton. Angel. Nauar. Petr. Sot. Ledesma.

Non omnes censẽt esse mortale.

non

non celebrare esse mortale peccatum, sed tè perandam esse hoc modo, vt nunquam celebrare sit peccatum mortale: & hãc fuisse sententiam Sancti Thomæ Syluester affirmat. Durandus inquit nunquam celebrare graue esse peccatum, idemque ait Petrus de Soto, quamuis per graue peccatum ipse non intelligat mortale, siquidem vtrum illud sit mortale, an veniale, definire non audet, sed Diuino iudicio reseruat.

Durandus. *Petr. Soto.*

Caietanus. *Ledesma.*

At vero Caietanus, quem sequitur Ledesma, nõ damnat peccati mortalis sacerdotem numquam celebrantem; & ita vterque aperte sentit, eum solum peccare venialiter: addit tamen Ledesma, nihilominus non esse dignum absolutione, quia, cum certum sit, eum vt minimum peccare venialiter, & multi asserant peccare mortaliter, exponit se (inquit) periculo peccandi mortaliter, ideo querite, & legitime absolui nequit. Cæteri vero Doctores allegati affirmant, id peccatum esse, nullam de mortali, aut veniali mẽtionem facientes.

Ego vero censeo, si semel concedamus, vt necessario concedendum est, peccare sacerdotem, qui numquam in vita, aut in anno celebrat, peccatum illius non solum veniale, sed mortale esse: cum enim ex eo quod sacerdos non celebrat, peccare nequeat, nisi præceptum habeat celebrãdi, & huius modi præceptum de re graui, & notabili sit, vt patet: eius omissio non potest non esse mortalis: sicut etiã omissio cõmunionis in Paschate, cui cumq; laico mortalis est: neque enim minus graue censeri potest præceptum celebrandi cuicumque sacerdoti impositum, quã præceptum in Paschate cõmunicandi, quod pro laicis latum est. Quod si ob aliquam causam huiusmodi peccatum sacerdotis veniale videri posset, nescio sanè, qua ratione ei, qui nunquam celebrare vellet, absolutio neganda esset: etenim quod ait Ledesma, fore, vt ille absoluẽdus non esset, quia propter varietatem opinionum periculo mortalis se exponeret, friuolum plane est: nam qui ductus opinione probabili existimat, aliquid esse solum veniale, numquam se ita exponit periculo mortalis, vt mortale ei imputetur ex eo solum, quòd nunquam velit ab eo genere peccati venialis abstinere, etiam si alij oppositum probabiliter opinentur? alioquin in quacumque materia, in qua quidam asserunt, aliquid esse mortale, alij vero solum esse veniale, aut etiam nullum esse peccatum, nemo esset absoluendus, qui ab eo desistere nolit: ac proinde nemo opinionem illam minus tutam, licet probabilem, sequi posset, siquidem indignum Sacramentali absolutione se redderet: ex quo etiã fieret, vt talis opinio probabilis censenda non esset.

Iudicium Autoris.

4

Extrãsgressione præcepti communionis stabilitur.

Porro quemlibet sacerdotem præcepto aliquo teneri ad celebrandum, ita vt per totã vitam à celebratione abstinere non possit, primum non obscure colligitur ex Concilio Tridentino sessione 22. cap. 1. vbi postquam dixit, Christum corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Patri in cœna obtulisse, & Apostolis, quos tũc noui testamẽti successores cõstituebat, tradidisse, subiũgit hęc verba: *Et eisdẽ, eorumq; in sacerdotio successoribus, vt offerrẽt, præcepit per hæc verba. Hoc facite in meam commemorationem*: idem definitur canone 2. vbi damnantur non solum, qui negauerint, illis verbis Christum instituisse sacerdotes, sed etiam qui dixerint, eisdẽ verbis non ordinatis, vt ipsi Apostoli, & reliqui sacerdotes offerrent; atqui omnes, & singuli sacerdotes, siue beneficium habeant, siue nõ habeant, sunt successores Apostolorum in sacerdotio; ergo omnibus, & singulis præcepit, vt in commemorationem passionis ipsius hoc sacrificium offerrent. Porro autem præceptum hoc tam pro laicis, quam pro sacerdotibus non fuisse eiusmodi, vt quoties communicarent, aut sacrificarent, id facerent in memoriam passionis Christi, sed vt communicarent, aut sacrificarent, probauimus supra contra Caietanum disput. 213. cap. 2. Cum vero Concilium colligat hoc præceptum ex illis verbis Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, plane constat, Diuinũ esse, ideoque merito Ricardum loco citato in argumento, *Sed contra*, pro hac sententia verba illa Christi adduxisse.

Vnde colligatur præceptum celebrandi. Ex Trid.

5

6

Ex capite Dolentes nõ apte deducitur.

Deinde idem probari solet ex capite: *Dolentes*, de celebratione Missarũ vbi Innocẽtius III. cum retulisset quorundam sacerdotum morem, qui vix quater in anno celebrabant, & quod deterius est, interesse sacrificio negligebant, & cum intererant debitã reuerentiam non seruabant, subiungit: *Hæc igitur, & similia sub pœna suspensionis pẽnitus inhibemus, præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ, vt Diuinum officium nocturnũ, partiter & diurnum, quantum eis Deus dederit studiosè celebrent, pariter & deuotè.* Verum, cum vsque ad illa tempora non fuisset determinatum huius præcepti tempus dece celebrãdo hoc sacrificio, ex hoc capite nostra sententia parum confirmari potest, eo quòd illi, quos memorat Pontifex, non abstinebant à celebratione toto anno, nedum per totam vitam, & ita ex hac parte grauiter eos peccasse vix affirmare quis posset. Tum etiam, quia cum dicitur:

citur: *Hæc, & ſimilia*, non comprehenditur ceſſatio à celebratione, ſed verba illa referũtur ad varios modos irreuerentiæ contra debitam attentionem, & ita in forma præcepti ſolum continentur ea, quę ad attentionẽ prędictam ſpectant. Affert quoque S. Thomas q. 72. articul. 10. in argumento, *Sed contra*, teſtimonium quoddã ex Ambroſio in hunc modum: *Graue eſt quod ad menſam tuam mundo corde, & manibus innocentibus non venimus, ſed grauius eſt, ſi dum peccata metuimus, etiam ſacrificium non reddamus.* Verum teſtimonium hoc in Ambroſio non reperitur, ideoque illo prædicta ſententia confirmanda non eſt. Poſtremo tamen in confirmationẽ eius illud nobis ſufficiat, quod Pius V. in impreſsione Romana operum S. Thomæ, eam partem commentarij Caietani in prædictum articulum 10. in qua oppoſita ſententia continebatur, abradi iuſſerit, & expungi: id quod minime feciſſet, niſi eam improbabilem eſſe exiſtimaſſet. Ex officio autem, & dignitate ſacerdotali, quæ ſuapte natura ad offerendum ſacrificium inſtituta eſt, hanc opinionem confirmare nolui, ſicut eam confirmat S. Doctor, quia niſi Domini præceptum poſitiuum de hac re eſſet, ex ipſa inſtitutione ſacerdotij parũ probaretur: quòd enim quis habeat poteſtatẽ ſacrificium offerendi, ſicut in ordinatione ſacerdotibus dicitur, non ſufficit, vt ſtatim eo ipſo offerre debeat, ſi alij eius miniſterio nõ neceſſario indigent, ſed alia via illud ſupplere poſsit, ſicut etiam ſacerdotes habentes poteſtatem abſoluendi non neceſſario debent audire confeſsiones, & Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrare, etiam ſi ad id licentiam habeãt, niſi eorũ opera alijs neceſſaria ſit. Quo circa hæc ratio non placuit Gabrieli loco citato, quamuis opinionem hanc probabiliorẽ putet, tum quia teſtimonium, ex quo eam deſumunt aliqui nempe, 1. Petri 4. *Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterum illam adminiſtrantes*, non continẽt verba præcepti, ſed exhortationis; & idẽ dicere poſſumus de teſtimonio 2. ad Corinth. 6. *Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*, ex quo illam deſumpſit S. Thomas. Tum etiam, quia ſi quid inde probaretur, colligeretur etiam, ſingulis diebus ſacerdotes debere celebrare.

Ambr.

Ex Bulla Pij V. circa commentarios Caietani.

Ex dignitate ſacerdotalis nõ bene infertur.

Ex 1. Petri. 4. & ex 2. ad Cor. 6. præceptum non colligitur.

Cæterum, cum hoc præceptum ſit affirmatiuum, difficultas eſt, quoties in anno obligẽt? Silueſter in ſumma verb. *Miſſa*: 1. quæſt. 9. Antoninus 3. p. titul. 13. cap. 6. §. 12. referunt ſententiam quorumdam iuriſprudentum, qui dicebant, hoc præceptum ſingulis diebus anni obligare, quam ipſi, & alij merito improbant, cum nullo porrus fundamentõ nitatur. Ex Theologis vero S. Thomã in q. 82. art. illo 10. cenſet, ſacerdotes hoc præcepto teneri ad celebrandum præcipuis anni feſtiuitatibus; in eis vero, maximè in quibus fideles omnes cõmunicare conſueuerunt, cum eo ſentiunt Paludanus, Maior, & Gabriel, Sylueſter, Antoninus, Nauarrus, Petrus de Soto, & Ledeſma locis citatis. Ex his autem Paludanus, & Maior per has ſolennes anni feſtiuitates, in quibus dicit Sanctus Thomas hoc præceptum obligare, intelligunt tantum Natiuitatem Domini, Paſcha, Pentecoſtem, feſtum Aſſumptionis Beatæ Virginis, & omnium Sanctorum. Nauarrus autem, licet nullum feſtum ſpeciatim explicet, inquit tamen, in illis hoc præcepto ſacerdotes teneri, in quibus laici religioſiores ex deuotione communicare conſueuerunt: quod quidem ſi verum eſſet, hoc tempore deberent ſacerdotes omnibus diebus Dominicis, & feſtiuitatibus celebrare. Id quod probari videtur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. cap. 14. de reformatione, vbi dicitur. *Curet Epiſcopus, vtij* (ſcilicet ſacerdotes) *ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſolennibus: ſi autem curam habuerint animarum: tam frequenter, vt ſuo muneri ſatisfaciant, Miſſas celebrent.* Quinimo Angelus num. illo. 44. quamuis initio cum Sancto Thoma ſentire videatur, poſtea ſubdit, peccare ſacerdotem, qui ſine cauſa rationabili in diebus feſtiuis non celebrat, vbi comprehendere videtur omnes dies feſtiuos, & non ſolum ſolenniores.

Menſ. S. Th. Paludan. Maio. Gabr. Syluester. Anton. Nauarr. Petr. Soto.

Trident.

Verum Dominicus Sotus cenſet, ſacerdotes hoc præcepto ad celebrandum teneri ter ſolum, aut quater in anno propter verba Innocentij in illo capite, *Dolentes, de celebratione Miſſarum*, quæ ſupra retulimus: & Sanctum Thomam, cum aſſerit ſacerdotes hoc præcepto teneri in precipuis anni feſtiuitatibus, in quibus laici communicare cõſueuerunt, alluſiſſe ad antiquũ morem Eccleſiæ, iuxta quem laici ex præcepto in die Natalis, Paſchatis, & Pentecoſtes communicabant, & ita de his ſolum feſtiuitatibus loquutũ fuiſſe, ita vt ſublato etiam præcepto communicandi pro laicis, intelligatur manſiſſe præceptum celebrandi pro ſacerdotibus.

Domi. Sot.

Dubium circa determinationem præcepti. *Syluester. Anton.*

Ego vero eximo, non ſolum non eſſe dies vllos determinatos, aut iure Diuino, aut ex Eccleſiæ inſtitutione, ſed etiam, neque numerum horum, aut aliorum dierum pro præcepto celebrandi omnibus ſacerdotibus in vniuerſum. Primum quidem iure Diuino manifeſtum eſt, neutrum illorum determinatum

natum esse. Deinde vero de iure Ecclesiastico idem probatur: nam si alicubi id determinatum esset, aut esset in capitulo illo: *Dolentes*, saltem quod attinet ad numerum dierum, nē pe vt ter, aut quater hoc præceptum obliget, & hoc dici non potest: ibi enim nihil de hac re determinatur, quia, vt supra diximus, nullum ibi de celebrando, sed solum de reuerentia in Diuinis officijs seruanda præceptum imponitur: ergo nulla ibi de numero celebrationum determinatio fit. Aut tempus celebrandi definitum esset in Concilio Tridentino sessione 23. cap. illio 14. de reformatione, & hoc etiam dici nequit: ibi enim nullum de hac re præceptum, aut lex fertur, sed solum Concilium monet Episcopos, vt curent, ne sacerdotes diù à celebratione abstineant, sed Dominicis, & festis diebus Missam celebrent. Aut denique id determinatū esset in capite: *Omnis vtriusque sexus, De pœnitentijs, & remissionibus*, vbi definitur tempus Paschæ pro communione: & hoc etiam dici non potest: quoniam ibi solum definitur tempus pro communione laicorum, nō autem pro celebratione, vt constat. Neque vero ex eo quòd tempus definiatur, pro cōmunione laica, intelligi potest definitum pro celebratione, cum hæc duo diuersa sint. Quod si ita intelligeretur facta determinatio pro celebratione, definito semel tempore pro laica communione, dici non posset sacerdos hoc præcepto nunc ad celebrandū teneri tribus diebus solennibus, Natalis videlicet Domini, Paschatis, & Pentecostes, ex eo quòd præceptum fuerit antiquitus, vt in illis diebus laici communicarent. Nam si facta determinatione pro laica communione, intelligitur etiam facta pro celebratione Missarū, è contrario etiam sublata pro communione intelligeretur sublata pro celebratione: ac proinde cessante præcepto communionis in die Natalis, & Pentecostes, cessare etiā deberet præceptū celebrationis in illis diebus, & manere solū in alchate, quia in eo solum manet præceptū laicę cōmunionis.

In capite *Dolentes*, non est determinatio præcepti.

Neque in Trident.

10

Ex capite *Omnes vtriusque sexus* non potest colligi

11

Quoties in anno debeat sacerdos celebrare, vt præcepto satisfaciat.

Restat igitur, vt certum sit, sacerdotes omnes Diuino præcepto teneri ad celebrandū, ac proinde toto vitę tempore à celebratione sine peccato mortali abstinere non posse: quanta vero frequentia celebrare debeant incertum sit, & arbitrio boni viri definiri debeat. Videtur autem mihi rationi consentaneum id, quod plerisque ex Doctoribus citatis, vt quater, aut quinquies celebrare debeant; non quòd necessarium iudicem celebrare in aliquo die determinato, sed quòd his, aut alijs diebus ter, aut quater celebrare necessarium iudicem. Hoc autem dixerim cōsiderato solum statu, & Ordine sacerdotali: nam si in ciuitate, aut populo sacerdos notam aliquam incurreret infamiæ, aut prauum alijs præberet exemplum, quòd tam raro celebraret, deberet profecto frequentius celebrare. Ideo autem dixi, nullum esse diem definitum pro præcepto celebrandi omnibus sacerdotibus, quia, vt supra ostendi, nullo præcepto Diuino, aut Ecclesiastico etiam definitus est.

Ea quę hactenus in hoc capite diximus, pertinent ad simplices sacerdotes, nam de beneficiarijs, quibus ex officio incumbit in Ecclesia ministrare, & de parochis alia ratio habenda: est certum enim est, singulis diebus festis ipsos debere per se, aut per alium celebrare, vt populus Missarum solennijs interfit. Verùm quia parochus muneri suo non satisfaceret, si omnia, quæ illi ex officio incumbunt, per alium exequeretur, vt in tractatu de residentia pastorum videbimus, ideo existimo, debere per se pluries diebus festis celebrare, quam quemlibet alium sacerdotem, idemque dicendum existimo de alijs beneficiarijs, quibus ex officio incumbit, Diuina officia celebrare, & administrare Sacramenta. Addè, quòd cum parochi, & beneficiarij non solum debeant celebrare, vt populus Missarum solennijs interfit, quando ex præcepto illis interesse debet, sed etiam propter communem populi vtilitatem, cum ratione officij, & stipendij assignati in vtilitatem spiritualem populi interuire debeant, non solum hoc præcepto ab celebrandum tenebuntur diebus festis, sed etiam alijs diebus per se, aut per alios, sicut etiam in materia de Pœnitētia dicemus, parochum ex officio debere audire confessiones subditorum, quas nō ex præcepto, sed ex deuotione facere cupiūt, nisi adeo sit exigua villa, vt nullus sit, qui huiusmodi diebus Missę interesse possit, vt recte notauit Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 2. articul. 2. Idem quod diximus de obligatione quotidie celebrandi in parochijs, sequuti Dominicū Sotū, docet omnino ipse, & merito de Ecclesijs Collegiatis, Cathedralibus, imo & de domibus religiosorum, in quo maxime mos, & consuetudo seruanda est, & statuta Synodalia cuiuscumque diœcesis, tam quod attinet ad frequētiam celebrandi, quā ad intentionem celebrandi pro toto populo. Porro hanc obligationem, quam diximus incumbere parochis, & rectoribus Ecclesiarum celebrandi quotidie in Ecclesia sua Missam per se, vel per alios, non nulli colligunt ex capite: *Cum creatura*, De celebratione

Parochi, & beneficiati frequētius debēt celebrare.

13

Sotus.

Miſſarum, inde tamen colligi id non poteſt. Multo igitur melius ex ipſo munere, & officio parochi comprobandum eſt: in eo autem capite ſolum dicitur, propter Miſſam defunctorum, quæ aliquibus diebus celebrari ſolet, non eſſe omittendam eam, quam conuentualem, hoc eſt, de tempore vocant. Neque vero vlla eſt obligatio in Eccleſijs celebrandi duas Miſſas, altera pro defunctis, alteram de tempore; cum nullum de hac re extet præceptum.

Quotidie poteſt celebrare ſacerdos etiã ſi quotidie non cõmunicaret ſi eſſet laicus.

Poſtremo, quod attinet ad conſilium obſeruandum maxime eſt, multo magis expedire ſacerdotibus, frequentius celebrare, quam laicis frequentius communicare, neque ad celebrandum quotidie eam requiri ſanctitatem, quam ad communicandum quotidie, aut bis in hebdomada in laicis requirimus, eo quòd ſacerdoti conuenit munus ſacrificandi non tantum in ſuam, ſed etiã in populi vtilitatem, & ita propter vtilitatem publicam dubitare non debet quotidie celebrare, etiam ſi quotidie non communicaret, ſi laicus eſſet cum eadem animæ diſpoſitione.

Quibus diebus celebrare liceat.

CAPVT II.

SECVNDVM, Quod in hac diſputatione tractandum propoſuimus, eſt, quibus diebus anni vetitum ſit, quibus autem permiſſum celebrare. De tribus autem ſolum diebus controuerſia eſſe poteſt, an liceat in illis celebrare: nam in reliquis omnibus id permiſſum, & licitum eſſe, nemo dubitat, & conſtat ex canone *Viſum*, *De conſecratione*, qui eſt Concilij Cabilonenſis ſecundi, capite vigeſimo nono, & canone: *Iteratur*, de conſecratione, diſtinctione ſecunda. Poteſt igitur eſſe dubitatio primo de feria quinta in cœna Domini, in qua putat Marcellus Francolinus, in libro de horis canonicis, capite 30. numero quarto: nemini, niſi ſolum Eccleſiarum Præpoſitis licere Miſſam celebrare: id autem probat ſolum conſuetudine Eccleſiæ, quæ conſtat ex libro, cui titulus eſt *Ordo Romanus*, in capite de cœna Domini vbi dicitur: *Fractis autem oblatis communicent presbyteri primo, poſtea diaconi, & cæteri omnes, & ita perficiatur, Miſſa.* Eamdem conſuetudinem colligit ex Alcuino in libro de Diuinis officijs, capite de cœna Domini, vbi ait, dum cantatur antiphona ad communionem interim clerum, & omnem populum communicare. Citat etiam pro eadem conſuetudine fragmentum incerti Autoris, de veteris Eccleſiæ ritibus, impreſſum per Vvolfgangũ Lazium. Ego tamen cum Nauarro in ſumma capit. 22. numer. 88. & cum Ioſepho Angles, in floribus, quæſt. 8. de valore Miſſæ, exiſtimo, neque iure ſcripto, neque conſuetudine aliqua vetitum eſſe feria quinta in cœna Domini Miſſam celebrare, & ita Sotus in quarto diſt. 3. quæſtione 2. articul. 2. §. *Secundo arguitur*, plane docet, hoc die ex licentia Præpoſiti licitum eſſe alijs ſacerdotibus celebrare. Ego vero licentiam hanc non video vllo modo neceſſariam eſſe, cum nullo iure id hactenus vetitum ſit; & primum quidem de iure ſcripto idem ſenſit etiam ipſe Francolinus; de conſuetudine autem probatur, quia licet frequens fuerit hic vſus ab antiquis temporibus in Eccleſia, vt deuotionis gratia, omnes presbyteri de manu Præpoſiti communicẽt in quauis Eccleſia, tamen non ſatis probari poteſt, ex hoc vſu frequentem conſuetudinem, quæ vim legis obineret, in Eccleſia vnquam fuiſſe introductam: multa enim vſu frequente in conſuetudine poſita ſunt ex ſola deuotione, nõ autem ex præcepto ſeruanda, quia talis conſuetudo, tamquam neceſſaria, & vt vim habens præcepti, numquam recepta in populo, neque à ſuperiori approbata fuit, vt notauimus prima ſecundæ, diſp. 177. cap. 2. & ita in Hiſpania, imo & Romæ videmus plures ſacerdotes eo die in ſingulis Eccleſijs celebrare, vt inde expeditius poſſint audiendis cõfeſſionibus attendere. Quo circa licet aliquando in Eccleſia hæc conſuetudo tamquam lex non ſcripta introducta fuiſſet, iam diu fuiſſet abrogata. Neque obſtat, quod ait Francolinus, ſuo tempore Cardinalem Sauellium Pontificis Vicarium Romæ quibuſdam ſacerdotibus ſacrificare volentibus præcepiſſe, ne eo die ſacrificarent: nam poſtea, cum ego eſſem Romæ, plures vidi eo die celebrare, & in noſtra Hiſpania ita in more poſitum videmus. Potuit autem tunc Cardinalis Vicarius ductus contraria opinione, aut aliqua alia de cauſa ita præcipere, præceptum tamen illius non obtinuit vim legis, vt patet. Atq; hinc diſſolui poteſt illud, quod Francolinus affert de conſuetudine contraria. Mitto vero alia, quæ in confirmationẽ, etiã ſuæ ſententiæ adducit: ea enim omnia, ſi quid probãt, illud eſt, quod ſatis eſt, vt

14 Feriã quinta in cœna Domini aliqui exiſtimant ſolos præpoſitos poſſe celebrare.

Francolin. Ordo Romanus.

Alcuinus.

Iudicium Autoris. *Nauarrus, Angelus, Sotus.*

Licentia nõ requiritur ad celebrandũ eo die.

15

Conſuetudo non celebrãdi nõ habet vim legis.

Multi eo die celebrantur.

16

vt eo die reliqui omnes sacerdotes, præter Præpositum, à celebratione abstineant, & ad imitationem Apostolorum de manu illius tamquam de mana Christi Eucharistiam accipiant. Obseruandum tamen valde est, eo die solum licere celebrare, antequam Missa solennis finiatur, & corpus Christi in locum designatum recondatur, nam postea iam incipit officium Parasceues, cum statim vesperæ dicantur; & in Parasceue in memoriam mortis, & sepulturæ, à celebratione abstinendum sit, vt statim dicemus. Quare quod asserebat Francolinus pro sua opinione, nimirum in illo triduo sacerdotale officium non peragi, in quo percussus est pastor, & dispersæ oues, vt citat ex Alcuino in libro de Diuinis officijs, capite de cœna Domini, parum momenti habet, eo quod, vt diximus, Missæ priuatæ celebrandæ sunt ante Missam solennem, & antequam recondatur corpus Domini, & in loco honesto reseruetur: tunc autem nondum recolitur percussio & mors pastoris, sed potius cœna cũ discipulis.

Missæ finiẽdæ sunt eo die ante vel cum solenni.

17

Secundo dubitare quis posset de feria sexta in Parasceue eiusdem hebdomadæ, vtrum liceat eo die omnibus sacerdotibus Missam celebrare; an aliquo iure, aut consuetudine id vetitum sit. Et de hoc die certum etiam est apud Theologos, nemini licere Missam celebrare, sed vni tantum sacerdoti ex præsanctificatis sub vna tantum specie panis communicare; quid vero sit ex præsanctificatis communicare, diximus supra disput. 223. cap. 3. id quod ita declarauit Innocentius Tertius in Epistol. 1. quæ est ad Decentium, cap. 4. & refertur in canone *Sabbatho. De consecratione*, dist. 3. vbi inquit Innocentius, ieiunandum esse feria sexta, & Sabbatho hebdomadæ sanctæ, sicut in Concilio Nizeno fuit definitũ, reddit autem rationem his verbis: *Nam vtique constat, Apostolos biduo isto, & immurere fuisse, & propter metum Iudæorum se detinuisse, quod vtique non dubium est, in tantum cos ieiunasse biduo memorato, vt traditio Ecclesiæ habeat, isto biduo Sacramenta penitus non celebrari*: Celebrari Sacramẽta idem est, quod hoc Sacramentum consecrari, & ita sacerdos in Missa solenni feria quinta consecrat duas hostias panis, & vnum calicem, vnam autem hostiam panis consecratam consumit in eadem Missa, alteram autem in honesto loco reseruat, non in memoriam sepulturæ, vt recte notauit, & obseruauit Sotus in quarto distinctione decima tertia, quæstione secunda, articulo secundo. §. *Secundo arguitur*, sed pro sequẽte die, quia feria sexta sacerdos nihil consecrat, sed hostiam illã die præcedente præsanctificatam consumit sine sanguine, quæ consuetudo, & præcepti huius obseruatio inuiolabilis vsque ad hæc tempora perseuerat.

Certum est nemini licere, feria sexta in Parasceue celebrare.

Innocentius.

18

Non seruatur hostia feria quinta in memoriam sepulturæ.

Certum igitur est, feria sexta in Parasceue Missam à nullo sacerdote celebrari posse, in qua huius Sacramenti fiat consecratio; ob hoc tamen non tollitur, quin eo die, si festũ aliquod consuetum ab Ecclesia seruari incidat, totus populus interesse debat illi officio, in quo Sacramentum præsanctificatum consumitur ex vniuersali præcepto audiendi Missam, si quidem illud loco Missæ haberi potest. Per officium autem cui populus interesse debet, intelligo nõ passionẽ, neque cæteras orationes, quæ post illam antequam Sacramentũ, ex suo loco in altare deferatur dicuntur, sed illud tantum, quod extracto Sacramento, & in altari posito à sacerdote celebratur, vt secunda secundę cum de hoc præcepto audiendi Missam differemus, fusius tractabimus. Refert autem Amalarius libro primo de Ecclesiastico officio capite vigesimo quinto. §. *In superius memorato*, qui est in tomo sexto Bibliothecæ sacræ, in libro illo, cui titulus est. *Ordo Romanus*, scriptum esse, vt in Parasceue postquam duo presbyteri, attulerint corpus Domini ex loco, in quo seruatũ est à feria quinta, & calicem cum vino non consecrato, tunc calix consecretur, & inde communicet populus. De qua cæremonia inquit ipse se interrogasse Archidiaconum Romanum, qui diuerso modo ipsi respondit, nempe, in ea statione vbi Apostolicus, hoc est, Pontifex Romanus salutat crucem, neminem communicare, & eum, qui iuxta ordinem illius libelli per commixtionem panis, & vini consecrat vinum, non obseruare traditionem Ecclesiæ, de qua dicit Innocentius, in illo biduo Sacramenta pœnitus non celebrari. Hoc autem ita intelligit, vt qui super vinum, quando particula corporis consecrati in illud immittitur verba consecrationis profert, non seruet traditionem Ecclesiæ: nam per missionem illam aliquo modo sanctificari, licet non consecretur, vinum, negari nequit, vt optime obseruauit Vuillelmus Durandus libro sexto de Diuinis officijs, capite 75. numero 11.

Si festum aliquod incidat feria sexta tenenturomnes officio illius diei interesse.

Amalarius.

Ordo Romanus.

19

Aliquo modo vinum sanctificatur permixtionem.

Vuill. Dur.

Sed difficultas est, an eo die laica solum communione liceat communicare aliis fidelibus. Idem Francolinus capite illo trigesimo, numero duodecimo, & sequenti existimat minime licere. Id autem colligit primo ex prædicto testimonio Innocentij, qui

Dubium circa communionem laicã.

Francolinus negat.

aſſerit, vt ſupra vidimus, in die Paraſceues Sacramenta penitus non celebrari, nam per celebrationem Sacramentorum, non ſolum conſecrationem, ſed communionem huius Sacramenti ipſe Francolinus intelligit. Probat ſecundo ex rubrica Miſſalis Romani, in feria quinta cœnæ Domini, vbi dicitur: *Hodie reſeruat ſacerdos in loco honeſto, & conueniente vnam hoſtiam conſecratam pro die ſequente, in quo non conficitur, vel etiam plures: ſi neceſſe fuerit pro infirmis*: nam cum pro infirmis dicat eas reſeruari, ſignum eſt, infirmos tantum, ſi vrgeat periculum mortis, cõmunicare poſſe, alioquin & pro omnibus alijs reſeruari dicerentur. Tertio probat ex Alcuino, lib. de Diuinis officijs cap. de cœna Domini, & ex fragmento illo incerti Autoris de ritibus, & cæremonijs Eccleſiæ Romanæ, vbi dicitur: *De eodem vero die legitur in ordinibus, quod reſeruandum ſit de corpore Domini ad communicandum in craſtinum. Auguſtinus ad Ianuarium: Sunt, qui quotidie Euchariſtiam volunt ſumere, & quia in Paraſceue non conficitur corpus Domini, neceſſe eſt, vt hi, quibus eſt voluntas communicandi, habeant ſacrificium ex priori die, quod tamen Romani non faciunt*. Hæc verba refert Francolinus ex Alcuino, in quibus illud notandum eſt, verba Auguſtini citata ab Alcuino, ſolum eſſe illa: *Sunt qui quotidie Euchariſtiam volunt ſumere*, reliqua vero eſſe ipſius Alcuini. Quarto denique confirmari poteſt eadem opinio ex Amalario libro primo de Eccleſiaſtico officio, capite illo 15. §. *In ſuperius memorato*, vbi ait, in ea ſtatione vbi Apoſtolicus ſalutat crucem, neminem communicare, & infra: *Ratus* (inquit) *ordo eſt, vt expectemus vſque dum Dominus noſter conſecret Sacramenta corporis, & ſanguinis ſui in cruce, & noua ea faciat per Reſurrectionem ſuam, & ſic tandem manducemus, & bibamus ſaluberrimum illud Sacramentum.*

Rubric. Miſſalis.

Alcuinus.

Amalarius.

Alij vero exiſtimant, non eſſe vetitam eo die laicam communionem. Huius ſententiæ videtur eſſe Vvillelmus Durandus, in rationali Diuinorum officiorum capite 75. numero vndecimo, cum aſſerit, in diem Paraſceues, corpus Chriſti in honeſto loco reſeruari pro infirmis, & religioſis, quibus eſt neceſsitas communicandi. Pro eadem ſententia allegatur à Francolino liber Sacramentorum Sancti Gregorij, impreſſus per Iacobum Pamelium libro ſecundo, Liturgicon Latin. Nam in feria ſexta Paraſceues, ita dicitur. *Deinde communicat ipſe ſacerdos, & omnis clerus.* Citatur etiam Amalarius libro primo de Eccleſiaſtico officio capitè duodecimo poſt medium, vbi dicitur: *In Paraſceue non conficitur corpus Domini. Neceſſe eſt, vt hi, quibus eſt voluntas communicandi, habeant ſacrificium ex priori die*: tametſi hic Autor loco ſuperius allegato, contrarium ſentire videatur, & reprobare ritum contrarium, quem dicit ſcriptum eſſe in ordine Romano, vt ſupra vidimus.

Aliorũ placitum. Vvillelm.

Gregorius.

Quibus omnibus expenſis, & attente conſideratis, ego ſane non inuenio ius aliquod ſcriptum, aut non ſcriptum, quo laicis vetita ſit communio in Paraſceue: nam quod ait Innocentius ſupra allegatus, in eodie Sacramenta penitus non celebrari, non de communione, ſed de conſecratione plane intelligendum eſt, communio enim non dicitur Sacramenti celebratio. Quod verò attinet ad conſuetudinem, negare non poſſumus, varias in Eccleſia Romana fuiſſe conſuetudines, & nunc vt plurimum in tota Latina Eccleſia hoc obſeruari, vt ſolus ſacerdos communicet ex præſanctificatis. Verum hanc conſuetudinem non video ita introductam, & receptam eſſe, vt vim præcepti habeat, ſed potius deuotionis gratia, & vt magis congruentem ſeruari: quo circa non tollitur, quo minus ceſſante ſcandalo, & ſiniſtra aliqua ſuſpitione in populo, non poſsit quis aliqua ex cauſa, aut deuotione eo die communicare.

Nullumius eſt quo laicis prohibeatur cõmunio die Paraſceues

Innocent. de celebratione ſolũ intelligendus.

Tertio difficultas eſt de Sabbatho maioris hebdomadæ, an eodie liceat omnibus ſacerdotibus in diſcriminatim celebrare. Et ſane, niſi conſuetudine diſpenſatum eſſet, vt Miſſa noctis Reſurrectionis, quæ inchoante Dominica celebranda erat, in ipſo Sabbatho mane celebraretur, nemo dubitare poſſet, quin eo die nulli ſacerdoti Miſſam celebrare liceret. Verum cum iam conſuetudine obtentum ſit, vt Miſſa illa noctis Reſurrectionis ad diem Sabbathi mane retrahi poſsit, difficultas eſt, vtrum hæc conſuetudo abrogauerit legem pro Miſſa tantum ſolenni, an vero pro omnibus alijs, ita vt cæteri etiam ſacerdotes indiſcriminatim Sabbatho celebrare poſsint. Et imprimis quidem certum eſt, eodem iure, quo vetitum eſt, Sacramentum conficere in die Paraſceues, prohiberi etiam, ne in Sabbatho ſancto Miſſa celebretur, & hoc Sacramentum conſecretur, nempe, Epiſtola illa decretali Innocentij primi, quam ſuperius citauimus, nam de biduo illo Paraſceues, & Sabbathi ſancti ob memoriam mortis, & Reſurrectionis Domini, dicit Innocentius, tradi-

Conſuetudo nõ obtinuit vim legis.

Lex de nõ celebrãdo in Sabbatho factocõ ſuetudine contraria abrogata eſt.

traditionem Ecclesiasticam esse, vt in eo Sacramenta penitus non celebrétur, consuetudine tamen, vt dixi, contra hanc antiquam traditionem, & præceptum Innocétij obtétum est, vt Missa solennis, quæ post biduum inchoante die Dominica Resurrectionis celebranda erat, in diem Sabbathi mane retraharur, vt manifestum est ex vsu, & rubricis Missalis Romani. Hinc autem Recétiores nó nulli colligunt, cæteris etiam sacerdotibus licitum esse priuatas Missas cessante scandalo celebrare, quia præcepto Innocentij, quod solum obstare poterat, consuetudine derogatum videtur. Quam sententiam prius tradidit Dominicus Sotus in quarto distinctione 13. quæstione secunda, articulo secundo. §. *Secundo arguitur*, ita vt ex licentia Prepositi, licitum sit, priuatim hoc die celebrare.

Aliqui existimant licere omnibus sacerdotibus eo die celebrare.

Sotus.

Ego vero existimo, id minime licere, quam sententiam sequutus est Marcellus Francolinus libro de horis canonicis, capite illo 30. numero octauo, & nono: pro eadem allegatur Nauarrus in summa capit. 25. numero 82. ibi tamen solum dicit, non licere in die Parasceues, & in Sabbatho maioris hebdomadę celebrare, vt declarauit Innocentius: subdit autem, non obstare consuetudinem contrariam, quam in Sabbatho sancto introductam videmus, quia Missa, quæ in eodem die celebratur, non est illius diei, sed noctis Resurrectionis, tametsi ex consuetudine in diem Sabbathi fuerit retracta: hinc autem minime negat, ex consuetudine non posse eo die celebrari priuatim à quocumque sacerdote Missam illius noctis in Sabbatho; sed tantum negare videtur, nullum esse proprium officium Missæ pro eo die, consuetudine tamē Missam noctis ad illum diem retractam fuisse, nec tamen explicat, vtrum vna tantū Missa, an plures, in quauis Ecclesia tunc celebrari possint. Ratio vero prædictæ sententiæ, quam veram existimo, est, quia iuri scripto non celebrandi Missam in die Sabbathi, non satis derogatum videtur contraria consuetudine, nisi pro vno dūtaxat sacerdote in quauis Ecclesia solenniter celebrante, pro alijs vero, vt indifferenter cum licentia Prepositi, aut sine illa celebrent, non item, liquidē neque frequenter, sed rarissime, neque manifeste, sed occultè vllus alius sacerdos eo die celebrare soleat: vt autē censeretur introducta consuetudo, quę iuri scripto, & traditioni antiquę derogaret, frequentior vsus, & magis manifestus esse deberet, vt ex his, quę diximus prima secundę disput. 177. c. 2. aperte colligitur: nam, vt vius consuetudinem contra legem introducat, debet esse mānifestus, & à Principe autore legis toleratus. Adde, quod, vt optime obseruauit Francolinus, cū in Missali Romano, in vigilia Pētecostes pro Missa solenni, in qua multæ prophetiæ præmittuntur, nullus introitus assignetur, pro priuatis autē loco propheriarum assignetur, tamen in Sabbato sancto nullus est introitus pro Missis priuatis, pro solenni autem deseruiunt prophetię, nec vllus alius introitus in illis dicitur: signum igitur est noluisse Pontificē plures eo die Missas esse, sed vnam tantum solennem celebrari. Demum, si Missa illa tempore antiquitus designato, nē pe in aurora Resurrectionis, sicut fieri antea consueuerat, celebratur, non plures, sed vna tātum ab vno sacerdote in quauis Ecclesiæ celebranda esset; alioquin, si reliqui omnes sacerdotes Missam illā celebrarent, aut in ipso die, nemo potuisset Missam diei Resurrectionis dicere, aut omnibus sacerdotibus liberum fuisset, duas Missas post mediā noctem eo die celebrare, alteram in aurora, alteram orto iam Sole, sicut nūc in die Natalis vnusquisque sacerdos tres dicere potest, quod tamen in nulla historia, aut scriptore antiquo, aut rituali Ecclesiastico obseruatū legimus: signum igitur est, in vna quaque Ecclesia vnam tantum Missam pro nocte Resurrectionis celebrari ante cōsueuisse, ac proinde, cum postea inualente consuetudine ad diē Sabbathi celebratio huius Missę retracta fuit, pro vna tantum Missa in quauis Ecclesia contra præceptū, & traditionem antiquā vim obtinuisse consuetudinem.

Veta sententia Francolin.

24

Fundamētum.

Altera rātio.

25

A qua hora diei Missæ celebratio primum possit incipere.

CAPVT III.

26

TERTIVM In hac disputātione tractandum est de hora celebrationis, nempe, qua hora diei liceat celebrare, & qua etiam vetitum sit; circa quod duo tractanda sunt, alterū est de hora àqua primum incipere potest celebratio, alterum de hora, in quā potest differri. Circa prius, de quo in hoc capite agemus, certum quidem est, nemini licere ante auroram quocūq; die, nisi ex priuilegio, aut dispēsatione, sed incipiēte auro-

S. Thomas. Ricardus. Durandus. Scotus. Paludanus. Alexander. Gabriel. Angelus. Siluester. Nauarrus.

rã. Miſſam celebrare, ita docent S. Thomãs in præſente articulo ad 4. & in 4. diſtinct. 13. quæſt. 1. articul. 2. quęſt. 4. Ricardus articul. 2. quæſt. 3. Durandus quæſt. 2. num. 7. Scotus quæſt. 2. §. *Tertium principale*, Paludanus quæſt. 2. artic. 2. canone 2. Sotus quæſt. 2. articul. 3. §. *Quarto arguitur*. Alexãder 4. parte quæſt. 10. m. 5. articul. 2. §. 2. Antoninus 3. parte titulo 13. cap. 6. §. 4. verſiculo: *Quantum ad horam*, Gabriel lectione 14. in canoné Miſſę litera C. Angelus in ſumma, verbo *Miſſa*, numero 41. Siluester in ſumma verbo *Miſſa*. 1. quæſt. 6. Nauarrus in ſumma cap. 52. numero 85. & alij ſummiſtæ inferius allegandi: & quamuis de hac re nulla Eccleſiaſtica lex ſcripta ſit, tamen longiſſimi temporis vſu conſuetudo pro lege ſcripta introducta eſt, & in rubricis Miſſalis Romani expreſſa, titulo: *De hora celebrandi Miſſam*: ibi autem ſtatuitur, vt poſt auroram quacumque hora diei priuatæ Miſſæ celebrari poſsint: nã de Miſſa ſolẽni, & conuentuali alia eſt ratio, vt ſtatim dicemus. Admonent autem Gabr. & Scotus locis citatis, auroræ initium communiter computari per ſpatium vnius horæ, & quintæ partis ante ortum Solis ipſius: quę quidem menſura, licet iuſta ſemper eſſe nequeat, ſi mathematice loquamur; tamen, quia vt plurimum ita eſt, pro regula morali ad celebrandum haberi poteſt. Quocirca religioſi, quibus ex priuilegio conceditur, vt per horam ante diem celebrare poſsint, cũ eiuſmodi preuilegium intelligi debeat ante auroram, poterũt per duas horas, & quintã partem vnius, ante ortum Solis celebrare. Sunt etiam aliqui Recentiores, qui putant, poſſe Miſſam abſque priuilegio hora dimidia ante ortum Solis celebrari, quinimo, & ita inchoari, vt finiatur in ipſa aurorã, in quam ſententiam citant Paludanum quæſt. illa 2. & Victoriam in ſumma numero 97. tamen ipſi id nõ docent; ſed Victoria ſolũ aſſerit, non opus eſſe expectare ipſum momentum auroræ, ſed conſuetudinem in hoc ſeruandam eſſe: intelligere autem videtur, vt parum ante aurorã incipere poſsit celebratio. Quocirca ego nõ video, qua ratione prædicti Recentiores aſſerant, religioſos, quibus ex priuilegio conceſum eſt, per horam ante diem celebrare, poſſe etiam per tres horas ante ortum Solis Miſſas dicere: nam ſi eorum ſententia de hora, & dimidia ante ortum Solis pro aurora ſumenda vera eſſet, ſolum poſſent religioſi celebrare per duas, & dimidiam horam ante auroram. Quãuis autem multis rationibus hęc ſententia de non celebrando ante auroram, congruenter ſolum probetur à Doctoribus, nobis tamen ſufficiat ea, quam adduximus, deſumpta ex conſuetudine, quæ habet vim legis, alia enim ratione tale præceptum efficaciter probari nequit. Illud autem non leuiter hanc conſuetudinem confirmat, quod multis religioſorum congregationibus priuilegium à ſummo Pontifice cõceſſum videmus celebrandi vna hora ante diem: idemq; ex priuilegio aliquando concedi Cardinalibus, vt celebrent ante diem: & in vniuerſum Epiſcopis iter agentibus id conceſſum eſſe, docent Paludan. articulo illo ſecundo, canone tertio, Antoninus, & Siluester. Quam ſententiam, quod attinet ad Epiſcopos, docuit Gloſſa in cap. vltimo: *De priuilegijs*, in ſexto: eam vero, inquit Nauarrus loco citato, quòd vſu recepta ſit, defendi poſſe. Neque vero in eo capite Epiſcopis talis facultas cõceditur, ſed ſolum vt iter facientes altare viaticum ſecum deferre poſsint, quatenus ipſi commodius celebrare poſsint, aut efficere, vt alij coram ipſis celebrent, in loco tamen non interdicto. Gloſſa autem, & Doctores tribuunt etiam illis facultatem, quod attinet ad horam celebrandi, non quod ordinaria poteſtate poſsint Epiſcopi in hac conſuetudine, quæ habet vim legis vniuerſalis diſpenſare, aut vniuerſale etiam priuilegium concedere, hãc enim poteſtatem in leges Põtificias non habent, ſed quod ob aliquam rationabilẽ cauſam in aliquo caſu in hac lege diſpenſare poſsint, ex interpretatiua tamen conceſsione Pontificis, aut ipſam interpetrari.

27

Recentiorum ſententia.

Paludanus. Victoria.

Gloſſa.

28

Cæterũ Gabriel in illa lectione hãc cõſuetudinẽ non celebrandi ante auroram, tãquam vniuerſalem, & vbique obſeruandam non admittit: eo quod in hieme hora ſexta poſt mediam noctem, quando tenebræ adhuc ſunt, neque aurora incępit, celebretur; intelligit autem in Germania, vbi tardius, quam apud nos dies incipit, & his etiam tẽporibus in Germania ita obſeruari audio, quinimo etiã in Belgio, & Gallia Aquitanica, vt teſtatur Nauarrus pro operarijs, & famulis ante auroram celebrari conſuetum eſt. Porro propter neceſsitatem communicandi ægrotum hoc tempus celebrandi de licentia Epiſcopi, aut ſuperioris anticipari poſſe, admonent idem Nauarrus, & Alexander, Siluester, & Angelus locis citatis: id quod Nauarrus intelligit, ita vt præſente Epiſcopo, aut ſuperiori neceſſaria ſit ipſius licentia; ſin autem abſque vlla licentia fieri poſsit. Paludanus vero, Antoninus, & Gabriel nulla mentione facta licentiæ, & diſpenſationis Epiſcopi, ob ſolam ægroti neceſsita-

Quibus de cauſis poſſit anteauroram Miſſa celebrari.

29

ceſsitatem fieri id poſſe concedunt. Atque horum ſententia mihi maxime probatur: quia talis cõſuetudinis præceptum in eo caſu nõ videtur receptum, imo per Epij Kiam corrigendum eſſet, cum multo maioris momenti videatur ſucurrere ęgroto, quam poſt mediã noctem ante auroram non celebrare. Obid tamen non concederem in eo caſu Epij Kiã, & correctionem omnium legum Eccleſiaſtì carum, vt ieiunij neceſſarij ad celebrationẽ, vt notaui diſput. 211. capite quinto, & ſacrarum veſtium, & id genus aliarum, ſed hanc ſolam, quę pertinet ad horam ante diem, & ſola conſuetudine introducta eſt, hoc modo corrigi poſſe exiſtimo.

Obijciet quis, hanc conſuetudinem eſſe contra decretum Teleſphori in Epiſtola ad fratres, & Epiſcopos, quę eſt in primo tomo epiſtolarum Pontificum capite ſecundo, & refertur, *De conſecratione*, diſtinctione 1. canone: *Nocte ſancta*, nã excepta nocte ſancta Natiuitatis Domini, inquit: *Reliquis vero tẽporibus Miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam minime ſunt celebrandæ: quia eadem hora Dominus crucifixus eſt, & ſuper Apoſtolos Spiritus Sanctus deſcendiſſe legitur*, atque vt inquit Vvalafridus Strabo libro de rebus Eccleſiaſticis cap. 21. in 6. tom. Bibliothecę, hic Pontifex ſtatuit, vt in die Natalis, tres Miſſę celebrarentur, quamuis decretum eius id non exprimat. Ex quo idem deſumpſiſſe videtur Platina in vita Teleſphori. Reſpondent nonnulli, decretum illud de Miſsis ſolennibus, & conuentualibus, non de alijs eſſe intelligendum. Ego vero puto de omnibus intelligi, vt verba ipſa denotare videntur; nihilominus conſuetudine contraria, quod attinet ad alias Miſſas, abrogatum eſſe, quinimo poſt tempora Teleſphori, huic præcepto etiam derogatũ fuit, quod attinet ad noctem Reſurrectionis, vt infernus dicemus.

In vno autem caſu iure communi nunc omnibus presbyteris licitum eſt, ante auroram celebrare; in altero autem aliquando idẽ licuit. Primum quidem in nocte Natiuitatis, ſicut decreuit Teleſphorus in prædicta Epiſtola: cum vero tres Miſſæ Natiuitatis celebrentur ab vnoquoq; ſacerdote, prima poſt mediam noctem cõpleto matutino; de duabus alijs difficultas eſt, vtrum ante auroram, an vero poſtea celebrari debeant. Nam Teleſphorus in ea Epiſtola non ſtatuit, vt tres Miſſæ ob eodem celebrentur, ſed tantum vt nocte ſancta Natiuitatis, Miſſas celebrent presbyteri. Plerique autem cenſent, decretum Teleſphori, & conſuetudinem de ſola prima Miſſa intelligi debere, ita vt eã ſolã ãnte ãuroram, duæ autem alię non niſi inchoante aurora celebrari poſsint. Hanc ſententiam tradunt Siluester in ſumma, verbo *Miſſa*, primo quæſtione ſexta, dicto primo Armilla, verbo *Miſſa*, numero 25. Tabienna eodem titulo. §. quarto, & Nauarrus in ſumma capit. 25. numer. 87. qui pro ſua opinione citat Angelum, cum tamen eam non doceat. Verum Recentiores aliqui probabilius putant, omnes tres Miſſas ante auroram ea nocte celebrari poſſe, eo quòd nullo iure contrarium caueatur, & celebrata vna Miſſa nihil obſtare videatur, quominus, & reliquæ etiam celebrari queant, ſiquidem Teleſphorus abſolute ſtatuit, vt in vigilia Natiuitatis Miſſæ nocturnæ ante auroram a presbyteris celebrentur. Prædicti Recentiores id etiam confirmant, quia ex myſterijs, quæ in ipſis Miſsis repræſentantur, colligi nequeat ad ſecundam Miſſam expectandam eſſe auroram, ad tertiam autem expectandum eſſe diem. Verum cum in rubrica Miſſalis ita ſtatuatur, etiam ſi ex myſterijs ipſis id colligi non poſsit, obſeruandum eſſet, niſi prædictæ rubricæ intelligi poſſent pro Miſsis conuentualibus, & ſolennibus.

Deinde iure etiam communi antiquitus licitum fuit; imo præceptum in nocte Reſurrectionis Miſſam celebrare. Ita ſtatutum fuiſſe à Patribus declarauit Leo 1. in Epiſtola 79. quæ eſt ad Dioſcorum cap. 1. & refertur 75. diſt. canone, *Quod à Patribus*. Neque vero, vt putauit Sanctus Thomas in hoc art. ad quartum, hæc Miſſa initio noctis celebrabatur, ſed poſt mediam noctem, quando Dominus reſurrexit, quamuis Leo nihil aliud dicat, niſi quod poſt diem Sabbathi exordia conſecrandi eius noctis, quæ luceſcit in prima Sabbathi, hoc eſt, à qua incipit prima dies hebdomadæ, eligantur, hoc eſt, ſub lege Diuini officij ſubſtituantur: manifeſtum autem eſt, primam diem hebdomadæ, quę dicebatur prima Sabbathi, ab initio noctis precedentis, ſecundum Hebręorum conſuetudinem, computari ſolitam fuiſſe; credibile tamen eſt, pro celebratione illius Miſſæ, quę erat Reſurrectionis, horã ipſam Reſurrectionis expectari conſueuiſſe. Nonnulli autẽ explicant S. Thomam hac ratione, vt Miſſa illa, quod attinet ad prophetias, & alias ceremonias, à principio noctis inciperet celebrari, ipſum vero officium proprium Miſſę poſt confeſsionem hora ipſa Reſurrectionis. Verùm huius Miſſæ celebrationem vſu, & conſuetudine communi retractam fuiſſe ad diem Sabbathi, precedente capite

30

Obiectio.

Strabo.

Diluitur.

31

In nocte Natiuitatis iure cõmuni poſſunt tres Miſſæ à ſacerdotibus ante auroram celebrari

Siluester. Armilla. Tabienna. Nauarrus. Angelus.

32

Nocte Reſurrectionis olim celebrabatur ante auroram. Leo 1. S. Thomas.

notauimus. Nihilominus in aliquibus Eccleſijs etiam Romæ ſolennem Miſſam ea nocte iam prope auroram cantari vſu receptũ videmus, quamuis priuatæ Miſſæ non celebrentur, niſi ſicut in alijs diebus. Neque vero, vt nonnulli Recentiores putant, Pius V.
33 quidquam circa celebrationem Miſſæ noctù ante auroram ſtatuit, ſed in ſecundo Motu proprio, quẽ anno primo Pontificatus ſui edidit 28. Martij anni 1566. ſolum reuocauit facultates Eccleſijs, capellis, ſeu alijs locis pijs, religionibus, & quibuſcumque alijs perſonis, contra ritum Romanæ Eccleſiæ celebrãdi Miſſas de ſerò etiam circa Solis occaſum in vigilijs Natiuitatis, Reſurrectionis Domini. Et hactenus de tempore, à quo incipi poteſt celebratio.

Ad quam horam diei Miſſæ celebratio poſsit differri.

CAPVT IIII.

Nauarri ſententia

IAM Vero de hora, vltrà quàm non licet celebrationem differre, aliquid dicamus. Quę ſane res ſine controuerſia eſſet apud omnes, niſi Nauarrus ſingularem ſententiam pronunciaſſet. Aſſeruit igitur in ſumma cap. 25. numero 85. licitum eſſe cuilibet ſacerdoti Miſſam celebrare toto die, vſque ad horam nonam diei, quæ eſt tertia poſt meridiem, incipiendo ante illam: ſic enim intelligitur, quod ipſe ait, licitum eſſe ante illam horam nonam celebrare. Probat primum, quia hæc hora apte ſatis reſpondet horę, in qua Chriſtus in cruce immolatus eſt, cuius cruẽtę immolationi incruentũ Miſſę ſacrificium reſpondet: ſiquidem Chriſtus hora ſexta cruci affixus eſt, & hora nona mortuus eſt. Deinde quia nulla ratio, neque
34 ius aliquod obſtare poteſt, quominus ea hora quiſquam ceſſante ſcandalo, & mala ſuſpitione celebrare poſsit. Et ſane, ſi de diebus ieiunij ſermo ſit, multo maiori ratione ſententia Nauarri confirmari videtur, eo quòd antiquæ Eccleſiæ conſuetudine, & iure non cenſebantur legitime ieiunare, qui ſtatim audita hora nona comedebãt: eo quòd prius abſoluenda erat Miſſa, & poſtea veſpertinũ officium decantandum, & his auditis ad cibum accedendum, ſicut definitũ fuit in Cõcilio Cabilonenſi, & refertur: *De conſecratione*, diſtinct. 1. canone *Solent*, qui licet in eo Concilio modo non habeatur, refertur tamẽ in capitulis Theodulphi Aurelianenſis Epiſcopi, cap. 39. à Polycarpo, Burcardo, & alijs in ſuis decretis, vt in ſcholijs dicti canonis, *De cõſecratione*, diſtinct. 1. notatur. Pro hac ſententia Nauarri citant Recentiores nõnulli Scotum, Durandum, Angelum, & ſummã Roſellam verbo, *Miſſa*, numero 46. Et ſane Scotus in 4. diſtinct. 13. quæſt. 2. §. illo, *Tertium principale*, inquit, terminũ celebrationis eſſe horam nonã, maxime autem in diebus ieiunij, idque colligit ex conſuetudine Eccleſiarum. Idem quecumque omnino ex Scoto deſumpſit ſumma Roſella verbo, *Miſſa*, numero ſecundo. Durandus vero eadem diſtinct. quæſt. 7. dicit, Miſſas ſolennes celebrandas eſſe hora tertia in Collegiatis, quãdo Spiritus Sanctus in Apoſtolos, & diſcipulos deſcendit, & hora ſexta, quando Chriſtus cruci affixus eſt, & tandem in nona in diebus ieiunij, & ordinationibus, quãdo Chriſtus in cruce ſpirauit, quamuis rationabili ex cauſa hoc tempus anticipari poſsit. Dixerat autẽ, Miſſas priuatas ab aurora vſque ad horam nonam recte celebrari poſſe, ſicut docuerat etiam Scotus. Idem omnino ſentit Angelus verbo, *Miſſa*, numero 41. explicans hanc doctrinam Durandi hoc modo, vt in feſtis dicatur Miſſa hora tertia, in profeſtis, & ferialibus hora ſexta, in diebus ieiunij, hora nona. Addit præterea, Miſſas priuatas celebrari poſſe quotidie ab aurora vſque ad nonã, idẽ docuit Silueſter in ſumma verbo, *Miſſa*, 1. q. 6. dicto 2. niſi quod illud, quod dixit Angelus de Miſsis priuatis, ita intelligit, vt ab aurora vſque ad nonam ſolũ in diebus ieiunij ſeruetur, in alijs vero non item, ſed vſque ad tertiam, inteligit autem in feſtis; in profeſtis autem vſque ad ſextam. Conſentit etiã Ricardus in 4. diſtinct. 13. artitul. 2. quæſt. illa 3. quatenus ait, tribus horis dici conſueuiſſe Miſſam ſolennem, nempe, tertia, ſexta, & nona. Idem docuit Paludanus in eadem diſtinctione quæſt. 2. articul. 2. canone 2. S. Thomas in hoc articul. ad tertium. Alexãder 4. part. quæſtione 10. mem. quinto art. ſecundo. §. ſecundo Gabriel lectione 14. in Canonem Miſſæ litera C. explicans prædictã doctrinam hoc modo, vt tempus celebrandi Miſſas priuatas ſit vſque ad tempus Miſſæ ſolennis, ſiue in tertia, ſiue in ſexta, ſiue in nona hora celebretur, nempe, iuxta varia tẽpora, vt ſupra ex alijs Doctoribus memorauimus. Idemque ſentit Antoninus tertia parte titulo 13. capite ſexto §. illo quarto, & Vvillelmus Durandus libro quarto rationalis Diuinorum officiorum capite primo numero 20, & 21.

Probatur primum.

Secundo.

Concil. Cabilon.

Polycarpus. Burcardus.

Scotus. Durandus. Angelus. Roſſella.

35

Silueſter.

Ricardus.

Paludanus S. Thomas. Alexander Gabriel. Antoninus. Vville. Dur.

36

Hæc

Hæc tamen ſententia, prout eam Nauarrus defendere nouiter contendit, tametſi ſecundum antiquam Eccleſiæ conſuetudinem ex parte vera eſſet, tamen ſecundum Eccleſiæ conſuetudinem iam diu inueteratam nihil probalitatis habet: communis enim vſus hoc tempore id habet, vt Miſſæ omnes priuatæ, & ſolennes poſt meridiem inchoari, non niſi ex priuilegio poſſint. Dixi inchoari, quia nonnunquam aliquantulum poſt meridiem, præcipuæ ſi ſint ſolennes, abſque culpa finiri ſolent. Porro autem Miſſas inchoari non poſſe poſt meridiem, docent Maior in 4. d. 9. q. 3. §. *Quinto arguitur*, & d. 13. q. 4. §. *De tempore*, Dominicus Sotus, eadem d. q. 2. art. 2. §. *Quarto arguitur*, verſiculo, *priuilegium autem*, & 10. li. de iuſtitia, & iure, q. 5. artic. 4. §. *De ordine præterea*. Citari etiam poteſt Gabrielle ct. 14. lit. C. nã, cum dixiſſet, Miſſam ſolennem celebrari poſſe hora nona, quæ eſt poſt meridiem: *Manifeſtum* (inquit) *eſt generalem Eccleſiæ conſuetudinem inoppoſtum laborare*, & Marcellus Francolinus tit. de tempore horarum Canonicarum cap. 41. num. 3. qui alios etiam Recentiores in hanc ſententiam allegat. Eam vero intelligit Maior, vt non ſimus nimium ſolliciti de meridie, ſed paulo poſt etiam Miſſa celebrari poſſit: Id quod ego etiam verum exiſtimo, neque enim res hæc, quæ moralis eſt, ita mathematice conſiderari debet. Fundamentum autem huius ſententiæ eſt ſola Eccleſiæ conſuetudo, quæ ab omnibus hoc modo tanquam præceptum ſeruatur, & nemo eam ſine nota populi violare poſſet. Quocirca & religioſis fere omnibus, ſaltem per communicationem cum alijs religionibus, ex priuilegio conceſſum eſt, vt vna hora poſt meridiem Miſſa inchoare poſſint; quinimo cum in diebus valde ſolennibus ſæpius accidat, vt ſolenne Miſſæ officium ante meridiem finiri nequeat, durante ſolenni Miſſa poſt concionem licitum exiſtimo, ſine vllo alio priuilegio ex ſola conſuetudine Miſſas alias priuatas inchoari: nam, quandiu ſolennis Miſſa & officium eius durat, pro alijs priuatis Miſſis idoneum tempus cenſeri debet; abſoluta autem iam Miſſa ſolenni, & hora duodecima, conſuetudine receptum eſt, nullam aliam niſi paulo poſt inchoari poſſe. Prædictam vero doctrinam non ſolum intelligo in diebus feſtis, & ferialibus totius anni, ſed etiam in diebus ieiunij ab eo tempore, ex quo prædicta conſuetudo cœpit.

Cæterum ad teſtimonium omnium Sholaſticorum, quos pro ſententia Nauarri in diebus ſaltem ieiunij allegauimus, reſpondet prædictus Marcellus Francolinus, num. 4. intelligendos ſolum eſſe de diebus ieiuniorum; eos vero, qui ſimpliciter dicunt, ab aurora vſque ad horam nonam poſſe Miſſas priuatas celebrari, de quorum numero eſt Sotus, Durandus, Angelus, & Sylueſter ex à nobis ſupra allegatis, ſic explicat, vt intelligant in diebus ieiunij, vel vt nonam horam accipiant more vulgi pro meridie. At ſi prius reſponſum verum eſſet, ſiceret vtique ſaltem diebus ieiunij Miſſas celebrare vſque ad horam nonam, quæ eſt tertia poſt meridiem, quod tamen non minus contra communem conſuetudinem eſſet, quàm ſi in alijs diebus id fieret: quomodo autem nona hora accipiatur more vulgi pro meridie ipſe Marcellus non explicat.

Ego igitur, vt doctrinam Scholaſticorum, quos citauimus, & Concilij Cabilonenſis decretum explicem, præmittendum eſſe duxi, nonam horam diei primaria ſignificatione accipendam eſſe pro tertia poſt meridiem, quæ dicebatur nona à Iudæis iuxta modum cumputationis ipſorum, nempè, ab ortu Solis in æquinoctio: nam tunc dies cõſtat duodecim horis, & ita ſexta erat meridies, nona autem tertia poſt meridiem. Atq; hoc modo exiſtimo vſurpatam fuiſſe nonam horam a Concilio Cabilonenſi, & antiquo illo tempore poſt horam nonam, hoc eſt, poſt tertiam pomeridianam Miſſam celebrari, abſoluta autem Miſſa veſpertinum officium decantari, & tandem ad cœnam ieiunantes accedere conſueuiſſe. Prohibetur autem in eo Canone, nequis ſtatim audita hora illa nona cœnare audeat, niſi priùs Miſſa, & officio veſpertino abſoluto, & hæc quidem hora ſacrificio incruento idonea videbatur, quod in ea Chriſtus in cruce ſpiraſſet. Verum contraria conſuetudine Canoni Cabilonenſis Concilij, & antiquo iuri, quod attinet ad horam celebrandi, iã derogatum eſt, ſicut etiam quod attinet ad horam cœnæ pro ieiunantibus: niſi quòd ieiunantes libere etiam poſſunt ad eam vſque horam cœnã reſeruare, celebratio autem Miſſæ in eam differri nequit. Quamuis igitur opinio Nauarri de hora celebrandi antiquo iuri conſentanea ſit; tamen ideo diximus, eam probabilem non eſſe, quòd conſuetudine contraria tempus celebrandi ad meridiem retractum fuerit.

Verùm Sholaſticos allegatos de nona hora aliter exiſtimo ſoquutos fuiſſe: nam per illam non videntur intellexiſſe horam diei ab ortu Solis nonam, ſed horam canonicam, quæ nona dicitur, cum aſſerunt, vſque ad

Nauarri ſententia inueterata.

Miſſæ non poſſunt inchoari poſt meridiem. Maior. Sotus. Gabr. Francolin.

37

38

Francolinus exponit Autores contrarię ſententię.

Quo ſenſu accipiatur hora nona iuxta Concilium Cabilonenſe?

39

Quo iuxta Autores ſententiæ oppoſitæ?

nonam eſſe tempus idoneum celebrationi. Neque vero hoc de omnibus diebus intelligunt, ſed de illis tantum, in quibus officium nonæ celebrationi Miſſę conuentualis, & ſolennis præmitti debet, qui ſunt dies ieiunij: nam in alijs diebus celebrationi Miſſę, aut ſolum præmittitur officium horę tertię, vt in diebus feſtis, aut officium horæ ſextę, vt in diebus ferialibus: & ita alij dixerunt, tempus idoneum celebrationi eſſe vſque ad tertiam, vel ſextam, vel nonam horam iuxta varia tempora. Cæterum, cum prædictę horæ canonicæ, quæ antiquitus horis diei ab ortu Solis reſpondebant, & ideo ab illis nomen 40
acceperunt, conſuetudine communi Eccleſię multo antea celebrari conſueuerint, & officium nonę cantari ſoleat diebus ieiunij; imo & veſpertinum ante meridiem: quia tempus etiam cœnę ad meridiem reuocatum eſt: ideo, licet tempus, quo in diebus ieiunij cantatur nona, ſit idoneum celebrationi, tamen in hora diei ab ortu Solis nona: quę eſt tertia poſt meridiem, minime poteſt Miſſa celebrari, ſed cum hoc officio ante meridiem retrahi debet, neque in alijs diebus idoneũ tepus celebrationi eſt illud, quo officium nonę ſolet cantari: quia hoc officium vna integra hora poſt refectionem, & meridiem illis diebus decantari ſolet. Et hoc modo intelligitur id, quod ait Autor regulę monachorum apud Diuum Hieronymum in nono tomo, capite trigeſimo quarto, in fine illis verbis: *Cum vero ieiunij tempus refectionem tardiorem effecerit, ſacra myſteria Miſſa tertia, ſexta, & nona præueniãtur: cæteris diebus poſt refectionem nona dicatur hora ſtatuta, cum iam Sol in medio gyro diem exhibet mediũ.* Quamuis autem iuxta ea, quę diximus, in diebus ferialibus Miſſa ſolennis tardius celebranda eſſet, nempe, poſt officium ſextę, diebus autem feſtis antea, videlicet ſtatim poſt officium tertię, tamen conſuetudine iã 14
obtentum eſt, vt tardius diebus feſtis Miſſa dicatur. Vltimo obſeruandum eſt, ſicut cap. tertio dixi, ob neceſsitatem ęgroti poſſe ante auroram poſt mediam noctem celebrari, & per Epijkiam conſuetudinem non celebrandi ante auroram corrigi, ita etiam poſſe conſuetudinem nõ celebrandi poſt meridiẽ: dummodo ſacerdos ieiunus ſit: nam ſi ieiunus non eſſet, id fieri non poſſet vllo modo, vt diſputatione ducẽteſima vndecima capite quinto notaui, & ratio eadem omnino eſt. Atque in hoc caſu admittendam eſſe opinionem Nauarri exiſtimo, nempe, vt hęc Epijkia, & emendatio ſolum locum haberet, vſque ad tertiam horam poſt meridiem, non autem vlterius.

Pſeudo Hieronymus.

Non ſemper, ſed aliquando licere eidem ſacerdoti plures Miſſas celebrare.

CAPVT V.

RELIQVVM Eſt, vt de quãrto, quod in hac diſputatione propoſuimus, agamus, nempè, de celebratione plurium Miſſarum in eodem die. Atque in primis illud certum eſt, quamuis iure Diuino naturali orto ex ipſa natura ſacrificij, & ſacerdotij, aut Diuino poſsitiuo, nemini vetitum ſit in quocumque die plures Miſſas celebrare; tamen iure Eccleſiaſtico in vniuerſum id prohibitum eſſe, tametſi ab hoc præcepto generali caſus peculiares excipiãtur. Porro nec iure Diuino naturali, nec Diuino poſitiuo quidquam 42
in hac re ſtatutum, aut vetitum eſſe manifeſtũ eſt: tũ quia, neque ratione naturali ex ipſa natura ſacrificij, aut ſacerdotij tale præceptũ colligi poteſt: cum neutri repugnet eodem die pluries hoc ſacrificium offerri; tum etiã quia de voluntate Dei, præcipere, aut prohibere volentis, neque traditione, neque alio modo vlli conſtare poteſt. Præceptum autem Eccleſiaſticum iam eſſe, nulli dubium eſt. Illud autem nonnulli cum S. Thoma in 5. Thomas.
hoc art. ad 5. imprimis colligunt, ex Epiſt. Alexandri. II. quæ refertur, *De conſecratione*, d. 1. Canone, *Sufficit*, vbi legitur: *Sufficit ſacerdoti vnam Miſſam in die vna celebrare, quia Chriſtus ſemel paſſus eſt, & valde felix eſt, qui vnam digne celebrare poteſt. Quidam tamen pro defunctis vnam faciunt, & alteram de die, ſi neceſſe fuerit. Qui vero pro pecunijs, aut adulationibus ſecularibũ vna die præſumunt plures facere Miſſas, non exiſtimo euadere damnationem*: Ex illo verbo, *Sufficit*, colligunt prædicti Theologi vim præceptiquia ſtatim additur illud, *Qui vero pro pecunijs, &c.* Mihi tamen difficile videtur, ex hac Epiſtola vniuerſale colligere præceptum, non niſi vnam Miſſam celebrandi. Primũ quia in eadem Epiſtola permittitur, vt eodem die duę dicantur, altera pro defũctis, altera ſi neceſſe fuerit de ipſo die. Illud autem, *Si neceſſe fuerit*, ita intelligerem, ſi neceſsitas incum-

Non colligitur ex Epiſt. Alex. præceptũ celebrandi vnam tãtum Miſſã

bat

bát Missam de festo solenni celebrandi. Tum etiam, quia in prædicta Epistola solùm dãnantur, qui pro pecunijs, aut adulationibus secularium vna die præsumunt plures Missas celebrare; de ijs vero, qui ex sola deuotione plures celebrarent, nihil dicitur. Porro tempore Vvalafridi Strabonis, qui Alexandrum 3. præcessit, vnicuique licitum erat iterum in eadem die celebrare, vt ipse late prosequitur libro de rebus Ecclesiasticis cap. 21. vbi adducit testimonium Leonis Papæ, quem septem, vel nouem etiam Missas in vna die celebrasse, ex relatione virorum in suam vsque ætatem memoriæ proditum esse, ipse testatur. Idem refert de Bonifacio Archiepiscopo, & martyre: & ita ipse liberum relinquit pluries in eodem die celebrare. Quod vero dixit Alexander, eos, qui pro pecunijs, vel adulationibus sęcularium eodem die præsumunt plures facere Missas, non euadere damnationem, aut intelligi videtur de damnatione peccati venialis ex prauo illo fine, aut si de damnatione mortalis intelligatur, dicendum est, id antea vetitum fuisse in Ecclesia, licet deuotionis causa permissum esset, pluries in die Missam celebrare, de quo tamen pręcepto non constat.

Innoc. III. Honor. III. Cæterum Innocentius III. in capite, *Consuluisti*, & Honorius III. in c. *Tereferente: De celebratione Missarum*, aperte statuerunt, ne eodem die, excepto die Natiuitatis, plures Missę ab eodem sacerdote cuiuscumque status, & dignitatis celebrarentur. Verba Innocentij sunt: *Respondemus, quòd excepto die Natiuitatis Dominicæ, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit sacerdoti semel in die vnã Missam solummodo celebrare.* Verbum *sufficit* in hac decretali manifeste præceptum indicat, licet in Epistola Alexandri illud non denotet, eo quod ab Innocentio III. vt patet ex integra decretali, quæsitum fuerat hoc modo: *Consuluisti nos, vtrum presbyter duas Missas in eadem die valeat celebrare: super quo tibi duximus respondendum, quid excepto die, &c.* Nam, quòd quæsitum fuit, vtrum valeat celebrare, idē est, ac si quæreretur, vtrum liceat ei celebrare: cum ergo respondet Pontifex, *Sufficit, &c.* hoc verbum denotat præceptum prohibens, plus quàm semel celebrare. Honorius autem in prædicto capite vtitur verbo, *Mandamus*, quod clarissime præceptū significat. Quod vero Sanctus Thomas in hoc articulo ad secūdum significare videtur, duas in eadem die Missas interdum celebrari, alteram de die, alteram de ieiunio, aut pro mortuis, recte explicat Sotus in 4. d. 13. q. 2. art. 2. §. *Addidit denique*: vt non intelligat ab eodē sacerdote, sed à diuersis: nam tempore Sancti Thomæ, iam erat latum præceptum ab Innocentio, & in solutione illud admittit non solum ex Innocentio, sed etiam ex Alexandro, omnesque Scholastici tale præceptum ingenue fatentur.

44

Sotus bene explicat S. Thomam.

Ab hoc tamen præcepto vniuersali primum excipitur dies Natiuitatis, sicut expresse excipit Innocentius loco citato, in qua idem sacerdos tres Missas celebrat: vt ex Missali Romano patet: nam nocte illa celebrandum esse, decreuit Telesphorus, vt vidimus cap. 3. cumque in die post lucem eo die etiam celebrandum sit, recte colligitur, à Telesphoro fuisse institutum, vt pluries in die Natiuitatis Missa ab eodem celebraretur; imo, vt supra vidimus capit. 3. Vvalafridus inquit, tres Missas ab eodem sacerdote celebrandas Telesphorum instituisse.

45

Deinde excipitur ab eodem Innocentio casus necessitatis. Verum ille non explicat, quę nam esse debeat necessitas, ob quã bis in eadem die Missa ab eodem sacerdote liceat celebrari. Paludanus autem in 4. d. 12. q. 1. art. 4. post 4. concl. præter diem Natiuitatis quinque casus assignat, in quibus id permissum est, primus propter funus defuncti, quem sine Missa sepelire non decet, tunc enim (inquit) potuit sacerdos vnam pro defuncto, & aliam de die celebrare imo secũdum Raymundum ex eo solum, quòd parochianus petat Missam pro defuncto. Secundus casus est, vt de viatico prouideatur ægroto, si forte pro illo seruatum non sit. Tertius est pro peregrinis, vt Missã audiãt, præsertim vero in diebus festis, tunc enim (ait) poterit sacerdos alteram Missam celebrare. Quartus est pro nuptijs, vt in Missa matrimonio coniunctis detur benedictio, quam dicit esse laudabilem consuetudinem non prætermittendam. Quintus casus est, quem verum existimo, & inferius referam. Eosdem casus exipit Antoninus eodem modo 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 5. addit tamen in nullo casu licere plus quam bis celebrare. Vvillelmus autem Durandus lib. 4. Rationalis Diuinorum officiorum cap. 1. num. 25. admittit primum, & tertium casum. Idemq; putat in tertio casu, si post Missam iam celebratã nobilis aliquis superueniret, qui Missam nõ audisset, ita vt tunc liceat & pro illo iterũ celebrare. Addit præterea duos alios casus: vnus est, quando in eodē die duę festiuitates occurrũt; alter, quem etiam concedit Paludanus, est in diebus ieunij, si ieiunũ occurrat in die solenni, & sit vnus solus sacerdos, ita vt

Paludanus excipit casus necessitatis in quibus pluries licet celebrare eodem die.

Anton. Vvilie. Dur.

46

ita vt tunc vna dicatur de ieiunio, altera de feſto, ſupponit tamen, ſicut & Paludanus, & reliqui, ſacerdotem debere manere ieiunum, vt iterum celebret. Silueſter verbo, *Miſſa*, 1. q. 7. & Nauarrus in ſumma cap. 25. num. 87. in omnibus probant ſententiam Paludani, & addunt caſum illum, quem addidit Durandus de nobili perſona ſuperueniente. Tum etiam addit Syluester duos alios, alterum, quando conſuetum eſt, in eadem Eccleſia duas Miſſas celebrari, & vnus ſacerdos ſolus tunc aptus eſt ad celebrandū; alterum propter paupertatē Eccleſiarum, & ſacerdotum paucitatē: & tandem concludit ipſe, & cum eo Nauarrus, quacumque alia neceſsitate occurrente, quæ arbitrio boni viri vrgens iudicetur, idem omnino licere. Conſentit etiam Angelus eodem titulo num. 46. tametſi primum, & quartum caſum non numeret. Pro hac ſententia referuntur Victoria in ſumma num. 96. & Sotus in 4. d. 13. q. 2. art. 3. Verum Victoria hos omnes caſus non probat, imo aſſerit, ſe illos non intelligere, nempè, qua ratione defendi poſsint. Sotus autem aſſerit, hos caſus in vſu non eſſe: ſubdit tamē in ea prouincia, vbi eſſet ſacerdotū raritas, in prædictis caſibus poſſe id fieri, maximè vſu & more id interpretāte, dum modo ſacerdos ieiunus alteram Miſſam celebret.

Silueſter. Nauarrus. Durandus.

Angelus.

Victoria. Sotus.

47

Demum nonnulli Recentiores, quibus hæc exceptio in tot caſibus merito non placet, putant, fieri non poſſe, vt vllus ex quatuor primis caſibus moraliter occurrat eo tempore, quo ſacerdos celebrare poſsit: nā, vt omnes prædicti Doctores admonent, neceſſe eſt, vt ſacerdos, qui plures Miſſas celebraturus eſt, ieiunus ſit, & ita vt lotionem, quę poſt ſumptionem ſanguinis fieri ſolet, non guſtauerit; hoc autem vix vnquam accidere poteſt; quia vix ipſe ſacerdos celebrās præueniri poſſet pro Miſſa, vt lotionem illam non ſumat. Quamuis autem in ſecundo, & tertio caſu neceſſe ſit, poſt conſecrationem, & ante lotionem ſacerdotem à miniſtro moneri, vt pro ſequente Miſſa lotionem non ſumat quod non difficulter accidere poſſet, & antequam incipiat vnam, ne queat ita accidere caſus, vt neceſſe ſit alteram celebrare, vt patet; tamen in primo, quarto, & quinto caſu, antequam accedat ſacerdos ad celebrandam priorem Miſſam, accedere poteſt cum intentione non ſumendi lotionem, vt ieiunus maneat pro ſequente: nam cum pro funere celebraturus ſit Miſſam de defunctis, poſſet habere ab initio intentionem celebrandi vnam de defunctis pro funere, & alteram de die, vel è contrario.

Aliorum Recentiorum mēs.

Et hæc pro primo caſu, neque enim illic intelligitur, quando ſacerdoti iam celebranti de die ſuperuenit notitia funeris, ſed quādo notitiam illius habuit, antequam priorem Miſſam inciperet: & idem accidere poſſet, quando parochianus peteret, Miſſam celebrari pro defuncto quocumque, etiam iam ſepulto; ſimiliter cū pro benedictione nuptiarū ſit peculiaris Miſſa inſtituta, accidere poſſet hoc eodē modo quartus caſus, vt ab initio ſacerdos ea intentione celebraret de die, vt iterū vellet Miſſā de nuptijs dicere, vel è cōtrario. De quinto autē nemo dubitat hoc eodem modo accidere poſſe: quare, ſi ex prædictis cauſis liceret bis in eodem die celebrare, non raro prædicti caſus euenire poſſent. Ego vero exiſtimo cum Victoria loco citato, licet aliquando in illis caſibus vſitatum antehac fuerit ab eodem ſacerdote duas Miſſas in eodem die celebrari, conſuetudine prædictum præceptum ita interpretante, nihilominus eius modi præceptum iam diu conſuetudine ita confirmatum eſſe, vt in nullo ex prædictis caſibus liceat bis celebrare: quinimo, ſi verba exceptionis, quam aſsignauit Innocentius, rectè expendantur, nunquam id licuiſſe: in nullo enim ex prædictis caſibus vllam veram neceſsitatem inueniemus. Nam quæ (obſecro) neceſsitas eſſe poteſt, quæ tanto præcepto derogare valeat, quòd finita Miſſa, perſona nobilis, aut peregrini ſuperueniant? Quid enim refert, ſi abſque Miſſa eo die permaneant, ita vt ipſis ad culpam imputetur, ſi ſe tali periculo probabiliter expoſuerunt, aut ſine illa ſint, ſi probaliter exiſtimarunt, ſe opportuno tempore ad Miſſam audiendā peruenturos? Quæ etiam neceſsitas eſſe poteſt, quòd nuptiæ benedicendæ ſint, cum poſsint in ſequentem diem differri, aut ſi differri nequeant, ſola illa Miſſa in Eccleſia pro nuptijs celebrari poſsit? Idem etiam dicendum eſt de funere, cum in veſperum ſepeliri poſsit, aut ſi mane ſepelindus ſit, & ſit dies ſolennis, cuius Miſſam omitti non deceat, cum ſolis orationibus ſepeliri debeat, potius quā prædictum præceptum violari, ſicut etiam in Concilio Affricano cap. 8. & refertur: *De cōſecratione*, diſtinctione. 1. Canone, *Sacramenta Altaris*, ſtatuitur, vt ſi ſacerdotes pranſi ſint, defunctorum commendatio, nempè, pro funere ſolis orationibus fiat, ne ſcilicet præceptum celebrādi præmiſſo ieiunio inuiolabiliter non ſeruetur. Multò autem minor cauſa eſſe poteſt, vt idem ſacerdos duas Miſſas eodem die celebret, alteram pro defunctis, alteram de die

48

Mens Auct.

Conc. Affric.

49

die, ex eo solum, quod parochianus petit, Missam pro suo defuncto celebrari, aut vnã de vno festo, alteram de altero, quando eodem die duo festa occurrant; præsertim cum altera solennitas in sequentem diem non impeditum ex præscripto transferenda sit, aut vnam de die, alteram de ieiunio, aut quãdo consuetũ est duas Missas, aut à duobus sacerdotibus in Ecclesia aliqua celebrari, & vnus solum tunc idoneus inuenitur, aut propter paupertatem Ecclesiarum, & sacerdotum paucitatem: hæc enim alia via suppleri debet. Ius autem, quod citatur à Nauarro pro celebranda iterum Missa ab eodem sacerdote propter aduentũ personæ nobilis, quod est in capite vltimo *De priuilegijs*, in 6. nihil sententiæ ipsius fauet: nam ibi solum conceditur priuilegium Episcopo deferendi altare viaticum, quia sæpius non possunt ad Ecclesias accedere, vel pro Missa audienda, vel celebranda, sine qua manere eos non decet. Hinc autem nihil pro illo casu colligi potest, vt patet. Præterea iura, quæ citantur à Siluestro pro illo casu de paupertate Ecclesiarum, nempe in canone: *Vnio.* 10. q. tertia, qui est quartus Concilij Toletani 16. & canone primo 21. quæst. prima, qui est 15. Synodi septimę, & in capite, *Dudum*, secundo de electione, omnino sunt extra rem: ibi enim solum definitur, ne vnus presbyter duabus Ecclesijs præficiatur, nisi propter paupertatem alicuius, quæ cum alia coniungi debeat, de illo autem casu bis in eodem die celebrandi nihil omnino dicitur.

Explicant aliquicanones.

Solum in eo casu, quo pro alicuius ægroti communione necessarium esset iterum celebrare, primo aspectu videtur posse esse necessitas, quę à prædicto præcepto excuset, & in ea exceptione, quam expressit Innocentius, comprehendatur. Verum, præterquàm quod vix occurrere possit talis casus, vt moneri possit sacerdos, antequam lotionem sumat, vt iterum celebret, post sumptionẽ autem illam non possit etiam pro ea necessitate celebrare, vt disput. 211. cap. 5. probauimus, existimo etiam quando opportune moneretur, & ipse posset ieiunus iterũ celebrare, fore, vt pro ægroto communicando non possit iterum eodem die ante meridiẽ celebrare: quia præceptum communicandi ægrotum non obligat, nisi quando secundũ ritum Ecclesiæ cõmode ei de Sacramento prouideri potest: atque moioris momenti existimo, hanc legem, prout moribus hoc tempore recepta est, obseruare, sicut etiam legem ieiunij, quàm ægrotum communicare, licet pro ægroto communicando tempus consuetum aliquantulum anticipari, aut post parum celebrationem posse differri cap. 3. & 4. existimauerim, quia legem illam, seu consuetudinem de hora non tanti momenti existimo, quàm legem non celebrãdi bis in eodem die. Superst igitur casus, in quo solo idem sacerdos possit eodem die bis celebrare, quando nimirum habet duas Ecclesias in diuersis oppidis, & propter paupertatem non potest habere vicarium: tunc enim, cum vnus quisque populus iure possit velle in sua Ecclesia Missam audire, poterit idem sacerdos duas in eodem die celebrare: & hic est casus verę necessitatis, quam excipit Innocentius, & omnes Auctores allegati libenter accipient.

ARTICVLVS III.

Vtrum opportuerit hoc Sacramentum celebrari in domo, & vasis sacris.

CONCLVSIO Est: *His rebus, quæ deseruiunt vsui huius Sacramenti, conuentiones adhibentur.* Titulo quæstionis ita in vniuersum respondet Sanctus Doctor in corpore articuli: in solutionibus verò argumentorum speciatim agit de consecratione templi, & vasorum, de quibus in titulo quæsierat. A solutione primi vsque ad solutionem quinti agit de consecratione templi: in solutione vero sexti, & septimi de consecratione vasorum.

Vtrum necesse sit semper in loco sacro, & altari, & cum vasis, & vestibus sacris celebrare. Disputatio 233.

De loco sacro & idoneo ad celebrandum. Cap. 1.
De altari ad celebrandum necessario Cap. 2.
De ornatu altaris necessario ad celebrationem Missæ. Cap. 3.
De vasis, & vestibus sacris. Cap. 4.

De loco ſacro Idoneo ad celebrandum.

CAPVT I.

1 DE Templorum rectione, dedicatione, & conſecratione multa contra hæreticos erudite, & copioſè, ſicut reliqua omnia, diſputat noſter Cardinalis Bellarminus tom. 1. contro-
Bellarmin. *Vvalden.* uerſia 7. de Eccleſia lib. 3. qui eſt de cultu, & veneratione Sanctorum, & Vvaldenſis tomo, 2. qui eſt de Sacramentalibus toto tit. 17. qui eſt *De fabricis Eccleſiarum*, & titul. 18. qui eſt, *De apparatu Eccleſiæ*, & titu. 22. qui eſt, *De Eccleſiarum dedicatione*: ideoque hoc loco his omnibus prætermiſsis, ea tantum, quæ circa templa, & vaſa in huius ſacrificij oblatione ſeruanda ſunt, examinanda nobis forent, niſi ea facilia eſſent, &
S. Thomas. niſi omnia à ſancto Thoma traderentur. De præcepto celebrandi in Eccleſia conſecrata rectè docet Sanctus Doctor in ſolutione ad primum, & 2. vt plurimum neſſarium eſſe celebrare in Eccleſia cõſecrata: id quod ipſe probat ex canone, *Nullus presbyter De conſecratione*, d. 1. ſubdit autem, de conſenſu Epiſcopi in locis non conſecratis celebrari poſſe, vt conſtat ex canone, *Miſſarum De conſecratione*, d. 2. qui eſt Concilij Triburienſis, & conſuetudine id iam confirmatũ eſt.
Conc. Trid. Verum in eo canone, *Nullus presbyter*, qui eſt Hormiſdæ Papæ, ſolum prohibetur, nequis in Eccleſia conſecrata erigat altare, niſi quod fuerit ab Epiſcopo loci ſanctificatũ, vel permiſsum. Eſt autem obſeruandum, quamuis iure antiquo præciperetur, vt celebratio fieret in Eccleſia conſecrata, tamen vt
Sotus. notauit Sotus in 4. d. 13. q. 2. ar. 3. §. *Huiuſmodi autem canones*, iam conſuetudine obtentum eſt, vt ſufficiat ad celebrandum Eccleſia benedicta, imo & erecta auctoritate Põtificis, aut Epiſcopi: nam eo ipſo deſtinatur, & dedicatur locus ad Miſſæ celebrationem, & alia Diuina officia: quæ facultas à ſummo Pontifice communicatur, etiam religioſis, ſicut etiam ad Oratoria ad Diuinum dumtaxat cultum deportanda, Gregorius XIII. noſtræ Societati conceſsit, & habetur in compendio noſtrorum priuilegiorum, ver-
Com. priuil. Soc. I. bo, *Oratoria*. Quæ quidem facultas Oratoria hoc modo deſignandi, & deputandi, conueniebat etiam Epiſcopis, vt conſtat ex canone *Miſſarum De conſecratione*, d. 1. ea vero non erat poteſtas diſpenſandi in lege communi ob aliquam neceſsitatem, ſed velut poteſtas conſecrandi, aut benedicendi Eccleſiam; vt hoc ipſo quod ab Epiſcopo ad hoc miniſterium dumtaxat Oratoria deputabantur, perinde cenſerentur, ac ſi conſecrata eſſent: hæc enim deputatio, vt dixi, loco conſecrationis ſucceſsit. Idem etiam docent Sylueſter in ſumma verbo *Miſſa*, 1. q. 5. di-
Sylueſter. Angelus. cto 3, Angelus verbo, *Miſſa* num. 40. & Nauarrus in ſumma cap. 25. num. 81. & 82. Hęc tamen facultas ita intelligitur, vt intra propriam diœceſim ſolùm Epiſcopus id poſsit, vt notauit Angelus, quamuis Sylueſter immerito idem cõceſſerit Epiſcopo extra propriam diœceſim cum ſuis dumtaxat ſubditis: id quod non video, quo pacto ipſe probet ex capitulo, *Cum his De priuilegijs*, neque qua ratione verum eſſe poſsit, cum facultates Epiſcopi ordinariæ in ſua dumtaxat diœceſi vim habeant.

3 Hæc tamen facultas deſignandi loca non ſecrata, neque benedicta ad celebrandum, limitata fuit (vt obſeruauit Nauarrus) Epiſcopis in Concilio Tridentino ſeſſ. 22. in
Conc. Trid. decreto de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ, cum Epiſcopis præcipitur in hunc modum: *Ne vel patiantur, priuatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam, & ad Diuinum tantum cultum dedicata Oratoria, ab eis dem ordinarijs deſignanda, & viſitãda, ſanctum hoc ſacrificium a ſecularibus, aut regularibus, quibuscumque peragi*: vbi non tollitur facultas Epiſcopis concedendi, & dedicandi Oratoria ad celebrandum dumtaxat, vt putare videtur Nauarrus, ſed concedendi liberam facultatem celebrandi in quouis loco extra Eccleſiam, & extra Oratoria ad celebrandum dumtaxat deſignata: hæc enim concedere poſsunt, ſicut antea. Prohibetur autem, ne concedant facultatem celebrandi in loco etiam honeſto, qui alijs vſibus deſeruire conſuenit. Addit tamen Nauarrus, per hoc decretum non fuiſſe ſublatam facultatem, quæ antea conceſſa dicebatur celebrandi extra loca conſecrata, & deputata dumtaxat ad celebrandum, neceſsitate aliqua occurrente: quia hoc ſemper fieri potuit ſine licentia Epiſcopi, vt omnes Doctores citati fatentur; & Gabriel lect. 13. in Canonem lit. H. veluti (inquit ipſe) cum magna multitudo hominum in aliquo die feſto ad paruam aliquam Eccleſiam concurrit: tunc enim, vt omnes audiant Miſſam, Miſſa celebrari poteſt extra illam Eccleſiam: id quod deſumpſit ex Soto in eo artic. tertio,
Gabriel. §. *Circa hoc ergo*: putat enim Sotus, non eſſe neceſſariam magnam neceſsitatem,

Ob aliquã neceſsitatẽ occurrentẽ poteſt Miſſa celebrari extra locum ſacrum.

4 *Sotus.*

tem, vt hoc fieri posit sine peccato; & rectè quidem: nam quod Felix IIII. in illo Canone 1. *De consecratione*, d. 1. & Canone *Sicut*, eadē d. inquit, nō licere extra Ecclesiam consecratam, seu benedictam, nisi summa, vel magna ex necessitate celebrare, consuetudine iam derogatum videtur, vt saltem, licet non sit summa, & magna necessitas, id fieri possit, & similiter in castris, & vt multitudo nauigantium, qui in triremibus nauigare solent, Missam audiant festis, in aliqua lioris parte celebrare licet sub tentorio, aut etiam sub diò, vt dixit S. Doctor in solutione secundi, & Doctores citati concedunt, loquentes de modo celebrandi extra templum ob necessitatem.

Felix IIII.

Cæterùm, cum dicimus, in quouis loco ob necessitatem licitum esse celebrare, intelligimus de terræ loco, nam supra mare, seu flumen in naui non licet, non quia in iure talis locus excipiatur, sed quia hęc cōcessio ita a Doctoribus intelligitur: vt celebretur sine periculo: in mari autem, aut in fluuio supra nauim est aliquod periculum: nam potest facile motu nauis sanguis effundi, corpus autem sine sanguine consecrari nequit. Ita docuit Angelus num. illo 4. Syluester, Gabriel. lectione illa lit. l. tametsi recens quidam, doctus tamen Auctor audeat dicere, etiam in flumine, & mari posse celebrari Missam, quando nullum est huiusmodi periculum, sicut reuera accidere posse arbitratur. Ego vero existimo, semper cauendum esse, ne in tali loco celebretur, præsertim cum sit contra communem consuetudinem, quæ interpretari videtur sufficienter, id ab Ecclesia permissum non esse. Adde quod in naui locus honestus reperiri nequit, in quo celebrari possit, quod tamen maximè considerandum est, cum nullum priuilegium vnquam concedatur celebrandi nisi in loco tuto, & honesto. Recentiores tamen nonnulli rectè docent, in prædicto decreto Concilij Tridentini solum limitari facultatem, quæ iure cōmuni Episcopis competebat cōcedēdi absque vlla necessitate, & dispensatione, vt in loco extra oratoria designata celebraretur, non tamen tolli facultatem dispensandi cum aliquo ex aliqua causa, & necessitate, quia in eo decreto nihil de potestate dispensandi, sed de potestatate simpliciter concedendi, quæ Episcopis conueniebat, actum est. Et quamuis occurrente aliqua necessitate, qualem dicimus, non videatur necessaria Episcopis dispensatio, sed iure communi etiam videatur permissum ita celebrare; nihilominus occurrere potest aliqua necessitas, aut causa, quæ sine licentia Episcopi non sufficiat ad celebrandum extra Ecclesiam, & oratoria ad id dumtaxat designata, accedente tamen Episcopi autoritate liceat, nempe si persona nobilis ægrotet, vt audiat ibi Missam, & communionem ex præcepto recipiat: in quo casu admittit Sotus in eo articul. 3. §. *Iam vero*, licitum esse celebrare etiam in loco, vbi iacet ægrotus, ex priuilegio concesso celebrandi in domibus.

Nunquam in mari Missa celebrari potest.

Angelus. Syluester. Gabriel.

Sotus.

Porro propter necessitatem occurrentem iure communi permissum esse celebrare absque licentia Episcopi extra Ecclesiam, & oratorium designatum, constat ex canone primo, & canone, *Concedimus. De consecratione*, d. prima. Neque vero, vt aliqui Recentiores putant, hi duo canones ex se pro iure communi non essent, nisi consuetudine essent approbati: quod enim asserunt, primum illum canonem esse solius Gratiani, alterum vero esse Concilij Triburiensis, qui pro iure communi esse non possunt, falluntur aperte: nam, licet canon, *Concedimus*, sit illius Concilij, tamen canō primus non est Gratiani, sed Felicis IIII. in Epistola ad omnes Episcopos capite primo, & ex illo eum refert Burcardus libro tertio sui decreti cap. 57. & Ivo p. 3. sui etiā decreti capit. 30. & Pannor. lib. 2. cap. 33. & nunc est in primo tomo epistolarum Pontificum, secunda parte. Docent igitur prædicti Doctores cum S. Thoma in hoc articulo ad primum, & secundū id, quod diximus, ita vt sub tentorio, seu etiam sub dio, vt dixit Sanctus Doctor, ob necessitatem liceat Missam celebrare. Verum, vt omnes citati Autores notarunt, semper est necesse in altari, quod vocant portatile, seu viaticum, quod de vno loco in alium defertur ab Episcopo consecrato, celebrare, vt in prædicto Concilio Triuerensi in illo canone, *Concedimus*, declaratur. Neque ea positum vlla de causa vnquam in Ecclesia Dei permissum fuit: est autem huiusmodi altare, quod vulgo, *Ara* dicitur, tabella quædam lapidea cōsecrata ab Episcopo, quę facile pro itinere, & quouis loco defertur. Neque vero contra hoc est, quod Episcopo conceditur priuilegium in capite vltimo: *De priuilegijs*, in 6. vt cum iter facit, in quouis honesto loco celebrare possit in altari viatico, aut facere vt alius eo præsente celebret, ne absque Missa iter faciat, tunc quo priuilegio id facere non posset: nam hoc priuilegiū ei conceditur, vt absque vlla necessitate pro libito solum causa itineris eo altari in quouis honesto loco vtatur, quo vti non posset hoc modo secundum ius commune, nisi alia necessitas postularet; quod sane priuilegium ipsi

Burcardus. Ivo. Pannorm.

Concil. Triburi.

Qui intelligatur priuilegium Episcopis concessum ut altari portatili.

ipſi quoque conceſſum exiſtimo extrà ſuam diœceſim, extra quam iure communi non poſſet etiam ex cauſa diſpenſare, niſi talis eſſet neceſsitas, vt cuilibet propter illam permitteretur. Neque vero huic Epiſcoporum priuilegio derogatum eſt in decreto illo Concilij Tridentini: quia ibi ſolum limitatur facultas Epiſcoporum erga alios. Simile priuilegium noſtræ Societati conceſsit Paulus III. vt refertur in noſtro compendio verbo, *Altare*, noſtris, qui in miſsionibus ſunt, non obſtante decreto Concilij Tridentini, vt celebrare poſsint ſiue in caſtris, ſiue alibi cum altari viatico: alij vero religioſi hoc priuilegio eatenus vti poterunt, quatenus poſt Conciliũ aliquomodo eis perſe, aut per communicationem fuerit conceſſum.

8

Soti non probanda ſententia.

Dominic. Sot. in eo art. 3. §. *Circa hoc ergo*, non dubitauit aſſerere, peccatum mortale non eſſe celebrare in quouis loco honeſto abſque Epiſcopi, aut Pontificis ſummi licentia, & abſque neceſsitate, ſi id ſine contemptu, vel ſcandalo fiat, cuius ſententia hac in re minime probanda eſt: nam ſi ſemel admittat, peccatum eſſe, ſicut re vera admittere debet, non poteſt negare, illud eſſe mortale, ſi quidem res hæc grauis eſt, nempè celebrare Miſſam: & nunquam quidem inuenies, alicui vetitum eſſe celebrare Miſſam, quin transgreſio huius præcepti mortalis cenſeatur. Probant etiam aliqui, quia in canone, *Nullus presbyter De conſecratione*, d. 1. quem dicunt eſſe Sylueſtri, ſub pœna depoſitionis interdictum eſt, celebrare in Eccleſia non conſecrata: quem canonem etiam refert Sanctus Thomas, vt ſupra vidimus. Reſpõdet autẽ Sotus, illam pœnam pro primitiua tantum Eccleſia poſitam fuiſſe. Verùm, licet ita eſſet, quod attineret ad pœnã; tamen, cum præceptum adhuc maneat, ſignum ſaltem eſſet, præceptum eiuſmodi ad mortale tunc obligaſſe; quòd ſi tunc ad mortale obligauit, & adhuc permanet, & eadem eſt omnino materia illius, conſequens ſit, nũc etiam ad mortale obligare. Verùm cum in eo canone, qui re vera non eſt Sylueſtri, ſed Hormiſdæ, id non dicatur, neque prohibeatur celebratio in locis non conſecratis, ſed erectio altaris, vt ſupra vidimus, ſententia Soti ex illo canone confutanda non eſt. Hoc loco diſputandum nobis erat de violatione Eccleſiæ, & illius reconciliatione, & quo pacto non liceat in Eccleſia polluta, & violata celebrare: de hac tamen re commodius in tractatu de Interdicto diſſeremus.

S. Thomas.

9

De altari ad celebrandum neceſſario.

CAPVT II.

Pet. Mart.

PETRVS Martyr in libro contrà Gardinerum p. 3. in reſponſione ad obiectum 16. docuit, nullum debere eſſe altare in Eccleſia: & hæretici alij noſtri temporis altaria demoliri non dubitant, & pro illis mẽſas conuiuiales ſubſtituunt; certe nõ alia de cauſa, niſi quia credere nolunt, Miſſam eſſe verũ ſacrificium, nã ſi hoc ſemel admitterent, non negarent, pro illo altaria neceſſaria eſſe. Verum ſemper in Eccleſia Dei pro Miſſa altaria fuiſſe, contra prædictos hæreticos optimè probat noſter Bellarminus tomo 2. lib. 1. de Miſſa cap. 16. ex quo infert, Miſſam vere ſacrificium eſſe. Neque obſtat, quod Paulus 1. ad Cor. 11. mẽſam etiam appellet, nam cum hoc ſacrificiũ, quod in altari offertur, etiam ſit Sacramentũ, & cibus animarum, merito etiam altare menſa dici poteſt; ita tamen vt non negemus, altare etiam eſſe, quod ſacrificio proprie cõuenit, & apud nationes ſacrificium habentes in vſu etiam fuit.

Bellarm. 1. ad Cor. 11.

10

Altar. debet eſſe lapideum.

Iam vero, quale debeat eſſe altare noſtri ſacrificij, dicamus. Eſt igitur neceſſarium altare conſecratum lapideum, ſiue fixum ſit in aliquo loco, ſiue deferri poſsit in quemlibet locum, qualis ſolet eſſe lapis quidam, qui dicitur vulgo, *Ara*, tantæ magnitudinis, vt calicem, & hoſtiam capere poſsit; quamuis enim iure ſtatutum ſit, vt altare non ſit ligneum, ſed lapideum, nullibi tamen præceptum eſt, vt altare ſit fixum. Quod autem conceditur priuilegium Epiſcopis in cap. vltim. *De priuilegijs*, in 6. & religioſis noſtræ Societatis, quando in miſsionibus ſunt, vt vtantur altari viatico, quod in diuerſa loca deferri poteſt, non intelligitur priuilegium ad hoc conceſſum, vt eo genere altaris vtantur, quaſi iure cõmuni hoc licitum eis non eſſet, ſed vt ſuper illud in quouis honeſto loco Miſſam celebrent, ſicut præcedente capite diximus. Altare autem lapideum neceſſariũ eſſe à tempore Sylueſtri Papæ, ex eius vita, & ex pacto dedicationis Baſilicæ Saluatoris 9. Nouẽbris aperte conſtat, cum tamen antea non inuenimus ſtatutum, ne in ligneo altari Miſſa celebretur; ſed inter decreta Euariſti, quę ſunt in primo tomo Conciliorum poſt duas eius Epiſtolas, hoc tantum refertur, ne, ſi altare ſit ligneum, conſecretur: Idem in Concilio Epaunenſi,

Epaunenſi, & refertur, *De conſecratione*, diſtinctione prima, canone *Altaria*, vbi manifeſte ſupponitur, potuiſſe tunc eſſe ligneũ, licet non potuiſſet tunc conſecrari. Conciliorum autem Prouincialium aliqua extant de hac re decreta poſt tempora Syluestri Papæ; in quibus ſtatuitur, altare debere eſſe lapideum, & conſecratum. Referuntur autem à Gratiano: *De conſecratione*, diſt. prima, à Burcardo libr. tertio ſui decreti capite 25. & ab Iuone parte tertia ſui decreti, cap. 30. Porro altaris lapidei mentionem facit Chryſoſtomus homilia 20. in poſteriorem Epiſtolam ad Corinthios, Gregorius Nyſſenus oratione de Baptiſmate, & Auguſtinus ſermone 255. de tempore; vt autem in eadem vita Syluestri, & in feſto dedicationis Baſilicę Saluatoris, nono die Nouembris ſcribitur, vſque in hodiernum diem in Eccleſia Lateranẽſi ſeruatur altare ligneũ, in quo Beatus Petrus celebrare conſueuit, idemque Pontifex ſtatuit, vt in eo ſolus Pontifex deinceps celebraret. Porro altare lapideum conſecrandum eſſe, vt in eo celebrari poſsit, patet ex eiſdem decretis Euariſti, & ex alijs decretis, quę referuntur, *De conſecratione*, diſtinctione prima, inter quæ extat decretum Concilij Agathenſis capite 14. & refertur canone *Altaria* 2. *De conſecratione*, diſt. prima, in quo dicitur, altaria non tantum conſecranda eſſe vnctione chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione; per ſacerdotalem autem benedictionem omnes intelligunt benedictionẽ Epiſcopi, & ita in Pontificali pro ſolo Epiſcopo forma conſecrandi altaria ponitur, tametſi Paulus III. anno 1545. presbyteris Societatis in locis remotiſsimis degentibus conceſſerit, vt altaria conſecrare poſsint, ſi ibi Epiſcopus Catholicus non fuerit; hæc omnia ſine controuerſia ſunt, & ideo Autores de hac re allegare non oportet. Porro ita eſſe neceſſarium altare conſecratum ad celebrandum, vt celebrare ſine illo peccatum mortale ſit ex ſuo genere, nemo eſt, qui ambigat. Et quãuis in hoc præcepto ſummus Pontifex diſpẽſare poſsit, hactenus tamen id feciſſe nõ conſtat.

Concil. Epaun. *Gratianus.* *Burcardus.* *Iuo.* *Chriſoſt.* *Greg. Niſſen* *Auguſtinus* 12 *Cõcil. Agath.* *Altare debere eſſe cõſecratum.*

Sed videamus, quo pacto altare conſecrationem amittat, vt neceſſe ſit iterum cõſecrari, & primum quidem certum eſt, ſi altare viaticum, quod portatile vulgo dicitur, aut etiam fixum, ita frangatur, vt nulla pars illius apta maneat ad capiendum calicem, & hoſtiam, conſecrationem amittere, neque iterum conſecrari poſſe, cum ad id muneris lapis idoneus non ſit. Ita decernitur in cap. 1. & cap. *Quod in dubijs. De conſecratione Eccleſiæ, vel altaris*, & quãuis in capite illo primo idem dicatur de altari confracto & diminuto, tamen diminutio intelligi debet, ſicut fractio, vt ſit notabilis, ſicut in capite illo, *Quod in dubijs* explicatur, vt notat Gloſſa in illud 1. cap. cum dicitur: *Vel enormiter fracta fuerit.* Si tamen integer maneat lapis, aut ita magnus, vt calicem, & hoſtiam capere poſsit, & altare loco moueatur, cum tamen eſſet fixum, difficultas eſt. Nam in cap. 1. & in cap. *Quod in dubijs*: & cap. *Ligneis. De conſecratione Eccleſiæ, vel altaris*, dicitur, ſi altare motum, aut confractum fuerit, iterũ eſſe conſecrandum, ſermo autem eſt de altari fixo. Atque in hunc ſenſum videtur dictum in canone, *Si motum. De conſecratione*, diſt. 1. ſi motum fuerit altare Eccleſiam denuo conſecrandam eſſe, non quidem ſecundum ſe totam, ſed quod attinebat ad altare illud. Reſpondeo cum Gloſſa in cap. 1. *De conſecratione Eccleſiæ, vel altaris*, & Syluestro in ſumma verbo *Altare*: q. 8. Angelo eodem titul. num. 2. Innocẽtio, & Hoſtienſe in 1. cap. *De conſecratione Eccleſiæ, vel altaris*, & Paludano in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4. concluſ. 2. ſola mutatione ſtructuræ totius altaris ſecundum locũ non tolli eius cõſecrationem, niſi mutetur etiã forma illius, & in hũc ſenſum prædicta iura exponẽda eſſe: tunc autem dicitur mutari forma altaris, & ea mutatione amitti cõſecratio, quãdo mẽſa altaris ſuper poſita ab inferioribus lapidibus ſeparatur, vel aliquis lapis inferior ab ipſa, quia in coniunctione mẽſæ cum alijs lapidibus, quibus ſuperponitur, conſiſtit altaris conſecratio. Quocirca ſi tota ſtructura altaris, permanẽte lapidũ cõiunctione, ſecũdũ locũ mutaretur, exiſtimo, nõ amitti cõſecrationẽ illius, illud autẽ de ſeparatione lapidũ inferiorũ à mẽſa, vt per illã tollatur cõſecratio, intelligit Syluester, quãdo menſa altaris eſſet ſuper quatuor colũnas, ſecus ſi ſuper alios lapides, nã remoto vno inferiori exiſtimat, nõ tolli cõſecrationẽ altaris: eo quod firma etiã maneret menſa, & ita ſub forma altaris, quod etiã ego verũ exiſtimo. In illo tamẽ canone, *Si mo tũ, De conſecratione* d. 1. nõ definitur tantũ hoc ipſum, quod in alijs capitibus diximus ſtatũ fuiſſe, nẽpe, altare ſi motũ fuerit amittere conſecrationẽ ſuã, & ea ſola ratione Eccleſiam etiam dici ſuam conſecrationẽ amittere, quod attinet tantum ad altare, ſicut nõnulli interpretantur, ſed ibi aliquid amplius definitur: nẽpe ſi motũ fuerit altare, Eccleſiam ipſam denuo conſecrandam eſſe, nempe, totum templum; ſubditur enim ſtatim: *Si parietes mutantur, & non altare, ſalibus tan-*

Quomodo altare amittat conſecrationem.

13 *Gloſſa.* *Siluester.* *Angelus.* *Innocent.* *Hoſtienſis.* *Paludanus.* 14

tum exoriretur, nempe, ipſa Eccleſia, eo quòd manſit altare ſub forma conſecrata: id quod non minus clare dixit Vigilius Papa, in epiſtola prima ad Eutherium Epiſcopum, capite quarto, & refertur: *De conſecratione*, diſt. prima canone: *Defrabrica*, huic tamen iuri derogatum fuiſſe poſtea conſuetudine contraria definit Alexander III. in capite illo primo: *De conſecratione Eccleſiæ, vel altaris*, vbi loquēs in caſu, quo motum fuerit altare, inquit: *Pro hoc vero nequaquam reiterare ſuam conſecrationem Eccleſia conſueuit, licet id quidam canones innuere videantur*. Dixit autem modeſtiæ cauſa *Innuere videantur*, quod plane verba illius canon. *Si motum*, denotant, vt diximus.

Vigilius.

Alexand. 3.

15 Addit præterea Paludanus loco citato, ſi altare lapideū viaticum, quod vulgo dicitur portatile in tabula aliqua lignea, ſeu capſula includatur, & glutine aliquo coniungatur, eodem modo amittere conſecrationem ſuam, ſi ab illa capſula, ſeu tabella lignea dimoueatur, hoc enim inquit æquiualere motui altaris fixi de loco ſuo, tametſi ad amittendam conſecrationem non ſufficiat (inquit) ſi conglutinatio illa diſſoluatur, vt lapis facile extrahi poſsit ex capſula, ſicut ſi reipſa inde extraheretur. Quā ſententiam ſequitur Angelus verbo: *Altare*, numero ſecundo cum Abbate, & Ioanne Andrea, quando lapis eſt ita paruus, vt ſine ligno non poſsit capere in ſe calicem, & hoſtiam: tunc enim inquit, lapidem accipere formam altaris à ligno, & ita ſeparatum ab eo conſecrationem amittere. Hæc tamen ſententia nullo probabili, nedum firmo fundamento nititur, neque enim in iure quidquam de hac re diſinitum eſt, ſed tantum de altari fixo, quod de ſuo loco, vbi ædificatum erat, mouetur, tolli autem altare viaticum de capſula non eſt moueri de loco ſuo, vt patet, quia neque in capſula illa dicitur altare ędificatum. Quam ſententiā cōtra Paludanum, Pānormitanum, & Angelū, tradit Sylueſter in ſumma verb. *Altare*, q. 9. qui contra Angelum optime demonſtrat, lapidem numquam accipere formam altaris à ligno, neque ex ligno, & lapide vnum fieri altare, ſed lapidem per ſe conſecrari: quo circa ſecundùm ſe debere eſſe tantę magnitudinis, vt ſine ligno continere in ſe poſsit calicē & hoſtiam. Neque vero opus eſt ad hoc, vt vtrūque ſufficienter cōtinere dicatur, quod totus pes calicis intra ipſum lapidem conſtitui poſsit, ſatis enim eſt, quod aliqua parte tangere poſsit lapidē, ita vt ſimul cum hoſtia in ſolo lapide permanere poſsit.

Paludanus.

Angelus. Abbas. Ioan. And.

Reijcitur.

Sylueſter.

16 *Altare vnus tantū debet eſſe lapis.*

Dē altāri tria ſuperſunt notāndi. Primum eſt, quod docet Sylueſter in ſumma, verbo *Altare*, quæſt. 3. nempe, altare viaticum fieri non poſſe ex duobus lapidibus inuicem colligatis inſtar libri, quorum vnus capiat calicem, alter autē hoſtiam. Tu vero adde, nec vllo alio modo ex duobus fieri poſſe, ſed ex vno fieri debere, quia conſuetudine ita receptum eſt ad denotandam vnā in Chriſto perſonam.

Alterum eſt, licet in aliquibus canonibus ſtatutum fuerit, vt nullum altare conſecretur ſine reliquijs Sanctorum, nihilominus conſuetudine contrarium obtentum eſſe, cum vix fieri poſsit, vt pro tot altaribus reliquiæ Sanctorum inueniantur. Fuit autem ita ſtatutum in Concilio Carthaginenſi quinto, can. 14. & refertur, *De conſecratione*, diſtinctione prima, canone *Placuit*, & in Concilio Affricano, cap. 50. & refertur, *De conſecratione*, diſtinctione prima, eodem canone *Placuit*, vbi præcipitur, vt altaria, quæ ſine reliquijs conſecrata ſunt, euertantur, ſed hæc Concilia Prouincialia ſunt. In ſeptima vero Synodo generali, canone ſeptimo præcipitur, ne Templum ſine reliquijs conſecretur: propter quę decreta aliqui Iuriſperiti putant, minime licere ſine reliquijs altare conſecrari. Verūm, vt dixi, conſuetudine huic iuri iam derogatum eſt, præſertim vero ob rationem, quam diximus. Sotus in quarto diſtinct. 13. quæſt. 2. artic. 3. §. *Rurſus etiam*, verſicul. *Sexto denique*, ſententiam Sancti Thomæ in ſolutione interpretatus, inquit, non eſſe neceſſarium altaria cum reliquijs Sanctorum conſecrari, vbi reliquiæ haberi non poſſunt. At Sanctus Doctor non dixit neceſſarium id eſſe, ſed aliquando conſecrari altare cum reliquijs ſine Eccleſia, numquam tamen Eccleſiam ſine altari.

Conſuetudine introductum, vt altare ſine reliquijs Sanctorum cōſecretur. *Concil. Carthag. Concil. Afric. Septim. Synod.*

Sotus.

17

Cum vero conceſſum ſit in iure, vt altare viaticum, quod portatile vulgo dicitur, ad celebrandam Miſſam ſufficiat, nec in eo reliquiæ commode condi poſsint, exiſtimat Vuillelmus Durāduslibro primo Rationalis Diuinorum officiorum cap. 7. num. 21. prędicta iura non intelligi, niſi de altari fixo, quod quidē mihi ſit probabile, tametſi quod attinet etiam ad altare fixum, conſuetudine prædicto iuri derogatum ſit; quod veto ipſe ait pro reliquijs Sanctorum, ſub altari fixo condi poſſe partem aliquam hoſtiæ conſecratæ, prius etiam docuit Ioannes Andreas in canonem, *Placuit. De conſecratione* diſtinct. prima: id tamen eſt omnino improbabile: quia, cum nullo iure id præcipiatur, & ſpecies conſecratæ eo modo exponerentur

Vuillel. Du.

Ioannes Andreas.

tur periculo corruptionis, quis non videat, prædictam ſententiam improbabilem eſſe? Quo circa oppoſitum contra Ioannem Andream merito docuerunt Hoſtienſis in ſumma titul. *De conſecratione Eccleſiæ, vel altaris.* §. tertio, & Pannormitanus in capit. primo eodē titulo, num. ſecundo. Refert autem Hoſtienſis, ſe conſuluiſſe Innocentium Papam ſuper hanc opinionem Ioannis Andreę, & reſpondiſſe, id minime licere. Quod vero ait Pannormitanus, Leonem Papam deficientibus reliquijs Sanctorum pro conſecratione Eccleſiæ, dediſſe partem corporalis, & Euchariſtiæ, nulla autoritate confirmat, nec credi poteſt, Pontificem Euchariſtiam dediſſe, vt perpetuo in Eccleſia illa, ſicut reliquiæ Sanctorum conderetur. Demū Pannormitanus concludit, ſequutus Hugonem, non eſſe neceſſarium ad conſecrationem altaris reliquias in eo conditas eſſe.

Hoſtienſis.

Pannormit.

Hugo.

Tertium eſt de ſitu altaris, nimirum, verſus quam partem conſtitui debeat in Templo ad celebrandum. Damaſcenus libro quarto de fide, cap. 17. ſequutus Baſilium, libro de Spiritu Sancto, cap. 27. non longe a principio, inter traditiones Eccleſiaſticas recenſet conſuetudinem, qua conuerſi ad Orientem oramus, ſicut & conſuetudinem, & vſum imaginum. Reddit autem rationem huius traditionis, cap. 13. eiuſdem libri. Primum quod Deus, quem oramus, ſpirituale lumen ſit, & Sol iuſtitiæ, & Chriſtus in Scriptura Oriens appelletur. Deinde quod credatur, Chriſtum in cruce habuiſſe faciem verſus Occidentem, ac proinde fideles ad Orientem conuerſi adorent, vt ipſius faciē in cruce pendentis intueri videantur. Atque eodem capite inter traditiones non ſcriptas, hanc conſuetudinem commemorat. Eiuſdem conſuetudinis meminerunt Athanaſius in libro quæſtionum ad Antiochum, quæſtione 14. Nyſſenus oratione quinta de Oratione Dominica, non longe ante finem. Epiphanius, hæreſi 19. vbi refert, hæreticum quemdam nomine Elxai prohibuiſſe adorationem verſus Orientem, & ex omni mundi plaga adorationem fieri verſus Hieroſolymam præcepiſſe, Clemens Romanus lib. 2. conſtitutionum Apoſtolicarum capit. 57. aliàs 61. Iuſtinus in libro quæſtionum, ad orthodoxos, quæſtione 118. Tertullianus in Apologetico aduerſus gentes, capit. 16. numer. 247. Auguſtinus libro ſecundo de ſermone Domini in monte, capite quinto, non longe à principio, in quarto tomo. Germanus in Theoria rerum Eccleſiaſticarum, columna ſexta, in ſexto tomo Bibliothecæ ſacræ, ex quibus etiam Iuſtinus, & Germanus inter Apoſtolicas traditiones hanc enumerant: reddunt autem rationem illius, quod verſus illam partem fuerit conſtitutus paradiſus, quem omnes recuperare optates ſperamus. Quam rationem Athanaſius, & Clemens Romanus aſſignant.

Vſus quā partem debeat eſſe altaris ſitus.

Damaſcen. Baſilius.

19

Athanaſius Nyſſenus.

Epiphanius.

Clemens Romanus. Iuſtinus. Tertullian. Auguſt.

20

Germanus.

Nihilominus certum eſt, nullum eſſe peccatum, conſtituere non ſolum minora altaria, ſed etiam maius verſus aliam mundi plagam: hæc enim traditio non eſt de earum numero, quæ ſub præcepto nobis relictæ fuerunt, neque Damaſcenus in hoc eam comparauit traditioni de imaginibus, ſed vt diximus primo tomo, diſputatione 106. capite ſecundo in eo, quod non ſit ſcripta. Quo circa Vvalafridus Strabo, libro de rebus Eccleſiaſticis, capite quarto, cum huius conſuetudinis, & traditionis meminiſſet, liberum vnicuique reliquit, verſus quam velit partem, altare, & Eccleſiam conſtituere: probat autem exemplo Helenæ matris Conſtantini Imperatoris, quæ apud Aeliam Eccleſiam miræ magnitudinis in rotundum conſtruxit; & Bonifacij Papæ, qui templum Pantheon, quod etiam rotundum eſt, omnibus Sanctis dedicauit, in quibus verſus omnem partem altaria conſtructa ſunt; atque hac in re varias Eccleſiarum conſuetudines, ſicut in alijs rebus, fuiſſe oſtendunt Nizephorus libr. 12. hiſtoriæ capite 34. poſt medium, & Socrates lib. quinto capite 21. nam in Antiochena Eccleſia, quæ eſt in Syria, inquiunt fuiſſe altaria ad Occidentem verſus, cum tamen in alijs fuerint verſus Orientem collocata; quod in multis liberum ſit Chriſti fidelibus, hanc, vel illam conſuetudinem amplecti.

Verſus quā nis partē altare erigi poteſt, abſque peccato.

Strabo.

Nizephorus Socrates.

De ornatu altaris neceſſario ad celebrationem Miſſæ.

CAPVT III.

TAMETSI totius tēpli ornatus, & apparatus huic ſacrificio, & Diuinis officijs maxime congruat; tamē ornatus quidam peculiaris pro altari, non ſolū congruit, ſed ita neceſſarius eſt, vt ſine illo Miſſam celebrare non liceat, & de hoc ſolū in præſenti nobis agendū eſt. Requiritur autē primo, vt ſuper altare linteū quoddā extenſum ſit, quo men-

21

ſa ipſius altaris decenter operiatur. Secundo requiritur palla linea, quæ ſit ſaltem ſuper eam partem altaris, quæ conſecrata eſt, & vulgo *Ara* vocatur. Tertio requiritur corporale, quod proxime ſupra pallam illam extendi debet, ita vt ſub illo, vt minimum ſint duo lintea, vel vna ſaltem palla plicata. Pallæ altaris mentio fit à Clemente Papa, in ſecunda Epiſtola ad Iacobum Epiſcopum Hieroſolymitanum, & refertur. *De conſecratione*, diſtinctione prima, canone *Altaris palla*: & in canone: *Nemo perignorantiam*: ibi tamen non dicitur, quot debeant eſſe lintea, ſeu pallæ altaris. In decreto tamen Pij Papæ, quod refertur. *De conſecratione*, diſtinctione ſecunda: canone: *Super negligentiam*, quatuor linteorum fit mentio, ſtatuiturque quid faciendum ſit, quando aliquid ſanguinis ſtillauerit ex calice ſuper linteum altaris primum, ſecundum, tertium, & quartum. Verum conſuetudine obtentum eſt, vt duæ tantum pallæ non benedictæ, & vna benedicta, quæ in canone, *Sacratas*, vigeſima tertia diſtinctione, dicitur *Palla ſacra*, in Concilio vero Rhemenſi, vt infra videbimus, & ab Amalario loco citando, & vulgo etiam appellatur *Corporale*, ſufficiat; quem numerum ſolum requirit Syluester in ſumma verbo *Miſſa*, primo quæſtione ſecunda, dicto ſecundo, vbi merito improbat ſententiam Angeli in ſumma, quòd vnam tantum dicat ſufficere. Verum Angelus verbo *Miſſa*, numer. 35, duas to ballias cum corporali requirit. Pro hac ſententia citat Syluester Paludanum, qui id ita docuit in quarto diſtinctione 13. quæſtione ſecunda, articulo ſexto, canone primo. Reddit autem rationem, quia duę pallę denotant duo linteamina, quibus corpus Chriſti inuolutum fuit. Conſentit etiam Gabriel lectione. 13. in canonem litera M. Refert etiam Syluester pro hac ſententia Innocentium III. Verum ille in libro ſecundo myſteriorum Miſſæ capit. 56. ſolum inquit, pallam illam corporalem, nempe, quę corpus Chriſti tangit, duas habere partes, quarum altera extenditur, vt ſuper eam corpus Chriſti, & calix ponatur, altera vero plicatur, vt ea calix operiatur, vt infra dicemus. De alijs autem pallis, quę ſub corporali palla conſtituuntur, nihil docet. Linteaminis ſuper altare poſiti, & pallarum mentionem faciunt Optatus Mileuitanus libro ſexto aduerſus Parmenianum longe poſt medium, vbi inquit, *Extorſiſtis cũ codicibus pallas*, & infra, *lauiſtis procul dubio pallas* (hoc opus eſt in ſecundo tomo Bibliothecę Sacrę) & Concilium Rhemenſe canone quinto, quem refert Burcardus libro tertio ſui decreti, capite 97. vbi præcipitur, vt mundiſſimis linteis, & pallis altare cooperiatur.

Linteum operiens mẽſam requiritur.

Palla item linea.

Adde corporale.

Clem. Papa

Quot debeant eſſe Pallæ.

Cõcil. Rhem. Amalarius. Syluester.

Angelus.

Paludanus.

22

Gabriel.

Innocent. 3.

Optatus Mileuit.

Cõcil. Rhem. Burcardus.

Porro certum eſt, ſolum pallas corporales debere eſſe benedictas; tametſi Gabriel, neſcio qua ratione, loco citato dicat, altare debere ornari duabus pallis, & corporali conſecratis, quibus verbis idem de corporali, & de alijs pallis aſſerere videtur. Quod vero ait *Conſecratis*, pro *benedictis* vſurpauit. Materiam autem corporalis debere eſſe linum terrenum, hoc eſt, ex terra procreatum, atque conteſtum, ſtatuitur in canone: *Conſulto. De conſecratione*, diſtinct. prima, ex Epiſtola Euſebij, & Syluestri, vbi dicitur: *Conſulto omnium ſtatuimus, vt ſacrificium altaris non in ſerico panno, aut tincto quiſquam celebrare præſumat, ſed in puro linteo ab Epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino procreato. atque conteſto, ſicut corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone linea munda ſepultum fuit.* Et quamuis hic canon de ſola palla ſacra, quę dicitur *Corporale*, intelligatur, tamen indubitatum apud omnes eſt, alias duas pallas, quę ſupra altare, & ſub hac ſacra eſſe debent, vt diximus, debere eſſe lineas. Idem definitum fuit in Concilio Rhemenſi, canone tertio, & refertur ab eodem Burcardo, libro tertio ſui decreti, capite 98. imo ibidem declaratum fuit id, quod etiam ſemper obſeruatum eſt, vt palla ſacra, quę ibi dicitur *Corporale*, ita fiat ex lino puriſſimo, vt nihil alterius materiæ cum lino miſceatur. Hunc canonem: *Conſulto*, & definitionem illius cõſuetudine approbatum tamquam Syluestri Papæ refert Beda libro quarto in Marcum, capite 44. in illud: *Ioſeph autem mercatus eſt*, atque palla ſacra ſindonem mundam repręſentari, ſicut dicitur in eo canone, ibidem docet ipſe, & Iſidorus Pelluſiota, libro primo, epiſtola 123. & Germanus in rerum Eccleſiaſticarũ Theoria. §. *Quia mi ſericors*, quę eſt in ſexto tomo Bibliothecę ſacrę, & Amalarius libro tertio de Eccleſiaſticis officijs, c. 19. ante mediũ, quieſt in eodem 6. tomo Bibliothecę. Cum autem dicimus, hanc pallam, quę *Corporale* vulgo dicitur, debere eſſe benedictam, eodem modo intelligendum eſt, eius benedictionem perſeuerare, & numquam deleri, ſicut de conſecratione altaris diximus, nimirum, ſi ita rumpatur, vt nulla eius pars deſeruire poſsit ad continendum calicem, & hoſtiam, omnino benedictionem amitti. Si autem aliqua pars maneat, quę

Corporale lineum eſſe debet.

23

Beda.

24

Iſid. Peluſiota. Germanus. Amalarius.

que ad id sufficiat, eam censeri benedictam, sicut omnes Doctores sine controuersia fatentur. Sotus in quarto dist. 13. quæstione secunda art. 5. in fine asserit, pallam parvam, qua tegi solet calix, alicubi esse tabellam quamdam sericam: exquo asserere videtur, fieri posse ex panno serico, aut alia materia, & non ex lino: existimat enim, eam non esse de essentia pallæ corporalis: quia vt ait Innocentius Tertius lib. secundo de mysterijs Missæ capite illo 56. palla corporalis vna solum debet esse, ita vt altera pars illius extendatur super altare, vt super eam calix, & hostia ponantur, altera verò plicetur, vt ea calix tegatur. Improbabile tamen existimo ex serico aut alia materia, quæ non sit linum, eam fieri posse, nam parua palla, qua calix operitur, & in Romana Ecclesia frequens est, imo ex præscripto Pij V. in Rubricis Missalis supra patenam cum hostia ex sacristia ad altare deferri debet, cõfetur illa pars corporalis, quæ antiquitus plicabatur, ita vt iam palla corporalis in duas partes diuisa sit, & in eam; quæ extenditur super altare, & in eam, qua calix operitur.

Sotus.

Innocentius

Parua palla calicis linea debet esse.

25

Præterea pro ornatu altaris necessario ad celebrandum debet esse lucerna ardens in altari, sine qua celebrare, omnes Doctores censent, esse graue peccatum: nam inter graues excessus cuiusdam sacerdotis recensetur in cap. vltimo: *De celebratione Missarum*, quod sine igne celebraret. Ita sentit Syluester in summa verbo *Missa*, primo quæst. secunda, dicto secundo, & Nauarrus in summa cap. 25. num. 85. & quamuis in iure expressum non sit, lucernam debere esse candelam cerea; id tamen habet consuetudo. Quo circa non nisi ob necessitatem aliquam cũ lucerna ex oleo liceret celebrare. De cereis solutis accendi, cum cantatur Euangelium, mentionem faciunt Hieronymus lib. contra Vigilantium, & Epistola 20. ad Marcellam, vt vidimus primo tomo huius tertiæ partis disput 112. cap. 7. & Isidorus lib. 7. ethymologiarum cap. 12. quod est de clericis, explicans officium acolyti, qui etiam dicit, officium eius esse, deferre cereos accensos, cum sacrificium offertur, hoc est, eo tempore, quo consecratur corpus, & sanguis Christi: id quod solum fit in Missis solennibus, cum tamen nulla etiam priuata sine igne celebrari possit, vt diximus. Quamuis autem, vt præmisimus, in aliquo casu lucerna ex oleo sufficiat; tamen ex inferiori materia, vt seuo, aut alia non satis erit, quia hę non solent deseruire, (& iure optimo) in templis. Demũm in Concilio Tridentino sessione 22. in decreto de obseruandis in celebratione Missæ prohibetur, ne certus numerus candelarum ex superstitione aliqua in sacrificio Missæ adhibeantur, ob id tamen non censetur prohibitus certus numerus, sicut semper designari solet, si non ex superstitione, sed ex religionis fine adhibeatur. Merito etiam in altari ad celebrandum crux constituitur, sicut in Rubricis Missalis Romani supponitur, quamuis in iure id non præcipiatur; nam in canone, *Nemo Ecclesiam. De consecratione*, distinctione prima, qui est Concilij Aurelianensis, solum statuitur, vt nemo Ecclesiam ędificet, antequam Episcopus in loco, vbi ædificanda est, crucem collocet, quo circa neque Doctores docent, necessariam esse crucem in altari pro celebratione. Postremo denique Doctores aliqui dicunt, necessario esse debere in altari Missalem librum: ita docẽt Nauarrus in summa cap. 25. num. 84. & Antoninus 3. par. titul. 13. cap. 6. §. 6. & Directorium lib. 1. titul. 7. §. 55. id autem nullo iure positiuo statutum est, sed solum in consuetudine positum: cumque prædicti Doctores solum requirant librum, qui saltem canonem Missæ contineat, idque solum ne lapsu memorię sacerdos in recitando canonem, & alia erret; fieri poterit, vt is cesset scandalum, & omnis nota exterior, & sacerdos sine Missali aliqua de causa rationi consentanea celebret, non peccet, si nullum sit periculũ, sicut reuera esse potest, omittendi aliquid ex officio Missę. Hoc autem prę cipue valde notandum est pro aliquibus sacerdotibus, quibus adeò debilis est facultas videndi, vt legere non possint, & tamen satis videant, vt calicem, & hostiam cõsecratam debita cum reuerentia eleuare, adorare, & sumere possint, & reliqua omnia, quę circa illa fieri solent, absque vlla reuerentia efficere. Nam & hi permitti debent memoriter Missam celebrare, quamuis nõ sine libro, ne notam aliquam incurrant apud alios.

Peccatum graue est, sine lucerna celebrare.

Syluester. Nauarrus.

Hieronymus

Isid orus

29

Cõcil. Trid.

Crux debet apponi ad celebrãdum.

Concil. Aurelian.

Item requiritur liber Missalis. Nauarrus. Antoninus

31

De vasis, & vestibus sacris.

CAPVT IIII.

PRAETER Illa, quę diximus in præcedẽtibus necessaria esse ad celebrandum, requiruntur etiam vasa, & vestes sacrę, de quibus in hoc capite dicemus. Atque imprimis quidem vsum calicis pro cõsecratione sanguinis semper in Ecclesia fuisse, indubitatum est. Pri-

mum quia Chriſtus in calice conſecrauit: vt patet Matthæi 26. Marci 14. & Lucæ 22. Nam quamuis omnes Euangeliſtæ in verbis conſecrationis, voce calicis non vtantur, tamen tres dicunt, Chriſtum calicem accepiſſe, & in eo ſanguinem ſuum conſecraſſe, & ex eo propinaſſe omnibus. Deinde, quia ſine vaſe vinum contineri nequit, vt conſecretur. Huius antiquæ traditionis mentio fit in canone, *Vaſa. De conſecratione*, diſtinctione prima, qui eſt Concilij Triburienſis, cap. 18. vaſa autem pro celebratione dicit fuiſſe calices, & pateras, quas patenas nuncupauit Concilium Rhemenſe, canone ſexto, & refertur, *De conſecratione*, eadem diſtinctione: canone, *Vt calix*, vbi etiam calicis fit mentio, & vulgo ita dicuntur, neque de hac re quiſquam catholicus vſquam dubitauit. Et quamuis Eccleſia ab initio ſemper fuerit vſa patenis, neque de hoc inter catholicos controuerſia ſit, cum vbicumque ſcriptores, & Patres mentionem faciunt calicis pro celebratione, meminerint etiam patenæ: tamen vſus patenæ non fuit ita ſimpliciter neceſſarius ad celebrationem, ſicut calix: ſiquidem ſine illa fit conſecratio corporis, & poterat etiam conſumi. Verum, vt commodius conſumi poſſet, vt ſi qua particula panis conſecrati ſepararetur, in patena recipi poſſet, ideo merito Eccleſia, tam Græca, quam Latina ea vſa eſt.

Primo requiritur calix. *Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.*

28

Concil. Tribur.

Concil. Rhe

Materia vero calicis, & patenæ, vt refert Concilium illud Triburienſe, capite illo 18. in Eccleſia Dei non ſemper eadem fuit: nam Bonifacius Epiſcopus, & Martyr (inquit) interrogatus, ſi liceret in vaſculis ligneis Sacramenta conficere, reſpondit: *Quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur, nunc è contrario lignei ſacerdotes aureis vtuntur calicibus*. Deinde refert Zepherinum, qui à Petro fuit decimus ſeptimus Romanus Pontifex, patenis vitreis vſum fuiſſe, intelligit autem idem de calicibus: deinde Vrbanum Papam omnia vaſa ſacra argentea feciſſe. In eò autem canone ſtatuitur, ne vllus amplius ligneis vaſis ad ſacrificium altaris vtatur. Poſtremo denique in Concilio Rhemenſi, ſub Eugenio Tertio, tempore Bernardi, canone ſexto, vt refertur in canone, *Vt calix. De conſecratione*, diſtinctione prima, ſtatutum fuit, vt calix cum patena, ſi non ex auro, ſaltem ex argento fiat, ſi tamen quis pauper fuerit, ſtanneo ſaltem calice vtatur; ex ære autem aut aurichalco calix nequaquam fiat, quia facile æruginem ex vino contrahit, & inde ad vomitum facile prouocat, nullo autem modo in ligneo, aut vitreo calice præſumat Miſſam cantare. Et quamuis in hoc canone nō fiat mentio patenæ, cū agitur de materia aurichalci, vitri, aut ligni, nihil ominus idem de illa, quod de calice ſtatutum intelligitur, cum canon de vtraque initio loquatur. Et ſane patena ex aurichalco eodem modo æruginem contrahere poſſet, ſicut calix, licet non ex vino, ſed aliunde, ac proinde ex illa materia fieri non poterit, niſi auretur: ſic enim ea vti poſſemus, quāuis non cuppa calicis, quia etiam inaurata facilè ex vino æruginem contrahere poſſet. Et quamuis ſumma Aſtenſis, vt refert Sylueſter in ſumma verbo: *Calix*, in principio, exiſtimauerit, plumbū eſſe idoneam materiam calicis, ſicut ſtannum, tamen probabilius putat ipſe Syluеſter, & Paludanus in quarto diſtinctione 13. quæſt. 2. articulo quinto, concluſione prima, & Angelus in ſumma eodem titulo in principio, talem materiam idoneam non eſſe: quia licet in eo canone, *Vt calix*, non excipiatur plumbum, neque mentio illius fiat, ſicut vitri, & ligni; tamen, vt Paludanus, & Syluеſter dicunt, cum ſolum ibi permittatur calix ex ſtanno ratione paupertatis, omnis alia materia excluditur. Quare, cum plumbum ſit diuerſa materia (ait Paludanus) efficitur, vt nō permittatur, ex eo calicem fieri. Et ſane non minus inepta materia cenſeri debet, quàm aurichalcum, quia licet non contrahat æruginem, facile tamen denigratur, & ſordes contrahit, quæ non minus ad vomitum prouocare ſolent. Addunt autem Syluеſter, & Angelus, eodem modo excipi chryſtallum, ſicut etiam vitrū, vt ex illo calix fieri nequeat, cum ſit eadem ratio illius, & vitri, quod facile frangi poſſit. Tum etiam hoc probatur: quia, vt ſupra dicebamus, omnis alia materia præter tres illas prohibetur, & ita etiam ex lapide quantumuis pretioſo fieri non poterit. Obſeruandum tamen eſt, non oportere totum calicem ex argento eſſe, neque prohiberi partem aliquam illius ex aurichalco fieri, ſufficeret enim ſi cuppa illius eſſet ex argento, aut in caſu paupertatis ex ſtanno, etiam ſi pes calicis ex aurichalco fieret. Nā ſi cuppa non ſit ex ligno, aut vitro, aut aurichalco, aut plumbo, incommoda omnia vitātur, quæ Concilium Rhemenſe vitare contendit, & de hoc nemo dubitare iure poteſt, cū Romæ innumeri ſint calices, quorū ſola cuppa eſt ex argento, pes autem ex aurichalco: & hactenus de materia calicis, & patenæ.

Ex quama teria debe ant eſſe ca lices. *Concil. Tribur.*

Cōcil. Rhem

29

Aſtenſis. Syluеſter. Paludanus. Angelus.

30

31

Iam vero de cōſecratione illius nonnihil dica-

dreamus: nam præter legitimam materiam, ne ceſſariam quoque eſſe conſecrationem, vt calice, & patena in hoc ſacrificio vtamur, indubitatũ eſt, forma autẽ cõſecrationis in Põtificali habetur ſicut etiã forma cõſecrationis altaris, & Eccleſiæ, aut etiam benedictionis. Fit autem mentio conſecrationis calicis in cap. vnico. §. vltim. *De ſacra vnctione*, quamuis ibi non dicatur conſecratio, ſed benedictio: his enim duobus nominibus indiſcriminatim pro eodem vti ſolemus; tametſi cõſecratio à ſimplici benedictione differat. Et cap. vltim. *De celebratione Miſſarum*, deponitur ſacerdos propter quædam crimina, quæ in celebratione commiſit, quorum vnum fuit, in vaſe ligneo, quod certum eſt tunc nõ fuiſſe conſecratum, celebraſſe. Ideoque Sixtus Papa, in Epiſtola 2. quæ refertur in canone, *In ſancta*. *De conſecratione*, diſt. 1. dicit, in Eccleſia Dei ſtatutum eſſe, vt vaſa ſacra non ab alijs, quam à ſacratis, & Domino dicatis cõtrectentur, & canone, *Sacratas*, diſt. 23. Soter Papa decernit, ne ſacratæ fœminæ ſacra vaſa contingant, nempe, certõ ſupponẽs, ea eſſe conſecrata: idem decernitur in canone *Nec licent*, & canone, *Non oportet*, eadem diſt. Certum quoque eſt, hanc conſecrationem à ſolo Epiſcopo fieri poſſe; neque Abbates hãc facultatem habere cenſet Sylueſter in illo verbo, *Calix* quæſt. 2. & Angelus eodem titulo num. 2. contra Cardinalem cum Geminiano, & conſentire videtur Paludanus art. illo 5. canone 2. cum ita ſoli Epiſcopo inquit hoc munus conuenire, vt neque ex cõmiſſione eius alteri committi poſſit. Verum Paulus III. anno 1549. vt habetur in Bulla illius anni, conceſſit priuilegium presbyteris Societatis degentibus in partibus remotiſſimis, conſecrandi calices.

Calix debet eſſe cõſecratus.

32

Epiſcopi & alij ſacerdos ex cõmiſſione illorum poſſunt calicẽ conſecrare

Syluester. Angelus. Paludanus.

Deinde dicamus, quo pacto calix, ſicut etiam altare, conſecrationem amittit, vt iterum debeat conſecrari. Et primum quidem, ſi interior pars calicis inauretur abſque vlla alia mutatione, calicẽ ipſum non eſſe iterum conſecrandum, docuit Vvillelmus Durandus lib. 1. Rationalis Diuinorum officior. cap. 5. num. 35. & 36. probatque exemplo Eccleſiæ, quæ ſi intus dealbetur, non eſt iterum conſecranda, quia per talem dealbationem non mutatur Eccleſia: cumque neque per inaurationem illam mutetur calix, idem de calice in eo caſu videtur dicendum.

Quomodo calix conſecrationem amittat, explicatur *Vvillel. Dur.*

Probabilius tamẽ eſt, ſola inauratione cuppę per partem interiorem conſecrationem amitti. Ita docẽt Sylueſter, verbo illo *Calix*, quæſt. 2. & Angelus eodem titul. num. 2. & ita inquiunt conſuetudine obtentum eſſe, eũ

Syluester. Angelus.

tamen etiam ſi ipſo vſu aurum, quo cuppa interius inaurata erat, conſumatur, non cenſeatur amiſſa conſecratio; ratio vero eſt: non quia cenſeatur alius calix, ſed quia quando nouiter inauratur, conſtituitur noua quædã auri ſuperficies, quam proxime ſanguis contingit, & ideo noua indiget conſecratione: neque enim conſecratio argenti, quod deauratur, cenſetur communicari nouæ ſuperficiei auri, quæ nouiter aduenit: è contrario vero, quia, quando conſecratur calix inauratus ſolùm conſecratur ſuperficies illa auri, ſed quidquid ſub illa eſt: ideo, licet poſtea noua ſuperficies appareat, manet cõſecrata, veluti ſi calix non eſſet inauratus, & vſu ipſo pars cuppæ interior aliquantulum conſumeretur, non amitteret conſecrationem, ſed in noua ſuperficie ſemper permaneret: quia totum corpus ſecundum profunditatem ab initio conſecratum cenſetur. Diuerſa tamen eſt ratio dealbationis templi, vt non indigeat noua conſecratione, & inaurationis calicis: quia cum conſacratio calicis fiat propter contactum ſanguinis Chriſti, oportet, vt ſuperficies, vel aurum, quod nouiter additur calici, conſecretur, quia illud proxime contingere debet corpus Chriſti: veluti, ſi vna cuppa minor intra maiorẽ, quæ antea erat conſecrata, poneretur, ſine dubio conſecranda erat, non quia calix, qui antea erat, mutaretur, ſiquidem idem maneret, ſed quia alia poneretur ſubſtantia intra cuppam, quam ſanguis Chriſti proxime cõtingere deberet. E contrario verò, ſi parietes omnes, & tota Eccleſia laminis argenteis, vel aureis tegeretur, ita vt ex auro fieret noua Eccleſia, non indigeret noua conſecratione: imo nec hac ſola de cauſa iterum conſecrari poſſet.

33

34

Per fractionem ſimiliter certum eſt, eodem modo calicem amittere conſecrationẽ ſuam, ſicut altare, nempe, ſi ita ne tabiliſit, vt ad vſum cõſecrationis deſeruire nequeat, ſicut Paludanus loco citato notauit. Verum, cum ſeparari interdum contingat cuppam à pede, nulla alia fractione facta, difficultas eſt, an hoc modo calix conſecrationem amittat. Et ſane, ſi cuppa à pede per fractionem ſepararetur, quia nimirum hęc duo continua erant, indubitatum eſt indigere calicem noua conſecratione: quia, licet in ſola cuppa ſanguis contineri, & conſecrari poſſit, tamen illa per ſe ſine pede conſiſtere nequit in altare, & ideo ad celebrationem Miſſę inutilis cenſetur, neq; enim calix ſen per in manu a ſacerdote teneri debet. Si vero ea talis ſit, vt cuppa, & pes iunctura quadã tor

Paludanus.

natili coniungantur, & ſeparentur, Paludanus articul. illo 5. concluſio. 2. & Syluester, verbo illo *Calix*, quæſt. 2. exiſtimant, per ſeparationem cuppę à pede amitti conſecrationem illius, niſi (inquiunt Paludanus, & Syluester) ita poſſet manere cuppa ſola, vt ea ſine pede poſſet ſacerdos vti in celebratione, quod quidem, qua ratione fieri poſsit,
35 ego nõ video. Ego vero exiſtimo, quocumque modo cuppa à pede per illam ſeparationem maneat, non amitti conſecrationem calicis, ſed in eo, ſi iterum cuppa cum pede per illam iuncturam coniungatur, celebrari poſſe: atque inter Theologos hęc opinio iam diù ſine controuerſia inualuit, & vſu ab omnibus recepta eſt. Ratio vero eſt manifeſta, quia per talem ſeparationem pedis à cuppa non cenſetur ita amitti forma calicis, vt ſi iterum coniungatur noua forma calicis reputetur: cum igitur certum ſit, non amiſſa forma rei, nec noua alia inducta, non ammitti conſecrationem, dubitandum non eſt, in eo caſu eam amitti. Neque vero eadem ratio eſt de altari fixo, cuius menſa poſita eſt ſuper quatuor columnas, de quo ſupra cap. 2. diximus, ſeparata vna columna amittere benedictionem: nam hoc ipſo, quod eſt fixum, & non portatile, & columna coniuncta erat mẽſæ non iunctura tornatili, ſed bitumine, aut alio modo; vere cenſetur amitti forma altaris ſublata vna columna, cum ſine illa conſiſtere nequeat altare.

Anpixis benedici debeat declaratur.

Poſtremo de pyxide, in qua corpus Chriſti ſeruari ſolet videndum eſt, vtrum conſecrari, aut benedici debeat, an non, Ioannes Stephanus Durantus, in lib. 1. de ritibus Eccleſię Catholicę cap. 16. nu. 4. cenſet, benedicendam, & conſecrandam eſſe: probat autem ex eo, quòd in Romano Pontificali aſſignatur quędam benedictio peculiaris pro pyxide illa. Nihilominus exiſtimo cum Paludano in quarto diſt. 13. quæſt. 1. art. 4. concluſione 4. in fine, Syluestro verbo *Euchariſtia*. 3. quæſt. 4. in medio. & Soto in 4. diſtin. 13. quæſt. 1. artic. 3. §. *Appendit autem Diuus Thomas*, pyxidem illam non eſſe neceſſario benedicendam, & hoc video in praxi ab omnibus receptum: eo quòd nullo iure id præcipiatur. Quod vero in Pontificali pro illa peculiaris benedictio aſsignetur, non ſatis eſt, vt dicamus neceſſario benedicendam eſſe. Nã & in Pontificali aſsignantur benedictiones pro alijs ornamẽtis altaris, & pro vaſis reliquiarum, & pro campanis, quæ tamen omnia non ſemper benedicuntur. Exiſtimo tamen ex conſuetudine neceſſarium, vt intra pyxidem, in qua Sacramentum ſeruatur, ſit vas aliquod ex lino, quod benedictione corporalis benedictum ſit: nam, ſicut, quandiu celebratio Miſſæ durat, corpus Chriſti ſemper eſſe debet ſupra pallam corporalem benedictam, quæ ſindonem repræſentat, qua Chriſti corpus mortuum in ſepulcho inuolutum fuit, ita etiam finita Miſſa quãdiu corpus Chriſti ſeruatur. Tum etiam pyxis collocari debet ſuper lapidem conſecratum, qui ſit altare viaticum, ſicut etiam in ipſa celebratione: id quod conſuetudine etiam ſeruari, ab omnibus video. Pyxidis vero materia in iure determinata non eſt; expedit tamen ſummopere, vt ex eadem ſit, ex qua calices eſſe debent.

Paludanus. Syluester. Sotus.

36

Supereſt, vt de veſtibus ſacris, ſine quibus ſacerdos celebrare non poteſt, nonnihil dicamus: & de numero, & benedictione illarum non opus eſt quidquam dicere, cũ omnibus res hæc manifeſta ſit. Solum illud obſeruandum eſt, veſtes ſacras, & pallas, genere ita diuerſo benedictionis benedici, vt ſacras veſtes contingere laicis etiam vetitum non ſit; è contra tio vero pallas, ſicut etiam ſacra vaſa contingere ſolis ſubdiaconis, & alijs in ſacro Ordine cõſtitutis contingere liceat. Et de vaſis ita ſtatuit Sixtus Papa, in epiſtola ſecunda, quę refertur canone: *In ſancta. De cõſecratione*, diſtinct. 1. de veſtimentis autem ſacris in vniuerſum, ſub quibus etiam pallæ intelliguntur, idem ſtatuit Hilarius Papa, Epiſtola prima, capite tertio, & refertur canone: *Veſtimenta. De conſecratione*, diſtinct. prima. In canone autem, *Sacratas*, 23. diſtinct. prohibetur fœminis etiam Deo dicatis, pallas ſacratas contingere; in vſu tamen iam non eſt hoc præceptũ, quod attinet ad veſtes ſacras; bene tamen, quod attinet ad vaſa, & pallas. Quauis autem graui verborum pondere hoc præceptum ibi tradatur, nihilominus admonet Dominicus Sotus in quarto diſtinctione 13. quæſtione ſecunda, articul. tertio. §. *Sed circa hoc*, non eſſe peccatum mortale, ſimpliciter tangere, imo ſi non adſit contemptus, aut non eſſe veniale, aut leuiſsimum eſſe: id quod ego ita exiſtimo verũ, vt leuis tactus, & ad breue tempus abſque contemptu veniale ſaltem ſit, tametſi, vt recte docet Sotus, vſus vaſorum, veſtium, & pallarum ſacrarum prophanus, ex ſuo genere mortale ſit.

Deueſtimentis ſacris

Sixtus Pp. Hilarius Pp.

31

Sotus.

Poſtremo de veſtibus obſeruandũ eſt, eſſe mortale ex genere ſuo celebrare abſque aliqua ſacra veſte, etiã abſque manipulo, cingulo, aut alia quacumque, quia materia huius præcepti non eſt, veſtitum eſſe hac, aut illa veſte, vt inde paruitas materiæ conſiderãda ſit, ſed eſt nõ celebrare ſine hac, aut

illa

illa veſte, quæ ſemper grauis eſt: ſicuti etiam non celebrare ſine aliquo alio ex requiſitis, de quibus ſupra tractauimus. Qua etiam ratione diſputa. 221. cap. 5. diximus, grauitate peccati contra præceptum non ſumendi hoc
38 Sacramentum niſi præmiſſo ieiunio, non eſſe conſiderandam ex quantitate cibi, quo violatum fuit ieiunium, ſed ex actu ipſo celebrandi, qui non ieiunis vetitus eſt. Porro hoc præceptum non celebrandi ſine veſtibus ſacris, non ſolùm conſuetudine in Eccleſia introductum eſt, ſed manifeſtè conſtat ex canone, *Veſtimenta*, qui eſt Hilarij Papæ, *De conſecratione*, d. 1. ibi enim loquitur Pontifex de veſtimentis, quibus Domino miniſtratur; an vero hoc, & ſimilia præcepta obligent cum mortis periculo, tractauimus, 1. 2. diſputa. 161. Porro de veſtibus alijs communibus, cum quibus ſacerdos accedere, & ſupra quas induere ſacras debet, nihil in iure ſpeciatim ſtatutum eſt, præterquamquòd in canone, *Nullus Epiſcopus*, *De conſecratione*, d. 1. præcipitur, ne vllus Epiſcopus, aut præſbyter, aut diaconus ad Miſſarum ſolennia accedat velato capite, aut cum baculo, & eſt
Synod. Rom. canon ille Zachariæ Papæ in Synodo Romana: cumque in eo canone ſolum prohibeatur, ne quis temere præſumat, ita ad Miſſarum ſolennia accedere, docet Sylueſter
Sylueſter. verbo, *Miſſa*, 1. q. 2. dicto 1. rationabili aliqua ex cauſa licere cooperto capite celebrare. Et in Pollonia omnes ſacerdotes, etiam religioſi in hyeme vſque ad conſecrationē cooperto capite celebrant in altari. Idem dicendum eſt de baculo: de reliquis verò nihil eſt ſtatutum. In rubricis tamen Miſſalis duo præſcribuntur, alterum eſt, vt ſacerdos
49 calceatus ad altare accedat, alterum vt ſuperior veſtis illius talum attingat, quorum prius eſſe in præcepto exiſtimat Sylueſter loco citato dicto 1. in fine, vbi inter neceſſarias veſtes ad celebrandum calceos enumerat, quamuis dicat, non neceſſario debere eſſe benedictos pro quouis ſacerdote. Quæ ſint autem veſtes ſacræ notū eſt, & eas numerat cingulo cūInnocentius III. lib. 1. de ſacrificio Miſſæ, ca. 10. Neque vero probabile nūc eſt, quod Scotus in 4. d. 13. q. 2. §. *Ad*
Innoc. III
Scotus & Ricardus *quæſtionem*, verſiculo, *Reſtat ergo*, & Ricardus eadem, d. art. 3. q. 4. alicubi inualuiſſe conſuetudinem, vt cingulum non benedicatur, cum oppoſitum vbique iam videamus, & procingulo ſpecialis in Pontificali benedictionis forma tradatur. Quo circa Nauarrus
Nauarrus. in ſumma cap. 25. num. 84. contra prædictos docuit, neceſſarium eſſe cingulum benedici.

In hoc articulo nonnulli diſputant de venerationē, & adoratione locorum, & vaſorum ſacrorum, de hac tamen fuſius diximus tom. 1. Diſputant etiam de veſtibus ſacris, qua nimirum de cauſa fuerint ab Eccleſia inſtitutæ, & quid ſignificent, legatur noſter Cardinalis Bellarminus tomo. 2. lib. 2. de Miſſa, a cap. 13. & ſequentibus. Demum tractant in loco hoc de obligatione præmittēdi officium canonicum celebrationi ex parte ſacerdotis. De hoc tamen in tractatu de horis canonicis diſputabimus. Bellarmin.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter ordinētur, quæ circa hoc Sacramentum dicuntur.

Notatio circa doctrinam Articuli.

QVO Pacto omnia, quæ in celebratione 40
huius ſacrificij, quod in hoc articulo vocat Sanctus Doctor Sacramentum, dicuntur à ſacerdote, & miniſtris, recte inſtituta ſint, fuſius explicat ipſe in diſcurſu articuli, de quibus ſigillatim hoc loco tractare neceſſe non eſt. Legatur noſter Bellarminus, Bellarmin.
2. tom. lib. 2. de Miſſa, cap. 16. & ſequentibus.

Solum circa doctrinam huius articuli notandum eſt, peccatum eſſe omittere aliquid ex his, quæ in officio Miſſæ recitanda ſignantur: pro quantitate autem materiæ cenſendum eſſe mortale, aut veniale; eo tamen differt recitatio horarum canonicarum à recitatione officij Miſſæ, quod pro recitatione horarum reperenda ſunt poſtea illa, quæ ex inconſiderantia in ipſa recitatione omiſſa fuerunt, vel in fine officij, vel ſimulatque quis cōſiderat, & aduertit, ſe illud omiſiſſe, pro Miſſæ autem officio non item: quia id non ſine audientium perturbatione fieret, niſi ſecreto id fieri facile poſſet. Addere autem aliquid ex ſuo præter illa, quę in Miſſali ſignata ſunt, peccatum eſſet: quia Pius V. illud prohibuit in Miſſali Romano iuſſu ipſius impreſſo: quamuis non debeat mortale
41 cenſeri, ſiquis ex deuotione retineat paruā aliquam orationem ex antiquis, quę poſt ſumptum Sacramentum deuotionis gratia, & ſubmiſſa voce recitari ſolebant: ecus eſſet de oratione, quæ alta voce coram populo recitatur. Quod verò attinet ad officia ſi-

gnata pro singulis diebus, non est necessaria obligatio, ex vi tantum rubricæ, tametsi indecorum sit, saltem in solennibus festis illum ordinem prætermittere.

ARTICVLVS V.

Vtrum ea, quæ in celebratione huius Sacramenti aguntur, sint conuenientia.

Notatio circa doctrinam Articuli.

CONCLVSIO Est: *Tam ea, quæ aguntur in celebratione huius sacrificij ad repræsentandam passionem Christi, quàm ea, quæ aguntur ad repræsentandam dispositionem corporis mystici, & pertinentia ad deuotionem maxime ei conueniunt.* De cæremonijs Missę legatur noster Bellarminus loco allegato; quod vero attinet ad obligationem, & præceptum seruandi eas, certum est, post iussionem Pij V. in Missali Romano omnes debere eas seruare, quæ in eo assignatæ sunt, & nullas alias nouas addere: pro quantitate tamē materiæ mortale vel veniale erit addere, aut aliquid illarum detrahere.

Bellarmin.

Circa solutionem 12. argumenti, in quo adducit Sanctus Doctor decretum Soteris Papæ in canone, *Statutum, De consecratione*, d. 2. in quo præcipitur: vt nullus presbyter, nisi duobus vt minimum præsentibus, Missam celebret, notandum est, consuetudine iam derogatum esse pro Missis priuatis, pro quibus inquit Sanctus Doctor sufficere vnum nomine totius populi, ex cuius persona pluraliter sacerdoti respondet, & ipse sacerdos pluraliter etiam cum eo loquitur: tametsi ipse existimet, hoc etiam licitum fuisse, stante illo iure, quod mihi difficile est: ideoque dixi consuetudine sic obtentum fuisse. Quæritur tamen, vtrum fœmina pro ministro sufficiat, an solus debeat esse vir.

42

An fœmina possit sacro ministrare.

In capite primo. *De cohabitatione clericorum*, dicitur: *Nulla fœmina ad altare præsumat accedere, aut presbytero ministrare*, & hoc de iure Ecclesiastico indubitatum est. Vtrum autem deficiente viro liceat sine ministro celebrare, potius quam fœminam ad ministerium admittere, inter Doctores in controuersia est. Respondet quidam recens Autor, si vir nesciat respondere, sciat autem ministrare, posse fœminam respondere, sicut etiam moniales respondent, & virum ministrare, si autem non sit vir, aut nesciat omnino ministrare, posse fœminā respondere, & ministrare, quia textus ille (inquit) solum intelligitur extra casum necessitatis, non tamen explicat; quæ sit necessitas, quæ ab illa obligatione excuset; vtrum solum quòd deficiat vir, qui sciat ministrare, an aliqua alia,

Cuiusdam placitum.

Hæc tamen sententia mihi non probatur, præsertim si Autor illius eam intelligat non in alio casu necessitatis, nisi quia nō sit vir, qui sciat ministrare, imo hoc modo improbabilē iudicarem: ex ea enim sequeretur, posse sacerdotem quotidie celebrare, fœmina ministrāte, si vir deficiat, quod est plane absurdum. Si vero eam intelligat in alia necessitate, certe ego non video, tantam esse posse, vt prędictam obligationem è medio tollat: nā quod aliquis ægrotus indigeat viatico, aut instet præceptum populo, vt Missam audiat, nō satis est; alioquin, & cætera omnia, aut aliqua requisita ad celebrandū iure humano ob has causas omitti possent, quod tamen est falsum, vt disput. 211. cap. 5. monstrauimus: prædictorum enim obligatio, nempe, ministrandi hoc Sacramentum ægrotis, & audiendi Missam solùm locum habet, quando Ecclesiastico ritu celebrari potest, vt ibidem diximus. Præterea aliorum Recentiorum sententia ob eamdem rationem mihi non probatur, qui cū Soto dicunt, posse sacerdotem heremitam instāte festo celebrare sine vllo ministro: nullū tamen hactenus legi, qui diceret, deficiēte viro, potius debere sacerdotē solum, quā ministrante fœmina celebrare. Hoc dixerim, quia qui priorem sententia sequuntur, falso hanc alijs Doctoribus imputant. Quod vero illi dicebant de monialibus, nullius momenti est, aliud enim est è choro respondere: hoc enim est secundum legem, & institutionem Ecclesiæ, aliud autē est ad ipsum altare respodere; hoc enim nulla lege permissum est, sed eadem vetitum, qua etiam prohiberur fœmina ministrare, præsertim quod attinet ad confessionem generalem, quam præmittit sacerdos: valde enim indecorum esset, sacerdotem dicere fœminæ: *Cōfiteor Deo, &c. Et vobis fratres*, & ab ea formam deprecationis recipere illis verbis: *Misereatur tui, &c.*

Autoris iudicium.

43

ARTICV-

ARTICVLVS VI.

Vtrum possit sufficienter occurri defectibus, qui circa celebrationem huius Sacramenti occurrunt, statuta Ecclesiæ seruando.

Notatio circa doctrinam Articuli.

CONCLVSIO. *Tam præueniendo, ne contingant defectus, quàm postquàm euenerint, emendando eos, recte ipsis occurri potest, secundum Ecclesiæ statuta.* De his omnibus remedijs optime nobis prouisum est: in Rubricis Missalis: præferenda autem videtur sententia Scoti sententiæ Beati Thomæ, quod attinet ad supplendum defectum cõsecrationis vini, vt non sit necesse, alteram hostiam panis consecrare simul, cum vino; sed hostię panis consecratæ addere vini cõsecrationem: siue defectus cognoscatur ante sumptionem corporis, siue postea. Ita docet Scotus in 4. d. 8. q. 3. §. *Respondeo*, quẽ sequitur Nauarrus in summa, cap. 25. num. 91. eiusque opinionem inquit Scotus in 4. d. 13. q. 2. artic. 6. ad 4. in praxi amplectendam esse, cum Missa publice celebratur, ne accipere aliam hostiam sit aliqua causa turbationis, & notæ in populo. Satis igitur erit accedere ad cornu altaris, & vinum cum parua aquæ quantitate in calice recipere, illud que consecrare. At verò Sanctus Doctor in hoc articulo ad quartum docet, solùm vinum cũ aliquantula aqua consecrandum esse, si defectus cognoscantur ante sumptionem corporis Christi, si verò postea, non solum calicem, sed etiam hostiam panis considerandam esse. Ego tamen non video, qua ratione alia hostia panis consecranda sit: nam quamuis priorem consecrata consumpta fuerit, non minus sacrificium integrum fiet addita solũ alia calicis consecratione quàm si ante consumptionem corporis Christi calix alius consecraretur. Fateor in Rubrica Missalis: sententiam Sancti Thomæ nobis tradi, eam tamen Pontifex tamquam certam non probauit, sed tanquam probabilem opinionem proposuit: quam tamen in praxi plerique non sequuntur.

Nauarrus. Scotus.

De iusto stipendio pro Missæ celebratione. Disput. 234.

Quo titulo iustum stipendium pro Missæ celebratione debeatur, & quo pacto assignari debeat. Cap. 1.

Sacerdotem pauperẽ pro vnius Missæ celebratione plura integra stipendia, & vnum pro Missa, cuius oblationem sub conditione futura applicauerit, accipere posse, nonnulli censent. Cap. 2.

Nec sacerdotem plura stipendia pro vna Missa, nec vnum pro Missa, quam iam celebrauit, & in futurum applicandam reliquit, accipere posse, vera sententia est. Cap. 3.

Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 4.

Quo titulo iustum stipendium pro Missæ celebratione debeatur, & quo pacto assignari debeat.

CAPVT I.

MINISTROS Altaris dignos esse stipẽdio aliquo pro vitæ sustentatione, inter catholicos indubitatum est, atque ita docuit S. Thomas 2. 2. quæstione 100. articul. 3. ad 2. id enim expressit Christus, Lucæ 10. illis verbis, quę dixit ad discipulos, cũ illos misit ad prædicandum: *In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua.* Vbi pro mercede digna prædicationis assignatur cibus, & potus, quibus humana vita ad laborandum sustentatur: & Paulus 1. ad Cor. 9. vbi late Corinthijs probat, se recte potuisse de illorũ bonis pro sustẽtatione vitę necessaria accipere, si voluisset; noluisse tamen ex eorum bonis, sed ex suo labore sustẽtari. Probat exemplo eius, qui militat pro alio non suis, sed illius stipendijs, & eius, qui plantat vineam, & de fructu illius comedit: & tandem subiungit exemplum sacerdotũ antiquę legis in hunc modum: *Nescitis, quoniam, qui in sacrario sunt, quæ de sacrario sunt, edunt; & qui altari deseruiunt, cum altari participant*

1

S. Thomas. Luca. 1. ad Cor. 9.

cipant vita & Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere, vbi vtitur exemplo ſacerdotum veteris teſtamenti, qui ex ijs, quę Deo offerebantur, viuebant; vt probet, etiam miniſtros Euangelij propter eius prædicationem dignos eſſe ſuſtentatione. Ipſo igitur naturali iure, & ratione conſequitur, vt, qui à miniſtro, & ſacerdote Euangelij doctrinam accipit, ipſi de ſuis bonis congrua ſtipendia habita ratione laboris, largiatur, non quidem, vt pretium laboris, aut Euangelij, quod ab eo audiuit; nam cum hæc duo ſpiritualia ſint, nullo pretio comparari poſſunt, ſed vt ſtipendium neceſſarium pro vitæ ſuſtentatione: nam dignum eſt, vt qui in prædicatione Euangelij, aut alio ſpirituali miniſterio in gratiá alicuius occupatur, ab eo, aut omnino, aut aliqua ex parte ſuſtentetur. An vero de tali ſtipendio, quod diximus miniſtris 2 Euangelij, & ſacerdotibus iure naturali deberi, ſacerdotes ipſi paciſci poſsint cum eis, in quorum gratiam laborant, nonnulli Recentiores hoc loco diſputant, de hac tamẽ re dicemus 2.2. in tractatu de Simonia: nũc enim nõ de modo exigendi hoc ſtipendium, ſed de iuſta illius aſsignatione diſputamus.

Verum antequam de iuſta huius ſtipendij aſsignatione quidquam dicamus, inferamus ex dictis, non ſolum ſacerdotibus pauperibus, ſed etiam diuitibus licitum eſſe pro celebratione Miſſæ iuſtum ſtipendium accipere: ita docent Sotus libro nono de iuſtitia, & iure, quæſtione ſexta articulo primo ante ſolutionem argumentorum. Nauarrus in ſumma capite 28. numero 102. §. *Decimo quod*, in fine: idque ex doctrina S. Thomæ in quodlibet. ſexto articul. decimo manifeſte colligitur; ait enim, decimas deberi ſacerdotibus, ſiue diuites illi ſint, ſiue pauperes, in ſuſtentationem, quia miniſtrant ſpiritualia, nec vllus de hac re iure dubitare poteſt: cum enim ſtipendia pro adminiſtratione ſpiritualium, non dentur ad ſupplendam paupertatem miniſtrorum, ſed quia eo ipſo, quod in eo miniſterio in gratiam aliorum occupantur, digni ſunt ſtipendio, vt de altari viuãt, qui altari deſeruiũt, vt in tract. de Simonia fuſius oſtendemus, conſequitur, tam diuitibus, quàm pauperibus ſacerdotibus hoc ſtipendium iure deberi. Id quod diximus de ſacerdote diuite, vt accipere poſsit ſtipendium ab aliquo ratione celebrationis Miſſæ, intelligendum eſt eodem modo de eo, qui alias habet beneficium, aut capellaniam: nam, cum redditus beneficij, aut capellaniæ dentur in ſtipendium ſacerdotis ratione aliorum miniſteriorum, aut celebrationis aliarum Miſſarum, id nullo modo obeſſe debet, quominus, ſi poſt expletum officium, & miniſterium, ad quod ex beneficio, aut capellania tenetur, ratione Miſſæ, quam pro alio celebrat, ab eo ſtipendium condignum accipiat. Neque vero Caietanus 2.2. q. 100. art. 2. §. *Ad euidentiam horum*, Sylueſter in ſumma verbo, *Simonia*, q. 3. regula 3. in fine, & Gratianus in canone, *Paſtor* 1. q. 2. (vt Recentiores aliqui putant) dixerunt, ſacerdos diuites ſtipendium pro celebratione Miſſæ accipere omnino non poſſe: nam Caietanus ſolum ait, ſacerdotem accipere poſſe pecuniam pro Miſſæ celebratione ex pacto, ſi ſit pauper, ſi autem ſit diues, non ex pacto, ſed ſine illo. Sylueſter autem inquit, ſi ſacerdos diues ſtipendium pro Miſſa accipiat, peccatum auaritiæ, non autem Simoniæ committere. Gratianus vero ſolum docet, ex mente Patrum non eſſe aſſumendũ ad Eccleſiam, nempe vt habeat illius reditus, & beneficia, eum, qui proprijs bonis priùs non renunciauerit: hoc autem dicit ſecundum morem antiquæ Eccleſię, nunc enim nullus hoc modo aſſumitur. Et hoc ſolum contendit Proſper li. 2. de vita contemplatiua à cap. 9. vſque ad 12. ex quo deſumpſit Gratianus canonem illum, *Paſtor*, 1. q. 2. & addidit verba, quibus dixit, prædictam ſententiam Sanctorum Patrum teſtimonijs confirmari. In quem ſenſũ loquitur Proſper ca. illo 12. quod refertur canone, *Illi autem*, 12. q. 1. Fateor tamẽ, S. Thomam in 4. d. 25. q. 3. art. 2. q. 1. ad 4. eam ſententiam indicaſſe, nempe, vt ſolus pauper ſacerdos ſtipendium pro Miſſa accipere poſsit.

Caietanus. Sylueſter. Gratianus.

Proſper.

Sacerdotes etiam alias diuites poſſunt ſtipendium Miſſæ accipere.

Nauarrus. Sotus. S. Thomas.

4

Reliquum eſt: vt in hoc capite paucis explicemus, quo pacto iuſtum ſtipendium pro vnius Miſſæ celebratione aſsignari à nobis debeat: hinc namq; pẽdet explicatio difficultatis, quã ſequẽte capite proponemus: in hac enim re eodẽ modo philoſophari debemus, ſicut in ſtipendio, quod alijs Euãgelij miniſtris condigne deberi diximus ratione prędicationis, & aliorũ miniſteriorũ, quæ ad ipſũ Euangeliũ pertinent: nam ſicut iure Diuino naturali illis nihil determinatè in ſuſtẽtationẽ aſsignatum eſt, ſed illud ſolum fit, vt ſemel ſuppoſito labore ipſorum in prædicatione Euãgelij, & alijs ad eam pertinentibus, congruum ſtipendium iuxta modũ laboris ipſis debeatur: quantũ vero illud eſſe debeat prudẽti æſtimationi reſeruetur, ita etiã pro celebratione Miſſę ſacerdotibus ſtipẽdiũ hoc modo debeatur. Cęterũ ęſtimatio, qua aſsignari debet quãtitas ſtipẽdij, ſicut etiã in quo

Duplex rẽ rum æſtimatio.

uis

uis iusto pretio rei assignando duplex est, altera priuata altera, vero publica; priuata est illa, quæ iuditio cõmuni singulorum hominũ, qui in republica degunt, assignatur; publica vero est illa, quæ arbitrio Principis, aut superioris in ea definitur. Quo circa & stipendiũ pro Missæ celebratione, & communi populi Christiani æstimatione, & Pontificis, aut Episcoporum iudicio designari potest, quãdiu vero Episcoporum, aut Pontificis iudicio non definitur, communi æstimationi fidelium standum est: quemadmodum in pretio rerum, quę pecunia æstimantur, fieri debet, vt communis æstimatio locum habeat, quamdiu Princeps nihil de pretio determinauerit, nec vnius, aut alterius priuatæ personæ iudicium, sed totius populi, aut maioris partis in hac re sequi permissum est.

38

An sacerdotes possint plus, minus vel assignato stipendio accipere.

Circa determinationem vero, quàm in huius stipendij assignatione pro Missæ, aut aliorum Diuinorum officiorum celebratione facere Episcopi, possunt, difficultas est, vtrũ illud ita definiri ab eis possit, vt neque plus, neque minus sacerdotibus accipere liceat. Dominicus Sotus, l. 8. de iustitia, q. 6. art. 1. ad 3. §. *Qua propter id*, & Nauarrus in summa, cap. 23. num. 106. censent, minime licere Episcopo, ita definire stipendium Missæ, & laborem sacerdotis eo taxare, vt non permittat minus aliquid eo accipere: supponit tamẽ, ita posse fieri hanc determinationem, vt non liceat maius aliquid exigere. Probat autem Nauarrus, quia Missæ officium non est pretio æstimabile, si autem eo modo signato stipendio taxaretur, iam videretur pecunia æstimari: eodem spectat ratio Soti, quia nimirum eiusmodi stipendij definitio sub ea obligatione facta, rationi eleemosynæ aduersari videatur, & cum vero rei pretio cõuenire, nam eleemosyna illud postulat, vt libere, & spontanẽe, non necessitate fiat.

Sotus. Nauarrus.

6

Iudicium Auctoris.

Ego tamẽ nõ noui adhac stipendiũ Missarum, aut aliorum Diuinorum officiorum pro singulis sacerdotibus ita ab Episcopis vnquam definitum fuisse, vt non liceret singulis minus accipere, neque ita fieri posse existimo: quis enim iure prohibere potest, quominus sacerdos gratis pro aliquo, aut pro aliquibus celebret? quod si gratis pro illis celebrare potest, poterit etiam pro minori stipendio, quam sit assignatum ab Episcopo celebrare. Sed quamuis hoc verum existimem, rationes tamẽ quibus Nauarrus, & Sotus id probare nitebãtur, parum momenti habẽt. Etenim quod stipendium iustum quouis modo definiretur, non satis esset, vt Missa aut aliud Diuinum officium æstimabile pecunia redderentur: nam, cum pro tali officio iustum stipendium digne debeatur, absque eo quòd propter id Diuinum officium pecunia æstimetur, vt probauimus, & hęc iusta stipendij assignatio fieri debeat, aut priuata hominum æstimatione, aut iudicio Episcopi, ex eo quòd vno, aut alio modo ea fieret, non propterea Missa, aut aliud Diuinum officium pecunia æstimaretur, vt Nauarrus contendit. Præterea, ex eo quòd talis assignatio fieret natura ipsa stipendij, & debiti, non mutaretur: primum quidem etiã si ex se rationem eleemosynæ haberet, quia eleemosinæ nullum obstat debitum, aut præceptum, nam si aliquod debitum, & necessitas obstaret, esset quæ largienti eleemosynam incumberet, non autem ea, quæ pauperi imponeretur non accipiendi minus, quã per superiorem assignatum esset, vt manifestum est: illa autem prior nihil obesset, nam recte posset quis eleemosynam elargiri, etiam ex affectu subleuandi miseriam, qui est propius finis huius virtutis, ea sola ratione, quia videt eleemosynæ præceptum sibi impositum esse, quod sine peccato transgredi non potest. Porro, si assignatio eleemosynæ faciendæ ex parte eius, qui daturus est, rationem veram eleemosynæ impediret, & hac ratione in præsenti assignatio stipendij fieri non posset, sequeretur, non solum non posse fieri assignationẽ stipendij pro Missa, aut Diuino officio eo modo, vt nihil minus accipiatur, sed etiam eo modo, vt nihil minus detur, quod tamen est contra ipsum Sotum, & Nauarrum, qui hoc posteriori modo assignationem stipendij fieri posse concedunt.

7

Deinde nulla assignatio stipendij pro Diuinis officijs debiti, tam ex parte dantis, quam recipientis, naturæ ipsius stipendij quidquam obstaret, tametsi rationem veræ eleemosynę tolleret: quia quamuis stipendium debeatur pro sustentatione ministrorum, tamen non titulo eleemosynæ, cum etiam diuitibus, qui nullo indigent, eodem modo detur, sed titulo iustæ mercedis deberi certum est, dignus est enim operarius stipendio, tamquam mercede, eique ex iustitia ita debetur, vt qui illud non tribuat, non contra misericordiam, sed contra iustitiam peccet, ac proinde obligatio restituendi ad hæredes eius transeat, quæ si tantum esset ex misericordia, ad eos minime transiret, vt manifestum est: huic autem mercedi prædicta assignatio nihil obstaret, siue ex parte dantis, siue recipientis, sicut diximus, fieret, vt patet. Ratio igitur, ob quam assigna-

8

Examinantur Soti & Nauarrationes.

tio

Cordubę ratio efficax.

gnatio illa ſtipendij fieri nequit eo modo, vt presbyter pro officio Miſſæ cogatur nihil minus accipere: vt optime notauit Antonius de Corduba, lib. 1. quę. 4. dubio 4. eſt, quam diximus, quia nemo cogi poteſt, vt de eo, quod ſibi iure debetur, aliquid, aut totum etiam debitori non condonet. Et hac ratione ductus Sanctus Thomas, 2. 2. quęſt. 100. articul. 3. ad 2. dixit, ſtatutum Eccleſię, quo præciperetur, vt non fieret officium in funere alicuius, niſi certa pecuniæ ſumma ſolueretur, iniuſtum fore, quia nimirum præcluderetur via, vt gratis pro aliquibus id fieri poſſet: tametſi addiderit etiam aliā, quia nimirum hoc ſtatutum haberet ſpeciem exactionis, quam, ipſe non videtur probare: de hoc tamen, vt diximus, in ea q. tractabimus. Notat tamen Antonius de Corduba loco citato, prædictum ſtatutum abſque vllo peccato fieri poſſe, ſi neceſſarium ſit ad euitandum fraudes aliquas, & tyrannides ſeculariū, qui varijs modis iuſto ſtipendio ſacerdotes defraudare non dubitant. Ego tamen non video, quo pacto fraudibus ſecularium, & laicorum obuiaretur ex eo, quòd eo modo deſignaretur ſtipendium, vt non liceret ſingulis ſacerdotibus minus ſtipendium accipere. Adde etiam, in nonnullis Eccleſijs Cathedralibus, aut etiam Collegialibus eiuſmodi ſtatutum eſſe propter totius Capituli decētiam, ne quauis de cauſa pro funere, aut alijs officijs conuocari poſſit: tamen non obſtat, quominus, vbi pietatis, & miſericordię ratio poſtulauerit, gratis, aut minori ſtipendio id efficere nō poſsit. Verùm cum hoc ſtipendium ſignetur miniſtris altaris in ſubſtentionem vitę, ſupereſt examinandum, vtrum pro celebratione vnius Miſſę tantum ſtipendium debeatur, & accipi poſsit, vt pro ſuſtentanda vita eo die ſufficere poſsit. De hoc tamē in 3. capite agemus.

S. Thomas.

2

Sacerdotem pauperē pro vnius Miſſæ celebratione plura integra ſtipendia, & vnum pro Miſſa, cuius oblationem ſub conditione futura applicauerit, accipere poſſe, nonnulli cenſent.

CAPVT II.

CVM Diſput. 231. cap. 3. oſtenſum ſit, Miſſæ ſacrificium, quod infiniti valoris ſit; oblatum pro pluribus perinde ſingulis prodeſſe, ac ſi pro vno tantum eo modo offerretur, eaque ſententia pleriſque Recentioribus probabilior viſſa fuerit, primo aſpectu ex ea ſequi videtur probabiliter, ſacerdotes pro celebratione Miſſæ à multis diuerſa, & integra ſtipendia accipere, atque omnibus illis vno ſolo ſacrificio Miſſæ ſatisfacere poſſe. Hāc ſententiā hoc modo intellectā Vigerius in ſuis Theologicis inſtitutionibus, capite quinto. §. 3. verſiculo 16. in fine, libenter amplecteretur, niſi exiſtimaret, hoc modo nō ſatisfieri deuotioni fidelium, qui ſtipendia pro Miſſę celebratione tribuunt: eo quod ea intentione ſtipendia offerant, vt cultus Diuinus in Eccleſia augeatur, eo autem modo maxime minuatur. Quod vero attinet ad iuſtitiā erga eos ſeruandam, qui ſtipendia pro Miſſa offerunt, nullam fore exiſtimat iniuſtitiā, ſi pro pluribus vnum tantum ſacrificium Miſſæ offerretur, & quamuis Miſſa pro pluribus hoc modo celebrata vulgo Caietana dicatur, eo quod ille de oblatione pro pluribus eo modo, quo diximus, philoſophetur, tamē neque ipſe Caietanus, neque vllus alius, quod attinet ad plura ſtipendia, eam opinionē hactenus probauit, neque video, qua probabilitatis ſpecie defendi poſsit. Verū vt ea, quæ diximus diſput. 231. cap. 3. de oblatione vnius ſacrificij pro pluribus, & quę nunc de iuſto ſtipendio pro Miſſę celebratione dicturi ſumus, conciliemus, communem rationē pro hac ſententia, & contra Vigerium in hūc modum aſſeramus. Fideles, qui pro animabus ſuorum defunctorum, aut pro ſe Miſſas celebrari faciunt, & ſtipendia iuſta offerunt nihil de Diuino cultu omnino curant, ſed totus eorum animus contendit, vt fructus ſacrificij ſibi, aut ſuis defunctis applicentur: cū igitur, ſi vnū ſacrificium offeratur pro pluribus, perinde ſingulis proſit, atque ſi pro vno tantum offerretur, conficiplane videtur, nullam tribuentibus ſtipendia iniuriam fieri, ſi vnum tantum ſacrificium pro omnibus ſimul offeratur: quod vero Diuinus cultus hoc modo non creſcat, parum quidem referre videtur, ſiquidem ſtipendia ea intentione non offeruntur, vt augeatur.

Vigerius.

10

Cæterum nonnulli Theologi, tam ex ijs, qui puant, hoc ſacrificium oblatum pro pluribus non ita ſingulis prodeſſe, ſicut ſi pro vno tantum offerretur, quàm ex alijs, qui

Recentiorum placitum.

biscum ſentiunt, ita ſingulis prodeſſe, prædictam ſententiam ita veram exiſtimant, vt ſacerdos poſsit tot ſtipendia pro eadem Miſſa celebranda à pluribus accipere, quot ſecũdum prudentis iudicium cenſentur neceſſaria, vt vitam ſobrie ſuſtentare poſsit, nempè, pro ea die, in qua celebrat. Ita ſentiunt Canus lib. 12. de locis cap. 13. ad 10, §. *Alterum argumentum*, Dominicus Sotus, lib. 9. de iuſtitia, & iure q. 3. art. 1. §. *Subſequitur ergo*, & q. 6. art. 1. ad 3. non longe à principio, & pro eadem opinione allegat Antonius de Corduba Honcalam in opuſculo de ſacrificio Miſſæ, artic. 11. quem ego non legi. Recentiores autem nonnulli putant primum, hos Auctores memoratam opinionem ſolum probare in paupere ſacerdote, qui non niſi ex altaris miniſterio viuere poteſt. Verùm, quamuis Sotus dicat, id non adeo decere ſacerdotem diuitem: aſſerit tamen ſecundum iuſtitiæ regulam eodem modo ipſum poſſe plura ſtipendia accipere, ſicut pauperem. Canus autem nulla mentione facta ſacerdotis pauperis, & diuitis, prædictam ſententiam abſolute pronunciat. Deinde Recentiores allegati dicunt, Canum, & Sotum per vitæ ſuſtentationem non ſolum intelligere moderatum victum, ſed etiam veſtitum decentem, & honeſtum, non modo perſonæ ipſius ſacerdotis, verum etiam familiæ, tam famulorum, quam conſanguineorum, qui ſub cura, & gubernatione ſacerdotis fuerint, cum tamen illi id non dixerint, quinimo de ſolo victu moderato loquantur. Cani verba ſunt: *Nec ſacerdos tamen laboris ſui mercedem quamlibet accipere a multis pro Miſſa vna poteſt, ſed quæ ſatis erit, vt de altari ad ſobrietatem comedat.* De veſtitu autem, & de alijs neceſſarijs ad vitam, aut de familia ipſius ſacerdotis etiam pro victu, nec vllum verbum habet. Verba Soti, q. illa, 3. art. 1. ſunt: *Reſpondetur ergo, quòd vbi non eſt in vſu eam pro vna Miſſa eleemoſynam erogari, quæ diario victui ſufficiat, poteſt ſacerdos duplam ſaltem eleemoſynam percipere, quæ diario victui ſufficiat, dum tamen latius non ſe hæc licentia proferat, quoniam ſtatus apparatum non licet ſacerdotibus hac ratione ſuſtentare, ſed pauperem vitam ducere*, vbi ſolius victus meminit, ſi quidem ſub conditione illa loquuntur, nempe, ſi eleemoſyna, quæ dari conſueuit victui diario non ſufficiat, nim ſi ſufficeret proculdubio duplam eleemoſynam ipſe non concederet; tametſi proponens dubium, & difficultatem, etiam veſtitus mentionem feciſſet: quod ſi verba recitata etiam de veſtitu ipſius ſacerdotis intelligerentur, iuxtà id, quod proponens difficultatem quæſierat, hoc ſaltem in dubitatum eſt, nihil omnino vltra conſuetum ſtipendium pro familiæ ſuſtentione Sotum ſacerdotibus concedere, vt Recentiores illi putabant. Porro quod Canus indefinite dixit, concedens plura ſtipendia pro vnius Miſſæ celebratione, Sotus ad duo tantum ſtipendia, ſeu duplam eleemoſynam reduxit: ex eorum tamen fundamento ſequitur, non ſolum duplam, ſed etiam triplam, & quadruplam accipi poſſe, ſi ea neceſſaria ſit. Fundamentum autem eorum eſt, quia iure ipſo naturali ſtipendium ſufficiens ad vitæ ſuſtentationem debitum eſt ei, qui altari ſeruit, aut prædicationi, vt primo capite probatum eſt, ergo ſi ij, pro quibus ſacerdos celebrat, ita tenue ſtipendium ipſi tribuant, vt eo ſuſtentari non poſsit, nullam eis iniuſtitiam faciet, ſi habita ratione ſtipendij, pauciores pro eis Miſſas celebret, ac proinde ſemel tantùm pro illis ſimul offerat, etiam ſi ex conuentione ſimul pro ſingulis celebraturus eſſet: cumque ſtipendium debitum ijs, qui ſpiritualia miniſtrant, non ſolum debeat eſſe iuſtum pro victu, ſed etiam pro veſtitu, quo vita etiam ſuſtentatur, hac etiam ratione probari videtur, eumdem ſacerdotem pro vna ſola celebratione tot ſtipendia accipere poſſe, quot cenſentur neceſſaria non ſolum ad victum moderatum, ſed etiam ad veſtitum decentem, & honeſtum: ex quo etiam fiet, vt aliquando duplum, aliquando triplum; & eo amplius accipi poſsit, prout diuerſis temporibus neceſſarium iudicabitur. Corduba, q. infrà citanda refert ſanè quorumdam ſententiam, qui dicunt, ſacerdotem pro vnius Miſſæ celebratione accipere poſſe plura ſtipendia, ſi pro ſua, & familiæ ſuſtentione neceſſaria ſint. Hæc ſententia vulgo ſacerdotum plauſibilis ad modum viſa eſt, eamque Theologi non pauci Recentiores in gratiam pauperum ſacerdotum defendunt; addit tamen Sotus, ſi is, qui ſtipendium pro Miſſa offert expreſſe cum ſacerdote paciſcatur, vt proſe ſolo ſacrificium offerat, & ſacerdos id promittat, non poſſe ſacerdotem ſtipendium etiam ab alio accipere, & pro illo etiam ſimul idem ſacrificium offerre.

Alij verò Theologi in gratiam pauperum ſacerdotum applicationem ſacrificij ita fieri poſſe autumant, vt ſacerdos celebrans offerat pro eo, cui ipſe poſſea applicauerit, nempè, quando alius ab eo petat ſacrificium, ſicque multi pauperes ſacerdotes non habentes ſtipendia ab aliquo aſsignata, quando celebrant

Canus
Sotus
Honcalas

ij

ij

14 Sententia a Corduba relata.

Aliorum Recentiorum ſentẽtia.

lebrant, ſuſpendũt intentionem ſuam, applicationemque ſacrificij ſuo arbitrio poſtea faciendam reſeruantes pro illo, qui poſtea ſtipendium dederit, & ſacrificium ab eo poſtulauerit: eo quod cenſent, nihil obſtare poſſe, quo minus effectus ſacrificij pro voluntate ſacerdotis in craſtinum, aut futurum tempus ſuſpendatur, cum ipſe miniſter illius ſit.

Nec ſacerdotem plura ſtipendia pro vna Miſſa, nec vnum pro Miſſa, quam iam celebrauit, & in futurum applicandam reliquit, accipere poſſe, vera ſententia eſt.

CAPVT III.

15 Elmébris concluſio

EGO Verò primùm exiſtimo, ſacerdotem etiam pauperem pro vna Miſſa plura iuſta ſtipendia ab eodem, aut à diuerſis accipere non poſſe. Deinde nec vnum ſtipendium pro Miſſa, quam iam celebrauit, & in futurum à ſe applicandam reſeruauit, accipere poſſe. Priorem partem huius opinionis tradunt Nauarrus in ſumma, cap. 25. num. 92. Antonius Corduba, lib. 1. q. 4. dub. 2. opinione 2. qui pro ea citat magiſtrum ſuum Ioannem Medinam. Et ſanè ſi ſemel conſtituamus pro iuſto ſtipendio ſacerdotis celebrantis, quod diximus iure naturali, & Diuino deberi, certam ſummæ pecuniam, nempè, nummum argenteum, non ſolùm probabilius exiſtimo, non poſſe plura huiusmodi ſtipendia pro vna celebratione accipi, ſed etiam oppoſitam ſententiam in hoc ſenſu omni probabilitate prorſus deſtitutam eſſe, vt nullus tuta conſcientia pro ſe, aut pro alijs eam amplecti vllo modo poſsit. Neque vero hoc ſenſu Sotus, & Canus eam ſequũtur, ſed ita, vt ſi ſtipendium quodcumque per ſe iuſtum non ſit, dùo aut plura vltra illud accipere liceat, quouſque iuſtum ſtipendium fiat: ideo autem cenſent, vltra illud ſtipendium, quod pro victu neceſſario, aut etiam veſtitu non ſufficit, vnum aliud, aut plura accipi poſſe, quia nõ videtur ipſis iuſtum ſtipẽdiũ, quod pro victu quotidiano, aut etiã veſtitu ſufficiens non eſt: quod quidem ſi verũ eſſet, eorũ ſententia non tantum probabilis, verum etiam probabiliſsima, & vera cenſenda eſſet, vt inferius dicemus. Primũ igitur ſi vnumquodque ſtipendium re vera iuſtũ ſit, plura pro eadem celebratione accipi nõ poſſe, quod, me quidem iudice, citra controuerſiam eſſe debet, hac ratione probatur. Sacerdos, quamuis titulo celebrandi Miſſam dignus ſit ſtipendio, & mercede ſua, tamen eo dignus no eſt titulo venditionis, vt ab eo ſtipendium mereatur, pro quo celebrat, iuxta menſuram fructus ſpiritualis, quem ipſi communicat: neque enim vendit ei fructum ſpiritualem ſacrificij, ſed dicitur dignus mercede ſua titulo ſuſtentationis tantum, vt capite primo expoſuimus: quare cum ab vno iuſtum, & dignum ſtipendiũ accipit, aliud ab alio accipere non poteſt, etiam ſi illi ſacrificio ſuo perinde, atque alteri proſit, quia duplex in eo titulus ſuſtentationis non eſt, ac proinde ſuſtentatus ab vno, iniuſte poſtulat ab alio ſuſtentari, neque pro duplici pretio duplicis fructus ſpiritualis, duplex ſtipendium iuſtum accipere poteſt, ſiquidem fructum ſacrificij non vendit, vt diximus. Quo circa, ſi rebus omnibus, & temporum circunſtantijs ab Epiſcopo, aut Synodo recte conſideratis, ſtipendium pro ſingulis Miſsis ad certam pecuniæ ſummam definiretur, nemo probabiliter dicere poſſet, neque Canus, & Sotus opinarentur, ſacerdotẽ etiam pauperem pro vnius Miſſę celebratione duo huiuſmodi iuſta ſtipẽdia accipere poſſe, ſicut etiã non exiſtimarent accipere poſſe duo ſtipendia, quorum vnumquodque pro victu, & veſtitu ſufficiens ſit: eatenus enim ſolum concedunt, plura accipi poſſe, quatenus ex illis vnum iuſtum conflari poſsit: cum igitur contra publicam Synodi, aut Epiſcopi definitionem ſtipendium ab eis deſignatũ nemo iniuſtum probabiliter exiſtimare poſſet, nemini etiam in eo caſu plura ſtipendia pro vnius Miſſæ celebratione accipere liceret. Adde, quòd qui ad vno ſtipendium iuſtũ accepit, totum ſacrificium, & fructum orationum Eccleſiæ ei debet applicare: ſi autẽ pro pluribus ſimul celebraret, non totum vni applicaret, quod attinet ad fructum orationum Eccleſiæ, quem ſupra diſput. 231. cap. 5. finitum eſſe diximus, & ideo applicatum pluribus nõ ita prodeſſet ſingulis, ſicut ſi pro paucioribus, aut vno tantum offerretur. Et quãuis de fructu ſacrificij dexerimus, oblatum pro pluribus perinde prodeſſe ſingulis, ac ſi pro vno tantum offerretur, nihilo minus, vt capite ſecundo notauimus, cum hoc in opinione poſitum ſit, ſacerdos debet

Non poteſt ſacerdos etiam pauper plura ſtipendia vnquã accipere pro eadem Miſſa. *Nauarrus. Corduba. Ioan. Med.*

Sotus & Canus explicantur.

16

17

ex

ex charitate erga proximũ, pro quo offert, tũ tiorẽ partẽ eligere: cõtra etiã, ſi ſtipẽdiũ, quod ab vno datur pro vnius Miſſæ celebratione manifeſte iniuſtũ eſſet conſiderata dignitate officij: nemo etiam dubitaret ab eodẽ, aut à diuerſis, pro quibus celebraret, accipi poſſe plura ſtipẽdia pro vna Miſſa, quouſq; iuſtum vnũ ſtipẽdiũ pro vna cõſtituatur. Cæterũ Sotus, & Canus ex vna parte, & Nauarrus, & Corduba ex alia, circa aſſignationẽ iuſti ſtipendij diſſentiunt, & hac de cauſa in controuerſia propoſita de pluribus ſtipẽdijs pro vnius Miſſæ celebratione, diuerſa opinantur. Sotus, & Canus dicũt, iuſtũ ſtipendiũ nõ cẽſeri, quo victus quotidianus moderatus cõparari nequit: Alij vero addũt, neque illud quod etiã ad veſtitũ, & victũ quotidianũ nõ ſufficit: ex quo inferunt Sotus, & Canus, poſſe ſacerdotẽ pro vnius Miſſæ celebratione plura ſtipẽdia accipere, ſi vnũ ad victũ quotidianũ ſufficiens nõ ſit: alij vero ſi ad victũ, & veſtitũ etiam nõ ſufficiat. Quorũ ſentẽtia hac in parte ita vniuerſe intellecta mihi non probatur, ſiue ſacerdos diues ſit, ſiue pauper: nullã enim inter diuitẽ, & pauperẽ ſacerdotẽ differentiã eſſe, exiſtimo. Atq; in primis ante quã prædictã ſententiã refellã, paucis demõſtrabo, nullũ inter pauperẽ, & diuitem ſacerdotẽ hac in parte diſcrimẽ eſſe: cũ enim tã diues, quam pauper, iuſtũ ſtipendiũ pro Miſſæ celebratione, etiã ex ſententia Soti accipere poſsit, vt c. 1. probatũ eſt, ſequitur, tã diuiti, quã pauperi illud iure deberi: ac proinde ſi minus, quã iuſtitia poſtulat, eis detur, vtrũque recte poſſe plura ſtipẽdia pro eadem Miſſæ celebratione accipere, vt ex illis vnũ iuſtũ ſtipendiũ ſibi cõſtituatur. Iã verò iuſtum ſtipendiũ nõ ex eo cẽſendũ eſſe, quòd ad victũ, & veſtitũ, aut ſaltẽ ad totũ victũ quotidianũ ſufficiens ſit, contra Sotũ, & Canum optime demõſtrant Nauarr. & Corduba, quia quãuis dignus ſit operarius Euãgelij mercede ſua: tamẽ nõ omnes eodẽ modo, ſed vnuſquiſque pro labore ſuo: nã, ſi is, qui toto die in Eccleſiaſtico miniſterio legendo, ſtudẽdo, docendo, &c. aut toto die ad hæc, aut alia miniſteria prout occurrerit, obligatus, quales ſunt parochi, nihil amplius mereretur, quã moderatũ victum, & veſtitũ ſuum, & familiæ ſuæ, quo pacto tantũdem etiã mereri poterit, qui vna tantũ hora, aut duabus in celebratione Miſſæ occupatur? Recte igitur prædicti Doctores cõtra Sotum, Canum, & alios docẽt, propter vnius Miſſæ celebrationẽ nõ deberi ſacerdoti ſtipendiũ pro victu, & veſtitu quotidiano neceſſariũ: neq; neceſſarium pro ſolo victu nõ modo familiæ ſuæ, ſed neque ſui ipſius, cum parũ in prædicto miniſterio occupetur. Et ſane, licèt diceremus, ſacerdotẽ iuſtum ſtipendium pro victu, & veſtitu ſuo, & familiæ mereri, ac ſi toto die in miniſterio occuparetur, tamẽ per familiã nõ cognatos, ſed famulos tãtum, quibus ad moderatũ ſeruitiũ indigeret, intelligere deberemus: quod enim ſacerdos plures cognatos, aut pauciores habeat, quos in domo ſua alere velit, in cauſa eſſe nõ poteſt, vt maius, aut minus ſtipendiũ pro Miſſæ celebratione mereatur, quam alias mereretur: quis hoc nõ videat: ſecus enim contingere poſſet, vt vno ſeuto auti pro victu, & veſtitu quotidiano, & eo amplius indigeret. Sed illud difficile videtur, quòd cum multis ab hinc annis ſtipendium pro vnius Miſſæ celebratione in Regnis Caſtellæ ſit nũmus argenteus, qui Regalis dicitur: cũ tamẽ antea dimidio argẽteo, aut duobus partibus integri argẽtei iuſtũ ſtipendiũ æſtimaretur, & omnes res aliæ fere duplo maiori pretio æſtimẽtur, videtur eadẽ proportione, & ſtipẽdiũ iuſtũ pro vna Miſſa creſcere debere: verũ, licet hac ratione iure poſſent Epiſcopi in ſuis diœceſibus ſtipendiũ Miſſarũ augere, ſicut alicubi iã factũ nouimus, nihilominus cõmuni æſtimationi interim ſtandũ eſt: cũq; inter fideles, & ſacerdotes nũc etiã cõmuniter conueniat de celebranda Miſſa pro ſtipendio tantũ vnius nũmi argẽtei, exiſtimo, nemini licere ſecretò plus ab eodem, aut à diuerſis accipere, ſed tot Miſſas celebrare debere, quot nũmos argenteos ab aliquo accepit: cõtingit enim neque raro in Republica, vt quarũdã rerũ pretia aut propter earum raritatẽ, paucitatẽ, aut alia de cauſa creſcant, aliarũ verò nullo modo mutẽtur: idem igitur in ſtipendijs Miſſarũ accidiſſe, etiã ſi pretia aliarũ rerũ creuerint, cenſendũ eſt. Quod verò nõ pauci ſacerdotes ſecreto pro ſtipendiorũ augmẽto aliquid vſurpẽt, nõ ſatis eſt, vt dicamus, cõmunẽ æſtimationẽ huius aſſignationis, cui iure ſtare debemus, mutatã eſſe, cõmunis enim populi æſtimatio ex publica partiũ conuentione pẽſari debet: Atq; ex dictis facile diſſoluitur ratio c. 2. allata ad probãdũ, pro vnius Miſſæ celebratione plura ſtipendia accipi poſſe. Nã quãuis ſacrificiũ oblatũ pro pluribus ita ſingulis prodeſſet, ac ſi pro vno offerretur, non eſt ſufficiens ratio, vt plura iuſta ſtipendia à pluribus accipi poſſint, cũ hęc non dentur pro valore Miſſę, ſed in ſubſidiũ ſuſtentationis: quo ſemel aſſignato iuſtitia non patitur, vt aliud vſurpetur.

Poſteriorem partem, quã tradit Corduba quæſt. citata dubio 6. ita veram exiſtimo, vt oppoſitam omnino improbabilẽ cenſeã: primũ quia abſq; vllo fundamẽto Doctores, qui oppoſitam ſequuntur, affirmant, in poteſtate ſacerdotis eſſe reſeruare ſibi applicationẽ ſacrificij in futurũ faciendã: nã ſi, vt optime

18

Quomodo aſſignãdũ ſit iuſtum ſtipendiũ Miſſæ.

Soto.

Nullum, eſt diſcrimen inter ſacerdotẽ diuitem, & pauperẽ.

Canus, & Nauarrus. Corduba.

19

Quæ intelligatur ſacerdotis familia.

20

21

Solutio rationis contrariæ ſententiæ.

22

Nõ poteſt ſacerdos ſibi reſeruare applicationem ſacrificij faciendã in futurum.

notãuit Cordub. omnia Sacramẽta ſimul ãtq; perficiuntur, ſuũ habent effectum ex opere operato, aut ſaltẽ ex intentione miniſtri, in futurũ effectus reſeruari non poteſt, cur de ſacrificio contrariũ opinabimur? Neque obſtat, quod ait Corduba, poſſe ſacerdotẽ Miſſam, quam celebrat, ei applicare, cui ſcit Deus poſtea per Martinũ, aut aliũ applicandã eſſe, ita tamẽ, vt eo tẽpore applicationis illi prodeſſe poſsit: hoc enim non eſt ſuſpẽdere effectum ſacrificij, ſed illius applicationẽ in ſciẽtiã Dei cõferre & illud ei applicare, quẽ Deus nouit, ſicut illi etiã applicari poteſt à Petro, quẽ nouit Martinus, qui pro eo iã petijt. Neque vero ad applicationẽ ſacrificij opus eſt, vt antea ab aliquo pro ſe, aut pro alio poſtulatũ ſit, ſed quòd is, cui applicatur, in eo ſtatu iã ſit, in quo ſacrificiũ prodeſſe ſibi, ipſe aut alius pro ipſo deſideret, & poſtulat. Hoc dixerim, 23 quia ſi ſacerdos offerat pro ea anima, quæ iam in purgatorio eſt, & pro qua, vt à purgatorio liberetur, alius pro ipſa ſacrificiũ poſtulatus eſt, ratione huius oblationis ſtipẽdiũ ab eo poſtea accipere poteſt: quia hoc modo non ſuſpẽdit effectũ, ſed iuxta id, quod Deus nouit, ſtatim applicat illud, ſicut & alius pro ea anima Miſsã celebrari poſtulaſſet: ſi tamẽ offerat pro nondũ in purgatorio exiſtente, pro quo Deus nouit poſtea poſtulandã eſſe Miſſam, ea intentione, vt ſtatim iuxta id quod Deus nouit, ſacrificiũ illi proſit, nõ poteſt ſtipendium accipere poſtea ab eo, qui pro illius anima, poſtquã in purgatorio creditur eſſe, Miſſam poſtulat, vt à pœnis purgatorij ſoluatur: quia ad hunc finẽ neceſſario ſuſpendi debuit effectus ſacrificij, quod nullo modo fieri debet, aut ſi à principio ei applicatus, nõ ſecundũ intentionem ipſius, & eius, qui pro eo Miſſam poſtulat, applicatur: ac proinde cum ſacerdos pro illo altari non ſeruierit, neque ſtipẽdium ab eo, aut ab alio pro eo accipere poteſt.

Corollaria præcedentis doctrinæ.

CAPVT IIII.

84 DVO Tantũ ſuperſunt prædictæ doctrinæ in hoc capite addẽda. Alterũ eſt de obligatione ſacerdotũ, ad offerẽdũ pro alijs, alterũ eſt, quo pacto parochus, & alij multa ſtipendia pro Miſsis legatis ſibi cõmiſſa, inter alios ſacerdotes diſtribuere debeant.

Quo pacto teneatur ſacerdos pro alijs celebrare.

Circa prius certũ eſt, duobus modis ſacerdotes ad celebrandũ pro alijs teneri, nempe, aut ratione beneficij, aut ratione ſtipendij. Porro hanc obligationem eſſe iuſtitiæ, nemo dubitat: quo autẽ pacto ex iuſtitia oriatur, nullus explicat, cũ tamen difficultatẽ aliquã habeat: nam cũ iuſtitia cõſtituatur inter datũ, & acceptum, & hæc inter ſtipendiũ, & officium Miſſæ eſſe nequeat, ſequi videtur, nullam in hac re obligationem iuſtitiæ oriri poſſe. Verum negari non debet, ſacerdotem, qui aut ratione ſtipendij diurni, aut ratione beneficij celebrare debet, obligatione iuſtitiæ ad id 85 teneri: non quia iuſtitiæ æqualitas inter Miſſæ ſacrificium, & ſtipendium conſtitui debeat: hoc enim fieri nequit; ſed quia cum ſtipendium, non abſolute ſacerdoti detur, ſed ob cauſam eo modo, quo in primo caſu diximus: ſequitur, aut ipſum implere debere cauſam, aut ſtipendium contra voluntatem donantis retinere: ex quo fit, vt non implens cauſam, reſtituere illud debeat. Ideo igitur dicimus, ſacerdotem ex iuſtitia ad celebrandũ pro aliquo teneri, quia vt ſtipendiũ contra iuſtitiã non retineat, pro illo celebrare debet. Porro inter ſacerdotes ad celebrandũ pro alijs eos hoc modo teneri, qui ſtipẽdiũ acceperũt, nemo dubitat, ſiue ſtipendiũ illud ſemel acceperint, ſiue ſingulis annis in perpetuũ illis aſsignatũ ſit, cuiuſmodi ſunt redditus, qui pro aliquo officio anniuerſario à fidelibus alicui Eccleſiæ aſsignari ſolẽt. Indubitatũ eſt eodẽ modo, eos etiã ad hoc teneri, qui habent beneficiũ, quod Capellaniã vocant, cũ illius inſtitutio ad hoc præſertim fiat, vt capellanus pro aliquibus Miſſam celebret. Nemo etiã dubitat alios beneficiarios, qui curam animarũ nõ habent, ad celebrandũ pro aliquo ratione beneficij numquã teneri: nã, quãuis aliqua eiuſmodi beneficia ſint inſtituta pro adminiſtratione Sacramẽtorũ, atq; aliorũ Diuinorũ celebratione in populi vtilitatẽ; tamẽ nullũ eorũ inſtitutũ eſt ad celebrãdũ pro aliquo, & fructũ ſacrificij ei applicãdũ. De parochis verò inter Doctores aliqua eſt cõtrouerſia, Dominicus Sot. lib. 9. de iuſtitia, & iure q. 3. art. 1. §. *Nihilominus*, cẽſet, parochos pro ſuis ouibus per ſe, aut per aliũ, ſacrificium quotidie offerre debere, ſi fructus beneficij ad vitæ ipſius ſuſtẽtationẽ ſufficiãt, ſin minus, pro quãtitate fructuũ, ter, aut quater in hebdomoda arbitrio Epiſcopi, aut etiam prudentis viri. Ex quo infert, poſſe parochos à ſuis, aut ab alijs ſtipendia pro Miſsarum celebratione accipere. Probat autem, quia ius decimarum, & redditus beneficij ad hoc videntur conſtituti, vt parochus non tantum populo miniſtret Sacramenta, ſed etiam vt pro toto populo ſungatur officio proprio ſacerdotis in ſacrificando, hoc autem eſt offerre pro populo, vt ait inquit Paulus ad Hebræos quinta.

Sotus. An Parochi teneãtur pro alio celebrare ratione officij. 86

Vera tamen ſententia eſt, Parochum iure decimarũ, aut ratione beneficij nõ debere ex ſe, ac

Parochus non tenetur ex iustitia offerre sacrificium pro ouibus. *Maior.*

27

Corduba.

28

Ad Heb.9.

Dubiũ incidens expeditur.

seruant per aliũ quotidie pro subditis sacrificiũ offerre, sed tantũ corã populo Missam celebrare iuxta ea, quæ supra diximus disput. 232.c.1. Hanc sententiã, quod attinet ad offerendũ pro populo sequitur Maior in 4 d.45. q.2.§. *Cõtra hanc conclusionẽ*, nõ lõge à principio, quatenus asserit, Missam parochi plus valere parochiano, qui pro stipẽdio, parocho dedit pecuniã, vt pro ipso offerret, quã alijs, supponit enim aperte, parochũ à parochiano accipere posse pecuniã pro celebratione Missæ, quã accipere non posset, si ipse alias pro omnibus æque celebrare deberet, vt ex sua opinione recte intulit Dominic. Sot. Pro hac sentẽtia allegatur à quibusdã Cordub. lib. 1. q.4 dub.5.§. *Et quia de curatis*, ille tamẽ solũ docet, stãdũ esse cõsuetudini Diœcesis, quid autẽ de iure cõmuni, & ex primaria beneficij parochialis institutione verũ sit, nõ explicat. Allegatur etiã Nauar. in sum. c.27.n.91. eã vero eodẽmodo sicut Maior supponere videtur in nu.92. in fine. Cũ quibus etiam, & ego quoq; aperte pronũcio, parochũ ratione institutionis primariæ sui beneficij, nõteneri ad offerendũ vnquam pro subditis, tamẽsi per se, aut per aliũ celebrare debeat, vt populus sacrificio Missæ interesse possit, quod lõge diuersum est. Id autẽ verũ existimo, quia oppositũ nulla ratione, aut iure probari potest: cũque in nulla totius Ecclesiæ Diœcesi talis sit cõsuetudo, frustra dicemus, iure ipso, & institutione primaria beneficij ad hoc eos teneri: stãdũ igitur erit, vt recte notauit Corduba, cõsuetudini, & statutis, seu legibus synodalibus cuiuscumq; Diœcesis: & ex dictis fundamentũ Sori cõuulsum manet. Quod vero pro illius opinione de officio offerendi sacrificiũ dicebatur, nullius momenti est: nã offerre sacrificiũ pro populo, nõ est propriũ solius parochi, sed cõmune cuicumq; sacerdoti offerre pro populo, omnis enim sacerdos ad offerendũ munera, & sacrificia cõstituitur, vt ait Paulus ad Hebr. c. illo 5. & tamen, quilibet sacerdos nõ debet quotidie pro populo speciali, aut generali ratione offerre, siquidẽ potest nõ celebrare, sed ad hoc cõstitutus est sacerdos, vt celebrare, & sacrificiũ offerre possit pro populo autẽ solũ debet generali quadã ratione offerre iuxta præscriptũ Ecclesiæ, si celebrare velit, & hæc circa prius, quod in hoc cap. proposuimus. Circa posterius de parocho, aut alio, qui plura stipendia pro celebratione inter alios sacerdotes distribuit, quo pacto se gerere debeat, videndũ est: accidit enim interdũ, vt parocho, vel alteri pro celebratione pluriũ Missarũ duplo maius stipẽdiũ detur, quã iuxta patriæ cõsuetudinẽ, seu statutũ cõsuetũ est. Difficultas igitur est, vtrum hic parochus, aut sacerdos, qui aut non vult, aut nõ potest tot Missas celebrare, possit huic obligationi celebrãdi satisfacere, si alijs sacerdotibus consueta stipendia distribuat, & per illos eas Missas celebrari faciat, sibi autẽ totũ id, quod superest, retinere queat: Nauar. in summ. c.25.n 91. & Anto. de Cordub. lib.1.q.4.dub.5. censent, sacerdotẽ, qui maiora illa stipendia pro Missis celebrãdis accepit, nõ posse sibi aliquid de illis retinere faciendo per alios pro consueto stipendio eas celebrari, nisi habeat ex officio eiusmodi stipendia pro distributione inter alios sacerdotes facienda, in se recipere, sicut aliqui sacristæ, aut parochi habere solent, aut ille, qui dedit stipendia, tacite voluit, aut insinuauit aliquid pro se ipsum retinere posse; quã sententiã absolute absq; prædicta limitatione paucis verbis tradidit Maior in 4.d.45.q.3. dub.3. Probat autem primò Corduba, quia si ille, qui accipit tot illa stipendia, id ex officio nõ habeat, nullũ meretur stipendiũ præter id, quod illi aliàs assignatũ est, ergo nihil sibi ex ijs, quę accepit pro Missis celebrãdis, accipere potest. Secũdo probat, quia sequeretur, hoc modo posse sacerdotem nũquã pro aliquo celebrãtem, diuitem fieri, quod videtur absurdũ. Tertio probat Nauarrus, quia hic sacerdos videtur illud retinere cõtra voluntatem eorũ, qui hęc stipendia pro Missis celebrãdis cõtulerũt, ea enim fuit, vt is qui celebraturus esset totũ illud stipendiũ haberet.

Nauar. & Cordu. in dictum.

29

Maior.

Probatur primò.

Secundò.

Tertiò.

Sotus autem lib.9. de iustit. q.3. ar.1.§. *Sed & hoc præterea*, docet, licere parocho, cui ex officio incũbere videtur, multa stipendia parochianorũ pro Missis celebrãdis in vnũ colligere, aliquid sibi inde accipere, & diminuta stipẽdia alijs pro celebratione tribuere, intelligit autẽ, quę aliàs iusta sint: hoc autem nulla ratione probat, nec explicat, vtrũ ratione muneris, & officij peculiaris colligendi eiusmodi stipendia, ratione cuius id etiã cõcederent Nauar. & Corduba: an vero ratione cõmunis officij parochi, & pastoris, ratione cuius illi id negarent. Alij vero Recentiores id absolute fieri posse affirmãt, nõ solũ ratiene officij, & obligationis distribuendi illa stipẽdia, sed etiam non habita ratione illius, eo quòd nulli fiat iniuria: nã si alijs sacerdotibus sufficiens stipendiũ datur, nulla eis fit iniustitia, ei vero qui maius stipendiũ dedit, sacerdos, qui partem illã maioris stipendij retinet, nihil nocet; siquidẽ Missa eiusdem valoris ei applicatur. Probãt autem ratione à priori, quia sacerdos qui primũ stipendia plura accepit, dominiũ illorũ acquisiuit, & obligationem contraxit Missas pro illo, qui ea dedit, celebrandi: huic autem obligationi satisfacit, si curet, vt Missæ eiusdẽ valoris ab alio, seu ab alijs pro illo celebrentur, ergo quod superest ex sti-

Sotus placitum.

Ratiõ à priori.

30

ſtipendijs illis, ſibi retinere poteſt, nã ſacerdõti celebranti cõſuetudo ſtipendio ſatisfaciẽt.

Auctoris ſententia.

Ego vero exiſtimo diſtinctione opus eſſe, & primũ quidẽ ratione peculiaris officij ad hoc deſtinati, nemo dubitare poteſt eũ, qui Miſſarũ ſtipendia diſtribuit, ſiue ſit ſacerdos, ſiue ſit laicus, vt ſacriſta, aliquid ſibi retinere poſſe: illud tamẽ quid exiguũ eſſe debet, quia tale munus, & officiũ exiguæ ſolicitudinis, & laboris eſt. Dixi ratione peculiaris officij: nã officiũ generale parochi, ad quem eo ipſo, quod parochus eſt, hoc pertinet, nihil præter redditus beneficij pro hac cura, & labore meretur. Præterea dico, duobus modis maiora ſtipendia pro Miſſarum celebratione alicui conferri poſſe: primũ non vt ipſe qui ea accipit, omnes illas Miſſas celebret, ſed vt alijs ad celebrãdũ diſtribuat, quã volũtatẽ haud difficulter ex circunſtantijs conijcere poterimus; præſertim vero ſi tot poſtulentur Miſſæ, & pro eo tempore, pro quo ille, cui ſtipendia omnia conferuntur, eas omnes celebrare non poſsit: & tunc ſine dubio ſtipendia illa ei conferuntur, vt ſingulis, qui Miſſas celebrabunt, integre illa diſtribuat: ideo autem non poſſet ipſe conſueta ſtipendia celebrantibus tribuere, & reliquum ſibi retinere, quia celebrantibus fieret iniuſtitia, non quia illis non tribueretur ſtipendium aliàs iuſtum ſecundum legem, & conſuetudinem, ſed quia totum ſtipendium, quod ex voluntate donantis ad ipſos pertinebat, non daretur: veluti, ſi quis teſtamento ſuo præciperet, vt tot Miſſæ pro ſe celebrarentur, & ſingulis celebrantibus duplo maiora ſtipendia darentur; neque parochus, neque teſtamẽtarij ſatisfacerent, ſi minora ſtipẽdia, tametſi aliàs iuſta, celebrantibus darent, & reliqua ſibi retinerent: & ita diſſoluitur ratio Recentiorum, qui abſolute probare contendebant, in quouis caſu poſſe ſacerdotem, qui maiora ſtipendia pro Miſſæ celebratione accepit, minora, alias tamen iuſta, alijs tribuere: conſtat enim ex dictis, non quidem fieri iniuriã danti, ſed ei qui celebrat, cum totum ſtipendium pro celebratione aſsignatum nõ datur: tum etiam conſtat, eũ, qui facit, vt alius Miſſam celebret, nõ ſatisfacere obligationi, quã habet, non quidem celebrandi Miſſam pro illo, qui ſtipendia dedit, ſed tribuendi totũ ſtipendium celebrãti ex voluntate eius, qui illud aſsignauit.

31

Deinde hæc maiora ſtipendia conferri ſolent alicui, vt ipſe Miſſas celebret, & hac ratione retinere ſibi poteſt exceſſum iuſti ſtipendij, & iuſtum alteri ſacerdoti tribuere, vt pro eo, qui ſtipendium dedit, celebret, & hoc probat ratio Recentiorum, atque in hoc caſu eorum ſententiam veram exiſtimo: rationes vero Nauarri, & Cordubæ nihil cõtra illam probare. Neque enim ratione officij id ei concedimus, nam ſi eſſet Parochus nihil pro eo meretetur, vt ipſi contendunt, neque turpe eſſet hoc modo pecuniam conquirere, cũ iuſtè (vt diximus) illam retinere poſsit, neque contra voluntatem dãtis ſacerdos eam retineret, cum ei plene ſatisfaciat faciens, vt alius pro eo celebret: neque ſacerdoti celebranti, cum ei iuſtum ſtipendiũ aliàs detur, neque maius aliud ſtipendium ex voluntate primi dãtis ad ipſum pertineat: & hæc ſatis de hac diſputatione. Quod vero hoc loco etiãdiſputari ſolet de obligatione, & attentione debita audiẽdi Miſſam 2.2. ex profeſſo tractandũ eſt. Cæterũ contra hanc poſteriorẽ partẽ noſtræ ſententiæ obijciet quis in hũc modũ: ille, qui tribuit ſtipendiũ, vt Miſſa pro ſe celebrari faciat, plus participat de fructu ſacrificij, quã ille, qui eleemoſynam ſeu ſtipendium non tribuit, ergo niſi eius ſtipendium detur celebranti, priuabitur fructu aliquo, ſeu parte fructus. Reſpondeo, licet maiorem fructũ participet ſacrificij, qui ſtipẽdiũ dedit, vt pro ſe Miſſam celebrari faceret, quã ille, qui nulli ſtipẽdiũ dedit; tamẽ, vt maioris fructus ſacrificij particeps ſit, opus non eſſe, vt totũ ſtipendiũ, ſeu pars illis ad ſacerdotem perueniat pro ipſo celebrantẽ, ſed ſatis eſſe, quod ſtipẽdiũ ab eo collatũ fuerit ad hũc finẽ, & is, qui illud accepit, fecerit pro eo Miſſã celebrari. Quare ſi quis alius ſine vllo ſtipendio velit loco ſacerdotis, qui ſtipendiũ accepit, vt ipſum à labore celebrandi liberet, eã Miſſam offerre, ſine dubio eodem modo proderit, ac ſi pro ſtipendio celebraret.

Diluuntur rationes ſententiæ Nauar.

32

Obiectio diluitur.

Hęc habui, quæ de Sacroſanctæ Euchariſtię Sacramento in explicationem textus S. Thomę Scholę noſtræ traderẽ, prolixius ſane, quã cogitarã, & par eſſet, niſi nõ ſolũ pro catholica fide varios errores huius temporis cõfutare, verũetiã pro Schola noſtra aliquorum catholicorũ placita ſigillatim refellere, oporteret, neq; enim in re adeo graui, & difficili, ſatis fuit, vera fidei noſtrę dogmata cõtra hęreticos tradere, & ſyncerũ, verumque modũ philoſophandi, quo myſteriũ hoc facilius cõtra hęreticos defẽdi, quinimo, ſi opus eſſet, populo explicari poſſet, exponere, ſed etiã quãcumque aliã philoſophandi rationẽ, qua nonnulli catholici ducti difficilius hoc myſteriũ reddiderunt, & hęreticorũ calũnijs expoſuerũt, impugnare neceſſe fuit. Deo, & Chriſto eius, qui in hoc Sacramento vſque ad conſummationem ſęculi nobiſcum manſurum eſſe promiſit, gloria, & imperium in ſęcula,

Amen.

LAVS DEO.

DISPVTA-
TIONES DE SA-
CRAMENTO ORDINIS,
seu ordinationis.

AVTHORE PATRE GABRIELE VAZ-
quez Bellomontano Theologo Societatis
IESV.



Anno 1613.

CVM PRIVILEGIO.

Compluti, Ex Officina Andreæ Sanchez de Ezpeleta.

DE SACRAMENTO ORDINIS, SEV ORdinationis: Tractatus.

PRÆFATIO.

ORDINEM ſancti Thomæ inuertimus, dum tractatum de Ordine proxime poſt diſputationem de Sacramento Euchariſtiæ, & ſacrificio Miſſæ ſubijcimus. Sed huius voluminis iuſta magnitudo, vt compleri poſſet, aliquem non longiorem tractatum deſiderabat: & Sacramentum Ordinis cum Sacramento, & ſacrificio altaris maximam habet affinitatem: itaque lector æqui, bonique conſulat. Diuiditur autem hic tractatus in quatuor maxime partes, nam primum de Sactamento Ordinis vniuerſim, & ſigillatim de omnibus Ordinibus inſtituitur diſputatio: deinde de miniſtro ordinationis, poſtmodum de recipiente Ordinem, denique de effectibus illius, & quo iure annexi ſint, agitur.

An Ordo, ſeu Ordinatio ſit Sacramentũ noua legis. Diſ 235.

Ordinationem eſſe Sacramentum nouæ legis, aliqui hæretici negarunt. Cap. 1.

Ordinationem vere, & proprie Sacramentum eſſe, fides catholica eſt, definitione Eccleſiæ, & Patrum traditione confirmata. Cap. 2.

Eadem veritas catholica, Scriptura, & conſenſu Schola ſticorum confirmatur, Cap. 3.

Ordinationem eſſe Sacramentum nouæ legis, aliqui hæretici negarunt.

CAPVT I.

IN Hac diſputatione de Ordine, ſeu ordinatione in vniuerſum differendum nobis ſolum cum hæreticis eſt, nam cum in Eccleſia Dei multæ ſint ordinationes, vt ſequẽte diſputatione videbimus, nonde omnibus illis ſigillatim cum hæreticis contendimus, vtrum ſint Sacramenta nouæ legis, an non: ſiquidem de multis illorum inter catholicos ipſos variæ ſententiæ ſunt: nec hactenus ab Eccleſia quicquam definitum. Eſt igitur de ordinatione in vniuerſum cum hæreticis diſceptatio, vtrum ſit Sacramentum nouæ legis à Chriſto inſtitutum, ita vt aliqua ſaltẽ ordinatio, ſeu Ordo Sacramentũ ſit. Quãuis autem ante tempora Lutheri nullus hæreticus fuerit, qui expreſſe negauerit, Eccleſiaſticam ordinationem Sacramentum eſſe; tamen multo ante Ioannes Vvicleffus ita de ordinatione loquutus eſt, vt poſterioris erroris ſemen iactaſſe videatur. Nam vt refert Vvillelmus Vvideſordus, in libro contra ipſum recenſens errores eius damnatos in Concilio Conſtantienſi, ſub titulo, *Contra Sacramentũ Ordinis*; octauus illius error erat. *Chriſtus ordinat quamcumque, & quemcumque, quandocumque voluerit, ita vt ſequens Chriſtum in moribus, ſecure poſſit de ſe ipſo confidere, quod deficiente Prælato Cæſareo ſit à Chriſto legitime ordinatus.* Nonus autem error ab eodem Autore ſic refertur. *Coniectura probabilis eſt, quod talis, qui rectè viuit, eſt diaconus, vel ſacerdos: ſicut enim coniecio, quod iſte eſt Ioãnes, ſic probabili cõiectura cognoſco, quod iſte ſanctæ viuẽdo cõſtitutus eſt in tali officio.* Ex quo videtur, omnem ordinationẽ Eccleſiæ, nõ ad cæremoniã à Chriſto inſtitutã, ſed ad gratiã inuiſibilem rectè viuẽdi reducere, ac proinde

Vvicleffus. Vvillel. Vvideford.

Ante Lutherũ nullus expreſſe negauit ordinationem eſſe Sacramentum.

verum

Ordinationem, non adceremoniã à Christo institutam, sed ad gratiam inuisibilem bene viuẽdi, reduxit Vvicleffus

verum Sacramẽtũ Ordinis negare. Cõuenit etiam cum his, id quod ex eodem Vvicleffo refert Vvaldenſis: nam quamuis diceret in antiqua Eccleſia fuiſſe tantum diaconatum, & ſacerdotium, ſicut memorat idem Autor tomo ſecundo, qui eſt de Sacramentis c. 116. numero tertio, & tomo 1. doctrinalis fidei antiquę lib. 2. art. 3. cap. 60. tamen exiſtimare videbatur, hanc poteſtatem inuiſibili modo, non autem Sacramentali in Eccleſia à Chriſto tradi, vt teſtatur idem Vvaldenſis tomo illo 2. c. 123. quãuis inter articulos Vvicleffi hic error aperte nõ cõtineatur.

3 Vvaldenſes non nunquam negarunt Sacramentũ Ordinis. *Guido. Abbas Vſper. Antoninus. Aeneas Siluius. Sanderus.*

De Vvaldenſibus quoq; nõnulli exiſtimãt, hoc Sacramentũ etiam negaſſe. erũ neq; in Guidone Carmelitano lib. de erroribus Vvaldenſiũ, neq; in chronico Abbatis Vſpergenſis, neq; in Antonino 4. p. ſummę Theologiæ titulo. 11. c. 1. §. 2. neque in Aeneа Siluio c. 39. lib. de Origine Bohemorũ, neq; in Sandero lib. de viſibili monarchia, hęreſi 150. quibus horũ errores ſigillatim recenſent, eũ inuenio, quinimo omnes referũt, hos hęreticos exiſtimaſſe, tantũ eſſe in Eccleſia Dei tres veros Ordines, diaconatũ, presbyteratũ, & Epiſcopatum.

Recentiores hæretici illud negant. *Lutherus. Illiricus. Kemnitius. Caluinus.*

Cæterũ ex Recentioribus hæreticis Lutherus lib. de captiuitate Babilonica c. de Ordine, Illiricus in confeſsione Antuerpienſi, capite 11. & Kemnitius in ſecunda parte examinis cũ diſputat de Sacramẽto Ordinis, manifeſte negant hoc Sacramentum, & de illo petulantiſsime loquuntur. Verum Caluinus quãuis plurimis in locis duo tantũ numeret Sacramenta, Baptiſmum videlicet, & Euchariſtiam; tamen in lib. 4. inſtitutio. cap. 14. §. 20. & cap. 19. §. 31. ingenue fatetur, ordinationem miniſtrorum Sacramentũ eſſe, & excuſat ſe, quod alibi duo tantũ conceſſerit, eo quòd loqueretur de Sacramentis, quæ omnibus fidelibus cõmunia ſunt. Eodemodo Melãthõ, quãuis prius duo tãtum Sacramẽta tradidiſſet, in locis tamen editis anno 36. 52. & 58. ordinationem Sacramentum eſſe docet, & ex profeſſo probat, & in apologia confeſsionis Auguſtanæ articul. 13. ſimiliter. Quod vero ait Kemnitius, Melanthonẽ loqui de Sacramento latiori ſignificatione, cum ait, ordinationem eſſe Sacramentum, friuolum eſt. Nam cum Melanthon dicat Sacramentum proprie dictum tribus perfici, ritu, promiſsione gratiæ, & mandato, & ex hoc fundamento probet, Baptiſmum, Euchariſtiam, & Abſolutionẽ eſſe proprie Sacramenta, quia his tribus perficiũtur; è cõtrario vero Confirmationẽ, extremam Vnctionem, & Matrimonium non item, de Ordine inquit, ſi capiatur pro ſacerdotio, non eſſe Sacramentum: quia putat, nullum eſſe ſacerdotium à Chriſto inſtitutum. Si autẽ vſurpetur pro ordinatione miniſtrorum, non grauate ſe admittere eam inter Sacramẽta; eo quod tria illa, quæ dixit, habet. Fateor quidem omnes hæreticos huius tẽporis poſt Lutherũ, ita de Sacramentis nouæ legis, & eorum efficacitate ſenſiſſe, vt verã Sacramenti naturam, quam catholica fatetur Eccleſia, omnino euertãt, aliqui tamẽ eorũ cum catholicis in eo conueniunt in præſenti, vt ordinatio hæc aut alia, hoc, aut alio modo vere, & proprie Sacramentum ſit.

4

Melanthon

5

Ordinationem vere, & proprie Sacramentum eſſe, fides catholica eſt, diffinitione Eccleſiæ, & Patrum traditione confirmata.

CAPVT II.

Catholica veritas, definitione Eccleſiæ, Patrũ traditione firmatur.

VERVM Fide catholicã indubitanter credendum eſt, ordinationem in vniuerſum, hoc eſt, aliquem ſaltem Ordinem Eccleſiaſticum, vere, ac proprie Sacramentũ eſſe: nam de ſingulis Ordinibus ſpeciatim in ſequentibus nobis differendum eſt: & quam certum ſit, rationem Sacramenti ipſis conuenire explicandum. Hanc autem veritatem fidei ex definitione Eccleſiæ, & Scriptura; contra hæreticos ex profeſſo probãt, & eorum errorem confutant Alphõſus de Caſtro aduerſus hereſes, vbo: *Ordo Sacramentum*, Vvaldenſ. locis cit. Roſſenſis in opuſcul. contra Lutherum, pro ſacerdotij defenſione, Sotus in quarto diſtinct. 13. quæſt. prima articul. primo, & diſtinct. 24. quæſt. prima, articũl. primo Ruardus tomo ſecundo, articul. 17. Hoſius in confeſsione catholica, cap. 50. Lindanus in Panoplia, libro quarto cap. 75. & noſter Bellarminus, tomo ſecundo, libro de Sacramẽto Ordinis, à capite ſecũdo. Eius autẽ rei gratia ſupponendum eſt, Sacramenta nouæ legis, de quibus nunc diſputamus, tribus perfici, ritu ſeu ſigno exteriori, promiſsione gratiæ, & Diuina inſtitutione, quę omnia in ordinatione repereri, ſigillatim poſtea oſtendemus; prius autem definitionem apertam Eccleſiæ, & Patrum traditionem in medium proferamus. Chalcedonenſe Concilium actione 15. canone 2. damnat

Alphonſus, de Caſtro. Vvaldenſis Roſſenſis. Sotus. Hoſius. Cardinalis Bellarmin.

6 *Lindanus.*

Sacramentum nouæ legis tribus perficitur.

Chalcedonẽſe Concil.

eos, qui pecunijs ordinationem vendunt, eo quod gratiam Dei (nempe quæ in ordinatione datur) vendere censeantur: supponens plane, in ordinatione gratiam conferri, ac proinde Sacramentum esse, siquidem in ea est signum, seu ritus exterior, tum etiã Diuina institutio, sine qua gratia conferri non posset. Idem habetur in Concilio Bracharensi 2. can. 3. Et Eugenius IIII. in decreto fi Dei in Concilio Florentino, post sessionem vltimam. §. *Sextum Sacramentum*, inter Sacramenta Ecclesiæ, quæ continent gratiam, & eam efficiunt numerat Ordinem. Denique Concilium Tridentinum sessione 7. canone 1. de Sacramentis inter alia septem a Christo instituta recenset Ordinem, & sessione 23. doctrinam illius ex professo, tradit: cap. autem 3. ex eo quod per sacram ordinationem gratia conferatur, sicut Scripturæ testimonijs, & Apostolica traditione constat, colligit, vere, & proprie Sacramentum esse: nam vt paulo ante dicebamus, cum ordinatio sacro ritu, & signo exteriori fiat, non potest non Diuinam institutionem ac proinde ea omnia, quæ ad Sacramentum vere, & proprie etiam ex sententia hæreticorũ requiruntur, habere. Quocirca ex testimonijs, in quibus dicitur, per ordinationem gratiã cõferri, recte inferius colligemus, vere, & proprie Sacramentũ esse. Et in eadẽ sessione, canone 3. oppositus error, nempe Lutheri, & aliorum, quos præcedente capite memorauimus, aperte dãnatur. Eamdẽ catholicã doctrinam summi Ecclesiæ Pontifices in suis Epistolis decretalibus nobis aperte tradiderũt. Primum quidem Innocentius I. in Epistola 18. ad Alexandrum Episcopum, cap. 3. vbi dicit, baptizatos ab Arrianis, sub specie Pœnitentiæ, & per manus impositionem, ab Ecclesia recipi, at clericos eorum cum sacerdotij, aut ministerij dignitate merito non recipi. Non quòd putet, eorum ordinationem secundum ritum Ecclesiæ Romanæ collatam irritam esse, sed quòd iure optimo in dignitate sacerdotij, aut alterius ministerij, minì strare non permittantur. Intelligit autem quacumque exhibita pœnitentia, & hæresis abiuratione: vbi eum cõferat ordinationem Baptismo, sentit aperte, ordinationem, sicut & Baptismum, Sacramentum esse. Deinde Leo I. in Epistol. 81. quæ est ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum: nam cap. 1. parum à principio Leuiticam, & sacerdotalem ordinationem vocat sacram benedictionem, & inferius appellat benedictionis Sacramentum, & ideo iubet, vt non nisi à ieiunis percipiatur, neque in alio die, nisi post diem Sabbathi illucescente Dominicã conferatur, eo quòd in illa die collata sint omnia dona gratiarum, quæ ibi commemorat: & Epistola 87. ad Episcopos Mauritaniæ, cap. 1. ante medium. *Quis ergo* (inquit) *dissimulare audeat, quod in tanti Sacramenti perpetratũ iniuriam, cum huic magno, venerandoque mysterio, ne Diuinæ quidem legis statuta defuerint.* Vbi ordinationem ipsam & Sacramentũ, & mysterium appellat. Postremo Anastasius II. in Epistola ad Anastasium Augustum cap. 7. eamdem doctrinam tradidit, cum dixit, eos, qui ab Acacio hæretico baptizati, & ordinati fuerant sacerdotes, & Leuitæ, vere baptizatos, & ordinatos fuisse, neque vllã portionem lçsionis Acacij ipsos attingere: subiungit autem: *Quo forsitan per iniquum tradita Sacramenti gratia minus firma videatur.* Id autem intelligit, vel de gratia potestatis, & characteris, quæ semper ab hæreticis per Sacramenta communicatur, vel si intelligit de gratia sanctitatis, & iustificationis, in illis solum habere potest locum, qui ab Acacio, & alijs hæreticis bona fide ordinati, & baptizati fuerant. Nam si errori ipsius scientes communicassent, gratiam huiusmodi per Sacramenta accipere non possent.

Concil. Bracharen.

Concil. Trid

Lutherus damnatus in Tridentino.

Ex Summis Pontificibus eadem veritas probatur.

Innocent. 1.

Leo 1.

Anastasius.

Sozomenus

Sunt præterea non minus præclara aliorum Patrum testimonia, quibus eadem veritas confirmatur. Primum est Dionysij cap. 5. de Ecclesiastica Hierarchia per totum, vbi ita præclare de sacra ordinatione, & de ritu ordinandorum loquitur, vt plane indicet, in ea gratiam conferri, quod nequaquam inficiatur Lutherus loco citato, nec alio modo respondet, nisi huius libri autoritatem contemnens. Refert secundo loco noster Bellarminus 3. tomo, libro de Sacramento Ordinis, cap. 3. testimonium Martini in Epistolã ad Nestorium apud Sozomenum lib. 7. historiæ, cap. 10. in hæc verba. *Tu, o Beate, recẽs baptizatus, ac purificatus, & mox insuper sacerdotio auctus es; vtraque autem hæc peccatorum expiatoria esse, Deus constituit*, quod tamen in Sozomeno inuenire non potui. Quã tũ vero coniectura assequi possum, his verbis non denotatur, sacerdotium in eo, qui ordinatur, vim habere remittendi peccata, sicut habet Baptismus, sed hanc vim habere erga alium, per potestatem eum absoluendi, neque enim hactenus definitum est, aut in Schola omnino certum, omnia Sacramenta vim habere remittendi peccata in eo, cui conferuntur, sicut vim habent conferendi gratiã, tametsi id mihi probabilius videatur, neque de Ordine id expressum habemus, quamuis de alijs indubitatũ esse debeat, videlicet de

Sub scribunt patres.

Dionysius Areopag.

Bellarmini

Bapti-

Bāptiſmo, Pœnitentia, Euchariſtia, & extrema Vnctione, vt ſuis in locis dictum eſt.

Chryſoſtom. Tertium teſtimoniū eſt Chryſoſtomi libro tertio de ſacerdotio, columna tertia in medio, vbi ſic ille loquitur. *Etenim ſacerdotium ipſum in terra quidem peragitur, ſed in rerum cæleſtium claſſem, ordinemque referendum eſt.* Reddit autem rationem, quòd nimirum nulla creatura etiam ſpiritualis, ſed Paracletus ipſe illud diſpoſuerit, hoc eſt, inſtituerit. Ex quibus verbis habemus Chryſoſtomum exiſtimaſſe, ſacerdotium eſſe rem Diuinam, à Deo ipſo inſtitutam, licet in terris peragatur, ſub ſignis minimum ſenſibilibus, in quo ratio Sacramenti conſiſtit. Columna autem ſequente ante medium ſacerdotium vocat myſterium, & ſubdit: *Vt is ſcilicet, qui homo ipſe ſit, carne, ac ſāguine etiam nunc conſtans, iſſque inuolutus, beatæ, atque immortali naturæ illi fieri proprior queat.* Nempe in hoc conſtituens rationem myſterij, ac proinde Sacramenti, vt homo mortalis, dignitate, & officio ex Diuina inſtitutione Deo proprior fiat. Mitto alia verba, quæ ex eodem Chryſoſtomo ibidem citari ſolent, quòd me quidem iudice illis prædicta catholica doctrina non ita expreſſa videatur.

Quartum teſtimonium eſt Tharaſij in Epiſtola ad Adrianum, quæ eſt in 1. tom. Bibliothecæ ſacræ, vbi ex profeſſo probat, eos, qui pecunijs conferunt ſacerdotale dignitatem, vendere etiam Spiritum Sanctum: eo quod in ipſa ordinatione, & manus impoſitione Spiritus Sanctus detur; idemque docet commentator eius Balſamon.

Quintum teſtimonium eſt Theodoreti in illud, 1. ad Thimotheum, 5. *Manus cito nemini impoſueris*: Theophilacti, & OEcumenij in illud, 2. ad Timotheum, 1. *Admoneo te, vt excites gratiam, &c.* qui docent, in ordinatione gratiam Spiritus Sancti inuocari, & conferri, quod proprium eſt Sacramentorum nouæ legis.

Theodoretus. Theophilact. OEcumen.

Pſeudo Cypr. Sextū teſtimonium eſt Auctoris ſermonis de ablutione pedum apud Cyprianum, non longe à principio, vbi ita ſcribit, *Docetur ergo, quæ ſit Baptiſmi, & aliorum Sacramentorum ſtabilitas, & quantum ad expiationē proficiat humilis pietas, & pia humilitas, & quomodo omni tempore proſequenda, & repetenda ſit ablutio pedū, per quam recte cognitam, & intellectam adhærētes anima ſordes quotidianas ſatisfactione lauātur. Nā Baptiſma repeti Eccleſiaſtica prohibet regula, & ſemel ſanctificatis nulla deinceps manus iterū conſecrans præſumit accedere, nemo ſacros Ordines datos iterum renouat.* Numerat igitur inter Sacramenta, quæ iterari non poſſunt, Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, eaque diſtinguit ab ablutione pedum, quæ repeti recte poteſt.

13

14

Ambroſius. Septimum eſt Ambroſij, lib. de dignitate ſacerdotali, cap. 5. vbi ſicut Tharaſius, reprehendit eos, qui pretio, & pecunijs ſacros ordines æſtimantes alios ordinant, eo quod gratiam Dei pecunijs vendant. Et tandem poſt medium inquit, *Quis dat frater Epiſcopalem gratiam? Deus, an homo? Reſpondet: ſine dubio Deus; ſed en per hominem dat Deus*, quod ſane reſponſum ipſe probat, vt ex ſequentibus manifeſtum eſt.

Hyeronim. Octauum teſtimonium eſt Hieronymi in Dialogo contra Luciferianos, vbi parum a principio, cum Luciferianus dixiſſet, laicū venientem ab Arrianis, nempe baptizatum, recipiendum eſſe, clericum autem ab illis venientem, hoc eſt, ab eis ordinatum, recipi non poſſe, orthodoxus pro viribus contendit, & Baptizatum laicum, & ordinatum recipi debere, eo quod eadem ſit vtriusque ratio Sacramenti. Denique Auguſtinus, lib. 2. contra Parmenianum, cap. 13. & li. 1. de Baptiſmo contra Donatiſtas, ca. 1. non ſolum ordinationem ſæpius vocat Sacramentum, verum etiam ipſam æquat cū Baptiſmo, quod attinet ad id, quod diximus de repetione eius, vt nullo modo ſicut neque Baptiſmum iterari queat.

15

Ex quibus manifeſte colligitur, hanc eſſe traditionem Eccleſiaſticam à Chriſto Domino vſque ad nos deriuatam.

Eadem veritas Catholica ſcriptura, & conſenſu Scholaſticorum confirmatur.

CAPVT III.

16 Ex Scholaſticis, eo ſcriptura probatur.

NEQVE Vero ſola traditione Patrum, hæc doctrina catholica nobis conſtat, ſed etiam ex Scriptura manifeſte deducitur, eo quòd in ea aperte contineatur ritus, ſeu cæremonia, ſub qua fit ordinatio, & promiſsio gratiæ, quæ per illā confertur, & mandatū ſeu Diuina inſtitutio, quæ tria, vt diximus, requiruntur, & ſufficiunt ad rationem Sacramenti. Primum quidem continetur manus impoſitio, quæ eſt ritus, ſeu cæremonia; id quod aliqui probant ex illo Acto

rum 6. vbi ordinati fuerunt diaconi per mānuū impoſitionem, *Et orantes*, inquit Scriptura, *impoſuerunt eis manus*. Verum quia, vt diſput. 236. cap. 4. probabimus, ibi non fuerunt diaconi electi ad altare, ſed ad miniſterium menſarum, ideo melius hoc ipſum cōfirmatur ex illo Actorū 14. vbi Vulgata habet: *Et cum conſtituiſſent illis perſingulas Eccleſias presbyteros, & oraſſent cū ieiunationibus commendauerunt eos Domino*. Græcè pro *Conſtituiſſent illis presbyteros*, ſic dicitur: χειροτονησαντες δε αυτοις πρεσβυτερους, ac ſi Latine dicas, *manuū impoſitione eligentes illis presbyteros*: nā, χειροτονεω, idem eſt quod Latine, *Eligo*; *conſtituo*, dicitur autem ab erectione manuū, eo quòd hoc ſigno populus ferebat ſuffragia ad alicuius ſiue Ducis, ſine Magiſtratus electionem: quamuis autem hoc verbū Græcis cōmune ſit ad omne genus electionis, etiam ſi ſine illo ſigno, vel etiam ſi non impoſitione manuum, ſed erectione fiat, nihilominus exiſtimo, hoc loco data opera ab Euangeliſta Luca poſitum, ad denotandum peculiarem modum cōſtituendi presbyteros, non quouis alio ſigno, ſed impoſitione manuum, quæ non conſenſum quomodocumque denotaret, ſed peculiaris ritus eligendi ſacerdotes rationem haberet. Et ita Eccleſiaſticus vſus habet, vt idem ſit χειροτονια, hoc eſt, *Erectio, ſeu elenatio manus*, & χειροθεσια, hoc eſt, *Impoſitio manus*, nam Chryſoſtomus Homil. 13. in 1. Epiſt. ad Timotheum in illa verba, *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt*. Et Concilium Nicænū, in Epiſtola ad Eccleſiā Alexandrinam, apud Theodoretum, li. 1. hiſt. ca. 9. ante medium pro eodem illa duo vſurpant, & Hieronymus etiam in illud, Iſaiæ 58. *Si abſtuleris de medio, &c.* χειροτονιαν, interpretatur ordinationē. Adde eundem Chryſoſt. in homil. 14. in Acta Apoſtolorū, vbi explicans illud, *Elegerunt, &c.* inquit, χειροτονιαν idem eſſe quod ordinationem. Quamuis vt diſputatione ſequente, cap. 4. videbimus per ordinationem ibi non intelligat ſacram ordinationem, de qua nunc loquimur. Hiſce denique temporibus Ieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus in cenſura Orientalis Eccleſiæ, in qua reſpōdet hæreticis Germaniç, qui ipſum in ſuos terrores perducere contendebant, cap. 14. refellit quòd, ſacram ordinationem contemnant, & per chirotoniam eam denotari probat tametſi etiam pro ſuffragio ad electionem etiam vſurpari conſueuiſſe dicat, ſicut inferius notabimus.

Erectione manuū duces, & magiſtratus olim electi. 16

Chryſoſt.

Conc. Nicæn.

Hieronym.

17

Hierem. Patriarcha.

Probant etiam aliqui ex illo Actorum 13. vbi Paulus, & Barnabas electi ſunt à diſcipulis, qui erant Antiochiæ per manuum impoſitionem, quaſi tunc ſint ab eis Epiſcopi ordinati. Id tamen mihi difficile ad modum apparet; neque enim credibile eſt, vſque ad illud tempus Paulum non fuiſſe Epiſcopum, & Apoſtolum ordinatum: nam illa electio Pauli & Barnabæ vel accidit non ſolum poſt conuerſionem eius, vt manifeſtum eſt, verum etiam poſtquam ſemel ſaltē aſcenderat Hieroſolymam, videlicet poſt tres annos conuerſionis ſuæ: vel accidit poſt annos quatuordecim quando iterū Hieroſolymā aſcendit: vtrouis autem modo iam erat Apoſtolus, ac proinde Epiſcopus ordinatus. Quis enim dicat, quādo poſt tres annos aſcēdit, & vidit Petrū, & Iacobū, & manſit apud eos quindecim diebus, vt teſtatur ad Galatas 5. nondum fuiſſe Epiſcopum, & Apoſtolum ordinatum, præſertim cum ipſe dicat ibidem. *Cum autem placuit, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in gentibus, continuo non acquieui carni, & ſanguini, neque veni Hieroſolymā ad anteceſſores meos Apoſtolos, ſed abij in Arabiā*. His enim verbis manifeſte indicat, ſe iamā Chriſto in Apoſtolū electū, & ordinatū, cum ſtatim poſt conuerſionem ſe cōtulit in Arabiam, antequam vllum Apoſtolum videret, aut ab eo aliquid diſceret. Hac enim forma, nempe electione ad prædicationem, cæteros Apoſtolos fuiſſe a Chriſto in Epiſcopos ordinatos, oſtendemus infrā. Quis ergo aſſerat, nondum fuiſſe Epiſcopum ordinatū, quo vſque Actorum 13. electus fuit à diſcipulis in opus, ad quod Dominus eum ſegregauerat. Adde, quòd eo tempore, non conſtat, fuiſſe Antiochiç vllum Apoſtolum ex duodecim, ſed tantū Diſcipulos, Doctores, & Prophetas, vt patet ex ipſo textu Actorum 13. quomodo ergo ab eis Epiſcopum ordinari potuit? Quod enim aliqui dicunt, eo tempore Petrum iam veniſſe Antiochiā, & ab eo Paulum fuiſſe Epiſcopum ordinatum, ſequuti Aratorem in ſuo Poēmate, lib. 2. vbi ait, *Quem* (ſcilicet Paulum) *Mox ſacrauit cuntem, impoſita Petrus ille manu*, nulla ratione probari poteſt: & credibile non eſt, Lucam in eo capite non facturum fuiſſe Petri mentionem, ſi ibi fuiſſet. Neque refert, quod Antiochena Eccleſia iam à Petro fundata eſſet, vt recte probat Baronius in 1. tomo ſub anno Chriſti, 39. §. 9. nam vt ipſe etiam notat, §. 17. ita Petrus fuit Epiſcopus Antiochenus, vt nunquam ab ea Eccleſia receſſerit, ſed cum ei cura vniuerſi orbi

Aliqui nō bene ex Actorum 13. id probant.

18

Paulus in Apoſtolū quando electus.

Electionē ad prædicationē, omnes Apoſtoli in Epiſcopos creati.

19

Paulū fuiſſe in Epiſcopum ordinatum à Petro nōnulli aſſerunt.

Baronius

Reijcitur horum aſſertum.

bis incumberet, ei Ecclesiæ adscriptus non esset, sed eam aliquando visitaret. Quod etiá alij dicunt inter Prophetas illos, & Doctores fuisse etiam Episcopos ab Apostolis ordinatos sine fundamento asserunt, præsertim cum ad Ephes.4. Prophetæ, & Doctores à pastoribus, & Apostolis distinguantur. Existimo ergo, tunc fuisse Paulum, & Barnabam designatos a discipulis Domini ad prædicationem, & Apostolatum, tametsi Paulus à Christo proxime missus, iam ante prædicasset, & cum Apostolis Euangelium contulisset: nec enim repugnabat, quod visibili signo mitteretur ab hominibus, qui à Christo antea missus fuerat. Ad hoc igitur impositionem manuum recepisse Paulum, testatur Chrysostomus homilia 27. in acta Apostolorum, & Hieronymus in lib. de Ecclesiasticis scriptoribus. Neque mirum est, vt maior, nempe Paulus, à minoribus quasi benediceretur per manuum impositionem, nam hoc ipse congregationi omnium, cui reuelatum fuerat, vt segregarent Paulum, & Barnabam, hoc deferendum putauit, vt ipsi omnes pro eo gratiam Spiritus Sancti ad illud opus impetrarent.

12 Paulus, & Barnabas Actor. 13. a discipulis Domini ad prædicationē assignari, licet iā antea à Christo Missi, prædicassent.

Ad quid Paulo, & Barnabæ manus impositæ. Chrysost. Hieronym.

Verum clarissime hæc manuum impositio in ordinatione sacerdotis exprimitur 1. ad Timotheum 4. vbi dicitur: *Cum manuum impositione presbyteri*, & in eadem epistola capite quinto illis verbis: *Nemini cito manus imposueris*, & secundę ad Timotheū primo: *Per impositionem manuum mearum*, quod testimonium allegat pro hac veritate catholica Concilium Tridentinum sessione 23. capite tertio, ea vero omnia loca Patres, & expositores catholici de ordinatione, quæ fit adhibita manuum impositione, intelligunt. Cęterum ad hęc omnia respondet Keminitius loco assignato, impositionem illam manuum fuisse cęremoniam quandam, quę adhiberi solebat ab Apostolis, cum pro aliquo orabant, & eum commendabant Domino, non autem fuisse ritum, & signum externum, quod vim Sacramenti, & promissionem gratiæ annexam haberet. Verum manifeste decipitur, nam quamuis manuum impositio aliquando fuerit cęremonia assumpta tantum ad postulandum Spiritū Sanctū, per solam orationem, qualem existimo fuisse illam Actorum 13. cum Paulus, & Barnabas electi fuerūt, & segregati, vt adprędicādum mitterentur, tamen negari non potest, sępius in Scriptura tamquam cęremoniam, & ritum ordinationis referri, vt patet ex alijs locis assignatis. Nam prima ad Timotheum quarto, & 5. & 2. ad Timotheū 1. nulla fit mentio orationis. Adde quòd illud 1. ad Timoth. 5. *Nemini cito manus imposueris, nec communicaueris peccatis alienis*, nulla ratione de cęremonia adhibita in sola oratione exponi potest. Nam, quamuis quis oraret pro peccatore, & ei manus imponeret, vt ea cęremonia eum Domino cōmendare videretur, nullo pacto diceretur peccatis eius cōmunicare: e contrario vero cum is, qui ordinat ministrum, cito, & absque debito examine manus imponit, non leuem culpam committit, manifestè conficitur, eam manuum impositionem, per quam quis communicat peccatis alienis, esse cęremoniam, & ritum pro Sacramento ordinationis. Et hactenus de ritu huius Sacramenti, qui in Scriptura satis perspicue traditur. Deinde in eadem Scriptura continetur promissio gratiæ cōferendę in ordinatione. 1. ad Timoth. 4. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuū presbyterij*. Et 2. ad Timoth. 1. *Admoneo te, vt recusites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum*.

1, ad Tim. 4 2ª ad Tim 1 Impositione manuū in ordinatione presbyteri, vbi meminerit Scriptura Concil. Trid

Efficax ad versus Keminitium testimonium.

Promissō gratiæ in hoc Sacramento cōferendæ, in scriptura etiam continetur. 1. Ad Tim. 4. 2. ad Tim. 1.

Respondet tamē Keminitius loco allegato, promissionem quidem gratiæ haberi in Scriptura pro ordinatione, non gratiæ iustificantis à peccato, sed gratiæ gratis datæ, seu potestatis, & de hac loqui Paulum locis citatis: Verum & hoc effugium Keminitij facile quidem præcludi potest, nam ad rationē & essentiā Sacramenti nouæ legis minime requiritur gratia iustificans à peccato, hoc est, qua re ipsa peccata deleantur, quia Sacramentum augere in nobis potest iustitiam, etiam si nullum peccatū remittat: satis est, si conferat gratiam, quæ ex se deleret peccatum, si illud inueniret. Neque vero in prędictis locis loquitur Paulus solum de gratia gratis data, qualis est gratia prophetiæ, seu de gratia potestatis, & characteris: nam quamuis de hac etiam verba eius intelligenda sint, tamen cum hæc gratia characteris, & potestatis collata sit à Deo per ritum, & signum externum à Deo institutum, consequitur manifeste, ad vsum rectum illius gratiam quoque iustificātem, & auxilium conferri: neque similis ratio est de dono, & gratia gratis data prophetiæ, quę aliquādo datur sine gratia iustificāte, quia prophetia non datur ritu, & signo aliquo ad hoc peculiariter instituto, sicut potestas, & gratia characteris. Porro autē Paulum loqui de hac gratia iustificante, patet ex verbis sequentibus 2. ad Timoth. 1. Nam postquam dixit, vt susciteret gratiam, quæ erat in ipso per manuum impositionem, rationem subiugit in hunc

Præcludi tur. 23

24 Paulus de gratia iustificante intelligendus est.

Exploditur

Actor. 13.

Keminij Responsio

12

hunc modum. *Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.* Spiritus autē virtutis & dilectionis eſt charitas, & gratia iuſtificans. Ex quo loco hanc catholicam veritatem de promiſſione gratiæ, ac proinde veram rationem Sacramenti Ordinis colligit Concilium Tridētinum ſeſſione, 23. cap. 3. addtis etiam poſterioribus illis verbis: *Non enim dedit nobis Deus Spiritum, &c.* quaſi ea eodem modo expendens. Poſtremo in eadem Scriptura mandatum, & inſtitutio ordinationis non minus perſpicue continetur. Nam Actorum 20. dicitur, *In quo nos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos.* Et ad Epheſios. 4. *Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, alios Prophetas, alios Paſtores, & Doctores.* Quod autē ait Kemnitius, mandatum quidem Domini eſſe, vt eligantur miniſtri, non tamen, vt id fiat cęremonia aliqua, friuolum eſt. Nam cum ex alia parte habeamus ex ſacris literis, ordinationem fieri per ritum, & ſignum aliquod, & cum promiſſione gratiæ, manifeſte conſequitur, inſtitutionem, & mandatum, non tantum fuiſſe de electione ipſa miniſtrorum, & creatione, ſed etiam de ritu, quo creandi erant, cum ex locis citatis conſtet, impoſitionē manuum eſſe cauſam gratiæ, quæ in ordinatione confertur, vt patet ex illo 2. ad Timotheum 1. *Vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.* Præpoſitio enim *per* manifeſte cauſam gratiæ indicat. Cum autem dicitur, 1. ad Timotheum 4. *Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi, per prophetiam cum impoſitione manuum*, illud, *Cum impoſitione manuum*, de notat etiam cauſam gratiæ inſtramentariam: inquit autem *per prophetiam*, non quia prophetia fuerit veluti ritus, ſeu cauſa inſtrumentaria gratię ordinationis per modum Sacramenti, ſed quia per prophetiam, hoc eſt, per reuelationem, quam habuit à Chriſto inſtinctu Spiritus Sancti, ipſum elegit in Epiſcopū, & motus hac reuelatione, ipſi manus impoſuit, & ordinationis Sacramentum ei contulit, ſic enim explicant Adamus, & alij Catholici, imo ex hereticis Caluinus. Quod vero obijcit Kemnitius, Apoſtolos fuiſſe a Chriſto ordinatos ſine ritu, & cęremonia exteriori nullius momenti eſt, tum quia Chriſti potentia non erat Sacramētis, & ſignis externis alligata, & ita ſine vllo ritu exteriori potuiſſet hanc poteſtatem Apoſtolis conferre, tum etiam, quia non ſine verbis, & ſigno exteriori creditur tunc poteſtatē illis dediſſe, licet alia fortaſsis fuerit: nam in cœna dedit illis poteſtatem conſecrandi illis verbis Lucę 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, quibus etiam fortaſſe aliud ſignum nobis ignotū adhibuit, vel ſaltem pro ſigno habuit porrectionem panis, & calicis conſecrati. Cum vero Ioannis 20. dederit illis poteſtatem abſoluendi, inſufflauit, & dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* neque eſt incredibile, tunc etiam manus illis impoſuiſſe.

Quo circa Scholaſtici omnes cum Magiſtro in 4. diſtinct. 24. vno ore pronunciant, ordinationem eſſe vnum ex ſeptem Eccleſię Sacramentis, idque tamquam fidei dogma abſque vlla controuerſia tradunt. Definit tamen Magiſter in illa d. cap. *Si autem quæritur* Ordinem hoc modo, *Ordo eſt ſignaculum, id eſt ſacrum quedā, quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato, & officium*, quam cæteri Scholaſtici probant, Ego tamen exiſtimo, ſi regulas Logicę in tradēdis definitionibus preſſe ſequamur, vocem illam: *Ordinato*, expungēdam eſſe à definitione, & ſine illa tradi debere, aut loco illius ſubrogandam vocem, *Alicui*, notiſsimum enim, & perpulgatum Logicis eſt, definitum non poſſe ingredi definitionem, & in ea poni, ne idem perſe ipſum definiatur, & vt dixit Ariſtoteles 5. Metaphyſicæ cap. 14. & nos 1. p. diſput. 105. capite 2. notauimus, ne idem bis dicatur. Eſt etiam apud eoſdem Logicos ſine cōtrouerſia, loco niminis poſiti in definitione licere, ponere definitionem eius, vt ibidem etiam de relatis probauimus. Si ergo vox: *Ordinato*, in definitione poneretur, vox etiam: *Ordo*, poni poſſet. Nam ſi definias ordinatum, dicere debes, eum qui ordinem habet. Cūigitur non liceat in definitione alicuius rei definitum ipſum ponere, conſequitur, neque vocem *Ordinato* in definitione Ordinis collocare. Definiamus ergo Ordinis Sacramentū hoc modo: *Eſt ſignum Eccleſiæ, à Chriſto inſtitutum, quo traditur alicui poteſtas, & officium*: dico autem à Chriſto inſtitutum, vt à ratione Ordinis, qui eſt Sacramentum excludam ſigna alia Eccleſiæ, & Ordinis, per quæ aliqua poteſtas, & officiū alicui traditur, quia, vt ſequēte diſputatione videbimus, nō ſunt à Chriſto inſtituta, & ideo neque Sacramenta. Verū ſi definire velimus Ordinē in vniuerſum, prout etiam complectitur eum, qui nō eſt Sacramentum, auferre debemus partem illam definitionis, *à Chriſto inſtitutum*. Cęterum Sotus reprehendit Scotum, quod in illa diſtinct. quęſt. prima. §. *De tertio*, ordinē hoc pacto definierit: *Eſt poteſtas ſpecialis ad aliquem actum exequendum in hierarchia Eccleſiaſtica*, ac proinde negare videatur, Ordi-

nem

Probatur ex contextu ipſius Pauli.

Concil. Tri.

Ordinationis inſtitutio. Act. 20. exprimitur. Act. 20.

Kemnitij effugium occluditur.

25.

2. Ad. Ti. 1.

Præpoſitio, per in Scriptura, cauſam inſtrumentariam gratiæ nonnunquam ſignificat.

29

Adamus. Caluinus. Kemnitij obiectio

Eluditur.

Quibus verbis poteſtas conſecrāciſuerit Apoſtolis collata à Chriſto.

27

Ioan. 20.

Concors Scholaſticorum, cū Magiſtro ſententiā ordinationem eſſe Sacramentum.

Definitio Ordinis à Magiſtro tradita.

Quid ab ea expungendum. Ariſtoteles

Definitio Autoris.

Qui deſiniendus ſit Ordo pro vt minores etiam ordines cōplectitur.

Scotus à Sotore prehenditur.

28

nem esse Sacramentum, cum Sacramentum sit signum sensibile, non autem spiritualis potestas. Verum aut Sotus Scotum non legit, aut ipsum maligne interpretatus est: nam in illo quidem.

Sotus defenditur

Manifeste docet Scotus, Ordinē, si proprie loqui velimus, non esse Sacramentum, quia omne Sacramentum est signum sensibile: Ordo autem est quidam gradus spiritualis; quamuis si Sacramentum capiatur pro signo inuisibili, prout aliquid dici cōsueuit, res, & Sacramentū simul, hoc modo, inquit, dici etiam possit Sacramentū. Sic enim character, qui dicitur res, & Sacramentū simul, est spirituale signum; & quodammodo dicitur Sacramentum. Quae etiam ratione videtur Vvaldensis Ordinem definisse, tomo 2. qui est de Sacramentis cap. 116. cum ait: *Ordo est Sacramenta ministrantium habitudo legitima, cuique ratione ministerij sui cōueniens*: nam habitudo legitima idem est, quod potestas. Porro autem discrimen inter illa tria, quae in quolibet Sacramento reperiuntur, nempe, Sacramentum tantum, res tantū, res & Sacramentum simul, ex professo ostendimus 2. tomo in commentario primi articuli D. Thomae q. 66. Verum non propterea negat Scotus textum Ecclesiae Sacramentum, quod sit signum sensibile cōferens gratiam, subdit enim, hoc proprie loquendo esse Ordinationem ipsam, hoc est, actionē, qua minister in ordine, & gradu suo constituitur, & consecratur, quam quidem ordinationem prolixa satis definitione ne sub his verbis, dissignat: *Est institutio alicuius in gradu Ecclesiae praeminente, cui conueniat aliquod ministeriū circa Eucharistiam exhibendum facta a ministro idoneo certa verba proferente, & simul cum intentione debita ministrum gradus illius aliquo signo visibili repraesentās, ex institutione Diuina efficaciter signans gratiam praeminentem, qua ordinatus digne aliquod ministerium exequatur.* Ex qua licet valde prolixa definitione constat, Scotum non negasse, hoc Sacramentum, sed Ordinem ab ordinatione distinxisse, ita vt Ordo sit gradus ipse, seu potestas tradita, quę non est Sacramentum vnū ex septē sed effectus eius; ordinatio autē sit actio sensibilis, per quā quis in Ordine cōstituitur, & potestatem accipit, & hæc actio sit Sacramentum, in quo cum Scoto conuenit Almainus in 4. eadem distinctione 24. quæstione prima articulo tertio columna secunda. Est praeterea in definitione illa tradita à Scoto vitium illud, quod supra in definitione tradita a Magistro notauimus, eo quod vox *ordinatus* intra definitionē po

39

Ordo, & ordinatio in Scoti doctrina differunt. Almainus.

30

natur. Cæterū licet antiquitus hoc Sacramentum non diceretur Ordo, sed ordinatio, vt etiam obseruauit Lindanus, lib. 4. Panopliæ Euangelicæ, cap. 75. §. *Quod hodie*, &c. iuxta quem modum loquendi, recte dixisset Scotus, Ordinem non esse Sacramentum, sed ordinationem; nihilominus iam vsus Ecclesiasticus pro eodem vsurpat Ordinem, & ordinationem, & vnum ex septem Ecclesiæ Sacramentis constituitur. Multo autem melius definitur eo modo, quo nos superius definiuimus, eo quod in definitione Scoti, vt pote valde prolixa, multa sint superuacanea.

Vsus Ecclesiæ pro eodem ordinem, & ordinationem vsurpat.

Quot sint Ordines in Ecclesia, & quæ sint eorum officia. Disput. 236

De prima tonsura. Cap. 1.
De quatuor minoribus Ordinibus, & eorum fruitionibus. Cap. 2.
De Subdiaconis. Cap. 3.
De ministerio diaconorum, qui erant pro mensis pauperum, vera sententia. Cap. 4.
Disoluuntur rationes Doctorum oppositæ sententiæ. Cap. 5.
Quanto tempore hoc ministerium in Ecclesia perseuerauerit, & quo pacto. Cap. 6.
De ministerijs sacrorum diaconorum quæ ex solâ Ecclesiæ institutione illis conueniunt. Ca. 7.
De ministerijs diaconorum, quæ ex Diuina institutione eis adscripta sunt. Cap. 8.
De nominibus sacerdotum, & Episcoporum. Cap. 9
De officijs sacerdotum & Episcoporum. Cap. 10.

De prima tonsura.

CAPVT I.

CVM Sacrificium, & Sacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta sint, vt vtrumque in omni lege extiterit, & in nouo testamēto nouum sacrificium Eucharistiæ ex institutione Christi futurum esset, consequens fuit, vt & sacerdotium nouum ab eodem Christo institui debuerit, sicut his fere verbis definiuit Concilium Tridentinum sessione

1

nē

ne 23. cap. 1. cumque hoc genus ſacerdotij ſicut etiam ſacrificij, in nouo Teſtamento præſtantiſsimum futurum eſſet, conſentaneum valde fuit, vt plures alij eſſent miniſtrorum Ordines, qui ſacerdotio ex officio deſeruirent, minores videlicet & maiores, per quos, ij qui iam clericali tonſura eſſent inſigniti, ad ſacerdotium aſcenderent: veluti idem Concilium eadem ſeſs. cap. 2. definit. Porro autē, vt ibidem dicitur, prēter Ordinem ſacerdotij, ad quem aſcenditur, ſunt ſex alij, quos ibidem Concilium enumerat, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, Exorciſtę, Lectoris, & Oſtiarij, per quos inſigniti iam prima tonſura aſcendere debent ad ſacerdotium. Denique cum dicat Concilium, ſacerdotum, & diaconorum in ſacra Scriptura mentionem fieri, de alijs ſolum dicit, eorum nomina, & propria miniſteria in noua lege ab initio fuiſſe, de quo in ferius dicemus. Admonet tamē Concilium ſubdiaconatum ad tres maiores ordines à Patribus, & ſacris Concilijs referri. De horum igitur omnium ordinum numero, & de eorū miniſterijs, & functionibus in hac diſputatione à nobis differendum eſt, Verum antequam de illis diſputemus, pauca in hoc capite de prima tonſura dicenda ſunt, & vtrum ſit Ordo, an non, explicandum. Angelus in ſumma verbo, *Ordo*, 1, n. 1. poſtquam retulit ſententiam Theologorum, opinionem Iuriſprudentium, in cap. *Cum contingat*, de ætate, & qualitate ordinandorum probare plane videtur, ſicut notauit Syluester in ſumma eodem titulo, q. 1. nempe, primam tonſuram eſſe Ordinem, & ita illis ſemptem, quos enumerauimus, octauum addendum eſſe. Ex Scholaſticis vero eandem ſententiam cum Angelo ſequuntur Maior, in 4. d. 24. qu. 1. col. 2. & Ioannes EKius in homil. de Ordinibus. Confirmant autem ex prædicto capite, vbi ſic dicitur. *Cum contingat interdum, quod laici ad monaſteria conuolantes à ſuis Abbatibus tonſurentur, requiſiſti, an cleritatus Ordo in tonſura huiuſmodi conferatur*: nam cum ibi, & iterum in fine capitis, primam tonſuram Pontifex appellet Ordinem cleritatus, in numerum Ordinum Eccleſiæ redigenda videtur. Gloſſa autem Bernardi in predictum caput verbo, *Abbati*, qui hanc ſententiam cum alijs iuris Doctoribus ſequitur, notat primam tonſuram idem eſſe, quod Pſalmiſtatum, idque etiam plane ſupponunt Abbas, Innocentius IIII. & Ancarranus in idem caput.

Vera tamen ſententia, eſt primam tonſuram non eſſe proprium Ordinem Eccleſiaſticum, iti docent Antiſiodorenſis in ſummā, lib. 4. tractatu 8. q. 1. columna 2. & Scholaſt. in 4. d. 24 S. Thom. q. 3. art. 1. q. 2. Bonau. 1. p. diſtin. art. 1. q. 2. Ricardus, art. 1. quę. 2. Durandus, q. 4. qui quæſtione, 2, nu. 17. idem dicit de Pſalmiſtatu, quem diſtinguit plane à prima tonſura, & de hoc ſolum idem dixit Thomas de Argentina, q. vnica art. 2. reſpondens ad quintum, & ipſum fortaſſe a prima tonſura diſtinxit, quamuis Bernardus in illud caput citatum, idem cum ea eſſe dicat: conſentiunt etiam Paludanus eadem, d. q. 3. num. 6. ſupplementum Gabriel. q. 1. art. 3. qui pro eadem ſententia citat Rabanum, li. 1. de inſtitutione clericorum. Dominic. Sotus, q. 2. art. 1. ad 4. Petrus Sotus lib. de inſtitutione ſacerdotum, lectione, 4. de Sacramento Ordinis §. *Ex his igitur*, circa finem illius, Syluester loco citato, & denique recentiores omnes Theologi. Cęterum prędicti Doctores non eadem ratione hanc ſententiam confirmant. Antiſiodorenſis, & Ricardus ideo eam probant, quia corona ſit diſpoſitio ad Ordinem: cum quibus cōuenire videtur Bonauentura: inquit enim, ideo primam tonſuram, ſeu clericatum non eſſe Ordinem, quia potius eſt præparatio quædam ad Ordinem, nempe, vt homo ex ſtatu laico ad Ordinem Eccleſiaſticum aſcendat, veluti tempus, & ſtatus probationis in religione, eſt medius inter ſtatum ſecularem, & religioſum: & ſtatus cathecumeni inter ſtatum Gentilis, & Chriſtiani. Verum hæc ratio infirma eſt, nam quamuis cleritatus, ſeu prima tonſura ſit diſpoſitio, ſeu præparatio ad alios Ordines, poſſet etiam eſſe Ordo, ſiquidem vnus Ordo ad alium ſuperiorem præparat, & diſponit. Quocirca prædictis doctoribus probandum ſupererat, primam tōſuram ita eſſe præparationem, & diſpoſitionem ad Ordines, vt ipſa Ordo non ſit. Porro autem licet ſit veluti medius ſtatus inter laicum, & oſtiarium, cęteroſque Ordines ſuperiores, tamen cum ipſa conſtituat ſtatum clericorum, qui à laicis plane differunt, adhuc deſideratur ratio, ob quam ita conſtituat ſtatum illum medium, vt nullum Ordinem conſtituat.

Durandus vero, & vterque Sotus, alia ducuntur ratione, quia nimirum per primam tonſuram ad nullam actionem, & miniſterium ſacrum quis deſignatur, & , vt ait Dominicus Sotus, ad nullam actionem ſacram, quam non poſsit laicus exercere, nam quamuis clerici deſignantur ad Diuinas laudes, eas etiam laicus decantare poteſt, neque per tonſuram poteſtas vlla conferetur, per Ordinem

dunt.

Primam tō ſuram, non eſſe proprie ordinem, Autor exiſtimat. *Antiſiodorē. S. Thomas. Ricardus. Durandus. Paludanus. Supplemētum Gab. Domin. Sot. Petrus. Sot. Syluester.*

In proban da hac ſen tentia diſ ſentiūt au tores.

Ratio Ricardi, & Antiſiod.

4

Non pro batur.

Ratio Durādi & vtri uſque So ti.

5

Per ſex gradus, ad ſacerdotium aſcenditur.

An ſit Ordo prima tonſura.

Affirmat Angelus.

Sententiā Angeli ſequuntur, Maior Ioannes E-Kius.

Gloſſa Bernardi. *Abbas. Innocentius. Ancarran.*

Primam tō ſuram cum pſalmi ſtatu confū-

nem autem designantur homines ad aliquē actum sacrum, quem laici exercere nō possunt, & aliqua potestas confertur; ergo prima tonsura non est Ordo. Hanc tamē rationem merito quidē improbat Paludanus loco allegato, quia licet per primam tonsurā nemo designetur ad actionem sacram peculiarē; tamē omnes designantur ad laudes Dei decantandas, quæ quidem actio sacra est, & cōmunis toto Collegio clericorū. Neq; obstat, quod dicebat Scotus, hanc actionē laudandi Deum cōuenire etiam laicis: nā sicut munera Ordinū minorū etiam laicis conuenire possunt, licet nō cum eadē solennitate; ita etiam hoc munus laudandi Deū, ad quod clerici deputantur, conuenire poterit laicis, licet nō cū eadē solēnitate, hoc est in conuentu, & congregatione clericorum cū eodē apparatu. Adde, quòd clerici ita deputantur ad laudes Dei decantandas, vt eligi possint ad Ecclesiastica beneficia, cū tñ laici eligi nequeant. Denique S. Thom. quem sequitur Paludanus, hoc modo eandē opinionē cōfirmat: Per Ordinem quēcumq; datur potestas ad peculiarem actionem, illud autē per quod quis designatur ad cōmunem actionē, Ordo dici non potest: atqui per tōsuram nō datur potestas ad peculiarē actionē, sed ad cōmunem, nēpe ad laudes Dei decantandas, per illamque solū deputatur quis ad chorū, vbi peculiare officium ei non conuenit: ergo prima tonsura non est Ordo. Verum hæc ratio eodē modo refelli posset, quo præcedens: supereſt enim probandum, ad rationem Ordinis requiri, vt quis ad peculiare munus, & officium potestatē accipiat, neque satis esse ad cōmunem actionem deputari. Et ita idem contra hanc rationem obijci posset, quod cōtra præcedentē. Ego igitur existimo, efficacem huius sententiæ rationē ex definitione ipsa Ordinis in vniuersum, & Ordinis Ecclesiastici colligendā esse, quā ex doctrina Scoti in 4. dist. illa 24. q. 1. §. *Circa quæstionē*, nō obscure deducere mihi videor, inquit enim ille, Ordinē bifariā vsurpari, vno modo prout definitur ab Augustino lib. 19. de ciuit. Dei, c. 13. partū à principio in hūc modū: *Est rerū parilū, disparilūque vnicuique sua loca tribuens dispositio.* Quo sanè modo Ordo capitur pro tota rerū dispositione, & habitudine: & cū hac Ordinis acceptione, & definitione existimo omnino conuenire definitionē illam, quā 1. par. disp. 67. c. 1. ex Scholasticis tradidimus, *Est habitudo plurium ad vnum primum, seu ad vnum prius*: nā in omni Ordine sumpto pro habitudine, hęc rerū disparitas vt minimū inuenitur, vt vnū sit prius, aliud autē posterius. Sic etiam de ordine loquitur Arist. 12. Metaphysicę, c. 10. textu 52. cum inquirit, vtrū bonum vniuersi sit in ordine, an per se? & respondet, esse in ordine, & omnia vniuersi coordinata quodāmodo esse. Hac similiter ratione, inquit Scotus, dispositio rerum in Republica dicitur esse ordo: hoc autē pacto non vsurpatur in præsenti Ordo, cū de Sacramento Ordinis agimus. Altero modo (inquit) capitur Ordo pro gradu aliquo eminente in Republica, qualis dicitur ordo, & gradus equestris, nobiliū, & Senatorū. Qua ratione plebeij nō dicūtur habere gradum, & ordinem in Republica, quia tantū habent id, quod omnibus ciuibus cōmune est, nēpe esse vnū de Republica. Sic etiam in studiorū vniuersitate, ij tantū dicuntur habere ordinē, qui gradū aliquem habent, & hoc posteriori modo vsurpatur Ordo, cum loquimur de Ordine Ecclesiastico, quasi dicamus, de gradu Ecclesiastico. In hoc sensu accepit Ordinē, nēpe pro gradu Stephanus Eduensis in tract. de Sacramento altaris, qui est in 4. to. Bibliothecæ sacræ in præfatione, seu prologo illius, vbi inter alia ita loquitur: *Ad quod significandū prædictorū graduū ministerio Ecclesiæ decoratum: sed, qui ad hos gradus promoueri intendunt, regale signum prius accipiunt, &c.* hoc est primā tonsuram. Anacletus in epist. 1. c. 2. postquam in præcedenti mentionem fecit Episcopatus, Presbyterij, & diaconatus, inquit, *Cæterorū autē graduū, &c.* per gradus alios Ordines intelligens. Ita etiam Cyprian. lib. 2. epist. 5. quę est in ordine nunc 33. & lib. 4. epist. 5. quæ nunc est 34. Ordines Ecclesiasticos gradus vocat. Et Concil. Trident. sess. 23. c. 4. cū ait: *Præter cæteros Ecclesiasticos gradus, &c.* Et Autor epistolę ad Rusticū Narbonensem, quæ est 13. apud Hieronymum 9. tomo in fine, capitis, & in titulis cæterorum, gradū pro Ordine vsurpat. Per Ecclesiam autē, à qua vocamus Ordinem Ecclesiasticum, nō intelligimus congregationem fidelium in vniuersum, sic enim etiam initiati prima tōsura Ecclesiasticum Ordinem habere dicerentur, & gradum eminentem, cum supra laicos sint constituti, & ab eis separati in cetu fidelium: sed intelligimus Templum Domini, in quo laudes decāntatur, & cętera sacra peragūtur. Quo circa idē est Ordo Ecclesiasticus, quod gradus aliquis in Tēplo ad ministrandum, per quem ascenditur, vt infra ex Concilio etiā Tridētino videbimus.

Ex hac igitur doctrina ręctè explicatur, & ostenditur, quare 1. tonsura nō sit Ordo, eo quòd

Reijcitur merito a Paludano.

Occurritur Scoti obiectioni

S. Thomæ & Paludani ratio.

6

Efficax Autoris ratio pro firmanda sua sententia.

Quibus modis accipiatur nomē Ordo, Aug.

Scholasticorum definitio.

7 Aristotel.

8

Stephani Eduensis.

Anacletus.

Cyprian.

Conc. Trid.

Pseudoillerd.

eoquòd illa initiati, in nullo gradu eminente ad miniſterium Templi ſunt conſtituti, eſt enim eorum ſtatus communis omnibus Templi miniſtris, ac proinde quaſi in ipſo pauimento, & infimo loco huius Eccleſiaſticę congregationis videntur eſſe. Cõtra verò oſtiarius cum in hac Templi congregatione ad aliquod peculiare munus ſupra communem ſtatum clericorum ſit deſtinatus, in eminenti gradu conſtitutus eſt, ac proinde Ordinem habere dicitur: id quod de lectore, & alijs ſuperius enumeratis eodem modo ſequitur. Atque hoc modo ratio etiam S. Thomæ, & Paludani de electione ad peculiare miniſterium non male explicari poſſet, & eadem omnino cum hac noſtra eſſet.

In verò ſenſu Sã. Thomæ, & Paludani, ratio poteſt explicari.

Confirmari demum poteſt hæc communis ſententia autoritate Concilij Tridentini ſeſſ. 23. cap. 2. vbi, cum dixiſſet, plures eſſe in Eccleſia Dei miniſtrorum ordines, qui ſacerdotio deſeruiunt, ſubdit: *Vt qui iã clericali tonſura inſigniti eſſent, per minores ad maiores aſcenderent.* Deinde enumerat tres maiores, & quatuor minores tantum, vt initio huius capitis memorauimus. Supponit igitur, ante omnem Ordinẽ debere eſſe hominem inſignitũ tonſura clericali, & veluti in pauimento huius congregationis miniſtrorum, vt ita per Ordines poſtea, tanquam per gradus aſcendat: ac proinde non ſolum Ordinem pro gradu vſurpat, ſed ſupponit planè, tonſuram primam præcedere debere, & ita eam non eſſe Ordinem. Hoc eodẽ modo loquitur Stephanus ille Eduenſis in prologo illo cit. his verbis: *Sed qui ad hos gradus* (hoc eſt Ordines) *promoueri intendunt, regale ſignum prius accipiunt, quod habent in ſummitate capitis expreſſum, & a rotunditate corona nuncupatur.* Denique in Pontificali dũ agitur de creando clerico non dicitur in titulo, *De clerico ordinando*, ſed *faciendo*: ſtatim verò ſequitur, *De Ordinatione oſtiarij*, & ſic de alijs Ordinibus minoribus, & maioribus.

Conc. Trid

Eduenſis

Quod verò pro priori ſententia afferebatur ex capite, *Cum contingat, De ætate, & qualitate ordinandorum*, parum momenti habet, ſi rectè ea, quæ diximus, conſiderentur. Reſpondet autem Dominicus Sotus, Innocentiũ in eo capite non vſurpaſſe Ordinem pro Sacramento, ſed pro diſpoſitione, qua primus ſit ad Ordines introitus. Verum hoc reſponſum mihi non placet, quia licet Innocentius ibi non accipiat Ordines pro Sacramento, poſſet ſumere pro ordine Eccleſiaſtico, de quo in vniuerſum nunc diſputamus; etenim ex ſententia etiã ipſius Dominici Soti, nõ omnes Ordines Eccleſiæ ſunt Sacramenta: nunc autem ſolum contendunt aduerſarij, primam tonſuram eſſe Ordinem, ſicut & quatuor minores, licet non ſit Sacramentum. Paludanus verò reſpondet, Ordinem ibi accipi pro Collegio, ſicut dicitur Ordo religioſorum, non pro Ordine, prout de illo nunc contendimus. Verum cum Ordo duobus illis ſolum modis accipiatur, & pro diſpoſitiene, ſeu habitudine plurium; & pro gradu; & pro diſpoſitione ibi accipi nequeat, vt patet, conſequitur, accipi pro gradu. Et ſane cum dicimus Ordinem religioſorũ, Ordo vſurpatur pro diſpoſitione, iuxta regulã, & ſtatuta congregationis. Cum autem dicimus Ordinem Eccleſiaſticorũ, non itẽ. Reſpondeo igitur; Ordinem in dicto capite vſurpari ab Innocentio pro gradu eminente, nõ quidem in Eccleſia, (hoc eſt) in Templo, inter miniſtros illius, ſed in Eccleſia, hoc eſt in tota cõgregatione fidelium: nam omnes inſigniti prima tonſura dicuntur eſſe in gradu eminente ſupra cæteros fideles laicos. Et hoc modo Alcuinus lib. de Diuinis officijs, cap. 35. in 3. tomo Bibliothecæ ſacræ, clericalem tonſuram vocat Ordinem. Verũm, vt ſupra diximus, Ordo Eccleſiaſticus non dicitur relate ad totam congregationem fidelium, ſed ad congregationem miniſtrorum in Templo. Et hoc ſenſu prima tonſura non eſt Ordo, quia non eſt gradus, per quem in Templo ad ſacerdotium aſcendatur, ſed primus Ordo (hoc eſt) primus gradus, per quem ij, qui in Templo miniſtrant, incipiunt aſcendere, eſt oſtiarius, ſicut primus gradus in ſcala eſt ille, ad quẽ primo ex pauimento domus aſcenditur. Neque contra id, quod diximus, quidquam habet momenti, quod Sixtus V. in motu proprio, edito anno 1588. nonis Ianuarij contra male promotos ad Ordines, primam tonſuram appellet characterem clericalem: nam characterem accipit pro deſtinatione ad ſtatum illum clericalem, non quod putaret, per tonſuram imprimi qualitatem characteris, ſicut per Sacramentum Ordinationis.

Cap. Cum contingat, exponitur.

Soti expoſitio.

Improbatur.

Alcuinus.

Quid vellẽ Sixtus V. dum in motu proprio primam tõſuram, characterẽ appellat.

Ex dictis quoq; conſequitur, pſalmiſtatũ non eſſe Ordinẽ, neque Pſalmiſtã in aliquo Eccleſiaſtico Ordine conſtitutũ, ſi pſalmiſtatus idem ſit, quod prima tonſura, vt voluit Bernardus in illud caput, *Cum contingat, De ætate, & qualitate ordinandorum.* Ego verò exiſtimo cum Durando loco ſuperius citato, Pſalmiſtam non eſſe idẽ, quod clericum, neque pſalmiſtatum idem quod pri-

Deductio expoſita doctrina. Pſalmiſta, & Pſalmiſtatus, à clerico, & prima tonſura, differunt.

primam tonsuram, & nihilominus non esse Ordinem, seu gradum Ecclesiasticum. Et quidem Isidorus lib.2. de officijs Ecclesiasticis, cum cap.1. egisset de clericis, & à capit.5. incepisset agere de Ordinibus clericorum, & initium ducens à sacerdotibus, & ad inferiores suo ordine procedens egisset, cap.11. de lectoribus: cap.12. agit de Psalmistis, tamquam de distinctis, & diuersis: inverso autem ordine procedens in Epistola ad Ludifredum, quæ refertur canone *Perlectis*, 25. distinctione eodem modo loquitur de Psalmista. Probat autem Durandus quæst. illa 2. num.17. Psalmistatum, non esse Ordinem, quia tantum est officium psallendi, aut cantandi Psalmos, hoc autem pertinet ad totum chorum, hoc est, ad omnes clericos: & quamuis Isidorus dicat, ad hoc munus eligi consueuisse, nempe de choro, sola iussione presbyteri absque licentia Episcopi quinque, quos probatos esse in arte cantandi constitisset, non propterea negat, quemlibet de choro ad hoc eligi posse, sed asserit, hos tantum eligi cõsueuisse, vt dulcedine vocis suę mentes auditorum delectarentur, id quod desumpsit ex Concilio Carthaginensi 4. cap. 10. Quæ de causa narrat, antiquos, pridie quã cantare deberent, à cibis abstinere, & leguminibus vesci consueuisse. Porro autem hãc electionem non esse ordinationem, ac proinde officium psallendi non esse Ordinẽ in Ecclesia, patet ex Concilio Carthaginẽsi 4. cap. 10. & refertur canone *Psalmistæ*. 23. vbi post quam in præcedentibus capitibus assignauit Concilium formam ordinandi Episcopũ, sacerdotem, & cæteros, qui in Ordine aliquo sunt constituendi, vsque ad ostiarium, & electionem horum vocauit ordinationem, & ipsos ordinari dixit: de Psalmista cap. illo 10. sic loquitur: *Psalmista (id est cantor) potest absque scientia Episcopi, sola iussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero, vide, vt, quod ore cãtas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes.* Non dixit, potest ordinari, sed potest officium suscipere, Psalmistę autem officium multo minus esse, quam primæ tonsuræ, & clerici, patet: na primam tonsuram sacerdos sine iussu Episcopi conferre nequit, at vero quisque ad psallendi officium eligi potest à sacerdote sine Episcopi licentia, vt in prædicto canone dicitur. Supererat, vt de antiquitate primæ tonsuræ, & statu clericalis in Ecclesia Dei diceremus, de hoc tamẽ sequẽte disput. agentes de antiquitate, & institutione Ordinis, tractabimus.

Isidorus. 11

Alcuinus.

Isidorus. 13

Antiqui pridie, quã in Eccl sii cañerent, ab alijs cibis abstinentes, leguminibus vsci consueuerunt *Concil. Carthag.*

Cõcil. Carth. 14

Clericos autem dictos fuisse à voce κλῆρος latine *Sors, hæreditas*, eo quod in sortem Domini, & hæreditatem eius destinati sunt, recte notauit Isidorus lib.2. de Diuinis officijs cap.1. Quocirca, & in ipsa initiatione, seu collatione primę tonsurę, inquit Episcopus, sicut habetur in Pontificali: *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi*: Ex Isidoro autẽ id sumpsit Alcuinus lib. de Diuinis officijs c.36. §. *Cleros*, in 3. tom. Bibliothecæ sacræ.

De quatuor minoribus Ordinibus, & eorum fruitionibus.

CAPVT II.

SVNT Igitur septem Ordines Ecclesiæ, hoc est, septem gradus Ecclesiastici, quatuor minores, & tres maiores, minores sunt ostiarij, lectores, exorcistę, & acolythi: maiores vero sunt subdiaconi, diaconi, & sacerdotes. Quamuis autem maiores Ordines sacri etiam dicuntur, minores vero non item, tamen non eadẽ ratione dicuntur sacri, & maiores: sicut etiã non eadem ratione dicuntur maiores, & non sacri: nam sacri dicuntur, vel quia Sacramenta sunt, vt nonnulli volunt, vel certe, quia annexum habent votum castitatis, per quam homines Deo sacrantur, vt disput. 248. cap. 2. probabimus. Maiores dicuntur alia ratione: sacerdotium quidem, quia per illud ad maius officium, & munus destinatur ordinatus: diaconatus autẽ, & subdiaconatus, quia diaconus, & subdiaconus sacerdoti consecrãti in altari proxime assistunt, & ministrant. Et quidem hanc rationem pro subdiaconatu, vt inter maiores Ordines numeretur, assignauit Stephanus Eduensis lib. illo de Sacramento altaris cap. 5. Cęteri autẽ quatuor dicuntur non sacri, vel quia Sacramenta non sunt, vel certe, quia non habent annexum votum castitatis, vocantur autem minores, quia eis ordinati in minori gradu ministrant, cũ sacerdoti proxime non assistant. Per sex autem Ordines ad sacerdotiũ, quod est in supremo gradu veluti per sex gradus ascẽditur, & vnusquisque eorũ constituit ordinatum in Ecclesia (hoc est) inter alios Ecclesiasticos, & clericos primæ tonsurę in aliquo eminentiori loco, & gradu, & hac ratione Ordo dicitur, vt præcedenti capite explicatum est.

Tres maiores ordines sacri dicuntur, quia habẽt annexum votum castitatis

Stephanus Eduensis.

Cur cæteri quatuor ordines dicantur nõ sacri eo minores. 16

Iam vero de singulorũ ministerijs, & functionibus incipientes ab inferiori, sicut incipit Stephan. Eduẽsis lib. illo de Sacramento altaris, dicamus. Primus igitur Or-

Stephanus Eduensis.

do est ostiarij. Est autem ostiarius idem, quod ianitor, qui Templi ianuis præficitur: sicut enim in Templo Salomonis erant ianitores, qui ianuarum Templi curam habebant (inquiunt Isidorus libro secundo de officijs Ecclesiasticis cap. 14. & in Epistola ad Ludifridum, & refertur canone *Perlectis*, 25. distinctione. Rabanus libro de institutione clericorum, capite duodecimo, & Hugo de Sancto Victore 2. libro de Sacramentis, par. 3. cap. 6.) quique per vices suas omnia interiora, & exteriora custodiebant: ita etiá in nouo Testaméto sunt ianitores, qui ianuis Templi præsunt, & curam illarum habent, & omnia interiora, & exteriora illius custodiunt: horum autem munus est, vt ait Stephanus ille cap. 1. deposita in Ecclesia fideliter custodire: id quod etiam Isidorus indicat, vt proxime vidimus, cuius verba habent etiam Hugo, & Autor Epistolæ ad Rusticum Narbonensem apud Hieronymum, in 9. tomo cap. *De secundo Ordine*: & aperte etiam docet Alcuinus lib. de Diuinis officijs cap. 35. in 3. tomo Bibliothecæ sacræ. Dein de admittere in Templum dignos, & inter eos, & indignos discernere, vt Stephanus, & Isidorus docent: recipere autem solum possunt fideles, infideles autem omnes reijcere debent, vt ijdem Patres dixerunt; verum: vt notauit Stephanus, in primitiua Ecclesia non omnes fideles omnino admittebãtur, nam catechumeni admittebantur solum vsque ad Euangelium, & denique semper fideles excommunicati, & interdicti excludẽdi sunt: in forma autem huius Ordinis (cuius meminerunt Stephanus ille, & Hugo, & in Pontificali habetur) hæc omnia paucis verbis significantur; dicitur enim ad ostiarios: *Sic agite, quasi reditur Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus reclauduntur*: Additur etiam in Pontificali aliud munus, & officium, nempe pulsare cymbalum, & campanam, & librum aperire ei, qui conciona-tur. Hoc tamen posterius in vsu non est. Porro in ofício, & munere ostiarij plane nobiscum conuenit Caluinus lib. 4. institutionum capite. 4. §. 9. illudque apud veteres fuisse fatetur; subdit tamen capite 19. §. 27. non esse ostiarios solenni ritu ordinandos, sed debere esse sicut ianitores in domibus prophanis, quod est contra vsum Ecclesiæ, & contra Concilium Carthaginense, & Tridentinum, vt infra videbimus.

Ostiarij, ianitoribus Templi Salomonis respondent. *Isidorus. Rabanus.*

17

Ostiarius deposita in Ecclesia fideliter seruat. *Isidorus. Hugo. Alcuinus.*

Dignos in Templum excipit, indignos expellit. *Stephanus, Isidorus.*

18

Cymbalũ pulsat, & concionatori librũ aperit.

Caluinus in hoc, ex parte cum catholicis conuenit.

Secundus Ordo seu gradus, ad quem Ecclesiastici in Templo Dei ascẽdunt, est lectoris: putat autem Petrus de Soto libro de institutione sacerdotũ, lectione secunda pro-

Lectoris officiũ, quod sit. *Isidorus.*

prium munus lectoris esse, legere lectiones Prophetarum. Et sane Isidorus libro illo secundo capite 11. Hugo de Sancto Victore, libro illo secundo de Sacramentis, parte tertia capite septimo, & Rabanus libro primo de institutione clericorum, capite 11. & Autor epistolę ad Rusticũ Narbonensem, quę est 13. apud Hieronymum in tomo nono, inquiunt, lectorum Ordinem, formam, & initium à Prophetis accepisse: *Sunt enim* inquiũt, *lectores, qui verbũ Dei prædicant, quibus dicitur: Clama ne cesses, &c.* Isai. 58. Ex quo fortasis occasionẽ accepit Petrus Soto, vt assereret ad solas lectiones Prophetarum legendas ipsos destinari. Verum Stephanus Eduensis libro illo citato, capite secundo, non officium prædicandi, nec lectiones Prophetarum tantum legendi, sed officium legendi canonicas Scripturas illis tribuit. Hugo autem officium legendi Prophẽticas, & Apostolicas lectiones, Clemens vero Romanus, libro secundo constitutionum, capite 57. alias 61. inquit, ad ipsos pertinere legere libros Moysis veteris Testamenti, quos singillatim ibi recenset. Cyprianus denique libro secundo epistola quinta, quę nũc est 33. in ordine, & libro quarto epistola quinta, quę nunc est trigesima quarta, lectori tribuit lectionem Euangelij, quod intelligendum est, non quidem in Missa, sed alia occasione, qua vero occasione, vel quãdo hę legendę sint Scripturę, non explicant. Cęterum ex Pontificali vtrumque munus, & officium lectoris proprium colligitur, dicitur enim, lectorem oportere legere ea, quæ prædicat, & lectiones cantare, intelligit autem eas, quæ in Diuinis officijs cantari solent, & fortasis antiquitus tantum legebantur, & ideo non nomen cantoris, sed lectoris huic Ordini tributum est. Verũ cum officium quoque diaconi sit prædicare populo Euãgelium, difficultas est, quomodo lectori officium prædicandi conueniat? Cardinalis à Turrecremata, in canone: *Perlectis*, 25. d. putat, in diaconis idem esse munus prædicandi, & legendi, ita vt prædicatio sit idem, quod lectionum Scripturę recitatio: & pro hac sententia refert Hugonem de Sancto Victore, id tamen Hugo nõ docet. & in Pontificali vt distincta hæc duo assignãtur; dicitur enim, lectorẽ oportere legere ea, quę prædicat. Denique Epiphanius, qui in compendiaria vera doctrina, quæ est post hæresim 80. aliquantulũ ante finẽ illius compendij, meminit lectorũ, & eos vocat interpretes linguę in linguã, siue in lectionibus, siue in colloquijs, & paulò superius dixerat, sacerdotem

Hugo. Rabanus. Pseudo Hieronymus.

Isai 14. Sotus.

19

Stephanus Eduensis.

Hugo.

Clemẽs Rom.

Cyprianus.

Turrecrem.

Epiphanius.

20

dotem non esse lectorum, sed veluti scribā sermonis: videtur igitur dicere, officium lectoris esse interpretari ea, quæ à sacerdote veluti à scriba dicuntur: & hac etiam fortasse ratione munus prædicandi ei adscribitur. Ego tamen existimo, aut non eadem solennitate, aut non de eadem re, hoc officium prædicandi vtrique conuenire, sed ad diaconum pertinere prædicare Euangelium maiori cum solennitate, ad lectorem autem alias Scripturæ lectiones minores solenniter populo explicare. Et quidem Isidorus in Epistola ad Ludifridum, quæ refertur canone, *Perlectis*, 25. dist. inquit, ad lectorem pertinere vaticinia Prophetarum populo prædicare: fortasse autē, vt notauit Sotus in 4. dist. 24. q. 1. artic. 3. §. *Secundum immūdorum genus est*. hoc genus prædicationis in lectoribus, solum est institutionis cuiusdam, & veluti catechismi, circa catechumenos baptizandos. Ex antiquis autem Doctoribus nullus alius est, qui hoc genus prædicandi in lectoribus explicauerit.

Munus prædicandi diuersi modo lectoribus, & diaconis conuenit. *Isidorus.*

21

Tribuitur præterea in Pontificali aliud officiū lectori, nempe panem, & nouos fructus terræ benedicere. Cæterum quia opus est, vt lector distincte, & aperte absque vlla falsitate discernēdo omnia genera pronunciationis, Scripturas coram populo legat, sicut Isidorus, & Stephanus, & Hugo dicunt, ideo subiungunt, oportere, lectorem præditum esse scientia, & eloquentia, id quod etiam indicat Alcuinus lib. de Diuinis officijs cap. 35. in 3. tomo Bibliothecæ sacræ, atque vt ait Isidorus, & doctrina imbutum, quod tamen hoc tempore parum seruatur. In forma autem huius Ordinis officium legendi, & prædicandi videtur expressum, dicitur enim *Accipite, & estote verbi Dei relatores, habituri si fideliter, & vtiliter impleueritis officium vestrum, partem cum his, qui verbum Dei bene ministrauerunt*. Cum dicitur, eos habituros partem cum his, qui ministrant verbum Dei, indicatur munus prædicationis. Putat autē Lindanus lib. 4. Panopliæ Euangelicæ. c. 78. lectorum vices nunc in choro explere musicos cantores, multaque docte, & pie pro musicæ in choro reformatione ibi tradit. Isidorus autem postquam cap. 11. prædicti libri egit de lectoribus, in capite 12. agit de Psalmistis, & cantoribus, quos tamen in nullo gradu Ecclesiastico constitutos nunc esse superiori capite monuimus. Cæterum Caluinus libro quarto institutionum cap. 4. §. 9. fatetur quidē, olim hoc officium lectorum fuisse in Ecclesia: dicit tamen non fuisse Ordinem certum, ad quem aliqua solennitate quis eligeretur; fallitur tamen manifestè, quandoquidem non solum in Concilio Carthaginensi 4. cap. 8. præscribitur modus & ritus ordinandi lectorem, sed etiam Cyprianus lib. 2. Epistola 5. quæ est in ordine 33. de Aurelio nobili iuuene inquit, meruisse quidem vlteriores gradus clericæ ordinationis, sibi tamen placuisse, vt interim ab officio lectionis inciperet, nempe, quòd & hoc officium inter gradus Ecclesiasticos numeraret. Idem dicit de Celerino in lib. 4. Epistola 5. quæ nunc est in ordine 34. & cum de eo dixisset, iustè quidem assumptum fuisse ad munus lectoris, vt Sanctū Euangelium legeret, qui fidē eius coram tyrāno fuerat professus, subdit: *Viderit, an sit vlteriorem gradus, ad nē proficiscitur in Ecclesia possit*: vbi plane intelligit, lectoris officium aliquem esse gradum in Ecclesia, qui tamen superiores habeat: & lib. 3. Epistola 22. quæ nunc in ordine est 24. inquit, se fecisse Saturum, qui antea confessor fuerat, lectorem, quē prius constituerat proximum clero, hoc est statui clericali, committendo illi lectiones aliquas, quibus ipse experiretur peritiam, & vtrum ad hæc omnia idoneus esset: vbi plane distinguit vtum legendi ab officio, & ordine ad hunc finem peculiariter constitutum.

Panē, & nouos terræ fructus benedicere, lectoris est.

Lectorem scientia præditū, & eloquētem esse, oportebat

24

Lindanus.

Caluinus lectorum officiū in Ecclesiacō cedit, illius tamē fuisse ordine negat.

Refellitur ex Cōcil. Carthag. 4. & ex Cypriano.

23

Tertius ordo, seu gradus est exorcistæ, cuius munus, vt dicitur in Pontificali, est per impositionem manus pellere dæmones ab energumenis, & dicere populo, vt qui non communicat, det locum alteri, & aquam in ministerio fundere. Porro autem, vt dicitur in forma huius Ordinis, potestatē accipiunt exorcistæ imponendi manus super energumenos (hoc est) super eos, qui à dæmone obsidentur, siue baptizati fuerint, siue cathecumeni. cumque ante baptismum, semper præcedant exorcismi ad fugādos dæmones, licet cathecumeni reuera nō sint corporaliter, sed tantum spiritualiter à dæmone obsessi, ideo & hoc officium super cathecumenos in vniuersum illis conuenit. Ex quo intelligitur aliud munus signatum in Pontificali, de effundenda aqua in ministerio, intelligendū enim est de ministerio baptizandi, ita vt illis conueniat post exorcismos, impiere fontē aqua pro Baptismo, & hoc est fundere aquā non super cathecumenum, sed in fontem baptismi, vt baptizetur. Aliud autē, quod est, admonere populum, vt qui non communicat det locum alteri, satis manifestum est, tametsi non sit in vsu, sicuti neque præcedentia. Isidorus in illa Epistola ad Laudifridum, quæ refertur canone *Perlectis* 25. dist. nct. & lib. 2. de officijs Ecclesiasticis cap. illo 13. Ka-

Exorcistæ officia.

Fontem Baptismi attingentes Cathecumenos implent Exorcistæ

24

binus lib. 1. de institutione clericorum cap. 10, Alcuinus loco citando, Hugo lib. 2. de Sacramentis p. 3. cap. 8. Stephanus Eduensis lib. illo de Sacramento altaris capite tertio, nō meminerunt illius officij mittendi aquam pro ministerio, neque alterius monendi populum, vt qui non communicat, det alteri locum. Circa hunc ordinem notat Alcuinus lib. de Diuinis officijs cap. 35. in tertio tomo Bibliothecæ sacræ, non posse officium eius ab vllo alio exerceri, nisi ab eo, qui hoc ordine est insignitus, intellige, vel cum solennitate, vel etiam sine illa, quod peculiare videtur inter minores Ordines, id quod ait sacris canonibus statutum esse, & ita moribus receptum est, quod est valde notandum pro his, quæ de irregularitate dicemus suo loco. Porro Isidorus, Rabanus, & Hugo, qui cōtēdebēt omnes Ecclesiasticos Ordines in nouo Testamento introductos fuisse instar alicuius ministerij, quod fuerit in veteri, dicunt, exorcistas merito comparari Actoribus Templi, quos Beda loco inferius citando vocat Autores Templi, qui tempore Esdræ fuerunt, vt dicitur primo Esdrę capite secundo, hi autē erant, qui eodem capite dicuntur filij seruorum Salomonis, tametsi in eo capite, id de ipsis nō exprimatur, vt notarunt prædicti Patres locis citatis, & Lyranus in eum locum, & Beda in illud primi Esdræ secundo, *Numeros viuorum*: Erant igitur Filij seruorum Salomonis præfecti, quibus demandata erat cura reficiendi Templorum, si aliqua ex parte indigeret, nam, qui eodem capite Esdrę dicuntur Nathinæi, deseruiebant ad deferanda ligna, & lapides, & alia ad reficiendum Templum, vt capite sequente dicemus: sicut igitur illi Autores præpositi erant, vt reficiendi Templi materialis curam haberent, sic etiam exorcistę habent Tēpli spiritualis, pro quo reparando, dæmones ab energumenis expellant. Hoc autē notarūt prædicti Patres, quia pro viribus contendunt, Ordines in nouo Testamento instar alicuius officij, quod fuisset in veteri, fuisse institutos. Quod vero Caluinus vult, hoc officium in Ecclesia Dei solum fuisse gratiam gratis datam ad fugandos dæmones, falsum est, vt disput. 337. cap. 2. videbimus, nam licet aliquando ad hoc munus non esset Ordo aliquis institutus, sed sola gratia gratis data, tamen postea institutum fuisse Ordinem ab Ecclesia, manifestum est.

Hugo. Stephanus Eduensis.

25

Alcuini obseruatio.

Isidorus. Rabanus. Hugo.

Exorcistæ Autoribus Salomonici Templi comparātur laudati Patres.

26

Cōfutatur Caluinus, qui gratiā gratis datam, officium exorcistarū appellauit.

Quartus Ordo est acolythi, seu potius acoluthi. Putat autem Dominicus Sotus in 4. d. 24. q. 1. art. 3. §. *Tertio loco ordinatur*, esse duplex nomen huius ordinis, nempe *Acolytus*, & *Acoluthus*, & vtrumque Græcum esse, prius autem significare idem quod, *Non prohibitum*, eo quod non prohibeatur ignem accēdere, & alia huiusmodi ministrare, posterius autem idem denotare, quod famulum, & ministrantem qualis est pedisequus. Nam licet acoluthus cum cereo accenso non subsequatur, sed antecedat presbyterum, postea tamen ministrat subdiacono vrceolos cum vino, & aqua, & tunc videtur ipsum quasi pedi sequus sequi. Verum manifeste fallitur Sotus: neque enim est duplex illud nomen Græcum pro hoc Ordine sub duplici illa significatione, sed vnum tantum, nempe *Acolutheos*, corrupto autem θ. & mutato in υ. passim dicitur *Acolythus*, à verbo Græco, ἀκολουθέω. *Acolutheo*, quod significat, *Sequor, sector; commitor, obsequior, famulor, sum proximus*, vt notant periti linguę Græcæ, quamuis autem sit nomē Græcum, ἀκόλυθος, *Acolythus*, Latine, *Solutus liber, nullius imperio parens*, tamen in hunc Ordinem non recte conuenit: & ita Lindanus libro quarto Panopliæ Euangelicæ, cap. 78. sub finem, recte notauit, quosdam minus perite existimasse, Ecclesiæ acolytos dictos, fuisse quasi non prohibitos. Parum autem refert quod ille, qui dicitur acoluthus, subsequatur, aut præcedat: nam hoc ipso quod comitatur, vt famulus, à prędicto verbo Græco recte deducitur *Acoluthus*, cum ex famulis quidam Dominum præcedant, quidam autem subsequantur. Dicitur autem acoluthus, alio nomine *Ceroferarius*, quod nomen, tamquam magicum pro sua solita dicendi licentia, irridet Caluinus libro quarto institutionum, cap. 9. & 23. cum tamen eo vtatur Cōcilium quartum Carthaginense cap. 6. vbi tamquam Ordinem Ecclesiasticum numerat, ac proinde non est credēdum acoluthos, nullos alios fuisse, nisi cubcularios Episcoporum, vt falso contendit Caluinus. Vt autē dicitur in Pontificali, duplex est munus acoluthi, vnum est deferre cereos accensos ante presbyterum, ac proinde accendere in sumaria Ecclesiæ, & pro hoc datur ei ceroferarium cum cereo, tamquam materia sub hac verborum forma: *Accipite ceroferarium cum cereo, & sciatis vos ad accendendum Ecclesiæ luminaria mancipatos in nomine Domini*. Alterum, est vinum, & copiam in vrceolis ad Eucharistiam ministrare, & pro hoc datur tamquam materia vrceolus vacuus, quem tangere debet ordinandus sub hac verborum forma: *Accipite vrceolum ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi in nomine Domini*. De hoc Ordine,

Sententia Soti de significatione nominum Acolythi, & Acoluthi.

27

Autori displicet. Germana huius nominis Acoluthi, significatio. Acolythus liberū, & nullius imperio parēs nota.

28

Falso putat Caluinus acoluthos, cubicularios Episcoporum fuisse. Acoluthi officia. *Cōcil. Carthag.*

29

Isidorus. Rabanus. dine non meminit Isidorus libr. de officijs Ecclesiasticis, mentionem tamen facit Rabanus lib. illo 1. de institutione clericorum cap. 9. illi autem solum assignant officium cereos accensos ferendi, non ad fugandas tenebras, sed in signum lętitię.

Stephanus Eduensis. Idem tamen omnino, quod in Pontificali traditur, docent Stephanus ille Eduensis, libro de Sacramento altaris, capite quarto, vbi refert prędictam materiam, & formam: & Hugo de Sancto Victore, libro secundo de Sacramentis, parte tertia, capite nono, & vtrumque officium ei tribuunt. Quinimo, & idem Isidorus in Epistola ad Ludifridum, quæ refertur 25. distinct. canone *Perlectis*, tria ei officia adscribit: primum præparare luminaria in sacrario, alterum cereum deferre, tertium vero his verbis. *Ipse vasa suggesta pro Eucharistia, calices subdiaconus præparare*, hoc est aquam, aut vinum pro Eucharistia in vasis præparet acolythus; subdiaconus vero calicem præparat pro eadem Eucharistia. Aliqui codices mendose legunt, *Subdiaconis*, cũ qua lectione non posset cõstare sensus. Cæterũ duo priora officia pro eodem merito reputãtur. Cum quibus Scholastici conueniunt, quos sigillatim referre opus non est. Hunc ordinem in lege noua comparat Rabanus ijs, qui in Templo Salomonis, & tabernaculo lucernas quotidie accendebant. Porro de antiquitate horum Ordinum, & institutione nihil in præsenti agendum est, sed disputatione sequente dicemus. Cæterum Stephanus ille capite sexto fusiu, probat, Christum exemplum aliquod horum omnium Ordinum in se ipso suscepisse, sicut in fine omnium Ordinum referemus. Contra numerum minorum Ordinum obijcere nobis quis posset pluresalios, qui iuxta definitionem capite præcedente assignatam, qua distinximus Ordinem à prima tonsura, & clericatu videntur esse Ordines: de hoc tantum dicemus disput. sequente.

Isidorus. 30

De subdiaconis.

CAPVT III.

TRES Esse maiores Ordines, certum quoque apud catholicos est, vt in primo capite notauimus, videlicet subdiaconatum, diaconatum, & sacerdotium. Qua vero ratione dicantur maiores, ibidem explicuimus: in hoc autem capite, & sequentibus, non de eorum antiquitate, & institutione, sed de eorum proprijs muneribus, & functionibus differemus, sicut supra de minoribus Ordinibus tractauimus: nam de institutione, & antiquitate in sequente disputatione agemus. Ex his tribus Ordinibus maioribus duo sunt, per quos ascenditur ad sacerdotium, tertius autem est ipsum sacerdotium. Prior autem, per quem ascenditur ad sacerdotium, est subdiaconatus, cui in Pontificali Romano hæc officia, & munera assignantur, aquam ad ministerium altaris præparare; diacono ministrare; pallas altaris, & corporalia abluere, calicem, & patenam in vsum sacrificij eidem offerre. Denique ibidem insinuatur, munus illius esse, oblationes populi suscipere, & supra altare ponere. Isidorus vero libro illo secundo de officijs Ecclesiasticis, capite decimo: & Rabanus libro primo de institutione clericorum capite octauo, tria tantum ex ijs officia ei assignant, oblationes populi accipere in Templo, obedire officijs diaconorum, seu leuitarum, & vasa corporis, & sanguinis Christi diaconis præparare. Per vas corporis intelligunt patenam, per vas autem sanguis calicem, sicut etiam Alcuinus lib. de Diuinis officijs, capite 35. in tertio tomo Bibliothecę. De præparatione autem aquę ad ministerium altaris nihil dicunt: verum in materia, quam inquiunt subdiacono offerri, non obscure illius meminerunt: dicunt enim, eì offerri scyphum aquæ cum aquamanili, & manutergio, sicut etiam dicitur in Pontificali. Ex quo intelligitur, officium illud præparandi aquã pro ministerio altaris non esse intelligendum de aqua, quæ infundenda est vino ante consecrationem, sed de aqua pro lotione manuum, vt expresse notauit Hugo de sancto Victore, libro secundo de Sacramentis, parte tertia, capit. decimo: nam aquę administratio cum vino pro calice consecrando intelligitur per illud, quod est diaconorum officijs obedire, & ita datur illis, vt tangant vrceolos plenos aquã, & vino; non quod ipsi proprijs manibus ministrent vrceolos diacono, hoc enim munus est acolythi, sed quòd ei assistant ad infusionem vini, & aquæ, & vt dicitur in Missali Romano, subdiaconus diacono offerat vrceolum aquæ, & dicat ei, *Benedicite Pater Reuerende.* Horũ etiãrerũ meminit Stephanus Eduensis lib. illo de Sacramẽto altaris c. 5. addunt autẽ ipse, & Hugo de sancto Victore lib. 1. de cærẽmonijs, Sacramentis, officijs, & obseruationibus Ecclesiasticis, cap. 37. esse etiam munus subdiaconorum, cantare Epistolas

Sub diacõ munera

Idorus. Rabanus

Alcuinus

Ad lotionẽ manuum sacerdotis subdiaconus aquã præparat.

Hugo.

Acolytus vrceolos ministrat diacono.

Stephanus Eduensis. Hugo Victorinus.

31 33

in Miſſa, quod etiam ex Pontificali conſtat: nam ibi traditur eis liber Epiſtolarũ ſub hac forma verborum: *Accipite libum Epiſtolarum & habete poteſtatem legendi eas in Eccleſia ſancta Dei, &c.* Huius officij meminit Cõciliũ Rhemẽſe ſub Carolo Magno cap. 4. Exiſtimo autem prẽcipuum munus illius eſſe, vaſa corporis, & ſanguinis Chriſti diaconis offerre, hoc enim munere propiùs accedit ſubdiaconus ad officium prẽcipuum ſacerdotis, & ita vt dicemus diſput. 238. cap. 5. pro materia Ordinationis non offertur ſubdiacono liber epiſtolarum, ſed calix vacuus cum patena, & licet pallas etiã tangat, vrceolos, & ſcyphum cum manuſtergio, neceſſaria tamen materia, & eſſentialis eſt ſolus calix vacuus cum patena, hanc enim ſolus Epiſcopus tradit, ad quem pertinet ordinatio, cætera vero prẽbet Archidiaconus.

Concil. Bemenſe. Neceſſaria, & eſſentialis materia in ordinatione ſubdiaconi eſt calix vacuus cũ patena.

Fuiſſe etiam antiquam Eccleſiæ conſuetudinem, vt ſicut diaconi prẽerant portis virorum in Templo, ſic etiam ſubdiaconi portis mulierum præeſſent, notat Michael Medina loco citato ex Clemẽte Romano lib. 8. conſtitutionum cap. 5. ibi tamẽ id non dicit Clemens cap. autẽ 11. aliàs 15. ſolum dicit, vt inter Miſſarum ſolennia præter diaconum, qui aſsiſtit Epiſcopo in altare, alij diaconi deambulent per Eccleſiam, & conſiderent viros, & mulieres, nequis fiat ſtrepitus, & diaconi ſtent ad ianuas, quibus viri ingrediuntur, & hypodiaconi ad ianuas, quibus mulieres, nequis egrediatur, nempe inter Miſſarum ſolennia; dicitur autem Græce ſubdiaconus, ὑποδιάκονος quaſi ſubminiſter, eo quòd ſit inferior diacono, ſeu miniſtro, & ei obedire debeat. Porro Iſidorus, Hugo de S. Victore, Rabanus locis citatis, & Auctor Epiſtolæ ad Ruſticum Narbonenſem, quæ eſt 13. apud Hieronymum tomo 9. cap. De quarto gradu Eccleſiæ, putant hunc Ordinem in Eccleſia, & nouo Teſtamento reſpondere Nathinæis, qui in Templo humiliter ſeruientes eſſe dicebantur, ex quorum ordine cenſent fuiſſe Nathanaelem, eo quòd, vt conſtat ex 1. Eſdræ 8. cap. Nathinæi erant miniſtri domus Domini, imo dicuntur dati à Dauide ad miniſteria Leuitarum. Idem docuit Iſidorus lib. 7. Ethymologiarum capit. 12. quod eſt de clericis: refertur autem ad literam liber illi de Diuinis officijs Iſidori in Concilio Aquiſgranenſi 1. ſub Ludouico Imperatore, & idem ex ipſo deſumpſerunt Rabanus lib. 1. de inſtitutione clericorũ cap. illo 8. Magiſter in 4. diſtinct. 24. capite: *Quintus eſt*, & Gratianus canone *Cleros*, diſtinct. 21. §. *Hypodiaconis, &c.* & Beda in illud primi Eſdræ

Subdiaconos antiquis Nathinæis reſpõdere nõnulli putãt Mich. Med. 33

Iſidorus. Hugo. Rabanus. Pſeudo Hier.

Iſidorus. 34 *Rabanus. Magiſter. Gratianus. Beda.*

capite ſecundo, *Numerus virorum, &c.* horum autem ſententia, quod attinet ad comparationem hypodiaconorum cum Nathinęis, ſequitur Michael Medina lib. 1. de continentia cap. 40. tum quòd in Scriptura Nathinęi ſemper iuncti Leuitis nominentur, quaſi ipſis proxime in Templo miniſtrarent, tum etiam quòd illi oblationes à populo in Templo ſuſcipiebant, ſicut etiam nunc ſubdiaconi. Ego vero hanc ſententiam, quod ſpectat ad Nathinæos difficilem puto, eo quòd, vt notauit Lyranus in capite primo libr. 1. Eſdræ Nathinæi erant, qui ſeruiebant ab deferendam aquam, ligna, & alia neceſſaria pro miniſterio Leuitarum: idemque docuit Ioannes à Turrecremata in canonem *Cleros* 21. diſt. §. *Ad ſextum*, numero 62. atque hac ratione non potuerunt eſſe miniſtri intra ipſum Templum, ſicut erant ianitores, & cantores, ſed inferiores etiam actoribus, ſeu autoribus, quos diximus præpoſitos fuiſſe reparationi Templi, quamquam & hi erant filij ſeruarum Salomonis: id autem confirmatur, ex eo quod Latina interpretatio 70. nunc per Sixtum emendata 1. Eſdrę octauo capite, pro eo quod Vulgata ait. *Et de Nathinæis, quos dederat Dauid, & Principes ad miniſteria Leuitarum, Nathinæos ducentos*, ſic habetur: *Et de ijs, qui Tẽplo ſeruiebãt (quos de erat Dauid, & Principes in ſeruitutem Leuitarum) ſeruientes ducẽtos*, pro *ſeruientes*, autem Græce eadem Biblia Græca Sixti, non habent ναθιναίους, *Nathinæos*, ſicut habẽt Cõplutẽſia: ſed ἱεροδούλους, hoc eſt, edituos ſeu ſacra ſeruantes, vel potius ſeruos ſacros, ſicut habet tranſlatio antiqua Ioſephi, libro 11. antiquitatum, capite 5. aliquantulum ante finem, noua autem tranſlatio habet *Sacrorũ miniſtrorum*, quę mihi minus probatur. Vtitur autem Ioſephus in Græco voce illi ἱεροδούλες, quæ denotat ſeruum ſacrum, & vſurpat ſeruos pro Nathinęis, antiqua autem tranſlatio omiſit Autores, cum tamen in Græco habeãtur. Porro pro, *In ſeruitutem* non habent Biblia Septuaginta emendata per Sixtum, εἰς δουλείαν ἐστ ιν ſed, ἐργασίαν, quę vox Latine ſignificat opificium, effectum, operationem, licet ad omnia opera accommodari ſoleat. Ex quo videtur ſequi, hos datos fuiſſe ad opera illa inferiora, quæ dixit Lyranus, & in ea quidem ſententia hi etiã erãt ſerui, & mãcipia ſacra, id enim videtur denotari illis verbis: *Quos dederat Dauid, & Principes*, eamque alia ratione eos non potuerunt dare Principes, niſi quia cũ ſerui ſui eſſent, donare ipſos, & filios ipſorum

35

Non probatur Autori.

Lyranus. Turrecrema.

36

Ioſephus.

Nathinæi manu pia, & ſerui ſacri.

Templo

Templo voluerunt, vt Leuitis in illis inferioribus operibus inseruirent; quinimò, ex eo, quod Isidorus, & alij eos vocant humiliter seruientes, non obscure colligitur, non ita propinquos fuisse Leuitis ad sacrificia, & officia spiritualia Templi, sicut nunc sunt subdiaconi diaconis, & sacerdotibus, sed potius ianitores, & cantores propinquiores fuisse in ministrando. Ioannes à Turrecremata hos Nathinæos putat fuisse Gabaonitas, quos Iosue capit. 9. Principes populi donarunt, & adscripserunt seruitio Templi, atque ego etiam ita censeo, & propterea dixisse Esdram 1. lib. cap. 8. *Quos dederat Dauid, & Principes.* Addo tamen fuisse alios Nathinæos donatos à Dauide, sicut dicitur in prædicto capite, quamuis alibi id non legamus. Porrò id quod ait Michael Medina, Nathinæos semper iunctos Leuitis nominari, falsum est: nam 1. Esdræ, capit. 2. & 2. Esdræ cap. 7. in fine magis propinquè ponuntur cantores, & ianitores, dicitur enim: *Habitauerunt ergo sacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi in vrbibus suis,* & eisdem capitibus, dum recensentur ij, qui ascenderunt de captiuitate, primò numerantur, qui erant de populo, secundò sacerdotes, tertiò Leuitæ, quartò cantores, quintò ianitores, post hos autem Nathinæi. Idem ordo seruatur 2. Esdræ capit. 10. & Iosephus lib. 11. antiquitatum cap. 5. aliquantulum à principio, post sacerdotes meminit Leuitarum, ianitorum, & cantorum, & deinde seruorum sacrorum, qui erant Nathinæi. Primo quidem Paralipomen. 9. parum à principio, recensentur statim post Leuitas Nathinæi, verum ibi non fit mentio ianitorum, & cantorum. Denique quod ait Michael Medina, Nathinæos consueuisse accipere oblationes populi in Templo, nulla Scriptura confirmat, neque video quo testimonio, aut Scripturæ, aut Patrum probare possit.

Isidorus.

Ioannes à Turrecrem.

Nathinæi idem, quod Gabaonitæ seruitio Templi adscripti.

38

Iosephus.

De ministerio diaconorum, qui erant pro mensis pauperum, vera sententia.

CAPVT IIII.

39

POSTERIOR Ordo maior, per quem ad sacerdotium ascenditur, est diaconatus, de cuius muneribus, & officijs in hoc capite tractabimus. Verum antequam illa assignemus, de nomine ipso pauca notabimus: Διάκονον, *Diaconon*, igitur Græci appellant, quem Latini ministrum vocant, aut famulum, & quam Græci dicunt διακονίαν, *Diaconiam*, Latini vocant *Ministerium, Obsequium, Officium, &c.* & vt rectè notarunt Lindanus libro quarto Panopliæ Euangelicæ cap. 79. & Michael Medina, libro primo de continentia cap. 13. & 25. communis vox est ad omne genus ministerij, & officij, siue sit sacrum, siue laicum, siue sit Episcopi, siue sacerdotis, aut diaconi. Nam in secunda Epistola ad Timotheum capit. quarto, vbi inquit Paulus ad ipsum, *Ministerium tuum impple*, pro, *ministerium*, Græcè est διακονίαν; & tamen iam erat Episcopus consecratus, ideò enim scribit ad eum in prima Epistola, capite quarto: *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyterij*, & cap. 5. *Manus cito nemini imposueris*, quod iam ordinatus esset Episcopus: vt docent Theophylactus, & OEcumenius, in vtrumque locum, & manifestè colligitur ex Theodoreto. Nam illud ex capite quinto intelligit de ordinandis, vt nemo nisi prius examinata vita eius, ordinetur quod est nemini cito manus imponere. Ordinare autem ad solum Episcopum pertinet. Colligitur etiam ex Chrysostomo, homilia 13. nam illud capitis 4. *Cum impositione manuum presbyterij*, inquit intelligendum esse non de presbyteris, hoc est sacerdotibus, sed de Episcopis: denotat igitur Timotheum ordinatum fuisse ab Episcopis; ordinatione, autem à pluribus Episcopis, non sacerdos, sed Episcopus consecratur, vt manifestum est. Addè, quod Timotheus, vt minimum tunc erat ordinatus sacerdos per impositionem manuum, ac proinde diaconia, & ministerium, quod ei commendabat Apostolus, erat sacerdotis, non diaconi. Christus etiam dicitur, Διάκονος, *Diaconos*, & minister circuncisionis, ad Romanos 15. Denotat etiam prædicta vox ministrum prophanum, & secularem. Nam ad Romanos 13. Regem, quem Latinè ministrum Dei appellat, Græcè Διάκονον, *Diaconon*, Dei vocat. Denique in Scriptura frequentissimus huius vocis, Διάκονος, *Diaconos*, vsus est, pro quocunque genere ministri, & ministerij. Et vbi Vulgata conuertit ministrum, in Græco est prædicta vox. Verum iam vsu Ecclesiastico Latina facta, & accòmodata est, vt solùm ministrũ altaris, què diaconũ vocamus significet, de cuius ministerijs, & officijs in præsenti differimus.

Lindanus. Mich. Medi.

Theophylact. Theodoretus. OEcumenius

40

Chryf. ſt.

Diaconia ministeriũ sacrũ, vel prophanũ significat.

Plura munera, & officia sancti Patres diaconis Ecclesiasticis assignant, inter quæ, quoddã erat non proprium Ordinis, eo quod non pertineret ad seruitium Templi, huiusmodi

iuſmodi autem erat, vt pauperum curam haberent, & menſis eorum præeſſent, & ad hoc
41 miniſterium electi fuerunt ab Apoſtolis ſeptem diaconi, ſeu miniſtri, Actorũ 6. quorum vnus erat Stephanus, & reliqui quoque ibi numerantur: de quibus ſexta Synodus generalis, ſeu Patres illius, in Trullo iterum congregati, canone 26. inquiunt, hos diaconos non fuiſſe de viris, qui miniſtrant myſterijs, ſcilicet Miſſæ, ſed de ijs, qui ad miniſterium menſarum adhibebantur: neque verò video, qua ratione Baronius tomo primo
Baronius. annalium, ſub anno 34. Chriſti. §. 286. hunc canonem ſpurium vocet, neque enim in eo negatur Ordo ſacer diaconatus in Eccleſia, ſed illud quod diximus de priori illa electione Stephani. Quare cum Surius inter canones illos alios notet, vt ſpurios, hunc minimè ita notauit, nec notare potuit, eo quòd ex doctrina Patrum planè deſumptus fuerit. Idem enim quod Trullani Patres, expreſſè etiam dixit Arethas in illud Actorum 6. his verbis. *Vnde electos crearunt diaconos, non iuxta gradum, qui nunc eſt in Eccleſia, ſed διακόνους, ideſt, miniſtros, vt omni cum diligentia, & non neglectim diſtribuerent viduis ſimul, & orphanis, ea quæ ad alimentum repoſita*
Theophil. *erant.* Idem ſenſit Theophylactus in eundem locum, tametſi dicat eos, nomen, & dignitatem presbyterorum, tunc iam habuiſſe.
42 Fuiſſe tamen electos ad illud miniſterium pauperum, quod de ſacra Ordinatione diaconorum non potuit intelligere, ſiquidem, exiſtimauit eos tunc iam presbyterorum nomen, & dignitatem, hoc eſt Epiſcoporum obtinuiſſe; ac proinde ſacra Ordinatione, non poterant in diaconos Eccleſiæ ordinari, fuit autem ſententia manifeſta Chry-
Chryſoſt. ſoſtomi in eundem locum, quem allegant pro ſe Patres Trullani, quod attinet ad ordinationem diaconorum, vt ea non fuerit ſacra, qualis eſt ad miniſterium altaris, quamuis contra Theophylactum ſentire planè videatur, ſeptem illos viros, nec tũc fuiſſe preſbyteros, hoc eſt, Epiſcopos. Verba Chryſoſtomi difficilia ſunt, & iuxta trãſlationem Eraſmi, quæ eſt in operibus Chryſoſtomi, nõ rectè cõuerſa. Quo circa prout recitata fuerunt in Trullo, canone illo 16. placuit ea referre, & obiter vitium tranſlationis Eraſmi notare: *Quam nam autem* (inquit Chryſoſtomus, vt citatur à 6. Synodo) *habebant hi autoritatem, & quã acceperunt ordinationem, ſcire*
43 *neceſſarium eſt, numquid diaconorum?* (videlicet ſacrorum ad miniſterium altaris ordinatorum.) Reſpondet autem: *Atqui hoc non eſt in Eccleſijs*, ac ſi dicat hoc miniſterium præſidendi menſis, & habendi curam pauperum, non fit in Eccleſijs, & Templis, in quibus miniſterium ſacrorum diaconorum exhibetur; ergo non acceperunt ſacram Ordinationem diaconorum, quæ nũc eſt in Eccleſijs, vt etiam dixit Arethas, ſubiungit deinde Chryſoſtomus, *Sed eſt presbyterorum diſpenſatio?* quaſi dicat hoc miniſterium ad quod fuerũt electi ſeptem illi viri, numquid
44 erat presbyterorum, vt tunc ad presbyterium ordinarentur? Reſpondet autem: *Atqui nullus adhuc erat Epiſcopus, ſed ſoli Apoſtoli*: hoc eſt, non fuit quidem ordinatio, & miniſterium presbyterorum, hoc eſt Epiſcoporum, quia nullus adhuc alius erat Epiſcopus, etiam poſt horum ordinationem præter Apoſtolos: cõcludit denique in hęc verba, *Vnde nec diaconorum, nec presbyterorum nomen exiſtimo apertum eſſe, ac manifeſtum*: nempe pro illis, vt exiſtimemus, aut in diaconos ſacros, aut in presbyteros eos tunc fuiſſe ordinatos. Verum ſecundum tranſlationem Eraſmi, qui illa verba: *Sed eſt presbyterorum diſpenſatio.* legit ſine interrogatione, ſenſus valde obſcurus eſt, imò, & verba Chryſoſtomi contradictionem continent, nam poſtquam dixit ordinationem illam non fuiſſe diaconorum ſubdit: *Sed presbyterorum eſt hæc diſpenſatio, tametſi nullus adhuc eſſet Epiſcopus, ſed Apoſtoli ſoli. Vnde diaconorum, neque presbyterorum nomen extare, opinor clarum, ac manifeſtum*: quibus verbis, vt dixi ſibimet cõtradiceret Chryſoſtomus, nam ſi illa ordinatio fuiſſet presbyterorum, hoc eſt Epiſcoporum, alius præter Apoſtolos eſſet Epiſcopus, ſi autem per presbyteros, ſacerdotes ſolùm intelligeret, & ante illorum ordinationem diceret Epiſcopos, ſolùm fuiſſe Apoſtolos, quorſum adderet illud, *Tametſi nullus adhuc, &c.* Nullam enim connexionem cum præcedenti haberet. Denique non rectè concluderet, ex dictis, non extare clarum nomen diaconi, aut presbyteri pro illis ſeptem electis. His etiam Patribus accedit Beda in ſexto tomo, in retractatione
Beda. in Acta, explicans prædicta verba Actorum 6. qui idem expreſſè docet, imò etiam Euſe-
Euſebius. bius libro 2. hiſtoriæ, cap. 1. vbi docet Stephanum electum fuiſſe, & ordinatum cũ alijs ſex miniſterij viduarum gratia, hoc eſt loco
45 viduarum, vt earũ munus ſubirent, ſicut inferiùs oſtendemus. Ex quo planè ſentire videtur tũc non fuiſſe electum ad altaris miniſterium: atque hanc opinionẽ ex Theologis, probant Lindan. li. 4. Panoplię, c. 79. & Mi-
Lindanus. Mich. Med. chael Medina, lib 1. de continentia. c. 26. & Caietanus in eum locum Actorũ citatũ, & in illud

illud 1. ad Timoth. cap. 3. *Diaconos ſimiliter pudicos*, imo & Tomo 1. Opuſculorum tractatu, 11. art. vnico quem immeritò noſter Salmeron citat pro oppoſita ſententia, quaſi meliùs in eo tractatu quam alijs locis docuerit.

Salmeron. Septē diaconos, ad ſacrumdiaconatū ordinē Actorum ſexto promotos eſſe cēſet P. Salmeron, & ibi diacōatus ordinē eſſe primò inſtitutū.

Verùm noſter Alphonſus Salmeron in prædictum locum Actorum 6. pro viribus contendit, ibi inſtitutum fuiſſe ſacrum Diaconatus Sacramentum, probat aut primùm quia Apoſtoli elegerunt homines plenos Spiritu Sancto & ſapientia, habenteſque bonum teſtimonium, quæ potius ad miniſterium ſacrum altaris, quam ad menſas requiri videbantur. Deinde quia oratione, & impoſitione manuum fuerunt electi, quæ ad miniſterium menſarum minimè videbantur neceſſaria, cum ad miniſtrādum communem cibum, & potum in menſa, ſimplex populi electio ſine illis Apoſtolorū ceremonijs ſatis videretur. Poſtremò probat ab effectu, eo quod ſtatim poſt hanc electionem, Stephanus plenus gratia, & fortitudine faciebat ſigna magna in populo, neque poterant aduerſarij reſiſtere ſapiētiæ, & Spiritui qui loquebatur in eo, vt dicitur eodem, cap. 6. nam & diaconis altaris conuenit munus prædicandi verbum Dei, vt inferiùs dicemus: cum igitur ſtatim Stephanus prædicauerit, ſignum eſt, tunc ordinatum fuiſſe ſacrum diaconum. Hanc etiam prædicationem ſeptem illorum diaconorum, colligit noſter Alphonſus ex illis verbis eiusdem capitis, poſt electionem illorum ſeptem; *Et Verbum Dei creſcebat*, nempe opera, & ſtudio illorum, qui fuerant electi. Cęterum quia quęſtio hęc facti potius eſt, quam iuris, hanc ſuam ſententiam confirmat teſtimonio Patrum antiquorum Clementis, li. 8. conſtitutionum, Ignatij in Epiſtola ad Trallianos, Dionyſij, cap. 5. de Eccleſiaſtica Hierarchia, & Epiſtola 8. quę eſt ad Demophilum, inter medium & finem, Cypriani, li. 1. Epiſtolarum Epiſtola 4. quę eſt in ordine 68. & li. 3. Epiſtola 9. quę eſt 65. Hieronymi, in cap. 48. Ezechielis, Bedæ in illud Actorum 6. iam citatum. Et Aratoris, in Acta, & aliorum quorum verba, & ſententiam inferiùs explicabimus. Adducit quoque Salmeron pro ſua ſententia Caietanum tom. 1. Opuſculorum tractatu illo 11. quem dicit multò meliùs in eo ſenſiſſe de hac re, quam in prædictum locum, Actorum 6.

Allegātur à Salmerone hi Patres. *Clemens Romanus. Alexander Ignatius. Dionyſius. Cyprianus. Hieronym. Beda. Arator.*

Verū quamuis Apoſtoli eo loco Actor. 6. ſeptem illos viros ad ſacrum Diaconatus Ordinē elegiſſent, & conſecraſſent, atque id citra controuerſiam eſſet, non deberet noſter Salmeron aſſerere, neque vllo modo dicere poſſet, eo loco hūc ſacrū Ordinē fuiſſe inſtitutum. Nam vt infra dicemus inter catholicos citra controuerſiam eſſe debet, hunc Ordinem eſſe Sacramentum, idque Salmeron ingenuè fatetur. Præterea certum eſt omnia Sacramenta à Chriſto ante Aſcenſionem eius fuiſſe inſtituta, ergò cum hęc electio ſeptem diaconorum ad menſas, facta fuerit poſt Chriſti Aſcenſionem, vt conſtat, non potuit eſſe inſtitutio Sacramenti. Adde quod vt probauimus 2. to. huius. 3. p. diſp. 131. c. 1. Chriſtus per ſe ipſum omnia Sacramēta inſtituit, & nullius inſtitutionē Apoſtolis cōmiſit: ergò hac electione facta ab Apoſtolis non fuit vllum Sacramentum inſtitutum. Cōtrouerſia igitur nunc non eſt, an eo loco fuerit Sacramētum diaconatus inſtitutum, ſed vtrum eo loco ſeptem illi viri fuerint Sacramento diaconatus ad miniſterium altaris ordinati, an ad ſolū miniſteriū menſarum, ſine Sacramento Ordinis electi. Et in hac controuerſia eam partem ſine dubio noſter Alphonſus Salmeron ſequutus fuit, vt illa diaconorum ordinatio fuerit Sacramentum, quo illi ad altaris miniſterium eligerentur, in qua ingenuè fatetur ſe Patribus Trullanis, & Chryſoſtomo aduerſari: quinimò citans Autores pro priori, inquit eam tradidiſſe Caietanum, & noſtro ſeculo alios nouitatis amatores, & ſtudioſos

48

Autoris ſententia.

Ego vero cum Patribus, & Doctoribus, initio capitis allegatis exiſtimo, priorem ſententiam veriſimam eſſe, nempe ea ſolum electione, quę Actorum 6. expreſſe narratur, non fuiſſe Ordinatos ſeptem illos viros ad miniſterium altaris, neq; Sacramentū Ordinis ſuſcepiſſe, quamuis velantea, Sacramēto diaconatus ad altare eſſent inſigniti, vel certè poſteriùs, vt probabilior opinio fert. Illa igitur electione non fuiſſe eos electos ad miniſterium altaris ex eo probatur, quod hoc miniſterium nō eſt ſacrum, & Eccleſiaſticū, quāuis tamquā piū opus, & miſericordiæ, miniſtris Eccleſiaſticis commendari iure poſſit. Ergò, illa dumtaxat electione, nō fuerunt viri illi Sacramento diaconatus ordinati, nam talis ordinatio ad miniſterium ſacrū, & Eccleſiaſticum eſſe debet. Et quamuis ſimul fuiſſent ordinati ad alia miniſteria ſacra, quod tamen neque ex Scriptura, neque ex Patrum traditione conſtat, tamen non eſt dicendum ea electione, quę exprimitur facta ad miniſterium pauperum, Sacramentum diaconatus collatum fuiſſe: quam rationem inſinuauit Chryſoſtomus illis verbis: *Atqui hoc non eſt in Eccleſijs*, vt ſupra expoſuimus

49

Chryſoſt.

quaſi dicat, cum hoc miniſterium non ſit Eccleſiaſticum, non potuit illa Ordinatio eſſe Sacramentum diaconatus. Nonnulli Theologi reſpondent, hoc miniſterium menſarum fuiſſe Eccleſiaſticum, & ſacrum, eo quod menſæ illæ non eſſent omnino prophanæ, & laicæ, ſed in eis etiam Sacramentum Euchariſtiæ diſpenſari ſolitũ fuiſſet, cum eo tempore per domos conuenirẽt fideles ad fractionem panis, hoc eſt diſpenſationem Euchariſtiæ quorum ſententiam refert, & non improbat noſter Salmeró, & apertè ſequitur Baronius, tomo 1. Annalium ſub anno 34. Chriſti, §. 284. qui etiam cum Salmerone contendit, ſeptem illos viros ad ſacrum miniſterium fuiſſe tunc Ordinatos, & priùs docuerat Albertus Pighius, lib. 2. Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, cap. 4. vt refutaret ſententiam Caietani, quam retulimus, & Petrus de Soto, lib. de inſtitutione ſacerdotum, lectione 2. de Ordine §. *Cæterorum*, ſub finem. Verum horum reſponſum facilè confutari poteſt, quoniam ſeptem illi viri ad menſarum miniſterium electi fuerunt loco viduarum, quæ menſis miniſtrare, & præeſſe antea ſolebant. Cum enim vt dicitur, in eodem, cap. 6. Actorum, factum eſſet murmur Græcorum, aduerſus Hæbreos eò quòd ipſorum viduæ deſpicerentur in miniſterio quotidiano, hoc eſt eis præferrentur Hebræi, eò quòd peritiores eſſent, Apoſtoli elegerũt ſeptẽ illos viros & miniſteriũ viduarum illis commiſerunt, vt ita occaſio diſſenſionis omninò tolleretur: pro miniſterio Græcè eſt, Διακονίᾳ *Diaconia*, ita explicant Beda, & alij locis citatis, atqui viduæ non præerant diſpenſationi Euchariſtiæ, ſed menſis laicis, & prophanis, ergò neque ſeptem illi viri, ad diſpenſandam Euchariſtiam electi ſunt. Addequod licet illi diaconi calicem Dominiex commiſsione diſpenſare poſſent, tamen Corpus Chriſti non niſi neceſsitate vrgente: vt diſput. 219. cap. 2. probauimus. Et quamuis veriſimile ſit, quotidie in communi menſa, cui viri illi præfecti fuerant, Euchariſtiam diſpenſari, & ſumi conſueuiſſe, vt ſecundo tomo, ex profeſſo oſtendimus, tamen inde non ſequitur ratione huius ſacræ adminiſtrationis ſeptem illos viros electos fuiſſe, cum idem, quod antea viduæ, ipſi præſtarent, & loco earum ſubrogati fuerint. Conſtat etiam ex dictis menſam eo loco non vſurpari pro altari, tum quia viduæ, in quarum locum ſubrogati ſunt viri, non præerant altari, tum etiam quia Apoſtoli ideò ſeptem illos viros elegerunt, ne ipſi in eo miniſterio occuparentur: atqui Apoſtoli ne-

Quorundã reſponſio.

Salmeron. Baronius.

50

Alber. Pig.

Petrus Sot.

Præcluditur effugium.

Beda.

51

quaquã ſe excuſarunt à miniſterio altaris, & communionis Euchariſtiæ miniſtrandę, ergò per menſam non poteſt altare ibi intelligi. Quod verò dicunt ijdem Doctores, murmur Græcorum aduerſus Hebræos, ideò fuiſſe ortũ quod viduis ipſorum Sacramentum Euchariſtiæ denegaretur, abſque fundamento dicitur, & contra expoſitionem Patrum, quos allegauimus eſt.

Diſſoluuntur rationes Doctorum oppoſitæ ſententiæ.

CAPVT V.

TESTIMONIA Verò, quæ noſter Salmeron allegat pro poſteriori ſententia, nihil momenti habent contra priorem partem prioris opinionis, quam hactenus cõfirmauimus, ſiquid autem valent, probant ſolum poſteriorem eius partem, quam nos ingenuè confitemur, & illis eam nos confirmare decreuimus. Primò citat quædam verba ex Clemente libr. 8. conſtitutionum, caput autem non ſignat, neque in eo libro prędictum teſtimonium inuenire potui, in eo autem ſolùm introducuntur Apoſtoli dicentes poſt Domini Aſcẽſionem oblato ſacrificio incruento, ſe elegiſſe Epiſcopos, presbyteros, & diaconos ſeptem, quòd certè nos non negamus, verùm non explicant quando diaconi electi fuerint ad altares & quamuis dicant ſeptem electos fuiſſe, inter quos numerant Stephanum, tamen non dicunt tunc ordinatos fuiſſe Ordine ſacro, quando ad menſarum miniſteriũ electi fuerunt: nos autem fatemur eosdem ſeptem, vt notat Beda loco citato, vbi inuenti fuerunt digni, poſt priorem electionem creſcente prouidentia ſalutaris conſilij ad altaris miniſteriũ Sacramento diaconatus Ordinatos fuiſſe. Secũdo citat Salmeron Ignatium in Epiſtola ad Trallianos, vbi ſolùm dicit diaconos, qui ſunt in miniſterium ſeſu Chriſti non eſſe miniſtros in cibo, & potu, quod ſanè nos ingenuè fatemur, ita intelligentes, vt ad miniſterium menſæ, diaconi non conſecrentur; quamuis & hoc munus eis iure committi poſsit: quod verò deinde dicit, diaconos eſſe imitatores Chriſti miniſtrantes Epiſcopo, ſicut Chriſtus Patri, quomodo Sanctus Stephanus Beatiſsimo Iacobo miniſtrauit, id quod repetit in Epiſtola ad

Soluuntur argumenta aduerſa riorum.

52

Septẽ diaconi, primũ ad mẽſarum miniſteria, deinde ſacro diaconatus Ordine inſigniti ſunt.

53

ad Heronem, quæ est, 10. alias 13. solum probat, Sthephanum non tantum ad mensę ministerium electum fuisse, sine Ordinis tamen consecratione, & Sacramento: sed etiã ad ministeriũ altaris, & tũc diaconatum sacrũ recepisse, quod quidem nos etiam fatemur, dicimus tamen, vt notauit Lindanus citans hoc testimonium, id postea factum fuisse, sicut etiam docuit Beda. Neque enim Ignatius dicit, tunc sacrum Ordinem Stephanum suscepisse, quando ad mensæ ministerium electus est.

Tertio citat Dionysium, quod dicat, diaconatum ab Apostolis incępisse, id quod & nos fatemur de diaconatu etiam sacro ad ministeriumaltaris: ob id tamen non sequitur, tunc incępisse, cum Actorum 6. septem illi ad mensarum ministerium electi fuerunt, rectè enim incipere potuit ab Apostolis, & id nobis traditione constare, tametsi inscriptura expressum non sit. Quarto allegat Cyprianum, & quidem in Epistola 69. nihil aliud docet, quam Dionysius. Quo circa eodem modo ad testimonium eius respõdendũ est. In Epist. autem, 68. multo magis sententiæ Salmeronis fauere videtur. Vt enim ostendat clero, & plebi Hispaniæ, rectè eos feciſſe, quod in locum Episcoporum, qui lapsi fuerant, alios subrogassent, probat ex Diuino pręcepto prouenire, vt nullus Episcopus eligatur, nisi plebe præsente, & approbante, neque hoc solum fieri debere in electione Episcoporum, & sacerdotum, sed etiam diaconorum, intelligit autẽ plane de diaconis sacris, quando ad sacrum altaris ministerium eliguntur. Et confirmat, ex hoc loco Actorum 6. vbi pręsenti plebe, & approbante septem illi electi sunt. Respondeo, Cypryanum non tam curasse de electione ibi narrata, quod illa fuerit sacra, quam de forma, vt præsente plebe facta fuerit, nam si illa eo modo facta fuit, multo magis ad sacrum altaris ministerium fieri debuit. Vtrùm autem electio ministrorũ, à plebe, & Magistratibus approbari debeat, an non, disputa 244. cap. 4. dicemus. Quinto profert Hieronymum in cap. 48. Ezechielis, ibi tamen solum dicit ministros, hoc est diaconos, non tantum in ministerium, & obsequium sacerdotum, sed etiam in viduarum, & pauperum fuisse delegatos quod nos quidẽ nõ negamus, nam ad vtrumque ministerium diaconos in antiqua Ecclesia elegi consueuisse, ingenuè fatemur, nunc autem solum de electione illa Stephani, & aliorum sex Actorum 6. disputamus.

54

Cyprianos in Salmerõ sententiam videtur.

Mens Cypriani exponitur.

55

Septimõ Arator in carmine suo in Acta Apostolorum, quod habetur in 8. tomo Bibliothecæ sacrę, cũ refert id, quod gestum est ei illo 6. plane affirmat septem illos viros electos fuisse ad ministerium altaris, & ad dispensandum sanguinem Christi. Verum vtrũ id factum fuerit ab Apostolis ipsa electione, qua ad ministerium mensarum fuerunt, electi, non explicat, titulus autẽ indicare videtur, ad solum mensarum officium fuisse ordinatos: dicitur enim in eo hoc modo: *Septem diaconi ab Apostolis electi, qui mensis populo ministrarent, ne ipsi huiusmodi occupationi officijs.* Fortasis Arator non solum id quod legimus Actorum sexto, sed etiam id, quod credimus ab Apostolis factum, narrare voluit. 56

Quis sensus Basilij.

Octauo Basilius, quem etiam putat se habere patronum noster Salmeron, in Ethicis, hoc est in moralibus regula 8. cap. secũdo, quod est de diaconis, solum refert verba Scripturæ Actorum 6. vt ostendat, diaconos non esse eligendos, & ordinandos, nisi instar illorũ plenos fide, & Spiritu sancto; hinc tamen non sequitur id, quod contendit, nam & illi septem deinde ad ministerium altaris ordinati sunt.

Neocæsarienſe Concilium, ſexta ſynod opponit Salmeron.

Nono, canoni 16. sextæ Synodi opponit noster Salmeron canonem 24. Concilij Neocæsariensis, vbi statuitur, vt in ciuitate quãtumuis magna nequeant esse plures, quam septem diaconi, quem numerum colligunt Patres illius Concilij ex illa electione Actorum 6. in qua Stephanus, & alij electi fuerunt. Verum cum Concilium illud generale non fuerit, sicut fuit 6. Synodus, non est, quod nobis illud opponat. Et sane iuxta Synodus in eo canone 16. prędictum canonem 14. Concilij Neocæsariensis, in eo corrigere videtur, quod illam electionem Actorum 6. intellexerit factam ad ministerium altaris, vt inde colligat numerum debitum diaconorũ in quauis ciuitate. Cæterum cum ex doctrina Patrum habeamus, vt supra vidimus, septem illos, qui pro viduis ad ministerium mensarum electi fuerũt, postea ab Apostolis fuisse ad ministerium altaris ordinatos, dicere possemus, Patres Neocęsarienses nõ ideo suum canonẽ comprobasse testimonio illo Actorum 6. quòd ea electione priori ordinatos fuisse Diaconos ad ministerium altaris; sed quòd eosdem postea ad eiusmodi officium electos fuisse, crediderint. Neque quidquam aliud probari potest ex decreto Euaristi Papę in Epistola 1. quæ est ad Episcopos Africanos cap. 1. vbi statuit, vt in vnaquaque ciuitate iuxta Apostolorum constitutionem

Nihil ex ea euincitur.

57

tutionem ſeptem debeãt eſſe diaconi, hanc enim conſtitutionem Apoſtolicã non colligit ex electione illa, quæ dicitur facta Actorum 6. eam vero exiſtimamus traditione ad poſteros peruenisſe. Et eodem modo intelligendum eſt, quod dicit Epiſcopus Ordinans in Pontificali, quãdo ad ordinandos in diaconos inquit, *Cogitate Beatum Sthephanum merito præcipue cæſtitatis ab Apoſtolis ad officiũ iſtud electũ*: id enim nos non negamus, vt inferius dicemus; ſed dicimus, priori illa electione, quæ exponitur Actorũ 6. ad hunc ſacrum Ordinem Stephanum non fuiſſe electum, ſed poſtea. Anacletus autem in Epiſtola 1. cap. 2. ſolùm dicit, Epiſcopo celebranti debere aſsiſtere plures, quam ſacerdoti, nempè aut ſeptem, aut quinque, aut tres diaconos. Parum etiã ijs, quæ diximus, obſtat id, quod refert Guillel. Pari. tract. de Sacram. Ordinis c. 4. poſt medium, ex Epiſt. Petri ad Clementem in hunc modum, *Nonnullis autem viſum ab initio, diaconale officium pauperum miniſtrare menſis, ſicut legitur, Actorum 6. Manifeſtum autem eſt ex ipſa conſuetudine euidentiſsima Eccleſiæ, diaconale officium totum circa Miſſarum ſolennia conſiſtere.* Hoc igitur nihil eſt, quoniam cum dicimus Stephanum, & alios illa electione, quę refertur Actorum 6. non fuiſſe ordinatos diaconos ad miniſterium altaris, ſed menſarũ, nõ dicimus, ad nullũ aliud miniſterium diaconos hũc ordinari, aut ab Apoſtolis ordinatos fuiſſe, quod merito refellitur in ea Epiſtola: ſed ea electione dũtaxat tũc nõ fuiſſe ad munus altaris electos. Quare ſi noſter Salmerõ his teſtimonijs ſolũ probare vellet, officiũ propriũ diaconatus ſacri eſſe miniſtrare altari: nõ autẽ præeſſe mẽſis, & pauperũ eleemoſynis, & oportũ afferentes vocaret nouitatis amatores, rectè quidẽ; verũ duo, quę diximus, ſine fundamẽto cõfũdere videtur: Ecõtrario verò his omnibus teſtimonijs poſteriorẽ partẽ noſtrę ſententiæ rectè confirmare poſſumus, nẽpè, diaconos illos ſeptẽ, qui ad miniſteriũ mẽſarũ electi fuerũt, poſtea ad ſacri altaris munus Sacramẽto diaconatus fuiſſe ordinatos.

Fuariſtus & Anacletus exponentur.

58

Guill. Pariſ.

Hieronym.

Præter hos Patres, quos pro ſua ſententia allegat Salmerõ, & nos q̃ addere poſſumus Hierony. in Epi. ad Euagriũ, quę eſt in ordine, 85. vbi quẽdã reprehẽdit, quod diaconos presbyteris, hoc eſt Epiſcopis præferret, reddit autẽ rationem his verbis, *Nã quis patiatur menſarũ, & viduarum miniſter, vt ſupra eos ſe tumidus efferat, ad quorum preces Chriſti corpus conficitur.* Vbi plane loquitur de ſacris diaconis, quos aliqui Epiſcopis antempore nõ dubitabant: cumque nullum illis aliud miniſterium aſsignet, niſi menſarum, videtur

59

exiſtimãſſe, ad hoc miniſterium ſacrum diaconatus Ordinem eos ſuſcepiſſe. Adde, quod Eraſmus putat, in hoc loco mendum eſſe, quamuis omnes codices conſentiant, vt pro *Viduarum miniſter*, legendum eſſet: *Viduarum ſucceſſor*, iuxta quam lectionem exiſtimare videtur Hieronymus, diaconos ſacros fuiſſe ſucceſſores viduarum, & eo ipſo, quod ad illud miniſterium menſarum eligebantur, ſacro Ordine fuiſſe inſignitos. Probat autem lectionem illam Eraſmus, quia diaconi electi ad miniſterium menſarum, non magis viduis, quam alijs miniſtrabant, & tamen viduis in hoc miniſterio ſucceſſerunt, ex quo infert, potius legendũ eſſe: *Viduarũ ſucceſſor*, quã miniſter. Hãcautẽ lectionẽ ſequitur Michael Medin. lib. 1. de continent. c. 26. circa finẽ qui ingenue fatetur, Hieronymũ in ea fuiſſe ſentẽtia, vt diaconi tunc ſacro Ordine inſignirẽtur etiã tẽpore Apoſtolorũ; quando ad miniſteriũ menſarũ eligebatur, Prædictis quoque verbis citatis ex Hieronymo addit hæc: *Quique Apoſtolorum ſucceſſores ſunt*, vt ſenſus ſit, ſucceſſores viduarum Apoſtolorum ſucceſſoribus non eſſe præferendos. Verum hæc verba nec Eraſmus addit, nec in illo codice legimus; emendatio quoque facta ab Eraſmo ſine fundamento eſt, nam quod diaconi dicantur miniſtri viduarum, etiam ſi aliorum pauperum curam haberent, mirum non eſt, cum etiam dicantur miniſtri menſarum, ſub quibus omnes pauperes comprehenduntur. Ideo autem expreſit Hieronymus: *Et viduarum*, quia harum præcipuam curam habebant, eo quod præcæteris magis indigerent, vt manifeſtum eſt. Cæterum ratio ob quã, cum dixit Hieronymus diaconos ſacros presbyteris non eſſe præferendos, ſolum comparat miniſterium diaconorum in menſis, quod ſacrũ non erat, cum miniſterio conſecrandi presbyterorum, & omiſit alia ſacra officia diaconorum, quia cum in hoc miniſterio menſarum ipſi primi eſſent, & ſacerdotibus, & presbyteris non inſeruirent, ſicut inquouis alio miniſterio ſacro, de hoc ſorſam quis dubitare poſſet, an ratione illius diaconi eſſent præferẽdi, cũ tamẽ ratione aliorũ manifeſte inferiores eſſent, eo quod presbyteris in eis miniſtrarent: rectè autẽ probat neq; in hoc miniſterio præferẽdos eſſe ex cõparatione mẽſarũ, quib⁹ præficiũtur: nã presbyteri præſunt mẽſis, in quibus corpus, & ſanguis Chriſti verbis eorũ cõſecratur; diaconi autẽ laicis ſolũ, & profanis mẽſis præfecti ſunt.

60

Eraſmus.

Mich. Med.

Eraſmo reijcitur.

61

Rationes Salm. diluuntur.

Cæterum diluamus rationes, quas Salmerõ pro ſua opinione adduxit. Ad primã dicimus, rectè quidẽ feciſſe Apoſtolos eligentes viros plenos Spiritu Sancto, & ſapientia ad

mini-

ministerium illud mẽsarum, eò quòd cùm iam dissensio orta fuisset inter viduas, quæ mensis præerant, opus fuit, vt viri, qui loco illarum subrogandi erant, essent prediti gratia Spiritus Sancti, & sapientia, qui ita se in multitudine illa pauperum gererent, vt nullam dissensionis ansam, & occasionem præberent, etiam si tunc ad sacrum diaconatus Ordinem non eligerentur, Obijcit tamẽ Baronius, 1. tomo Annalium sub anno Christi, 34. §. 280. in hunc modum: Cùm ad id, quod maioris momenti erat, nempè ad præfecturas iudicierum, Paulus 1. ad Corinth. 6. dicat, eligendos esse contemptibiliores, si forte sapientes desint, cur ad mẽsarum præfecturam postularent Apostoli homines plenos gratia, & Spiritu Sancto? Paulus autem sic ait, *secularia igitur negotia, si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum.* Respondeo, ex hoc loco nihil contra nostram sententiam probari, nam vt ex mente Græcorum fusius explicuimus. 1. p. disp. 230. cap. 2. non multum ante finem, ibi non suadet Paulus; vt contemptibiles ad iudicandum constituantur, sed inquit, satis esse à minimo, & abiecto Christiano iudicari, quam à sapientissimo Concilij: reprehendit enim eos, quòd ad iudicia ethnicorum suas controuersias deferrent, & non potiùs arbitrio Christianorum eas dirimerent, vt ibidem fusius ostendimus.

Baronij obiectio.

Diluitur. 62

Ad secundam respondetur, rectè fuisse cæremonia illa impositionis manuum, & oratione electos, vt ita ad illud ministeriũ gratia Spiritus Sancti super eos inuocaretur, quam necessariam esse Apostoli existimabant, præsertim in ea occasione, vt absq; vlla pertubatione & contentione, res pauperum ab illis administrarentur.

Ad tertiam respondeo primùm, ex eo, quod statim post hanc electionem Stephanus faceret signa, & prodigia, & populo ita sapienter prædicaret, vt aduersarij non possent sapientiæ, & spiritui eius resistere, non fore, vt sequeretur, ipsum fuisse in sacrum diaconatus Ordinem tunc cõsecratũ, nam etiam ad aliud munus electus, hęc præstare poterat. Neque enim vetitum ei fuisset cum iudęis de aduentu Christi sapienter disputare, & eos conuincere. Deinde dico quamuis in eodem capite, Actorum 6. statim post electionem illorum septem, narretur de Stephano, quod faceret signa, & prodigia &c. tamen non proinde licet inferre, simul atque electus fuit, hęc fecisse. Et quidem cũ illa accidisse dicatur eo tẽpore, quo iudęi in ipsum concitati, quòd non possent sapientię, & Spiritui ipsius resistere, eum lapidarunt, plane conficitur, non statim post electionem hæc accidisse, quia non statim post electionem martyrio coronatus est, vt rectè probat Baronius, tom. 1. Annalium sub anno 34. §. 300. neque tertio nonas Augusti, vt nonnulli sunt arbitrati: ex quibus vnus fuit Lindanus, lib. 4. Panopliæ, cap. 79. & alter Michael Medina, lib. 1. de continentia, cap. illo 26. post medium, sed postridie Natalis Domini mense Decembri, vt Augustinus Fulgentius, & alij Patres Latini, & Græci in homilijs, quas in solennitate huius Martyris ad populum habuerunt, manifestè testantur. Quod autem tertia die Augusti celebrari consueuerit Anconę festum Stephani, antequam reliquiæ eius inuenirentur, testatur quidem Augustinus, serm. 32. de diuersis in 10. tomo, id tamen inquit factum esse, quia quidam ex ijs, qui martyrio Stephani adstabat, & in Christum iam crediderat, nec mortis illius particeps vllo modo erat, dicitur accepisse quemdam lapidem ex ijs, qui in ipsum martyrem iacie bantur, & quo Stephanus in cubito percussus fuit, cum nauigans Anconam appulisset; Diuina inspiratione à Deo admonitus lapidem in ea ciuitate reliquisse, atque ex eo die, quem existimo fuisse tertium Augusti, huius martyris memoriam eodem ibi celebrari cepisse: cuius celebritas inuentione postea reliquiarum eius illustrior reddita est: non quòd eodem die acciderit, vt rectè probat Baronius in annotationibus ad martyrologium Romanum illius diei, sed quòd in eum diem, quidam celebri memoria huius martyris colebatur propter lapidem Anconam delatum, festum inuentionis translatũ fuerit, cum tamen inuentio ipsa facta fuerit mense Decembri, vt ex literis Luciani, Baronius comprobat, & traslatio facta Ierosolymam dilata fuerit vsque ad diem ipsum martyrij. Porro in tertiam diem Augusti festum translationis, & inuentionis translatum fuit, vt dies 26. Decembris festo martyris eius integrè reseruaretur; cumque ante inuentionem, & translationem tertia illa die Augusti memoria huius martyris celebraretur ob rationem superius dictam. & eodem anno post Ascensionem Christi Stephanus passus esset, vt cõmunis opinio fert; ideo nonnulli existimant, tertia illa die Augusti hunc Martyrem passum fuisse. Quod si vera esset sententia Euodij in Epistola, cui titulum fecit, *Lumen*, apud Nizephorum, lib. 2. Histor. cap. 3. nempè Stephanum passum fuisse

63

§. Stephanus Stephanus nõ statim post electionẽ ad ministerium mensarũ neq; tertio nonas Augusti sed postridie natalis Domini martyrio coronatus est. 64

Anconę festum Stephano tertio die Augusti, celebrabatur & quare

Lapis, quo Stephanus percussus est Anconæ in honore habitus.

Eodẽ anno quo Christus in cœlum ascendit, occiditur Stephanus.

fuisse septimo anno post Ascensionē (quòd tamen incredibile videtur, cum mortuus fuerit ante Pauli conuersionem) multo melius intelligi posset, quo pacto, postquam electus fuit ad ministerium mensarum, deinde ad ministerium altaris fuerit ordinatus. Quod verò ait Michael Medina, cap. illo 26. Stephanum non sacrum, sed pauperum dūtaxat diaconum extitisse, eo quòd mense Augusto eiusdem anni Ascensionis Domini martyrio fuerit coronatus, & in tam breui spacio temporis ad sacrum diaconatum, vt Iacobo, aut alteri Apostolo in altari inseruiret, electi non potuerit, nullo probabilitatis fundamento nititur. Tum quia manifestum est ex doctrina Patrum, quos suprà memorauimus, Stephanum in altari Iacobo ministrasse, & post primam illam electionē deinde ad altaris ministeriū ordinatū fuisse. Tum etiam, quia, vt ostendimus, Stephanus, licet eodem anno Ascensionis occisus fuerit, non fuit tamen occisus mense Augusto, sed Decembri, ac proinde rectè potuit in ministerium sacrum altaris ordinari.

Medin. opinio explodituꝛ.

66

Quanto tempore hoc ministerium in Ecclesia perseuerauerit, & quo pacto.

CAPVT VI.

HOS Diaconos, qui mensis præficiebantur vsque ad tempora Origenis durasse, manifestè patet extractatu eius, 17. in caput 21. Matth. post medium, vbi inuehitur in diaconos, qui non bene tractabant Ecclesiasticarum pecuniarum mensas, sed de eis semper aliquid defraudabant, & illos etiam numularios appellat, & comparat illis, quos Christus de Templo eiecit. Vtrùm autem hi diaconi mensarum tempore Origenis fuerint ad ministerium altaris etiam consecrati, non explicat ipse: colligi tamen rectè potest, tunc iam ordinari simul ad sacra cōsueuisse, & ad mensas destinari, quia tempore Sixti Pontificis, hoc ministerium mensarum, & pauperum simul cum ministerio altaris Beato Laurentio commissum erat: sic enim ait Leo Magnus, sermone de Beato Laurentio: *Nòn solum ministerio Sacramentorum, sed etiam dispensatione Ecclesiasticæ substantiæ præminebat*, Idemque scribit Prosper in chronico ānno Domini 419. de Tito diacono: ait enim, Roma interfectum fuisse, eo quòd pecunias pauperibus distribueret: supponere autem videtur, & hūc ministrum altaris etiam fuisse. Neque solum vsque ad tempora Origenis hi diaconi, qui mensis præficiebātur, perseuerarunt in Ecclesia, sed etiā vsque ad tempora Gregorij Magni, vt patet ex lib. 9. epistolarum indictione 4. epistola 4. vbi traditur forma, sub qua huiusce modi diaconia commissa fuit Ioanni cuidam, viro religioso, quem ego sane existimo, ante quam eligeretur, non solum sacrum diaconū, sed etiam sacerdotem fuisse ordinatum: neque enim puto, omnem sacrum diaconum eo tempore ad ministerium mensarum eligi etiam consueuisse, aut eos, qui ad hoc munus eligebantur, nondum sacrum Ordinem suscepisse, aut solum facto Ordine diaconatus ingressos fuisse. Porro hoc ministerium mensarum non in eo positum fuisse, quod diaconi præfecti recumbentibus cibos inferrent, manifestum est. Nec vero in eo tantum fuit, vt putauit Barronius tomo primo Annalium, sub anno trigesimo quarto §. 287. vt eleemosynarum curā haberent, & vnicuique, prout opus esset, eas diuiderent, sed existimo hos diaconos ministerio etiam quotidiano mensarum in prandio, & cœna præfesse consueuisse: id enim denotat illud Actorum 6. *Eo quod despicerentur viduæ eorum in ministerio quotidiano*: pro quibus viduis ad idē portus septem illi viri ab Apostolis electi fuerunt: neque enim quotidie opus esset, eleemosynas pauperibus diuidere: at mensis quotidie in prandio, & cœna præesse, necesse erat. Id quod tempore Apostolorum ita factū fuisse ex prædicto loco mihi habeo persuasum, eo quod eo tempore Christiani omnes haberent omnia communia instar religiosorum, & ita turmatim plures simul manducarent, & biberent, vt colligitur ex secundo cap. Act. vbi dicitur: *Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia*: & infrà *Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in Templo, & frangentes circa domos panem* (nempe, etiam vnanimiter) *sumebant cibum*. Cum dicitur: *Circa domos*, denotatur, nō omnes in eadē domo, neque enim tot simul in eadē prādere poterāt, & cœnare, sed turmatim, per plures domos ad id cōuenire consueuisse. Porro autē procedente tempore, cum Christiani non possent ita simul in vnum ad manducandum conuenire, hos mensarios diaconos cum sola cura eleemosynarum mansisse, verisimile est, & huius ministerij eleemosynarum memoriam factam inuenimus vsque ad tempo-

Certum est vsque ad tempora Origenis durasse, pauperum mensis præfectos.

Beatus Laurentius, & mēsis pauperum, & altari, sacro diaconatu initiatus seruiuit.

Leo Magn. Prosper.

61

Non omnes diaconi pauperibus, præficiebātur.

68

Manus eorum, qui mēsis præparant.

Diaconi primo prādio, & cœna Christianorū aderā potestatem.

Eleemosynarū curam habebant.

69

rã Gregorij Magni, licet miniſterij menſarum mentionem faciat, per illud nimirum intelligens, non quotidianum illud præſidendi prandijs, & cœnis, ſed aliud diuidendi eleemoſynas pro menſis: & hac ratione in ea Epiſtola dixit, *Quia igitur te Ioannem religioſo intentionis tuæ ſtudio prouocati, menſis pauperum, & exhibendæ diaconiæ eligimus præponendum, &c.* Deinde concedit ipſi, vt eorum, quæ ad huiusmodi diaconiam præceperit, nulli hominum, ſed ſoli Deo rationem reddere debeat: nempè eleemoſynarum, quas in ſuſtentatione pauperum, & viduarum receperit. Huius etiam miniſterij diuidendi eleemoſynas in pauperes, quod diximus diaconis commiſſum fuiſſe, mentionem fecit Cyprianus, lib. 2. Epiſtola 8. quæ nunc eſt, 49. vbi conqueritur de Nicoſtrato, quòd cum eſſet ad diaconiam ſanctæ adminiſtrationis admiſſus, Eccleſiaſticas pecunias ſacrilega fraude ſubtraxiſſet, videlicet ex eleemoſynis, & collectis, quarũ ipſe pro ſuſtentatione pauperum curam habebat.

Michael Medina, lib. illo 1. de continentia cap. 27. cenſet, loco diaconorum menſarum, cuius vſus iam dudum intercidiſſet, OEconomos in Eccleſia ſucceſſiſſe, aut propter Epiſcoporum auaritiam, aut propter ipſorum infidelitatem. Probat autem ex Concilio Carthaginenſi quarto canon. 17. & 20. Vſum etiam diaconorum menſarum deſueſcere cœpiſſe tempore Chryſoſtomi, colligit ex ipſo, homilia 86. in Matthæum, Paulo autẽ poſt in Concilio Calcedonenſi, vſum OEconomorum renouatum, & per ſingulas Eccleſias OEconomos fuiſſe conſtitutos, eamque conſtitutionem reformatã fuiſſe in 7. Synodo, vt refertur, 9. quæſt. 3. canone, *Cum ſumus*, idem Michael affirmat. Verùm ego non video, ex quo verbo Concilij Carthaginenſis colligere potuerit hic Autor, in eorum diaconorum locũ OEconomos fuiſſe ſubſtitutos, nam cano. 17. illius Concilij, qui refertur canone, *Epiſcopus*, 4. d. 87. ſolum dicitur, *Vt Epiſcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinos non per ſe ipſum, ſed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat.* Ex quibus verbis non ſequitur, in tota Eccleſia, ſed ſolum in Affrica, vſum diaconorum menſarum ceſſaſſe, & Epiſcopos miniſterium, ſeu curam, quam illi habebant in ſeipſis ſuſcepiſſe, cum legamus, multo poſt tempore, nempè Gregorij Magni, hos diaconos ad mẽſas eligi cõſueuiſſe. Præterea nõ colligitur pro diaconis OEconomos, qui aliud genus miniſterij & ordinis haberent, fuiſſe tunc inſtitutos: nã cura illa viduarũ, pupillorũ, & peregrinorũ erat quidẽ penes diaconos mẽſarũ. & hoc erat eorũ miniſterium. Neq; enim ad mẽſas cibos inferebãt, ſicut ſupra in hoc capite notauimus, ſed ſuſtentationi viduarum, & pupillorum ſtudebant, & ideo, vt vidimus cap. præcedente, eiusmodi diaconos vocauit Hieronymus Epiſtola illa 87. menſarum, & viduarum miniſtros: quòd et go tunc hęc cura, & officium ab Epiſcopis in Archipresbyterum, aut Archidiaconum transferretur, ſignũ non eſt, hos fuiſſe OEconomos ita conſtitutos, vt diaconi menſarum vere non eſſent, quin imo puto, hoc genus diaconatus, & miniſterij vere illis fuiſſe aſsignatum: nam licet ſeptẽ viri illi, Actorum 6. priùs fuerint ad menſas diaconi electi, quam adminiſterium altaris conſecrati, tamen, vt in hoc capite notaui, poſtea in Eccleſia etiam presbyteri ad hoc munus eligebantur; ex præcepto igitur canone non poteſt colligi, illud genus OEconomiæ, & diaconia menſarum diuerſum eſſet. Præterea canone 20. illius Concilij dicitur in hunc modum, *vt Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodò vacet*: referter canone, *Epiſcopus*, 3. d. 88. In hoc autẽ canone non agitur de menſis, & de cura viduarum, ſed tantum de cura rei familiaris, & domus propriæ, vt nullam omnino habeat Epiſcopus, quod attinet ad bona temporalia, ſed eam alteri committat. Quo circa hic non agitur de conſtituendis OEconomis Eccleſiarum prouidis, & pauperibus loco diaconorum, qui earum mẽſis præerant, ſed tantum, de relinquenda cura rei familiaris in OEconomos domus propriæ. Præterea Chryſoſtomus in illa homilia 86. in Matth. vbi à Michaele Medina allegatur, non conqueritur, quòd Epiſcopi perſe curam viduarum, pupillorum, & pauperum haberent, & hoc officium diaconis, aut OEconomis non committerent, ſed quòd ſui officij, & muneris quaſi obliti, in caupones, procuratores, & diſpenſatores rerum temporalium, videlicet ſuarum, eſſent redacti, & pauperum curam non haberent, & orationem, prædicationẽ, & reliquum Diuinum cultum prætermitterent: ſubdit autem, *Vndè iurgia, contentiones cõuitia, opprobriã quotidie oriuntur, & vnicuique ſacerdotum, ſecularibus idonea negotijs, impoſita nomina ſunt*, hoc eſt, ex his rebus temporalibus, quibus presbyteri, & Epiſcopi ſtudent, ipſis nomina imponuntur, dum quidam eorum caupones, alij procuratores, alij

Gregorius Mag.

70

Cyprianus.

Oeconomos Eccleſia ſtatim diaconoiũ loco ſuſectos eſſe exiſtimauit Mich. Medina.

Probat ex Concilio Carthag.

Medinæ ſententia Autoris diſplicet.

71

Diaconi menſis nõ inferebãt cibos.

72

Cura rei familiaris ab Epiſcopo aliena.

Explicatur Chriſoſtomus à Medina allatus.

73

alij dispēsatores nuncupāntur, & continuo subiungit, *Oportet igitur in talia hæc mutari, & inde presbyteros nominari, vnde Apostoli leges sanciebant, a nutritione videlicet impium, ab eorum, qui ledebantur protectione, à diligenti erga peregrinos cura, a patrocinio eorum, qui opprimuntur, &c. Hæc officia loco viduarum, & domorum cura, presbyteris distribuere, decet.* Pro, *Presbyteris*, putat Michael Medina legendum, *Diaconis*, nullo prorsus innixus fundamento, videturque denotare, Chrysostomum de eo conqueri, quòd diaconi mensarum nulli essent, quibus cura viduarum, & pupillorum committeretur, cum tamen de hac re, neque verbum quidem dicat Chrysostomus: solùm enim contendit, vt presbyteri, Episcopi, & sacerdotes, temporalibus rebus non studeant, ne ex illis namen accipiant, vt diximus, sed potius ex illis, vnde & Apostoli leges sancie bant, vt inde etiam nominentur: numerat autem eiusmodi opera, vt vidimus. Quo circa prepostere sanè, pro presbyteris, diaconos legeremus. Negare certe non possumus, in Concilio Calcedonensi, actione 15. canone 26. OEconomos in singulis Ecclesijs fuisse constitutos, sine quorum consensu non posset Episcopus Ecclesiasticas facultates tractare, & administrare; verùm hos OEconomos pro diaconis mensarum fuisse constitutos, & in eorum locum subrogatos ex predicto Concilio colligi non potest, quinimo oppositum non obscure probatur. Nam diaconi solum erant pro mensis, & alimento pauperum, & viduarum, OEconomi autem pro vniuersis facultatibus Ecclesiarum, in quoscumque vsus erogandis. Quē canonem eodem prorsus modo renouauit, 2. Synodus Nizęna, quę est septima generalis post vltimam tessionem, canone 11. Horum OEconomorum meminit Iustinianus, in 6. & 7. nouella constitutione, & 133. Idem quod impredictis, Cōcilijs statuitur, etiā in Hispalensi, canone 9 & in 4. Toletano. Et præterea ibi præcipitur, vt deinceps nemo in OEconomum eligatur, nisi ex clero, eo quod hic abusus cępisset introduci, vt laici etiam eligerentur. Dicitur autem ibi Græce, OEconomos vocari eos, qui res Ecclesiasticas tractant: & hactenus de officio diaconorum non sacrorum

74

Calcedonensi Concilium oeconomos in singulis Ecclesijs constitui iussit, sed nō diaconorum loco.

75

Nicæna 8 y nodus 2. Iustinianus

Tolet Concil 4.

De ministerijs sacrorum diaconorum, quæ ex sola Ecclesiæ constitutione illis conueniunt.

CAPVT VII.

INTER Ministeria, quæ à sacris diaconis exerceri possunt, quædam extra altare conueniunt, quædam vero in altari: de quibus omnibus non eodē modo sentit Michael Medina. Enumeremus igitur ea sigillatim, & quid de illis sentiendum sit, explicemus. Octo itaque existimat Michael Medina lib. 1. de continentia cap. 28. & sequentibus, esse sacrorum diaconorū munera, ex quibus quinque extra altare diaconis conueniunt, non iure ipso Diuinę institutionis, sed constitutione Ecclesiastica, aut Apostolica: primum ex quinque prioribus inquit esse in conuersione, & adductione ad fidem, nempe, accedentes ad Baptismum sacra doctrina instruere, purgare aduersariorū admistione, antiqua veste nudare, discingere, discalciare, & alia, quę ad Baptismum pertinebant, peragere, vt videre licet apud Dionysiū 2. cap. de Eccles. altica Hierarchia, quod est de ijs, quę fiunt in illustratione, hoc est, in Baptismo. p. 2. post medium, vbi de Episcopo baptizante inquit: *Exuit eum, expoliatque per ministros*, nempe baptizandum per diaconos exuit, expoliat, seu vt trāslatio Camaldulensis habet, discingit, & exuit. Et cap. quinto eiusdem lib. p. 1. aliquantulum ante finem, aliàs cap. 8. in contemplatione non longe à principio: vbi notat Dionysius, ministros, hoc est, diaconos, ideo præfectos fuisse ianuis templi, vt denotaretur ad ipsos pertinere officium purgandi, & præparandi baptizādos ad Sacramentum illustrationis, seu Baptismi, & per ipsos diaconos introducendos esse in Ecclesiam, qui Baptizari volunt. Huius etiā diaconi ministerij, & officij putat mentionem fieri à Clemente in epistola prima ad Iacobum fratrem Domini, cum asserit, diaconos veluti Episcoporum oculos esse, qui actus totius Ecclesiæ scrutari debeant, & ad Episcopum referre: & rursus secundo lib. constitutionum cap. 48. alias 44. idē docet. Citatur etiam à Michaele Medina idem Clemens in eodem lib. cap. 61. aliàs 57. Verum in his locis diuersum munus diacono assignat Clemens ab eo, quem Dionysius assignauit: nam Clemens in his duobus locis prioribus solum agit de ministerio vniuersali diaconi, videlicet, vt Episcopum iuuet, referens ad ipsum, quę remedio aliquo indigere iudicauerit, in alio autem loco solum agit de cura diaconi, qua obseruare debet, vt in Ecclesia, & Templo Dei omnes ordinate, & modeste sint, id quod idem Clemens 3. libro recognitionum, & in epistola tertia columna secunda post medium, ordinem disci

plinæ

Sacrorum diaconorū munera

octo munera diaconis, adscribit Media.

76

Affertur Dionysius

Laudatur etiam Clemens

Non fauet Medinæ testimonium Clementis.

77

plinæ vocaſſe videtur, cum dixit à Presbyteris ſuſcipienda eſſe monita ſalutis, & vitę, à diaconis vero requirendum ordinem diſciplinę. Hæc omnia, quæ pro vno miniſterio, nempe Eccleſiaſticæ diſciplinæ, Michael Medina, capite illo 28. computauit, non Diuina inſtitutione, ſed Apoſtolica, & Eccleſiaſtica diaconis conuenire putauit. Cui ſententiæ ego quoque ſubſcribam quamuis iure Diuino inſtitutus ſit diaconus, vt miniſtret ſacerdoti in altari, & vt baptizet, & prædicet (vt inferius explicabitur) tamen vt in Baptiſmo, qui ab Epiſcopo, aut ſacerdote peragitur, illa omnia quæ Dionyſius refert, efficiat, aut vt referat ad Epiſcopum, quę viderit correctione indigere, aut curet, vt in Templo ſeruetur ordo diſciplinę, non videtur iure Diuino inſtitutũ: cum hęc omnia ad gubernationẽ, & Eccleſiaſticas cæremonias pertineant: ex quibus multa iam non obſeruantur. Neque enim ad Eccleſiaſticas cæremonias, aut ad modũ gubernadi Eccleſiam, ſed ad Diuina miniſteria Ordinẽ ſacrũ à Chriſto inſtitutũ fuiſſe, exiſtimandũ eſt. Cæterũ circa officiũ illud intrò decẽdi catechumenos & pręparadi eos ad Baptiſmum dicere poſſumus id, quod de quinto miniſterio cap. ſequẽte dicemus, nimirũ, diaconos ex ipſa Diuina inſtitutione, qua adminiſtrandum ſacerdotibus in Baptiſmo, ſicut etiam in altari conſecrantur, reddi idoneos, & dignos peculiari ratione, quibus hoc miniſterium, tamquam ad Baptiſmum pertinens committatur.

Hoc munus, Eccleſiaſtico iure diaconis conuenire, cum Medina aſſerit Autor.

78

Secundum munus diaconi extra altare, ex ſola Eccleſiæ conſtitutione, inquit idẽ Autor cap. 29. eſſe aſsiſtere Epiſcopo prędicãti, & eũ cuſtodire, ne ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtetur. Cuius fecit mentionem Euariſtus in epiſtola 1. quæ eſt ad omnes Epiſcopos Affricanos cap. 1. vbi ad hoc munus ſeptem diaconos in quauis ciuitate eſſe decreuit. Fabianus autem in epiſt. 1. in principio, conſtituit quidem Romæ ſeptem diaconos per ſeptẽ regiones ciuitatis, non vt aſsiſterent Pontifici prædicanti, ſicut Euariſtus ſtatuit: neque vt Dominicos dies, & feſta populo enunciarent, vt putauit Michael Medina, ſed vt in populo per hebdomadas, & Dominicos dies, & feſta ſolemnia, cum ſubdiaconis, & alijs miniſtris inferioribus iuxta ritum miniſteria obſeruarẽt. & hi dicebãtur diaconi regionarij: hortaturque alios Epiſcopos, vt per alias ciuitates, ſi id fieri poſſit, idem omnino conſtituant: atque id iam fuerat ſtatutũ

Huius officij meminit Euariſtus.

79

Fabianus ſeptem diaconos qui regionarij dicebãtur inſtituit Romæ.

in Cõcilio Neocęſſarienſi, cãnon. 14. Dixi autẽ, Fabianum ſeptem diaconos regionarios per ſeptẽ regiones vrbis Romę conſtituiſſe, quia expreſſe ipſe Fabianus ita dixit, neque plures regiones numerauit, quam ſeptem. Cardinalis Baronius tom. ſecũdo ſub anno Chriſti 112. §. 5. dicit, hos ſeptem diaconos electos fuiſſe à Fabiano, vt quatuordecim regionibus Romanæ Vrbis pręeſſent, & ita vnicuique duas regiones aſsignaſſe: id tamẽ ipſe nulla ratione probat. Cõfirmari autem poteſt ex Plinio lib. 3. cap. 5. vbi ſcribit, Romã diuidi in regiones quatuordecim. Vel igitur Fabianus dixit, per ſeptem regiones ſeptem diaconos electos fuiſſe, quia ex duabus regionibus fieret vna, vel certe, vt ego exiſtimo, quia iam eo tempore ſeptẽ tantum numerarentur. Et quidẽ non ſolum exiſtimo, tempore Fabiani non fuiſſe quatuordecim illas antiquas regiones Romę, ſed multo pauciores: nam vt inquit Cornelius Tacitus lib. 1. hiſtoriæ, tẽpore Neronis tantũ erãt quatuor regiones, ait enim in vita Neronis in hæc verba, *Quippe in regiones quatuordecim Roma diuiditur, quarum quatuor integra manebãt, tres ſolo tenus deiectæ, ſeptem reliquis pauca tectorum veſtigia ſupererant, lacera, ſimiliſta.* Ex quo plane cõficitur, Fabianũ in ſeptẽ regiones id, quod ex ciuitate ſuo tẽpore ſupererat, diuiſiſſe, tãtũ abeſt, vt quatuordecim antiquas pro ſeptẽ aſsignauerit, tribuẽs vnicuiq; diacono duas, vt Baronius cõtendit. Quinimo in Synod. 2. Romana ſub Syluestro actione 2, in principio, ante c. 11. dicitur, Syluestrũ diuiſiſſe vrbẽ Romæ in ſeptem regiones, & diaconis diuiſſam cõmiſiſſe. Horũ etiam diaconorum per regiones vrbis Romę meminit Caius in epiſtola 1. quę eſt ad Fęlicẽ, c. 6. ſub finẽ, vbi etiã cõmẽdat, vt per ciuitates magnas id fiat, ſicut ipſe fecit Romæ.

Concil. Neocæſar.

80

Baronius.

Diuiſio antiqua ciuitatis Romanæ. *Plinius.*

Cornel. Tacit.

Caius Pap.

Denique Syluester Papa I. in Synodo Romana 2. cap. 6. ſtatuit vt Romę ad examen parochiarum duo tantum eſſent diaconi, prẽter hos autem eſſent alij ſeptem, quos Cardinales vocauit, & vſque in hodiernum diem in eo numero perſeuerant, quamuis aliorum diaconorum numeros maxime creuerit. Verum de officio illo aſsiſtendi Epiſcopo prędicanti nihil omnino dixit: illud igitur munus non ſolum extra altare diaconis conueniebat, verumetiam exiſtimo cum Michaele Medina, non iure Diuinæ inſtitutionis, ſed ſola conſtitutione Eccleſiaſtica Euariſti diaconis deſignatum fuiſſe, ſicut & præcedens: hæc

81

enim cæremonia potius Ecclesiastica videtur, quam Diuino iure instituta; tametsi ipsa Sacra Ordinatione apti fuerint, & idonei effecti, vt ad hoc munus eligerentur, sicut de præcedente ministerio diximus.

Munus assistendi Episcopo, iure Ecclesiastico cõueniredia tonis, censet Autor.

Nizephorus libro duodecimo historiæ, capite 34. non parum post medium, mentionem facit huius consuetudinis Romanæ creandi solum in ea ciuitate septem diaconos, quam inquit ad sua tempora perseuerare. Quod sanè, si de diaconis Cardinalibus intelligat, verum asserit, si vero de alijs, non item. Nam, vt vidimus, tempore Syluestri, præter septem Cardinales, creabantur alij duo ad examen parochiarum: tempore autem Nizephori, qui vixit sub Andronico maiore, & eius filio Michaele, multo plures per singulas parochias ordinabantur. Idemque existimo de decreto Concilij Aquisgranensi, capite sexagesimo quarto, vbi statuitur idem, quod in Neocæssariensi decretum erat de numero septem tantum diaconorum, vt intelligatur tantum de ijs, qui in ciuitatibus Episcopo assistebant, nam tempore Ludouici primi, sub quo Conciliũ illud celebratũ est, & postea, diaconos plures extitisse, quàm septem, negari nullo modo potest, cum eo tempore magna esset sacerdotum, & fidelium multitudo, quamuis tempore Neocęssariensis Concilij septem illos diaconos tantum fuisse, indubitatum etiam sit.

82

Nyzephorus explicatur.

Tertium officiũ diaconorum extra altare, est psallere in choro, quod quinto loco commemorat Michael Medina, libro 23. hoc est, cantare Psalmũ, probat autem ex Athanasio in Apolog. de fuga sua aliquantulum ante finẽ, vbi ait: *Manebant in cathedra iusso diacono, vt Psalmum, Quoniam in seculum misericordia, recitaret, & populus auscultaret, & post recitationem quisque domum suam abiret*: & subdit hanc consuetudinem sublatam fuisse à Gregorio I. in primo decreto, quod habetur inter alia post libros Registri. Et quamuis Athanasius nõ aperte meminerit huius officij diaconorum, nam ille non dixit, diaconum ex iussu ipsius, Psalmum illum tunc cantasse, sed recitasse, tamen tempore Gregorij id in more positum fuisse, vt diaconi cantorum officio in modulatione vocis fungerentur, dubitare non licet, cum in eo decreto reprehendat Gregorius diaconos, quòd cum prædicationi, & studio eleemosynarum vacare deberent, ad cantoris officium, & modulationem vocis eligerentur. Quod igitur attinet ad officium canendi extra altare, existimo quidem, non conuenire diaconis iure ipso Diuinæ institutionis, sed aut propria voluntate, aut iussione sacerdotis in choro præsidentis, & vsu Ecclesiastico: nam ad hoc officium, vt præcedente disputatione, capite primo notauimus, nullus etiam ex minoribus Ordinibus fuit institutus, imo psalmista, vel cantor inferior quocunque clerico est. Si vero sermo sit de officio canendi, aut alta voce recitandi in altari Euangelium, negari non potest, iure Diuino ex institutione ipsius diaconatus, diacono illud conuenire. Nam inter alia ministeria altaris, ad quæ ordinatur diaconus, vnum est legendi Euangelium in Ecclesia Dei. Et ad hoc ministerium datur ei liber Euangeliorum, qui est propria materia huius Ordinis, vt disputatione 238. cap. 4. probabimus. Cætera vero, quæ canit diaconus in altari, vt *Ite, Missa est*, & si quæ sunt alia, ex vsu, & constitutione Ecclesiastica ei conuenire non dubito; hæc enim variari possunt, prout Ecclesia voluerit; quamuis munus inseruiendi sacerdoti in altari in vniuersum huic Ordini ex Diuina institutione conueniat, siue ad canendum hoc, siue illud, prout Ecclesia definierit. Et hæc tantum tria officia diaconorum puto ei ex sola constitutione Ecclesię conuenire.

Tertium officium diaconorũ esse cantare in choro.

83

84

Munus canendi in choro vsus Ecclesiasticus diaconis adscripsit

85

Recitare in altari Euãgeliũ ex Diuina institutione diacono conuenit.

De ministerijs diaconorum, quæ ex Diuina institutione eis adscripta sunt.

CAPVT VIII.

SICVT Michael Medinã locis citatis putauit, ex octo ministeriorum generibus, quæ diaconis tribuuntur, quinque sola Ecclesiæ constitutione, tria autem iure Diuinæ institutionis illis conuenire, ita ego è contrario existimo, ad tria tantum, de quibus capite præcedente egimus, solo iure Ecclesiastico, ad quinque autem, quæ supersunt, iure Diuinæ institutionis diaconos esse destinatos. Primum igitur ministerium est prædicationis Euangelij, quod quidem in Pontificali Romano diaconis, assigna-

Munera diaconi ex Diuina, & Ecclesiastica institutione.

86

assignatur. Huius officij meminerunt Rabanus libro primo de institutione sacerdotũ capite septimo, Autor epistolæ ad Rusticũ Narbonensem, apud Hieronymum in nono tomo capite, *De quinto gradu, &c.* Stephanus Eduensis lib. de Sacramento altaris cap. septimo, in quarto tomo Bibliothecæ faciẽ, quibus etiam adde Isidorum libro secundo de officijs Ecclesiasticis capite octauo, & Hugonem de Sancto Victore libro secundo de Sacramentis, parte tertia cap. 11. cum illis tribuunt officium euangelizandi: nam per hoc non intelligunt officium Euangelium in Missa legendi, hoc enim intelligunt sub ministerio vniuersali, quo dicunt diaconos sacerdotibus in Missam ministrare, & sine ipsis sacerdotes nomen habere, officium non habere. Demum, vt omittamus septem illos diaconos ab Apostolis electos, Actorum sexto, de quibus dubitari non potest Euangelium prædicasse, cum id de Stephano dicatur in eodem capite, & de Philippo, capite octauo: Theodoretus libro quinto historiæ, capite 38. & Nizephorus lib. 14. narrant, Beniamin diaconum, sub Theodosio Iuniore, à Rege Persarum occisum fuisse, quod à prædicatione Euangelij nollet cessare. Et Gregorius Magnus in illo primo suo decreto præcedente capite citato, conqueritur de diaconis, qui neglecto officio prædicandi, modulatis vocis, & cantui inseruiebant, quod sane minime fecisset, nisi hoc officium eis conuenire posset. Porro hoc officium diaconis conuenire iure ipso institutionis Diuinæ mihi inde persuadeo, quòd in Pontificali Romano admonentur ordinandi in diaconos, inter alia ad id muneris eligi: prætermittuntur autem cætera, quæ præcedente capite enumerauimus.

Prædicatio Euangelij. *Rabanus. Eduensis.* *Isidorus. Hugo de S. Victore.* 87 *Actor. 6.* Diaconus Beniamin ob prædicationem Euangelij occiditur. *Theodoretus Nizephorus* Fundamẽtum Autoris.

Cæterum Michael Medina lib. primo de continentia capite 30. censet, hanc prædicationem, quæ diaconis assignatur, non esse solennem, sed recitationem quamdam homiliarum, Euangeliorũ, aut planam baptizandorum catechizationem: probat autem ex Synodo Vasensi secunda sub Leone Primo, ca. canone secundo, vbi conceditur facultas presbyteris prædicandi in omnibus parochijs, ita vt si aliqua infirmitate impediti id facere nequeunt, diaconi homilias Patrum populo recitent. Reddit autem rationem, quia hoc munere recitandi homilias, non censentur indigni, qui Euangelia in Ecclesia legere possunt. Supplementum etiam Gabrielis in quarto distinctione 24. quæstione prima, articulo tertio. §. *Diaconorum officium*, cum Glossa in canonem, *Adijcimus*, 16 quæstione prima, putat, hoc munus prædicandi Euangelium esse simplicem recitationem Euangelij, sicut in lectoribus simplicem recitationem veteris Testamenti. Verum cum in hac disputatione capite secundo probauerimus, munus prædicandi minus solenniter, & catechizandi baptizandos, ad lectorem pertinere, non possumus non asserere, diaconis hoc officium cum solennitate erga alios etiam baptizatos conuenire. Porro autem munus prædicandi, quod dicimus diaconis conuenire, non esse solam recitationem Euangelij, qualis fit in Missa, patet, quia Rabanus libro primo de institutione clericorũ, capite septimo, colligit hoc officium esse diaconorum, quia legimus, diaconos factos ab Apostolis prædicasse, & baptizasse, vt patet de Stephano. & de Philippo. Nihilominus censemus iustis de causis ab Episcopis prohiberi posse, sicut etiam presbyteris prohibetur, nisi prius examine probati fuerint: & hac ratione eo tempore in illo Concilio illam recitationem homiliarum, ægrotante presbytero, diaconis fuisse concessam, existimamus. Cum enim dicimus, iure Diuino conuenire diaconis officium prædicandi, non intelligimus, hoc iure illis iniunctum, & præceptum esse, sed ad hoc ordinatione ipsa eligi, vt conuenienter prædicare possint. Si tamen Ecclesia aliquem, aut omnes non approbauerit, neque illis hoc ministerium permiserit, nihil contra Diuinam institutionem fiet, & ita vsu receptum videmus, vt nullus, nisi raro, ante sacerdotium prædicare permittatur.

Gab. supplementum. 89 Cur mẽdo diaconi prædicationis munus non exerceant

Secundum munus diaconorum ex Diuina institutione est baptizandi, cuius quidem fit mentio in ipso Pontificali; & Patres superius allegati agentes de diaconis meminerunt, & plures alij, quos tomo secundo, disputatio 147. capite quarto memorauimus. Hoc autem munus diaconis, non ex potestate ordinaria, sed ex commissione conuenire, neque ita eos ex sua ordinatione idoneos esse, vt ipsis potestate ordinaria vnquam conuenire possit: tum etiam ex Diuina institutione sui Ordinis peculiari modo aptos esse, vt hoc munus ipsis committi queat; cum tamen subdiaconi, & alij clerici, aut laici, non ita sint apti, ibidem fusius ostendimus. Et hac ratione probandum est, hoc ministerium conuenire diaconis, non iure tantũ Ecclesiastico, sicut

Medinæ placitum. 88 *Concil. Vas.* Secundũ munus Diaconorũ est baptizare. 90

falſo putauit Medina, libro illo primo de continentia clericorum, cap. 33. ſed iure Diuinæ inſtitutionis: alioquin neque in Pontificali illius fieret mentio, ſicut non fit aliorum munerum, quæ diximus iure tantum Eccleſiaſtico diaconis adſcripta eſſe, aut aliquando fuiſſe.

Medina refellitur, quihoc munus Eccleſiaſtico tãtum iure diaconis conuenire aſſeruit.

Tertium diaconorum munus ex Diuina inſtitutione ſit, quod refertur à Michaele Medina, libro illo primo, capite 34. nempe miniſtrare ſacerdoti in altari, cuius etiam expreſſe fit mentio in Pontificali, & Patres omnes initio capitis allegati expreſſe meminerunt; & Dionyſius tertio capite de Eccleſiaſtica Hierarchia, parte ſecunda, quæ eſt de Sacramento collectionis, ſiue communionis, circa medium, vbi de præcipuis miniſtris, quos Diaconos dicimus, inquit. *Præcipui porro, atque ſelecti Ordinis eius, qui miniſtrat* (hoc eſt Diaconatus) *cum ſacerdotibus in Diuino altari proponit panem, benedictionique calicem, &c.* Clemens quoque libro 8. conſtitutionum, capit. 36. aliàs 52. poſt medium, vbi aſsignãs vnicuique Ordini ſacro propria miniſteria, diaconorum eſſe inquit miniſtrare vtriſque, nempe, Epiſcopis, & ſacerdotibus, vt purè, & caſtè fiant, quæ ad religionem pertinent, intelligit plane in altari. Et hoc munus ex poteſtate ordinaria diaconis conuenire manifeſtum eſt, tam in legendo Euangelium, quam in miniſtrando ſacerdoti ad ſacrificium Miſſę. Sub hoc autem miniſterio in vniuerſum alia peculiaria continentur, quorum in Pontificali nulla fit mentio. Enumerant autẽ ea ſigillatim Iſidorus, & alij Patres citati initio capitis: *Leuitæ*, (inquit Iſidorus) *inferunt oblationes in altari leuitæ componunt menſam Domini, leuitæ operiunt arcam Teſtamenti*, ex quo cæteri deſumpſerunt, & Magiſter in 4. diſtinct. 24. capite de diaconis, & Gratianus, canone *Cleros*, vigeſima prima diſtinctione.

Tertium munus diaconi, miniſtrare ſacerdoti in altari.

91

Clem. Rom.

Hoc munus ex ordinaria poteſtate ad diaconos pertinet.

Iſidorus.

Magiſter. Gratianus.

Quartum munus diaconorum diſpenſare populo calicem conſecratum.

Quarrum diaconorum officium ſit, quod enumeratur à Michaele de Medina, libro illo primo de continentia clericorum, capite 35. nempe calicem à ſacerdote conſecratum populo miniſtrare, & diſpenſare, ſi quando ei diſpenſandum ſit, de quo miniſterio; imo & de diſpenſatione ipſius corporis Chriſti, & quo iure diaconis conueniat, ſatis ſuperque à nobis ex doctrina Patrum dictum eſt tertio tomo, diſputat. 119. capite primo, vbi notauimus, in diſpenſatione huius Sacramenti facienda à diacono, eodem modo philoſophandum eſſe, ſicut in Baptiſmo ab eodem diacono conferendo, & ad vtrumque miniſterium ex vi ſuæ ordinationis diaconum aliquid peculiare habere, quod alij miniſtri, etiam ſubdiaconi non habeant.

92

Quintum miniſterium diaconorum ex Diuina inſtitutione ſit, quod enumeratur à Michaele Medina libro illo primo, capite 33. videlicet ex altari hortari plebem, vt pro catechumenis, & pœnitentibus oret, cuius meminerunt Clemens Romanus, libro octauo conſtitutionum, capite quinto in fine, & capite ſexto, vbi ponit orationem diaconi cum tota plebe pro catechumenis, & Chryſoſtomus homilia 14. in epiſtolam ad Romanos. Verum de hoc miniſterio ſicut de alijs, quæ eo tempore à diacono fiebant, teſte Clemente Romano libro ſecundo conſtitutionum, capite 57. alias 61. vbi præcipitur, vt inter Miſſarum ſolennia poſt exitum catechumenorum, cũ ſacerdos accedit ad conſecrationem, diaconus dicat, *Nemo contra aliquem: Nemo in ſimulatione*, eodem modo iudicandum eſt, nempe, ex iure Diuino non eſſe huiuſmodi miniſteria diacono definite ſtatuta, ſicut eſt illud de legendo Euangelio, ſed ab Eccleſia ei definite præſcribi; & ita potuiſſe omnino ceſſare: ea tamen omnia ſub officio, & munere diaconi miniſtrandi ſacerdoti in altari, ita in vniuerſum contineri, vt hoc ipſo, quòd iure Diuino diaconus ſacerdoti deſignatus eſt, vt ei in altari, & ſacrificio Miſſæ miniſtret, ſuo ordine cenſeatur idoneus, & dignus, cui Eccleſia hæc, & alia id genus officia, & munera, ad miniſtrandum ſacerdoti in altari deſignet. Et hac ratione inter miniſteria ſacra, quæ diacono iure ſuæ ordinationis conueniunt, numerari non immerito poſſet, ſicut diximus capite præcedente de officio canendi alia in altari præter Euangelium. Et de primo officio introducendi catechumenos, de quo præcedente etiam capite diſſeruimus, idem dicere poſſemus: nam hoc ipſo, quod diaconus ordinatur, ex iure Diuino conſtituitur vt miniſter ſacerdotis pro altari, & pro Baptiſmo idoneus, & dignus cẽſetur, cui Eccleſia deſignet munus illud, introducendi catechumenos.

Quintum diaconorũ munus hortari plebẽ ad orationem pro catechumenis.

63

Clem. Rom. Chryſoſt.

Huiuſmodi miniſterium non eſt ex iure Diuino diaconis definite ſtatutum, ſed ab Eccleſia illis præſcribebatur.

Diaconi ex ſententia Patrum Leuitis reſpondent.

Cæterum hunc etiam Ordinem Eccleſiaſticum alicui generi miniſtrorum, quod in lege veteri fuerit, comparant Patres, initio huius capitis allegati, nempe Ordini Leuitarum. Nam ex Leuitis ſacerdotes, & Pontifices populi Iudaici eligebantur, & cæteri ſacerdotibus, & Pontifici in ſacrifi-

64

cijs

cijs ministrabant: & ideo Ordo diaconatus in nouo Testamento vocari solet, Ordo leuitarum, & in Pontificali ita nuncupatur.

De nominibus Sacerdotum, & Episcoporum.

CAPVT IX.

SVPEREST, Vt de vltimo Ordine Ecclesiastico, hoc est, demunere, & officio illius aliqua dicamus, supponentes interim, in septimo supremo Ordine non tantum esse sacerdotes, sed etiam Episcopos, & vtrosque ex Diuina institutione consecrari; tametsi de Episcopatu vtrum sit Ordo, & Sacramentum, an non, & an iure Diuino supra simplices sacerdotes sit constitutus, disputatione 224. ex professo nobis differendum sit. Et quidem de nomine sacerdotis nihil in præsenti dicendum est, cum notum sit, nomen Latinum esse, & denotare eum, qui Deo dicatus est ad sacrificia facienda, dictum à sacris, cuius generis plurimi etiam apud Gentiles, præsertim Romanos fuerunt. Quod vero ait Isidorus libro septimo Originum, seu Ethymologiarum, capite duodecimo, quod est de clericis. §. *Sacerdos*, hoc nomen compositum esse ex Græco, & Latino, nescio qua ratione probari possit. Et quamuis apud Gentiles, præcipue Romanos, plures essent sacerdotes, & alij Flamines, alij Diales, alij Martiales, &c. dicerentur, & aliquando Christiani nomine Flaminis sacerdotes suos significent, tamen communis vsus, & consuetudo hæc nomina non habet, sed solo nomine sacerdotis, & presbyteri Ecclesiastici Doctores suos sacerdotes appellant. Est igitur aliud nomen, nempe *Presbyteri*, quo etiam sacerdotes significamus, quod non Latinum, sed Græcum est: dicitur enim Græce πρεσβύτερος, quod significat, senicrem, & antiquiorem ætate, & varie in sacris literis vsurpari solet; denotat namque interdum honoratiorē, maiorē, imo & Principē populi, eo quod senioribus potissimū principatus cōueniat: qua ratione, & dominū Hispanè vocamus *Señor*, & Italicè, *Signiore*, quasi seniorem: qua sane significatio nō solū apud prophanos Autores, sed etiā in sacris literis reperitur. 1. Esdræ. 6. c. & 3. Esdræ. c. 9. Iudith 6. & 8. Baruch 1. Daniel 13. & Ecclesiastici 4. Ecclesiast. autē 5. nomine presbyteri intelligūtur sapientes.

Sacerdos a sacris dictus est

95

Isidorus ex Græca & Latina voce compositū existimat.

Presbyteri etiam nuncupantur.

96

Esdr. 6. 3. Esdr. 4. 9. Iudith. 6. & 8. Baruch. 1. Daniel. 13. Eccli. 4. & 6.

Cęterum in nouo Testamento hominē presbyteri fere semper (vt ego existimo) significantur sacerdotes, vel simplices, vel etiam Episcopi. Et quamuis Actorum 15. dicatur, quęstionem de circuncisione delatam ad Apostolos, & seniores, & proseniores, Græce sit vox illa πρεσβυτέρους, & iterum paulo antea eodē modo eadem vox à nostro vulgato Interprete conuertatur, tamen ego existimo, eo etiam loco, seniores dici non ætate, sed dignitate Ordinis sacerdotis: neque enim credendum est, Apostolos ad decisionem huius quęstionis laicos vocasse, etiā si seniores essent. Fateor tamen 1. ad Timotheum 5. in principio: *Seniorem*, (Græce πρεσβύτερον) *ne increpaueris, obsecra vt patrem*, non accipi pro Episcopo, aut sacerdote, sed pro seniore, hoc est, viro adultæ ętatis: nam statim subditur: *Iuuenes vt fratres, anus vt matres, &c.* scilicet *Obsecra*, vbi solum docet, quomodo se gerere debeat erga alios, habita ratione ętatis. Quare neque presbyter eo loco dicitur senior ratione dignitatis, aut principatus, cum solum Paulus ibi enumeret diuersos gradus ætatis. In reliquis autem locis noui Testamenti existimo, nomen presbyteri denotare aut sacerdotem, aut Episcopum.

Principes populi presbyteri vocati

Act. 15

91

1. ad Tim. 5

Hieronymus in epistola ad Euagrium, quę est octuagesima quinta in principio, ex professo probat, eosdem esse presbyteros, quos Episcopos: probat autem paulo infernus ex illo ad Titum primo: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi*: nam per ciuitates cōstituūtur Episcopi: idque ex sequentibus colligitur: nam postquam dixit, eligendos esse presbyteros sine crimine viros vnius vxoris, &c. subdit rationem his verbis: *Oportet enim Episcopum sine crimine esse, &c.* quę ratio minime congrueret præcedentibus, nisi per presbyteros intellexisset Paulus Episcopos: & ex illo primę ad Timotheum quarto: *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij*: vbi per presbyterium manifeste intelligit Episcopos, à quibus fuerat & ipse consecratus, vt exponunt cum Hyeronymo in prędicto loco, qui inde probat presbyterum eundē esse, quem Episcopum, Chrysostomus homilia decima tertia in eam epistolā, explicans prædictum locum, Theophylactus, & Oecumenius ibidem, quibus etiam accede Theodoretum, qui intelligit eos, qui Apostolicam gratiam receperunt: hi enim sunt,

Ad Tit. 1.

Eosdem esse presbyteros, quos Episcopos Hieronymus censuit.

98

Hieronymus Chrysost. Theophil. Oecumen. Theodoret.

Episcopi, sicut etiam Apostoli fuerunt. Postremo confirmat testimonio illo primæ Petri quinto in principio: *Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro consenior, & testis Christi passionum, qui & eius, quæ in futuro revelanda est, gloriæ communicator.* Pro *Senieres*, legit Hieronymus loco citato, *Presbyteros*, pro *Consenior*, legit *Compresbyter*, sicut reuera in Græco est, per presbyteros autem hoc loco intelligere Petrum Episcopos, colligit ex verbis illis sequentibus: *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei prouidentes, non coacte, sed spontanee*: nam pro voce illa, *Prouidentes*, Græce est ἐπισκοποῦντες, hoc est superintendentes, vnde & nomen Episcopi tractum est. Sic etiam Innocentius Primus in epistola decima, quæ est ad Aurelium, & Augustinum Episcopos, vocat ipsos germanos sibi, & compresbyteros, imitatus profecto Petrum in prædicto loco. Eodem modo loquitur epistola sequente ad eundem Aurelium.

99

Innocentius

Cæterum idem Hieronymus epistola ad Theophylum, quæ est 62. numero 18. presbyterum accipit pro simplici sacerdote, prout ab Episcopo distinguitur, cum ait: *Vel si hæc in Episcopis licet, in presbyteris non licet, &c.* idem sentit in epistola ad Oceanum, quæ est 83. numero vndecimo post medium, vbi inquit: *Inutraque Epistola, siue Episcopi, siue presbyteri iubentur monogami esse*: interponit tamen per parenthesim sententiam, quam postea in epistola 85. sequitur, & inquit: *Quamquam apud veteres idem Episcopi, & presbyteri fuerint.* Reddit autem rationem in eadem parenthesi: *Quia illud nomen dignitatis est*, (nempe nomen Episcopi) *hoc ætatis* (videlicet presbyteri) ac si dicat: Nomen presbyteri est nomen ætatis, sed ratione dignitatis Episcopis etiam tribui solet, vt Senior dicatur Episcopus ratione dignitatis, quod senioris mores, & sapientiam habere debeat, licet ætate iuuenis sit: nam, & Timotheus iuuenis erat, cum dicat Paulus Epistola ad ipsum, capite quarto: *Nemo adolescentiam tuam contemnat*, & tamen, vt ait Hieronymus in illa epistol. 62. numer. 18. iam erat Episcopus ordinatus: id autem constat de eodem capite paulo inferius, vbi fit mētio de gratia, quā Timotheus accepit per impositionem manuum presbyterij (hoc est) Episcoporum, à quibus ordinatus fuit Episcopus, iuxta expositionem etiam Græcorū, quam paulò ante citauimus. Id quod ait Hieronymus apud veteres, idem fuisse Episcopum, & presbyterum, & presbyterū esse nomen ætatis, Episcopū autem dignitatis, eodem modo ex Hieronymo desumpsit Isidorus lib. 7. originum, seu ethymologiarum, cap. 12. quod est de clericis. §. *Presbyter.* Rabanus lib. 1. de institutione clericorū cap. 6. Quod vero ait Alcuinus, lib. de Diuinis officijs cap. 35. §. *Presbyteri*, in antiqua Ecclesia presbyteros consueuisse vocari Episcopos, ita est intelligendum, non quod presbyteris, hoc est) simplicibus sacerdotibus, nomē Episcopi tribueretur (hoc enim nusquā scriptum reperitur) sed quòd Episcopus presbyter diceretur, & idē esset Episcopus, qui presbyter (hoc est his duobus nominibus æque appellaretur; quæ quamuis ita sint, vsus tamē Ecclesiasticus habet, vt sacerdotes simplices passim presbyteri dicantur, Episcopis autē hoc nomen non tribuant. Et ita Chrysostomus, Theophylactus, & Oecumenius, cum dicunt, Paulum 1. ad Timotheum 4. per presbyterium intelligere Episcopos, reddūt rationem his verbis. *Non enim a presbyteris ordinatus est*: ac si dicāt. Ideo per presbyterium Episcopos ordinantes intelligimus, quia à presbyteris, hoc est, simplicibus sacerdotibus ordinari non potuit. Porro sacerdotes simplices dicuntur presbyteri, hoc est, seniores, non ætate, sed sapientia & moribus, sicut notarunt prædicti Patres, & Alcuinus lib. de Diuinis officijs. cap. 35. §. *Presbyter*, & Hugo de Sancto Victore lib. 1. de Sacramentis. p. 3. cap. 12. Illud autē in Hieronymo prædictis in locis cauendū est, quod putat sacerdotes, & Episcopos, ita eodem non ine presbyteri promiscuè vocari consueuisse, vt iure Diuino nulla fuerit vnquam inter eos differentia, sed tantum iure Ecclesiastico Episcopi sacerdotibus fuerint prælati, vt disp. 240. ex professo videbimus. Porro Episcoporū plura etiam sunt nomina, quæ prius explicāda sunt. De nomine Episcopi iam supradictū est à voce illa Græca deriuari, & significare idem quod apud Latinos *Superintendens*, vt supra ex Hieronymo retulimus, & notant etiam Isidorus lib. 7. origin. seu Ethymolog. c. 12. quod est de clericis. §. *Episcopatus autem*, Rabanus lib. 1. de institutione Cleric. cap. 5. & Alcuin. lib. de Diuin. officijs cap. 35. aliquantulū antehnem in 3. tom. Bibliothecæ sacræ. Est etiam aliud nomen, nempe *Pontifex*, quo vt notauit Scęuola, à *posse*, & *facere*, dictum est, aut sicuti ait Varro, à ponte, & facere, quasi pontem faciens, non vt putauit Alcuinus, libro de Diuinis officijs, capite illo 35. sub finem, quòd pontem, hoc est, viam alijs præbere debeat verbo, & exemplo, per quam transeant ad vitam cęlestem, quod quidem desumpsit ex Indo-

Hieronymus in alio loco, presbyterū pro simplici tantū sacerdote accipit.

Presbyter nomen ætatis, Episcopus vero nomen dignitatis.

100

Isidorus. Rabanus.

010

Chrysostomus Theophylac. Oecumenius

1. ad Tim. 4. Alcuinus.

Hugo. Inter simplicem sacerdotem, & Episcopū nullam ex iure Diuino differentiā agnouit Hieronym

Scæuola. Varro.

102

Pontifex a faciendo ſublicio ponte, aut reficiendo dictis.

71

Liuius. Volfangus.

103 Olim Epiſcopi, Pontifices, & ſummi ſacerdotes imo, & ſummi Pontifices nuncupati.

Cõcil. Carth.

Anacletus.

Euſebius.

Innocent. 1. Leo. Cõcil. Taur. Cõcil. Aquiſ Cõc. Tol. Tertullianus. Ambroſius. Hieronym.

104

ro lib. 7. Originũ ſeu Ethymologiarum cãpite illo 12. citato. §. *Pontifex*, vbi inquit, Põtificem eſſe quaſi viam ſequentium, ſed vt ait Barro, eo quod ſublicius pons à Pontificibus Romanis factus fuit primum, & deinde reſtitutus. Erant apud Romanos, Pontifices, ſacri Magiſtratus, erantque maiores & minores Pontifices, inter quos erat quidam ſummus qui maximarum rerum, quæ ad ſacra, & religionem pertinent, iudex eſſet, & vindex aliorum, ſicut Autor eſt Liuius. De his Pontificibus vberius diſſerit Vvolfangus Labius. lib. 3. commentariorum Reipublicę Romanæ capite. 11. & id quod diximus ex Liuio refert. Et quamuis apud Romanos Gentiles nomine Pontificis minoris etiam ſacerdotes ſignificarentur, atque hoc nomen illis conueniret, nihilominus in Eccleſia Chriſti ſacerdotes nuſquam Pontifices appellati inuenientur. Et quamuis vſus iam diu obtinuerit, vt nomine Pontificis ſolum Epiſcopus Romanus dicatur, quem etiã Papam appellamus, tamen negare non poſſumus, cęteros Epiſcopos antiquitus vocari conſueuiſſe Pontifices, imo ſummos Põtifices, & ſummos ſacerdotes. In Cõcilio quidẽ Carthaginenſi 3. cap. 26. apud Affricam, & refertur canone: *Primæ ſedes*, 99. d. vetitum fuit, vt prin ę ſedis Epiſcopus appellaretur princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos aut aliquid huiuſmodi, ſed tantum, primæ ſedis Epiſcopus, tamen in Europa, & Aſia, non ſolum Archiepiſcopos, ſed etiam Epiſcopos antiquitus vocatos fuiſſe ſummos ſacerdotes, imo vero, & ſummos Pontifices, aut ſummos Antiſtites inuenimus. Et quidẽ vocãt eos ſummos ſacerdotes Anacletus in Epiſtola 2. ad Epiſcopos Italię capite 2. & refertur in canone: *Accuſatio*, 29. diſt. in Epiſtola etiam 2. Cornelij Papę in Epiſtola 2. quę eſt ad Rufum, cap. 1. & refertur canone: *Sacramentum*. 2. q. 5. Euſebius in Epiſtola 3. ad Epiſcopos Tuſcię, & Campaniæ, & refertur canone *Manus quoque*, *De conſecratione*, diſtinct. quinta. Innocentius I. in Epiſtola 12. quæ eſt ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſe & refertur canone, *Miſerum*. 16. diſtinct. Leo primus, in epiſtola 84. quę eſt ad Anaſtaſium capite 5. Concilium Taurinatenſe capite primo. Concilium Aquiſgranenſe ſub Ludouico Pio capite 2. Concilii Toletani 9. canone vltimo, & Tertullianus lib. de Baptiſmo c. 17. Ambroſius, lib. de Sacrament. c. 1. & Hieronymus in dialogo aduerſus Luciferianos. Quocirca & ipſũ Epiſcopatum vocari etiam conſueuit ſummum ſacerdotium, ſicut vocauit Concilium Barcinonẽſe ſub Recaredo canonẽ tertio, & Concilium apud Medardum, vt refertur in canone *Legum* ſecundo, quæſtione 1. Præterea eoſdem Epiſcopos appellant Summos Pontifices Melchiades Papa in Epiſtola prima, quæ eſt ad Epiſcopos Hiſpaniæ capite ſecundo. Concilium Agathenſe. 2. capite 39. & Concilium Hiſpalenſe ſecundũ, canone 7. Zozimus autem epiſtola prima, quæ ſit. ad Heſichium, capite tertio, Epiſcopatum vocat Summum Pontificatum. Denique Concilium Aurelianenſe primum, ſub Clodoueo in principio, Epiſcopos vocat ſummos Antiſtites. Sed & Iſidorus, & Alcuinus locis citatis nomen Pontificis ad omnem Epiſcopum extendunt, tametſi non vtatur nomine ſummi Pontificis ad eum ſignificandum. In lege quoque veteri non tantum vnus, ſed plures etiam ſacerdotes ſummi, & Principes dicebantur, vt patet Matth. 2. Marci 10. & 14. Actorum 4. verum iam diu nomen hoc, non ſolum ſummi Pontificis, ſed etiam Põtificis, Epiſcopo Romano reſeruatum eſt, ſicut etiam nomen Papæ, quod olim Epiſcopis etiam tribuebatur. Et de nomine Papæ, ita olim poſt Photium Patriarcham conuentum fuiſſe inter Romanum Pontificem, & Conſtantinopolitanum Patriarcham, vt nomen hoc ſoli Romano Pontifici tribueretur, ſcribit Onuphrius in vita Bonifacij Tertij.

Epiſcopatum ſummum ſacerdotium vocant. Cõcil. Barc. Cõcil. apud Medardum. Cõcil. Aurelianenſe. Iſidorus. Alcuinus.

105

Nomen Papæ olim commune Conſtantinopolitano Patriarchæ. Ofenſu Romano Pontifici ad ſuprẽ eſt.

Denique aliud nomen eſt quo Epiſcopos in Eccleſia Dei non raro ſignificamus, videlicet, *Antiſtites*: eſt autem Latinum deriuatum à verbo antiquo *Antiſto*, pro *Anteſto*, eo quod cęteris anteſtet Antiſtes, ideſt antecellat: & cum apud antiquos Antiſtites eſſent primarij Templorum ſacerdotes, qui cæteris anteſtabant, vt docet Liuius primo ab vrbe, recte etiam hoc nomine Epiſcopos noſtros, & ſummos ſeu primarios ſacerdotes ſignificamus.

Epiſcopi cur Antiſtites dicti ſint.

De officijs Presbyterorum, & Epiſcoporum.

CAPVT X.

IAM Vero de officijs, & muneribus ſacerdotum & Epiſcoporum dicamus. In Pontificali igitur primum hęc quinque munera ſacerdoti aſſignantur, offerre, benedicere, præeſſe, predicare, & baptizare. Offerre idem eſt, quod ſacrificare, quod

106

munus ita proprium est sacerdotis in vniuersum, vt nullus sacerdos sine hac potestate apud Iudeos, imo apud Gentiles, vnquam fuerit, ab hoc enim ministerio sacerdos dicitur, non solum apud Latinos, sed etiam apud Græcos: sub benedictione autem non omnes benedictiones comprehenduntur, nam aliquæ Episcopis reseruantur. Conuenit autem sacerdotibus benedictio panum, benedictio aquæ, cereorum, thuris, & aliorum fructuũ terræ, vt patet ex Pontificali, & Missali. Per *Præesse* autem non intelligitur peculiare officium sacerdotis, sed vniuersale munus pastoris, non quòd quilibet sacerdos hoc ipso quod ordinatur, iurisdictionem pastoris, applicata sibi materia debita, in vllum habeat, sed quòd recipiat iurisdictionem, quam vocant actiuam, cui si ab Episcopo materia debita applicetur, & subditi assignentur, iurisdictionem completam pastoris in eos habebit, sicut 2. tom. disp. 143. c. 3. n. 17. ex pli cuimus. Duo alia munera, nempe, prædicandi, & baptizãdi, satis nota sunt. His quinque officijs, quæ sacerdoti tribuũtur, addi videtur aliud, nempe absoluendi à peccatis, quod confertur post priorem ordinationem, vt disput. 239. cap. 3. ostendemus. Ego vero puto sub officio, quod dicitur *Præesse* illud cõtineri, nam pastori, & ei, qui præest, conuenit potestasius dicendi in subditos, ac proinde sententiam absolutionis peccatorum in eos ferendi, nam ius dicere, est sententiam ferre.

Munera, & officia sacerdoti & Episcoporum.

107

Quæ benedictiones sacerdoti competãt.

Munus absoluẽdi in sacerdotio includitur in officio Pastoris, quod per præesse Pontificale exprimit.

Hæc quinque munera sacerdotum sub tribus videtur complexus Isidorus, libro secundo de officijs Ecclesiasticis, capite septimo, his verbis: *His enim* (scilicet presbyteris) *sicut Episcopis, dispensatio mysteriorum Dei commissa est: præsunt enim Ecclesijs Christi, & in confectione Diuina corporis, & sanguinis consortes cum Episcopis sunt, similiter, & in doctrina populorum, & in officio prædicandi.* Vbi quamuis non meminerit officij benedicendi, & baptizandi; ea tamen duo complexus est sub officio præsidendi Ecclesijs. Ex quo etiam patet, recte à nobis explicatum fuisse illud, quod per verbum *Præesse*, in Pontificali denotatur: ideo autem sub eo officio duo alia continentur, quia ad pastorem pertinet, populo benedicere, & ipsum baptizare, vt de Baptismo probauimus secundo tomo, disputat. 147. capite 3. Rabanus libro primo de institutione clericorum, capite sexto, tria tantum munera sacerdotibus adscribit, conficere Eucharistiam, baptizare, & prædicare. Stephanus Eduensis, libro de Sacramento altaris, capite nono, non longe à principio, in quarto tomo Bibliothecę Sacræ, similia officia licet alio modo explicata, assignat sacerdoti: inquit enim, esse coadiutores Episcoporum, baptizando, rudes populos instruendo (hoc est) prędicando, communicando (hoc est) confectione Eucharistiæ, & cętera Sacramenta ministrando, exceptis quibusdam, quæ soli Episcopo reseruãtur, & alijs Episcopalibus muneribus, quæ inferius referemus. Alcuinus libro de Diuinis officijs, capite 35. §. *Presbyteri*, & §. *Sacerdos*, hæc munera sacerdoti tribuit, sacrificium offerre, catechizare, & baptizare, & infirmos oleo sancto vngere, & prædicare, omittit autem officium absoluendi. Hugo quoque de Sancto Victore, quamuis libro secundo de Sacramentis, parte tertia capite duodecimo sub finem, solum adscribat sacerdotibus, conficere Sacramentum corporis, & sanguinis Christi, orationes dicere, & benedicere dona Dei, (hoc est) aquam, & fructus terræ (desumpsit autem ad verbum ex Isidoro in epistola ad Ludisridum, quę refertur 25. distinctione, canone *Perlectis.* §. *Ad presbyterum*,) tamen non longe à principio capitis dicit, omnia, quæ Episcopis conueniunt, conuenire etiam presbyteris, præter Basilicarum benedictionem, consecrationem chrismatis, impositionem manuum, & benedictionem communem super populum. Quo circa eadem omnino officia, quę in Pontificali assignantur, omnes citati Autores, vel sub paucioribus, vel alio modo complexi sunt. Cętęrum inter ea, quę numerauimus, solum est vnum, quod non tam Diuino, quam humano iure presbyteris videtur conuenire: nam sicut ipsa benedictio fructuum, & aquę iure humano, non Diuino videtur introducta, ita etiam eodem iure presbyteris videtur applicata. Cætera autem conueniunt Diuino iure presbyteris, eo quòd ea omnia iure Diuino etiam in Ecclesiam introducta sint, nisi quòd officium prædicandi ita Diuino iure conuenit sacerdotibus ex officio, diaconis vero, tamquam presbyterorum coadiutoribus, vt illud etiam alijs ordinibus, & clericis ex licẽtia Episcoporum tribui posset: ita vt recte ab eis fiat, cętera autẽ nullo modo alij quã sacerdotibus, & ex licentia Episcoporum, aut Ecclesiæ conuenire queant, saltem vt recte ab eis fiant. Dixi vero, saltẽ vt recte fiãt, propter munus baptizandi: quod si ab alio, quam a sacerdote vsurpetur, non recte fiet, Baptismus tamen collatus verus erit, cætera autem

Ad tria tantum retulit officia sacerdotum, Isidorus.

108

Rabanus.

Stephanus Eduensis.

Varij sunt Doctores in assignãdis sacerdotum officijs.

Alcuinus.

109

Hugo.

101

Omnia munera, præter benedictionem aquæ & fructuũ presbyteris conueniunt, Diuino iure.

sutem non solum male fient, sed etiam irrita, & inania erunt.

Episcopi officia.

Episcopo in Pōtificali sex munera, & officia designātur his verbis: *Episcopum oportet iudicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, & baptizare*: tametsi Ignatius in Epist. ad Heronem, quæ est 10. aliàs 13. solū tribuat baptizare, consecrare, seu sacerdotium agere, ordinare, manus imponere. Sub interpretatione comprehenditur prædicatio verbi Dei: nam munus eius est, in predicatione sacram Scripturam populo interpretari. Sub consecratione intelligitur confectio chrismatis, quinimo & administratio Sacramenti ipsius chrismatis, quod est Confirmatio, vt infra probabimus ex Isidoro, & recte notauit Martinus de Ayala parte tertia de traditionibus. §. *Quæ vero*, explicans verba Dionysij, quibus in capite quinto de Ecclesiastica hierarchia p. 1. longe post medium, alias capite 8. Episcopi officia recensēt in hūc modum: *Itaque Diuinus mos sanctam hierarchicorum Ordinum institutionem, Diuinique vnguenti confectionem, atque sanctam altaris consecrationē Diuinorum Pontificum efficacibus facultatibus singulari munere attribuit*. Sub confectione vnguenti, seu chrismatis inquit Ayala, cōprehendi etiam Confirmationis Sacramentū, quod hoc chrismate confertur; at consecratio, quę est confectio Sacramenti corporis, & sanguinis Christi, sub oblatione continetur, cū idem sit, cōficere hoc Sacramentū, & in sacrificium Christum sub eo offerre, cętera nota sunt. Porro iudicare in Episcopis, hoc differt à munere sacerdotum, quod dicitur *Præesse*, nam Episcopi non tantum in foro interiori animę per clauium potestatem iudicant de peccatis, sed etiam eorum iurisdictio ad punienda delicta in exteriori foro vim habent. Quo circa Isidorus, lib. 2. de Diuinis officijs cap. 5. quod est de sacerdotibus. §. *Innouo autem*, inquit, Episcopum esse nomē officij & idē esse quod superintēdēte, eo quòd curā subditorū habeat. Clarius tamē Alcuinus lib. de Diuinis officijs c. 35. §. *Presbyteri*, tribuit Episcopis, vt munus peculiare potestatem ligandi, & soluendi, nempè in foro exteriori per excommunicationem, & absolutionem ab ea: inquit, enim hoc illis solis conuenire, sicut etiam chrysma conficere, & frontem illio signare, quæ quidem non sunt communia sacerdotibus: sunt autem hæc omnia munera iure Diuino Episcopatui annexa, & propria, nisi quod tria illa, interpretari, offerre, & baptizare, non sunt ei propria quarto modo, cum etiam conueniat sacerdotibus, sed secundo modo, quia omnibus Episcopis conueniunt, licet non solis. Porro prædicare, & & baptizare ita conueniūt Episcopis, sicut sacerdotibus, vt supra explicuimus.

111

Ayala.

112

Episcopi nō solum in foro interiori, sed in exteriori etiā, ius dicunt.

Isidorus.

Alcuinus.

Hæc munera sunt annexa Episcopatui iure Diuino.

Isidorus, lib. illo 2. de officijs Ecclesiasticis, cap. 7. postquam assignauit sacerdotis officia, reseruat Episcopo ordinationē, & confectionem, cum tamen ante dixisset, munus esse sacerdotis conficere Sacramentum corporis, & sanguinis Christi, quo fit vt officium confecrandi, quod in Pōtificali, vt supra vidimus, Episcopo tribuitur, recte à nobis fuerit explicatum. Hæc etiam duo tantum reseruat soli Episcopo Rabanus, li. 1. de institutione clericorum, cap. 6. concedens alia, quæ sacerdotibus, & presbyteris communia sunt, & supra enumerauimus, tametsi tria reseruare illi videatur, nempè chrysmate frontem signare, Paracletum dare, & clericos ordinare. Verum, Paracletum dare, quod intelligitur per manuum impositionem, non differt ab alijs duobus, quæ tantum enumerauit Isidorus. Nam Episcopi solum dāt Spiritum Sāctum per manuum impositionem in Sacramento Confirmationis, & Ordinationis. Et ita Alcuinus, lib. de Diuinis officijs, cap. 35. §. *Presbyteri*, in 3. tom. Bibliothecæ sacræ, reseruat Episcopo, tanquā illi peculiaria munera, conficere sacrum chrysma, & eo baptizatos signare, & per manuum impositionem, illis Spiritum Sanctum tribuere: deberet tamen, & ipsis ordinationem, & manuum impositionem in ipsos ordinatos reseruare. Porro præter hæc duo, & præter manuum impositionem, adscribunt Episcopo alia duo Stephanus Eduensis, lib. de Sacramento altaris, cap. 9. ante finem, & Hugo de Sancto Victore, li. 2. de Sacramētis, p. 3. cap. 13. Basilicarum consecrationē, seu dedicationem, & super populum benedictionem, videlicet solennem, & cum cantu: sub Basilicarum autem consecrationem, seu dedicationem continetur altaris consecratio, cuius expresse solum meminit Hugo loco citato, & Autor quoque Epistolę ad Rusticum Narbonensem apud Hieronymum in quinto tomo capite, *De sexto gradu*, &c. Et Isidorus in Epistola ad Ludifridum, quæ refertur 25. d. cano. *Perlecti*. §. *ad Episcopum*, qui duo posteriores, prēter illa, quę diximus, reseruant Episcopo, virginū consecrationē. Verum hęc omnia solum sunt iure Ecclesiastico Episcopis reseruata, & annexa, sicut expresse notauit Martinus Perezius de Ayala 3. parte de traditionibus, consideratione 4. quæ est de Ordine §. *Quæ vero officia*: cū enim

Munus cōfecrandi, quod in Pōtificali peculiariter Episcopis tribuitur iuxta Autorem, & Isidorum, est chrisma cōficere, & illud ministrare.

Rabanus.

113

Alcuinus.

Stephanus Eduensis.

Hugo.

Pseudo Hieronym.

Ayala.

enim hæc omnia, sint ceremoniæ quædam ab Ecclesia inuentæ, dici non potest, iure Diuino, sicut alia, quæ enumerauimus, sed solo iure Ecclesiastico Episcopis conuenire. Deniq; quamuis Sacramentum Cófirmationis, & confectio chrysmatis sint propria Episcopi tanquam proprij, & ordinarij ministri ex Diuina institutione, tamen vtrum etiam ex commissione cóuenire possint simplici sacerdoti, tomo 2. disp. 136. cap. 1. à nobis dictum est. Et quidem Autor illius Epistolæ ad Rusticum Narbonensem, capite, *De sexto gradu*, post medium, apud Hieronymum, in 9. tomo plane dicit, presbyterú, si necesse sit, conficere posse chrysma, intelligere autem videtur ex cómissione, de quo in eo loco diximus. Mitto, quę Scholastici docent circa ministeria, & officia horum Ordinum, pauca enim de hac re dixerunt, & satis est, ea quæ in Pontificali continentur, auctoritate antiquorum Patrũ confirmasse.

Hæc tria posteriora munera, solo iure Ecclesiastico Episcopis ad scribuntur

lij

An prima tonsura, & quatuor minores Ordines sint Sacramenta. Disput. 237.

Primã tonsurã, & quatuor minores Ordines esse Sacramenta, aliqui existimarunt, alij vero de quatuor tantum Ordinibus id dixerunt. Cap. 1.

Nec primam tonsuram, nec quatuor minores Ordines esse Sacramenta à Christo instituta, sed ex sola Ecclesiæ constitutione dimanasse, probabilior sententia est: Cap. 2.

Dissoluuntur argumenta prioris sententiæ, Cap. 3.

Primã tonsurã, & quntuor minores Ordines esse Sacramẽta, aliqui existimarunt, alij vero de quatuor tantum Ordinibus id dixerunt.

CAPVT I.

AMETSI Sextum Sacramentum, nempè, Ordinationis, sit vnum genere, plura tamen sub eo contineri, sicut etiam plures Ordines sub Ordine in vniuersum, dubium non est. Vtrum autem omnia hæc Sacramẽta vere sint plura, aut quodammodo vnum tantum conficiant, in controuersia positum est, de qua inferiùs differemus. Priùs autem de singulis Ordinibus, vtrùm sint Sacramẽta à Christo instituta, an non; simulque de antiquitate, & institutione eorum, quod in hunc locum reseruabimus, agemus.

In proposita igitur quæstione de primã tonsura, & minoribus Ordinibus, variæ sunt sententiæ Doctorum. Prima sit, non tantum quatuor minores Ordines, nempè Ostiarij, Exorcistę, Lectoris, & Acoluthi, sed etiam primam tonsuram clericalem esse à Christo Domino institutam, ac proinde esse Sacramentum. Pro qua opinione, video à nonnullis referri Iurisperitos, in cap. *Cum contingat, De ætate, & qualitate ordinandorum*, eo quòd in ea fuerint sententia, vt asserierint, primam tonsuram esse Ordinem, sicut alios quatuor minores: nam cumplerique, & antiquiores Theologi putent, quatuor minores Ordines esse Sacramẽta, vt statim videbimus, consequi videtur, & primam tonsuram esse Sacramentum à Christo institutũ, si semel cõcedamus, Ordinem esse. Verum Innocentius IIII. Ancarranus, Panormitanus, in illud caput, *Cum contingat, De ætate, & qualitate ordinandorum*, & Bernardi glossa in verbo, *Abbati*, Angelus in summa verbo, *Ordo*, 1, num. 1. Maior, in 4. d. 24. §. 1. columna 2. & Echius in homilia de Ordinibus, qui dixerunt, primam tõsuram esse Ordinem, expresse non disputarunt, vtrum esset Sacramentum à Christo institutum, an nõ. Et sanè existimare potuerunt, esse Ordinem, non tamen esse Sacramentum, aut à Christo institutum, si idem de alijs minoribus Ordinibus putarent, sicut nonnulli censent, esse quidem quatuor minores Ordines, qui non sint Sacramenta, neque à Christo instituti, sed ab Ecclesia solum inuenti: Verùm cum Angelus num. 2. expresse dicat, per primam tonsuram characterem imprimi, aperte denotat, esse Sacramentum, sicut alij omnes Ordines, vt inferiùs referemus.

Prima sententia asserens primã tonsuram esse Sacramentum.

Innocent. Ancarran. Panormit. Bernardi Glossa. Angelus. Maior. Echius.

Pro hac sententia, pro vt à nobis recitata est, nullum aliud video posse esse fundamentum

lum, præter illud, quo nixi Iurisperiti dixerunt, primam tonsuram esse Ordinem, & præter illa, quibus non pauci Theologi adducti putant, minores Ordines esse Sacramenta, vt statim referemus.

§

Secunda sententia affirmat, quatuor minores Ordines esse Sacramentũ non vero primam tõsuram. *Bonauent. Ricardus.*

Secunda sententia sit, non quidem primam tonsuram, sed quatuor minores Ordines, præcedente disputatione numeratos, esse Sacramenta à Christo instituta, quam quidem ex Schola Theologorum plerique sequuntur, S. Thomas, in 4. d. 24. quæst. 2. art. 1, q. 3. Bonauent. art. 2. q. 1. in corpore, & ad 1. vbi eodem modo loquitur, quo S. Thomas, Ricardus art. 4. q. 1. inquit enim, in omni Ordine conferri gratiã gratum facientem, quod proprium est Sacramentorum, & idem S. Thom. eadem. q. 1. art. 2. q. 2. Bonauent. art. 1. q. 4. & Ricardus in illo ar. 4. q. 1. docent, in quolibet Ordine imprimi characterẽ, id quod proprium est Sacramentorum. In prædicta quoque secunda sententia cum his Doctoribus allegatis conueniunt Scotus in illa dist. 24. q. vnica, §. *De tertio*, in fine. Thomas de Argẽtina, q. vnica, art. 2. §. *Ad primum dicendum*: vbi inquit, septem Ordines non esse septem Sacramenta, sed vnum, & §. *Ad probationem dicendum*, vbi affirmat, per septem Ordines conferri septem characteres. Supplementum Gabrielis, q. 1. art. 2. conclusione 1. in qua asserit, Ordinis Sacramentum esse à Christo in noua lege institutum, & cõcl. 3. in qua affirmat, septem Ordines non esse septẽ Sacramenta, sed vnum, nempè specie, sicut dixerat Argẽtina, eo quòd omnes ad vnum finem referantur. Paludan. in 4. d. 1. art. 2. in principio. Capreolus, q. vnica, ar. 1. concl. 1. & 2. vbi idem asserit, quod Supplementum. Maior, q. 1. §. *His pauris*, vbi docet, Ordinem esse Sacramentum nouæ legis, & in quolibet ex septem conferri gratiam, & imprimi characterem, Almainus, q. 1. art. 3. §. *Consequentur quæritur*. Petrus Sotus, lib. de institute sacerdotum, lectione 4. circa medium, Sylvester in summa, verbo *Ordo*, 1. q. 1. in fine & q. 2. in principio, & Angelus in summa, eodem titulo, num. 2. vbi asserit, in omni Ordine imprimi characterem: cumq; numero 1. dixerit cum Iurisperitis, primam tonsuram esse Ordinem, idẽ de prima tonsura sentiet. Deniq; hanc sententiã tribuere possumus, Alber, in 4. d. 24. art. 4. vbi docet, esse vnum Sacramentum, licet sint plures Ordines. Deinde art. 7. & 6. diuidit Ordinem in septem, & art. 17. inquit, per Ordinem ostrarij imprimi characterem. Eam quoque Ruardus Tapper, art. 17. §. *De Ordinibus minoribus*, & Recentiores nonnulli, & Couarruuias, lib. 1. variarum c. 10. numero nono, & 10. aperte sequuntur.

Scotus. Thomas de Argentina — *Supplmentũ Gabriel.* — *Paludanus. Capreolus. Maior. Almainus.* — *Petr. Soto. Siluester.* — *Angelus.* — *Alberius.* — *Ruardus Tapper, Couarruuias.*

§

Tribus autẽ rationibus confirmari potest, primum quidem, quòd per antiqua in Ecclesia Dei horum Ordinum mentio hat, quod sane non leue indicium est, vt dicamus, Diuina traditione eos ad nos peruenisse. Eorum enim non solum meminerunt Patres omnes à nobis præcedente disputatione, cap. 2. allegati Isidorus, Rabanus, Alcuinus, Eduensis, Autor epistolę ad Rusticũ Narbonensem, apud Hieronymum, & Hugo de S. Victore, verum etiam; alij multo antiquiores, & temporibus Apostolorum valde propinqui: Dionysius cap. 3. de Ecclesiastica Hierarchia. p. 2. meminit ministrorum non tantum eorum, qui præcipui sunt, & vna cum sacerdotibus sanctum panem, & calicẽ in altari imponũt, & diaconos vocamus; sed etiam aliorum, ex quibus quidam foribus Templi adsũt, quos ostiarios nunc appellamus, & aliorum, qui aliquo proprio munere fungũtur, inter quos, non solum subdiaconos, sed alios etiam inferiores planè intelligit. Ignatius in Epistola ad Antiochenses, quę est 9. alias 12. aliquãtulum ante finem, salutat presbyterum eorũ, & diaconos: deinde post pauca salutat subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborãtes, seu fossarios, exorcistas, atque confessores, custodes portarum sanctarum, & diaconissas, inter quos quatuor minores Ordines memorãtur, vt manifestum est. Clemens Romanus in secundo libro constitutionum, capit. 57. alias 61. mentionem facit de lectoribus, & officium eorum assignat: citatur etiã in Epistola tertia, quòd minorum Ordinum meminerit, ibi tamen solum mentionem facit presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum, & cleri: & libro tertio constitutionum. capite 11. lectorum, & ianitorum, hoc est ostiariorum: lib. autẽ 8. cap. 22. alias 28. lectorum meminit: mentionem quoque facit exorcistarum, cap. 26. alias 32. Verum qua ratione dixerit, eum non heri ordinatione, sequente cap. explicabitur. Anacletus in Epistola 3. cum in fine capitis dixisset, Episcopũ à tribus Episcopis ordinandum esse, presbyteros autem à suo Episcopo, similiter & diaconos, initio cap. 2. inquit: *Cæterorum autẽ graduum trium, veracium testimonium, cum Episcopi scitu et approbatione sufficere potest.* Cũ ait *Cæterorum graduum*, intelligit plures alios esse Ordines, præter Episcopatum, presbyterium, & diaconatum, quorum mentionem supra fecerat, nam vt diximus disp. præcedẽte, cap. 1. Ordo idem est, quod gradus in Ecclesia

Ruardus Tapper, Couarruuias. — *Isidorus. Rabanus. Alcuinus. Eduensis. Hugo. Dionysius.* — *Ignatius.* — *Clemens Romanus.* — *Anacletus.*

§

6

ſia, Cornelius Pp. in epiſtola ad Fabianum Antiochenum Epiſcopum, quam refert Euſebius, libro ſeptimo hiſtoriæ, capite 33. aliquantulum ante finem, poſt Epiſcopum præsbyteros, diaconos, & ſubdiaconos, & ſolos quatuor Ordines minores memorat, quos nunc in Eccleſia habemus. Caius Papa, in epiſtola prima, quæ eſt ad Fœlicem, capite ſexto, recenſet eosdem Ordines minores, quibus inquit aſcendi ad presbyterium, & Epiſcopatum, his verbis, *Vt ad Ordines Eccleſiaſticos ſic aſcendant in Eccleſia, qui ordinari merentur, (id eſt) ſi primo oſtiarius, deinde lector, poſtea Exoriſta, inde ſacretur acolythus*, Vbi notandum eſt verbum, *Sacretur*, quod non niſi Ordini à Chriſto in Sacramentum inſtito conuenire videtur. Mitto Concilium Laodicænũ canone vigeſimo quarto, Carthoginenſe quartũ, capite ſexto vſque ad nonum, & alia recentiora Concilia, in quibus horum quatuor minorum Ordinum mentio fit, nunc enim ad probandum eſſe Sacramenta, ſolum niti debemus teſtimonijs antiquorum Patrum, qui pro pe tempora Apoſtolorum, illorum meminerint: ſic enim ex antiquitate eorum colligi non obſcure videtur, non ab Eccleſia, ſed à Chriſto inſtitututa fuiſſe, ac proinde Sacramenta eſſe.

Deinde eadem ſententia probari poteſt alia ratione, quia ſi hi quatuor Ordines, nonſſent Sacramenta à Chriſto inſtituta, ſod officia ab Eccleſia ſolum in aliquo gradu, & Ordine deſignata, ſequeretur, fore, vt pluresetiam Ordines recenſeri deberent, nempè Ordo cantoris, laboratoris, ſeu foſsarij, cuius meminit Ignatius, vt vidimus, Archidiaconi, Archipresbyteri, Chorepiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, & Cardinalis: hi enim ſunt gradus quidam excellentiæ, & dignitatis ab Eccleſia inuenti, vt Eccleſiaſtica hierarchia recte ſeruetur. Poſtremo denique, quia ſi hi Ordines ab Eccleſia eſſent inſtituti, neque haberent materiam, neque formam, nec imprimerent characterem, ac proinde repeti poſſent,, quod tamen eſt falſum. Aliqui etiam prædictam opinionem contendunt probare ex Concilio Florentino, & Tridentino, quorum teſtimonia capite tertio examinabimus.

Caius Papa

8

Cõcil. Laod. Concil. Carthag. 4°

Secunda ratio pro prima ſententia.

Ignatius. Tertia ratio pro eadem opinione.

9

Nec primam tonſuram, nec quatuor minores Ordines eſſe Sacramenta, à Chriſto inſtituta, ſed ex ſola Eccleſiæ conſtitutione dimanaſſe, probabilior ſententia eſt.

CAPVT II.

MVLTO Probabiliot ſententiã ſemper mihi viſa eſt, neque primam tonſuram, neque quatuor minores Ordines eſſe Sacramẽta, à Chriſto inſtituta, ſed ex ſola Eccleſiæ conſtitutione dimanaſſe: tametſi pauciores Theologi illam nobis tradiderint: ſequitur autem illam Magiſter in 4.d.24.cap. *Septimus Ordo*, in fine, nam poſtquã dixit, omnes ſeptem Ordines eſſe ſpirituales, & ſacros, duos tamen præcipue ſacros appellari, nempè diaconatum, & ſacerdotium, quia hos duos primitiua Eccleſia, videlicet, tempore Apoſtolorum, legitur habuiſſe, ſubiungit in fine hæc verba, *Subdiaconos vero, & acolythos procedente tempore Eccleſia ſibi conſtituit*, idemque de tribu; alijs minoribus eum intelligere manifeſtum eſt: quodſi exiſtimaret à Chriſto fuiſſe inſtitutos, etiam ſi illis priuitiua Eccleſia aliquade cauſa vſa non fuiſſet, poſtea autem decurſu temporis vſum illorum introduxiſſet, minime diceret, Eccleſiam eos ſibi conſtiuiſſe. Gratianus quoque in ſuo decreto d. 21. verba fratris ſui Magiſtri tranſcripſit, ac proinde pro hac noſtra ſententia merito allegari debet. Eandem ſequuti ſunt Durandus eadem, d.q.2. Caietanus tom. 1. Opuſculorum tract.11. aliquantulum à principio, Nauarrus in ſum ma, cap. 22. num. 18. §. *Quare probabis*. Martinus de Ayala, li. de traditionibus Apoſtolicis, p.2.ca. *De Ordine*, §. *Synodus Diui Syluestri*, non parũ à principio, vbi de ſubdiaconatu etiam id ſenſit, quanto magis de alijs minoribus Ordinibus, Michael Medina, lib. 1. de continentia, cap. 46. quibus etiam adde Dominicum Sotum, in 4. d. illa 24. quaſt. 1. articul. 4. concluſione ſeptima & §. *Ad argumenta vero Durandi*: nam quamuis in concluſione ſolum dicat, abſque erroris periculo defendi poſſe, quatuor minores Ordines non eſſe Sacramenta, tamen rationes, qui-

Magiſter

10

Gratianus

Durandus Caietanus. Nauarrus Martinus de Ayala.

Mich. Medi Dom. Soto

11

quibus eam confirmat, id abſolute probant; præſertim, cum addat, ſibi perſuaſum habere, ſi S. Thomas in ſumma Theologiæ ad hunc locum peruenisſet, fore, vt in contraria opinione, quã in 4. d. illa 24. tradidit, non permaneret. Et deinde, cum in illo §. citato, admittat argumenta Durandi, quatenus illis probatur, hos quatuor Ordines non eſſe Sacramenta, ſine dubio prædictam opinionem abſolute veram exiſtimauit. Adde etiã quod nihil omnino pro contraria adducit, vt eam vel leuiter confirmet. Denique,

12 d. 25. q. 1. art. 2. poſt 2. concluſionem manifeſte cum Durando hanc ſententiam ſe conceſſiſſe affirmat, nempé, d. 24. q. 1. art. illo 4. Neque etiam deſunt, qui eandem ſententiã non ſine fundamento tribuant Hugoni de Sancto Victore, ſicut illam tribuit Alphonſus de Caſtro aduerſus hæreſes, verbo, *Ordo Sacramentum*, ſub finem, vbi etiam eam videtur probare. Et quamuis Michael Medina dicat, ſe illam in Hugone non inueniſſe, reuera eam docuit: nam in 2. lib. de Sacramentis, p. 3. cap. 13. in principio ita inquit, *Sacri canones definiunt, nullum in Epiſcopum eligendum, niſi qui prius in ſacris Ordinibus religioſe fuerit conuerſatus, ſacros autem Ordines diaconatus, & presbyteratus tantum appellandos cenſent, quia hos ſolum primitiua legitur Eccleſia habuiſſe, & de his ſolis præceptum habemus Apoſtoli.* Quamuis autem hæc verba, quæ ſunt Vrbani II. in canone, *Nullus nõ Epiſcopũ*, d. 60. ad quem Hugo alludit, in alium ſenſum explicare quis poſſet, ſicut ſequente diſputatione verba Vrbani explicabimus, vt huic Patri hæc ſententia non tribueretur, tamen expoſitionem illam in eum non conuenire, manifeſtum eſt: nam per Ordinem ſacrum Vrbanus II. non intellexit Sacramentum, vel Ordinem à Chriſto inſtitutum, ſed eum, cui annexum eſſet votum perpetuum continentiæ: & hac ratione inter ſacros Ordines primitiua Eccleſia non numerat ſubdiaconatum, quia eo tempore

Hugo Victo. prædictum votum non habebat. At vero Hugo de Sancto Victore in alio ſenſu loquitur, nam cap. 10. illius partis, vbi agit de

13 ſubdiaconatu, aperte docet, ſubdiaconos huiusmodi votum ſuo tempore, (imo etiam multo antea, vt ſequente diſp. cap 6. probabitur) habuiſſe, nam de illis ita ſcribit, *De quibus quidem Patribus placuit, vt qui ſacra myſteria contrectant, legem obſeruent continentiæ*: alia igitur ratione ſubdiaconatum: & alios minores Ordines vocat non ſacros; nulla autem alia eſſe poteſt, niſi quia neque à Chriſto inſtituti, neque Sacramenta ſint. Quo circa exiſtimo, Hugonẽ in eodem ſenſu fuiſſe loquutũ, in quo etiam Magiſter, & Gratianus dixerunt, hos Ordines nõ eſſe ſacros, qui etiam eadem verba Vrbani referũt, tametſi in ſenſu illius non loquantur. Hanc ſententiam confirmant Sotus, Durandus, & alij argumento deſumpto ex illo Vrbani 2. decreto, in quo ait, Ordines ſacros tantum eſſe ſacerdotium, & diaconatum, & hos tantũ in primitiua Eccleſia fuiſſe. Verum hinc efficax ratio ſumi non poteſt, nam ſi verba Vrbani in eum ſenſum acciperentur, vt per Ordinem ſacrum ſolum intelligeretur Ordo à Chriſto inſtitutus, qui eſſet Sacramentũ, idẽ de ſubdiaconatu dicendũ eſſet, quod de his quatuor minoribus Ordinibus, quod tamẽ non probatur. Tum etiã, quia per ſacrum Ordinem non intelligit Vrbanus Sacramentum à Chriſto inſtitutum, ſed Ordinem habentem votum caſtitatis, vt ſequente diſputatione dicemus. Quomodo autẽ dicat, in primitiua Eccleſia ſolum fuiſſe ſacerdotium, & diaconatum, ibidem etiam explicabimus.

Confirmant deinde ratione, primum quia hi Ordines minores non habent annexam obligationem recitandi vllum Diuinum officium. Præterea, quia non habent votum caſtitatis perpetuæ. Poſtremo quia ſi ſacramẽta eſſent, gratiam conferrent ad miniſterium, ac proinde mortale peccatũ eſſet, aliquod eorum officiũ in mortali exercere. Qua ratione non nulli colligunt, cantare Epiſtolam, aut Euangeliũ in mortali, eſſe mortale, eo quod hi duo ordines ſunt Sacramẽta, ac proinde ad ſua miniſteria exercenda gratiã conferant. Verũ hæ rationes, & aliæ, quas conſulto prætermitto, & examinare ad inſtitutum non eſt, friuolæ ſunt, nã quod Ordo aliquis habeat obligationẽ annexam recitandi, aut ſeruandi caſtitatem, ex iure humano, non ex Diuino habet, & ſubdiaconatus (quem eſſe Sacramentum communis opinio Scholæ fert, quã forte ſine aliqua nota nullus hoc tempore negare poſſet) aliquando hoc votum caſtitatis non habuit, cũ tamen ſemper fuerit Sacramentum, vtpote à Chriſto inſtitutus. Denique vt probauimus 2. tomo diſput. 136. cap. 2. ex eo quod aliquis Ordo ſit Sacramentum, & ad miniſterium, & officium ſuum gratiam conferat, nõ recte infertur, adminiſtrationẽ illius in peccato mortali mortale eſſe: neque inde colligimus, ſacerdotem in peccato mortali celebrantẽ, mortaliter peccare, ſed aliũde. Quocirca, vt ibidem diximus, cantare Epiſtolam, aut Euangelium in mortali, nõ putamus eſſe mortale, & diuerſam eſſe rationẽ diaconorũ, & ſubdiaconorũ ad hæc munera, atque ſacerdotum

Sotus. Durandus

14

Quiprobẽ nonnulli hãc ſententiam.

Autori diſplicet.

Rationes à nonnullis allatæ pro hac ſententia. Autor nõ probat.

dotum ad conſecrandum, ibidem oſtendimus. Præterea neque inde hanc ſententiam probare libet, quòd horum Ordinũ miniſteriũ non pertineat ad Euchariſtiæ conſecrationem, ſed ad populum disponendum, vt ait Michael Medina: nam omnes ſunt pro miniſterio, & ſeruicio altaris, licet non proximè, ſed remote. Neceſſarium autem eſſe ad rationem Sacramenti Ordinis, vt ad conſecrationem Euchariſtæ proxime pertineat, nullo modo conuinci poteſt.

Probat Autor ſuã ſententiã autoritate Patrum.

16 Solaigitur optima coniectura ex auctoritate Patrum rectè deducta hęc ſententia confirmanda eſt. Primum quidem, quia ſi vſum antiquum Eccleſiæ obſeruemus, cõperiemus vtique, non ſemper eosdem in Eccleſia Dei Ordines minores extitiſſe, ſed aliquam in hac re fuiſſe varietatem: nam laboratores Græce (Κοπιαντας) a verbo (Κοπιάτανω) Latine, *Labore*, (quos alij foſſarios appellant, multi Patres inter alios minores Ordines memorant, nempè cum alijs minoribus Ordinibus eorum mentionem faciunt, quamuis non dicant, eorum eſſe minorem Ordinẽ. Horũ primùm meminit Ignatius in epiſt. ad Antiochenſes, aliquantulum ante finem, vbi poſt lectores, & cãtores, oſtiarios, & exorciſtas ſalutat (Κοπιαντας,) ſic enim Græce eos vocat, hoc eſt *Laborantes*, ſicut eius interpres, & Epiphanij vertunt. Epiphanius vero incompendiaria vera doctrina, quæ eſt poſt hæreſim 86. aliquantulum ante finem, vbi Græce. (Κοπιατας,) vocat, meminit horum laboratorum, poſt exorciſtas, & lectores, ante ianitores, ſeu oſtiarios: hos autem laboratores fuiſſe quondam in aliquo Ordine conſtitutos, conſtat ex Autore epiſtolę ad Ruſticum Narbonenſem apud Hieronymum tomo 9. quæ eſt. 13. nam cap. 1. cuius titulus eſt *De primo gradu Eccleſiæ*, agit de foſſarijs, quos conſtat vocatos fuiſſe à Græcis, laboratores, & inquit, *Primus igitur in clericis foſſariorum Ordo eſt, qui in ſimilitudinem Thabitæ Sancti ſepelire mortuos admonentur*, &c. Hos enim deſtinatos fuiſſe ad ſepelienda, & humanda corpora fidelium, manifeſtum eſt ex Epiphanio loco citato. Porro, cum hic Autor officium foſſariorũ appellet Ordinem in clericis, & gradum, quis dubitet Eccleſiaſticum Ordinem aliquando fuiſſe? nã Ordo Eccleſiaſticus, vt vidimus ſupra, d. præcedente, cap. 1. nihil aliud eſt, quam gradus quidam eminens in Templo Dei ſupra communem ſtatum clericorum: adde, quod cum Ignatius, & Epiphanius memorent laboratores inter exorciſtas, lectores, & ianitores, non obſcurè colligi videtur, eos quoq; tunc inter Ordines Eccleſiaſticos fuiſſe cõſtitutos, præſertim cũ Epiphanius poſtquam illorum meminit, & ianitorum, ſubiungat: *Et tota boni Ordinis diſciplina*, &c. Porro autẽ hos foſſarios habuiſſe officium Eccleſiaſticum, manifeſtum eſt, nam humare corpora in Tẽplo ad Eccleſiaſticos pertinet. Deinde, in Eccleſia Dei antiquitus cantores fuiſſe in aliquo Eccleſiaſtico Ordine, & gradu conſtitutos, mihi perſuaſum habeo, nam, quamuis præcedente diſputatione cap. 1. diximus, nunc non eſſe in Eccleſia peculiarem Ordinem ad hoc munus deſtinatum, cum quilibet, nempe de clero, vt ibidem explicuimus, non ſciente Epiſcopo ſed ſolo iuſſu presbyteri, & ſacerdotis ad hoc miniſteriũ aſſumi poſsit: vt docet Iſidorus lib. 2. de officijs Eccleſiaſt. c. 12. quod eſt de Pſalmiſtis, iuxta decretum Concilii 4. Carthaginenſis, cap. 10. id quod eo tempore ſub certa verborum forma, quam præſcribit Concilium illud, fiebat; tamen tempore Clementis Romani, non niſi ab Epiſcopo poterat quis in cantorem eligi, & ordinari, vt docet ipſe libro tertio conſtitutionum c. 11. vbi inquit, presbyterum, ſeu ſacerdotem non habere poteſtatem ordinandi diaconos, diaconiſſas, lectores, aut miniſtros, aut cantores, aut ianitores, ſed Epiſcopis tantum hoc conuenire, ſubdit autẽ rationem his verbis: *Hic eſt enim Ordo, & harmonia Eccleſiaſtica.* Adde quod canone 27. aliàs 25. Apoſtolorũ, vbi agitur de Matrimonio non contrahendo poſt ordinationem Eccleſiaſticam, conceditur lectoribus, & cantoribus ſpeciatim vxores ducere poſt Ordinationem: intelligitur autem hęc facultas negata ſubdiaconis, & alijs maioribus Ordinibus: ibi ergo cantores inter Ordines Eccleſiaſticos numerãtur, aliàs ſatis fuiſſet dicere lectoribus, & clericis. Cumque multi alij Patres, vt ſupra vidimus, inter alios Ordides Eccleſiaſticos memi nerint cantorũ, conſequi plane videtur, antiquo tempore cantores in Ordine Eccleſiaſtico fuiſſe conſtitutos ſicut lectores, tametſi poſt tempora Concilij Carthaginenſis 4. hic ordo ſublatus videtur. Cum igitur hãc, mutationem in Eccleſia circa minores Ordines factam videamus, quis nõ exiſtimet, hos Ordines ſola conſtitutione Eccleſię, quæ variari poteſt, non ante Diuina, quæ ſemper manet inſtitutos fuiſſe, ac proinde Sacramẽtanon eſſe?

Foſſarij Eccleſiaſtico muneri humandi corpora, functi ſut.

Iſidorus. Concil. Carth.

Cantores olim in Ordine.

Patres antiqui variant in aſſignandis moribus ordinibus.

17

Ignatius.

Epiphanius.

18

19

Prætetea ſunt duo alij Ordines minores, nũc in Eccleſia, quos poſt tempora etiã Apoſtolorũ, multo tempore nõ fuiſſe diſtinctos, mani-

mãniſeſte probatur. Ex quo palam fit, eos nõ fuiſſe à Chriſto ſed ab Eccleſia inſtitutos: nam ſi à Chriſto inſtituti eſſent, multo antea in Eccleſia Dei cœpiſſent, nec poſtea in eam introducti eſſẽt. Et primum quidem acolythorum nullam apud antiquos, qui prope tempora Apoſtolorum fuerunt, mentionem factam legimus, etiam apud eos, qui de alijs Ordinibus Eccleſiaſticis meminerunt: nam poſt tempora Cypriani, & Cornelij, qui ducentis, & quinquaginta annis poſt Chriſtum floruerunt, illius mentionem apud Patres factam inuenimus. Clemẽs Romanus, lib. 3. conſtitutionum, cap. 11. lectores, cantores & ianitores memorat: & lib. 8. cap. 22. aliàs 23, tantum mentionem facit lectorum. Ignatius in epiſtola citata tantũ memorat lectores, cantores, oſtiarios, & exorciſtas, & laboratores, ſicut etiam Epiphanius in illa compendiaria vera doctrina. In canone autem 43. Apoſtolorum, ſolum fit mentio lectorum, & cantorum, acolythorum autem ne verbum quidem habetur: addè etiam, quod Iſidorus, lib. 2. de Eccleſiaſticis officijs & Autor illius epiſtolę ad Ruſticum Narbonenſem apud Hieronymum, in 9. tomo, qui ex inſtituto de omnibus Ordinibus diſſerunt, de acolytho nihil habent. Imo vero Autor ille computans numerum omnium Ordinum, dicit eſſe ſeptem, & totidem numerat, inter eos tamen non recenſet acolythum, imo neque exorciſtam propter rationem, quam inferius dicemus, ſed cum addat foſſarium, & Epiſcopum, ſeptem enumerat: quem numerum Theologi, & alij Patres aſſignant, exorciſtam, & acolytum recenſentes: nam foſſarium non numerant, neque Epiſcopum, eo quod foſſarius iam non ſit in vſu Ordinationis; Epiſcopus autẽ non ſit Ordo diſtinctus à ſacerdotio ſicut diſput. 240. c. 5. explicatur. Id autem quod diximus, non parum confirmatur auctoritate Simeonis Theſſalonicenſis, in lib. 8. de miniſterijs Eccleſiæ, qui, vt refert Turrianus noſter in cap. 26. lib. 8. conſtitutionum Clementis, id quod nos tribuimus acolythis, nempè, præire ſacerdoti cum lampade, & ferre oblationes ad altare, & vrceolum cum vino, & aqua, lectoribus adſcribit, ex quo colligit etiam Tuarianus, in Latina Eccleſia fuiſſe Ordinem lectoris, in duos Ordines diuiſum, & conſtitutum ſpecialem Ordinem acolythi. Neque obſtat, quod Ignatius in epiſtola ad Antiochenſes ſub finem ait, *Saluant vos Philo, & Agathopus diaconi, qui me ſequuntur.* Pro, *Diaconi qui me ſequuntur*, in Græco ſic habetur ὁἱτινες ἀκολουθοῦσί μοι, nã per Synacoluthos eius, vt omnes trãsferũt intellexit diaconos, qui ipſũ ſequebãtur, atq; vt ſupra ex Simeone notauimus, officiũ acolithi apud Græcos lectori adſcribitur, neq; per ſe Ordinẽ inſtituit. Vocauit autẽ diaconos Synacoluthos, quia vox illa Græca: *Acoluthus*, à verbo *Acoluthẽo*, denotat miniſtrum, & pediſequum, qui alium comitatur, & ſectatur, & quia illi duo diaconi hoc modo ſequebãtur Ignatium, ſicut ſequi ſolent Epiſcopum, & ipſum comitari, ideo Synacoluthos vocauit. Porro in Eccleſia Latina tempore Cornelij acolythos fuiſſe diſtinctos à lectoribus, à quibus in Græca Eccleſia tempore illius Simeonis non diſtinguebantur, cõſtat ex illa epiſtola, vbi numerat acolythos, exorciſtas, lectores, & oſtiarios. Huius autem Ordinis acolythi mentionem fecerunt Synodus Romana ſub Syluestro, cap. 9. & Carthaginenſe Concilium quartũ cap. 6. & multo antea Cyprianus lib. 2. epiſt. 10. quæ nunc eſt in ordine 41. in fine, & epiſtola 8. quę nũc eſt 49. in principio. Meminit Nizephor. acolythi: & Cornelius in epiſtola ad Fabianum Antiochenũ, apud Eubebium libro ſexto hiſtoriæ cap. 33. inter alios Ordines numerat numerum acolythorum, qui eſſe debet in Eccleſia catholica. Meminerunt etiam poſteriores aliqui. Hugo de S. Victore, Stephan. Eduenſis, & Rabanus, ipſe quoque Iſidorus in epiſtola ad Ludifridum, quę refertur canone: *Perlectis*. 25. diſtinct. & libro 7. etymologiarum cap. 12. & refertur canone *Cleros* 21. diſtinct. vt vidimus cap. præcedente cap. 2. Quod verò ait Valdenſis tertio ſecundo, qui eſt de Sacramentis, cap. 116. numero 10. in codicibus antiquis in argumento ſuper epiſtolam primã ad Theſſalonicenſes & in argumento epiſtolæ ad Coloſſenſes Oneſimum, cuius mentionem facit Paulus capite quarto ad Coloſſenſes, & capite primo ad Philemonem, vocari acolythum, nullius prorſus autoritatis eſt: nã cuius fuerint argumenta illarum epiſtolarum, non conſtat neque conſtare poteſt, vnde nam Autor illarum illud depromere potuerit. Et ſanè tẽpore Ignatij, cum ſcripſit ad Antiochenſes Oneſimus erat Epiſcopus Epheſiorum, ait enim ſub finem epiſtolę: *Saluant vos Oneſimus Epheſiorum paſtor*: His omnibus addo argumentum efficaciſſimum de acolythis, à tempore Concilij Carthaginenſis 4. vt patet ex canone 6. materia huius Ordinis, nempe candelabrũ cum cereo extincto, & vrceolus vacuus ordinando tradebatur nõ ab Epiſcopo,

Apoſtolorum tempore nulla mentio acolythorum.

20

Clem. Rom.

Ignatius.

Epiphanius.

Iſidorus.

21

Simeon Theſalon. Turrianus.

Synodus Romana Carthaginenſe Concilium.

Cyprianus. Cornelius. Hugo de S. Victore. Stephanus. Eduenſis. Rabanus. Iſidorus.

Valdenſis.

Ad Coloſſ. 4. ad Thim. 2.

Argumentum efficax pro hac ſententia.

22

23

scopo, sed ad Archidiacono. Verbà autē quę sunt pro forma, de quibus sequenti capite dicemus, proferebantur ad Episcopo: hoc autem manifestè est contra modum ministrandi Sacramentum Diuino iure institutum: nam sicut ait S. Thom. supra in hac 3. p. q. 66. ar. 5. ad 4. non posse verum conferri Baptisma à duobus, altero infundente aquā pro materia, altero proferente formā, cuius nos rationem reddidimus, 2. to. disp. 148. cap. 4. quòd hoc modo non satis denotaretur actio ministri, ita in hoc Ordine verum Sacramentum eo modo fieri non posset; nam sicut qui, altero infundente aquam, diceret, *Ego te baptizo*, non satis denotaret, se illum baptizare, ita qui diceret, *Accipe*, &c. alio materiā ministrante, non significaret, se illum Ordinē, & potestatem cōferre: è cōtrario vero, si hic Ordo sit tantū ab Ecclesia institutus, sicut potuit institui, vt Archidiaconus posset illum conferre, ita etiā potuit institui, vt materiam traderet proferente Episcopo verba formæ: iā vero id non seruatur, sed Episcopus materiā præbet, & formam pronunciat. Porro autem in administratione Sacramentorum Diuino iure necessariū esse, vt minister sufficienter exprimat actionē suam ministrandi, loco citato ex professo probauimus. Id quod diximus de Baptismo, & de Ordine, intelligendū est, de reliquis, quæ in actione consistunt, in applicatione materiæ, & prolactione formæ, excepto Sacramento Pœnitentiæ, quod, cum institutum sit per modum iudicij absolutionis, ab vno, scilicet à pœnitente, debet materia applicari per cōfessionem, à sacerdote autem debet forma proferri, quia ipse alium à peccatis confessis, non autem se ipsū absoluit, & in alijs ad ministrū, pertinet vtrumque, nempè, & materiam applicare, & formam.

S. Thomas. 23

24

Exorcista nō fuit ordo Ecclasiasticus prope tempora Apostolorum.

Deinde exorcistam non fuisse Ordinem Ecclesiasticum prope tempora Apostolorum, non minus clare conuincì potest ex Clemente Romano, lib. 8. constitutionum: nam postquam de Ordine subdiaconorum, & lectorum agit, deinde cap. 23. aliàs 29. de confessoribus, hoc est, de ijs, qui coram tyranno fidem Christi confessi fuerant, inquit, eos non fieri Ordinatione, quia confiteri fidem voluntatis est, & tolerantiæ, posse tamen eos ordinari in Episcopos, aut presbyteros, &c. si ipsis opus fuerit: subdit deinde in sequentibus capitibus, neque virgines, neque viduas ordinari, capite autem 26. aliàs 22. de exorcista inquit. *Exorcista non fit Ordinatione* (nempè Ecclesiastica, & ab Episcopo) *certare enim pro præmio exorcistæ, liberæ voluntatis est*. Reducit autem hoc officium ad gratiam sanitatum, vt qui illam accepit, per reuelationem manifestetur. Quocirca noster Turrianus in eum locum rectè notat, hoc genus exorcistæ non esse ex numero Ordinum, sed pendere ex gratia Dei: & ita in antiqua Ecclesia cum hęc gratia sanitatis fidelibus conferebatur, non fuisse hunc Ordinem exorcistarū, potea vero cum hoc donum cessaret, succesisse officium, & Ordinem exorcistarum, sicut cessante dono linguarum ex infusione Spiritus Sancti, successit in Ecclesia peritia linguarum ex studio. Demum cum idem Simeon Thessalonicensis, lib. illo 8. vt refert idem Turrianus loco citato, dicat, officium ostiarij ab initio pertinuisse ad subdiaconum, & in Latina fuerit diuersus Ordo ostiarij ab Ordine hypodiaconi constitutus: signum manifestum est ex sola institutione Ecclesiastica hunc Ordinem in Ecclesiam Latinam fuisse introductum, & institutum, ac proinde non esse Sacramentum. Quæ cum ita sint, & nullum fundamentum habeamus, quo nixi asserere possimus, id quod ex sola Dei voluntate pendet, scilicet, hos quatuor minores Ordines esse Sacramenta, nescio sanè, quo pacto antiqui Scholastici id affirmare non dubitauerint. Nullum autem esse firmum fundamentum ad id asserendum, ea. sequente patebit.

Simeon Thessalonicensis

Turrianus. Olim officium Exorcistarum ad gratiā sanitatum referebantur.

Neque vero contra ea, quæ diximus, est, quod ait Concilium Tridentinum sessione 23. cap. 2. horum quatuor Ordinum, quos nunc habemus, nomina ab ipso Ecclesiæ initio, & vniuscuiuscuique propria ministeria extitisse, non enim intelligit: hos Ordines semper fuisse distinctos, sed eorum ministeria in Ecclesia fuisse, quod & nos concedimus, vt ex dictis patet, & nomina etiā in vsu fuisse: nam exorcistæ meminerunt Clemens, & Ignatius: acolythi autē etiam Ignatius mentionem fecit, quamuis diaconos suos hoc nomine compellārit, vt suprà vidimus.

Concil. Trid.

Officium ostiarij olim ad subdiaconum pertinebat. Socrates. 26

His omnibus, quæ diximus in confirmationem prædictæ sententiæ, addendum est, id quod narrat Socrates in lib. 9. tripartitæ cap. 38. aliquantulum ante finem, Alexandriæ eo tempore in more positum fuisse, vt lectores, & Psalmi pronunciatores indiscriminatim ex Christianis, & cathumenis fierēt, subdit vero. *Cū omnes Ecclesiæ fideles in his Ordinibus habere videātur*, quibus verbis indicat, se loqui de lectoribus in Ordine Ecclesiæ constitutis. Si autem hic Ordo, &alij

& alij minores eſſent Sacramenta, non poſſent catechumenis conferri, eo quòd Baptiſmus ſit ianua Sacramentorum, vt patet.

Diſſoluuntur argumenta prioris ſententiæ.

CAPVT III.

ARGVMENTA Autem prioris ſententiæ diſſoluere operoſum non erit, nihilominus in eorum ſolutionibus aliquantulum immorandum nobis eſt, quòd aliqua notatione digna contineant. Ad primũ igitur reſpõdeo, antiquos quidẽ Patres, & tẽporibus Apoſtolorũ valde propinquos, non omnium quatuor minorum Ordinum, ſed aliquorum dumtaxat feciſſe mentionẽ: eo quòd, vt capite præcedente monſtraui, non omnes ab initio in vſu Eccleſiaſtico eſſent, & aliqua circa eorum vſum in Eccleſia variatio facta fuerit. Ex quo non leue deſumpſimus argumentum ad probandum, hos Ordines minores non fuiſſe a Chriſto, ſed ab Eccleſia inſtitutos; quia ſi à Chriſto inſtituti eſſent, nulla in eis variatio fuiſſet facta: & ſaltem creſcente numero fidelium poſt tempora Apoſtolorum ſtatim cœpiſſent, neque tanto tempore Eccleſia illis carere paſſa eſſet; parum igitur refert, quòd prædicti Patres aliquorũ horum Ordinũ mentionẽ fecerint, vt dicamus, omnes à Chriſto inſtitutos fuiſſe, & ita Sacramenta eſſe.

Diluuntur prioris ſententiæ argumenta.

Soluitur primũ argumentũ.

38

Ad ſecundum reſpondeo, ex noſtra ſententia non ſequi, in Eccleſia Dei plures, quàm ſeptem Ordines eſſe: nam quamuis cantor, & foſſarius antiquitus Ordinem Eccleſiaſticum habuerint, vt præcedente capite oſtendimus, tamen nunc non habent, quia ad hoc miniſterium nulla Eccleſiaſtica cęremonia ab Epiſcopo inſtituuntur, & ordinantur, ſed voluntate tantum ſacerdotum in his miniſterijs deſeruiunt. Et licet de numero clericorum ad officium cantoris aſſumantur, interdum etiam de laicis deſignari ſolent. Foſſariorum autem munus iam nulli clerico committitur, ſed perſonis abiectæ valde cõditionis. Quod vero attinet ad Chorepiſcopos, qui ſunt vicarij Epiſcoporum, vel ad Archidiaconos, Archipreſbyteros, Archiopiſcopos, Patriarchas, & Cardinales, eſt valde diuerſa ratio, nam quãuis Ordines minores nõ ſint, Diuino ſed tantum Eccleſiaſtico iure inſtituti, & hoc eodẽ

Soluitur ſecundum.

39

cæteræ dignitates, quas numerauimus, deſignatæ, & ſola Eccleſiaſtica poteſtas ad hoc ſufficiat, vt Ordo in Eccleſia inſtituatur, & locum habeat, tamen quia Ordo Eccleſiaſticus eſt ad aliquod miniſterium Eccleſiaſticum, hoc eſt intra Eccleſiam, & Templum Dei, non autẽ ad actus iuriſdictionis: & his dignitatibus, quas enumerauimus ſupra Ordines diaconi, presbyteri, & Epiſcopi nihil aliud peculiare tribuatur, niſi aliqua iuriſdictio, vel aliquod inſigne officium, & miniſterium, eiuſdem tamen rationis cũ alijs cõmunibus miniſterijs illius Ordinis, quale eſt miniſterium Archidiaconi, ideo hæ omnes dignitates numeratæ non ſunt in peculiari Ordine conſtitutæ. Porro quinam fuerint Chorepiſcopi, & quanta eorũ poteſtas, dicemus diſputat. ſequente, cap. 7. De origine quoque Cardinalium, & de eorum dignitate tractabimus infra diſp. 242. cap. 4. & 5.

30

Ad tertium argumentũ dico primũ, quãuis hi Ordines minores ſint ab Eccleſia inſtituti, merito tamen Eccleſiam deſignaſſe materiã, & formã eorum inſtar materiæ, & formæ aliorũ, qui à Chriſto fuerunt inſtituti, non quod putet applicatione materiæ, & formæ horum Ordinum gratiam conferri, ſed vt inſtar aliorum horum graduũ ordinatio fiat. Quocirca obuiter de materia, & forma horum minorũ Ordinum aliqua hoc loco dicemus. De oſtiarij, lectoris, & exorciſtę materia non video eſſe cõtrouerſiam, neque eſſe poſſe, nam cum materia cuiuſuis Ordinis ſit res aliqua, quæ ab ipſo ordinante traditur, & his ſingulis, cum ordinantur, vna tantũ res ab Epiſcopo tradatur ſub certa verborũ forma, vt patet ex Pontificali Romano, citra omnem controuerſiã illa erit materia. Porro ordinando in oſtiarium ſolũ tradũtur claues Eccleſiæ ab Epiſcopo: & quamuis poſtea Archidiaconus eũ ducat ad oſtiũ Eccleſiæ, illa non eſt materia, quia ſolũ ad hoc eum ducit, vt aliquã actionẽ ſui Ordinis exerceat, nempe aperire, & claudere fores. Et quamuis poſtea tradat funes cãpanarũ, tamen neq; hæc eſt materia, ideo enim illos tradit, vt cãpanas pulſet, quod eſt etiã eius officiũ. Adde, quòd cũ hæc non tradantur ab Epiſcopo, qui eſt ordinans, nõ poſſunt eſſe pro materia, nãſicut in Sacramentis miniſter proprius Sacramenti, qui profert formam, applicare debet materiam, neque ſufficeret, ſi ab alio applicaretur, & ipſe forma proferret, vt de Baptiſmo diximus 2. tomo diſput. 148. capite 4. ita etiam in his Ordinibus, quæ inſtar Sacra-

Soluitur tertium.

Ordinis oſtiarij materia tantum ſunt claues.

38

menti inſtituta ſunt, fieri debuit: neque enim miniſter recte explicaret verbis formę poteſtatem, quam ipſe confert, ſi materia ab alio applicaretur, cum poteſtas tradita per applicationem materiæ, & formæ deſignari debeat, forma autem huius Ordinis eſt hęc: *Sic agite, quaſi reddituri Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus reſeruantur.* Hanc materiam, & formam aſsignarunt Stephanus Eduenſis lib. de Sacramento altaris cap. 1. in 4. tomo Bibliothecæ veterum Patrum: Hugo de Sancto Victore lib. 2. de Sacramentis p. 3. cap. 6. & Scholaſtici omnes, qui huius rei meminerunt, & eſt in Pontificali, & in Concilio Carthaginenſi 4. cap. 9.

Stephanus Eduenſis. Hugo de Sancto Victore.

32 Ordinando in lectorem traditur liber lectionum, quem lectionarium vocant, ſub hac forma verborum: *Accipite, & eſtote verbi Dei relatores, habituri, ſi fideliter, & vtiliter impleueritis officium veſtrum, partem cum his, qui verbum Dei bene miniſtrauerunt ab initio.* Ita habetur in Pontificali, & refert Stephanus ille cap. 2. & Hugo cap. 7. & cæteri Scholaſtici ex Concilio Carthaginenſi 4. ca. 8.

Materia ordinis lectoris.

Ordinandis autem in Exorciſtas traditur liber, in quo exorciſmi continętur, ſub hac verborum forma: *Accipite, & cõmendate memoriæ, & habete poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos, ſiue baptizatos, ſiue catechumenos.* Sic dicitur in Pontificali, & in Concilio illo Carthaginenſi 4. cap. 7. & referunt Stephanus ille cap. 4. & Hugo cap. 8. Stephanus autem non habet verba illa, *Et memoriæ commendate*, & circa hos, vti dixi, non video inter Scholaſticos controuerſiam vllam eſſe.

Materia ordinis Exorciſtæ

Cæterum circa acolythi Ordinationem, cũ duplex ei materia ſub duplici forma verborum tradatur, diſſenſio aliqua in Schola eſt, in qua illarum fiat ordinatio, traditur enim ordinandis in acolythos candelabrum cum cereo extincto ſub hac forma: *Accipite ceroferarium cũ cereo, vt ſciatis, vos ad accendẽda Eccleſiæ luminaria mancipatos in nomine Domini*: quæ ſane forma indicat cur cereus detur extinctus, quia nimirũ eorũ miniſterium eſſe debet accẽdere extincta luminaria. Datur etiam vrceolus vacuus ſub his verbis: *Accipite vrceolum ad ſuggerendum vinum, & aquam in Euchariſtiam ſanguinis Chriſti in nomine Domini.* Datur autem vrceolus vacuus, quia ſicut acolythi munus eſt, ſuggerere vinum, & aquã in altari: ita etiam eſt ad hunc finem vrceolos aqua, & vino implere, & pro miniſterio altaris præparare: eſt igitur controuerſia inter Scholaſticos, quã dixi.

Circa Acolythi ordinationem non conueniunt Doctores.

33

Prima ſententia.

Quidam cenſent, ordinari acolythum per traditionẽ ſolã vrceoli ſub illa prædicta forma verborũ: ita docere videtur S. Thomas in 4. d. 24. q. 1. art. 1. ad ſecũdũ: aſſerit enim, acolythũ accipere de manu Archidiaconi vtrũque nempe, & candelabrum, & vrceolũ ordinari tamẽ & recipere characterem ex verbis Epiſcopi, & in hoc quod accipit prædicta ab Archidiacono, ſed præcipue, quia accipit vrceolũ: quæ verba citatur à Syluestro in ſumma verbo, *Ordo*, 2 q. 4. pro tua ſententia, quia ſerit, in ſola acceptione vrceoli cũ forma illa verborũ fieri ordinationẽ, & characterem imprimi; cũ tamen id non dicat S. Doctor: ſolũ enim aſſerit, præcipue in receptione vrceoli, nõ tamen dicit in ſola receptione illius, ſed potius aut in eo, quòd prædicta accipit ab Archidiacono, nempe, & candelabrum, & vrceolũ, quãuis præcipue in receptione vrceoli. Citat quoq; eũdem S. Thomã in 4. d. 24. q. 2. art. 2. ad 9. qui tamen id non aſſerit. Prædictam vero ſententiam docuit Durandus in quarto diſtinct. illa 24. q. 3. num. 6. quem ſequitur Paludanus quæſtione 2. articul. 3. concluſ. 2. numero 15. quem in merito allegat Syluester pro oppoſita opinione, quam ſtatim referemus: dicit enim expreſſe, Ordinationem acolythi fieri, quando traditur ei vrceolus. Probat autem, quia quotieſcunque alicui Ordini plura conueniunt miniſteria, in traditione rei ad præcipuum miniſterium conferri debet Ordo præcipuum autem miniſterium acolythi eſt miniſtrare vinum, & aquam pro ſacrificio. Neque obſtat (inquit Durandus) quòd acolythus dicatur ab alio miniſterio, quòd eſt deferre luminaria, vt ſupra vidimus diſputatione præcedente capite ſecundo, quia nomen deſumi potuit à miniſterio magis noto, licet non tam præcipuo.

S. Thomas. 34 *Syluester.* *Durandus.* *Paludanus.*

Secunda ſententia.

Alij vero exiſtimãt, ſola traditione candelabri ſub illa forma verborũ dicta fieri Ordinationẽ, & imprimi characterẽ: ita docẽt Bonauen. in 4. d. 24. 2. p. diſtinctionis dub. 5. circa literã Magiſtri: Ricardus eadẽ d. art. 4. q. 3. in corpore, & Angelis inſũma verbo *Ordo*, num. 4. qui immeritò prole etiam allegat Petrũ de Palude, & putat, miniſterũ illud deferẽdi cereos accenſos ante ſacerdotẽ, & Epiſcopũ præcipuũ eſſe in Acolythis.

Bonauent. Ricardus. Angelus.

35 *Sententia Autoris.*

Ego vero puto, in traditione vtriuſq; rei, & in vtraque forma ſimul hunc Ordinem conferri, & characterem imprimi: ita ſenſit Viguerius in ſumma Theologiæ capite 16. §. ſexto. verſiculo primo, et (me quidem iudice) Sanctus Thomas in quarto diſtinctione 25. quæſtione prima, articulo primo in illa ſolutione ſecunda, ſi id, quod

S. Thomas. Maior. Gabriel.

ex

exiplo retulimus, rectè expenditur: idem omnino, quod Sanctus Thomas, dixit Maior in quarto diſtinctione 24. quæſtione prima. §. *Et videas quando, &c.* Supplementum autem Gabrielis in eadem 24. diſtinct. quæſtio. prima articulo primo. §. *Dicitur miniſterium*, vtramque memorat opinionem, & neutram alteri præfert. Ideo autè mihi viſum eſt, in vtriuſque materiæ traditione, & vtraque forma hunc Ordinem conferri, quia vtrumque eodem modo traditur in Pontificali, & in Concilio Carthaginenſi quarto, capite ſexto. Neque obſtat, quòd ſimiliter in ordinatione ſubdiaconi duplex traditur materia, & tamen in traditione vnius dumtaxat confertur Ordo, hoc enim ideo fit, quia alterum miniſterium ſubdiaconi iure Diuino inſtitutum fuiſſe credimus; alterum autem iure humano, & Ordo ille inſtitutus eſt iure Diuino. Quod ſi iure humano crederetur inſtitutus, vt aliqui exiſtimarunt, in traditione vtriuſque materiæ dicendum eſſet conferri, & character illius imprimi. Verum cum probatum ſatis à nobis fuerit, acolythum eſſe Ordinem ſola Eccleſiæ conſtitutione introductum, & vtrumque miniſterium eodem Eccleſiæ iure ei deſignatum, nõ poſſumus in vtroque ex æquo non agnoſcere ordinationem, licet aliud illorum præcipuum ſit. Adde quod vt infra dicemus, in ſacerdotij Ordine duplex eſt forma, & materia, quia ad duplex munus Diuina inſtitutione ordinatur, tametſi alterum eorum præcipuum ſit; nempe corpus, & ſanguinẽ Chriſti conſecrare. Et hactenus reſponſum eſt ad primam partem tertij argumẽti.

Maior. 36

Gabriel. 37

Deinde ad ſecundam reſpondeo, ſi character accipiatur pro qualitate quadã impreſſa in anima, qualis à Sacramentis aliquibus imprimitur, per hos minores Ordines non imprimi characterem, cuius oppoſitum exiſtimarũt Doctores cap. primo allegati: qui dixerunt, hos minores Ordines eſſe Sacramenta, eorumque loca vbi id docet deſignauimus, ſi tamen ſumatur character pro deſtinatione quadã, & deſignatione alicuius ad aliquod miniſterium, hoc modo concedendum eſt, per hos Ordines imprimi characterẽ, quia per illos ordinatus deſtinatur, & addicitur miniſterijs. Quinimo, & Sixtus V. in Motuproprio, edito anno 1588. nonis Ianuarij contra male promotos ad Ordines, clericalem tonſuram, quam diximus ex communi Theologorum ſententia, non eſſe Ordinem, vocauit clericalem characterem ratione ſolum deſignationis

Qualis character in minoribus Ordinibus imprimatur. 38

ad ſtatum clericalem. Ita reſpondet, & docet Durand. in 4. diſtinct. 24. quæſtione 3. concedens characterem hoc poſteriori modo: & quia ille exiſtimat per nullum Sacramentum imprimi characterẽ priori illo modo, videlicet, qui ſit qualitas, ſed qui ſit extrinſeca tantum deſtinatio ad munus, ſeu miniſterium, cenſet, etiam in hac parte non eſſe diſcrimen inter hos quatuor Ordines, & reliqua Sacramenta, licet ex ſententia ipſius non ſint Sacramenta, ſed ab Eccleſia inſtituti. 39

Ad tertiam vero partem eiuſdem tertij argumenti dico, ex eo quòd hi Ordines repeti non poſſint, nec iterari, non recte ſequi, eſſe Sacramenta à Chriſto inſtituta; nã multa etiam habemus ſola Eccleſiaſtica conſtitutione in Eccleſia introducta, quæ iterare non licet, qualis eſt conſecratio Eccleſiæ, altaris, & calicis, benedictio etiam Eccleſiæ, & veſtium ſacrarum. Recte igitur fieri potuit, vt hi Ordines repeti non poſſent, quãuis ab Eccleſia ſint inſtituti. Cæterum vrgent nos aliqui teſtimonijs Concilij Florentini, & Tridentini in hunc modum. Eugenius IIII. in Florentino, poſt vltimam teſſionem in decreto ſuo. §. *Sextum Sacramentum*; poſtquam dixit: *Sextum Sacramentum eſt Ordinis, cuius materia eſt illud, per cuius traditionem confertur Ordo*: & adduxit exemplum materiæ presbyteratus, diaconatus, & ſubdiaconatus, ſubiungit, *Et ſimiliter de aliis per rerum ad miniſteria, ſua pertinentiũ aſſignationem*: & poſtquã aſsignauit formam ſacerdotij, ſubdit: *Et ſic de aliorum Ordinum formis, prout in Pontificali Romano late cõtinetur*, id quod Eugenius (inquiunt) nõ fecit ſet, niſi putaret, hos omnes Ordines eſſe Sacramenta à Chriſto inſtituta. Præterea Cõcilium Tridẽtinũ ſeſſione 23. c. 2. ſeptẽ Ordines numerat, & poſtea c. 3. abſolute definit, Ordinem eſſe Sacramentum. Obijciuntur teſtimonia Florentini, & Tridentini Concilij.

Verũ hæc teſtimonia contra noſtrã ſentẽtiã parum monẽti habẽt, nã inſtitutum Eugenij, & Concilij Tridẽtini, non fuit hanc controuerſiam Scholæ de Ordinibus minoribus definire, cum hæc definitio neque Græcis neceſſaria eſſet, quæ illuc vſque non fuerat etiam Latinis; neque Eccleſiæ Dei, in qua cum hæreticis de hac re nulla fuerat controuerſia, ſed tantum in Schola inter catholicos aliqua fuerat opinionum varietas, circa quam definitionem aliquam edere, neque Eugenij, neque Concilij Tridentini inſtitutum poſtulabat. Solũ igitur prædicta definitio, quod attinet ad rationẽ Sacramenti, de Ordine in vniuerſum accipienda Nõ eſt definitũ Ordines minores eſſe Sacramenta. 40

pienda eſt: quę quidem catholica doctrina contra hæreticos etiam noſtri temporis neceſſaria fuit: ſignare autem materiam, & formam pro ſingulis etiam minoribus, prout in Pontificali Romano continebatur, neceſſariũ etiá vi um eſt Eugenio, vt pro vnione Græcorũ, Armeniorũ, & Latinorum, vtum eorũ in Eccleſiam Armeniam, & Græcam, quę, vt ſupra diximus, acolythorum Ordinem non habẽt & vt ſecundum ritum Latinum cęteros omnes introduceret, & ſi forte in collatione eorum aliquis abuſus inoleuerat, tolleretur Porro, cum hoc noſtro ſeculo hæretici non pauci negauerint hos Ordines minores, vel aliquos eorum, & Ordinem exorciſtę irridendum duxerint, neceſſarium fuit Concilio Tridentino eos ſigillatim in eo capite 2. recenſere, & in canone 2. contrarium errorem damnare: cumque data opera, neque in eo capite 2. neque in canon. 2. quidquam dixerit de his quatuor Ordinibus, quod pertinet ad rationem Sacramenti, ſed in 3. cap. & in canone 3. de ipſa ſolum Ordinatione in vniuerſum definiret, eſſe Sacramentum, cõſulto quidem à definitione de quatuor minoribus, quod attinet ad rationem Sacramenti, abſtinuit, quòd ad fidẽ minime pertinere putaret. Porro nullũ fundamentũ habere, potuiſſe Concilium, vt definiret, hos quatuor minores Ordines eſſe Sacramenta, ex ipſo etiam manifeſte conuincam: nam canone 6. ſolum dãnat eos, qui dixerint, non eſſe in Eccleſia Dei hierarchiam Diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, presbyteris, & miniſtris: per miniſtros intelligens diaconos; cæteros autem Ordines conſulto prætermiſiſſe non dubito, quod nullum firmum fundamentũ haberet ad dan nandum eos, qui dicerent, hierarchiam ex eis non conſtare Diuino iure.

41

Ex his omnibus liquet, ſine vllo fundamento dixiſſe Ruardum Tapper in illo articulo 17. §. *De Ordinibus minoribus*, definitum fuiſſe in Concilio Florentino ab Eugenio IIII. diaconatum, ſubdiaconatum, & quatuor Ordines minores conferre gratiam, cum reuera id nuſquam definitum fuerit. Quod vero Guido Carmelitanus, de hæreſibus Vvaldenſium dixerat, hos hæreticos negaſſe quinque Ordines, & ideo dãnandos eſſe, quod quidem adducit Ruardus in confirmationem ſuæ ſententiæ, nullius momenti eſt, neque enim notantur prædicti Vvaldenſes, quòd negauerint, quinque illos Ordines eſſe Sacramenta, ſed quòd illos nullo modo admitterent; qua etiam ſola ratione tam quam catholica doctrina ſtatuitur in Concilio Tridentino ſeſſione 23. cap. 2. eſſe ſeptem Ordines in Eccleſia, tres maiores, & quatuor minores, non quòd definiat, omnes eſſe Sacramenta, ſed quòd omnes ſint in Eccleſia, vt per illos ad ſupremum gradum ſacerdotij aſcendatur.

Corollarium præcedẽtis doctrinæ.

Ruardus Tapper.

Guido Carmelitanus.

42

Qualis fuerit error Vvaldenſium circa Ordines.

An Ordo diaconatus, & ſubdiaconatus ſint Ordines à Chriſto in Sacramenta inſtituti Diſput 238.

Diaconatum non eſſe Sacramentum à Chriſto inſtitutum, Durandus, & Caietanus exiſtimãt, de ſubdiaconatu vero nonnulli alij Theologi idem docuerunt. Cap. 1.

Diaconatum eſſe Sacramentum à Chriſto inſtitutũ, certa fide catholica credendum eſt, idque de ſubdiaconatu probabilior opinio fert. Cap. 2.

Diluuntur rationes communes aduerſariorum contra Ordines diaconatus, & ſubdiaconatus. Cap. 3.

Duæ priores peculiares rationes pro ſententia Durandi de diaconatu, vna ex materia, & forma illius, altera ex Scriptura deſumpta, diluuntur. Cap. 4.

Duæ rationes peculiares pro ſententia Durandi de ſubdiaconatu diſſoluũtur, vna ex materia, & forma, altera ex manuum impoſitione aſſumpta. Cap. 5.

Ad tertiam peculiarem rationem, pro ſententia Durandi de ſubdiaconatu deſumptam ex ſtatu ſacro, quem habet, reſpondetur. Cap. 6.

Quarta ratio peculiaris pro ſententia Durandi, de ſubdiaconatu deſumpta ex miniſtro illius, diſſoluitur. Cap. 7.

Diaconatum non eſſe Sacramentum à Chriſto inſtitutum, Durandus, & Caietanus exiſtimarunt, de ſubdiaconatu vero nonnulli alij Theologi idem docuerunt.

CAPVT

CAPVT I.

DE Ordine diaconatus, & ſubdiaconatus placuit in hac diſputatione ſimul agere, & propoſitam controuerſiam examinare: eo quòd cõmunem ex parte difficultatem habeant. In qua quidẽ Durandus in 4. diſt. 24. q. 2. num. 6. & ſequentibus, & Caietanus tom. 1. opuſculorum, tract. 1. 1. art. vnico, non ſolum de ſubdiaconatu, ſed de diaconatu cenſent, nõ fuiſſe à Chriſto inſtitutũ, neque Sacramentum, ſed ab Apoſtolis ortũ habuiſſe. Quam ſententiam, quod attinet ad ſubdiaconatum, alij etiam plures, & non ignobiles Autores ſequuntur, Hugo de Sancto Victore, Magiſter, & Gratianus, locis citatis præcedente diſput. cap. 2. & Martinus de Ayala lib. de traditionibus Apoſtolicis, par. 2. cap. *De ſacro Ordine*. § illo, *Synodus Diui Syluestri*, qui eo dẽ modo de ſubdiaconatu, ſicut de minoribus Ordinibus loquũtur. Addit etiam Alphonſum de Caſtro lib. 1. aduerſus hæreſes, verbo: *Ordo Sacramentum*, vbi in hanc ententiam de ſubdiaconatu non parùm inclinat.

Caietani & Durãdi opinio. 1

Hugo. Magiſter. Gratianus. Martinus de Ayala. Caſtro.

Hæc ſententia probatur primũ cõmunibus rationibus pro vtroque Ordine, quibus ea cõfirmat Durãdus, deinde proprijs pro vno quoque. Prima igitur communis ratio eſt huiuſmodi. Quando plures actiones referũtur ad vnã, quæ ſola attingit effectũ ſpiritualem ea ſolum eſt Sacramentũ, a Chriſto inſtitutum, ad quam cæteræ referuntur, vt verbi gratia ablutio in Baptiſmo, in quo cæteræ actiones non ſunt Sacramenta, ſed Sacramentalia, quales ſunt catechiſmus, & exorciſmus, qui referuntur, & præparant ad ablutionẽ, nã ſola ablutio ſub certa verborũ forma ſpiritualẽ attingit effectũ, atqui in præſenti omnes ordinationes ſunt propter Sacramentũ Euchariſticę cõficiendũ, & miniſtrandũ, quod quidẽ ſola poteſtas ſacerdotis attingit, cęteræ verò ſolũmodò illud præparãt, & diſponũt: ergo ſola Ordinatio ſacerdotalis eſt Sacramentũ, cęteri verò Sacramentales tantũ. Rationes pro hac ſententia.

Prima.

Secũda ratio. 2

Secũda ratio eſt: ſicut poteſtas collata per Baptiſmũ eſt ad ſuſcipiẽda Sacramẽta, ita etiã poteſtas Ordinis, eſt ad eadẽ Sacramẽta conficiẽda, & cõficienda: cõparãtur enim inter ſe hæc duo, (ſicut potẽtia actiua, & paſſiua) vt in diaconatu, & ſubdiaconatu nõ detur poteſtas ad conficiẽda, & cõficienda Sacramẽta, vt patet: ergo nullus Ordo præter ſacerdotium eſt Sacramentum. Quod autẽ diacono conueniat miniſtrare Euchariſtiã ex cõmiſſione, parum refert, quia non conuenit ei conficere, & miniſtrare Sacramentum, quod in actione poſitũ eſt, ſed cõfectũ ab alio ex cõmiſſione diſtribuere. Tertia ratio in ſacerdotio confertur poteſtas ad aliquid faciendum, quod ſine tali poteſtate, & charactere non ſolum non bene, ſed etiam nullo modo fieret, nam ſine huiuſmodi charactere non ſolum non bene, ſed etiam nullo modo conſecraretur Euchariſtia: & certè ad hoc videtur neceſſarius character Ordinis, qui eſt Sacramẽtum: atqui in diaconatu nõ cõfertur huiuſmodi poteſtas, nec ſit omnino neceſſaria, vt aliquid ſimpliciter fiat, ſed tantũ, vt bene fieri poſſit: nã omnia, quæ faciũt diaconus, & ſubdiaconus, à laico eodẽmodo fierẽt, licet ipſe acriter peccaret: ergo in his Ordinibus nõ cõfertur character ſacramẽtalis, ac proinde neque ipſi ſunt Sacramenta. Tertia ratio.

Quarta ratio eſt ex numero Sacramentorũ, nã cũ dicãtur tantũ eſſe ſeptẽ Eccleſiæ Sacramẽta, videtur diaconatus, & ſubdiaconatus Sacramẽta nõ eſſe, quia ſi hi Ordines Sacramẽta eſſent, plura numeranda eſſent, quã ſeptẽ. Atq; in eo firmat onẽ huius adducit Durãd. teſtimoniũ quoddã S. Thomæ, quod nos infrà examinabimus. Multo autẽ maioris momẽti videtur eſſe teſtimoniũ Arabroſij epiſtola 3. c. 1. infine, vbi poſtquam enumerauit Ordinẽ ſacerdotũ, & Epiſcoporũ, & in quo differẽt, ſubdit, ſubdit hęc verba: *Amplius, quã iſti duo Ordines ſacerdotũ, nec nobis à Deo collati ſunt, neque Apoſtoli docuerũt.* Quod ſi inſtituiſſet diaconatũ, & ſubdiaconatũ, alios etiã præter illos duos cõtituiſſet Dominus, & Apoſtoli docuiſſent. Idẽdicit Damaſ. in epiſt. 4. col. 4. ſub finẽ, vbi ait: *Quia (vt præfixũ eſt) Ordines ſũt duo tantũ primi in Eccleſia; id eſt Apoſtolorũ, & ſeptuaginta diſcipulorũ.* Præterea peculiares rationes pro diaconatu, & ſubdiaconatu in cõfirmatione prædictæ ſententiæ. Primũ quidẽ pro diaconatu ſunt duæ rationes; altera deſumpta ex materia, & forma: quia inter Doctores non ſatis conſtat, quænam ſit materia, & forma neceſſaria huius Ordinis, conſtare autem deberet, ſi eſſet Sacramentum. In Concilio Carthaginenſi 4. c. 4. aſſignari videtur impoſitio manuum pro materia, formam autem noua aſſignatur: oportebat autẽ pro forma aſſignari verba, quæ impoſitioni manuũ reſpõdent. E contrario vero ab Eugenio IV. poſt ſeſſionẽ vltimã Concilij Florentini in ſuo decreto fidei. §. *Sextum Sacramentũ*, pro materia aſſignatur liber Euangeliorum, iuxta quod pro for-

Anachitus.

Damaſus.

Peculiares rationes pro eadem ſententia. Prior pro diaconatu

4

Eugenius 4o

ma aſsignanda eſſent verba, quæ traditioni huius libri reſpondent. Hæc autem varietas non aliunde videtur orta niſi ex eo, quòd nihil firmum in hac re iure Diuino traditũ Eccleſia habeat: haberet autem ſi diaconatus eſſet Sacramẽtum. Altera ratio eſt, quòd in Scriptura nulla huius Ordinis mentio fiat, ſed tantum diaconorũ, qui ad menſæ miniſterium eligebantur, qui ſane nullum Ordinis Sacramentum recipiebant, vt diſput. 236. cap. 4. probauimus. Hanc ſententiam, quod attinet etiam ad diaconatũ, ita refert Sotus in quarto diſtinct. 24. quæſt. 1. articul. 4. §. *Ratio*, vt dicat, eum, qui illam ſequeretur, non fore magna reprehenſione dignum; tametſi aliquam temeritatis notã cenſendus eſſet. Noſter autem Bellarminus, tomo 2. libro primo de Sacramento Ordinis, cap. 6. loquens de ſolo diaconatu, oppoſitam valde probabilem ſolum putat propter cõmunem cõſenſum Scholæ, ſed tamẽ adhuc nõ certã ex fide, eo quòd non poſsit euidẽter colligi ex verbis Dei ſcripto, vel tradito, neq; ex vlla Eccleſiæ definitione.

De ſubdiaconatu etiam peculiares etiam rationes ſunt ad id probandum. Prima eſt, quia licet Eugenius IIII. in illo decreto fidei. §. citato pro materia illius aſsignet traditionem calicis vacui cum patena: & Cõcilium Carthaginenſe 4. capite quinto ſimiliter, dicens, ſubdiaconum accipere calicem vacuum cum patena de manu Epiſcopi, cum ordinatur, tamen nulla huic materiæ forma verborum aſsignatur, ſed Epiſcopus tacens, & nihil omnino dicens, calicem ſingulis ſucceſsiue porrigit: ſi autem eſſet Sacramentum, deberet ei forma verborum aſsignari, quia omne Sacramentum conſtat rebus pro materia, & verbis pro forma, quorum ſi aliquid deſit, Sacramentum non perficitur, ſicut docet Eugenius IIII. in illo decreto fidei. §. *Quinto Eccleſiaſticorum*, & ſolum in Sacramento Matrimonij aliquod aliud ſignum loco verborum deſeruire poteſt, vt idem Pontifex definit. §. *Septimum eſt*, & nos in 2. tomo diſput. 126. c. 1. notauimus. Secunda ratio eſt, quia hic Ordo confertur ſine manuũ impoſitione, quæ videtur eſſe neceſsaria in hoc Sacramẽto, cũ aliquãdo per ſolã manuũ impoſitionẽ Sacramẽtũ Ordinis denotetur. Tertia ratio eſt, quia ſi ſubdiaconatus eſſet Ordo, fuiſſet quidem ab initio Eccleſiæ ſacer: atqui nõ fuit ab initio ſacer, vt cõſtat ex decreto Vrbani II. quod refertur canon. *Nullus ad Epiſcopatum*, diſt. 60. vbi definit, nullum ad Epiſcopatum aſsumendum, niſi fuerit ſacerdos, aut diaconus: ſubiungit autem. *Hi enim ſunt in ſacris Ordinibus conſtituti, quia hos duos Ordines habuit primitiua Eccleſia*: quaſi dicat, ſubdiaconum non eſſe in ſacris conſtitutum: & ex cap. *A multis, De ætate, & qualitate, Ordine præficiendorum*, conſtat etiam, tempore antiquo primitiuæ Eccleſiæ hunc Ordinem non fuiſſe ſacrum, ſed poſtea factum fuiſſe, ergo non eſt Sacramentum.

Quarta ratio: Sacramentum Ordinis non poteſt conferri ab alio, quam ab Epiſcopo, vt manifeſtum eſt, ſubdiaconatus autem conferri poteſt ab alio, quam ab Epiſcopo, vt patet ex canone 13. Concilij Ancyrani, vbi Chorepiſcopis ſolũ interdicitur ordinatio presbyterorum, & diaconorum, ac proinde ſubdiaconorum ordinatio ipſis conceditur. Et clarius ex canone 10. Concilij Anthiocheni, ſub Iuliano I. habito in encæniis, quod licet Prouinciale fuerit, receptũ tamen fuit in 6. Synodo habita in Trullo, canone 2. & ex canone 44. Concilij Meldenſis, ſub Carolo iuniore, Rege Francorum, in quibus præcipitur Chorepiſcopis, vt debitum morem non excedant, ita vt Eccleſias non conſecrent neque Ordinem tribuant per manus impoſitionem; ſubdiaconos tamen ordinare ipſis permittitur. Et in Concilio Hiſpalenſi 2. ſub Sisebuto Rege, cap. 7. enumerãtur multa, quæ Chorepiſcopis prohibita ſunt, & inter ea recẽſentur erectio altaris, conſecratio, ordinatio diaconi, & presbyteri, non tamen ordinatio ſubdiaconi: quocirca ibi permiſſa etiam illis videtur: ergo ſubdiaconatus non eſt Sacramentum. Adde, quod cũ eiſdem Chorepiſcopis ibidem negetur conſecratio Eccleſiarum, quę iure ſolum conſtat Eccleſiaſtico, & cõcedatur ſubdiaconorum ordinatio, confici etiam plane videtur, hanc ordinationem nõ eſſe iure Diuino, ſed Eccleſiaſtico introductam, ac proinde non eſſe Sacramentum, alioquin ſubdiaconorum ordinatio illis concedi non poſſet, quin potius eſſet denegãda, cum etiam ipſa Eccleſiarum conſecratio fuerit ipſis interdicta. Gelaſius quoque epiſt. 1 in 2. tom. Conciliorũ definit, vt ſine ſummo Pontifice, hoc eſt, ſine conſenſu Romani Pontificis, aut certe ſine conſenſu Epiſcopi, qui ſummus Pontifex interdum vocatur, (vt notauimus ſupra diſputatione 236. cap. 9. id quod diſput. 253. cap. 4. nõ obſcure oſtendemus, non poſsint ſubdiaconus, & acolytus à Chorepiſcopis ordinari: quaſi dicat, conſenſu Epiſcopi recte poterunt. Idem docet Iſidorus lib. 2. de Eccleſiaſtic. offic. cap. *De Chorepiſcopis*, qui cũ 6.

Secunda ratio

6

Sotus.

Bellarminus

Alię rationes peculiares pro ſubdiaconatu

Prima ratio

Eugenius 4.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Vrbani 2.

7

Quarta ratio.

Gentil. Ancyra.

Concil. Anthioc.

Concil. Meld

Concil. Hiſpal. 2.

Gelaſius.

8

9

Diaconatum eſſe Sacramentum, à Chriſto inſtitutum, certa fide catholica credendum eſt, idemq; de ſubdiaconatu probabilior opinio fert.

CAPVT II.

10 COMMVNIS Quidem, & vera ſententia eſt, tam ſubdiaconatum, quàm diaconatum eſſe Sacramentum, à Chriſto inſtitutum, tametſi non eodem modo vtrumque certum ſit. Et ſane exijs, qui nobiſcũ in hac opinione conſentiunt, nonnulli putant, non modo de ſubdiaconatu, verum etiam de diaconatu, hanc ſententiam nondum eſſe ab Eccleſia definitam, ſed ſolum multo probabiliorem eſſe, quàm oppoſitam, id quod videtur ſenſiſſe Dominicus Sotus, quamuis oppoſitæ notam etiam temeritatis ĩnurat: & aliqui etiam Recentiores, qui expreſſe aſſerũt, nihil in hac re fide definitum hactenus eſſe. Ego tamen valde miror, viros nõ vulgariter doctos, aut decretum Concil. Trid. Seſſ. 23. cã. 6. nõ legiſſe, aut plane nõ intellexiſſe, vbi definitur in hũc modũ. *Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica nõ eſſe hierarchiã, Diuina ordinatione inſtitutã, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris, & miniſtris, anathema ſit.* Ex quo canone expreſſe liquet, hierarchiã iure Diuino inſtitutã nõ ſolũ cõſtare Epiſcopis, & presbyteris, ſeu ſacerdotibus ſed etiã miniſtris: per miniſtros autẽ, vt minimũ diaconos intelligere oportet: cũque de cæteris inferioribus Ordinibus nemo etiã probabili cõiectura ductus aſſerere poſſit, canonem eſſe intelligendũ, ſupereſt, vt dicamus, de diaconis non poſſe non intelligi & cõſulto Concilium ea voce, *Miniſtris*, vſum fuiſſe, vt eos denotaret, de reliquis autem nihil definiret, ſed Scholę diſputationi relinqueret. Quod ſi quis dicat per miniſtros, non hos, aut illos, ſed inferiores Ordines in vniuerſum intelligẽdos eſſe, eius reſpõſum hac ratione refellitur; quia definitio illa de miniſtris in vniuerſum vera nõ eſſet, niſi de aliquo genere inferioris Ordinis determinato vere diceretur: alioquin inepta plane eſſet: quod ſi de aliquo genere determinate intelligẽda eſt, non poteſt non de diaconis intelligi: cumque ad veritatem eius id ſufficiat, opus non erit ad alios Ordines eam extendere, ſed, vt dixi, diſputationi Scholæ relinquere, quid de illis ſentiendum ſit.

Quidam negãt eſſe definitum diaconatũ eſſe Sacramentum.

Refellitur Soti ſentẽtia ex Tridentino.

11

Videri qnoque poſſet alicui hãc ſententiam, quã de diaconatu pronunciauimus, cõfirmari poſſe ex ritu, quo hic Ordo confertur, nempe per manus dextrę impoſitionem, & verba illa: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* nam verba hæc non ſine effectu, & fructu à Pontifice proferri videntur, ſicut reliqua quibus tribuitur facultas, aut poteſtas cuilibet ordinato, & ſicut ſacerdoti, cum dicitur: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* Et de illis non minus intelligendus videtur ca non 4. ſeſſionis 23. Concilij Tridentini, in quo damnãtur, qui dixerint, per ſacram Ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde fruſtra Epiſcopos dicere: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* nam cum eodem modo, hoc eſt, per modum imperantis dicat Epiſcopus: *Accipe poteſtatem*, & *Accipe Spiritum Sanctum*, tam pro diaconis, quam pro ſacerdotibus, nulla eſſe videtur ratio, obquam dicamus, in presbyteris effectum habere, in diaconis vero non item. Quod ſi in diaconis eandem efficacitatem prædicta verba non haberent, fruſtra quidem eo modo, & cum mendacio ab Epiſcopo dici viderentur, quod eſt abſurdum: ſi enim ſolum deprecaretur, vt acciperet Spiritum Sanctum, abſurde ſatis per modum imperantis dicere videretur: *Accipe*, quaſi in ſua poteſtate id ſitum eſſet. Verum quia iuxta hũc modum philoſophandi hæc verba vſurpãri deberent pro forma, & manus impoſitio pro materia, quod nequaquam dici poteſt, vt capite ſequente videbimus, ideo hac ratione ſuperiedendum eſſe cenſui, & quo pacto ea non conuincat, illis verbis conferri Spiritũ Sanctum, cap. 4. in fine oſtendemus.

Qui probãt aliqui ſententiã catholicã ex Trid. 12

Autori nõ placet.

Cęterũ nõ leue ĩdicium huius veritatis eſt, quod Apoſtolus quoties mẽtionẽ facit Epiſcoporũ, & presbyterorum, ſimul etiam memoret diaconos. Mitto quod interdũ diaconi Ordinatio dicatur à Patribus conſecratio, nã cõſecratio etiã dicitur Eccleſię, & altaris, quę tamẽ nõ eſt Sacramẽtũ. Mittoetiã, q̃ ſacer Ordo dicatur, nã ſacri Ordines alia ratione dicũtur, vt capite ſequẽte oſtendemus. Deniq; parũ refert, quod inter maiores Ordines numeretur, nã maiores nõ dicũtur, quia Sacramẽta ſunt, vt omnes Scholaſtici fateri debẽt, qui putãt minores Ordines eſſe Sacramẽta, ſed quia propiùs ad miniſterĩũ altaris, & ad vaſa ſacra, quibus ſacrificiũ celebratur, accedũt, quã alij. Sufficiat nobis definitio illius canonis 4. Cõcilij Tidẽtini allegata, quam certa traditione Conciliũ à Patribus accepiſſe, dubium non eſt.

13

De ſubdiaconatu vero ingenue fateor, nos non habere tam firmum fundamentum, quàm pro diaconatu, vt idem de illo aſſeramus; illud tamen ſufficit nobis, quòd nulla ratio efficax ſit, ad probandum, non eſſe Sacramentum, vt ſequente capite patebit, & communis opinio Scholæ ſit, Sacramentum eſſe, ſicut in hoc capite propoſuimus. Et quidem de ſubdiaconatu, & diaconatu Sacramentum eſſe, id primum aperte docēt Scholaſtici omnes à nobis allegati præcedente diſputatione, capite 1. qui dixerunt, minores Ordines eſſe Sacramenta: nam cum eis etiam ſubdiaconatum, & diaconatum recenſent, & neceſſario idem de illis aſſerere debuerunt. Deinde ſunt alij, qui exiſtimantes, minores Ordines non eſſe Sacramenta, hanc noſtram ſententiam contra Durandum, & Caietanum de diaconatu ſaltem docuerunt; hi ſunt Hugo de Sancto Victore, Magiſter, Gratianus, & Martinus de Ayala locis in primo capite allegatis. De ſubdiaconatu vero cæteri omnes, id quod diximus aperte pronunciant contra Caietanum, Durandum, Hugonem, Magiſtrum, Gratianum, & Martinum de Ayala, quibus adde Michaelem Medinam lib. 1. de continentia cap. 38. vbi loquitur de diaconatu, & c. 43. & 44. vbi agit de ſubdiaconatu, id quod nobis ſufficere debet, vt hanc ſententiam tamquam veram amplectamur, tametſi pro illa efficaces rationes non ſuppetant: quòd enim ſubdiaconatus dicatur Ordo ſacer, parum refert, vt proinde aſſeramus, eſſe Sacramentū: neque etiā, quòd Ordo maior dicatur, ſicut ſupra de diaconatu notauimus. Quocirca quāuis in ſacris literis nulla fiat expreſſa mentio ſubdiaconorum; tamen credendum eſt nihilominus tempore Apoſtolorū inſtitutum iam a Chriſto hunc Ordinem fuiſſe, & tunc vel fuiſſe ſubdiaconos in Eccleſia, licet eorum mentio non fiat in Scriptura, neque Patres dixerint, eo tempore eos miniſtraſſe, vel certe aliquo tempore hoc miniſterium omiſſum fuiſſe, quòd neceſſarium non iudicaretur propter paucitatem fidelium. Huius tamen Ordinis meminit antiquiſsimus Ignatius in epiſtola ad Antiochenſes, vt vidimus ſupra diſputatione 236. capit. 3. & alij Patres, quos non eſt opus referre.

Subdiaconatum eſſe Sacramētum Probat Autor ex communi Scholæ conſenſu.

14

Hugo. Gratianus. Magiſter. Ayala.

Ignatius.

Diluuntur rationes communes aduerſariorum contra Ordinem diaconatus, & ſubdiaconatus.

CAPVT III.

SVPEREST, vt ſolutione rationum, quas aduerſarij adducunt, oſtendamus, nullam eſſe efficacem, quæ nos cogat, communem ſententiam, etiam quòd attinet ad ſubdiaconatū, non amplecti. Ad primam igitur communem rationem reſpondeo, omnes quidem actiones, quæ non attingunt effectum ſpiritualem in anima, ſed præparant ad illam, quæ talem effectum attingit, non eſſe Sacramenta, ſed Sacramentalia, & huiuſmodi eſſe exorciſmos, & catechiſmum, qui præcedunt actionem baptizandi, per quam ſolum attingitur ſpiritualis ablutio. Quod vero aſſumit Durandus de diaconatu, & ſubdiaconatu, eſſe nimirum actiones, quæ non attingunt effectum ſpiritualem, ſine fundamento aſſumit. Nam quamuis non attingant conſecrationem Euchariſtiæ, ad quam etiam deſeruiunt, & hæc ſolum fiat à ſacerdote: tamen inde non rectè probat, collationem diaconatus, & ſubdiaconatus, non attingere alium effectum ſpiritualem, nimirum gratiam in anima ordinati, ad deſeruiendum in altari, pro conſecratione facienda à ſacerdote, quod quidem ſatis eſt ad rationem Sacramenti. Dicimus itaque, per has duas ordinationes conferri gratiam ad eiuſmodi miniſterium altaris, & ideo licet Ordines ipſi non attingant conſecrationem Euchariſtiæ, nihilominus hos Ordines eſſe Sacramenta, quia conferunt gratiam. Exorciſmum autem, & catechiſmum, ideo non eſſe Sacramenta, ſed Sacramentalia, quia non conferunt vllam gratiam ex opere operato, quamuis deſeruiant ad collationem illius, quæ fit per Baptiſmum.

16

Solutio prima.

17

Ad ſecundam communem rationem dico, characterem, ſeu poteſtatem Ordinis, non neceſſario eſſe debere ad conficienda Sacramenta, quamuis character Baptiſmi ſit ad ea recipienda: neque enim omnis character Sacramentalis eſt ad recipienda, vel conficienda Sacramenta, ſiquidem Cōfirmatio imprimit characterem ſolum ad profitendā fidem coram tyranno, non autem ad recipienda, vel adminiſtranda Sacramenta: neque enim characteres Baptiſmi, & Ordinis comparantur inter ſe, ſicut potentia actiua, & paſsiua, reſpectu Sacramentorum, vel recipiendorum, vel adminiſtrandorum.

Secunda ratio ſoluitur.

18

Ad tertiam communem rationem reſpondetur: quamuis in ſacerdotio talis character, & poteſtas ad aliquid faciendum conferatur, vt ſine illa non ſolum non bene

Tertia diluitur.

bene, sed etiam nullo modo id fieret, nimirum ad consecrationem, tamen non esse necesse, vt aliæ Ordinũ potestates, & characteres ad aliquid faciendum hoc modo dentur, sed satis esse, si dentur ad bene, aut melius aliquid operandum, sicut datur in Confirmatione: nam protestatio, & confessio fidei coram tyranno bene fieri potest à non confirmato, sicut à confirmato; habet tamen confirmatus ratione Sacramenti, & characteris maiorem gratiæ promissionem ad id præstandum.

Circa quartam communem rationem de numero Sacramentorum, si plures Ordines sint Sacramenta, vt in nostra sententia necessario dicendum est, Scholastici variè philosophantur, S. Thomas, in 4. d. 24. q. 2. art. 1. q. 1. ad 2. inquit, Ordinem diuidi in plures Ordines, non tanquam totum, quod vocant integrale in partes, sicut Eucharistia diuiditur in corpus, & sanguinẽ Christi, neq; tãquã totũ vniuersale, sicut genus in species, sed tanquã totum potestatiuũ. *Cuius hæc* (inquit) *est natura, vt totum secũdũ completam rationem sit in vno, in alijs autem sit aliqua participatio ipsius, tota enim plenitudo huius Sacramenti est in vno Ordine, scilicet sacerdotio, sed in alijs est quædam participatio*: & post pauca, *Et ideo omnes Ordines sunt vnum Sacramentũ.* Hoc eodem modo philosophantur Bonauentura eadem d. p. 1. art. 2. q. 4. Argentina, quæ vnica art. 2. ad 1. & 2. post. 1. concl. Capreolus, q. 1. art. 1 concl. 2. Paludanus, q. 1. art. 3. in principio, & ad 3. num. 24. & 25. in fine, & Syluester in summa, verbo, *Ordo*, 1. q. 2. atque hoc idem sensisse videtur Albert. in 4. d. illa 24. ar. 4. cum inquit, hoc Sacramẽtum secũdũ potestates imperfectas esse plura, secũdũ potestatẽ autẽ perfectam esse vnũ, & ita simpliciter vnum, secundum quid vero plura. Et Ricardus, ar. 3. q. 3. cum ait septẽ Ordines esse Sacramenta vnitate prædicta: Dixerat autem omnes ordinari ad vniendum nos cum Deo, qui est effectus sacerdotij: & Supplementum Gabrielis, q. 1. art. 2. concl. 3. cum dicit, esse vnum Sacramentum Ordinis, vnitate solã finis, & Ordinis, quòd nimirum vnus Ordo ad alium referatur: sic enim denotare videtur illud, quod alij dixerunt de partibus potestatiuis Ordinis, quòd nimirum in alijs Ordinibus, præter sacerdotium, non inueniatur ratio Ordinis simpliciter, & ideo non constituant per se Sacramenta diuersa, sed vnum cum sacerdotio. Id quod clarius Petrus de Soto docuisse etiam videtur, li. de institutione sacerdotum, lectione 4. § *Ex his igitur*, ait enim, omnes Ordines esse vnum Sacramentum attributione quadam.

Circa quartã rationẽ de numero Sacramentorũ varie philosophantur Doctores.

S. Thomæ sententia.

19

Bonauent. Argentina. Capreolus. Paludanus. Syluester. Albertus.

Ricardus.

Gab. supplementum.

20

Pet. Soto.

Ex hac vero doctrina communi antiquorum Scholasticorum argumentum desumpsit Durandus, vt suam sententiam confirmaret, & probaret, vnũ tantũ Ordinem esse Sacramentum simpliciter, quia cum Sacramentum Ordinis diuidatur in plures Ordines, tanquam totum, quod vocant potestatiuum in partes potestatiuas, atque in partibus potestatiuis ratio totius nunquam reperiatur simpliciter, sed secundum quandã similitudinem, sicut ex sententia S. Thomæ de partibus potestatiuis iustitiæ probauimus prima parte disp. 85. cap. 4. & 1. 2. disput. 223. cap. 2. consequi plane videtur, in solo sacerdotio rationem Sacramenti simpliciter reperiri, ac proinde cæteros Ordines non Sacramenta, sed Sacramentalia solum esse, aut si ratio Sacramenti simpliciter eis cõuenit, plura esse Sacramenta Ordinis, non vnum, idemque non minus aperte sequitur ex modo loquendi Petri de Soto: nam si omnes Ordines sunt vnum Sacramentum, attributione quadam ad sacerdotium, solum sacerdotium erit simpliciter Sacramentum, cætera autem analogicè analogia attributionis, & secundum quid. Quod enim hoc modo est tale, nõ est simpliciter tale, ac proinde vera esset sententia illa Durandi, solũ sacerdotium esse Sacramentum, cætera autem Sacramentalia.

Quid sentiant Dominicus Sõtus.

Dominicus Sotus in 4. distinct. illa 24. quæstione 1. articul. 4. §. *Et ad autoritatem S. Thomæ*, hanc difficultatem, & argumentũ Durandi cõtendens dissoluere, respondet, doctrinam S. Thomæ (& idẽ intellige de alijs Scholasticis, quicum ipso sentiunt) non esse ita accipiendam, vt gratia & character solũ sit in sacerdote, sed ita vt gratiæ, & characteres aliorum Ordinũ sint participationes eorumdem effectuum, qui sunt in sacerdotio, non quòd eadem gratia ita diuidatur, vt pars illius sit in sacerdotio, & alia in diaconatu, sed quòd inferiores gratiæ referantur ad ministerium superioris, sicut inquit Numer. 11. Dominus dixit Moysi, vt designaret sibi septuaginta viros, qui ipsum in gubernatione populi adiuuarent; & subdit: *Auferam de Spiritu tuo, & tradam eis, vt sustentent tecum onus populi*, non quod partem spiritus, quem tradiderat Moysi, esset ab eo ablaturus, & daturus alijs, sed quod similem alium spiritũ alijs esset donaturus, vt Moysem adiuuare possent.

Num. 11.

22

Autoris sententia.

Ego tamen ingenue fateor, vel argumento Durãdi recte probari, solum sacerdotium

eſſe Sacramentum à Chriſto inſtitutum, cęte-
ra autẽ eſſe ſolũ analogicè, & ſecũdũ ſimi-
litudinẽ tantũ Sacramenta, & ſimpliciter
Sacramentalia: vel plura eſſe, quam ſeptem
Sacramẽta, ſi ſecundũ ſpecies infimas, nõ ſe-
cũdũ genus numerẽtur: id quod hac ratione
mihi perſuadeo. Septẽ Eccleſię Ordines duo
habent, videlicet, & rationem Ordinis, &
23 rationem Sacramenti, quæ duo ita diſtin-
guuntur, vt licet non fuiſſent à Chriſto in-
ſtituti in Sacramenta, vt gratiam ſignifica-
rent, & conferrent, ſed ſolum ad miniſte-
rium Eccleſiæ, & altaris deſtinati, Ordi-
nes, & gradus Eccleſiaſtici vere eſſent: vel
igitur ſex Ordines dicuntur partes poteſtati
uæ in genere Sacramenti; vel in genere tantũ
Ordinis, ita vt in illis ratio totius ſimpliciter
non reperiatur, ſed ſecũdũ ſimilitudinem,
ſimpliciter autem ſit in ſolo ſacerdotio? ſi
dicantur partes poteſtatiuæ in genere Sa-
cramenti, ſicut religio dicitur pars poteſta-
tiua iuſtitiæ in genere tantum iuſtitię, de-
ficiens à ratione iuſtitiæ ſimpliciter, & reti-
nens tantum ſimilitudinem illius: ſequitur,
nulli ex illis ſex Ordinibus veram rationem
Sacramenti, ſed ſolum ſimilitudinem eius
conuenire, ac proinde rectè dixiſſe Duran-
dum, ſolum ſacerdotium vere & proprie Sa
cramentum eſſe, cętera autem ſimpliciter
Sacramentalia, & ſecundum ſimilitudinem
tantum Sacramenta, quod ſanè, præterquam
quod falſum eſt, vt ſupra oſtendimus, pro-
bantes, diaconatum, & ſubdiaconatum iure
Diuino eſſe inſtitutos, ac proinde eſſe Sa-
cramenta, quibus gratia ſignificetur, & cõ-
feratur, cum doctrina eiuſdem S. Thomæ
& aliorum, quos allegauimus, conſtare ne-
quit: nam, cum fateantur eſſe Sacramenta,
virtute quorum conferatur gratia, & cha-
racter imprimatur, fateri quoque debent,
nihil prorſus illis deeſſe, quominus plenã,
& integram rationem Sacramenti, re ipſa
habeant, cum ea ratione ſint ſigna, & cau-
ſæ gratię ſanctificantis nos. Si autem ſex
24 Ordines dicantur à prædictis Doctoribus
partes poteſtatiuæ non in genere Sacramẽ-
ti, ſed Ordinis, ita vt non dicantur ſimpli-
citer Ordines, ſed ſecundum ſimilitudinem,
quatenus ſacerdotio deſeruiunt, præter-
quam quòd, hoc falſum eſt, quia, vt ſit ali-
quis Ordo ſimpliciter, non oportet eſſe ſu-
premum, ſicut etiam, vt dicatur gradus ſim-
pliciter, ſiquidem Ordo, & gradus idem
ſunt: vt diſp. 236. cap. 1. monſtrauimus, etiá
ſi id verum eſſet, nihil obſtaret, quo minus
ratio Sacramenti cuilibet horum Ordinũ
ſimpliciter conueniret, ac proinde plura Sa-
cramenta Ordinis ſecundum ſpeciem eſſent:
nam rectè fieri poſſet, vt gradus Eccleſiaſti-
ci, qui non eſſent ſimpliciter Ordines, ita
inſtituerentur, vt eſſent Sacramenta ſimpli-
citer: etenim ſi ita inſtituerentur, vt im-
primerent characterem aliquem, & gratiam
eiusdem rationis cum gratia ſacerdotij
conferrent, nihil ſanè amplius deſiderari
poſſet, vt Sacramenta ſimpliciter eſſent, ac
proinde ea ratione non rectè explicaretur,
quo pacto ſeptem Ordines eſſent vnum Sa-
cramentum, vt prædicti Auctores conten-
dunt. Et quidem Dominicus Sotus, Ricar-
dus, & Supplementum Gabrielis, vt explici-
cent vnitatem Sacramenti Ordinis, nullam
mentionem faciunt partium poteſtatiuarũ,
neque dicunt, ideo non eſſe plura, quia in
ſex Ordinibus ratio totius ſolum ſit ſecun-
dum ſimilitudinem quamdam, non autem
ſimpliciter, ſicut dixerunt S. Thomas, Bo-
nauent. Argentina, Capreolus, Paludanus,
& Syluester, neque quia omnes ſeptem
Ordines ſint vnũ Sacramentum attributio-
ne, quod idem eſt, ſicut dixit Petrus de So-
to, ſed quia omnes referantur, & ſubſer-
uiant vni fini, nempè miniſterio ſacerdotis.
Hoc tamen non video, quo pacto poſsit
obſtare, quominus quilibet Ordo, qui gra-
tiam perſe confert, & characterem impri-
mit, non ſit perſe vnum integrum Sacramẽ-
tum, non ſecundum quid, & ſimilitudinem,
ſed ſimpliciter: neque enim plures Ordines
comparari poſſunt, vt partes integrantes re-
ſpectu vnius, ſicut prædicti omnes faten-
tur, & fuſius probat Paludanus loco cita-
to, neque comparari poſſunt, vt partes po-
teſtatiuæ, vt modo probatum eſt. Superest
igitur, vt ſint ſicut partes ſubiectiuę, &
ſpecies Sacramenti Ordinis in vniuerſum.
Porro autem non ſe habere, vt ſpecies pa-
nis, & vini ſe habent ad vnum Sacramentum
Euchariſtiæ, rectè probat Paludanus, quia
ex illis duabus ſpeciebus fit vnum integrũ
conuiuium, & refectio, inſtar cuius Sacra-
mentum Euchariſtię inſtitutum eſt: ex plu-
ribus autẽ Ordinibus nõ fit vnus Ordo, licet
vnus alteri ſubſeruiat, & vt ad finem refe-
ratur.

Quamuis autem hæc controuerſia non
rerum, ſed vocum videatur, vt dixit Petrus
de Soto loco citato, mihi tamen placet cum
Scoto in 4. d. 24. q. vnica, §. *Sed tunc de quar-
to*. Maicre, q. 1. §. *Circa hanc quæſtionem*, &
Almaino, q. vnica, §. *Conſequenter quæritur*,
aſſerere, Sacramentum Ordinis vnum eſſe,
non vnitate ſpeciei, ſed generis, ſicut dicũ-
tur quatuor virtutes morales, cum tamen
ſub-

23

Domeſotes, Ricardus, Gabriel.

Ioan. Thomas. Rabanus. Argentina. Cyprianus. Paludanus. Syluester.

Non ſe habent ſicut ſpeciei panis, & vini ad vnum Sacramentum Ordo in Eccleſia *Pet. Soto. Scotus. Maior. Almainus.*

ſub ſe plures alias ſpecies aliquæ illarum contineant, vt manifeſtum eſt, id autem manifeſte probat ratio ſuperius facta. Hinc autem facile ſoluitur argumentum quartũ, adductum in primo capite, pro ſententia Durandi, neque enim incommodum aliquod eſſe putamus, eſſe plura quam ſeptem Sacramenta in ſpecie infima, quamuis in genere non ſint plura; cõſtat etiam ex dictis quid exteſtimonio S. Thomæ, quod Durandus adducit, ipſe probare poſsit.

Sacramentum Ordinis vnũ eſſe non vnitate ſpeciei, ſed generis, ceſſet Autor. 27

Ad teſtimonium Anacleti recte reſpondet Michael Medina, lib. 1. de continentia, cap. 43. ipſum non loqui de omnibus Ordinibus, quos ab Apoſtolis accepimus, ſed de Ordinibus ſolum ſacerdotij, & hos tantum eſſe duos, nempè ſacerdotij, & Epiſcopatus, quod ſanè reſponſum rectè quadrat verbis, & inſtituto Anacleti: nam in eo 1. ca. ſic ait, *Sacerdotum, fratres, Ordo bipartitus eſt, & ſicut Dominus illũ conſtituit, a nullo debet pertubari.* Id autem confirmat, quia Dominus ſolum elegit duodecim Apoſtolos, quibus Epiſcopi reſpondent, & ſeptuaginta diſcipulos, quibus ſucceſſerunt ſacerdotes. Statuit deinde, vt in caſtellis, aut paruis ciuitatibus, non Epiſcopi, ne nomen illorum vileſcat, ſed presbyteri conſtituãtur. Cõcludit deinde verbis citatis pro ſententia Durandi in hunc modum, *Amplius quam iſti Ordines ſacerdotum necà Deo collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt.* Et in hunc etiam ſenſum loquitur Damaſus in illa epiſtola 4. citata, vbi agit contra Choreſpiſcopos, qui erant Epiſcopi Villarum, vt eorum reprimeret arrogantiam, quia non dubitabant ſe Epiſcopis quodammodo æquare, cum tamen ſimplices ſolum ſacerdotes eſſent: oſtendit igitur, non eſſe excogitandum quaſi alium Ordinem ſacerdotum, in quo ſint Choreſpiſcopi, cum duo tãtum ſint Ordines ſacerdotales, nempè ſacerdotũ, ſeu presbyterorum, & Epiſcoporum. Et fortaſſis Anacletus id etiam docuit contra Chorepiſcopos, quamuis illorũ mentionem non faciat: Damaſum autem alludere verbis citatis ad teſtimonium & doctrinam Anacleti, mihi indubitatum eſt.

Exponitur Anacletus Mich. Medi.

Exponitu Damaſus.

28

Duæ priores peculiares rationes pro ſententia Durandi de diaconatu, vna ex materia, & forma illius: altera ex Scripta deſumpta, diluuntur.

CAPVT IIII.

RATIONES Quoque peculiares, quas adduximus pro ſententia Durandi, tam de diaconatu, quã de ſubdiaconatu in hoc cap. & ſequente diſſoluendæ ſunt: & primo in hoc capite rationes de diaconatu; deinde in ſequente rationes pro ſubdiaconatu. Circa priorẽ igitur pro ſentẽtia de diaconatu ſunt quidem varię ſententię catholicorum; & quamuis in Concilo Carthaginenſi 4. mẽtio ſolum fiat impoſitionis manus in Ordinatione diaconi, tamen pauci ex Schola hactenus ſenſerunt, eam ſolum eſſe materiam, & verba ei reſpondentia formam. Verba Cõcilij Carthaginenſ. 4. cap. quarto hæc ſunt: *Diaconus cum ordinatur, ſolus Epiſcopus, qui eũ benedicit, manum ſuper caput illius penat, quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecrãtur.* Cæterum Michael Medina lib. 1. de cõtinentia, cap. 39. non parum poſt medium, ita putare videtur, hanc manus impoſitionẽ ad eſſentiam ordinationis diaconi non pertinere, cum eam ibi non numeret inter requiſita ad materiam, & formam, vt etiam aſſerat, materiam illius non eſſe ſolum libri Euangeliorum traditionem, & formam ſola verba, ſub quibus liber traditur, ſed totam materiam eſſe tres ſolennes actiones, quæ ſubcerta verborũ forma ab Epiſcopo fiũt, nempe traditionem ſtolę, traditionem dalmaticę, & traditionem libri Euangeliorum: formam autem non eſſe ſolum verba illa, quibus traditur liber, ſed cætera etiam, quibus ſtola traditur, & dalmatica. Porro has tres traditiones materiam eſſe huius Ordinis, euidenti argumento colligunt ex verbis, quibus ſingulę fiunt traditiones: nam ſtola ſic traditur: *Accipe ſtolam candidam de manu Dei, imple miniſterium tuum, potens eſt enim Dominus, vt augeat tibi gratiam ſuã, qui viuit, & regnat in ſecula ſeculorum.* Dalmatica vero in hunc modum: *Induat te Dominus veſtimento ſalutis, & circundet te ſemper indumento lætitiæ in nomine Domini.* Liber autẽ hoc pacto: *Accipe poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia, tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine Domini.*

29

Concilo Carthag. 4.

Mich. Medi.

Verum hęc ſetentia, vtpotè manifeſtè falſa, refelli debet: primum quidem, quod nullus hactenus prętet ipſum Michaelem omnes tres illas actiones ad eſſentiam huius Sacramenti pertinere dixerit: deinde quia ſi in omnibus illis materia, & forma conſiſtetet (vt vult hic Autor) multo maiori ratione dicere deberet, impoſitionem manus dextę

Medinę ſententia refellitur. 30

dextræ cum verbis ad eſſentiam Sacramenti etiam ſpectare, & ex verbis, quibus manus imponitur, multo melius quàm ex alijs verbis id colligere poſſet: nam Epiſcopus per modum imperantis, & poteſtatem habentis tradere videtur Spiritum Sanctum, vt vidimus, cap. 1. id quod Sacramenti, & formę proprium videtur. In his autem duabus prioribus non eſt ita manifeſta forma tradendi Spiritum Sanctum, & gratiam eius conferendi: nam in prima ſolum dicitur, vt ordinandus accipiat ſtolam, & vt ipſe impleat miniſterium: in ſecunda vero, vt Dñs induat indumento lętitiæ. Quæ verba non ita denotant poteſtatem conferentis Spiritum Sanctum, & gratiam eius, ſicut illa, *Accipe Spiritum Sanctum*. Adde, q̃ traditio veſtimẽtorum, & verba, quibus traduntur, non ita denotant miniſterium huius Ordinis, quod per materiam, & formam ſignificari debet, ſicut impoſitio manus cum verbis recitatis. Fateor quidem, hunc Auctorem in eo 1. lib. cap. 38. ex impoſitione manuum colligere, diaconatum eſſe Sacramentũ, eo quod ſit certiſsimum ſignũ gratiæ, & ita exiſtimaſſe, hãc impoſitionem ad eſſentiã materię pertinere, tamen ca. 39. vbi ſpeciatim materiã, & formam aſsignat, illius non meminit. Poſtremo denique, ſiduę priores actiones cũ verbis ad materiam, & formam diaconatus ſpectarent, eadem prorſus ratione pertinerent actiones, & verba, quibus tradũtur ordinandis in ſacerdotes ſtola ſuper vtrumque humerum, & veſtis ſacerdotalis: ſic enim dicitur ad ſtolam. *Accipe iugum Domini, iugum enim eius ſuaue eſt, & onus eius leue*: ad veſtem autem in hunc modum: *Accipe veſtẽ ſacerdotalem, per quam charitas intelligitur, potens eſt enim Dominus augere tibi charitatẽ, & opus perfectũ*. Id q̃ nemo hactenus dixit.

Alij vero maiori quidem ſpecie probabilitatis dixerunt, in manus impoſitione cum verbis, quibus imponitur, totam eſſentiam Ordinationis diaconi ita conſiſtere, vt traditio libri Euangeliorum cum verbis ad illam nullo modo pertineat. Ita ſenſit Durandus in quarto d. 24. quæſt. tertia, num. 7. & 8. probat autem numer. 7. id quod dixit de libr. Euangeliorum: quia in Eccleſia Anicienſi, cui ipſe præfuit, hic liber non tradebatur ſub conſueta forma verborum, & ipſe iuſsit, vt deinceps eo modo traderetur. Num. autem 8. id q̃ dixit de manus impoſitione, probat ex cap. illo 4. Concilij 4. Carthag. vbi pro Ordinatione diaconi ſolũ fit metio impoſitionis manus. Atq; id ipſum confirmari etiã poteſt antiquo vſu Eccleſiæ: nãm ante quàm eſſet liber Euãgeliorum, fuerũt quidẽ diaconi, non ſolũ mensarum, ſed etiã altaris: vt enim diſput. 236. cap. 5. diximus, Stephanus miniſtrauit in altari Iacobo fratri Domini, antequàm martyrium pateretur, ſicut teſtatur Ignatius, & alij ibidem citati, & tamen eo tempore nõdum erat liber Euangeliorum: nam Stephanus paſſus eſt eodem anno, quo Chriſtus, menſe Decẽbri, vt diſp. 226. cap. 5. probauimus, in quo nondum liber Euangeliorum erat: creditur autem, diaconos eo tẽpore fuiſſe ordinatos per manus impoſitionem, ſicut etiam ad menſam eodem ritu fuerunt electi. Denique cum impoſitio manus denotet, diaconum ordinari ad magnum quoddam miniſterium, videtur (inquit Duran.) in ea potius cęremonia quàm in alia, poteſtatẽ huius Ordinis tradi: tũ etiam, quia, vt ait Durand. num. 8. manus impoſitio in diaconatu eſt præſtantius ſignum, quam cętera omnia, & in præſtantiori ſigno in quouis Ordine imprimi debet character, vt ipſe docet numero ſexto: ac proinde hæc impoſitio eſſe debet materia illius, & verba illi reſpondentia debent eſſe forma. Qua ratione hanc etiam ſe ſentiam prius tradidit Bonauentura in illa diſtinctione, prima parte, articulo primo quæſt. quarta: nã quãuis in corpore expreſſe non loquatur de diaconatu, de ipſo intelligi debet, & de ſacerdotio doctrina eius, cũ dicat, in præſtãtiore ſigno in omni Ordine imprimi characterẽ, & præſtantius eſſe manus impoſitionem in duobus Ordinibus, quia manus eſt organum organorum: cętera in ſolutione expreſſe id docet de diaconatu. Quibus etiã adde Scotum in eadem diſt. quæſt. primi, §. *De ſecundo*, non longe ante finem, vbi vocat diaconatum Ordinem ſacrum, eo quod ei cõueniat conſecratio Euchariſtiæ: exquo colligit propriam actionem diaconi non eſſe legere Euangelium: videtur igitur exiſtimaſſe, non conferri hunc Ordinem per traditionem libri Euangeliorum: cumque nihil aliud ſuperſit niſi impoſitio manus, aperte putaſſe, illam eſſe materiam huius Sacramenti. Obſeruandum tamen eſt, Durandum non aſsignare hanc formam, & materiam diaconatus, quòd putet, illum eſſe Sacramentum, aut in eo characterem imprimi, qui ſit qualitas realis, ſed ſicut in alijs Ordinationibus, quas cenſet non eſſe Sacramenta, in quibus ſuam formam, & materiam minor Sacramenti aſsignat, perquam tradatur poteſtas, & cohibetur quis ad miniſterium: quam quis-

Aliorum ſententia.

Durandus.

Ignatius.

Bonauentu.

Scotus.

31

32

33

34

quam quidem destinationem vocat ipse characterem, etiam in Ordinationibus, quæ non sunt Sacramenta.

Hosius vero in confessione catholica, ca. 72. sub finem, vtramquam actionem, & vtriusque verba putat ad essentiam Ordinationis diaconatus spectare, videlicet, & impositionem manuum, & traditionem libri Euangeliorum, asserit enim, per vtramque actionem diaconum ordinari: quod si vellet numerare quoque actiones, quæ pro cæremonia accidentaria etiam adhibentur, neq; diceret, per has duas actiones eum ordinari, neque alias multas subticeret. Quocirca in prædicta sententia mihi videtur fuisse: quę sane confirmari potest ratione, quam de impositione manus pro diaconatu adduximus, capit. 2. vt probaremus, esse Sacramentum: tum etiã quia cum inpositionis manus mentio fiat in Concilio Carthaginensi; traditionis autem libri Euangeliorum in decreto Eugenij IIII. vt infra videbimus, vt vtrique satisfaceret definitioni, rectè videtur Hosius, vtramque actionem pro essentia Ordinationis diaconi postulasse. Cum omnibus prædictis Doctoribus conuenit Roffensis, in lib. contra captiuitatem Babilonicam, ca. 12. § 7. quatenus asserit, diaconum Ordinari per manuum impositionem, & per eam illi conferri gratiam. Verùm cum non explicet, vtrum ea sit tota materia huius Ordinitionis, an aliquid tantum illius, non satis constat, vtrum cum Hosio, an cum Durando, hic Autor conueniat.

Hosij sententia de materia, & forma diaconatus.

35

Roffensis.

Communis tamen sententia est, solã traditionem libri Euangeliorum materiam esse huius Sacramenti, & sola verba, quibus traditur, esse formam: quam quidem ita verã existimo, vt oppositam, non solum nota temeritatis, sed erroris etiam inurendam esse censeam. Ex Scholasticis eam sequuti sunt S. Thom. in 4. d. 24. q. 2. art. 3. ad 7. Ricardus, art. 4. q. 3. Maior, q. 1. columna 3. post medium. Paludanus, q. 2. art. 8. num. 15. vsq; ad 18. in fine. Dominicus Sotus, q. 1. art. 3. §. *Per quam tamen.* Quibus adde Ruardum Tapper, art. 17. §. *De materia autem*, eo quod dicat, impositionem manuum, neque in sacerdotio, neque in diaconatu esse materiam Sacramenti; ex quo sequitur, materiam debere esse traditionem libri Euangeliorum.

Cõtrarios notã erroris inurit Autor:

S. Thomas. Ricardus. Maior. Paludanus Dom. Sotus. Tapper.

36

Hanc sententia confirmare contendit Paludanus, num. illo 18. quòd in Sacramento, præter actionem ministri, & actum præcipientis, debet esse aliqua exterior materia (intelligit plane distinctã ab ipso ministro, & recipiente, & ab actione vtriusque) videlicet pro materia remota, qualis est aqua in Baptismo, & chrisma in Cõfirmatione. Verũ hæc ratio infirma est; quia sicut in Matrimonio corpora contrahentium, qui etiam sunt ministri, sunt pro materia, & non aliquid extra illos, ita in Ordine remota materia posset esse manus ministri: proxima autem impositio illius, nisi aliud obstaret, neque necessaria esset exterior aliquares distincta à ministro, & recipiente pro materia, siquidem nulla ratione constare potest; in omnibus Sacramentis institutam fuisse à Christo pro materia remota rem aliquam distinctam ab ipso ministrante, & suscipiente. Hac igitur omissa ratione, duo sunt testimonia, quibus hanc sententiam mirum in modum confirmare possumus, ita vt simul manifeste ostẽdamus, notam temeritatis, & erroris oppositæ merito inuri. Alterum est Eugenij IIII. in decreto fidei, quod est in Concilio Florentino post vltimam sessionem 8. *Sextum Sacramentum*, vbi definiens, per cuius rei traditionem Ordines cõferantur, de diaconatu inquit, *Diaconatus vero per libri Euangeliorum datione.* Ex quo testimonio manifeste colligitur, nequaquam sine prædicta nota dici posse, solam manus impositionem ad materia diaconatus pertinere: nam prædicta definitio auctoritate Pontificia edita, & ab omnibus Latinis, qui aderant Concilio, confirmata fuit ad hunc finem, vt catholica doctrina circa omnia Sacramenta, & Ordines pro vnione, & concordia vtriusque Ecclesiæ, Græcis, & Armenijs traderetur. Quòdsi vera esset sententia Durandi, & aliorum de sola manus impositione ad materiam pertinente, perperam quidem Eugenius dixisset, materiam esse libri Euangeliorum traditionem. Alterum testimonium est, Gregorius IX. in caput, *Presbyter, De Sacramentis non iterandis*, in hunc modum, *Presbyter, & diaconus, cum ordinantur, manus impositionem tactu corporali, ritu ab Apostolis introducto, recipiunt, quod si omissum fuerit, non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi Ordines conferendos caute supplendum, quod per errorem extitit prætermissum.* Vbi cum dicat, impositionem manuum, tam in ordinatione presbyteri, quã diaconi, esse ritum ab Apostolis introductum, conficitur plane, ad materiam Sacramenti non posse pertinere. Nam quæ ad materiam, & formam Sacramentorum, quę est eorum essentia, pertinent, sicut non ab Apostolis, sed a Christo potuerunt institui, ita nec introduci. Porro autem per ritum

Improbatur ratio Paludani.

37

Duplici testimonio afirmat Autor suam sententiã.

Eugenius 4

Gregor. 9

38

tum ab Apoſtolis introductum non intelligere Gregorium IX. ritum inſtitutum quidem à Chriſto, ab Apoſtolis autem ſolum vſurpatum, ſicut quidam explicare contendunt, inf a, diſput. 235. cap. 6. manifeſte oſtendemus. Hinc autem conſequitur, impoſitionem manuum non tantum non eſſe totam materiam Sacramenti, ſed etiam non poſſe ad illam pertinere, ſed eſſe cęremoniã, & ritum quemdam Sacramento omnino accidentarium. Vnica vero ratione eadem ſententia confirmatur, nam per manus impoſitionem, & verba illi reſpondentia, nullum miniſterium peculiare diaconi ſignificatur: ergo pro materia, & forma non debent aſsignari. De manus impoſitione manifeſte patet, & de verbis probatur, quia verba ſunt hæc, *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, & ad reſiſtendum diabolo, & tentationibus eius*, quæ ſanè generalia ſunt, & cuilibet Ordinationi conuenire poſſent, ac proinde non rectè aſsignarentur pro forma, & materia alicuius peculiaris Ordinationis. Mirum autem non eſt, quòd Epiſcopus dicat per modum imperantis, *Accipe, &c.* licet in verbis efficacia Sacramenti ſita non ſit, ſed vim tantum habeant deprecationis, quia illud verbum imperandi ſignum eſt magnę fiduciæ pro impetrando Spiritu Sancto, præſertim per Ordinationem futuram, & Dominus, Lucę, cap. 17. orantibus dixit, *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare.* Vt igitur hanc indicaret fidem, Epicopus dicit, *Accipe, &c.* Quo circa mihi non probatur ſententia Michaelis Medinę, lib. 1. de continentia, cap. 38. cum probat, diaconatum eſſe Sacramentum ex eo, quod eius Ordinatio fieret impoſitione manuum, quæ eſt inquit ille (certum ſignum gratiæ, quæ confertur. Nam cum conſtet, hoc ſignum eſſe cęremoniam Eccleſiaſticam, non potuit tale ſignum eſſe, cum in eo materia Sacramenti eſſe nequeat.

Ratio vnica eadem ſententia 39.

Mich. Med.

Quæ vero pro ſententia Durandi, & Hoſij adduximus, nihil momenti contra communem ſententiam quam probauimus, habent. Primò quidem, quòd in illa Eccleſia Ancienſi non trader etur liber Euangeliorum in Ordinatione diaconi, nihil obſtat communi ſententiæ: nam, cum eſſet aliqua varietas opinionum, & nondum ſatis ab Eccleſia explicata, facile potuit Eccleſia illa falſam amplecti: inde tamen pro tota Eccleſia nihil colligere licet. Secundo, quod adducitur ex Concilio Carthaginenſi 4. cap. 4. non eſt ita intelligendum, quaſi ibi pro materia diaconatus impoſitio manus aſsignetur: nec enim minimũ verbũ eſt, quòd hoc indicare videatur: nã inſtitutum Concilij in eo capite ſolum eſt aſsignare diſcrimen inter impoſitionem manuum, quæ fit in Ordinatione ſacerdotis, de qua dixit, in 3. cap. & eam, quę fit in Ordinatione diaconi, de qua loquitur in 4. in 3. autem non aſsignauerat pro materia manuum impoſitionem, vt fateri etiam debet Durandus, niſi contra ſe ipſum loqui velit: nam in ea, q. num. 8. apertè docet, in ſacerdotio characterem imprimi in traditione calicis cum vino, & aqua, & patena cum hoſtia, eo quod per hanc denotetur præcipua actio ſacerdotis, quæ eſt conſecratio corporis, & ſanguinis Chriſti, & tamen in cap. illo 30. Concilij, non fit vlla mentio huius materię, ſed ſolum impoſitionis manuum. Cum igitur capite 4. fit mentio ſolum impoſitionis manus in diaconatu, non intelligitur facta mentio illius, tanquam materiæ: vel igitur dicat Durandus, in vtroque capite meminiſſe Concilium manuum impoſitionis, tamquam ritus, & cęremoniæ introductę ab Eccleſia in vtraque Ordinatione: vel fateatur, in vtraque mentionem fieri illius, tãquam materię: oportebat ergo, ipſum eſſe memorem, ne tam facile ſibi aduerſaretur.

Allata ab Hoſio, & Durando contra ſententiã Autoris diluuntur.

40

Explicatur Concilio Carthaginenſe. 41

Inſtitutũ Concilij in capite allegato.

Inſtitutum autem Concilij cap. illo 4. ſolum eſſe aſsignare diſcrimen inter impoſitionem manus pro diacono, & pro ſacerdote, non curando de materia Ordinationis, manifeſtũ eſt. Nam cum dixiſſet in 3. cap. vt cum presbyter ordinatur, Epiſcopo benedicente, & tenente manum ſuper caput eius, etiam omnes presbyteri, qui prętentes ſunt, manus ſuas iuxta manum Epiſcopi ſuper caput illius teneant, (vbi iuxtà omnium ſententiam non loquitur de materia, ſed de alia cęremonia, vt ſtatim perſpicuè probabitur) ſubdit cap. 4. hæc verba. *Diaconus cum ordinatur, ſolus Epiſcopus, qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponat, quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium cõſecratur.* Ac ſi diceret: Diuerſo modo manus imponi debent ordinãdo in presbyterum, & ordinando in diaconum, nam illi non ſolum ab Epiſcopo, ſed à ſacerdotibus aſtantibus manus imponi debent, huic autem ſolum ab Epiſcopo manus, nempè dextra, imponenda eſt: quia cum ad inferius miniſterium eligatur, manus impoſitio minus ſolennis eſſe debet. In quo quidem capite, neque leuiter inſinuatur hanc manus impoſitionẽ ad materiam diaconatus pertinere, ſicut hęc

42

ad

ad materiam ſacerdotij eam ſpectare in precedenti ca. vllo modo innuitur.

Ceterum Concilium illud, cap. 3. non loqui de manuũ impoſitione in Ordinatione presbyteri, quæ ad eſſentiam, & materiam illius ſpectet, manifeſte probabitur, quia loquitur de ea, quę non ſolũ fit ab Epiſcopo, ſed ſimul etiam ab alijs ſacerdotibus adſtãtibus absque vllis verbis: de hac autem indubitatũ omnino eſt, ad materiam non pertinere, illa enim fit ante quam tradatur calix cũ vino, & aqua, & patena cum hoſtia, vbi imprimitur character. De alia vero, quę fit in fine Miſſę à ſolo Epiſcopo cum illis verbis: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiſeris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta ſunt, &c.* cõtrouerſia eſt, vtrũ ad materiam ſacerdotij pertineat, an non, vt videbimus, diſput. ſequente, cap. 4. Concilium igitur Carthaginenſe 4. quamuis à cap. 7. vſque ad 9. deſignet materiam ſubdiaconatus, & quatuor Ordinum minorum, tamen cap. 3. & 4. vbi agit de ſacerdotio & diaconatu, nihil illis pro materia aſſignat, ſed ſolum agit de cęremonia illa impoſitionis manuum, quę vtrique Ordinationi communis eſt.

43

Obiectio de tempore, in quo non erat liber Euangeliorum, diſſoluitur.

Tertio ad id quod adducebatur de tempore illo, in quo nõdum ſcriptus erat liber Euangeliorum, dicimus, fuiſſe quidem tempus, in quo, hic Ordo non conferebatur traditione huius libri, ſed ſola manus impoſitione, & hoc modo electum fuiſſe etiam ad miniſterium altaris Stephanum, vt argumentum tertium probat; verùm hoc fuiſſe ex peculiari Chriſti conceſsione: ſicut in 2. tomo, diſpu. 143. cap. 2. diximus, ex eadem peculiari conceſsione, Apoſtolos contuliſſe Sacramentum Confirmationis ſola manuum impoſitione ſine chriſmate eo tempore, quo dabatur Spiritus Sãctus, hoc eſt, dona eius viſibili modo conferebantur, poſtea tamen hanc manuum impoſitionem pro cęremonia tantum Eccleſiaſtica manſiſſe.

Quartę rationi fit ſatis, S. Thomas. Capreolus.

Ad quartam rationem de pręcipuo miniſterio diaconi, reſpondent S. Thomas, Capreolus, & alij, in diacono eſſe pręcipuum miniſterium diſpenſare ſanguinem Chriſti, ideo tamen non conferri characterem in hoc Ordine per traditionem alicuius rei relatę ad hoc opus, quia cum per calicem vacuum cum patena ordinetur diaconus, & per calicem cum vino, & aqua presbyter, nihil ſupereſſe videbatur, per quod in diacono hoc miniſterium denotaretur, & ideo neceſſe fuiſſe, per librum Euangeliorum diaconum ordinari. Ego vero exiſtimo, pręcipuum munus in diacono eſſe, legere Euangelium, tum quia ei proprium eſt, tum etiam, quia ex poteſtate ordinaria ei conuenit. Nam licet diſpẽſatio ſanguinis ex ſe nobilior ſit; tamen cum diacono non conueniat poteſtate ordinaria, ſed ex commiſsione, legere Euangelium, in diacono pręcipuum munus cenſeri debet ad hoc, vt per ſignum illius ordinetur. Porro diacono non conuenire diſpenſationem ſanguinis Chriſti niſi ex commiſsione, probauimus, to nõ 3. diſ. 219. cap. 1, atque hinc ad prius argumentum peculiare adductum in primo capite ad probandum, diaconi Ordinationem non eſſe Sacramentum, quia non eſſet certum, quid haberet pro materia, & forma, facile reſpondetur.

Autoris ſolutio.

45

Conſectaria ex doctrina poſita.

Fatemur igitur, controuerſiam eſſe inter catholicos de materia, & forma Ordinationis diaconi: & ante Concilium Florentinum fortaſsis abſque nota hanc, & illam partem amplecti, licitum fuiſſe: poſt decretum autem Eugenij in prædicto Cõcilio, non item; inde tamen non ſequitur, diaconatum non eſſe Sacramentum. Nam quamuis controuerſia eſſe poſsit de materia, & forma alicuius Sacramenti, vel de pertinentibus ad eam, & circa illud varietas opinionum, ſicut etiam videtur fuiſſe circa formam calicis, & circa formam Baptiſmi, non proinde ſequitur, de ipſo Sacramento licere variè opinari, vtrum ſit Sacramentum, an non. Quocirca licet certum ſemper fuerit in Eccleſia, Ordinationem diaconi eſſe Sacramentum, rectè potuit eſſe varietas opinionum circa materiam, & formam illius: id tamen mihi indubitatum eſt, ſemper in Eccleſia ita factam fuiſſe hanc Ordinationem, vt verum fuerit Sacramentum, licet in aliqua Eccleſia ob falſam opinionem, ſicut in illa Auicienſi, nõ fuerit vera Ordinatio, & Sacramentum, cum liber Euangeliorum non traderetur: & hactenus de priori ratione, quæ cap. 1. allata fuerat pro ſententia Durandi de diaconatu.

In Eccleſia Auicienſi, diaconi ordinatio nõ fuit Sacramentum, cum non daretur liber Euangeliorum.

Poſterior ratio pro Durado adducta capite primo, diluitur.

Ad poſteriorem autem ibidem pro eodem diaconatu adductam dicimus, quamuis in Scriptura mentio non fiat diaconorum ad miniſterium altaris, ſed ad menſas, tamen eosdem etiam ad miniſterium altaris poſt priorem illam electionem fuiſſe deſignatos vt d. 236. c. 5. vberius probauimus, & quamuis Apoſtoli hoc Ordine vſi non fuiſſent, ſicut neque ſubdiacorum vſi ſunt, vt cap. ſequente videbimus, quòd tamen eſt falſũ, inde tamen non liceret inferre, hanc Ordinationem

46

nationem non eſſe Sacramentum à Chriſto inſtitutum, potuit enim inſtitutio fieri à Chriſto, quamuis Apoſtoli eo Ordine vſi non fuiſſent, ſicut etiam factum eſt, vt diaconatus à Chriſto inſtitueretur, quãuis ipſe nullum diaconum ordinauerit, ſed tantum presbyteros, & Epiſcopos.

Duæ rationes peculiares pro ſententia Durandi de ſubdiaconatu diſſoluuntur, vna ex materia, & forma, altera ex manuum impoſitione deſumpta.

CAPVT V.

EX Quatuor vero rationibus peculiaribus, quas cap. 1. huius diſputationis pro ſententia Durandi de ſubdiaconatu propoſuimus, duas tantum in hoc cap. duas vero alias in ſequentibus diſſoluemus, ne hęc capita debitam menſurã excedant. Circa primã rationem, quæ eſt de materia, & forma huius Ordinationis ſubdiaconatus, variæ fuerũt ſententię: quidam enim exiſtimarunt, materiã eſſe traditionem libri Epiſtolarum, formã vero verba illa, quibus fit hęc traditio: *Accipite librum epiſtolarum, & habete poteſtatem legendi eas in Eccleſia Sancta Dei, tam pro viuis, quam pro defunctis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Ita ſenſerunt Viguerius in ſumma inſtitutionum Theologicarum, capite 16. §. 6. verſic. 1. vbi loquitur de materia, & verſiculo 2. vbi tractat de forma. At Michael Medina, libro primo de continentia capite 44. ſentire videtur, omnes actiones, quę fiunt ad Epiſcopo circa ſubdiaconum, ad materiam huius Ordinis pertinere, nempe, & traditionem veſtium, & libri epiſtolarum, & calicis vacui cum patena, ſicuti cap. 39. de diaconatu eadẽ proportione dixerat, vt c. prędcẽte retulimus.

Vera tamen ſententia, quam ſine nota erroris negare nemo poſſet, eſt, materiam ſubdiaconatus eſſe traditionem, calicis vacui cum patena etiã vacua, quæ fit ab Epiſcopo: nam quamuis ſimul tradatur vrceolus, & alia, vt diximus diſput. precedente, tamen quia vrceolus, & alia traduntur ab Archidiacono, vt in Pontificali præcipitur, ad materiã huius Sacramẽti ea pertinere nõ poſſũt: totaenim materia à ſolo Epiſcopo tradi, ſicut & formã ab eo ſolo proferri debet, quia ipſe ſolus eſt, qui & Sacramẽtũ Ordinis miniſtrat, ſicut diſp. 236. c. 3. probauimus. Hæc ſententia definita eſt ab Eugenio IIII. in decreto fidei, quod eſt poſt vltimam ſeſſionem in Concilio Florentino. §. *Sextum Sacramentum*, vbi aſſignans Pontifex, per cuius rei traditionem Ordines conferantur: de ſubdiaconatu inquit: *Subdiaconatus vero per calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſita, traditionem.* Huius quoque traditionis ita mentio fit in Concilio Carthaginenſi 4. c. 5. vt plane denotetur, per illam conferri Ordinẽ ipſum, ac proinde eſſe materiam: dicitur enim in hunc modum: *Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam de manu Epiſcopi accipiat vacuã, & calicem vacuum.* Id quod ex hoc Concilio deſumpſerũt Iſidorus lib. 2. de officijs cap. 10. quod eſt de ſubdiaconibus. Rabanus lib. 1. de inſtitutione clericorum cap. 8. & Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacramentis, p. 3. capite 10. Per illa verba, *Cum ordinantur*, aperte denotatur, tunc fieri ordinationẽ. Adde quod licet Concilium cap. 3. & quarto non loquatur de materia presbyterij, & diaconatus, tamẽ deinceps aſſignat, in quo vere eſt materia cuiuſlibet Ordinis, etiam minoris. His etiam adde Magiſtrum in 4. diſtinct. 24. cap. *De ſubdiaconis*, vbi de horũ ordinatione ſolum aſſerit, eos accipere calicem vacuum, & pateam vacuam de manu Epiſcopi cum ordinantur.

Ex Scholaſticis vero id, quod diximus de materia huius Ordinis, expreſſe docent S. Thomas in 4. diſtinct. 25. quæſt. 1. artic. 1. ad 2. Ricardus diſtinct. 24 articul. 3. q. 4. Durandus queſt. 3. num. 6. quem ſequitur Paludanus q. 2. articul. 3. numero 15. Maior q. 1. colum. 3. poſt. medium. Domin. Sotus q. 1. artic. 3. §. *Hæreret tamen*, & plane ſupponit etiã S. Thom. in ea d. 24. q. 2. art. 5. ad 5. aſſerunt enim omnes, characterem ſubdiacono imprimi in traditione calicis, & patenę, quam diximus, quod perinde eſt ac dicere, hanc traditionem eſſe materiam: nam in traditione materiæ imprimi debet, vt omnibus in confeſſo eſt. Et ſane ratio, quã ſuperiori capite ex Durando, & Bonauentura memorauimus, hoc loco vim habet, videlicet eam eſſe materiam Ordinationis, & per eam conferri characterem, & poteſtatem, quæ indicat præſtantiorem actionem ordinandi, quam etiam in diacono locum habere, ibidem oſtendimus, præſtantior autem actio ſubdiaconi eſt miniſtrare ſacerdoti vaſa corporis, & ſanguinis Chriſti, hoc eſt, calicem,

Varie ſentiunt Doctores de materia, & forma ſubdiaconorũ

47 Viguerij opinio.

Quid ſentiat Medi.

Vera ſententia.

48

Definita eſt ab Eugenio. IIII

Concil. Carthag. 4.

Iſidorus. Rabanus. Hugo.

Magiſter.

49

S. Thomas. Ricardus. Durandus. Paludanus. Maior. Damin. Sot.

Traditio calicis vacui cum patena, eſt materia in ordinatione diaconi

licem, & patenam: meritò igitur Eccleſia ſemper credidit, harum rerum traditionem materiam eſſe huius ordinationis.

Verum enimuero, quæ ſit forma, quæ huic materiæ in hac ordinatione reſpõdeat, nullus ex citatis Doctoribus, neque vllus alius, quẽ ego legerim, explicat. Eugenius autem III. in prędicto decreto loquẽs de forma, ſolum expreſsit eã, quæ eſt presbyterij: de cęteris autem nihil aliud dicit, niſi prout in Pontificali Romano latè continetur: in Pontificali autem ſatis difficile eſt, formã huius ordinationis aſsignare. Et qui dẽ non ſatis eſſe pro forma aſsignare traditionem ipſam, pro materia autem calicem, & patenam, manifeſtũ eſt: tum quia, vt diximus c. 1. in omni Sacramento, præter quam in Matrimonio, forma ſemper debet eſſe in verbis: tum etiam, quia traditio rei eſt materia propinqua, res autem ipſa eſt materia remota, ſicut in Baptiſmo aqua eſt remota, propinqua autem eſt ablutio, & in omni Sacramento eadem proportione.

Quæ ſit forma in ſubdiaconi ordinatione Autor oſtendit.

Dicam igitur id, quod ante 28. annos, anno videlicet 1576. cum hoc Sacramentũ è cathedra publice docerem, excogitaui, & non paucis deinde vehementer placuit. Dico igitur, formam eſſe verba, quæ Epiſcopus omnibus ſimul ordinandis, poſtquam calicem vacuum cum patena vacua, & alia etiam tetigerunt, enunciat, prout in Pontificali continentur. *Videte*, inquit: *Cuius modi miniſterium vobis traditur: Ideo vos admoneo, vt ita vos exhibeatis, quod Deo placere poſsit.* Ex quibus verbis poſteriorem periodũ, *Ideo*, &c. puto ad formam non pertinere, eſt enim admonitio quædã; priori vero nihil omnino deeſſe, quominus pro vera forma huius Sacramẽti deſignetur. Primũ quidẽ nõ obſtat, quod poſt traditã materiã proferatur, nã ad eſſentiã Sacramenti nõ requiritur, vt omnino ſimul proferatur forma, & applicetur materia, neq; vt prolatio formæ ſit ſimul cũ aliqua parte aplicationis materiæ vel è cõtrario: ſed poſt vnã poteſt altera ſuccedere, ita vt verũ Sacramẽtũ efficiãt, quod quidẽ ſatis eſt humano more, & vt dici ſolet, moraliter ſimul eſſe dicãtur, hoc autem modo ſe habẽt verba illa, quæ profert Epiſcopus: *Videte*, &c. cum traditione calicis, nã ſimul atq; omnibus ſigillatim eũ tradidit, verba illa pronũciat. Deinde nõ obſtat, quod in illis verbis nullũ peculiare ſubdiaconorũ miniſterium exprimi videatur: qua de cauſa diximus, verba illa, quę Epiſcopus dicit diacono cũ manus dextrę impoſitione *Accipe Spiritũ Sanctũ*, &c. nõ poſſe eſſe pro forma diaconatus, quia nullũ peculiare miniſterium diaconi exprimitur: hoc igitur nõ obſtat, eo quod, licet hęc verba per ſe nõ exprimant peculiare officium ſubdiaconi, tamẽ relata ad traditionem materiæ, quæ præceſſit, rectè quidem illud indicant, nempe munus miniſtrandi presbytero vaſa croporis, & ſangũinis, quod eſt præcipuum munus ſubdiaconi: at vero verba illa dicta diacono *Accipe Spiritum Sanctum*, &c. etiam relata ad manus dextrę impoſitionem, nihil indicant, quod ſit proprium diaconi munus, ſed eadem veritate dici poterant diacono, & presbytero, vt patet: ſolũ enim denotatur data Spiritũ Sanctũ ad reſiſtẽdu diabolo, &c. 53

Poſtremo deniq; per illa verba dicta ſubdiaconis: *Videte*, &c. relata ad materiæ traditionem, rectè denotatur actio ipſa Epiſcopi tradentis poteſtatem, licet ipſe non dicat, ſe illam tradere (ſicut ſuerã requiritur in omni forma Sacramẽtorũ) vt notauimus 2. tom. diſput. 142. c. 2. nam cum ait Epiſcopus: *Videte cuiuſmodi miniſterium vobis traditur*: plane denotat illud à ſe tradi cum ipſe ſolus tradat materiam, ad Ordinationẽ ſubdiaconi eſſentialiter pertinentem: quod enim traditur, ab aliquo traditur: illam autem poteſtatem ab alio, quam ab Epiſcopo tunc tradi, nullo, vel minimo indicio inſinuatur. Similis forma adhibetur in ordinatione oſtiarij, cũ dicitur eis: *Sic agite quaſi reddituri rationẽ*, &c. Et hactenus de priori ratione, in cuius ſolutione explicuimus materiam, & formam ſubdiaconatus.

Circa poſteriorẽ ex duabus illis, ſupplemẽtũ Gabrielis in 4. d. 42. q. 1. art. 3. dubio 3. §. *Quintus Ordo*, aliqua tuiũ ante finẽ, cenſet, ſubdiaconatum conferri etiã per manus Epiſcopi impoſitionẽ, quãuis diuerſo modo ſubdiacono, & diacono imponatur. Quo autẽ modo differãt hę manuũ impoſitiones nõ explicat. Probat autẽ, ſubdiaconũ ordinari ab Epiſcopo, manu ei imponẽte, ex c. 1. *De Sacramẽtis nõ iterãdis*: vbi quæſitũ fuit ab Innocẽtio III. vtrũ ille, qui fuit ordinatus in ſubdiaconũ ſine manuũ impoſitione, poſſet in eo Ordine miniſtrare. Reſpõdet autẽ Põtifex, nõ eſſe aliquid iterãdũ, ſed autẽ ſupplẽdũ, quod incaute emiſſũ eſt: ſupponit igitur eo tempore ſubdiaconũ per manuũ impoſitionẽ Ordinari conſueuiſſe. Apud alios ſcholaſticos nullam huius rei mẽtionẽ factã inuenio, ſed cæteri omnes, cũde ordinatione ſubdiaconi loquũtur, huius cæremoniæ nõ meminerũt. In Põtificali quoq; nulla illius mẽtio fit, ſed tota ordinatio ſubdiaconi fit ſine illa. Ex antiquioribus vero Patribus, Iſidorus lib. 2. de offic. Eccleſiaſt. c. 10. quod eſt *De ſubdiaconibus*: Ioan. 20.

Posterior ratio ex Durando diſſoluitur.

Reſpõſio Gabrielis.

Autori diſplicet.

54

Rabanus, Hugo.

Rabanus lib. 1. de institutione clericor. c. 8. & Hugo de S. Victore, lib. 2. de Sacramentis cap. 10. expresse dicũt, subdiaconos nó recipere impositionẽ manus cũ ordinantur, sed tantũ calicẽ vacuũ cum patena vacua de manu Episcopi. Id quod desumpsere ex Cócil. Carthaginensi 4. c. 5. cuius verba supra in hoc cap. recitaui. Quo circa Autor supplamẽti Gabrielis manifeste deceptus est, nó quidem alio fundamẽto, nisi illius textus, cap. 1. *De Sacramẽtis non iterandis*, in quo mendũ esse, manifestum est, vt pro subdiacono, diaconus substitui debeat. Et ita reuera emẽdauit textũ Antonius Augustinus collect. 3. decretal. lib. 1. tit. 12. qui est *De Sacramentis nõ iterandis*. c. vnico, & vt notatũ est in margine illius textus, duo exẽplaria manuscripta pro subdiacono diaconũ habẽt. Inde autem emẽdatio hæc maxime cõfirmatur, q cũ ex nullo antiquo, & probato Autore, aut historia cõstet, in ordinatione subdiaconi manuũ impositionẽ vnquã fuisse, quinimo oppositũ constet ex Concil. 4. Carthaginẽsi, & ex Patribus allegatis, & ex ipso Romano Põtificali, minime dubitare licet, in eo textu mendum fuisse, ac proinde recte fuisse emẽdatũ

Concil. Carthag.

Caput secundũ de Sacramentis non interdandis castigatur.

15

Iam vero licet ita sit, vt aduersarij cõtẽdũt, in ordinatione subdiaconi nullã esse manuũ impositionẽ, minime inde colligere licet, nó esse Sacramẽtũ: nã quãuis in ordinatione diaconi Episcopus hac vtatur cæremonia, tamẽ eã ad essentiã ordinationis non pertinere, cap. 4 perspicue demõstrauimus, potuit igitur Sacramentũ Ordinationis, sine impositione manuũ reperiri, siquidẽ in aliquo alia tantũ est cęremonia ab Ecclesia introducta. Ad hoc autẽ, quòd per manus impositionẽ significetur Sacramentũ Ordinis, satis est, quòd aliquis Ordo sit Sacramentũ, qui pro materia manuũ impositionẽ habeat,

16

eã autẽ habet sacerdotiũ, vt inferius ostẽdemus disp. sequẽte. c. 4. sic enim impositio manuũ denotat Sacramẽtũ Ordinis in vniuersũ.

Ad tertiam peculiarem rationem pro sententia Durandi de subdiaconatu desumptam ex statu sacro, quem habet, respondetur.

CAPVT VI.

SVPERSVNT duę tantũ rationes allatę cap. 1. ad probandũ, subdiaconatũ nõ esse Sacramentũ, quibus respõdere oportet. Altera desumpta fuit ex statu sacro, in quo hic Ordo ordinãtes antiquo tẽpore nõ constitũebat, ad quã in hoc cap. respõdebimus. Altera ex ministro, à quo aliquando cõferri cõsueuit, quã sequẽte cap. diluemus. Ad priorẽ igitur, quę est tertia in ordine, respondeo, verum quidẽ esse, aliquo tẽpore subdiaconatũ non fuisse Ordinẽ sacrũ, nempe in Ecclesia Dei primitiua, vt plane colligitur ex decreto Vrbani II. ibidẽ citato: per sacrũ tamen non intelligi Sacramentũ, nam cõstat ex decreto illo Innocentij III. in cap. *A multis, De ætate, & qualitate & Ordine præficiendorum*, qui explicauit mẽtẽ Vrbani II. in prædicto canone, *Nullus ad Episcopatum* dist. 60. subdiaconatũ ita ab initio Ordinẽ sacrũ nõ fuisse, vt postea sacer factus fuerit. Si autẽ idẽ esset sacer Ordo, quod Ordo Sacramentũ, Is, qui ab initio nõ esset sacer, decursu tẽporis non fieret, sicut id quod ab initio post mortẽ Christi nó fuit Sacramentũ, nunquã decursu tẽporis factũ est Sacramentum, eo quòd Sacramentum à solo Christo institui debuit, & post Ascensionẽ nullũ ab eo institutum fuit. Adde etiã quod Scholastici, qui putant, minores Ordines esse Sacramẽtum, nó vocant ipsos sacros: vocarent autẽ si existimarẽt, idẽ esse sacrũ Ordinẽ, & Sacramẽtũ. Neque per sacrum Ordinẽ intelligitur maior, nã subdiaconatus semper inter maiores Ordines fuit connumeratus, eo quòd propiùs quã quatuor minores ad ministeriũ altaris accederet, sed sacer Ordo dicitur, qui annexũ habet votũ castitatis, per quod ordinatus Deo consecratur. Id quod manifeste docet in prædicto cap. Innocẽtius III. nec solũ, inquit, suo tẽpore, sed etiã Vrbani II. hunc Ordinẽ sacrũ fuisse: refert enim verba Vrbani II. in alio quidẽ decreto, vt ego existimo, quod est apud Iuonẽ in Panorm. lib. 3. tit. *De contin. clericorũ* .c. 103. vbi inquit Vrbanus II. *Erubescant impij, & intelligãt iudicio Spiritus Sancti, eos, qui in sacris Ordinibus, presbyteratu, diaconatu, & subdiaconatu sunt positi, si caste nõ vixerint, excludẽdos ab omni eorũdem graduũ dignitate.* Et iterũ citat alia verba eiusdẽ Vrbani II. in hũc modũ. *Et ad similitudinẽ diaconi, & presbyteri, subdiaconus debet cõtinentiã obseruare, sicut est in 6. Synodo constitutũ*: nẽpe can. 6. ibi tamẽ solum præcipitur, ne quis post quã fuerit ordinatus subdiaconus, vxorẽ ducere possit: & hoc apud Græcos. In Ecclesia autẽ Latina aliomodo seruari debuit votũ castitatis, vt nec post ordinationem subdiaconus ordinatus ducere posset vxorẽ, neq; vxore ante Ordines ducta vti posset, sed in eo Matrimonio casto viuere. Quocirca vt disp. 248. c. fusius dicã, nõ video, quomodo Nicolaus II.

Respõsio Autoris ad tertiam peculiarem rationẽ Durandi pro subdiaconatu.

17

Innocent. 3.

Vnde dicatur ordo sacer.

Innocent. 3.

Vrbanus 2.

18

ex 6. Synodo id, quod cõtendit, colligere po tuerit. Sed & vorũ caſtitatis ante tẽpora Vrbani II. annexũ fuiſſe ſubdiaconatui, cõſtat ex epiſt. 42. Gregor. Magni, lib. 1. epiſtolarũ, quã etiã refert Innocẽtius III. in eo c. & ex multis alijs, quę diſput. 248. c. 2. referemus.

Cęterũ, cũ dixit Vrbanus II. tantũ aſſumi debere ad Epiſcopatũ, eũ, qui prius fuerit in ſacris Ordinibus cõſtitutus, per ſacros autẽ Ordines ſe intelligere presbyteratũ, & diaconatũ, eo quòd hos ſolum legamus
59 fuiſſe in primitiua Eccleſia, non ſignificat, hos tantũ fuiſſe ſacros ſuo tẽpore, ſiquidẽ, vt iam vidimus, tẽpore ipſius ſubdiaconatus erat Ordo ſacer, ſicut Innocẽtius III. in prędicto cap. *Multis, De ætate, & qualitate,* ex teſtimonijs Vrbani cõprobauit: neque ſignificat hos duos tãtũ Ordines fuiſſe in primitiua Eccleſia, ſed denotat, ex illis ſolũ Ordinibus, qui in primitiua Eccleſia fuerũt ſacri, qui tantũ ſunt duo presbyterorũ, & diaconorũ, aſſumendos eſſe Epiſcopos. Quãuis autẽ exiſtimauerit reuera Vrban. II. ſuo tẽpore ſubdiaconatũ Ordinẽ ſacrũ fuiſſe, prohibet, ne ex illo Epiſcopus aſſumatur, niſi oportunitate exigẽte, quis pręclarę ſciẽtię, & religionis exiſtat. Cęterũ Innocẽtius III. abſolute ſtatuit, vt deinceps ex Ordine ſubdiaconatus, qui iã diu ſacer erat, quacumq; occaſione, & tẽpore ad Epiſcopatũ homines aſſumi poſſent. Recẽtiores nõnulli putant, ideo antiquitus ſubdiaconatũ nõ fuiſſe Ordinẽ ſacrũ, quia ſubdiaconis nõ licebat tãgere vaſa ſacta, vt ſtatuitur (inquiũt) in Cõcil. Laodicęno. c. 21. & in can. *Nullus acolythorũ* 24. d. qui ex decretis Syluęſtri deſumptus eſt: nũc autẽ omnes tres Ordines maiores, ſacros eſſe, & appellari, quia proximè res ſacras cõtingũt: nã presbyter Euchariſtiã cõfecrat, & miniſtrat: diaconus defert eã, ſubdiaconus vero vaſa ſacra cẽtingit, & prębet ſacerdoti ad cõſecrandũ. Verũ ea ſentẽtia mihi non
Refellitur. probatur, nã ea vaſa, quæ ſubdiaconus hoc tẽpore tãgere poteſt, omni etiam tẽpore potuit, nẽpe vaſa ſacra corporis, & ſanguinis Chriſti, quę miniſtrat presbytero ad ſacrũ miniſterium cõſecrationis, hoc eſt, calicẽ cum patena: nã cũ hæc ſit materia huius Ordinis, & Sacramẽti, & ordinãdo in ſubdiaconũ tradatur, ſicut. c. 5. probatũ eſt, nullo iure prohiberi vnquã potuit ſubdiaconus, ne illã tãgeret. Adde, quòd cũ ante Cõcilium Laodicęnũ nõ legamus, ſubdiaconis vetitum fuiſſe, hæc vaſa ſacta tãgere, negari certè non poteſt, ante tẽpora illius Cõcilij, & Syluęſtri ſubdiaconis tactum eorũ permiſſum fuiſſe. Quod ſi propterhunc tactũ ſubdiaconatus dicerẽtur Ordo ſacer, & eo prohibito, dicerẽtur nõ ſacer, cõſequeretur plane, ante tẽpora Cõcilij Laodicęni fuiſſe Ordinẽ ſacrũ, poſtea vero aliquo tẽpore fuiſſe non ſacrũ, & tandem iterum ſacrum effectum eſſe, & vſque ad noſtra tempora perduraſſe, quod tamen nullus dicere auſus eſt. 61

Ego igitur exiſtimo, ſemper licuiſſe ſubdiaconis tãgere vaſa ſacra corporis, & ſanguinis Chriſti, & ea miniſtrare ſacerdoti pro cõſecratione faciẽda, ex hoc tamẽ munere, & officio ſubdiaconatũ nõ fuiſſe dictũ Ordinẽ ſacrũ, vt ex dictis cõſtat. Præterea à Syluęſtro Papa, & Cõcilio Laodicæno non fuiſſe vetitũ ſubdiaconis tactũ horũ, neque prohiberi potuiſſe, ſicut probatũ eſt, ſed tãtũ vaſorũ, in quibus Euchariſtia ſeruatur, vt deinceps nõ permitterẽtur ſubdiaconi deferre Euchariſtiã in vaſe aut extrahere ex loco, vbi ſeruabatur, ſicut permiſſũ, & licitũ eſt diaconis: nã in Cõcil. Laodicę. c. illo 21. iuxta vnã lectionẽ ſtatuitur: *Quoniã nõ oportet, ſubdiacono, licẽtiã habere in ſecretariũ, quod Græci Diaconiõn appellãt, ingredi, & cõtingere vaſa Dominica,* quod quidẽ Cõcilium in Phrygia celebratũ eſt, & poſtea in Trullo à Patribus 6. Synodi approbatũ, idẽq; decretũ renouatũ fuit in Cõcilio Agathenſi in Gallia Narbonẽſi, ſub Cęleſtino I. c. 66. Eſt autẽ ſecretarium apud Latinos, & diaconiõ apud Græcos, thalamus, ſeu cubiculũ, quod quidem Clemens lib. 2. cõſtitutionũ, c. 57. alias 61. vocauit Paſtoforium, præcipiens, vt Eccleſia inſtar nauis a dificetur, & primum ędes oblõga ad Oriẽtẽ verſus, & vtrinq; Poſtophoria in Orientẽ. Duo igitur Poſtophoria, ſeu diaconia, ſeu ſecretaria, quorũ meminit Paulinus, in Epiſtola 12. erãt duo thalami, ſeu interiora cubicula (hic enim Paſtophoria interpretatur Hieronymus, in cap. 42. Ezechielis, non longè à principio) in quorum altero ſeruabantur reliquiæ Euchariſtiæ, in altero vero orationi quiſque vacare poterat. Hæc etiam duo ſecretaria vocat Paulinus Chonculas, alterum a dextra parte abſidis, alteram vero à ſiniſtra. Vius autem eius, quæ erat à dextris, hoc diſthico declaratur. 64

Hic locus eſt veneranda penus, qua conditur, & qua
Promitur alma ſacra pompa miniſterij.

Eius vero, quæ erat à ſiniſtra, altero in hũc modũ.

Si quẽ ſancta tenet meditãdi in lege voluntas,
Hic poterit reſidens ſacris intendere libris.

Paſtophorij, ſeu tabernaculi a dextris, in quod etiam reliquiæ Euchariſtiæ poſt populi communionem à diacono deferebantur, meminit Clemens Romanus, lib. 8. conſti-

Subdiaconis ſẽmper licuit vaſa ſacra contingere, ſed nõ inde Ordo ſacer diaconatus dictus.

Vrbani ſeruus in ueſtigatur

Quare ſubdiaconatus olim ordo ſacer non fuerit querũ dam ſentẽtia.

60

Subdiaconis ſacram pixydem, & euchariſtia tãgere vetitum fuit a Concil. Laodic.

Concilio Agathenſ. Clemens Romanus.

tutionum cap. 13. infinè, aliàs 20. Cum igitur in prędictis Concilijs prohibetur, ne ſubdiaconus licentiam habeat ingrediendi in ſecretaria, & tangendi vaſa ſacra, intelligi debet de ſecretarijs, & vaſis, in quibus Euchariſtia ſeruatur, ne ſcilicet ſubdiaconus ea tangere poſſet, & Euchariſtiam illuc deferre, aut inde depromere, ſicut diaconis conceſſum erat.

Clemens Romanus.

Quem ſenſum, non tantum ratio ſuperius facta confirmat, ſed etiam canon ille: *Nullus acolythorũ*, d. 24. plane indicat his verbis: *Nullus acolythorum, vel ſubdiaconorum rem conſecratam à presbytero alijs porrigat, quia aliud eſt miniſter, aliud aſſiſtens, niſi tantum ſupportet, quod ei ſacerdos impoſuerit ſuo ore benedictum.* Qui quidem canon hoc modo habetur apud Barcardum, lib. 5. ſui decreti, capite 34. & apud Iuonem par. 2. ſui etiam decreti. cap. 43. vbi per rem conſecratam à presbytero manifeſte intelligit Euchariſtiã, prohibetque Sylueſter, ne ſubdiaconus illam alijs porrigat, quia non eſt miniſter ſacerdotis, hoc eſt, qui eius miniſterium ſupplere poſsit, ſed aſsiſtens, hoc eſt, qui ei inſeruire debeat, & ipſum comitari, ſed ei ſolum ſufficiat accipere de manu ſacerdotis partem, quæ ſibi contigerit. Verum hic canon alio modo eſt in Synodo Romana ſub Sylueſtro, cap. 9. nam pro ſubdiacono, habet acolythũ, pro acolytho vero habet lectorẽ, & oſtiariũ, & ita in eo nulla mẽtio fit ſubdiaconi. In his igitur canonibus nó prohibetur ſubdiaconus tangere vaſa ſacra quomodocũque, ſed ea, quę Euchariſtiã reipſa cõtinent. Quo circa cũ hoc etiã minime liceat, neque vnquã licuerit ſubdiaconis, ſed in his canonibus abuſus aliquis ſolũ circa hoc fuerit ſublatus, ecõtrario vero vaſa ſacra vacua, & ſine Euchariſtia ſẽper tãgere ſubdiaconis licitum fuerit, nulla ratione dici poteſt, ſubdiaconatũ nunc eſſe Ordinẽ ſacrũ, & aliquando nõ fuiſſe, quia nũc liceat ſubdiaconis tangere vaſa ſacra, aliquãdo vero non licuerit, ſed alia ratione ſuperius à nobis allata id aſſerendum eſt.

Barcardus. Iuo.

Synodus Romana.

Quo circa neque probandũ eſt, quod ait S. Thom. in 4. diſt. 24. q. 2. art. 1. q. 3. cum quo cõuenire videtur Bonauẽtura, in eadem diſt. in ſt. p. 1. art. 2. q. 1. in corpore, & ad primũ, Ordinẽ ſacrum vocari, tũ quia Sacramentũ ſit: tũ etiam, quia in eius ordinatione tradatur poteſtas faciendi aliquid circa rẽ

64

aliquã ſacrã, ſic enim fieret, vt ſubdiaconatus ſemper fuerit Ordo ſacer, quia ſubdiaconis ſemper licuit hæc vaſa ſacra tãgere, & presbyteris ea miniſtrare, ac proinde ſemper habuerunt poteſtatem faciendi aliquid circa rẽ aliquam ſacrã: & hactenus de prima illa ratione aduerſariorũ.

S. Thomas. Bonauent.

Quarta ratio peculiaris proſententia Durandi de ſubdiaconatu, de ſumpta ex miniſtro illius diſſoluitur.

CAPVT VII.

65

AD Poſteriorẽ verò rationem ex illis duabus, quæ eſt quarta, & poſtrema in ordine, deſũptã ex miniſtro ordinationis ſubdiaconi, nõ eodẽ modo Doctores reſpondent: omnes autẽ ingenue fatẽtur, neque negare poſſunt, antiquitus tẽpore illorum Cõciliorum ſubdiaconatũ conferri cõſueuiſſe etiã à Chorepiſcopis. Nõnulli tamen viri eruditi aiunt, fuiſſe duo genera Chorepiſcoporum: alterũ eorũ, qui erant vere Epiſcopi, in aliena tamẽ diœceſi morabantur, vt nũc in Germania, & in Hiſpania titulares, & ſuffraganei, & de his intelligendũ eſſe Concilium Antiochenũ, cum illis cõcedit, vt ſubdiaconatum cõferre poſsint. Alterũ vero eorũ, qui vere Epiſcopi nõ erant, & ijs denegaſſe Damaſum in epiſt. 4. ordinationẽ prædictam. Et ſane ex canone illo 10. Concilij Antiocheni probari videtur, aliquos fuiſſe Chorepiſcopos, qui vere Epiſcopi ordinationem receperant: dicitur enim in hæc verba, ſecundũ tertiam tranſlationẽ: *Qui in villis, & vicis conſtituti ſunt Chorepiſcopi, tametſi manus impoſitionem ab Epiſcopis ſuſceperunt, & vt Epiſcopi ſint conſecrati, tamen placuit ſancta Synodo ſcire eos oportere, modum proprium retinere, &c.* Et paucis interpoſitis: *Conſtituere autem his permittitur lectores, & ſubdiaconos, atque exorciſtas.* Et poſt pauca: *Non autem presbyterũ, non diaconũ audeant ordinare præter conſcientiam Epiſcopi ciuitatis, vel Eccleſiæ, cui adiacens inuenitur, ſeu ipſe, ſeu regio, in qua præeſſe dignoſcitur.* Ex quibus verbis nõ obſcure videtur colligi, hos Chorepiſcopos vere fuiſſe Epiſcopos ordinatos. Primũ quidem, quia à pluribus Epiſcopis cõſecrati fuerũt, vt ingenue fatetur Damaſus in epiſt. 4 nõ parũ ante mediũ, vbi mẽtionẽ facit huius canonis, id quod colligit ipſe ex illa voce: *Ab Epiſcopis*, quæ cũ ſit in numero plurali, id indicare videtur: presbyteri autẽ nõ cõſecrãtur à pluribus Epiſcopis, ſed ab vno: è contrario vero Epiſcopi à pluribus. Deinde, quia in eo canone non ſolum dicitur, Chorepiſcopos illos à pluribus Epiſcopis, ſed etiam, vt Epiſcopos fuiſſe conſecratos. Poſtremo cum in illo canone

66

Vltima obiectio de miniſtro ordinis ſubdiaconorũ, diluitur.

Quorundam ſententia de Chorepiſcopis.

Concil. Antiochen.

interdicatur illis, ne sine cõscientia Episcopi ordinare audeant diaconos, & presbyteros, cõcedi plane videtur, vt ex cõsensu Episcopi id facere queãt, id quod nequaquã ipsis cõcederetur, nisi vere essent Episcopi. Porro autem Damasum loqui in illa epistola 4. de alijs etiã Chorepiscopis, qui vere non essent Episcopi, manifestũ est. Nã ibi etiam loquitur de his, qui ab vno tãtũ Episcopo cõsecrari consueuerant: Episcopi autẽ à pluribus cõsecrari debẽt. Quo circa cũ Chorepiscopis interdicitur ordinatio etiã subdiaconorũ, de his solũ videtur intelligere, qui vere Episcopi nõ erant.

67

Alij tamẽ non minoris autoritatis existimãt Chorepiscopos nunquam Episcopos fuisse. Ita expresse sentit Ayala, de traditionibus Ecclesiasticis 3. p. cõsideratione 4. vbi rẽ hãc ex professo disputat, & noster Frãcisc. Turrianus, in annotationibus ad Cõcilium Nizanũ can. 54. ait Ordinem Chorepiscoporum non fuisse nisi presbyterorũ tantũ. Eãdẽ sententiã sequuntur docti aliqui Recentiores, pro qua citant Democar. lib. 3. de sacrificio, c. 4. & Soteal. verbo: *Chorepiscopus*, quos ego nõ legi. Porro Damasum duo illa genera Chorepiscoporum minime distinxisse, sed de omnibus, etiam illis, quorũ meminit Cõcilij Antiocheni, pronunciasse, veros nõ esse Episcopos, ita, vt si presbyteri esse nollent, nihil omnino essent, probat ex statuto Ayala loco citato; potestque ex ipso Damaso iuaderi. Nam antequã adduceret canonẽ Concilij Antiocheni, dixerat vt tollerentur Chorepiscopi, reddiderat autẽ rationem his verbis: *Nam nõ amplius, quam duos Ordines inter discipulos Domini esse cognouimus, ideſt duodecim Apostolorum, & septuaginta discipulorũ: vnde iste tertius processerit* (videlicet Chorepiscoporũ) *funditus ignoramus, & quod ratione caret, extirpare necesse est*: loquitur autẽ de hoc quasi tertio Ordine Chorepiscoporum, nulla eorũ facta distinctione. Porro autẽ Chorepiscopos institutos fuisse, instar septuaginta discipulorũ, probat ex Concil. Neocęsariensi c. 13. vbi dicitur: *Chorepiscopi quoque ad exemplum: & formam septuaginta, videtur esse*: Affert deinde canonem 10. Concilij Antiocheni, & postquã cõcessit iuxta tenorẽ illius, Chorepiscopos à pluribus Episcopis, vt Episcopos cõsecrati consueuisse, nũquã dicit, hos Chorepiscopos diuersos esse à prioribus, aut vere Episcopos esse; imo vero ex professo probat, licet à pluribus sint cõsecrati, vere tamẽ Episcopos nõ esse; vtitur autẽ hac ratione. Chorepiscopus idẽ est, quod Episcopus villanus, nam Χώρη, *Chori*, Græcis idem est, quod Latinis *Villa*: ad villam autẽ nemo consecrãri potest in Episcopum, siquidem neque ad castellum neque ad paruam ciuitatẽ (intelligit autẽ secundum canones Ecclesiæ) Quod si ad hoc nihil responderi potest, inquit ille, reliquũ est, vt asseramus, Chorepiscopos omni Episcopali carere autoritate: loquitur autẽ de his, de quibus loquitur Concilium Antiochenum. Irrete rea inquit, tria obstare, quominus hi sint vere Episcopi: primũ est, q̃ soleãt ab vno Episcopo cõsecrari, cũ tamẽ Episcopus à tribus cõsecrari debeat. Alterũ est, quòd si à pluribus fũt cõsecrati, aut in villa, aut in castello, aut parua ciuitate, aut in illo loco cõsecrati sint, vbi minime cõuenit Episcopum esse. Tertiũ obstare inquit, si absolute, & absque vlla Ecclesia fuerint instituti, quia hęc omnia Episcopali carent autoritate: *Et illud* (inquit) *adhuc restat, quod eorũ Ordinẽ habet in Diuinis litteris autoritatem, quia, vt præfatum est, Ordines sunt duo tantũ primi in Ecclesia, id est, Apostolorũ, & septuaginta discipulorum: sanc si nec Episcopi sunt, quia, propræfatis causis Episcopi esse nõ possunt, nec presbyteros se nominari volunt, quia amplius esse ambiunt, &c. Rogo, vt manifeste prodatis, quid sunt?* ex quibus manifestè videtur constare, Damasum non confessisse, eos quidem veros Episcopos esse, suspensos tamẽ, aut impeditos, ne officium suũ, & ministerium exequi possent: sed potius veros Episcopos non esse propter rationes dictas. Nã quãuis nõ negaret Damasus, fore, vt veri essent Episcopi, etiã si ad villam, aut castellũ, aut paruã ciuitatem, aut etiã absolute sine Ecclesia, fialias secundum ritũ, & veram formã à tribus Episcopis ordinarẽtur, ita vt ordinatio vera esset: licet ipsi ab Ordine suspensi manerent, quia facto, nõ iure ordinati essent: tamen cũ nullã etiã ratione ipse existimare posset, cõtra ius fuisse ordinatos, cum in facie Ecclesię, & cõsensu illius ordinarentur, & iura non sinãt, veros Episcopos aliquo ex illis modis enumeratis ordinari; recte intulit, veros Episcopos non esse, sed omni prorsus autoritate Episcopali carere. Præterea non esse aliquẽ verũ Ordinẽ mediũ inter sacerdotiũ, & Episcopatũ probat ex eo, quòd in primitiua Ecclesia duo tãtũ fuerint Ordines Apostolorũ, & discipulorũ. Addit postremo, hos Chorepiscopos nõ tradere Spiritũ Sãctũ, quia Apostolorũ successores nõ sunt, vt inde probet, nẽ esse veros Episcopos: nã solius Episcopi videtur esse, per manuũ impositionẽ tradere Spiritũ Sãctũ. Quo circa his de causis, & q̃ videretur ipsorũ superbiã, & arrogãtiã magis, ac magis in dies crescere, nõ dubitauit eos omnino abrogare, vt solo Ordine sacerdotis contenti essent: tametsi

Alicrum sententia de Chorepiscopis.

Ayala.

Franciscus Turrianus.

Democar. Sotcal.

Henricus Hẽriquez, libro decimo de Ordine cap. 32. numero secũdo, & addict. ad illud cap.

Damasus duo Chorepiscoporum genera non distinxit.

68

Rationes Damasi ad probandũ Chorepiscopos nõ esse vere Episcopos

69

Damasus Chorepiscopos omnes abrogauit.

70

tametsi post tempora ipsius etiam cum pōtē state ordinandi subdiaconos permanserint, vt patet ex Cōcilijs citatis in 1. c. & ex epistol. 1. Gelasij, quā ibi allegauimus. Quod si duplex esset genus Chorepiscoporū, alterum eorū, qui vere essent Episcopi cōsecrati, alterū illorū, qui tantum essent presbyteri, nō ita cōtra omnes absque vlla distinctione Damasus pronunciasset, & vniuersos ab officio remouisset: præsertim statim posti adductū Cōcilium Laodicenū, in quo mētio fieri videbatur eorū, qui vere Episcopi essent, vt priores Autores cōtendunt. Negari quidē nō potest, Damasum duplex Chorepiscoporum genus agnouisse, alterū eorum, qui suo quidē tempore ab vno tantū Episcopo, alterū illorum, qui à pluribus Episcopis tēpore Concilij Antiocheni consecrarentur. Verūm de vtrisque (vt videtur) absolute, & sine distinctione pronunciat, atque ex professo probat, omni eos Episcopali autoritate carere, neque vere Episcopos consecratos esse.

71 Licet duplex Chorepiscoporū genus Damasus agnouerit, de vtroq, tamen Episcopali autoritate carere asserit.

Cæterùm verba Concilij Antiocheni iā citata difficilia sunt, nā in eo dicitur, Chorepiscopos ab Episcopis per manus impositionē, & vt Episcopos consecrari cōsueuisse, quod sane videtur esse propriū Ordinis Episcoporum. Damasus in prædicta epistola cōcedit, tēpore illius Concilij, nō ab vno, sed à pluribus Episcopis consecrari solitos fuisse, eo quòd canon ille dicat, *Ab Episcopis*, pluralis enim ille numerus ex sentētia Damasi, plures Episcopos simul cōsecrantes denotare videtur: nihilominus cōtendit, nō fuisse in Episcopos vere ordinatos, idque ex professo probat rationibus supra memoratis, vt ex totius epistolę serie colligi videtur. Possent tamen & alio modo verba Cōcilij intelligi, vt nō à pluribus simul, sed ab vno tantū fieret talis Ordinatio: nā quamuis dicat concilium: *Ab Episcopis*, tamen cum non loquatur de ordinatione, aut consecratione singulorum; sed omniū Chorepiscoporū in vniuersum: rectè potuit ita dicere, & plurali numero vti, tametsi existimaret, singulos à singulis Episcopis tantum consecrari: sicut rectè dicere possumus, presbyteros ordinari ab Episcopis, non quidē singulos à singulis: nā licet vnus Episcopus possit plures in eodē die successiue ordinare, sed accidit, vt inter plures non vnus omnes, sed alij alios consecrent. Adde, quòd non dixit Cōciliū, Chorepiscopos ab Episcopo cōsecrari per manuū impositionē, sed per manus impositionē: Episcopi autē, & presbyteri per manuum: diaconi verò per alterius tā manus impositionem ordinantur. Cæterū licet quis dixerit cū Damaso, singulos Chorepiscopos à pluribus simul Episcopis consecrari consueuisse, non proinde cogitur concedere, eos secundùm ritum verū Episcoporum consecratos fuisse. Quod autem additur in eo canone: *Et vt Episcopi sint consecrati*, potius denotat, non fuisse veros Episcopos, quā oppositum: nam particula, *Vt*, minuit multū de ipsa rei veritate, & indicat, eos in similitudinem Episcoporum, non autem vere in Episcopos fuisse consecratos: nam qui vere in Episcopum consecratur, non dicitur consecrari vt Episcopus.

Pendūtur verba Concilij Antiocheni.

Alia explicatio Concilij Antiocheni.

72

73 Posita hac doctrina vrget argumentum Durandi.

Quòd, si hæc sententia admittatur, difficultas manet prædicti argumēti quarti pro sentētia Caietani, & Durandi de subdiaconatu: nā si esset verum Sacramentum Ordinis, non ab alio, quàm à ministro illius proprio, qui est Episcopus, tradi posset: cumque aliquando à Chorepiscopis tradi consueuerit, vt patet ex locis allegatis in argumento, sequitur, non esse Sacramentum Diuino iure institutum, sed cęremoniam ab Ecclesia inuentam: alioquin cum in prædictis locis negarētur Chorepiscopis multa, quæ solo iure Ecclesiastico constant, qua, obsecro, ratione concederetur id, quod iure Diuino institutum esset?

Hoc argumento cōuictus est Ayala, loco supracitato, vt negaret, subdiaconatū esse Sacramentū. Verūm, quì Chorepiscopos putant nō fuisse veros Episcopos, vt hoc absurdum euitent, asserere coguntur, ministrum ordinarium huius Sacramēti subdiaconatus esse quidem Episcopum, sicut etiā minister ordinarius Sacramēti Cōfirmationis Episcopus est: ex commissione tamen posse esse simplicem presbyterū, quales erant Chorepiscopi: & ita eo tempore fuisse ministros ex cōmissione, quod attinet ad Ordinē subdiaconatus. Quā sententiam tradiderunt nonnulli ex antiquis Theologis, & nunc etiā aliqui Recentiores sequūtur, vt disp. 243. c. 4. referemus. Et quidem plerique Scholastici, qui asserunt, quatuor minores Ordines esse Sacramēta à Christo instituta, fateri quoque debēt, ministrum ordinarium eorum esse Episcopum: simplicem autem sacerdotem posse esse ministrum ex commissione, siquidem ab Abbatibus, qui non sunt Episcopi, reuera conferuntur: tametsi eorum potestas hac in parte aliquantulum restricta sit per Concilium Tridentin. sess. 23. capite 10. *De reformatione*, vt infra videbimus. Qua de causa contra prędictos Theologos nunquam simili vti sumus argumento ad probandum, minores Ordines non esse iure Diuino institutos, quòd ab Abbatibus qui non sunt Episcopi, conferri possint: sciebamus enim, huius Sacramenti,

74 Simplicem sacerdotē ex commissione posse subdiacono natum ordinem cōferre, nonnulli Recent. asserunt.

ti ſolum Epiſcopum eſſe miniſtrum ordinarium, poſſe tamen dici, ſimplicem ſacerdotem eſſe miniſtrum ex commiſsione, ſicut in Sacramento Confirmationis neceſſario concedendum eſt.

Hoc autem de duplici miniſtro huius Sacramenti, præter conceſsiones factas, non ſolum Chorepiſcopis, ſed etiam Abbatibus ad maiores quoque Ordines cõferẽdos: de quibus agemus diſp. 243. cap. 4. fundamentum videtur habere in verbis Eugenij IIII. in decreto fidei poſt vltimam ſeſsionem Concilij Florentini, dum cæteris Sacramentis, excepto Matrimonio, ſacerdotem, vel alium pro miniſtro abſolute aſsignat, neque dicit eſſe ordinariũ miniſtrũ, ſed abſolute miniſtrum; duobus tamen, nẽpe Confirmationi, & Ordinationi aſsignat Epiſcopum non abſolute, ſed tamquam miniſtrum ordinarium; neque illum aſsignat ſolũ ordinationi, ſed Sacramento Ordinationis, ac proinde Ordinationi, quæ ex Diuina inſtitutione eſt Sacramentum: eo autem additamento ſignificaſſe videtur, in his duobus Sacramentis eſſe miniſtros ordinarios, & ex commiſsione: nam quamuis nihil de miniſtro ex commiſsione in Sacramento Ordinationis expreſſe aſſerat, ſicuti in Sacramento Cõfirmationis inquit: tamẽ hoc ipſo, quod dixit, miniſtrum ordinarium Sacramenti Ordinationis eſſe Epiſcopũ, baud obſcure videtur ſignificaſſe, alium poſſe eſſe ex commiſsione. Fateor in Sacramento Pœninentiæ Eugenium aſsignaſſe pro miniſtro abſolute ſacerdotem, quia tamen in eo requiritur iuriſdictio ad abſoluendum, addidiſſe, ſacerdotem debere habere iuriſdictionem, vel ordinariam, vel ſaltem ex cõmiſsione: longe tamen diuerſum eſt, miniſtrum ordinarium Sacramẽti Ordinationis, vt diſtinctum à miniſtro ex commiſsione, aſsignare Epiſcopum. Reſponderi poſſet, id dixiſſe Eugenium propter quatuor minores Ordines, de quibus dubium eſt, an ſint Sacramenta, cum cõſtet poſſe conferri à ſimplici ſacerdote ex commiſsione. Verum cũ miniſter ordinarius relate dicatur ad miniſtrum ex commiſsione: ſi talis commiſsio ſolum fieri poteſt ad quatuor minores Ordines, quos non conſtat eſſe Sacramenta: quãuis hac ratione Epiſcopus diceretur ordinarius miniſter Ordinationis, non debuit dici miniſter ordinarius Sacramẽti Ordinationis, quia hoc videtur ſupponere, quatuor Ordinibus rationem Sacramenti conuenire, atq; adeo non videtur ad illos ſolum modo referendum. Sic igitur intelligi poteſt; commiſſum fuiſſe aliquando Chorepiſcopis, vt ſubdiacones ordinarent, quamuis ipſi Epiſcopi vere non eſſent, eo quod hoc Sacramẽtũ non ſolũ habeat pro miniſtro ordinario Epiſcopum, ſed etiam ſimplicem ſacerdotem pro miniſtro ex cõmiſsione, vt nõnulli quidẽ putãt, quorum fundamenta ex inſtituto adducemus, diſp. 243. cap. 4.

Quæret tamẽ aliquis, an etiam fuerit cõmiſſum aliquando Chorepiſcopis, diaconos, & presbyteros ordinare: nam in Concilio Ancyrano canone illo 13. & in Antiocheno, canone 10. id videtur cõceſſum. De hac tamen re dicemus in ea diſputatione, & capite, vbi de miniſtro huius Sacramenti ex profeſſo agemus. Solum hoc loco notare libet, nihil referre, quod Chorepiſcopis multa denegata fuerint, quæ ſolo iure Eccleſiaſtico erãt inſtituta, qualia ſunt conſecratio altaris, & Eccleſiæ: conſecratio virginum, formatas literas mittere, & alia id genus, vt fateri neceſſum ſit, ordinationẽ ſubdiaconorũ, quæ illis fuit cõmiſſa ex mente aliquorũ, eſſe etiam iuris Eccleſiaſtici: quoniã cũ earũ rerũ, quæ ex ſolo iure Eccleſiaſtico erãt, nõ eſſet tãta neceſsitas, quãta erat ſubdiaconorũ: & horũ ordinatio ex Diuina inſtitutione ſimplicibus presbyteris cõmitti poteſt; mirũ nõ eſt, ſi talis Ordinatio Chorepiſcopis conceſſa, cætera autem denegata fuerint, & hæc ſatis de hac diſputatione.

Concilium Florent.

Cõcil. Ancy. Cõcil. Anth.

Eugenius 4. ſententiæ ſuperiori videtur fere.

Obiectioni tacitæ occurritur

An Sacerdotium ſit Ordo à Chriſto inſtitutus, Diſp 239.

Sacerdotum Ordinationem Sacramentum eſſe, catholici omnes contra hæreticos pronunciãt. Cap.1.

De materia, & forma huius Ordinationis variæ opiniones catholicorũ minus probabiles Cap.2

Prior pars veræ ſententiæ de materia, & formâ Ordinationis ſacerdotis. Cap.3.

Poſterior pars veræ ſententiæ de materia, & forma Ordinationis ſacerdotis, ex ipſa ordinatione Apoſtolorum demonſtratur. Cap.4.

Eadem prior pars veræ ſententiæ ex ritu, quem nunc ſeruat Eccleſia in ordinatione ſacerdotis, oſtenditur. Cap.5.

Obiecta contra hanc noſtram ſententiam diluũntur. Cap.6.

Sacerdotum Ordinationem Sacramentum eſſe, catholici omnes contra hæreticos pronunciant.

CAPVT I.

Hæretici negantes ordinationem eſſe Sacramentum, de ſacerdotio præſertim id negant

IDEM Hęretici, qui cõtra ordinationẽ in vniuerſum docent, & Sacramentum eſſe negare videtur; id præcipue propter ſacerdotium negarunt. Contra eos vero ex profeſſo diſſeruimus diſput. 235. ẽ cõtrario autẽ omnes catholici vno ore pronunciant, ſacerdotis ordinationem in lege Euangelica Diuino iure inſtitutam, & Sacramẽtum eſſe, tametſi circa materiã, & formam illius variè ſentiãt: quo circa in præſenti præcipua nobis erit cũ eis diſputatio. In primis autẽ cũ catholicis etiam ſupponendum eſt, inſtitutionem Ordinis presbyterij, ſeu ſacerdotij, quod attinet ad vtramque poteſtatem, nimirũ conſecrandi, & abſoluendi, expreſſe in Scriptura contineri: nam Lucæ 22. poſtquã Chriſtus cõſecrauit, & corpus ſuum diſcipulis tradidit, dixit: *Hoc facite in meã commemorationẽ*, quo loco Chriſtũ diſcipulos ſacerdotes conſecraſſe, & eiſdẽ eorumque in ſacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent, præcepiſſe, Concilium Tridentinum ſeſsione 22. cap. primo poſt medium definit.

1 Conſpirãt catholici contra hæreticos, licet interſe de materia, & forma illius non cõueniat.

Quo circa, quod aliqui catholici, & docti viri, vt defenderent Marci 6. cum dicitur: *Et vngebãt oleo multos ægros*, Apoſtolos miniſtraſſe Sacramentum Vnctionis, cum Armacano lib. 11. de quæſtionibus Armeniorum cap. 15. ante medium, dixerunt, iam antea fuiſſe à Deo ſacerdotes ordinatos, nulla ratione verum eſt, neque cum definitione Concil. Trident. conſtare poteſt. Et quãuis nõ explicet Concilium, vtrum illis verbis: *Hoc facite, &c.* an aliquanto prius Chriſtus Apoſtolos ſacerdotes inſtituerit, certum tamen & definitũ eſt, eos in cœna victima inſtituiſſe: nam poſtquam dixit Chriſtus in ea cœna corpus, & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus Apoſtolis obtuliſſe, ſubiungit: *Ac ſub earundem rerum ſymbolis Apoſtolis, quos tũc noui Teſtamenti ſacerdotes conſtituebat, vt ſumerent, tradidit, & eiſdem, eorumque in ſacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent præcepit, per hæc verba: Hoc facite in meam commemorationem, vti ſemper catholica Eccleſia intellexit.* Certum igitur non eſt, vtrum his verbis an alijs antea Chriſtus Apoſtolos ſacerdotes inſtituerit, veriſimile tamen eſt prædictis verbis eos ordinaſſe, ſimulque, vt offerrent ipſis præcepiſſe. Et primum quidem vel illis verbis, vel paulò antea Apoſtolos fuiſſe à Chriſto ſacerdotes ordinatos, manifeſta ratione cõprobatur, nã cum illis verbis præceperit, vt offerrent, ſicut diſp. 223 cap. 3. probatum eſt, conſequitur plane, eos ad ſacrificandum iam antea, aut eo ipſo fuiſſe conſtitutos, ac proinde ſacerdotes ordinatos. Deinde veriſimilius eſſe, eiſdem verbis, quibus Chriſtus id præcepit, Apoſtolos etiam ordinaſſe, inde probatur, quòd congrue ſatis ea verborum forma ſimul tradita fuerit poteſtas, & præceptum impoſitum ſacrificandi. Dixit autem Concilium, Chriſtum Apoſtolis, quos tunc ſacerdotes conſtituebat, tradidiſſe corpus ſuum, vt ſumerent, quia vel ipſa traditione corporis ſui, vel illis verbis, quæ proxime dixit, eos ordinauit.

Luca. 22. Concil. Trident.

2

3

Ego autem puto cum Ruardo articulo 17. §. *De materia*, ipſamet traditionẽ Euchariſtiæ ad manducandum, tamquam materiæ traditione, & illis verbis tamquam forma, fuiſſe à Chriſto in ſacerdotes conſecratos, quod attinet ad priorem poteſtatem, quæ eſt, conſecrandi, ſicut nunc traditione calicis cum vino, & aqua, & patenæ cũ hoſtia, & verbis illis: *Accipe poteſtatem, &c.* ſacerdotes ordinantur vt cap. 3. dicemus, & ita dixiſſe Concilium: *Quando ſacerdotes cõſtituebat, &c.* Cęterum quia ſacerdotibus Euangelicis ex ordinatione cõuenit alia poteſtas, nempe abſoluendi à peccatis, hæc ſimul cum inſtitutione Sacramenti Pœnitentię creditur tradita Ioannis 20. illis verbis, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis, &c.* quã ſane traditionem poteſtatis verba ipſa aperte denotant, imo vero inſtitutionem Sacramenti Pœnitentiæ ex traditione huius poteſtatis colligit loco citato, & præceptum illius nos etiam deducemus 4. tom. agentes de hac re in ſpecie. Deinde Sanctum Concilium Tridentinum, ſeſsio. 14. cap. 5. manifeſte etiã definit, eo loco Apoſtolos, & ſacerdotes eorũ ſucceſſores inſtitutos fuiſſe à Chriſto iudices, ad quos crimina in confeſsione deferrentur, & c. 1. verbis illis ſatis præſcitur, traditam fuiſſe illis poteſtatẽ abſoluendi, & detinendi peccata. Porro autem, hanc Diuinam inſtitutionem ſacerdotij fuiſſe etiam inſtitutionem Sacramenti Ordinationis, diſp. 235. c. 2. ſatis oſtẽdimus, ibi enim probauimus, in ſacra Ordinatione in vniuerſum omnia requiſita ad rationem Sacramenti reperiri.

Traditione Euchariſtiæ tam quam materia, & verbis illis *Hoc facite, &c.* tam quam forma, Apoſtolos ordinatos eſſe, autor cenſet.

4

Concil. Trident.

De materia, & forma huius Ordinationis varie opiniones catholicorum minus probabiles.

CAPVT II.

De materia, & forma sacerdotij. 5

CAETERVM Cum in omni Sacramento materia, & forma inueniatur, ſicut, 2. tomo, diſput. 119. cap. 2. docuimus, & in alijs Ordinibus, etiam minoribus, quæ non ſunt Sacramenta, vtranque aſsignauerimus in præcedentibus, operępretium erit, & in ſacerdotio eam aſsignare, circa quam catholici Doctores variè opinantur, quorum opiniones, quę minus probabiles videntur, in hoc capite memorabimus, vt in ſequenti probabiliorem proferamus.

Bonauent ſententia. 6

Prima ſententia ſit Bonauenturæ in 4. diſput. 24. par. 2. articul. 1. quæſt. 4. vbi aſsignat pro materia ſolum manuum impoſitionem, & verba illi reſpondentia ſolum pro forma, atque ita hanc materiam, & formã aſsignat, vt aliã excludere plane videatur: docet enim in vniuerſũ per materiã illam, & formã, per quam denotatur potiſsima actio, & miniſteriũ Ordinis, imprimi charactere: Potiſsimam autem in ſacerdotio materiam eſſe manuum impoſitionem, eo quod manus ſit organum organorum, hoc eſt inſtrumentum inſtrumentorum, & ita per illa denotetur maximum ſacerdotij miniſteriũ. Hãc ſententiam Bonauenturæ probabilem putat, imo in eam maximè inclinat Petrus Sotus, lib. de inſtitut. ſacerdotũ, in lectione 5. de Sacramento Ordinis, & excludere videtur à materia, & forma traditionem calicis cum vino, & aqua, & patenę cum hoſtia, & verba illa. *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium &c.* eo quòd nulla in Concilio Carthaginenſi 4. & in antiquis Patribus illius mentio fiat. Cæterum nihil in hoc definiens, magis conueniens iudicat, rem hanc ſub dubio relinquere.

Petrus Soto. 7

Concil. Carthagin. 4. 8

Secũda ſẽtẽtia ſit Hoſij in cõf. cath. c. 70. vbi cenſet, ſignũ ſeu elementũ huius Sacramenti, ſiue quis materiam vocare malit, in ſacerdotibus eſſe vnctionem, aut manuum impoſitionem: de forma autem nihil dixit, aſſerere tamen deberet, formam eſſe verba, quæ huic materiæ reſpondent, hoc eſt, quæ proferuntur, dum vngitur ordinandus, vel dum manus ei imponitur. Hanc opinionem ipſe nullã rãtione probat, neque video, quo pacto confirmare poſſet, quod attinet ad vtramque illam materiam.

Hoſij placitum. 9

Et ſanè, quod ſpectat ad vnctionem, nullam prorſus probabilitatem habet, cum in ipſa vnctione nulla denotetur traditio poteſtatis ſacerdotalis ad offerendum, quæ quidem prior eſt, hoc enim per traditionem materiæ, & per alia verba ſignificatur, vt definit Eugen. IIII. quẽ inferius allegabimus, neq; poteſtas ad abſoluẽdũ, quę poſterior eſt, & neceſſario ſupponit priorem, ſed potius per manuum impoſitionem, & verba illa, *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* ea denotetur, vt manifeſte patet. Quod vero attinet ad manuum impoſitionem, cum ea duplex ſit, altera, quæ fit ab Epiſcopo, & ab alijs presbyteris ſine verbis, ante quam tradatur ordinando poteſtas offerendi: altera, quę fit in fine Miſſæ à ſolo Epiſcopo cum illis verbis. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.* ſi de priori opinio Hoſij, & præcedens intelligatur, manifeſte falſa eſt, & improbabilis, tum quia, vt inferius videbimus ex ſententia Innocentij, hæc manus impoſitio, vt minimum ex iure Eccleſiaſtico tantum neceſſaria eſt, tum etiam, quia cum ex Pontificali Romano, & Eugenio conſtet, poteſtatem offerendi, quæ prior eſt, conferri ſacerdoti per traditionem calicis cum vino, & aqua, & patenę cum hoſtia, quæ fit poſt illã manuũ impoſitionem, nulla probabilitate dici poteſt, eam manuum impoſitionem ad materiam ſacerdotij pertinere, cum per illam nulla adhuc etiam prior videatur conferri poteſtas. Si vero prędicta opinio intelligatur de poſteriori manuum impoſitione, non parum probabilem, imo & veram ita cenſemus, vt non dicatur tota materia manuum impoſitio, nec tota forma verba, quæ illi reſpondent, ſicut in præcedente opinione contendit Bonauentura, & Petrus de Soto, quorum rationes cap. 6. diſſoluemus.

Eugenius 4. 10

Tertia ſententia ſit Ruardi Tapper art. 17. §. *De materia autem*, qui autumat, materiam Ordinationis ſacerdotis, quando Apoſtoli à Chriſto fuerunt inſtituti, fuiſſe quidem traditionem patenæ cum corpore, & calicis cum ſanguine ipſius iam conſecrato; & formam fuiſſe verba illa Lucę 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, at nunc in ordinatione aliorum ſacerdotum materiam certe eſſe traditionem calicis cum vino, & aqua, & patenę cum pane, formam autem eſſe illa verba. *Accipite poteſtatem offerendi ſacrificium, &c.* quæ idem denotare vicẽ-

Ruardi Tapperopinio. 11

tur quod illa: *Hoc facite in meam commemorationem*. De impositione autem manuum in ordinatione sacerdotum, quæ nunc fit, aperte pronunciat, ad materiam illius nullo modo pertinere, sed esse ritum Ecclesiasticum, qui spectat tantum ad solennitatem, sicut & vnctionem manus, quę solum pertinet ad præparationem. Quo circa existimare videtur, totum characterem, & potestatem sacerdotum non solum ad consecrandum, sed etiam ad absoluendum per eam solum materiam, & verba conferri. Vtrum autem hoc etiam modo tradita fuerit vtraque potestas Apostolis in cœna per illam traditionẽ corporis, & sanguinis, an vero solũ prior, quæ erat ad consecrandum: posterior autem ad absoluendum tradita fuerit postea per insufflationẽ, aut manuũ impositionẽ: & per illarum verba: *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* non explicat.

8

Ruardi opinionem aliqui scholastici Doctores ex parte tradiderunt.

Hanc sententiam alij antiquiores Scholastici perspicue tradidisse videntur, quod attinet ad ordinationem, qua post Apostolos in Ecclesia sacerdotes consecrantur, quatenus asserunt, materiã, in cuius traditione imprimitur character esse calicem cum vino & aquâ, & patenam cum hostia: formam autem esse verba illa: *Accipite potestatem offerendi sacrificium, &c.* neque vllam aliam assignãt. Ita docẽt S. Thomas in 4. distinct. 24. quæst. 2. art. 3. in corpore. Ricardus art. 4. q. 3. Durand. q. 3. num. 8. Paludanus q. 2. art. 3. n. 17. vbi opinionẽ S. Thom. refert, & probat. Supplementũ Gabrielis q. 1. art. 1. §. *Dicitur minister iũ*, & Sylvest. in sum. verb. *Ordo*, 2. q. 4. dict. 3. & Angelus verbo *Ordo*. 1. n. 5. qui tamen, exceptis Sylvestro, & Angelo, asserunt, Christum Apostolis post traditam potestatẽ consecrandi, & offerendi in cœna, quę est actio præcipua sacerdotis, dedisse potestatẽ absoluendi à peccatis, cum iam ad cœlos ascensurus esset: vtrũ autẽ tũc etiã characterẽ ipsis impresserit, & nouã materiam, & formã Sacramẽti adhibuerit, an nõ: tum etiã, vtrum sacerdotibus, qui nunc ordinãtur totus character, & omnis potestas cõferatur in illa calicis, & patenę traditione, & totũ Sacramẽtũ Ordinis ibi perficiatur, an aliquid illius supersit vsq; ad manuũ impositionẽ, minime definiunt: solum absolute pronũciãt, tũc imprimi characterẽ, & Ordinem cõferri, quando traditur calix cum vino, & aqua, & patena cũ hostia: intelligere autẽ vidẽtur, totũ Sacramentũ ibi perfici, & virtute illius totũ imprimi characterem. Fundamentum horum Doctorum est in hunc modum. Quoties aliquis Ordo plures

S. Thomas. Ricardus. Paludanus. Durandus. Supplementum Gab. Sylvester. Angelus.

9

Huius sententię ratio.

habet actiones, character illius conferri videtur, & Ordinatio perfici in traditione illius materiæ, quę denotat præcipuã actionem, & in verbis quibus fit traditio: huiusmodi autem est traditio calicis cum vino, & aqua, & patenæ cum pane, & vtba quibus fit, his enim denotatur potestas ad præcipuam actionem sacerdotis, quæ est consecratio corporis, & sanguinis Christi, ergo in illa imprimitur character, & ordinatio perficitur.

10

Nihilominus Supplementum Gabrielis, q. illa 1. art. 3. dub. 3. §. *Sacerdotum presbyterorum*, dixit, in sacerdotio duplicem conferri potestatem, alteram ad consecrandum, alteram ad absoluẽdum non simul, sed successiuè. Vtrum autem hoc fiat per collationem noui characteris, vel extensionem alterius, & per nouam materiam, & formam Sacramenti, an tantum quia potestas, quę sit priùs impedita ad actum secundarium, qui est absoluendi, tunc expediatur, non explicat.

Supplementum Gab.

Cæterum Dominicus Sotus, in 4. d. 24. q. 1. art. 4. concl. 7. & deinceps, & d. 20. q. 1. art. 2. & Capreolus in 4. eadem dist. 24. q. 1. art. 3. ad 3. contra 1. conclusionem expresse docent, characterem, & Sacramentum conferri sacerdotibus in traditione illa calicis, & patenæ cum verbis illis, *Accipe potestatem offerendi sacrificium, &c.* Deinde vero cum Episcopus manus imponit dicẽs, *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, &c.* neque adhiberi formam, neque materiam Sacramenti, neque conferri potestatem, neque imprimi characterem, sed solum denotari id, quod iam ab Episcopo in illa traditione calicis cum verbis illis peractum est. Cum quibus sensit etiam expresse Maior in eadem d. 24. q. 1. columna 3. in fine. Differunt tamen Sotus, & Capreolus: nam Capreolus non tantum ita censet de sacerdotibus, qui nunc ordinantur, sed etiam de Apostolis, vt in cœna totam potestatem, & Sacramentum Ordinis à Christo receperint, nisi quod in cœna iam acceperint ad vsum primarium, qui est consecratio corporis, & sanguinis Christi, post resurrectionem vero eis data fuerit, quod attinet ad alium vsum secundarium, qui est absolutio à peccatis; Dicit tamen esse eandem omnino potestatem per essentiam suã ad vnum, & alium actum; quasi dicat: Potestas, & character idem omnino est, & totus datus Apostolis in cœna, ita tamen, vt solum tunc esset expeditus ad primarium vsum, impeditus tamen ad secundarium, post

Dom. Soto Capreolus.

Maior.

Dissidium inter Sotũ, & Capreolum.

11

poſt reſurrectionem vero expediretur ad ſecundum, nulla tamen noua poteſtas conferretur. At Sotus certè non audet, eodem modo de Apoſtolis, & de ſacerdotibus, qui
12 nunc ordinantur, philoſophari, ſed inquit, Chriſtum has duas poteſtates ad conſecrandum, & ad abſoluendum diuiſim Apoſtolis dediſſe, tametſi oppoſitum probabile exiſtimet in illo art. 2. ita vt probabile cenſeat, datam fuiſſe integram poteſtatem Apoſtolis in cœna ad vtrumque actum, impeditam tamen ad ſecundarium, & expeditam tantum ad primarium, nunc autem ſacerdotibus vtramque poteſtatem ſimul conferri in illa calicis, & patenæ traditione: per verba autem illa, quæ cum manuum impoſitione dicuntur, *Accipe Spiritum Sanctum*, poteſtatem abſoluendi antea traditam explicari.

Probatio huius ſententiæ.

Probat autẽ Sotus ſuam ſententiam, quod attinet ad ſacerdotes, qui nunc ordinantur, tum ex decreto illo Eugenij IIII. in Concilio Florentino poſt vltimam ſeſsionem, §. *Sextum Sacramentum*, vbi non aſsignatur alia materia, & forma pro ſacerdotio, niſi traditio illa calicis cum vino, & aqua, & patenæ cum pane, & verba illa, *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, &c.* tum etiam ratione. Primùm quia ſi aliquid aliud pro materia, & forma etiam aſsignaremus, nempè manuum
Prima ratio. impoſitionem cum illis verbis, *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* (de his enim videtur ſolum eſſe controuerſia, vtrum addenda ſint, an non) ſequeretur, aut poteſtatem conſecrandi non conferri vſque ad eam manuũ impoſitionem, quod repugnat illi formæ verborum, *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, &c.* Addetu, & hoc plane abſurdum eſſe, quia ante quàm manus imponantur cum illis verbis, *Accipe Spiritum Sanctum*, ſacerdotes recens ordinati ſimul cum Epiſcopo proferunt verba conſecrationis: id quòd, minime permitteretur illis, niſi iam ad conſecrandum corpus, & ſanguinem Chriſti
13 poteſtatem haberent: aut ſequeretur, duos eſſe characteres, & priorem conferri ante manuum impoſitionem, poſteriorem per ipſam, quod quidem cenſet Sotus eſſe præter omnium opinionem, & maximum incommodum: dici autem non poteſt (inquit ille) characterem collatum per illam calicis, & patenæ traditionem extendi ad munus abſoluendi, ſicut character ſacerdotalis extenditur ad munus, & officium Epiſcopale, quia non videtur æqua ratio vtriuſq; nam Epiſcopus ſuſcipit poteſtatem illam conferendi Sacramenta, quam non habebat, dum erat ſimplex ſacerdos, ac proinde mirum non eſt, ſi dicamus, per Epiſcopatum extendi characterem; at in præſenti id certè dici non poteſt de poteſtate abſoluendi, nimirum ante impoſitionem illam non fuiſſe collatam; alioquin ſequeretur fore, vt, ſi Epiſcopus, antequam imponeret manus cũ 14
illis verbis moreretur, ſacerdos ordinatus non haberet vllam poteſtatem abſoluendi à peccatis, etiam ſi illi iuriſdictio à parocho concederetur, quod ipſe falſum exiſtimat.

Deinde alia ratione ſumpta ex capite, *Presbyter De Sacramentis non iterandis*; eamdem ſententiam confirmat Maior. Nam ſi tota materia non eſſet traditio calicis cum vino, & aqua, & patenæ cum hoſtia, nec tota forma eſſent verba illa. *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, &c.* nullam aliam materiam addere poſſemus, niſi manuum impoſitionem, neque aliam formam niſi verba illa, quæ dicuntur cum imponuntur manus, *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiſeris peccata, &c.* atqui manuum impoſitio addi non poteſt pro materia, nam in eo capite dicitur, eam eſſe ritum ab Apoſtolis introductum: quod autem ab Apoſtolis introductum, & inuentum eſt, materia Sacramenti, quę ſolo Diuino iure inſtitui poteſt, eſſe nequit, ergo illa traditio calicis, & patenæ erat tota materia Ordinationis ſacerdotij, ac proinde tota forma verba illa huic traditioni coniuncta, *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, &c.* etenim, cum verba illa, *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* quæ cum impoſitione manuum dicuntur, nequeant vt forma deſeruire priori materię, nempè traditioni calicis, & patenæ, vt manifeſtè liquet: nullomodo erunt pro forma: namque in Sacramentis nulla verba pro forma ſine aliqua peculiari, & accomodata materia adhibentur: erunt igitur ſolum pro ritu, & cæremonia Eccleſiæ ad explicandum id, quod antea per priora illa verba, & traditionem illam calicis, & patenæ omnino peractum eſt. 15

Poſtremò probant hanc ſententiam Maior, & Angelus ex eo, quòd verba illa, *Accipe Spiritum Sanctum*, cum cæremonia impoſitionis manuum in aliquibus Pontificalibus non inueniantur, ſignum enim eſt, in aliquibus Eccleſijs cum tota illa traditione calicis, & patenæ, & verbis illi reſpondentibus fieri Ordinationem conſueuiſſe:

Secunda ratio.

Vltima ratio.

Prima

Prior pars veræ ſententiæ de materia, & forma Ordinationis ſacerdotis.

CAPVT III.

VERVM Enim verò, mihi ſemper eorum ſententia placuit, qui dicunt, neque totam materiam ordinationis ſacerdotij eſſe traditionem calicis cum vino, & aqua, & patenæ cum hoſtia: nec totam formam verba illa ſimul cum hac traditione ab Epiſcopo ante conſecrationem corporis, & ſanguinis Chriſti prolata, *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, Miſſaſque celebrandi, tam pro viuis, quàm pro defunctis*, ſed præter hanc, pro parte integrę materiæ accedere etiã manuũ impoſitionẽ, quæ à ſolo Epiſcopo poſt cõſecrationem Euchariſtiæ, & communionem fit, & pro parte formæ verba illa ſimul cum impoſitione illa ab Epiſcopo dicta, *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiſeris peccata remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta ſunt.* Quam ſententiam prout à nobis memorata eſt, expreſſe docuit Scotus in 4. d. 24. q. vnica, §. *De tertio articulo*, Allegari poſſet pro ea Michael Medina, lib. 1. de continentia ſacrorum hominum, cap. 21. & 22. vbi ex profeſſo probat, ſacerdotium Sacramentum eſſe, & quod ſpectat ad poteſtatem conſecrandi, & quod attinet ad poteſtatem abſoluendi, atque in duas has partes eſſe diſtributum. Pro qualibet autem parte ſacerdotij diuerſam à Chriſto inſtitutionẽ aſsignat. Multo autẽ melius citari poteſt Viguerius in inſtitutionibus Theologicis, cap. 16. §. 6. nam quamuis verſiculo 1. ſolum aſsignet pro materia ſacerdotij calicem cum vino, & aqua, & patenã cum hoſtia; tamen verſiculo 2. agens de forma eiusdem ſacerdotij, non ſolum aſsignare videtur verba illa, *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, &c.* ſed etiam illa, *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiſeris peccata, &c.* Cumque hæc poſteriora verba dicat proferri ſimul cum manuum impoſitione, non obſcure denotare videtur, hanc etiam ad materiam ſacerdotij pertinere. Denique allegari merito poſſunt Roſſenſis in lib. de defenſione ſacerdotij contra Lutherum, congreſſu 2. axiomate, 9. & in lib. contra captiuitatem Babylonicam, cap. 12. §. 7. & Vvaldenſis, tomo 2. qui eſt de Sacramentis, cap. 123. num. 5. & ſequentibus, vbi ex inſtituto probat contra Vvicleffum, in ordinatione ſacerdotum per manuum impoſitionem gratiam miniſtrari, & poteſtatem iuxta formam à Chriſto præſcriptam. Hinc enim manifeſte colligitur, hunc Autorem ſenſiſſe, impoſitionem manuum ad materiam, verba autem, quæ cum ea proferuntur, ad formam ordinationis pertinere. Neque enim negat, traditionem quoque illam calicis & patenæ ad materiam, & verba ſimul cum ea prolata ad formam pertinere; quinimo, in 3. tomo, qui eſt de Sacramentalibus, titul. 7. cap. 65. num 5. vtramq; materiam, & vtramque formam, ſicut Scotus pro ordine ſacerdotij expreſſe aſsignat, & per vnamquamque illarum gratiam Spiritus Sancti, & poteſtatem conferri, pro viribus cõtendit: differt tamen à Scoto, quòd Scotus vocat duas materias, & duas formas partiales eiusdem Ordinis, ac proinde aſſerere videtur, ſacerdotium quaſi per partes conferri: hic tamen Autor, id non vult verbis concedere, tametſi rem ita explicet, ſicuti inferius videbimus, vt vere cum Scoto conueniat.

16

Quæ ſit eſſentialis materia in ordinatione ſacerdotis.

Scotus.

Micah. Med.

Viguerius.

17

Roſſenſis.

Vvaldenſis.

Pro hac opinione, prout à nobis propoſita eſt, citantur à nonnullis alij, qui eam non docent, quamuis aliqui eorum ipſi ex parte faueant. Primò allegatur S. Thom. in 4. d. 25. q. 1. ar. 1. ad primum, quòd dicat, in impoſitione manuum, quæ fit ordinando in ſacerdotem, dari gratiam, non tamen imprimi characterem. Verùm, cum dicat, tunc nõ imprimi characterem, neſcio, quo pacto exiſtimare poſsint, ipſum ſenſiſſe, manuum impoſitionem eſſe materiam huius Ordinationis. Et ſanè cum ipſe à perte loquatur de ea quæ fit ab Epiſcopo, & ſacerdotibus ſimul, & hæc fiat ante traditionem calicis, & patenæ, & de ea nullus vnquam dubitauerit, non eſſe materiam ſacræ Ordinationis, ſed de illa ſolum, quæ fit poſt communionem, controuerſia fuerit, pro prædicta ſentio citari non poteſt S. Dotor. Cum verò ait, in illa priori dari gratiam, non intelligit de gratia, quæ detur ex opere operato, virtute Sacramenti, ſed de ea, quæ per modũ deprecationis ordinantes à Deo impetrare poſſunt pro ordinato. Sotus autem in 4. d. 24. q. 1. art. 4. longe poſt. 5. concl. fatetur, ſe doctrinam hanc S. Thomæ non capere, & teſtimonium intelligit de poſteriori manuum impoſitione. Et quidem, ſi loqueretur de gratia collata ex virtute Sacramẽti, non tectè dixiſſet, per illam manuum impoſitionem dari gratiam, non autem characterem. Nam hæc duo ſimul dantur, vt omni-

S. Thomas non bene pro ſententia Autoris citatur.

18

Quomodo intelligendus ſit Sanctus Doctor

19

omnibus in confesso est. Allegatur quoque Antisiodorensis, qui de hac re nec verbum quidem, & Paludanus qui id non docet, sed secundam sententiam, quam præcedente capite retulimus, & Petrus de Soto, qui primam sententiam tradidit ab hac quidem diuersam, vt patet: & Ledesma in 2. p. 4. q. 36. art. 4. ad primum, quem pręmanibus nõ habui, vt videre possem: & Hosium, qui secundam sententiam sequitur, quam præcedente capite memorauimus ab hac etiam satis diuersam:

Antisiodorensis, & Paludanus male allegatur pro hac sentẽtia.

Petr. Soto.

Ledesma.

Osius.

Iam vero, vt hanc sententiam confirmemus, duo nobis probanda sunt: alterum est, traditionem illam calicis, & patenæ ad materiam, & verba illa, *Accipe potestatem offerendi sacrificium, &c.* ad formam pertinere, & per illam potestatem aliquam dari ordinandis in sacerdotes. Alterum est impositionem manuum ad materiam quoque, & verba illa, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* ad formam etiam spectare: sic enim constabit, ex his duabus materijs & duabus formis materiam, & formam huius ordinationis integre constitui, & hanc ordinationem duabus partibus constare. Priorem partem in hoc capite, posteriorem in sequente confirmabimus. Priùs igitur illud, quod proposuimus, primùm probatur ex decreto Gregorij IIII. in Concilio Florentino, post vltimam sessionem: §. *Sextum Sacramentum*, vbi sic dicitur: *Sextum Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem.* Hæc de materia: de forma vero paucis inter positis subiungit, *Forma sacerdotij talis est, Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuis, & mortuis.* Neque refert, quod Concilium Carthaginense quartum, cap. tertio, vbi loquitur de ordinatione sacerdotis nullam huius materiæ, & formæ mentionem faciat, quia institutum illius non erat de materia, & forma Ordinum quicquam definire, sed modum aliquem peculiarem, qui seruaretur in singulis ordinationibus ostẽdere. Et ita in eo capite, & sequente solum discrimen assignat inter modum impositionis manuum in ordinatione presbyteri, & diaconi, quòd in vtroque manus imponantur, diuerso tamen modo, nã in ordinatione diaconi solum Episcopus manum super caput ordinandi ponit, in ordinatione vero presbyteri ipse, & alij sacerdotes simul vtramq; manum imponunt. Porro hanc manuum impositionem non pertinere ad materiam Sacramẽti Ordinationis in diacono, iam probauimus disput. precedente: in sacerdote vero idem etiam in cap. 6. ostendemus. Huius traditionis calicis, & patenæ in ordinatione sacerdotis meminerunt Stephanus Eduensis in libro de Sacramento altaris cap. 9. post medium, vbi inquit, in ea traditione conferri sacerdotibus potestatem ad offerendum Deo placabiles hostias: & Hugo de S. Victore libro 2. de Sacramentis p. 3. cap. 12. non multum ante finem, vbi de collatione potestatis ad offerendum idem etiam omnino docet. Et sane modo non longe diuerso, sed satis simili, Apostolos fuisse à Christo sacerdotes ad offerendum in cœna consecratos, ca. 1. obseruauimus, nempe traditione corporis, & sanguinis Christi, & verbis illis Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.*

Stephanus Eduensis.

Hugo de S. Victore.

Deinde eadem sententia confirmatur ratione, sumpta ex verbis illius, & ex illius materia traditione, quibus plane donatur facultas, & potestas consecrandi, sicuti cap. precedenti pro tertia sententia dicebamus: nam cum Sacramenta efficiant id, quod significant, & per eam materiam, & formam denotetur potestas consecrandi, & offerendi corpus, & sanguinem Christi, negari certe non potest per illam conferri præsertim cum parum post omnes sacerdotes recens ordinati simul cum Episcopo consecrent in eadem Missa, & nulla ceremonia præcesserit per quam melius intelligere possimus, hanc potestatem sacerdotalem fuisse collatam. Quæ sane ratio plane conuincit, per illam traditionem ordinandos potestatem accepisse consecrandi. Et ex hac parte conuenimus cum Doctoribus tertiæ sententiæ, quatenus affirmant, per hanc traditionem, & per verba sacerdotis ordinari, & accipere potestatem consecrandi. Aduersamur autem eisdem, quatenus docent, aut indicare videntur, totam ordinationem in hac sola ceremonia perfici, sicut etiam Doctoribus primæ, & secundæ sententiæ, quòd alteri ceremoniæ totam ordinationem sacerdotis tribuant, & huius non meminerint.

Luca 22.

Ratio pro hac sententia.

Posterior pars veræ sententiæ de materia, & forma ordinationis sacerdotis ex ipsa ordinatione Apostolorum demonstratur.

CAPVT

CAPVT IIII.

SVPEREST, vt id, quod in poſteriori parte noſtræ ſententiæ propoſuimus cõfirmemus, videlicet impoſitionem manuum, quæ poſt cõmunionem fit à ſolo Epiſcopo, ad materiã quoque ſpectare, & verba illa: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiſeris peccata, &c.* cum quibus manus imponuntur, ad formam, vt ita ſit duplex materia, & duplex forma, quam vocant partialem, ſicut voluit Scotus, quibus hoc Sacramentum ordinationis ſacerdotis integrè conſtituatur. Quod quidem efficaci demonſtratione confirmabitur, ſi oſtẽderimus, per illam manuum impoſitionem, & per illa verba iure Diuino ordinandis conferri poteſtatem ad abſoluendum, & remittendum peccata, quam antea non acceperunt. Cum enim hęc ſit poteſtas Ordinis iure Diuino ſacerdotio adſcripta, ſicut etiam poteſtas conſecrandi, & offerendi, manifeſte conſequitur, per Sacramentum

24 Ordinationis ſacerdotij ea cõferri, ac proinde, ſi confertur per manuum impoſitionem, & verba illa, & non per traditionem calicis, & patenæ cum verbis illis: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, &c.* impoſitionẽ manuum, & verba illa, *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* ad eſſentiam ordinationis ſacerdotis pertinere; impoſitionem vt materiam, & verba illa, vt formam, & cum præcedente materia, & forma vnã integrè conſtituere.

Et ſane nullus Scholaſticus negaret, impoſitionẽ manuũ, & verba, cũquibus imponuntur, ad eſſentiã Ordinis ſacerdotis pertinere ſi ſemel ſibi perſuaſũ haberet, per illã poteſtatẽ diſtinctã à priori ſacerdotibus cõferri. Porro autẽ hãc poteſtatem diſtinctam per illã ſacerdotibus tradi, duobus modis demõſtrare poſſumus: primum quidem quia hæc poteſtas remittendi peccata non fuit in cœna ſimul cum poteſtate conſecrandi Apoſtolis collata, ſed poſt Reſurrectionem inſufflatione, & verbis illis: *Accipite Spiritũ Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.* hinc

Ratio pro hac poſteriori parte ſententiæ.

ei im manifeſte conficitur, ſacerdotibus, qui poſtea ordinantur, eſſe verbis, ac proinde impoſitione etiam manuum, eandem poteſtatem conferri: deinde ex ipſamet ordinatione ſacerdotum ſecundum ſe, non habita ratione ordinationis Apoſtolorum.

25 Priori modo rationem ducemus in hoc capite; poſteriori autem in ſequente. Ergo Chriſtum poteſtatem remittendi peccata, Ioannis 20. poſt Reſurrectionem ſuam Apoſtolis tradidiſſe, definit primum Concilium Tridentinum, ſeſſione 14. capite

Ioan. 20. Conc. Trid.

primõ de Sacramento Pœnitentiæ, poſt medium his verbis: *Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipue inſtituit, cum à mortuis excitatus, Ioannis 20. Inſufflauit in diſcipulos ſuos dicens. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Quo tã inſigni factione nẽpe inſufflatione, & verbis tam præſpicuis poteſtatem remittendi, & retinendi peccata ad reconciliandos fideles poſt Baptiſmum lapſos, Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus fuiſſe cõmunicatã, vniuerſorum Patrum conſenſus ſemper intellexit:* & cap. quinto definit, Chriſtum è terris ad cœlos aſcenſurum (nempe Ioannis 20.) ſacerdotes ſui ipſius Vicarios reliquiſſe, tanquã præſides, & iudices, ad quos omnia mortalia deferrentur: intelligit autem neceſſario, nam eodem loco collatam etiam fuiſſe poteſtatem remittendi etiam venialia, quæ tamen non neceſſario ad ſacerdotes deferenda ſunt, omnes ingenuè fatentur.

26

Apoſtolis poſt Reſurrectionem collata fuit poteſtas abſoluẽdi à peccatis.

Iam vero, quis dicere audeat cum Armacano lib. 11. de quæſtionibus Armeniorum cap. 15. ante medium, aut probabile eſſe, ſicut Sotus exiſtimat, Apoſtolis tũc nõ fuiſſe traditam poteſtatem ſacerdotalem remittendi peccata, cum Concilium, non ſolum expreſſe, id quod dicimus definiat ex communi Patrum conſenſu, qui ita prædictum locum interpretantur, ſed etiam dicat verba illa perſpicua eſſe, videlicet ad eam poteſtatis traditionem denotãdã. Adde, quòd qui dicunt in eo loco Chriſtum Apoſtolis non tradidiſſe poteſtatem, ſed iam ante collatam indicaſſe, aut id probabile cenſent, ſicut Dominicus Sotus, dicere quoque debent, aut probabile cenſere, tunc Chriſtum non tradidiſſe Apoſtolis Spiritum Sanctum, nam eadem ratio vtriuſque videtur: & reuera, ſi tradidit Spiritum Sanctum per illa verba, & inſufflationẽ, cũ continẽter ſubdat: *Quorum remiſeritis peccata, &c.* denotans nimirũ ad hũc affectũ ſe tradere Spiritum Sãctum, dici non poteſt, Chriſtũ tũc tradidiſſe Spiritũ Sanctũ, non autẽ poteſtatẽ remittẽdi peccata: atqui aſſerere, illis verbis Chriſtũ nõ tradidiſſe tũc Apoſtolis Spiritũ Sanctũ, damnatũ eſt cõtra Theodorum Mopſueſtenũ in 5. Synodo Cõſtãtinopolitana, quæ Germana dicitur, ſeſſione, ſeu collatione 8. can. 12. ergo nõ licet vllo modo negare, tũc etiã Chriſtũ tradidiſſe Apoſtolis poteſtatẽ remittẽdi peccata. Et ſane verba ipſa vſq; àdeo perſpicue indicant, ſicut notauit Concilium, Chriſtũ tũc tradidiſſe hãc poteſtatẽ, vt nõ videatur, quid aliud denotare illis

27

Armacanus, & Sotus refellũtur.

Synodus Cõſtantinopolitana.

potuerit

potuerit, nā quo pacto quęso, serius dixisset *Accipite Spiritū sāctū, quorū remiseritis peccata, &c.* si ipsi ad hunc effectum illum non recepissent: qui enim alteri vere non tradit id, quod dicit, accipe, si illud in sua habeat potestate, & tradere possit, eum deludere videtur. Atque id circo Cyrillus Alexandrinus, li. 12, in Ioannem, cap. 76. columna 3. in medio, explicans hæc verba inquit. *Acceperunt igitur Spiritum Sanctum, quando insufflauit, & dixit; Accipite Spiritum Sanctum, num quam enim dixisset, qui mentiri nescit, nisi dedisset.* Ne igitur dicamus, hæc verba Christi fuisse deludentis, fateri necesse est, illis re vera potestatem remittendi peccata collatam Apostolis fuisse.

28

Cyrill. Alex

Ex Patribus autem Autor, lib. quęstionū veteris, & noui Testamenti, c. 93. in medio sic ait. *Illud autem, quod insufflasse in discipulos Dominus legitur, post dies paucos resurrectionis suæ, & dixisse; Accipite Spiritum Sanctum, Ecclesiastica potestas collata intelligitur esse.* Ex quo testimonio redarguit Thomas Vvaldensis, 2. tomo, qui est de Sacramentis, cap. illo 123. num. 7. falsitatem, & mendacium Vviclessi, qui dixit, Christum non expressisse horam, vel formam, qua suos Apostolos sacerdotes instituit, cum ex hoc loco constet hac forma, & his verbis institutos esse ad remittenda peccata.

Autor lib. quęstionū veteris testamenti.

Thom. Vvaldensis.

Vviclephi mendaciū

Idem sensit Cyrillus Alexand. c. citato: nam postquam colu. 2. quęstionē proposuit, vtrum vere tunc datus fuerit discipulis Spiritus Sanctus, an solum in die Pentecostes, & deinde soluens quæstionem dixisset etiam tunc datum fuisse Spiritum Sanctum, columna 4. sub finem explicat, quo pacto datus fuerit discipulis Spiritus Sanctus ad remittendum peccata, his verbis. *Qua igitur ratione Diuinæ naturæ dignitatem, ac potestatem discipulis suis Saluator largitus est: quia certe absurdum non est, peccata remitti posse ab illis, qui Spiritum Sanctum in se ipsis habeant.* In eo tamen eius sententia mihi nō placet, quòd putat, hoc loco Apostolis datam esse potestatem remittendi peccata in Baptismo, & Sacramento Pœnitentiæ.

Cyril. Alexandrinus.

29

Nam illam, quæ est per Baptismum, iamdiu acceperant, quando Baptismus institutus fuit, quæ sanè cum laicis etiam hoc Sacramentum ministrantibus conueniat, hoc loco datam fuisse, credendum non est: hic enim solum Apostolis, qui iam erant ordinati sacerdotes, adconsecrandūcollata fuit.

Chrysost.

Chrysostomus, homil. 35. in Ioan. post medium, explicans eadem verba. *Quorum remiseritis peccata*, ait, sicut Rex mittens præfectos, tribuit eis facultatem, vt liberent, & in carcerem trudant. *Ita* (inquit) *Iesus discipulos dimittens, hac munit authoritate.* Sētit igitur, ibi eis collatam fuisse hanc potestatem: Et cum postea proposuisset difficultatem, quam etiam Cyrillus proposuit, & respondisset, quorūdam sententiam fuisse, hoc loco Christum discipulis non dedisse Spiritum Sanctum, sed idoneos eos reddisse ad eum suscipiendum: quam quidem Cyrillus nulla ratione admittere voluit, & videtur damnata contra Theodorum in 5. Synodo Constantinopolitana, vt supra vidimus; subdit in hunc modum. *Non tamen quispiam erraret, si tunc eos potestatem quandam, & gratiam spiritualem accepisse diceret, non tantum, vt mortuos suscitarent, & virtutes ostenderent, sed vt peccata dimitterent.* Idem etiam asserit Theophylactus, & licet admittat expositionem illam, quam retulit Chrysostomus de preparatione discipulorum ad accipiendum Spiritum Sanctum, addit tamen potestatem quandam, & donum ad remittenda peccata tunc eos accepisse: & hāc esse sacerdotum Euangelicorum dignitatem, paulò inferiùs notat. Accedit etiam Euthymius in eumdem locum, qui expresse asserit, potestatem hanc ligandi, & soluendi peccata Christum quidem discipulis promisisse. Matth. 18. hoc autem loco illam tradidisse, atque ipse, & Theophylactus exemplo illo Regis, qui præfectos mittit cum potestate soluēdi. & ligandi, quod adduxit Chrysostomus, vtuntur.

30

Synodus Cōstantinopolitana.

Theophylactus.

Armacani argumenta disoluūtur.

Neque vero obstant, quæ obiecit nobis Armacanus, lib. 11. de quæstionibus Armeniorum, cap. 15. ante medium, contendens, Apostolis vtramque potestatem traditam esse, quominus depotestate traditatunc Apostolis ita sentiamus. Primùm obiicit nobis illud Actorum 3. *Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum, qui cōprehenderunt Iesum, qui cōmemoratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius.* Nam ex hoc loco colligi videtur, Iudam accepisse sortem ministerij, hoc est, sacerdotij, & Episcopatus, de illo enim dixit Dauid, in Psalmo 108. *Et Episcopatum eius accipiat alter.* credibile autem non est, ipsum hanc potestatem habuisse, reliquos autem Apostolos non item: atqui Iudas non potuit habere illā post resurrectionem, quia ante illam laqueo se suspendit: ergo ante passionem Christi eam habuit. Verum hoc nihil obesse potest, nam per ministeriū ibi intellexit Petrus Apostolatum, ad quem electi

Primum.

Actorum 3ō

Psalm. 108.

31

electi fuerunt duodecim, multo ante, quàm ſacerdotes ordinarentur. Etenim, vt ex Cõcilio Tridentino conſtat, in cœna vltima ordinati ſunt ſacerdotes, & multo ante electi ſunt Apoſtoli. Quod enim ipſe Armacanus, & alij Recentiores contendunt, Marci 6. quando Apoſtoli oleo vngebant infirmos, fuiſſe ſacerdotes ordinatos, ſine errore iam defendi non poteſt: intellexit igitur Petrus per miniſterium Apoſtolatũ, non ſacerdotium. Porrò vnctionem illam olei, qua vtebantur Apoſtoli circa ægrotos non fuiſſe Sacramentum Vnctionis, ac proinde neceſſarium non fuiſſe, vt eſſent tunc Apoſtoli ordinati in ſacerdotes, oſtendimus tomo tertio. Adde, quòd quamuis fuiſſet Sacramentum vnctionis, potiùs dicendum eſſet, Chriſtum cum Apoſtolis diſpenſaſſe, vt antequam eſſent ſacerdotes illud miniſtrarent, quàm, vt eſſent ſacerdotes ante cœnam vltimam a Chriſto ordinati: quòd quidem miniſterium appellauit Dauid Epiſcopatum. Et quamuis Iudas ordinatus fuerit ſacerdos in cœna à Chriſto, cum de manu eius Euchariſtiam cum cæteris Apoſtolis accepit, & verba illa, Lucæ 22. cum eis audiuit. *Hoc facite in meam commemorationem*, tamen non attendens ad hanc dignitatem ſacerdotis, ſed Apoſtoli dixit Petrus id, quod reciperamus, nempè, vt duodenarius numerus Apoſtolorum compleretur. Obijcit deinde, quod Thomas non fuerit cum Apoſtolis, cum Ioan. 20. Chriſtus illis apparuit, & Spiritum Sanctum eis tradidit dicens, *Quorum remiſeritis peccata &c.* Ex quo ſequi videtur, Thomam non fuiſſe ſacerdotem ordinatum ad remittendum peccata, ſed tantum ad conſecrandũ, ſi vera eſt noſtra ſententia. Verum, & hæc obiectio friuola eſt: quis enim neget, Chriſtum iterum apparentem diſcipulis eandem poteſtatem Thomæ non tribuiſſe, tametſi Scriptura id non memotet?

Denique quod ait Armacanus, ſacerdotium antiquæ legis totum ſimul, & non per partes collatũ fuiſſe, ac proinde, & nouũ ſacerdotiũ hoc modo cõferri debuiſſe, minoris momenti eſt, nam cũ ſacerdotiũ Euangelicum duas cõtineat inſignes poteſtates, alteram in corpus Chriſti verũ, ad conſecrandũ ipſum, & ſanguinem eius, ipſumq; in ſacrificium offerendum, alteram in corpus Chriſti myſticum ad remittendum peccata, & vtramque per ipſam Ordinationem debeat ſignificari, eo quod Ordinatio ſacerdotis Euangelici ſit Sacramentum, ac proinde ſignificare debeat id, quod efficit, ſicut cætera Sacramenta nouæ legis, neceſſarium fuit iuxta hanc inſtitutionem, vt vnaquæque poteſtas per ſuam peculiarem formam, & materiam conferretur, atque conſulto Chriſtus diuerſo tempore vnamquamque earum Apoſtolis contulit. Sacerdotium autem antiquum non conferebatur per Ordinationem, quæ eſſet Sacramentum, gratiam ad miniſterium conferens: & ita non fuit opus duabus ordinationibus, aut pluribus conferri, ſed vnica, per quam intelligebatur electus ad omnia munera, quæ in lege antiqua ei præſcripta erant. Vtrùm autem per partes ſacerdotium Euangelicum conferatur, an non, cap. 6. dicemus.

Quod vero dixit Capreolus, Apoſtolos quidem recepiſſe vtramque poteſtatem in cœna, expeditam quidem ad conſecrandũ, impeditam autem ad abſoluendum à peccatis, commentitium plane eſt. nam quod fuerit huiusmodi impedimentum ad abſoluẽdum, non conſtat, neque vllo modo conſtare poteſt. Primùm quidem fuiſſe præceptũ aliquod, quo prohiberentur ante reſurrectionẽ abſoluere, commẽtitum plane eſt, cum ad hoc aſſerendum, nullum habeamus fundamentum. Præterea fuiſſe aliud impedimentum tale, vt etiam ſine ipſa vellent abſoluere, eorum abſolutio nulla eſſet, nõ minus ſinè fundamento diceretur. Nullum enim aliud eſſe poterat, niſi quod eis ſubdita non eſſet legitima materia, circa quam hãc poteſtatẽ exercere poſſent. Hoc autem impedimentum poſitum fuiſſe, & obſtitiſſe poteſtati ſemel Apoſtolis traditæ, non minus ſine fundamento aſſeritur: nam cum iam poſſent Apoſtoli baptizare, cur etiam non poſſent abſoluere, ſi poteſtas remittendi peccata ipſis iam tradita eſſet.

Cum igitur hæc ita ſint, & Eccleſia in ordinatione ſacerdotum Chriſtum imitata, ritu perpetuo eiſdem verbis, & forma illa, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.* ſemper vſa fuerit, quis ambigat, idem omnino quod Chriſtum facere, ac proinde poteſtatem abſoluendi ſeorſim, & ſeparatim poſt collatam poteſtatem offerendi tradere nunc velle, ſemperque voluiſſe: & quę oblecro, ratio eſſe poteſt, vt hæc verba in ore Chriſti efficacia fuerint, in ore autem Epiſcoporum Eccleſiæ priſtinam virtutem amiſerint? Neque obſtat, quod Eccleſia cum his verbis non coniungat inſufflationem, qua Chriſtus vſus eſt, ſed manuum impoſitionem: nam in materia Sacramentorum aliquid fuiſſe ſtatutum à Chriſto pro tempore ſequente, aliquid autem

Quid per miniſterij intellexerit Petrus Actorum 3

31

Iudas cũ cæteris Apoſtolis in cœna accepit Euchariſtiã.

Primum argumentum Armacani nullius eſt roboris.

33

34

Concluſio ex præcedentibus.

35

autem aliud ipsum, aut etiã Apostolos suo pro materia, & forma sumpsisse, indubitatũ est: Christus etenim ordinauit sacerdotes ad cõsecrãdum traditione sui corporis, & sanguinis iam cõsecrati, & verbis illis Lucæ 22. *Hoc facite in meã cõmemorationẽ*. Nũc autẽ Episcopi traditione calicis cum vino, & aqua, & patenę cũ pane, & verbis illis: *Accipe potestatẽ offerẽdi sacrificiũ, &c.* ordinãt. Apostoli quoq; cõsirmarũt sola manuũ impositione sine chrismate; nunc vero Episcopi vnctione chrismatis: verũq; autem factum fuisse ex Diuina institutione, & dispensatione Christi nõ autẽ ex sola Ecclesię cõstitutione, indubitatũ esse debet. Nã quod dixit Ruardus, art. illo 17. §. *De materia, & forma*, sub finẽ, in Sacramẽtis, quorũ materiã & formã Christus non determinauit, assignationẽ eius præfectis suæ Ecclesiæ reliquisse, omni caret probabilitate, & quamuis verũ esset, ad præsentẽ difficultatẽ dissoluendã nihil nobis prodesse posset. Primum quidẽ nõ esse probabile cõstat, quia quod attinet ad materię, & formę determinationẽ, nulla potestas relicta fuit Ecclesiæ, sed omnis materię, & formę assignatio creditur à Christo facta: nã cũ Sacramẽti institutio iure Diuino cõstet, & ad eam necessariò materia, & forma pertineat, earum assignatio eodẽ iure etiã cõstare debet. Quo circa Concilium Tridentinũ sessione 21. c. 2. non dixit, aliquã materiæ, & formę determinationẽ in Sacramentis Ecclesiæ potestati relictã fuisse, sed hãc esse penes ipsam potestatem, vt salua illorũ substantia, & statueret, vel mutaret, quę suscipientiũ vtilitati, seu ipsorũ Sacramẽtorũ venerationi pro rerũ, & tẽporũ, & locorũ varietate magis expedire iudicaret. Cũ ait, *Salua eorum substantia*, videlicet à Christo instituta, intelligit, materiã, & formam, in qua ipsa cõsistit. Exẽpla vero, quę affert Ruardus, nullius prorsus momẽti sũt, rẽpe de mutatione verborũ in forma Baptismi, saluo ipsorũ sensu necessario; de materia, & forma Pœnitentię, & Sacramenti Matrimonij: nã mutatio illa verborũ seruato sensu, est accidẽtaria, nec formã substãtialem mutat: in Pœnitentia autẽ, & Matrimonio semper fuisse eamdem materiam, & formam à Christo institutam manifestum est, & suis locis ostensum.

Deinde, licet hęc doctrina vera esset, in præsenti nihil nobis prodesset: nam eo ipso, quòd Christus alia materia, & forma vsus esset in ordinatione, iã ita determinata esset materia, & forma pro hoc Sacramẽto, vt nõ videretur relicta potestati Ecclesię alterius assignatio. Multo igitur melius dixi mus, vtramque à Christo, pro diuersitatẽ tẽporũ fuisse institutã, & hoc traditione Ecclesię nobis cõstare. Et hactenus de priori modo, quẽ proposuimus ad probandũ, per manuũ impositionẽ, & illa verba: *Accipite Spiritũ sãctũ, quorũ remiseritis peccata, &c.* in ordinatione potestatem conferri.

Eadem prior pars veræ sententiæ ex ritu, quem nunc seruat Ecclesia in ordinatione sacerdotis ostenditur.

CAPVT V.

POSTERIORI autẽ modo, nempe ex ritu, quem nunc in ordinatione sacerdotum seruat Ecclesia, non minus facile probabitur, per manuũ impositionẽ, qua fit à solo Episcopo post cõmunionẽ, & verbis illis: *Accipe spiritũ sãctũ, &c.* potestatẽ absoluẽdi nũc sacerdotibus cõferri. Primũ quidẽ, quia Cõcil. Trident. sessione 14. c. 3. de Sacramẽto Vnctionis, in principio, postquã dixit, ex illo Iacobi 5. *Adducat presbyteros, &c.* recte colligi, quinam sit minister Sacramẽti Vnctionis, subiungit in hũc modũ: *Nã, & ostẽditur illic, proprios huius Sacramenti ministros esse Ecclesiæ presbyteros. Quo nomine eo loco, nõ ætate seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut Episcopi, aut sacerdotes, ab ipsis recte ordinati per impositionẽ manuũ presbyterij.* Vbi cũ dicit, presbyteros esse ordinatos ab Episcopis per manuũ impositionem, aperte denotat, manuũ impositionẽ esse materiam huius ordinationis: nã si cęremonia tantum esset Ecclesiastica, nõ diceret permanuũ impositionẽ, sicut neque dicere posset per cõsecrationẽ manuũ eos ordinari. Quã de causa Concil. Carthagin. 4. c. 3. nõ dixit, presbyterũ per manuũ impositionem ordinari, sed presbyterum cũ ordinatur recipere manuũ impositionẽ ab Episcopo, & alijs sacerdotibus: loquebatur enim de manuũ impositione, quæ est solum cæremonia Ecclesiastica, vt sequente capite dicemus. Eodẽ modo loquitur c. 4. de Ordinatione diaconi: nõ enim ait, per manuũ impositionem fieri, sed cũ ordinatur Episcopũ manũ super caput illius ponere. Per presbyterij autẽ nõ intelligit Concil. cõcursum Episcoporũ, sicut apud Paul. 1. ad Timot. 4. intelligũt Græci, & alij à nobis citati disp. 236. c. 6. sed dignitatẽ Episcopi, à quo manus imponũtur sacerdotibus; nam, & Paulus loquebatur de

Luca 22.

36

Ruardus confutatur.

Materiã, & formam Sacramentorum omniũ Christus assignauit.

Cõcil. Trid.

Quæ possit decernere Ecclesia circa Sacramenta.

37

38

Cõcil. Tridẽ.

Expẽduntur Tridẽtini verba

Concil. Carthag. 4.

39

1. ad Timoth. 4.

ordinatione Timothei in Episcopum, Concilium autem de ordinatione sacerdotum.

Data autem opera dixit, ministrum Vnctionis esse sacerdotem ordinatum ab Episcopo per manuum impositionem; nō quòd putaret, hanc esse integram materiam huius ordinationis: nā recte nouerat, secundū decretū suū Eugenius, materiam esse traditionem calicis cum vino, & aqua, & patenę cum pane: sed quòd existimaret, per traditionem illam calicis cum patena non dari vllam potestatem sacerdotibus remittendi peccata, sed tantum consecrandi Eucharistiam, ac proinde neque administrandi Sacramentum Vnctionis, quo sacerdos remittit paccata, sicut etiam neque ministrandi Sacramentum Pœnitentię: cū enim in his Sacramentis actio sacerdotis sit remissio peccatorum, ad quam requiritur potestas, & hæc non detur sacerdotibus per traditionem illam calicis, & patenæ merito dixit Concilium, ministrum Sacramenti Vnctionis esse sacerdotem, non vtcumque, sed per manuum impositionem ordinatum.

40 Illatio ex posita doctrina.

Ex quo non obscure colligo, iuxta sententiam Patrum Tridentinorum, sacerdotē ordinatum, per priorem illam traditionem ad consecrandum, si manuum impositionē cum, verbis illis: *Accipe spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, &c.* non reciperet, non fore ministrum Sacramenti Vnctionis, & ab eo collatum nullius fore virtutis, & efficacitatis, sicut etiam de Sacramento Pœnitentiæ inferius dicemus: illa enim potestas remittēdi paccata, de venialibus etiā intelligitur, qualia solum remittuntur per Sacramentum Vnctionis, tametsi potestas retinendi de illis non intelligatur.

41

Neque refert, quod per Sacramētū Eucharistiæ remittūtur etiā ex opere operato venialia, vt proinde dicamus, sacerdotem hoc ipso, quòd ordinatur, & potestatem accipit ad cōsecrādū, iā eam accepisse ad remittēda venialia: nā potestas remittēdi peccata, quæ sacerdotibus cōfertur, & ipsis proprie cōuenit, est ad eā proxime remittēda, qualis est potestas absoluendi in Sacramēto Pœnitentiæ, & remittēdi in Sacramēto Vnctionis, sacerdos enim actione sua, eo ipso ꝙ Sacramentū cōficit, peccata remittit: potestas autem cōsecrādi nō est ad proxime remittendū peccata, sed ad cōficiendū Sacramētū Eucharistiæ per cōsecrationē, & cōuersionē quod postea sua virtute, nō actione sacerdotis remittit peccata. Neque vero ijs, quę diximus, obstat, quòd cum dictum fuit Apostolis Ioan 20. *Accipite Spiritum Sanctum*, iam esset ipsis concessa facultas remittendi proxime peccata per Baptismum: loquimur enim de ea potestate, quæ ita est propria sacerdotum, vt laicis nulla occasione, vel ratione conuenire possit, qualis est per Sacramentū Cōfessionis, & Vnctionis, illa autē, quæ est per Baptismum laicis etiā cōmunis est, aliquando quidē vt recte id faciant, semper autē vt factum teneat. Denique Concilium Tridentinum loco citato addidit, *Per impositionem manuū presbyterij*: per presbyteriū intelligens dignitatem Episcopalē, vt excluderet eam manuum impositionē, quæ ante consecrationē fit ab Episcopo simul, & ab alijs sacerdotibus adstantibus, quæ ad essentiam huius Sacramenti non pertinet, sicut sequente cap. dicemus.

Obiectioni obuiamitur. Ioan. 20.

42

Huic testimonio Concilij Tridentini accedere potest aliud Cōcilij Moguntini, sub Sebastiano Archiepiscopo c. 35. vbi dicitur. *In collatione Ordinum, quæ cum impositione manuū, veluti visibili signo traditur.* His enim verbis denotari videtur visibile signum, in quo hoc Sacramentum consistit, & cuius virtute datur potestas, & gratia esse manuū impositionē. Cū autē, de Ordinibus loquatur, & in diaconatu hæc manuum impositio essentialis non sit, vt disp. præcedente, docuimus, ideo de solo sacerdotio, & Episcopatu debet intelligi. Et sane ego nō satis capio, quo pacto in his locis per manuū impositionē intelligēda esset tota ordinatio, nisi illa ad substātiā ipsius pertineret.

Concilium Moguntinū

Secundò hoc idem probatur testimonio Autoris lib. quæstionum veteris, & noui Testamenti c. illo 93. nam post verba illa pręcedente capite citata, quibus docuit, cum Christus Ioan. 20. dixit Apostolis. *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* Ecclesiasticam potestatem Apostolis tradidisse, subdit. *Quia enim omnia in traditione Dominica per Spiritū Sāctū agitur, id circo cū regula eis & forma traditur huiusmodi disciplinæ dicitur, Accipite Spiritū Sāctū, &c.* Et paucis interiectis. *Inspiratio hæc quædā gratiæ est, quæ per traditionē infunditur ordinatis, per quā cōmēdatiores habeātur, vnde & Apostolus dicit ad Timotheū: Noli negligere gratiā, quæ est in te, quæ data est tibi per impositionē manuū presbyterij. Semel ergo fieri oportuit, vt de cætero traditio ista non sine dono Spiritus Sācti esse crederetur. Sicut enim in Saluatore forma data est visibiliter, vt post Baptismū Spiritus Sāctus credētibus de cætero visibiliter dari nō ambigeretur, ita & in supradicta causa forma data est in principio, vt ex eo traditioni Ecclesiasticæ Spiritus Sāctus infusus credatur.* Vbi nō solum dicit, præscriptā fuisse formam, vt idē Spiritus per illa verba daretur; sed etiā insufflationē, & inspirationem

Autor libri quæstionum veteris, & noui testamenti. Ioan. 2

illam

illam visibilem non fuisse pro reliquis institutam, sed à Christo tunc assumptam vt per illam visibilem inspirationem denotaret inuisibilem futuram in reliquis: sicut semel tantum in Baptismo Christi Spiritus Sanctus in columbæ specie descendit, vt in
44 telligeremus (inquit hic Autor) in reliquos baptizandos Baptismo Christi inuisibili modo Spiritum Sanctum descensurum.

Tertio accedit Hieronymus in illud Isaiæ 58. *Si abstuleris de medio tui catenam*, vbi explicans quid denotet, χειροτονία, sic ait. *Plerique nostrorum, idest ordinationem clericorum, quæ non solum ad imprecationem vocis, sed ad impositionem impletur manuum, ne scilicet, vt in quibusdam visimus, votis imprecatio clandestina clericos ordinet nescientes: sic intelligunt, vt assumant testimonium Pauli scribentis ad Timotheum; Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.* Et quamuis ex aliorum tantum sententia, quam certe non improbat, referat interpretationē illius nominis, tamē quod ait de ordinatione clericorum, quæ nō solū ad imprecationē vocis, sed etiā ad impositionem impletur manuū, ex proprio sensu dixit: id quod nequaquam diceret, nisi existimaret impositionē manuū, & verba quibus imponūtur, quæ ipse vocat imprecationē, sicut etiā vocat verba cōsecrationis adesse etiā ordinationis pertineret nā alioquin nō diceretur ordinatio ipsa manuū impositione impleri. Porrò autē ipsum nō posse intelligi de Episcoporū solū ordinatione, manifestū est, nā loquitur de clericorū ordinatione, & locus ille ad Timotheū de ea etiā intelligi debet: cumq; præcedente disputatione probatum fuerit, hanc manus impositionē non pertinere ad substantiā, & essentiā ordinationis diaconi, restat, vt intelligatur Hieronymus de ordinatione sacerdotū, qui inter clericos
45 dicuntur ordinari. Et quidem locum illum Pauli de ordinatione sacerdotis per manuū impositionē intellexit Leo I. in Epist. 87. quæ est ad Episcopos Africanos capite 1. non parum à principio.

Hieronymus.

Quarto idē probāt aliqui ex Ambrosio lib. de dignitate sacerdotali c. 5. aliquātulū ante finē, vbi ait. *Homo imponit manus, Deus largitur gratiā.* Quod sane non diceret, nisi Deus per illa impositionē gratiam, & dignitatē Ordinis tribueret. Hoc autē verū non esset, nisi impositio manus ad essentiā & materiam ordinationis pertineret. Verū quamuis Ambrosius ibi reuera loquatur, de impositione manuum, tamquam de instrumento, per quod Deus confert gratiam, & dignitatē Ordinis, tamē quia loquitur de Ordinatione Episcopi, nō autē sacerdotis, vt ex verbis præcedētibus liquet, de qua nūc disputamus, ideo hoc testimonio Ambrosij nostram sententiam confirmare nolumus. 46

Ambrosius male affertur pro hac sententia.

Omissis denique multis alijs testimonijs, quę mihi parum momenti habere visa sunt, ex ipsa significatione illorū verborū, *Accipe Spiritū Sanctum, quorū remiseris peccata, remittuntur eis, &c.* idem ostendā: nam, cū pro tradita iā potestate dimittendi peccata recte dici nō possent, manifeste cōficitur, per illa tūc primū eam potestatē conferri. Porrò autē pro iā collata potestate dici nō posse, probatur: nā si ante collata esset, simul cū ea ad vsum eius datus esset Spiritus Sāctus. Neq; enim licet dicere, prius dari potestatē, deinde gratiam Spiritus Sancti ad vsum illius: de eo autē quod iā alicui datū est, nō recte dicitur, *Accipe*, ergo nō recte dicet Episcopus: *Accipe Spiritū Sāctū*, Quocirca nō recte dicerētur illa verba ad explicandā potestatē iā antea datā sicut sine fundamento voluit Dominicus Sotus neq; referri possent ad tēpus, aut momētū pręteritum, in quo fuisset antea collata. Cūque nō solū Episcopus dicat: *Accipe Spiritū Sāctū*, sicut etiam dicitur diaconus sed etiā addēs illa verba: *Quorum remiseris peccata, &c.* exprimat officium peculiare sacerdotis, ad quod videtur accipere Spiritū Sāctū, quod quidē non ita exprimitur in ordinatione diaconi, sicut notauimus disput. pręcedēte c. 4. consequitur plane nihil his verbis deesse, quominus pro forma ordinationis sacerdotis ex parte esse debeant. Dixi *Ex parte*, quia cum per illa nō conferatur, nisi vna potestas, & altera per alia verba: *Accipe potestate offerendi sacrificium, &c.* non possunt esse integra forma, sed simul cum alijs vnā integram constituere sicut dixerunt Scotus, & alij pro hac opinione allegati. Hac etiam ratione probari posset, impositionem manus, quæ fit cum his verbis ad materiā huius ordinationis ex parte pertinere, ita vt cum alia, nempe, cum traditione calicis cū vino & aqua & patenę, cum pane integram constituat. Verum hoc sequente cap. fusius ostendemus. Postremo huic sententię, non parū cōgruit cęremonia, qua cū sacerdotibus post integram ordinationē vtitur Ecclesia: nā cū prius omnes accipientes casulam de manu Episcopi eā habeat vsq; ad scapulas super humeros complicatam: pendētē autē, & explicata à parte anteriori & sic eam retineant, post acceptam etiam potestatem sacrificium offerendi: atque ita 47

Ex significatione illorum verborum *Accipe Spiritū &c.* confirmat Autor suam opinionē.

ſimul cũ Epiſcopo conſecrent, tamẽ ſtatim poſt acceptum Spiritum Sanctũ ad remittẽda peccata, quod fit poſt cõmunionẽ, Epiſcopus ſingulis, ſicut poteſtatem tradiderat remittendi peccata, explicat caſſulã, quam vnuſquiſque complicatam habebat, dicens: *Stola innocentiæ induat te Dominus*, Qua profecto ceremonia illud denotat Eccleſia, ſacerdotem vtramque iã poteſtatem ſacerdotij ac proinde integrum ſacerdotium accepiſſe, quod illuc vſque integrum non acceperat. Poſſet quidem ad hæc omnia aliquis reſpondere, in traditione calicis, & patenæ cũ verbis illis: *Accipe poteſtatem offerẽdi ſacrificium*, conferri poteſtatẽ, & characterẽ ad abſoluendũ à peccatis; impeditã tamen ad hũc effectũ, per illa autem verba: *Accipe Spiritũ ſãctũ*, hoc impedimentũ auferri, & manere poteſtatẽ expeditã ad ſuũ effectũ. Verũ præterquã quòd per illa verba: *Accipe poteſtatẽ offerendi, &c.* & per traditionẽ calicis cum patena, nullo modo denotatur collatio talis poteſtatis: hoc nõ minus cõmẽtitũ eſſet, quã id, quod præcedente capite impugnauimus contra Capreolum, qui dicebat, Apoſtolos ſimul vtramque poteſtatẽ accepiſſe, ſed hãc poſteriorẽ impeditã vſque ad tẽpus poſt Reſurrectionẽ, ſi quidem de tali impedimento nobis conſtare nõ poteſt. Adde, quod ſi tale eſſet impedimẽtũ, vt abſolutio facta à ſacerdote, qui nõ recepiſſet manuũ impoſitionẽ cũ verbis illis: *Accipe Spiritũ ſãctũ*, nulla eſſet, nullum aliud eſſe poſſet, niſi defectus materiæ debitè applicatæ, hæc autem nõ debet applicari ab Epiſcopo ordinãte, ſed à proprio paſtore, & ad hoc nõ fũt neceſſaria illa verba, ac proinde fruſtra ab Epiſcopo ad hunc effectum dicerentur.

48

Conſectatium.

Ex dictis ſequitur, ſi quis ſolũ ſacerdos ordinaretur per traditionem illam calicis, & patenæ, non autem reciperet manuum impoſitionem ab Epiſcopo cum illis verbis: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* fore, vt non poſſet vllo modo abſoluere à peccatis, quãtumuis in parochũ eligeretur, aut aliunde ei iuriſdictio in aliquem ab Epiſcopo, aut etiãm à Pontifice cõcederetur. Inquo deceptiv idẽtur Sotus art. 4. citato, docẽs oppoſitum, eoquod exiſtimat in illa traditione calicis poteſtatem etiã abſoluendi ſacerdoti conferri, & Paludanus in 4 d. 25. q1.. art. 2. num. 7. cum aſſerit, fore, vt ſacerdos ordinatus ſine manuum impoſitione, & verbis illis, licet nõ haberet poteſtatẽ iure Diuino abſoluẽdi à peccatis, habere tamẽ poſſet eã ex cõmiſſione ſũmi Põtificis, cuius ſentẽtia hãc in parte merito nõ probitur Dominico Soto, neque vllã ſpeciẽ probabilitatis habet. Nã poteſtas actiua abſoluendi à peccatis à ſolo Deo conferri poteſt per Ordinationis Sacramentũ, & illã Pontifex ſummus vllo modo ſupplere nequit, & hanc ego voco actiuam iuriſdictionem, quaſi actiuam poteſtatẽ ius dicendi circa peccata, In poteſtate autem Pontificis ſummi, & aliorum paſtorum, ſolum eſt huic poteſtati abſoluendi ſubijcere debitam materiam, vt in illã ſacerdos operari poſsit, ſi tamẽ talis actiua iuriſdictio à Deo in ordinatione nõ conferretur, eo quod neq; manus imponerẽtur, neque dicerẽtur illa verba, fruſtra ei talis materia ſubijceretur: nã ratione poteſtatis conſecrandi in illam operari non poſſet remiſsionem peccatorum. Huius enim poteſtatis materia, in quam operari poteſt, ſolum eſt panis, & vinum.

49

Sotus, & Paludanus refellũtur.

Obiecta contra hanc noſtram ſententiam diluuntur.

CAPVT VI.

QVOD Supereſt, in hoc capitẽ diſſoluamus ea, quæ pro alijs ſententijs adducta cõtra noſtrã eſſe videntur: id quod ex doctrina præmiſſa operoſum ſane nõ erit. Primo quidẽ, ad rationẽ Bonauenturæ cap. 2. adductã ad probandũ, ſolam manuũ impoſitionẽ pertinere ad materiam ordinationis ſacerdotũ, & verba illi reſpõdentia ad formã, dico primũ nõ eſſe in vniuerſum illud verũ, quod aſſumit ad id probandũ, nempe, ſolam illam rem, & verba, per quæ denotatur potiſsima actio Ordinis, ad materiam, & formam ordinationis pertinere, tametſi in aliquibus ordinationibus verum ſit, & ita in ordinatione presbyteri, ſeu ſacerdotis per duas materias, & formas duas poteſtates tradi, vt ſupra explicatum eſt. Deinde reſpondeo: quamuis id, quod aſſumpſit Bonauẽtura verum eſſet, fore, vt ſuam ſententiam non confirmaret: nam quamuis manus ſit organũ organorũ, & ita impoſitio manuum ſecundùm eſſe naturæ nobilior videatur, quàm calicis traditio, non proinde ſequitur, per eam denotari nobiliorem actionẽ ſacerdotis: nam ſola manus impoſitio ſine verbis non denotat poteſtatem, quæ confertur, ſed cũ illis: atqui cũ illis denotat poteſtatem abſoluendi à peccatis, quæ nõ eſt perfectior, quàm poteſtas conſecrandi, quæ deno-

50

Ad rationem Bonauent.

51

denotatur per traditionem illam calicis, & patenę, & per verba illi reſpõdẽtia, ſed è cõtrario: ergo ſi quid ex principio, quod aſſumit S. Bonauent. probaretur, illud eſſet, totam ordinationem ſola traditione illa calicis, & patenę, cũ verbis ei reſpondentibus ſine impoſitione manuum, & ſine verbis illis: *Accipe Spiritum Sanctum*, cõpleri, ſicut Ruardus, & alij Autores tertiæ ſententiæ contendunt.

Concilĩ Carthaginenſe allatum à Petro Soto explicatur 52

Quod vero adducit Petrus de Soto ex Concilio Carthaginenſi ad idem probãdũ, multo minoris momenti eſt: nam vt præcedente capite oſtendimus, Concilium illud nõ loquitur de ea manuũ impoſitione, quæ fit à ſolo Epiſcopo cum illis verbis: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* de qua inter Doctores fuit controuerſia, ſed de alia priori, quę fit ante traditionem calicis, non ſolũ ab Epiſcopo, ſed à ſacerdotibus aſſtantibus abſque vllis verbis, quę ſine controuerſia vlla ad materiam non pertinet, cum nullam habeat formã reſpondentẽ ſibi, & fiat etiam à ſacerdotibus, qui non poſſunt ordinare: atque vt ibidem notaui, inſtitutum illius Concilij nõ fuit aſsignare materiam, & formã in ordinationibus, ſed aliquas ſolum cęremonias, quæ in illis ſeruantur. Et ſane oportebat, Petrum de Soto meminiſſe etiam decreti Eugenij IIII. cuius notitiã habere non potuit Bonauentura, ne reijceret à materia, & forma ordinationis ſacerdotis id, quod Eugenius expreſſe aſsignauit, ſed potius ſi de impoſitione manuũ facta à ſolo Epiſcopo iudicaret ad materiã pertinere, & verba, cum quibus fit, ad formã, nõ reijceret priorẽ, ſed hæc etiã illi adderet, ſicut Sotus, & alij, quorũ ſententiam nos ſequuti ſumus: & hactenus reſpondimus ad rationes primæ opinionis. Pro ſecũda autẽ nullam adduximus, atque vt ibidem notaui, nõ video, quę alia adduci poſſit prętereas, quę pro prima allatæ ſunt.

Terſiæ ſententiæ rationes diſſoluuntur. 53

Iam vero rationes tertiæ ſententiæ, quæ maiorem præſeferũt difficultatẽ, diſſoluamus: & primũ quidẽ fundamentũ cõmune, quo plerique Autores illius nituntur, hoc loco conuellere neceſſe non eſt, eo quod eodẽ prorſus modo ad rationẽ ex illo deſumptã reſpondendũ ſit, quo ad rationem Bonauẽturæ pro prima opinione reſpõdimus. Hoc igitur omiſſo, ad teſtimoniũ allatum à Soto pro eadẽ opinione ex decreto Eugenij IIII. reſpondeo, Eugeniũ quidẽ in illo §. nõ aſsignaſſe pro ſacerdotio aliã materiã, niſi traditionẽ calicis cũ vino, & aqua, & patenę cum pane, neq; aliã formã niſi verba illa: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, &c.* ob id tamen non negaſſe, impoſitionẽ manuum ad materiã, & verba illa: *Accipe Spiritũ Sanctũ, &c.* etiam pertinere, neq; enim inſtitutũ illius erat, hæc omnia exacte deſignare, & ſigillatim recẽſere, cũ pro alijs omnibus Ordinibus ea nõ aſsignauerit, ſed ſolũ dixerit, *Prout in Pontificali Romano late continetur.* 54

Secunda ratio Soti diluitur.

Ad primã autẽ rationẽ, quæ erat Soti reſpõdeo, etiã ſi prẽter traditionẽ illã calicis, & patenę & verba, quibus fit, aſsignetur manuũ impoſitio pro materia, & verba, quibus imponũtur, pro forma, nõ proinde ſequi, poteſtatẽ cõſecrãdi nõ conferri vſq; adeam manuũ impoſitionẽ, quia cũ ſit duplex materia, & forma duplex, & prioris ſignificatio ex ſignificatione poſterioris nõ pẽdeat, prior ſuũ effectũ habet, antequam poſterior adhibeatur, ſicut etiã accidit in cõſecratione corporis Chriſti, quę ſua materia, & forma completur, antequã ſanguis cõſecretur, & forma, & materia huius cõſecrationis adhibeatur. Neq; etiã ſequi, duos cõferri characteres per has duas materias, & formas ordinationis ſacerdotis, ſicut etiã nõ cõferũtur per ordinationem ſacerdotis, & Epiſcopi, vt ſequẽte diſputatione videbimus: nã vt diuerſi characteres in Ordinationibus imprimãtur, opus eſt, vt vnus aliũ neceſſario nõ ſupponat, ſicut ibi etiã dicemus. Quare cũ poteſtas abſoluẽdi neceſſario requirat poteſtatẽ cõſecrãdi, tãquã priorem: ita vt ſi quis facto ipſo poſteriorẽ ſine priori alicui cõferre velit, nihil efficeret, ſequitur, per has diuerſas formas, & materias nõ imprimi diuerſos characteres. Et ſane cũ Dominicus Sotus in 4. d. 20. q. 1. art. 2. poſt 3. con. cõcedat pro Epiſcopatu ſuã formã, & materiã diſtinctã à forma, & materia ſacerdotij, & dicat, nõ imprimi per illã characterẽ diuerſum à characterę ſacerdotis, ſed eũdem, qui ſacerdoti fuerat impreſſus, extẽdi, quinimo aſſerat, in Apoſtolis ita factum eſſe, vt character impreſſus in cœna ad cõſecrandum fuerit extẽſus poſt Reſurrectionẽ, quãdo illis Chriſtus cõtulit poteſtatẽ ad abſoluẽdũ, neſcio, quo pacto d. 24. q. 1. ar. 4. citato cõtẽdat, in alijs ſacerdotibus characterẽ ſemel collatũ in traditione illa calicis, & patenę extẽdi nõ poſſe per impoſitionẽ manuum, & verba illa: *Accipe Spiritũ Sanctũ, &c.* neq; ſimilẽ eſſe rationem in extẽſione characteris ad poteſtatẽ piſcopalem, & ad abſoluendum: quod enim ait, ſimpliem ſacerdotem non habere poteſtatem Epiſcopi, quę eſt ad alios ordinandos, antequam conſecretur Epiſcopus, verum quidem eſt. Quod vero ſubdit, ſacerdotem, 55

Poteſtas conſecrandi ante vltimam manuum impoſitionẽ confertur.

Eugenij IIII. ſententia Autoris non aduerſatur.

tradita priori poteſtate per traditionem illam calicis, & patenæ, etiam ſi poſtea manus ab Epiſcopo ei non imponantur cũ verbis illis: *Accipe Spiritum Sanctum*, manere cũ poteſtate abſoluendi, ita vt ſi ei iuriſdictio concedatur, abſoluere poſsit, falſum exiſtimo, vt ſupra oſtẽdi, & in eo aſſumit id, quo ipſi probandũ erat: cumque aſſerat ille, Apoſtolis in cœna non fuiſſe traditam poteſtatẽ abſoluẽdi, ſed poſtea, & tũc illis characterẽ extenſum fuiſſe, neſcio, qua ratione idẽ de ſacerdotibus, qui nunc ordinantur, non cenſeat.

Quæſitum an character impreſſus ſacerdotibus, per præcedentẽ traditionẽ per manuũ impoſitionẽ extendatur.

56 Iam vero quæret aliquis, vtrũ iuxta noſtrã ſententiam character qui ſacerdotibus imprimitur in traditione illa calicis, & patenę, ſaltem extendatur per impoſitionẽ manuum, & verba illa: *Accipe Spiritum Sãctũ, &c.* tametſi diuerſus non imprimatur character, vt diximus. Reſpõdeo, iuxta diuerſas ſententias de charactere diuerſo modo philoſophandum eſſe, nã ſi character eſt in ſpecie naturalis potentię, vt cẽſet Dominic. Sotus, & alij, quos allegauimus to. 2. diſput. 134. cap. 3. neceſſario dicendũ eſt, fieri extenſionem eiuſdẽ characteris, qui antea ad conſecrandũ fuerat impreſſus, ſicut 1. 2. diſput. 80. cap. 3. notauimus, habitum adquiſitum circa primã concluſionem alicuius ſcientię extendi circa alias, & habitum diſtinctum non adquiri: eſt enim eadẽ prorſus ratio: nam ſicut ideo habitus diſtinctus circa poſteriores nõ adquiritur, ſed præcedens extenditur, quia ſcientia poſterioris concluſionis neceſſario, & eſſentialiter poſtulat, vt priorem, ſcientiam circa priores concluſiones: eadem ratione character impreſſus ad conſecrandum extendi deberet ad abſoluendũ à peccatis, & non produci diſtinctus, quia poteſtas abſoludi poſtulat eſſentialiter, vt priorẽ & veluti fũdamẽtũ poteſtatẽ conſecrandi.

Varie iuxta varias ſententias quæſito huic fit ſatis.

Verum quia, vt diximus in ea quęſtione, character non poteſt eſſe in ſpecie naturalis potentiæ, neque principium operãdi, ac proinde debeat eſſe in ſpecie habitus, & diſpoſitionis, non ad aliud, hoc eſt, ad operationem, ſed ad ſe, hoc eſt, qua ſubiectum bene ſe habeat: ideo exiſtimo, neceſſarium non eſſe diſtinctum characterem per impoſitionem manuum, & verba illa: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* produci, neque eundem extẽdi, ſed ſatis eſſe ei, qui talẽ characterẽ habet, & priorem poteſtatem, nempe conſecrandi ei annexam, conferri aliam ad abſoluendũ, hæc autẽ poteſtas, ſicut & prior, ſupra characterẽ nihil aliud addit niſi rela-

Iuxta ſua principia Reſpondet Autor.

57 tionem deſtinationis Diuinæ ad hoc, aut illud miniſterium, quę eſt extrinſeca denominatio, ac proinde in re denominata relatio rationis ex fundamento reali; tamquam à forma extrinſeca prouenientis, ſicut in alijs etiam accidit. 58

At quærat aliquis, vtrum dicatur Ordo presbyteratus, & ſacerdotij dari per partes, an alio modo, cum dicamus vtramque illius poteſtatẽ non ſimul cõferri, ſed ſucceſsiuè, & eſſe duas materias, & duas formas huius Sacramenti, quas vocant partiales Armacanus cap. illo 15. lib. 11. de quæſtionibus Armeniorum, incommodum putat aſſerere, ſacerdotiũ per partes cõferri, & ideo cenſet Apoſtolis ſimul vtramque poteſtatẽ traditam eſſe, ne per partes ſacerdotium illis duretur: Vvaldenſis vero tomo 3. qui eſt de Sacramentalibus, cap. 65. nu. 8. inquit, timuiſſe Armacanum, vbi timendum nõ erat: quia licet illas poteſtates cõcederet traditas fuiſſe Apoſtolis diuiſim, non cogeretur aſſerere, per partes collatum fuiſſe illis ſacerdotium, ſed eos creuiſſe in ſacaerdotij poteſtate, ſicut creſcit infans, qui tamen nõ dicitur per partes humanitatẽ, & naturã ſuã accipere. Verum neque Vvaldenſis timere debuit cõcedere, ſacerdotes per partes accipere ſacerdotium ſuum, ſiquidem vnã poteſtatẽ prius, & alteram poſterius accipiũt, & duplex eſt forma, & duplex materia pro hoc Sacramento, quorũ vna poſt alterã applicatur: de charactere autẽ nõ eſt opus cõcedere per partes cõferri, vt patet ex dictis.

Reſponſio Armacani

Vvaldenſis

Ad ſecundam rationem Maioris quorũdam reſpõſio.

Confutatur huiuſmodi reſponſio.

59 Ad ſecundam rationem, quę erat Maioris deſumpta ex cap. *Presbyter, De Sacramẽtis non iterandis*, primò reſpõdẽt aliqui, cũ inquit Põtifex, manuũ impoſitionẽ in ordinatione diaconi, & presbyteri eſſe ritum ab Apoſtolis introductũ, nõ eſſe ita accipiẽdũ, quaſi Apoſtoli hunc ritũ inſtituerint, ſed quia ipſi primi cęperũt illũ vſurpare in ordinationibus, nã ordinatio à Chriſto facta in Apoſtolis hoc ritu facta nõ legitur. Hęc tamẽ interpretatio extorta mihi videtur, nã ſi ea dũtaxat ratione hic ritus diceretur ab Apoſtolis introductus, quia ipſi primi eo cęperũt vti, eadẽ ratione dici poſſet Sacramẽtũ Cõfirmationis, extremæ Vnctionis, & Pœnitentię ab ipſis introductũ, quia ipſi primi illud miniſtrare cęperũt, neq; enim Chriſtus miniſtrauit aliud, niſi Sacramentũ Baptiſmi, Euchariſtię, & Ordinationis, atqui illud dici nõ poteſt, ergo prędicta interpretatio probanda non eſt.

Chriſtus Euchariſtiæ, Baptiſmi, & Pœnitẽtiæ Sacramentũ tantũ miniſtrauit.

Deinde ante 28. annos dum iunior eſſem, ego ſic reſpondere ſolebam, & in hac re philo-

philoſophari, vt verbá illá: *Accipe Spiritum ſanctum, &c.* ad formam huius Sacramenti eſſentialiter quidem pertinerent, vt ſupra probatum eſt: ac proinde poteſtas diſtincta à precedente per illá conferretur; nullá tamen peculiarem materiam ſibi poſtularét, ſed ad priorem dumtaxat relata operarentur, & prior illa materia pro toto hoc Sacramento ſufficeret. Quæ ſane ſententia alijs etiam poſtea non parum placuit, mihi tamen iam diu nequaquam probari potuit: nam in quocumque Sacramento, in quo plures formas verborum, quas partiales vocát, aſſignamus, plures etiam materias conſtituimus, ſicut patet in Euchariſtia, vt ſingula ſingulis accómodétur. Neque enim diuerſæ formæ verború, quæ diuerſa omnino ſignificant, eidé rei vſurpatę pro materia accómodari, & ſeruire queunt: id quod in preſenti non minus perſpicue apparet. Nam, cú verbis illis: *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* denotetur poteſtas abſoluendi à peccatis, & ad hanc denotandam, non concurrat, neque apta ſit, vt concurrat traditio illa calicis, & patenæ, certe non video, quomodo hęc verba operari poſſint relata ad priorem materiam, ſed ſola ſua virtute, niſi ea dumtaxat ratione, quia per priorem materiam cú alia forma data fuerit prior poteſtas, quę eſt fundamentú neceſſarium, ſine quo poſterior dari non poſſet. Hac tamen ratione poſterior ſola forma verborum operaretur gratiam in ſacerdotibus: & cóferret poteſtatem abſoluendi, quod ſingulare ſane eſſet in Sacramentis.

Quid Autor. olim & plures recent. cum eo reſpon derint.

60

Poſtremo igitur facilius multo diſſolui poteſt prædictú argumentú, ſi recte expendamus ritú ordinandi ſacerdotes, quo vtitur Eccleſia, prout in Pontificali Romano cótinetur. Eſt enim, vt ſuperiori etiá capite notaui, duplex manuú impoſitio in prædicta ordinatione: altera, quæ fit ab Epiſcopo, & à ſacerdotibus aſſiſtantibus ante conſecrationé Euchariſtiæ, nullis prorſus verbis adhibitis, ſed omnibus ſilentibus, de qua loquitur Concilium Carthaginenſe 4. cap. illo 3. vt ſupra notari, nulla de alia facta mętione, & hác Patres illius Concilij cóparant cú ea, quæ fit à ſolo Epiſcopo in ordinatione diaconi, de qua ſermo ſit in eodé Concilio cap. 4. & vtramque puto eſſe ritú ſolú Eccleſiaſticum, ab Apoſtolis introductú (Ná, & diaconos ſeptem priores hac manuú impoſitione elegiſſe dicuntur) & nó pertinere ad eſſentialé materiá vllius Ordinationis. Atque de hac intelligendú cenſeo cap. illud, *presbyter*: quá merito præcipit ſuppleri, cú fuerit omiſſa, nullá alia cęremonia repetitá ex his, quæ adhibitæ fuerint in ordinatione ſacerdotis. Altera vero eſt, quæ fit à ſolo Epiſcopo poſt cómunionę, adhibitis illis verbis: *Accipe ſpiritú ſanctum, &c.* Et de hac hucuſque probauimus, ad eſſentialę materiam huius Ordinationis pertinere: quo circa, & de ea caput illud nó eſſe intelligędú, mihi habeo perſuaſum: neque enim opus eſt, vt de omni impoſitione loquatur, ſed cúm loquatur de ea, quæ adhibetur in ordinatione diaconi, & presbyteri, & nó conſtet loqui de vtraque, quæ fit in ordinatione presbyteri, recte poſſumus interpretari caput de ea, quá Concilíú Carthaginenſe comparat cum illa, quæ fit in ordinatione diaconi, de qua, ni fallor, conſultus videtur Pontifex, quamuis integra decretalis non habeatur, ex qua id colligere poſſemus.

61

Que manuú impoſitio adeſt ſentiá Sacramenti ordinationis pertineat.

Ad tertiam rationem, quę erat eiuſdé Maioris, reſpondeo: ſatis nobis eſſe, hanc cęremoniam impoſitionis manuum, quam diximus ad eſſentialem materiá Ordinationis ſacerdotis pertinere, cótineri in Pontificali Romano, & in eo ſemper fuiſſe, tametſi in aliquibus alijs aliarum Eccleſiarú non fuerit, ſi verum eſt, quod teſtatur Maior, quemadmodum diſput. 238. c. 4. diximus, traditionem libri Euangeliorum eſſe materiam diaconatus, & hanc cóntineri in Pontificali Romano, & ſemper in eo fuiſſe, neq; quidquam obeſſe, quod in Eccleſia Anicienſi, vt teſtatur Durandus, talis traditio nó fuerit; regula enim in his rebus Eccleſia Romana, non autem vlla alia eſſe debet.

Tertiæ rationis ſolutio.

61

Efficax eiuſdé argumenti ſolutio.

Conc. Carthag.

61

An Epiſcopatus ſit Ordo in Sacramentum à Chriſto inſtitutus. Diſp 240.

Epiſcopatum iure Diuino à ſacerdotio non differre, ac proinde eius Ordinationem, non eſſe Sacramentum, nonnulli hæretici, & catholici ſenſerunt. Cap. 1.

Epiſcopatum à Chriſto fuiſſe inſtitutum, nihilominus neque eſſe Ordinem, neque Sacramentú, Scholaſtici non pauci aſſeuerant. Cap. 2.

Epiſcopatum à Chriſto eſſe inſtitutum, prior pars veræ ſententiæ eſt. Cap. 3.

Epiſcopatum Ordinem, & Sacramentum eſſe, poſterior pars veræ ſententiæ eſt. Cap. 4.

Diluuntur rationes capite ſecundo pro priori ſententia allatæ. Cap. 5.

Epiſcopatum iure Diuino à ſacerdotio non differre, ac proinde eius ordinationem non eſſe Sacramentum, nonulli hæretici, imo & catholici ſenſerunt.

CAPVT I.

IN Præſente Controuerſia non ſolum inueſtigandum nobis eſt, vtrum conſecratio Epiſcopi ſit Sacramentum à Chriſto inſtitutum ad conferendam gratiam ordinato, an ſolo iure humano à ſacerdotis Ordine defferat, ſed etiam, vtrum Epiſcopatus ſit Ordo à ſacerdotio diſtinctus, an non: quæ duo longe diuerſa ſunt, vt inferius patebit, quamuis alicui fortaſſe idem omnino eſſe videatur. Primum autem an ſit Sacramentũ, & iure Diuino à ſacerdotis Ordinatione differat, diſcutiendum eſt: hinc enim facile alterum colligere licebit. Per antiqua in Eccleſia Dei hæreſis fuit, Epiſcopum à presbytero, ſeu ſacerdote nulla differentia deſcerni, cuius Autor ẽ nullũ priorẽ, & antiquiorem fuiſſe legimus, quã Aeriũ, cui illam tribuunt Epiphanius aduerſus hæreſes, hæreſi 75. & Auguſt. lib. de hæreſibus cap. 53. tametſi Philaſtrius in ſuo lib. de hæreſibus cap. de hæreſibus Aerij, hunc errorem non commemoret. Is igitur, cum contenderet cum Euſtathio condiſcipulo ſuo de Epiſcopatu, neque illum obtinere potuiſſet, quin potius Euſtathius ipſũ fuiſſet prælatus, ſpiritu inuidiæ exagitatus, in hæreſim Arianã omnino declinauit, atque vt prædicti Patres teſtantur, ei propria quoque dogmata, & errores addidit. Inter quę tertiũ erat, Epiſcopum à presbytero nulla differentia diſcerni, atque, vt recitat Epiphanius, de Epiſcopatu, & ſacerdotio ita loquebatur. *Quid eſt Epiſcopus ad presbyterum? nihil differt hic ab illo, vnus enim eſt Ordo, & vnus honor, & vna dignitas. Imponit manus Epiſcopus, ita etiam presbyter, labacrum dat Epiſcopus, ſimiliter & presbyter, diſpenſationem cultus Diuini facit Epiſcopus, presbyter ſimiliter, ſedet Epiſcopus in throno, ſedet etiã presbyter.* Hunc errorẽ poſtea ſequutos fuiſſe, & docuiſſe Vvaldenſes, ſeu pauperes de Lugduno teſtatur Alphonſus de Caſtro, lib. aduerſus hæreſes, verbo, *Epiſcopus*, parum à principio, Albertus Pighius lib. 2. hierarchiæ Eccleſiaſticæ cap. 10. & Gabriel Prateolus in Elencho hæreſum, verbo, *Pauperes de Lugduno*, errore 24. & Michael Medina lib. 1. de ſacrorum hominum continẽtia capite 5.

Verum ex quo antiquiore Scriptore hoc deprompſerint, ego non vidi. Si autem credimus Guidoni Carmelitano, qui ante ducentos annos ſcripſit, prędicti hæretici hunc errorem non docuerunt, ſed alij, qui decimo quarto loco ab eo in hunc modum refertur: *Dicunt, tantum tres Ordines, in Eccleſia eſſe, videlicet diaconatum, presbyterium, & Epiſcopatum, quos aſſerunt ab ipſis dependere, non autem à Deo, neque à Romana Eccleſia.* Ex quo conſtat, ipſos potius contrarium indicaſſe, cũ inter tres Ordines, quos tantum volunt eſſe in Eccleſia, numerent Epiſcopatum à ſacerdotio diuerſum. Errarũt tamẽ tum in eo, quod hos tantum Ordines admittebant, tum etiam, quod dicebant, eos nõ ab Eccleſia, neque à Deo ſed ab ipſis dumtaxat pendere, ſic enim ex Diuina, imo ex Eccleſiaſtica inſtitutione eſſe negabãt. Pro hoc igitur errore exiſtimo Alphonſum de Caſtro, & Gabrielem Prateolum, & cæteros Doctores allegatos ad unum, quem retulimus ex Aerio his hæreticis adſcripſiſſe. At Sanderus libro 7. de viſibili monarchia hæreſi 150. ſubtitulo de Ordinibus Eccleſiaſticis, eodem certe modo, quo Guido, eundẽ errorem tribuit Vvaldenſibus: profitetur enim ſe errores horum hæreticorũ ex hoc Autore, & ex Antonino deſumpturum. Antoninus vero paucos quidem refert 4. parte Theologię titulo 11. cap. 7. §. 2. & inter eos hunc non connumerat.

Eundem errorem poſtea docuiſſe Marſilium de Menandrino, dictum Patauinum, vulgari autem lingua *De Padua*, docent Bernardus Lutzemburgenſis in catalogo hæreticorum, Alphonſus de Caſtro loco citato, Sanderus lib. 7. de viſibili monarchia Eccleſ. hæreſ. 166. Gabr. Prateolus in Elencho hæreſum, verbo: *Marſilius*, & his antiquior Aluarus Pelagius, lib. 1. de planctu Eccleſiæ art. 68. poſt medium §. *Rurſus ille tam impius*, qui eadem ętate ſcripſit, qua Marſilius ille Ludouico Bauariæ Duci pro Petro de Coruaria Antipapa, contra Ioannem XXII. adhæſit, & cum alijs Theologis docuit, Chriſtum, & Apoſtolos nihil habuiſſe in ſpeciali, autin communi, ut, vt ego exiſtimo, occaſione huius ſchiſmatis, & prioris erroris intimo odio in Pontificem commotus, hũc etiam, & alios cõtra ipſum publice

Aerij hæreſis.

Epiphan. Auguſt.

Aerius ob repulſam, quam in Epiſcopatus ambitione paſſus fuerat docuit errorẽ hunc.

Caſtro. Pighius. Prateolus. Medina.

Guido.

Vualdenſes. Aerio non conſentiunt.

3 In quo errarẽ Vualdenſes.

Sanderus.

Aerij errore infectus eſt Marſilius de Padua. Marſil. de Padua. Bern. Lutzẽ. Caſtro. Sanderus. Aluarus Pelagius. Ioannes Vaſſeus.

4

publice docere non dubitauit. Postremò denique nō minus aperte in eodem errore fuit Ioannes Vvicleffus, vt constat ex Vvillelmo Vvidefordo in libro, ad versus ipsū, vbi subtituto errorū Ioannis contra sacramētum Ordinis, vltimo loco eum refert his verbis. *Tempore Pauli sufficiebant Ecclesiæ duo Ordines clericorum, sacerdos videlicet, & diaconus, quia certum videtur, quod superbia Cæsarea alios gradus adinuenit.* Eundem errorem memorat Thomas Vvaldensis, tom. 1. doctrinalis fidei: lib. 2. art. 3. cap. 60. ex eodem Vvicleffo, in libro de Ecclesia, & membris eius, cap. 6. & in lib. 1. trialogi, cap. 16. vbi addit Vvicleffus, tempore Apostoli idem fuisse presbyterum, & Episcopum, intelligit autem, non tantum nomine, sed re, & auctoritate, & potestate, vt rectè ibidem contra ipsum obseruauit Vvaldensis. Eundem errorem tribuit hic Auror eidem Vvicleffo, in 2. tomo, qui est de Sacramentis, c. 17. atque vt narrat capite illo 60. Vvicleffus eadem occasione, qua AErius in hunc errorem incidisse videtur, quod nimirum, cum primum ambierit Episcopatū Vigorniensem, illum nō fuerit assecutus, sic enim tristitia affectus, id quod concupierat, odisse cœpit, Deniq; Alphonsus de Castro, loco citato cēset, eandem hęresim docuisse Lutherum, li. cui titulus est, *Contra falsa nomina statutum Ecclesiæ.* Vbi Episcopos vocat indoctos laruas Papales: & ideo inquit eorum regimen delendum esse.

Vvicleff. Vvaldensis. Vvid for. 5

Vvicleffus eadem occasione, qua AErius in hunc errorem incidit.

Verùm cum hic hæreticus in lib. de captiuitate Babilonica asserat, omnes baptizatos ęqualiter esse sacerdotes, ac proinde Ordinem sacerdotalem èmedio tollere videatur, in quo etiam conuenit Vvicleffus, vt vidimus, disp. 235. cap. 1. hi profecto duo heretici aliter hunc errorem, quam alij tradidisse videtur. Nam cæteri admittentes Ordinem sacerdotij iure Diuino institum, nullum discrimen inter sacerdotes, & Episcopos esse voluerunt; alii vero non admittentes sacerdotium, prout à Christo traditum habet Ecclesia, discrimen quoque omne inter Episcopos, & sacerdotes negauerunt. Et quamuis catholici aliqui etiā senserint, iure saltem Diuino nullam inter Episcopos, & sacerdotes differentiam esse, vt statim videbimus, id quod manifeste Ecclesiæ definitioni, post Concilium Tridentinum aduersatur, vt sine nota hæresis defendi non possit; tamen longè aliter prædicti hæretici errorem iamdiu in Ecclesia à Patribus damnatum docuerunt, vt rectè obseruauit Dominicus Sotus, in 4. d. 24. q. 2. art. 2. §. *Duo sunt sensus, &c.* Nam illi ita omne discrimen inter Episcopos, & sacerdotes abstulerunt, vt assererent, immerito iure humano distingui, & vnum alteri præferri, sed omnes in æquali dignitate constitutos esse debere. Catholici verò solum discrimen, quod esset Diuino iure, negarunt, & omne aliud ad Ecclesiæ constitutionem reduxerunt. Et de Vvicleffo hic sensus manifeste constat ex verbis recitatis, cum inquit, superbiam Cæsaream hos gradus diuersos inuenisse, in quo reprehendit Ecclesiam, quod eos tanquam diuersos introduxerit, cum sacerdotes omnino æquales esse deberent. Idēque sensisse AErium, & alios omnes hæreticos memoratos, verisimile est: præsertim vero de AErio id crediderim, eo quòd eadē occasione, qua Vbicleffus, in hanc hæresim fuerit prolapsus, videlicet, quòd ad Episcopatum, quem summopere desiderauerat, & ambierat, peruenire non potuerit.

6

Sotus.

7

Quo circa existimo, plane lapsum fuisse Michaelem Medinam, lib. 1. de sacrorum hominum continentia, capite, illo 5. §. *Atque ita*; cum censet, prædictos hæreticos, AErium, Vvaldenses, & Vvicleffum idem omnino sensisse, quod Hieronymus, & alij etiam catholici postea docuerunt: atq; obseruationem Dominici Soti, quam memorauimus, inanem esse, autumat. Et primum quidem, ipsum lapsum fuisse, cum memoratum errorem tribuit Vvaldensibus, iam supra monstrauimus. Deinde non minus deceptū fuisse quod putauit, obseruationē Soti inanem esse, ex dictis per spicue constat, vidimus enim paulò ante, Vvicleffum sensisse, superbia Cæsarea hanc dignitatum differentiam adinuentam fuisse. Ex quo colligitur, ipsum ita voluisse, discrimen inter Episcopos, & sacerdotes èmedio tollere, vt neque iure humano Ecclesiæ aliquod rectè constitui posset. Idemque sensisse alios hęreticos, non obscure ex dictis colligitur.

Michael medina eādem omnino sententiam Hieronymo, & Hæreticis tribuēs refellitur.

Cæterum videamus fundamentum Michaelis, & ipsum manifeste conuincamus. Heretici (inquit) non sunt ita cæci, vt auctoritatem Episcoporum, & sacerdotum humano iure distare nesciant. Quin etiam ius humanum aut Ecclesiasticum non memorant, neque curant, sed Diuinum. Neque quisquam hęreticus censendus est, quòd iuri humano cuiquam contradicat, sed quod iuri Diuino, aut Scripturæ aduersetur. Atque hinc inferre videtur, prædictos hæreticos non errasse, quod discrimē inter Episcopos, & sacerdotes iure huma-

Fundamētū Michaelis Medinæ. 8

no conſtitutum, ſed Diuino auferre molirentur. Addit præterea, Vvicleffum Hieronymi authoritate vſum fuiſſe, ac proinde idem penitus cum eo ſenſiſſe. Denique idē de Aerio probat, quòd teſte Epiphanio hæreſi illa 75. ſuum errorem ex eo confirmet, quòd Apoſtolus presbyteris, & diaconis, non autem Epiſcopis ſcribat, quaſi dicat, nullam mentionem faciens Epiſcoporum.

Infirmatur fundamentum Medinæ.

Verùm, quam ſit infirmum fundamentum Michaelis, iam oſtendo. Primùm quidem fatemur, hæreticos rectè nouiſſe, iure humano Eccleſiæ conſtitutam fuiſſe differentiā inter Epiſcopos, & ſacerdotes, & Epiſcopos ſacerdotibus fuiſſe prælatos, neque in eo erraſſe, quòd hanc differentiam negarent, ſed quòd aſſererent, non ſolum iure Diuino nullum inter eos diſcrimen eſſe, verùm etiam iure Eccleſiaſtico iniuſte, & immerito aliquod inter ipſos diſcrimen fuiſſe conſtitutum; quod tamen Hieronymus, & alij catholici nunquam dixerunt: Deinde quamuis hæretici ſemper alicui iuri Diuino, ſaltem in vniuerſum contradicant, neque quiſquam hæreticus ſit ex eo, quòd nolit præcepto Eccleſiaſtico obedire, vel ei opere ipſo aduerſetur, tamen hæretici iure optimo cenſeri debent, qui legem Eccleſiaſticam, auctoritate ipſius Eccleſiæ approbatam, & conſtitutam iniuſtam, & iniquam, & rectę rationi, aut iuri Diuino contrariam eſſe dixerint. Qua de cauſa hæretici merito cenſentur, qui cæremonias Eccleſiaſticas iure humano Eccleſiæ introductas inanes, aut ſuperſtitioſas eſſe dogmatizant. In quo quidem Diuino iuri in vniuerſum ſaltem aduerſantur: nam iure Diuino conſtat, Eccleſiam hanc à Deo accepiſſe poteſtatem, vt multa pro loci & temporis opportunitate ſtatuat, & definiat, quæ rationi, & iuri Diuino conſentanea, & minime contraria eſſe iudicauerit. Tum etiam penes ipſam eſſe infallibile iudicium, vt nihil ſtatuat, quod ex ſe Diuino, aut naturali iuri, vt bonis moribus contrarium, ſed id tantum quod Reipublicę Chriſtianę vtile, & conueniens ſit. Aerius igitur, & cæteri hæretici memorati, non tantum errarunt, quòd dicerent, iure Diuino nullum diſcrimen inter Epiſcopos, & ſacerdotes eſſe, ſed etiam, quòd differentiam, quā iure humano introductam rectè nouerant, inanem, inutilem, ex ſuperbia introductam fuiſſe, docerent, ſicut expreſſe dixit Vvicleffus.

Poſtremo denique, ex eo quòd Vvicleffus ſuam ſententiam teſtimonio Hieronymi confirmauerit, non ſequitur, idem omnino cum Hieronymo, aut Hieronymum, cum eo ſenſiſſe, ſicut exiſtimat Michael Medina, rectè enim fieri potuit, ſicut re vera accidit, vt ipſe teſtimonio Hieronymi abuteretur, & falſo exiſtimaret, eo ſuam ſententiam confirmari potuiſſe. Adde, quod ex parte Vvicleffus cum eo conuenire videbatur, vt tempore Apoſtolorum inter Epiſcopos, & ſacerdotes nullum diſcrimen agnoſceretur, non tamen in eo quòd poſtea Vvicleffus addidit, videlicet, ſuperbia Cæſarea hanc differentiam introductam fuiſſe. Nam Hieronymus aperte dixit, ad tollenda ſchiſmata in Eccleſia hoc diſcrimen fuiſſe introductum. Quòd quidem ſi ita eſſet, non ex ſuperbia ſed ex charitate fuiſſet profectum. Atque vt rectè obſeruauit Sotus in 4. d. 24. q. 2. art. 2. poſt primam concluſionem, Vvicleffus data opera integro teſtimonio Hieronymi vſus non fuit, in eo enim manifeſtè conſtat de diſcrimine ab Eccleſia ſaltem conſtituto inter Epiſcopum, & ſacerdotem. Quòd vero Aerius ſuam ſententiam inde probet, quod Apoſtolus ſcribat tantum ad ſacerdotes, & diaconos, hoc eſt, in ſuis epiſtolis horum tantum mentionem faciat, non probat, vt contendit Michael Medina, hunc hæreticum ſolum erraſſe in eo, vt aſſereret, iure Diuino nullum diſcrimen inter Epiſcopos, & ſacerdotes eſſe, nam inde etiam colligere poſſet, ſicut re vera collegiſſe creditur, immerito poſtea Eccleſiam hanc differentiam conſtituiſſe.

Hieronymi teſtimonio abuſus eſt Vvicleffus.

Ex catholicis verò non pauci, neque infimæ notę expreſſe affirmarunt, & ex hac parte cū hæreticis prædictis conuenerunt, ſolo iure humano, non Diuino inter Epiſcopos, & ſacerdotes diſcrimen eſſe. Pro hac ſententia imprimis allegatur Hieronymus, qui eā perſpicuis verbis tradidiſſe videtur. Nam in magnis commentarijs epiſtolę Pauli ad Titum, in 6. tomo explicans illud capitis primi, *Huius rei gratia reliqui te, &c.* in medio commentarij ita ſcribit. *Idem ergo eſt presbyter, qui & Epiſcopus, & antequam diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis, ego ſum Pauli, ego Apoſtolo, ego autem Cephæ, communi presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquā verò vnus quiſque eos, quos baptizauerat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, vt vnus presbyter electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur.* Cum ait, vnum cęteris omnibus prępoſitum fuiſſe, non intelligit

Catolici non pauci affirmārūt inter Epiſcopos, & ſacerdotes, iure tantū humano, & non Diuino diſcrimē eſſe.

telligit in vniuerſa Eccleſia, ſed in ſingulis præcipuis ciuitatibus, in quibus Epiſcopi eſſe debent.

Et nequis putet, Hieronymum non ex propria, ſed aliorum ſententia id dixiſſe, ſicuti aliqua alia, quæ ſcripſit in magnis ſuis commentarijs Epiſtolę ad Epheſios, & ad Galatas: allegari debet idem Pater in Epiſtola ad Euagrium 1. quæ eſt in ordine 85. vbi poſtquam multis probauit, Epiſcopum, & presbyterum tempore Apoſtolorum idem fuiſſe, num. 4. ſubiungit hæc verba: *Quod autem poſtea vnus electus eſt, qui ceteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne vnuſquiſque ad ſe trahens Chriſti Eccleſiam rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco Euangeliſta vſque ad Heraclam, & Dionyſium Epiſcopos, presbyteri ſemper vnum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum Epiſcopum nominabant: Quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat, aut diaconi eligant de ſe, quem induſtrium nouerint, & Archidiaconum vocent.* Quibus verbis prædictam ſententiam adeo perſpicue expreſſiſſe videtur, vt nulla explicatione, aut expenſione ad id probandum indigeat. Addit etiam Alphonſus de Caſtro, lib. aduerſus hæreſes, verbo, *Epiſcopus*, in medio teſtimonium aliud eiuſdem Hieronymi, in dialogo contra Luciferianos nu. 18. vbi putat, idem omnino ſenſiſſe. Verba Hieronymi ſub perſona Orthodoxi ſunt. *Quod ſi hoc loco quæris, quare in Eccleſia baptizatus, niſi per manus Epiſcopi, non accipiat Spiritum Sanctum, quem nos aſſerimus in vero baptiſmate tribui? diſce hanc obſeruationem ex ea autoritate deſcendere, quòd poſt Aſcenſum Domini Spiritus Sanctus ad Apoſtolos deſcendit, & multis in locis idem factitatum reperimus, ad honorē potius ſacerdotij, quam ad legis neceſsitatem. Alioquin ſi ad Epiſcopi tantum imprecationem Spiritus Sanctus deſſuit, lugendi ſunt, qui in vitulis, aut in caſtellis, aut in remotioribus locis, per presbyteros, & diaconos baptizati ante dormierunt, quam ab Epiſcopis inuiſerentur. Eccleſia ſalus in ſummi ſacerdotis dignitate pender, cui ſi non exors quædam, & ab hominibus eminens detur poteſtas, tot in Eccleſijs efficientur ſchimata, quot ſacerdotes.* Ex quibus verbis infert Alphonſus de Caſtro, ſenſiſſe Hieronymum, non eſſe ex neceſsitate legis, videlicet Diuinæ, vt Epiſcopus ſolus per manuū impoſitionem conferat Spiritum Sanctum, hoc eſt, per Sacramentum Confirmationis ſed id tantum ex Eccleſiæ inſtitutione ad honorem ſacerdotij fuiſſe præſcriptum.

Verùm cum Hieronymus non loquatur de adminiſtratione Sacramenti Confirmationis, neque de hoc dicat pertinere ad Epiſcopum propter honorem ſacerdotij, non ex legis neceſsitate, ſed ſolùm loquatur de poteſtate tribuendi Spiritum Sanctum, ſiue per manuum impoſitionem, ſiue alio modo: neſcio, quo pacto ex prædictis verbis colligere potuerit Alphonſus, id ſenſiſſe Hieronymum: ſolum enim docere videtur, propter dignitatem ſacerdotij, nō propter legis præſcriptum dici conſueuiſſe, baptizatum nō niſi per manuum impoſitionem ab Epiſcopo accipere Spiritum Sanctum, cum tamen reuera per ipſum Baptiſmum miniſtratum à ſacerdote, vel à diacono quiſque baptizatus Spiritum Sanctum etiam accipiat. Cæterum poſtremis verbis ad prædictam ſententiam alludere videtur, cum inquit, ſummis ſacerdotibus, hoc eſt, Epiſcopis, ab hominibus tributam fuiſſe poteſtatem, quæ, niſi illis tributa eſſet, tot in Eccleſia ſchiſmata eſſent, quot eſſent ſacerdotes.

Verumenimuero, ne Hieronymo tam abſurda adſcribatur ſententia, Marianus Victorius, ſcholio 4. in illam Epiſtolam ad Euagrium 85. contendit ipſum excuſare, ex eo quòd dixerit, Epiſcopum in excelſiori gradu collocatum fuiſſe. ex quo ſibi perſuaſum habet, Hieronymum exiſtimaſſe, Epiſcopos in illo gradu excelſiori Diuino iure conſtitutos fuiſſe. Hoc tamen parum obſtat, quominus ei prædictam ſententiam tribuamus, neque enim ſolum ait, Epiſcopum in excelſiori gradu poſitum eſſe, ſed inquit, presbyteros ſacerdotem à ſe electum, & in excelſiori gradu poſitum, Epiſcopum nominare conſueuiſſe, denotans aperte, gradum excelſiorem Epiſcopi, nō ex iure Diuino, ſed ex humana electione, & lege inſtitutum fuiſſe.

Cum Hieronymo ſenſiſſe videtur Autor Epiſtolæ ad Ruſticum Narbonenſem, de ſeptem gradibus Eccleſiæ, apud eundem Hieronymum, in 9. tomo: nam quamuis, c. *De ſeptimo gradu*, dicat, Epiſcopatum eſſe Ordinem Eccleſiaſticum, tamen cap. *De ſexto gradu*, ante medium, inquit. *Ac ſola propter autoritatem ſummo ſacerdoti Clericorū ordinatio, & virginum conſecratio reſeruata ſit, cum Baſilicæ, altaris, & chriſmatis dedicatione, vel ſanctificatione, an multis diſciplina Eccleſiæ vendicata, concordiā ſacerdotum ſolueret, ſcandala generaret.* Idem quoque manifeſtè docuit Autor commentariorum in epiſtolā Pauli ad Epheſios apud Ambroſium, explicans illud capit. 4. *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, &c.* Mitto alios Patres, quibus immerito eandem ſententiam adſcribit Micha-

13

14

15

16

Caſtro.

Poſtremis verbis, excitatis à Caſtro, inquit ſuam ſententiā Hieronymus.

Hieronymum ab hac ſententia liberare conatur Marianus Victorius.

Hieronymo accedit Autor Epiſtolæ ad Ruſticum Narbonenſem.

Pſeudo Amb.

Michael Medina lib. 1. de sacrorum hominum continentia, cap. 5. eam tamen manifeste sequutus est Armacanus, lib. 11. de quæstionibus Armeniorum, cap. 7. & 8.

17

Ex horum hæreticorum, & Hieronymi sententia, manifeste consequitur, Episcopatū non esse Sacramentū, nam, vt esset Sacramentum, deberet esse à Christo institutus: neque satis esse, constitutione Ecclesiastica introductū esset. Cum igitur dicāt, non esse à Christo institutum, asserere etiam coguntur, non esse Sacramentum: & multo magis hæretici, qui contendunt, discrimen inter Episcopum, & sacerdotem, neq; iure Ecclesiastico introduci rectè potuisse. Fundamenta vero, quibus nititur Hieronymus, cap. 3. conuellemus.

Consectariū ex prædicta sententia.

Episcopatum a Christo fuisse institutum, nihilominus neque esse Ordinem, neque Sacramentum scholastici non pauci asseuerant

CAPVT II.

QVAE MADMODVM Ex eo, quòd Episcopatus à Christo institutus non esset, necessario conficeretur, Sacramentum non esse, sicut in fine præcedentis capitis ex sententia hæreticorum, & Hieronymi intulimus, ita etiam ex eo, quod à Christo institutus esset, non minus perspicue consequi videbatur, Ordinem, & Sacramentum esse. Nihilominus aliqui ex Schola Doctores asseuerare non dubitarunt, Episcopatum quidem à Christo fuisse institutum, sicut sacerdotium, Ordinem tamen, qui est Sacramentū, non esse, tametsi Ordo alia ratione dici possit, videlicet, quia est officium quoddam, & potestas ad actiones hierarchicas in corpore mystico Ecclesiæ, quæ non conuenit sacerdotibus. Hanc sententiam hoc modo explicatam pro viribus defendit Dominicus Sotus, in 4. d. 24. q. 1. ar. 2. vbi expresso docet, Episcopatum fuisse à Christo institutum, & art. 3. vbi asserit, Episcopatū non esse Ordinem Sacramentū. Idem omnino docuit, in lib. 10. de iustitia, q. 1. art. 2. atque id ipsum expresse antea docuerat Ioānes à Turrecremata in canonē. 1. 21. d. §. *Ad tertium*. Vbi contrā Hieronymum probat, discrimen inter Episcopum, & sacerdotem esse iuris Diuini, & in canonem. *Cleros*, qui est 2. ead. d. §. *Ad quintum*, nu. 16. vbi cum S. Thoma, & alijs asserit, Episcopatum non esse Ordinem Sacramentum, cum quibus etiam, ni fallor, sensit Couarruuias, lib. 1. variarum, cap. 10. num. 15. cum ait, Episcopatum non esse Ordinem distinctum ab alijs, quatenus Ordo est Sacramentum, & characterem imprimit, sed quatenus Ordo est officium quoddam, & potestas, & ita pro hac sententia citat Dominicū Sotū. Allegari etiam possunt, S. Tho. in 4. d. 24. q. 3. art. 2. q. 2. Ricardus eadem, d. art. 5. q. 2. Capreol. d. 25. q. 1. concl. 2. Albertus, d. 24. art. 39. Bonauent. 2. p. dist. art. 2. q. 3. & Scotus, q. 1. §. *De secundo articulo*, Thomas de Argentina, q. vnica, a. 2. ad 5. & ad 8. Abulensis in cap. 16. Matth. q. 74. colum. 2. Syluester in summa verbo, *Episcopus*. q. 1. & Ferrarrensis 4. contragent. cap. 76. §. *Ad huius euidentiam*. Ex quibus quamuis solus Capreol. q. illa 1. art. 3. ad 2. argumētum secundi ordinis contra primam conclusionem, expresse dicat contra Hieronymum, Episcopatum esse à Christo institutum, tamen cæteri omnes id non negant, & fortasis vt notum suponere videntur, tametsi S. Tho. & alij, qui eius ratione vtūtur ad probandū, Episcopū degradatū non esse priuatum potestate ordinandi, sentire videātur, consecrationem Episcopi esse iure Ecclesiastico introductam, vt disp. 243. cap. 2. agentes de ministro Ordinationis expendemus.

18

Dom. Sotus.

Ioan. à Turrecremata.

19

His etiam videtur accedere Couarruuias.

S. Thomas. Ricardus. Capreolus. Albertus. Bonauent. Thomas de Argentina. Abulensis. Syluester. Ferrariensis.

Præterea S. Thomas, Ricardus, Capreolus, & Abulensis dissertis verbis asserunt, Episcopatum non esse Ordinem Sacramentum. Quinimo Capreolus in articul. 3. ad 2. primi ordinis, contra primam conclusionem, addit contra Paludanum, non esse Sacramentum, ita vt cum sacerdotio vnum integrum constituat, sicut species vini cōsecratæ cum speciebus panis etiam consecratis vnum Eucharistiæ Sacramentum constituunt. Cæteri vero Doctores solum docēt, Episcopatum non esse Ordinem. Ex quo plane negare videntur, esse Sacramentum, nam cum quærant etiam, vtrùm Ordo sit Sacramentum, & absolute respondeant, esse Sacramentum, idque de omnibus Ordinibus, etiam minoribus expresse sentiant, profecto negantes, Episcopatum esse Ordinem, negare quoque manifeste videntur, esse Sacramentum. Neque obstat, quod Bonauentura in ea quæstione dicat, per consecrationem

20

rationem Epiſcopi non imprimi diſtinctũ characterem, ſed extendi poteſtatem antea datam, & (vt ipſe inquit) ampliari, vt proinde dicamus, eum ſenſiſſe, Sacramentũ eſſe: nam etiam Dominicus Sotus docuit, extendi ſacerdotalem characterem per cõſecrationem Epiſcopi, nihilominus expreſſe dixit, Sacramentum non eſſe.

Magiſter etiam poteſt aſſerti pro hac ſententia.

Demũ pro hac eadem ſententia non immerito allegatur Magiſter, in 4. d. illa 24. capite, *Sunt, & alia, &c.* eo quòd poſtquam enumerauit Ordines Eccleſiæ, & quid ſit Ordo definiuit, ſubiungit, eſſe alia nomina non Ordinum, ſed dignitatũ, & officiorũ, inter quę numerat Epiſcopum, vndeputat, Epiſcopatũ dictum fuiſſe. Deinde capite ſequente dicit, Ordinem Epiſcoporũ quadripartitum eſſe, ſũtenim (inquit) Patriarchæ, Archiepiſcopi, Metropolitani, & Epiſcopi, quos quidem vocat Ordines latiore ſignificatione, propriè autem eſſe nomina officiorum, & dignitatum, non Ordinum, ac proinde eſſe eiusdem rationis: manifeſtum autem eſt, Patriarchatum non eſſe Sacramentum. Allegari quoque poſſet pro hac ſententia Alexander 4. p. q. 20, membro 8. art. 1, in corpore ſub fine, & q. 21. membro 4. ad 4. Verùm cum in his locis ſolum aſſerat, per conſecrationem Epiſcopi non dari Ordinem diſtinctum à ſacerdotio, ſed extendi poteſtatem antea collatam, neque dari aliã clauem, ſed extendi vſum prioris, & ſpecie non differre clauem ſoluendi, & ligandi, qua vtitur Epiſcopus in vtroque foro, quę cum noſtra ſententia conſtare rectę poſſunt, vt ſequente capite videbimus, non eſt quòd cum allegatis Doctoribus eum facere dicamus.

Alexander.

Rationes Soti ad cõfirmandã ſuam ſententiam.

Iam verò rationibus, quas adducit Dominicus Sotus, hanc opinionem confirmemus; prima eſt: Communis Doctorum, & Eccleſiæ ſententia eſt, ſeptem tantum eſſe Ordines, ſi autem Epiſcopatus eſſet Ordo, octo Ordines conſtitui deberent, quia ſeptem ſupra enumeratis Epiſcopatus addendus eſſet. Ne igitur communi ſententiæ aduerſemur, ſatius eſt aſſerere, Epiſcopatum Ordinem non eſſe, ac proinde neque Sacramentum, nam ſi Ordo eſſet, proculdubio Sacramentum eſſe deberet, cum ſit à Deo inſtitutus, vt contra Hieronymum prædicti Doctores cẽſent. Cæteræ quoque rationes eo ſpectant, vt probent, Epiſcopatum non eſſe Ordinem. Ex quo, vt in præcedente ratione notauimus, rectè infertur, non eſſe Sacramentum. Secunda igitur ratio ſit. Ordines Eccleſiaſtici ſolum conſtituuntur per reſpectum ad Euchariſtiæ Sacramentum, & per eum diſtinguntur, prout conſecrationi huius Sacramenti variè ſubſeruiunt, atqui Epiſcopatus, prout à ſacerdotio diſtinguitur, nullum habet reſpectum ad Euchariſtiam conficiendam, quia neque miniſtrat ſacerdoti, vt conſecret, neque aliam habet poteſtatem ad conſecrandum diſtinctam à ſacerdotio, ſed eandem omnino cum illo; ergo per ſe non eſt Ordo.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio. Si Epiſcopatus eſſet Ordo, profectò eſſet diſtinctus à ſacerdotio, ac proinde diuerſum characterem imprimeret: hoc autem eſt falſum, quia alioquin ſequeretur fore, vt is qui conſecraretur Epiſcopus, antequam eſſet ſacerdos characterẽ Epiſcopalem reciperet, ſicut is qui ſacerdos ordinaretur, antequam diaconatus eſſet, ſacerdotalem characterem reciperet, quod tamẽ eſt abſurdum. Quarta ratio: ſi Epiſcopatus eſſet Ordo, & characterem imprimeret, character ille eſſet ſuperior, & ſacerdotalem, vt pote inferiorem, includeret, ſicut ſacerdotalis includit characterem diaconatus, & ſubdiaconatus, ac proinde opus non fuiſſet charactere ſacerdotali, quòd eſt falſum. Quinta ratio: Sacramentum Ordinis, in Sabbathis Quatuor Temporũ confertur, Epiſcopatus verò tantum in Dominicis, ergo Epiſcopatus non eſt Ordo, cum normã cæterorum non ſequatur. Vltima denique ratio. In cõſecratione Epiſcopi nulla appareret materia, & forma Sacramenti, ſiue conſideres vnctiones, ſiue traditionem baculi, ſiue impoſitionem mitræ, ſiue alia omnia, ergo neq; eſt Ordo, neque Sacramentũ, quia quilibet Ordo, etiam non Sacramentum, materiam ſuam, & formam peculiarẽ habet.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Vltima ratio.

Epiſcopatum à Chriſto eſſe inſtitutum, prior pars veræ ſententiæ eſt.

CAPVT III.

MIHI verò ſemper placuit ſententia eorum, qui affirmant, primùm Epiſcopatum eſſe à Chriſto inſtitutum, deinde Sacramentum, & Ordinem eſſe, quam quidem nec pauciores, nec inferioris notæ Auctores ſequuntur. Ita docent Antiſiodorenſis lib. 4. ſummæ tractatu 8. q. 1. poſt medium, vbi aſſerit, Epiſcopatum annumerandum eſſe ſeptem alijs Ordinibus, & ita Ordinem eſſe;

Epiſcopatum à Chriſto eſſe inſtitutum prior pars ſententiæ Autoris.

esse; dixerãt autẽ initio quęstionis, ordinẽ esse Sacramentũ. Hinc autem recte sequitur, ex sententia ipsius fuisse à Christo institutum. Eandem sententiam, quod attinet ad priorem partem, de institutione à Christo facta, tradit Durandus in 4. d. 24. q. 5. num. 9. quod vero spectat ad posteriorem partem de Ordine, & Sacramento. q. 6. num. 7. & 8. cui consentit Paludanus eadem d. q. 6. art. 3. num. 12. vbi contra Hieronymum docet priorem partem, & q. 7. art. 3. num. 13. & 14. vbi posteriorem sequitur, quamuis sententia proposita, quam ibi refert, perperam adscripta videatur in margine Durando: adde etiam Supplementum Gabrielis dist. illa 24. q. vnica art. 3. dub. 6. vbi priorem partem tradit, & dub. 9. vbi posteriorem. Accedit Maior in illa d. 24. q. 1. col. 2. & §. *sequenti*, vbi vtramque partem prędictæ sententiæ docet: inquit enim, Episcopatum esse Ordinem, & cum prima tonsura, & alijs septem constituere numerum nouenarium, & deinde asserit, ordinem esse Sacramentum, & in cuiuslibet Ordinis collatione gratiam ordinato cõferri. Idem omnino sensit Almainus eadem d. q. vnica art. 2. in fine. Ex Recentioribus vero expresse eã sententiam probarunt Nauar. in sum. cap. 22. num. 18. Petrus Sotus lib. de institutione sacerdotũ lectione 4. de Sacramento Ordinis. §. *Ex his igitur*, & Michael Medina, lib. 1. de sacrorum hominum continentia cap. 3. & 4. vbi ostendit, Episcopatum fuisse à Christo supra sacerdotium institutum, & sententiam Hieronymi refellit. Et cap. 16. vbi docet, esse ordinem sacrum, & Sacramentum, in quam quidem sententiam iam plerique Recentiores in Schola conspirãt, quos Iurisperiti passim sequũtur: Ioan. etiam Eckius libro tertio de primatu Petri capite 22. vbi ait, Episcopatum esse Ordinem iure Diuino supra sacerdotium: Caietanus tomo 1. opusculorum tractatu 11. vbi, cũ dicat, diaconatum, & subdiaconatũ non esse Ordinem iure Diuino, sed solum Ecclesiastico, eo quod nullum habeant munus & officiũ quod exhibitũ à nõ habẽte Ordinẽ, firmũ, & ratũ nõ sit, inde colligit, Episcopatũ Ordinẽ esse, quia aliquid facere potest, qui fiat à nõ Episcopo, irritũ sit, & inane, quibus manifeste indicat, se existimare, esse Ordinem Sacramentũ, iure Diuino institutum.

Priorem vero partem huius sententiæ, nẽpe Episcopatum supra sacerdotium fuisse à Christo institutum, quam etiam Valdensis locis citatis contra Wicleffum ex professo tantum docet, & in hoc c. a nobis confirmandi est, non solũ verã existimo, sed etiã ita secundum fidem catholicam hoc tẽpore amplectendã, vt sine nota hæresis, negari nõ possit. Est enim expresse definita in Concil. Trident. sess. 23. nã postquã c. 3. in vniuersum definierant Patres, Ordinẽ esse vere, & proprie Sacramẽtũ, vnum ex septem: deinde c. 4. ex eo quòd in Ordine character imprimatur, contra hæreticos definiunt, sacerdotes noui Testamenti semel ordinatos non posse fieri laicos, & eos, qui dicunt omnes Christianos promiscuè esse sacerdotes, aut omnes pari spirituali potestate prædictos esse, nihil aliud facere, quam hierarchiam Ecclesiasticam confundere, ad quam, prẽter cęteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos pertinere definiũt, & presbyteris superiores esse, & aliqui ministeria ad ipsos peculiari ratione ita pertinere, vt si ab alijs fiãt, irrita sint, & inania. Hanc autem hierarchiam, & distinctionem iure Diuino constare canone 6. contra hæreticos definiunt his verbis: *Si quis dixerit, in Ecclesia catholica non esse hierarchiam, Diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, presbyteris, & ministris, anathema sit* Deinde canone 7. damnat asserentes, Episcopos non esse presbyteris superiores. Damnant igitur non solum hæreticos, quòd negarunt iure Ecclesiastico, recte fuisse Episcopos supra presbyteros constitutos, sed etiam eos, qui, cum aliàs catholici essent, dixerunt, hoc discrimen non iure Diuino, sed Ecclesiastico tantum constare: ideo autem sententiam catholicorum damnarũt, cum tamen solum in more habeant canones, in quibus damnentur errores contra hæreticos ferre, quia in hac re catholici ex parte cũ hæreticis cõmunẽ sẽtẽtiã habuerũt. Quã sane definitionẽ Cõciliũ Tridẽtinũ ex Scriptura, & Patrũ traditione facilè colligere potuit. Primũ quidẽ ex Scriptura, nã, cũ catholici omnes cõtra hæreticos nostri temporis, & alios probẽt, ordinationem in vniuersum esse Sacramẽtũ per vtilibile, & sensibile signũ gratiã cõferens, ex illo 1. ad Thimotheũ 4. *Noli negligere gratiã, quæ data est tibi per prophetiã, cũ impositione manuũ presbyterij*, & hic locus de ordinatione Timothei in Episcopũ a Patribus intelligatur, vt vidimus supra disp. 235. c. 2. manifestè cõficitur, Episcopi ordinationẽ Sacramẽtũ esse, ac proinde iure Diuino supra ordinationẽ presbyteri, & sacerdotis institutã: nã, si Episcopus superior nõ esset sacerdoti ex Diuino iure, sed humano, eius ordinatio Sacramẽtũ nõ esset. Porro autẽ hũc locũ à Patribus intelligi de ordinatione Timothei in Epis-

Antisiodorensis. *Durandus.* *Paludanus.* *Supplementũ Gab.* *Nauarrus. Pet. Sotus. Mich. Med.* *Eckius.* *Caietanus.*

Sine nota hæresis negarinõ potest Episcopatum fuisse à Christo supra sacerdotium institutum.

27

1. ad Timoth. 4.

28

Episcopum probabimus etiam in eã disputatione: nam, & presbyterum inteligunt cœtũ Episcoporũ, cœtus autẽ Episcoporũ non conuenit ad ordinationem sacerdotis, sed solius Episcopi.

Anacletus Papa

Deinde idem accipere potuit Concilium ex Patrum traditione. Nam Anacletus Papa, & Martyr IIII. à Beato Petro, epistola 3. cap. 1. id ita manifeste docuit, vt nulla probabilitatis specie verba eius in alium sensum detorqueri possint. Inquit enim. *Sacerdotum, fratres, Ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari*, postea vero ait, Episcoporum Ordinem sub Apostolis traditum fuisse, & institutum, sacerdotum autẽ sub septuaginta duobus discipulis. Et infine. *Amplius quàm isti duo Ordines sacerdotum, nec nobis a Deo collati sunt, neque Apostoli docuerunt.* Perturbantur igitur hi duo Ordines, non tantum ab hæreticis, sed etiam à catholicis, qui putant, iure Diuino inter se non differre: cum Anacletus dicat, bipartitum esse Ordinem sacerdotum, sicut Dominus constituit, & sicut Apostoli à Domino edocti nobis tradiderunt. Neque obstat, quòd cap. 3. diuidat Ordinem Episcoporum in Primates, & Patriarchas, inquit enim. *Episcoporum Ordo vnus est, licet inter Primates illi &c.* Ac si dicat; Iure Diuino vnus est Ordo Episcoporum, sicut præmissum est, alter sacerdotum, licet postea iure Ecclesiastico hic Ordo Episcoporum in plures diuisus fuerit.

Ratio ex Pontificũ & Patrum doctrina.

Præterea cum ex doctrina Patrum, & Pontificum constet, aliqua Sacramenta à solo Episcopo ministrari posse, non solum, vt bene, sed etiam vt vere fiant, & à sacerdote ministrata irrita sint, & inania, quale est Sacramentum Ordinis, & Confirmationis, consequitur plane ex eorum sententia, Episcopatum, & dignitatem eius iure Diuino à sacerdotio differre, & superiorem esse: nã quæ pertinent ad essentiam Sacramenti, qualia sunt minister, materia, & forma illius, ita esse iure Diuino statuta, & definita, vt dispositioni iuris humani, & Ecclesiastici nullo modo subdita sint, cancors catholicorum sententia est: sicut enim Sacramentum non nisi Diuina institutione constat, ita etiam minister eius eodem iure designatus esse debet. Porro autem duo illa Sacramenta à solis Episcopis ministrata vera esse, indubitatum etiam est in Ecclesia, nam pro ministro necessario eorum assignatur Episcopus ab Eugenio IIII. in Concilio Florentino, in decreto fidei post vltimã sessionem, & à Tridentino, sessione 7. cãnone 3. de confirmatione, & sess. 23. cap. 4. vbi non solum definit, Episcopos ad hierarchiam Ecclesiasticam tanquam superiores iure Diuino pertinere, sed etiam ita ad ipsos pertinere potestatem ministrandi duo illa Sacramenta, vt nullus inferioris Ordinis eam habeat. Damasus etiam in epistola 4. quæ est de Chorepiscopis colum. 6. in principio inquit, proprium fuisse Apostolorum, & eorum successorum (quos in ea epistola sæpius inquit, esse Episcopos) per manuum impositionem tradere Spiritũ Sanctũ, hoc est, per Sacramẽtum Cõfirmationis, ita vt nullus ex septuaginta discipulis, neq; eorum successores, presbyteri, & Chorepiscopi, id habuerint. Cumq. columna 3. ante medium, & 4. sub finem dicat, in primitiua Ecclesia non fuisse, nisi duos Ordines Episcoporum, & presbyterorum, vt supra, c. 3. vidimus, constare certè non potest id, quod dixit Hieronymus, videlicet postea decursu temporis, cũ schismata oriri cœpissent, Episcopos supra presbyteros constitutos fuisse. Id quod dixit Damasus de administratione Sacramenti Confirmationis, eodẽ modo antea docuerat Eusebius Papa in epistola, quę est ad Episcopos Tusciæ, & Campaniæ sub finem his verbis, *Manus quoque impositionis Sacramentum, magna veneratione tenẽdum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab alijs, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur per actum esse, nec ab alijs, sicut iam dictum est, quàm ab illis, qui eorum locum tenent, vnquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum, neque inter Ecclesiastica vnquam reputabitur Sacramenta.* Idem tradidit Innocentius I. & definit in epistola 1. quæ est ad Decentium, seu Decentium Episcopum Eugubinum, cap. 3.

Damasus 31

Eusebius Papa.

Hinc igitur colligitur discrimen iure Diuino inter Episcopum, & sacerdotem: atque adeo, fore, vt non rectè dixisset Hieronymus in dialogo aduersus Luciferianos, non ad legis necessitatem, sed ad honorem sacerdoti, potius pertinere, quòd facti tatũ solum logamus, Apostolos tradidisse Spiritum Sanctum, si de communicatione Spiritus Sancti per Confirmationis Sacramentum solum loquutus fuisset. Verùm supra, cap. 1. alio modo ipsum hac in parte sumus interpretati. E contrario verò Aerius apud Epiphanium, vt eodem, cap. 1. memoraumus, vt probaret non esse discrimen vllum inter Episcopum, & sacerdotem, inquit, vnum, & eundem Ordinem esse, Episcopum impo-

Explicatur Hieronymus

32

19

30

imponere manus, & similiter sacerdotem, & ita per singula alia ministeria. Rectè enim vidit, ex diuersitate ministeriorum discrimen Ordinis, & potestatis necessario colligi: ac proinde ex diuersitate ministeriorum, quę iure Diuino Episcopo, & sacerdoti cóuenirent, fore, vt discrimen etiam potestatis eodem iure inferretur. Eodem modo Hieronymus in illa epistola 85. num. 6. vt probaret, Episcopum, & sacerdotem ex sui institutione non differre, sed ex electione tantum Ecclesiæ, dixit in hæc verba. *Quid enim facit excepta Ordinatione Episcopus, quod presbyter non faciat.* Putauit enim, ex eo quod nullum esset discrimen ministeriorũ, nullum etiam fore inter eos discrimen. Verùm illis satis esse debuerat ad colligendum discrimen iure Diuino inter sacerdotem, & Episcopum, quòd Episcopus ordinare posset, sacerdos autem, non item, nisi existimaret, ministerium ordinandi adscriptum fuisse Episcopis, non iure Diuino, sed humano, quod tamen nulla ratione dici potest, vt supra ostensum est.

33

Hieronym.

Expotest ordinãdi, quæ est in episcopo, & non in sacerdote recte colligitur eorũ discrimen iure Diuino.

Adde, quòd vt notauit Marianus Victorius in 4. scholio illius epistolæ, in dialogo contra Luciferinos, etiam tribuit Episcopis ministerium Sacramenti Confirmationis. Quo autem iure illis conueniat, nó explicat. Et certè, vt cõuenienter suis principijs loqueretur, existimare debuit, ministerium vtriusque Sacramenti solum iure humano Episcopis conuenire. Contra verò Epiph. loco citato, in 1. cap. ex diuerso ministerio Episcoporum, & sacerdotũ colligit Episcopũ, & sacerdotẽ nõ esse idẽ: diuersũ autẽ misterium in eo assignat, q̃ sacerdos filios, nempè per Baptismum, & Pœnitentiam, Episcopus autem Patres Ecclesiæ generat, videlicet sacerdotes per ordinationem: & me quidem iudice, hanc ministerij diuersitatem, ex iure Diuino prouenire autumat, quia nullam de iure humano mentionem facit.

Epiphanius

Neque obstat, quod Confirmationis Sacramentum à sacerdotibus ministratum fuerit, vt sæpius diximus, & infra dicemus, quia licet ordinarius minister huius Sacramenti sit Episcopus, & non excommissione alterius; sacerdos tamen solum est excommissione, ita vt si ministret sine illa, Sacramentum omnino irritum sit, & nullum. Quare, quòd aliquando ita cõmiserit Gregorius Magnus sacerdotibus Confirmationem, vt suo loco vidimus, non fuit tantum permissionis ad vitanda maiora scandala, vt putauit Michael Medina, lib. 1. de sacrorum hominum continentia, cap. 8. sed concessionis, vt excõmissione illud ministrarent.

Quæ ratione confirmationis Sacramẽtũ Episcopus, & sacerdos ministrat.

Gregorius Magnus.

34

Fundamẽtis pro Hieronymi sẽtentia respondetur.

Fundamenta vero, quibus contra hanc partem priorem nitebatur Hieronymus, valde quidem infirma sunt. Probat enim suam sententiam ex varijs locis Scripturæ, in quibus Episcopi presbyteri appellantur, quos supra disputa. 236. capite nono memorauimus. Inde tamen id solum probari potest, quod nos ibidem notauimus, videlicet, aliquando nomen presbyteri Episcopis etiam accommodatum fuisse: at re ipsa, & ordinatione ex Diuino iure sacerdotem, & Episcopum idem omnino esse, certè nullo modo ex prædictis locis colligere licet.

31

Episcopatum Ordinem & Sacramentum esse, posterior pars veræ sententiæ est.

CAPVT IIII.

POSTERIOREM Partem nostræ sententiæ, quam Scholastici superiori capite allegati tradiderunt, ita etiam veram existimamus, vt sicut à nobis pronunciata est, sine graui nota hoc tempore negari non possit. Et sanè Petrus de Soto loco citato expresse affirmat, vt minimum certa fide credendum esse, quem libet horum duorum Ordinum (sic enim ipse loquitur) nempè sacerdotium, & Episcopatum, verum esse Sacramentum, & vero Sacramento tradi: Michael autem Medina, lib. 1. de sacrorum hominum continentia, cap. 15. ita huic sententiæ adhæret, vt oppositum hoc tempore periculosum existimet. Etenim licèt ab Ecclesia expresse definita non sit, ex definitione tamen Concilij Tridentinij non obscure deducitur. Nam postquam sessione 23. cap. 3. definiuit, per sacram Ordidationẽ, quæ verbis, & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri, ac proinde dubitãdum non esse, vere, & propriè esse Sacramẽtum, vnum ex septem, cap. 4. definit, ad hierarchicũ Ordinẽ præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos præcipue pertinere. Canone autẽ 6. damnant asserentes, nó esse hierarchiam Diuina ordinatione institutam ex Episcopis, presbyteris, & ministris. Ex quibus manifestè consequitur, Ordinationem Episcopi esse sacram Ordinatio-

Pet. Soto.

Mich. Med.

Cõcil. Trid.

36

nem

nem, per quam dixit Concilium gratiã cõferri, & Sacramẽtum eſſe: nam ſi enim dixit pertinere iure, & ordinatione Diuina ad hierarchiam Eccleſiaſticam, quinimõ ad ordinem hierarchicũ præcipuè ſpectare, non potuit non exiſtimare, eſſe ſacram illam ordinationẽ, ac proinde per illam gratiã conferri & Sacramentũ eſſe, cum nihil prorſus illi deeſſet, quominus Sacramentum cẽſeri deberet, hoc ipſo quòd Diuino iure ad hanc hierarchiã pertineret. Nam quãuis cap. 2. inter Ordines enumeraſſet minores, de quibus in Schola eſt controuerſũ, vtrũ ſint iure Diuino inſtituti, & Sacramenta, an non; tamen nondum loquuti fuerant Patres de ſacra ordinatione in vniuerſum, ſed de ſacerdotio, cui vt deſeruirent, cæteros Ordines, etiam minores aſsignarũt. A cap. verò 3. iam de ſacra ordinatione loquuntur, & de illa definiunt eſſe Sacramentũ, & per illam gratiam conferri, ſubqua nunquam minores Ordines enumerantur, quia noluerunt definire eos ex Diuina inſtitutione ad ordinem hierarchicum pertinere. Contra verò cum poſtea hunc Ordinem ex Diuina inſtitutione conſtare dicant etiam Epiſcopis, quis non videat, Concilij ſub ſacra ordinatione, quã Sacramentũ eſſe dixerat, Epiſcopi ordinationem enumerare voluiſſe? Atque vt minimũ ex hoc loco Concilij manifeſtè conſtat, Epiſcopatum eſſe Ordinem, cumq; definitum etiam ſit eſſe à Chriſto inſtitutũ, manifeſtè quoque conficitur, eſſe Ordinem iure Diuino conſtitutũ, ſicut expreſſè etiam definiuit Anacletus cap. præcedente allegatus, ac proinde eius ordinationẽ merito ſacrã appellari. Hoc autem poſito, quis, obſecro, neget, eſſe Sacramentũ? Et quidem ſi Sotus ſemel ſibi perſuaſum haberet, Epiſcopatũ eſſe Ordinẽ à Chriſto inſtitutũ, & conſecrationem Epiſcopi ordinationem ſacram, non dubitaret concedere, eſſe etiam Sacramentum, per quod gratia daretur.

37

Anacletus.

38

Deinde eadẽ pars probatur teſtimonio illo Pauli, 1. ad Timoth. 4. *Noli negligere gratiã, quæ data eſt tibi per prophetiã, cum impoſitione manũ presbyterij*, quod præcedẽte capite expendimus ad probandũ, Epiſcopatũ eſſe à Chriſto inſtitutũ: nã cũ ex hoc loco rectè colligi poſsit, eſſe Sacramẽtũ, eoquod gratiã conferat, rectè quoque probauimus eſſe à Chriſto inſtitutũ; nunc autẽ, ſolũ cõtendimus eſſe Sacramentũ, gratiã cõferens, id quod nõ obſcure indicauit Ambroſ. lib. de dignit. ſacerd. c. 5. cũ inquit: *Quis dat, frater, Epiſcopale gratiã? Deus, an homo? Reſpon de ſine dubio Deus, ſed tamen per hominẽ dat Deus.* Fatetur enim in ſacra ordinatione Epiſcopi, per hominẽ videlicet ordinantem gratiã à Deo conferri Epiſcopo ordinato. Hinc autẽ manifeſtè cõficitur, eſſe Sacramẽtũ, & Ordinẽ: nam cũ iure Diuino Epiſcopus ſit ſuperior ſacerdote, eius cõſecratio, & ordinatio ritũ aliquẽ exteriorem iure Diuino cõſtitutũ habere debet: cumq; per illũ gratia cõferatur, vt ait Ambroſius, conficitur, nihil prorſus deeſſe, quominus verum Eccleſiæ Sacramentum ſit.

Probatur ex Paulo 1. ad Timotheum

Ambroſij verba ad probandũ in Ordinatione Epiſcopi conferri gratiam.

39

Deinde cũ Sotus ingenuè fateatur, per ordinationẽ Epiſcopi imprimi characterem, qui deleri nõ poteſt, nõ quidẽ diſtinctũ à ſacerdotali, ſed per extenſionẽ illius: ita vt ſicut habitus extenditur ad poſteriores cõclũſiones, eodẽ modo character ſacerdotalis extẽdatur ad aliud miniſterium, quod propriũ eſt Epiſcoporũ, neſcio, qua ratione adduci potuerit, vt negaret, per hanc ordinationẽ gratiã cõferri: nam hoc poſterius coniunctũ ſemper videtur eſſe priori: & Concilium Trident. ſeſſione illa 23. cap. 3. ordinationi ſacræ, quã cap. 3. dixerat eſſe Sacramentum, & gratiam conferre, deinde cap. 4. characterem impreſsionem tribuit.

Michaelis Medinæ ſententia, de differẽtia inter Epiſcopũ & ſacerdotem.

40

Deinde etiã valde mirabile eſt, quod Sotus dicat, ſubdiaconatũ eſſe Ordinẽ Sacramentũ à Chriſto inſtitutũ ad cõferendũ gratiam: Epiſcopatũ autẽ multo ſuperiorem à Chriſto quidẽ eſſe inſtitutũ ad extendendũ characterẽ, non autẽ ad conferendũ gratiã, neq; Ordinẽ proprie, neq; Sacramẽtũ eſſe. Quod enim ait, Ordines eccleſiaſticos præter ſacerdotiũ, cõſtituendos tantũ eſſe adminiſtrandũ ſacerdoti pro cõſecratione Euchariſtiæ, ſine fundamẽto vllo ab ipſo, & ab alijs Doctoribus prioris ſententiæ aſſeritur, vt ſequẽte capite oſtendemus. Poſtremò cũ cõcedat quatuor minores Ordines verè, & proprie Ordines eſſe, licet non ſint à Chriſto inſtituti, neq; ex eius ſententia characterẽ imprimãt, Epiſcopatũ verò eſſe à Chriſto inſtitutũ, & in eius cõſecratione characterẽ extẽdi, abſq; fundamẽto Ordinẽ proprie, & Sacramentũ eſſe negat. Mitto multa Patrũ teſtimonia, quę ad hoc ipſum probandũ cõgerit Michael Medina lib. 1. de ſanctorũ hominum cõtinentia cap. 17. & alia ipſius fundamenta, quibus eandem ſententiam ſtabilire conatur, cap. 16. eoquòd leuioris momẽti mihi videãtur, vt quiſque ex ijs, quæ diximus, facilè expendere poterit.

Cæterũ id, quod notat hic Auctor eodẽ 1. lib. c. 16. ante mediũ, Epiſcopũ, & ſacerdotẽ differre ſola Ordinis, nõ autẽ iuriſdictionis poteſtate, eoquòd iuriſdictionis poteſtas

41 teſtas in ſolo Sũmo Põtifice Romano reſi deat, iuxta illud Ioã. 21. *Paſce oues meas*: & cuicunque velit, & in gradu quo velit, cuili bet eam tradere poteſt, mihi non probatur: cenſeo namque, non ſola poteſtate Ordinis, ſed etiam iuriſdictionis iure diuino Epiſcopum ſuperiorẽ ſacerdote eſſe, & hac ratione ab eo differre. Primum quidem poteſtate Ordinis, quia Epiſcopus non ex commiſsione alterius, ſed ordinaria poteſtate ſacerdotes, & alios in Eccleſiaſtico gradu conſtitutos ita ordinare poteſt, vt ſi ordinare velit, in quocunque caſu firma ſit ordi natio, & effectum habeat. Deinde poteſtate iuriſdictionis, hæc enim nihil aliud eſt, quã poteſtas ius dicendi, hoc eſt ſententiam ferendi, vt quarto tomo fuſius oſtendemus. Eſt autẽ duplex, quædam in foro interiori animæ ad abſoluendũ à peccatis, quædam autem in exteriori ad excommunicandum, imò etiam ad alia iudicia, quæ pertinent ad gubernationem ſubditorum. Differt autem Epiſcopus à ſacerdote, non ratione eius iuriſdictionis, quæ eſt in foro interiori: eadem enim vtrique conuenit, quatenus ſacerdos eſt, ſed ratione eius, quæ eſt in foro exteriori. Verùm, vt notabimus 4. tomo huius 3. par. in qualibet iuriſdictione in aliquẽ duo ſunt, alterũ eſt ipſa poteſtas actiua ius dicendi, alterum eſt applicatio materiæ, & ſubditi, in quem hæc poteſtas actiua poſsit dicere ſententiam; priùs conuenit Epiſcopis iure Diuino ratione ſuæ ordinationis, ſiquidem, & Chriſtus ipſis promiſit, Matth. 18. claues Regni cœlorum ad ſoluendum, & ligandum, & intellexit de clauibus ad excommunicandum, & ſoluendum ab excommunicatione, vt tomo quarto probabimus, & ipſa ordinatione cõfertur eis, vt ſint paſtores, ac proinde iudices. Poſterius autem non conuenit illis iure Diuino, ſed ab Eccleſiæ ſummo Paſtore, cuius nutu diuiduntur diœceſes, & parochiæ, & ſubditi alijs Epiſcopis deſignantur. Atque hinc conſtat, quã friuola ſit obiectio alia Michaelis Medinæ, de Epiſcopis titularibus, quos inquit ille nulla iuriſdictione præditos, & tamen verè Epiſcopos eſſe, vt inde probet, Epiſcopos nõ differre à ſacerdotibus poteſtate iuriſdictionis, ſed tantum Ordinis. Eſt autem, vt dixi, friuola obiectio, ſicut ex dictis conſtat: nam & hi Epiſcopi poteſtatem habent actiuam iuriſdictionis ad excõmunicandũ: ideò autẽ excõmunicare non poſſunt, quia ſubditã materiã, & idoneam nondum habent, ſicut de ſacerdotibus, qui non habent ſubditos, ſaltẽ ex alterius cõmiſsione, diximus habẽre actiuã poteſtatẽ ad abſoluendũ à peccatis, licet abſoluere nequeant, quia materiã applicatam non habent. Quare Epiſcopi titulares, ſimul atque in ſuam ciuitatem, 43
ad quam ſunt ordinati, admitterentur, poſſent abſque vlla alia cõceſsione Põtificis, Chriſtianos ſubditos excõmunicare, & iudicare. Signũ autẽ huius, quod diximus eſt, quia nullus Epiſcopus cum excõmunicat, aut à ſua excõmunicatione abſoluit, dicere poteſt; Ego te excõmunico in nomine, ſeu auctoritate Romani Pontificis: quia id facit propria auctoritate, ſicut nullus ſacerdos dicere poteſt, Ego te abſoluo à peccatis, auctoritate etiã Romani Põtificis, aut alterius hominis, ſed auctoritate Chriſti, vt loco citato probabimus. Si autẽ Epiſcopus haberet actiuã iuriſdictionẽ à Romano Põtifice, dicere poſſet; Auctoritate Romani Põtificis ego te excõmunico, & ab hac ſentẽtia excõmunicationis, quã ego tuli, abſoluo.

Cæterũ quãuis Doctores omnes pro hac noſtra ſententia allegati in hoc vnũ cõſpirent, vt affirment, Epiſcopatũ Ordinẽ eſſe, & Sacramentũ; tamen inter eos non conuenit, vtrum ſit Ordo, & Sacramentũ diuerſum à ſacerdotio, an non: & vtrum eius cõſecratio imprimat characterem diuerſum, an extendat ſacerdotalem, vel certè ſolum conferat poteſtatẽ nõ characterẽ, quas quidẽ controuerſias ſequẽte capite in ſolutione rationũ prioris opinionis explicabimus.

Qua iuriſdictione Epiſcopus ſuperet ſacerdotem.

Non probatur Autori.

Diluuntur rationes cap. 2. pro priori ſententia allatæ.

CAPVT V.

QVod ſupereſt, diſſoluamus rationes Soti, quas cap. 2. pro fundamẽto prioris opinionis adduximus, & in earũ ſolutione præcedẽtẽ noſtram ſententiam magis, ac magis illuſtremus circa ea, in quibus Auctores pro ipſa allegati nõ conueniunt, ſicut præcedẽte capite ſub finem propoſuimus. Circa primũ argumentũ pro ſententia Soti, deſumptũ ex numero Ordinũ, nõnulli pro noſtra ſentẽtia citati, ita putant Epiſcopatũ eſſe Ordinẽ, vt ſit diſtinctus à ſacerdotio, & ita plures quàm ſeptem Ordines enumerant. Antiſiodorenſis loco aſsignato putat, nouem eſſe Ordines in Eccleſia militante, ſicut etiam ſunt in triumphante nouem ordines Angelorum, & illis ſeptem quos diſp. 236. c. 1. ex cõmuni Scholæ ſentẽtia recẽſuimus,

Soti argumentis ſit ſatis. 44

42 Michaelis Medinæ obiectio de Epiſcopis titularibus ex plodi tur.

an

ānumerāt duos alios, videlicet Episcopatum, & Archiepiscopatum. Et quamuis aliqui codices mendose legunt Archidiaconatum, tamen ex contextu planè colligitur, legendum esse Archiepiscopatum. Primatū verò, & Patriarchatum confert Ordines non esse, quia nō differūt, inquit, nisi pœnes maiorem, & minorem potestatem. Maior quoque loco citato existimat, nouem esse Ordines Ecclesiasticos in Ecclesia militante, instar triūphantis; tamen illis septem, qui passim enumerantur, addit primam tonsuram, & Episcopatum, non autem Archiepiscopatum: et ita cum Antisiodorensi in eo conuenit, vt Episcopatus sit diuersus Ordo à sacerdotio: cum his etiam conuenire videtur Petrus de Soto, lib. de institutione sacerdotū, lectione illa quarta. §. *Exhis igitur*, quatenus asserit, in dubitatum fidelibus esse debere, sacerdotium, & Episcopatum, & diaconatum esse tria Sacramenta perfecta, & distincta, & quatenus etiam Episcopatum, & sacerdotium duos Ordines vocat: hic enim docere videtur, esse duos Ordines diuersos, & perfectos. Idem pro viribus defendere molitur Michael Medina, lib. illo 1. de sacrorum hominum continentia, cap. 16. & 18. & quod attinet ad numerum Ordinum, iuxta hanc suam sententiam, octo Ordines admittere videtur: nam cap. 18. respondens huic primę rationi, inquit, numerum illum septenarium Ordinū voluntarium esse, & à Lombardo fortasis acceptum. Contra autē ipsi opponit Isidorum lib. 7. Etymologiarū cap. 12. et refertur canone *Cleros*, 21. d. qui non septem, sed nouem numerat, ostiarium psalmistā, lectorem, exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum, presbyterum, & Episcopum. Tumetiam quòd in Pontificali Romano ordinatio psalmistæ ponatur diuersa ab alijs. Opponit etiam Hieronymū, hoc est, Autorem epistolæ ad Rusticū Narbonensem apud Hieronymū, in 9. tomo, qui licet septem tantū numeret Ordines, lōge tamen diuersa ratione eos recenser, videlicet, fossarios, ostiarios, lectores, subdiaconos, diaconos, sacerdotes, & Episcopos, vbi Episcopos à sacerdotibus plane distinguit.

Maior sequitur sententiam Antisiodorensis. 45

Pet. Soto.

Michael Medina octo ordines admittit.

46

Anacleti sententia de numero Ordinū

Quid sentiat Nauarrus.

Denique pro hac sentētia allegari posset Anacletus in epistola 3. c. illo 1. vbi ait, Ordinē sacerdotū, prout Dominus eū instituit, bipartitū esse, & nō amplius, quā duos Ordines sacerdotū nobis à Domino, & Apostolis traditos fuisse: cū enim dicat Ordinē sacerdotū esse bipartitū, & dicat duos esse Ordines sacerdotū, prædictā sentētiā nō obscure indicare videtur. Denique Nauarrus in summa cap. 22. n. illo 18. supra à nobis citato in hac disputatione c. 3. plane sentit, Episcopatū esse distinctū Ordinē à sacerdotio, & ita ingenue fatetur, esse octo Ordines, licet non admittat cum Iurisperitis, tonsuram esse Ordinem.

47

Autoris sententia

Mihi tamē semper placuit sentētia Durādi, & aliorū, qui dicūt, Episcopatū esse quidē Ordinem, & Sacramentū, non tamen distinctū à sacerdotio; nō quòd omnino idē sit Episcopus, q̄ sacerdos, sed quòd Episcopus sit quasi sacerdos magis perfectus, sicut dicebamus disput. precedēte de sacerdote ratione potestatis consecrandi, videlicet, nō habere diuersum Ordinē, & Sacramentū, sed eūdem magis perfectum, atque ita nō esse duos integros Ordines sacerdotū ratione illarū duarū potestatum numerandos: ita docent Durandus in 4. d. 24. q. illa 6. n. 8. & Paludan. q. 7. art. 3 n. 14. neque obscure indicat Supplementū Gabrielis q. 1. art. 3. dub. illo 6. si per totum attente legatur. Neque verò fas esse existimo, libere de numero Ordinū hoc aut illo modo sentire, cum iam communis sententia Scholæ sit, septem tantum esse Ordines, quatuor quidē minores, tres verò maiores: Nam quod aliqui Patres aliquos numerent, alijs prętermissis, vel certe plures, quàm septem, ideo est, vel quia de Ordine loquuntur latiori significatione, vel quia ciaca Ordines minores, quos disput. 237. c. 2. diximus ex Ecclesiæ tantum institutione esse, variatio aliqua in Ecclesia antiqua fuit, vt ibidem notauimus. Et certe Isidorus canone illo *Cleros* 21. d. nō dicit, esse octo Ordines Ecclesiæ, sed referens nomina clericorū Ecclesiæ, supra septem nomina septem Ordinum, quę passim numerātur, refert etiā nomē Episcopi. Autor autem ille apud Hieronymū septem tantum enumerauit per septem capita, & gradus distinctos: tametsi distinguat Episcopatū à sacerdotio, prętermittens aliquē ex minoribus Ordinibus. Verum nō multū curauit, vtrum Episcopatus esset Ordo omnino à sacerdotio diuersus, tanquā integer quidam alius Ordo, an solū esset veluti perfectio sacerdotij: ideo enim tamquā diuersum numerauit, vt munus Episcoporum distincte explicaret: atque idem dico de Anacleto loco citato, & de Leone, in epistola ad Anastasium, quæ est 84. alias 82. cap. quarto, vbi subdiaconatū vocat quartū Ordinem à capite, hoc est, ab Episcopatu. Et ita supponere videtur, à subdiaconatu vsque ad Episcopatū quatuor Ordines numerari. Ille enim non curauit de numero perfectorum

Durandus, Paludanus.

Supplementum Gab.

48

Isidorus Authoris sententiæ potius faue.

Anacletus & Leo explicatur 49

Ordinum, ſed ideo dixit Anacletus, ſacerdotium Ordinem eſſe bipartium, ne introduceretur medius alius, qui poſtea introductus fuit; videlicet Chorepiſcoporum: ſicut ex teſtimonio ipſius recte deduxit Damaſus, vt ſupra vidimus diſput. 238. c. 3. Leo autem ideo Epiſcopatum poſuit primum Ordinē, & caput, vt oſtenderet, quāto maiori ratione Epiſcopi lege continentiæ tenerentur, quam reliqui inferiores. Cęremonia denique, & modus ordinandi Pſalmiſtam, qui eſt in Pontificali, non eſt in vſu, quamuis in antiqua Eccleſia fuerit, & tunc fuerit Ordo diſtinctus, vt diſput. 237. cap. 2. notauimus.

His pręmiſsis reſpondemus ad primū argumentum oppoſitæ ſententię, deſumptum ex numero Ordinum, ad probandum, Epiſcopatum non eſſe Ordinem: nos non addere nouum Ordinem ſupra ſeptenarium numerum Ordinū ſequi patem in Eccleſia conſtituitur: quia ita dicimus Epiſcopatum eſſe Ordinē, vt aſſeramus, non eſſe diſtinctum à ſacerdotio, ſed eodē modo cum illo ſe habere, ſicut diſput. 230. capite ſexto diximus, ſe habere poteſtatem collatam ſacerdoti ad abſoluēdū à peccatis cum poteſtate conſecrandi. Eſt enim poteſtas Ordinis, & Ordo Sacramentū, nō tamen diſtinctus integer Ordo, neque Sacramentū à priori poteſtate, ſed cum priori vnum integrum Ordinem, & Sacramētū conſtituens. Eſt autē eadē omnino ratio in Epiſcopatu: nā ſicut poteſtas abſoluēdi nō conſtituit diuerſum Ordinē, & Sacramētū à priori, qui illam ita neceſſariò tāquā prę-uiā poſtulat, vt niſi ea impreſſa cōferri nequeat; & alioqui nulla ſit ordinatio, & collatio talis poteſtatis: ita etiā niſi pręuio ſacerdotio, Epiſcopatus cōferri nō poteſt, & aliter collatus nullus omnino ſit. Eſt igitur Epiſcopatus ſacerdotiū perfectū, quo ſacerdos alios ſacerdotes generare, & ordinare poteſt, & ita Epiſcopus cū ſacerdote cōparatur, ſicut vir adultę ætatis, qui alios homines poteſt gignere, cū iuuene, qui nō poteſt: nā Epiſcopus generare poteſt ſacerdotes per ordinationē, ſacerdos autē nō poteſt

Ad ſecundā rationē dico, Doctores oppoſitæ ſententiæ abſq; vllo fūdamēto ita definiſſe Ordinem Sacramētū, vt per reſpectū tantū miniſterij ad conſecrationē Euchariſtię conſtitui debeat. Quid enim obſtare poteſt, quominus etiam per reſpectum ad conſecrandos, & ordinandos ſacerdotes, miniſtros Euchariſtiæ, poſsit Ordo conſtitui, qualis eſt Epiſcopatus?

Prima ratio Soti diluitur. 50

Epiſcopatus conferri non poteſt, niſi pręmiſſo ſacerdotio

51

Secunda ratio ſoluitur.

Ad tertiam rationem primùm quidem reſpondeo, etiam ſi dicamus, Epiſcopatum eſſe Ordinem, minime ſequi eſſe integrum Ordinem diſtinctū à ſacerdotio, ſicut ſacerdotium deſtinguitur à diaconatu, vt reſpōdentes primæ rationi diximus. Deinde circa characteris impreſsionem per ordinationem Epiſcopatus, varie Doctores ſentiunt: nam Michael Medina lib. 1. de ſacrorum hominum continentia cap. 16. §. *Imbecillior.* irridet eos, qui dicunt, per Ordinationem Epiſcopi non imprimi characterem omnino diſtinctum à ſacerdotali, ſed ſacerdotalem extendi, eo quod per talem extenſionem nihil ei diuerſæ naturæ addi poſsit, quod in ipſo antea virtute non contineatur: ac proinde, ſi tantum fieret extenſio, nulla poteſtas tunc cō ferretur, quæ in Ordinatione ſacerdotis collata nō eſſet. Nam, ſicut (inquit) extenſio non addit rei extenſæ maiorē eſſentiam, aut naturam: ita etiā neque maiorem virtutem ad operandum tribuet, vt patet in extenſione pellis, per quam adquiritur ſolùm maior loci quantitas; maior autē ſubſtantia, vel natura, vel potentia non itē. Verum hic Autor friuola ratione adductus fuit ad id aſſerendum, neque enim extenſio characteris excogitanda eſt, inſtar extenſionis quantitatis, in qua ſolum aliquid quantitatis additur, ſubſtantiæ autem, aut potētiæ nihil, ſed inſtar extenſionis habitus circa varias concluſiones, per quam aliqua diſtincta poteſtas à prima additur: nam habitus adquiſitus circa primam concluſionem, circa illam ſolum præſtat promptitudinem ad operandum: deinde per extenſionem adquiſitus circa ſecundam, circa eam promptum reddit habentem, & ſic de extenſione circa alias concluſiones.

Durandus loco proxime citato, ſolùm, inquit per Ordinationem Epiſcopis imprimi characterem; vtrum autem ſit diſtinctus omnino à ſacerdotali, an tantùm ſit extenſio ſacerdotalis, non explicat. Denique Paludanus, quæſt. illa 7. articul. tertio n. 16. ita philoſophatur de ordinatione Epiſcopi, ſicut de ordinatione ſacerdotis ad remittendum peccata, poſt ordinationem eius ad conſecrandum, vt vtrobique fiat extenſio characteris, & poteſtatis ad diſtinctum miniſterium, & in hac ſententia fuit Sotus locis citatis cap. ſecundo; quāuis exiſtimauerit, Epiſcopatum nō eſſe Ordinem Sacramentum: nam licet neget, per hanc ordinationem conferri gratiam, quod eſt proprium Sacramenti, tamen concedit, per eam imprimi characterem, non quidem

Tertię rationi occurritur. 52

Mich. Med.

Varieſentiunt Doctores de impreſsione characteris in ordinatione Epiſcopi.

Improbatur ſententia, & fūdamentū Medinæ.

Durandus.

Paludanus.

53

Sotus.

dem diſtinctum omnino à ſacerdotali, ſed veluti gradum quemdam ipſius ſecundum extenſionẽ, quę duo inter ſe non recte conueniunt, vt capite 4. contra eundem Sotum obſeruauimus.

Autoris placitum. 45.

Ego vero in hac re ita cenſeo philoſophandũ, ſicut diſput. præcedente cap. 6. dẽ Ordine ſacerdotali ad abſoluendũ à peccatis philoſophatus ſum, vt neque in tali ordinatione imprimatur character, omnino diſtinctus à præcedente, nec extẽdatur præcedens ſed permanente eodem charactere; cõferatur alia poteſtas diſtincta à præcedẽte, ob eandẽ prorſus rationẽ, quam hoc loco repetere opus non eſt. Addo etiã, licèt verũ eſſet, quod docuit Michael Medina, videlicet, per Epiſcopi ordinationem imprimi characterẽ omnino diuerſum à charactere ſacerdotali, ſicut ſacerdotalis diſtinctus eſt ab alijs: nihilominus nõ fore, vt nõ præmiſſo ſacerdotali Epiſcopalis imprimi poſsit, ſicut imprimi poteſt ſacerdotalis nõ impreſſo, neq; collato Ordine diaconatus, quia ita inſtituti ſunt huiuſmodi Ordines, vt ſacerdotiũ collatũ non præmiſſo Ordine diaconi verũ, & firmum ſit; at poteſtas abſoluendi à peccatis, nõ præmiſſa poteſtate cõſecrandi, vel Epiſcopatus, nõ præmiſſo ſacerdotio, ſi facto, non iure cõferatur, neq; rata, neq; vera ſit: id quod in communi ſententia ferendũ eſt, ſiue dicamus eſſe vnũ, & eundem characterem ſacerdotis, & Epiſcopi, ſiue diuerſos.

Quarta rationi obuiãtur.

Ad quartam rationem dico, poteſtatẽ Epiſcopalem, ſi ſecundũ ſe, prout diſtincta à ſacerdotali, cõparetur cũ illa, nõ eſſe præſtantiorem, hoc eſt, ad præſtantiorem effectum non referri, nulla enim poteſtas præſtantiorem effectũ habere poteſt cõſecratione, circa quam eſt prior poteſtas ſacerdotalis. Verum, quia Epiſcopus ſimul cũ poteſtate Epiſcopali, habet etiã vtramque ſacerdotalem, merito quidem per Epiſcopalem dicitur in eminentiori gradu ſupra ſacerdotes conſtitutus, tãquam perfectior ſacerdos, qui nõ tãtũ poteſt, quidquid alij ſacerdotes poſſunt, ſed etiam ordinare alios ſacerdotes ad idem miniſterium, & de illis omnibus per claues ſoluendi, & ligandi iudicare. Ex eo vero, quòd Ordinatio Epiſcopi characterem imprimeret perfectiorem, minime ſequeretur id, quod Sotus in 4. ratione cõtendit, nimirum fore, vt in ſe includeret characterẽ ſacerdotalem, ac proinde ſacerdotalis diſtinctus ab Epiſcopali ſuperuacaneus eſſet: nam neque character ſacerdotalis in ſe includit characteres diaconi, & ſubdiaconi, ſicut falsè contendit idẽ Sotus in eadem quarta ratione, cum tamen ſit ſuperior, & præſtantior, ſed eos tamquam præuios iure requirit, neque ob id ſuperuacanei ſunt.

Per Epiſcopatum dicitur homo in eminenciori gradu Eccleſiæ conſtitui.

55

Quinta ratio valde friuola eſt. Nam quod ſacerdotium, & Epiſcopatus diuerſis diebus conferantur, nõ ſatis eſt, vt proinde dicamus, eſſe duos Ordines omnino diuerſos; quod enim poteſtas conſecrandi, & abſoluẽdi eidem homini eodem die, licet diuerſa hora conferatur, vt præcedente diſputatione cap. 5. diximus, ideo eſt: quia vtramque poteſtatem, ſemper in quocunque ſacerdote ſimul eſſe, maxime conuenit, neque vnquam ſeparata eſt; valde enim decet, vt, qui poteſtatem habet cõſecrandi corpus, & ſanguinem Chriſti verum, poteſtatem etiam habeat in corpus Chriſti myſticum, vt à peccatis abſoluat: at poteſtatem ſacerdotalem, & Epiſcopalẽ ſemper ſimul eſſe in quocunque ſacerdote, certe minimè decet: neque enim conueniens eſt, quemlibet ſacerdotẽ ita perfectè ſacerdotem eſſe, vt alios ſacerdotes generare, & ordinare queat, quod proprium eſt Epiſcopi. Voluit autem Eccleſia, vt in Dominica die, quæ dignior eſt Epiſcopus ordinaretur: ſacerdos autem, in Sabbatho, eo quod Epiſcopus in altiori Eccleſiæ gradu eſſet conſtituendus.

Quinta rationi reſpondetur. 56

Circa poſtremam rationem de materia, & forma huius Ordinis, nihil apud Scholaſticos, præterquam apud Maiorẽ, & Armillam inuenire potui: neque in Põtificali, neque ab aliquo alio Autore notatum legi, quænam ex cęremonijs, & verbis, quæ in conſecratione Epiſcopi adhibẽtur, eſſet materia, & forma huius Ordinis Sacramenti: tametſi ex ijs, quæ Patres tradunt non obſcure id colligatur. Et ſane ſuſpicari quis poſſet, materiam huius Sacramenti remotam eſſe chriſma, proximam vero eſſe vnctionem, qua ordinandus vngitur in capite: formam autem eſſe verba, quæ cum ipſa vnctione proferuntur, in hunc modum. *Vngatur, & conſecretur caput tuũ cæleſti benedictione in Ordine Pontificali, in nomine Patris, & Filij, &c.* Nulla enim alia videntur eſſe verba, quæ melius exprimant proprium munus, ad quod electus ordinatur: nam illa verba: *Accipe Spiritum ſanctum*: quæ prius à tribus Epiſcopis ſimul cum impoſitione manuum dicuntur ſuper ordinandũ vſque adeò generalia videntur, vt proprium munus, aut gradũ Epiſcopi non exprimant, quod tamẽ neceſſariũ videbatur pro forma: hac enim ratione diximus ſupra diſp. 238. c. 4. verba illa: *Accipe Spiritũ ſanctũ, &c.* quę dicũtur ordinando-

Vltima ratio de materia, & forma ordinationis Epiſcoporum diſſoluitur

57

dinando in diaconum, non eſſe formam ordinationis diaconi, quia generalia ſunt, neque vllum miniſterium proprium illius Ordinis exprimunt.

Autoris opinio.

Maior.

Armilla.

Cæterum mihi videtur cum Maiori in 4. diſt. 24. q. 1. colum. 4. in extremis verbis, ante. §. *His paucis, &c.* & cum Armilla, verbo *Ordo*, num. 11. materiam proximã huius ordinationis eſſe impoſitionem manuũ, verba autem illa: *Accipe Spiritum Sanctum*, quę ſimul à tribus Epiſcopis dicuntur, eſſe formã. Quamuis enim ſolum dicant hi Autores, Ordinem Epiſcopalem, quem putant eſſe Sacramentum, conferri in ipſa manuũ impoſitione, tamen neceſſario eo ipſo denotant, eam eſſe materiam, & formã, quam diximus. Hãc vero ſententiam primùm ex doctrina Patrũ manifeſte colligere mihi videor: nam cũ plures etiam Epiſcopi ex Diuina inſtitutione, tamquam neceſſarij miniſtri ad hanc ordinationẽ requirantur, vt ex Anacleto, & Damaſo, & alijs diſp. 238. cap. 7. probauimus, conficitur plane, materiam ſaltem à pluribus neceſſariò eſſe adhibendam, & eam, quæ ab vno tantũ adhiberetur, non ſatis fore, quia à non miniſtro adhiberetur, cum vnus ſolus miniſter eſſe nequeat: conſecratio autem, & vnctio in capite ſit ab vno tantum: ergo neque ea vnctio eſt materia, neq; ea verba, quæ ſimul proferuntur, ſunt forma. Prętera nulla eſt alia cęremonia, quæ à tribus pro materia adhibeatur: nihil igitur aliud ſupereſt, quod pro materia, & forma eſſe poſſit. Deinde ex Scriptura non minus clare oſtenditur ex illo 1. ad Timotheum, cap. 4. *Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterij.* Nã hunc locũ de ordinatione Timothei in Epiſcopũ intelligi, per presbyterium autẽ conuẽtum, ſeu concurſum Epiſcoporũ denotari, ſupra in hac diſputatione cap. 3. notauimus. Cum igitur dicat Paulus, cum impoſitione manuũ Epiſcoporũ collatam fuiſſe gratiam Timotheo: ex quo etiam cap. 4. probauimus, hanc Ordinationem eſſe Sacramentũ gratiam cõferens, cõſequitur manifeſte, eam manuum impoſitionem eſſe materiã, ac proinde verba, quæ ſimul cũ ea proferuntur, eſſe formã: nam gratia Sacramentalis in ipſa applicatione materiæ, & formæ, & per ipſam confertur. Neque obſtat id, quod ſupra dicebamus, verba illa: *Accipe Spiritum Sanctum*, admodũ generalia eſſe: nam quãuis in illis, ſecundùm ſe conſideratis, nõ denotetur munus, aut gradus peculiaris Epiſcopi, & pro quocumque alio Ordine eodẽ modo dici poſſent, tamen prout proferũtur, adhibita à tribus Epiſcopis in vnũ cõgregatis mãnuum impoſitione pro materia rectè quidẽ denotant gradũ Epiſcopi, ad quẽ electus ordinatur: ſic enim ſimul imponẽtes, per verba illa denotãt, ſe eũ in ſuũ cõſortium admittere, & ad hoc Spiritum Sanctum ei tribuere, ac proinde in eodẽ Ordine Epiſcopali ſecum ipſum conſtituere, cum tamen mãnuum impoſitio ab vno tantum Epiſcopo adhibita, & eadẽ verba: *Accipe Spiritum Sanctum*, paucis alijs additis abeodẽ in ordinatione diaconi prolata, neq; ſecũdũ ſe, neque prout ab ipſo Epiſcopo dicta, & huic materię applicata, peculiare aliquod munus, aut gradũ diaconi denotent, vt loco citato oſtẽdimus. Neque enim prout dicta ab vno Epiſcopo cum tali materia denotare poſſũt, ordinatũ admitti ad cõſortiũ Epiſcopi in hoc potius Ordine, quã in alio, cum vnus Epiſcopus tam ſit miniſter Ordinis ſacerdotij, & ſubdiaconatus, quã diaconatus, è cõtrario vero tres Epiſcopi ſolius Ordinis Epiſcopalis miniſtri ſint, vt diſp. 243. c. 1. ex profeſſo oſtendemus. Ideo autẽ exiſtimo, Chriſtũ voluiſſe, vt eccleſia illis tãtum verbis, quæ ſecundũ ſe generalia ſunt, in hac ordinatione vteretur, vt denotaret abũdantiam gratiæ Spiritus Sancti, quæ Epiſcopis in ordinatione confertur; plus enim videtur eſſe dari Spiritum Sanctum abſolute, quã dari ad hunc, vel aliũ effectũ peculiarem. Puto autẽ, in ordinatione Epiſcopi, vt potè digniori, quã ſacerdotali, dari maiorẽ gratiã Spiritus Sancti, qualis videtur maximè conueniens ad generãdos ſacerdotes, miniſtros Dei, & eos cũ Eccleſia gubernandos. Quo autẽ pacto hæc dignitas, & poteſtas Epiſcopalis, præſtantior ſit ſacerdotali, explicatũ à nobis eſt in hoc capite, cum ad quartam rationem reſponderemus.

Ex Patrum doctrina id probatur.

Ex Scriptura firmatur. 1. ad Timotheum 4.

Nonnulli cẽſent, formã quidẽ Epiſcopatus eſſe verba illa: *Accipe Spiritum Sanctum*: de materia autẽ diuerſo modo ſentiunt: dicũt enim cũ Antonino 3. p. titul. 14. c. 16. §. 9. & Hoſtienſi, quẽ citat idẽ Antoninus, eſſe impoſitionẽ libri Euangeliorũ ſuper ſcapulas, ſeu ceruicẽ conſecrandi ſimul cũ manuũ impoſitione ſuper caput: ita etiã ſenſerunt Carolus Bouius, in ſcholio capitis 3. lib. 8. conſtitutionũ Clementis in 5. tomo Conciliorũ: inquit enim ſignũ externũ, quo inſtituuntur Epiſcopi, eſſe librũ Euangeliorũ, impoſitũ ceruici ordinandi: & noſter Fr. Ciſc. Turrianus lib. 2. epiſtol. Põtificũ cap. 21. poſt mediũ, cum ait, impoſitionem libri Euangeliorum ſuper conſecrandum eſſe loco linguarum ignis ſupra capita Apoſtolorum in die Pentecoſtes, quando innituti

Antoninus Hoſtienſis. Carolus Bouius. Franciſcus Turrianus.

(2

62 ſtituti ſunt omnes Epiſcopi. Et Clemens in prædicto libro capite 2. alias 3. in fine ait diaconis tenentibus Euangelia ſuper caput conſecrandi, Epiſcopos, & presbyteros orare pro illo, & deinde ſequente capite ponit orationem, in qua videtur eſſe forma conſecrationis; non tamen excludunt impoſitionem manuum à ratione materiæ.

Impoſitionem libri Euangeliorum non pertinere ad materiam huius ordinationis, probat Autor.

Verum quamuis, vt recte contra Centuriatores probat noſter Turrianus, in cap. 4. illius libri, hæc cęremonia à tempore Apoſtolorum in conſecratione Epiſcoporum adhiberi conſueuerit, id enim ſolum in eo loco contendit Turrianus, tamen materiam conſecrationis Epiſcoporum non eſſe, facile conuinci poteſt: quia materia ab eodem adhiberi debet, à quo proferri poteſt forma, vt à legitimo miniſtro: atqui liber Euangeliorum imponitur ſcapulis conſecrãdi, non ab Epiſcopis conſecratoribus, ſed ab vno ex capellanis, vt dicitur in rubrica Põtificalis, & antiquitus fiebat à diaconis, vt expreſſe tradit Clemens in fine illius capitis 2. aut 3. qui non ſunt miniſtri, neque formam proferre poſſunt: ergo non poteſt eſſe materia. Et quamuis in Concilio Carthaginenſi 4. canone 2. & refertur canone, *Epiſcopos*. 23. d. præcipiatur, vt duo Epiſcopi teneneant librum Euangeliorum, & reliqui manus imponant, tamen cum oppoſitum ſit in vſu in Eccleſia Romana, & Clemẽs tradiderit, conficitur plane, non pertinere ad eſſentiam ordinationis, vt liber ab Epiſcopis teneatur. Materiã vero à legitimo miniſtro debere applicari, manifeſtum eſt: tum etiam ab eo à quo forma proferri debet, notauimus ſupra diſput. 237. cap. 2. & 2. tomo diſput. 138. cap. 4. Quamuis autem Clemens loco citato, & Dionyſius de Eccleſiaſtica hierarchia c. 5. p. 3. quæ eſt de ſpirituali intelligentia poſt medium, aliàs cap. 10. in contẽplatione 2. poſt mediũ, huius cęremoniæ meminerint, tamen nullus eorum dicit eſſe materiam conſecrationis Epiſcopi, aut per illam tradi poteſtatem, ſed illius meminerunt ſicut & aliarum. Et ſane ſi liber Euãgeliorum deberet eſſe materia Epiſcopatus, potius eſſet, quando Epiſcopus accipit illum de ſcapulis conſecrati, & adiuuantibus alijs Epiſcopis aſſiſtentibus, tradit illũ clauſum conſecrato, ſub illis verbis: *Accipe Euangelium, &c.* quia ab eodem adhibetur, & traditur liber, & proferuntur verba.

63 Concilium Carthag.

64 Obiectio contra dicta ex canone 2. Concilij 4. Carthaginenſis.

Verum contra id, quod diximus, in Sacramentis non poſſe adhiberi materiã ab vno, & formam ab alio proferri, obijciet nobis quis canonem 2. Concilij 4. Carthaginenſis, qui refertur canone: *Epiſcopus, De conſecratione*, d. 23. vbi dicitur: *Epiſcopus cum ordinatur, duo Epiſcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem ſuper caput, & ceruicem eius, & vno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui omnes Epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant.* Hinc enim conſtat ab vno tantùm tunc proferri conſueuiſſe verba illa: *Accipe Spiritum Sanctum* (id enim intelligit Concilium per benedictionem) & ab alijs manus imponi. Ex quo fit, vt ab vno adhiberetur materia, & ab alio proferretur forma. Reſpondeo, ex hoc canone minime colligi, ab Epiſcopo, qui benedicebat verbis illis: *Accipe Spiritum Sanctum*, non conſueuiſſe manus imponi, ſed tantũ ab eo ſolo verba illa proferri. Quare exiſtimo, ita conſueuiſſe verba illa dicere, vt etiam ſimul materiam applicaret. Ex eo autem quòd ad conſecrationem, & ordinationem Epiſcopi, neceſſarij eſſent plures Epiſcopi tamquam miniſtri, non ſequitur, omnes etiam debuiſſe verba, & formam pronũciare, ſed ſatis erat, vt vno proferente, & imponente manum, ac proinde materiam applicante, alij ſimul manus imponerent, & ita materiam ſolam applicarent: nam cum omnes ſimul ad ordinationẽ concurrere debeant, ſatis eſt, vt in applicatione materiæ cõmunicent, & vnus ſolus formam proferat: nos autem ſolum dicimus fieri non poſſe verum Sacramentum, ſi vnus proferat formam, & non applicet materiam, ſed alter tantum: ſic enim nullo modo ſuum miniſterium denotaret, vt notauimus 2. tomo diſput. 138. cap. 4. Porro autem, non eſſe veram Epiſcopi conſecrationem, ſi vnus Epiſcopus manus imponat, alius autem benedicat, hoc eſt, dicat illa verba: *Accipe Spiritum Sanctum*: docuit expreſſe Sylueſter in ſumm. verb. *Cõſecratio* primo, in principio.

63 Explicatur canon Concilij Carthag.

Corolariũ ex dictis.

Porro ea, quæ hactenus diximus, recte probant Epiſcopatum Ordinem eſſe non latiori ſignificatione, pro quocumque ſtatu dignitatis, ſicut aduerſarij aliqui ingenue fatentur, ſed proprie, prout ſacerdotium, & alij Ordines hactenus numerati vocantur, cũ ex Concilio Tridentino, & Patribus probatum fuerit, eſſe Ordinem à Chriſto inſtitutum: nam Ordo à Chriſto inſtitutus proprie dicendus eſt Ordo.

(?)

De Matrimonio ſpirituali Epiſcopi cum Eccleſia, in ipſa ordinatione celebrato, & de tranſlatione ex vna in aliam Eccleſiam. Diſp. 241.

Epiſcopus ordinatus ad aliquam Eccleſiam, etiã occupatam, Matrimonium ſpirituale cum ea contrahit, quamuis huiuſmodi coniugium ad eſſentiam conſecrationis non ſit neceſſariũ. Cap. 1.

Tranſlationẽ Epiſcoporũ ex vna in aliam Eccleſiam vetitam eſſe, Conciliorum, & Pontificũ decretis oſtenditur. Cap. 2.

Non tantum iure poſitiuo, ſed etiam naturali Diuino tranſlationem Epiſcoporum prohibitã eſſe. Cap. 3.

Explicantur quædam difficilia circa Caput, Inter corporalia, *De tranſlatione Epiſcoporũ. Cap. 4.*

Diluũtur rationes duæ, quæ pro poſteriori difficultate præcedente cap. allatæ ſunt. Cap. 5.

A quo tranſlatio Epiſcoporũ fieri poſſit. Cap. 6.

Quibus de cauſis tranſlatio Epiſcoporum fieri poſſit. Cap. 7.

Epiſcopus ordinatus ad aliquã Eccleſiam, etiam occupatam, Matrimonium ſpirituale cum ea contrahit, quamuis huiuſmodi coniugium ad eſſentiam conſecrationis non ſit neceſſarium.

CAPVT I.

1 Epiſcopus electus, & conſecratus ad aliquam Eccleſiã, matrimoniũ ſpirituale cũ ea init, & conſummat. Euariſtus.

IN Electione, cõfirmatione, & conſecratione Epiſcopi ad aliquam Eccleſiam, Matrimonium ſpirituale cũ ea iniri, & cõſummari indubitatum catholicis eſſe debet: ſic enim expreſſe tradidit Euariſtus in epiſtola 2. quæ eſt de Epiſcopis electis, & alijs loco eorum ſubſtitutis, parum à principio, his verbis: *Ipſe enim, ſcilicet Chriſtus, eſt ſponſus: eſt Eccleſia ſponſa, cuius filij nos ſumus, & ideo vnum Patrem habemus Deum in cælis, ſacerdotes vero vice Chriſti legatione funguntur in Eccleſia, & ſicut ei ſua coniuncta eſt ſpõſa (id eſt Eccleſia) ſic Epiſcopis iungũtur Eccleſiæ, vnicuique proportione ſua.* Poſtea vero recenſitis proprietatibus Matrimonij carnalis, de amore viri erga vxorem, & de obedientia vxoris erga virum ſuum, & de non dimittenda vxore, & alijs, explicat, quo pacto in his omnibus idem inter Epiſcopum & Eccleſiã ſeruari debeat, vt inferius oſtendemus. Calixtus quoque Pontifex in epiſtola 2. quæ eſt ad omnes Galliarum Epiſcopos, cap. 3. poſt medium, & refertur 7. q. 1. canone, *Sicut alterius vxor*: non minus perſpicuis verbis idem explicauit in hunc modum. *Quoniam ſicut alterius vxor, nec adulterari ab aliquo, vel indicari, aut diſponi, niſi à proprio viro eo viuente permittitur: ſic neque vxor Epiſcopi, quæ eius Eccleſia, vel parochia indubitanter intelligitur, eo viuente abſque eius iudicio, & voluntate alteri iudicari, vel diſponi, aut eius concubitu frui, (id eſt ordinatione) vllatenus conceditur.* Demum Innocentius III. in cap. *Inter corporalia. De tranſlatione Epiſcoporum*, ante medium multo clarius id docuit his verbis. *Cum ergo fortius ſit ſpirituale vinculum, quã carnale, dubitari non debet, quin Omnipotens Deus ſpirituale coniugium, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam ſuo tantum iudicio reſeruauerit diſſoluendum, qui diſſolutionem etiam carnalis coniugij, quod eſt inter virum, & fœminam, ſuo tantum iudicio reſeruauit, præcipiens, vt quos Deus coniunxit, homo non ſeparet:* & in cap. *Licet*, eodem titulo vocat ſpirituale fœdus coniugij, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam *Quod*, inquit, *in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in conſecratione intelligitur conſummatum.* Cum quibus conuenient verba, quibus Epiſcopus conſecrator poſt impoſitionem manuum, & vnctionem, & baculi traditionem, benedicit annulum, & benedictum immittit in digitum annularem Epiſcopi conſecrati, his verbis: *Accipe annulum fidei, ſcilicet ſignaculum, quatenus ſponſam Dei Sanctam, videlicet Eccleſiam, intemerata fide ornatus illibatè cuſtodias:* annulus enim apud omnes nationes ſymbolum fuit Matrimonij. Et quamuis conſecrator Eccleſiam non vocet ſpõſam ipſius Epiſcopi cõſecrati, ſed Chriſti, tamen Epiſcopo conſecrato non traderet annullum, niſi & ipſe eſſet ſponſus Eccleſiæ ſuæ, ſicut Chriſtus totius vniuerſalis Eccleſiæ conſtitutus. Etenim cũ eadem ſit ſponſa Chriſti, & Epiſcopi, ex parte proportione ſeruata, quia Epiſcopi ſunt legati

Galixtus Pontifex.

2

Innocentius III.

Immiſſio annulli in digitum conſecrati matrimonium, hoc indicat.

3

ti ipſius Chriſti, ſicut dixit Euariſtus, & peculiari iunguntur Eccleſiæ, ſicut Chriſtus vniuerſali, ſatis fuit, tradito annullo commendare Epiſcopi conſecrato ſponſã Chriſti, vt eam illibatam conſeruaret. nam niſi eſſet etiam ex parte vxoris ipſius, annulus ei non traderetur: neq; enim cuſtodi vxoris alterius, ſed proprio tantum marito traditur annullus in teſtimonium fidelitatis.

Titulares Epiſcopi, ad aliquam Eccleſiam occupatã electi, Matrimonium eiusdem rationis cum illa contrahunt.

Cæterum ita exiſtimo inter Epiſcopum & Eccleſiam, ad quam cõſecratur, ſpirituale coniugium iniri, vt inter titulares Epiſcopos, qui ad aliquam Eccleſiam occupatam ordinantur, Matrimonium ſpirituale eiuſdem rationis contrahatur: hos enim vere Epiſcopos eſſe, dubitare nulla ratione licet, tum quia, vt infra videbimus, ordinatus ſine titulo alicuius Eccleſiæ particularis verè Epiſcopus eſt. Tum etiam quia Concilium Tridentinum, ſeſſione 14. cap. 2. De reformatione, admittens huiusmodi Epiſcopos tanquam veros, modum illis conſtituit, quo miniſtrare debeant. Quocirca merito notandus eſt Andreas Freyhub, in diſputatione Lipſica, quòd auſus fuerit aſſerere, hos non eſſe verè Epiſcopos. Adductus autem fuit ad hoc aſſerendum teſtimonio Cõcilij Chalcedonenſis, actione 15. canone 6. vbi præcipitur, vt nullus abſolute, hoc eſt, ſine Eccleſia, ordinetur, imo & manuum impoſitionem factam ſine Eccleſia irritam, & inanem eſſe. Et quidem in eo canone ſermo eſt non tantum de presbyteri, aut diaconi, ſed etiam de cuiuscumque in aliquo gradu Eccleſiaſtico conſtituti ordinatione. Putat autem prædictus Andreas, perinde eſſe quemquã ordinari titulo Eccleſiæ occupatæ, quãnullo modo inuiſere, aut gubernare poteſt, & abſolute ſine Eccleſia vlla ordinari.

Cõcilium Chalcedonẽſe cuius mentem, Andreas Freyhub aſſequutus non eſt.

Infirmo tamẽ nixus fuit fundamẽto, vt id aſſereret: nã quiordinatur titulo alicuius Eccleſiæ, etiãoccupatæ, nõ abſoluteordinatur, ſed reuera ad illã Eccleſiãordinatur. Et ſicut is, qui, antequã ciuitas a binimicis caperetur, vere erat Epiſcopus illius, capta illa, & occupata non minus manet Epiſcopus, ita etiã qui eo mortuo ordinaretur, vere Epiſcopus eſſet, & cum ea Eccleſia tale coniugium ſpirituale iniret: vt ſi quando ab inimicis recuperetur ad eam ire, & curam illius ſuſcipere deberet. Et hac de cauſa in epiſtolis, quas vocant dimiſſorias, ſeu expeditionis, Pontifex Romanus his Epiſcopis ſcribit, vt eant in Eccleſias ſibi commiſſas, quod quidem non ſcribit ad alios Epiſcopos, qui ordinantur ad Eccleſias non occupatas. Nõ quòd titularibus reuerã præcipiat, vt ſtatim in eas Eccleſias ſe conferant, de quarum cõuerſione, ſeu profectu ſpirituali nulla prorſus ſpes habetur, ſed vt eis ſignificet cum illis Eccleſijs ſpirituale coniugum ipſos ita inijſſe, vt ſi quando contigerit, Eccleſiam ab inimicis liberari, ad illam ſe debeant conferre, quamuis interim imminente periculo inimicorum, ad id nullo iure teneantur. Ideo autem ad alios Epiſcopos titulo Eccleſiæ non occupatæ ordinatos, id non ſcribit: quia nihil obſtat, quominus ſtatim eant. Epiſcopi vero Eccleſiarum occupatarum merito excuſantur, dũ imminet periculũ. Neque defuerunt aliquando, qui periculum huiuſmodi ſubire maluerunt, quàm videri, populos ſibi commiſſos, minus quàm ſe ipſos diligere. Ex quibus fuit Bartholomæus Bononienſis, qui, vt ſcribit Leander Bononienſis, in lib. de viris illuſtribus, ſimul atq; fuit electus, & conſecratus Epiſcopus Armenię, illuc ſe contulit, vbi multa mirabilia edidit. Adde, quòd conſecratus in Eccleſiam occupatam corpore abſens, præſens autem ſpiritu, orationibus ſuis multũ illi prodeſſe poteſt. Denique cum non pauci Epiſcopi Eccleſiarum non occupatarum indigeant ope aliorum Epiſcoporum pro adminiſtratione Sacramentorum in ſua Eccleſia, & viſitatione: & ne alij ſuas Eccleſias relinquere cogerentur, vt eos adiuuarent, merito titulares Epiſcopi ad Eccleſias occupatas ordinari conſueuerunt, vt alios adiuuare poſſint. Et ideo in Germania Suffraganei vocantur.

Epiſcopus corpore abſens a ſua Eccleſia, crebris ad Deum precibus, ouiũ ſuarum ſaluti perſpiciat.

Notatur Andreas Freyhub, qui titulares Epiſcopos, non eſſe veros Epiſcopos aſſeruit.

Demum, cum Epiſcopi conſecrati abſolute vere Epiſcopi ſint, dubitare non licet, ordinatos ad Eccleſias occupatas vere etiam Epiſcopos eſſe. Porrò autem ordinatos abſolute, hoc eſt, abſque vlla Eccleſia, vere Epiſcopos eſſe, probatur ex Clemente Romano, li. 7. conſtitutionum Apoſtolorũ, cap. 47. aliàs 46. vbi inquit, viuente Petro, Linum à Paulo Epiſcopum Romanorum, poſt mortem verò Lini, Clementem à Petro eorumdem Romanorum ordinatum fuiſſe; non quòd tanquam proprij Epiſcopi Romanorum, & tanquam ad propriam Eccleſiam ad Romanam eſſent ordinati, nam tunc Petrus Epiſcopus Romæ erat, duo autem Epiſcopi eiuſdem ciuitatis ſimul eſſe non poſſunt, ſed quòd ordinati eſſent abſolute ſine propria Eccleſia ad hunc tantum finem, vt Petro Romæ coadiutores eſſent. Idemq; colligitur ex Epiphanio contra hæreſes hereſi 27. poſt medium. Quinimo, vt inquit Clemens in prædicto capite, & Epiphanius

Epiſcopi abſolutecõſecrativere Epiſcopi ſunt.

Clemens Romanus.

Epiphanius.

probabile censet, Linus ita fuit ordinatus à Paulo Episcopus coadiutor Petri, vt nullo modo in Episcopatu Romano Petro succes ſerit, sed ipse, & Cletus eodem modo ordinatus, obierunt, viuēte Petro, ac proinde eo defuncto Clemens in Episcopatu Romano proximè succeſſerit, id quod docuit etiā Sophronius Hieroſolymitanus in ſermone de agone Petri, & Pauli, & Ioan. III. locō ſtatim allegando, & credidit noſter Fraſciſcus Turrianus, lib. 2. pro epiſtolis Pontificum, cap. 10. & in cap. 47. lib. 7. Apoſtolicarum conſtitutionum Clementis.

Linus, & Cletus abſolute creantur in Episcopos

Sophronius Ioan 3. Franciſcus Turrianus.

8

Marianus Scotus.

Neque obſtat quod ait Ioannes Papa III. in epiſtola vnica, ca. 2. quā Marianus Scotus tribuit Gregorio II. Petrū aſciuiſſe ſibi adiutores Linum, & Cletum, eis tamen non poteſtatem Pontificij, aut ligandi, atque ſoluendi normam, ſed exteriorum tantum rerum adminiſtrationem tradidiſſe, vt inde probet, Chorepiſcopos immerito ſibi Pōtificiam poteſtatem arrogare. Neque enim de notauit Linum, & Cletum fuiſſe tantum Chorepiſcopos, vt eorum exemplo audaciam, & temeritatem Chorepiſcoporum reprimeret. Nam ſi Linus, & Cletus fuerunt Petri adiutores Romæ, manifeſtum eſt, Chorepiſcopos non fuiſſe: hi enim erant Epiſcopi villarum, & nunquam in magna ciuitate reſidebant, ſed aut in villa, aut in parua ciuitate, tanquam vicarij Epiſcopi præcipuæ ciuitatis, vt vidimus ſupra diſp. 238. cap. 7. ſed eos conuincere voluit exemplo Lini, & Cleti, qui cum veri Epiſcopi eſſent, ita fuerunt aſſumpti coadiutores à Petro, vt permiſſi non fuerit poteſtate Pōtificia, nempè imponendi manus, & ordinādi, fungi: aut normam habere excommunicandi, & ab excommunicatione abſoluēdi. Ex quo merito quidem reprehendit Chorepiſcopos, quòd dignitatem Pontificiā, & munera Epiſcoporum ſibi arrogare non dubitarent.

Linus, & Cletus nō fuere Chorepiſcopi.

Quam vim heat argumentum Pontificis.

Verùm obijciet quis Damaſum in epiſtola 4. quæ eſt de Chorepiſcopis, columna 4. in fine, vbi enumeratis duobus prioribus modis, quibus ordinabantur Chorepiſcopi, ſubdit tertium hoc modo. *Tertium ſi abſolute fuerint inſtituti, ſicut de quibuſdam audiuimus, quæ omni Epiſcopali careant auctoritate*, quaſi dicat; Quocumque ex hiſtribus modis fuerint ordinati, nullam habere poſſunt Pōtificiam auctoritatem. Tertius autem modus eſt ordinationis abſolutę, hoc eſt, abſq; vlla Eccleſia. Tum etiam obijciet nobis quis canonem Concilij Calcedonenſis, ſupra allegati: vbi prohiberi videtur ordinatio abſolutā etiam Epiſcopi. Sed quamuis verum ſit, iure poſitiuo huiuſmodi ordinationem eſſe vetitam, nihilominus negari non poteſt fore, vt iure Diuino vere ordinatus maneret Epiſcopus, qui abſolute reciperet manuū impoſitionem iuxta ritum à Chriſto inſtitutum: tum etiam aliqua de cauſa prædictam legem Eccleſiaſticam relaxari poſſe, vt quis in Epiſcopum abſolutè ordinetur, ſicut credimus Linum, & Cletum ordinatos fuiſſe: & hoc ſatis eſt, vt dicamus, eos, qui in Epiſcopos ordinantur ad Eccleſias occupatas, vere Epiſcopos eſſe.

Obijcitur Damaſus.

Canō etiā Concilij Calcedonienſis opponitur.

9

10

Ex dictis tamen inferre licet, quamuis iuxta doctrinam Innocentij III. capite, *Licet, De tranſlatione Epiſcoporum*, quam ſupra memorauimus, Matrimonium Epiſcopi cum Eccleſia per electionem initum, & per confirmationem ratum fiat, & per conſecrationem conſummari dicatur; nihilominus id non eſt ita accipiendum, vt ipſamet ordinatio Epiſcopi eſſentia ſua ſit Matrimonij conſummatio: tum quia abſolute ordinatus nullum init Matrimoniū cū Eccleſia: ſi quidē ad nullā ordinatur: tū etiā, quia cum ordinatus ad vnam Eccleſiam, ab ea in aliam tranſfertur, alterum Matrimoniū cum ea contrahit, & tunc iterum non conſecratur, ſed vna conſecratio pro pluribus Eccleſijs ſufficit: ſi autem ipſamet conſecratio eſſentia ſua conſummatio Matrimonij eſſet pro diuerſo Matrimonio diuerſa eſſe deberet. Dicitur ergo Matrimonium ſpirituale inter Eccleſiam, & Epiſcopum conſummari in conſecratione, quia contractus initus per electionem, & ratus per confirmationem, perficitur tempore cōſecrationis, dum ordinatus in Epiſcopū plenam Eccleſię curā in ſe ſuſcipit, & ita ei adhęret, vt iā ſint quaſi vna caro, & cōtractus Matrimonij indiſſolubilis permaneat. Cum ſecunda autem Eccleſia, quando Epiſcopus ad primam aliam conſecratus fuerat, Matrimonium initur in electione, fit ratum in confirmatione, & conſummatur adepta poſſeſſione, vt iā propria voluntate Epiſcopī ſecundum Matrimonium diſſolui nequeat.

Conſectaria quædā ex dictis.

Innocentij verba pro Autoris ſententia explicātur

11

Neque contra ea, quæ diximus eſt id, quod aſſerit Innocentius III. in cap. *Inter corporalia, De tranſlatione Epiſcoporū*, per cōfirmationē ita cōtrahi Matrimoniū inter electū, & Eccleſiam, vt Epiſcopalis dignitas, hoc eſt, conſecratio nihil addat, cū manere poſſit quis Epiſcopus, & nullius Eccleſiæ: nō enim negat Pontifex id, q̄ dixit in cap. *Licet*, conſummari videlicet Matrimoniū hoc, dum conſecratur Epiſcopus, & magis po-

perfici: hoc enim verissimum est, sed ipsam dignitatem, & consecrationem sua natura esse consummationem Matrimonij, aut per illam iniri coniugium spirituale, cùm iam per confirmationem contractum sit, vt ità probet, per solam confirmationem tale initi Matrimonium inter Episcopum, & Ecclesiam, vt non nisi authoritate Pontificis vicarij Dei dissoluiqueat, neque aliud distinctum in consecratione celebrari: & ità idē ius vtriusque esse debere, vt non non nisi auctoritate Dei dissolui possit.

13

Translatio Episcoporum ex vna in aliam Ecclesiam vetitam esse, Conciliorum, & Pontificum decretis ostenditur.

CAPVT II.

TRANSLATIONEM Episcopi ex vna in aliam Ecclesiam, non solum sine licentia summi Pontificis, aut Patriarchæ, aut eorum Episcoporum, ad quos electi confirmatio ex concessione summi Pontificis pertinet, sed etiam sine causa ex licentia factam semper vetitam, & reprobatam fuisse, ex varijs Concilijs, & epistolis Pontificum compertum est. Dico autem aut sine causa factam, etiam si consensus summi Pontificis, aut Patriarchę, aut Episcoporum, ad quos pertinet cōfirmatio, accedat. Primùm quidem de translatione sine causa facta extat canon 14. Apostolorum, vbi sic dicitur. *Episcopo non licere lienam parochiam*, hoc est Ecclesiā, *propria relicta peruadere, licet cogatur à pluribus: nisi forte quis rationabili causa compellatur tanquam qui possit ibidem constitutis plus lucri conferre, & in causa religionis aliquid profecto prospicere, & hoc non à semetipso pertentet, sed multorum Episcoporum iudicio, & maxima supplicatione pertentet.* Quibus verbis non dānatur translatio sine licentia, sed sine causa facta, vt manifeste constat. Per alienam autem parochiam non intelligitur aliena Ecclesia, viuente Episcopo illius, sed alia Ecclesia, vt altera translatio habet, & hoc mortuo Episcopo: hic enim solum agitur de translatione Episcoporum, non autem de vsurpatione alienæ iurisdictionis. Idem definitur in Concilio Carthaginensi 4. cap. 27. refertur canone *Episcopus* 7. quæst. 1. his verbis: *Vt Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquā inferioris Ordinis clericus. Sane si id vtilitas Ecclesiæ fiendam popposcerit, decreto pro eo clericorum & laicorum Episcopis porrecto, in præsentia Synodi transferatur, nihilominus alio in loco eius Episcopo subrogato.* Vbi, cū ad trāslationem Episcopi duo requirantur, & vtilitas Ecclesiæ, & approbatio Episcoporum in Synodo, ad quos de iure tūc in ea regione confirmatio Episcopi electi pertinere videbatur, & reprobetur translatio facta absque alia causa à minori in maiorem ciuitatem, sicut fuerat etiam reprobata in Synodo Sardicensi, canone 1. ab Osio Episcopo Cordubensi, approbante toto Concilio, manifestè consequitur, omnem translationem sine causa rationi consentanea, de qua inferius dicemus, reprobatam esse.

Canon Apostolorum.

14

Concilium Carthag. 4.

15

Quę causa requiratur ad translationē Episcopi.

Synodus Sardicensis.

Sunt etiam præclara Pontificum decreta, de hac re. Euaristus Papa in epistola 2. quę est de Episcopis electis, nō longe à principio: & refertur canone: *Sicut vir* 7. q. 1. cum dixisset, inter Episcopum, & Ecclesiam, ad quam consecratur, Matrimonium spirituale contrahi, indè aliqua scitu digna infert, & inter alia id quod diximus de trāslatione in hunc modum: *Et sicut vir non debet adulterare vxorem suam, ita neque Episcopus Ecclesiam suam, id est, vt illam dimittat, ad quā sacratus est absque inuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungat.* Idem ex eodē iure coniungij decernit de ipsa Ecclesia, vt nullo modo dimittere possit Episcopum, cum quo contraxit. Cū ait, non dimittendam Ecclesiam absque necessitate inuitabili, aut Apostolica, vel regulari, seu canonica mutatione, non denotat canonicā aliquā mutationem ex licentia superiorum sine causa rationi consentanea, pro sola voluntate superiorum esse posse, sed Episcopum trānsferri non posse, nisi aut propter necessitatem, quę euitari non possit, aut saltem ob causam rationi consentaneam, quam mutatio canonica, & Apostolica seperhabere debet, vt ex dictis patet, & inferius ostendemus. Consentit etiam Anterus Papa in epistola ad Episcopos Beticæ, & Toletanę Prouinciæ, quę in 1. tomo Conciliorum est 1. in tomis autem epistolarum Pontificum est 7. & refertur 7. q. 1. canone: *Mutationes*, inquit enim, mutationes Episcoporū communi vtilitate, atque necessitate fieri, licet

Euaristus Papa.

Anterus Papa

16

licere, ſed non propria cuiuſque voluntate, aut dominatione. Vbi non prohibet, ne fiat ſola voluntate Epiſcopi ſine ſuperioris licentia, quaſi ſola licentia pro nutu conceſſa ſufficiat, ſed ita poſtulat pro cauſa mutationis neceſsitatem, ſeu vtilitatem communem, vt digna cauſa eſſe nequeat, etiam accedente conſenſu ſuperioris, ſola voluntas, & appetitus dominandi ipſius Epiſcopi, qui transferri deſiderat. Cõfirmat autem exemplo Petri, & aliorum, qui non ſine cauſa vtilitatis in aliam Eccleſiam trãslati ſunt.

17

Concilio Antiochenum.

Porrò hanc Epiſcoporum translationem abſolutè vetitam eſſe iure poſitiuo, conſtat ex Concilio Antiocheno, cap. 21. & refertur canone, *Epiſcopum* 7. q. 1. vbi ſtatuitur, nequis priorem deſerens Eccleſiam, ad aliam transmigret, aut ſponte ſua aut etiam â populis, aut ab Epiſcopis neceſsitate coactus. Cum dixit, *Neceſsitate coactus*, iuxta vnam translationem, non intelligit de neceſsitate Eccleſiæ, ad quam transferri deſiderat, ſed de neceſsitate, quam preces aliorum Epiſcoporum inferre ei poſſunt, ſicut alia translatio habet. Nam talis ſuaſio neceſsitas quædam, quæ cogat, eſſe videtur. Per Epiſcopos autem intelligit vicinos, & fortaſſe eos etiam, ad quos ex conſuetudine pertinebat electionis confirmatio. Idem conſtitutum fuit in Concilio Sardicenſi, canone 1. proponẽte ita Oſio toti Concilio, vt nullus Epiſcopus de vna ciuitate, ſeu Eccleſia in aliam tranſire permittatur, & toto Concilio approbante, quinimo pœnam ſeueram ſtatuante, videlicet, qui ad aliam Eccleſiam tranſierit, laica etiam communione priuetur. Ratio autem, quæ ibi aſsignatur eſt, quòd nullus reperiatur, qui ex maiori ciuitate, & Eccleſia ad minorem transferri deſideret. Idem abſolute prohibetur in Concilio Carthaginenſi 3. cap. 38. & damnatur Creſconius villæ regienſis Epiſcopus, q̃ ſua Eccleſia derelicta, aliam adire non dubitauerit. Adde etiam Leonem in epiſtola ad Anaſtaſium, quæ eſt 84. aliàs 82. qui hanc translationem quacumque occaſione fieri prohibet, quamuis ſub quacumque occaſione non comprehendat neceſsitatem Eccleſiæ, aut alias cauſas legitimas, de quibus inferius dicemus. Denique Innocentius III. idem prohibuit locis citatis in præcedente capite, atque, vt infrà videbimus, cauſam, & modum explicuit, quo hæc translatio fieri poſsit.

Concilium Sardinenſe.

Concil. Carthag. 3.

18

Innocent. 3.

Non tantum iure poſitiuo, ſed etiam naturali Diuino tranſlationem Epiſcopi prohibitam eſſe.

CAPVT III.

EX Prædictis Concilijs, & Pontificum decretis manifeſte conſtat, iure humano Eccleſiaſtico hanc translationem Epiſcoporũ ab vna in aliam Eccleſiam vetitam eſſe, & maximè reprobatam: ſupereſt, vt videamus, vtrùm hoc ſolo iure poſitiuo, an etiam naturali, cõſiderata dignitate, & conſecratione Epiſcopi ad aliquam Eccleſiam transferri non liceat: multum enim intereſt vtroque modo, aut priori tantum id prohibitum eſſe. Si enim ſolo iure Eccleſiaſtico poſitiuo hæc translatio vetita eſſet, poſſet ſanè longæuo vſu, & conſuetudine, & ab ipſo Romano Pontifice huic iuri omnino derogari, ſi autem iure etiam naturali Diuino prohibita eſſet, nequaquam poſſet. Tum etiam ſi iure tantum poſitiuo vetita eſſet, & huiusmodi ius ad hoc vigeret, alia ratio requireretur, vt ſummo Pontifici in eo diſpenſante, translatio fieret, quàm ſi iure etiam naturali interdicta eſſet, vt inferius videbimus.

19

Iam verò hanc translationem contra ius naturale eſſe ratione ſaltem incommodorũ, quæ frequenter conſequũtur, ſentit Dominicus Sotus in 3. lib. de iuſtitia, & iure, q. 6. art. 2. poſt nonam concluſionem, §. *Verùm ex hoc*. Nam ex hac conſuetudine mutandi Epiſcopum in aliam ciuitatem, via ambitioni aperitur. Nullus enim transferri vult, niſi ad maiorem, & pinguiorem Epiſcopatum, vt notauit Oſius in 1. canone Concilij Sardicenſis: & hac ratione in prædicto canone, & alijs in locis, hæc translatio maximè dãnatur, vt cap. ſequente videbimus. Ex quo etiam fit, vt nullus ſit ſua Eccleſia contentus, neq; eam charam habeat, ſed quaſi mercenarius in ea maneat, & rebus illius proſpiciat. Adde quod qui ad pinguiorem Epiſcopatum aſpirant, muneribus, & donis Aulicos, & Magiſtratus ſolicitare non deſinunt, vbi Reges iure Patronatus Epiſcopos eligunt, & præſentant, quatenus, & ipſi ad pinguiorem Epiſcopatum transferantur. Id quod vſqueadeo frequens eſt, vt nonnul-

Qui probet Sotus translationem Epiſcoporum iure naturali eſſe prohibitam.

Ex translatione ambitioni aditus aperitur.

20

li antequàm ad Ecclesiam, ad quam fuerunt electi consecrentur, ad pinguiorem transferri summopere contendant, & aliquando etiam obtineant. Demum hac translatione non raro fieri solet, vt Episcopo ætas non sufficiat ad cognoscendas dues vnius Episcopatus, aut certè, vt ad pinguiorem Episcopatum in ea ætate transferatur, in qua parum ei vtilis esse possit. Cumque maior Ecclesia maiores in suo Pastore vires exposcat, nó raro accidere solet, vt in senili, & confecta ætate ad eam Episcopi transferantur.

Alia incõmoda quæ ex trãslatione pullulant. 22

Verumenimuero, quamuis hęc ita sint, atque ad hęc incommoda vitãda, licet alia ratio non subesset rarissime, & non sine causa manifesta ex ijs, quas inferius enumerabimus, hęc Episcoporum translatio fieri deberet tamen, si id quod diximus cap. 1. de Matrimonio Episcopi cum sua Ecclesia, rectè consideremus, perspicue videbimus, hanc translationem ex se ita vetitam esse, etiam si nullum incommodum ex dictis, aut aliaud eiusmodi ex ea sequatur, vt non sine causa sufficiente ad dissoluendum Matrimonium hoc spirituale fieri possit. Atq; id, quod diximus de translatione Episcopi in aliam Ecclesiam, intelligimus etiã de renunciatione Episcopatus: nam translatio in aliam Ecclesiam, eatenus ex se prohibita est, & contra rationem, quatenus non finere nunciatione prioris fit. Porro autem inter Episcopũ, & Ecclesiã, ad quã eligitur, cõfirmatur, & cõsecratur, spiritualis cõiungij vinculũ intercedere, definiunt Euaristus, Calixtus, & Innocentius III. vt vidimus cap. 1. Innocentius verò nõ solũ iddefinit locis ibidem citatis, sed etiam in c. illo: *Inter corporalia*, expresse docet, fortius esse vinculum huius spiritualis Matrimonij inter Episcopum, & Ecclesiam, quàm carnalis inter virũ, & vxorem, ac proinde dubitandum nõ esse, Omnipotentem Deum dissolutionem illius sibi reseruasse, sicut etiam dissolutionem cõiugij carnalis, & ita non humana, sed Diuina potestate coniugium spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam dissolui, quoties Episcopus ab vna in aliam ex concessione sũmi Pontificis, vicarij Iesu Christi, transfertur. Idem quoque asserere debet de quocumque genere renunciationis, vt non nisi eadem Dei autoritate fieri queat: de hoc autẽ Diuino iure, quo constat Matrimonium spirituale Episcopi cum sua Ecclesia, & quo dissolutio eius soli Deo, & summo Pontifici reseruata est, iterum contra Hostiensem cap. 5. dicemus. Neque vero hoc solum definit de Episcopo consecrato, sed etiam de electo, & confirmato, vt non nisi eadem Diuina potestate Ecclesiam, ad quam electus, & confimatus est, relinquere possit: eo quòd cum ea ante consecrationem Matrimonium spirituale inierit. Reddit autem rationem: eo quòd dignitas Episcopalis, quam electus per consecrationem consequitur, nihil addat, cum Episcopalis dignitas manere possit in eo, qui nullius Ecclesiæ Episcopus sit, videlicet postquam oneri, & non honori renunciauit. Quod quidem qua ratione intelligendum sit, cap. 1. explicuimus. Neque enim negari potest, dum cõsecratur Episcopus ad aliquam Ecclesiam, Matrimonium spirituale initum, per confirmationem aliquo modo perfici, & consummari. Ex quibus omnibus manifeste consequitur, translationem Episcoporum ab vna in aliam Ecclesiam, non tantum ob incommoda, quæ inde oriuntur, sed etiam suapte natura non licere, sicut non licet viro vxorem dimittere, nisi ob aliquam causam rationi cõsentaneam autoritate Dei, vt inferius explicabitur.

Expendũtur verba Innocen. iij. 24

* Idem de renuntiatione Episcopatus habendũ.

Euaristus. Calixtus. Innocent.

In matrimonio Episcopi cum Ecclesia, coniungij vinculum intercedit

23

Explicantur quædam difficilia circa caput, Inter corporalia, *de translatione Episcoporum.*

CAPVT IIII.

CAETERVM Circa prædictum caput, *Inter corporalia*, duo, quæ primo aspectu difficilia videntur, explicare oportet, alterum est circa id, quod præmittit Innocentius in textu, vt inde probet id, quod contẽdit: præmittit enim discrimen inter corporalia, & spiritualia, & corporalia faciliùs destruũtur quàcõstruantur: spiritualia vero faciliuscõstruuntur, quã destruantur. Ex quo discrimine ita colligit, *Cũ ergo fortius sit spirituale vinculum, quàm carnale, dubitari non debet, quin Omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, suo tantum iudicio reseruauerit dissoluendum, qui dissolutionem etiam carnalis coniugij, quod est inter virum, & fœminam suo tantum iudicio reseruauit, præcipiens, vt quod Deus coniunxit, homo non separet.* Est igitur difficultas, quia Matrimonium carnale multò faciliùs construitur, quàm dissoluitur: eo quòd

25

sola

ſola voluntate contrahentium conſtruitur, & tamen non ſola voluntate ipſorum, ſed magna ex cauſa diſſoluitur, nempè, aut per diſpenſationem Pontificis, aut per ingreſſum in religionem. Ex illo igitur diſcrimine colligere non potuit Innocentius, fortius eſſe vinculum ſpiritualis coniugij inter Epiſcopum, & Eccleſiam, quàm carnalis inter virum, & fœminam: cum carnale Matrimonium normam rerum ſpiritualium ſequi videatur, videlicet, vt facilius conſtruatur, quàm deſtruatur.

25

Quid Gloſa, & Panormitanus ſentiant.

Gloſſa in prædictum caput. *Inter corporalia*, verbo, *Deſtruitur*. & Pannormitanus in idem caput ingenuè fatentur, Matrimoniũ carnale facilius conſtrui, quàm deſtrui. Et confirmant ex lege, *Conſenſu*: Codice de repudijs, vbi inquiunt Theodoſius, & Valentinianus in hęc verba. *Conſenſu licitè Matrimonia poſſe contrahi, contracta non niſi miſſo repudio diſſolui, præcipimus: ſolutionem etenim Matrimonij difficiliorẽ debere eſſe, fauor imperat liberorum.* Dicere quidem poſſet quis, Imperatores in lege illa loqui, non de ſolutione Matrimonij, quòd attinet ad vinculũ, ſed tantùm q̃ ſpectat ad thorum; nam cauſę diuortij, quas ibidẽ aſsignant, nẽpè crimina quædam non poſſunt ſufficere, vt Matrimonij vinculum diſſoluãt, ſed vt coniuges

26

à thoro, & cohabitatione ſeparentur: hoc autem modo non videtur, quo pacto difficiliùs diſſoluatur: nam ſicut mutuo conſenſu contractum fuit, ita etiam mutuo conſenſu ſaltem in aliquo caſu ſolui poteſt, videlicet, ſi filij iam ſint extra patriam poteſtatem, aut cura parentum minime indigeant, tunc enim mutuo conſenſu ſolui poteſt Matrimonium, quod attinet ad thorum, & cohabitationem; vel ita, vt coniuges ingrediantur religionem, ſi extra religionem de eorũ continentia timeri poteſt: vel certe ſi grandioris ætatis ſint, vt nullum ſit periculum incontinentiæ, manendo extra religionem. Verùm cum lex illa dicat, fauore filiorum difficilius ſolui, intelligi debet de ſolutione Matrimonij etiam in caſu in quo filij indigent cura parentum, in quo ſine dubio mutuo conſenſu diuortium fieri nequit, quod attinet ad thorum, & cohabitationem; quam uis fieri poſsit, quod attinet ſolum ad thorum intra eandem domum manendo, & in hoc caſu difficilius ſanè ſoluitur, quàm cõtrahitur, vt patet, cum ſolo conſenſu contrahatur, diſſolui tamen non poſsit. Quod quidem ſatis videtur, vt abſolute dicendũ ſit, Matrimonium carnale difficilius ſolui, quàm contrahatur.

Præterea, dicere etiam quis poſſet, Matrimonium carnale ratum, non conſummatum, ſequi quidem in omnibus regulam rerum corporearum, vt faciliùs diſſoluatur, quàm contrahatur, ſi quidem pro contrahendo illo, vtriuſque coniugis conſenſus requiritur, diſſolui autem poteſt ſolo conſenſu alterius, etiam ſi alius renuat, per ingreſſum religionis. Verùm neque in hoc Matrimonio regula illa Innocentij locum habere videtur, nam diſſolui ſolo conſenſu alterius per ingreſſum religionis, non eſt faciliùs diſſolui, quam contrahi: nam ingreſſus religionis, multo difficilior eſt, quam contractus Matrimonij ex vtriuſque conſenſu initus, ex quibus colligi videtur, verũ dixiſſe Pannormitanum, & Gloſſam, Matrimoniũ carnale difficilius ſolui, quã cõtrahi, & in hoc non ſequi regulam rerũ corporearum. Rationem autem textus ita colligit Pannormitanus, vt dicat, Pontificem vſum fuiſſe argumento à minori ad maius in hunc modũ. Cum conſtet corporalia facilius deſtrui, quàm conſtruantur, & nihilominus diſſolutio Matrimonij carnalis ſit Pontifici reſeruata, multo magis reſeruata erit diſſolutio Matrimonij ſpiritualis inter Epiſcopũ, & Eccleſiam, quia, vt plurimum difficiliùs diſſoluũtur ſpiritualia, quã carnalia, ſiquidem carnalia difficilius conſtruuntur, quã deſtruantur, ſpiritualia vero è cõtrario. Nec obſtat, inquit ille, quòd carnale Matrimonium regulam illam rerum corporearum non ſequatur, nam eo ipſo, quod diſſolutio carnalis Matrimonij reſeruatur Pontifici, cum tamen non ſequatur regulam rerum corporearum, multo maiori ratione reſeruari debet diſſolutio coniugij ſpiritualis Epiſcopi cum Eccleſia, quod ſequitur regulam rerum ſpiritualiũ, quia actus ſecundùm naturam fortius operatur, quam qui eſt contra naturam: & ita Matrimonium ſpirituale, quod eſt actus ſecundùm naturam, quia ſequitur regulam rerum ſpiritualium, maiori ratione magis indiſſolubilis erit, quàm carnale, quod, cum non ſequatur naturam rerum corporearum, videtur quaſi actus contra naturam.

27 Aliorum reſponſio de matrimonio rato, non cõſummato, quod alterius tantũ nutu diſſolui poſſit, licet ad cõtrahendũ, vtriuſque conſenſus requiratur

Exponit Innocentium Panormitanus.

Verùm, hoc quod ait Pannormitanus de actu ſecundùm naturam, & contra naturam, friuolum eſt: quòd enim Matrimonium carnale non ſequatur normam aliarum rerum corporearum, non ſatis eſt, vt dicatur, actus contra naturam, & proinde minorem vim habere, & minus operari, aut magis indiſſolubile eſſe, quàm ſi eſſet ſecundum naturam; nam ſi eſſet ſecũdùm naturã in ſenſu,

28

quem

quẽipſe Pannormitanus contendit, hoc eſt, normamaliarũ rerum corporearum ſequeretur, facilius diſſolueretur, ſi quidem aliæ res corporeę facilius deſtruuntur, quàm cõſtruantur, iuxta doctrinam Innocentij in prędicto capite. Matrimonium autem carnale facilius contrahitur, quam diſſoluatur, & eatenus maiorem habet vim, vt diſſolutioni reſiſtat, quatenus à natura aliarum rerũ deficit, & contra illam eſt.

29

Hoc igitur modo exiſtimo, Pontificem in eo capite colligere, Matrimonium ſpirituale inter Epiſcopum, & Eccleſiam non niſi autoritate Dei, per Pontificem ſummũ diſſolui poſſe. Manifeſtum eſt, corporalia difficilius conſtrui, facilius autem deſtrui: ſpiritualia vero ecõtrario; tum etiã fortius eſſe vinculum ſpiritualis cõiugij quàm corporalis: cũ igitur carnalis cõiugij diſſolutio reſeruetur Deo (intellige etiam, eius vicario nomine ipſius) eo quòd coniugium ſit, quoniam coniugium vſque adeo ſtrictè copulat coniugatos, vt licet corporale ſit, & iuxta normam aliarum rerum corporearum facilius ſolui deberet, quam iniri, tamen hoc ipſo quòd coniugium eſt, hanc normam rerũ corporearum non ſequatur, ſed eius diſſolutio ita difficilis ſit, vt reſeruata ſit Deo, & ſummo Pontifici: conſequitur plane, ſpirituale coniugium multo difficilius diſſolui poſſe, & eius diſſolutionem Pontifici ſummo iure optimo eſſe reſeruatam: tum quia ſpirituale eſt, & res ſpirituales difficilius deſtruuntur, quàm conſtruuntur: tum etiam, quia Matrimonium eſt: vterque enim titulus ſimul difficiliorem prorſus reddent ſolutionem eius, quam Matrimonij corporalis. Scio ſanè inter ſpiritualia iuſtificationem non ſequi normam reliquarum rerum ſpiritualium: difficilius enim iuſtificamur à peccato, quam iuſtificationem ſemel adeptam amittamus, quis hoc neget? Verùm exiſtimo Pontificem loquutum fuiſſe de rebus ſpiritualibus, quæ non ex conſenſu tantum vnius, qualis eſt iuſtificatio, ſed ex aliorũ etiam voluntate pendẽt.

Autoris ſententia de mente & ratiocinatione Pontificis

Alterum in prędicto capite difficile eſt, quod ait Innocentius, fortius, & maius eſſe vinculum ſpiritualis Matrimonij Epiſcopi cum Eccleſia, quàm coniugij corporalis, cum oppoſitum potius videatur verum. Primum: nam Matrimonium corporale, ſi conſummatum ſit, nulla de cauſa diſſoluitur, quod attinet ad vinculum, ſed tantum quod ſpectat ad thorum, & habitationem: quare & coniuges aliqua de cauſa ſeparati, aliud Matrimonium iniri non poſſunt: at vinculum ſpiritualis coniugij Epiſcopi cum Eccleſia etiam conſummati per conſecrationẽ, iuſta certe de cauſa diſſoluitur, & Epiſcopus ſic ab vna Eccleſia ſeparatus alteri per aliud Matrimonium coniungitur. Deinde quia Matrimonium corporale ratum, non conſummatum, maiori cum difficultate, & minus frequenter diſſoluitur, quàm Matrimonium Epiſcopi cum Eccleſia, vt experimento ſatis compertum eſt.

Alia difficultas eiuſdem capitis: Inter corporalia, expeditur

30

31

Innocentius IIII. & Gloſſa in prędictum caput verbo, *Fortius*, his fere rationibus, quas adduximus adducti, fatentur ingenue, vinculum ſpiritualis coniugij Epiſcopi cum Eccleſia debilius quidem eſſe, & minus forte, multo tamen nobilius: & hoc modo videntur interpretari verba Pontificis, vt cum dixit, *Fortius*, intellexerit, *Nobilius*, quorum ſententiam probabilem conſet Hoſtienſis in ſumma, titulo de tranſlatione Epiſcopi: qu. 4. num. 5. addit tamen, neque veram eſſe, neque menti Pontificis accommodari poſſe. Primùmquidem non eſſe veram probat, quia nobilius (inquit) eſt carnale coniugium, quam ſpirituale, id quod quibuſdam rationibus, quas conſulto prętermitto confirmat. Deinde non poſſe accommodari mẽti Pontificis, hac ratione conuincere contendit, quia Innocentius III. in prędicto capite, non vult, inquit, diſcrimen conſtituere inter Matrimonium carnale, & ſpirituale, quod attinet ad nobilitatem, & excellentiam, ſed quod ſpectat ad ſtabilitatem, & firmitatem, quam fortitudinem vocare voluit: nam ex diſcrimine in nobilitate nullum deſumere poterat argumentum ad probandum, diſſolutionem ſpiritualis coniugij ad ſolum Pontificem ſummum autoritate Dei pertinere. Contra vero ex diſcrimine in firmitate rectè colligit, Si id, quod minus firmum, & forte vinculum eſt, quale eſt coniugij corporalis, hoc ipſo quod eſt coniugij, non niſi ſummi Pontificis autoritate diſſolui poteſt: multò maiori ratione magis firmum, & forte, quale eſt coniugij ſpiritualis Epiſcopi cum Eccleſia, eo ipſo quod cõiugium eſt, non niſi eadem autoritate diſſolui poterit. Adde, quòd ſi vinculum coniugij ſpiritualis debilius eſſet (vt ipſi loquuntur) facilius quidem ſolueretur, quàm vinculum Matrimonij carnalis, licet nobilius eſſet, quàm illud, ac proinde perperam inferret Innocentius ex eo, quòd diſſolutio Matrimonij carnalis reſeruata eſt Deo, & ſummo Pontifici, ſpiritualis quoque diſſolutionem reſeruatam eiſdem eſſe debere.

Fortius videtur vinculum Matrimonij carnalis, quam ſpiritualis

Hoſtienſis hanc ſententiam cenſet probabilem, licet illam refutet.

32

Improbat rafatam ſententiã Hoſtienſis.

33

Exiſtimo igitur cum eodem Hoſtienſi, &

& Pannormitano, vinculum coniugij ſpiritualis, non ſolum nobilius, ſed etiam fortius, hoc eſt, magis firmum, & ſtabile eſſe. Primùm quidem nobilius eſſe manifeſtum eſt: cum ſit ad procreandos filios ſpirituales, quorum generatio nobilior eſt. Deinde eſſe fortius vinculum ſpirituale, ſi comparatio fiat, ſicut re vera ſit ab Innocentio in prædicto capite, cum vinculo Matrimonij carnalis rati, probatur, quia carnale ſoluitur per ingreſſum religionis, nulla alia interueniente cauſa, niſi ſola voluntate alterius, qui ingredi vult religionem. Spirituale autem hac ſola de cauſa, niſi alia intercedat, diſſoluinequit. Cæterum ſi comparatio fiat cum Matrimonio carnali conſummato, hoc ipſum non ita facilè probari poteſt. Quo circa Pannormitanus inquit, facta cum eo cõparatione, Matrimonium ſpirituale eſſe quodam modo fortius, quodam modo autem minus forte: fortius quidem, quia carnale per mortem omnino ſoluitur, ſpirituale autem aliquo modo manet, ſiquidem permanet character Epiſcopalis, etiam poſt mortem: minus autem forte, quia carnale nũquam in vita ſoluitur inter fideles, quod ſpectat ad vinculum, nequa inter infideles, niſi alterò conuerſo ad fidem, alterò autem in infidelitate permanente, & nolẽte cohabitare ſine contumelia Creatoris, ſpirituale verò ſæpius in vita diſſoluitur. Verùm illud quod ait de charactere Epiſcopali permanente poſt mortem, ſatis non eſt, vt proinde dicamus, coniugium ſpirituale inter Epiſcopum, & Eccleſiam etiam permanere: nam quamuis character ille maneat ad ornatum in beatis, tamen non manet ad poteſtatem, & iuriſdictionem, ac proinde non manet ſub ratione vinculi Matrimonij.

Spiritualis coniugij vinculum per ingreſſum religionis non ſoluitur, ſecus carnalis non cõſumati.

34

Negari certe non poteſt, vinculum Matrimonij carnalis conſummati fortiùs eſſe, ac proinde difficiliùs ſolui: quàm vinculum ſpiritualis, cum tamen vinculum rati carnalis minus forte ſit, quàm vinculum rati ſpiritualis. Quod ſanè diſcrimen ex eo prouenit, quia conſummatio in Matrimonio carnali addit peculiarem aliam, & nouam obligationem, ratione prolis, ad quàm per ſe, & proximè refertur, quam non addit cõſummatio ſpiritualis, quæ ab Innocentio III. dicitur eſſe ipſa cõſecratio: nam per cõſecrationem non incumbit Epiſcopo noua cura animarum, neque noua ei additur obligatio proſpiciendi bono illarum, quod quidem non obſcure denotauit Innocentius III. in dicto, cap. *Inter corporalia*, cum dixit, per confirmationem inter electum, & Eccleſiam eligentem iniri Matrimonium ſpirituale, cui nihil addatur ex dignitate Epiſcopali, nempè per conſecrationem, hoc eſt, nulla noua obligatio, aut diſtinctum vinculum à priori: probat autem ex eo, quòd hæc dignitas Epiſcopalis manet aliquando ſine Eccleſia, vt apparet in eo, qui cedit Eccleſiæ, non autem dignitati.

Vinculum Matrimonij carnalis conſummati fortius eſt ſpiritualis vinculo.

35

36

Diſſoluuntur rationes duæ, quæ pro poſteriori difficultate præcedente capite allatæ ſunt.

CAPVT VI.

RELIQVVM Eſt, vt diſſoluamus duo illa argumenta initio huius difficultatis allata. Ad priùs igitur, fatemur quidem, Matrimonium carnale conſummatum difficiliùs ſolui, quàm ſpirituale Epiſcopi cum Eccleſia, vt paulo ante notauimus: verùm Innocentium III. in prædicto capitè non comparare Matrimonium ſpirituale cum carnali conſummato, ſed tantum cum rato, quod quidem aliquando ſoluitur autoritate Pontificis, etiam quod attinet ad vinculum, vt his etiam temporibus non ſemel tantum experti ſumus. Quo circa, quod ait Gloſſa in caput citatum, ideo fortius eſſe vinculum Matrimonij carnalis, quam ſpirituale, quia carnalis nunquam ſoluitur per Pontificem, etiam ſi ſolum ratum ſit, & nõ conſummatum, falſum eſt, & doctrinæ Innocentij in eo capite manifeſte aduerſatur. Affirmat ſi quidem Innocentius, eodem modo, imo multò maiori ratione reſeruari Deo diſſolutionem Matrimonij ſpiritualis, ſicut etiam carnalis: ſubiungit autem, diſſolutionem ſpiritualis ita reſeruari Deo, vt cum ea fit per ſummum Pontificem, non niſi autoritate, & poteſtate Diuina fiat. Idem igitur ſenſit de diſſolutione vinculi carnalis, quod minus difficile ad ſoluendũ eſſe dixit.

Priùs argumentum contrariæ opiniones ſoluitur.

37

Ad poſterius, vt reſpondeat Hoſtienſis in ſumma, loco citato, notat, bifariam iniri vinculum Matrimonij ſpiritualis Epiſcopi, vno modo inter Epiſcopum ipſum, & eligentes nomine Eccleſiæ particularis per electionem, & confirmationem, & hoc pacto non fieri vere vinculum coniugij, ſed quaſi cõiugij ſpiritualis. Colligit autem ex cap. *Cum inter canonicos*, de electione, vbi idem

Ad poſterius quia reſpõdet Hoſtienſis

idem Innocentius III. sic loquitur: *Si dictus præpositus eidem electioni consenserit, vt per mutuum consensum eligentium, & electi, quasi coniugale vinculum spiritualiter sit contractum, &c.* vbi non vocauit absolute coniugale vinculum, sed quasi coniugale. Confirmatur etiam, quia argumentum illud posterius manifeste conuincit, facilius solui hoc vinculum, quam carnalis Matrimonij; ac proinde dici non potest, hoc vere esse vinculum coniugij specialis. Altero modo inquit contrahi Matrimoniũ spirituale inter Episcopũ, & Ecclesiã vniuersalẽ, & hoc fieri per consecrationem, per quam imprimitur character, qui nunquam
38 deleri potest, & hoc pacto vere contrahi Matrimonium spirituale, quod absolute fortiori vinculo coniungit, quam carnale, nec vlia vnquam de causa dissolui potest: nã quãuis Episcopus transferatur in aliam Ecclesiam, vel priori sine translatione ad aliam renunciet, vel deponatur, semper ratione characteris manet vniuersali Ecclesiæ coniunctus, & hoc pacto, putat se argumento posteriori satisfecisse.

Doctrina Hostiensis cum Innocentij sententia pugnat.

Verum, hæc doctrina sententiæ Innocẽtij in dicto capite manifeste aduersatur, ibi enim ita ait: *Cum non debeat in dubium reuocari, quin post electionem, & confirmationem canonicam inter personas eligentium, & electi coniugium sit spirituale contractum, cui profecto Episcopalis dignitas* (videlicet, quæ per consecrationem confertur) *nihil addit*. Non dixit, *Quasi coniugium*, sed absolute *coniugium*, idque non potest in dubium reuocari.

Pendũtur verba Innocentij

Præterea subdit, Episcopalem dignitatem, videlicet characterem, qui per consecrationem confertur, nihil addere supra coniugium, quod per confirmationem cõtrahitur, adderet autem non solum aliquid, sed multum, si per illam verum Matrimonium spirituale contraheretur, & ante nullum vere esset contractum. Quocirca in eodem capite addit Pontifex, sicut consecratus non potest suam Ecclesiam relinquere per cessionem, vel translationẽ: ita etiam non potest confirmatus, quia consecratio nihil addit confirmationi, quamuis hoc vsque ad sua tempora explicatum, & definitum non fuerit. Demum, cum Pontifex in eodem capite definiat, translationem Episcopi, ex vna Ecclesia peculiari in aliam Deo soli reseruatam esse, & Romano Pontifici autoritate ipsius, ex eo quod inter electum, & Ecclesiam spirituale coniugium contrahatur, sicut dissolutio Matrimonij carnalis, soli Deo etiam reseruatur: consequitur plane, ipsum de vero coniugio spirituali loqui, nam si de eo loqueretur, quod non verè coniugium, sed quasi coniugium spirituale esset, quo pacto, obsecro, inferre posset, eius dissolutionem soli Deo, & Pontifici summo autoritate ipsius instructo, reseruatam esse? 40

Opinio Hostiensis.

Errat quoque non parum idem Hostiensis, cum ibidem ait, non solum diuisionem Episcopatuum, sed etiam vinculum coniugij Episcopi cum Ecclesia peculiari, & dissolutionem illius sola humana constitutione fuisse introductam. Nam quamuis sola humana cõstitutione, & iussione Pontificum, hoc, aut illo modo facta fuerit Ecclesiarum, & Episcopatuum diuisio, & eodem modo mutari possit, prout expedire visum fuerit: tamen Ecclesiarum diuisionem in vniuersum, iure Diuino institutam esse, vt plures in Ecclesia Dei Episcopi, & pastores esse debeant, nulla ratione dubitare licet: nam ad Ephesios 4. dicit Paulus, *Et ipse* (scilicet Christus) *dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam Prophetas, alios autem Pastores, & Doctores*, Quocirca neque autoritate summi Potificis fieri posset, vt vniuersalis Ecclesia ab vno tantum Episcopo gubernaretur. Quod verò attinet ad vinculum coniugij spiritualis, & dissolutionem illius, non minus facile cõuinci potest Hostiensis ex eodem capite, *Inter corporalia*. Nam ex eo quod inter Episcopum, & eius Ecclesiam sit coniugium, spirituale, colligit Pontifex, translationẽ quæ fieri nequit sine solutione coniugij, soli Deo, & Pontifici summo, eiusdem autoritate instructo, reseruatam esse: atqui id minime colligere posset, si tam Matrimoniũ spirituale, quam dissolutio eius solo iure humano Ecclesiæ constaret: quis hoc non videat? Dubitare igitur non licet, coniugiũ Episcopi cum Ecclesia iure Diuino constare, non quidem alio, nisi eodem, quo dignitas Episcopalis à Christo instituta est: nam ipsamet institutio, prout facta est, suapte natura id habet, vt Episcopum cum Ecclesia sua, tamquam sponsum cum sponsa coniungat. Quocirca eodem modo dubitari non potest, dissolutionem eius soli Deo, ac proinde soli suo Vicario Pontifici summo reseruatam esse, sicut expresse definit Innocentius in eodem capite. 41

Ad Ephesios 4.

Coniugiũ spirituale Episcopi cum Ecclesia iure Diuino constare ambigere non licet, ne dũ contrariũ asserere.

Quod vero adducit Hostiensis ex c. illo, *Inter canonicos*, ad probãdũ, inter electũ & Ecclesiã eligẽtem, non esse verum Matri-

monium ſpirituale, futile, & inane eſt, nam particula, *Quaſi*, ibi non minuit naturam Matrimonij ſpiritualis ſimpliciter, ſed addita eſt ad denotandam ſimilitudinem coniunctionis Epiſcopi cum Eccleſia cum Matrimonio carnali, quod primaria impoſitione Matrimonium dicitur.

Auctoris ſolutio.

Omiſſa igitur hac reſponſione Hoſtienſis, ad poſterius illud argumentum dico, licet frequentius diſſoluatur Matrimonium Epiſcopi cum Eccleſia, non proinde ſequi, facilius eſſe ad ſoluendum, quàm carnale (loquor autem de translationibus, quæ frequenter fiunt aliqua de cauſa rationi conſentanea: nam ex illis, quæ nulla ſufficiente de cauſa fierent, nullum deſumi poſſet argumentum) quòd enim frequentius diſſolui poſsit Matrimonium ſpirituale, non ideo eſt, quia facilius ſolui queat, ſed quia frequentius occurrunt cauſæ ſufficientes, vt dirimatur Matrimonium ſpirituale, quam vt diſſoluatur carnale. Cæterum cauſæ ad diſſoluendum ſpirituale coniugium efficaciſsimæ ſunt, & maioris quidem momenti, quàm quæ ad diſſoluendum Matrimonium carnale ſufficiunt, nempe bonum publicum, & communealicuius Eccleſiæ poſtulantis Epiſcopum alterius, propter quod & Eccleſia, quæ habet Epiſcopum, propriæ etiam vtilitati ſpirituali renunciare, rationi conſentaneum ducit, vel aliæ ſimiles. Dixi autem, has eſſe maioris momenti, quàm eas, quę ſufficiunt ad dirimendum Matrimonium carnale ratum, quia ingreſſus in religionem ſufficit ad ſolutionem carnalis, non autem ad ſolutionem ſpiritualis, & hęc cauſa quotidie quidem adhiberi poſſet ad diſoluendum carnale, ſi homines vellent ea vti, ac proinde frequentius hoc Matrimonium ſolueretur, quàm ſpirituale.

42

Cauſæ ad diſſoluēdū ſpirituale coniugium

A quo translatio Epiſcoporum poſsit fieri?

CAPVT VI.

43

QVEMADMODVM Ex decretis Conciliorum, & Pontificium cap. 2. citatis manifeſte conſtat, inter Epiſcopum, & Eccleſiam coniugium ſpirituale eſſe: ita etiam liquet, aliqua de cauſa iuſta diſſolui poſſe, ſic enim expreſſe diffiniunt Apoſtoli in canone illo 14. Concilia, & Pontifices omnes c. 2. à nobis allegati, & Innocentius III. in cap. illo. *Inter corporalia, De conſecratione Epiſcoporum*. Supereſt igitur, vt in hoc capite, & ſequente oſtendamus, cuius autoritate, & qua de cauſa, hæc tranſlatio fieri poſsit. Et quidem, quod attinet ad eum, cuius autoritate fieri debet, Anterus Papa in epiſtola illa ad Epiſcopos Beticę, & Toletanæ Prouinciæ allegata à nobis ſupra capite ſecundo ſentire videtur, ad Epiſcopos comprouinciales hoc pertinere, inquit enim: *Sicut Epiſcopi habent poteſtatem ordinandi regulariter Epiſcopos, & reliquos ſacerdotes, ſic quoties vtilitas, aut neceſsitas expoposcerit, ſupradicto modo mutare, & intronizare poteſtatem habet*, antea vero loquutus fuerat de hac tranſlatione Epiſcoporū. Idemque in canone illo 14. Apoſtolorum dictum videtur: nam poſtquam ſtatutum eſt, vt nullus niſi ratione maioris lucri in aliam Eccleſiam transferatur, ſubditur: *Et hoc non à ſemetipſo pertentet, ſed multorum Epiſcoporum iudicio, & máxima ſupplicatione pertentet*. Certe per multos Epiſcopos, non alios niſi comprouinciales intelligere videtur. Conueniunt etiã Patres Affricani in Concilio 4. Carthaginenſi capite 27. ibidem allegato, cum dicunt: *Sane, ſi vtilitas Eccleſiæ ſtendum poposcerit, decreto pro eo clericorum, & laicorum Epiſcopis porrecto, in præſentia Synodi tranſferatur*, nam porrigere decretum clericorum, & laicorum, nempe eligentium, Epiſcopis, & in præſentia Synodi fieri tranſlationem, idem eſt, quod translationem ab Epiſcopis in Synodo conſtitutis confirmari, & approbari.

Innocent. 3.

44

Cuius autoritate, & qua de cauſa translatio debeat fieri.

Anterus Papa comprouincialem Epiſcoporum, iudicio hoc dat.

Patres Affricani in Concilio 4. Carthag.

Contra vero Innocentius III. in illo capite: *Inter corporalia, De tranſlatione Epiſcopi*, plane definit, hanc translationem, vt pote non ſine Matrimonij ſpiritualis ſolutione, ſoli Deo, & ſummo Pontifici Vicario eius Diuina poteſtate inſtructo, reſeruatam eſſe, vt neque conſecratus, neq; electus, & cõfirmatus, ſine licẽtia Romani Pontificis Eccleſiã, quã ſemel duxit, relinquere queat? Et ſane, cũ diſſolutio Matrimonij carnalis ita Deo ſit reſeruata, vt non per alios Epiſcopos, aut Epiſcoporum Synodum, ſed per ſolum ſummum Pontificem fieri poſsit: & non minus, ſed magis forte ſit vinculum ſpiritualis coniugij, cõficitur plane, ſolutionem illius ita eſſe Deo reſeruatam, vt ex cauſa nonniſi per Romanum Pontificem fieri queat.

Innocentius 3. hanc translationẽ ad Deũ & ſummum Pontificẽ ait pertinere.

45

Cęterum non cenſeo, ſolum ſummo Pontifici ita reſeruatam eſſe, vt alijs Epiſcopis, prout

prout expedire viſum fuerit, ab ipſo Romano Pontifice non poſsit committi, ſicut etiam confirmatio electi: & ſicut antiquis temporibus Patriarchis, aut Epiſcopis prouinciæ cõmiſſa erat confirmatio electi, ita etiam exiſtimo, commiſſam fuiſſe renunciationem, & translationem, vt iudicio ipſorũ fieret. Et hac de cauſa in canone Apoſtolorum, & in alijs decretis Pontificum, & Conciliorũ, quę allegauimus, translatio Epiſcopi ex vna Eccleſia in aliã illis tribuitur: 46 quiaſicut tũc confirmatio electi ipſis cõmiſſa erat, ita etiam & translatio. Ob id tamen prædicti Patres, non negant, hanc poteſtatem primarie ſummo Pontifici conuenire. Fuit autem valde conueniens, vt Epiſcopis comprouincialibus hæc facultas delegari poſſet, & quod ipſi facile poſſent videre, & examinare cauſas huius translationis, quibus expenſis, facile conſtare poſſet de Diuina voluntate ad diſſoluendum prius Matrimonium ſpirituale Epiſcopi cum Eccleſia, & ad aliam ipſum transferendum. Nam de Diuina voluntate hoc nemini dubium eſt, ita Deum voluiſſe alligare Epiſcopum Eccleſiæ per ſpirituale coniugium, vt illud futurum non eſſet impedimento maiori bono ſpirituali alterius Eccleſiæ: hoc enim eſſet contra naturam ipſius Epiſcopatus, qui in ædificationem, & vtilitatem vniuerſalis Eccleſiæ inſtitutus eſt.

Quibus de cauſis translatio Epiſcoporum fieri poſsit.

CAPVT VII.

47 Prætextu diuitiarũ, aut maioris poteſtatis, aut cõpenſationis laboris præteriti Epiſcopi translatio eſt illicita.

IAM Vero in hoc poſtremo capite dicamus oportet, quibus de cauſis deferere poteſt Epiſcopus Eccleſiã priorem, & ad aliam de licentia ſummi Pontificis transferri. Atque in primis illud ſtatuendum eſt, hanc translationem ad maiorem ciuitatem, ſeu Epiſcopatum, fieri non poſſe ſolo prætextu diuitiarum, maiorum reddituum, & maioris poteſtatis, quã in alia Eccleſia Epiſcopus ſe habiturum ſperat, etiam ſi hoc pacto velit aliquam prę teriti ſui laboris retributionem habere. Id quod non ſolum autoritate, ſed etiam ratione egregiè confirmari poteſt. Primùm quidẽ autoritate, quia translatio per ambitum ſemper à Patribus, tamquam iniqua reprobata fuit, vt patet ex canone primo Concilij Sardicenſis, & ex 27. Concilij quarti Carthaginenſis: ex Euariſto in epiſtola ſecunda: ex Antero, in epiſtola prima, & ex Leone in epiſtola 48. alias 82. quę eſt ad Anaſtaſium, quorum teſtimonia capite ſecũdo allegauimus, ac proinde hęc cauſa nunquam iudicari poteſt ſufficiens ad Matrimonium ſpirituale diſſoluendum: translatio autem facta non alia ratione, niſi intuitu diuitiarum, & maioris poteſtatis, etiam ſi eo fiat prætextu, vt Epiſcopus laborum præteritorum remunerationem aliquam accipiat, eſt per ambitum: ergo iudicari non poteſt ſufficiens ad Matrimonium ſpirituale illius cum Eccleſia dirimendum. Porro autem hanc translationem merito cenſeri per ambitum, probatur ex canone illo primo Concilij Sardicenſis, vbi Oſius Cordubenſis toti Concilio ita propoſuit: *Ne cui liceat Epiſcopo de ſua ciuitate ad aliam tranſire ciuitatem:* ſubdit autẽ, rationem: *Manifeſta eſt enim cauſa, qua hoc facere tentant, cum nullus in hac re inuentus ſit Epiſcopus, qui de maiore ciuitate ad minorẽ tranſiret. Vnde apparet, auaritia ardore eos inflamari, & ambitioni ſeruire, vt dominationem agant,* Cui propoſitioni omnes conſenſere Patres. Conſtat igitur ex ipſorum ſententia, eos, qui intuitu, & cupiditate diuitiarum, & maiorum reddituum ad aliam tranſferri curant Eccleſiam, per ambitionem transferri, ac proinde iuſtam cauſam ſuæ translationis non habere.

Concilium Sardicenſe. Concilium 4. Carthag. Leo Pontifex Euariſtus. Antherus.

48

Neque vero Patres prædicti eos excuſant, quòd præteritorum laborum, quos in priori Eccleſia tulerunt, retributionem deſiderent: nam deſiderium pecuniarum, & maioris poteſtatis pro retributione laborum in Epiſcopo, ab ambitu, & auaritia nullus excuſare poteſt: ſiquidem Epiſcopus in Eccleſia non pecuniam, ſed fructum animarum quærere debet, & nullus etiam in ſua parua Eccleſia ſine iuſto ſtipendio laborat: quare ampliorem in pecunia, aut poteſtate quęrere mercedem, ab Epiſcopo omnino alienum eſſe debet. Et ſi ne mihi hoc ita eſſet, inmerito Oſius omnem translationem cõdẽnaret, ex eo quod omnẽ à minore in maiorẽ ciuitatem fieri videret: inferens inde, nõ deſiderio maioris fructus ſpiritualis animarum, ſed maioris poteſtatis, & pecuniarum fieri: nam ſi licitum eſſet Epiſcopo, maiorem Eccleſiam quærere, vt laborum, quos tulit in minori, remunerationem aliquam, & retributionẽ acciperet,

49

Firmatur Autoritate

non posset Osius omnem translationem in maiorem ciuitatem condemnare, etiam si ex desiderio pecuniarũ, & maioris potestatis fieri crederet. Hac eadem ratione in Cõcilio Carthaginensi 4. cap. illo 27. allegato à nobis capite secundo, statutum fuit, vt Episcopus de loco ignobili ad nobilem, per ambitionem non transiret, nempe, quòd crederent Patres, quoties de minori ad maiorem ciuitatem translatio fit, non alia de causa nisi per ambitum, & ex desiderio pecuniarum, & maioris potestatis fieri. Idem definiuit Anterus, in epistola illa prima ibidem citata, cum ait, mutationes fieri licere communi vtilitate, & necessitate, non autem cuiuscumque voluntate, aut dominatione; per dominationem autem intelligit appetitum maioris potestatis.

Statutum Concilij 4. Carthag.

Anterus Papa.

50 Sicut autem ex parte Episcopi hæc causa sufficiens non est, vt ipse etiam ex consensu Pontificis in aliam Ecclesiam transferatur: ita non sufficit, vt alij ipsum ad aliã Ecclesiam eligant, & vt eius electionem is, ad quem pertinet, confirmet: nam in prædictis canonibus, non damnatur translatio facta sub spe diuitiarum, & maioris potestatis, si sine licentia fiat: sic enim quacumque de causa facta damnaretur; sed si nulla alia causa nisi diuitiarum, & maioris potestatis, etiã ab habente potestatem fiat: sicut enim Episcopus laborum suorum, quos in priori Ecclesia tulit, retributionem in diuitijs, & maiori potestate sperare non potest, neque ea de causa suam sponsam relinquere, vt in alia maiorem potestatẽ, & diuitias pro præmio accipiat: ita etiam neque is, ad quem pertinet electio, aut confirmatio, vt hoc modo labores Episcopi remuneret, permittere potest vt prior sponsa relinquatur. Certe in alijs Reipublicæ muneribus, & officijs, atque in bello præsertim, rationi valde consentaneũ, & Reipublicæ bonæ gubernationi non parũ vtile est, vt qui in inferiori munere, & officio se fideliter, & strenue gessit, ad maiora promoueatur: at vero hac sola de causa sine vtilitate maiori, aut necessitate alterius maioris Ecclesiæ, priorem relinquere, & Matrimonium spirituale cum ea dissoluere, cõtra bonam Ecclesiarum gubernationem esse, testimonia certe allegata conuincunt.

Huiusmodi translationem diuitiarum causa facta ad quem pertinet, confirmare non potest.

Episcopatum, & aliorum Reipublicæ munerum discrimen.

51 Cæterùm dicet quis, hac spe maioris Ecclesiæ vnumquemque Episcopum, dum est in minori, ita accendi, vt muneri, & officio suo quotidie diligentius incumbat, maiores eleemosynas eroget, & maiorem suarum ouium curam habeat: ac proinde iure optimo hoc esse apud Reges patronos in more positum, vt prius ad minorem Ecclesiam aliquem eligant, & in ea ipsum experiantur; inde autem, prout se in tali minore Ecclesia gessit, ad maiorem eum promoueant. Verum præterquam quòd hoc pacto ambitioni, & cupiditati pecuniarũ, & maioris dignitatis occasio præbetur, ac proinde in tali translatione nulla alia causa præter dictam intercedit, vt ex dictis manifestè liquet, quæ tamen in iure tanquam iniqua reprobatur: aliud quoque incommodum inde oritur: vt Episcopus, qui hac spe maioris Ecclesiæ in minori strenue se gerit, & eleemosynas abunde elargitur, translatus in maiorem, quam desiderabat, tepescat, & auaritiæ potius, quàm eleemosynis studeat.

Obiectioni obuiam itur.

Hac igitur omissa causa, quam rationi minime consentaneam, & ideo sacris canonibus reprobatam existimo, duæ aliæ tantum supersunt, in eisdem etiam canonibus expressæ: altera est vtilitas spiritualis Ecclesiæ, altera est necessitas. Dicitur autem vtilitas maioris Ecclesiæ, causa sufficiens relinquendi minorem, & dissoluendi Matrimonium cum ea initum; non quidem quandocumque vtilitas inde speratur, sed si spes sit maioris fructus, & lucri spiritualis in maiori Ecclesia, vt dicitur in canone illo decimo quarto Apostolorum. Nam propter minorem, aut etiam æqualem fructum, & vtilitatem priorem deserere, & Matrimonium cum ea antea contractum dissoluere, rationi minime consentaneum videtur: contra vero ipsa ratio æquitatis postulat, vt minor Ecclesia minori suo commodo, & vtilitati cedat propter maiorem fructum spiritualem maioris Ecclesiæ, & ita permittat Episcopum suum, ad illam transferri: an vero maior speretur vtilitas, & fructus spiritualis, si transferatur Episcopus, ex circunstantijs personæ, & loci prudenter expendendum est. Illud autem valde notari debet, quoties lucrum spirituale, maiorque vtilitas maioris Ecclesiæ commodè suppleri potest sine translatione alicuius Episcopi ad illam solã electione alicuius insignis viri nequaquam fieri posse translationem, quia iam omnino cessat causa, ob quam Matrimonium spirituale antea contractum cum Ecclesia per translationem dissolui poterat: & hæc satis de priori causa.

Causæ quæ sufficiunt ad translationem.

Posterior causa est necessitas, quam ego intelligo ex parte ipsius Episcopi, vt propter illam magis expediat renunciare Episcopatui. Neque vero vnũ tantum genus necessitatis

Secunda causa est necessitas.

ceſsitatis, ſed multiplex eſſe poteſt, propter quod renunciare quis poteſt Epiſcopatui, vt exprimitur ab Innocentio III. cap. *Niſi cum pridem, De renuntiatione*, videlicet, cõſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, graue ſcandalum, irregularitaſque perſonę, atque his verſibus continentur. *Debilis, ignarus, male conſcius, irregularis, quem mala plebs odit, dãs ſcandala, cedere poſſit.* Cæterum hæ ſingulę neceſsitates ita poſſunt eſſe cauſa renunciadi Epiſcopatui, vt non omnes poſsint eſſe cauſa tranſlationis in alium Epiſcopatum, vt inductione oſtẽdemus. Singulas autẽ rẽ explicat Innocẽtius in dicto cap. Per cõſcientiã criminis intelligit nõ cuiuſlibet, ſed talis, vt propter ipſum executio Ordinis impediatur, Hęc autẽ ita poteſt eſſe cauſa renunciandi Epiſcopatui, vt cauſa tranſlationis eſſe nequeat, ſicut patet. Per debilitatem corporis intelligit, vel ex ægritudine, vel ex ſenectute, non quamcumque, ſed eam, per quam impotens redditur Epiſcopus ad exequendum Ordinem; hęc autẽ poteſt etiam eſſe cauſa iuſtę tranſlationis, quotiesin alia maiori ciuitate ſperarerur fore, vt impedimentum debilitatis tolleretur, ſicut interdum accidit, tametſi ea, quæ prouenit ex ſenectute, mutatione loci nunquam mutari ſoleat. Per defectum ſcientiæ intelligit eius ſcientiæ, quæ ad ſpiritualem adminiſtrationem neceſſaria eſt, & hæc non poteſt eſſe cauſa iuſtæ tranſlationis: nam qui ob hunc defectum nequit aliquam minorem Eccleſiam regere, multo minus poterit maiorem. Per malitiam plebis intelligit eam, quæ tanta eſt, vt tali Epiſcopo, & paſtore proficere nequeat ſed indies deterior fiat; & hęc poteſt eſſe cauſa non tãtum iuſtæ renunciationis, ſed etiam tranſlationis. Scandalum autem duplex eſſe dicitur: alterũ Phariſęorũ, alterum puſillorũ, & vt conſtat ex S. Tho. 2.2.q.43. art.7. neutrum eſt ſcandalum actiuum, ſed paſſiuum: actiuum eſt, quod eſt opus ex ſe malum, vel habens ſpeciem mali, prębens alijs occaſionem peccandi. Paſsiuum vero eſt, quando aliusreuera peccat occaſione operis, quod neque malum eſt, neque habet ſpeciem mali, & hoc alterum dicitur Phariſęorum, nempe eorum, qui ex malitia peccant, alterum vero puſillorum, videlicet eorum, qui ex infirmitate, aut ignorantia peccant. Sentit igitur Innocẽtius, Epiſcopum renunciare poſſe Eccleſiæ, propter ſcandalum puſillorum, nõ autẽ propter ſcandalum Phariſæorum, nam æquum non eſt, vt malitia eorum, qui ſcãdalizantur opere aliquo Epiſcopi non malo, neque habente ſpeciẽ mali, noceat ipſi Epiſcopo, & Eccleſiæ, & Matrimonium inter ipſos diſſoluat. Et vero propter ignorantiã, & infirmitatẽ ſubditorum, quando alio modo tolli non poteſt, neque emendari, cedere Epiſcopatui, & renunciare Eccleſię priori, ac proinde in aliã transferri, quam ſine vllo ſcandalo regere poſsit, rationi valde cõſentaneum eſt. Nam, quauis propter eiuſmodi ſcandalum non poſsint prætermitti ea, quę ſunt in præcepto etiam poſitiuo, & Eccleſiaſtico, vt docet S. Thom. 2.2.q.43. art.7. citato, quẽ in hunc ſenſum ibidem explicabimus, & manere Epiſcopum cum Eccleſia ex ſe conſideratum ſit neceſſarium ex præcepto Diuino naturali rationeMatrimonij, tamen quia permanere in Matrimonio ſpirituali cum Eccleſia, ad fructum ſpiritualẽ animarum refertur, & quotieſcumque huiuſmodi ſcandalum in ſubditis perſeuerat, inutile prorſus eſt Matrimonium: id circo iudicari debet multõ melius eſſe, Eccleſiam alteri relinquere, & ad aliam transferri, quàm in ea perſeuerare.

De ſcandalo vero actiuo, quod eſt peccatum, vel opus habens ſpeciem peccati, alteri prębens occaſionem ruinæ, nihil dicit Innocentius III. Ego vero cenſeo, non poſſe eſſe cauſam relinquendi Eccleſiam, eo quòd in poteſtate Epiſcopi ſit, huiuſmodi ſcandalum tollere, cum ſolum ex parte ipſius oriatur. Quare niſi peccatũ quòd prębet occaſionem alijs peccandi, talis ſit, vt executionem Ordinis impediat, non poteſt eſſe ſufficiens cauſa relinquendi Eccleſiam ſuam, & ad aliam tranſeundi.

Vltima cauſa, ob quam Epiſcopus renunciare poſt Epiſcopatui, eſt irregularitas, de qua nihil eſt notandum, cum ſit perſe ſatis manifeſta, ſiue irregularitas proueniat ex delicto, ſiue non, & hoc præſertim ſi Pontifex nolit eam tollere, & cum Epiſcopo diſpenſare. Quocirca, cũ Epiſcopus Calaritanus, aliàs Arelatenſis, in illo capite, *Niſi cum pridem, De renunciatione*, ab Innocentio III. licentiam poſtulaſſet, renunciandi Epiſcopatui, & ad monachalem vitam tranſeundi, reſpondit Innocentius, facilius concedi, vt monachus aſcendat ad Epiſcopatum, quàm vt præſul tranſeat ad monachatum, eo quòd perfectior ſtatus ſit Epiſcoporum. Et ſub finẽ capitis ſubdit. *Quia vero in poſtulãdo cedendi licẽtiã inſtitiſti, tibi reduximus relinquẽdũ, vt diſtinctis cãſis, propter quas cedere oportet, ſi præ-*

56 Quæ ex his cauſis poſsint eſſe cauſę neceſſariæ tranſlationis Epiſcoporum.

57 Plebis malitia poteſt eſſe cauſa translatio nis.

S. Thomas.

58 Scandalum Phariſæorum non vrget tranſlationem Epiſcopi ſecus puſillorũ.

59

pter aliquam cauſam vtilem. & honeſtam in huiuſmodi propoſito perſeueres, de licentia noſtra cedas, alioquin cedendi licentiam autoritate Apoſtolica tibi ſcias eſſe penitus interdictum, quoniã ſi pœnas habeas, quibus ſatagas in ſolitudinem auolare, ita tamen aſtricta ſunt nexibus præceptorum (intelligit Matrimonij ſpiritualis) vt liberum non habeas abſque noſtra permiſſione volatum. Ex quibus omnibus liquet, eamdem omnino cauſam ad tranſlationem Epiſcopi in aliam Eccleſiam, & renunciandum priori, & præter cauſam rationi cõſentaneam, requiri conſenſum, & licentiã ſummi Pontificis, neque illam ſine cauſa rationi conſentanea ſufficere, ita vt ſi Pontifex ſine cauſa quemquam tranferret, non tantum peccaret, ſed etiam tranſlatio irrita eſſet, & inanis, ſicut etiam Matrimonium carnale ratũ, non conſummatum, ſine cauſa dirimere nequit, vt diſolutio illius firma, & ſtabilis ſit.

De ſtatu, & dignitate Cardinalium Eccleſiæ Romanæ, Diſput. 242.

De Antiquitate nominis Cardinalis. Cap. 1.
De ſignificatione eiuſdem nominis. Cap. 2.
Ordinem proprium Cardinalium fuiſſe à Chriſto inſtitutum, & antiquiorem Epiſcopatu Ioannes à Turre cremata autumat. Cap. 3.
Ordinem proprium Cardinalium non fuiſſe à Chriſto inſtitutum, contra Ioannem à Turre cremata oſtenditur. Cap. 4.
De dignitate Cardinalium comparatione facta cum Epiſcopis. Cap. 5.
Obiectiones contra præcedentem doctrinam. Cap. 6.
Quo pacto Chriſtus figuram omnium Ordinum geſſerit, quos hactenus memorauimus. Cap. 7.

De Antiquitate nominis Cardinalis.

CAPVT I.

1 Sententia quorũdam

NON Defuere ex cãtholicis, qui exiſtimarent, Cardinalitiam dignitatẽa Chriſto fuiſſe inſtitutam, imo antiquiorem eſſe, quã Epiſcopalem. Ex quo conſequi videtur, ad pẽculiarẽm Eccleſiæ Ordinẽ pertinere. Vt igitur videamus; vtrũ Cardinalatus ſit Ordo Eccleſiaſticus, vel pars alicuius Ordinis, ſicut de Epiſcopatu diximus, an non, quod ad nominis antiquitatem, & ſignificationẽ, & ad ipſam dignitatẽ pertinet, in hac diſputatione ex profeſſo examinare decreuimus. In primis igitur, quod attinet ad nominis antiquitatẽ, Caluinus lib. 4. inſtitutionũ, cap. 7. §. 30. inquit, ſe non legiſſe ante tempora Gregorij nomen Cardinalis. Ex quo inferre vult, nomẽ hoc antiquius nõ eſſe Gregorio Magno. Verum Caluinus ab ignorantia, aut malitia excuſari nequit, aut enim nõ legerat Synodum 2. Romanã ſub Syluestro, aut malitioſe eam ſuppreſsit: nã c. 6. illius ſic dicitur: *Vt diaconi non eſſent plus, vel amplius per parochiarum examen, niſi duo, & diaconi Cardinales vrbis Romæ ſeptẽ, ita tamen, vt dalmaticis vterentur, & pallia linoſtinia leuã eorũ tegerent.* Vbi non ſolum diaconi illi ſeptẽ, quos Fabianus epiſtola 1. per regiones ſeptẽ ciuitatis conſtituerat: vt vidimus ſupra diſput. 236 c. 7. vocãtur Cardinales, ſed etiam non obſcure denotatur, antea etiam ſic vocari conſueuiſſe. Cum enim ait Syluester: *Et diaconi Cardinales, &c.* ſic eos nuncupare videtur, quaſi hoc ab antiquo nõ nẽ haberent, neque etiam ipſi tunc primum eos ſeptem cõſtituit, ſed iuſsit, vt præter ſeptẽ illos, eſſent duo alij ad examen pareciarum. Quo aut tempore ſic vocari cẽperint, nõ cõſtat. Nam tempore Euariſti, qui ſeptem diaconos conſtituit, vt Epiſcopo concionanti aſsiſterent, & tẽpore Fabiani, qui per ſeptem regiones ciuitatis ſeptem diaconos aſſignauit, vt vidimus in ea diſputatione, & c. nõ legimus ita fuiſſe vocatos. Porro quãuis tempore Syluestri diaconi illi ſeptem Cardinales dicerentur, tamen non legimus presbyteros aliquos Romanos, aut Epiſcopos Cardinales tũc fuiſſe appellatos: & mihi quidẽ credibile fit, hoc nomẽ nondũ ad presbyteros, & Epiſcopos fuiſſe accõmodatũ. Tẽpore autẽ Gregorij nõ tantũ diaconorũ, ſed etiã presbyterorũ Cardinaliũ mẽtionẽ factã inuenimus: nã diaconi Cardinalis meminit lib. 5. epiſtolar. c. 111. quod eſt epiſt. 11. ad Fortunatũ Epiſcopũ Neapolitanum: non quidem diaconi Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, ſed quem ad illum Epiſcopũ mittebat cardinandum, hoc eſt Cardinalem Eccleſiæ Neapolitanę ab eo conſtituendum. Lib. autẽm 11. & epiſt. 34. mentionem facit presbyteri Cardinalis, non Romanæ Eccleſiæ, ſed conſtituendi ab Epiſcopo Syracuſano, ad quem epiſtolam illam ſcribebat.

Caluinus ad Gregorij Magni tẽpora refert nomẽ Cardinalium.

Antiquius eſſe hoc nomen Gregorio Magno probatur.

2 Syluester Papa.

Non conſtat, quo tẽpore Cardinales vocari cœperint.

3

Ioannes

Ioannes autem diaconus libro 3. vitæ ipsius cap. 7. mentionē facit Episcoporum Cardinalium, non quales nūc sunt sex apud Pontificem, se de eorū, quos ex presbyteris Cardinalibus Ecclesiæ suæ in Episcopos consecrauit, videlicet, aliarum Ecclesiarum, præter illas sex, quarum Episcopi nūc dicūtur Episcopi Cardinales: nam qui aliarum Ecclesiarum Episcopi sunt, etiam si post Cardinalitiam dignitatem ad Episcopatum assumantur, dicuntur tamen presbyteri Cardinales. Ex quibus omnibus manifeste consequitur; Caluinum loco assignato perperam dixisse, nomen Cardinalis, quod à tempore Gregorij incœpisse putat, tunc solis Episcopis fuisse accomodatum, idemque eo tempore fuisse Episcopum, & Cardinalem, cum presbyterorum, & diaconorum Cardinalium mentio apud ipsum Gregorium facta legatur, & expresse dicat Ioānes diaconus, ex presbyteris Cardinalibus Ecclesiæ Romanæ plures Episcopos aliarum Ecclesiarum longè positarum cōsecrasse, & hactenus de antequitate nominis.

Caluinus refellitur.

De significatione eiusdem nōminis.

CAPVT II.

4

DE Significatione autem illius imprimis certum illud videtur, Cardinalem idem esse, quod præcipuum, vel eum, a quo cæteri pēdent, vt à cardine ostium, qua ratione præcipuę virtutes, quæ sub se alias continent, Cardinales dicuntur, & venti etiam præcipui vocātur Cardinales. Et Augustinus lib. 1. de Baptismo cōtra Donatistas cap. 6. in principio primarios hæreticos inter Donatistas, Cardinales Donatistas appellat. Qua vero ratione presbyteri, & diaconi Romani, ad quos pertinet electio summi Pontificis, Cardinales dicantur, non omnes eodem modo explicant.

Cardinales. quasi præcipui, & a quibus sicut à cardine pendēt cæteri.

Onuphrius Panuinus, lib. de Cardinalitiis titulis censet, presbyteros, & diaconos dictos fuisse Cardinales, eo quòd, cum plures essent in eadem Ecclesia, vnus tantum illis præerat, & ideo Cardinalis, hoc est, præcipuus dicebatur. Hanc explicationem refellit noster Bellarmin. to. 1. lib. 1. de clericis cap. 16 eo quòd in eadem Ecclesia aliquando fuerint plures presbyteri Cardinales; probatque ex Synodo Gregorij Magni, quæ est in lib. 4. Registri cap. 88. aliàs epistola 44. in qua, inquit, ponuntur subscriptiones, nōn solùm Episcoporum, sed etiā presbyterorum Cardinalium, & plures sub eodem titulo inueniuntur, nempe sub titulo Sanctę Balbinæ tres, sub titulo S. Damasi duo, sub titulo Sancti Syluestri duo denique sub titulo Apostolorū alij duo. Ex quo infert, non fuisse dictum Cardinalem presbyterū, ea ratione, qua putauit Onuphrius. Addit præterea, tēpore Syluestri septē tantum Romæ diaconos fuisse, & hos omnes dictos fuisse Cardinales, vt supra memorauimus ex Synodo secunda Romana. Ex quo colligit, non fuisse dictos Cardinales, quòd alijs præessent.

Sententia Onuphrij.

5

Refutatur a Bellarmino.

Verùm quamuis sententia Onuphrij mihi non probetur, existimo tamen, eam non recte refelli ex subscriptionibus illius Synodi Romanæ: nam quamuis non vnus tātum, sed duo vel plures presbyteri sub eodem titulo subscripserint, tamen constat, omnes illos Cardinales fuisse nūcupatos. Et quidē in Synodo Romana 2. sub Syluestro, subscripserūt presbyteri quadraginta quinque, diaconi quinque, cum tamen non legamus, tunc presbyteros dictos fuisse Cardinales: aut certe si sic nuncupati fuerunt, certum est non fuisse quadraginta quinque, cū tantus numerus non multis ab hinc annis in Ecclesia cœperit, & in omnibus antiquis Concilijs extra ciuitatem Romæ, tam in Græca quam in Latina Ecclesia, presbyteros etiam subscribere consueuisse, manifestum est: cum tamen non vbique Cardinales presbyteri dicerentur.

Sententia Onuphrij Autori displicet, & Bellarminij refutatio non placet

At, inquit Bellarminus, tempore Gregorij non consueuisse ad Concilium presbyteros omnes vocari, sed titulares tantū: hos autem fuisse Cardinales. Probat autē quia in ea Synodo, solū fuere tringita quatuor presbyteri: credibile autem est, eo tempore multo plures Romæ fuisse, siquidem tempore Cornelij Papæ in medio persecutionum Romæ erant quadraginta sex.

6

Ego quidem fateor, pauciores tunc vocatos fuisse ad Concilium, quàm Romæ essent: tum etiam, omnes illos sub aliquo titulo fuisse, & subscripsisse, vt patet ex Gregorio loco citato, tamen inde non confici, omnes illos fuisse Cardinales, & præcipuos, nam in eodem titulo potuerunt plures esse non Cardinales. Atque ego existimo, vnum inter eos tātùm fuisse pastorem, & parochū, & hunc solum Cardinalem vocari consueuisse: fuerunt autem tunc pauciores vocati, quàm essent Romæ, cum tamen antea omnes ad Concilia conuenirent, quia crescēte numero presbyterorū, cōueniēs valde

fuit, vt non omnes, ſed ſelecti, & doctiores vocarentur. Id tamen quod adducit Bellarminus contra Onuphrium de diaconis, cõuincit plane id, quod contendit: nam quamuis Syluester prẽter ſeptem illos, alios duos diaconos ad examen parẽciarum conſtituerit, tamen ante Syluestrũ non legimus fuiſſe plures, quam ſeptem: hos autem vocatos fuiſſe antea Cardinales, notauimus ſupra in hoc capite.

7

Quod vero addit Bellarminus, iuxta ſententiam Onuphrij nõ poſſe aſsignari rationem, ob quam aliqui Epiſcopi Cardinales dicantur, quia ſic dici non poſſent, eo quod alijs Epiſcopis in ſua diœceſi præſint, parũ habet momenti: facile enim Onuphrius reſpondere poterat, non ideo dictos eſſe Cardinales, quòd alijs Epiſcopis in ſua diœceſi præeſſent, ſed quòd alijs eſſent digniores, quia ad electionem ſummi Pontificis conuenirẽt. Et in hoc cæteris antecellerent, & prœeſſent, alij vero non item.

Leonis 9. opinio de hac impoſitione nominis.

Leo IX. in epiſtola aduerſus præſumptiones Michaelis cap. 32. cum Romanum Pontificem ſucceſſorem Petri comparaſſet cardini ianuæ, quo immobili perſeuerãte, ianua uertitur, quia Petrus, & ſucceſſores eius, iudicium habent totius Eccleſiæ, & ipſi à nemine iudicantur, ſubiungit: *Vnde, & clerici eius Cardinales dicuntur, cardini vtique illi, quo cætera mouentur, vicinius adherentes.* Putat igitur Cardinales dici, quai propinquiores ſunt Pontifici, qui cardini ianuæ comparatur. Quam ſententiam (me quidem iudice) ſequutus eſt Thomas Vvaldenſis tomo 1. Doctrinalis fidei antiquæ, lib. 2. art. 3. c. 54. aliquantulum à principio. Verùm noſter Bellarminus loco aſsignato putat, hac ratione ſolum explicari, quare Romani clerici Cardinales dicantur, non autem, quare alibi aliqui etiam Cardinales dicerentur: alibi enim etiam Cardinales fuiſſe, conſtat ex Gregorio lib. 5. epiſtolarum, epiſtola 11. alias cap. 111. & lib. 11. epiſtola 38. & Concilio Meldẽſi. Et quidem exiſtimare quis poſſet, hac ratione non ſine probabilitate explicari quoque poſſe, quare in alijs Eccleſijs prẽter Romanam etiam Cardinales presbyteri dicerẽtur, nempe, quòd propinquiores eſſent Epiſcopis aliarum ciuitatum, qui non immerito in ſua diœceſi cardini ianuæ etiam comparari poſſunt, ſicut Pontifex Romanus in tota Eccleſia; primariam tamen impoſitionem huius nominis Cardinalis aliunde deſumptam non dubito, vt ſtatim oſtendam.

Vvaldenſis.

8

Non plene ſatisfacit.

Gregorius Magnus.

Concil. Meldenſe.

Ioannes à Turrecremata, lib. 1. ſummæ de Eccleſia, cap. 80. membro 4. primum putat, dictos fuiſſe Cardinales, videlicet diaconos, & presbyteros, & Epiſcopos, quia ſeruirent Romanæ Eccleſiæ, quæ ab Anacleto Papa, in epiſtola 3. cap. 4. & refertur canone. *Sacroſancta.* 22. §. *Hæc vero*, dicitur cardo, & caput omnium Eccleſiarum, vt ſicut cardine ianua regitur, ſic huius Eccleſiæ Sanctæ autoritate cæteræ reguntur. Verùm ſi hac ratione Cardinales dicerentur, omnes certe presbyteri, & diaconi Romani Cardinales vocari deberent, eo quòd omnes deſeruirent Eccleſiæ Romanæ, quæ eſt cardo Eccleſiarum. Conſtat autem ex Synodo 2. Romana ſub Syluest. c. 6. prẽter ſeptẽ diaconos regionum, qui dicti ſunt Cardinales, fuiſſe etiam alios duos ad parochiarum examen, qui tamen non fuerunt dicti Cardinales, cum tamen Romanæ Eccleſiæ deſeruirent.

Ioannis à Turrecremata opinio.

9 Improbatur.

Deinde idem Ioannes à Turre cremata aſſerit, diaconos, presbyteros, & Epiſcopos vocatos fuiſſe Cardinales, quaſi præcipuos, probatque ex canone, *Paſtoralis*, 7. q. 1. & ex canone, *Relatio*, 21. q. 1. eo quod eorum Concilio tota vniuerſalis Eccleſia gubernatur, quàm ſententiam tradidit quoque Aluarus Pelagius, lib. 2. de planctu Eccleſiæ & Antoninus 3. p. titul. 21. cap. 1. art. 16. Verùm ex illis canonibus hæc ſententia probari non poteſt: nam Gregorius Magnus per Cardinales presbyteros, aut diaconos aliud in illis canonibus intellexit, vt inferiùs videbimus, loquebaturque non de Cardinalibus Eccleſiæ Romanæ, ſed aliarum.

Secundũ aſſertum Turrecremata.

Aluarus Pelagius. Antoninus.

Noſter autem Bellarminius cenſet, nomen Cardinalis primùm fuiſſe impoſitum loco, & inde ad perſonas deriuatum, ita vt primum dicta fuerit Eccleſia, ſeu titulus Cardinalis, inde autem presbyter, aut diaconus eodem nomine fuerit nuncupatus. Subdit prẽterea, eas Eccleſias ſeu titulos dictos fuiſſe Cardinales, hoc eſt, præcipuos, vbi Baptiſma conferebatur, & presbyteros Cardinales eos, qui prædictas Eccleſias regebant. Eodemque modo diaconias Cardinales fuiſſe Eccleſias prẽcipuas iuxta numerum regionum, & eos, qui in eis reſidebant, diaconos Cardinales, poſt modum autem etiam Epiſcopatus dictos fuiſſe Cardinales, & Epiſcopos ſimiliter, videlicet ſex illos, qui ad electionem Pontificis conueniunt, & ei ſunt à conſilijs. Porrò autem nomen Cardinalis primùm quidem loco, deinde perſonis impoſitum fuiſſe, probat ex Cõcilio Meldenſi ſub Carolo Iuniore Rege Francorum canone, 54. vbi ſic dicitur: *Vt titulos cardinales in vrbibus, vel ſuburbijs conſti-*

Quid ſentiat Bellarminus.

ſtitutos, Epiſcopi canonice, & honeſte ſine retractatione ordinent, & diſponant. Et ex Ioanne diacono in vita Sancti Gregorij lib. 3. cap. 10. vbi ita ſcribit: *Cardinales vilenter in parœcijs ordinatos forenſibus, in priſtinũ cardinem Gregorius reuocabat.*

Ioannes Diaconus.

Verum ex priori teſtimonio ego certè non video, quo pacto probari poſsit, nomẽ Cardinalis primùm impoſitum fuiſſe loco, deinde perſonis: inde enim ſolum colligere licet, tã locis, quàm perſonis accõmodatum fuiſſe, quibus autem prius, non item. Ex poſteriori autem teſtimonio, nõ improbanda ratione id probrari poſſet, vt ſtatim videbimus, tametſi non ſicut Bellarminus contendit, vt nomen Cardinalis primùm Eccleſiæ, deinde perſonis impoſitum fuerit, imo neque ita, vt nomen cardinis, primum Eccleſiæ, præterea verò nomen Cardinalis inde perſonis fuerit accommodatum.

12

Ego igitur cenſeo, nomen Cardinalis primùm impoſitum fuiſſe perſonis, videlicet, diaconis, non autem titulis, ſeu Eccleſijs, vel locis; nomen autem cardinis impoſitum fuiſſe primùm locis, non quidem Eccleſijs, ſed regionibus ciuitatis Romæ, & præterea inde ad diaconos nomen, non cardinis, ſed Cardinalis deriuatum, & tandem ad presbyteros, & Epiſcopos, eorũque titulos, ſeu Eccleſias accõmodatum nomẽ. Atque imprimis quidẽ dubitari nõ poteſt, nomen Cardinalis à cardine dictum fuiſſe, non contrà: ac proinde, ſi nomen cardinis impoſitũ fuit alicui loco, perſonas quoque ab eo loco poſtea rectè dictas fuiſſe Gardinales. Atqui nomen cardinis impoſitum fuit locis, nempè regionibus vrbis, in quibus Diaconi cõſtituti dicti ſunt Cardinales: ergo ſignum eſt, nomen Cardinalis à loco in perſonas deriuatum eſſe. Porrò autem nomen cardinis impoſitum fuiſſe loco eodem tempore, quo perſonæ dici cœperunt Cardinales patet manifeſtè ex Synodo 2. Romana ſub Syluestro, in qua nomen cardinis, & Cardinalis, primum inuenimus, nam cap. 3. poſtquam definitũ fuit, quo pacto, & à quibus præſul, & presbyter iudicari, & condẽnari debeat, de diacono ſic dicitur: *Diaconus autem cardine conſtrictus vrbis Romæ, niſi in triginta ſex non condemnabitur.* Alia verò lectio habet: *Conſtructus cardine*: hoc eſt, cõſtitutus, vel quaſi alligatus cardini, quod ſanè de Cardinali diacono intelligitur. Per cardinem autem intelligere Concilium locum, cui deſignatus erat diaconus, quis negabit? Per locum autem non Eccleſiam, ſed regionem vrbis intelligi, colligitur ex eo, quòd ſeptẽ diaconi, quos Sylueſter in ea Synodo cap. 6. primus Cardinales appellauit, quaſi cardini aſsignatos, & adſtrictos, prius dicti fuerant regionarij, videlicet quod ſinguli ſingulis regionibus ciuitatis Romæ eſſent deſignati à Fabiano Papa in epiſtola 1. in principio, qui in ſeptem regiones vrbem diuiſit, & ſingulis ſingulos diaconos præfecit, quos regionarios vocauit, vt vidimus ſupra diſp. 236. cap. 7. Cum igitur dicti ſint regionarij à regione, ſicut Cardinales à cardine, ſequitur, regionem ipſam ciuitatis dictam fuiſſe cardinem ciuitatis, tametſi & Eccleſia, ſeu titulus illius regionis inde Cardinalis, aut etiam cardo dici potuerit. Regiones autem ciuitatis rectè dictas fuiſſe cardines ciuitatis, ex eo probatur, quòd cum cardines temporis dicantur à Plinio lib. 18. cap. 25. quatuor partes, in quas veluti in præcipuas diuiditur annus; nempè ver, æſtas, autumnus, & hyems: tùm etiam quatuor partes præcipuæ mundi quatuor cardines dicantur, vt notãt ex Statio periti linguæ Latinæ: eadem quoque ratione regiones eiuſdem ciuitatis, in quas veluti in partes præcipuas, quę ſub ſe continent alias minores, ciuitas diuiditur, cardines ciuitatis vocari merito potuerunt. Et ſicut venti Cardinales dicuntur, qui flant ex partibus illis, quæ cardines mundi vocantur, quaſi in cardinibus mundi exiſtentes; ita etiam & Diaconi præfecti partibus ciuitatis, quę cardines dicebantur, Cardinales rectè vocati ſunt.

13

Autoris placitum.

Nomen Cardinalis impoſitum fuit vrbis regionibus inde diaconi Cardinales dicti.

Synodus ſecunda Romana.

Cardinales, prius regionarij dicti.

Cardines temporis appellat Plinius quatuor præcipuas partes anni.

Statius.

Venti Cardinales, qui.

Inde autem extenſum eſt nomen poſtea ad presbyteros, & Epiſcopos: ad presbyteros quidem Romanos, qui titulis erant præfecti, ac proinde præcipui, & cardini adſtricti; ad Epiſcopos autem, qui ad electionem Pontificis conueniunt, quòd inter cæteros Epiſcopos orbis, eo ipſo quod ad electionẽ Pontificis Romani vocarentur, haberentur etiam præcipui: atque eodem pacto Eccleſiæ præcipuæ ciuitatis Romanæ cardines, ſeu Cardinales vocatæ ſunt.

14

Cæterùm notandum eſt, apud Gregoriũ Magnũ hæc tria nomina, *Cardo, Cardinandus, Cardinalis*, in alio ſenſu inueniri, vt ex varijs eius Epiſtolis conſtat: nam cardo apud Gregorium eſt, quæcumque Eccleſia etiam alterius ciuitatis, aut oppidi, cui aut diaconus, aut presbyter ex ordinatione ſua erat adſtrictus, & deſignatus, iuxta canonem 6. Concilij Calcedonenſis, actione 11. Cardinalis verò erat quicumque ad certam, & determinatam Eccleſiam ordinatione ſua deſtinabatur, & adſtringebatur

Quid obſeruandũ in Gregorio Magno circa *Cardo Cardinalis*, & *Cardinandus*.

batur. Cardinandus autem, qui per cânonicam translationem ex vna Eccleſia in aliam ob aliquam cauſam iuſtam transferebatur: ſic enim ex vno cardine, cui erat adſtrictus, ad alium translatus, denuo cardinari dicebatur. Nomẽ quidem cardinis pro Eccleſia in ea ſignificatione legimus apud Ioannem Diaconum in vita ſancti Gregorij lib. 3. cap. 10. vt ſupra in hoc capite vidimus, qui ſanè rectè nouerat phraſim, et modũ loquendi Gregorij. Nomen autem Cardinalis ad ſignificãdum, tam Epiſcopum, quàm preſbyterum, vel diaconum cardini, hoc eſt, alicui Eccleſiæ adſtrictum, & deſignatum, inuenimus in eodem Gregorio. De diacono quidem lib. 5. epiſtolarum epiſtola 11. aliàs cap. 111. & refertur canone *Fraternitatem*, 71. diſt. & epiſt. 14. li. 3. De presbytero autem in lib. 11. epiſtola, ſeu capite 34. vbi ſcribit ad Ioannem Syracuſanũ, vt Coſmã, qui ex monacho ordinatus prius ab anteceſſore in Eccleſia Syracuſana ſubdiaconus, & poſtea in poſſeſsione, ſeu villula, quæ dicebatur Iuliana, presbyter ordinatus, nimia triſtitia afficiebatur, ad Syracuſanam Eccleſiam transferat, & ibi presbyterum Cardinalem, hoc eſt, Eccleſiæ Syracuſanæ vt cardini adſtrictum conſtituat. De Epiſcopis denique in lib. 2. epiſtola 25. & refertur 7. q. 1. canone *Paſtoralis*, & epiſtola 13. ſeu cap. 52. & refertur 21. q. 1. canone *Relatio*, vbi nomine ſacerdotis Cardinalis intelligit Epiſcopum Eccleſiæ alicui aſsignatum, & adſtrictum: in quem canonem rectè notarunt emendatores mentem Gregorij aliam eſſe, quã putauit Gratianus: nam Gratianus exiſtimauit Epiſcopum vnius Eccleſiæ retenta illa, aliam etiam aliquando quaſi cõmẽ datam ſimul accipere. Et Gregorius certè loquitur de translatione Epiſcopi ab vna Eccleſia ab hoſtibus vaſtata, ad aliam. Porrò autẽ apud Gregorium legimus cardinandũ aliquem; & quamuis hac voce cardinandi Gregorius vtatur, cum loquitur de translatione canonica, per quam is, qui erat in vna Eccleſia, alteri cardinabatur, vt in lib. 5. epiſtola 11. ſeu cap. 111. & lib. 3. epiſtola 14. & in alijs citatis; tamen eadem vox ſignificabat ordinationem alicuius ad aliquam Eccleſiam, per quam primò ei deſignatus, quaſi cardini adſtringebatur. Eadem voce Cardinalis, & incardinandi pro Epiſcopo, qui ab vna Eccleſia vaſtata in aliam transferebatur, vſus eſt Ioan. VIII. in epiſt. 8. & epiſtola 13. & 14. in 3. tomo epiſtolarum Pontificum, imitatus Gregorium Magnũ. Atque hinc intelligi poteſt, quod præcipit idem Gregorius, lib. 8. epiſtolâ 3. vt in Eccleſia, quam quidem vir nobilis vltima ſua voluntate ædificari mandauit, (& quidã putant fuiſſe Eccleſiam monaſterij, alij verò oratorium) nullus presbyter Cardinalis conſtitueretur, hoc eſt, nullus presbyter ita aſsignaretur, vt inde ad aliam Eccleſiã libere tranſire nõ poſſet. Et forraſsis in hunc eundem ſenſum legimus apud Vitruuium, lib. 10. cap. 21. tignum cardinatum, hoc eſt, clauis conſtrictum.

Ordinem proprium Cardinalitũ fuiſſe à Chriſto inſtitutum, & antiquiorem Epiſcopatu, Ioannes à Torrecremata autumat.

CAPVT III.

IAM verò de reipſa dicamus, & primũ, quidem in hoc capite, & ſequente de antiquitate, & inſtitutione Cardinalium Romanæ Eccleſiæ: deinde verò de dignitate, & præſtãtia eorum comparatione Epiſcoporum in ſequente capite.

Circa antiquitatẽ, & inſtitutionẽ eorum Ioã. à Torrecrem. lib. 1. ſũmę de Eccleſia, c. 80. proviribus perſuadere cõtẽdit, ſtatu Cardinalium Romanę Eccleſiæ (nã de Cardinalibus aliarum ciuitatum non loquitur) ex Diuina inſtitutione non minus ad hierarchiam Eccleſiaſticam pertinere, quã presbyterorũ, & Epiſcoporũ, quin mò antiquiorẽ eſſe ſtatũ Cardinalitũ ſtatu Epiſcoporum. Cenſet enim, ſtatu Cardinalium repræſentari ſtatũ Apoſtolorũ antiquiorẽ, & ita Cardinales Romanos Apoſtolis ſecũdum quẽdam ſtatũ, à Chriſto etiã inſtitutũ, ſucceſſiſſe. Vt autẽ hoc confirmet, inquit, triplicẽ ſtatũ Apoſtolorũ cõſiderari poſſe: primũ eo tẽpore, quo Chriſto ante eius aſcenſionem aſsiſtebant, quibus hac ratione putat eũ dixiſſe, Lucę 22. *Vos eſtis, qui permanſiſtis mecũ in tẽtationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater regnum.* Videlicet Eccleſiæ militantis. Alterum eo tempore, quo poſt aſcenſionem Chriſti aſtiterunt Petro Chriſti vicario in officio vniuerſalis Paſtoris, & Papæ. Tertium eo tempore, quo iuxta illud Chriſti præceptum, Marci vltimo: *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ, &c.*

Vitruuius.

17

Ioan. Diac.

16 Quæ ſi mens Gregorij in canon. Relatio.

Gratianus.

Ioan. 8. Pontifex.

17

Turrecrematæ ſententia.

18

Luca 22.

Marci vlt.

a Pa-

à Petro ſeparati ſunt, & per varias mundi prouincias diſperſi: inquit igitur Apoſtolos in primo, & ſecundo ſtatu fuiſſe Cardinales, & eis pro duobus illis ſtatibus prioribus Cardinales Romanos, qui Pontifici aſſiſtunt ſuccedere, eosque repræſentare, pro
19 tertio vero ſtatu eis Epiſcopos ſuccedere, eosq; repreſentare: quia ſicut Apoſtoli in varias prouincias in tertio illo ſtatu diuiſi ſũt, ita etiam Epiſcopi varijs Eccleſijs ab ipſo ſummo Pontifice ſeparati præficiuntur, vt teſtantur, inquit, Anacletus in canone, *In nouo Teſtamento*, diſt. 31. & Vrbanus Papa in canone, *quorum vices*, diſt. 68. Quinimò addit, hos ſtatus Apoſtolorum tanquam diſtinctos denotaſſe Paulum ad Epheſios 4. cũ dixit: *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores*. Diſtinguens nimirum ſtatum Paſtoris à ſtatu Apoſtoli, quaſi per Apoſtolicum ſtatum denotare voluerit ſtatum Cardinalium, quatenus Chriſto ſummo Pontifici, aut eius Vicario Petro aſſiſtebant, ſicut Cardinales ſummo Pontifici Romano à conſilijs ſunt: per ſtatum verò Paſtoris ſtatum Epiſcoporum, quem ipſi exercere cœperunt quando in varias mundi regiones, & ciuitates diſperſi ſunt, & à Petro ſeparati.

Ex quibus infert quoque nonnulla: primum eſt, Apoſtolos prius fuiſſe Cardinales, quàm Epiſcopos, & prius officium Cardinalis, quàm Epiſcopi exercuiſſe, eoquòd prius fuerint in ſtatu Apoſtolorum, videlicet ante paſsionem Chriſti, quâ in ſtatu Paſtorum: nam ſicut Petrus poſt paſsionem fuit Paſtor conſtitutus, cum Ioan. vlti. dictum eſt ei, *Paſce oues meas, &c.* ita etiam cæteri fuerunt. Secundũ eſt, Apoſtolos prius fuiſſe Cardinales orbis, quâ vrbis Romæ: nã ſicut Petrus prius fuit Papa orbis, & vniuerſalis Eccleſiæ, quàm Romę peculiariter deſignaretur, ita etiam cæteri Apoſtoli fuerũt prius Cardinales orbis, quâ vrbis; quia prius ei aſtiterunt, vt Papæ orbis, quàm vt Papæ vrbis: nam vtroque modo, Romanum Pontificem Petri ſucceſſorem eſſe Papam, orbis videlicet, & vrbis, ipſa inueſtiturę forma denotat, cum dicitur ei: *Inueſtio te de Papatu Romano, vt præſis vrbi, & orbi*. Et in vtraq; prædentia, inquit ille, Cardinales Pontifici aſsiſtunt.

Tertiũ eſt, merito quidẽ Papam ſeipſum
20 inter Cardinales connumerare, ſicut notauit Archidiaconus in canone *Sacroſancta*, 22. diſt. & hac ratione non ſolum Epiſcopũ, ſed etiam Apoſtolicum nominari, dictum
Archidiac. enim eſt prius ex ſententiã eiuſdem, ſtatum Apoſtolorum eſſe ſtatum Cardinalium, & diſtinctum à ſtatu Paſtorum. Quartum eſt, ſicut Apoſtolis in ſtatu Paſtorum ſuccedit Ordo Epiſcoporum, ita quoque ipſis in ſtatu Apoſtolorum, qui prior fuit, ſuccedere Cardinales. 21

Ordinem proprium Cardinalium non fuiſſe à Chriſto inſtitutum, contra Ioannem à Turrecremata oſtenditur.

CAPVT IIII.

CAETERVM neque ſtatum proprium Cardinalium Romanæ Eccleſiæ eſſe ſpecialem Ordinem à Chriſto inſtitutum, qui inter cæteros Eccleſiæ gradus numerari debeat, neque ab ipſo tempore Apoſtolorum vllũ eorum munus fuiſſe diſtinctum â munere, & officio aliorum Ordinum, vera, & communis ſententia eſt. In cuius cõfirmationẽ illud præmittendum eſt, Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ aliquid eſſe commune, vel cum diaconis, vel cum presbyteris, vel cum Epiſcopis: omnes enim in aliquo ex ijs gradibus, & ordinibus Eccleſiæ conſtituti ſunt: atque ex hac parte verè eſſe à Chriſto inſtitutos, ac proinde de hoc controuerſiam nullam inter Catholicos eſſe. Deinde notandum eſt, duo eſſe alia munera, & officia Cardinaliũ Romanæ Eccleſiæ, vnum eſt eligendi ſummum Pontificem Romanum, alterum eſt aſsiſtendi ei, & ipſum in regenda Eccleſia adiuuare. Et quamuis hæc duo poſteriora officia, & munera antiquiſsima ſint in Eccleſia, & ab ipſo tempore Apoſtolorum cęperint, tamen ratione eorum non eſſe conſtituendum peculiarem Ordinem, tam certũ eſt, quàm quòd in Eccleſia Dei non ſint plures, quàm ſeptem Ordines. Nam Cardinalitiam dignitatem eſſe veluti Epiſcopalem, vt licet per ſe non conſtituat peculiarem Ordinem ab omnibus alijs diſtinctum, ſit tamen quædam extenſio, & veluti pars alicuius Ordinis, ſicut eſt Epiſcopatus comparatus cum ſacerdotio, dici nulla ratione poteſt.

Reſtat igitur ſolum, vt hæc duo poſteriora munera fuerint quidem in Eccleſia Dei à tẽpore Apoſtolorũ omnibus presby-

Autoris ſententia.

Cardinales pro ut presbyteri diaconi, & ſubdiaconi, aut Epiſcopi à Chriſto inſtituti ſint.

22

Officia pecuniaria Cardinalium non efficiunt diſtinctũ ordinem in Eccleſia.

teris

teris communia: multo autem postea electi fuerint aliqui peculiares diaconi, presbyteri, & Episcopi, quibus solis eadem darẽtur, & peculiari ratione ipsis fungerentur, vt rectè notauit noster Bellarminus tomo 1. Bellarminus lib. 1. de clericis cap. 16. §. *Est autem*: nam à tempore Apostolorum per multos annos, & sęcula, eoquòd pauci essent presbyteri, & diaconi, omnes simul ad electionem Episcopi concurrebant, & ad Concilia vocabãtur: & ita eodem modo electio Episcopi Romani, & summi Pontificis totius orbis ad omnes presbyteros, & diaconos pertinebat, neque tunc Cardinales à non Cardinalibus distinguebantur. Atque hac de causſ Cyprianus scribens ad clerum Romanum, ad omnes presbyteros, & diaconos scribit, vt patet ex lib. 3. epistola 5. quæ nunc est in ordine 15. & eodem libro, epistola 21. quæ nunc est 4. Contra verò ex clero Romano Cypriano solum scribebant presbyteri, & Cyprianus. diaconi, vt constat ex lib. 2. epistola 7. quæ nunc est in ordine 31. Crescente verò multitudine cleri, vocabantur quidem omnes ad electionem, non tamen ad Concilia, nisi aliqui præcipui. Putat autem Bellarminus, Bellarminus hos præcipuos, qui postea ad Concilia vocabantur, dictos fuisse Cardinales, non solũ Romę, sed alijs etiam in locis. Probat autẽ ex Synodo Romana sub Gregorio Magno, quę est 4. lib. epistolarum, cap. 88. cui solũ interfuerunt presbyteri 34. & omnes sub aliquo titulo, titulares autem tunc Cardinales dicebantur: certũ autem est tunc Romæ fuisse multo plures presbyteros: nam cum tempore S. Cornelij, quando vigebant persecutiones tyrannorum contra christianos, fuerint 46. vt ex epistola eiusdẽ Cornelij refert Eusebius, lib. 6. historiæ, cap. Eusebius. 33. quanto, obsecro, plures essent tempore Gregorij Magni, quãdo Romæ nullus erat paganus?

Ego tamẽ censeo, eo tempore, nõ omnes presbyteros, qui erant sub eodem titulo, appellatos fuisse Cardinales in eo sensu, quo 34 nunc dicuntur: tametsi eodem modo, quo Gregorius Magnus vocauit diaconos, presbyteros, & Episcopos Cardinales, eos omnes, qui alicui Ecclesiæ, etiam extra Romam erant adstricti, & designati, tũc quoq; Romæ vocari potuerint. Verum in hoc sensu eo tempore non omnes Cardinales ad Concilium vocabantur: cum enim omnes presbyteri, iuxta canonem 6. Cõcilij Calcedonensis, adstricti esse deberent alicui Ecclesiæ, & non omnes presbyteri ad Cõcilium vocarentur, consequitur plane, neq; omnes Cardinales in hoc sensu sic appellatos, ad Concilium vocari consueuisse. At Cardinales, qui in titulis præcipui erant, Cõcilijs eo tempore interesse solitos fuisse, certè negari non potest. In more quoq; fuisse positũ, vt præter illos, alij etiã eiusdẽ dem tituli non præcipui Concilijs interessent, & subscriberent supra obseruauimus. Quo autem iure, electio summi Pontificis Romani ad Cardinales pertineat, sequente disput. dicemus. Mitto præterea, quæ Ioannes à Turrecremata obijcit contra suã sententiam, vt probet, institutionem Cardinalium non esse iuris Diuini, ea enim omnia parũ momenti esse censeo, & legere quisq; potest lib. illo primo de Summa Ecclesię, cap. 82.

Fundamentum verò, quo nitebatur Ioãnes à Turrecremata, valde infirmum est. Negari certè non potest, Apostolos prius fuisse Apostolos, quã Episcopos, imò etiam quã presbyteros: nam duodecim primum sunt nominati Apostoli à Christo, Lucę 6. vbi dicitur: *Quos & Apostolos nominauit*, presbyteri autem, seu sacerdotes instituti sunt in postrema cœna, Lucæ 22. illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*, vt disputatione 239. c. 1. ex Concilio Tridẽtino probauimus, Episcopi autem post resurrectionem, nempè vel quando Petro dictum est Ioannis vltimo: *Pasce oues meas*, sicut sensit idem Ioannes à Turrecremata, vel in die Pentecostes, vt alij existimant: denique quando post resurrectionẽ missi sunt ad prædicandum Euangelium, & docendum omnes gentes, vt probabilior opinio fert, & cap. 7. dicemus: Inde tamen minimè colligere potuit Ioannes id, quod cõtendit: nam cum duodecim, quos Christus elegit Apostolos, nominauit, in suam societatem eos non admisit, vt eorum consilio vteretur, sicut Pontifex Romanus Cardinales suos admittit sibi consiliarios, neque potestatem dedit eis eligẽdi Vicariũ ipsius, sicut nunc Cardinales eligunt, sed ex discipulis, quos habebat, non vt eorum vteretur consilio, sed vt eos instrueret, & doceret, elegit duodecim, quos Apostolos nominauit, quasi missos, videlicet, vt mitteret ipsos ad prædicandum ea, quæ didicerant, dicentes: *Appropinquauit in vos Regnum Dei*, vt patet Matth. 10. & Marci. 3. Atque ad hoc dedit eis potestatem non eligendi Vicarium ipsius, sed vt ejicerent dęmonia, & languores curarent, vt ibidem dicitur.

Ex quo sequitur, munus, quod nunc habent Cadinales Romani, Apostolos eo tẽpore

Fundamẽtum Turrecrematæ eneruatur.

Luc. 6. Luc. 22.

Ioannes vltimo.

25

26

Ad quid Christus Apostolos elegerit. Mathei 10. Marci 3.

pore non habuisse, ac proinde prædictos Cardinales Apostolis in eo statu non successisse, præsertim cum nunc Cardinalitia dignitas, aut diaconis, aut presbyteris, aut Episcopis annexa sit, tunc autem Apostoli, neque Episcopi, neque presbyteri, nec diaconi fuerint. Quocirca quauis status Apostoli distingueretur à statu Pastoris & Episcopi, ad Ephesios 4. vt vult Ioanes à Turrecremata, inde tamen non liceret inferre, statum Apostolorum esse statum Cardinalium, vt ex dictis patet. Adde, quòd ita distinguuntur à Paulo Apostoli à Pastoribus, & Doctoribus, vt per Apostolos intelligat solos duodecim cum Paulo, & Barnaba; non quòd Episcopi non essent, quia reuera iam erant, sed quòd nulli ciuitati alligati, per totum mundum, & varias prouincias verbum Dei prædicabant: & ita præ alijs Pastoribus, & Episcopis nomen Apostoli habebat; per Pastores verò, & Doctores, quos coniungit Chrysostomus, homilia in epistolam ad Ephesios, explicans illum locum, intelligit alios Episcopos singularum ciuitatum, qui determinato loco adscripti erat, & ideò nō erant Apostoli missi in varia loca ad prędicandum; ac proinde nomen solum Pastoris, & officium habebant, non Apostoli.

Corollariū ex doctrina Autoris

27

Hinc etiam cōstat, corollaria, quæ ex sua doctrina colligit Ioannes à Turrecremata, vera non esse: & de primo patet: quia non rectè probat, duodecim Apostolos; prius fuisse Cardinales, quales tunc sunt Romani, quàm fuerint Episcopi, ostendimus enim toto illo tempore, quo nondum erant presbyteri, non fuisse functos munere Cardinalium. Ex quo idem sequitur de secundo corollario, quia cum Apostoli non fuerint Christi Cardinales sicut nunc Romani sunt summi Pontificis, & Papæ, non sequitur, prius fuisse Cardinales orbis, & vrbis; tametsi Petrus prius fuerit Papa orbis, quàm vrbis, cum prius fuerit constitutus à Christo Pastor Ecclesiæ vniuersalis, quam fuerit Ecclesiæ Romanæ Episcopus, vt cōstat. Similiter, quod ait in tertio corollario, summum Pontificem ideo se Apostolicum vocare, quod inter Cardinales seipsum numeret, quasi Apostolicus idē sit, quod Cardinalis, fulsum esse ex dictis etiam liquet: probauimus enim, Cardinales nō successisse Apostoli in munere, & officio Apostolico, considerato ante quam presbyteri essent, aut Episcopi. Ex quo etiam falsitas quarti corollarij satis manifesta est.

Consectaria, quæ ex sua opinione Turrecrem. colligebat, falsa esse ostēduntur.

28

De dignitate Cardinalium, comparatione facta cum Episcopis.

CAPVT V.

CIRCA dignitatem, & prestantiam Cardinalium Romanæ Ecclesiæ, comparatione facta cum Episcopis, singularem sententiam sequutu fuit idem Ioannes à Turrecremata, lib. 1. de summa Ecclesiæ, cap. 81. iuxta ea, quæ cap. 80. de institutione eorum tradiderat. Contendit igitur, Cardinales Romanos, siue presbyteros, siue etiam diaconos, cæteris omnibus Ecclesiæ prælatis, præterquam Pontifici Romano, omnino præferendos esse. Probat autem id primò, quia dignitas Cardinalium in Apostolis prior fuit cæteris Ecclesiasticis dignitatibus: nā dignitas, inquit, Cardinalium, in qua Cardinales Apostolis succedunt, est dignitas Apostolica, quæ in Apostolis prior fuit, vt supra ex ipso retulimus. Secundò, quia Cardinales curā habent totius vniuersalis Ecclesiæ; & simul cum Pontifice, cui sunt à consilijs, gubernationi illius intendunt, cæteri autem Ecclesiæ prælati, cuiuscūque dignitatis sint, in partem solum solicitudinis sunt vocati, non in plenitudinem potestatis, vt inquit Gregorius IIII. in epistola ad omnes per diuersas prouincias: & refertur canone, *Decreto* 2. q. 6. Tertiò confirmat ex canone, *Constantinus*. 2. 96. dist. quod in eo concessum esse dicatur Cardinalibus culmē singularis potentiæ, & excellentiæ, cuius gloria amplissimus Senatus ornatus est: Senatoria autem, & patritia dignitate nulla maior esse videtur.

26

Turrecremata, Episcopis, & presbyteris Cardinales omnes præfert

Probat primo.

Secundo.

Gregorius Quartus.

Tertio.

30

Quartò ex eo probat, quòd Domini Cardinales dicuntur esse iudices totius orbis: nam assistentes Papę, & consilio suo eum adiuuantes, cęteros omnes prælatos iudicant. Atque hac ratione dicuntur de corpore Papę esse, & cum ab ipso mittuntur, de latere eius mitti, vt dicitur in canone, *Decreto*, 2. quęst. 6.

Verùm Augustinus de Ancona, in summa de Ecclesiastica potestate, quęst. 102. art. 2. & Antoninus 3. par. tit. 21. cap. 2. quos sequitur noster Bellarminus tom. 1. lib. 1. de clericis, cap. 16. §. *Quartum ad tertium*, multò melius docent. Distinguūt enim in Cardinalibus Romanis, potestatem, præstantiam, & excellentiam Ordinis ab ea, quæ con-

August. Ancona

Antoninus.

Bellarminus.

conuenit ipſis pro regenda Eccleſia vniuerſali: & inquiunt, ſi ſermo ſit de poteſtate Ordinis, maiorem eſſe in Epiſcopis, quàm in Cardinalibus Romanis presbyteris, nedum diaconis: nam Epiſcopi poſtate ordinaria poſſunt ordinare presbyteros, & conſecrare alios Epiſcopos, & cõfirmare baptizatos, quæ Cardinales Romani præſtare nequeũt. Qua etiam ratione Papa Epiſcopos appellat venerabiles fratres, Cardinales verò Romanos dilectos filios. Eodem modo, ſi loquamur de iuriſdictione ordinaria in propria Eccleſia, præſtantior eſt Epiſcopus Cardinali Romano, diacono, & presbytero; tùm quia maior eſt diœceſis Epiſcopi, quã Eccleſia, & tiulus Cardinalis Romani. Tùm etiam, quia Epiſcopus in ſua diœceſi poteſtate ordinaria ferre poteſt leges, diſpenſare, punire, excommunicare, & indulgere; Cardinalis autem non Epiſcopus in ſua Eccleſia, ſeu titulo, cum ſit veluti parochus Epiſcopo ſubiectus, nihil horum poteſt, niſi quantum ſummus Pontifex permiſerit. Quod ſi conſideremus regimen Eccleſiæ vniuerſalis, præſtantior eſt Cardinalis Romanus, etiam diaconus Epiſcopo non Cardinali: nam Epiſcopi, qui non ſunt Cardinales Romani, non adhibentur ad conſilium Pontificis pro regimine Eccleſiæ, niſi rarò cum celebrantur Concilia; at Cardinales quotidie aſsiſtunt Pontifici, vt eum ſuo conſilio pro gubernatione vniuerſalis Eccleſiæ adiuuẽt. Qua ratione cæteri Epiſcopi iudicantur, & puniuntur à Cardinalibus, tanquam ab aſsiſtentibus Pontifici. Contra autem Cardinales neque iudicantur, neque puniuntur ab Epiſcopis vllo modo: ac proinde Cardinalis, etiam diaconus, Epiſcopũ non Cardinalem præcedit. Quã rationem tanquam præcipuam affert Eugenius IIII. in epiſtola ad Archiepiſcopũ Cãtuarienſem, quæ eſt apud Dominicum Iacobatium, lib. 1. de Concilijs, artic. 12. ob quam Cardinales præcedere debeant Epiſcopos. Affert quoque pro hac eadẽ ratione noſter Bellarminus teſtimonium Bernardi lib. 4. de conſideratione. Ibi tamen Bernardus Cardinales ſolum vocat collaterales & coadiutores, & intimos Pontificis, eosque eligendos eſſe de toto orbe, qui totum orbem iudicaturi ſunt, & ad ipſos pertinere tollere ſcandala de regno Dei, ſuccidere ſpinas, & ſedare querellas. Vtrùm autem ratione huius dignitatis præcedere debeant Epiſcopos, non dicit, neque eos cum Epiſcopis comparat.

Poteſtas & præſtantia ordinis maior eſt in Epiſcopo quam in Cardinali presbytero, nedum diacono.

13

Ob Eccleſiæ vniuerſalis regimen, Cardinalis Epiſcopo præſtantior eſt.

Dom. Iacob.

Eugenius 4.

Bellarminus

14

Obiectiones contra præcedentẽ doctrinam.

CAPVT VI.

CAETERVM contrà id, quod diximus de dignitate Cardinalium, ob quam præcedere debeãt Epiſcopos, obijcit Caluinus lib. 4. inſtitutionum, cap. 7. §. 30. tria teſtimonia, primum eſt Auguſtini, in epiſtola 19. quæ eſt ad Hieronymum, vbi aliquantulum ante finem ſcribit ad Hieronymũ, vt ipſum fidenter corrigat, vbi viderit expedire; ſubiungit autem hæc verba: *Quamquam enim ſecundum honorum vocabula, quæ iam Eccleſia vſus obtinuit, Epiſcopatus presbyterio maior ſit, tamen in multis rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt.* Ex quo loco colligit Caluinus, Epiſcopum abſolute præferendum eſſe ſecundum honorem presbyteris Cardinalibus, cum ſeipſum ratione dignitatis Epiſcopalis præferat Auguſtinus Hieronymo, qui Romanus presbyter erat.

15

Auguſtinũ opponit nobis Caluinus.

Reſpondetur tamen primùm, Epiſcopatum quidem presbyteri o maiorem eſſe, & ita presbyterũ Cardinalem ratione presbyterij non eſſe præferendum Epiſcopo: ſed ideo tantum, quia Cardinalis Romanus eſt, & Cardinalis Romanus non Cardinali ratione dicta dignior eſt: quare, & inter ipſos Romanos Cardinales Epiſcopus Cardinalis præcedit presbyterum, & presbyter Cardinalis Diaconum.

Prior argumenti ſolutio.

Deinde reſpondeo, Hieronymũ non fuiſſe presbyterum Cardinalem Romanum, ſicut Caluinus contendit, & Catholici aliqui concedunt, inter quos eſt Ioannes à Turrecremata lib. 1. de ſumma Eccleſiæ, cap. 82. ad ſeptimam rationem: ac proinde ex prædicto teſtimonio, nõ rectè inferri, Auguſtinum prætuliſſe Epiſcopum Cardinali Romano presbytero, ſed tantũ ſimplici presbytero cuiuscumque alterius Eccleſiæ. Nam vt rectè notarunt noſter Bellarminus loco aſsignato, & Cardinalis Baronius tomo 4. annalium, ſub anno Chriſti 378. non multũ ante finem, Hieronymus non fuit presbyter Cardinalis Romanus, vt aliqui putarunt: nam epiſtola 61. quæ eſt ad Pamachiũ, num. 73. fatetur ipſe Hieronymus, ſe à Paulino Epiſcopo Antiocheno presbytero fuiſſe ordinatum, vt citati Doctores notarunt, & Marianus Victorius in ſcholio 73. illius epiſtolæ: colligit autem Victorius ex eo, quòd in eadem epiſtola, numero 71. ait, ſe

Poſterior

Turrecremata

Bellarminus Baronius

16

Marianus Victorius.

An-

Antiochiam; Vincentium autem Constantinopolim reliquisse, vt in agris, & solitudinibus peccata deflentes, Christi ad se misericordiam deflecterent. Certè non alia ratione dixisse videtur, se reliquisse Antiochiam, nisi quia in ea fuerat ordinatus, & vt propriam Ecclesiam eam habebat, licet ei adstrictus non esset. Ex quibus etiam locis rectè probat Baronius loco citato, ita fuisse Hieronymum à Paulino ordinatum, vt nulli loco adscribi pateretur: sed tanquam monacho libera ei relinqueretur facultas, quocunque vellet in solitudine degere. Id quod non obscure indicauit Epiphanius, in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum, quę est 60. apud Hieronymum num. 5. his verbis: *Cum enim vidissem, quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio consisteret, & sancti presbyteri Hieronymus, & Vincentius, propter verecundiam, & humilitatem nollent debita nomini suo exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerij, quæ christianorum præcipua salus est, &c.* Per sacrificia non intelligit ea, quę peraguntur in Missis, quia nemo dubitare potest, Hieronymum tę pius celebrasse, sed curam animarum, quam ipse, & Vincentius, vt contemplationi, & lectioni vacarent, recusarunt.

35

Epiphanius.

Neque verò hoc modo aliquem ordinari, erat contra Ecclesię consuetudinem, expressam postea in Concilio Calcedonensi, actione 15. can. 6. Nam sicut ibi præcipitur, vt nullus ordinetur, nisi specialiter designetur in Ecclesia ciuitatis, vel pagi, vel in martyrio, ita etiam additur, aut monasterio; non quod omnes monachi ita essent ordinandi, vt non nisi alicui monasterio ita assignati ordinarentur, vt ab eo discedere non possent; sed satis erat titulo monachi ordinari, vt nunc in hoc monasterio, nunc verò in alio, seu in solitudine monachus vitã degeret. Quod autem vnquam fuerit Romę presbyter Cardinalis à Damaso, vel alio Pontifice alicui titulo designatus, ex nulla historia, aut probato Autore constare potest. Negare quidē non possumus, Romæ ipsum aliquando fuisse, & sua doctrina, & sapientia Damasum plurimum iuuisse; at in ea ciuitate alicui titulo fuisse designatum, certè nullo modo probare possumus.

Concil. Calcedonense.

36

Hieronymus, Romæ existens, Damasum Pontificē sua doctrina iuuat.

Alterum testimonium, quod obijcit Caluinus, est Concilij 6. Carthaginensis, in quo, inquit, cum duo essent legati Romani Pontificis, vnus Episcopus, alter verò presbyter, hic in vltimum locum post Episcopos reiectus est. Tertium est Concilij Romani sub Gregorio Magno, in quo in priori loco omnes Episcopi, in posteriori autē omnes presbyteri subscripserunt: constat autem, aut omnes illos fuisse Cardinales, aut aliquos saltem eorum.

Concilium quartum Carthaginense, & Romanū sub Gregorio Magno, obijcit Caluinus.

Respondet Bellarminus, testimoniū hoc non esse ad rem: nam quamuis in eo Concilio presbyter Romanus sederet post Episcopos, tamen in Concilio Niceno, in Ephesino, & Calcedonensi, in 6. 7. & 8. Synodo generali, Romani presbyteri sederunt ante Episcopos, quasi præferat factum horum Conciliorum, quod attinet ad ordinem sedendi, facto Concilij Carthaginensis. Verùm licet hoc modo argumentum Caluini, prout ab ipso obijcitur, quoquo modo dissolui possit, tamen non conuincitur, presbyteros Cardinales ratione solius suæ dignitatis in Concilijs ante Episcopos sedere debere. Primùm quidem, quoquo modo dissoluitur argumentum Caluini, prout ab eo obijcitur: nam si in prædictis Concilijs generalibus presbyteri, & diaconi ante Episcopos sederunt, videtur potius illis standum, quàm Concilio prouinciali, seu nationali Carthaginensi. In eo tamen fallitur manifestè Caluinus, quòd dicat, in eo Concilio Carthaginensi, duos fuisse Romanæ sedis legatos, alterum Episcopum, alterum presbyterum, & hunc in posteriorem locum fuisse reiectum. Nam quauis presbyteri Romani, Philipus, & Asellus sederint post omnes Episcopos, vt constat ex initio illius Cōcilij, tamē nō cōstat ex eo, presbyteros eos fuisse legatos Pontificis Romani, sed solus Faustinus Ecclesiæ Potentinæ dicitur legatus Romani Pontificis: potuerūt autē & alij duo presbyteri Romani ipsum comitari, non tanquam legati sedis Apostolicæ, sed alia ratione. Quo circa argumentum Caluini nullius momenti esse manifeste patet. Illud autem notandum est, in eo Concilio hoc legi peculiare, quod in alijs non legimus, Episcopum legatum sedis Apostolicæ sedisse post aliquos alios Episcopos, nempe post Aurelium Carthaginensem Episcopum, quem Papam nominat Concilium illud, & post Valentinum Episcopum Numidiæ.

Bellarminij responsio examinatur.

37

Deinde, quod ait Bellarminus, in illis Cōcilijs generalibus sedisse prius presbyteros Romanos, quàm alios Episcopos, vt inde probet, Cardinales Romanos, ante Episcopos antiquitus in Concilijs sedere consueuisse, id nulla ratione cōuincit: nam presbyteri, qui leguntur in illis Concilijs ante Episcopos sedisse, erant legati sedis Apostolicæ, & hac ratione omnes Episcopos ante-

38

anteceſſerunt; non quia presbyteri Romani erant, ſed quia erant Sedis Apoſtolicæ legati. In Concilio Niceno 1. in ſubſcriptionibus poſt canones ponuntur ante omnes Epiſcopos Victor, & Vincentius presbyteri legati S. Syluestri Papę. Epheſino verò non lego, vllum Romanũ presbyterum, vel tanquam legatum Papæ Romani, vel alio modo interfuiſſe, vt patet ex tomo 2. illius Cõcilij cap. 1. legatus enim Sedis Apoſtolicę fuit Cyrillus. In Calcedonenſi autem, actione 16. in principio, ponuntur duo in primo loco Epiſcopi Paſchaſius, & Lucentius; & vnus presbyter Bonifacius legati Pontificis Romani. Denique in 6. Synodo Conſtantinopolitana, actione 11. parum à principio, ponuntur Theodorus, & Georgius presbyteri legati Agathonis Papæ. Adde, quòd hos presbyteros Romanos fuiſſe etiam Cardinales, nullo modo probare poſſumus, cum negari nequeat, plures fuiſſe presbyteros Romæ eo tempore, quam præcipuos titulares, quos ſolũ Cardinales vocatos fuiſſe, ſupra notauimus: imò verò licet Cardinales eſſent, non præceſsiſſe, neque ſediſſe ante Epiſcopos, ſed ſolum ratione legationis, quã gerebant, non obſcure ex eo colligitur, quòd in Cõcilio Niceno 2. quod fuit 7. Synodus, actione 1. in principio, ponuntur in primo loco Petrus Archipresbyter Eccleſiæ ſancti Petri, & Petrus Abbas monaſterij ſancti Sabæ, tanquam legati Pontificis, & tamen hi non erant presbyteri Cardinales: nam Archipresbyter Eccleſiæ ſancti Petri nunquam fuit Cardinalis, neque Eccleſia illa titulus Cardinalatus, neque vllus monachus in ſuo monaſterio vnquam fuit Cardinalis.

Concilium Niceanum.

Epheſinum.

Calcedonenſe Concilium.

Sexta Synodus Conſtantinopolitana

In octaua Synodo, quæ nuper ſub hoc titulo excuſſa eſt, nullæ ſunt ſubſcriptiones, neque referuntur, qui nam Epiſcopi illi interfuerint: ſolum inuenio in Concilio Florentino, quod à Græcis dicitur octaua Synodus generalis, actione 24. in ſubſcriptionibus Latinorum Patrum, pro literis vnionis, presbyteros Cardinales, qui non erant legati Sedis Apoſtolicæ, cum ibi intereſſet Eugenius IIII. Romanus Pontifex, ante Epiſcopos ſediſſe, & ſubſcripſiſſe. Et in Concilio Tridentino poſt Cardinales legatos Sedis Apoſtolicæ fuiſſe duos alios ante Epiſcopos, hi tamen erant Epiſcopi, alter conſecratus, alter autem electus. Id quod merito factum fuiſſe exiſtimo propter magnam dignitatem, in qua iam Cardinales omnes conſtituti erant.

Concilium Florentinum

Cõcil. Trid.

Negare tamen nõ poſſumus, antiquis tẽporibus Epiſcopos ante omnes presbyteros, etiam Romanos, niſi eſſent Romani Pontificis legati, ſedere conſueuiſſe. Neq; ante Cõciliũ Florentinũ vllum aſsignari potetit, in quo vlli presbyteri Epiſcopos præceſſerint, qui imò oppoſitũ inuenimus non ſolũ in illo Concilio 6. Carthaginenſi, ſed etiam aliis: nã in ſecunda Synodo Romana ſub Simmacho Papa, poſt omnes Epiſcopos ſubſcripſere primũ presbyteri titulorum Romæ, deinde verò diaconi regionarij, qui iá à tẽpore Syluestri Cardinales dicebãtur. Credibile autem non eſt, inter eos presbyteros nullũ fuiſſe titularẽ præcipuum, qui tunc Cardinalis diceretur. Et in Synodo Romana ſub Gregorio Magno, quæ eſt inter eius opera, lib. 4. Regiſtri, cap. 88. aliàs epiſtola 44. vt vidimus ſupra cap. 2. poſt Epiſcopos omnes ſubſcripſere presbyteri titulorũ Romæ. Et cum ſub aliquibus titulis duo, aut plures presbyteri ſubſcripſerint, vt vidimus, dubitari nõ poteſt, Cardinales presbyteros ſubſcripſiſſe. Adde etiã, quòd in Concilio 2. ſub Syluestro Epiſcopi diaconis Cardinalibus manifeſtè præferuntur: nam cũ canone 3. decretum fuiſſet, vt Epiſcopus non niſi ſeptuaginta duobus teſtibus dãnari poſſet, ſubiungitur, presbyterum nõ niſi quadraginta quatuor: diaconum verò cardini adtrictum, hoc eſt, Cardinalem, non niſi triginta ſex damnandum eſſe.

41

Synodus Romana ſub Gregorio Magno.

Verũ, quãuis hæc ita ſint, meritò poſtea effectũ eſt, vt Cardinales Epiſcopis etiã in Concilijs præferantur, & ita Epiſcopatus cęperit eſſe gradus ad Cardinalatum; tùm, quia poſtea electio ſummi Pontificis ad ſolos Cardinales pertinere cęperit: nam mirũ non eſt, ſi eo tẽpore, quo Pontifices eligebantur ab Imperatoribus, vel à clero, non tanti fierent Cardinales; poſtea verò pertinente ſolũ ad eos hac electione, Epiſcopis etiam præferrentur. Tùm etiam, quia cum ſoli Cardinales cęperint adeſſe ſummo Põtifici ad grauiſsima negocia, neque Concilia cõuocentur niſi rariſsimè, ſicut antiquitus conuocari cõſueuerant, meritò quidem pluris fieri cęperunt, quã Epiſcopi, qui rarò ad Concilia pro negocijs vniuerſalis Eccleſiæ vocantur: id quod his poſtremis ſexcentis, aut ſeptingentis annis cępit, nam antea frequentius cõuocabantur Concilia, & ita Epiſcopi in maiori æſtimatione erant. Ex quo non modica Eccleſię vtilitas emanauit; nam ita factum eſt, vt ſummus Pontifex pro negocijs Reipub. Chriſtianę grauiſsimis ſingulis diebus, ſi viſum ei fuerit, adi-

Modo Cardinales, Epiſcopis in Concilijs præferuntur.

35

deat

beat sibi tot consiliarios ad deliberandum. Neque sæpè Concilia sine magno Ecclesiarũ detrimento cõuocari possunt. Atque hinc
Secundũ responsum manet ad secũdũ testimoniũ, quod adducit Caluinus ex Concilio 6. Carthaginen. & ad 3. ex Synodo Romana, sub Gregorio Magno.

Quo pacto Christus figuram omnium Ordinum gesserit, quos hactenus numerauimus.

CAPVT VII.

NONNVLLI Ex Patribus non solũ asserunt, aliqua vestigia, & simulachra omniũ Ordinũ, quos enumerauimus, inueteri Testamẽto fuisse, vt supra vidimus, verũ etiam Christũ Dominum in seipso aliquod exemplũ eorũ expressisse. Ita docuit Stephanus Eduensis lib. de Sacramẽto altaris, cap. 6. & 8. in 4. tomo Bibliothecæ Patrũ, & Hugo de sancto Victore lib. 2. de Sacramentis. p. 3. c. 6. & sequentibus. Dicunt igitur, Christum functum fuisse officio, & munere ostiarij, quãdo facto flagello de funiculis eiecit ementes, & vendentes de templo Ioan. 2. Nam ad ostiariũ pertinet ianuas Ecclesiæ dignis aperire, & indignos nõ recipere. Officium autem lectoris assumpsisse, cum Lucæ 4. cap. in medio seniorũ accepto libro legit illud Isai. 61. *Spiritus Domini super me, &c.* Nam lectoris munus est lectiones Prophetarum legere, vt disp. 236. cap. 2. notauimus. Exorcistæ autem speciẽ in se expressisse, Matthæi 8. & alibi sæpè numero, quãdo eijciebat dæmonia; nã munus exorcistæ est, per exorcismos Ecclesiæ dæmones pellere. Deniq; munus acolythi in se designasse, quando Ioan. 8. dixit: *Ego sum lux mũdi*, officiũ enim acolythi est cereos accensos ad illuminandum deferre: & hactenus de quatuor minoribus Ordinibus.

43

Stephanus Eduensis. *Hugo.* Ostiarij. *Ioan. 2.* Lectoris. *Lucæ 4.* *Isai. 61.* Exorcistæ. *Matth. 8.* *Ioan. 8.*

De maioribus verò solùm prædicti Patres asserunt exemplum in subdiaconatu, & diaconatu. Dicũt igitur Stephanus Eduensis, c. illo 6. & Hugo, c. 10. illius libri, Christũ functũ fuisse officio subdiaconi, quando finita cœna cum discipulis misit aquam in peluim, & linteo se præcinxit, vt lauaret pedes discipulorũ. Hoc enim officiũ fuit instar illius, quod supra disput. 236. cap. 3. diximus inter alia subdiaconis conuenire, videlicet deferre cyphum aquæ, cũ aquamanili, & manustergio pro lotione manuum sacerdotis. De officio autem diaconatus, dicũt idem Stephanus cap. 7. in fine, & Hugo cap. 11. etiam in fine, Christum exemplum illius in seipso exhibuisse, quãdo in cœna Sacramenta corporis & sanguinis sui confecta Apostolis ministrauit, & quando dixit discipulis, Matth. 26. *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem*: nã vt vidimus disp. 236. c. 8. ad diaconum pertinet distribuere sanguinem Christi ex commissione, & aliquando corpus: tũm etiam exhortari populum ex altari ad orationem.

44

Subdiaconi. Diaconi. *Matth. 26.*

Cæterùm Patres allegati nullum exemplum, aut factũ Christi adducunt, quo functus fuerit munere presbyteri, & Episcopi, cum tamen multo magis proprie hoc vtrumque officiũ, quã aliorũ Ordinũ exequutus fuerit; nam officio sacerdotis, & presbyteri proprijssime vsus est, quando corpus, & sanguinem suum consecrauit, & discipulis distribuit, nam quamuis diacono conueniat etiam distributio, tamen non conuenit nisi ex commissione; ex officio autem conuenit sacerdoti. Tunc autem Christus non ex commissione, sed ex officio ministrauit. Adde, quod consecrare nullo modo diacono, sed soli sacerdoti conuenit. Officium autem Episcopi fecit in eadẽ cœna, quando verbis illis, Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem* Apostolos sacerdotes instituit, & potestatem ad consecrandum eis contulit. Tùm etiam, quando Ioan. 20. dixit illis: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* Ibi enim contulit eis potestatem absoluendi, quæ est altera pars sacerdotij Euangelici, & à solo Episcopo conferri potest, vt inferius videbimus. Vtrùm autem functus fuerit officio Episcopi, ordinãdo omnes Apostolos in Episcopos, an non, in quæstione positum est, quia non satis conuenit inter Theologos, quo tempore Apostoli Episcopi fuerint ordinati.

Munus presbyteri quando exercuit Christus. Episcopũ Christus gessit in cœna. *Ioan. 20.* Quo tempore Apostoli in Episcopos sint consecrati

Noster Alphonsus Salmeró, tract. 36. in acta Apostolorũ. §. *Verũ hoc posito*, varias de hac re recẽset opiniones: prima est, Apostolos fuisse institutos sacerdotes in cœna, vti diximus, Episcopos autẽ post resurrectionẽ, per illã Dñi inspirationẽ, quæ describitur Ioan. 20. cũ illis verbis: *Accipite Spiritum sanctũ, &c.* Quę videtur fuisse sentẽtia Autoris libri quæstionũ veteris, & noui Testamenti. q. 93. apud Augustinum: nam quamuis solum dicat, ibi factam fuisse traditionem gratiæ, & Spiritus sancti ordinatis, tamen cum in cõfirmationẽ huius adducat il-

Varia Doctorũ placita. *Salmeron.* Prima sententia. *Ioan. 20.* 45 Subdiaconi.

lud 1.ad Timotheum 4. *Noli negligere gratiã quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam, per impositionem manuum presbyterij*: quod intelligendum esse de Ordinatione Episcopi, ostendimus supra disput.236.cap.4. Intelligere certe videtur, Apostolos fuisse ordinatos Episcopos, Ioan. 20. per illam inspirationem. Verum cum ibi tradita fuerit illis altera potestas sacerdotalis, quæ est ad remittendum peccata: vt ex Concilio Tridẽtino conuicimus disput.239. c.3. hæc sententia probanda non est: quòd si vera esset, plane sequeretur, Christum vsum fuisse officio Episcopi in Ordinatione etiam Episcoporum.

Confutatur huiusmodi placitum.

47

Secunda aliorum opinio.

Secunda opinio est, Christum proxime solùm ordinasse Petrum in Episcopum, à Petro autem deinde cæteros Apostolos fuisse Ordinatos: pro qua nullum refert Autorẽ, neque ego probabilem existimo. Communis enim Scholæ sententia est, omnes Apostolos proxime, vel à Christo, vel à Spiritu sancto potestatem Episcopalem accepisse, Neq; vllo probabili fundamẽto dici potest, fuisse omnes à Petro proxime ordinatos. Si tamen vera esset opinio, dicendũ esset, Christum nunquam fuisse functum officio Episcopi, ordinando alium in Episcopum.

Improbatur.

Tertius modus philosophandi aliorum. Luc. 22. Salmeron.

Tertia sententia, quam valde probabilem putat noster Salmeron, est, Apostolos in cœna in sacerdotes, & Episcopos à Christo fuisse proxime Ordinatos illis verbis, Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, quibus non solùm videtur dedisse potestatem conficiendi Eucharistiam, & eam offerendi, sed etiam instituendi ministros, quod proprium est Episcoporum: iussit enim illis, vt facerent, quid quid ipse fecit, ipse autem etiam ministros instituit.

Autori nõ placet.

Verum hanc opinionem multo minus probabilem existimo, nam cum Ordo Episcopatus necessario requirat Ordinem integrum sacerdotalem, vt præuium, & disput. 239. cap. probatum sit ex Concilio Tridentino, Apostolos in cœna integrũ sacerdotium non accepisse, sed alteram potestatem, nimirum absoluendi, traditam illis fuisse à Christo post Resurrectionem Ioan. vltimo, nullo fundamento probabili affirmari potest, eos in cœna Episcopos fuisse ordinatos. Verba autem illa; *Hoc facite in meam cõmemorationem*: omnes referunt ad consecrationem tantum, & communionem. Nam cũ in his solùm commemoratio passionis fiat, non autem in Ordinatione Episcoporum, ad eas solùm, non ad Ordinationem Episcoporum referri debent. Si tamen prædicta opinio vera esset, dicere deberẽt, Christum Dominum in cœna functum fuisse officio Episcopi, non tantum sacerdotes, sed etiam Episcopos ordinando.

Ioannis vltimo.

48

49

Opinio Francisci Turriani.

Quarta sententia est, Apostolos fuisse Episcopos ordinatos in Pentecoste, quando Spiritus sanctus signo sensibili, videlicet in spiritu vehementi, & linguis igneis super eos descendit, quam pro viribus defendit noster Franciscus Turrianus, lib.2. pro epistolis Pontificum, cap. 21. & in scholijs defensorijs in c.12. pag.81. lib. 6. constitutionũ Apostolicarum Clementis. Allegat autem pro ea primò Hieronymum in dialogo contra Luciferianos, eo quòd post numerum 17. cum quęsijsset, quare baptizatus non accipiat Spiritum sanctum nisi per manus Episcopi, quẽ tamen nos dicimus etiam in Baptismo tribui: respondet in hæc verba. *Disce hanc obseruationem ex ea autoritate descedere, quòd post ascensum Domini Spiritus sanctus ad Apostolos descendit, & multis in locis idem factitatum reperimus, ad honorem potius sacerdotij, quã ad legis necessitatẽ.* Hinc enim infert, sensisse Hieronymũ, tunc fuisse Apostolos ordinatos Episcopos, & in ipsa Ordinatione Spiritum sanctum accepisse, vt illum tribuere possint. Secundo adducit testimonium Cyrilli Alexandrini, in illud Ioel. 2. *Et erit post hæc, effundam, &c.* (quod in die Pentecostes Petrus Actor. 2. impletum fuisse testatur) vbi inquit, *Tunc erunt euangelizantes, quos Dominus vocauit, quia, vt Paulus ait: Nemo sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo, &c.* Quod quidem intellexit Paulus de honore Pontificio, & Episcopali, ad quem aliquis assumitur. Tertio cõfirmat autoritate Cyrilli Hierosolymitani, catechesi 17. non parum ante medium, vbi explicans, quid denotarent linguæ igneæ, quæ supra capita discipulorũ descenderunt in die Pẽtecostes, dixit, denotasse nouas coronas spirituales impositas capitibus eorũ: videtur autem (inquit Turrianus) nouas coronas, seu diademata noua vocasse, τὰς χειροτονίας, hoc est, Ordinationes hierarchicas, seu Episcopales, sicut ipse colligit ex Ammonio Alexandrino, in cap. 2. Actorũ, vbi significationẽ earumdẽ linguarũ explicat his verbis: *Quia Apostoli, ἐχειροτονοῦν τὸ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι* Hoc est, *Ordinabantur*, (quasi per manuum impositionem) *magistri orbis, Ordinatio autem huiusmodi non fit nisi in capite, id circo merito super caput receperũt linguas: & hac de causa ante alia charismata acceperunt charisma linguarum.* Per quam quidem Ordinationem

Primo probatur ex Hieronymo.

Secundo probatur ex Cyril. Alexandrino.

Tertio ex Cyrillo Hierosolimit.

Ammonius.

50

tionem Apoſtolorum in magiſtros; nihil aliud commodius intelligi poteſt, quã Epiſcopalis Ordinatio.

Quarto ex Simeone Theſalonicenſi.

Quarto probat ex Simeone Theſalonicenſi, in libro de myſterijs Miſſæ, vbi aduerſus eos, qui tradunt, ad conficiendum Sacramentum Eccleſiæ, ſatis nobis eſſe verba Chriſti, inquit, temere eos reſpuere inuocationem Spiritus ſancti, eiuſque virtutem, quam Chriſtus Apoſtolis promiſit, & donauit, per quam, & paſtores ordinati ſunt, aduenientę Spiritu ſancto, qui per illas linguas igneas, virtutem eis contulit, qua & operationem ſacrorum, Ordinationes, curationes, & miracula exercebant: atqui virtus ad ordinandum alios in Epiſcopatu confertur, ſentit igitur, eo die Apoſtolos fuiſſe Epiſcopos ordinatos. Quinto citat Petrum Damianum, in libro de inſtitutionibus Eccleſiaſticis, vbi ait, Apoſtolos perfecti Baptiſmatis, & omnigenæ ſimilis conſecrationis accepiſſe myſterium, cum Spiritus ſanctus in ipſos in ſpecie linguarum deſcendit. Sexto idem colligit, ex teſtimonio Theophanis, qui fuit tempore ſeptimę Synodi, & ei interfuit in Simphonia veteris, & noui Teſtamenti: vbi explicans illud Iſai. 44. *Effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictiones, &c.* quod inquit, idem eſſe cum prophetia Ioelis ſecundo, quam citat Petrus Actorum ſecundo, & impletam eſſe in die Pentecoſtes, aſſerit, Iſaiam appellaſſe benedictiones varia illa chariſmatum genera, quæ enumerat Apoſtolus, primo ad Corinthios 12. inter quæ conſtat recenſeri chariſma Epiſcopatus, ſub nomine nimirum Apoſtolorum, cum dicitur: *Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia ſua, primum Apoſtolos*. Præterea, quia idem Autor explicans illud Ezechielis vndecimo. *Dabo eis cor nouum, & Spiritum nouum*, ita ſcribit, *Inſufflauit Dominus Apoſtolis, & dixit: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, &c.* Deinde ſubiungit. *Hic Spiritus nouus, numquam antiquis vſque ad hunc diem Pentecoſtes datus eſt.* Ex quibus infert Turrianus, tunc Apoſtolos fuiſſe ordinatos Epiſcopos, eo quòd plena poteſtas remittendi peccata, ſolis Epiſcopis conueniat: & de hac exiſtimat loquutum Theophanẽ. Citat denique Cyrillum Alexandrinum, libro duodecimo in Ioannem capite 56. vbi, inquit, quæſtionem proponit; Vtrum Apoſtoli Spiritum ſanctum acceperint, quando Ioan. 20. inſufflauit in eos Chriſtus, & dixit: *Accipite Spiritum ſanctum*, an die Pentecoſtes, & tandem ſignificare videtur Ioan. 20. datam eſſe Apoſtolis ex parte gratiam remittendi peccata, ex toto autem in diem Pentecoſtes, videlicet cũ ordinati ſunt Epiſcopi, eo quod Epiſcopis copioſior gratia, & facultas remmittendi peccata cõferatur, quã presbyteris, & alijs ſacerdotibus. Libro quoque illo pro epiſtolis Pontificum, capite illo ſecundo, pro hac ſententia allegat Dionyſium, in libro de Eccleſiaſtica hierarchia, caput tamen non ſignat.

Quinto ex Petro Damiano.

Ioan. 20.

Sexto ex Theophane.

Ezechiel. 11

Iſai. 44.

52

Septimo ex Cyril. Alexandrino.

Dyoniſius.

Addit præterea Turrianus ibidem, ſicut tunc Apoſtoli ordinati fuerunt Epiſcopi ſigno illo ſenſibili linguarum ignis, ita etiam nunc ordinari impoſitione libri Euangeliorum aperti ſupra ceruicem, & ſcapulas: ſunt enim inquit libri clauſi linguæ tacentes, aperti verò linguæ loquentes, ac proinde merito pro ſigno illo ſenſibili linguarum ignis, quo Apoſtoli ordinati ſunt Epiſcopi, ſubſtitutus fuit liber Euangeliorum apertus: eo quòd munus Epiſcopi ſit prædicare Euangelium, & ſicut Apoſtoli ſupra capita linguas receperunt, ita & nunc electi recipiunt librum Euangeliorum.

Si Apoſtoli eſſent, ordinati in Epiſcopos per linguas illas diſpertitas, omnes qui ſimul erant cũ Apoſtolis, Epiſcopi eſſent ordinati.

Verùm hæc ſententia mihi non probatur, nam, vt communis opinio Theologorum eſt, & ipſe etiam Turrianus in illa explanatione defenſoria ſenſit, Apoſtoli ſolũ proxime à Chriſto ſine hominum miniſterio, cæteri autem ſiue ex 72. ſiue ex alijs nõ proximè à Chriſto, ſed ab Apoſtolis Epiſcopi ſunt ordinati: ex quo infert idem Turrianus, Iacobum fratrem Domini non fuiſſe Apoſtolum, eo quòd, vt ipſe contendit, non fuerit proximè à Chriſto, ſed ab Apoſtolis Epiſcopus Hieroſolymarum conſecratus: vt vidimus in ſecundo tomo huius tertiæ partis diſput. 123. cap. 2. ſi autem Apoſtoli in Pentecoſte ſigno illo linguarũ & donatione Spiritus ſancti eſſent ordinati Epiſcopi, conſequeretur, non modò duodecim Apoſtolos, verùm etiam fere centum viginiti alios, qui ſimul erant, tunc etiam eo ſigno ordinatos fuiſſe in Epiſcopos: eo quod ſupra hos omnes ſimul Spiritus Sanctus eo ſigno ſenſibili deſcendit. Porro autẽ totfuiſſe ſimul cõgregatos, quando Spiritus ſanctus deſcendit, manifeſtum eſt: nam cum capite primo Actorum dixiſſet Lucas, fuiſſe in ciuitate Hieruſalem fere centum viginti homines in vnum cum Apoſtolis congregatos, & ex illis electum fuiſſe Mathiam pro Iudam Apoſtolatum, cap. 2. ſtatim initio ſubdit: *Et cum complerentur dies Pentecoſtes, erant*

Refellitur hæc ſententia.

53

54

omnes pariter, &c. videlicet, quos superiori capite memorauerat. Et sanè nemo dubitare potest, inter centum illos, & viginti tunc etiam ibi fuisse Stephanum, qui fuit ex 72. discipulis, Philippum, & alios, qui cap. 6. Actorum electi sunt diaconi. Quo igitur modo eligerentur in diaconos, qui iam erāt Episcopi, præsertim cum non tunc, sed po-
55 stea ad altare fuerint electi, vt disput. 236. cap. 4. & 5. monstrauimus? Soli autem duodecim, quòd iam Episcopi essent, de seipsis dixerunt: *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei*, & infra: *Nos verò orationi, & ministerio verbi instantes erimus.* Id quod de alijs quoque dictum fuisset, si alij etiam cum ipsis Episcopi essent instituti.

Adde etiam Chrysostomum in prædictum locum Actorum 6. quem supra allegauimus, disput. illa 236. cap. 4. Vbi planè inquit, tunc quando septem diaconi electi fuerunt, duodecim tantum Apostolos Episcopos fuisse, tametsi Theophylactus in eūdem locum, vt ibidem vidimus, oppositum dixerit. Credibile autem non est, fore, vt in diaconos mensarum eligerentur, qui iam ante presbyteri, & Episcopi essent ordina-
56 ti. Neque verò dici potest, signum linguarū non omnibus ad hoc profuisse, vt Episcopi ordinarentur sed solis Apostolis, quia soli iam sacerdotes integrè erant: nam cū omnibus per illud signum datus fuerit Spiritus sanctus, vel dicendū est, donationem illam Spiritus sancti nō fuisse Ordinationē Episcoporum, sed aliam cōmunēm, vel omnes ordinatos fuisse: neque credibile est, idem signum & donationem Spiritus sancti, quę ex se erat signum Ordinationis à Deo institutum, omnibus etiam nō ordinandis fuisse applicatum, sicut nunc non liceret, idem signum Ordinationis Episcoporum laicis applicare.

Chrysost.

Theophyl.

Effugium præcluditur.

Existimo igitur, vndecim Apostolos tūc fuisse Episcopos à Christo proximè ordinatos, quando Matth. vltimo dictum est: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.* & Marci 16. vbi idem dicitur. Nam quāuis duodecim multo ante Christi passionem nominati essent Apostoli, & missi ad prædicandum. Matth. 10. & Marci 3. tamen tunc Episcopalem potestatem non acceperunt, cum nondum presbyteri ad consecrandum verum Christi corpus, & adsoluendum essent constituti. Quare neque potestatem plenam prædicādi Euangeliū gentibus acceperūt: sed tātum, vt aduentum regni cœlorum, non gē-

Autoris placitum.

Math. vltim.

Marci. 16.
Math. 10.
Marci 3.

57

tibus, sed Iudęis prænunciarent. At verò cum post resurrectionem iam haberent omnē potestatem sacerdotalē, vt constat, & missi fuerint ad prædicādū manifestè Euāgelium etiam gentibus, rectè consequitur, tunc fuisse Episcopos constitutos, quorum munus est Euangeliū prædicare. Hoc autem intelligo de vndecim; nā Mathias nondū fuerat electus, quē fuisse Episcopū ordinatum, Actorum 1. quādo per sortes in Apostolū est electus, dicendum est. Iuxta hanc verò sententiam dicendū est, Christū Dominum functum fuisse in hoc mundo munere Episcopali, non tantum ad ordinandos sacerdotes, sed etiam Episcopos, atque pro sua maiestate, & potestate vsum tāntū fuisse non rebus, sed solum illis verbis: *Euntes ergo docete omnes gentes, &c.* & huius tantū muneris Episcopalis mentionē fecisse, quod tunc præcipuum esset ad plantandam Ecclesiam, & Christi Euangelium seminandum.

Fundamenta verò, quibus noster Turrianus confirmare contendit sententiam suāde Ordinatione Apostolorū in die Pētecostes, facile cōuelli possunt. Ad primū, quod erat desumptū ex Hieronymo respōdeo, immerito pro ea sententia eū allegari, eoquòd, vt disp. 240. c. 1. probatum est, nullam ille cōstituat differentiam iure Diuino inter Episcopatum, & presbyterium, seu sacerdodium, sed censeat iure tantum Ecclesiastico discrimen fuisse introductum. Pro qua sentententia ipsius prædictum locum ex dialogo contra Luciferianos inter alios retulimus; non ergo existimauit per Spiritus sancti descensum, Apostolos fuisse Episcopos institutos, sed ipsis, vtpote Episcopis, ex Ecclesiæ institutione futuris, Spiritum sanctum datū fuisse. Adde quod licet existimaret, Episcopum iure Diuino à sacerdote differre, nullum ex prædicto testimonio argumentum desumi posset: nam dicere potuisset Hieronymus, ex peculiari priuilegio in Apostolos, eoquòd essent iam Episcopi, Spiritum sanctum descendisse, vt ipsum dare possent. Ad secundum ex Cyrillo Alexandrino dico, in die Pentecostes vocatos fuisse Apostolos, & electos, non quidem ad dignitātem Episcopi, sed ad prædicandum, non quòd tunc destinati fuerint: nam Matthæi, & Marci vltimo ad hoc munus electi, & vocati fuerunt, sed quòd tunc ad eundem finem fuerint præparati. Neque enim solum vocandus est à Deo, qui futurus est Episcopus, sed etiam, qui futurus est Euāgelij prædicator, vt ita à Deo non à seipso

Fundamēta Francisci Turriani euertuntur.

58

Testimonium ex Hierony. allatū explicatur.

Cyrillus Alexandrinus exponitur.

59

mitta-

mittatur, quamuis Paulus de ſola vocatione ad Pontificatum, & ad Epiſcopatum loquatur.

Teſtimonio ex Cirill. Hieroſoly. allato reſpondetur.

Ad tertium ex Cyrillo Hieroſolymitano pronuncio, per coronas impoſitas capitibus Apoſtolorum, eum non intellexiſſe ſacras Ordinationes, quas Græcè, χειροτονίας, vocamus, ſed ſigna electionum ad munus prædicandi, quas eodem nomine ſignificamus: nam quæcumque electio, etiã χειροτονία dici poteſt. Et hoc modo accepit Amonius in eodem argumento citatus. Ad quartum, & quintum, aut concedere poſſumus, Simeonem, & Petrum Damianum in ea fuiſſe ſententia, quam poſtea ſequutus eſt Turriamus, vel per Ordinationem Paſtorum intellexiſſe, non ſacram Ordinationem Epiſcopatus, ſed præparationem ad prædicandum Euangelium, & Eccleſiam gubernandam per Spiritus ſancti abundantem infuſionem, quod mihi magis probatur.

Amonius.

Ad ſextum ex Theophane reſpõdeo, per benedictiones, quas inquit fuiſſe collatas in die Pentecoſtes, cum intellexiſſe varia illa gratiarum genera enumerata à Paulo, 1. Corinth. 12. Verùm inter illa non numerari Epiſcopatum, neque Ordinem ſacerdotis, ſed Apoſtolatum, quatenus erat ad miniſterium prædicationis, ad quod in die Pentecoſtes Apoſtoli præparati ſunt. Quod verò ait, hunc Spiritum nouum non fuiſſe datum antiquis, non intelligit de poteſtate Epiſcopali, quæ in Ordinatione confertur, ſed de abundantia Spiritus ſub ſigno ſenſibili, qui in die Pentecoſtes datus fuit diſcipulis, quem ideò nouum appellat, quod eo modo antiquis nunquam datus fuerit. Demum ego neſcio, qua ratione Cyrillus Alexandrinus allegetur à Turriano pro ſua ſententia: nam loco citato ſoluens quæſtionem illam, ſolum dicit, Apoſtolos quidem vtrobique accepiſſe Spiritum ſanctum, nempè quando Ioannis 20. Chriſtus inſufflauit, & in die Pentecoſtes, tamen hoc eſſe diſcrimen, quòd in die Pentecoſtes expreſsius illum acceperunt: de poteſtate autem ex parte ad remittendum peccata, quam acceperunt cum ordinati fuerunt ſacerdotes. Et de pleniori ad ſoluendum etiam à peccatis, quam acceperunt in die Pentecoſtes, cum ordinati eſſent Epiſcopi, ne verbum quidem habet. Et hactenus de variis Ordinibus, & ratione ipſa Sacramenti ſecundùm ſe.

Ad 6. reſponderur. 1. Cor. 12.

60

Nihil habet Cyrillus Alexandrinus, quod Turriano faueat.

De miniſtro huius Sacramenti, & Ordinum. Diſp. 243.

Miniſtrum ſufficientem Ordinationis eſſe Epiſcopum, etiam hæreticum, excommunicatum, & ſuſpenſum. Cap. 1.

Epiſcopum etiam degradatum eſſe ſufficientem miniſtrum Ordinationis. Cap. 2.

Miniſtrum Ordinis, etiam ex commiſſione ſimplicem ſacerdotem eſſe non poſſe, plerique Scholaſtici variè opinantur. Cap. 3.

Simplicem ſacerdotem, non ſolum minorum Ordinum, ſed etiam maiorum, vſque ad presbyterium, miniſtrum ex commiſſione eſſe poſſe, alij arbitrantur. Cap. 4.

Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 5.

De miniſtro Ordinationis Epiſcoporum. Cap. 6.

De efficacia miniſtri huius Sacramenti. Cap. 7.

Miniſtrum ſufficientem Ordinationis eſſe Epiſcopum, etiam hæreticum, excommunicatum, & ſuſpenſum.

CAPVT I.

VCVSQVE egimus de Sacramento Ordinis, & de cæteris Eccleſiæ Ordinibus ſecundũ ſe, de numero, & functionibus eorũ; ex quibus ſatis manifeſte patet, quis nã ſit effectus Ordinationis, neq; de illo quidquã aliud ſupereſt explicandũ: certum enim eſt Ordinationẽ, quæ eſt Eccleſiæ Sacramẽtũ, efficere gratiã in anima, ſicut reliqua omnia Sacramenta, & imprimere characterẽ indelebilẽ, ſicut Sacramentũ Confirmationis, & Baptiſmi, vt ſupra to. 2. huius 3. part. diſp. 234. c. 1. & 5. oſtenſum eſt. Ad quid etiam talis character in Ordinatione imprimatur, & vtrũ ſemel impreſſus ad aliũ effectũ extendatur ex dictis diſp. 239. c. 6. conſtat. In Ordinatione autẽ, quę nõ eſt Sacramentũ, nõ imprimi characterẽ, ſed conferri Eccleſiaſticam poteſtatem, notauimus diſp. 237. c. 3. Denique vtrũ virtute huius Sacramenti, & reliquorũ venialia remittãtur dicemus 4. tomo. Reſtat igitur in præſẽti, vt de miniſtro huius Sacramenti, & de recipiente tractemus. Et quia non ſolũ de Ordinatione, quę eſt Sacramentũ, ſed de omni etiã Ordinatione Eccleſiaſtica ſupra diſſeruimus: ideo

ideònunc etiam de miniſtro cuiuscunquè Ordinationis diſputandum eſt: & quia miniſtri Eccleſiæ non tantum ordinantur, ſed etiam vt ordinentur eliguntur, non ſolum in hac diſputatione de miniſtro ipſius Ordinationis, ſed etiam in ſequente de ijs, ad quos pertinet electio, agendum nobis eſt.

De miniſtro autem Ordinationis hæretici noſtri temporis, ſicut de ipſa Ordinatione perperam ſenſerunt: nam ſicut dixerunt, ſacram Ordinationem non eſſe verè, & propriè Sacramentum, ſed eſſe ritum tantum quendam eligendi miniſtros verbi Dei, & Sacramentorum, vt vidimus diſputatione 135. cap.2. ita etiam putarunt, à magiſtratibus, & plebe miniſtros Eccleſiaſticos ordinari poſſe, quorum error damnatur in Concilio Tridentino, ſeſsione 23. cap.4. vbi miniſtri à magiſtratibus, & plebe electi vocantur fures, & latrones. Idem error damnatur canone 7.

Horum error Damaſus eſt in Trident.

Apud Catholicos autem certũ eſt, Epiſcopum conſecratum miniſtrum eſſe Ordinationis cuiuscunque, ſiue maioris, ſiue minoris, aut iure Diuino, aut Eccleſiaſtico. Dixi autem, aut Eccleſiaſtico, iuxta eorum ſententiam, qui aſſerunt; minores Ordines eſſe tantum iure Eccleſiaſtico inſtitutos: nã iuxta eam miniſter eorum erit Epiſcopus, non iure Diuino, ſed Eccleſiaſtico. Certum igitur eſt, vno, aut alio modo miniſtrum ad conferendos Ordines eſſe Epiſcopum, hoc eſt, pœnes eum eſſe poteſtatem ordinandi quoſcunque miniſtros, non autem pœnes laicos, ſicut definitur in Concilio Tridentino ſeſsione 23. cap. illo 4. & canone 77. Vbi etiam definitur, hanc poteſtatem ordinandi non eſſe Epiſcopis, & ſacerdotibus communem. Id quod multis probat noſter Bellarmin. 1. tomo, lib. 1. de clericis, cap. 3. quæ omnia, quòd res notiſsima ſit, conſultò prætermittimus. Vtrum autem etiã ſimplex ſacerdos miniſter huius Sacramenti aliquo modo eſſe poſsit, cap. 4. videbimus. Nunc autem ſatis ſit, tanquam certum ſtatuere, pœnes, Epiſcopos hanc plenam poteſtatem eſſe, & quo pacto ea vti debeant.

Epiſcopus eſt miniſter omnũ Ordinum.

Bellarmin.

Iuri etiam communi cõceſſum eſt Abbatibus, vt minores Ordines conferre poſsint. Itacõceditur canone 1. & 2. 21. diſt. canon, *Quoniam.* 69. diſt. & cap. *Cum contingat, De ætate, & qualitate*, & cap. *Abbatis, De priuilegijs* in 6. Hæc tamen facultas limitata eſt in Conc. Triden. ſeſſ. 23. c. 10. *de reformat.* vt Abbatibus, & exemptis intra fines alicuius diœceſis cõſiſtentibus nõliceat, niſi ſubditis ſuis regularibus minores Ordines, & tonſurã conferre: cumque facultatẽ prædictã ipſi haberẽt ex ſolo iure Eccleſiaſtico, ſequitur, eos, qui ab ipſis cõtra decretum Concilij Tridentini ordinarentur, non fore verè ordinatos.

Abbatibus iure communi conceſſum eſt minores Ordines cõferre.

Et quamuis aliqui, vt refert Ricard. in 4. diſt. 25. ar. 1. q. 3. quos nominatim nõ recẽſet, dixerint, Epiſcopũ degradatũ hac poteſtate priuatũ eſſe, ita vt ſi velit aliquẽ ordinare, & reverà applicet materiã, & formã, nihil efficiat, ac proinde aliqua in Schola de hac re diſſẽſio ſit, tamẽ de Epiſcopo hæretico, excõmunicato, & ſuſpenſo Scholaſtici omnes, & Sũmiſtæ, qui de hac re mentionẽ faciũt, cõſentiunt, & merito affirmãt, hanc habere poteſtatem, ac proinde ſi ritum Eccleſiæ catholicæ in materia, & forma ſeruẽt, verum Ordinem conferre, nec de hac re vllo modo dubitari poteſt. Omiſſa autẽ nũc cõtrouerſia de degradatis, in hoc capite ſolũ de hæreticis, excõmunicatis, & ſuſpẽſis agemus: de degradatis autẽ in ſequente.

Hæc facultas ad regulares tãtum ſubditos reſtricta eſt à Trident. 3

Hæreticus Epiſcopus eſt ſufficiens miniſter Ordinationis

Et primũ quidẽ de hæreticis hoc nõ minus certũ eſt, quã illud, quod 2. to. diſp. 131. c. 2. diximus de Baptiſmo ab eis collato, vt ſicut talis Baptiſmus ſecũdũ ritũ Eccleſiæ catholicæ verus eſt, & nullo modo repetendus, ita etiã & Ordo ab hæreticis Epiſcopis collatus verus ſit, neque repeti debeat, id quod eiſdem teſtimonijs Patrũ, quibus de Baptiſmo probauimus, de Ordine quoque probãdũ eſt: ibi enim oſtendimus, neq; probitatem, neque fidẽ miniſtri requiri ad hoc, vt verũ conferat Sacramentũ, idque ſecundũ fidem catholicam ab Eccleſia definitum eſſe. Id quod hactenus diximus de collatione Ordinũ maiorũ, qui ſunt Sacramenta, intelligitur etiam de collatione minorũ, qui Sacramenta non ſunt, ſed ab Eccleſia ſolum inſtituti: nam quãuis Eccleſia poſſet tollere facultatẽ Epiſcopo hæretico excõmunicato, aut ſuſpẽſo, vt minores Ordines nõ cõferret & collati ab eo veri non eſſent, cum eorũ collatio ſolo iure Eccleſiaſtico fuerit introducta, tamen Eccleſia noluit, Epiſcopis etiã hæreticis, excõmunicatis, aut ſuſpẽſis, hanc facultatẽ omnino auferre, ſed ſolũ prohibere, ne licite vllum ordinent propter rationẽ, quã cap. ſequẽte dicemus. Et de Sacramẽto Ordinis ab hæretico collato exiſtimare quis poſſet, id expreſſè affirmare Hier. in dialogo, cõtra Luciferianos, à nu. 4. Vbi cõtendere videtur cõtra Luciferianos, vt ſicut recipiebant laicũ ab Arrianis baptizatũ, neque ipſum rebaptizabãt, ita etiã reciperẽt Epiſcopum ab hæreſi Arriana conuerſum, quem non recipiebant. Verùm non conſtat,

De hæreſi coid probatur.

Male aliqui probat hoc ex Hieronymo 4

Lucifer

Luciferum aperte ſenſiſſe, nullam eſſe Ordinationem factam ab hæreticis, vt notauimus 2. tomo, diſp. 137. cap. 1. ſed aut Epiſcopos ordinatos ab Arrianis, aut certè catholicos Epiſcopos, qui Arrio conſenſerant in Concilio Ariminenſi, etiam poſt pœnitentiam, non fuiſſe in Eccleſia recipiendos in gradu, & honore ſuo. Quaratione diximus eo loco, iuxta ſententiam Auguſtini, eos hac in parte hæreticos non fuiſſe, ſed ſchiſmaticos, quatenus ſchiſma ſuum pertinaci animo defendere contra Eccleſiam non dubitarunt, vt notauit Auguſtinus lib. de hæreſibus, cap. 81. Et ſane mihi perſuaſum habeo, Luciferum non fuiſſe loquutum de Epiſcopis ab Arrianis ordinatis, ſed de illis, qui cum priùs catholici eſſent, & à catholicis ordinati, Arrio in Ariminenſi Concilio cõſenſerant, id quod duabus rationibus confirmari poteſt.

6

De quibus Epiſcopis loquatur Lucifer apud Hieronymum.

Primũ quidem, quia cum fere eodem tẽpore, aut paulò poſt Innocentius 1. epiſtola 18. capit. 3. decreuerit, vt ordinati ab Arrianis non reciperentur in Eccleſia in ordine, & gradu ſuo, immeritò notaretur Lucifer vt ſchiſmaticus, quòd idẽ docuiſſet. Idem quod Innocentius, decreuerunt Vrbanus II. in Synodo Placentina, cap. 8. & ſequen. & refertur canone, *Ordinationes*, 9. q. 1. & Gregorius Magnus lib. 8. epiſtolarum epiſtola 65. & refertur canone, *Nos in hominem*, eadem quæſt. & cauſa. Deinde quia, vt conſtat ex Hieronymo in dialogo aduerſus Luciferianos, num. 5. ea ratione probabant Luciferiani, Epiſcopos venientes ab hæreticis non eſſe in ſuo gradu ab Eccleſia recipiendos, quòd cum eſſent ſal terræ, per hæreſim eſſent infatuati; ſal autẽ infatuatũ iuxta ſententiã Domini, Matth. 5. *Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Id quod intelligere non poterant Luciferiani, niſi de ordinatis à catholicis, qui prius in fide catholica exiſtẽtes, erant ſal terræ, poſtea verò conſentientes hæreticis infatuati ſunt: nam ſi per hæreſim Epiſcopi amittunt vim ſalis, conficitur, eos, qui ſemper in hæreſi fuerunt, & ab hæreticis ordinati ſunt, nunquam ſalis naturã habuiſſe, ac proinde, neq; poſtea fuiſſe ſal infatuatũ. Ratio verò huius catholicæ doctrinæ eſt, quã ibidem reddidimus de Baptiſmo, & de alijs Sacramentis; nam pro vero Sacramento nihil aliud requiritur, quã vera forma, & materia ſecundũ ritum à Chriſto inſtitutum, verus miniſter, & in eo intẽtio faciẽdi id, quod facit Eccleſia, quę quidẽ omnia ſine probitate, & fide miniſtri ad Sacramentum concurrere poſſunt, vt ibidem oſtendimus.

Mat. 5.

7

De excommunicato Epiſcopo, idem quod de hæretico probatur.

8

Idẽ, quod diximus de hæretico, dicendũ eſt de excõmunicato: nam Eccleſia impedire non poteſt effectũ Sacramenti, neq; mutare materiã, aut formã, aut miniſtrũ illius. Quare licet Eccleſia excõmunicet Epiſcopum, nihilominus, quia nequit characterem illius delere, aut poteſtatem auferre, non poteſt impedire effectum conſecrationis, & ordinationis ab eo factæ, ac proinde omnes ab eo ordinati verè ordinati manere debent. Peculiare autẽ eſt in Sacramẽto Pœnitentiæ, vt per excõmunicationem, aut alio modo impediri poſsit ab Eccleſia verũ Sacramentũ, quia abſolutio, quæ eſt forma illius, non poteſt ferri niſi ab eo, qui poteſtatẽ abſoluendi à Chriſto habet, & iuriſdictionẽ cõpletam in ipſum pœnitentẽ: nam abſolutio eſt ſententia quędã, ac proinde abſoluere idẽ eſt, quod ius dicere, quod eſt actus iuriſdictionis; hæc autem iuriſdictio in illum tolli poteſt: & ideò effectus abſolutionis ab Eccleſia poteſt impediri; cętera autem Sacramenta non poſtulant neceſſario iuriſdictionem ex parte miniſtri in eũ, qui recepturus eſt illa, ad hoc vt firma, & rata ſint; quamuis requirant, vt ſine peccato conferantur, & ideò neque per excõmunicationem, neque vllo alio modo impediri poteſt miniſter, quo minus, ſi vellit, verè illa conferat.

Hanc ſententiã quod attinet ad Epiſcopũ hæreticũ, aut excõmunicatũ, aut ſuſpenſum ordinantẽ, vt Ordo ab eo collatus verus ſit, docent S. Thom. q. 1. art. 2. Albert. art. 1. Bonauen. in 4. diſt. 25. ar. 1. q. 2. Ricard. art. 1. q. 2. Scot. q. 2. §. *De ſecũdo ar.* Tho. de Argentina, ar. 2. concl. 1. & 2. Duran. q. 1. n. 4. Palud. q. 1. ar. 1. Capreol. q. 1. ar. 2. ad ſecundũ Aureoli contra ambas cõcluſiones, Supplementũ Gabrielis. q. 1. ar. 2. cõcl. 1. 3. & 4. Almain. q. 1. non longe ante finẽ. §. *De ſecundo principali.* Dominic. Sotus. q. 1. ar. 1. Petrus de Soto lib. de inſtitut. ſacerdotũ, lect. 5. de Sacramento Ordinis, §. *Quod igitur ad miniſtrũ.* Syluester in ſua ſumm, verb. *Ordo*, 3. q. 6. & Angel. verbo etiã *Ordo*. 2. n. 3. Atq; omnes eodem nituntur fundamẽto, videlicet, quòd poteſtas ſemel per conſecrationẽ Epiſcopi collata ad miniſtrandũ hoc Sacramẽtũ, neq; per hæreſim, neq; per excõmunicationẽ, aut ſuſpẽſionẽ tollatur, hinc enim rectè inferũt, Sacramẽtũ ſecũdũ ritũ à Chriſto inſtitutũ ab Epiſcopo collatũ verũ eſſe.

S. Thomas. Albertus. Ricardus. Scotus. Thomas de Argentina. Durandus. Paludanus. Capreolus. Supplementum Gab. Almainus. Dom. Sotus. Pet. Soto. Syluester. Angelus.

9

Cõtra præcedentẽ verò doctrinã objciet quis primum Innocen. I. in epiſto. 18. quę

Contra dicta objiciuntur verba Innocentij.

est ad Alexandrum Episcopum, cap. 3. vbi inquit, Arrianos, & alios hæreticos laicos, conuersos ad fidem, recipiendos esse per pœnitentiam, & per impositionem manuũ, non tamen clericos ab eis ordinatos, aut in sacerdotio aut in alio gradu clericali. Reddit autem rationem his verbis: *Quoniam quibus solum Baptisma ratum esse permittimus, quod vtique in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti perficitur, neque Spiritum sanctum eos habere ex illo Baptismate arbitramur*, & paucis interiectis, *Neque dare eius plenitudinem possunt, quæ maximè in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam, potiusquàm per fidem dixerim, perdiderunt.* Quibus verbis significasse videtur, Baptismũ quidẽ ab hæreticis Arrianis collatũ, ratum, & verũ esse, Ordinẽ vero non item.

Respondeo, non negasse Innocentium, Ordinem datum ab Arrianis verum esse, sed solum dixisse, ordinatos ab Arrianis non esse in suo gradu, & ordine recipiendos: subdit enim, *Quomodo fieri potest, vt eorũ prophanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, vt dixi, ad sancti Spiritus percipiendam gratiam, cum Pœnitentiæ imagine recipiamus.* Certè nõ alia de causa, nisi quia sicut laici, ita & sacerdotes cum publica pœnnitentia, quàm vocat imaginem pœnitentiæ, recipiendi essent, vt Spiritus sancti gratia, quam in Ordinatione, aut Baptismo non receperunt, haberent. Post publicam autem pœnitentiam nõ deceret, vt in gradu sacerdotali, aut Ecclesiastico ministrarent, & ideò non censerentur Ecclesiastico honore digni.

Explicatur Innocentius.

10

Deinde obijci possunt verba Leonis, in epistola 38. aliàs 40. ad Anatolium cap. 2. & referuntur conone *In Ecclesia*, 1. q. 1. in hunc modum: *In Ecclesia Dei, quæ corpus Christi est, aliter nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostra proprietate naturæ verus nos Pontifex reconciliet, verus immaculati agni sanguis emundet.* Loquebatur autem de hæreticis, qui postulabant, Ecclesiæ Dei reconciliari. Hinc autem videtur sequi, ordinatos ab hæreticis veros sacerdotes nõ esse, eoquòd eorum sacerdotia rata non sint, nisi per Christum reconciliati ordinentur. Respondeo, Leonem non loquiibi de ordinatis ab hæreticis, sed de Episcopis ordinatis à catholicis, qui propter metum hæreticis consenserant, quorum Ordinationem verã fuisse, nemo dubitare potest. Quare per rata sacerdotia, & vera sacrificia nõ intellexit Leo id, quod passim intelligimus, sed idem quod accepta Deo, & grata.

Afferuntur contra cõmunem sententiã verba Leonis

11

Respondetur.

Postremò contra prædicta videntur esse, canon, *Nos consecrationem*, & canon, *Excõmunicati*, & canon, *Per illicitam*. 9. q. 1. nam in primo canone dicitur, non posse dici cõsecrationem, quæ fit ab excõmunicatis; in secundo autẽ, excommunicatos illicitè manus imponere, quia potestatẽ ordinandi non habent: & paulò post subiungitur: *Vnde reiterari necesse est, quod minimè probatur esse collatum*, videlicet ab excõmunicatis, de quibus antea fuerat loquutus. In tertio autem dicitur vulnerari caput ordinati per illicitã manuum impositionẽ, & in fine subditur: *Nam quomodo honorem possit retinere, qui ab illo accepit, qui potestatem dare legitimè non habuit, inuenire non possum.* Quæ verba, & cætera illius canonis intellexit ibidem Gratianus de excommunicato ordinante, qui excommunicationis pœnam in ipsa sua ordinatione contraxit, & nunquam in numero fuit catholicorum, hoc est, de ordinato ab hæretico, nõ autẽ de alijs excommunicatis.

Ex varijs canonibus argumẽtatur.

12

Sententia Gratiani.

Ego quidem fateor, Gratianum in ea fuisse sententia, vt ordinationem factã ab hæretico excõmunicato, qui nũquã fuit inter catholicos, verã nõ esse putaret, vt perspicue constat ex verbis ipsius in canone, *Per illicitam*: & idẽ sensisse Palleam in canone, *Excommunicamus*: qui quidem est ipsius Palleæ, & cũ sequenti habetur in decreto Gratiani emendato. Fuit autẽ Pallea Protopallea Cardinalis post tempora Gratiani, vt notarunt emendatores decreti in præfatione ad lectorem, & ita neque de verbis eius in secundo illo canone, neque de verbis Gratiani in tertio curandũ est, sed dicendũ, immerito eos in prædicta sententia fuisse. Ad canonem verò primũ, qui est Gregorij li. 3. epistolarum, epistola 20. respondeo, Gregoriũ dixisse, non esse appellandam consecrationem, quæ ab excõmunicatis hominibus celebrata est, non quia vera non esset, sed quia admixta peccato contra ordinem Ecclesiasticum facta sit. Quo circa in eadem epistola paulò inferiùs non dicit, eã esse iterandã, sed prohibet, ne ordinatus, & ordinãs ad ministerium altaris accedant, hoc est, suspendit eos ab officio. Ad canonẽ, *Per illicitam*, dico, esse quidem Damasi in epistola 4. col. 6. sub finem, & collectũ fuisse à Pallea, & ita loqui Pontificem de ordinatione, quæ nulla est, & reperenda; verum non rectè intellectum à Gratiano de excommunicatis, vt vidimus; quia ibi Damasus non loquebatur de excommunicatis ordinantibus, siue apud hæreticos, siue apud catholicos, sed de Chorepiscopis ordinantibus, sicut

Pallea.

Ad primũ canonem qui est Gregorij respondetur.

ſicut legenti conſtare poteſt, quos facultatem ad id non habere, eo quòd veri Epiſcopi non eſſent, manifeſte oſtendit Damaſus, vt memorauimus ſupra diſp. 238. cap. 7.

Epiſcopum etiam degradatum eſſe ſufficientem miniſtrũ ordinationis.

CAPVT II.

13 CAETERVM De Epiſcopo degradato aliqua inter prędictos Doctores eſt diſſenſio. Ricardus art. illo 1. q. 3. dicit, fuiſſe quorundam ſententiam, quamuis Epiſcopus hæreticus excommunicatus, & ſuſpenſus verum Ordinẽ conferat, tamen degradatum ad id poteſtatem non habere, ac proinde Ordinem ab eo collatum nullum eſſe, eo quòd Epiſcopi per degradationem non videantur ſolùm ab executione poteſtatis ſuſpenſi, & impediti, ſicut eſt hæreticus excommunicatus, & ſuſpenſus, ſed etiã ipſa dignitate, & poteſtate Epiſcopali omnino priuati, & expoliati, qua ſublata Ordo ab ipſis collatus verus eſſe non poteſt. Porro autem, per degradationẽ Epiſcopos hac poteſtate priuari, probant prædicti Doctores, vt refert idem Ricardus, quia quamuis Chriſtus non permiſerit Vicario ſuo, vt poteſtatem ſacerdotalem ſupra corpus Chriſti verum à ſacerdote auferre poſſet, quia id minime decens videbatur dignitati corporis ſui veri, tamen vt poſſet tollere poteſtatem ſupra corpus ſuum myſticum, quod reſpicit poteſtas Epiſcopalis, conceſſit. Huius controuerſiæ meminit Scotus loco allegato in fine Illius. §. & inquit, in quæſtione præcedente, articul. 2. pro vtraque parte dictum eſſe. Dixerat autem diſt. 24. quæſt. vnica. §. *De ſecundo articulo*, verſiculo, *Alij contradicunt*, quæſtionem eſſe, an Papa per degradationem auferat ab Epiſcopo poteſtatem Epiſcopalem, & vanam eſſe hanc cõtrouerſiam, ſi ſemel dicatur, Epiſcopatum non eſſe Ordinẽ: ac ſi diceret; Inter eos, qui negant eſſe Ordinem, ſuperuacaneam eſſe quæſtionem hanc. Subdit autem rationem, quia iuxta hanc ſententiam dicendum eſt, Epiſcopatum eſſe poteſtatem quandam iuriſdictionis prouenientem ab ipſo ſummo Pontifice, omnis autem poteſtas iuriſdictionis ab eo, à quo dimanat, omnino auferri poteſt. Cumque degradatio denotare videatur priuationem gradus, & poteſtatis antea collatæ, certe iuxta hanc opinionem conſequi plane videtur, Epiſcopum degradatum poteſtate Epiſcopali omnino carere, ac proinde Ordinationem ab eo factam irritam eſſe, & inanem. Et in hunc ſenſum intellexit Scotum Almainus loco aſſignato, vt ſi Epiſcopatus ſit Ordo, imprimens characterem, per degradationem non tollatur poteſtas, ac proinde Ordinatio à degradato facta vera, & firma ſit: ſi verò ſit tantũ poteſtas iuriſdictionis, per degradationẽ omnino auferatur, & Ordinatio à degradato facta nõ ſit vera. Ethanc vtramque opinionem putat ipſe Almainus probabilem, poſteriorem autem ſequutus videtur Scotus, vt probabiliorem.

Ricardus.

De Epiſcopo degradato varia Doctorum placita.

Scotus.

Quid Scotus ſentiat

14

Almainus.

15

Hæc tamẽ ſententia, quæ Scoto tribuitur, me quidem iudice, omni prorſus caret probabilitate, & oppoſitam cæteri omnes, excepto Bonauentura, & Alberto, qui huius rei mentionem non fecerunt, ſequuti ſunt. Plerique autem eadẽ ratione probãt, quam ex Sancto Thoma deſumpſiſſe videntur in hunc modum. Poteſtas, quæ cum aliqua conſecratione confertur, nunquam poteſt tolli; ſicut etiam neque conſecratio ipſa permanente reipſa, quæ conſecratur: nam & altare, & calix cõſecratus ſemper conſecratus manet: atqui Epiſcopalis poteſtas cum quadam conſecratione confertur: ergo nũquam amitti poteſt, aut auferri permanente eo, cui confertur: ac proinde ordinati ab Epiſcopo etiã degradato, vere manent ordinati. Hanc rationem Sancti Thomæ paucis attigit Ricardus, Durandus autem, Paludanus, Capreolus, & Dominicus Sotus, ea plane vtuntur, quæ quidem efficax non eſt, ſi ſolam naturam conſecrationis in vniuerſum conſideremus. Nam quamuis verum ſit, poteſtatem, quæ confertur cũ conſecratione, aut benedictione rei, nunquam tolli permanente conſecratione, aut benedictione; tamen ſi benedictio, & conſecratio eſt ſolum ex iure Eccleſiaſtico, & poteſtas cum ea eodem iure conferretur: poſſet voluntate etiam Eccleſiæ tolli conſecratio, & benedictio, permanente re conſecrata, aut benedicta, & ex conſecrata prophana res fieri, ac proinde poteſtas cum hac benedictione, aut conſecratione collata etiam auferri. Quòd enim benedictio, aut cõſecratio alicuius rei iure humano introducta, ſemper maneat manente reipſa, ex eodem iure humano pendet: quod quidẽ recte ſtatuere poſſet, vt quantumuis res benedicerentur aut conſecrarentur, & conſecrationem, aut benedi-

Verior, & probabilior ſententia.

Albertus.

Bonauent.

S. Thomas.

Qua ratione ea probetur a nonnullis.

Inſufficiẽs videtur.

Ricardus.

Durandus.

Paludanus.

Capreolus.

Sotus.

16

nedictionem amitterent, ſicut etiam ſtatuere poſſet, vt res benedicta, aut conſecrata, etiam ſi frangeretur, aut rumperetur, benedictionem non amitteret, ſed quælibet pars conſecrata, & benedicta maneret, ac proinde, ſi iterum partes coniungerentur, tota res ipſa ſicut antea vſibus ſacris deſeruiret; quis hoc neget, cum res vnaquæque à ſuo Autore pendeat, & prout ipſe voluerit ita maneat?

18

Quare quod nunc omnis benedictio, & conſecratio, & ordinatio introducta ab Eccleſia perpetua ſit, hoc eſt, ſemper perſeueret permanente reipſa, cui confertur, ex ſola inſtitutione Eccleſiæ prouenit, quæ aliter etiam poſſet inſtituere, & velle, vt tali, & tali occaſione benedictio, conſecratio, aut ordinatio ſua non maneret, ſed res iterum conſecrari, benedici, aut ordinari deberet. Poſſet igitur eodem modo ex ſola Eccleſiæ voluntate, poteſtas humano iure collata alicui ſimul cum benedictione, aut cõſecratione, ab eo tolli, ablata etiam benedictione propter culpam aliquã: ac proinde, ſi poteſtas Epiſcopalis eſſet huiuſmodi, per degradationem ſublata intelligeretur: id quod exemplo manifeſto conuinci poteſt. Nam ſi Epiſcopalis poteſtas, ſolùm differret à ſacerdotali iure humano, ſicut poteſtas Archiepiſcopalis ab Epiſcopali differt, quę ſolum in iuriſdictione, & honore aliquo ab Eccleſia collato conſiſtit: quemadmodum per degradationem poteſtas omnis Archiepiſcopalis tollitur, quia degradatus reuera iam non manet Archiepiſcopus, ſed Epiſcopus, ita etiam Epiſcopalis auferri poſſet.

Vnde proueniat omnem conſecrationem introductã ab Eccleſia perpetuam eſſe.

Opinio exemplo illuſtratur.

Neque obſtaret quod Epiſcopalis data eſſet cum conſecratione, aut benedictione, Archiepiſcopalis verò non item. Nam quãuis Archiepiſcopalis, quę ſine conſecratione, & benedictione diſtincta ab Epiſcopali datur, cum alia benedictione, aut conſecratione diſtincta daretur, quæ iure humano ſicut ipſa dignitas Archiepiſcopalis introducta eſſet, nihilominus per degradationem, aut voluntate ſola Eccleſię omnino tolleretur. Ego ſane ſuſpicor vehemẽter, S. Thom. exiſtimaſſe, conſecrationem, cũ qua confertur poteſtas Epiſcopalis, iure humano eſſe introductam, nihilominus ſemel collatam ab Eccleſia tolli non poſſe, eoquòd etiam exiſtimauerit conſecrationẽ, & benedictionem ab Eccleſia etiam inuentã, & alicui rei cõmunicatam, non poſſe ab eadẽ Eccleſia vllade cauſa tolli: ſic enim 2.2. q.88.art.11. de diſpẽſatione voti ſolẽnis philoſophatur: vt licet eius ſolennitas in ſola benedictione Eccleſiaſtica vouentis conſiſtat: nihilominus per Eccleſiæ diſpẽſationẽ votũ ſolenne relaxari nequeat: quia id, quod ſemel Deo conſecratum, aut benedictum eſt (inquit ille) non poteſt non eſſe benedictum, ac proinde non poteſt prophanũ fieri. Ita retulimus, & explicuimus ſententiã Doctoris ſancti 1.2. diſp. 165. c. 2. Hac igitur ratione in præſenti exiſtimare videtur, cõſecrationem Epiſcopi, & poteſtatem eius, iure quidem Eccleſiaſtico introductam eſſe, ac proinde Epiſcopatum non eſſe Ordinem: nihilominus quia conſecratio Eccleſiaſtica tolli non poteſt, permanente re, quę conſecrata fuit, per degradationem non tolli prędictam conſecrationem, neque poteſtatem Epiſcopalem cum illa collatam, & fortaſsis cęteri Autores, qui hac ratione S. Thomæ vtuntur, eodem modo illum intellexerunt.

19

Excipio Durandum, Paludanum, Dominicũ Sotum, qui, cum dicant, Epiſcopatũ eſſe ex Diuina inſtitutione, & iure Diuino à ſacerdotio diſtingui (tametſi Sotus dicat, non eſſe Ordinem, vt diſput. 240. cap. 2. memorauimus) ſentire non poſſunt, poteſtatẽ Epiſcopalem ab Eccleſia conferri, & conſecrationem, per quam datur, Eccleſiaſtica tantum inſtitutione conſtare, ſed Diuina. Hoc autem poſito, neſcio, qua de cauſa vtãtur hi Autores ratione S. Thomæ deſumpta ex conſecratione inuniuerſum, cũ multo fortiorẽ depromere poſſent ex ipſa Epiſcopalis poteſtatis, & conſecrationis inſtitutione, quæ ſecundum veram ſententiam, quam ſequuti ſumus diſputatione citata, eſt Diuini iuris, ſicut deſumpſerunt Thomas de Argentina, & Supplemẽtũ Gabrielis poſt 4. concluſionem, qui putant, Epiſcopatum Diuina inſtitutione conſtare, tametſi dicant, non eſſe Ordinem proprie, vt diſp. 240. cap. 2. memorauimus. Eãdemque poſſent Durãdus, & Paludanus conficere, imo & Sotus, etiam ſi cenſeant, Epiſcopatũ Ordinem non eſſe: nam, & Gabriel, & Thomas de Argentina etiã ſentiunt, nõ eſſe Ordinẽ proprie, ſed latiori ſignificatione. Cõficere autẽ poſſent rationẽ in hunc modum. Poteſtas, & conſecratio, quæ Diuino iure alicui confertur, ſiue ſit Ordinis ſiue non, nullo facto, aut iure Eccleſiaſtico ab aliquo auferri poteſt, ſed ſemel collata perpetuo cum ipſo vſque ad mortem manet, huiuſmodi eſt poteſtas, & conſecratio Epiſcopi, ergo neq; degradatione, neque vllo alio modo ab Eccleſia tolli poteſt. Porro autẽ, conſecratio-

Optima ratio, ad cõmunẽ ſententiam probandã.

20

21

secrationem, & potestatē Episcopi esse ex Diuina institutione, non solum verum, sed etiam fide catholica credendum esse, in ea disputat. 240. cap. 3. manifeste conuicimus.

Protrahitur ratiocinatio ad minores ordines.

Verum, quia potestati Episcopi diuerso iure concessum est, conferre Ordines maiores, qui sunt Sacramenta à Christo instituta, & minores, qui non sunt Sacramenta, sed solo iure Ecclesiastico introducti, ideo ex hac potestate Episcopali, quam Ecclesia per degradationem tollere non potest, alio modo colligere debemus, Ordines minores ab Episcopo degradato collatos, quam maiores, veros esse: nam maiores ideo veri sunt, quia Ecclesia non potuit auferre potestatē Episcopi, sufficientem ad eos ministrandū, neque eorum ministrum mutare, cum minister, & potestas hæc iure Diuino ad hoc sit instituta; at vero minores ab eo collati veri sunt, quia Ecclesia ita voluit, & hactenus eos irritos, & nullos non declarauit, cum id facere potuisset, eo quòd ex ipsius institutione Episcopus sit minister eorum: ideo autem noluit: tum quia sciuit esse controuersiam inter catholicos, vtrum hi Ordines essent Sacramenta à Christo instituta, an nō. Ne ergo fortassis irritaret Ordines, qui reuera essent Sacramenta, voluit, vt collati ab Episcopo degradato veri essent, & permanerent. Tum etiam, quia cum Ordines à Christo instituti, ita collati, veri sint, neque repetendi, maxime cōsentaneum rationi fuit, vt nec minores repeterentur, sed veri permanerent.

Quare Ecclesia noluerit irritos esse maiores ordines ab Episcopo degradato collatos

22

Constat igitur ex dictis in hoc capite, & præcedente, ministrum Ordinationis Ecclesiasticæ sufficientem esse Episcopum, siue hæreticus sit, siue excommunicatus, vel quacumque pœna punitus, ita vt si secundū ritum, quem catholica seruat Ecclesia, & cum intentione faciendi id, quod ipsa facit, aliquem ordinat: Ordinatio vera, & firma sit, quamuis ipse in ordinando peccet, & ordinatus pœnam etiam incurrat. Dixi esse ministrum sufficientem, hoc est, qui reuera ordinandi habeat potestatem, nō tamen dixi necessariū, quia alius, qui non sit Episcopus, potest esse minister Ordinationis ex cōmissione, ex opinione aliquorum, vt cap. 4. referemus. Dixi etiam Ordinationis, non autem huius Sacramenti, vt comprehenderem omnem etiam Ordinationem, quæ nō est Sacramentū, qualis est minorū Ordinū.

23

Doctrina quædā Bonauenturę explicatur

Cæterum obseruanda est doctrina Bonauenturæ in 4. dist. illa 29. artic. 1. quęst. 1, & benigne explicāda, vt vera sit. Inquit igitur, eum, qui Ordines recte collaturus est, non modo debere dignitate Episcopali præditum esse, verumetiam eum Ordinē habere, quem conferre vult, vt si velit diaconū ordinare, deberet ipse diaconus esse; quæ sane doctrina, vt vera sit, hoc modo debet intelligi. Primùm quidem, non quod virtute illius Ordinis, quem in se habet, similem aliū conferat, neque enim quia diaconus est, potestatem habet ordinandi diaconum, alioquin etiam si solū esset diaconus, posset diaconum ordinare, quod est falsum. Deinde, vt solum requiratur in Episcopo Ordo, quem vult conferre ad hoc, vt recte conferat, hoc est, sine peccato: nam si carens aliquo Ordine, etiam minore sciēter alium ordinaret, & minorem, aut maiorem Ordinem conferre velet, peccaret, quia interim, quòd inferiorem Ordinē nō suscipit, prohibitus est in superiori ministrare: non autem requiratur necessario quicūque Ordo in Episcopo, vt Ordinatio ab eo facta, vera, & valida sit, nam omnem Ordinem, non solum minorem, sed etiam maiorē conferre potest, etiam si ipse aliquo Ordine minore, aut maiore careat. Cuius rei gratia notandum est, ita minores Ordines maioribus, & subdiaconatū diaconatui, & diaconatum sacerdotio præmitti debere: vt siquis sine minoribus maiores reciperet, vere eos reciperet, & ordinatus in maioribus Ordinibus maneret, non modo in opinione eorum, qui putant, minores Ordines esse ab Ecclesia institutos, sed etiam eorū, qui censent, esse Sacramenta Diuino iure consecrata: nam omnes etiam idem fatentur de subdiaconatu, & diaconatu, vt si omittantur, & quis ordinetur in sacerdotem, verū Ordinem sacerdotij recipiat; at vero ex duabus potestatibus sacerdotalibus posterior, quæ est absoluendi à peccatis, reipsa nō recipiatur, nisi prius recepta priori, quę est consecrandi corpus Christi. Similiter etiā nemo reipsa Episcopatū recipiat, nisi prius fuerit ordinatus sacerdos, vt vtramque sacerdotis potestatem habeat, & hoc indubitatum esse videoapud omnes, sicut etiā notaui disput. 240. cap. 5.

24

Obseruatio.

Neque obstat, quod Damasus Papa, epistola 4. colum. 6. nonmultum ante finem, inquit: *Aut quis hominum, licet more humano loquamur, dare potest, quod nō habet?* loquebatur autem de ordināte. Respōdeo, ibi quidē Damasum de ordināte reuera loquutum fuisse, non tamen voluisse significare, eum Ordinem in ordināte necessarium esse, quem conferre vult, sed potestatem Pontificiam,

Verba Damasi interpretantur.

25

tificiam ad hoc esse necessariam, vt quis possit aliũ ordinare: loquebatur enim de Chorepiscopis quibus ipse auferre noluit omnẽ facultatem ordinandi, non quia carerent ipsi omni Ordine, quem conferebant, quia reuera sacerdotes erant, & piscopos non consecrabant, sed quia Põtificiam potestatem non haberent, vt virtute illius alijs inferiores Ordines præberent. Et ita subdit de illis, *Præsertim, cum Pontifices non erant: ea quæ solis Pontificibus debentur, dari non poterant.*

26

Episcopus etiam si careat minoribus Ordinibus, & subdiaconatu, & diaconatu, veros Ordines potest conferre.

Hinc autem recte sequitur, Episcopum, etiã si careat aliquibus Ordinibus vere eos conferre posse, nempe si careat minoribus Ordinibus, & subdiaconatu, & diaconatu, quia licet his careat, esse potest verus sacerdos, & Episcopus reipsa, vt præmisimus, potestas autem conferendi omnes Ordines est solum Episcopalis, alij autem Ordines hanc potestatem non tribuunt, vt probatum est.

Ministrum Ordinis, etiam ex commissione, simplicem sacerdotem esse non posse, plerique Scholastici varie opinantur.

CAPVT III.

DIXIMVS Hactenus, Episcopum esse sufficientem ministrũ Ordinationis, nondum tamen tractauimus, vtrum solus ipse, an etiam alius, nempe simplex sacerdos, esse possit, id quod in hoc capite, & sequente tractandum nobis est. Apud catholicos autem certum est primùm, laicum neque esse ordinarium ministrum Ordinationis, neque ex commissione esse posse, neque vllus catholicus hactenus de hac re dubitauit: nam hæretici, qui laicis Magistratibus tribuunt potestatem ordinandi, vt cap. 1. memorauimus, censent, Ordinationem Ecclesiasticam nihil aliud esse, quàm electionem quandam ad ministerium verbi, & prædicationis: tũ etiam non dicunt, laicos Magistratus posse ex commissione ministros eligere, sed potestate ordinaria hoc eos habere. Cum vero catholici Ordinationem ministrorum aliud esse dicant, & concedant aliquas Ordinationes esse Sacramenta, alias autem fal-

27

Simplex sacerdos non est ordinarius minister cuiuscumque Ordinis.

tẽ fieri secundum ritum benedictionis ab Ecclesia introductum, merito dicunt, nullã Ordinationẽ à laico fieri posse, neque tamquam ab ordinario ministro, neque tamquã à ministro ex commissione. Deinde certũ est apud eosdem catholicos, nullum simplicem sacerdotem esse ministrum ordinariũ, etiam minorum Ordinum, sed si esse potest minister, tantum ex commissione esse posse, neque vllus catholicus oppositum dixit. 28

In quæstione tamen apud eos positum est, vtrum simplex sacerdos minister omniũ Ordinũ, vel aliquorũ saltem ex cõmissione esse possit, an non, & quorũ esse possit. In qua quidem censet Adrianus in 4. q. de Sacramento Confirmationis, art. 3. §. *Secũdo principaliter*, versiculo: *Nonum quod dicitur*: à presbyteris Cardinalibus nullo modo Ordines minores, nedum maiores, verè cõferri posse, eo quod existimat, ex Diuina institutione solum Episcopum esse ministrũ huius Sacramenti, & minores Ordines Sacramenta esse; ac proinde neque Ecclesiam posse hoc ministerij alteri cõmittere, quia circa ministri institutionem à Deo factam Ecclesia nihil potest immutare: cumque asserat, fore, vt posset concedi presbyteris collatio minorum Ordinum, si iure tantum Ecclesiastico Episcopis reseruata esset, plane sentit, in eorum tantum sententia qui putant minores Ordines non esse Sactamẽta à Christo instituta, posse sacerdotibus simplicibus collationem eorum concedi: quia tamen docet, minores Ordines esse Sacramenta, censet etiam, nullo modo prædictam facultatem simplicibus sacerdotibus, etiã ad minores, posse cõcedi, vt saltẽ ex commissione aliquos eorum conferre possent. Adriano consentit Maior in 4. distinct. 7. quæst. vnica, §. *Secundo argumento*, non longe a fine (vbi solũ dicit, hoc placitũ esse tutius) qui vt vidimus disput. 237. cap. 1. existimat, minores Ordines esse Sacramenta. Addit Adrianus, & errasse Gregorium, committendo ministerium Ordinis simplicibus sacerdotibus. Maior etiam de facto illo Gregorij circa Sacramentum Confirmationis, dicit curandum non esse.

Adrianus.

Maior tutius appellat Adriani placitũ.

Hanc sententiam, quod attinet ad Ordines maiores, quos sacros vocamus, docuerunt Sanctus Thomas in quarto distinctione. 25. quæst. prima, articul. primo ad tertium. Paludanus eadem distinct. quæst. prima, articulo secundo. Ricardus articul. primo, quæst. 1. Capreolus in quarto distinct. 7. quæst. secunda artic. tertio ad 3.

S. Thomas. 29 *Paludanus. Ricardus. Capreolus.*

Durandi,

Durandi,& Syluester in summa verbo, *Ordo*.3.q.7.dicit,hanc opinionem esse in vsu. Et sententiã Sancti Thomæ sequutus fuit postea Couarru. lib. 1. variarum cap. 10. num. 10.Nam,quod spectat ad minores, licet dicant,esse Sacramenta à Christo instituta,vt memorauimus supra disput. 231. cap. 1. concedunt tamẽ, collationem eorum ex commissione presbyteris conuenire posse. Pro qua opinione allegat Couarruuias Sotum in 4.dist.7.quæst.vnica,artic. 11.& dist.25.quæst.1.artic.1. Quare autẽ potius hæc commissio fieri possit simplici presbytero ad minores, non autem ad maiores, probat Sanctus Thomas hac ratione. Summus Pontifex committere potest simplici sacerdoti ea,quæ pertinent ad dignitatem Episcopalem,dummodo proxime nó referantur ad corpus Christi verum:cũ igitur maiores Ordines proxime referantur ad corpus Christi verũ,minores vero non item, conficitur,posse summum Pontificem committere sacerdoti,non Episcopo,vt minores, non autem maiores Ordines conferat. Hanc etiam rationem Petrus de Palude, & Capreolus,& Sylvester paucis attigerunt.

Capreolus. Sylvester. Couarru.

3

Sotus affertur à Couarruuia. Ratio S. Thomæ.

Cæteri prędictam sententiam solum sibi persuasisse videntur,quia negare nó potuerunt,quod passim fieri viderant,videlicet,minores Ordines à simplicibus sacerdotibus conferri; cum tamen viderent Ordines maiores,suo tempore à nullo simplici sacerdote etiam ex cõmissione ministrari. Verũ non deberet Couarruuias pro hac sua sententia Dominicum Sotum allegare: etenim,cũ ipse Sotus sentiat, minores Ordines non esse Sacramẽta,vt notauimus supra disput.237.cap.2.mirum non est,quòd asserat, simplicibus sacerdotibus ex cõmissione conuenire posse,minores Ordines conferre:nam iuxta eam opinionem dicendum est,minores Ordines ab Ecclesia,nó à Christo fuisse institutos:ac proinde eandem Ecclesiam ministrũ ordinarium huius ordinationis assignasse Episcopum,& ex cõmissione simplicem sacerdotẽ assignare potuisse. Eodem modo allegari non potest Durandus,in 4.dist.25.quæst.1.nu.5.eo quòd idem omnino sentiat,quod Sotus:& ita hi duo Autores,quamuis concedant ministrũ Ordinationis ordinarium, & ex commissione;tamen non concedunt ministrum huius Sacramenti ex commissione, cùm solum concedant ministrum ex commissione ad conferendos minores Ordines, quos putant Sacramenta non esse.

Aliorum ratio pro hac sententia.

4

Simplicem sacerdotem,non solum minorum Ordinum, sed etiam maiorum vsque ad presbyterium ministrum ex commissione esse posse, alij arbitrantur.

CAPVT IIII.

NON desunt Autores,qui in gratiam Sedis Apostolicæ,& potestatis Pontificiæ asserant, quamuis solus Episcopus sit minister ordinarius Sacramenti Ordinationis, simplicem tamen sacerdotem ex commissione summi Pontificis esse posse ministrum omnium Ordinum vsque ad presbyterium. Per simplicem autem sacerdotem intelligunt, sacerdotem non Episcopum, siue in aliqua dignitate constitutus sit,siue nó:hoc enim nihil refert. Dixi etiam, vsque ad presbyterium:nam de Episcopatu dubium esse non debet, non posse à simplici sacerdote etiam ex commissione conferri, vt postea dicemus;quamuis oppositum Paludanus existimauerit probabile in 4.distinct.7.quæst.4.articul.3.post 2.concl. resp.ad primum:eo quod putaret,consecrationem Episcopi esse ex Ecclesiæ institutione.Quam sententiam retractat distinct. 5.quæst 1.articul.2.in fine. De cæteris vero Ordinibus aliqui censent,posse conferri à simplici sacerdote ex Pontificis commissione, atque adeo non solum assignãdum esse ministrum ordinarium, vt distinctum à ministro ex commissione Ordinationis in vniuersum,sed etiã Ordinationis,quę est Sacramentum, absque distinctione maiorũ, aut minorum Ordinum.

5

Paludanus.

Primum quidem contra Adrianum docẽt omnes Autores allegati,& qui inferius referentur, simplicem sacerdotem esse posse ministrum Ordinationis ex commissione,& merito quidem:eo quòd non tantùm antiquitus, sed nunc etiam concessum videamus,Cardinalibus nó Episcopis,& Abbatibus exẽptis,primã tõsuram, & minores Ordines cõferre:in quo summum Pontificẽ, qui hoc priuilegiũ concesit, & hoc ministerium cõmisit,errasse,sicut dixit Adrianus,absque ingenti temeritate dici non potest. Neq; vero hæc facultas reuocata fuit per Concilium Tridentinum: imo vero potius confirmata:nam in sessione 23.c.10.

Primam tonsuram & quatuor minores Ordines conferre, Cardinalibus & Abbatibus, exemptis concessum esse.

6

Concil.Trid.

De

De reformatione, præcipitur Abbatibus, & alijs quibuſcumque exemptis, intra fines alicuius diœceſis exiſtentibus, ne vlli, niſi ſubdito regulari primam tonſurã, aut Ordines minores conferant. Concedit igitur, aut permittit, vt antiquo priuilegio vtentes, ex commiſsione ſubditis regularibus minores Ordines conferant. Accedit, quod ſi infra probatum fuerit, pro hoc Sacramẽto non ſolum eſſe miniſtrum ordinarium, ſed etiam ex commiſsione eſſe poſſe, negari non poterit, ſacerdotem non Epiſcopum ad conferendos minores Ordines, ad minimum miniſtrum eſſe poſſe ex commiſsione

De ſacris Ordinibus id docent aliqui.

Deinde contra Durandum, & Sotum cæteri præcedenti capite allegati, & alij poſt modum referendi docent, Ordinationis, quæ eſt Sacrametum, miniſtrum etiam ex commiſsione eſſe poſſe ſimplicem ſacerdotem. Idemque probari poteſt: nam Eugenius IIII. in decreto fidei, in Concilio Florentino, poſt vltimam ſeſsionem. §. *Sextum Sacramentum*, de miniſtro huius Sacramenti ſic loquitur; *Ordinarius miniſter huius Sacramẽti eſt Epiſcopus*, cum tamen de ſolo Sacramẽto Confirmationis in. §. *Secundum Sacramentum*, eodem modo fuiſſet locutus; omnibus vero alijs abſolutè ſolum aſsignaſſet ſuum miniſtrum, nulla facta mentione ordinarij: quod ſane indicium eſt, in hoc vtroque Sacramento aſsignare voluiſſe ordinarium, qui ratione ſui gradus, & officij poſſet illud miniſtrare, & alterum ex commiſsione, cui poteſtas illud adminiſtrandi interdum comitti poſſet, quæ ratione ſui gradus, & officij ei non cõueniret; alioquin fruſtra dixerit ordinarium, qui non niſi comparatione eius, qui eſt ex comiſsione, ſic dicitur, ſed abſolute miniſtrum, ſicut in alij Sacramentis, dicere debuiſſet, vt diſputatione 238. capite ſeptimo expendebamus. Quare, vt Durandus, & Sotus huic definitioni Eugenij ſatisfacerent, aut aſſerere deberent, ſicut Sanctus Thomas, & alij citati ſupra diſputatione 237. capite primo, minores Ordines eſſe Sacramentum, aut concedere, non Epiſcopum miniſtrum ex comiſsione eſſe poſſe omnium Ordinum maiorum, aut alicuius, neque enim ſufficere videtur aſſerere, non Epiſcopum poſſe eſſe miniſtrum ex commiſsione Ordinationis in vniuerſum: nam Eugenius IIII. non dixit miniſtrum ordinarium Ordinationis, ſed miniſtrum ordinarium huius Sacramẽti eſſe Epiſcopum, ſi autem non Epiſcopus non poſſet eſſe miniſter ex commiſsione alicuius Ordinis, quæ eſſet Sacramentum, fruſtra Eugenius IIII. dixiſſet, miniſtrum ordinariũ huius Sacramenti eſſe Epiſcopum, cum nullus alius miniſter etiam ex comiſsione eſſe poſſet, cõparatione cuius ſolum dici poteſt miniſter ordinarius.

Probatur ex Eugenio 4.

84

Denique ſacerdotem non Epiſcopum poſſe eſſe miniſtrũ ex commiſsone ad cõferendũ Ordines ſacros ſubdiaconatus, diaconatus, & presbyterij, docuit expreſſe Aureolus apud Capreolum in quarto diſtinctione 25. quæſt. prima articulo ſecundo in ſecundo argumento. Angelus in ſumma verbo, *Ordo* ſecũdo numero ſecundo. Gloſſa in cap. *Peruenit* 95. diſtinct. & in capite *Munus*, diſtinct. 5. Innocentius IIII. in capite quarto, *De conſecratione*, numero quarto, & Pãnormitan. in eodem capite, numero nono. Verum Pãnormitanus falſo nixus fundamẽto hanc ſententiam ſequutus eſt, exiſtimauit enim inter presbyterũ, & Epiſcopum nullum eſſe iure Diuino diſcrimẽ, ſed tantum ex Eccleſiæ conſtitutione, & ita ſimplices ſacerdotes antiquitus conſueuiſſe omnes Ordines ſacros conferre. Quod quidem ſi verum eſſet, ſimplices ſacerdotes non ex commiſsione, ſed ex officio, & iure proprio eſſent miniſtri ſufficientes ad conferendos Ordines ſacros, licet nũc ab Eccleſia prohibiti eſſent illos conferre. Quare ſi renuente Eccleſia illos conferre vellent, eorum collatio vera eſſet, ſicut facta ab Epiſcopo excommunicato, & degradato, quod nullo modo dici poteſt. Cæterum de ſubdiaconatu, & diaconatu, idem aperte docet Supplementum Gabrielis in quarto diſt. 25. quæſt. prima articulo tertio, concl. 2. nam de ſacerdotio exiſtimat id fieri non poſſe. Quam ſententiam nonnulli Recentiores ſequuntur. Alij vero de ſubdiaconatu ſolum id docent, & antiquiores alios Autores pro eadem ſententia referunt, qui adduci non debent: eo quod, qui ita cẽſent, exiſtimãt, ſubdiaconatum non eſſe Sacramentum. Referri tamen poſſunt pro hac ſententia Autores, qui, cum Sacramentum eſſe cenſeant, putant, Chorepiſcopos nunquam fuiſſe Epiſcopos, nam ab his Ordines ſacros præſertim ſubdiaconatum, aliquando collatos fuiſſe, ex teſtimonijs Pontificum, & Conciliorum, quæ inferius referemus, ſatis conſtat. Ita ſentiunt noſter Franciſcus Turrianus, in annotationibus ad Concilij Nicænum, can. 54. Democar. libro tertio de ſacrificio cap. 4. Soteal. verbo *Corepiſcopus*, & alij; atque in hanc ſententiam, ſalte quoad

35

Aureolus.

Gloſſa. Angelus. Innocen. 3. Pãnormit.

Henricus Henriquez in ſumma lib. 10. c. 13. num. 2. & in additionibus ad illud cap. quæ habentur in fine tomi.

Martinus Fornarius tract. de Ordine c. 5. §. *Quarto dico*, habetur in additione huius Autoris ad ſummam Cardinalis Toleti, & Martinus de Vualdo, in Candelabro aureo agens de Sacramento Ordinis titulo de miniſtro §. *octauo ſi Epiſ.*

16

attinet ad subdiaconatum, aperte inclinant Victoria, & Ledesma, vt infra referemus.

Probatur prima ratione sumpta ex decreto Eugenij 4.

Horum omnium Autorum sententia, de ministro ex commissione maiorum Ordinũ in vniuersum suadetur in primis ratione sumpta ex decreto Eugenij IIII. & ex doctrina eorum, qui oppositum docent. Nam cum Eugenius IIII. haud obscure indicet, simplicem sacerdotem esse posse ministrum ex commissione, non tantum ordinationis, sed etiam Ordinationis, quæ est Sacramentum: & Sanctus Thomas, & alij cõtra Adrianum concedant, posse simplicem sacerdotem ex commissione conferre minores Ordines, quos ipsi existimant vera Sacramenta esse: nihil obstare videtur, quominus possit etiam ex commissione alios Ordines conferre: cum iuxta eorum sententiam non minus iure Diuino instituti sint minores, quã maiores. Quod enim ait Sanctus Thomas, maiores Ordines proxime referri ad corpus Christi verum, minores autem non item: nõ videtur satis, vt alio modo de minoribus, quã de maioribus philosophemur: tũ quia nõ omnes Ordines maiores proxime ad corpus Christi verum referuntur, cum solùm sacerdotium ad hoc proxime consecrandũ fuerit institutum: diaconatus vero, & subdiaconatus remote, nempe ad ministrandum sacerdoti in altari: tum etiam quia licet cõcedatur, subdiaconatum, & diaconatũ proxime referri ad corpus Christi verum, minores autem Ordines remote, nulla tamen efficaci ratione, aut testimonio satis probari videtur, summum Pontificem committere posse simplici sacerdoti collationem eorum Ordinum, qui ad corpus Christi remotè, nõ autem illorum, qui proximè referuntur, aut prædictum discrimen aliquid ad rem facere. Mitto argumentum, quo Supplementum Gabrielis hoc etiam fundamentum S. Thomæ infirmare contendit: tum quia ea, quæ dicta sunt, sufficiunt ad ostendendam difficultatem prædictæ rationis: tum etiam quia constat, eodem vitio laborasse hunc Autorem, quod alijs imputare voluit. Nã sicut ipse putat, frustra assignari discrimen à Sancto Thoma, & alijs, inter minores, & maiores Ordines, vt dicant, sacerdoti non Episcopo committi posse, vt conferat Ordines minores; non autem, vt conferat maiores: sic etiam nos contra ipsum dicere possumus, nullam esse rationem discriminis, vt dicat, sacerdoti non Episcopo committi posse collationem subdiaconatus, & diaconatus, non autem presbyterij.

37

38

Ex facto Ecclesiæ efficacius id probatur.

Deinde efficacius potest prædicta sententia cõfirmari ex facto Ecclesiæ: (nam, summum Pontificem errasse in re adeo graui, qualis est administratio huius Sacramenti, vnde tam multa pendent, dici nullo modo potest.) Quamuis hoc tempore, & illorum etiam Autorum ætate, qui oppositã sententiam sequuti sunt, hoc ministerium conferendi maiores Ordines cõmissum non fuerit simplicibus sacerdotibus, tamen argumẽtum inde ductum solum est negatiuum, id est, desumptum ex sola negatione vsus, non autẽ ex vsu aliquo positiuo contrario: cæterum id olim ipsis commissum fuisse, multis suaderi potest. Primùm quidem de subdiaconatu, si semel admittitur, Chorepiscopos non fuisse veros Episcopos, quod autoritate, & ratione confirmari potuit ex ijs, quæ disp. 238. cap. 7. memorauimus, facilè potest probari ex can. 13. Concilij Ancyrani, & can. 10. Concilij Antiocheni sub Iulio 1. quod licet fuerit Prouinciale, receptum tamen fuit in 6. Synodo habita in Trullo, can. 2. & 44. Cõcilij Meldensis sub Carolo Iuniore, vbi conceditur Chorepiscopis, vt subdiaconos ordinare possint: idemq; colligitur ex Concilio Hispalensi 2. sub Sisenuto Rege. c. 7. idemque probatur ex epistola Gelasij, quam statim citabimus, & ex Isidoro lib. 2. de officijs Ecclesiasticis, cap. *De Chorepiscopis*, quod est sextum, inquit enim, præter conscientiam Episcopi, non posse Chorepiscopum subdiaconum ordinare, ac si dicat, ipso consentiente rectè posse. Porrò illum non fuisse ministrum ordinarium, patet ex Gelasio epistola 1. in qua definit, vt sine summo Pontifice, hoc est, sine consensu illius, nequeant diaconos, & acolythos ordinare: quasi dicat; Ipso cõsentiente poterunt. Per quod denotatur, ministerium eorum esse ex commissione. Præterea Franciscus Victoria in summa, nu. 235. testatur, se legisse Bullam Pontificis, in qua concedebatur Abbatibus Cistercienſibus, vt subdiaconatum conferre possent. Quod si verũ est (inquit) negari non potest, id fieri posse: nam esset magnus error in Pontifice. Atque eodem fere modo loquitur Ledesma, quæst. 40. c. 1. Alterius Bullæ meminit Ioannes Maior, in qua prædictis Abbatibus amplior etiam facultas cõcedebatur, & habetur in ipsis priuilegijs Ordinis, notq; inferius verba illius recitabimus.

Concilium Ancyranũ Concil. Antioche. Sexta Synodus in Trullo. Cõc. Hispal. 2. Gelasius. Isidorus.

Victoria.

Maiorẽ

De diaconatu vero id ipsum potest probari, primùm cõtra eos, qui de subdiaconatu concedũt, posse à simplici sacerdote ex cõmissione cõferri, nã difficile est assignare discrimen inter hos duos Ordines, cum

39

non

non ſolum ſint Sacramenta, ſed inter maiores Ordines numerentur, & ad corpus Chriſti verum eodem modo referantur. Præterea, quia tam Chorepiſcopis, quam Abbatibus Ciſtercienſibus, non minus facta videtur commiſsio ad conferendum Ordinem diaconatus, quam ſubdiaconatus. De Chorepiſcopis id probabitur, cum de ſacerdotio agemus. De Abbatibus autem Ciſtercienſibus Maior in 4. diſt. 7. quæſt. vnica. §. *Secũdo arguitur*, non multum ante finem, affirmat, per Bullas Pontificis aliquando illis conceſſum fuiſſe, vt omnes Ordines, excepto ſacerdotio, conferrent: conceſſum autem fuit hoc priuilegium pro ipſis monachis dumtaxat ordinandis, vt habetur in lib. priuilegiorum dicti Ordinis priuileg. 118. & alij Recentiores Autores teſtantur, ſe vidiſſe ſimilem Bullam conceſſam Abbatibus Benedictinis: nec deſunt Theologi, qui dicant, ſe accepiſſe à viris fidedignis, hoc idem priuilegiũ Prælatis Franciſcanis in India cõceſſum fuiſſe. Nos vero vidimus Bullã, in qua Innocentius VIII. prædictum priuilegiũ Abbatibus Ciſtercienſibus concedit, & habetur in noua compillatione priuilegiorũ, priuil. 118. & in quodã vetuſto codice, qui inſcribitur collecta Bullarum Ordinis Ciſtercienſis, atque in Bibliotheca huius noſtri Collegij Complutenſis ſeruatur, cuius verba ſubijcere placuit: *Ne monachi dicti Ordinis, pro ſuſcipiendis ſubdiaconatus, & diaconatus Ordinibus, extra clauſtrum hinc inde diſcurrere cogantur, tibi, & ſucceſſoribus tuis, vt quibuſcumque dicti Ordinis monachis: aliis vero quatuor Abbatibus præfatis, ac eorum ſucceſſoribus, vt ſuorum Monaſteriorum prædictorum religioſis, quos ad id idoneos repereritis, ſubdiaconatus, & diaconatus Ordines huiuſmodi aliàs rite conferre, & libere, ac licite poſſitis, & poſſint auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ indulgemus.* Quæ Bulla data eſt Romæ ab Innocẽtio VIII. anno Domini 1589. & 4. Pontificatus eius. Meminit Nauarrus in Conciliis lib. 5. agens de priuilegijs, conſilio 13. & dicit Abbates Ciſtercienſis Ordinis ante Concilium Tridentinum ſemper fuiſſe vſos eo priuilegio, & facultate.

Demum de diaconatu ſimul, & ſacerdotio idem confirmari poteſt ex canone 10. Concilij Antiocheni, vbi poſtquam conceſſum fuit Chorepiſcopis, vt ordinarẽt lectores, & ſubdiaconos, atque exorciſtas, additur in hunc modum: *Nec presbyterum vero, neque diaconum audeant ordinare præter ciuitatis Epiſcopũ, cui ipſe,* (ſcilicet Chorepiſcopus) *cũ poſſeſſione ſubiectus eſt*: ſecũda trãſlatio pro illo: *Præter Epiſcopum*, habet, *abſque vrbis Epiſcopi*, tertia vero: *Præter conſcientiam Epiſcopi*, quęquidẽ ſẽſũ canonis recte expreſsit, neq; enim cõtẽdit, vt nõ adiuuãte Epiſcopo, Chorepiſcopus diaconos, & presbyteros nõ ordinet, ſed ne ipſo Epiſcopo ignorante, & non conſentiente eos audeat ordinare. Ex quo à contrario ſenſu colligitur, Epiſcopo ſciente, & conſentiente, ſeu non cõtradicente poſſe à Chorepiſcopis non modo diaconos, verum etiam presbyteros ordinari. Nam ſi Chorepiſcopi nullo modo diaconos, & presbyteros ordinare poſſent, ſicut ſimpliciter conceſsit illis Concilium, vt ſubdiaconos ordinarent, ſimpliciter illis negaſſet Ordinationem diaconorum, & presbyterorum, & non ſolum ſine conſcientia Epiſcopi. Cum igitur talem Ordinationem illis cum eo dumtaxat additamento prohibeat, ſignum eſt, ſciente, & conſentiente Epiſcopo diaconos, & presbyteros ab eis ordinari potuiſſe.

Hoc ipſum exiſtimare poſſet aliquis antea fuiſſe ſtatutum in Concilio Ancyrano can. 13. vbi ſecundum tertiam tranſlationem ſic dicitur: *Chorepiſcopis non licere, preſbyteros, vel diaconos ordinare, ſed neque vrbis presbyteros, niſi cũ literis ab Epiſcopo permiſſũ fuerit in aliena parochia*, ex quibus verbis idem videtur colligi à contrario, quod ex canone Concilij Antiocheni deducebamus, & ſub illis refertur à Balſamone, & in eum ſenſum ipſe illum interpretatur. Verum aliæ duæ tranſlationes alium ſenſum plane exprimunt: dicitur enim in hũc modum: *Chorepiſcopis non licere presbyteros, aut diaconos ordinare, ſed neque presbyteris ciuitatis ſine præcepto Epiſcopi, vel literis, in vnaquaque parochia aliquid imperare, &c.* Ex quibus verbis patet, in eo canone vetitum non fuiſſe Chorepiſcopis, ſine licentia Epiſcopi ordinare presbyteros ciuitatis, ſed ipſis presbyteris ciuitatis, ne in quacumque parochia ſine literis Epiſcopi quidquam fieri iuberent: id quod intelligitur prohibitum in aliena parochia cum dicitur, *In vnaquaque parochia*. Et ſane cũ initio canonis Chorepiſcopis ſimpliciter prohibeatur, ordinare diaconos, & presbyteros, & non tantum ſine licentia Epiſcopi, minus apte poſtea prohiberetur Ordinatio presbyterorum in ciuitatibus, extra quas Chorepiſcopi erant, non ſimpliciter, ſed cum illo additamento, videlicet ignorante Epiſcopo.

Itaque præcipuum fundamentum huius ſententiæ, quod attinet ad Ordines ſacros ſub-

Abbatibus Ciſtercienſibus conceſſum eſſe ſacros ordines, excepto ſacerdotio conferre ex bulla Pontificum patet.

Henricus Hẽriquez in ſumma, in additionibus ad librũ 10. de ordine.

39

Et alij profeſſores Theologię

40

De ſacerdotio etiã probatur.

41

Huic ſententiæ non fauet canõ 13. Concil. Ancyrani.

subdiaconatus, & diaconatus, sumitur ex commissione facta Abbatibus supradictis: quod attinet verò ad omnes Ordines sacros excepto Episcopatu, ducitur ex testimonio Concilij Anthiocheni, inde enim colligi videtur, aliquando hoc in Ecclesia consuetum fuisse, quinimo ante hoc decretum, & Concilij Ancyrani, Chorepiscopos ex generali commissione tres sacros Ordines, vsque ad sacerdotium ministrare cõsueuisse; postea verò in Ancyrano solùm permissos fuisse ex illa generali commissione ordinare subdiaconos: in Concilo verò Anthiocheno, illis fuisse cõcessum, vt scíente, & consentiente Episcopo ciuitatis, cui subiecti essent, diaconos, & sacerdotes etiam cõsecrarent. Porrò hos Chorepiscopos veré Episcopos non fuisse ex aliquorum sententia pluribus confirmatum est, disput. 238. cap. 7.

Potissima ratio pro diaconatu & subdiaconatu ex concessione facta Abbatibus petitur. Pro sacerdotio vero ex Cõcil. Antiocheno.

Cæterùm huius rei explicandæ gratia quatuor notanda sunt ex mente eorundem Autorum, primum est, hanc commissionem quam putant fieri posse non Episcopo, nequaquam fieri posse non sacerdoti, siue laicus sit, siue in sacro Ordine cõstitutus. Ratio verò præcipua est, quia non legitur alicui facta talis commissio, qui non esset sacerdos, valdeque decens fuit, vt non fieret laico: quia vt ait Paulus ad Hebr. 7. *Minor à maiori benedici debet.* Quare minime decuit, vt laicus aliquem in Ecclesia gradum ordinaret, & benediceret. Atque hac ratione etiam probandum est, sacerdotem non Episcopum nullo modo posse ex commissione ordinare, & consecrare aliquem in Episcopum: tum quia id non legitur vnquam factum: tum etiam quia non decet, vt inferior benedicat, & consecret superiorem. Id tamen non sequitur ex eo, quod sacerdos non Episcopus possit ex commissione omnes Ordines præter Episcopatũ conferre. Sed nec sequitur necessarium esse, vt talis sacerdos non Episcopus Ordines omnes, quos confert ex commissione, in se habeat, sed satis erit, si vere sit sacerdos, sicut cap. 2. de ordinario ministro Ordinationis notauimus. Fieri namque potest, vt sacerdos non Episcopus verum sacerdotium susceperit, non suscepto subdiaconatu, aut etiã diaconatu. Tunc igitur in prædicta sententia satis esset, verum esse sacerdotem, ad hoc, vt ex commissione omnes Ordines ita conferre posset, vt ab eo collati veri essent. Hoc autẽ intelligendũ est, si ignoraretur illũ nõ habere cæteros Ordines inferiores: tũc enim vera esset cõmissio in prædicta sententia, & effectum haberet: si autẽ Pontifex sciret, illũ huiusmodi Ordines inferiores non accepisse, nõ videtur posse illi cõmittere tale ministeriũ, quia secundum iura illa administrare rectè nõ posset; facultas autem cõmittendi hoc ministerium, si cõuenit summo Pontifici iure Diuino, concessa quidem est in ædificationem, non in destructionem.

Hæc commissio, nec laico, nec non sacerdoti, licet in sacro Ordine cõstitutus sit, fieri potest 42

Ad Hebr.7

Sacerdos non Episcopus, non potest alium in Episcopum consecrare ex cõmissione.

Alterum est, hanc cõmissionem fieri nõ posse primarie ab Episcopo loci, sed à summo Pontifice Romano, in Concilio generali, vel extra, fieri debere, vt Ordines virtute illius collati veri sint: tametsi ex ipsius Pontificis voluntate requiratur etiam aliquãdo cõsensus Episcopi; vt in Cõcilio Antiocheno, de collatione diaconatus, & presbyterij per Chorepiscopos statutum est. Ná quod in prædicto Concilio, canone illo 10. dicitur, nõ licere Chorepiscopis ordinare diaconũ, & sacerdotẽ sine conscientia Episcopi, non est ita intelligendum, quasi commissio facienda esset ab Episcopo: sed ita, vt commissio nõ intelligatur facta ad hos Ordines cõferendos, nisi sciente, & cõsentiente Episcopo loci. Supponit autem Concilium, aliunde Chorepiscopos hanc cõmissionem à Põtifice Romano, aut Cõcilio generali habuisse, quã Prouinciale illud postea approbatũ in Trullo, moderari eo modo potuit in sua Prouincia, vt melius fieret. Cæterũ de cõmissione facta simplici sacerdoti, ad cõferendũ Sacramentũ Ordinis, eodem modo philosophandum est, sicuti de cõmissione ad ministrandum Sacramentum Confirmationis, vt à summo Pontifice fieri debeat. 43 Cõmissio hæc nõ ab Episcopo, sed à summo Pontifice debet fieri.

Tertiũ est, licet cõmissio huius ministerij sacerdoti nõ Episcopo fiat ab homine, scilicet, statuto Ecclesiæ, aut summi Pontificis volũtate; tamen potestatẽ cõmittendi hoc ministeriũ iure Diuino Põtifici summo, & Ecclesiæ conuenire, sicut etiam de potestate cõmittendi ministerium Confirmationis dici solet: nam circa materiam, formam, & ministrum Sacramentorum, nihil potest Ecclesia mutare, aut statuere, nisi Diuino iure id ei commissum sit. Hæc autẽ potestas non aliunde melius colligi potest, quã ex ipso facto Ecclesiæ, quæ Diuino spiritu ducitur.

Vltimo obseruandũ est, quod cumq; priuilegiũ concessum Abbatibus, vt ordinare possent suos subditos in subdiaconos, & diaconos, iãrenocatũ esse, & solũ illis relictum, vt tonsuram, & minores Ordines cõferant: sicut patet ex Concil. Trid. sess. 23. c. 10. *De reformatione.* Et hæc in explicationem prædictæ sententiæ dicta sint. 44

Conc. Trid.

Porro in hoc, & præcedẽti capite oppo-

Controuersiam hanc aliorum iudicio dirimendam Autor relinquit.

sita Autorum placita, & eorum fundamẽta circa hanc quæstionem memorauimus, & qua potuimus diligentia expendimus: iudicium autem lectori relinquere visum est.

Corollaria præcedentis doctrinæ.

CAPVT V.

HIS Omnibus, quæ diximus, addere quædam oportet, quæ in Concilio Tridentino nouissime statuta sunt circa ministrũ
45 Ordinationis, vt recte eam ministrare possit: hactenus enim solum diximus, quis sit minister Ordinationis, vt si ordinare aliquem velit, factum teneat, vt autem non solum factum teneat, sed ipse debitum modum iure statutum seruet, quędam, vt dixi, addita, & statuta sunt, quorum aliqua in vnũ recte colligit Nauarrus in summa, capite 22. numero 18. §. *Tertio qui*, alia vero Syluester in summa verbo, *Ordo*, tertio quæst. octaua. Primo quidem statuitur in Concilio Tridentino, sessione 14. capite secundo. *De reformatione*, vt nullus Episcopus titularis, etiam si resideat in loco exempto, aut nullius diœcesis, aut in monasterio, aut ibi moram traxerit, vigore cuiusuis priuilegij de promouendo quoscumque ad se venientes pro tempore concessi, subditum alterius Episcopi, etiam prætextu familiaritatis, & continuę cõmensalitatis suę, absque sui proprij Pręlati expresso consensu, aut literis dimissorijs ad aliquos Ordines maiores, aut minores, vel primam etiam tonsuram promouere, seu ordinare, audeat. Quod si fecerit, ab exercitio Pontificaliũ per annum ipso iure suspensus sit. Cum dicit, *Pontificalium*, limitat suspensionis sentẽtiam, vt non sit ab exercitio alterius Ordinis, sed tantum Episcopatus. Erat autem antiquo iure vetitum in vniuersum, ordinare vllum non subditum, videlicet in Concilio Nicæno, canone 16. iuxta primam, & secundam translationem, aut iuxta tertiam, canone 17. & refertur canone, *Si quis ausus*, 71. distinctione, & in Concilio tertio Aurelianensi, canone 15. & in sexta Synodo Generali, canone decimo septimo, & refertur canone: *Quoniam diuersarum*, 21. quęst. secunda. Multi etiam canones, qui habentur nona, quęst. secunda, hoc idem prohibent, & in opprobrium ipsius Episcopi ordinantis sic ordinatus suspensus manet, vt decernitur in illo canone Synodi sextę. Statutum etiam est in canone illo Cõcilij Nicęni, cũ dicitur. *Irrita erat huiusmodi Ordinatio*, non quod nulla sit, sed quod ordinatus interdictus maneat, & quod attinet ad exercitium perinde se habeat ac si irrita & nulla esset, sicut etiam in Concilio Calcedonẽsi, actione 11. can. 6. decernitur, irritã esse Ordinationem, aut manus impositionem eius, qui absolute, hoc est sine Ecclesia ordinatur: manifestum enim est, hãc Ordinationẽ verã esse, ei tamen vsum esse interdictũ, Eodẽ modo de Ordinatione facta ab alieno Episcopo loquitur Calixtus I. in epistola 2. & refertur 9. quęst. 2. canone, *Nullus*, vbi dicitur, neque ratam debere esse, neque vires vllas habituri: & Concil. Antiochenũ canone 13. & refertur canone: *Nullum Episcoporum*, & canone 22. & refertur conone: *Episcopum* 9. quæst. 2. vbi dicitur, hanc Ordinationem vacuam, inanem, & irritam, seu infirmam esse. Punitur autem à Synodo illa Episcopus sic ordinans pœna depositionis, nunc autem pœna suspensionis à collatione Ordinum capite, *Eos qui*, de temporibus Ordinationum lib. 6. & in Cõcilio Tridendino sessione 23. capite 8. *De reformatione*. Addidit autem Gregorius X. in illo cap. *Eos qui: ijs, quæ iura statuunt contra taliter ordinatos in suo robore duraturis*, quia nimirũ depositionis pœna, quæ antiquo iure posita erat, quę erat suspẽsio ab omni Ordine, & exercitio, quod attinet ad Episcopos ordinantes, redacta fuit ad suspensionem per annum ab exercitio ordinandi pœna autẽ sic ordinati eodem modo permansit. Quo circa hęc pœna suspensionis minor est in Episcopis alijs, quàm in titularibus: nam titulares in Concilio Tridentino per annum suspenduntur ab exercitio Pontificaliũ, quod sane ad plura se extendit; alij vero Episcopi tam in 6. quàm in Concil. Tridentino solum suspenduntur ab officio ordinandi per annum, cętera vero Põtificalia officia exercere possũt.

Est etiam notandum, ad incurrendũ hãc pœnam necessarium esse, vt Episcopus vel sciẽter, vel affectata ignorantia id faciat, seu quod idem est, quocumque alio figmento quęsito, id facere præsumat, vt expresse dixit Gregorius X. in illo cap. *Eos qui*, quod cum in Concilio Tridentino non extendatur, sed absolute etiam prohibeatur, eodẽ modo prohibitum esse, quod attinet ad pœnam, inteligendum est. Neque vero ordinare non subditum, solum vetitum est iure Ecclesiastico, verum etiam Diuino naturali: nam sicut secũdo tomo disput 147. c. 3.

Nauarrus. Syluester.

Conc. Trid.

46

Concil. Nicænum. Aureliã. 3. Synodus. 6.

Concil. Calcedon.

Calixtus. I.

Concil. Antioch.

47

Gregor. X.

48

Quid necessariũ sit, vt Episcopus maneat obnoxius pœnæ à Concilio statutæ.

dixi

diximus,neminem posse baptizare alium in aliena parochia,nisi de licentia Pastoris, eo quòd iure Diuino naturali ad Pastorem pertineat, in Ecclesiæ numerum catechumenorum recipere, licet ipsa actio baptizandi non sit actio iurisdictionis: ita quoque eodem iure naturali Diuino orto ex institutione huius Sacramẽti,& Episcoporum,ad Episcopum ipsum pertinet ex suis subditis, non autem ex alienis pro ministerio Ecclesiæ ministros sibi eligere. Et quamuis Ordinatio ipsa non sit actio iurisdictionis, hoc est, actio ius dicendi,tamen electio ad Ordines, hoc est, vt quis ordinetur, pertinet ad habentem iurisdictionẽ in eum;alioquin non parua in Republica Christiana dissensio sequeretur.Hoc quod diximus, intelligendum est de Episcopo cõferẽte Ordines vsque ad sacerdotium,nã de consecrante aliquem in Episcopum inferius dicemus. In prędicto autem capite secundo, *De reformatione*, sessione 14.Concilij Tridentinj peculiaris lex est, qua etiã reuocantur priuilegia quęcumque concessa Episcopis titularibus,& id quod fortasse consuetudine obtinuerunt,vt familiares suos,etiam alterius diœcesis, ordinare possent,omnino tollitur.

Priuilegia titularibus concessa, de ordinãdis aliorũ subditis,reuocat Tridentinum.

49

Secundo in sessione 23.canone nono, *De reformatione*, præcipitur,ne Episcopus(sermo autem non est de titularibus) familiarem suum non subditum ordinet, nisi per triennium fuerit cum ipso commoratus,& beneficium statim illi sine fraude cõferat. Verum cum in capite, *Cum nullus*, *De temporibus Ordinationum*, in sexto, statutum sit,vt quicumque etiam non familiaris Episcopi, neque ei subditus ratione natiuitatis, & habitationis, si ab eo beneficium accipiat, possit ab eo etiam ordinari, & literas dimissorias accipere, non requisito proprio Episcopo, dicendum est, peculiare quid circa familiares Episcoporum hic statutum fuisse: illud autem esse censeo, vt ratione familiaritatis, etiam si antea beneficium vllum non habuerit, neque Ecclesiæ necessitas id postulet, eum ordinare possit: ita tamen vt statim beneficium aliquod sine fraude ei prouideat, nimirum quàm primum vacauerit, ne postea mendicare cogatur, & talis quidem ab Episcopo ordinari potest, etiam si patrimonium non habeat,nec vllius Ecclesiæ necessitas vrgeat, solum enim conceditur licentia Episcopo eum ordinandi, quatenus melius seruitio eius vti possit.

Quid de non titularibus Episcopis Cõcilium decernat.

50

Concil. Trid.

Tertio sessione 14. Concilij Tridenti-

ni capite primo. *De reformatione*, decernitur,ne ei, cui ex quacumque causa interdictus est ascensus ad sacros Ordines à suo Prælato, quomodolibet, etiam extraiudicialiter,aut ei, qui à suis Ordinibus,gradibus, & dignitatibus fuerit suspensus, vlla 51
contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia,de se promoueri faciendo,suffragetur. Id quod eodem modo decretum fuerat pro Religiosis, quibus à Prælatis suis interdictus erat ascensus ad Ordines,in capite, *Ad aures*, *De temporibus Ordinationum*: hoc autem in prædictis locis statutum videtur,non quòd aliasad Prælatum proprium non pertineret licentia ad sacros Ordines subdito cõcedere,sed quia,cum aliunde illam etiam habere posset, nempe à Pontifice,aut à Nuncio Apostolico,Concilium voluit, vt illa nemini suffragetur, qui à suo proprio Prælato fuerit suspensus, aut ascẽsus ad Ordines ei interdictus.Id quod etiã censeo seruandum in eo, qui cum esset vni Episcopo subiectus ratione propriæ diœcesis,ordinatur ab alio ratione familiaritatis, vt prædictum est. Statutum quoque fuerat in eodem Concilio Tridentino,sessione 7.cap.11.*De reformatione*, vt hæ licentiæ,& facultates de se promoueri faciẽdo,à quocumque non suffragentur,nisi habentibus legitimam causam in scriptis,ob quã à proprio Episcopo ordinari nõ possint.

Quarto,sessione 21. cap.1.,*De reformatione*, præcipitur,ne Episcopus aut alij sui ministri,pro collatione quorumcunque Ordinum,aut pro literis dimissorijs,aut pro sigillo quicquam,etiam sponte oblatum,accipiant, notarij verò pro singulis literis dimissorijs,seu testimonialibus decimam tãtum partem vnius aurei accipere possint,dũmodo eis nullum salarium pro officio exercendo sit constitutum.Neque opposita cõsuetudo laudabilis(nimirum nihil accipiendi) vigeat;denique ne ex emolumentis notarij directe, vel indirecte aliquid Episcopo ordinãti prouenire possit.

Nec Episcopi, nec illorũministri pro collatione ordinum possunt quidquam accipere.

Quinto,sicut in eodem Concilio Tridẽtino,sessio.23.c.10. *De reformatione*, prohibetur Abbatibus,& alijs exẽptis existentibus intra fines alicuius diœcesis, quibus alias ex cõsuetudine id competebat,ne tonsuram,& minores Ordines alicui conferant, qui regularis subditus sibi non sit; ità etiã prohibetur ipsis Abbatibus, Collegijs, & Capitulis Cathedralium, literas dimissorias concedere aliquibus clericis secularibus, vt ab alijs ordinentur,sed has literas ab Episcopo concedendas

Abbatesnõ nisi regulares subditos possunt ordinare.

52

das esse decernitur: quòd si aliter fecerint, pœna illis imponitur suspensionis per annum ab officio, & beneficio, vt ibidem dicitur. Verum in nostra Hispania videmus, consuetudine re entum esse, vt Priores S. Iacobi, & sancti Ioannis has literas secularibus etiam clericis concedant, quia tamen ab Episcopis non admittuntur, ideo intra suos Prioratus faciunt, suos subditos seculares ab Episcopis Titularibus ordinari, & illuc etiã multi alij religioli, & seculares, cum dimissorijs à suis Episcopis, aut Prælatis, vt ordinentur se conferunt. Sic verò ordinati postea à suis Episcopis, & Prælatis admittuntur. Neque tamquam contra canones ordinati iudicantur.

Priores S. Iacobi & S. Ioannis in Hispania literas dimissorias secularibus Clericis concedunt.

55 Cæterum, quod attinet ad pœnas pro malaOrdinum administratione, seu collatione, Sixtus V. in Motuproprio, edito anno 1588. nonis Ianuarij eis, qui aliquem Ordinem, aut primam tonsuram contra iuris ordinem, vel scienter, vel ex ignorãtia non iusta, neque probabili cõtulerint, ampliorem pœnam statuit, nempè suspensionis à collatione omnium Ordinum, & tonsura, & ab executione munerum Põtificalium, & interdicti ab ingressu Ecclesiæ, nõ ad tempus, sed absolute.

Pœna à Sixto V. statuta in illos qui contra iuris dispositionem ordines conferunt.

Vltimo denique, cum dictum sit, nullũ Episcopum posse ordinare sibi non subditum, nisi de licentia superioris Prælati, videndum est, quid nomine Prælati intelligere debeamus. Id autem nobis rectè explicatum est in capite, *Cum nullus*, de temporibus Ordinationũ, in 6. vbi dicitur primũ nomine superioris, cuius licentia requiritur, intelligi Episcopum, de cuius diœcesi est is, qui ordinari cupit: hoc autem vno ex tribus modis, vel quia is, qui ordinari desiderat, inde est oriundus, vel quia ibi habet domicilium, vel quia habet ibi Ecclesiasticũ beneficiũ. Quare oriundus ab vna diœcesi, si in alia habeat beneficium, ab vtriusuis diœcesis Episcopo licentiam obtinere potest: nam cum originem ducat ab vna diœcesi, in altera vero beneficium habeat, merito vtrique Episcopo censetur subiectus. Idem dico de eo, qui in vna diœcesi ortus est, in alia vero domicilium habet, quia vtrique censetur subditus: probat autem Glossa illius capitis ex lege penult. ff. *De senatoribus*, vbi Paulus inquit. Senatores licet in vrbe domicilium habere videantur, tamen & ibi vnde oriundi sunt, habere domicilium intelliguntur. Reddit autem rationem, quia dignitas domicilij adductionem potius dedisse, quam permutasse videtur. Verum lex illa peculiari ratione intelligitur de Senatoribus, & cõstitutis in dignitate, qui non censentur mutasse, sed addidisse nouum domicilium. Nihilominus in nostro casu eodem modo philosophandum censeo.

Quis nomine Prælati intelligatur.

Episcopus in cuius diœcesi aliquis est vel habet domicilium, vel Ecclesiasticum beneficiũ Prælati nomine intelligitur.

56

Deinde, nomine superioris intelliguntur Præpositi Religionum, non quidem de iure communi, hoc enim iure illis non cõuenit licentiam dare, sed ex priuilegio Sedis Apostolicæ, quod iam omnes per se, aut per participationem sine controuersia obtinent.

Superioris nomine intelliguntur etiam Præpositi Religionum.

Aliqui contendunt probare, præpositis Prouincialibus iure communi Concilij Tridentinij, sessione vigesima tertia, capite octauo, & capite decimo, hoc esse concessum, vt literas dimissorias suis subditis dare possint. Quia capite illo octauo dicitur, nullum esse ordinandum ab alieno Episcopo, nisi cuius probitas, ac mores Ordinarij sui testimonio commendentur, Ordinarius autem regulariũ est Prouincialis. Et in capite decimo statuitur, vt Abbates literas dimissorias solum suis subditis regularibus concedant. Verum hinc nulla ratione colligitur, Præpositis Religionum in vniuersum iure communi id conuenire: nam in illo capite octauo, per Ordinarium, aut intelligi debet proprius Episcopus, qui opponitur alieno, ibi enim præcipit Concilium, vt vnusquisque à proprio Episcopo ordinetur, aut si ordinari contingat ab alieno, non nisi testimonio Ordinarij sui ordinetur, nempe per Ordinarium intelligens eum, quem antea dixerat proprium: aut certe licet intelligantur Præpositi Prouinciales, nihil ibi peculiare ipsis conceditur, sed solum lex illa lata est contra Episcopum ordinantem, videlicet; Nullus alienum subditum ordinet, nisi testimonio sui Ordinarij mores illius probati fuerint, siue ordinandus sit secularis, siue regularis: approbatio autem supponitur facienda, sicut aliàs ex iure, aut ex priuilegio facienda erat ab Ordinarijs ex priuilegio: Prouinciales autem nõ sunt Ordinarij de iure, sed de priuilegio, per quod sunt exempti. Abbatibus vero similiter non conceditur in eo capite quicquam de iure, sed permittitur, vt priuilegijs suis ea ex parte vtantur, cum tamen reuocentur ex alia, nimirum, ex qua poterant etiam subditis non regularibus literas dimissorias dare.

57 Concil. Trid.

58

Deinde intelligitur sub eodem nomine superio-

ſuperioris vicarius officialis Epiſcopi, quãdo Epiſcopus eſt in remotis partibus: Gloſſa autẽ illius capitis in verbo, *Remotis*, intelligit per locum remotum, locum extra diœceſim per duas, aut tres diætas, vel extra prouinciam, hoc tamen de duabus diætis mihi difficile eſt, & arbitrio boni viri hoc relinquo iudicandum.

58 Poſtremo denique in eodem capite ſub eodem nomine ſuperioris intelligitur Capitulum, Sede vacãte, quocumque tẽpore Sedes vacauerit, id tamen iam limitatum fuit in Concilio Tridentino, ſeſſione 7. cap. 10. *De reformatione*, ita vt vltra annum à die vacationis dumtaxat ad Capitulum pertineat, hanc licentiam concedere, ſi vero intra annũ conceſſerit, ſubiaceat pœnę interdicti.

Concil Trident inum.

De miniſtro Ordinationis Epiſcoporum.

CAPVT VI.

COMMVNIS Sententia apud Scholaſticos eſt, neminem poſſe in Epiſcopum conſecrari, ſeu ordinari, niſi ab Epiſcopo, neque legimus, aut vlla vel minima cõiectura colligere poſſumus, hoc officium conſecrandi Epiſcopum, alicui non Epiſcopo comitti poſſe, ſicut de Ordinatione ſacerdotis aliqui ſenſerunt, vt ſuperiori capite vidimus: tametſi Paludan. in 4. diſtinct. 7. quæſt. 4. articul. 3. in 2. opinione dixerit, forte Papã facere poſſe, quod ſimplices ſacerdotes Epiſcopum conſecrarent. Quam ſententiam docuit Aureolus apud Capreolum diſtinct. 25. quæſt. 1. articul. 2. in 2. articul. 5. tomo, nam de omnibus Ordinibus abſque alicuius exceptione, ac proinde etiã de Epiſcopatu cenſet, poſſe ex cõmiſſione Pontificis, conferri à ſimplici ſacerdote: quam ſententiam, quod attinet ad Epiſcopatum; nos ſupra refutauimus cap. quarto: etenim ſicut nõ ſacerdoti, etiam ex commiſſione conuenire nequit ſacerdotem ordinare, eo quod maior à minori nõ poteſt benedici, vt ſupra dicebamus, ita etiam non Epiſcopo vllo modo committi nequit, Epiſcopum conſecrare ſeu ordinare.

Paludanus & Aureolus.

Paludan. defendit poſſe ſimplicem ſacerdotem ex comiſſione Papę aliquẽ in Epiſcopum conſecrare.

Certum quoque eſt, iure ſtatutum eſſe, vt non minus, quam à tribus Epiſcopis vllus in Epiſcopum ordinetur: controuerſia tamen eſt, vtrum ad hanc Ordinationem ita tres requirantur, vt ſi fiat à pauciorib⁹, vel ab vno tantum, nulla omnino ſit Ordinatio. Quã quidẽ quæſtionẽ pauci ex noſtra Schola hactenus exacte examinarũt, aut ſcriptis ſuis definitam nobis reliquerunt. Paludanus in tractatu de poteſtate Papę, quem ego non legi, citat autẽ Antoninus tertia parte, titulo 14. cap. 16. §. nono poſt medium, exiſtimauit, tres Epiſcopos ad conſecrationem, ſeu Ordinationem Epiſcopi pro ſolennitate ab Eccleſia ex tempore Apoſtolorum introductam neceſſario requiri, ad eſſentiam tamen Ordinationis non eſſe neceſſarios, ac proinde ſi facto, non iure, ab vno tantum Epiſcopo, ſeruata forma, quis ordinaretur, fore verũ Epiſcopum, ſicut ſi presbyter ab Epiſcopo non ſeruatis aliis iure requiſitis, ſed tãtum forma, & materia legitima ordinaretur: Paludanum autem ſequi videtur Antoninus loco allegato, & Sylueſter in ſumma verbo *Conſecratio* 1. quod eſt *Conſecratio Prælatorum*, in principio, Armilla eodem titulo, numero ſecundo, referentes ſententiam illius poſteriori loco, quæ etiam Recentioribus nonnullis maxime probatur. Cõfirmãt autẽ eã primo, quia canones omnes, in quibus definitum à Patribus habemus, vt Epiſcopus non niſi à tribus conſecretur, id ſolũ ea de cauſa neceſſarium fuiſſe iudicant, & à Domino inſtitutum, ne tyrannica vnius Epiſcopi autoritas contra fidẽ Eccleſiæ aliquid moliretur, & hoc pacto fides credentiũ confunderetur: nam cum inter Epiſcopum, & Eccleſiam Matrimonium ſpirituale intercedat, vt diſput. 241. cap. 1. mõſtrauimus, & nuptiæ inter virum, & vxorem conuentu plurium celebrari conſueuerint, ita tamen, vt ſine hac ſolennitate, & cõcurſu celebratæ ante Concilium Tridentinum veræ fuerint, conueniens valde fuit, vt conſecratio Epiſcopi non ab vno tantum, ſed à pluribus fieret. Ex quibus ſane colligi videtur, concurſum plurium Epiſcoporum ad teſtimonium potius ordinati requiri, quam ad eſſentiam, & ſubſtantiam ipſius Ordinationis: ac proinde Ordinationem factam ab vno Epiſcopo tantum veram eſſe. Secundo ſpeciatim idem ſuaderi poteſt ex canone primo Apoſtolorum, vbi ſtatuitur, vt à duobus, vel tribus Epiſcopis ordinetur. Idem habetur apud Clementẽ libro tertio conſtitutionum, capite 20. & octauo libro, capite 27. alias 33. Quodſi ſatis eſt à duobus, conficitur plane, tres neceſſarios nõ eſſe ad veram Ordinationem, hoc autem ſemel conceſſo, nulla videtur eſſe ratio, quæ nos cogat ad aſſerendum, duos eſſe ad eſſentiam Ordinationis neceſſarios,

59

Paludanus etiam exiſtimauit, tres Epiſcopos non eſſe neceſſarios ad eſſentiam conſecrationis Epiſcopi, ſed pro ſolennitate ab Eccleſia introductos eſſe

60

Antoninus videtur ſẽtire cũ Paludano itẽ Sylueſter, & Armilla.

Probatur hæc ſententia

Ex Clemẽte Romano.

61

vt verâ sit Ordinatio. Tertio, ex Concilio Arausicano primo, canone 21. vbi statuitur, vt si duo Episcopi præsumpserint aliquem inuitum Episcopum facere, vno ex autoribus damnato, in locum illius is, qui vim passus est, substituatur, & deinde alter etiam damnetur, & in locum eius alius ordinetur; vbi de illo, qui per vim factus fuit Episcopus, non dicitur iterum esse ordinandũ, sed in locum vnius ordinantis substituendum, de alio vero, qui substituendus est in locum alterius ordinantis, non dicitur, substituatur, sed ordinetur. Supponere igitur videntur Patres illius Concilij, illum, qui à duobus factus fuerit Episcopus, verum Episcopum esse, ac proinde non iterum ordinandum, sed substituendum pro vno ordinante: eum verò, qui pro alio ordinante substituendus est: tunc primum ordinandum esse, quòd antea nullo modo esset ordinatus: ac proinde sentire videntur, Ordinationem Episcopi factam à duobus veram esse. Dicunt autem Patres, aliquem inuitum ordinari, non quia omnino contra voluntatem ordinetur, sic enim nulla esset ordinatio, sed quia licet consenserit, quodammodo tamen coactus fuerit.

Tertio ex Concilio Arausicano.

62

Quarto probatur ex Clemẽte, libro octauo constitutionum, capite 27. aliàs 33. vbi refert sententiam Apostoli Simonis Cananęi circa Ordinationem Episcopi, quam permisit ille fieri, vel à duobus, vel à tribus: de ordinato vero ab vno statuit, vt tam ordinatus, quam ordinans deponatur: si autem vere non esset ordinatus, deponi nõ posset: nullus enim deponitur nisi ab Ordine, quem reuera suscepit. Denique Gregorius Magnus concesit Augustino Episcopo Angliæ, vt ipse solus Episcopũ consecraret, ita tamen, vt postquam essent plures Episcopi, nullus nisi à tribus, vel quatuor ordinaretur. Ita legimus inter eius decreta in responsionibus ad interrogationes Augustini, cap. 8. quæ sunt inter eius opera: & in 2. tomo Conciliorum.

Quarto ex Clemẽ. Romano.

Ex facto Grogorij Magni idẽ firmatur.

63

Mihi tamen probabilior visa est sententia eorum, qui dicunt primum, ad veram Ordinationem Episcopi, necessarios esse iure Diuino tres, vt minimum, Episcopos, tamquam ordinarios ministros: deinde ex commissione duobus etiam, imo & vni soli hoc ministerium conuenire posse. Dixi, ad veram Ordinationem: nam de electione, & de numero Episcoporum ad illam aliquando requisito, sequente disput. dicemus. Prior pars huius sententiæ de numero trium Episcoporum ad ministerium ordinarium Ordinationis Episcopi necessario, quam aliqui Iurisperiti tradiderunt, vt referunt Antoninus, & Syluester locis citatis, videlicet Hostiensis, & Glossa, in cap. *Episcopi*, de tẽporibus ordinan. Hugo, & Ray, probatur primum testimonijs Pontificum; Deinde ratione. Primum testimonium est Anacleti, in Epistola 2. decretali, cap. 2. vbi inquit. *Porro, & Hierosolymitarum primus Archiepiscopus Beatus Iacobus, qui Iustus dicebatur, & secundùm carnem Domini nuncupatus est frater a Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis, est ordinatus, successoribus videlicet dantibus formã eorum, vt nõ minus, quam a tribus Episcopis, reliquisque omnibus assensum prabentibus, vllatenus Episcopus ordinetur, & communi voto Ordinatio celebretur.* Enim verò hanc formam Ordinationis à Christo traditam esse, perspicue indicat idem Anacletus, non longè ab initio, cum dicit. *Igitur consultationibus vestris plenius respõdissemus, si licuisset, sed infirmitatis, ac reliquarum oppressionum onere pressi, breuiter prout Dominus tribuit, & vt a Beato Petro Principe Apostolorum sumus instructi, a quo & presbyter sum ordinatus, scribere vobis, sicut petistis, non denegauimus.* Verbis illis, *prout Dominus tribuit*, manifestè denotauit, formam Ordinationis, quam statim scripsit, à Domino traditam fuisse. De Ordinatione autem Episcoporum scripsit, vt fieret non minus, quam à tribus. In quem sensum ipsum intellexit Anicetus Papa, cuius sit secundum testimonium in Epistola vnica ad Gallię Episcopos, capite primo in principio, vbi postquam retulit verba Anacleti de Ordinatione Iacobi à tribus: subiungit ipse in hunc modum. *Si autem non minus, quam a tribus Apostolis tantum vir fuit ordinatus Episcopus, patet profectò, eos formam, instituente Domino, tradidisse, non minus quam a tribus Episcopis Episcopum ordinari debere.* Neque verò recte dicere potuisset Pontifex, *Instituente Domino*, si ritus huiusmodi trium Episcoporum ab Apostolis Ecclesiastica solum autoritate introductus esset; alioquin & omnia introducta ab Ecclesia dici possent à Christo instituta, quod est absurdum. Nam quamuis Apostoli, & Ecclesia in ijs, quæ instituunt, autoritatem ea instituendi à Christo acceperint, tamen non proinde dici possunt, illa à Christo instituta.

Prior pars probatur testimonijs Pontificum.

Hostiensis. Glossa. Hugo. Ray.

64

Ex Anacleto.

65

Secũdo ex Aniceto Papa.

Tertio loco cõfirmari potest testimonio Patrũ plurimorũ, qui de hac Ordinatione Episcoporũ nõ nisi à tribus Episcopis faciẽda loquũtur. Hi sunt idẽ Anacletus iterũ in epistola

Autoris opinio bimembris.

Tertio ex Patrum testimonijs.

Epiſtola tertia, capite ſecundo: & refertur canone, *Epiſcopi*, 80. diſtinctione. Damaſus Papa, in epiſtola quarta, columna tertia ante medium, & refertur canone, *Chorepiſcopi*, 68. diſtinct. Concilium Nicęnum primũ, canone quarto, qui allegatur à Nicęno ſecundo, quod eſt ſeptima Synodus Generalis, canone tertio, atque ibidem probatur, & refertur canone, *Epiſcopum ab omnibus*. 94. diſtinct. & Concilium Carthaginenſe ſecũdũ, canone 12. & refertur canone, *Placet omnibus* 65. diſt. Arelatenſe primũ can. 21. Africanum circa tempora Bonifacij, capit. 16. Aquiſgranenſe, ſub Ludouico Pio Imperatore, cap. 9. in medio. Ioan. Papa III. in epiſtola prima, capite ſecundo poſt medium. Qui omnes Patres, & Pontifices dicunt Epiſcopum conſecrari debere, ſi fieri poteſt, ab omnibus comprouincialibus ſimul cum Metropolitano, ſi autem id difficile ſit, à tribus ſaltem neceſſario fieri debere. Certe non alia de cauſa, tres vt minimũ poſtulãt, niſi quia huic numero ternario, vt minimum, ex ordinario miniſterio conuenit, Epiſcopum ordinare: cæteri autem cõprouinciales ſolum videntur ex ritu Eccleſiaſtico eo tempore requiſitos fuiſſe. Quãuis autem aliquando ob neceſsitatem duobus etiam Epiſcopis, & vni committi poſsit, tamen multo grauiori de cauſa id olim factum fuiſſe, & fieri debere cenſeo: & ideo prædicti Patres ob ſolam difficultatem excuſant comprouinciales à concurſu pro cõſecrando Epiſcopo, & tribus Epiſcopis, vt ordinarijs miniſtris cõſecrationẽ relinquunt: at verò vt duobus, aut vni Epiſcopo ex cõmiſſione hoc miniſterium concedatur, non ſola difficultas, ſed neceſsitas, quæ cogat, interuenire debet, vt inferius ex Patribus probabimus.

Conc. Nicę. Concilium Carthag. 2. Africanũ circa tempora Bonifacij. Arelatẽſe 1. Ioannes Papa 3.

67

Quid requiratur, vt conſecratio alicuius in Epiſcopũ duobus, vel vni Epiſcopo committatur.

Fateor quidem Anicetum, & Concilium Nicęnum 1. & Carthaginenſe 2. non ſolũ difficultatem poſtulaſſe, verùmetiam neceſsitatem addidiſſe; ſed vnam, aut alteram ſolũ ad hoc poſtularunt Anicetus, & Conciliũ Nicęnum, ad cõmiſsionem autem ſola neceſsitas, quę cogat, hoc eſt, multo maior requiritur, vt infra dicemus: & ita quamuis Concilium Carthaginenſe 2. poſtulauerit ſolam neceſsitatem, intellexit tamen non tã vrgentem, quam vt vni tantum committatur hoc miniſterium.

Quarto ſpeciatim hæc prior pars noſtræ ſententiæ comprobari poteſt teſtimonio Damaſi, qui nõ tantum dicit Epiſcopum, non niſi à tribus conſecrari poſſe, ſed etiam vt probet, Chorepiſcopos, qui ab vno tantum

Quarto Idem aſſertum roboratur teſtimonio Damaſi.

68

ordinari conſueuerant, non eſſe veros Epiſcopos: ſubiungit hæc verba. *Quod enim Epiſcopi non ſint, qui minus quam à tribus ſunt ordinati Epiſcopis, omnibus patet. Quoniam vt bene noſtis, prohibitum a ſacris eſt Patribus, vt qui ab vno, vel a duobus ſunt ordinati Epiſcopis, neque nominentur Epiſcopi. Nomen non habent, qualiter officium habebunt?* Cum ait, *Epiſcopi non ſint*, manifeſte denotat, reipſa Ordinem Epiſcopi eos non habere, & non tantũ ab officio ſuſpenſos eſſe. Adde, quod Damaſus nõ contendebat probare, Chorepiſcopis officium Epiſcoporum nõ conuenire, quòd cũ eſſent ab vno tantũ ordinati, ſuſpenſi eſſent ab officio, cũ reuera eorũ Ordinatio ab Eccleſia toleraretur, ſed quod veri Epiſcopi nõ eſſent. Quare cũ dixit Damaſus: *Qualiter officium habebunt?* per officiũ non intellixit exercitium tãtũ, ſed etiã poteſtatem.

69

Quinto ex Concilio Regienſe petitur argumentũ.

Quinto, non minus efficax argumentum pro eadẽ parte depromi poteſt ex c. 1. Cõcilij Regienſis, vbi non ſolum puniũtur duo Epiſcopi, qui auſi fuerant quendam ordinare Epiſcopum, ſed de ea Ordinatione Patres illius Concilij ita loquuntur: *Itaque Ordinationem, quam canones irritam definiunt, nos quoque vacuãdam cenſuimus, in qua prætermiſſa trium præſentia, neque expetitis comprouincialium literis, Metropolitani quoque voluntate neglecta, prorſus nihil, quod Epiſcopum faceret, oſtenſum eſt.* Vbi cũ dicãt, hanc Ordinationem irritã eſſe ſecundum canones, nõ obſcure denotant, veram non eſſe: ac proinde cũ ſubiungunt: *Vacuandam cenſuimus*, intelligunt idem quod: *Vacuam declarandã cenſuimus*: nam quamuis irrita Ordinatio à Patribus interdum dicatur, quando ordinatus manet ſuſpenſus ab exercitio, quia contra canones ordinatus fuit, vt notauimus in hac diſputatione cap. precedente, tamen prædicta verba hoc loco id non ſignificant; ſed ipſam Ordinationem ſecundũ ſe veram non fuiſſe, ſubditur enim: *Nihil, quod Epiſcopum faceret, oſtenſum eſt*. Etenim ſi vera fuiſſet Ordinatio, aliquid certe oſtẽderetur, hoc eſt, appareret adhibitũ, quod reipſa faceret Epiſcopũ. Nam cũ quis Ordinatur ſacerdos, ſine cõcenſu proprij Epiſcopi, quãuis ſuſpẽſus maneat ab officio, & ideò dici poſsit vacua, & irrita eius Ordinatio, iuxta modũ loquẽdi Patrum, tamẽ nulla ratione dici poſſet, nihil oſtẽdi, hoc eſt nihil apparere, quod ipſi adhibitũ faciat ſacerdotem.

70

Ioannes 3.

Sexto accedit Ioannes III. in epiſtola vnica in medio, in 2. tomo Cõciliorũ, vbi ſic ait: *Omnia quoque maxima Cõcilia affir-*

mant, eum non esse Episcopum, qui minus, quam a tribus Episcopis autoritate etiam metropolitani fuerit factus. Et inde colligit, Chorepiscopos veros Episcopos nõ fuisse, quòd ab vno tantum ordinàti essent. Dicit autem omnia maxima Concilia definijsse, eũ, qui non sit à tribus ordinatus, non esse Episcopum, non quia omnia Cõcilia dicant, irritam, & nullam esse Ordinationem eius, quia reuera id non dicunt, sed quia hoc ipso, quòd tradunt, modum Ordinationis à tribus necessario fieri debere, intelligunt illud ita necessarium esse, vt sine illo vera Ordinatio esse nequeat, alioquin ex prædictis omnibus Concilijs non recte id colligeret Ioannes.

Obiectioni, quæ Ioannis testimonium labefactare poterat, occurritur

Neque verò dici potest, Ioannem intellexisse, esse tantum nullam propter suspensionem, quam sic ordinatus incurreret, quia licet hæc esset statuta pœna, non proinde Ioannes dicere posset, sic ordinatum non esse Episcopum, sicut dicere non posset, sacerdotem suspensum non esse sacerdotem.

71

Postremo denique ratione sumpta ex ipso ministerio idem probatur: nam si tres Episcopi ex statuto solum Ecclesiæ ad Episcopi Ordinationem adhibeantur, ad hoc tantum esset, sicut aduersarij contendunt, vt testes essent tantæ Ordinationis, ne tyrãnica vnius Episcopi autoritas aliquid contra fidem Ecclesiæ moliretur, præsertim cum eo tempore electio Episcopi, non sine consensu Metropolitani, & comprouincialium fieret, & hac ratione oportere videbatur, vt ex ipsis electoribus tres saltem pro testibus Ordinationis adhiberẽtur. Verùm cum iam electio Episcoporum non fiat consensu Metropolitani, & comprouincialium, sed Pontificis Romani, non deberent iam tot Episcopi ad Ordinationem alterius adhiberi, cum testimonium eorum supra testimonium, & consensum Pontificis superuacaneum videatur. Adde etiam quod si, vt testes & assistentes hac, vel alia ratione tantum adhiberentur, non deberent ipsi materiam, & formam Ordinationis ordinando applicare, sed Ordinationi tantum assistere: atqui ipsi simul cũ consecrante proferunt verba illa. *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* cum manuum impositione, in qua ex sententia Patrum Ordinationem ipsam consistere, disput. 240. cap. 5. monstrauimus: ergo non tantum, vt testes, sed etiam vt ordinantes adhibentur: cumque in nullo alio Sacramento plures semper adhibeantur ministri, signũ est, tres Episcopos pro Ordinatione vnius, tãquam

72

ministros ex potestate, & ministerio ordinario adhiberi. Atque hinc soluta manet ratio, qua aduersarij nitebantur, vt probarẽt, tres non esse necessarios ex Diuina institutione, quia solum pro testimonio adesse deberent: & hactenus de priori parte nostræ sententiæ.

73

Posterior autem, in qua dicimus, duobus Episcopis, & vni etiam hoc munus ordinandi Episcopum ex commissione conuenire posse, testimonijs, quæ aduersarij pro sua opinione adduxerunt, confirmari potest. Et quidem de commissione, quæ fieri possit vni Episcopo, probatur primum ex testimonio Gregorij, & facto ipsius; nam sicut ex facto eius circa ministrum Confirmationis colligere licet, ministeriũ illius Sacramenti committi posse simplici sacerdoti, etiam si ex Diuina institutione minister ordinarius sit Episcopus: ita etiam licebit colligere, committi posse vni tantum Episcopo ministerium trium Episcoporum ad ordinandum Episcopum, præsertim cum indubitatum esse debeat, pro hoc Sacramento, sicut etiam pro Sacramento Confirmationis, esse ministrum ordinarium, & posse esse aliũ ex cõmissione. Deinde hoc ipsum nõ obscure indicauit Simõ Cananeus apud Clementem lib. 8. constitutionum, cap. 27. aliàs 33. vbi postquam dixit, Episcopum ordinandum esse à duobus, aut tribus, addidit. *Quod si necessitas coegerit ab vno ordinari, quod propter persecutionem, aut aliã causam plures adesse non possint, afferatur decretum commissionis plurium Episcoporum.* Non dixit testimonium plurium Episcoporum, vt sic ordinetur, sed decretum commissionis: sensit igitur Simon à pluribus potuisse hoc ministerium vni committi, per quod vnus fieret minister ex commissione: quòd si vni potest committi, multo melius duobus. Illud quoque quod supra obseruaui, circa hoc testimonium notandum est, quòd pro commissione facienda, non dixit Simon. *Si difficile fuerit tres cõgregari*, sed, *Si necessitas coegerit*: quia vt supra in hoc capite dicebamus, pro commissione facienda, non quæuis difficultas sufficit, sed necessitas cogere debet, & hæc coegit Gregorium, vt Augustino in Anglia hoc ministerium committeret, cum solus esset Episcopus, atque hinc solutum manet argumentum aduersariorum sumptum ex hoc testimonio Simonis apud Clementem.

74

Super est, vt respondeamus primũ ad alia tria, in quibus dicitur, Episcopum ordinari posse à duobus, vel tribus, quale est testimo-

Posterior pars de duobus Episcopis, aut vno ex cõmissione testimonijs aduersariorũ pro sua opinione probatur.

Primum ex facto, & testimonio Gregorij Magni.

Secundo ex Clemente Romani.

teſtimonium canonis 1. Apoſtolorum Clementis lib. 3. Conſtitutionum, cap. 20. & 8. lib. cap. 27. aliàs 33. Ad quæ quidem reſpondere poſſet aliquis, ibi concedi, vt à duobus fieri poſsit Ordinatio, non tãquam ordinarijs miniſtris, ſed ex commiſsione, ita vt ſicut vni ſoli committi poteſt hoc miniſterium, ſic etiam duobus committi queat. Ego quidem non dudito, duobus committi poſſe, ſicut etiam vni, cum ſit eadem ratio, imò etiam potior videatur de duobus, quàm de vno: tamen prædictos canones non loqui de miniſterio duorum Epiſcoporum ex commiſsione, ſed ex ordinaria poteſtate, mihi etiam perſuaſum habeo. Primũ, quia p duobus Epiſcopis, nõ exigitur in his canonibus neceſsitas, ſicut exigitur in teſtimonio Simonis pro vno, cum tamen videatur requiſita ad hoc, vt alteri, quàm ordinarijs miniſtris, hoc miniſterium committi poſsit. Deinde, quia ſi de duobus Epiſcopis, non tanquam de ordinarijs miniſtris, ſed ex commiſsione id diceretur, non eſſet prius dicendum, *à duobus*, poſtea verò *à tribus*: ſed contra, *à tribus, vel à duobus*, vt pro tribus, qui ex ordinaria poteſtate requiruntur, duo ex commiſsione ſubſtitui debere oſtenderetur. Placet igitur ſententia noſtri Franciſci Turriani lib. 1. pro canonibus Apoſtolorum, cap. 22. ante medium, qui in hunc modum conciliat canonem 1. Apoſtolorum, in quo definitum videtur, vt à duobus Epiſcopis ordinari poſſit Epiſcopus, & Anacletum in epiſt. 2. c. 1. vbi tribus ſolum hoc miniſterium concedit, vt Anacletus poſtulans tantũ tres Epiſcopos pro hac Ordinatione, intelligatur abſolute de omnibus ſimul ordinantibus, & vt minum neceſſario requiſitis: canon autem Apoſtolorum, & cætera teſtimonia, in quibus dicitur, à duobus, vel tribus Epiſcopum ordinari poſſe, intelligantur de duobus, vel tribus ſimul cum Metropolitano concurrentibus, vt ita à tribus ſimul, vel quatuor fiat Ordinatio; nã Metropolitano reſeruata fuit ſemper iure tantũ Eccleſiaſtico. Quo circa Gregorius Magnus loco ſuperius allegato ita commiſit ſoli Auguſtino, ſine alijs Epiſcopis Ordinationem hanc, vt poſtquã eſſent plures Epiſcopi, nullus niſi à tribus, vel quatuor ordinaretur, eoquòd iuxta canones antiquos duo, aut tres indiſcriminatim deberent cum Metropolitano concurrere; & ita Epiſcopus à tribus, vel quatuor erat ordinandus. Prædicti igitur patres, & Apoſtoli ſupponebant cum duobus, aut tribus Metropolitanum etiam cõuenire debuiſſe, & ita dixerunt, à duobus, vel à tribus Epiſcopum ordinari poſſe abſolute, non habita ratione Metropolitani.

Ad argumenta aduerſariorũ reſpondentur.

Ad canones Apoſtolorũ quid poſſet reſponderi.

75

Explicatio Franciſci Turriani, pro ſolutione primi argumẽti placet Autori,

76

Ad teſtimonium Concilij Arauſicani 1. reſpondeo, ex eoquòd Cõcilium decernat, vt qui inuitus ordinatus eſt à duobus, ſubſtituatur in locum alterius, non ſupponere ipſum revera manſiſſe ordinatum, ſed ſubſtituẽdum accepit, pro ordinando, vt is qui inuitus prius quodammodo viſus fuiſſet ordinari, non ſine ordine Epiſcopatus, & iurisdictione poſtea relinqueretur. Neque obſtat, quod deinde dicant Patres pro altero ordinante, alterum eſſe ordinandũ: nam ſicut dixerunt ordinandum, dicere poterant etiam ſubſtituendum. Ideò autem potius dixerunt ordinandum, quia alter, qui aſſumendus erat pro altero ordinante, nunquã neque ſpecie tenus eſſet ordinatus, ſed tũc demum primum ad ordinem Epiſcopatus eſſet aſſumendus, & ita ſatisfactum manet omnibus, quæ pro oppoſita ſententia allata ſunt.

Ad Concilium Arauſicanũ reſpondetur.

77

De efficacia miniſtri huius Sacramenti.

CAPVT VII.

IAM ſemel conſtituto, quis ſit miniſter huius Sacramẽti ordinarius, & ex commiſsione, nihil aliud videbatur ſupereſſe notandũ circa illum, & revera nihil eſſet, niſi Scholaſtici aliqui, neſcio ſanè quo fundamẽto nixi aliter de miniſtro huius Sacramenti, quàm aliorum philoſophati eſſent: & inde etiam peculiarem rationem deducere voluiſſent, ob quam forma huius Sacramenti per verbum imperandi proferatur. Fuit igitur ſententia S. Thomæ in 4. diſt. 24. quæſt. 1. art. 1. quæſt. 4. in Sacramento Ordinationis conferri poteſtatem ad aliquod miniſterium, & traduci in ordinatum à poteſtate ſimili exiſtente in ordinante, tãquam ſimile à ſimili: & ideo formã Ordinationis ex primi à miniſtro per verbũ imperandi: ita decet in corpore. In ſolutione autem 1. inquit, hoc eſſe peculiare huic Sacramento, vt inſtitutum ſit ad effectum ſimilem poteſtati miniſtri, hoc eſt, ad aliam ſimilem poteſtatem, & ſecundum illam eſſe quaſi communicationem vniuocam, in alijs verò Sacramentis non item. Hinc autem colligit, quamuis in miniſtro non ſit autoritas reſpectu Sacramenti, quia tamen habet poteſtatem eandem, quam confert,

Quare forma huius Sacramenti proferatur permodum imperandi.

78

Albertus. Aureolus. Dom.Sotus. 72

rectè per verbum imperandi ab eo formam proferri. Hanc opinionem eodem modo prius tradidit Albertus in 4. diſt. illa 24. ar. 18. in corpore, & ad 1. & poſtea Aureolus apud Capreolum diſt. 25. quæſt. 1. art. 2. in ſecundo argumento, & tandem ſequutus eſt Dominicus Sotus diſt. 24. quæſt. 1. art. 2. poſt primam concluſionem, §. *Quod ſi cõtra, &c.*

Non videtur ſufficiens ratio afferri abquon in hoc Sacramento forma exprimatur per modum imperandi.

Ego verò exiſtimo, hoc pacto non ſufficientem aſsignari rationẽ, ob quam in forma huius Sacramenti miniſter vtatur verbo imperandi: nam ſi prædicti Doctores exiſtiment, miniſtrum Sacramenti non eſſe inſtrumentum Dei ad conferendam poteſtatem, licet ſit ad conferendam gratiam, ſed propria virtute ſuæ poteſtatis ſimilem poteſtatem ordinato tribuere, ſicut vnus calor propria virtute ligno ſimilem calorem tribuit, & ideò rectè ab eo efferri formam per verbum imperandi, eorum ſententia falſa eſt; tùm, quia quamuis dicerent, miniſtrum ſolum eſſe inſtrumentum Dei ad conferendam ſimilem poteſtatem ordinato, negare non poſſent fore, vt in forma rectè vteretur verbo imperandi, ſicut inferiùs dicemus: tùm etiam, quia nequaquam dici poteſt, miniſtrum Ordinationis characteris, & poteſtatis, quam in ſe habet, eſſe cauſam ſecundam, & non inſtrumentariam ad ſimilẽ poteſtatem conferendam. Et oppoſitum plane docet Beatus Thomas in hac 3. par. quæſt. 64. art. 1. ait enim, ad effectum Sacramenti, qui eſt gratia, aut character, ſolum Deum concurrere vt cauſam principalem, characterem autem & poteſtatem, quæ eſt in miniſtro, eſſe cauſam dumtaxat inſtrumẽtariam, videlicet ad producendam gratiam, & characterem, qui in recipiente Sacramẽtum producitur. Idemque de poteſtate ſentit, nam ipſe putat, characterem eſſe poteſtatem, cum ipſum conſtituat in ſpecie naturalis potentiæ, ſub genere qualitatis.

D. Thomas.

Atque ratione euidenti id conuinci poteſt: nam licet character, & poteſtas, quæ ſunt in miniſtro, ſint eiuſdem rationis cum charactere, & poteſtate producta in ordinato, ſiquidẽ Epiſcopus habet omnes characteres, & poteſtates, quas confert: & poteſtas Epiſcopi dignior ſit ſacerdotali, & alijs, quas per Ordinationem tribuit; tamen hinc non licet inferre, characterem, ſeu poteſtatem Epiſcopi propria virtute, & vt cauſam præcipuam, ſimilem, aut inferiorem poteſtatem ordinato tribuere, quoniam poteſtas quęcumque miniſtri non ſuapte natura, ſed ratione Diuinæ inſtitutionis, hoc habet, vt ſimilem aliam, aut inferiorem ordinato tribuat; potuiſſet enim Chriſtus ita ſuos Apoſtolos ſacerdotes inſtituere, vt ſi illis non tribueret poteſtatẽ alios ordinandi, neminem reipſa ordinarent, etiam ſi vi tute ſui characteris, & poteſtatis id vellent facere. Neque character, aut poteſtas proportionem, aut connexionem habet ex natura rei, ſeclusa Dei inſtitutione, cũ applicatione talis materiæ, aut talium verborum prolatione, vt illis poſitis naturali ſua virtute ſimilem effectum ſtatim producat. Adde, quod Epiſcopus non confert Ordinẽ ſubdiaconatus, diaconatus, aut presbyterij, quia ipſe ſubdiaconus, diaconus, aut presbyter, ſed quia Epiſcopus eſt: & ita neſcio, qua ratione Doctores allegati dicũt, Ordinationem eſſe deriuationem ſimilis poteſtatis; potius enim dicere deberent, omnẽ poteſtatem ordinati deriuari à poteſtate Epiſcopi, quatenus Epiſcopus eſt, quæ eſt diuerſæ rationis comparatione poteſtatis ſubdiaconi, diaconi, & presbyteri, quã confert. Ita autem annexa eſt poteſtas ordinandi poteſtati Epiſcopali, vt ſi Epiſcopus non eſſet ſubdiaconus, & diaconus, nihilominus hos Ordines ordinatis cõferret. Ex eo autem quod in Epiſcopo ſit ſimilis, aut excellentior poteſtas, quàm in ordinato, non licet inferre, Epiſcopum propria virtute, & vt cauſam ſecundam, non vt inſtrumentum alias poteſtates ordinatis conferre. Nam ex eo quod forma aliqua æqualis alteri ſit, aut nobilior, non ſequitur ex ſe virtutem habere, vt eam tãquam cauſa præcipua producat, nam vna anima rationalis non poteſt aliam animam rationalem, vt cauſa præcipua producere, neque etiam inferiorem. Ergo eodem modo nõ licet colligere ex eo, quod Epiſcopus habeat æqualem, aut ſuperiorem poteſtatem cum ordinatis, poſſe vt ſecundam cauſam poteſtatem illis tribuere in Ordinatione.

80

81

82

Si autem Doctores allegati exiſtiment, Epiſcopum miniſtrum Ordinationis ratione cuiuscũmque poteſtatis, quã habet, tantum eſſe inſtrumentum Dei ad conferendam poteſtatem ordinatis, ſicut etiam ad conferendam gratiam, non rectè dicunt, ideò miniſtrum huius Sacramenti vti forma per verbum imperandi, quia in ſe habet poteſtatẽ ſimilem ei, quã ordinato communicat, nam ſi poteſtas in ipſo exiſtens, ſiue ſimilis ſit, ſiue perfectior, non eſt cauſa propria, ſed inſtrumentum, non erit peculiaris ratio, ob quam in hoc potius Sacramento, quàm in alijs, miniſter in forma, hoc verbo imperandi

fandi vtatur, sed hoc solum pendebit ex Dei institutione.

Ego igitur censeo, ministrum Ordinationis esse solum instrumentum Dei, tam ad imprimendum characterem, & potestatem conferendam ordinato, quàm ad conferendum illi gratiam, vt iam probatum manet, neque vti ministrum verbo imperandi in forma ob illam rationem, quam allegati Doctores dixerunt, vt iam monstrauimus, sed ad denotandam certam potestatem, quâ ad eum effectum habet. Qua etiam ratione in Sacramento Baptismi verbo imperandi vtuntur Græci hoc modo: *Baptizetur seruus Christi, &c.* Et in Sacramento Pœnitentiæ ita eo vti possumus, vt firma esset, & vera absolutio, sicut ex Scoto, & alijs. 4. to. probabimus; quamuis non liceat à consueto modo formæ discedere, vt ibidē dicemus. Vtrū autem peculiare sit Sacramento Vnctionis, vt per verbum deprecandi detur, notauimus. 2. tom. dis. 129. cap. 7.

83

Quare vtatur minister huius Sacramenti forma permodum imperandi

De electione, & vocatione, seu missione ministrorū Ecclesiæ. Disputatio. 244.

Varia hæreses de hac re. Cap. 1.

Ministros Ecclesiæ, neque generatione carnali propagari, neque à solo Deo eligi, catholica doctrina est. Cap. 2.

Electionem ministrorum Ecclesiæ, nec ad populum, neque ad Principes, seu Magistratus, sed ad Ecclesiasticos spectare. Cap. 3.

Quo pacto consensus populi in electione ministrorum requirendus sit. Cap. 4.

Diluuntur argumenta hæreticorum nostri temporis contra praedictam doctrinam catholicam. Cap. 5.

Varia hæreses de hac re.

CAPVT I.

IN creatione ministrorū Ecclesiæ tria continentur, primum est electio, alterum est Ordinatio, tertio autem vocatio, seu missio. De secundo scilicet de Ordinatione, & de ministerio illius iam satis à nobis dictū est, restat vt de duobus alijs dicamus, nempè de electione, & vocatione, seu missione. Est

1

iurē electio designatio alicuius ad Ecclesiasticum ministerium, quam consequitur consecratio, seu Ordinatio. Vocatio autem, seu missio est collatio iurisdictionis in aliquos. Primum igitur de electione, & deinde de vocatione dicamus. Circa electionem fuit error Ioannis Vvicleffi, & Ioannis Hus, solius Dei munus esse eligere Pastores, & ministros Ecclesię, eoquòd senserint etiam, solos iustos, & prædestinatos veros esse Episcopos, & Pastores Ecclesiæ. Solus autem Deus nouerit, qui nam sint iusti & prædestinati. In hoc errore fuisse prædictos hæreticos colligitur ex Thom. Vvaldensi tomo 1. doctrinalis fidei antiquæ lib. 2. c. 39. & 40. & ex Concilio Constantiensi sessione 8. & 15. vbi errores horum hæreticorum referuntur. Et quidē sessione 8. error octauus Ioannis Vvicleffi, in hunc modum recitatus fuit, *si Papa sit præscitus, & malus, per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles ab aliquo sibi datam, nisi forte à Cæsare.* Error autem 15. hoc modo, *Nullus est Dominus ciuilis, nullus est prælatus, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali.* Sessione autem 15. inter errores eiusdem recensetur similis alius in ordine 28. & inter errores Ioannis Hus duodecimus in ordine idem continet. Similē errorem ex Ioanne Vvicleffo memorat Vvillelmus Vvidefordus in libro aduersus eū sub titulo contra Cardinales, in vltimo loco his verbis: *Non propter electionem Cardinalium est quis Christi Vicarius, vel membrū Ecclesiæ, plusquā propter garritum auium, vel signum quodcunque impertinens, quod contingit. Et idem est iudicium de quibuscumque electionibus hodie celebratis.* Referuntur etiā alij errores eiusdem hæretici similes omnino, ex quibus deducitur hic, de quo nunc agimus.

Quid electio quid missio sit

Vvicleffus Hus.

Cōcil. Cōst. Thomas Valdensis.

Error hæreticorum circa electionem.

Vvidefordus.

Hæretici verò nostri temporis dixerunt, omnē electionem, & vocationem, seu missionem, quorumcumque ministrorum ad vniuersam Ecclesiam, hoc est, tam ad populum, quàm ad clerum iure Diuino pertinere, ita vt sine consensu populi nullius momenti sit ministrorum electio, & vocatio, seu missio. Quia tamen viderunt, Ordinationem, quæ fit per manus impositionem, fieri non posse à toto populo & clero, concesserunt eam à solis Pastoribus fieri debere, ita tamen vt ipsi nomine totius populi, & cleri eligentis manus imponant: quatenus hac ratione totus clerus, & populus ordinare etiam dicatur. Hæc fuit sententia Lutheri lib. de potestate Papæ, & in l. b. de instituendis ministris ad Bohemos. Caluini lib. 4.

4

Lutherus. Caluinus.

lib.4.institutionis Christianæ,cap.3.§.14. Matthiæ Illiryci in lib. de electione Episcoporum, & Centuriatorum Centuriâ prima,libro secdo, capite quarto, & Brentij in prolegominis aduersus Petrum de Soto, & Kemnitij in examine Concilij Tridentini in disputatione de Ordinis Sacramento.

Matthias Illyrici. Centuriatores. Brentius. Kemnitius.

Ministros Ecclesiæ,neque generatione carnali propagari, neque à solo Deo eligi, catholica doctrina est.

CAPVT II.

DOCTRINA verò câtholicâ est,in lege Euangelica ministros neque propagari carnali generatione,neque à solo Deo eligi, & vocari,seu mitti,neque ad populum, Principes,aut Magistratus seculares iure Diuino eorum electionem,& vocationem pertinere. Duas priores partes in hoc cap. tertiam verò in sequente confirmabimus. Ad quos autem pertineat,4.cap.dicemus:Primum igitur carnali generatione eos non propagari nullus etiam hæreticus inficiatur,hoc enim proprium fuit populi Iudaici,in quo ex mandato Dei iure generationis sacerdotium ad Tribum Leuiticam pertinebat,id autem minimè decens fuisse populo Christiano,manifestum est : nam cum sacerdotium illius non esset futurum Leuiticum,sed Christi,Christus autem fuerit sacerdos non iure hæreditario secundum ordinem Aaron,sed secundum ordinem Melchisedech, qui ad Hebræ. 7. dicitur fuisse sine patre,& genealogia, minimè decebat, vt in lege noua iure hæreditario, & carnali propagatione sacerdotium in posteros deriuaretur. Probari etiam potest ex illo Isai. 66. vbi postquam Propheta prænunciauit nomine Dei gloriam suam annunciandam in omnibus gentibus,& ex omnibus gentibus congregandos esse omnes fratres ad Dominum, subiungit. *Et assumam ex eis in sacerdotes,& Leuitas dicit Dominus.* vbi Hieronymus explicans illud: *Quia sicut cæli noui, & terra noua,&c.* inquit, hoc loco Isaiam prædixisse,quo pacto pro sacerdotio Leuitico, quod sine electione ordine tantum naturæ & serie familiæ propagabatur,futurum esse sacerdotium Euangelicum non iure hæreditario,sed iuxtà merita & virtutes. Porro autem,hunc modum creandi sacerdotes, & ministros per electionem, potiusquam carnali generatione multo magis conuenientem esse,manifestum est;tùm,quia hoc modo nostri sacerdotes cellibem vitam ducere possunt,quam Leuitici seruare non poterant : tùm etiam, quia hoc modo meliores sacerdotes habere possumus,cum eorum vita examinata, & probata esse debeat, prius quam assumantur,& eligantur. Et quamuis interdum hoc etiam modo ex accidente contingat, malos sacerdotes habere, nihilominus multo plures, malos sacerdotes alia via haberemus : & hactenus de prima parte catholicæ sententiæ, quam præmisimus. Secunda verò, videlicet ministros non esse à solo Deo eligendos non minus facilè contra Vvicleffum probare possumus:primum quidem authoritate, quia Vvicleffus putat electionem fieri debere à solo Deo,eoquòd soli boni,& prædestinati eligendi sint, vt esse possint veri ministri,& Pastores,quos solus Deus cognoscere potest; id autem constat falsum esse. Deus enim interdum eligit ad regna, aut ad ministerium Ecclesiæ reprobos, nam ex reprobis Saulem elegit ad regnum. 1.Reg.10.& Iudam ad Apostolatum.Ioan. 6. *Nonne ego vos duodecim elegi,& vnus ex vobis diabolus est?* videlicet Iudas.Apostoli quoque Actorum 6.elegerunt diaconos,& inter eos Nicolaum,qui fuit postea hæresiarcha, in qua electione non curarunt, vtrum ille esset prædestinatus, an reprobus, neq; Deo soli eam reliquerunt.

Ex Patribus verò Chrysostomus homil. 34.in epistolam ad Hebræos, explicans illud: *Obedite illis,qui vobis præpositi sunt,&c.* inquit, obediendum esse illis etiam si mali sint;distinguit autem hoc modo,vt si fuerit malus in causa Dei fugiamus illum, si autem in moribus non simus curiosi vitam illius examinantes:supponit igitur, malos præpositos veros præpositos esse,& illis obediendum Augustinus lib. 2. contra epistolam Parmeniani, cap.4. ante medium ait,posse esse populos bonos vbi Episcopi fuerint mali, supponens planè,Episcopum malum esse verum Episcopum; id quod Bernardus sermone 66. in cantica aliquantulum ante finem contra quosdam hæreticos ex professo probat. Deinde ratione eadem veritas manifestè comprobatur,nam si præpositorum,& aliorum in Republica Christiana electio proximè a Deo expectanda esset, aut expectanda esset signo aliquo visibili, aut modo

4 Doctrina catholica de electione ministrorũ Ecclesiæ.

5 Ad Hebr.7

Esaias 66.

Cõueniẽs fuit vt in lege Euãgelica no generatione sed electione ministri Ecclesiæ crearentur.

6

1.Regum 10

Ioannis 6.

Actorum 6.

Ex Patribus idem colligitur.

Chrysost.

Augustin.

Bernardus.

7 Ratione hoc idem ostenditur

modo inuiſibili, vtrouis autem modo eam expectare ſtultum eſſet, quoniam ſi inuiſibili modo fieret inutilis omnino nobis foret, qui nequaquam ſcire poſſumus, quem vt ſuperiorem habere, & reuereri deberemus; viſibilia autem ſigna ad hoc expectare, non minus ſtultum eſſet, cum experimento conſtet, hæc ſigna rariſsime pro electione alicuius à populo facienda ſolita fuiſſe exhiberi. Vicleffus autem ſine dubio inuiſibili modo putauit fieri, rectè enim intelligit occultum nobis eſſe, quis nam ex populo ſit in gratia, aut prædeſtinatus. Porrò autem minus conueniens eſt, ſortibus vti ad electionem miniſtrorum, cum humano conſilio rectè eligi poſſunt: nam cum credere non liceat, ſortes à conſtellatione cœli, aut dæmone gubernari: hoc enim ſuperſtitioſum eſt, ac proinde pro electione miniſtrorum Eccleſiæ valde prohibitum, ſolum licitum videretur ſortium euentum expectare, vel à Deo eas gubernante, vel à caſu & fortuna: atqui neutro modo licet, aut conueniens eſt eligere aliquem in miniſtrum Eccleſiæ, aut etiam in Regem, aut Magiſtratum. Primum quidem non licet, quando conſilij maturitate id poteſt definiri, nam relinquere conſilium prudentiæ, & electionem fortunæ committere, rationi valde diſſentaneum eſt. Expectare autem euentum ſortium à Deo, eſt tentare Deũ, eoquòd neque euentum illarum ipſe promiſit, neque deeſt humanum conſilium, quo res tranſigi poſsit.

8

Non eſt cõueniens ſortibus electionẽ miniſtrorum Eccleſiæ fieri.

Cæterùm obijciet quis primũ illud Prouerb. 16. *Sortes mittuntur in ſinu, à Domino autem temperantur.* Obiectum tamen friuolum eſt, nam his verbis non denotauit Salomon omnia eſſe ſortibus gubernanda, & relinquenda Diuinæ prouidentiæ, quæ euentu ſortiũ innoteſcat, ſed exemplo illo ſortium oſtendere voluit nihil tam fortuitũ, & à caſu in mundo fieri, quod ſine Diuino nutu & prouidencia accidat; ſiquidem ſortium euentus, qui præter omne humanũ conſilium accidit, non ſine directione Diuinæ prouidentiæ contingit.

Obiectio ex illo Prouerb. 16. Reijcitur.

9

Deinde obijciet aliquis. Matthiam ſorte electum fuiſſe in Apoſtolum Actorum 1. ac proinde debere etiam alios Eccleſiæ miniſtros hoc modo eligi. Verùm hoc etiam obiectum facile poteſt refelli, nam licet verũ ſit, hanc electionem fuiſſe per veras ſortes factam, id quod inferius probabitur, ſicut putant Chryſoſtomus homilia 3. in acta. Theophylactus, & Beda in eundem locum Actorum 1. & ſupponere videtur S. Thomas 2. 2. quæſt. 95. art. 8. nihilominus non propterea miniſtrorum Eccleſiæ electio ſemper hoc modo fieri poteſt. Quinimò Beatus Thomas ibidem expreſſe inquit, ſore peccatum, ſi hoc modo talis electio paſſim fieret; excuſat autem cum Beda, Theophylacto, & Chryſoſtomo factum Apoſtolorum, quod nondum veniſſet Spiritus ſancti plenitudo in Eccleſiam, & ideo Apoſtolus ſorte rectè fuerit quęſitus. Poſt aduentum autem Spiritus ſancti ſeptem diaconi non ſorte, ſed voluntate, & conſilio Apoſtolorum electi fuerunt. Chryſoſtomus verò ait, quia Apoſtoli non ſe iudicabant dignos, qui eligere poſſent aliquem in Apoſtolatum, cupiunt aliquo ſigno, ſcilicet ſortium, edoceri. Multo tamen melius factum Apoſtolorum circa ſortes Matthiæ excuſari poteſt, aut quia peculiari inſpiratione Deus eorum corda ad ſortes impulit, vt ipſe eſſet, qui Matthiam, ſicut alios Apoſtolos proximè eligeret, cum abſque conſilio humano ſortes dirigantur. Ex quo non licet inferre, ſemper fieri debere electionem per ſortes; illud enim fuit peculiare priuilegiũ, quod non ſemper conceditur, & vt notauit Beda in illud Actorum 1. *Et dederunt ſortes*, ex Hieronymo in illud Ioan. 1. *Et dixit vir ad collegam, &c.* priuilegia ſingulorum non poſſunt legem facere communem. Aut quia cum Apoſtoli viderent Matthiam, & Barſabam doctrina & ſanctitate æquales, & inſignes, noluerint proprio iudicio vno relicto alterum eligere, ſed hanc electionẽ ſortibus, quæ ſub Dei prouidentiam cadũt, committere, & oratione eam Deo commẽdare, & in huiuſmodi caſibus qui raro accidunt, licitum eſt ſortibus electionem facere, quia neque tentatur Deus, cum res obſcura eſt, neque vllum periculum eſt, cum omnes de quorum electione agitur, eo miniſterio digni ſint. Et in ſimili caſu licitum eſſe ſortibus vti, docet Auguſtinus lib. 1. de doctrina Chriſtiana, cap. 28. videlicet cum alicui aliquid in eleemoſynam daturo occurrerent duo pauperes omnino ęquè indigentes, neque vnus altero magis coniunctus: *Nihil*, inquit, *iuſtius faceres, quãm vt ſorte eligeres, cui dandum eſſet, &c.* Et in epiſtola 180. non parum poſt medium, & ante finem in alio non diſsimili idem dicit, nempè quando inter aliquos diſſenſio ex charitate eſt, quis eorum tempore perſecutionis cum fratribus in ciuitate manere, & quis fugere debeat, hanc enim contentionem ſanctam ſorte dirimere, licitum eſſe, affirmat. Vel denique Apoſtoli ſortes adhibuerunt ad elec-

Obijcitur ſecũdo ex illo eiꝰdem primo

Refellitur. Chryſoſt. Theophyl. Beda. S. Thomas.

10 Electionẽ Matthiæ ſorte factam aliqui varie excuſant.

Auguſt.

11

electionem Matthiæ, vt morem gentis Hebræorum imitarentur, ſicut notauit Beda in illum locum Actorum 1. qui ſorte eligebant ſummum Pontificem per ſingulos annos ex alijs, ad hoc vt ſemel in anno in Sancta Sanctorum ingrederetur, hoc eſt pro illius tantum anni miniſterio: & nunc etiam Rector pro vno anno in hac Complutenſi Academia ex quatuor, qui prius à toto Capitulo Collegij proponuntur, eligitur; non tamen eſt eadem ratio, vt ad miniſterium altaris perpetuum ſorte quis eligatur, ſed maturo conſilio, & examine præmiſſo. Neque ex eo illicitæ cenſeri debent ſortes inter dignos, qua ratione Genuæ, & Florentiæ ſorte eliguntur ad Magiſtratus aliqui ex dignis; minimè tamen liceret inter omnes, quia hac ratione indignus aliquando aſſumeretur. Ad electionem verò ſpiritualem iure Eccleſiaſtico iam omnino vetitę ſunt, vt patet ex cap. vltimo de ſortilegijs.

13

Aliquorũ opinio circa electionem Matthiæ. *Dionyſius.*

Non deſunt tamen, qui exiſtiment ex ſententia Dionyſij cap. 5. de Eccleſiaſtica hierarchia, par. 3. aliàs cap. 9. in ſecunda contẽplatione, ſortem, quæ cecidit ſuper Matthiam, nihil aliud fuiſſe quam ſignum aliquod ſenſibile, videlicet radium quendam luminis, quo Deus oſtendit ſe velle, vt Matthias in Apoſtolatu Iudę ſuccederet, ſicut etiam eodem ſigno alias quoque indicauit, quem vellet in Epiſcopum à populo eligi. Et iuxta horum opinionem obiectio illa de ſortibus nullius prorſus eſſet momenti.

Non eſt Dionyſij.

Verùm ex verbis Dionyſij id minimè colligere licet. Ait enim ſecundum translationem Camaldulenſis in hunc modum: *Porrò de ſorte illa Diuina, quæ Matthiæ diuinitus obtigit, alij quidem alia ſenſerunt*: deinde ſubiungit, quid ipſe ſentiat his verbis: *Videtur mihi Scriptura ſortem appellaſſe Diuini quiddam, & præcipui muneris, per quod illi Choro ſacratiſſimo inſinuaretur, qui eſſet Diuina electione declaratus*: & paulò ſuperius hanc electionem, qua ſuffectus fuit in numerum duodenarium, Diuinam ſortem appellat. Perionius autem capite nono, in ſecunda contemplatione ita conuertit: *Videntur enim mihi ſcripta Diuina ſortem appellare Diuinum quoddam munus, quod illi Pontificum Choro eum, qui Diuino iudicio, delectuque eſſet renũciatus, indicaret.* Græcę autẽ ſic habetur, Δοκεῖ γαρ μοι τα λογια κληρον ονομαζειν θεαρχικον τι δωρον υποδηλουν εκεινω τῶ ιερατικῶ χωρῶ τον υποτασθεισης εκλογῆς αγαδεδεγμενον. Ac ſi verbum

14

Perionius.

ex verbo reddas: *Videtur enim mihi ſcripta* (videlicet Diuina) *ſortem nominaſſe Diuinum quoddam donum ſubdeclarans illi ſacro Choro per Diuinam electionem deſignatum.* Iam verò quis dicat, per donum intelligi ſignum aliquod ſenſibile externum, quo Deus indicaſſet Matthiam eligendum, & non potius ipſam gratiam Apoſtolatus, quæ Apoſtolorum electione contigit Matthiæ. Ideò verò electio vocatur Diuina, quia poteſtate à Deo collata, & ſpiritu ipſius Apoſtolis communicato facta fuit. Porrò hæc gratia Apoſtolatus, quę electione Apoſtolica cõtigit Matthiæ, declarauit Choro Apoſtolorum, illum fuiſſe deſignatum loco Iudę, & eorum Collegio annumeratum. Quare ego valde miror, viros doctos his verbis etiam ſecundum translationem Camaldulenſis, & Perionij adduci potuiſſe, vt Dionyſio opinionem illam de ſigno ſenſibili, quod ſortẽ Scriptura dixerit, adſcriberent.

15

Ad electionem Matthiæ metaphoricas non proprias ſortes interueniſſe aliqui putant

Denique nonnulli per ſortes eo loco Actorum 1. intelligunt non proprias, ſed metaphoricas, ita vt dare ſortes ibi, idem ſit quod declarare ſecundum Deum, vter eorum in Apoſtolatu præferendus eſſet, & quia Apoſtoli in hac electione non affectu carnis, ſed ſpiritu Dei ducti ſunt, ſors de cœlo cecidiſſe dicitur, hoc eſt inſtinctu Spiritus ſancti eos ſuis ſuffragijs declaraſſe, quis eſſet Apoſtolis annumerandus. Confirmant autem, quia vbi Vulgatus habet, *Et annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis*, pro *Annumeratus eſt*, Græcè eſt verbum συγκατεψηφισθη, denotans idem quod Latinè *ſuffragijs additus*, ſeu annumeratus: nam ψῆφος Latinè dicitur *Calculus*, ſiue *Suffragium*. Hoc tamen leue indicium eſt, vt negemus, veras ſortes in ea electione interuenisſe: nam quamuis ψῆφος denotet *Suffragium*, tamen verbum ψηφιζω, à quo deriuatur per compoſitionẽ συγκατεψηφισθη ſignificat *Computare, iudicium pronunciare*, idemq; denotat καταψηφιζομαι. Et quamuis hæc pronunciatio, & computatio ſuffragijs, & calculis interdum fiat, in præſente rectè dici putuit ſuffragijs, & calculis Apoſtolorum Matthiam fuiſſe Apoſtolum declaratum, & Collegio cæterorum annumeratum, etiamſi per veras ſortes fuerit electus, non quod poſt euentum ſortium facta fuerit noua electio, ſed quod viſa ſorte, & ea ratione intellecta voluntate Dei, conſenſu, & ſuffragijs omnium, qui Deĩ nutum expectabant, Apoſtolus fuerit renũciatus, & in Collegium cęterorum admiſſus nullo modo ſortibus repugnantium,

Reijcitur eorũ fundamẽta.

16

ſed

ſed potius annuentium. Neque refert quod ſors etiam dicatur ipſe Apoſtolatus, ſicut eodem capite 1. Actorum dicitur de Iuda, *Qui ſortitus erat ſortem miniſterij huius*, cum tamen ſine veris ſortibus eam dignitatem ſola gratia & vocatione Chriſti fuerit adeptus, vt proinde dicamus, in electione Matthiæ veras ſortes non interueniſſe: nam quamuis ſors accipiatur pro dono, quod quis ex gratia conſequitur, & eadem ratione dicatur quis ſortitus ſortē aliquam, hoc eſt gratia Dei, & ſine induſtria, ſeu meritis proprijs conſequutus; tamen dare ſortes aliquibus, ſeu aliquorum, & mittere ſortes, nunquam dicitur niſi de veris ſortibus: & hac ratione dictum eſt Actorum 1. *Et dederunt eis ſortes, & cecidit ſors ſuper Matthiam.* Sicut & Ionæ 1. *Et miſerunt ſortes & cecidit ſors ſuper Ionam.* Vbi etiam notandum eſt, in Græco non haberi: *Et dederunt eis ſortes*, ſed, *& dederunt ſortes eorum.* Ex quo nō obſcure probatur, per ſortes intelligi ſuffragia Apoſtolorum, quia cum alter tantum fuerit electus, non potuerunt dare eorum, vel eis ſuffragia, ſed alterius, vel alteri rantum. Dicuntur igitur eorum, vel eis ſortes dediſſe, quia ſortes pro vtrouis in vaſculum aliquod miſſæ ſunt, vt inde vnius tantum ſors extraheretur. Nam pro ſortibus ſcribi nomina eligendorū conſueuerunt, & illa in vaſculum aliquod ſimul mittuntur, vt ille cenſeatur electus, cuius nomē ſcriptum inde primum extractum fuerit, & hoc eſt dare, aut mittere eorum ſortes, videlicet in vaſculum: vel dare eis ſortes, non quidem vt ipſi, ſed alius pro eis ſortiatur: dare igitur eis idē eſt quod pro eis, vel in gratiam ipſorum ſortes mittere ad ſortiendum.

Ionæ 1.

17

Electionem miniſtrorum Eccleſiæ, nec ad populum, neque ad Principes, ſeu Magiſtratus, ſed ad Eccleſiaſticos expectare.

CAPVT III.

Electionē miniſtrorū Eccleſiæ, neque ad populū, neque ad Principes

TERTIA pars catholicæ doctrinę eſt, electionem miniſtrorum Eccleſiæ, neque ad populum, neque ad Principes, & Magiſtratus ſpectare, quam contra hæreticos huius ætatis definitum habemus in Concilio Tridentino ſeſsione 23. cap. 4. & canone 7. Vbi definitur, in Ordinatione Epiſcoporum, ſacerdotum, & cæterorum miniſtrorum, neque populi, nec cuiuſuis ſecularis poteſtatis, & Magiſtratus conſenſū, ſiue vocationem, ſiue autoritatem ita requiri, vt ſine ea irrita ſit Ordinatio, quin potius decernitur ibidem, eos qui tantummodo à populo, aut ſeculari poteſtate, ac Magiſtratu vocati, & inſtituti ſunt, non eſſe Eccleſiæ miniſtros, ſed fures, & latrones. Per vocationem autē intelligit Cōcilium miſsionē, vt precedente capite nos explicuimus, & colligitur ex canone 7. citato, vbi dicitur, eos, qui ab Eccleſiaſtica, & canonica poteſtate neque rite ordinati, neque miſsi ſunt, ſed aliunde veniunt, non eſſe legitimos, & veros Sacramentorum miniſtros. Hæc doctrina catholica multis nunc ſolet teſtimonijs, & argumentis comprobari, quorum plurima eo ſpectant, vt neque conſenſus populi, aut Magiſtratus ſecularis ad miniſtrorum electionem, aut vocationem vllo modo requirendus ſit: de qua re Concilium Tridentinum non loquitur: nam eius definitio ſolum eſt contra hęreticos noſtri tēporis, qui non ſolū docent, conſenſum plebis, & Magiſtratuum ad electionem, & vocationem miniſtrorum requiri, ſed etiam ſine illo Ordinationem eorum, electionem, & vocationem irritam, & nullam eſſe. Vtrū autem conſenſus plebis, & Magiſtratuum alio modo requirendus ſit, videlicet vt rectè fiat Ordinatio, an non, Concilium non definit, nos tamen ſequenti capite explicabimus.

18

19

Primum igitur conſenſum plebis Principum, & Magiſtratuum non ita requiri, vt ſine illo irrita ſit electio, Ordinatio, & vocatio miniſtrorum ex eo conſtat, quod cum miniſtrorum Ordo in Eccleſia, quod attinet ad maiores Ordines ſit Sacramentum, aut diſpoſitio, & via ad Sacramentū, quod attinet ad minores: & Sacramenti adminiſtratio alicui miniſtro iure Diuino conſtituto ita conueniat, vt ſi ab alio fiat irrita ſit, & nullius momenti, conſequitur, adminiſtrationem, & collationem Ordinis, quæ eſt Sacramentum, ad aliquem iure Diuino deſignatum ita pertinere, vt ſine illo non vera, ſed irrita, & nulla ſit: miniſter autem deſignatus iure Diuino non eſt populus, Princeps, aut Magiſtratus, ſed Epiſcopus, vt definit Concilium loco citato. Et quidem ſi hæretici ſemel concederent, Ordinationem miniſtrorum Eccleſiæ eſſe Sacramentum,

Conſenſū populi nō eſſe neceſſarium ad electionē miniſtrorū Eccleſiæ, ratione probatur.

20

mentum, & non nudum miniſterium prædicandi verbum Dei, ſine dubio non dicerent, conſenſum plebis, Principis, & Magiſtratus ita requiri, vt ſine illo nulla eſſet Ordinatio. Deinde idem de electione, & vocatione ex dictis manifeſte conſequitur: nam cum ad Ordinationem iure Diuino ſit conſtitutus peculiaris miniſter, nempè Epiſcopus, non autem populus, nec Princeps, neque Magiſtratus, conficitur etiam, electionem ad Sacramentum Ordinis, neque ad populum, neque ad Principem, neque ad Magiſtratum iure Diuino pertinere: neque enim ad eum electio iure Diuino pertinere poteſt, ad quem Ordinatio nullo modo ſpectat. Id quod non negarent hæretici noſtri temporis, ſi ſemel crederēt, Ordinationem ipſam neque ad plebem, neque ad Principem, neque ad Magiſtratum ſpectare. Idem etiam conſequitur de vocatione, ſeu miſsione: nam cum vocatio, ſeu miſsio ſit iuriſdictio in aliquem ratione Ordinis ad aliquod miniſterium, is qui non eſt miniſter Ordinationis, non poteſt eſſe vocationis, & miſſionis, ſicut etiam neque iuriſdictionis. Id quod diximus de electione ad maiores Ordines, & vocatione, nempè non debere, nec poſſe fieri à plebe, Principe, vel Magiſtratu, eodem modo intelligendum eſt de electione ad minores Ordines, & vocatione: nam licet hi Ordines non ſint Sacramenta; tamen cum ſint diſpoſitiones ad maiores, quæ verè ſunt Sacramenta, electio ad illos, & vocatio ad eundem pertinere debet, ad quem pertinet electio ad maiores, & vocatio. Hæc eadem doctrina catholica aliquibus teſtimonijs, cap. ſequente allegandis confirmari poteſt, eoquòd in illis prohibeatur, electionem fieri conſenſu plebis, & Magiſtratuum: hinc enim rectè ſequitur, eiuſmodi conſenſum iure Diuino requiſitum non eſſe, vt contendunt hæretici, alioquin nullo modo talis electio prohiberi poſſet.

Secunda ratio.

21 Nec electio ad minores Ordines ad populum pertinet,

Electio ad omnes ordines vſque ad ſacerdotium ad Epiſcopos, vel Pontificem ſpectat.

Iam verò dicamus, ad quē pertineat electio, & vocatio miniſtrorum Eccleſiæ: nam de miniſtro Ordinationis præcedente diſputatione ſatis ſuperque dictum eſt. Primum igitur certum eſt, electionē miniſtrorum ad Ordines minores, & maiores vſque ad ſacerdotium, ad Epiſcopos in ſuis diœceſibus iure Diuino pertinere. Idemq; dico de vocatione, ſeu miſsione, ita tamen vt à ſummo Pontifice Romano, eadem quoque electio, & vocatio fieri poſsit. Nam quāuis Epiſcopi ratione ſuæ Ordinationis habeant actiuam poteſtatem iuriſdictionis, vt diximus 1. 2. diſput. 152. cap. 3. & infra in quarto tomo dicemus; tamen applicatio materiæ, hoc eſt ſubditorum, in quos eam exercere poſsint, & debeant, ita ſubeſt poteſtati Pontificis, vt eam aliquo modo variare, & mutare queat, ac proinde poteſt etiam ipſe ſubditos cuiuscumque Epiſcopi ad Ordines eligere, & vocare, ſeu mittere, tribuendo illis iuriſdictionem in alios, prout ei rectè viſum fuerit: atque hoc ſemper ita obſeruatum in Eccleſia fuit, vt vſque ad preſbyteratum omnes ab Epiſcopo eligerentur, & vocarentur, ſeu mitterentur intra ſuam diœceſim, tametſi ad beneficia etiam à Pontifice ſummo aliqui eligantur, & ratione eorum mittantur, ſeu vocentur. Vtrū autem ad hæc duo, videlicet ad electionem, & vocationem miniſtrorum requiratur etiam conſenſus plebis, an non, inferius capite ſequente dicemus.

22

Deinde de electione Epiſcoporū aliqua videtur controuerſia, eoquòd in Eccleſia non fuerit ſemper eadem conſuetudo; nam hodie in vniuerſa Eccleſia electio ad Epiſcopatum fit à ſummo Pontifice Romano, tametſi à Regibus, & Principibus ſecularibus fiat præſentatio, & ab aliquibus Capitulis electio, confirmante ſummo Pontifice, ſicut etiam in Regno Franciæ ab ipſo Rege ex conceſsione ſummorum Pontificum. Antiquitus tamen a Metropolitano, aut Patriarcha, & Comprouincialibus Epiſcopis fiebat. Quod quidem conſtat ex teſtimonijs Anacleti epiſtola 2. cap. 1. Aniceti in epiſtola vnica ad Epiſcopos Galliæ, cap. 1. Concilij Carthaginenſis, 2. canone 12. & refertur canone, *Placet omnibus*, 65. diſt. Arelatenſis, 1. canone 21. Affricani circa tempora Bonifacij, cap. 16. Aquiſgranenſi, ſub Ludouico Pio Imperatore, cap. 9. & ex canone 3. apud Martinum Bracharenſem poſt Concilium 2. Bracharenſe. Adde & Ioannem III. in epiſtola vnica decretali, capit. 2. ad Galliæ, & Germaniæ Epiſcopos, qui aſſerit, non minus quàm à tribus conſecrari poſſe Epiſcopum, & conſenſum Metropolitani requiri, certè non ad ſubſtantiam Ordinationis, quia à tribus tantum facta vera eſſet, ſed ad electionem. Cenſeo tamen, hoc non iure Diuino, ſed ex commiſsione ſummi Pontificis Romani Metropolitanis, & Comprouincialibus Epiſcopis conueniſſe, & eo tempore fuiſſe conceſſum, alioquin non potuiſſet hæc facultas ab eis vllo modo tolli. Id quod manifeſte colligere mihi videor ex Gregorio Magno lib. 2. epiſtolarum, cap. 69. alias epistola

Anacletus. Aniceto. Concil. Carthag. Conc. Arelaten. Conc. Affric. Concilio Aquiſgran. Conc. Brac.

Ioannes tertius.

24

Greg. Mag.

epistola 30. nam cum scripsisset Ioanni subdiacono, vt electio Mediolanensis requisito consensu populi fieret, subiungit. *Tunc cum à propris Episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostræ auctoritatis assensu, solatiante, & auxiliante Domino facias celebrari, quæ mus huiusmodi seruata consuetudine, & Apostolica Sedes proprium vigorem retineat, & à se cõcessa aliis iura non minuat.* Vbi plane affirmat, ius hoc eligendi ad populum, & ad proprios Episcopos, hoc est, comprouinciales ab Apostolica Sede manasse, & ab ea conseruari. Ita ergo conuenit summo Pontifici Romano, vt ipse modũ electionis alijs cõmittere, & præscribere possit, & ita aliquãdo in vsu etiam fuit, vt non ab Episcopis comprouincialibus, sed à clero vniuersa ciuitatis concurrente etiam populo electio fieret, sicut tempore Ambrosij, in cuius electione factum est Hoc autem ex eo probatur, quòd Christus Ecclesiam vniuersam Petro, & successoribus eius, tanquam oues vniuersali Pastori commisit: ad Pastorem autem vniuersalem, & primarium pertinet, alios etiam Pastores assignare, & constituere, seu eligere. Quocirca legimus, Petrum, qui ius Diuinum non ignorabat, non solum elegisse sibi successorem Clementem, sed etiam ad plurimas Prouincias Episcopos misisse: vt scribunt Damasus in suo Pontificali, Innocentius I. in epistola ad Decentium, seu Decenium, quæ est 1. cap. 1.

25

Damasus. Innocent. 1.

Postremo de electione summi Pontificis Romani dicamus, de qua cum certum sit, ab ipsis summis Pontificibus esse modum electionis præscriptum, & Cardinalibus commissum; manifeste consequitur hoc ius primarie in ipso summo Pontifice esse, vt ipse eligere sibi possit successorem, sicut Petrus elegit sibi Clementem, teste Ioanne III. in epistola vnica, quæ est ad Germaniæ, & Galliæ Episcopos, capite primo. Nam si non posset summus Pontifex successorem sibi eligere, neque etiam lege sua positiua alijs præscribere posset modũ electionis, sicut reuera præscripsit, & Cardinalibus tribuit. Contra vero, qui potestatem à Deo habet præscribendi modum electionis alijs, & eum immutandi, prout expedire iudicauerit, cur etiam non habebit successorem sibi eligendi. Et quidem Beatum Petrum elegisse Clementem, vt sibi succederet, negare non possumus: cum id expresse testetur Ioan. 3. in prædicta epistola: nam Linus, & Cletus, non successerunt Petro in Romano Pontificatu, sed ipso viuente absolutè ordinati sunt Episcopi, hoc est sine vlla Ecclesia, vt Petri coadiutores essent, sicut disputatione 241. capite 1. diximus, & idem Ioannes tertius scribit: nullum autem fundamentum habemus, vt asseramus, hoc fuisse Petro ex peculiari priuilegio concessum, vt sibi successorem posset eligere. Scio quidẽ, viros peritos aliquos oppositam sententiã sequutos fuisse, vt Antonium, & Panormitanum in c. *Licet*, de electione, eo quod effectus huius electionis referatur ad tempus, quo iam non est Papa, & ideo videatur nulla, cum tunc iam nõ sit Papa, cuius autoritate id fieri debet: id quod etiam docuit Syluester in summa verbo *Excõmunicatio*, 9. numero secundo. Verum hæc ratio mihi non probatur, nam sicut Pontifex tribuit alijs facultatem, vt post mortem suam successorem eligere possint, cur etiam ipse in vita sua non posset ipsum ita designare, vt ius successionis haberet. Præterea hanc potestatem potuisse illi Deum tribuere, nemo dubitare potest: cumque legamus, Petrum elegisse Clementem sibi successorem, dubitare etiam non debemus, alijs etiam Pontificibus hanc potestatem ipsa Deum tribuisse. Cæterum quamuis dicamus iure Diuino hanc potestatem eligendi successorem sibi, Pontifici Romano concessam fuisse: non proinde asserimus, hunc esse magis conuenientem modum electionis, aut semper Pontificem eo vti posse sine peccato: nam potestas à Deo ita concessa est, vt si hoc modo electio magis expedire iudicetur, fiat, sin minus, alijs committatur, & præscribatur modus illius, & hic modus, vt plurimum minus conueniens est. Porro autem varius fuit modus eligendi Pontificem in Ecclesia Dei post primũ illum, quo Petrus Clementẽ sibi successorem elegit: nã deinde consensu etiam Imperatorũ electio fiebat: etenim postquã Iustinianus Senior Italiam recuperauit, statuit, vt nullus crearetur summus Pontifex sine sua approbatione, quod seruatũ fuit vsque ad Constantinum IIII. qui iuri suo in hac parte cessit. Verum ius hoc potius vsurpatum fuit ab Imperatoribus quam illis iuste concessum. Carolo tamen Magno cõcessit Adrianus I. & Othoni Leo VIII. ius eligendi summum Pontificem, vt constat ex Gratiano, canone *Adrianus*, & can. *In Synodo* 63. d. id quod factum est pro Ecclesiæ defensione, ne alij se se tyrannice huic electioni ingererent. Huic iuri cessit Ludouicus Caroli filius, canone, *Ego Ludouicus*, 63. dist. & Otho. 1.

26

Summus Pontifex eligere sibi potest successorẽ, vt Petrus elegit Clementem.

27

Aliqui hãc potestatẽ summo Põtifici negant. Antonius. Panormitanus.

Syluester.

Refellitur eorum opinio.

28

Varij modi eligendi summũ Pontificem referuntur.

Gratianus.

canone, *Constitutio*, eadem distinctione. Iam vero ad Cardinales, Episcopos, presbyteros, & diaconos hæc electio deuoluta est: ad Episcopos quidem instar electionis aliorum Episcoporum, quæ antiquitus fiebat Archiepiscoporum, videlicet à comprouincialibus, & ita nunc sex Episcopi Cardinales, quasi comprouinciales ad electionem summi Pontificis concurrunt. Præterea presbyteri, & diaconi Cardinales, qui sunt præcipui ex clero Romano, vt sicut in alijs Ecclesijs, videlicet Germaniæ electio fit à clericis canonicis, qui præcipui sunt, ita in Romana Ecclesia fiat à præcipuis ex clero.

29

Ad quos electio summi Pontificis deficiẽtibus Cardinalibus pertineat, controuersia est.

Primũ placitum. *Syluester.*

Verumenimuero controuersia aliqua est, ad quem electio summi Pontificis pertineret, deficientibus Cardinalibus, qui iure Ecclesiastico electores constituti sunt. Syluester in summa verbo, *Excommunicatio* 9. numer. 2. censet, eo ipso fore, vt ad reliquum clerum Romanum electio pertineret, sicut antiquitus ad eum spectabat. Alij vero putarunt fore, vt Concilium generale Episcoporum deberet eligere. Ita docuit Caietanus, tomo primo opusculorum, tract. primo, qui est de potestate Papæ, cap. 13. sicut etiam, inquit, fieri debet tẽpore magni schismatis, quod facile extingui non possit, quando dubitatur de veris, & legitimis electoribus. Alij denique, vt conciliare videantur has duas opiniones, putant fore, vt ad Episcopos vicinos, & reliquum clerum Romanum electio deuolueretur, cum aliqua tamen dependentia, inquiunt, à Concilio generali. Probant autem primũ de Episcopis vicinis, & reliquo clero Romano, quia ab eis ad Cardinales translatum est ius electionis, siquidem antiquitus totus clerus Romanus, & Episcopi vicini Põtificem Romanum eligebant, deficientibus igitur Cardinalibus, ad eosdem deuolui debet ius eligendi. Deinde illud, quod addunt de depẽdentia à Concilio generali Episcoporum, probant, quia penes eos est primaria autoritas eligendi in eo casu summũ Pastorem, eo quod mortuo eo in nullo manet maior potestas, quam in Concilio generali Episcoporum: & ita si Pontifex summus (inquiunt) non esset Episcopus Romanus, neque alicuius peculiaris loci, & Ecclesiæ, sed solum vniuersalis Pastor, ad Episcopos pertineret electio, vel designare electores. Verum quia vnitus est Episcopatus orbis Episcopatui vrbis Romanæ, proxima autoritas eligendi Pontificem summum, deficientibus Cardinalibus, permittenda esset

Tertiũ placitum.

Ratio ea probatur.

30

ab Episcopis totius orbis Episcopis vicinis, & reliquo clero.

31

Verior sententia asserit electionem summi Pontificis deficiẽtibus Cardinali bus ad Concilium generale pertinere. Optima ratio.

Ego tamen cum Caietano existimo primum, in eo casu fore, vt ad Concilium Episcoporum totius orbis electio iure Diuino pertineret, neque vllo iure tenerentur ad relinquendum alijs electionem, nisi ipsi eam vltro vellent alijs committere, & alios electores assignare. Deinde opiniones Caietani, & Syluestri, neque eo modo, nec alio recte posse conciliari. Priorem partem huius nostræ opinionis facile probare possumus, quia deficiẽtibus Cardinalibus, nullus ad eligendum succedere posset iure Ecclesiastico, eo quòd iure Ecclesiastico nihil in eo casu statutum habemus, neque statui oportuit, cum casus videretur impossibilis: ergo qui deberent succedere, iure Diuino successuri essent, atqui Episcopi vicini, & clerus Romanus succedere non posset iure Diuino, sed tantum Ecclesiastico; contra vero Concilium generale iure Diuino, nõ Ecclesiastico: nã si electio summi Ponticifis Romani, aliquando penes clerum Romanum, & Episcopos vicinos fuit, non iure Diuino, sed tantum Ecclesiastico ad ipsos spectauit. Quare si in eo casu ad eos deuolueretur, ex eo quòd penes ipsos aliquando fuit, iure etiam Ecclesiastico, nõ Diuino deuolui deberet: iure autem Ecclesiastico deuolui nõ posse, iam probatum est, quia iure Ecclesiastico nihil pro eo casu statutum est. Porro autẽ fore, vt pro bono vniuersali Ecclesiæ iure Diuino ad eos potius deuolueretur, quã ad Concilium generale, neque Aut restertiç opinionis concedent, cum ipsi etiam in genue fateantur, summam potestatem, ad eligendũ in eo casu fore penes Cõcilium generale. Cumque hæc ratio nostra non solum cõuincat ius eligendi Põtificem summum, etiam quatenus summus Põtificatus orbis cõiunctus est cũ Pontificatu vrbis Romanæ, ad clerum Romanum, & vicinos Episcopos iure solum Ecclesiastico pertinere, cõuincitur quoque, iure Diuino ad ipsos in eo casu deuolui nõ posse, etiã ratione coniunctionis Pontificatus orbis cum Pontificatu vrbis. Cõtra vero in eo casu fore, vt potestas eligendi ad Concilium generale iure Diuino pertineret, patet, quia summa potestas, quæ tũc in Ecclesia maneret, penes Concilũ generale esset, ad ipsum igitur electio spectaret, cum summa electio ad summam potestatem pertinere debeat: id quod non solum consequitur de electione Pontificis, quatenus eius Pontificatus est orbis, sed etiam vrbis Roma-

32

33

nus

næ: quia & hac ratione nulla alia potestas reliqueretur in eo casu, vt probatum est. Hinc autem etiam fit, vt Episcopi in eo casu non debeant permittere clero Romano, & Episcopis vicinis, vt eligant Pontificem, quasi ad ipsos potius ius eligendi pertineat, quia reuera non pertinet, nisi ratione incommodorum, quæ ex conuocatione Concilij, aut ex electione, si ab eo fieret, consequerentur: sic enim per literas omnes, vel maior eorum pars committere possent, & deberent electionem, vel toti clero Romano, & Episcopis vicinis, vel aliquibus ex illis. Adde, quòd Doctores tertiæ sententiæ sibi contradicere videntur, dicunt enim ex vna parte, in eo casu fore, vt ius eligendi ad vicinos Episcopos, & clerum Romanum pertineret, cum dependentia tamen (inquiunt) à Concilio generali: ex alia vero asserunt, in eo casu Episcopos debere permittere clero Romano, & vicinis Episcopis liberam electionem: nam si Concilium id permittere deberet, nec posset impedire, aut immutare, non video quo pacto clerus, & Episcopi vicini à Concilio generali in eo casu penderent.

Aliquando liceret Episcopis totius orbis electionem clero Romano, vel Episcopis vicinis committere & ad id tenerí possent.

Quo pacto consensus populi in electione ministrorum requirendus sit.

CAPVT IIII.

34 OSTENDIMVS Iam capite præcedẽte, consensum plebis, & Magistratuum, seu Principum secularium, non ita requiri ad electionem ministrorum, vt sine illo eorum Ordinatio irrita sit, iam vero vtrũ aliquo alio modo requiratur, an non, videamus. Negare certe non possumus, aliquo tẽpore in Ecclesia Dei electiones Episcoporum, & Ministrorum fieri solitas, non sola voluntate Episcoporum, & Ecclesiasticorum, sed etiam populi: verum dici non potest, consensum populi ita fuisse requisitũ, vt sine illo Ordinatio ministrorum facta vera non esset, sed irrita, & inanis, vt hæretici contendunt, contra quos præcedente capite disseruimus: neque vt recte fieret electio, ita fuisse requisitum consensum plebis, vt iure Diuino necessarius iudicaretur: id enim colligi nulla ratione potest ex testimonijs, ex quibus constat prædictum modum electionis in Ecclesia Dei receptũ fuisse: neque cum doctrina catholica constare potest. Nam si eiusmodi cõsensus iure Diuino necessarius iudicaretur, saltem vt recta fieret electio, licet non requireretur, vt vera esset Ordinatio, non posset iure Ecclesiastico, aut cõsuetudine vlla introduci, vt legitima esset electio, & recte facta sine consensu populi, quod est absurdum: nunc enim talis consensus minime requiritur, & tamen dici nõ potest, electiones nõ recte fieri. Et primũ si de antiqua Ecclesia tempore Apostolorũ sit sermo, nõ video, consensum populi ad electiones ministrorũ Ecclesiæ fuisse requisitum, nã quod Actor. 6. electi fuerint septem diaconi, postquam placuit multitudini, vt eligerẽtur, non satis est, vt asseramus, ad electionẽ ministrorũ Ecclesiæ tunc requiri consueuisse cõsensum populi. Namque, vt probauimus disput. 236. cap. 4 illi septem tunc non fuerunt electi ad ministerium altaris, & templi, sed ad mensas pauperum: cumque hæc electio facta fuerit ad sedandum tumultum, qui in multitudine fuerat exortus circa ministerium viduarum, pro quibus illi septem erant subrogandi: recte quidem factũ est, vt consensus totius multitudinis requireretur: contra verò cum agitur de electione ministrorum Ecclesiæ tempore Apostolorum, nullum legimus consensum populi requisitum, præsertim cum Apostoli in varias mũdi regiones Episcopos mitterent; quinimo legimus Paulum ad Titum 1. ita scribẽtem. *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas, & constitutas per ciuitates presbyteros, sicut & ego dispossui tibi*, vbi nullum exposcit populi consensum, sed tãtum, vt Titus seruet formam ab ipso traditam. Quod vero respondet Kemnitius in examine Concilij Tridentini, in disputatione de Sacramẽto Ordinis, Episcopos, quos Apostoli mittebant ad infideles, elegi consueuisse à plebe illius Ecclesiæ, vbi ordinabantur, commentitium planè est, & friuolũ. Tum quia sine vllo fundamento dicitur: tũ etiam quia si aliqua ratione consensus populi ad electionem ministrorũ iure Diuino esset requisitus, maxime ne cogeretur populus recipere ministrum, quem neque nouit, neque desiderauit: hac autem ratione non consensus populi, à quo mitterentur ministri, sed eius, ad quem mitterentur, necessarius esset. Adde etiã, quod nõ videtur rationi cõsentaneũ, vt vnus populus cõsensum prebeat in electionẽ ministrorum alterius. Deinde negari etiã nõ potest aliquo posse tẽpore ad electionẽ ministrorũ cõsensum populi requiri cõsueuisse, & aliquo tẽpore

35 Tempore Apostolorum, nõ fuit requisitus populi consensus ad electiones ministrorũ Ecclesiæ. *Actorum 6*

36 *Ad Titum 1*

Kemnitij responsum

Refellitur primò.

Secundò.

Aliquotempore electiones in Ecclesia ex cõsensu populi sunt factæ.

hanc consuetudinem in Ecclesia perseuerasse: nam tempore Cypriani ita in more posſitum fuisse, legimus apud ipsum lib. 1. epistola 4 ante medium, quę nũc in ordine est. 68. & in tempore Concilij Nizæni in epistola ipsius ad Ecclesiam Alexandrinam post medium, quam memorat Theodoretus lib. 1. historiæ cap. 9. vbi dicitur. *Quod si forte eorum, qui Ecclesiæ fungantur muneribus, diem suum obibit, tunc vnus ex illis, qui nuper in Ecclesiam asciti sunt, modò idoneus videatur, & populus illum eligat, Episcopusque Alexandriæ ei suffragetur, atque adeo populi electionem confirmet.* Huius quoque consuetudinis meminit Chrysostomus lib. 3. de sacerdotio, colum. 14. parum a principio, eamque deplorat his verbis. *Vis, & aliud tibi pugnæ huius genus aperiam, periculis mille plenum? ito hinc iam, ac publica festa spectato: ea dico, in quibus dignitatum Ecclesiasticarum electiones de more fiunt, & tam multis videbis inibi criminationibus lacerari Episcopum, quanta est tota illa subditorum multitudo.* Idem constat ex epistola Concilij primi Constantinopolitani ad Damasum, & Ambrosium, quam refert idem Theodoretus lib. quinto historiæ capite nono, ex Leone epistola 89. aliàs 87. quæ est ad Episcopos per Vienensem Prouinciam, capite 5. in principio, & ex Gregorio Magno lib. 2. epistolarum cap. 69. aliàs epistola 30. ex Ambrosio lib. 10. epistola 82. & ex alijs testimonijs, quę habẽtur apud Gratianum distinct. 23. 24. 62. 63. 65. 68. tametsi Ambrosius loco citato, non tam electionem, quàm postulationem Prælati populo tribuere videtur; quę duo differunt, vt patet ex iure: nam postulatio est alicuius personæ ad dignitatẽ canonica facta vocatio, de qua extat titulus in decretalibus distinctus ab eo, qui est de electione. Cæterũ cum procedente tempore magna incõmoda ex huiusmodi publico populi conuentu, & consensu ad electionem orirentur: vt constat ex verbis Chrysostomi proxime citatis, hæc consuetudo è medio ita sublata est, vt pro electione canonice facienda cõsensus populi non ita requireretur: tametsi ea consuetudo manserit, vt publice ex altari Episcopus interroget, Archidiaconũ, vtrum ordinandi in diaconos digni sint, & ille respondeat: *Quantum humana fragilitas nosse finit, & scio, & testificor ipsos dignos esse ad huius onus officij*: postea vero addat Episcopus: *si quis habet aliquid contra illos, pro Deo, & propter Deũ cũfiducia exeat, & dicat.* Quinimo antequã ab Episcopo literas dimissorias, pro Ordinibus suscipiẽdis vllus habeat, de genere, de moribus, & vita, ætatę, & doctrina Episcopo constare debeat: vt definitum est in Concilio Triden. sessione 23. cap. 7. *De reformatione*, ad quod non solum Ecclesiastici, sed etiam alij de populo testes adhibentur. Atque idcirco Archidiaconus respondet Episcopo in altari, eos dignos esse, qui ad diaconatum promoueantur.

Hanc consuetudinem de conuentu populi ad electionem requisito, in posterioribus Concilijs omnino sublatam fuisse existimo, sicut etiam notauit ex Græcis hoc nostro seculo Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus ex Zonara in censura Orientalis Ecclesiæ cap. 14. & citat ad hoc canonem Concilij Laodicæni. In Concilio igitur Laodicæno canone 13. & refertur canone, *Non est permittendum* 63. d. celebratũ fuit hoc Prouinciale Concilium, sub fine Pontificatus Liberij, vel initio Pontificatus Damasi, cuius aliqui canones approbantur in 6. Synodo in Trullo, vt videre licet canone 24. & 29. In eo igitur canone dicitur, non esse permitendũ turbis electionem facere eorum, qui sunt ad sacerdotium promouendi. Quamuis reuera post hoc Cõcilium consuetudo illa permanserit, vt patet ex testimonijs citatis. Respondet tamẽ Caluinus, in eo canone nõ excludi omnino turbas, sed solum definiri, vt non solæ turbæ eligant, sed intersint etiam seniores. Futilis tamen, & inanis interpretatio est, quoniam antiquitus in ipsa turba seniores quoque intererant ad electionem cum vniuersus populus conuocaretur. Idem statutum legimus apud Martinum Episcopum Bracharensem in libro capitulorum ex Græcorum Synodis collecto. canone 1. & refertur à Gratiano canone: *Non licet populo*, 63. d. alij vero referunt ex Concilio Martini Papę apud Martinum Bracharensem. Burcardus tamen lib. 1. sui decreti cap. 10. refert ex Martino Bracharensi. Nullum autẽ video fundamentum, vt referatur ex Martino Papa in Concilio, vel alibi apud Martinum Bracharensem: tũ quia Martinus Bracharensis non ex Latinis, sed ex Græcis Synodis canones illos collegit, vt ex titulo constat: tum etiam quia Concilium Lateranense, sub Martino I. postea celebratum est, & hic can. in illo nõ habetur: sed Gratianus deceptus nomine Martini, putauit esse Martini Papę. In Gõcil. autẽ Nizęno 2. quod est 7. Synodus generalis can. 3. post omnes actiones solũ legimus veritã electionẽ Episcopi

Cyprianus. Concilium Nizænum. *Theodoretus.* *Chrisostom.* *Concil. Cõstantinopol. Damasus. Ambrosius. Theodoretus Leo. Gregorius.* *Gratianus.* *Conc Trid.* *Caluini Respõsio.* *Martinus. Gratianus.* *Burcardus.* *Concilium Nizænum.*

38 39 40 41

40 Consuetudo, quæ erat in Ecclesia de cõsensu populi ad electiones postea sublata est. *Hieremias. Zonara. Concilium Laodicę.*

Expeditur

scopi presbyteri, aut diaconi facta interuen tu Principũ secularium, non quasi ab illis solis prohibeatur, sed quod nemo ipsis Magistratibus vti possit ad Ecclesiam, aut Ordinem obtinendum: intelligit autem, non quod antea magistratus ex iure ad hanc electionem admitterentur, & deinde velit Cõcilium, eos non admitti, sed ne fiat electio ab Episcopis autoritate, & vi Magistratuũ ad eligendum adductis: & ita titulus canonis est: *Electiones Episcoporum, quæ vi Principum procedunt, infirmari debent.* Denique in Concilio 4. Constantinopolitano, quod est octaua Synodus generalis, sub Adriano 2. canone 22. & refertur canone, *Nullus laicorum*, 63. d. arcentur omnes seculares etiam Magistratus, & Principes ab electione Patriarchæ Metropolitani, & cuiuslibet Episcopi. Legimus tamen post 6. Synodum in Concil. Aurelianensi 5. circa tempora Pelagij Papę celebrato, canone 10. Principes, & plebem ad Episcoporum electionem admitti, & consensum præbere: idque iuxta canones antiquos obseruari consueuisse. Eãdem quoque consuetudinem retentam fuisse, & perseueransse vsque ad tempora Gregorij Magni, constat ex lib. 2. Epistolarum cap. 49. aliàs epistola 30. Cęterum prędictã Concilia, & Patres non prohibuerunt conuentum, & consensum populi ad electionem contra aliquos hæreticos, qui eo tempore putarent, ius electionis ad Magistratus, & populum iure Diuino pertinere, sicut hęretici nostri temporis postea dogmatizarunt: sed quia cum ante ex consensu Ecclesiæ populus, & Magistratus ad electionem eo modo, quo diximus, admitterentur, & inde non pauca, nec parua incõmoda orirentur, valde cõueniens visum est, ad solos Ecclesiasticos hanc electionem reducere, sicut primo in Ecclesia fuerat. Quo circa his testimonijs vtendum non est contra hęreticos nostri temporis, nisi ea dumtaxat ratione, quia si ad laicos Magistratus, & populum ministrorum Ecclesiæ electio iure Diuino pertineret, nullo iure Ecclesia ſlico ab hac electione arceri possent: cum igitur prohibiti fuerint iure Ecclesiastico, vt patet ex dictis, consequitur, iure Diuino ad eos non pertinere. Porro autem incommoda, quæ ex hoc modo eligendi orirẽtur, satis manifesta sunt, & Chrysostomus loco citato deplorat, ideoque ea hoc loco referre non oportet. Quod vero aliquo tempore in Ecclesia, hęc consuetudo eligendi obtinuerit, & tollerata fuerit, mirum non est, quia eo tempore, cum pauciores essent fideles in fide feruentiores, & perfectiores in moribus, quam hoc tempore, Ecclesia in his electionibus non ea patiebatur incommoda, quæ postea crescente numero populi fidelis oriri cęperunt: adde, quod ea incommoda, quæ ex aliqua lege, aut consuetudine oriuntur, non statim posita lege, aut introducta consuetudine, sed aliquantum post tempore oriri solent, vt experimento in multis confirmatum est.

42 Conc. Constantinop. Concil. Aurelianens. Gregor. Magn. 43 Cur fuerit aliquando permissus populi consensus ad electionẽ Ecclesiæ. 44

Diluuntur argumenta hæreticorum nostri temporis contra prædictam doctrinam catholicam.

CAPVT V.

MATTHIAS Illiricus in libro de electione Episcoporum, omnia argumenta hæreticorum nostri temporis in vnum collegit, quæ noster Bellarminus tomo primo, libro primo de clericis, capite septimo recte dissoluit, & nos etiam hoc loco diluemus. Primum argumentum desumptum est ex illo Matth. 18. *Quæcumque alligaueritis super terram, &c.* Putat enim Illiricus, hanc promissionem factam fuisse toti Ecclesiæ, hoc est, multitudini, & non tantum Episcopis. Nam illis (inquit) hæc verba dicta sunt, quibus in eodẽ capite dictum fuerat: *Si peccauerit in te frater tuus, &c. vade corripe eum inter te, & ipsum solum, &c.* Hoc autem toti multitudini Ecclesiæ, hoc est, singulis fidelibus dictũ fuit. Neque obstat, inquit, quod Matth. 16. Petro, & nõ multitudini, videãtur claues promissę illis verbis: *Tibi dabo claues Regni cœlorum, &c.* nam, vt Augustinus tract. 124. in Ioannem à medio interpretatur, hęc promissio facta est Petro, prout gerebat personam Ecclesiæ, & multitudinis. Respondeo in illo cap. 18. Matthęi, ita promitti Ecclesię potestatem ligandi, & soluendi, vt promittatur Prelatis multitudinis, non autem reliquis, & per Prelatos tota multitudo dicatur soluere, & ligare, sicut per capita. Neque vero prędicta verba referũtur ad eos, quibus antea dictũ fuerat in eodẽ cap. *Corripe inter te, & ipsum solũ*; sed ad illud, *Dic Ecclesiæ*, quæ quidẽ ita intelligunt Chrysost. homilia 61. in Matthæum, & Euthymius in

Matthias Illiricus. Bellarminus Primum argumẽtum hæreticorum. Matth. 18. 45 Matth. 16 Augustinus Soluitur primum argumentũ Expenditur locus Matth. 18. Chrysost. Euthymius

in eum locum, vt per Ecclesiam denotentur Præpositi, nō autem reliqua multitudo: sicut Respublica dicuntur Præpositi multitudinis, & id, quod ad ipsos defertur, ad Rempublicam deferri dicitur. Idque recte inde probatur, quia reliqui de multitudine Ecclesiæ nihil iuuare possent in eo casu, de quo Christus tunc loquebatur. Et quamuis cum Theophylacto de tota multitudine illud intelligeremus: ita vt postquam peccatum duobus, aut tribus testibus manifestū est, & illi nihil proficere potuerunt, liceat è suggestu corā multitudine diuulgare peccatum: tamen illud quod postea subditur: *Si Ecclesiā non audierit*, de solis Prælatis intelligi debet, nam illis solum cōuenit modum debitum correptionis supra priorem antea coram testibus factum adhibere: non tamen toti multitudini, quia id nequaquam facere, aut proficere posset. Illud autem Matth. 16. *Tibi dabo claues Regni cælorū, &c.* etiam secundum sententiam Augustini intelligendum est, dictum fuisse Petro, non reliquo populo, aut multitudini. Nam quamuis dictum sit Petro, quatenus gerebat vicem, & personam Ecclesiæ: sicut notauit Augustinus, non propterea intelligitur dictum singulis de multitudine, sed ipsi soli prout capiti Ecclesiæ; sic enim dicitur personam gerere Ecclesiæ, & Ecclesia facere, quod ipse facit, veluti non quæcumque promittūtur, aut dantur Regibus, & Magistratibus, & ipsis conueniunt, quatenus capita sunt Rerū publicarum, cōceduntur, aut conueniunt reliquo populo.

46

Theophylactus.

47

Secundū argumentum. *Ioannis. 10. Matthæi 7. Ad Gal. 1.*

Secundum argumentū Illirici: Ioan. 10. præcipit Christus, vt non audiamus vocem alienorum: & rursus Matth. 7. vt fugiamus falsos Prophetas & falsos Apostolos: & ad Galat. 1. vt anathema dicatureis, qui aliquid contra Euangelium docēt: ergo populus Christianus, & non tantum Prælati præceptum habent, vt quērant, & eligant sibi bonos pastores. Respōdeo, singulos de multitudine Principes, & Magistratus, imo, & alios, qui quamuis rudes sint, sciunt falsam doctrinam à vera distinguere, & audiūt aliquem Pastorem, aut Doctorem, doctrinam manifeste falsam prędicantem, debere quidem ipsum fugere, & tamquam ethnicum, & publicanum eum habere, & anathematizare, nec vllo modo auscultare: id autē intelligit, si viderint eiusmodi Doctorem, in doctrina discrepare ab ea, quæ cōmunis est in Ecclesia, & ab omnibus vt orthodoxa, & catholica traditur. Inde tamen nō sequitur ad ipsam multitudinem, aut Magistratus iure Diuinō pertinere electionem Pastorum. Princeps tamē, & Magistratus, si potest impedire, debet, ne hæreticus aliquis in Pastorem multitudinis eligatur: ad hoc enim officij sui lege tenetur, vt bono multitudinis prospiciat, & mala seu damna, quę ei imminent, impediat. Præterea totis viribus curare debet, vt Pastor hæreticus, & qui falsam doctrinam contra fidem nostrā populo tradit, deponatur, aut emendetur, eius tamen depositionem, & emendationem capiti totius Ecclesiæ relinquere, sicut etiam electionem, vt hac ratione in Republica Christiana debitus ordo seruetur.

48

Soluitur secundum.

Tertium argumentū. Episcopi sunt ministri Ecclesię, non Domini, & præterea Ecclesia est columna, & firmamentum veritatis; ergo summa potestas est penes Ecclesiam, non penes Episcopos, & ita ad Ecclesiam electio Pastorum pertinebit. Respondeo, Episcopos esse quidem ministros Ecclesiæ, non quia singuli suis Ecclesijs, hoc est, reliquis fidelibus de sua Ecclesia obedire debeant vt serui, sed quia pro omnibus laborant. Et ita reliqui omnes ipsis potius parere debent: tametsi singuli Pastores, excepto Romano Pontifice, toti vniuersali Ecclesiæ obedire debeāt, & inferiores sint. Per totam autem vniuersalem Ecclesiam nō intelligo omnes fideles laicos, sed Concilium vniuersale Episcoporū legitime congregatum, & approbatum, qua ratione Ecclesia dicitur firmamentum, & columna veritatis. Cæterum ad hanc non pertinet electio singulorum Pastorum, nisi in casu, quem capite tertio diximus, sed ad caput supremum totius iure ordinario, & ex officio: ad alios autem comprouinciales Episcopos ex commissione, vt ita debitus ordo seruetur.

Tertiū argumētum.

Reijcitur.

49

Quartum argumentū Actorū 1. Refellitur.

Chrysostom.

Quartū argumentum desumunt hęretici ex electione Matthię, Actor. 1. quæ facta fuit consensu multitudinis. Respondeo autem, Petrum, ita voluisse fieri electionem, non quia nō liceret ipsi soli eligere, id enim licebat: vt notauit Chrysostomus ibidem, sed ne cui videretur gratificari, aut quod probabilius existimo, sicut cap. 2. ostendi, Matthiam nō fuisse electum consensu multitudinis, sed vera sorte.

Quintū argumentū Actorum 6 Solvitur.

Quintū argumentū depromūt ex electione Stephani in diaconum Actorum sexto. Verum ad hoc iam diximus capite præcedente, hanc electionem non fuisse tunc factam ad munus altaris, & cum posset fieri à solis Apostolis, imo à solo Petro, diximus qua ratione Apostoli voluerint consensum multitudinis requirere, cum tamen id in

50

alia

alia electione non fecerint.

50 Sextum argumentū. Actorū 14.

Sextum argumentum accipitur ex illo Actorū 14. *Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas ciuitates presbyteros.* Nam pro *Conſtituiſſent*, eſt Græcum participium, χειροτονήσαντες, quod Latine conuertitur: *Et cū elegiſſent per ſuffragia.* Eo quòd verbum χειροτονέω, denotat quaſi manus tendere, ſeu attollere in ſignum ſuffragij ad electionem, & ita ſignificat, eligo, conſtituo, ſuffragijs creo. Reſpondet Bellarminus, prædictum verbum tria denotare, primo eligere per ſuffragia, ſecundo eligere, & conſtituere ſeu decernere: nam quamuis ethymologia ſumpta ſit à manuū eleuatione, perquam antiquitus ferebatur ſuffragium ad electionem alicuius, tamen extenſum fuit verbum ad denotandam omnem electionem. Et ita Actor. 10. vbi Vulgata legit. *Teſtibus præordinatis à Deo*, pro *præordinatis*, eſt participium προκεχειροτονημένοις, ab eodem verbo. Manifeſtum tutem eſt, ibi non denotare electos per pluriū ſuffragia. Tertio inquit, vſu Eccleſiaſtico iam denotare, idem quod ordinare, vt fuſsius probauimus ſupra. Reſpondet igitur argumento verbum illud in eo teſtimonio Actorum 14. accipi ſecundo, ac tertio modo, & ita nihil inde probari. Adde etiam, quod licet ſumeretur primo modo nō proinde ſequeretur, ſuffragijs plebis presbyteros illos cōſtitutos fuiſſe, ſed ſatis eſſe, ſi diceremus ſuffragijs ſolum Pauli, & Barnabæ electos fuiſſe presbyteros illos. Nam de illis ſolum dicitur cum reuerſi eſſent Lyſtram, Iconiū, & Antiochiam, conſtituiſſe illis per ſingulas Eccleſias presbyteros: cum enim nulla prorſus de plebe, ſed ſolùm de Paulo, & Barnaba mentio facta fuerit, nulla ratione ſuſpicari poſſumus, electionem illam factam fuiſſe ſuffragijs populi, & non ſolùm Pauli, & Barnabæ. Quinimo licet concederemus factam fuiſſe ſuffragijs totius populi, non perinde inferre liceret, electionem illam ad populum iure Diuino pertinuiſſe. poterāt enim omnes ad electionem admitti, ſicut in electione Stephani, Actorum ſexto factum eſt, ex ſola volūtate Pauli, & Barnabę, quia viderent tunc ita expedire.

Reſpōſio. Bellarmin.

Actorū 10

51

Alia ſolutio Autoris

52 Actorum 6.

Tria alia argumenta deponit Illiricus ex teſtimonijs Patrum, inter quæ vnum tantum eſt, quod aliquid habet difficultatis. Teſtimonia vero ſunt Cypriani lib. primo, epiſtola quarta, quę nunc eſt in ordine 68. Secundum eſt Concilij Nizęni, in epiſtola ad Alexandrię Epiſcopos, quam refert Theodoretus lib. primo hiſtoriç, capite 9. Tertium eſt Concilij generalis Conſtantinopolitani primi ſub Damaſo in epiſtola ad Damaſum, Ambroſium, & alios, quam refert Theodoretus libr. quinto hiſtoriç capite 9. Omiſsis tamen his duobus poſterioribus, quibus illud tantum probari poteſt, eo tempore in more poſitum fuiſſe, vt vniuerſus clerus, & populus ad electionē huiuſmodi admitterētur, quod non negamus: imo ex his teſtimonijs, & alijs ç. præcedēte deduximus, nō tamē iure Diuino populo, aut clero id cōuenire. Solū ex teſtimonio Cypriani libet in præſenti argumentū colligere: ait enim in ea epiſtola in hunc modū. *Propterquod plebs obſequens præceptis Dominicis, & Deū metuēs, à peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ſe ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere, quādo ipſa maximè habeat poteſtatē, vel eligēdi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi. Quod & ipſū videmus de Diuina autoritate deſcendere, vt ſacerdos plebe præſente ſub omnium oculis deligatur, & dignus, atque idoneus publico iudicio, ac teſtimonio examinetur.* Reſpondet Cardinalis Bellarminus duobus modis, quorum poſterior eſt, Cyprianum eo loco non tribuere populo ius aliquod eligendi miniſtros, ſed tantum ferendi teſtimonium de vita, & moribus eligendorum: id quod nunc etiam ſeruatur in Eccleſia. Quo circa habet ius contradicendi teſtimonium ferendo, ſi quid mali de eligendo nouit, quo reddatur indignus electione. Ego tamen arbitror ex ſententiam Cypriani eo tempore populum habuiſſe ius eligendi, ſicut præcedente capite notauimus: id enim aliquando in Eccleſia Dei vſu receptum fuiſſe manifeſte ibi oſtendimus: quare mihi placet prior reſponſio videlicet, vt negari non poſsit, eo tempore ius eligendi partim etiam ad populum ſpectaſſe; id tamen ex conceſsione Romani Pontificis, & Eccleſiæ, non autem Diuino iure, vt contendunt hæretici. Cum vero ait Cyprianus: *Id de Diuina autoritate deſcendere*, per *autoritatem Diuinam*, non intelligit præceptum, ſeu ius Diuinum, ſed exemplum ex ſacra Scriptura depromptum, inſtar cuius, inquit Cyprianus, fieri debere electionem noſtrorum miniſtrorum coram populo, & ipſo etiam conſentiente: dicit enim Epiſcopum eſſe eligendum coram populo, ſicut legimus Numerorum 20. electum fuiſſe Eleazarum. Actorum 1. Mathiam, & ſeptem diaconos. Actorum 6.

Septimo ex Patribus arguunt Hæretici. Cyprianus. Concil. Nicenum.

Conc. Conſtātin opol.

53 Expenditur locus Cypriani pro ſententia Hæreticorum.

Bellarmin. Reſponſio

Vltimum argumentum hæreticorum.

Poſtremo denique arguit ex conſuetudine Eccleſiæ: inquit enim ſolum à tem-

pore Frederici II. qui obijt anno 1300. laicos excluſos fuiſſe ab electione miniſtrorum: id quod probare contendit ex Gregorio IX. qui fuit tempore Frederici II. quod in cap. *Maſſana. De electione*: & in epiſtola ad Epiſcopum Bremenſem, quæ extat apud Krantzium lib. 8. Metropolis, cap. 3. ſtatuitur, vt nulla electio Epiſcopi per laicos ſimul cum canonicis fiat. Verum in primis quamuis id, quod ait Illiricus de excluſione laicorum ab electione, verum eſſet, neſcio qua ratione inde colligere poſſet, iure Diuino conuenire laicis poteſtatem eligendi miniſtros Eccleſiæ, cum multa videamus in Eccleſia à tempore Apoſtolorum vſque ad hoc ſine intermiſione ſeruata, & numquam abrogata, quæ tamen ſolo iure Eccleſiaſtico ſunt inſtituta, quale eſt ne bigamus ordinetur, ſed irregularis ſit. Quare licet poteſtas eligendi penes laicos ab initio Eccleſiæ ſine interruptione fuiſſet, non liceret inferre, iure Diuino eam ad laicos pertinere. Addit quoque Bellarminus, deceptum fuiſſe Illiricum in eo quod putauit cap. *Maſſana*, eſſe Gregorij IX. cū ſit, inquit, Honorij III. qui antiquior fuit Gregorio IX. Verum in decretalibus Gregorio IX. aſsignatur cum ſeptem alijs capitibus præcedentibus. Rectè tamen Bellarminus redarguit Illiricum, ex eo quod electio Alexandri III. ante annos 400. facta fuerit à ſolis Cardinalibus, vt patet ex Radeuico, lib. 2. de rebus geſtis Friderici I. cap. 50. & ſequentibus; imo & electio Gregorij VII. ante annos 500. vt patet ex decreto electionis eius apud Platinam. Cōſtat etiam ex Concilijs citatis cap. præcedente, multò antea ius illud eligendi laicis conceſſum, derogatum fuiſſe: & primū quidem in Concilio Laodicęno, quod celebratum fuit ante 1200. annos.

Krantzius.

Redarguitur primo.

55

Bellarminus

Redarguitur ſecundo.

Radeuicus.

Platina.

Concil. Laodicenum.

De ſexu neceſſario requiſito in ſuſcipiēte Ordines. Diſ. 245

Mulieres in diaconiſſas, ſacerdotiſſas, & Epiſcopiſſas vere ordinari poſſe, hæretici exiſtimarunt. Cap. 1.

Mulieres neque vllo Ordine, neque prima tonſura poſſe initiari, vera ſententia eſt. Cap. 2.

Conuellūntur fundamenta hæreticorum. Caput. 3.

Mulieres in diaconiſſas, ſacerdotiſſas, & Epiſcopiſſas vere ordinari poſſe, hæretici exiſtimarunt.

CAPVT I.

EGIMVS In præcedentibus de hoc Sacramento, & de omnibus Ordinationibus ſecundum ſe, & de miniſtro, qui Ordines conferre poteſt, reſtat vt de recipiente, & de ijs, quæ ratione Ordinationis ei conueniūt, in ſequentibus diſputationibus diſſeramus. Circa ipſum autem recipientem tria conſiderāda ſunt, ſexus, ætas, & qualitas, de quibus ſigillatim tractabimus, & in hac diſputatione de primo, videlicet de ſexu. Circa quem fuit per antiqua hæreſis Kataphrygarum, teſte Autore commentariorum, Pauli apud Ambroſium in illud 1. ad Timoth. 3. *Mulieres ſimiliter pudicas, &c.* non tantum viros in diaconos, ſed etiā mulieres in diaconiſſas, ſcilicet altaris, ordinari debere. Hi fuerunt diſcipuli Montani, & Priſcillæ, & Quintillæ, & ideo Montaniſtę dicti ſunt, à vico autem Pepuza, ex quo oriundi erant Montanus, & duæ illæ mulieres prophetiſſę ipſius, diſcipuli eius dicti ſunt etiam Pepuziani, à regione autē Phrygiæ Phryges. Et quia ſectæ Montaniſtarum diuiſę fuerunt in varias nationes: ideo quidam eorū dicti fuerūt Kataphrygas, hoc eſt Montaniſtæ ſecundùm Phryges, vt notauimus 1. p. diſput. 108. cap. 1. apud nullum autē alium ex antiquis præter Epiphanium legi hunc errorē fuiſſe Kataphrygarum. Quo autem tempore fuerint Montaniſtæ, in ea diſputatione notaui. Epiphanius igitur aduerſus hęreſes, hæreſi 49. agēs de hęreticis Quintillianis, Pepuzianis, Artotyritis, ac Priſcillianis, quos omnes eoſdem eſſe putauit cum Cataphrygis, non tantum hunc errorem eis tribuit, quod mulieres in diaconiſſas altaris ordinarent, ſed etiam quod ex mulieribus presbyteros, & Epiſcopos haberent. Auguſtinus vero lib. de hæreſibus cap. 27. de Pepuzianis refert, ex mulieribus ſacerdotes habuiſſe: omnes autē illos hęreticos eiuſdē ſectę fuiſſe, patet, quia Mōtanus adhibuit ſecum duas mulieres prophetiſſas, alteram Quintillam, alteram Priſcillam magiſtras eorun-

1

Cataphrygarum hæreſis. *Pſeudo Ambr.*

2

Epiphanius.

Montaniſtæ Quintilliani. Priſcilliani. Pepuziani. Artotyritæ. [illegible]

eorundem errorũ. Quo circa à Montano di
3 cti sunt Montanistæ, à Quintilla Quintilliani, à Priscilla Priscilliani, à loco vnde Magistri erant oriundi, vt supra notauimus, Pepuziani, à regione Phrigiæ Kataphrigæ, Artotyritæ autem vocati sunt, eoquòd in mysterijs suis apponerẽt panem, & caseum, vt vidimus supra 3. tomo, disp. 170. cap. 1: vbi etiam horum hæreticorum mẽtionem fecimus. Hi ergo omnes in eodem errore, quod attinet ad Ordinationem mulierum, fuisse, certissimum est. Kataphrygibus tamen annumerari possunt Colliridiani, quòd teste Epiphanio aduersus hæreses hæresi 79. apud eos mulieres quædã sacerdotissæ ad sacrificandum constituerentur: vtrum autem cęremonia Ecclesiastica constituta pro viris fœminæ Colliridianorum etiam ordinarentur, non explicat Epiphanius; nihil enim aliud refert, quá quod in die quadam illustri anni mulieres panem in sacrificium Beatæ Mariæ Virgini offerrent. Suspicor autem has mulieres ritu Ecclesiastico solitas non fuisse ordinari, sed simpliciter tantum designari ad illud ministerium. Demum Sigibertus in suo chronico sub anno Domini 526. scribit, hæresim Acephalorum eo anno abdicatam, hoc est, extinctã fuisse, quod dicerent, mulieres in diaconissas ordinari debere. Eundem errorem tribuit Acephalis Marianus Scotus, vt refert Michael Medina lib. 4. de continentia, cõtrouersia 6. cap. 8. Ex quo tamen antiquiori scriptore Sigibertus, & Marianus id desumpserint, ego non video.

Colliridiani. Epiphanius.

Sigibertus. A Cephali mulieres in diaconissas ordinari debere asserebant

Marianus Scotus. Mich. Med.

Fundamenta autem hæreticorum apud Epiphanium, tria erant: primum, quia tam in veteri Testamento, quàm in nouo fœminę aliquæ fuerunt prophetissæ, Maria Soror Moysis in veteri, vt patet numerorum 12. & Anna filia Phanuel, Lucæ 2. & quatuor filiæ Philippi Diaconi, vt patet ex historijs: ergo mirum, inquiunt, non est, si etiam in Ecclesiastico Ordine constituantur. Alterũ verò, quia cõstat in antiqua Ecclesia subdiaconissas, & diaconissas fuisse, & presbyteras, de quibus loquutum fuisse Paulum. 1. ad Timoth. 3. cum ait: *Mulieres similiter pudicas*, dicebant prædicti hęretici, eoquòd postquam Timotheo documenta salutis præbuit pro diaconis, statim subdit, *Mulieres similiter pudicas non detrahentes, sobrias, &c.* Et cap. 5. agens de electione viduarum præcipit, ne minor sexaginta annorum eligatur, quæ fuerit vnius viri vxor, sicut de diaconis præcepit, cap. 3. vt vnius vxoris vir eligeretur. Tertium desumptum est ex

Tria fundamenta hæreticorum.

primum fundamentum

4

Numer. 12. Lucæ. 2.

Secundum

1. Ad Timotheum. 3.

2. Ad Timotheum. 5.

Tertium. Ad Galatas 3.

illo ad Galatas 3. vbi ait Paulus, in Christo Iesu non esse masculum, neque fœminam, &c. Ex quo sequi videtur, in templo Dei, & ministris eius non debere esse discrimẽ mãs & fœminę. 5

Mulieres, neque vllo Ordine, neque prima tonsura posse initiari, vera sententia est.

CAPVT II.

CATHOLICA tamen doctrina, quã nullus sine errore negare potest, est, Ordinis Sacramenti, qui fuit à Christo institutus, fœmineum sexum capacem non esse, ita vt si cęremonia Ordinationis mulieri adhibeatur, Ordinatio vera non sit. Et quidẽ prędicti Patres hanc sententiam, quod attinet ad suspiciendum diaconatum, sacerdotiũ, & Episcopatum à mulieribus, tanquam errorem hæreticorum commemorant, & refellunt. Ex Schola verò hanc doctrinam catholicam tradunt S. Thom. in 4. dist. 25. quęst. 2. art. 1. q. 1. Bonauentura ar. 2. q. 1. Scotus quęst. 2. §. *Hic breuiter.* Durandus quęst. 2. num. 6. Palud. q. 3. ar. 1. concluſ. 1. num. 4. Thomas de Argentina art. 3. concl. 2. Supplementum Gabrielis, q. 1. ar. 2. col. 9. Almainus q. 2. statim à principio, Dominicus Sotus, quæst. 1. art. 1. concluſ. 1. Viguerius in institutionibus Theologicis, c. 16. §. 6. vers. 7. in principio; Syluester in summa, verbo, *Ord.* 3. q. 1. Angelus in summa, *Ordo.* 3. in principio. Quamuis autem nullus ex his Scholasticis oppositæ sententię vllam notam expresse inurat, & Bonauentura solum dicat, Kataphrygas eam tradidisse, tamen quod attinet ad sacram Ordinationem, quę est Sacramentum, dubitãdum nullo modo est, erroris notam, vt minimum mereri: nam licet in nullo Concilio damnatam legamus, tamen Patres allegati eam referunt tanquam manifestum errorem eorum omnium hęreticorum, cum tamen nullam hæreticorum sententiam, nisi eam, in qua errorem agnoscunt, memorare soleant. Et sane perpetua, & constans traditio Ecclesiæ, quæ non solum nunquã mulierem vllam ordinari permisit, sed etiam prohibuit, manifestè indicat, illud sibi semper persuasum habuisse, iure ipso Diuino mulieribus ita interdictum esse sacra Ordi-

S. Thomas. Bonauent. Scotus, Durandus. Paludanus.

6

Gabriel. Almainus. Sotus. Figuerius. Syluester. Angelus.

Affirmat mulieres capaces esse ordinationis, quę est Sacramentum eroneũ esse.

Confirmãtur ex traditione Ecclesiæ.

natione, vt huius Sacramenti nullo modo capaces ſint. Porrò autem ita ſemper Eccleſiam ſenſiſſe, illud maximè confirmat, quod ſi mulieres iure Diuino capaces eſſent huius Sacramenti, Chriſtus Dominus, neque Beatam Virginem matrem ſuam, neque Magdalenam illius expertes vllo modo reliquiſſet, ſed ipſas ſimul cum Apoſtolis ordinaſſet, cum nullus ex Apoſtolis dignius Sacramentum altaris, imò neque tam digne, quàm Mater ipſa Dei tractare potuiſſet: hac ratione vtuntur Durandus, Supplementum Gabrielis, Almainus, Dominicus Sotus ad confirmandam traditionem Eccleſiæ, quæ vt dixi, mihi non parum efficax videtur. Adde etiam aliam rationem Scoti, & Durãdi non minus efficacem pro eiuſdem traditionis Confirmatione: nam ſi ſexus fœmineus iure Diuino inſtitutionis capax eſſet huius Sacramenti, iniuſte quidem Eccleſia totum ſexum priuaſſet illo, & lege ſua prohibuiſſet: nam quamuis aliquas fœminas, ſicut aliquos etiã viros, & plures multo quam viros, iuſtis de cauſis excludere poſſet, & receptione huius Sacramenti illis Interdicere; tamen nullam rationem iuſtam habere poſſet, vt omnes in vniuerſum mulieres ab vſu Sacramenti huius arceret. Cũ enim Chriſtus inſtituiſſet, & voluiſſet ſexum illum huius Sacramenti capacem eſſe, vidiſſet vtique nullum incommodum futurum, ſi aliquæ fœminę ordinarentur: nullamque rationem futuram, vt omnibus hoc Sacramentum interdiceretur. Idque confirmari etiam poteſt ratione Epiphanij in illa hæreſi 79. quod nimirum nulla ab initio mundi mulier, etiam ipſa Eua legatur ſacrificium Deo obtuliſſe, non ſolum apud homines iuſtos, & fideles, ſed etiam apud barbaras nationes: Deus etiam in veteri lege ex ſolis viris ſacerdotes elegit, & Leuitas in miniſterium altaris. Cumque Anna filia Phanuelis prophetiſſa eſſet, vt patet Lucæ 2. nuſquam legimus ſacrificium ei commiſſum fuiſſe. Hæ rationes, quod attinet ad factum, conuincunt plane, Chriſtum illud effeciſſe, vt ſexus muliebris huius Sacramenti capax non eſſet, ſicut ſanus capax non eſt Sacramenti Extremęvnctionis, idque Diuina traditione certum eſſe. Eſt tamẽ alia, qua non minus perſpicue probari poteſt, id rationi valde conſentaneum fuiſſe, quia cum ſacerdotes, & Epiſcopi in ſuperiori gradu ſupra reliquos homines cõſtituti eſſe eosq; docere debeant, valde indecens videretur, mulieres in hoc gradu Eccleſiaſtico conſtituere. Qua etiam de cauſa dixit Paulus 1. ad Corinth. 14. *Mulieres in Eccleſijs taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit.* Alludit Autem ad legem latam a Deo Geneſ. 3. cum Euæ dixit: *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Subiungit verò Paulus: *Si quid autẽ volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent: turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia.* Ex quo etiã loco non ſolũ colligitur, rationi valde cõſentaneũ fuiſſe, vt mulieres incapaces fuerint huius Sacramẽti, verũ etiam reipſa effectas fuiſſe: neque enim exiſtimandum eſt, Chriſtum id inſtituiſſe, quod turpe eſſet. Cumque turpe ſit mulierem loqui, & docere in Eccleſia, & hoc munus voluerit eſſe ſacerdotum, & Epiſcoporum, conficitur plane, Chriſtum pro ſolis viris hoc Sacramentum inſtituiſſe. Id quod hactenus diximus de diaconatu, ſacerdotio, & Epiſcopatu: de ſubdiaconatu etiam intelligitur, quamuis non eodem gradu certitudinis de ſubdiaconatu id credendum ſit: nam vt diſput. 238. cap. 2. diximus fide Diuina credendum eſt ſacerdotium, & diaconatum Sacramenta eſſe à Chriſto inſtituta. Id tamen de ſubdiaconatu cõmuni ſolũ Scholæ opinione conſtat, neque hactenus definitũ ab Eccleſia eſt. De minoribus autem Ordinibus idem etiam exiſtimo, quamuis non putem eſſe Sacramenta, vt diſp. 237. cap. 2. probaui; imò etiam de prima tonſura, quãuis cenſeam, nõ eſſe Ordinem, vt diſp. 236. cap. 1. dixi; nullumque Scholaſticum legi, qui etiamſi exiſtimet, minores Ordines non eſſe Sacramenta à Chriſto inſtituta, dixerit, mulieres nunc cãpaces eſſe minorum Ordinum. Et quidem iure Eccleſiaſtico vetitum eſſe mulierem clericalem tonſuram, & minores Ordines recipere, dubium non eſt. Vtrum autem incapaces ſint iure tantum Eccleſiaſtico, an Diuino videndum eſt. Iuriſperiti, qui putant non ſolum minores Ordines, ſed etiam clericalem tonſuram Sacramenta eſſe, aſſerere debent mulieres eorum omniũ incapaces eſſe. Credibile enim non eſt, iure Diuino huius Sacramenti ex parte capaces eſſe, nempè clericalis tonſurę, & minorum Ordinum, ex parte autem videlicet maiorum Ordinum incapaces eſſe. Theologi vero, qui cenſent, minores Ordines, non tamen tonſuram, Sacramentum eſſe, ob eandem rationem ſentire debẽt mulieres eodem Diuino iure incapaces eſſe minorum Ordinũ, tametſi de tonſura clericali aliter exiſtimare velint. Hoc modo philoſophatur Paludanus loco citato, qui vt vidimus diſp. 237. cap. 1. autumat, minores

Efficax argumentũ 7

Alia efficax ratio 8

Epiphanij ratione cõfirmatur.

Luc. 2.

Ad Corinthios. 14.

Geneſis 3.

6

10 Mulieres minorum Ordinum, & primæ tonſurę eſſe modo incapaces communis ſententia eſt.

An iure Diuino vel Eccleſiaſtico, ſint incapaces non cõueniunt.

Quid alij ſentiant.

Paludanus

ſes Ordines, non autem clericalem tonſuram eſſe Sacramenta, inquit enim poſſe ex
11 Papæ diſpenſatione mulierem clericali tõſura inſigniri, ita vt factum teneat, quia tonſura clericalis iure Eccleſiaſtico conſtituta eſt: ac proinde exiſtimat, mulierem hoc ſolo iure incapacem illius eſſe; imò addit, idẽ fore de minoribus Ordinibus, ſi eodem iure Eccleſiaſtico ſolum conſtarent: de illis enim aſſerit, fore, vt Pontifex mutare poſſet eorum materiam, formam, & recipientem. Quam ſententiam, quod attinet ad tonſurã, refert, & ſequi videtur Almainus loco citato in hoc capite. Idemque cenſeret de Ordinibus minoribus, quod Paludanus, cum eadem ſit ratio eorum, & illius.

Almainus.

Verius eſt iure Diuino naturali, mulieres eſſe incapaces clericalis etiã tonſuræ.

Ego verò exiſtimo, mulieres non tantum iure Eccleſiaſtico, ſed etiam Diuino naturali incapaces eſſe non ſolum Ordinis, qui eſt Sacramentum, ſed etiam primæ tonſuræ, & minorum Ordinum, quos puto non eſſe Sacramenta, ac proinde neque poſſe Pontificem abrogare prædictam legem, vt indiſcriminatim mulieres, aut tonſura inſigniantur, aut minores Ordines recipiant: neque cum aliqua muliere vlla de cauſa diſpenſare, & eam relaxare. Nam quamuis hęc ſint ab Eccleſia inſtituta, ac proinde materia, & forma eorum à Pontifice mutari poſſit, tamen cum ſint inſtituta tanquam Sacramentalia, & præparationes ad Sacramentum Ordinis, eodem iure quo quis incapax eſt Sacramenti; eſt etiam incapax tonſuræ, & minorũ Ordinũ, qui præparationes ſunt ad hoc Sacramentum; ſi enim indecens iudicatur Diuino iure, mulierem maiores Ordines ſuſcipere: indecens quoque iudicari debet, ad eoſdem Ordines ab Eccleſia vllo modo præparari, ac proinde cum nulla Põtifex in hac ſua lege diſpenſare poterit. Adde, quod ipſum adhuc munus, & officiũ tonſuræ, & minorum Ordinum ſecundum ſe minimè decere videtur mulieres: de minoribus Ordinibus patet: quia ordinatos conſtituit in aliquo gradu inter Eccleſiaſticos, vt in templo miniſterio aliquo fungantur, imò etiam loquantur, & doceant, quod mulieribus minimè conuenire poteſt. De prima verò tonſura etiam probatur, quia quamuis per illam clericus non ordinetur ad peculiare miniſterium intra ianuas templi, tamen ad ſeruiendum in templo aliquo modo deſignatur; mulieres autem nullo
13 modo in templo ſeruire decet, ſed quæ ibi geruntur, & dicuntur, videre, & audire. Ex dictis autem patet, ſententiam Paludani, & Almaini non eſſe ita acriter notandam, ſi-

12 Optima ratione probatur.

Confirmatur.

cut hoc tempore à quibuſdam notari audiui, neque enim contra eam illa omnia ita manifeſtè pugnant, quæ contra ſententiam Kataphrygarum eſſe diximus.

Paludanus. Sotus.

Ex dictis conſequitur, quid de Hermaphroditis in præſenti controuerſia dicendũ ſit. Aſſerunt igitur Paludanus in 4. diſt. 25. loco citato, & Sotus quæſt. illa 1. art. 2. poſt primam concluſionem, ante §. *Hinc fit Hermaphroditum*, ſi præualeat ſexus maris, capaces eſſe, (quamuis, vt ego exiſtimo, ab Ordinibus repellendi ſint;) ſi verò præualeat fœmineus ſexus, capaces non eſſe. Et rectè quidem: nam Ariſtoteles 4. lib. de generatione animalium, cap. 4. ſub finem docet, in monſtris Hermaphroditis, alterum membrum præualere, alterum verò irritum, & inane eſſe, nec poſſe vtrumque ſexum vere eidem homini conuenire, tametſi exterius vterque quodammodo appareat. Atque ità impoſsibile cenſet tale monſtrum, quod omnia neceſſaria ad generandum, & concipiendum habeat.

Hermaphroditi ab ordinibus repellẽdi.

Arist.

Conuelluntur fundamenta hæreticorum.

CAPVT III.

14 QVOD ſupereſt argumenta hęreticorum diluamus. Ad primũ deſumptum ex dono prophetię, quod ſcimus mulieribus fuiſſe communicatum: reſpondet Beatus Thomas in 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 1. quæſt. illa 1. ad primum, prophetiam non eſſe Sacramentũ, ſed donum Dei, ac proinde ad hoc donum non requiri ſignificationem, ſed rem. Et quia in hîs, quæ pertinent ad animam, mulier non differt à viro ſecundum rem, cum mulier melior viro inueniri poſsit, ideò mulieri interdum communicatur donum prophetiæ; Ordo autem (inquit) ei conferri nõ
15 poteſt, quia cum Sacramentum ſit ſignum in eo, qui recipit Sacramentum, requiritur non ſolum res, ſed ſignificatio, & ità ad recipiendum Vnctionis Sacramentum requiritur ægritudo in recipiente, per quam denotet, ſe indigere curatione: cumque in fœmina denotari non poſsit excellentia gradus, quia ſtatum habet ſubiectionis, ideò capax eſt prophetiæ, non autem Ordinis. Huc etiam ſpectat ſolutio, quam adhibet Ricardus in 4. diſt. 25. ar. 4. quæſt. 1. ad tertiũ, cum ait, diſcrimẽ eſſe inter donum prophetiæ, & Ordinem, quòd per prophetiam non

Reſpondẽtur argutis hæreticorum.

Ad primũ S. Thomæ.

Ricardus.

datur

datur mulieri poteſtas vlla ſuper virum, per Ordinem autem conſtituitur ordinatus in gradu ſuperiori ſuper alios, & ita daretur per illum mulieri poteſtas in viros; & quãuis mulieri cõuenire queat poteſtas in alias mulieres, vt videmus in monaſterijs monialium, tamen in viros minimè ei conuenire poteſt.

Cæterùm antequam ſecundum argumẽtum diſſoluamus, quod multa continet notatione digna; ad tertium paucis reſpõdeamus. Ricardus loco citato ad primum reſpondet, verba Pauli ita intelligenda eſſe, vt in Chriſto, & lege eius nullum ſit diſcrimẽ inter maſculum, & fœminam, quod attinet ad meritum; hinc autem non fieri, vt quod attinet ad officium nullum ſit. Et ſanè inſtituto Pauli hæc reſpõſio planè quadrat; nam ibi Paulus non agebat de miniſtris Templi, & Eccleſiæ Dei, ſed de omnium fidelium iuſtificatione, & adoptione, non virtute legis, ſed fidei. Dixerat enim paulò antea: *Omnes enim filij Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quicumque enim baptizati eſtis Chriſtum induiſtis*. Imbecillitatem autem literæ legis toto capite vberius oſtenderat: vt autem denotaret, omnibus indiſcriminatim hanc adoptionem per fidem communicari, ſubiungit: *Non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber, non eſt maſculus, neque fœmina*, videlicet apud Deum, quod attinet ad adoptionem in Chriſto per fidem eius: de hac enim tantum egerat in eo capite, de miniſterijs autem Ordinum in Templo, & Eccleſia Dei nequaquam.

Soluitur tertium argumẽtum & explicatur locus Pauli ad Galat. 3. *Ricardus.*

16

Ad ſecundum verò argumentum hæreticorum, quod eſt apud Epiphanium deſumptum ex ſubdiaconiſſis, ſacerdotiſſis, & Epiſcopiſſis. Reſpondeo antiquo quidem tempore multas mulieres his nominibus nuncupari conſueuiſſe, non quia Ordine aliquo Eccleſiaſtico initiatæ eſſent, ſed varijs alijs de cauſis: neque enim vna tantum ratio huius nomenclaturæ fuit, vt ſtatim oſtendemus ex Scholaſticis. Quocirca hinc non licet inferre, mulieres poſſe aliquo Ordine Eccleſiaſtico, præſertim ſacerdotij ad miniſtrandum in Templum Dei inſigniri. Sanctus Thomas in illa quæſtiuncula in corpore exiſtimauit, diaconiſſam antiquo tempore dictam fuiſſe mulierẽ, cui aliquod miniſterium diaconi communicabatur, vt legere homiliam in Euangelium ad matutinum expræcepto Abbatiſſæ in congregatione monialium: presbyteram autem dictã fuiſſe mulierem, quæ vidua, & ſenior erat: nam presbyter ſignificat ſeniorem. Cum

7

Soluitur tertium argumẽtum.

Cur mulieres olim diaconiſſæ, &c. nũcupabantur.

S. Thomas.

S. Thomã omnino ſentiunt, nullamque aliã huius nomenclaturæ rationẽ aſsignant Bonauent. in 4. diſt. 25. art. 2. quæſt. illa 1. in corpore, Ricardus art. 4. quæſt. 1. ad ſecundum, & Dominicus Sotus quæſt. 1. artic. 2. poſt primam concluſionem, ante §. *Hinc fit Hermaphroditum*. Argentina verò, & Scotus locis allegatis, licet conueniant cũ his, quod attinet ad diaconiſſam, ſeu diaconam: tamẽ quod ſpectat ad presbyteram, dicunt, mulierem ſic appellari conſueuiſſe in Eccleſia Latina, quòd eſſet vidua perfecta, & honeſta matrona inter alias, vel Abbatiſſa monialium: in Græca autem Eccleſia, quod eſſet vxor ſacerdotis: nam in ea Eccleſia licitum eſt ſacerdotibus in coniugio permánere, & eo vti: hoc tamen nullo canone, aut antiqua hiſtoria cõfirmant. Quocirca oportet, rem hanc altius examinare. Varijs igitur de cauſis antiquo tempore in Eccleſia Latina, & Græca mulieres his nominibus appellabantur. Primùm igitur tempore Apoſtolorum, ſicut rectè notauit Michael Medina lib. 4. de continentia, controuerſia 8. cap. 7. §. *Venio*, duo tantum genera harum mulierum peculiaribus illis nominibus nũcupata inuenimus: quędam enim generali nomine viduę dicebantur, quę nulla benedictione, aut Ordinatione ad miniſterium aliquod conſecrabantur, ſed tantum ad hoc eligebantur, & cooptabantur, vt in congregatione viduarum vitam cellibem ducerent: ita conſtat ex Clemente Romano lib. 8. conſtitutionum, cap. 35. aliàs 31. nam ſicut in 24. aliàs 30. dixerat Iacobus Apoſtolus, *De virginibus ſtatuo, virgo non ſit Ordinatione, &c.* ſic etiam idem dixit poſtea Iudas Thadęus de viduis: *Hæc de viduis cõſtituo, vidua non ordinetur, ſed ſi iam diu virũ amiſit, & caſte, & laudate vixit, &c. cooptetur in gradum vidualem*. Alia verò translatio habet, *In ſtatum vidualem*, videlicet, ſicut virgo in ſtatum virginum. Ex quibus locis conſtat primum, viduam eo ſolum, quòd ad ſtatum vidualem eligeretur, ſeu cooptaretur, non conſueuiſſe benedictione aliqua ſeu cęremonia conſecrari, & ordinari, ſicut etiam neque virginem, ex eoquòd in ſtatum virginum referretur. Neque obſtat, quod idem Clemens lib. 3. conſtitutionum, poſtquam cap. 1. dixit, viduas eligendas eſſe ad ſtatum viduarum, non minoris ætatis, quã annorum ſexaginta, iuxta præſcriptum Apoſtoli, 1. ad Thimoth. 5. ſecundum translationem antiquam: cap. 2. dicat: *Adoleſcentiores viduæ ad vidualẽ ſtatum ne ordinentur*; quaſi à contrario ſenſu deno-

18

Bonauent. Ricardus. Sotus.

Argentina. Scotus.

Medina.

19

Electio viduarum tẽpore Apoſtolorum, nulla interueniente cęremonia fiebat. Clem. Rom.

20

1. Thim. 5.

denotet, seniores ordinandas esse: nã per Ordinationem eo loco non intellexit cęremoniam aliquam, qua ordinari dicerentur, sed electionem, seu cooptationem. Et ita noster Turrianus transtulit *Nec cooptentur.* Deinde patet, has viduas in statum viduarum nunquam eligi consueuisse, nisi votum castitatis, & continentiæ, sicut virgines virginitatis emitterent. Nam Clemens in illo 3. lib. cap. 1. precipit, vt adolescentior vidua non cooptetur, quia si postea nupserit, statũ vidualem dedecorabit, quia promissionem non seruauerit. Et infra de his viduis loquẽs ait, oportere non temerè, neque inconsiderate promissionem facere. Id etiam constat ex cano. 18. S. Basilij in epistola ad Amphilochium, vbi loquitur de delicto virginum contra sua pacta commisso, & de delicto viduarum similiter, quod inquit esse secundum à peccato virginum: & addit, viduam non seruantem continentiam grauissimo iudicio subiectam esse, vt quæ fidem in Christum irritam fecerit: per fidem autẽ in Christum nihil aliud nisi votum continentiæ intellexit, atque ita interpretatur Basilium Theodorus Balsamon in illum canonem concedens, viduas in laico habitu permanentes continentiam in Ecclesia vouere, & ea de causa ab Episcopis omni corporali studio, & prouidentia dignas haberi consueuisse: alebantur enim ex redditibus, & eleemosynis Ecclesiæ, vt notat etiam idem Balsamon in canonẽ 24. eiusdem Basilij. & fusius docet Chrysostomus lib. 3. de sacerdotio, columna 17. ostendens, quantas in earum sustentatione Episcopi eo tẽpore difficultates paterentur, vt ita ex hoc etiam capite, sicut ex alijs difficultatẽ status Episcoporum demonstret. In quem sensum puto dixisse Paulum, 1. ad Thimoth. 5. *Viduas honora, quæ verè viduæ sunt*, sicuti explicat Theophilactus, vt honorare idem sit quod misereri, & necessaria suppeditare. Et multo clarius cum inferius ait: *Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, & non grauetur Ecclesia, vt ijs, quæ verè viduæ sunt, sufficiat.* Vbi planè denotat, verè viduas alij consueuisse redditibus, & eleemosynis Ecclesiæ; vocat autem verè viduas non solum marito, sed etiam parentibus, filijs, & consanguineis orbatas: nam quæ solum caret marito, non videtur omnino vidua, si parẽtes habeat, aut filios, aut consanguineos: vidua enim Græcè dicitur χήρα, à verbo, χηρόω, quod est, *Desolor destituo, siue orbo*, quòd orbata sit, & inde verbum, χηρεύω, quod est, *Viduam reddo, separo, & separor, & viduus maneo*! & ideò cum dixisset, *Quæ autem verè vidua est*, addidit, *Et desolata*, Græcè μεμονωμένη, hoc est, *Sola relicta*, à verbo, μονόω, quod est, *Solum esse facio*, seu *desolor*, & aliquid amplius quam præcedens denotare videtur. Contra verò exhortatur Paulus, vt si quis fidelis, videlicet parens, vel filius, vel nepos habeat viduam, vel filiam, vel matrem, vel auiam, alat eam ex propria substantia, vt viduę omnino orbatæ ex redditibus, & eleemosynis Ecclesię commodius sustentari possint. Hac etiã de causa, quia sunt viduę, non omnino orbatæ, alię vero omnino solæ relictæ, dixit Paulus ibidem: *Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet, discat primum domum suam regere*, quod quidem de ijs, quę non sunt omnino viduæ intellexit: subdit verò de ijs, quę omnino viduæ, & orbatæ sunt: *Quæ autem vere vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus, &c.* Quasi dicat: Huic non imminet cura gubernandę domus, & familię; & ideò instet magis obsecrationibus, & speret à Deo cõsolationem viduationis suę. Has igitur viduas in statum viduitatis admissas vouere consueuisse continentiam, indubitatum est, & id etiam tempore Pauli in more positum fuisse, constat ex eodem cap. 5. epistolę 1. ad Thimotheũ, vbi hortatur ipsum, vt viduas adolescentiores deuitet, hoc est in statum vidualem non admittat, subdit causam: *Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Per *primam fidem*, vt explicant Chrysostomus homilia 15. columna 1. & Theophilactus in hunc locum, & Concilium Carthaginense 4. cui interfuit Augustinus, canone vltimo, intelligit pactum, & promissionem Christo præstitam, videlicet continentię, & desponsationis cum ipso, atque, vt notat idem Chrysostomus, iam aliquę à proposito, & voto cõtinentię recesserant, occasione cuius lata fuit lex, vt non nisi ętatis annorum sexaginta eligerentur. Ait enim Paulus in eodẽ capite: *Iam enim quædam conuersæ sunt retro Satanam.* Dicit autem *luxuriatas in Christo*, aut sicuti Græci cum Chrysostomo explicant, quia in Christum, seu contra Christum libidinis peccata commisserunt, aut vt explicat Anselmus, ita vt illud *in Christo* coniugatur cum *nubere*, & sensus sit. Postquã libidinis peccatis seruierunt, nubere volunt per legitimas nuptias, vt iam illis licitum videatur, viri consuetudine vti, & hoc sit in Christo nubere. Verum Vulgata emendata,

Turrianus.

Basilius.

21

Balsamon.

Viduæ alebantur olim ex redditibus Ecclesiæ.

Chrysostom.

Expẽditur locus Pauli 1 ad Thim. 5. Theophyl.

22

23

Viduas cõtinentiam vouere cõsueuisse. Pauli locus explicatur ad Thimoth.

Aliorum interpretatio Chrysostomi, Theophylacti, Concil. Carthag.

24

Cur viduæ tantumbo annorum instatum viduitatis eligebantur.

1,8

ita comà distinguit illud *in Christo* à *nubere*, & coniungit cum voce, *Luxuriatæ fuerint*, vt hic sensus textui quadrare nequeat. Aut certè, sicut ego existimo cum S. Thoma in eum locum, lectione 2. vt luxuriatæ dicantur viduę non peccatis libidinis, sed abundantia, & superfluitate rerum corporalium, quæ ad victum nimirum, & vestitũ pertinent, quo desiderium consuetudinis cum viro in eis excitari solet: nam verbum Græcum καταστρηνιάω, quo vtitur Paulus denotat idem, quod Latinè, *Luxurior, lasciuior, delector*, quæ non solum de ipso vsu venereo, sed de alijs generibus deliciarum, quæ ad corpus pertinent, dicuntur. Dicit autem Paulus *in Christo*, (vt interpretatur sanctus Thomas) hoc est, per suffragium Christi, quod quidem ego intelligerem de eleemosynis, quę in Christo fiebant Ecclesiæ pro viduarum sustentatione, his enim abundanter sustentatæ, si iuuenes essent, lasciuię periculo facile exponebãtur, vt deinde nubere velint, & consuetudine viri vti, & in hoc fidem Christo præstitam violare, ideò præcepit Paulus, vt nulla sustentanda ab Ecclesia in statum vidualem, & cum voto continentiæ ante sexagesimum annum expletum cooptaretur.

25 S. Thomas. Expositio quæ placet Autori.

26 Clem. Rom.

De falsis viduis multa prę clare Clemens lib. 3. constitutionum, cap. 7. & quo pacto multa imprudenter ab alijs peterent, non contentę rebus Ecclesiasticis, quæ ab Ecclesia ipsis ministrabantur, & crumenam pro Deo haberent, & escam, & potũ omni virtuti anteponerent, &c. Et de ijs dixit Paulus in illo cap. 5. prioris ad Thimotheũ, *Discunt circuire domos non solum otiosæ, sed & verbosæ*: in quo ostendit, quomodo luxurientur in Christo. Porrò has etiam viduas solitas fuisse simul in Collegijs viuere, constat ex Chrysost. hom. 30. in priorem epistolam ad Corinth. in morali expositione, quæ incipit: *Isthuc igitur fratres*, col. 2. in medio: cum enim dicat, *Viduarum Collegium*, hoc sanè indicare videtur.

1. ad Thim. 5 Chrysost.

Viduarum sexaginta annorũ electio sine vlla consecratione fiebat. Chrysost.

Obseruandum autem est hanc electionẽ viduarum sexaginta annorum, de qua loquitur Paulus in illo 1. ad Thimoth. 5. non cõsueuisse fieri ad vllum in Ecclesia ministerium, aut genus præfecturæ, sed solum ad statum viduitatis, in quo electa sustentari deberet ab Ecclesia, permanens tamen laica sine vllo Ecclesiastico ministerio: & ita verbum, *Eligatur*, apud Paulum in eo capite cum ait, *Vidua eligatur*, interpretatur Chrysostomus homilia illa 15. & libro illo tertio, de sacerdotio, vt idem sit quod, *Cooptetur*, aut, *In albũ referatur*. Quocirca ibi non loquitur Paulus de viduis diaconissis, quæ aliquod genus ministerij, & præfecturæ in Ecclesia habebant; tametsi oppositum indicet plane Tertullianus locis inferius allegandis, quod tamen mihi non probatur; nam vt inferius ostendemus, diaconissę, non ex viduis tantũ, sed ex virginibus præsertim; ex viduis autẽ non nisi deficiẽtibus virginibus, ordinabãtur: vtrũ autẽ, & hę fuerint tẽpore ipsius, inferius dicemus. Et hactenus de priori genere, & statu viduarum, qui communis erat diaconissis, & non diaconissis.

27 Tertullian.

Posterius autẽ genus mulierũ erat diaconissarũ, ex quibus Kataphrygę argumentũ desumebant, quod in 1. cap. adduximus ad probãdum, mulieres posse ordinari in sacerdotissas altaris; nam ex priori illo genere viduarũ nullam plane rationẽ ducebãt, neque vlla specie probabilitatis eam inde ducere poterant. De hoc autẽ genere mulierum sex suo Ordine dicenda mihi occurrũt. Primò quidem fuisse genus mulierum, quæ diaconissę dicerentur, vt patet ex Clemente Romano lib. 8. constitutionũ. c. 19. & 20. aliàs 26. vbi ita scribit: *De diaconissa vero ego Bartholomæus constituo, vt manus ei Episcope imponas præsentibus presbyteris, & diaconis, ac diaconissis, & dices: Deus æterne, &c.* Ex quo loco etiã constat, has diaconissas benedictione aliqua, & cęremonia ordinari consueuisse; tametsi postea omnis benedictio illarum fuerit abrogata. Huius etiam Ordinationis meminit Tertullianus lib. de exhortatione ad castitatem, cap. vltimo, num. 72. cum ait: *Quanta igitur* (scilicet mulieres) *& quæ in Ecclesijs ordinari in Ecclesia solent, quæ Deo nubere maluerunt*, & in lib. ad vxorem cap. 7. num. 47. illis verbis: *Cum viduam adlegi in Ordinationem, nisi vniviram non concedit* (videlicet Paulus 1. ad Thimot. 5.) & lib. de velandis virginibus, cap. 9. num. 73. vbi pro eo, quod dixerat in lib. ad vxorem: *Adlegi in Ordinatione*, inquit, *Ad quam sedem præter annos sexaginta non tantum vniuiræ, ideſt nuptæ aliquando eliguntur, sed matres, & quidẽ educatrices filiorũ, &c.* Deniq; ex Concilijs, in quibus Ordinatio, & cõsecratio, seu benedictio dicitur abrogata, manifestè cõuincitur, has diaconissas nõ sine cęremonia, & benedictione aliqua ordinari, & in sede, seu gradu diaconiæ collocari cõsueuisse. Neq; verò in Ecclesia Græca tẽpore solũ Clemẽtis hę diaconissæ per manuũ impositionem, & benedictionem ordinabantur, sed etiam multo post tempore, imò etiam in Ecclesia Latina,

In Ecclesia aliquando fuerunt diaconissæ aliqua cæremoniacõ fectatæ. Primum dictũ de diaconissis. Clem. Rom.

28 Tertullian.

29

Latinâ, quamuis in Latina hoc genus Ordinationis mulierum in diaconissas abrogatũ fuerit, etiam eo tempore, quo in Ecclesia Græca perseuerabat. Porrò tempore Pauli non solum fuisse statum viduarum, ad quem eligebantur sexagenariæ, vt patet ex illo 1. ad Thimoth. 5. superius citato, sed etiã fuisse diaconissas, aliqui sibi non sine fundamẽto persuadent ex illo ad Roma. 16. *Commendo autem vobis Phœbem sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris*, Græcè est διακονίσσαν, ac si diceret, *Existentem diaconissam*; quorum sententia mihi maximè probatur. Vtrum autem ea fuerit ex virginibus, an ex viduis, cũ ex vtrisq; diaconissæ eligerentur, non legimus.

Rom. 16.

30

Secundò videndum est, quo tempore hęc Ordinatio diaconissarum abrogari cęperit. Pamelius in scholio 72. libri Tertulliani de exhortatione ad castitatem censet, abrogatam primùm fuisse in canone 19. Concilij Nicęni; nescio tamen quo pacto vir alioquin plane eruditus id colligere potuerit: nam siue iuxta antiquam interpretationem, quã multis ante ea annis habebamus, siue iuxta recentiorem, quã ex lingua Arabica opera nostri Franciſci Turriani habemus, ibi solum sermo est de diaconisis, quæ ex secta Paulinistarum; hoc est Pauli Samosateni, & Kataphrygarum ad fidem nostram conuertebantur, sicut de clericis ab eadem secta cõuersis: ibi enim supponit Concilium in ea secta clericos non rectè ordinari consueuisse, & ideò præcipit, vt ij, qui conuertebantur, si sine culpa sua ad clericatum fuissent electi, non participantes, neque communicantes peccato hæreticorum, in Ecclesia catholica ordinarentur; ij vero, qui examinati minus apti inuenirentur, deponerentur, hoc est, vt exponit Balsamon, expellantur: nam nomen depositionis abusiue positum esse existimat pro expulsione, cum ibi non potuerit esse vera depositio, quæ verum Ordinem supponit. Addit deinde, idẽ seruandum esse cum diaconissis, & cum eis, qui in clero inueniebantur: subdit autem secundum tertiam translationem: *Commemorauimus autem de diaconissis, quæ in hoc Ordine inuentæ sunt, quæ nec manus impositionem aliquam habent, itavt omnimodo inter laicas habeantur.* Secundum translationem autem ex Arabico codice sic dicitur: *Quod si aliqua diaconissa ex ista hæresi ad fidem conuertatur, oportet iterum eam baptizare, & cum ea benedictione recipere, quæ super secularem fieri solet*: Cum in antiqua translatione dicitur: *Quæ nec manus impositionem aliquam habent*, non intelligitur apud catholicos, sed apud Paulianistas, & Kataphrygas, illi enim neq; cum viris hac cęremonia vtebantur. De his ergo præcipit Concilium, idem quod de clericis fieri, sicut ibidẽ interpretatur Balsamon, qui eam partem huius canonis ita refert: *Similiter autem & de diaconissis, & omnino de omnibus, qui inter clericos annumerantur, eadem formâ seruabitur*: hoc est, idem fiat cum illis, quod dictum est faciendum esse cum clericis, vt scilicet admittantur modo illo dicto; ob id tamen non abrogat Concilium consuetudinem catholicorum, qui per manuum impositionem eas in diaconissas ordinabant. Adde, quod secundum recentem translationem præcipiebatur, vt hæ cum ea benedictione post Baptismum reciperentur, quæ super secularem fieri solebat, hoc est cum aliqua alia minori, quàm esset manus impositio.

Pamelius.

Concil. Nicænum.

Balsamon.

Cæterùm Ordinatio hæc diaconissarum cum illa cęremonia videtur mihi primum apud Gręcos abrogata in Concilio Laodicęno, canone 11, & refertur canone, *Mulieres*, 32. dist. vbi dicitur: *Quod nõ oporteat eas, quæ dicuntur presbyteræ, vel præsidentes Ecclesijs ordinari*, nam cum ait, *presbyteræ*, intelligit viduas seniores, vt habet secunda translatio, quæ in diaconissas etiam ordinabantur, vt inferius videbimus. Cũ autẽ ait, *præsidentes*, intelligit diaconissas. Hæ namque præsidebant alicui ministerio in Ecclesia, vt postea dicemus. Apud Latinos autẽ hę diaconissæ matriculariæ dicebantur, sicut habet etiam secunda translatio, seu matricuriç, vt habet Gratianus, eo quòd inirent matrum aliarum mulierum curam in templo haberent. Verum in eadem Ecclesiâ Gręca multo post tempore harum mulierũ in diaconiam Ordinationes in vsu fuisse legimus; nam in Concilio Calcedonẽsi, quod postea celebratum est, actione 15. canone 15. dicitur, diaconissam non debere ante annum quadragesimũ ordinari, signum igitur est, eo etiam tempore, & postea in vsu fuisse. Idem statutum fuit à Patribus sextę Synodi in Trullo congregatis, canone 14. Ex quo sequi videtur, hanc Ordinationem cum benedictione apud Gręcos eò vsque perseuerasse, non obstante canone 11. Concilij Laodicęni, in quo iamdiù abrogata videbatur. Id quod accidere potuit, vel quia canon ille nunquam receptus fuisset à Grę cis, vel quia aliquo tempore postea consuetudine abrogatus esset, & antiqua lex de diaconisis redijsset. Michael Medina lib. 4. de continentia, controuersia 6. cap. 7. putat,

Gratianus.

Conc. Calcedo.

Sexta Synodus.

Michael Medina.

Quãdo diaconissarum electio, & ordinatio in Ecclesiâ Græca abrogata fuit. Secundum dictum de diaconissis Clem. Rom.

putat, canonẽ hunc, prout eſt apud Gratianũ, non eſſe Concilij Laodiceni, quod Græcũ fuit, ſed alicuius Latini Concilij, cui ipſe aliqua verba addidit, nempe illa, *Apud nos viduæ ſeniores vniuiræ matricuriæ vocantur.* Friuola tamen ratione motus videtur vir eruditus: nam quamuis Latinus interpres de ſuo illa verba addidiſſet, nó proinde ſequitur, canonem illum fuiſſe alicuius Concilij Latini, non autem Laodiceni, cum alioquin verum ſenſum Concilij Laodiceni, prout in alijs translationibus habetur, contineat. Idem quoque Michael Medina ibidem putat, vſum harum diaconiſſarum in Eccleſia reuixiſſe multo poſt Concilium Laodicenum, colligitque ex Theophylacto, in illud Matth. 9. *Qui reliquerit patrem, &c.* Vbi presbyterarum, quæ in Eccleſia erant, meminit. Verùm, vt iam oſtẽdimus, multo ante Theophylactum in Concilio Calcedonenſi antiqua lex de his mulieribus renouata eſt.

34

Theophylactus. Matth. 19.

Conc. Calcedo.

Quo tempore in Eccleſia Latina diaconiſſarũ vſus fuerit abrogatus

In Latina verò Eccleſia vſque ad tempora Leonis primi hanc Ordinationem diaconiſſarum perſeueraſſe exiſtimo. Nam in primo Concilio Arauſicano ſub eodem Leone I. legimus, primùm hanc Ordinationem prohibitam, & mulieres ſic ordinatas populo annumeratas: dicitur enim canone 26. *Diaconiſſæ omnimodè non ordinandæ, ſi quæ iam ſunt, benedictioni, quæ populo impẽditur, capita ſubmittant*, contra verò electio viduarum ad ſtatum vidualẽ, & profeſsio, hoc eſt, votum caſtitatis in eo ab illis emiſſum retinetur, & approbatur canone 27. quæſt. 1. & refertur canone, *Viduitatis ſeruandæ*, 27. q. 1. Ex quo etiam Concilio patet, alium fuiſſe ſtatum vidualem, alium autem diaconiſſarum, quamuis viduæ etiam ad diaconiam admitterentur, & ordinarentur. Poſtea etiã in Concilio Epaunenſi, canone 21. eadem lex renouata eſt his verbis: *Viduarum conſecrationem, quas diaconas vocant, ab omni regione noſtra penitus abrogamus.* Vbi quod Concilium Arauſicanum vocauit Ordinationẽ, hoc appellauit conſecrationem. Et titulus eſt, *De benedictione viduarum*, quia, vt ſupra diximus, hæc Ordinatio ceremonia quadam conſecrationis, & benedictionis fieri ſolebat. Eadem lex reuocationis renouata iterum fuit in Concilio Aurelianenſi 2. canone 19. vbi Ordinatio diaconiſſarum benedictio diaconalis nuncupatur. Quamuis autem in Concilio Epaunenſi viduarum ſolum Ordinatio in diaconiſſas ſublata videatur, tamen id intelligitur etiam pro virginibus, quæ in hoc myſterium eligi etiam præcipuè ſolebant. Et ita duo alia Concilia Latina, ſicut etiam Laodicenũ de omnibus mulieribus ordinandis loquũtur. Verũ poſt Aurelianenſe Concilium ſecundum in Concilio Formatenſi, canone 15. legem latam in Concilio Calcedonenſe de ætate ordinandarum diaconiſſarum transcriptam legimus, & approbatam, quare & earũ Ordinationem iterum in Eccleſia Latina introductam, aut approbatam. Et hactenus de mulieribus, quæ diaconiſſæ dicebantur.

35

Conc. Epaunenſe.

Conc. Aurelia.

Conc. Formatenſe.

Iam verò tertio dicamus, quænam mulieres ad hanc Ordinationem aſſumerẽtur. Ex Clemente lib. 6. conſtitutionum, cap. 1. in fine, manifeſte liquet, virginem pudicam eligi conſueuiſſe; ſi autem non eſſet virgo viduam ſaltem, quæ fuiſſet vnius viri vxor, fidelem atque honoratam: ex quo etiã colligere licet, in diaconiſſam primariè eligi debuiſſe virginem: ſi autem id fieri nõ poſſet, viduam. Quocirca non erat idem vidua, quod diacona, ſeu diaconiſſa, cum virgines etiam in diaconiſſas eligerentur. Qua ratione idem Clemens lib. 3. conſtitutionũ, cap. 7. ſub finem, inquit: *Viduas igitur oportet eſſe honeſtas, graues, obedientes Epiſcopis presbyteris, diaconis, adhuc etiam diaconiſſis.* Diſtinguens plane viduas à diaconiſſis; cum ait viduas debere eſſe obedientes diaconiſſis: neque enim ſibi ipſis obedientes eſſe poterant.

36

Clemens Roman.

Virgines in diaconiſſas eligi conſueuerunt. Viduæ tamẽ in defectũ earum.

Tertium dictum de diaconiſſis

Quarto has viduas, quæ in diaconiſſas eligebantur, Græcè non ſolum diaconas, ſeu diaconiſſas, ſed etiam presbytidas dici conſueuiſſe, teſtatur Epiphanius aduerſus hæreſes, hæreſi 79. vbi ait: *Et miniſtrarum quidẽ diaconiſſarum appellatarum Ordo, &c.* Si autẽ verbum ex verbo reddas: *Et quidem diaconiſſarum Ordo, &c.* & infra: *Obſeruandum eſt autem, quòd diaconiſſis ſolum indiguit Eccleſiaſticus Ordo, viduasque eas nominauit, & ex his adhuc ſenieres aniculas, nunquam tamen presbyteridas, aut ſacrificulas conſtituit*, Cum ait, diaconiſſas vocatas fuiſſe viduas nõ ideò dicit, quia omnes diaconiſſæ eſſent viduæ, ſed quia plurimæ erant viduæ: nam virgines pro eo miniſterio in ætate cõueniente paucè reperiebantur. Pro eo autem, quod inquit: *Ex his adhuc ſeniores aniculas, nunquam tamen presbyteridas, aut ſacrificulas conſtituit*: in Græco ſic dicitur, καὶ τούτων ἔτι γραυτέρας πρεσβυτίδας ἀλλὰ πρεσβυτέρας οὐκ ἐποίησε περὶ τούτων προσέταξε. Quod quidem ſi verbum ex verbo reddas, Latinè ſic eſſet dicendum: *Et harum etiam magis anus, ſeu magis aniculas presbytidas, non autẽ presbyteridas, nec ſacrificulas conſtituit.* Non er-

37

Quartũ dictũ de diacõniſſis Epiphanius.

38

ergo, inquit, seniores dictas fuisse aniculas, sed magis aniculas, seu seniores dictas fuisse, seu constitutas presbytidas, quod ita dicerentur propter ætatem non propter officium sacerdotale. Et hac de causa non dicerentur presbyteridæ, ne quis putaret esse in eodem munere, quo sunt presbyteri; hoc est, sacerdotes, sed mutato aliquo modo nomine presbytidæ, quasi ratione solum senioris ætatis. Eadem vocem, πρεσβύτιδας, non autem πρεσβυτερίδας, vsurpauit Concilium Laodicenum canone illo vndecimo citato cum de his mulieribus loquitur, vt vidimus. Et quamuis Michael Medina libro quarto de continentia, controuersia sexta, capite septimo, §. *Inuenio*, referat ex hoc canone vocem illam, πρεσβυτερίδας, in decreto tamen Gratiani emendato refertur alia vox Graca quam diximus. Athanasius quoque libro de virginitate, columna 4. ante medium, dum exhortaretur ad virginitatem, inquit: *Tu autem si non facias tibi iuuenilem habitum, non audies iunior, sed grandior, & presbytera vocaueris.* Attendens nimirum ad mores senioris ætatis, tribuit iuniori nomen presbyteræ. Vtrum autem in Græco vtatur nomine, πρεσβύτιδα, an, πρεσβυτερίδα, mihi non constat, quia exemplar Græcum non habui. Fateor quidem, mulieres aliquas à Latinis dici consueuisse presbyteras, non tamen quia ministerio alicui Ecclesiæ essent destinatæ, sed alia de causa, vt inferius videbimus.

Viduæ presbytidæ fuit dictæ non ratione officij sed ætatis.

39

Mich. Med.

Athanasius.

Quintò videndum est, in quâ ætate hæ diaconissæ eligerentur. Et primum quidem si sermo sit de viduis, quæ ad diaconiam ordinabantur, certum est, vsque ad Concilium Calcedonense non nisi sexagenarias eligi consueuisse, vt patet ex ijs quæ diximus: nam cum hæ eligerentur ex viduis in statu viduali existentibus, & viduæ non eligerentur ante sexagesimum annum expletum, consequitur etiam ante hoc tempus ætatis ad diaconiam ordinari non consueuisse. De virginibus autem quod attinet ad ætatem, in qua deberent ordinari, nihil scriptum inuenio ante tempora Concilij Calcedonensis, sed existimo, arbitrio Episcopi id relictum fuisse. Nam Olimpia nobilis fœmina, vt scribit Nicephorus lib. 3. historiæ, cap. 24. cum nupsisset viro, & tamen virginitatis florem in Matrimonio, in quo viginti tantum menses permansit, non amisisset, post mortem mariti à Nectario Chrysostomi antecessore in diaconissam ordinata est, cum adhuc in ea esset ætate, in qua recte ad secundas nuptias absque nota transire posset. Ex quo non obscure consequitur, ante trigesimum annum in diaconiam fuisse promotam; nam si virgo nupsit, & in Matrimonio solum per viginti menses perseuerauit, quis dicat trigesimum annum excessisse, quando diaconissa fuit ordinata. Existimo tamen primum in Concilio Calcedonensi canone illo 15. pro ætate diaconissarum, vt ordinarentur, assignatum fuisse annum quadragesimum ætatis saltem inceptum, illis verbis: *Diaconissam non ordinari ante annum quadragesimum, &c.* Quem canonem ita intelligit Pamelius in scholio 72. in librum Tertulliani de exhortatione castitatis, vt dicat, in eo relaxatam fuisse legem Apostoli latam 1. ad Thimoth. 5. de electione viduarum post sexagesimum annum. Ego vero censeo nullam legem in hoc canone relaxatam, sed hanc nouam tunc latam fuisse de ea re, de qua nulla ante ea lata erat. Hæc enim lex, quam postea eodem modo Patres 6. Synodi in Trullo confirmarunt canone 14. & quam Concilium Vvormatiense in Latina Ecclesia canone 15. eisdem verbis transcripsit, non loquitur de viduis, sed de diaconissis, quæ ex virginibus, & viduis ordinabantur: lex autem Pauli solum de viduis, quæ ad statum vidualem eligebantur: neq; enim omnes illæ in diaconissas ordinabantur, vt probatum manet. Fuit autem hæc lex lata, vt cõplecterentur virgines, quæ ordinabantur diaconissæ, quia, vt existimo, nulla antea de ætate earum lex erat, & oportebat iam legem fieri, neque id arbitrio Episcopi relinqui. Fateor quidem Iustinianum in l. 9. quæ incipit, *Nulla*, Codice, *De Episcopis, & clericis*, legem Pauli intellexisse de diaconissis, cum dixit; *Nulla nisi emensis quinquaginta annis secundum præceptum Apostoli ad diaconissarum consortium transferatur.* Verum, sicut in assignanda ætate secundum Apostolum, ita & in alio manifeste deceptus est. Idem autem Iustinianus collatione nona in Authentico, *De sanctissimis Episcopis, &c.*. §. *Clericos autem*, aut iuxta aliam diuisionem, *Presbyterum autem*, solum prohibet ordinari diaconissam, quæ minor sit quadraginta annorum, nulla facta mentione legis Apostoli: refertur autem hic, §. post legem, *Nulla*, Codice, *De Episcopis, & clericis*. Quocirca ego non video, vbi Photius Patriarcha, vt scribit in suo Nomocanone, qui habetur 6. to. Bibliothecæ veterum Patrum, titu. 1. cap. 28. legerit, prohibitum fuisse in 9. constitutione,

Viduæ ante 60. annũ ad diaconiam non eligebantur.

Quintum dictum de diaconissis.

40

Nicephorus.

41

Pamelius.

1. ad Tim. 5.

Sexta Synod.

Con. Vvormat.

Iustinianus.

42

Photius.

Balsamon.

secundi tituli libro 1. codicis vllam fieri diaconissam, quę non excesisset tricesimum quintum annum. Balsamon verò in cõmentario illius capitis, rectè inquit in Authentico à nobis allegato illud statutum fuisse, vt nulla fieret diaconissa, quę minor esset quadraginta annis, nullamq; aliam prò ętate diaconissarum allegat constitutionem Imperatorum.

Varia diaconissarũ muneraexplicantur.

Sextò, quod nam fuerit harum diaconarum, seu diaconissarum munus, & ministerium explicare oportet, & primum quidem

Clemẽs Rom.

Clemens Romanus libro 2. constitutionum, capite 26. aliàs 30. inquit, diaconissam ita venerandam esse, vt repręsentet nobis Spiritum sanctum, aut sicut alia translatio habet, in figura Spiritus sancti honorandã esse. Reddit rationem his verbis: *Nihilque ea agat, aut loquatur, absque diacono, sicut neque Spiritus sanctus quidquam privatim agit, aut loquitur*: & palò inferiùs: *Et vt non contingit credere in Christum sine doctrina Spiritus sancti, sic ad diaconum, aut Episcopum nulla mulier sine diaconissa accedat.* Certè nulla alia de causa, nisi quia diaconissis ex officio incumbebat cęteras instruere mulieres de rebus, de quibus cum diaconis, aut Episcopis agere debebant. Verum prętèr hoc generale ministerium erant alia peculiaria in Ecclesia, ad quę hę mulieres cõsecrabantur, vt constat ex Clemente Romano varijs in locis: nam libro 2. constitutionum inquit capite 57. aliàs 61. ostiarios manere consueuisse ad introitum, & portam virorum; diaconissas vero ad portam mulierũ custodię gratia, quod sane ministerium intra Ecclesiam erat. Libro autem 3. earundem constitutionum cap. 15. ait munus diaconi fuisse vngere oleo sancto frontem mulierum, quę baptizabantur, diaconissarum vero abstergere, ne à viris aspicerentur. Cap. autem 16. inquit vitos baptizatos suscipi consueuisse à diacono; mulieres vero à diaconissis. De susceptoribus vero ex fonte Baptismi plura diximus supra to. 2. q. 67. in notatione ar. 7. Prętèr hęc autem ministeria assignat idem Clemens libro 3. capite illo 15. aliud extra Ecclesiam, vt cum Episcopus ad domos mulierum aliquem mittere vellet, non mitteret diaconum, nequid mali infideles suspicarentur, sed mitteret diaconissam.

Sextum dictum de diaconissis.

Primum munus diaconissarum 44

Clem. Rom.

Secudum munus.

Tertium & quartũ.

Quintum munus. 45

De his quoque diaconissis Epiphanius contra hæreses hæresi 79. ante medium ita loquitur: *Et ministrarum quidem diaconissarum appellatarum Ordo est in Ecclesia, sed non ad sacrificandum, neque vt quidquam aggredi permittatur; verum reuerentiæ gratia mulieribus generis, aut propter horam balnei, aut visitationis, affectionis, aut laboris, & quando nudatum fuerit corpus mulieris, vt ne à viris sacrificantibus conspiciatur, sed à ministrante muliere, cui præcipitur à sacerdote, vt curam gerat ad tempus indigentis mulieris in tempore denudationis corporis ipsius, ita vt Ordo bonæ disciplinæ, &c. munitus sit in mensura regulæ.* Ex quo loco aliquantulum obscuro Pamelius in scholio illo 72. in librum Tertulliani de exhortatione castitatis, putauit hoc ministerium diaconissarum ex sententia Epiphanij fuisse lauare corpus mulierum in balneo, & abstergere ante Baptismum. Nam cathecumenos prius lauari consueuisse, ne sordido corpore ad Baptismum accederent, notauimus in 2. tomo, disputatione 166. cap. 3. Michael autem Medina libro quarto de continentia, controuersia sexta, capite septimo, existimauit hoc ministerium ex sententia eiusdem Epiphanij, fuisse balnei mulierum inspectionis corporum earum gratia: per inspectionem autem inquit significari eam etiam, quæ aliquando fit in virginibus, de quarum integritate dubitatur. Ita vt ad hanc diaconissæ essent etiam constitutæ, quod tamen ipse religiosis fœminis indignum merito putat: hoc autem colligit ex verbis eiusdem Epiphanij in compendiaria vera doctrina, non parum ante finem, quæ est post hæresim 80. vbi ita scribit: *Sed & diaconissæ constituuntur in ministerium mulierum solum propter reuerentiam, si opus fuerit balnei gratia, ac visitationis, & inspectionis corporis.* Quæ sanè verba nihil aliud significant, quàm alia quæ citauimus ex hęresi illa 79. sicut inferius patebit.

Pamelius.

Mich. Med.

Epiphanius alia munera diaconissarum assignat.

Ego tamen censeo, Epiphanium aliud ministerium diaconissis assignasse, quàm prædicti Theologi existimarunt. Prius tamen quam mentem illius circa hoc ministerium syncere explicem, notare libet, verbis illis: *Sed non ad sacrificandum, neque vt quidquam aggredi permittantur*, denotare voluisse Epiphanium ordinem diaconissarum non esse ad sacrificandum, aut aliquid per seipsas perficiendum, videlicet, ad aliquod perficiendum mystrium, sicut sacerdos Sacramentum perficere dicitur, sed tantum ad ea, quæ ipsis commissa fuerint, exequenda: nam paulò inferiùs de diaconis subdit: *Nam neque diaconis in Ecclesia concreditum est, vt aliquod mysterium perficiant, sed solum*

vt

vt administrent, & exequantur commissa. Deinde assignat ministerium diaconissarū, quod, vt ego quidem autumo, tēpore Epiphanij prout verbis ipsius in vtroque loco denotatur, erat curam gerere ad tempus indigentium mulierum, vt si propter ægritudinem illarum aliquam, aut necessitatem, quæ indigentibus non raro accidit, aliquādo opus esset balneo, aut eorum corpus inspici, & visitari oporteret, diaconissæ assisterent, neque opus esset virorum adiumento, vt ne ab ipsis sacerdotibus corpora mulierum nuda inspicerentur, & hoc est quod ait: *Vt ne à viris sacrificantibus conspiciantur.* Fortassis autē Epiphanius nullius alterius ministerij diaconissarum meminit, quia eo tempore iam apud Græcos antiqua illa ministeria, quæ ex Clemente narrauimus, in vsu non erant. Neque vero prædictum ministerium, prout à nobis explicatum est, religiosis fœminis indignum erat, sed valde conueniens, cum opus esset pietatis, & misericordiæ erga indigentes, & pauperes, quæ eo remedio indigebant, neque à viris etiam religiosis decens erat in ea occasione adiuuari. Nec vero rectè putauit Medina, tale eo tempore his diaconissis ministerium assignatum apud Græcos fuisse, vt indignum ipsis esset. Hoc enim absurdum in tota Ecclesia Græca eo tempore fuisse credi non potest. Et hactenus de illis duobus generibus mulierum, quę à tempore Apostolorum cœperunt, & de causa, obquam quædam ex illis diaconissę vocatæ sunt.

Deinde vero post tempora Apostolorum, & primitiuę Ecclesiæ inuenimus in Latina alia de causa quasdam mulieres vocatas Episcopas, presbyteras, diaconas, & subdiaconas, non ab vllo Ordine, quem suscepissent, neque à ministerio ad quod essent destinatæ, aut consecratę, sed à viris quorum vxores erant, vt recte obseruauit Mich. Med. lib. 4. de cōtinentia cōtrou. 6. c. 7. nā in Synodo 2. Turonica sub Pelagio cū cano. 13. cautū esset, vt Episcopus vxorem suam haberet vt sororem, hoc est, nullam cum ea carnis consuetudinem haberet, canone 14. dicitur in hunc modum: *Episcopum Episcopam non habentem, nulla sequatur turba mulierum, &c.* & canone 20. aliquantulum à principio: *Nam si inuentus fuerit presbyter cum sua presbyterissa, aut diaconus cum sua diaconissa, aut subdiaconus cum sua subdiaconissa, annum integrum excommunicatus habeatur.* Et in Concilio Antisiodorensi postea celebrato circa tempora Papę Deusdedit canone 21. sic definitur:

Non licet presbytero in vno lecto post acceptam benedictionem, cum presbytera sua dormire, neque in peccato carnali commisceri, neque diacono, neque subdiacono, scilicet cum diaconissa, aut subdiaconissa sua. Hoc autem, vt bene notauit Medina, inde proueniebat, quod nemo coniugatus in Ecclesia Latina ad hos Ordines promoueatur, nisi ex mutuo consensu ipse, & vxor votum continentię prius emitterent: id quod rectè probatur ex eodem Concilio Antisiodorensi canone 22. vbi statuitur, vt non liceat relictæ presbyteri, nec relictę diaconi, nec subdiaconi post eius mortem maritum accipere. Id quod multo maiori ratione intelligendum est, etiam definitum fuisse de relicta Episcopi, ac proinde illam etiam emittere consueuisse continentiæ votum, hoc ipso, quod consentiebat, vt maritus in Episcopum assumeretur. Quocirca Gregorius I. in Synodo Romana, quę refertur inter eius decreta post libros Registri ante interrogationes Augustini Episcopi Cantuarientis, canone 1. sic definiuit: *Si quis presbyteram in coniugium duxerit, anathema sit.* Intellexit autem relictam presbyteri, & idem de alijs iudicium esse voluit. Benè video, Pamelium virum plane eruditum, & doctum in scholio 72. in librum Tertulliani de exhortatione castitatis, putasse, Gregorium per presbyteram intellexisse Abbatissam, seu Priorissam monialium, id tamen non probat, neque scio vnde probare possit, cum aliunde constet, vt vidimus, eo tempore in Ecclesia Latina nomine presbyterę intelligi consueuisse vxorem presbyteri, & sacerdotis, sicut etiam contra, non video, quo in loco Clemens Romanus per presbyteras vxores presbyterorum intellexerit, vt idem Pamelius ibidem putauit. Fateor quidem Theodorum Balsamonem in canone 15. Concilij Calcedonensis dixisse, suo tempore diaconissam ordinari non consueuisse, sed earum Ordinationem omnino fuisse sublatam. Quasdam tamen mulieres, ascetrias, hoc est, monachas, seu in monasterijs existentes, abusiue dictas fuisse diaconissas: verum ipse non explicat, quæ nam fuerint, vtrum Abbatissæ, an alię, sicut Scholastici supra in hoc capite memorati dixerunt. Verum hic Balsamon multo post tempora Gregorij fuit.

Porrò in Ecclesia Græca diuersum fuisse morem, constat ex canone 12. & 13. sextę Synodi generalis, nam in 12. statuitur, vt

Tempore Epiphanij munus illa coniissarum erat mulierum indigentiū curā gerere.

48

Medina.

Mulieres aliquando dictas Episcopissas, presbyteras, &c. non ratione officij, sed à iuris quorum vxores erāt Mich. Med. Synod. Tur.

49

Conc. Anti.

In Ecclesia Latina, omnes cōiugati in maioribus Ordinibus emittunt votum cōtinentiæ si mul cū vxoribus.

50

Gregorius.

Pamelius.

51

Balsemon.

Episcopi cum proprijs vxoribus à die Ordinationis suæ non habitent: ex quo manifeste liquet, ab eo die ipsos consueuisse votum castitatis emittere. Et licet nihil de vxoribus eorum, quod attinet ad votum legamus, tamen credibile valde est, eas etiam eodem modo vouere solitas fuisse. Contra vero in canone 13. decernitur, vt quamuis presbyteri, & diaconi in Latina Ecclesia simile votum emittant, & post Ordinationem ab vxoribus abstineant; tamen Græci hunc morem nequaquam admittant, neque obseruent, sed solum ab vxoribus abstineant, eo tempore quod mysterijs Missæ inseruire debent, de quo plura disput. 247. cap. 5. dicemus.

In Ecclesia Græca solum Episcopi coniugati votũ castitatis emittebant presbyteris vero, & diaconis licebat cum vxoribus vitam degere.

52

Iam verò ex ijs omnibus, quæ diximus, constat, nullas mulieres vllo tempore in Latina, aut etiam Græca Ecclesia in sacerdotissas ita fuisse ordinatas, vt offerre possent sacrificium, sicut Kataphrygæ contendebant, neque fuisse ordinatas in Episcopissas, vt alias etiam ordinare possint, aut munus aliquod proprium Episcoporum exercere, neque in diaconissas, aut subdiaconissas ad munus etiam proprium diaconorum, sed ad ea munera, tam intra Ecclesiam, quàm extra, quæ diximus. Ex quo inferre non licet, posse etiam fœminas ordinari in Episcopissas, & sacerdotissas ad sacrificandum, neque in vllo ordine Ecclesiæ constitui, per quem ad sacerdotium ascenditur, vel quo quis aliquo modo præparatur.

Corolariũ præcedentis doctrinæ

Quod vero prædictæ diaconissæ consueuerint esse ad portas Templi, per quas mulieres ingrediebantur, sicut ostiarij ad portas per quas viri intrabant, satis non est, vt dicamus eas fuisse ordinatas ostiarias; nam illis non erat demandata custodia Templi sicut ostiarijs, sed adiuuabant in hoc ostiarijs proipsis stando ad portas illas, quia magis honestum videbatur. Quod vero attinet ad repellendum indignas, & excommunicatas, existimo potestatem ex Ordinatione penes diaconissas non fuisse, licet ipsæ monere possent, & deberent ostiarios.

De ætate, & qualitate ordinandorum, & de temporibus Ordinationum. Disputat 246.

Ordinationis Ecclesiasticæ, contra Durandum, & alios ostenditur. Cap. 1.

Diluuntur argumenta sententiæ Durandi, Cap. 2.

De obligatione seruandi votum continentiæ in eo, qui ante vsum rationis, aut ex metu ordinatur. Cap. 3.

De ætate ordinandorum iure requisita. Cap. 4.

De qualitate ordinandorum. Cap. 5.

Hominem in quacumque ætate, etiam infantili, capacem esse huius Sacramenti, & cuiusuis Ordinationis Ecclesiasticæ, contra Durandum, & alios ostenditur.

CAPVT I.

EX tribus, quæ diximus consideranda esse ex parte recipientium Ordines, egimus in præcedente disputatione de primò, restat vt de duobus alijs disputemus, quibus etiam addere oportet tertium de tempore conueniente, in quo Ordines conferri debent. Circa ætatem vero ordinandorum duo tractanda occurrunt, vnum est in qua ætate vir sit capax huius Sacramenti, & cuiusuis Ordinationis Ecclesiasticæ, alterum est, quæ ætas secundum iura requiratur saltem ad hoc vt rectè quis ordinetur. De priori in hoc capite, de posteriori vero in sequente differemus.

1 Variæ opiniones de ætate requisita ad sacros ordines.

Prima opinio,

Circa primum igitur de ætate ante tempora S. Thomę, vt ipse & alij referunt, fuit opinio aliquorum, paruulos ante vsum rationis capaces non esse huius Sacramenti, etiamsi ex voluntate parentum ad eos suspiciendos offerantur. Quam postea solus Durandus videtur secutus in 4. distinctione 25. quæstione 2. numero 8. quamuis in ea non parum inclinare videatur Petrus de Soto libro de institutione sacerdotum lectione 5. de Sacramento Ordinis, §. *Secundo etiam*, & §. *Cæterùm est nonnullum*, quod attinet ad maiores Ordines; nam quod spectat ad minores, non dubitat, collatos pueris veros esse, & minimè iterandos

Durandus. Petrus Soto.

& tandem

& tandem, quod pertinet ad ſacerdotium putat ſub conditione repetendum, eo quod res dubia ſit. Probat autem Durandus ſuam ſententiam primum quidem, quia cenſet abſurdum aſſere, poſſe paruulum ſine vſu rationis ſacerdotem reipſa, aut Epiſcopum fieri: fieret autem ſi capax eſſet huius Sacramenti. Deinde, quia ad ſuſceptionem rectam, & veram Sacramenti neceſſaria eſt voluntas recipientis propria, vel aliena, quæ pro ipſo ſaltem interpretatiue (vt aiunt) vim habeat, qualis inquit eſt voluntas parentum pro paruulis filijs, ad recipiendum Baptiſmum, atqui in paruulis ante vſum rationis non poteſt eſſe voluntas propria vt patet, neque aliena, quæ proprijs vim habeat interpretatiuę; nam quòd voluntas parentum, vel eorum, qui gerunt vicem parentum (inquit Duran. ſufficiat pro filijs paruulis ad recipiendum Baptiſmum, ideò eſt: quia cum Sacramentum hoc ſit neceſſarium ad ſalutem, neceſſarium fuit committi à Deo voluntati parentum, vel aliorum, vt pro paruulis ipſi velint eos baptizari, ne ſine remedio perirent: cum cura de ſalute paruulorum illis relicta, & commiſſa fuerit. At cum Ordo non ſit Sacramentum neceſſarium ad ſalutem, certè non videtur neceſſarium fuiſſe, alienæ voluntati parẽtum, vel aliorum committi, vt pro ipſis paruulis velient eos ordinari. Huius autem differentiæ inter hæc duo Sacramenta ſufficiens, ait, indictum eſt, quòd paruulis, poſtquam ad vſum rationis peruenerint, licet diſſentire Ordinationi, vt nolint ſe fuiſſe ordinatos; contra vero ita diſſentire non licet Baptiſmo, vt nolint ſe fuiſſe baptizatos. Denique cum Baptiſmus ſit inſtitutus ad delendum originale peccatum, quod parentum actione paruulus contrahit: congruum (inquit Durandus) fuit, vt voluntas parentum pro illo ſuſcipiendo à paruulis, illis ſufficeret: quę ratio in Sacraméto Ordinis, & in alijs locum non habet.

4 Prima ratio Durãdi.

Secunda ratio.

5 Tertia ratio.

Poſtremo confirmari poteſt ex ipſa forma Ordinationis, in qua dicitur ordinando, *Accipe poteſtatem, &c.* vel, *Accipe Spiritum ſanctum, &c.* Ea enim denotatur, ex parte ordinandi debere eſſe actionem recipiendi, quæ quidem ſine conſenſu, & voluntate, non poteſt eſſe in ſignum, cuius ipſe tangere, & accipere debet materiam, per cuius traditionem poteſtas ei confertur, vt ita denotet etiam ipſe, ſe eam accipere, & in eam conſentire, quæ omnia paruulo ante vſum rationis conuenire nequeunt.

Vera tãmen & communis ſententia eſt, paruulos ante vſum rationis ita capaces eſſe Sacramenti Ordinationis, vt ſi miniſter Epiſcopus reipſa eis applicet materiam, & formam, verè ordinati maneant, & Sacramentum recipiant. Ita docent S. Thom. in 4. diſtin. 25. quæſtione 1. artic. 1. quęſt. 2. Bonauent. art. 2. quæſt. 2. Ricardus art. 4. quæſt. 2. Scotus quæſt. 2. §. *Hic breuiter*. Paludanus quęſt. 3. poſt 3. concluſionẽ, nu. 8. & ſeq. Supplementum Gabr. quæſt. 1. art. 2. concluſ. 8. Thomas de Argentina, quęſt. vnica, artic. 3. poſt primam concluſionem. Almain. quæſt. 2. §. *De ætate*, Dominicus Sotus quæſt. 1. art. 2. concluſ. 3. Sylueſter in ſumma, verbo, *Ordo*, 4. quęſt. 1. dicto 2. Ex quibus omnibus ſolus Paludanus hanc ſententiam ita fuit ſequutus, vt conſenſum parentum, aut eorum, quorum curę demandati ſunt, ad hoc vt puer poſsit ordinari, ſicut etiam vt baptizetur neceſſarium eſſe, dixerit: Cumque hic Autor cenſeat, Baptiſmum paruulis collatum inuitis eorum parẽtibus, aut ijs quorum curæ demandati ſunt, verũ non eſſe Sacramentum, non ſecus atq; Baptiſmum collatum adultis repugnantibus; cum ait in hoc loco nõ poſſe paruulũ ordinari inuitis parentibus, aut ijs quorũ curæ demandatus eſt, manifeſte intelligit, Ordinẽ paruulis collatũ cõtra parentũ, aut aliorum, qui curã ipſorũ habent, voluntatẽ, verũ non eſſe. De Baptiſmo ita exiſtimauit in 4. d. 4. q. 4. n. 28. & 29. Neq; verò ſolũ putat, Ordinẽ hoc modo paruulis collatũ nõ eſſe verũ, quia Baptiſmus collatus nullus etiam ſit, & Baptiſmo nõ præmiſſo Ordo collatus verus eſſe nequeat: ſed etiã, quia licet quis cõſenſu parẽtũ verè prius ſit baptizatus, verũ deinde Ordinẽ nõ recipient, niſi parẽtes, aut qui curã illorũ gerũt in Ordinatione cõſentiãt. Quocirca nõ ſolũ pro filijs infidelium, ſed etiã pro filijs fideliũ verè ordinãdis parentũ conſenſum, aut eorũ, qui curã ipſorũ gerũt, poſtulat, neq; ſufficere putat, quod per Baptiſmum paruulus Eccleſiæ ſubditus ſit.

S. Thom.

Bonauen.

6 *Ricardus. Scotus Paludan. Gabriel, Argentina. Almainus. Sotus. Syluester.*

Hęc ſententia, tam contra Durandũ, quã contra Paludanum, videlicet, paruulum ante vſum rationis capacem eſſe huius Sacramẽti, nullo conſenſu etiam parentum, aut aliorũ qui ipſius curã habeant, requiſito, probari poteſt primũ ex cap. vnico, *De clerico per ſaltũ promoto*, vbi Innocentius III. præcipit, vt qui ante annos diſcretionis ad minores Ordines fuerat promotus, & omiſſo diaconatu fuerat ſacerdos ordinatus, in diaconum ordinaretur, neque iuſſit minores Ordines, quali verè collati nõ eſſent, iterũ conferri.

Vt paruulus valide poſsit ordinari nõ requiritur conſenſus parentum

Probatur hęc ſentẽtia primo ex decreto Innocẽtij III.

Ibi autem nulla fit mentio voluntatis parẽt im, aut eorum, quorum curæ paruulus ille demandatus erat. Ex quo capite Beatus Thomas argumentum ducit pro hac ſententia. Cæterùm Petrus Sotus teſtimonium hoc parui momenti eſſe cenſet, eoquòd nõ de maioribus, ſed de minoribus dumtaxat Ordinibus intelligatur, de quibus ipſe non dubitat, veros eſſe, ſi paruulis ante vſum rationis conferantur, eoquòd ridiculum ei videatur credere, puerum ante quam ratione vtatur, verum presbyterum eſſe: cũque ipſe exiſtimet, minores Ordines verè eſſe Sacramenta, nullo modo cenſet, neceſſarium eſſe conſenſum recipientis Ordines ad eſſentiam illorum, prout Sacramenta ſunt, alioquin idem de minoribus Ordinibus, & de Baptiſmo, & Confirmatione putaret, ſed prout maiores ſunt, non quidem alia ratione, niſi quia abſurdum ei videatur dicere, puerum verum presbyterum eſſe; verum autem oſtiarium, lectorem, exorciſtam, aut acolythum, non item. Dominicus etiam Sotus loco allegato ex hoc capite non probat ſuam ſententiam de maioribus, eoquòd cẽſet, minores, de quibus tantum ibi loquitur Pontifex, non eſſe Sacramenta.

S. Thom. Petrus Sot

6

Optima ratione confirmatur hæc vera ſententia, & decretũ Innocentij efficax eſſe oſtenditur.

Ego vero exiſtimo, ex hoc capite, præmiſſa doctrina catholica de alijs Sacramentis, rectè quidem confirmari prædictam noſtram ſententiam de maioribus, etiamſi putem, minores non eſſe Sacramenta, in hunc modum. Conſenſus recipientis Ordines, aut parentum eius, aut eorum, qui curam illius gerunt, non requiritur neceſſario ad eſſentiam Ordinationis, quatenus eſt Sacramentum, neque quatenus per illam confertur aliqua poteſtas: ergo ad eſſentiam illius nullo modo neceſſarius eſt; nam ſi neceſſarius eſſet, vna ex his cauſis neceſſarius eſſet. Porrò non requiri ad eſſentiam Ordinationis quatenus Sacramentum eſt, patet ex doctrina à nobis tradita ſupra tomo 2. diſput. 155. cap. 6. contra Duran. & Paludanum: probauimus enim ex parte recipientis Sacramentum Baptiſmi, Confirmationis, & Euchariſtiæ non requiri conſenſum ipſius aut parentum, aut eorum, qui curam ipſius habent, vt verum recipiat Sacramentum, & effectum illius. Eadem autem ratio planè eſt Ordinationis inſpecta ſolum ratione Sacramenti, quàm habet, & de qua nunc loquimur; neque diuerſa aſſignari poterit. Præterà, non requiri conſenſum recipientis, aut parentum, aut eorum, ſub quorum cura eſt ad Ordinationem, quatenus per illam traditur poteſtas, & per verba

7

formæ eius modi traditio ſignificatur, non minus perſpicue probari poteſt exemplo minorum Ordinum, in quibus eadem forma verborum ſeruatur, per quã ſignificatur, tradi poteſtatem: nam ſi minores Ordines cõllati paruulis ſine ipſorum, aut parentum, aut aliorum conſenſu veri ſunt, vt patet ex illo capite, conſequitur plane, formam Eccleſiæ per quam fit quæcumque alia Ordinatio, & per quam ſignificat Epiſcopus tradere poteſtatem ad hoc, aut illud miniſterium, ſine prædicto conſenſu veram eſſe; ac proinde verbum, *Accipe*, quo in ea vtitur, rectè poni: quamuis ex parte recipientis nulla actio humana recipiendi reſpondeat, ſed ipſe vt paſſum tantum ſe habeat. Contra Durandum igitur, & Paludanum eodem modo de paruulis, & amentibus pro hoc Sacramento, & quacumque Ordinatione philoſophari debemus, quo de Baptiſmo ſumus philoſophati, 2. tomo, diſput. illa citata. Vt ſcilicet paruulus ante vſum rationis abſque vllo alio conſenſu ex parte ipſius, ſola voluntate Epiſcopi ordinantis adhibita vera materia, & forma veram recipiat Ordinationem, ſicut etiam verum Baptiſmum. Amens autem, qui nunquam vſus eſt ratione eodem modo: eadem enim omnino ratio eſt vtriuſque. Quocirca Dominicus Sotus in 4. diſt. 25. quæſt. 1. art. illo 2. §. *Contra hanc vero concluſionem*: quod alibi dixerat, amentem iure Diuino incapacem eſſe Ordinationis, explicat, ita vt intelligatur quantum ad vſum tantum. At vero de amente, qui aliquando vſus eſt ratione, alio modo dicendum eſt, ſicut de illo ad recipiẽdum verum Baptiſmum, diximus eodem 2. tomo, diſp. 157. cap. 2. vt neceſſe ſit prius habuiſſe voluntatẽ recipiendi hoc Sacramentum, neque illam retractaſſe. Et in quocumque adulto requiritur quidem voluntas, quæ ſaltem præceſſerit, & nunquam fuerit retractata, licet illa tempore, in quo confertur Sacramentum, actu non maneat, neque ex illa virtute moueatur ad recipiendum Sacramentum, de quo latè in eo capite diximus.

Sotus.

Vt amens qui aliquãdo vſus eſt ratione verum recipiat ordinẽ requiritur vt præceſſerit volũtas non retractata recipiendi talẽ ordinẽ.

Deinde limitatio illa Paludani peculiari ratione confutari poteſt, quia ſi ad recipiẽdum Sacramentum Ordinis, aliqua ratione peculiari voluntas ex parte recipientis requireretur, maximè quia cum in forma illius denotetur traditio illa per modum, & verbum illud imperantis, *Accipe*, quę non denotatur in Baptiſmo, videtur etiam requiri ex parte recipientis conſenſus aliquis, quo videatur Epiſcopo tradenti pa-

Conſenſum parentũ non requiri ad ſacros ordines contra Paludanũ oſtenditur.

8

9

reres:

rere. Hac autem ratione inanis, & inutilis omnino videretur consensus parentum, aut aliorum, qui curam haberent paruulorum: nam vt rectè dixit Durandus, quamuis cõmissa esset iure Diuino paruulorum voluntas voluntati parentum, aut curatorũ, quod attinet ad Baptismum, quia necessarius est,
10 & voluntati parentum, & aliorum videtur commissa eorum salus, tamen non propterea deberet videri etiam commissa, quod attinet ad Ordines, qui non sunt necessarij ad salutem recipientium, ac proinde pro volũtate paruulorum voluntas eorum non sufficeret, vt vera esset Ordinatio.

Paruulinõ posse ordinari in Episcopũ putarunt aliqui axcit. S. *Thomas, Bonauent.*

Addũt præterea S. Thom. & Bonauent. Episcopatum ante vsum rationis collatum verum non esse. Redditautem rationem S. Thom. quia in Ordinatione Episcopi recipitur potestas in corpus mysticum, & cura pastoralis, quæ sine consensu recipientis verè non recipitur. Bonauent. autẽ id probat, eoquòd in Episcopatu Matrimonium contrahat ordinatus cum Ecclesia, Matrimonium autem sine mutuo consensu contrahi nequit. Et fortasis hi Autores putarũt, Episcopatum non esse Ordinem, & gradum Ecclesiasticum à Christo institutum, sed solum dignitatem quãdam iurisdictionis, qualis etiã est dignitas parochi, vt disp. 240. c. 2. notauimus, & ideò absolutè pronunciarunt, Episcopatum ante vsum rationis collatum verum non esse.

11 Alij distinctione vtuntur. *Paludanus, Sotus,*

Cæterùm Paludanus, & Dominicus Sotus locis allegatis cum distinctione loquuntur, dicunt enim, Episcopatum, quod attinet ad consecrationem, paruulis ante vsum rationis collatum, verum esse, at verò quod attinet ad Matrimonium consecrati cũ Ecclesia, & ad obligationem, quę contrahitur cũ ea in consecratione Episcopi, non item, tametsi vterque existimet, Ordinationem Episcopi non esse Sacramentum, id quod existimare rectè potuerunt, eo solum quòd crederent, Episcopatum esse institutum iure Diuino, quamuis putarent, non esse Sacramentum, sicut reuera putarunt, imò etiam licet crederent, Ordinationem, & consecrationẽ illius solo iure Ecclesiastico fuisse introductam; possent enim vtrouis modo distinguere consecrationem, seu Ordinationem à cura pastorali, & contractu Matrimonij, quod cum Ecclesia contrahitur, sine quo fieri potest consecratio, vt disput. 241. c. 1. ex professo probauimus. Siue autẽ consecratio fieret Ecclesiastico iure siue Diuino (sicut reuera fit,) suapte natura, & institutione non postularet in ordinato, aut consecrato vsum rationis, siquidem ad recipiendũ vere minores Ordines necessarius nõ est, qui tamen iure Ecclesiastico sunt instituti. Cum autẽ, vt cõstat ex disp. 240. c. 3. & 4. nos dicamus, Episcopatũ non solũ iure Diuino fuisse institutum, sed etiã Sacramẽtum esse, characterẽ imprimere, & gratiam conferre, asserere quoq; debemus, ad recipiendum verum Sacramentũ Ordinis, sicut etiã Baptismi, vsum rationis ex parte recipientis necessariũ non esse, quamuis necessariũ existimemus, vt cõsecratis vinculo Matrimonij spiritualis, & curę pastoralis obligatus maneat Ecclesiæ, ad quam consecratur, sicut cap. 3. etiam dicemus de obligatione seruandi votum castitatis.

12 Sententia autoris est ad ordinẽ Episcopatus sufficiendum non requiri vsum rationis.

Diluuntur argumenta sententiæ Durandi.

CAPVT II.

EX his autem, quæ diximus, fundamenta oppositæ sententiæ, quibus Durandus probare contendebat, paruulum ante vsum rationis Ordinationis capacẽ non esse, facile dilui possunt. Ad primũ respondeo, absurdum non esse asserere, paruulum ante vsum rationis verum sacerdotem, aut Episcopum reipsa esse posse, quamuis absurdum sit ipsum ordinare, & consecrare. Secundũ verò argumentũ Durandi contra Paludanũ rectè cõuincit, fore, vt Ordo collatus paruulis ante vsum rationis verus nõ esset, etiamsi cõsensu parentũ, aut curatorum ordinarentur, si ad recipiendũ verè hoc Sacramentũ, & Baptismum necessarius esset consensus aliquis recipientiũ, quia credibile non esset, Deum commisisse voluntãti parentum, aut curatorum Ordinationem filiorum, sicut credibile esset, commisisse Baptismum, vt contra Paludanum ostendimus; verum cum à nobis iam probatum etiam sit contra Durandum, neque ad Baptismum neque ad Ordinem, aut vllum aliud Sacramentum requiri vsum rationis in recipiente, neque voluntatem alterius pro ipso paruulo, dicimus cõtra ipsum, paruulos ante vsum rationis, non ideò verè ordinari, quia ex consensu alicuius ordinentur, sed quia hoc Sacramẽtum, & Baptismi in paruulis nullum ipsorum requirit consensum, aut aliorum pro ipsis, vt verè recipiatur. Ad tertiam rationem respõdeo, verbũ, *Accipe*, quo vtitur Episcopus in Ordinatione, significare quidem efficacem

Respõdẽtur argumenti Durandi.

13 Prima rãtio soluitur

Secundũ argumentum cõtra Paludanum conuincit.

Solutiones tij argumenti.

traditionem poteſtatis, non tamen requirere actionem reſpondentẽ ex parte recipientis, ſed ſolam capacitatem. Cum enim hæc poteſtas non ſit curę alicuius, ad quam quis obligetur, hæc enim poſtulat conſenſum in recipiente, ſed habilitas quædam, & facultas faciendi aliquid rectè ſine conſenſu, & actione libera recipientis cõferri poteſt. Veluti ſi quis ex inſtitutione Diuina conferret alicui donum Spiritus ſancti, & poteſtatem, vt ſuo tempore pelleret dęmones ab obſeſsis corporibus paruulo ante vſum rationis, non ſolum eam conferre poteſt abſque conſenſu illius, aut alterius pro eo, verum etiam per verbum, *Accipe*, eam poſſet tribuere, neque enim hoc verbum verè ſolũ dici poteſt intelligenti, ſed cuicumque rei, cui per modum imperantis confertur aliquid, ac ſi eſſet intelligens, denotatque certum effectum eius, quod traditur. Sicut etiam Lucę 17. dicitur: *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis dicetis huic arbori more; eradicare.* Hoc enim verbo denotatur certa virtus fidei ad eum effectum. Quocirca ſatis eſt, vt recipiens Ordines ante vſum rationis ſe habeat vt paſſum. Et eodem modo in cęremonijs, quæ præcedunt Baptiſmum, ſacerdos cum paruulo cathecumeno ſępius loquitur per idem verbum imperatiui, non quod ſupponat ipſum aliquid intelligere, ſed vt denotet efficaciam verbi. Hoc modo loquitur cum dicit: *Accipe ſignũ crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.* & iterum, *Accipe ſal ſapientiæ, &c.* & iterum ad aurem cathecumeni, *Ephetah, quod eſt adaperire.* Hæc ſolutio aperte deducitur ex Bonauentura art. 1. quæſt. illa 2. ad ſecundum. Reſpondens enim prædicto argumento inquit, verbum, *Accipe*, potius denotare imperium, & poteſtatem dantis, quam executionem accipientis, & ita miniſtri eſſe non ſolum offerre, ſed conferre: ac ſi dicat; Verbum illud nõ denotat acceptionem recipientis, quæ eſt executio ex parte illius, cui aliquid offertur. neque tantum oblationem ex parte miniſtri quæ poſtulat acceptationem ex parte eius, cui fit oblatio, ſed veram traditionem ex vi poteſtatis conferentis.

Cæterùm, quia in eodem argumento afferebatur illud de tactu materiæ, quę traditur ordinando, examinare oportet vtrum ſaltem neceſſarius ſit tactus ex parte ordinandi. Non pauci Scholaſtici affirmant, neceſſarium eſſe contactum ex parte recipientis, quo materiam ipſam contingere, & recipere dicatur, vt ita formæ reſpondeat, in qua dicitur: *Accipe poteſtatẽ, &c.* Ita S. Th. in 4. diſt. 24 q. 1. art. 2. q. 5. ad tertium, vbi ait, porrectionem materię eſſe magis de eſſentia Sacramenti, quã tactũ ex parte recipiẽtis, nihilominus cõtactum etiã ad eſſentiam requiri, ſicut per verba formę denotatur. Cum S. Tho. ſentiunt Palud. eadẽ d. q. 1. art. 1. n. 6. ſub finem, Caiet. 1. to. opuſc. tract. 26. Domin. Sotus in illa diſt. 24. q. 2. art. 2. §. *Verum hic ſubortitur dubium*, Oſius in confeſsione catholica cap. 50. Syluester. in ſumma verbo: *Ordo*, 2. q. 5. §. *Tertio vtrùm*, Angelus in ſumma verbo: *Ordo*, 1. num. 7. & Viguerius, inſtitutionibus Theologicis cap. 16. §. verſi. 1. quorum ſententiam à Caietano, Angelo, & alijs primum probatur duãa ſimilitudine ex Sacramento Baptiſmi, & Extremæ vnctionis, in quibus neceſſarius eſt materiæ contactus, eoquòd adhibeatur pro illis extrinſeca materia. Deinde ex ipſa ſignificatione formæ huius Sacramenti, vt indicat. S. Thom. loco citato, quam impleri reipſa oportet: per illam enim denotari planè videtur tactus corporalis ex parte recipientis, nam cum in forma dicit Epiſcopus: *Accipe*, per verbum hoc iuſſionis, & imperij, non ſolùm imperatur actio interior ex parte recipientis, ad quem dirigitur imperium, ſed etiam exterior relata ad materiam, quæ traditur cum exteriore acceptione eius, quòd offertur: ac proinde iuſsio Sacramentalis, quæ eſt in Ordinatione in exteriori materia impleri debet. Sicut etiã cũ in conſecratione Euchariſtiæ dicitur: *Hoc eſt corpus meum*, oportet fieri demonſtrationẽ ad ſenſum, quia per formam ſignificatur materia prę ſens. Ex quo etiã infert Caietanus in eo loco, nõ ſolum debere tactũ materię interuenire, quando per verbum formæ prę cipitur ordinãdo, vt accipiat materiam ipſam: veluti cum dicitur ordinando, *Accipe librum*, ſed etiam quãdo prę cipitur, vt accipiat poteſtatẽ. Prę cipitur autem vt accipiat materiã in lectoris, & exorciſtę Ordinatione, in cuius forma licet ſolum dicatur, *Accipe*, quia tamen traditur liber, & nõ dicitur, *Accipe poteſtatem*, videtur iuſsio referri ad ipſam materiã, quæ eſt liber. Expreſſe tamen id prę cipitur in Ordinatione acolythi, cui dicitur, *Accipe ceroferariũ, &c.* nam acceptio materię, & rei corporalis fit loco acceptionis ſpiritualis.

Circa hanc tamen opinionem illud obſeruare libuit, nullum ex citatis Autoribus ita contactum materiæ poſtulare, vt dicat, revera neceſſarium eſſe proximè tangere ſingula, quæ pro materia offeruntur, videlicet in ſacerdotio calicem, patenam, & hoſtiam.

14 Ab Epiſcopo tantũ ſignificat actualẽ traditionẽ poteſtatis, quod non poſtulat reſpondentem actionem recipientis.

Luca. 17. 15

Bonauent.

Soluitur dubium incidens.

Secunda opinio 16

S. Thoma. Paludanus. Caietanus. Sotus. Oſius. Syluester.

17 Angelus. Viguerius.

18

& hoſtiam. Et ſane licet neceſſarius eſſet tactus materiæ, non video, qua probabilitate dici poſſet, neceſſarium eſſe proxime illa ſingula tangere: nam ſicut ſatis videtur tangere vinum remote per tactum calicis, ſatis videtur & hoſtiam tactu patenæ, imo & ipſam patenam tactu calicis, qui omnia ſuſtentare, & continere dicitur. Sententia igitur memorata intelligenda eſt de tactu in vniuerſum, non autem ſpeciatim, & proxime circa ſingula, quia de illo tantum, non de hoc videntur Doctores loquuti, & pro ea tantum in hoc ſenſu aliquod ſpecimen probabilitatis rationes factæ habere videtur.

19

Caietanus.

V. Victoria.

Mihi placet ſententia, quam idem Caietanus re melius perſpecta docuit in ſumma, verbo, *Ordinantium, & ordinatorum peccata:* & Victoria in ſumma num. 230. videlicet non eſſe neceſſarium vllum tactum totius materiæ ex parte Ordinandi, proximum, aut remotum: ſed ſatis eſſe, ſi Epiſcopus eam porrigat præſenti ordinando, etiã ſi ordinandus nihil materiæ tangat: Fuit autem opinio antiquior, vt refert S. Thomas loco citato, quam prius reuera tradiderat Albertus in 4. diſt. 24. art. 38. ad 2. Et Sotus non ſolum probabiliſsimã cenſet, ſed in eam vehementer inclinat: eamque plane, vt exiſtimo, ſequeretur, niſi obſtaret ei autoritas S. Tho. Probatur autẽ primũ, quia, vt ait Albertus, in hoc Sacramento forma ſolũ denotat traditionẽ poteſtatis in aliquẽ: hæc autem recte denotatur per hoc ſolũ, quod Epiſcopus tradat materiam præſenti, & ille, ſi ſit adultus, cõſentire videatur: ſi autẽ, ſit paruulus absq; vllo cõſenſu ipſius, autnutu Epiſcopus tradere dicitur poteſtatẽ per ſolam præſentiã materiæ. Deinde quia ſi ex parte ordinandi requireretur cõtactus non alia de cauſa requireretur, niſi vt non ſolùm Epiſcopus tradere, ſed etiã ipſe ordinãdus materiam accipere diceretur, & per materiam poteſtatem: ad hoc autem non ſufficeret ſolus tactus, nam ſolo tactu calicis paruulus nõ dicitur accipere: tangere enim, & accipere diuerſa ſunt, & non quicumque tãgit, accipit. Adde, quòd licet paruulo ita traderetur calix, vt ipſi etiã manus aperirentur, vt capere poſſet, niſi ipſe moueret digitos, & manus ſtringeret calicem, non diceretur calicem accipere. Quare cum ordinandi ad tangendum calicem cum patena, manibus ligatis accedimus, tangentes ſolum calicem inferioribus digitis, & patenam ſuperioribus, non dicimus capere, ſeu accipere calicem, quia non tenemus, ſed ſolum tangere, & tamen conſtat ex præcedentibus paruulum ante vſum rationis capacem eſſe Ordinationis etiam eius, quæ eſt Sacramentum, eo quòd ex parte eius non requiratur conſenſus acceptantis poteſtatem, ſed tantum, vt ſe habeat tamquam paſſum, illam recipiẽs: quòd ſi non requiritur hic conſenſus ad ſpiritualem poteſtatem acceptandam: ſequitur nõ requiri exteriorem actionem ex parte eius, qua talem conſenſum ipſe denotet. Si quis autem contactus exterior requireretur ad hoc tantum neceſſarius eſſet, vt conſenſus huiuſmodi ſignificaretur: ad hoc verò nõ ſufficeret ſolus contactus, ſine apprehenſione materiæ, per quam ordinãdus vere illam accipere diceretur: quia contactus ſolus non indicat conſenſum acceptantis. Qua propter valde miror, S. Thomam, & alios, qui dixerunt, pueros capaces eſſe Sacramenti Ordinationis, & nihilominus ad illud requiri contactum ex parte materiæ.

21

Quæ verò pro ſententia ipſorum adduximus, facile diſſolui poſſent. Prius quidẽ deſumptum ab exemplo aliorum Sacramẽtorum, nihil prorſus momenti habet: nam in Sacramento Baptiſmi ideo requiritur cõtactus, quia materia eius proxima eſt ablutio, quæ ſine tactu fieri non poteſt: in Cõfirmatione, & extrema Vnctione ſimiliter, quia eorum materia eſt Vnctio, quæ ſine tactu eſſe nequit: at cum materia proxima Ordinationis ſolum ſit traditio, certè non requiritur contactus: namque & dominium alicuius rei tradi ſolet ſine contactu ſolo aſpectu oculorum, vt conſtat ex iure ciuili. Hoc dixerim, non quòd exiſtimem, in Ordinatione neceſſarium eſſe ſaltẽ aſpectum oculorum, ſed vt oſtendam, ſi traditio etiam rei corporalis cum tranſlatione dominij recte fieri poteſt ſine tactu, multo magis traditionem rei ſpiritualis ſine tactu materiæ fieri poſſe, ſiquidem ſine materia ſolis etiam illis verbis: *Accipe poteſtatem, &c.* fieri potuiſſet, ſi Deus inſtituiſſet; nihil igitur aliud requiritur ex parte Ordinandi reſpectu materiæ, niſi præſentiã eius, vt conuenienter ipſi dicatur: *Accipe poteſtatem*, præſente quoque, & oblata materia, quæ aſſumitur in ſymbolum Ordinationis, & capacitas, ad quam ſolum requiritur ſexus virilis vt ex dictis diſput. 245. cap. 2. patet: acceptatio autem, vel ſignum acceptationis exterius nullo modo.

Solutiõ prioris rationis.

Differẽtia inter hoc, & alia Sacramenta, quoad materiæ contactum.

22

Traditiõ alicuius rei abſque recipiẽtis contactu fieri poteſt

Poſterius autem argumentum ex dictis quoque dilui facilius poteſt: concedimus

Diluitur poſterius argumẽtũ

20

Efficaci ratione vera ſententia probatur.

nãmq̃ ẽ, totũ id, quod per formam Ordinã tionis ſignificatur, impiendum eſſe : fatemur quoque ingenue, formam cuiuſcumque Ordinationis per verbũ: *Accipe*, eſſe voluti iuſſionis, & præcepti, nec tantum referri ad poteſtatem ſpiritualem, quæ per illam traditur, ſed etiam ad ſymbolum, & ſignum exterius, per quod traditur, etiam ſi non exprimatur niſi traditio poteſtatis. vt in forma ſacerdotij, & aliorum maiorũ Ordinum; negamus tamen huic traditioni materiæ, quæ ex parte ordinantis ſe habet, debere reſpondere ex parte ordinandi contactum: nam ſi quid reſpondere deberet præter capacitatem ſubiecti, non ſolũ eſſet cõtactus corporalis, ſed etiam acceptatio interior, & exterior: hæc autem iuxta cõmunem opinionem, etiam eorum, qui nobis in hac re aduerſantur, neceſſaria non eſt, recte igitur completur tota formæ ſignificatio, tam quod attinet ad poteſtatem interiorem, quam quod ſpectat ad materiã, & ſymbolum, per hoc ſolum, quod traditur poteſtas ab ordinante, & porrigitur materia ad denotandam hanc traditionem: forma autem conſecrationis Euchariſtiæ poſtulat materiam præſentem propter demonſtrationem ad ſenſum, vt ſuo loco diximus: eodemque modo hæc verba Ordinationis: *Accipe, &c.* poſtulant materiam præſentẽ, vt dicatur tradi; non tamen poſtulat acceptationem, neque apprehenſionem ex parte ordinati, vt oſtendimus.

23

24

De obligatione ſeruandi votum continentiæ in eo, qui ante vſum rationis, aut ex metu ordinatur.

CAPVT III.

Sacros Ordines cõtinẽtiæ votum iure Eccleſiaſtico præ ſe ferre ſupponitur.

TAMETSI Controuerſia inter catholicos ſit, quo iure votum caſtitatis ſit Ordinibus ſacris annexum, & iuxta communem, & veram ſententiam eorũ, qui dicunt, iure Eccleſiaſtico hoc votum Ordinibus ſacris coniunctum eſſe. quæſtio etiam aliqua ſit, à quo tempore inceperit in Eccleſia tamẽ indubitatũ eſt, nunc omnes Ordines ſacros apud Latinos hoc votũ ſibi annexum habere: ſupereſt igitur, vt nunc videamus, vtrũ pueri ante vſum rationis ita ordinati maneant, vt voto caſtitatis eodem modo teneantur, ac ſi in ſuam Ordinationem conſenſiſſent, an non; idemque de ordinatis ex metu examinare oportet.

De paruulis igitur ante vſum rationis, & de amẽtibus à natiuitate aliqui docuerunt, vt refert Ricardus, loco inferius allegando etiam paruulos ſine conſenſu ordinatos habere votum cõtinentiæ annexũ, quod peruenientes ad vſum rationis debeãt ſeruare: Pro qua opinione ego neminem ex ſcriptoribus hactenus legi, cæteri vero omnes, qui ſua ſcripta prælo mandarunt, & huius quæſtionis mentionẽ fecerunt, non ſolum docent, huiuſmodi paruulos ſic ordinatos nõ teneri voto caſtitatis, ſed etiam poſt ordinationẽ poſſe abſque peccato ducere vxores: ita docent de voto cõtinentiæ Bonauẽt. in 4.d.25.art.2.q.2.in corpore, ad vltimũ. Ricard.art.4.q.illa 2.ad 3. Paludan.q.illa 3.poſt 3.concluſionẽ, num.10. Maior in 4.d.24.q.2.§. *Sed hanc determinationẽ*, aliquantulum ante finẽ. Almai.q.2.§. *Sed tũc quæritur*. Dominicus Sotus.q.1.art.2.poſt 3.concluſ.§. *Quod ſi roges*, & 7. lib. de iuſtitia.q.2.art.5. in fine. Ratio vero eſt manifeſta: nam cũ votum eſſentia ſua ſit promiſsio Deo facta, & promiſsio nõ poſſit aliquẽ obligare; niſi propria volũtate ſua, aut expreſſa, aut (vt aiunt) interpretatiua, quę neceſſario pendet ex aliqua expreſſa ipſius, qui promittit: puer autẽ ante vſum rationis neque expreſſam, neque interpretatiuã voluntatem Deo promittendi habere poſſit, cõſequitur plane, voto caſtitatis ipſum nõ poſſe obligari. Porrò autẽ neminẽ, niſi propria ſua voluntate obligari poſſe promiſsione erga Deũ, vel erga aliquem alium, ac proinde neq; voto, quod eſſentia ſua promiſsio eſt, docuit Scotus in 4.d.37.q.vnica.§. *Hæc eſt*, verſic. *Contra*. Duran. eadẽ d. q.1.n.5. & Palud.q.1.art.3.adargu.in oppoſitũ n.19. Et à priori ſic oſtẽditur: nã obligatio promiſsionis eſt obligatio fidelitatis; fidelitas autẽ eſt quędã veritas, videlicet in promiſſis, & de futuro, ſicut docuit S. Tho. 2.2.q.88.art.3. obligatio igitur voti eſt obligatio veritatis de futuro. Veritas autem nullũ obligat, niſi ad faciendum verum id quod ipſe dixit, nõ enim obligat ad faciendum verũ id, quod alij pro ipſo etiã dixerunt: ergo neque votũ obligat aliquẽ, niſi ſit ab eo emiſſum, & dictũ. Nulla igitur lege etiam Diuina fieri poteſt, vt quis ad cõtinentiam obligetur obligatione voti, niſi ipſe aliquo modo votũ emiſerit, vel promiſsionẽ fecerit, ac proinde recte dixerũt prędicti Doctores, puerũ ante vſum rationis ordinatum non obligari voto continentiæ.

Aliquorũ mens.

21

Bonauẽt. Ricardus. Paludan. Maior.

Sotus.

26

Scotus. Durandus. Paludanus.

27

Cæterum

Continentiam iure Diuino ante xam eſſe ſacerdotio exiſtimarunt aliqui

Cæterũ, vt notauit Almainus, aliqui exiſtimarunt, huiuſmodi paruulum ordinatũ, obligatum manere ad perpetuam continentiam: vt ducere non poſsit vxorem, nõ quidem ex voto expreſſo, aut interpretatiuo, ſed ex eo quod Ordini ſacro caſtitas perpetua annexa ſit: atque vt oſtenderent, quo pacto puer ad eam obligari poſſet, dixerunt, hanc continentiam iure Diuino ita eſſe ſacerdotio annexã, vt ſemel ordinatus in ſacerdotem iure Diuino ducere non poſsit vxorem, eo quod valde indecens ſit, & contra religionis cultum debitum ſacerdotio, eum, qui ad gradum ſacerdotis promotus eſt, ad ſtatum inferiorem Matrimonij deſcendere, cuius indicium non obſcurum eſſe videtur, quod in Eccleſia Græca, in qua ſacerdotes vxores habent, & eis certis temporibus vtuntur, quamuis ex Matrimonio ad ſacerdotium aſcendant, tamen a ſacerdotio ad Matrimonium deſcendere, nullo modo permittuntur.

Quid ſenſerit Almainus.

Almainus vero putat, hanc continentiã ſolo iure humano coniunctam fuiſſe ſacerdotio, & ita ſolo iure humano vetitũ eſſe, ſemel ordinatum in ſacerdotem vxorem ducere, eoquòd ſi iure Diuino id vetitum eſſet, ſequeretur ex diſpenſatione Eccleſiæ fieri non poſſe, vt ſemel ordinatus in ſacerdotem ducat vxorem, quia ius Diuinum diſpenſatione, & conceſsione Eccleſiæ relaxari nequit. Videmus autem (inquit) cum multis fuiſſe diſpenſatum, vt poſt ſacerdotium Matrimonium contrahant, ſignum igitur eſt, id ſolum vetitum eſſe iure humano.

38

Vera ſententia exponitur.

Ego vero exiſtimo, ſiue ſolo iure humano, ſiue etiam Diuino vetitum eſſet, poſt Ordines ſacros Matrimoniũ cõtrahere, nihilominus fore, vt puer ante vſum rationis ordinatus, libere poſſet ad Matrimonium trãſire, & omnino ab Ordinis miniſterio ceſſare: nam quamuis verum exiſtimem, non ſolum iure Diuino, ſed etiam humano, ſine voto emiſſo poſſe ordinatum obligari ad ſeruandam caſtitatem, & vt Matrimonium non contrahat, tamen id ſolum verum cenſeo in eo, qui libere Ordines ſuſcepit. Primum quidem potuiſſe ordinatos ſine voto emiſſo ad continentiam perpetuam obligari, probatur: quia pro reuerentia debita Sacramẽto Ordinis recte ita potuit ab Eccleſia inſtitui, aut etiam iure Diuino conſtare, non quod tale præceptum, etiam ſi Diuinum eſſet obligaret obligatione voti: hæc enim non poteſt alicui imponi, niſi ipſe promittat, & emittat votum, vt dixi, ſed quod ex religioſo cultu debito ſacerdotio, talis obligatio ſua natura oriri poſſet, aut ſtatuto Eccleſiæ imponi: ita vt non ſeruare deinde caſtitatem; etiam ducendo vxorem, peccatum eſſet ſacrilegij, nõ quidem tale, quale eſt violatio voti, & promiſſionis: ſed alia ratione, quale nimirum eſt, recipire Ordinem ſacrum in mortali: an vero talis lex Diuina, aut Eccleſiaſtica lata ſit, quæ præter votũ clericorũ obliget ad perpetuam continentiam cum qualibet muliere ſeruandã, vel ſolum irritet Matrimoniũ ab eis contractum poſt Ordines, diſputatione 249. cap. 2. dicemus. Deinde puerũ ante vſum rationis ordinatum non manere obligatum ad perpetuam continentiam hoc modo, nec inhabilem Matrimonij probatur, quia quamuis iure Diuino, & etiam naturali indecens videretur, vt ſemel ordinatus Matrimonium contraheret, tamẽ id ſolum locum haberet in eo, qui conſenſu proprio ſtatum illum ſacerdotij elegiſſet, in eo vero qui abſque vllo ſuo conſenſu ordinatus eſſet, non item: nam quamuis ei qui ſponte Deo obtulit in ſacerdotem, indecorum videretur ad nuptias tranſire, & illis vti, tamen ei, qui talem ſtatum non elegiſſet, nullo modo indecens eſſet, recte igitur ex Doctoribus in hac diſputatione ſuperius allegatis, Scotus & Almainus expreſſe dixerunt, puerum ſic ordinatum, non ſolum non teneri voto continentiæ, aut alia obligatione eius, ſed etiã recte poſſe vxorem ducere: licet autem alij id expreſſe nõ dixerint, ex eorum tamen ſententia de obligatione continentiæ manifeſte conſequitur. Vtrum autem iure Diuino, an ſolũ Eccleſiaſtico vetitum ſit ordinatis in ſacerdotes, ad Matrimonium tranſire, diſp. cit. explicabimus, ibi enim ex profeſſo de continentia clericorum agemus.

Quale peccatum ſit in eo, qui libere ſuſcepit Ordinis ſine voto caſtitatis, matrimoniũ cõtrahere.

30

Scotus. Almainus.

Puer ante vſum rationis Ordinatus recte poteſt vxorem ducere.

Supereſt, vt de eo, qui coactus Ordinem ſacrum ſuſcepit, dicamus, vtrum ad ſeruandam perpetuo continentiam teneatur, an non? & quidem ſi ita metu adductus fuiſſet, vt nullo modo conſentiret, ſed repugnaret interius, indubitatum eſt, ſoie, vt neque verum Ordinem, ſicut neque verum Baptiſma hoc modo ſuſciperet, vt de Baptiſmo definitur in capite *Maiores*, de Baptiſmo & eius effectu. Quocirca neque de hoc difficultas vlla eſt, vtrum ad continentiam teneatur, an non? ſi vero metu coactus interius conſenſit, certum etiam eſt, verũ Ordinem ſuſcepiſſe, etiã ſi metus mortis fuerit cadens in conſtantẽ virum, eoquòd quicumque conſenſus, quouis metu extortus, ſimpliciter verus conſenſus ſit, vt patet ex

31

iijs

iis,quæ de voluntario coacto diximus 1.2. diſput.27.cap.3.nu.17. Verum in hoc caſu difficultas eſt,vtrum ſic ordinatus obligatione aliqua perpetuæ continentiæ teneatur? Hæc autem difficultas propoſita ſolum locum habet,ſi metus fuit mortis extrinſecùs illatus,& cadens in virum conſtantem,nam ſi nó fuit huiuſmodi, vel quia non extrinſecùs venit, ſed natura accidit, qualis eſt metus mortis ex ægritudine, vel quia non fuit mortis, vel quia licet fuerit mortis, non fuit cadens in virum conſtantem: de qua diſtinctione plura dicemus in tractatu de Matrimonio: certum quoque eſt,ordinatum hoc modo ad perpetuã continentiam obligatum manere:de eo autem qui metu cadente in virum conſtantem ordinatus eſt, Doctores varie ſentiunt. Sylueſter in ſumma verbo *Ordo*.4.quæſt.1.dicto 2. cenſet,eum qui hoc modo eſt ordinatus teneri voto perpetuę cõtinentiæ,niſi vxorẽ habeat:nã ſi illã habet,quando ordinatus eſt,eo inquit non tenebitur,quã limitationẽ de habente vxorẽ ipſe adhibet, ex mẽte ſupplementi ſummæ Piſanæ: conſentiunt etiam,quod attinet ad obligationem voti, abſque illa limitatione Paludanus in 4. d. 38.quęſt.3.artic.4.concluſ. 6. Antoninus 3.par.titul.14.cap.16.§.18. Tabiena,verbo,*Ordo*.2.quęſt.17. atque alij Iuriſperiti, & Rota in deciſionibus recens excuſis,deciſion.660. Probat autem Sylueſt. ex canone, *De iudicis*.45.diſt. vbi ſtatuitur, vt ij,qui metu baptizati ſunt,cogantur in religione Chriſtiana permanere:putat enim huiuſmodi ordinatum implicite cõtinentiam vouere, ſicut etiam baptizatus vouet in religione Chriſtiana viuere. Alij vero abſolute docent,eiuſmodi voto eum non teneri. Ita Ioannes Andreas, & Raimundus in ſumma,quos citat idem Sylueſter,& ſequitur Angelus in ſumma, titul. *Ordo*, 3.num. 26.Roſella, *Ordo*.3.nu.5. Maior in 4.diſt. 24.quæſt.2.§. *Sed hanc determinationem*,in fine. Almainus in 4,diſt. 37.quæſt. vnicã ante medium. Gloſſa in cap. *Maiores*,de Baptiſmo,& eius effectu, verbo, *Conditionaliter*,& alij Iuriſperiti: citari etiam poteſt Hoſtienſis in lib.1.ſummę, titulo *De ætate,& qualitate*,num.5. quamuis aliqui pro oppoſita eum allegent. Denique idem docuit Sotus in 4.diſtinctio. 25. quæſtione 1.artic. illo 2. §. *Hinc autem emergit*: tametſi oppoſitum ſenſerit 7.lib. de iuſtitia q.2.art.5.ſub finem,eo quod cenſet, vota hoc modo emiſſa irrita eſſe iure canonico, id quod colligunt ex cap. *Perlatum*, *De iis, quæ vi, metus ve cauſa fiunt*. Mitto nunc opinionem aliquorum, qui dicunt,vota emiſſa ex metu in foro animæ irrita non eſſe; ſed tantum in foro exteriori, eo quod ius canonicum merito præſumat, cum tali metu verũ conſenſum non fuiſſe,& iuxta veram doctrinam eorum, qui aliquod votum metu emiſſum putant irritum eſſe ipſo iure,de quo 2.2.q.88.& in hac 3.p.de Matrimonio fuſius dicemus, vbi præſenti difficultati reſpondebimus.

Sylueſter.

32

Paludan. Antoninus. Tabiena.

Sylueſter.

Ioãnes. Andreas. Raimund. Angelus. Roſella. Maior. Almainus. Gloſſa. Hoſtienſis.

33

Dico igitur primam limitationem adhibitam à Sylueſtro in præſenti inutilem eſſe. Nam cum ipſe exiſtimet, vota hoc modo emiſſa firma,& vera eſſe, vt ſuo loco videbimus: idem abſolute de voto emiſſo ab ordinato per metũ aſſerere deberet. Verum quia votum emiſſum à marito non poteſt eſſe contra ius vxoris,ſiue hoc, ſiue illo modo emittatur,quia nullum votum de re,quæ eſt contra ius alterius,Deo eſt acceptum,ideò fruſtra prædictam limitationem addidit,cum manifeſte conſte tale votum non poſſe vim in Matrimonio habere contra ius vxoris:ſed in ſeruanda tãtum caſtitate,quæ erat ſupererogationis in vſu cõiugali,videlicet in petendo. Deinde dico, in iure ſolum irritum eſſe votum caſtitatis emiſſum in Religione:& de hoc ſolum loqui cap.illud, *Perlatum*. cętera verõ nullo iure irrita videri,ac proinde votum ab ordinato per metũ emiſſum expreſſe, vel interpretatiue, etiam ſi ſit ſolenne, firmum,& ratum manere:ideoque non minus obligare,quam ſi ſine metu fuiſſet emiſſum, & in hoc mihi probatur ſententia Sylueſtri, & aliorum,quam priori loco retuli: tametſi ſufficiens cauſa videatur,ob quam Pontifex cum tali ordinato diſpenſet, vt Matrimonium contrahere poſſit:& ita ſtylus cãcellariæ Romanæ obſeruat, quæ liberam dat facultate ducẽdi vxorem ſic ordinatis, non quia putet eſſe nullum votum, ſed ob rationem dictam. Quod vero aliqui dicũt, hunc non teneri ad perpetuam caſtitatem voto continentiæ, ſed ſola lege Eccleſię, falſum eſt, nam vt ſequente diſputatione monſtrabo,nullus ordinatus lege alia peculiari Eccleſiaſtica tenetur ad cõtinentiam, ſed ſolum ratione voti expreſſe, vel tacite in ordinatione emiſſi. Hæc pars noſtræ ſentẽtię de eo qui ex metu ordinatur,definita fortaſsis alicui videbitur in Conc. Tolet. 8. c.7.vbi ſic ordinati prohibentur omnino Matrimonia contrahere. Verum quia non ſatis conſtat,vtrum Concil. loquatur etiã de metu cadente in conſtantem virum, an tantum

34

Votum ab ordinato, xepreſſe, aut interpretatiue emiſſum ex metu ratum eſt.

Ex Conc. Tolet. 8. c.7. non ſumitur efficax ratio pro vera ſententia

tantum de alio, ideo ex prædicto capite nolo meam ſententiam confirmare. Porrò ſolum votum emiſſum in religione irritũ eſſe ipſo iure ſuo loco videbimus. Bene video, argumentum Sylueſtri, ductum ab autoritate illius canonis, *De Iudæis* nullius eſſe momenti: nam votũ illud generale permanendi in religione, poſt verum Baptiſma ſuſceptũ nullo iure humano irritari poteſt: eſt enim illa obligatio non voti proprie dicti, ſed ipſius Baptiſmi, & profeſsionis fidei ſemel ſuſceptæ. Similiter etiam irritari non poteſt iure Eccleſię Baptiſmus ſuſceptus ex vllo metu: hoc ipſo quod coactus conſenſit interius. & vera materia cum forma adhibita eſt a miniſtro, ex intentione faciendi id, quod facit Eccleſia: his enim ita perficitur Baptiſmus iure Diuino, vt nõ ſubſit Eccleſiæ poteſtati aliquod eorũ immutare, ac proinde, neq; irritare Baptiſma.

35 Obiectiõ. Obijciet tamen nobis quis caput, *Cum dilectus, De ijs quæ vi, metus ve cauſa fiunt*; vbi à contrario ſenſu irritum videtur votum emiſſum, metu cadente in conſtantem virum: ibi enim votum, & iuramentũ emiſſum à canonicis Inſularum, quòd regulam Ciſtercienſium obſeruarent, & tranſlationem ſuæ Eccleſiæ ad Ordinem prædictum non impedirent, approbatur, non obſtante violentia, quæ dicebatur illata: reddit autem Pontifex rationem: *Cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret; & ideo non deberet cadere in conſtantes viros*: quaſi diceret, ſi talis fuiſſet, irritũ eſſet votum, & iuramentum. Reſpondeo primum, argumentum hoc à contrario ſenſu, hoc loco nihil valere: quia cum poſſet eſſe controuerſia, vtrum metu cadente in conſtantem virum tale votum irritum eſſet? ad tollendum omnem dubitationem additum fuit illud. Deinde dico, illud votum fuiſſe verè religionis, & profeſsionis: admiſerunt enim Canonici illi regulam monachalem Ciſtercienſium, & Eccleſiam ſuam voluerunt ad illum Ordinem transferri. Quod quidem ſi emiſſum fuiſſet metu cadente in cõſtantem virum, irritum merito iudicaretur, ſicut in cap. *Perlatum*, eodem titulo.

Solutio.

De ætate ordinandorum iure requiſito.

36 Eccleſia in ordinandis poſtulauit ſemper eandẽ ætatem.

CAPVT IIII.

DIximus hactenus de ætate ordinandi neceſſaria, vt verus Ordo conferatur, reliquum eſt paucis exponere, quæ nam ſit ætas neceſſaria iure ipſo, vt recte quis ordinetur. Et quidem in Eccleſia Dei, non ſemper eadem ætatem in ordinandis fuiſſe requiſitam, ſed varijs ſeculis varias etiam ætates fuiſſe aſsignatas, manifeſtum eſt, vt patet ex multis canonibus, quos refert Gratianus 77. & 78. diſt. ſui decreti. Syricius Papa in epiſtola ad Himerium Tarraconẽſem, cap. 9. & refertur canone, *Quicumque* 77. illa d. conceſsit, vt is, qui ab infantia ſua ſe voluerit obſequijs Eccleſiæ ante pubertatis annos baptizaretur, & lector ordinaretur. Poſtea vero, ſi vſque ad viceſimum laudate vixiſſet, cum vna tantũ, & ea virgine ordinaretur acolythus, & ſubdiaconus, & poſteà ad diaconatus gradũ promoueretur, in quo per quinquẽnium miniſtrare deberet, vt poſtea ad ſacerdotiũ, & poſt decẽnium ad Epiſcopatum admitteretur. De alijs vero, qui ætate grandiora ordinari cupiebãt, ſtatuit: vt ſtatim, atque baptizarentur, ordinarentur in lectores, & deinde ad reliquos Ordines eodem modo aſcenderent. Cæterum in Concilio Neoceſarienſi cap. 11. definitum fuit pro ſolis presbyteris, vt ante triceſimum annum ætatis ſuæ non ordinarentur. Et refertur canone *presbyter* 78. diſt. Idẽ habetur in canone: *Si quis triginta*, eadem d. quem Gratianus refert ex Bonifacio Papa: alij ex Fabiano, ſed habetur in canonibus Græcarum Synodorum, collectis à Martino Bracharenſi, cap. 10. & planè ex Concilio Neoceſarienſi, canone citato.

Gratianus. Ordo Syricij Papæ in ordinibus cõferendis.

37 Definitiõ Concilij Neoceſarienſis.

In Concilio autem Carthaginenſi 3. c. 4. & refertur canone, *Placuit*. 77. d. ſtatutum fuit, vt ante vigeſimum quintũ annũ ætatis diaconi non ordinentur, de alijs vero Ordinibus nihil ibi dicitur iuxta hãc cõmunem lectionem, quam Gratianus refert, & in prædicto Concilio habetur. Verum, vt notauit Surius in compilatione Conciliorum circa prædictum canonem, in vetuſtis quibuſdam codicibus hoc modo habetur: *Item placuit, vt lectores populum non ſalutent, & vt ante viginti quinque annos, neq; clerici ordinentur, niſi primũ Diuinis Scripturis inſtructi, vel ab infantia eruditi propter fidei promiſsionem, vel aſſertionem*: & hanc eſſe germanam literam illius Concilij, mihi ex eo perſuadeo, quòd Iſidorus lib. 2. de Eccleſiaſticis officijs, cap. 11. vt ſupra memorauimus diſput. 236. cap. 2. dicat, in lectores non eſſe ordinandos, niſi homines præditos ſcientia, & eloquentia, qui libris, & doctrina ſint imbuti, id quod ſuo tempore ſeruari conſueuiſſe, nõ obſcure indicat, cũ ait, tales eſſe ordinandos. Hoc autem maxi-

Concilij Carthaginẽſe diaconi ætatem præſcribit. Iſidorus.

38

mẽ

me congruit lectioni posteriori Concilij, ex quo ille prædictam doctrinam, sicut & multa alia ex alijs Concilijs Carthaginensibus desumpsisse videtur.

Agathēse Cōcilium, quam ætatē pro accipiendis sacris Ordinibus requirat.

Deinde in Concilio Agathensi cap. 16. & refertur canone *Episcopus*, eadem distinct. præcipitur, vt minor viginti quinque annorum diaconi benedictionem, hoc est, ordinationem non recipiat, cap. autem 17. ne presbyter, aut Episcopus ante triginta annos, & diaconus ante viginti quinque ordinetur. Deinde in Concilio Toletano 4. cap. 19. ita sublatus fuit abusus Hispanorum, qui pueros, & infantes ordinabant diaconos, & leuitas, vt idem, quod in Concilio Agathensi statutum fuerit. Postea Patres 6. Synodi generalis in Trullo congregati, canone 14. decreuerunt, ne presbyter ante triginta annos, etiam si esset homo valde dignus, neque diaconus ante vigesimū quintum, canone autem 15. vt neque subdiaconus ante vigesimum ordinaretur. De alijs vero minoribus Ordinibus, nihil ibi peculiare, sicut neque in Agathensi Cōcilio statutum est. Iustinianus etiam Imperator, collatione 9 in Authentico, *De Sanctißimis Episcopis, &c. §. Clericos autem*, aut iuxta aliam diuisionem *Presbyterum*, quam etiā refert Photius Patriarcha, in suo Nomocanone, tit. 1. cap. 28. decreuit, vt minores triginta annis non ordinarentur presbyteri, neque minores viginti ordinarentur diaconi, de subdiaconis nihil dicit (intelligit autem, in eadem ætate ordinandos esse) minor autem triginta quinque non ordinaretur Episcopus. Pro lectore autem assignat annum decimum octauum, in quem locum Photij Balsamon testatur suo tempore lectores ordinari consueuisse sex annos natos, & interdum etiam tres annos tantum. Demum antiquis etiam temporibus Zacharias Papa, in epistola 6. quæ est ad Bonifacium Episcopum, & refertur canone *Si triginta*, dist. 78. constituit, vt si homines triginta annorum non reperirentur, qui ordinari possint sacerdotes, & necessitas postularet aliquos his Ordinibus ordinari, possent quidem his duobus Ordinibus ordinari a vigesimo quinto anno, & supra. Hieronymus in epistola ad Theophylum, quæ est 62. num. 16. defendit Ordinationē fratris sui factam in monasterio, qui cum triginta esset annorum, quę ætas pro Episcopatu sufficiebat, ordinatus esset, imo etiā num. 17. defendit a vigesimo quinto anno ordinari tunc potuisse, idque probat exēplo veteris Testamenti Num. 8. vbi dicitur a viginti quinque annis eligendos esse Leuitas, vt ministrent in tabernaculo, hoc est, vt sint sacerdotes. Ne autem hoc testimonium Theophylo forsam displiceret, adducit testimonium illud Pauli 1. ad Timotheum 4. *Adolescentiam tuam nemo contemnat*. Quod putat dixisse Paulū, quando ipse Timotheus Episcopus ordinatus erat; nam eodem cap. mentionem facit gratiæ, quæ data fuerat Timotheo per impositionem manuum presbyterij, quam in Ordinatione ipsius in Episcopum datā fuisse, notauimus supra disputatione 235. cap. 3. adolescens autem non esset, si triginta esset annorum. Cæterum multo postea Clemens Quintus in Concilio Vienensi, vt refertur in Clementina, *Generalem, De ætate, & qualitate ordinandorum*, pro tribus Ordinibus maioribus tempus alio modo definiuit, & ad minorem ætatem Ordinationes reduxit, concessit enim, vt in decimo octauo anno ad subdiaconatum, in vigesimo ad diaconatum, & in vigesimo quinto ad presbyteratum quisque promoueri posset. De minoribus autem Ordinibus nihil statuit, neque certum tempus vnquam in Ecclesia definitum fuisse video, sed illud solum in more fuisse, vt nullus, nisi post annos discretionis ordinaretur. In cap. autē, *Nullus Episcopus. De temporibus Ordinationum*, in 6. conceditur, vt infans intra annum Religionem, prima tonsura initiari possit: per infantem autem intelligit Glossa, minorem septem annorum; non autem infantem nescientem loqui, hic enim non diceretur intrare Religionem, sed à parentibus offerri, vt antiquitus fieri consueuerat: ex quo textu à contrario sensu colligitur, ante septimum annum nō licere prima tonsura vllum alium insigniri: vt dicitur in rubrica Pontificalis, *De Ordinibus conferendis*: adde quod in Concilio Tridētino talis qualitas assignatur, pro initiando prima tonsura, vt nunquam quis ordinari possit ante decennium, quia non cōtinget ante decennium tali qualitate vllum præditum esse. Quinimo in Concilio Tridentino, in quo nouissime tempus ætatis ordinandorum assignatum fuit, nulla de ætate ad minores Ordines mentio fit: sed sessione 23. c. 4. & 6. *De reformatione*, vbi de prima tonsura Patres loquuntur, & cap. eodem 6. & 11. vbi de minoribus Ordinibus fermo est, nihil de ætate ordinandi dicitur, solum autem cap. 6. definitur tēpus ei, qui iam prima tonsura fuerit initiatus, vt ante quatuordecimū annum beneficium habere nequeat. Pro maioribus autem Ordi-

Conciliū Toletanū pueros, & infantes diconos ordinari prohibuit.

39

Iustin. Imp.

Photius.

Zach. Papa

Hieronymus

40

Num. 17.

Numer. 8.

1. ad Thim. 4

42

Quid statuerit Clemēs V. de ætate ordinandorum

Nullus infans, nisi post rationis annos, ordinari mos fuit Ecclesiæ.

Illatio textus

Tridētinum

43

nibus ſuſcipiendis, ius illius Clementinæ corrigitur in illa ſeſsione Concilij, cap. 12. *De reformatione*, ita vt nullus ad ſubdiaconatum ante vigeſimum ſecundum, ad diaconatum vero ante vigeſimũ tertiũ, ad preſbyteratum autem ante vigeſimumquintũ annum admittatur, in quo retinetur ætas antiqua aſsignata pro ſacerdotio à Clemente V. & mutatur ea, quę pro ſubdiaconatu, & diaconatu erat conſtituta. Porro ante vigeſimum ſecundum annũ, idem eſt quod in vigeſimum ſecundũ, & ſic de alijs: nam qui iam ingreſſus eſt annum vigeſimum ſecundum, in eo eſſe dicitur, & id, quod tunc facit, non dicitur ante illũ, ſed in illo facere. Nam quamuis caſus accuſandi denotet, vt plurimũ, annum completum: vt cum dicimus: *Habens viginti quinque annos*, tamen ratione præpoſitionis, *Ante*, ſolum denotat inceptũ, vt probatum eſt. Porro decretum Concilij, quod attinet ad prædictã ætatẽ, etiã ad regulares extẽditur: vt patet ex eodem cap. 12. quibuſcunq; priuilegijs, quod ad hoc ſpectat, omnino excluſis. Cæterum nonnulli opinantur, etiam poſt Concilium Trident. poſſe mendicantes ordinari, ante legitimam ætatem iuxta priuilegium Innocentij VIII. qui conceſsit Religioni Minorum, vt Generalis, & Prouincialis diſpẽſare poſsint cũ fratribus in vigeſimo ſecundo anno completo ad ſacerdotiũ, ſicut habetur in cõpendio priuilegiorum Minorũ, tit. *Diſpenſatio*, nu. 15 Monet tamen cõpilator, poſtea hoc priuilegiũ limitatũ fuiſſe in capitulo Generali Florẽtiaci celebrato, vt ſolũmodo fieret in caſu neceſsitatis propter ſacerdotum paucitatem, & non niſi conſilio quatuor Guardianorum, pro hac neceſsitate examinanda: in Capitulo autẽ Burgẽſi, vt id fieret cum conſilio definitorũ. Hoc enim priuilegium conceſſum fuit viuę vocis oraculo, & priuilegia ſic conceſſa à Capitulo Generali ſuſpendi poſſunt, ac proinde limitari. Dicunt igitur aliqui poſt Concilium Tridentinum hoc priuilegium obtinere, eo quòd poſtea Pius V. Motuproprio voluit, vt Mendicãtes vteretur gratijs ſuis, & priuilegijs, non obſtante Concilio Trident. & quauis Gregorius XIII. eiuſmodi conceſsionem reuocauerit, & omnia ad diſpoſitionẽ iuris cõmunis veteris, & recentioris reduxerit, vt apparet in Motuproprio, quẽ habet Nauar. in fine ſũm. tamen vt teſtãtur Cardinales cõgregationis Concilij Tridentini, poſtea idem Gregorius XIII. hæc priuilegia Mẽdicãtibus, cõtra Concilij Triden. reſtituit in foro cõſciẽtię. Verũ quamuis hoc ita ſit, exiſtimo, eos vti non poſſe hoc priuilegio ad Ordines, nam cum nullus regularis ordinari queat, niſi cum dimiſſorijs Prouincialis, & ille veritatem in ijs exprimere debeat, non poterunt religioſi hoc modo ordinari, etiam ſi ſuperior cum illis in literis dimiſſorijs diſpẽſet, dicere enim nõ poteſt, & teſtificari, illum habere legitimam ætatem, aut competentẽ: ideo autem non poteſt regularis virtute huius priuilegij ſic ordinari, quia ſi veritate expreſſa admitteretur, iam ſuffragaretur illi in foro exteriori, & nõ tantum in interiori: veritate autem non expreſſa non poteſt ſuffragari, quia non intelligitur priuilẽgium eo modo cõceſſum, vt fallitas in literis contineatur. Cæterum hoc priuilegium ad hoc prodeſſe poterit regularibus, vt qui bona fide ante legitimam ætatem fuerit ordinatus, in Ordine ſic ſuſcepto ex cõceſsione Prouincialis poſsit miniſtrare, in quo alias non poſſet, & hoc in foro dumtaxat interiori: adde quod ſi ſuperior cum eo diſpenſaret, vt ante legitimam ætatem ordinaretur, hæc diſpenſatio diceretur conceſſa in foro exteriori ſui prælati: cum illi iuridice, & per teſtes de ætate conſtare deberet.

4 Clem. V.

Quid conferant in Ordinibus ſuſcipiẽdis regularibus priuilegia.

45

De temporibus Ordinationũ.

CAPVT V.

IAM vero quod ſpectat ad tẽpus, quod obſeruandũ eſt pro Ordinibus ipſis cõferendis, dicamus primũ de tẽpore, in quo cõferri debẽt, deinde de inteſtitijs teporis ab vno Ordine vſque ad alium ſeruandis. Primum igitur de tempore, in quo conferri debeant, certum eſt, primã tonſuram quouis anni tempore, quauis die, hora, & loco dari, & clericum fieri: quatuor autẽ minores Ordines quouis die Dominico anni conferri poſſe, ſicut dicitur in Põtificali; imo & quibuſuis diebus feſtiuis vnum, aut duos ad hos Ordines promouere. Deinde certum eſt, ſubdiaconatũ ac proinde reliquos maiores Ordines nõ niſi in Sabbatho quatuor Tẽporum anni, aut in Sabbatho Sãcto, aut in Sabbatho ante Dominicam de Paſsione dari poſſe, vt dicitur in cap. *De eo autem*, *De temporibus Ordinationum*. Eſt etiam conſuetudine in Hiſpania receptũ, vt in ieiunio quatuor Temporum ante Sabbathũ minores Ordines conferantur: tametſi pro die Sabbathi aliqui ordinãdi minoribus Ordinibus reſeruẽtur, vt ita fiant Ordinationes generales. Illi autem in die præcedente minoribus Ordinibus ordinãdis

Primã tonſuram, & minores ordines quãdo conferri liceat.

Sacri Ordines vt conferantur præſcriptũ diẽ requirunt. *Pontificale Rom.* 46

AEtas pro ordinãdis requiſita in Trid. ſeſsione 23. cap. 12. ad regulares extẽditur. *Innocent. 3.* 43

Pius V.

Gregorius 13.

44 *Nauarrus*

nari consueuerunt, qui ad subdiaconatum cupiũt in Sabbatho promoueri. Et quidem in rubrica Pontificalis Romani, *De tẽporibus Ordinationũ*, supponitur, in Sabbatho etiam Ordines minores conferendos esse: monetur enim Episcopus, vt in Sabbatho ante Dominicã in Passione, quia vnica tantum dicitur lectio, tonsurã faciat proxime post introitũ Missæ: minores autẽ Ordines cõferat post *Kyrie eleyson*. Neque video, iure aliquo cautũ esse, vt in quatuor anni temporibus, nisi in Sabbatho hi Ordines cõferri possint, sed præter quatuor Tempora solũ permittitur in diebus festiuis, & Dominicis eos cõferri; introductũ autem est, vt minores Ordines in quatuor Temporibus ante diem Sabbathi in ieiunio cõferantur, ne in die Sabbathi quis simul minores Ordines, & subdiaconatũ accipiat, quod tamẽ nullo iure video prohibitum esse. Nam in cap. *Literas*, & cap. *Dilectus*, *De temporibus Ordinationum*, & in Concilio Tridentino, sessione 23. c. 13. solum prohibetur, duos Ordines sacros eodẽ die, etiam regularibus conferri.

Tridentinum sessione 23. c. 13.

47 Nauarrus. Antoninus. Innocentius. Hostiensis. Syluester.

Nauarrus in summa c. 27. num. 241. Antonin. 3. p. titul. 14. c. 16. §. 16. Innocẽtius IIII. & Hostiensis in c. *Dilectus*, *De temporibus Ordinationum*. & Syluest. in summa verbo *Irregularitas*, q. 3. & verbo, *Ordo*, 2. q. 7. censent, iure vetitũ esse eodẽ die quatuor minores Ordines, & vnũ sacrũ recipere. Probant autẽ ex c. 2. & 3. *De eo qui Ordines furtiue suscepit*, ibi tamen id non dicitur: solũ enim punitur c. illo 2. vt irregularis, aut vt alij volunt, vt suspensus, qui acceptis minoribus Ordinibus postea furtiue, & contra mandatum Episcopi subdiaconatũ in eodẽ die, aut ieiunio suscepit: in c. autẽ 3. eodẽ modo punitur qui subdiaconatũ, & diaconatũ furtiue eodẽ die accepit. Alia etiã iura citat Syluest. vt probet, vetitum esse eodem die Ordines minores simul cum subdiaconatu accipere, vt cap. *Literas*, & cap. *Dilectus*. *De temporibus Ordinationũ*, ibi tamen solũ sermo est de duobus Ordinibus sacris, & præcipitur, ne in eodẽ die ab eodẽ recipiantur. Canones autẽ: *Qui in aliquo* 51. d. & *qui in Ecclesiasticis*, d. 36. & *Si qui Episcopi*, dist. 1. q. 1. qui allegantur etiã à Syluestro, de hac re non loquuntur, sed alio malo genere Ordinationis. Neque existimo talem de hac re consuetudinem esse introductam, vt vim legis habeat; tametsi Episcopi semper illam obseruent, & ita aliquando vidi minores Ordines simul cum subdiaconatu in eadem die eidem conferri: vtrũ autẽ ijs, qui duos Ordines sacros recepit in eodem die, sit irregularis, an suspẽsus? ad materiam de irregularitate pertinet. Et hactenus de tẽpore. ¶ Præterea de interualis à tempore quo vnus Ordo confertur, vsque ad tempus, quo alius conferri possit: primum quidem in Concilio Tridentino 49 sessione 23. cap. 11. *De reformatione*, decretum est, vt per temporum interstitia minores Ordines conferãtur, nisi Episcopo aliud magis expedire videatur; tempus autem interstitij inter vnum Ordinem, & alium ibi non definitur. Tẽpore autem Zosimi Papæ, vt constat ex Epistola 1. quæ est ad Ischum c. 3. & refertur canone *In singulis* 77. d. 15. qui ab infantia Ecclesiasticis ministerijs nomen dabat, inter lectores, & exorcistas per quinquennium detinebatur; post duodecim autem annos acholytus, vel subdiaconus fiebat, quo Ordine per quinquẽnium etiã permanebat: fiebat autẽ, vt ait Glossa, acolythus anno 15. ætatis, anno autem 21. subdiaconus. Eodem modo assignantur à Siricio Papa interstitia in epistola 1. ad Himerium c. 9. & refertur canone: *Quicumque* 77 d. pro his vero, qui in adulta ætate baptizabantur, & ordinari volebant, alio modo interstitia assignabantur, vt ibi videre licet. Præcipitur præterea in eodem c. Concilij Tridentini, vt quisque in suo Ordine, & in sua Ecclesia per aliquod tempus exerceatur, nisi forte ex causa studiorum absit. Iã vero semper hi Ordines in nostra Hispania simul eodem die conferuntur, ea de causa quòd Episcopis id magis expedire videtur, cũ ordinandi eo tẽpore in studijs sint occupati, & fere omnes vsque ad finẽ studiorum Ordinationes, etiam minorũ Ordinum reseruent, quo tempore eos detinere in minoribus per aliqua temporis interualla non expediret, neque antea cum essent in studijs etiam occupati, nec possent in Ecclesijs sine detrimento studiorum tũc, aut ante seruire. Quocirca in nostra Hispania, vt plurimum recte iudicare possunt Episcopi, 50 non expedire hęc tẽporũ interstitia pro minoribus Ordinibus seruare.

Glossa. Siricius.

Decretum Trid. circa interstitia.

Deinde in eadẽ sessione, & c. pro Ordinibus maioribus hoc modo definite interstitia assignãtur, vt post minores Ordines, nemo ad subdiaconatum promoueatur, nisi post annũ à susceptione postremi gradus minorũ Ordinũ, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas iudicio Episcopi aliud exposcat. Et quãuis, quod attinet ad seruitiũ præstãdũ in Ecclesia excusari merito possint, qui fuerunt eo tempore in studijs occupati, tamẽ, quod

48

Cõcil. Trid.

spectat

spectat ad tempus non video, quā ratione solum propter studia excusari possint. Eadem quoque sessione cap. 13. *De reformatione*, decernitur, vt à subdiaconatu ad altiorem gradum nemo ascendere permittatur, qui non sit saltem per annum in eo versatus, hoc est, nisi illo per annum in Ecclesia sibi assignata functus fuerit, vt autem à diaconatu ad sacerdotium quis ascendere possit, per annum etiam eodem modo in diaconatu versatus esse debet, vt statuitur cap. 14. *De reformatione*, eiusdem sessionis: iuditio tamen Episcopi committitur, vt in hac re dispenset: prout vtilitas Ecclesiæ, vel necessitas postulauerit, in quo etiam puto rationem habendam esse ipsius ordinandi, tales enim causæ ex parte ipsius esse possunt, vt ab eis iudicari debeat vtilitas Ecclesiæ cum illo dispensare. Gregorius autem XIII. ita facultatem dispensandi in interstitijs Præposito Generali nostræ Societatis, & eius delegatis concessit, sicut etiam in alijs requisitis, vt præcipiat Episcopis, ne à nostris ordinandis interstitia, & alia exigant, quæ exigere solent ab alijs: in quo priuilegio noluit, vt alia Religio; cum nostra comunicaret. Ita habetur in compendio nostrorum priuilegiorū verbo: *Ordines*, §. 3. Est autem hæc gratia dispensandi communicata Prouincialibus nostris, vt ibidem etiam dicitur.

Cōcil. Trid.

50

Quod temporis interualium ab vno ordine in alterum intercedere debeat.

Gregorius 13 nostræ religionis ordinandis quæ alterius communicari noluit prædilegia concessit.

De qualitate ordinandorum.

CAPVT VI.

OMNIA, Quæ pertinent ad qualitatem ordinandorū, ad tria capita reduci possunt, videlicet ad mores, ad doctrinam, & ad necessaria pro vitę sustentatione, quæ omnia exacte in Concilio Tridentino definita sunt, sessio. 21. cap. 2. & hoc cap. breuiter complectemur. Mitto autem nūc ea, quæ pertinent ad impedimenta canonica, qualia sunt irregularitas, & censurę Ecclesiasticæ, quæ impediunt Ordinis susceptionem, & quibus ideo carere debet quicumque ordinatur: de his enim tomo 4. ex professo agemus, & de alijs tantum tribus propositis in pręsenti dicamus. Primū igitur requiritur probitas vitæ, & morum integritas, vt ad minores Ordines quis promoueatur, cuius testimonium à parocho, & à magistro Scholæ postulat Concilium Tridentinum sessione 23. capite quinto. *De reformatione*. Similiter cap. 13 statuitur, vt subdiaconi, & diaconi ordinentur habentes bonum testimonium: cap. autem 14. idem de promouendis à diaconatu ad sacerdotium decernitur, id quod semper in Ecclesia Dei obseruatum fuit. Indecens enim valde videtur, vt in ministrum Ecclesiæ is eligatur, de cuius bonis moribus, & vita non constat, quantò magis, vt is, cuius corrupti mores noti sunt.

51

Trid. sess. 23. cap. 2.

Qualitate in ordinandis à Trid. requisita.

Deinde requiritur doctrina, & sciētia nēcessaria. Et quidem pro prima tonsura cap. vltimo, *De temporibus Ordinationum*, statutum erat, ne quis illiteratus ad primam tonsuram admitteretur, in Concilio autē Tridentino in eadem sessione 23. cap. 4. *De reformatione*, speciatim præcipitur, vt nullus ea initietur, qui fidei rudimenta non fuerit edoctus, quique legere, & scribere nesciat: horum igitur trium scientia requiritur. Tū etiam, vt ij tantum admittantur, de quibus probabilis sit coniectura, non secularis iudicij sugiēdi fraude, sed vt Deo fidelē cultum pręstent, hoc vitæ genus elegisse. De scientia vero requisita ad minores Ordines, subdiaconatum, & diaconatum nihil erat in iure canonico speciatim statutum, tametsi constaret, non licere vllum sine sufficiente sciētia, & doctrina ad hos Ordines promouere. In Concil. vero Tridentino sessione 23. cap. 11. *De reformatione*, decernitur, vt hi ad minores Ordines admittātur, qui saltem Latinam linguam intelligāt, ac si diceretur, vt nullus admittatur, qui linguam Latinam ignoret: cap. autem 13. de admittendis ad subdiaconatum, solum dicitur, vt ordinentur instituti literis, & ijs, quæ ad Ordinem exercēdum pertinēt, hoc est, vt pręter linguam Latinam sciant ea, quæ ad munus, & officium horum Ordinum pertinent, quæ sane facilia sunt, & is qui recte tenet Latinā linguam, ex rubricis Missalis facile scire poterit: ac proinde etiā si ea antea nō didicerit, nō propterea ineptus ad hos Ordines cēfendus est. Cap. autem 14. pro ordinandis in sacerdotes pręter ea, quæ hactenus dicta sunt, requiritur, vt docere possint populū ea, quę scire omnibus necessarium est ad salutem, & vt ad Sacramenta ministranda præcedente examine sufficienter idonei comprobentur. Verum cum pro Sacramento confessionis speciatim omnes iā ordinati sacerdotes sint examinādi, iuxta decretū eiusdē Cōcil. Trid. in eadē sess. &

Trid. sess. 23. c. 4. quę scientia singulis ordinibus respondeat statuit.

decreto, *De reformatione*, cap. 15. ſtatim ſequente, & ſine hoc examine nullus idoneus iudicetur, vt cõfeſsiones audire poſsit, ideo cenſeo, id quod de examine ad ſacerdotiũ dicitur, vt ordinandus idoneus comprobetur ad Sacramenta miniſtranda, intelligendum eſſe de alijs Sacramentis, quę à pluribus miniſtrari ſolent, quale eſt Sacramentũ Baptiſmi, & Euchariſtiæ, & extremæ Vnctionis: neque oportere, vt qui ad ſacerdotium promouetur, idoneus ſit ad cõfeſsiones ſtatim audiendas, & ita in praxi obſeruari videtur, vt alio modo ſacerdotes ordinati ad confeſsiones audiẽdas, quã diaconi ad ſacerdotiũ promouẽdi examinẽtur. Cæterum hoc examen ſcientiæ, & doctrinæ neceſſariæ pro regularibus, Recẽtiores aliqui putãt fieri debere à Pręlatis Religionũ, à quibus etiam literæ commendatitiæ regularium dari debent. Quodquidem priuilegium conceſſum fuit ab Eugenio IIII. vt habetur in compendio mendicantiũ ſecundæ impreſsionis titulo: *Ordines ſacri.* §. 10. quinimo putant, in Concilio Tridentino, non ſolum non fuiſſe reuocatũ, ſed etiã confirmatum, quia licet ſeſsione 23. cap. 7. *De reformatione*, examen ordinandorũ Epiſcopo committatur; tamen c. 8. decernitur, vt nullus ordinetur, cuius mores teſtimonio ſui Ordinarij nõ comprobẽtur, Ordinarij autem regularium ſunt Pręlati. Et ſeſsione 14. cap. 2. *De reformatione* ſtatuitur: ne Epiſcopi titulares vllum ſine ſui Ordinarij licentia ordinẽt: reddit autem rationem: quia plerũque fit, vt minus idonei, & rudes, atque ignari ordinentur.

55

Eugenius 4.

Trident. ſeſsion. 23. cap. 7.

Oppoſitum tamen in noſtra Hiſpania in more poſitum eſt, vt licet morum probitas regularium, qui ordinãdi ſunt, ſuorum Pręlatorũ teſtimonio comprobetur, nec vllum Epiſcopi de vita eorũ examẽ faciant, tamẽ de ſcientia, & doctrina eorũ omnes ab Epiſcopis examinentur. Et mea quidem ſententia expreſſe in Concilio Tridentino ſeſsione 23. decreto illo, *De reformatione*, c. 12. hoc examen Epiſcopis cõmittitur, nã poſtquam de promouendis in ſubdiaconos, diaconos, & ſacradotes ſtatutum fuit, vt nemo ante ætatem ibi aſsignatam promoueatur, admonet Epiſcopos, ne putent omnes huius ætatis ordinãdos eſſe, ſed dignos dũtaxat, & quorũ probata vita ſenectus ſit: ſubdit autẽ: *Regulares quoq; neque in minore ætate, neq; ſine diligenti Epiſcopi examine ordinẽtur, priuilegijs quibuſcũque, quo ad hoc pœnitus excluſis.* Nõ dixit Cõcilium *Ordinarij examine*, ſed *Epiſcopi*, quod quidẽ ego puto intelligẽ dũ eſſe de exãmine doctrinę, & ſcientię quã non deceret, vt de probitate vitæ Epiſcopus examẽ faceret, & ideo c. 8. hoc examen committitur Ordinario, qui in regularibus eſt Pręlatus, vt ſupra vidimus. Cum vero in ſeſsione 14. c. illo 3. *De reformatione* decernitur, ne Epiſcopi titulares vllum ordinent ſine licẽtia Ordinarij, ſine dubio per Ordinariũ intelligitur etiã Pręlatus Religionis. Cum vero ſubdit Concilium rationẽ, quia plerumque fit, vt minus idonei, & rudes ordinentur; non ideo dixit, quòd ſufficientia doctrinæ examinanda Pręlatis regularium comittatur, ne indocti, & ignari ordinẽtur, ſed quia ſaltem examẽ morum ipſis conuenit. Et tunc titulares ex priuilegio abſq; vllo examine quẽlibet ordinabant, & ideo plures ignorantes, & rudes etiam regulares ordinabãtur, quã ſi ab Ordinarijs, & Pręlatis prius approbarẽtur: requiſiuit igitur tũc Conciliũ licentiã Ordinariorum in regularibus, non quod hæc ſufficeret, ſed quod hæc eſſet neceſſaria: & poſtea ſeſsione 23. c. illo 12. *De reformatione*, cõmiſſum fuit examen doctrinæ Epiſcopis etiam pro regularibus. Neq; vero dici poteſt ibi per examen Epiſcopi intelligi notitiã, quam habere poteſt per literas dimiſſorias Pręlatorũ, hæc enim non tam examẽ, quã notitia examinis vocari poteſt.

Scientiæ, & doctrinę examen ad huc regularium in Hiſpania ad Epiſcopos pertinet.

Decretum Trident. ſeſsione 23. c. 11. de examine ordinandorũ

56

57

Eſt autem ſingulare Priuilegium noſtræ Societati à Gregorio XIII. conceſſum, vt conſtat ex cõpendio preuilegiorum, titulo *Ordines*. §. 3. in quo Generali noſtro, & delegatis eius ità conceſsit examen hoc, & poteſtatem diſpenſandi in interſtitijs, vt præcipiat Epiſcopis: ne quid horum, aut exercitiũ in ſacris Ordinibus à noſtris ordinãdis expoſcãt, quamuis & noſtri examẽ hoc ſubire minime recuſent, quod quidem noluit eſſe commune alijs Religionibus, quæ aliàs in Priuilegijs nobiſcum, & cum alijs communicant. Putat autem quidam recens Autor, hoc priuilegium in nullo prorſus aduerſarij Concilio Tridentino, quodquidem verum non eſſe, quod attinet ad examẽ doctrinę, ex dictis cõuincitur: tũ etiã, quod ſpectat ad diſpenſationem interſtitiorum; nam hæc cõmittitur ſolũ Epiſcopo, vt patet ex c. 11. 13. & 14. eiuſdem decreti. *De reformatione*, & hactenus de ſecundo requiſito ad qualitatem ordinandi.

Priuilegiũ Societati Ieſu à Gregorio 13. conceſſum

58

Tertiũ pertinẽs ad qualitatẽ ordinãdorũ eſt, id quod neceſſariũ eſt ad ſuſtentationem, pro quo aliqua erãt iure cõmuni ſtatuta, & alia in Concilio Trid. nouiſsime definita; eò autem hæc iura ſpectant, ne miniſtes

niſter Eccleſiæ cũ dedecore, & ignominia gradus Eccleſiaſtici mendicare cogatur: id enim valde indecens eſſe, merito docet Autor Epiſt. ad Ruſticum Narbonenſ. c. *De quinto grado*, poſt medium, apud Hier. in 9. tomo, & refertur canon. *Diaconi ſunt*, 93. d. Ergo Alexander III. in Magno Concil. Lateranenſi, & refertur cap. *Epiſcopus, De præbẽdis, & dignitatibus*, præcepit, vt ſi Epiſcopus aliquem ſine certo titulo; de quo neceſſaria vitæ perciperet, hoc eſt, ſine beneficio in diaconum, vel presbyterum ordinaret, ei neceſſaria ſubminiſtraret, donec in aliqua Eccleſia ei conuenientia ſtipendia prouideret: niſi aliàs de ſua, vel paterna hæreditate ſuſtentari poſſet. Eodẽ modo dẽ Alexander in caput, *Tuis*, eodem titulo cõceſsit, vt clerici in minoribus conſtituti: etiam ſi non haberent beneficium, habentes tamen patrimoniũ, ex quo poſſent ſuſtentari, ad ſuperiores Ordines promouerẽtur, iuxta quam legem Bonifacius 8. in cap. *Si Epiſcopus, De præbendis*, in 6. definiuit, vt ſi Epiſcopus, cui commiſſa eſt ordinatio ſubditorum alterius Epiſcopi, non ſignatis perſonis promouendis, ordinauerit aliquẽ titulum beneficij non habentem intelligetiam neque patrimonium, ex quo viuere poſſet) ab ipſo Epiſcopo ordinante ſuſtentaretur: ſi autem ſignatæ eſſent perſonæ, & inter eas aliqua ſine titulo, & patrimonio ſuſtentaretur, ab Epiſcopo, qui Ordines alteri commiſit, ſuſtentatus eſſet. Nouiſsime autẽ in Cõcilio Tridentino ſeſsio. 21. c. 2. *De reformatione*, ſtatuitur primo, vt nullus deinceps ordinetur, niſi conſtet, eũ beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victũ honeſte ſufficiat, pacifice poſsidere. Secundo: vt id beneficium reſignare deinceps non poſsit, niſi prius facta mẽtione, quod ad illius beneficij titulum ſit promotus, neque reſignatio illius admittatur niſi prius cõſtituto, quòd aliunde viuere commode poſsit, & aliter facta reſignatio nulla ſit. Tertio, vt inceps nullus habens pẽſionem, aut patrimonium ordinaretur, niſi Epiſcopus iudicauerit aſſumendũ pro neceſsitate, vel vtilitate Eccleſiæ, eo quoq; prius perſpecto, patrimonium illud, vel pẽſionẽ verè ab eo obtineri, taliaque eſſe quæ ei ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint. Quarto vt patrimonium, vel pẽſio illa deinceps alterari non poſsit, aut extingui ſine licentia Epiſcopi, & non niſi adepto prius beneficio, vel alio vnde ordinati viuere poſsint. Quinto hæc omnia ſtatuit Concilium innouando pœnas antiquorum canonum cõtra eos, qui aliter fecerint: hi autem canones non ſunt iura illa Alexandri III. & Bonifacij VIII. quę ſupra hoc eodẽ c. retulimus: illa enim capita non dicuntur antiqui canones, ſicut neque reliquæ Epiſtolæ Pontificium, quæ in decretalibus compilatæ ſunt. Quare Epiſcopus, qui ordinauerit aliquem ſine titulo, aut patrimonio, non tenebitur iure Alexandri ad alendum eum, quem ordinauerit, ſed alteri pœnæ obnoxius erit. Sunt igitur antiqui canones, quorum pęnę in Concilio Tridentino innouantur, canon 6. Concilij Calcedonenſis, qui refert canone: *Neminem*, 70. diſtinct. & canon Cõcilij Placentini, ſub Vrbano II. & refertur cap. *Sanctorum*, eadem diſtin. vbi ſtatuitur vt ordinatio eius, quę ſine Eccleſia, vel Monaſterio ordinatur, irritetur (Ordinari ſine Eccleſia eſt ordinari ſine beneficio.) In lege quoque: *In Eccleſijs*, codice de Epiſcopis, & clericis ſtatutum erat, vt clerici non ex alio vico, vel poſſeſsione, ſed ex eo vbi Eccleſiam eſſe conſtitiſſet, ordinarentur, vt vnuſquiſque propriæ capitationis onus, ac ſarcinam recognoſceret: & in confirmationem canonis 26. Concilj Calcedonenſis, adducitur hæc lex à Balſamone in commẽtario illius canonis. Id autẽ quod ſtatuitur in Concil. Tridentino, intelligitur pro ſecularibus dũtaxat, nam qui intra religionẽ ordinatur poſt annũ nouitiatus, titulo paupertatis voluntariæ in religione ſuſceptæ legitimè ordinatur, ſicut cõſtat etiam ex canone illo 6. Concilij Calcedonenſis cũ dicitur: *Aut ſine monaſterio*, & quauis in alijs religionibus id ſolum locũ habeat poſt ſolennẽ profeſsionẽ, tamen in noſtra Societate ab initio, vſque ad tẽpora Pij V. id etiã obſeruatum eſt cum ijs, qui vota tantũ ſimplicia poſt biẽnium emiſerunt. Poſtea verò Pius V. Motuproprio decreuit, vt nullus religioſus, qui tria, vt minimũ vota ſolennia non emiſiſſet, ſacris Ordinibus initiaretur. Verum Gregorius XIII. anno 1573. in Bulla approbationis. & nouæ conceſsionis noſtræ Societati conceſsit id, quod antea per Paulũ III. & Iuliũ III. conceſſum fuerat, vt poſt vota tria ſimplicia, emiſſa finito biennio nouitiatus, quilibet aliàs idoneus, poſſet ad ſacros Ordines promoueri, & vſque ad hæc tẽpora ita ſeruatur. Circa illud tamen quod de beneficio, aut patrimonio, cuius titulo quis in ſeculo ordinari debet, illud obſeruandum eſt, graue peccatum eſſe, ſi ficto patrimonio, vel beneficio ordinetur.

Autor Epiſtolæ.

Alexander III. eũ cui non ſuppetunt ad victum neceſſaria non ordinari præcipit.

Bonifacius. 39

Ordinãdũ aliquod beneficium poſſidere pro vitæ ſuſtentatione ſtatuit Trid. ſeſsione 21. c. 2.

60

61

Con il can. Calcedonenſe & Placen.

B. Iſamon.

Quæ ad vſtum tñ neſſaria requirit Trid. de ſeculari duntaxat intelligenda ſunt.

62

Ficto patrimonio, aut beneficio ordinari quod peccatum ſit.

Vtrum ſacris Ordinibus poſt Matrimonium initiati iure Diuino, an Eccleſiaſtico contineri debeãt? Diſ 247.

Sacris Ordinibus initiatos præcepto Diuino continentiæ in Matrimonio etiam ante contracto teneri, teſtimonijs Scripturæ Franciſcus Turrianus confirmare nititur. Cap. 1.

Teſtimonia Conciliorum, & Patrum pro eadem ſententia Turriani. Cap. 2.

Iure Eccleſiaſtico clericos ante ſacros Ordines coniugatos, continentiam ſeruare debere, communis, & vera Scholaſticorum ſententia eſt. Cap. 3.

Præcedens doctrina ex ſententia Paſnutij Cõfeſſoris, quam dixit in Concilio Nicæno confirmatur. Cap. 4.

Eadem ſententia ex decretis Conciliorum oſtenditur. Cap. 5.

Teſtimonijs Pontificum idem plane conuincitur. Cap. 6.

Ratione efficaci eadem ſententia communis contra Turrianum probatur. Cap. 7.

Diluuntur argumenta Turriani ex ſacra Scriptura deprompta. Cap. 8.

Reſpondetur argumentis Turriani, ex teſtimonijs Patrum petitis. Cap. 9.

Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 10.

Sacris Ordinibus initiatos, præcepto Diuino continentiæ in Matrimonio, etiam antea contracto teneri, teſtimonijs Scripturæ Franciſcus Turrianus confirmare nititur.

CAPVT I.

HACTENVS Diſſeruimus de ijs, quæ ad hoc Sacramentum, & ad omnem Eccleſiaſticam Ordinationem requiruntur, tam ad ipſum ſecundum ſe, quam ad miniſtrum eius, & ſuſcipientem, reliquum eſt, vt de ijs, quæ ipſos ordinatos conſequuntur, diſputemus, nempe de vita, & honeſtate, quam ſeruare debent, de quo in hac diſputatione, & ſequentibus agemus. Interea autem, quæ pertinent ad vitam honeſtam clericorum, præcipua eſt continentia, quam diuerſo modo ſeruare debent ordinati in Eccleſia Græca, & Latina, ſi ante Ordinationem Matrimonium contraxerint; ſi autem illud antea non contraxerint eodem modo, & ideo totam hanc de continentia clericorum tractationẽ in tres ſequẽtes diſputationes diſtribuemus. In hac enim, & ſequente agemus de continentia eorum, qui poſt Matrimonium Ordines ſuſcepe runt: in alia vero de continentia eorum, qui ſoluti, & liberi à Matrimonio ordinati ſunt. Circa priorem igitur controuerſiã noſter Franciſcus Turrianus, in iuniore ſua ætate ſingularem ſententiam, ſequutus in libro de ſexta, ſeptima, & octaua Synodo generali, in expoſitione tertij canonis ſextæ Synodi, ſolus inter Scholaſticos natos (ſicut recte notauit Claudius Spenceus) libro primo de cõtinentia capite tertio, non parum à principio, exiſtimauit clericos ſacris Ordinibus poſt Matrimonium initiatos, Diuino præcepto continentiæ ita teneri, vt coniugibus Matrimonio antea coniunctis vti non poſſint ſine peccato, quanto magis, vt neque Matrimonium poſtea contrahant. Quam ſententiam pro viribus cõfirmare, & defendere poſtea idem contendit toto libro ſecundo de dogmaticis characteribus, quem licet aliqui fuerint poſtea imitati, quod attinet ad Matrimonium poſt Ordines contrahendum, tamen quod ſpectat ad continentiam in Matrimonio ante Ordines inito, nullus ex Schola Theologorum, quem ego legerim, ſententiam eius probauit.

septima, & 8. Synodus generalis.

2 Claudius.

Franciſcus Turrianus in ordine ſingularẽ ſententiã defendit.

Eam igitur multis ipſe confirmat tum Scripturæ, tum Patrum teſtimonijs, quæ in hoc capite, & ſequente, qua potuero breuitate perſtringam. Primum teſtimonium Scripturæ eſt ex Deuteron. 33. vbi Moyſes ante mortem populo ſuo benedixit: veniens autem ad benedicendum Leui, ait: *Perfectio tua, & doctrina tua viro ſancto tuo, quem probaſti ad aquas contradictionis. Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ, neſcio vos, & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodierunt eloquiũ tuũ, & pactũ tuũ ſeruauerunt, &c.* Ex quibus noſter Turrianus expẽdit verba illa: *Qui dixit patri ſuo, &c.* vſque ad illa, *filios ſuos:* quibus inquit ſignificari, ſacerdotes, & leuitas debere non eſſe ſolicitos, qua ſunt

Deuteron 33

3

manſi-

mundi. Ex quo infert, eos etiam debere nó dare operam filijs generandis in coniugio, & hoc eſſe neſcire filios. *Nam qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi*, vt ait Paulus 1. ad Corinth. 7. citatque Dionyſium in lib. de Eccleſiaſtica hierarchia cap. 5. p. 3. quòd dicat, Epiſcopos, & ſacerdotes debere omnes pariter carnales affectus, & appetitus continere, ſub quibus concubitum, etiam cum propria vxore videtur complexus. Hanc verò nouam huius loci interpretationem confirmat autoritate Clementis Alexandrini, qui 3. lib. ſtromatum aliquantulum ante finem locum illum Lucæ 14. ſimilem præcedenti. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem ſuam, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, &c.* his verbis interpretatur. *Non iubet odiſſe genus, honora enim, inquit, patrem, & matrem, vt tibi bene ſit; ſed ne abducaris, inquit, ab ea ratione alienis appetitionibus, ſed neque cum ciuilibus moribus coniungaris: domus enim conſtat ex genere, ciuitates autem ex domibus, quemadmodum Paulus quoque 1. ad Corinth. 7. eos qui occupantur in Matrimonio, mũdo dixit placere.* Quem locum, inquit Turrianus, Clemens interpretatus eſt de ijs, quibus in primis, & proprie conuenit eſſe Chriſti diſcipulos, quales ſunt Epiſcopi, ſacerdotes, diaconi, & hypodiaconi, & monachi, & probabile valde eſſe putat, prædictam expoſitionem Clementem accepiſſe ab ijs, qui Petrum, & alios Apoſtolos audierunt. Mitto alia quæ Turrianus expendit in prædicto teſtimonio Deuteronomij, vt oſtendat cętera cum prædictis recte conuenire, ſi hoc modo explicentur, ea enim leuiora ſunt.

Secundum teſtimonium Scripturæ eſt. Petri 1. cap. 5. vbi poſtquã Petrus Paſtores Eccleſiæ, & Epiſcopos allocutus eſt, dixit: *Paſcite, qui in vobis eſt, gregẽ Dei*, & paucis interpoſitis, ſubdit: *Omnem ſollicitudinem veſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi eſt cura de vobis.* Quæ poſteriora verba, putat Turrianus ad Epiſcopos, & Paſtores etiam referri, vt Petrus denotet, eos, qui vxores habent, tãquam non habentes eſſe debere, non ſolicitos quomodo placeant vxoribus, ſed ſolicitos tantum quomodo placeant Deo, vt non ſint diuiſi: ideoque dictum eſſe, *Omnem ſollicitudinem*, non *Solicitudinem*, ſed *omnem* quod quidem conuenit ſecularibus, qui vxores tamquam propria corpora nutriunt, ideoque ſtatim ad ſobrietatem illos fuiſſe exhortatum, quòd ad continentiam plurimum valeat.

Tertium teſtimonium eſt Apocalypſis ſecundo, vbi, inquit Turrianus, Ioannes ſcribit Angelo Pergami, hoc eſt, Epiſcopo, ipſumque reprehendit, quòd ex ſua Eccleſia non eijceret miniſtros Ordinis ſacri, qui ad exemplum Nicolai, qui fuit vnus ex ſeptem diaconis, ab vxoribus ſuis non abſtinerent. Quam doctrinam (inquit Turrianus) vocat ibi Ioannes doctrinam Balaam, qui faciebat filios Iſraelis fornicari. Nam cum miniſtri Eccleſiæ, qui alios doctrina ſua illuminare, & purgare debent, non caſte viuunt: profecto ad caſtitatem alios hortari non poſſunt: imò exemplo eorum, qui conſuetudinem cum vxoribus habent, alij etiam diſcunt edere, & fornicari. Hunc ſenſum prædicti loci putat ipſe Turrianus expreſsiſſe Clementem Alexandrinum, tertio libro Stromatum, poſt duo folia à principio. Nam de Nicolao diacono refert, quod cum formoſam haberet vxorem, & ab Apoſtolis zelotypia eius exprobraretur, ipſam in medium protulit, & permiſit, vt qui vellet, ea vteretur. Idem refert verbis ex Alexandrino mutuatis Euſebius libro tertio hiſtoriæ, cap. 28. quod eſt de Nicolao, & ſectatoribus eius, ſubdit autem Clemens: *Ego autem audio, Nicolaum quidem nulla vnquam alia, quam ea, quæ ei nupſerat, vxore vſum eſſe, & ex illius liberis filias quidem conſenuiſſe virgines, filium autem permanſiſſe incorruptum.* Hinc autem colligit Turrianus, non licuiſſe iam Nicolao vxore vti, cũ Apoſtoli ei zelotypiam exprobrarent: nam ipſa zelotypia indicium erat, ſe cum illa adhuc conſuetudinem habere conſueuiſſe. Nam zelotypia eſt ægritudo animi, ex eo quod alter eo, quod ille ipſe cõcupierit, potiatur. Hoc ipſum probat Turrianus ex eo, quod Nicolaus, vt ſe à zelotypiæ vitio purgaret, aut liberaret, eiecit à ſe vxorẽ quaſi non domino, cui ſe totũ addixerat, cũ factus fuerat diaconus, tantũ placere vellet, nec eſſet diuiſus: nam qui cũ vxore eſt, & ea vtitur, ſolicitus eſt, quæ ſunt vxoris. Deinde peccatum Nicolai illud fuiſſe, quod vxore ſua contra Diuinum præceptum vteretur. probat Turrianus ex Epyphanio lib. aduerſus hæreſes hæreſi 25. parum à principio, vbi de Nicolao ſcribit electum fuiſſe diaconũ loco viduarũ; & poſtea à diabolo deceptũ fuiſſe, ſubiungit autem: *Nam cum hic haberet vxorem formoſam, & ab ipſa ſe continuiſſet ad imitationem eorum, quos Deo addictos videbat, aliquotenus tolerabat, non tamen in finem ſuæ intemperantiæ dominari potuit, ſed volens velut canis ad proprium vo-*

Paulus 1. Ad Cor. 7.

Refertur pro hac ſententia Dionyſius

Clemens Alexandr.

Luc. 14.

Paulus 1. ad Cor. 7. 4

1. Petri. c. 5.

5 Locũ Apo

calypſis à. expendit, Turrianus

Clem. Alexandrinus 6

Euſebius. Clemens

7

Quod fuerit Nicolai peccatum prob. ex Epyphan. Turrianus

mitum reuerti prætextus quosdam, non ita bonos, sibi ipsi venans excogitabat ad proprij affectus petulantiæ defensionem, ea quæ magis ipsi conferebant, deinde à proposito elapsus cum propria vxore coibat minime curiose, &c. Ad hoc igitur peccatum alludere videtur Ioānes in Apocalypsi loco allegato, vbi errorem Nicolai confutatum fuisse à Ioanne, testatur Epyphanius aliquantulum à principio: cumque peccatum hoc dicat Epyphanius fuisse cōtra propositum, & vt ipse Turrianus transfert, cōtra institutum suum, infert ex hoc testimonio, institutum, & scopum sacrorum hominum ex Diuino iure esse etiam cum proprijs vxoribus castitatem seruare. Denique adducit eundem Epyphanium, qui in fine illius capitis arguens contra opinionē Nicolai, inquit: *Vbi vero impletur per te, ê Nicolae, id, quod à Dño dictū est, sunt eunuchi, qui eunuchi facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt, & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerūt propter Regnum cælorū. Quomodo tu te ipsum, & credentes tibi seduxisti per lasciuam, ac turpem operationem, veritatem Dei in iniustitia, ac iniquitate detinens, ac docens.* Ex quo infert etiam Turrianus, eos, qui nunc tenent errorem Nicolaitarum, esse hæreticos nostri temporis, qui contra continentiam sacrorum hominum obloquuntur, & Græcos, qui eam nō seruant, quod quidem ipsis obiecit Vmbertus Cardinalis tempore Leonis IX. respondens aduersus Nicetam Pectoratum ad ea, quæ Græci Latini exprobrant, & obijciunt.

Ioannes Apoc. 2.

Epiphanius.

Vmbertus Cardinalis.

Testimonia Conciliorum, & Patrum pro eadem sententia Turriani

CAPVT II.

MVLTO Plura testimonia Conciliorum, & Patrum cōgerit idem Turrianus loco allegato, vt prędictam sententiam persuadeat: primo quidem profert verba Pontificalis Romani, quibus Episcopus ordinator admonet ordinandos suæ libertatis, & vt deligerent, vtrum Ordinem illum velint suscipere: quo suscepto perpetuo vinculo castitatis adstricti manebunt. *Quod si, inquit, hunc Ordinem susceperitis, amplius non licebit a proposito resilire, sed Deo cui seruire, regnare est, perpetuo famulari, & castitatem, illo ad iuuāte, seruare oportebit,*

Pontificalis Rom. verba expendit Turrianus.

In quibus verbis expēdit Turrianus, quod non dicat, *Seruare castitatem*, ne mandatū Ecclesiæ existimaretur, sed, *Castitatem seruare oportebit*, hæc enim, inquit, propria est Ordinis sacrij, & ab eo inseparabilis, quā lex Diuina requirit. Addit prętereа post hanc ordinatoris admonitionem, eos, qui accedunt, licet nō verbis re tamē ipsa, & facto castitatem, quā sacer Ordo institutione sua postulat, promittere. Secundum testimonium est Concilij 2. Carthaginēsis canone 2. & refertur canone: *Cum in preterito* 84. d. vbi Aurelius Episcopus dixit. *Cum in preterito Concilio de continentia, & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione quadam castitatis per consecrationem annexi sunt, Episcopos (inquā) presbyteros, & diaconos: ita placuit, vt condecet sacrosanctos Antistites, & Dei sacerdotes, neque non, & Leuitas, vel qui Sacramentis Diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus, quò possint simpliciter, quod à Deo postulant impetrare, vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus.* Putat autem Turrianus, in hoc canone non fuisse prætermissos subdiaconos, sed sub nomine diaconorum comprehensos: contendit enim, & huic etiam Ordini, sicut etiam alijs sacris Diuino iure annexam esse obligationem continentiæ. Cui propositioni Aurelij cæteri Episcopi consenserunt explicātes in hoc esse seruandam continentiam ab iis ministeris, vt à suis etiam proprijs vxoribus abstineant. Id quod de eisdem tribus Ordinibus, nulla facta expressa mentione subdiaconorū, eodem modo statutum postea fuit in Concil. 5. Carthagin. can. 3. & refertur canone, *De querundam*, distinctione 84. Et confirmatum videtur in Concilio magno Carthaginensi, cui Augustinus interfuit; quod est sextum canone 28. tametsi noster Turrianus citet Concilium 3. canone 2. & Albertus Pighius controuersia 15. §. *Concilij Carthaginensis*. putauerit esse primum, in quo manifeste deceptus est, sicut in alijs, quę statim refert de Concilijs Carthaginensibus, peruertens ordinē illorum: vbi hypodiaconorum etiam fit mentio in hunc modum: *Vt hypodiaconi, qui sacra mysteria contrectant, & diaconi, & presbyteri in proprijs terminis a coniugibus abstineāt, vt sint tanquam non habentes, &c.* pro, *in proprijs terminis*, Græce est, κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, hoc est, vt vertit Turrianus: *Secundum proprias definitiones*. Et in illo canone tertio Concilij quinti Carthaginensis dicitur, *Secundum propria statuta*. Ipse autem

Cōcil. Carthaginen. 2.

Conc. Carthaginē. 5.

Carthaginēse Magnū. Albertus.

autem Turrianus exponit ſecundum natũ-
ram, & proprietatem cuiuſcumque gradus
ſacri. Hic canon in cõpilatione Conciliorũ
non habetur, ſicut & multi alij eiuſdem Cõ-
cilij 6. extant tamen omnes in lib. cõment.
Balſamonis in canones Apoſtolorum, Con-
ciliorum, & Patrum.

Dionyſius. Tertium teſtimonium eſt Dionyſij, lib.
de Eccleſiaſtica hierarchia cap. 9. in 2. con-
templatione, aliàs cap. 5. p. 3. vbi de ſigno
crucis impreſſo initiatis, ait: *Signum figu-
ra crucis impreſſum, ſignificat omnium ſimul cor-
poris cupiditatũ ceſſationẽ*, Turrian. trãsfert:
Omnes pariter appetitus carnales continere,
Græce eſt, σαρκικῶν ὀρέξεων ἀνενεργησίαν,
hoc eſt: *Carnalium capiditatum, ſeu deſide-
rium ineffectaciam*, quam Petronius ceſſa-
tionem trãſtulit, ſub quibus carnis deſide-
rijs comprehendiſſe (inquit Turrianus) vi-
detur Dionyſius concubitum etiam cum
propria vxore: cumque dicat, hanc ceſſatio-
nem denotari ſigno crucis impreſſo in ipſa
Ordinatione: conſequitur, ex natura ipſa
conſecrationis hoc præceptum ordinatis
ipſis imponi.

Sixtus. 3. Matth. 5. Quartũ teſtimonium eſt Sixti III. in li-
bro de caſtitate, qui habetur in quinto to-
mo Bibliothecæ ſacræ, vbi explicans illud
Matth. 5. *Non veni legem ſoluere, ſed adim-
plere*, ita ſcribit: *Dices forſitam quæ in lege
munda, hoc eſt, immunda fuere, munda per Chri-
ſtum ſunt.* Reſpõdet autem: *Alia ſi forte, vt
diuerſitas carnium, & quæcumque in nouo Te-
ſtamento per Dominum, & eius Apoſtolos mun-
data referuntur, non in continentia, quæ vſque
adeo priſtinam immunditiam retinet, vt etiam
orationi præiudicet, & ad ſacerdotale offi-
cium non admittat, aut ſiiſſa mundata per
Chriſtum eſt, quid eſt, quod orationem impedit,
vel cur ſacerdotes eſſe neceſſe eſt continentes?*
pendit autem Turrianus, quod dixerit,
neceſſe eſſe ſacerdotes continentes eſſe,
non quomodocumque, ſed ſecundum Scri-
pturam Pauli, quam ex primo ad Corinth.
ſeptimo ibi fuſius explicuerat, ac proin-
de Sixtum ſenſiſſe hoc præceptum Diui-
num eſſe.

Paulus 1. Ad Cor. 7. 12

Syricius Papa. Quintum teſtimonium eſt Syricij Papæ,
in epiſtola prima, quæ eſt ad Himerium Tar
raconenſem Epiſcopũ capite ſeptimo, vbi
poſtquam deplorauit Pontifex, quod in il-
lis Prouincijs multi ſacerdotes, non ſolum
de proprijs vxoribus, ſed etiam de turpi
concubitu ſobolem diceretur procreaſſe, & cõ-
tra eos adduxit præceptum legis antiquæ,
ſecundum quam ſacerdotes tempore vi-
cis ſuæ ab vxoribus ſeparari eſſe debe-
bãt, nẽ cũ illis cõmertium habere poſſent,
ſubiungit: *Vnde & Dominus Ieſus, cum nos ſuo
illuſtraſſet aduentu, in Euangelio proteſtatur,
quia legem venerit implere, non ſoluere, & ideo
Eccleſiam, cuius ſponſus eſt ſpecioſus, forma caſ-
titatis voluit ſplendore radiare, vt in die iudi-* 13
*cij: cum rurſus aduenerit ſine macula, & ruga
eam poſſit, ſicut per Apoſtolum ſuum inſtituit,
reperire: quarum ſanctorum ſacerdotes omnes,
atque leuitæ inſolubili lege conſtringimur, vt
a die Ordinationis noſtræ ſobrietati, ac pudi-
ticiæ, & corda noſtra mancipemus, & corpora,
dummodo per omnia Deo noſtro in his, quæ quo-
tidie offerimus, ſacrificijs placeamus.* Quibus
verbis videtur plane ſentire, ſanctiones, &
leges de continentia miniſtrorum Euange-
lij eſſe non ſolũ Apoſtoli, ſed etiam ipſius
Chriſti ſupra eam, quam lex antiqua à ſuis
ſacerdotibus poſtulabat, ad quam non ſo-
uendam, ſed implendam, & perficiendam
Chriſtus venit. Et in epiſtola quarta, quæ
eſt in Concilio Telenſi ad ipſum Concili-
um, cap. 7. de continentia ſacerdotum,
& leuitarum, vt cum ſuis vxoribus non
coeant, quia in miniſterio Diuino quotidie
occupantur, renouat antiqua præcepta: Legem de continentia miniſtri Euangelici, non ſolum Apoſtoli, ſed Chriſti eſſe cõtendit Turrianus.
nam initio epiſtolæ præmiſit, ſe non noua,
ſed antiqua præcepta litteris traditurum:
Non quæ noua (inquit) *præcepta aliqua im-
rent, ſed quibus ea, quæ per ignauiam, deſidiam
que aliquorũ neglecta ſunt, obſeruare cupiamus,
quæ tamen Apoſtolica, & Patrum conſtitutio-
ne ſunt conſtituta.* Quo nihil clarius pro ſua
ſententia dici potuiſſe, exiſtimat Turria-
nus. Et infra: *Forte creditur* (ſcilicet permiſ
ſum eſſe miniſtris permanere in conſuetu-
dine coniugali: quia ſcriptum eſt: *Vnius vxo-
ris virum, non permanentem in concupiſcentia ge-
nerandi dixit, ſed propter continentiam futu-
ram, &c.* Quaſi diceret; noluit admittere bi-
gamos, de quorum incontinentia timeri
poſſet. Ex quibus verbis ſequi videtur, 14
hoc præceptum continentiæ fuiſſe Pauli, Innocent. 3. Siricius. Papa
ac proinde Chriſti. Hęc omnia deſumpſit
ex Syricio Papa Innocentius I. in epiſtola
ad Exuperium; quæ eſt tertia capite pri-
mo, contra incontinentiam clericorum.
Adde etiam Autorem commentariorum
apud Ambroſium in illud Pauli 1. ad Ti-
motheum tertio. *Diaconi ſint vnius vxo-
ris viri*, vbi probat perpetuam conti-
nentiam ſacerdotum, & miniſtrorũ Euan-
gelij, ex eo quòd antiqui in lege Moy-
ſis tempore ſaltem vicis ſuæ ab vxoribus
abſtinebãt, nã in tẽplo habitabãt, & poſtea
in domũ vertebãtur: ſicut de Zacharia legi-
mus Lucę 1. nã cũ ſacerdotes Euangelici, Luca 1.

& ministerijs altaris, & orationi assidue assistere debeant, colligit eorum continentiam non ad tempus, sed ad perpetuum esse debere. Eodem argumento ex eodem loco perito, vtitur Beda lib. 1. in Lucam, capite 2. in illud cap. 1. *Et erat plebs expectans.*

Beda.

Ex Epyphanio suam sententiam aperte colligi existimat.

Sextum testimonium est Epyphanij, lib. aduersus hæreses, hæres. 59. vbi, inquit Turrianus, de catharis, qui cum digamis non communicabant, ita scribit: *Et non intelligentes doctrinæ Dei synceritatem, ad aliam viam decepti conuersi sunt, nescientes, quod hæc est Diuinæ Scripturæ traditio ac consequentia, quæ enim ad sacerdotium tradita sunt propter eminentiam celebrationis sacrorum, ea ad omnes æqualiter ferri putauerunt, cũ audierint, quod oportet Episcopum irreprehensibilem esse vnius vxoris virum, continentem: similiter & diaconum, & presbyterum. Reuera enim, non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum eos, qui a nuptijs mortua ipsorum vxore, secundis nuptijs coniuncti sunt, propter excellentem sacerdotij honorem, ac dignitatẽ, & hæc certo sancta Dei Ecclesia cum synceritate obseruat. Sed, & adhuc viuentem, & liberos gignentem, vnius vxoris virum non suscipit, sed eũ qui se ab vna continuit, aut in viduitate vixit diaconum, presbyterum, & Episcopum, & hypodiaconũ, maxime vbi synceri sunt canones Ecclesiastici.* Quo nihil clarius dici potuisse pro sua sententia putat Turrian. eo quòd asserat Epyphanius ex prædicatione Dei profectã fuisse hãc legẽ cõtinentiæ: additq; canones Ecclesiasticos, seu vt ipse vertit regulã Ecclesiasticam dixisse Epyphanium, hanc secundum doctrinam Apostolicam ordinationem continentiæ. Vtitur præterea Epyphanius argumento, quo Siricius quoque Papa, & Innocentius locis citatis, & Autor commentariorum epistolę primę ad Timoth. apud Ambrosium in illud cap. 3. *Diaconi sint vnius vxoris viri*, vti sunt, vt cũ Apostolus laicis, & secularibus præcipiat 1. ad Corinth. 7. vt ad tempus abstineant ab vxoribus, quo melius orationi vocare possint, multo magis sacerdotes, quibus orandi, & sacrificandi iuge officium est, semper ab huiusmodi consortio abstinere debent.

15

Epyphanius Siricius Papa. Innocentius Pseudo Ambros.

16

Septimum testimonium est Eusebij Cesariensis lib. 1. de demostratione Euangelica, cap. 9. in fine: vbi postquam ostendit in veteri Testamento multos ex antiquis, qui principio filios genuerãt, & postea ab vxoribus abstinuerunt, subiungit, *Atque Scriptura nostra in præsenti studiosos sectatores remittimus, hoc vnum ad monentes, ne noui quidem Testamenti legibus, quæ ad susceptionem liberorum pertinent, omnino interdici, sed in hoc quoque ijs consentanea, quæ de priscis illis sanctis viris memorantur, instituta haberi. Oportet enim, dicit sermo Diuinus, Episcopum vnius vxoris virum esse. Verumtamen eos, qui sacrati sint, atque in Dei ministerio cultũque occupati, continere deincepsi se ipsos a cõmertio vxoris decet.* In quo testimonio nihil obscuritatis inquit esse Turrianus sed eo suam sententiam perspicue confirmari, eo quod dicat secundum leges Testamenti noui, debere sacros homines ab vxoribus abstinere.

Eusebius Cesariensis

17

Octauũ testimonium est Nysseni in lib. de vera, & incorrupta virginitate cap. vltimo post mediũ, vbi ad sacerdotes ita loquitur: *Quomodo hæc ipsa Deo offeres, qui legi non obtemperas prohibenti, ne sacra impurus faciat*, scilicet sacerdos. Porro ipsum loqui de impuritate, etiã cũ propria vxore, patet ex sequẽtibus, subdit enim: *Ac si Deũ tibi appetere expetis, quid causæ est, cur Moysen nõ audias, qui populo edicit, vt a nuptijs purus sit*, (scilicet sacerdos) *quò Dei aspectũ cõprehendat.* Deinde proponit sacerdotibus exẽplũ Christi sacerdotis, cum quo crucifixos sacerdotes Euangelicos esse desiderat Nysseno. Mitto testimonia Hieronymi in lib. aduersus Iouinianum, & Autoris commentariorũ, epist. 1. ad Timotheum apud Ambrosium in cap. 3. & Aratoris in cap. 16. Actorum, quæ post Nysseno adducit Turrianus, hi enim solũ docẽt, sacerdotes Ecclesiæ, ab vxoribus suis perpetuo abstinere debere, quamuis Arator dicat. *Ecclesiæ nunc alma fides sine fine pudicos Pontifices iubet esse, &c.*

Nyssenus.

Pseudo Ambros. Arator.

18

In cuius testimonio expendi debet illud, quod ait, *Alma fides*, eo namque denotare videtur, ad ius Diuinum pertinere hoc præceptum. Sic expendit Valdensis tomo 2. qui est de Sacramentis, cap. 129. num. 5. Mitto similiter testimonium Gregorij Magni, ex 4. dialogorum cap. 11. vbi ait, de quodam presbytero à tempore Ordinationis suæ presbyteram suam, hoc est, coniugem tamquã sororem habuisse, hoc enim non probatur, continentiam hanc iure Diuino præceptam esse, sed in Ecclesia Romana tunc obseruari cõsueuisse: refertur autem canone, *presbyter.* 32. distinctione.

Valdensis. Grego. Mag.

Nonum testimoniũ est Maximi in respõso ad Thalasij quæstiones, vbi ideo inquit, sacerdotibus noui Testamenti interdictum fuisse, vxores, & earum consuetudinem habere, quia eorum sacerdotium est secundum ordinem Melchisedech, qui non legitur habuisse vxorem, quod quidem profectum

fectum videtur ex ipsa natura, & institutione Euangelici sacerdotij.

Decimum testimonium est Cyrilli Hierosolymitani, in catechesi. 12. §. *Decebat sane*, Vbi in hæc verba ait: *Decebat sane purissimum puritatis Doctorem ex puris prodire thalamis, si enim, qui apud Iesum bene fungitur sacerdotio, abstinet à muliere, ipse Iesus quomodo ex viro, & muliere prodituruseßet?* Quibus sentire videtur, Christum sua natiuitate ex muliere sine viro docuisse, fore, vt sacerdotes sui à consuetudine cum muliere, etiam propria abstinere deberent: & nisi existimaret Cyrillus hoc voluisse Christum præcipere, de eo non dixisset: *Quomodo ex viro, & muliere prodituruseßet?* quasi sentiret fieri id non potuisse, cũ exẽplo natiuitatis suæ sacerdotibus suis tale præceptum continentiæ esset laturus; nam si laturus illud non esset, nihil obstaret vita suorum sacerdotum, quo minus ex viro, & muliere nasceretur. ¶ Vndecimũ testimoniũ, quod Turrianus in suæ sentẽtiæ cõfirmationem adducit, est Concilij Antiocheni in epistola ad Dionysium Papam, quę est in eo Concilio desumpta ex Eusebio lib. 7. historiæ, cap. 24. aliàs 26. in quo dicit, hunc inter alios Pauli Samosat. errorem recenseri, quod presbyteris, & diaconis permittebat, vt vxoribus vterentur. Ex qua epistola post medium ipse Turrianus hæc verba refert: *Scimus Christiani, Episcopum, & omnes sacros Ordines oportere esse multitudini exemplum omnium bonorum operum, neque illud ignoramus, quòd multi ex ijs, qui mulieres, siue vxores, quas Antiocheses σωνεισακτους, vocant ad habitandum vnam domum introduxerunt, lapsi sunt, alij in suspicionem venerunt, ita vt tametsi hoc concedatur, quod nihil impudice faciant, tamen vereri oportebat, ne suspicio, quæ inde nascitur, alios scandalizaret, alios adimitandum invitaret. Quemadmodum enim increpare, aut admonere alterum queant* (videlicet sacri ministri) *ne amplius vna cũ muliere, siue vxore versetur, cauens ne labatur, sicut scriptum est.* Quæ quidem extrema verba: quòd iuxta hanc translationem ipsius Turriani intelligenda videantur de laico, vxorẽ habentem, quem sacri ministri aliquando increpare debent, & monere ne sua coniuge vtatur, inquit ipse Turrianus, accipiẽda esse de laicis infirmioribus, & libidinosis, quibus vxorum vsus periculosus est. Ijs enim suadendum esse, ne vxore sua vtantur, cõfirmat ipse autoritate Nyssęni, quam hoc loco referre opus non est.

Cyrillus. Hierosolym.

Ex Concilio Antiocheno confirmatur sententia Turriani.

Nyssenus. Pet. Dam.

Duodecimũ testimonium est Petri Damiani in epistola ad Cumbertum Episcopũ Taurinensem; quam inter alias huius Autoris in 3. tomo Bibliothecæ sacræ inuenire non potui. Vbi postquam ipsum reprehendit, quod contra canonicam autoritatẽ permitteret sacerdotes vxoribus confęderari, subdit: *Nunc autem, quia ex omni populo Christiano passim fit sacerdotalis electio in promotione clericorum, non discretio generis, sed prærogatiua dumtaxat exquiritur sanctitatis, cessant iura coniugij, dum præcedens aboletur censura mandati, sicut Apostolus in epistola ad Hebræos ait; Reprobatio fit præcedentis mãdati propter infirmitatem eius, & inutilitatem:* Cum enim dicat in ipsa pudicitia sacerdotali factam fuisse reprobationem prioris mãdati, hoc est, veteris Testamenti, & hęc fieri non potuerit, nisi per nouum, non obscurè denotat, hanc pudicitiam, & continentiam iure Diuino noui Testamenti fuisse introductam. Citat præterea idem Petrus, inquit Turrianus, canonem Apostolorũ, quòd in eo dicatur de presbyteris, & diaconis Diuinarum legum esse disciplinam, vt incontinentes in officijs talibus positi omni honore Ecclesiastico priuentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod continentia oportet impleri; quæ quidem verba cũ apud Innocentium in epistola 3. cap. 1. etiã legantur, & grauissimus hic Autor Petrus (inquit Turrianus) ex canone Apostolorum ea citet: credendum est, & Innocentiũ etiam idem desumpsisse, cum tamen nunc inter canones Apostolorum hic canon non inueniatur. Pergit Damianus, & contra suã doctrinam adducit Concilium Triburiense, quod etiam promotis ad Ecclesiasticum Ordinem coniugij ineundi tribuat facultatẽ, & respondet à se nõ recipi tale Concilium, quod decretis Romanorum Pontificum non concordet.

Canon Apostolorum.

Innocent.

Concilium Triburense non recipit Damianus.

Mich. Med.

Pro hac sententia nullas alias rationes adducere oportet præter eas, quæ ex prædictis testimonijs, tam Scrituræ, quàm Patrũ à nobis depromptæ sunt, quasque prolixè satis vsque ad fastidium prosequitur Michael Medina lib. 1. de continentia à cap. 49. in finẽ libri. Hęc sunt fundamenta sententiæ nostri Turriani, quo in 1. cap. dixi solum illius Autorem, & defensorem fuisse: nam quamuis in eadem sententia videatur prius fuisse Vvaldensis tomo 2. qui est de Sacramentis; tamen, si quis eum attente legat, facile deprehendet, non omnino idem sensisse. Primum quidem in eo tomo cap. 128. num. 1. Vvicleffum erroris Iouiniani insimulat, quod lib. 29. de officio pastorali

Vvaldensis.

& lib.3.de ſermone Domini in monte videatur dicere, ſacerdotibus ſecundum legem Chriſti licitum eſſe coniugium, & humana tantum eis vetitũ eſſe, ex quo coniugiũ caſtitati çquare videtur. In eodẽ quoq; cap.nu.4.& 5. cõparat ſacerdotes noui Teſtamẽti ſacerdotibus Leuiticis, & dicit: ſicut Leuitici tẽporibus, quibus iuxta vices ſuas
13 altari ſeruiendũ erat, ab vxoribus abſtinuiſſe, & in Templo extra domũ ſuã habitaſſe cõſtat, ita etiam ſacerdotibus Euangelicis non ad tempus, ſed perpetuam continentiã conuenire, eoquòd non certis temporibus, ſed continuò orationi vacare, & altari ſeruire debeant. Nihilominus in ſequente cap. num.2.& 3. approbat hiſtoriam Paphnutij in Concilio Niceno, iuxta quam, vt cap. 4. videbimus, manifeſte conſequitur, non eſſe neceſſarium iure Diuino ſacerdotibus perpetuã continentiam ſeruare, ſed vſum coniugij illis permiſſum fuiſſe: nã ille Paphnutius (vt refertur) reſtitit Patribus Concilij
Paphnutius. Niceni, ne perpetuam continentiam Græcis præciperent, quod minimè feciſſent, ſi iure Diuino eam ſeruare neceſſarium eſſe intelligerent. Et in fine capitis 128. tandem cõcludit Græcos ſacerdotes ea ratione à præcepto perpetuæ cõtinentiæ excuſari, quod in quouis oppido vna tantum Miſſa in die pro vniuerſo populo celebrari ſoleat, quæ frequentius ab Epiſcopis celebratur: quaſi diceret fore, vt & noſtri eadem excuſarentur, niſi frequentiores in celebrando eſſe
14 deberent. Et cap.illo 129.num.4.de Græcis; poſtquam dixit ſecundum legem Apoſtolicam nullum ad ſacerdotium admittendum eſſe, niſi eius caſtitas ante ſuſceptum Ordinem fuerit approbata: ſubiungit: *Neque in ſugillationem dico Græcorum, ſed non video, qualiter decretum ſeruent Apoſtoli, qui cœlibatum ſacerdotum, quod tam plane conſtituit, vertunt in coniugium.* Denique eodem num.4. inferius ita loquitur: *Nullus ergo contemnat hoc Eccleſiæ de clericali caſtitate decretum tãquam humanum penitus, ſed ſciat, Euangelicum eſſe, & à legis neceſſitate deſcẽdens Apoſtolicum inſtitutum, ſicut in decreto Leo Papa ſemper inſinuat, & omnes pene, quos hic recenſui, de Apoſtoli Pauli mente hoc exponunt cum conformitate decreti legis antiquæ.* Tandem num.5. eodem modo excuſat Græcos, quo in cap.128. quòd rarius celebrent; neque quotidie miniſtrare debeant, & hinc colligit, nullum Latinũ ſe tueri, & defendere poſſe, quòd nolit continentiam ſeruare exemplo Græcorum: eoquòd inter eos non ſit tam frequens munus ſacrificandi, & miniſtrandi in altãri; vt iam notauerat idem Valdẽſis cap. præcedẽte. Ex quibus omnibus videtur mihi hic Autor nõ ſenſiſſe, hãc legem continentiæ clericorum plene, & ex omni parte, vel pro omnibus eſſe Diuinam: ſicut ſenſit noſter Turrianus, qui non dubitauit, omnes Græcos hac in parte erroris Nicolai inſimulare, quod continentiam non ſeruent. Citant etiam aliqui pro ſententia Turriani Clictouçum, qui ſolum loquitur de Matrimonio poſt Ordines contracto.

15 Valdẽſis de lege cõtinẽtiç clericorum diuerſo modo ſenſit a Turriano. *Clictouæus.*

Iure tantum Eccleſiaſtico clericos ante ſacros Ordines coniugatos continentiam ſeruare debere, communis, & vera Scholaſticorum ſententia eſt.

CAPVT III.

Vera ſententia.

COMMVNIS Theologorum, & iuriſperitorum, atque vera ſententia eſt, iure tantum Eccleſiaſtico clericos ante ſacros Ordines
16 Matrimonio coniunctos continentiam ſeruare debere, ex qua poſtea inferemus Latinos ſolum ſacerdotes, non Græcos ad eam ſeruandam nunc teneri. Ex Schola Theologorum ita ſenſerunt omnes, qui dixerunt, nullum initiatum vllo Ordine ſacro prohibitum eſſe iure Diuino poſtea contrahere Matrimonium, & eo vti: quos diſp. 249. cap.1. referemus: nam ij multo fortiori ratione dicere debent, neminem iure Diuino prohiberi vti Matrimonio ante Ordines contracto. De vſu autem Matrimonij ante Ordines contracti ita expreſſè ſentit S. Thomas, 2.2. quæſt. 88. art. 11. in corpore: ait enim, debitum continentię eſſentialiter annexum eſſe ſtatui religionis, hoc eſt, religioſum verè eſſe non poſſe ſine obligatione continentię; at vero ſacro Ordini non niſi ſtatuto Eccleſiæ. Cui cõſentit Sotus in lib.7. de iuſtitia, quæſt.6. ar. 2. poſt ſecundam concluſionem. §. *Iſtæ ergo concluſiones*: & queſt.5. art.3. ad ſecundum, & in 4. diſt. 38. queſt.1. art.2. §. *Reſtat tamen verbum*, allegans prędictum locum Doctoris ſancti: & in 4. diſt. 38. queſt.1. art.2. §. *Dubium tamen quo iure*, Sylueſter in ſumma, verbo, *Matrimonium*, 8. queſt.12. dicto. 2. Claudius Spenceus lib.1. de continentia, cap.1. & præſertim 2. ſub finem, vbi poſt adducta

S. Thomas. Sotus. Syluester. Claudius

Medina. Clictoueus. 27 Bellarmin. Gentsma. Gab. Paud. Almainus. Maior. Viguerius. 28

fundamenta Turriani hanc ſententiam plane pronunciat, Michael Medina libro 1. de continentia, cap. 7. vbi hanc ſententiam expreſſe ſequitur, & cap. 21. & ſequentibus, vbi eam multis probat: & Iodocus Clictoueus in propugnaculo de continētia ſacerdotum, cap. 6. 7. 21. & 22. Quem inmerito aliqui pro oppoſita opinione allegant, cum revera ipſe in hac controuerſia hanc partem plane ſequatur: & ſolum contendat, ſacerdotes iure Diuino teneri ad ſeruandam ita caſtitatem, vt Matrimonium poſtea non contrahant, de quo inferius diſp. 249. cap. 1. agendum eſt. Adde etiam Cardinalē noſtrum Bellarminum tomo 1. lib. 1. de clericis, cap. 18. Hi omnes recentiores vberius multò, quam antiqui rem examinantes, hanc ſententiam confirmarunt, quam præter S. Thomam ſuperius allegatum antiqui etiā Scholaſtici non obſcure tradiderunt, aut indicarunt, Bonauentura in 4. diſt. 37. art. 1. quæſt. 2. ad tertium, & quæſt. 3. in corpore, Ricard. art. 1. quęſt. 2. Scotus quęſt. vnica, §. *Hæc eſt concluſio*, & §. *Ad argumenta*, Thomas de Argentina quæſt. vnica, art. 1. §. ad 4. & ſequenti, Supplementum Gabrielis, quæſt. vnica, art. 2. concluſ. 2. & 3. Palud. quæſt. 1. art. 1. concluſ. 4. Almainus quæſt. vnica. Maior. q. vnica, & diſt. 24. quæſt. 2. §. *Sed hanc determinationem*, Ioannes Viguerius lib. inſtitutionum Theologicarum cap. 6. §. 7. verſ. 9. Hi enim dicunt ex ſtatuto Eccleſiæ ordinatum non poſſe poſtea Matrimonium contrahere, & morem Græcorum, qui vxoribus antea ductis in ſacerdotio vtuntur, licitum eſſe aſſeuerāt: aut expreſſe etiam dicunt in Eccleſia continentiam in Matrimonio ante Ordinem contracto, ex ſolo ſtatuto Eccleſiæ ſeruari.

Præcedens doctrina ex ſententia Paphnutij Confeſſoris, quā dixit in Concilio Nicæno, confirmatur.

CAPVT IIII.

Vetā ſententiam hiſtoria cōcilij Nizeni confirmat.

COMMVNEM ſententiam, quā cap. præcedenti tradidimus, in primis quidē ex hiſtoria Concilij Niceni manifeſte conuincere decreuimus, ex qua illā probat Michael Medina, cap. 19. Narrat autem Socrates lib. 1. ſuæ hiſtoriæ, cap. 8. Patres Concilij Niceni legem nouam in Eccleſiam introducere voluiſſe, vt qui eſſent ſacris initiati, ſicut Epiſcopi, presbyteri, & diaconi cum vxoribus, quas, cum erant laici, in Matrimonium duxiſſent, minimè dormirent. Et fortaſsis cum iam eo tempore in Hiſpania ſimilis lex ſeruaretur ex præſcripto Cōcilij Eliberitani, imò in tota Latina Eccleſia a tempore Apoſtolorū ſine vlla interruptione ſaltem pro presbyteris, & diaconis, vt diſp. 248. cap. 2. videbimus: Oſius Cordubenſis, qui in eo Concilio primum locum tenuit, eandem legem in tota Eccleſia, etiā Græca ſeruandam Patribus propoſuit, & ſuaſit. Verum Paphnutius monachus, & confeſſor ſurrexit, ac, *Vehementer*, inquit Socrates: *Vociferatus eſt, non graue iugum ſeruicibus illorum imponendū eſſe, qui erant ſacris initiati: honorabile eſſe coniugium inter omnes, & thorum immaculatum: videndum, ne nimis exquiſita præſcriptione Eccleſiam grui incommodo afficerent, &c.* cū tamen ipſe Paphnutius vitam cœlibem in monaſterio ſemper duxiſſet, vt idem Autor teſtatur. Et paucis interpoſitis: *Ita cum totus Epiſcoporū, presbyterorum, & diaconorū conuentus verbis Paphnutij aſſenſiſſet, controuerſia de hac re exorta pœnitus ſedata eſt, poteſtasque permiſſa cuique proarbitratu ab vxorum conſuetudine abſtinendi.* Idē omnino narrat Sozomenus lib. 1. ſuæ hiſtoriæ, cap. 22. Si autem ſacris initiati Diuino iure ad continentiam cū proprijs vxoribus, cum quibus ante Ordines contraxerunt, tenerentur, neque Paphnutius Patribus Concilij talem legem ferre volentibus reſtitiſſet: neque Patres ſententiæ eius ita acquieuiſſent; acquieuerunt igitur, quòd viderent, ſacris initiatos nulla lege Diuina ad talem continentiam teneri, neque pro eo tempore expedire canonem aliquem de ea ferre.

Socrates. Concilium Eliberitan. 29 Paphnutius. Sozomenus. Cōc. Gāgrē. Turrianus. Bellarm.

Præterea in Concilio Niceno noluiſſe Patres eam legem ferre: id etiam confirmat, quod in Concilio Gangrenſi paulò poſt celebrato hic vſus Matrimonij in ſacerdotibus, tanquam licitus probatus fuit, vt cap. ſequente videbimus.

Verum enim vero nō modo noſter Turrianus, vt in ſua ſententia de iure Diuino perſiſteret, multa contra hanc hiſtoriam, & Autorem illius molitus eſt in lib. illo de 6. 7. & 8. Synodo, pagina 60. ſed etiam Bellarminus, & alij, qui contra Turrianum ſenſerunt nullam eſſe legem Diuinam de hac continentia clericorum in Matrimonio ante Ordines contracto, ei fidem non adhibent;

bent. Cum enim Caluinus hoc vteretur teſtimonio ad confirmandum ſuum errorem, ſatius illis viſum eſt, totam hanc hiſtoriam negare, & vt apocrypham reijcere, quam ei quoquo modo ſatisfacere: cum tamen Caluinus ſuum errorem ea minimè ſtabilire poſſet. Hic enim hæreticus pro viribus contendit, licere iam ordinatis nuptias contrahere. Paphnutius vero non ſuaſit Concilio, vt ſacris initiati Matrimonium contrahere poſſent. Itenim neque in Latina, neque in Græca Eccleſia hoc vnquam permiſſum fuit; ſed vt vxoribus, quas ante Ordines duxerant, ſicut priùs libere vteretur, de quo Caluinus cum catholicis non contendit. Neque enim Græci, quod nunc etiam cum vxoribus, quas ante Ordines duxerunt, dormiant, erroris infimulari poſſunt, vt inferiùs diſp. 249. cap. 6. videbimus, tametſi Latinus, qui contenderet contra Pontificum, & Conciliorum ſuorum decreta docere, ſacros homines immerito arceri abvſu coniugali cum vxoribus, quas ante Ordines duxerunt, hæreticus iure cenſeretur, id autem non dixit Paphnutius, ſed ſolum reſtitit Patribus Nicænis, ne id eo tempore ſtatuerent. Quare neque ex hiſtoria eius hic error, quem etiam hæretici docent, vllo modo confirmari poſſet, vt inferiùs videbimus hoc eodem capite.

81

Aſſertum ſuũ Turrianus, & alij rationibus confirmant.

Sed age videamus argumenta Turriani, Bellarminij, & aliorum, quibus prædictam hiſtoriam tanquam apocrypham refellere contendunt. Dicunt primum ex veteribus neminem præter Sozomenum, & Socratem huius rei mentionem feciſſe, quorum alter, videlicet Socrates, Nouatianæ hæreſis, inquit Turrianus, infamia notatus fuit, multaque alia falſa in hiſtoria Concilij Nicæni confinxit lib. 5. hiſtoriæ, cap. 21. quibus hoc etiam de Paphnutio connumerari poteſt: vt quod Paſcha non celebraretur niſi iuxta veterem conſuetudinem regionis: & quod nullum canonem de hac re Concilium tulerit; cum tamen manifeſtum ſit in eo Concilio ſtatutum fuiſſe, vt Paſcha vbique celebraretur proxima Dominica poſt 14. Lunam primi menſis: ſicut ſupra in hoc tomo 3. diſp. 172. c. 6. expoſuimus, cuius canonis mentionẽ faciunt Epiphanius hæreſi 70. Ambroſius lib. 10. epiſtola 83. Euſebius in vita Cõſtantini, Theodoretus in vita Martiniani, Athanaſius in libro de Synodis Arimini, & Seburtiæ, & Gregorius Nazianzenus in Encomio 318. Epiſcoporum. Idem quoque ſimiliter, inquit Turrianus, Socrates auſus eſt affirmare, Eccleſiam Romanam tres tantùm hebdodas, exceptis Sabbato, & Dominica ieiunare, cum tamen Leo 1. qui tempore Socratis vixit ſermone 4. de Quadrageſima, & Gregorius Magnus homil. 16. in Euangelia teſtentur, in Eccleſia Romana quadraginta diebus ieiunari.

Socrates

Epiphanius Ambroſius. Euſebius. Theodoretus Athanaſius Gregorius Nazian. Gregorius Magnus. Leo Mag.

Deinde obijciunt teſtimonium Gregorij Magni lib. 6. epiſtolarum epiſtola 31. aliàs cap. 195. vbi inquit, hiſtoriam Sozomeni; quòd multa mentiatur, ab Eccleſia non recipi, & quod Theodotum Mopſueſtemi nimium laudet, & vſque ad diẽ obitus ſui dicat magnum fuiſſe Doctorem.

Poſtremò contra prædictam hiſtoriam obijciunt, quod neque cum doctrina Epiphanij, & Hieronymi, neque cum definitione eiuſdem Concilij Nicæni, canone 3. conueniat: conueniret autem ſine dubio; ſi vera eſſet. Neque enim dici poteſt, Epiphanium, & Hieronymum mentitos fuiſſe, aut Concilium Nicænum ſecum non conſtitiſſe; primum de Epiphanio patet ex hæreſi 59. cuius teſtimonium cap. 2. pro ſententia Turriani citauimus: nam eo loco manifeſte docet, nullum ad Ordines in Eccleſia recipi poſt Chriſti duentum, qui filios ex vxore adhuc viuente gignat. Deinde de Hieronymo: nã in epiſtola 53. quæ eſt ad Pariũ, contra Vigilantium, num. 8. refert ſacerdotes in Oriente, & AEgypto legem continentiæ tunc ſeruare, & vxoribus vti nequaquam illis licitum fuiſſe. Poſtremò de Concilio Nicæno: nam canone 3. & refertur canone, *Interdixit*. 32. diſt. prohibuit Epiſcopis, presbyteris, & diaconis, ne vllam domi mulierem ſubintroductam haberent, niſi vel matrem, vel ſororem, vel amitam, vel aliam, quæ omni careret ſuſpicione: cui quo minimè conueniret, ſi vxores habere, & eis vti permiſiſſet. Quo argumento, inquit Bellarminus, conuictum Lutherum in lib. de Concilijs, parte 1. dixiſſe, Patres Concilij noluiſſe ſequi ſententiam Paphnutij, quamuis contrarium etiam alibi ſcripſerit.

84 Epipham. Hieronymi

Verum hæc omnia non plane conuincũt hiſtoriam hanc de Paphnutio confictam, & apocrypham eſſe. Primum, nam licet demus Socratem Nouatianum fuiſſe, ſicut quidam ſcribunt (quod tamen pro comperto non habet Michael Medina lib. 2. de continentia, cap. 20.) & eo tempore hiſtoriam compoſuiſſe, quo Nouatianus erat, tamen Sozomenus Nouatianus non fuit, qui eandem narrat hiſtoriam. Adde quod licet Nouatianus fuerit, non proinde ſequitur hanc inuentum fuiſſe: cum error Nouatianorum de alia omnino diuerſa fuerit; mirum

85 Hiſtoria de Paphnutio non reiicitur ab Epiphanio.

Sozomenus

tem non eſt, quod alij hiſtorici nullam huius rei mentionem fecerunt; nam Euſebius hiſtoriam Concilij Niceni non ſcripſit; aut quod per vitam ei non licuit, aut quia non rectè de eius fide ſenſerit, ſed Arriana hæreſi infectus fuerit, vt ſcribit Zonoras, & Gelaſius: alij etiam facile eam prætermittere potuerunt cum nõ omnia ab omnibus hiſtoricis narrẽtur: nam & ſermo habitus in cœna à ſolo Ioanne ſcriptus fuit. Deinde non obſtat, quod Sozomeni hiſtoria, teſte Gregorio, ab Eccleſia non recipiatur propter cauſas ab ipſo Gregorio memoratas. Hoc enim non eſt ita accipiẽdũ, vt in omnibus mentitum fuiſſe credamus, aut nulla ei in alijs fides adhibenda ſit, præterquam in illis, in quibus mendacium illius manifeſte deprehenditur. Cumque hanc hiſtoriã Caſiodorus in tripartita loco citato, & Nicephorus lib. 8. hiſtoriæ, cap. 19. poſtea probauerint, non eſt, quod eam in hac parte tã facile reijciamus. Nam Caſiodorus vir antiquus, & catholicus ex tribus Autoribus ſuſpectis tripartitam hiſtoriam compilauit, ſeligens ea quæ vera videbantur, & ſuſpecta omittens: quocirca tripartita hiſtoria nulli viro docto hactenus improbata fuit. Huiſdem quoque hiſtoriæ Paphnutij meminit Vdalricus Epiſcopus Auguſtanus in epiſtola ad Nicolaum Primum, & eam probat. Præterea, ſi hiſtoriæ Socratis credẽdũ non eſſet, quod Nouatianæ hæreſi fuerit ſuſpectus, neque hiſtoriæ Euſebij fides eſſet habenda, quod hæreſi Arriana infectus fuerit, & in defenſionem Origenis vnum librum ſcripſerit: quibus non obſtantibus eius hiſtoria approbatur à Gelaſio Papa in Concilio Romano ſeptuaginta Epiſcoporũ, & refertur canone, *Sancta Romana*, 14. d. Ruffini quoque hiſtoria reijcienda eſſet, quod de libero arbitrio nõ rectè ſuerit opinatus, ſicut notatur à Hieronymo, & Gelaſio Papa loco citato: & tamen in nullo alio eius ſcripta, & hiſtoria ab Eccleſia refellitur. Cum igitur ait Gregorius, hanc Sozomenij hiſtoriam ab Eccleſia non recipi, intelligi debet in aliquibus, in quibus manifeſte ipſe mentitur. Demum cum in eodem Concilio Niceno, quod nuper noſter Alphonſus Piſanus ex codice Græco Vaticano in Latinum tranſtulit, & excudi curauit lib. 2. in quo acta omnia Concilij continentur, capite vltimo hæc hiſtoria interacta, & diſputationes Concilij habeãtur, nulla ratione de ea dubitare licebit. Teſtatur quoque Claudius Spenceus lib. 1. de continentia, cap. 4. non parum ante medium, in Græco codice Concilij Niceni nondum typis excuſſo ſe hanc hiſtoriã interacta huius Concilij legiſſe. Noſter autem Piſanus de ea non dubitat, imò ſicut & nos ſupra diximus, rectè Nouatores noſtri ſeculi ex hac hiſtoria nihil gloriari poſſe, cum ipſi contendant, eos, qui ordinati ſunt poſtea vxores ducere poſſe, quod Concilium non permiſit, neque Paphnutius Concilio perſuaſit. Neque obſtat, quod noſter Alphonſus Piſanus ibidem notat, hunc Paphnutium fuiſſe ex numero Meletianorum, quorum meminit Epiphanius lib. aduerſus hæreſes, cap. 68. Nam, vt ipſe Epiphanius Autor eſt, Meletius, & qui ipſum ſequebantur nihil contra fidem catholicam docuerunt; ſed à Petro Epiſcopo Alexandriæ diuiſi, antequã celebraretur Concilium Niceņum, dum eſſent in carcerem conijcti, & ibi fidei cauſa diu manſiſſent, zelo fidei commoti nolebant ſtatim ad Pœnitentiam recipere eos, qui in confeſſione fidei defecerant. Petrus autem contra ſtatim ad Pœnitentiam, & ad gradus, & honores eos recipiendos eſſe contendebat. Poſtea vero Paphnutius cum Meletio, & alijs huius opinionis ad metalla relegati ſunt, & ibidem eodem modo à Petro, & aſſeclis eius diuiſi manſerunt; poſtea verò cum inde liberati eſſent Concilio Niceno Paphnutius ſaltem interfuit; poſt celebratum autem Concilium, & Arrium damnatũ Meletius, & Paphnutius, & alij ſuæ opinionis Arrium ſictè pœnitentem ad communionem Conſtantinopoli receperunt. Et certè ego non dubito, Concilium Niceņum intermedio illo tempore celebratum fuiſſe, quamuis Epiphanius id non dicat. Nam Meletiani diuiſionem à Petro Alexandriæ Epiſcopo fecerunt: Concilium autem ſub Alexandro Alexandrię Epiſcopo ſucceſſore Petri celebratũ eſt. Præterea Meletiani cum Arrio paulo ante mortem eius communicarunt, vt ex Epiphanio patet. Conſtat autem Concilium Niceņum multo ante mortem Arij habitum fuiſſe: ſanctitatem autem Paphnutij Confeſſoris, qui Concilio interfuit, & miracula eius, & veneratione, in qua habitus fuerit à Conſtãtino Imperatore, mirifice laudat Ruffinus lib. 10 hiſtoriæ, cap. 40. Porrò eundẽ fuiſſe, qui Meletianus fuit, ego non dubito, & ita cenſet noſter Piſanus. fuit enim Aegyptius, vt refert etiam Ruffinus, & Confeſſor cum alijs ad metalla relegatus tempore Maximini Imperatoris. Denique quod attinet ad authoritatem illius libri Græci Vaticanæ Bibliothecę nuper, vt dixi, translati,

Euſebius hiſtoriã Concilij Niceni non ſcripſit.

Zonoras.

Gelaſius.

36

Caſiodorus. Nicephorus.

Prædictæ hiſtoriæ fides adhibenda eſt.

Gelaſius.

Gregorius.

37

Alphonſus.

Claudius.

38

Claudius.

Epiphanius

Quo tempore celebratum eſt Concilium Niceņum.

39

Ruffinus. Ruffinus.

teſtatur noſter Alphonſus Piſanus conſcriptum fuiſſe tempore Baſiliſci Imperatoris, & ab Autore illius collectum ex membranis Dalmatij Epiſcopi Cyziceni, cuius Dalmatij meminit Socrates lib. 7. ſuæ hiſtoriæ, cap. 28. vt de hac hiſtoria minimè iam dubitare liceat.

40 Poſtremò denique oſtendamus, ea quæ tertio loco obijciebant Turrianus, & Bellarminus contra hiſtoriã Socratis, & Sozomeni de Paphnutio, nihil momenti habere, atque ita prædictam hiſtoriam, & inde noſtram ſententiam mirum in modum confirmemus; concedimus igitur non conuenire ſententiam Paphnutij, & Patrum Nicęnorum cum eo, quod Epiphanius, & Hieronymus dicunt, inde tamen non ſequi eam hiſtoriam reijciendam eſſe. Nam cum lex de ſeruanda continentia cum vxoribus Matrimonio ante Ordines coniunctis, licet à tẽpore Apoſtolorum ceperit, vt inferiùs videbimus, fuerit Eccleſiaſtica, tamen, ſicut illa de non recipiẽdis bigamis, potuit diuerſis temporibus ſeruari, & non ſeruari; quocirca potuit tempore Concilij Nicęni cõſuetudine abrogatam eſſe, & ideò voluiſſe Patres illos eam renouare, Paphnutium vero reſtitiſſe; poſtea autem tempore Epiphanij, & Hieronymi potuit eadem lex conſuetudine iterum roborari, & vires ſumere. Quod vero Epiphanius dixit, prædicationẽ Euangelij factam poſt Chriſti aduentum non recipere ad ſacerdotium, non continentes cum proprijs vxoribus, non ideò dixit, quia ab eo tempore continuo, ſine intermiſsione ita ſeruaretur, ſed quia ab eo tẽpore hęc lex cœpiſſet, & ſuo etiam tempore ita ſeruaretur. Eodem modo in Oriente, & in AEgypto, vt refert Hieronymus, eo tẽpore potuit eadem lex renouiſcere, & ſicut in principio ſeruari, licet tempore Concilij Nicęni eius obſeruantia interrupta fuiſſet.

Cæcilian. cenum. Tertium verò, quod ex cãnone 3. Concilij Nicęni afferebatur, nullum omnino robur habet, vt mirandum ſit, viros doctos eo teſtimonio conuictos fuiſſe, vt aſſererent hiſtoriam illam de Paphnutio cum canone illo 3. minimè conuenire. Primùm, quia vt rectè expendit Michael Medina lib. 2. de continentia, cap. 21. §. *Sed hoc mihi*, Patres in canone illo non tantum cum initiatis ſacris Ordinibus, ſed cum toto clero loquuntur. Quare ſi vſum cum proprijs vxoribus prohiberẽt; continentiæ præceptum omnibus, etiã in minoribus Ordinibus conſtitutis indicerẽt, quod hactenus in Eccleſia, etiã Latinã auditum non eſt. Porrò Patres loqui cum toto clero patet ex verbis canonis: dicitur enim: *Interdixit per omnia magna Synodus non Epiſcopo, nõ presbytero, nõ diacono, neq; alicui omnino, qui in clero eſt, licere ſubintroductã habere mulierem.* Verũ reſpondet Turrianus lib. illo 2. de characteribus dogmaticis, in hoc canone cęteris clericis, non dum in ſacris conſtitutis, ſolum prohiberi habere mulieres ſuſpectæ conuerſationis, præter illas, quæ ibi permittuntur, non autem, σωμα σακτους, Latine, *Introductitias*, de quibus loquitur canon in priori parte, & quas ipſe Turrianus putat eſſe vxores, quia canone 26. permiſſum fuit his clericis vxores habere. Reſponſum tamen hoc facile refellitur: nam ſtatim à principio canonis, vt patet ex verbis recitatis, Patres loquuntur cũ omnibus clericis, & poſtea duo prohibent illis, & habere mulieres, σωμα κτους, & habere quaslibet alias ſuſpectæ conuerſationis, vt legenti facile conſtare poteſt. Deinde id quod obijciebatur nullius momenti eſſe probatur; quia vt diſput. 249. cap. 6. videbimus ſacris Ordinibus initiati nunquam coacti ſunt proprias vxores, quas ante Ordines duxerant, domo expellere. Hoc autẽ canone apertè prohibentur has mulieres domi habere, & ſolum permittuntur habere matrem, ſororem, amitam, vel aliam, de qua nulla mala ſuſpicio haberi poſsit. Poſtremò, quia mulieres, de quibus canon ille mentionem facit, & quas Græci Antiocheni, σωεισακτους, vocant, non erant vxores, ſed aliæ longè diuerſæ.

Michael Medina lib. 2. de continentiã, cap. 21. ante medium, cenſet has mulieres non fuiſſe vxores, ſed fœminas ſuſpectæ conuerſationis; & ideò merito prohibitum fuiſſe omnibus clericis, eaſdem habere. Verum nonexplicat, vtrum peculiare genus mulierum maiç ſuſpicionis in hoc canone prohibeatur, an aliquod tantum, & quod nam ſit illud. Ego vero primũ exiſtimo, has mulieres non fuiſſe vxores, ſic enim expreſſe teſtatur Balſamon in illum 3. canonem Concilij Nicęni, vbi dicitur, quoſdam exiſtimaſſe mulierem, quæ Græcè dicitur, απροσακτος, vel, σωεισακτος, idem eſſe quod vxorem. Alij vero (inquit) dixerunt eſſe mulierem cum aliquo externo habitantem, etiamſi ab omni ſuſpicione aliena ſit, quod ipſe verius eſſe putat. Deinde cenſeo mulierem hanc alienam, & ſubintroductam, hoc eſt, nullo genere cognationis, aut agnationis, aut Matrimonij coniunctam fuiſſe. Et quamuis vox ipſa Græca vi propria ſua ſignifi-

Medina. 41

41 Turrianus.

Explodi tur.

Euaſio.

Medina.

Balſamon. 42

ſignificationis non denotet mulierem ſuſpectam, nihilominus eas introductas, quas canon ille præcipit, vt reijciantur à clericis, & deinceps non admittantur, fuiſſe non quaſcumque ſuſpectas (tametſi in fine canonis de omnibus ſuſpectis reijciendis, & non admittendis Patres etiam loquantur,) ſed genus quoddam mulierum medium inter vxores, & concubinas, quæ prętextu pietatis, vt ſorores adoptiuæ tunc admittebantur, vt notat Scholiaſtes Euſebij Cęſarienſis lib. 7. hiſtoriæ, cap. 26. Vbi refert Euſebius, Paulum Samoſatenum presbyteris, & diaconis dumtaxat, qui ei morem gerebāt, permiſiſſe has mulieres ſubintroductas domi habere. Colligit autem Scholiaſtes ille ex Chryſoſtomo ſermone aduerſus eos, qui apud ſe fouent ſorores adoptiuas, Græcè, πρὸς τοὺς ἐχοντας ὑπαδάκτους. Et contra concubinarios in quinto tomo, ſtatim poſt initium ſic ait: *Sunt enim nonnulli, qui puellas nuptias inexpertas domum ducant, & vſq; in extremam ſenectam incluſas tenent, ac fouent, non procreandorum puerorum gratia, negant enim ſecum illis rem habere, nec libidinis cauſa, aiunt enim quod illas integras, & incorruptas ſeruent.* Columna autem 4. parū à principio explicat cauſas Chryſoſtomus, quas quisque prætendebat, vt huiuſmodi puellas admitteret his verbis: *Defenſore caret, ait, virgo, neque virum habet, neque tutorē, neque patrem ſæpe, item neque fratrem, & indiget aliquo qui ei manum prabeat, & ſolitaria mœrorem conſoletur, & vbiq; ſe pro ea opponat aduerſarijs, & ipſam in ſecuritate, & portu conſtituat:* quas omnes cauſas eloquenter refellit Chryſoſtomus. Et quamuis Concilium ſolum contra clericos canonem tulerit, ne vllam huiuſmodi fœminam vllo prętextu domi haberent, tamē Chryſoſtomus etiā aduerſus laicos loquitur, quod hic mos non ſolum quondam apud clericos, ſed tūc etiam apud laicos Conſtantinopoli vigeret: quam vero periculoſum eſſet cū his mulieribus habitare multis ibidem oſtendit. Eadem ratione iuxta hoc decretum Concilij Nicęni Nicolaus Papa in Synodo Romana, vt refertur canone, *Nullus*, 32. diſt. præcepit; vt nullus Miſſam audiret clerici; quem ſcit concubinam, aut mulierē introductam habere. De his quo mulieribus intelligitur loquutus Baſilius in epiſtola ad Gregorium presbyterum, ſeu ad Georgiū, cuius meminit Photius Patriarcha in ſuo Nomocanone, titulo 8. capite 14. habetur inter epiſtolas ipſius Baſilij poſt tertiam canonicam ad Amphilochium, & alia ad eundem de differentia ciborum, & alia ad Diodorum, in quas omnes habemus commentarios Balſamonis vbi hortatus eſt presbyterum, vt dimitteret mulierem, quam domi habebat, cum iam caſtitatem ipſe, & continentiam profeſſus eſſet, & ad hoc ei, 46 tauit canonem 3. Concilij Nicęni: *Qui*, inquit, *apertè prohibet, ne ſint introductitiæ mulieres.* Porrò autem ipſum nō loqui de vxore, quam ille domo expellere deberet, multis probatur. Primum, quia vt diſputatione 249. capite 6. videbimus, vxores clericorum, qui continentiam erant profeſsi, domo non expellebantur. Deinde, quia Baſilius in illa epiſtola non intelligit Baſilium de vxore; ſed de muliere quadam inſeruiente. Poſtremò, quia Baſilius nunquam vtitur nomine Græco, quo denotatur propriè vxor Matrimonio coniuncta, ſed nomine, γυναιον, quod mulierculam ſignificat, & commune eſt etiam ad vxorculam.

Porrò autē has introductitias mulieres ex cauſis, quas expreſsit Chryſoſtomus admitti conſueuiſſe, conſtat aperte ex lege, *Eum qui*, codice, *De Epiſcopis, & clericis:* vbi ſic dicitur: *Eum, qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari ſororiæ appellationis non decet, qui cumque igitur cuiuſcumque gradus ſacerdotij fulciuntur, vel clericatus honore cenſentur, extrancarum ſibi mulierum interdicta conſortia cognoſcant, hac tantum eis facultate conceſſa, vt matres, filias, atque germanas intra domorum ſuarum ſepta contineant; in his enim nihil ſani criminis exiſtimari fœdus naturale permittit: illas autem non relinqui caſtitatis* (aliàs *charitatis*) *exhortatur affectio, quæ ante ſacerdotium maritorum legitimum meruere coniugium*, &c. Idem habetur in codice Theodoſiano libro 16. lege 44. Primum, cum dicit Imperator Theodoſius, *Decolorari ſororiæ appellationis*, plane indicat mulieres illas introductitias ſororis adoptiuæ nomine vocari, & hoc titulo admitti conſueuiſſe. Et ideò titulus illius homiliæ Chryſoſtomi rectè inſcriptus eſt, *Aduerſus eos, qui apud ſe ſonant ſorores adoptiuas*, &c. Prætereà, ex hac lege manifeſtè conſtat, vxores ante Ordines Matrimonio coniunctas non eſſe domo expellendas, ac proinde cum Imperator rectè noſſet mentem Concilij Nicęni non de vxoribus, ſed de alijs mulieribus, quas diximus conem illum 3. eiuſdem Concilij intellexit, & in authentico: *Quomodo oportet Epiſcopos*, &c. §. *Quanta igitur*, collatione 1. quē etiā citat Photius loco aſsignato dicituri

Scholiaſtes Euſebij Cęſar.

Cleyſoſt.

44

Nicolaus Papa.

Baſilius.

Photius.

45

Quibus, & quas mulieres Concilium Nicenum inter dicat domi habere.

Balſamon Baſilius.

47

Photius

dicitur: *Volumus autem & ipsas, quæ ad Ordinationem perducuntur diaconissas, siue ex viduitate, siue ex virginitate non cum aliquo cohærentes, aut cognatorum, aut eorum, quos appellant dilectos, &c.* Et infra hanc vocat imaginem bonæ appellationis: explicat autem Photius, ita vt interdicatur in ea constitutione diaconis: nequis habeat aliquas secum loco sororum, vel cognatarum, vel earum, quæ dilectæ dicuntur: sed per se habitent, vel cum suis viris fratribus, &c. Constitutio tamen id non dicit de diaconis, sed de diaconissis, ne habitent cum aliquo ex ijs, quos dilectos appellant, hoc est, ne alicui adhæreant tanquam adoptiuæ sorores, sicut supra diximus, & ex alia lege codicis colligitur.

Ex dictis manifeste consequitur, hoc genus mulierum malæ suspiciones fuisse, non quod tunc essent concubinæ, aut aliàs meretrices, seu concubinæ ante fuissent, sed quod in puellari ætate à viris in cohabitationem tanquam sorores admitterentur: ex earum namque consortio nihil videtur mali timeri posse, vt rectè demonstrat Chrysostomus loco citato. Verum quia satis non videbatur Concilio Niceno consortium harum mulierum clericis interdixisse, si alias mulieres non bonæ suspicionis, alio tamen titulo secum admitterent, vt domus suæ curam haberent, & sibi inseruirent, ideò postquam prohibuit huiusmodi puellas, συνεισάκτους, hoc est introductitias, & tanquam sorores adoptiuas cum clericis cohabitare, præcepit quoque, vt nullus ex clero aliquam aliam alio modo malę suspicionis secum domi admitteret, aut retineret.

48 Chrysost.

49 Alphonsus de Castro.

Cæterùm aliæ quoque fuerunt mulieres regulares, seu canonicæ dictæ, hoc est, Deo consecratæ, quæ aliquando cum viris habitabant: contra quas idem Chrysostomus acriter inuehitur in sermone alio præcedente in eodem tomo, cuius titulus est, *Quod regulares fœminæ viris cohabitent*: de his tamen non loquitur, canon 3. Concilij Niceni, sed de alijs, de quibus hactenus egimus.

Ex ijs omnibus, quæ diximus perspicuè constat. Primum, ex historia Paphnutij efficax contra Turrianum desumi argumentum, & communem sententiam Theologorum, quam præcedente capite præmisimus, rectè comprobari. Deinde sequitur apocryphum esse id, quod ait Alphonsus de Castro libro 13. aduersus hæreses, verbo, *Sacerdos*, hæres. 4. in Concilio Niceno definitum fuisse, ne vllus vxorem habens ordinaretur sacerdos, & deinde Siricium Papam, qui paulò post successit, acerbissime reprehendisse in epistola 1. capite 7. aliquos, quòd videret, decretum illud ab eis non obseruari. Hoc igitur constat apocryphum, & falsum esse. Primùm quidem, quia in Concilio Niceno tale decretum non habetur, neque ex vllo probato Autore probari potest, in in Concilio illo id statutum fuisse; tùm etiam, quia ex historia Paphnutij oppositum constat. Adde, quòd Siricius non reprehendit vllos, quos habentes vxores ad sacerdotium admitterent, & promouerent, sed quod sacerdotes eorum filios ex vxoribus, aut ex concubinis genetarent, de cuius testimonio dicemus capite nono ad quintum.

Siricius.

Eadem sententia ex decretis Conciliorum ostenditur.

CAPVT V.

50 Medina.

QVINQVE alia decreta Conciliorum affert Michael libro 2. de continentia in confirmationem communis sententiæ, quam capite 3. pronunciauimus, ex quibus tria tantum in præsenti nos afferemus. Primum est Concilij Gangrensis, vbi congregati contra Eustathium Episcopum Sebastienſem, qui aliquos errores in Armenia docuerat, vt patet ex epistola illius Concilij, seu proœmio, & ex Nicephoro lib. 9. historiæ, cap. 16. In hoc igitur Concilio canone 4. & refertur canone, *Si quis*, 28. dist. sic statuitur: *Si quis discernit presbyterum coniugatum, tanquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & abeius oblatione ideò abstinet, anathema sit.* Hic enim hæreticus Eustathius inter alia nullum in coniugali positum gradu posse spem habere apud Deum dixit, per gradum coniugalem autem non tàtum vinculum Matrimonij, sed vsum illius intellexit. Nam, vt in ea epistola Concilij patet, inde factum est, vt multę mulieres sequutæ Eustathiũ, & discipulos eius, reliquerint proprios viros, & vt viri reliquerint vxores, certe non alia de causa, nisi vt se spem habere posse crederẽt decepti errore Eustathij, non quòd putarent se hoc ipso dissoluere Matrimonium, sed

Conc. Gangrense.

51

quod

quod ita poſſent ab vſu illius abſtinere. Hac igitur ratione latus fuit canon contra eos, qui nollebant Miſſam ſacerdotis coniugati audire; quod putarent, ipſum vtentem coniugio in mortali eſſe, nec ſpem habere poſſe apud Deum. Patres igitur illius Concilij, quod paulò poſt Concilium Nicænum celebratum fuit, exiſtimarunt, licitum eſſe vti coniugio contracto ante Ordines, ac proinde ordinatos nulla lege Diuina teneri ad ſeruandam caſtitatem in Matrimonio antea contracto. Reſpondet tamen noſter Turrianus in illo libro de dogmatibus charactericis. §. *Iam vero*, in hoc canone tantum cautum fuiſſe in eos, qui presbyteros habentes vxores diſcernebant, quaſi eis vterentur, & non eſſent tanquam non habentes, ſicut ratio ſacerdotij poſtulabat. Et eòdem putat ſpectare canonem, *Conſulendum*, eadem vigeſima octaua diſtinctione, qui eſt Nicolai Papæ. Verum miſſo nunc canone *Conſulendum*, qui citra dubium in alio diuerſo caſu loquitur, interpretationem canonis Gangrenſis commentitiam omnino eſſe, ex eo conſtat, quod canones illi editi fuerunt contra errorem Euſtathij, qui nihil docuit de licentia, qua permitteretur laicis iudicare de ſacerdotibus, vtrum vterentur ſuis vxoribus, an non, ſed tantum de vſu Matrimonij, quod peccatum eſſet, & cauſa damnationis, vt vidimus. Perperam igitur, & ſine fundamento Turrianus eò detorquet ſenſum canonis, quò ipſum ſpectare nulla ratione credere poſſumus.

Patres Concil. Gangren. non teneri præcepto diuino ordinatos ſeruare caſtitatem ſenſerunt.

Nicolaus 52

Secundum teſtimonium pro eadem ſententia eſt ſextæ Synodi generalis in Trullo congregatæ: nam poſtquam canone decimo ſecundo præceperunt Patres, vt Epiſcopi in Affrica, & Lybia, & alijs in locis cum proprijs vxoribus non habitarent, ſed caſtitatem ſeruarent, vt ita ſcandalum, quod inde naſcebatur, tolleretur: id quod intellexerunt de ijs vxoribus, quas ante ſuam Ordinationem Epiſcopi duxerant: canone decimo tertio, & refertur canone, *Quoniam*, trigeſima prima diſtinctione, ita dixerunt: *Quoniam Romanæ Eccleſiæ pro canone traditum eſſe cognouimus, vt diaconi, vel presbyteri, qui digni, qui ordinentur, exiſtimandi ſunt, profiteantur ſe non amplius ſuis vxoribus coniũgendos, nos antiquum canonem Apoſtolica perfectionis, Ordiniſque ſeruantes, hominum, qui ſunt in ſacris, coniugia deinceps ex hoc temporis momento firma, & ſtabilia eſſe volumus, nequaquam eorum cum vxoribus coniunctionem diſſoluentes, vel eos mutua tempore conueniente conſuetudine priuantes. Quamobrem ſi quis dignus inuentus fuerit, hypodiaconus, vel presbyter ordinetur: is ad talem gradum nequaquam prohibeatur: ſi cum legitima vxore cohabitet, ſed neque Ordinationis tempore ab eo poſtuletur, vt profiteatur ſe à legitima cum vxore conſuetudine abſtenſurum: ne ex eo à Deo conſtitutas, & ſua præſentia benedictas nuptias iniuria afficere cogamur, Euangelica voce exclamante: Quæ Deus coniunxit, homo non ſeparet, &c.* Ec paucis interpoſitis citat canonem 28. Concilij ſexti Carthaginen. quod in eo dicatur: *Vt ſubdiaconi, & diaconi, & preſbyteri proprijs terminis à conſortibus abſtineant*: hoc eſt, eo tempore, quo altari miniſtraturi ſunt. Quocirca & hoc etiam præceperunt, vt Græci ſeruarent iuxta id, quod ab Apoſtolis traditum eſt, ſcientes tempus in omni re maximè in ieiunio, & oratione. Hactenus Patres Trullani. Ex quorum canone communem ſententiam, quam defendimus, manifeſte colligi, Turrianus noſter negare non potuit. Contendit tamen autoritate huius, imò & aliorum canonum non parum detrahere. Neque dubitat hos Patres luxuriæ Magiſtros, & libidinis patronos appellare: inquit enim, canonem huiuſmodi ex libidine, & affectu carnali profectum fuiſſe, & ex canone ſuppoſito à Nicolaitis in libro ſexto conſtitutionum Clementis Romani, capite decimo ſeptimo, quem Turrianus libro illo de caracteribus dogmaticis ex Niceta Pectorato Græco, qui eiuſdem canonis defenſor fuit, & contra quem doctiſsime pugnauit Vmbertus Cenomanenſis legatus Leonis Noni, in libro aduerſus calumnias Michaelis Patriarchæ, & Leonis Acridani Archiepiſcopi Bulgariæ, refert in hunc modum: *Epiſcopum, & preſbyterum, & diaconum dicimus, qui vnam habet vxorem, ordinari, quamuis viuant eorum vxores, quamuis defunctæ; nec licet poſt manus impoſitiones innuptos eſſe, neque inſuper ad nuptias ire, aut ſi nupſerint, alias amplecti, ſed ſufficere eas, quas habent, cum ad Ordinationem venerint*, in quo videbatur concedi presbyteris, & Epiſcopis, & alijs miniſtris ſuis vxoribus, quas antea habebãt, vti: quod putat Turrian. ex Nicolaitarũ errore profectum eſſe: ipſe verò vertit hoc modo: *Epiſcopum, & presbyterum, ac diaconum ordinari præcipimus, qui ſint monogami, id eſt, vnius vxoris viri, ſiue vxores eorum ſuperſtites ſint, ſiue non, poſt Ordinationem: tamen, ſi vxores non habent, præcipimus,*

Expoſitio Turriani in prædictum canonem extorta eſt.

53

54

Pat. Trul.

Clem. Rom

55

Verſio Turriani prædicti loci.

pimus, vt non liceat amplius ducere, aut antea duxerant, non alias in Matrimonium accipere, ſed potius contentos eſſe; quod videlicet habentes ad Ordinationem venerunt. Notat autem in explicatione defenſoria illius capitis, poſteriora verba huius canonis ſe alio modo tranſtuliſſe, cum tamen prius translata eſſent, ſicut ſupra recitauimus; nam pro eo quod alia translatio habet: *Sed contentos eſſe ea, quam habentes ad Ordinationem venerunt*; à qua non differt ea translatio, iuxta quam idem Turrianus hunc canonem retulit libro illo de caracteribus dogmaticis, ipſe conuertit hoc modo, *Sed potius contentos eſſe, quod videlicet habentes* (ſupple *vxorem*) *ad Ordinationem venerunt*. Eſt autem pro *ea*, quod habet antiqua translatio, particula, ἥ, quæ, ſi accipiatur pro articulo in caſu dandi, verti debet, ſicut eſt in prædicta tranlatione, *ea*. Alij vero Græci, vt notat Turrianus in ea explicatione, volunt eſſe particulam ſimilitudinis denotantem idem, quod *quomodo*, & ita transferendum eſſe: *Sed contentos eſſe, quomodo habentes ad Ordinationem venerunt*. Senſum autem eſſe, vt contenti ſint, ſi eo modo vxores ſuas habeant, videlicet ad vſum, ſicut ante Ordines habebant. Ipſe vero Turrianus prædictam particulam Græcam putat eſſe non articulum, neque notam ſimilitudinis, ſed vocem affirmantis, & explanantis, & ita vertit, *quod videlicet*. Confirmat autem, quia in tribus codicibus Græcis antiquis ſcriptum inuenerit prædictam particulam hoc modo, ἤ. Verum quamuis particula hoc modo ſcripta dicatur interdum explanatiua, vt notant periti linguæ Græcę, tamen non legi aliquando vertendam eſſe per *quod videlicet*, ſed per *quam*, quæ interpretatio in præſenti locum non haberet. Quocirca ego non video, quare recedere debeamus à communi ſignificatione, in qua capitur pro articulo, ſicut habet antiqua translatio hoc modo: *Sed contentos eße ea, quam habentes ad Ordinationem venerunt*. Quod enim ait Turrianus, non rectè dici *ea, quam habentes*, ſed *ijs, quas habentes*, quia plures non dicuntur habere vxorem, ſed vxores, friuolum eſt, quia ſæpè etiam de multis dicimus omnes habere vxorem non ſolum Latinè, ſed etiam Hiſpanicè. Porrò iuxta hanc translationem ſenſus non eſt, quem Græci tempore Leonis Noni contendebant, nimirum contentos illos eſſe debere, quod eodem modo permitterentur poſt Ordinationem vti coniugio, ſicut eo ante Ordinationem vtebantur; ſed quod vna vxore, quam antea duxerant, contenti eſſent, ad cohabitandum tantum, neque alias poſtea illa defuncta habere vellent; non dico ad vſum, ſed etiam neque ad habitationem: quia neutro modo illis permittebantur. Puto autem in illo canone non permiſiſſe Clementem ordinatis vſum Matrimonij antea contracti: tùm, quia permiſsio facta ſacerdotibus Græcis ad vtendum coniugio antea contracto multo minus antiqua eſt, vt diſputatione 248. capite primo videbimus; tùm etiam, quia canon ille loquitur cum Epiſcopis, quibus nunquam in Eccleſia Græca, etiam poſt tempora ſextę Synodi vſus coniugalis permiſſus fuit, quin potius, vt in hoc capite memorauimus in eadem ſexta Synodo canone decimo ſecundo decretum fuit, vt Epiſcopi in Affrica, & Libya à proprijs vxoribus ſeparentur, & continentiam ſeruarent, & ita ſcandalum, quod inde oriebatur, tolleretur; canone autem decimo tertio vſus coniugij non Epiſcopis, ſed ſacerdotibus, diaconis, & ſubdiaconis vetitus fuit. Nullus igitur etiam Græcus, quamtumuis male affectus legi continentiæ, vſum coniugij ex canone illo Clementis comprobare poterit. Quo autem pacto hic vſus coniugij apud Græcos ex errore Nicolaitarum non fuerit profectus, capite octauo oſtendemus. Quinimò contra vſum Eccleſiæ Romanæ rectè à Patribus illis permitti potuit, tum habita ratione nationis, & gentis, ad quam reſpexiſſe etiam videtur Paphnutius in Concilio Niceno: tùm etiam, quod Patres Græci viderent ſacerdotes, & diaconos, & ſubdiaconos in Græcia non tam frequenter, quàm Latinos ad miniſterium altaris accedere: nam in Eccleſia Latina plerique quotidie accedunt, in Græca autem non item. Ex quo, vt vidimus capite ſecundo in quinto teſtimonio, aliqui Patres merito colligunt, in Eccleſia (loquuntur autem de Latina) perpetuam continentiam eſſe debere: cum in antiqua lege ſalten pro tempore miniſterij ſeruaretur. Cumque Græci non ſint tam frequenter in miniſterio altaris, & Diuinis officijs, vt ibidem notauimus, ſatis viſum eſt Patribus Trullanis, ſi tempore vicis ſuę continentiam ſeruarent. Contra vero cum Epiſcopi apud eos frequentius miniſterio altaris aſſiſtant, quam cæteri, eadem ratione ipſis perpetuam continentiam,

56

57

58

59

Exprædictò Clementis canone non colligitur permiſsio Matrimonijs antea contracti ordinatis.

Sexta Synodus.

Sacris hominibus Eccleſiæ Græcę iuſtis de cauſis permiſi potuit vſus Matrimonij antea initi.

Standum eſtantiquę tranſlationi.

tiam etiam cum proprijs vxoribus indixerunt.

Cæterùm in prædicto canone illud mihi nunquam probari potuit: quod prædicti Patres ſuam ſententiam confirmare voluerint canone 28 Concilij Carthaginenſis 6. quem ex Græco ita tranſtulit Gentianus Heruetus, ſicut eſt in commentarijs Theodori Balſamonis. Nam in compilatione Conciliorum hic canon non habetur, vt hypodiaconi, qui ſacra myſteria contrectant, & diaconi, & presbyteri in proprijs termini à coniugibus abſtineant, vt ſint tanquã nõ habentes: nam pro *in proprijs terminis*, Græci habent, Κατατοὺς ἰδίους ὁρους, per quæ verba Patres Trullani intellexerunt, *Propria tempora, & vices*, quibus miniſterium altaris miniſtris incumberet, vt in eis tantum ab vxoribus abſtinere præceperit Concilium Carthaginenſe 6. vt patet ex verbis ſuperius citatis ex canone illo decimo tertio ſextæ Synodi. Putarunt igitur Patres Trullani, ſe in hoc imitari Affricanos propter canonem illum: atque eadem ratione allegare poſſent canonem 3. Concilij 5. Carthaginenſis, qui, licet Patres non loquantur de ſubdiaconis, de alijs tamen eodem modo eiſdem verbis loquuntur, ſicut canon 28. Concilij 6. Eodem modo hunc canonem Patrum Affricanorum intellexit Balſamon in commentario illius: quinimò etiam hoc tempore ex Scholaſticis Michael Medina libro ſecundo de continentia, capite 30. conuictus authoritate Patrum Trullanorum, & Balſamonis: idemque cenſuit de canone 3. Concilij 5. Carthaginenſis: vbi dicitur: *Placuit, Epiſcopos, & presbyteros, & diaconos ſecundum propria ſtatuta etiam ab vxoribus continere.* Et refertur canone *Placuit* 32. diſt.

Cõcil. Carth. Balſamon. Gentia. uus 60

Balſamon. Medina.

Prædicta inter pretationon probatur.

Hæc tamen interpretatio, vt dixi, nunquam mihi placere potuit. Nam Patres Affricani in canone illo 28. Concilij 6. Carthaginenſis eiſdem plane vocibus vſi ſunt, quas alij in Concilio 5. canone tertio antea vſurpauerant, in illo autem 5. Concilio non dicitur, *in proprijs terminis*, vel *iuxta proprios terminos*, ſed *ſecundum propria ſtatuta*, hoc eſt, ſecundum proprias leges. Quamuis in eo non fiat mentio ſubdiaconorum: non ergo intellexerunt Patres Affricani per *proprijs terminis*, tempora miniſterij, in quibus tantum miniſtros abſtinere deberent, ſed decreuerunt iuxta id quod per ſtatuta proria miniſtrorum antea definitum erat, eos debere continentiam,

Patres Affricani. 61

etiã cum proprijs vxoribus ſeruare. Statuta autem, & leges latæ antea fuerant deſeruanda perpetua continentia, & caſtitate in vniuerſum etiam cum vxoribus, non modo ab antiquo tempore in tota Eccleſia; verum etiam in ipſa Affricana prouincia: nam canone ſecundo Concilij 2. Carthaginenſis Aurelius Epiſcopus ſic dixit: *Cum in præterito Concilio de continentia, & caſtitatis moderamine tractaretur* (nẽpe in primo) *gradus iſti tres conſcriptione quadam caſtitatis per conſecrationem annexi ſunt, Epiſcopos inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt condecet ſacroſanctos antiſtites, & Dei ſacerdotes, necnon, & leuitas, vel qui Sacramentis Diuinis inſeruiunt continentes eſſe in omnibus, quò poſſent ſimpliciter: quod à Deo poſtulant impetrare, vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus: ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt; Placet.* Hic canon refertur à Balſamone inter canones Concilij Magni Carthaginenſis, quod diximus fuiſſe ſextum tempore Honorij, & Theodoſij Iunioris, & in duos canones diuidit, in tertiũ, & quartũ: nam & in eo Concilio Magno Carthaginenſi lecta fuerunt, & confirmata, atque iuſſa ſeruari decreta Concilij 2. Et inter canones illius Concilij ſuo ordine numerantur: ſicut etiam canones aliorum præcedentium Conciliorum.

Aurel. Epiſc. 2

Cõcil. Carth. Magnũ

Explicat autem Balſamon priorem partem huius canonis, quam facit eſſe tertium canonem, ita vt cum dicitur: *Sint in omnibus continentes*, intelligatur non de continentia ſolum caſtitatis, & temperantię in omni tempore, etiam cum propria vxore ſeruanda, ſed de continentia in omni opere virtutum. Quod vero attinet ad vſum Matrimonij cum propria vxore, intelligit ſicut ſexta Synodus illud, *In proprijs terminis*: Apoſtolorum autem traditionem in hac re eſſe, vt temporibus ſanctæ participationis abſtineant: & ad hoc citat illud, 1. ad Corinthios 11. *Probet autem ſeipſum homo, &c.* Id quod etiam de laicis intelligit, vt dignus ſancta Communione non cenſeatur, qui eo tempore à coniuge propria non abſtinet. Eodem modo interpretatur alteram partem, quam tanquam quartum canonem connumerat, vt loquatur ſpecialius de temperantia, & abſtinentia à fœminis: ita tamen, vt non ſemper, ſed temporibus determinatis miniſterij, & contrectationis miſteriorum altaris intelligatur.

1. ad Corinth. 11.

63

Verum Michael Medina capite allegato, qui credidit Balſamoni in interpretatione illius canonis vigeſimi octaui Concilij ſexti Carthaginenſis, vt per proprios terminos intellexerint Patres Affricani eiuſmodi tempora determinata miniſterij, quod attinet ad canonem hunc ſecundum, Concilij ſecundi Carthaginenſis, interpretationi prædictæ fidem non adhibet, ſed in illo capite trigeſimo. §. *Sed ego*, ingenue fatetur, vtramque partem illius canonis eodem pacto intelligi de caſtitate cum propria vxore omnimo ſeruanda, & non tantum tempore vicis, & miniſterij. Nam prior, inquit, parsillis canonis fuit propoſitio Aurelij Epiſcopi, in qua propoſuit legem illam continentiæ pro Epiſcopis, presbyteris, & diaconis. Poſterior autem eſt reſponſum cæterorum Patrum, qui propoſitionem approbarunt. Quare cum poſterior, quam Balſamon recenſet tamquam canonem quartum, intelligatur de continentia ſpeciali cũ fœminis, & vxoribus: prior etiam, quæ ponitur tertius canon, de eadem ſpeciali continentia, non de generali in omni opere virtutum accipienda eſt. Porro autem in vtroque caſtitatem omnimodo abſolute, non autem pro certis tantum temporibus in eo canone indici, ſuadet ſibi Michael Medina, tum ex modo loquendi: quia abſolute præcipitur caſtitas abſque vllo additamento: tum etiam ex Siricio Papa, qui eodem fere tempore illius Concilij vixit: nam illud dicitur celebratum circa tempora Siricij, vt in titulo habetur, & celebratũ dicitur ſub Valentiniano Auguſto, & Theodoſio Imperatoribus, quorum etiam tempore Siricius vixit; qui in Epiſtola prima, quæ eſt ad Himerium Tarraconenſem capite ſeptimo dixit: omnes ſacerdotes, & leuiras à die Ordinationis caſtitatis, & continentiæ Apoſtolica lege teneri, & non tantum tempore vicis ſuæ, ſicut ſacerdotes Leuitici tenebantur.

Ego tamen valde minor virum non vulgariter doctum, tam facile conſenſiſſe Patribus Trullanis, & Balſamoni, in explicanda mente Patrum Affricanorum, in Concilio quinto, & ſexto Carthaginenſi, de continentia non abſolute, & omnimode ſeruanda, ſed tantum in proprijs terminis, hoc eſt, ſtatutis temporibus miniſterij: nam pro eo quod Concilium quintum Carthaginenſe, canone illo tertio, poſtquam dixit, vt Epiſcopi, presbyteri, & diaconi ſeruarent caſtitatem, addidit, *ſecundum propria ſtatuta*: exiſtimo Concilium ſextũ, canone illo vigeſimo octauo, non dixiſſe, *Secundum proprios terminos*; aut *in proprijs terminis*, imo neque, *Secundum propria ſtatuta*, vſurpans nimirum verba illius canonis tertij Concilij quinti, ſed *Secundum proprias definitiones*, alludens ad ſtatuta facta in canone ſecundo Concilij ſecundi ſupra memorati, & in Concilio primo, prout in prædicto canone ſecundo refertur. Dico autem me exiſtimare, Patres Affricanos in illo ſexto Concilio magno, canone vigeſimo octauo, dixiſſe, *Secundum proprias definitiones*, non autem, *In proprijs terminis*, aut *Secundum propria ſtatuta*, quia non habemus exemplar Latinũ canonum huius Concilij niſi apud Balſamonem, apud quem in prædicto canone inueniuntur verba illa *In proprijs terminis*, Latine conuerſa. Et quia *Definitio*, Græce dicitur ὅρος, quæ vox ſignificat etiam terminum: nam & definitio rei à Philoſophis terminus rei dicitur eſſe, Græci tranſferentes canonem illum vigeſimum octauũ Concilij ſexti Carthaginenſis, pro voce *Definitiones*, qua ſine dubio vſi ſunt Carthaginenſes Patres dicentes, *Secundum proprias definitiones*, vti ſunt voce Græca ὅρους, & dixerunt κατὰτὰς ἰδίους ὅρους, quod Latine verti poteſt, *Secundum proprias definitiones*, & *Secundum proprios terminos*: ſi autem vſi fuiſſent nominis ſtatuti, non ita Græci tranſtuliſſent. Cæterum per terminos potius eſſe intelligendas definitiones, hoc eſt, leges, ſeu ſtatuta, quam determinata tempora, quis dubitet? tum quia Concilium quintum dixerat *Secundum propria ſtatuta*, eo quod non communi tantum lege totius Eccleſiæ, ſed propria, & peculiari Prouintiæ Carthaginenſis in Concilio ſecundo editæ homines ſacri iam tenerentur: tum etiam, quia cum talis lex in ſecundo Concilio edita eſſet, & in quinto confirmata, credibile non eſt, in ſexto vlla de cauſa reuocatam aut moderatam fuiſſe, vt non abſolute, ſed certis temporibus ſeruaretur. Quod vero Michael Medina putat, etiam Concilium quintum Carthaginenſe, canone illo tertio conceſsiſſe, vt continentia tantum certis temporibus non abſolute ſeruaretur, manifeſte falſum eſt, nam canon ille non dicit *In proprijs terminis*, ſed *ſecundum propria ſtatuta*. Quis autem per ſtatuta, certa tempora miniſterij, & vicis, & non leges, & decreta intelligat? Extat autem hic canon huius Concilij Latine in compi-

Medina.

64 Aurel. Epiſ.

Siricius Papa.

65

Quid Patres Affricani ſenſerint de continentia ſacerdotũ ſeruanda exponitur.

66

Patres Carth.

67

Fallitur Medina.

compilatione Conciliorum, in quâ non habemus canonem illum 28. Concilij 6. Denique quod ait idem Michael, hanc legem de perpetua, & absoluta continentia cum vxoribus in Italia Hispania, & Affrica non facile fuisse receptam, & ita cum difficulter ab Affricanis reciperetur, in illo sexto Con-
68 cilio fuisse moderatam, sine fundamento affirmat, non enim constat difficulter in Affrica receptam fuisse: nam quod aliqui ea abuterentur non satis est, vt dicamus in vniuersum difficulter tũc fuisse receptã, & multo minus vt Patres Affrinani mouerẽtur ad eam moderandam: nam & omnes leges difficiles initio ita à populo recipiuntur, vt aliqui etiam eas transgrediantur: id tamen in causa esse non debet, vt statim aut omnino abrogentur, aut moderatione aliqua restringantur, secus tamen si plurimi eas nõ obseruarent. Adde quod etiam in Hispania difficulter etiam hæc lex fuit obseruata, vt patet ex octauo Concilio Toletano conone, capite quinto, & septimo, ob id tamen prędicta lex moderata non fuit, quin potius in pristinum statum renouata.

Cõcil. Tol.

Tertium est Concilij Lateranensis, sub Innocentio III. capite decimo quarto, vbi postquam Patres contra incontinentiam clericorum animauertendum esse dixerũt, in fine subiungũt. *Qui autẽ secũdũ regionis suæ morem nõ abdicarũt copulam, si lapsi fuerint grauius puniũtur, cũ legitimo Matrimonio possint vti*. Quo nihil clarius pro hanc nostra sententia dici potuit. Nam si lege Diuina omnes sacerdotes, & diaconi ad continentiam seruandam tenerentur, nequaquam dicerent Patres huius Concilij, Græcorum sacerdotes Matrimonio legitimo vti posse. Adde, quod Concilium illud celebratum fuit non tantum ex Latinis, sed ex Græcis etiam, habuitque Legatos Imperatoris Constantinopolitani. Cumque ca-
96 pite quarto aliqua contra superbiam Græcorum aduersus Latinos dictum fuisset, postea capite decimo quarto de vsu Matrimonij ipsorum ita loquuti sunt Patres, vt licitum eis reliquerint. His omnibus adde, quod neque in Concilio Lugdunensi, neque Florentino, vbi actum est de concordia Græcorum, & Latinorum, & aliqui errores illorum confutati, qualis fuit ille in Concilio Florentino de processione Spiritus Sancti, & Pontifex aliqua ab illis scire, & intelligere desiderauit, quæ Latinis difficilia videbantur, vt constat ex fine vltimę sessionis nunquam ab illis quæsitum est, quare legem continentiæ non seruarent: neque in literis vnionis, quæ sunt in vltima sessione Concilij Florentini, neque in decreto Eugenij, quod est post vltimam sessionem, vbi multa illius seruanda, & credenda præcipiuntur, nihil cum illis 70
de lege continentię actum est, nec vllo modo notati, quòd sacerdotes eorum illam non seruarent. Quis igitur audeat erroris Nicolaitarum, & transgressionis Diuini iuris de continentia eos insimulare? Adducit præterea Michael Medina duo aliâ testimonia Conciliorum, quæ consulto prętermitto: neque prædictam sententiam eis confirmare volo. Alterum est Synodi Romanæ sub Syluestro, canone decimo nono: vbi solum præcipitur, ne vllus presbyter a die Ordinationis presbyterij Matrimonium contrahat. De quare disputatio 249. capite quarto dicemus. Ex quo canone non video, qua ratione colligere contendat Michael Medina libro illo secundo de continentia, capite 29. licuisse tunc sacerdotibus, vti coniugio, & Matrimonio ante Ordines cõtracto. Hic enim solum decernitur de Matrimonio contrahendo: de contracto autem nihil dicitur. Et certè, quòd tunc in Ecclesia Latina, in qua hic canon latus est, permissum fuerit, vti coniugio contracto ante Ordines, ego non credo: vt disputatione 248. cap. secundo ostẽdam: cum iam in Eliberitano lex edita esset de castitate seruanda sacerdotibus cum proprijs vxoribus, & in Ecclesia Latina hic mos abstinendi ab vxoribus semper pro sacerdotibus obtinuerit. Alterum testimonium est Synodi Ancyranæ canone 10. vbi conceditur, vt diaconus iam ordinatus ducere possit vxorem, si tempore suæ ordinationis protestatus fuerit se impotentem esse ad seruandam castitatem, & velle ducere vxorem. Verùm cum hic canon non loquatur de sacerdotibus, sed de diaconis tantum, & de Matrimonio post Ordines contrahendo, de quare agemus disputat. 249. capite secundo, nollo hoc testimonio nunc vti: tametsi ex eo quod iure Diuino, 71
non sit prohibitum, post Ordines Matrimonium contrahere, & eo vti, rectè sequatur licitum esse Matrimonio ante Ordines inito etiam vti.

Concil. Laterã. testimonio vera sententia aperte probatur.

Cõcil. Lugdunense, & Florent.

Medina.

Cõcil. Rom.

Synodus Ancirau.

Festi-

Testimonijs Pontificum idem planè conuincitur.

CAPVT VI.

NON minus præclara sunt testimonia Pontificum, quibus id quod cõtra Turrianũ proposuimus, cõuincere possumus: videlicet Græcis sacerdotibus licitum esse vti Matrimonio ante Ordines contracto, ac proinde eos nulla lege Diuina continentiæ teneri. Nam si iure Diuino ad eam tenerentur sine dubio nullus dicere posset, vsum coniugij ipsis licitum esse. Primum quidem est Gregorij Magni lib. 1. epistolarum epistola 42. ad Petrum subdiaconum Siciliæ post medium, & refertur canone, *Ante triennium*, 31. distinctione, vbi ita scribit: *Ante triennium subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanæ Ecclesiæ nullatenus suis vxoribus miscerentur, quod mihi durum, atque incompetens videtur; vt qui vsum eiusdem continentiæ non inuenit, neque castitatem ante promisit, compellatur à sua vxore separari, atque per hoc (quod absit) in deterius cadat.* Statuit tamen, vt deinceps nullus subdiaconus ordinetur, nisi prius castitatem promisisset. Iam vero dicat nobis noster Turrianus: si omnes subdiaconi, vt ipse putat, tenerentur iure Diuino continentiam cum proprijs vxoribus seruare, quo pacto durum videretur Gregorio, & incompetens, vt qui non inuenit in hoc Ordine vsum continentiæ, neque illam vouit, sed more aliorum existimauit, se vsurum coniuge sua, ad seruandam castitatem cogeretur? Nunquid incongruens videretur Gregorio, vt qui non vouit continentiam cum soluta; neque inuenit huiusmodi genus castitatis in sua Republica damnatum, sed potius approbatum, ad seruandam hanc continentiam iure decalogi debitam cogeretur? Nequaquam. Respondet tamen Turrianus in prædicto libro, §. *Obijcient præterea*, Gregorium post prædicta verba in hunc modum subijcere: *Vnde mihi, vt à præsenti die Episcopis omnibus dicatur: vt nullum facere subdiaconum præsumant, nisi qui se victurum caste promiserit, & præterita mala, quæ proposito mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura mala caute caueantur.* Ex quibus verbis colligit, id, quod ante à subdiaconis fiebat, minimè licuisse, hoc est, cum vxoribus miscerì, quamuis castitatem non promisissent: leuiùs tamen puniendum esse hoc malum: verbum autem, *Exigere*, non pro eo, quod est require; sed pro eo, quod est punire, vsurpari: ac si dicat Gregorius, non esse hæc mala incontinentiæ grauius punienda; ne maius malum aliquod accidat, ne scilicet præ nimia tristitia Ordini renuntient, & se vitæ laicæ, & prophanæ omnino dent. Reprehendit autem Glossam; quod per mala præterita, quæ dicit Gregorius non esse violenter exigenda, intelligat castitatem, quod soleat esse mala, & pœnalis iuuenibus. Verum Gregorium non solum noluisse, ne punirentur huiusmodi subdiaconi propter incontinentiam, sed nullo modo ipsos ad eam teneri, priora verba clare demonstrãt, quibus non solum non prohibuit, eos punire, sed etiam minimè conueniens, vt separarentur ab vxoribus. Quod tamen perinde esset, atque conueniens iudicare, eos sinere in concubinatu permanere, & altari ministrare, si vera esset sententia Turriani: id quod nemo de Gregorio credere iure potest.

Cum verò ait, præterita mala, quæ proposito mentis appetita non sunt, non esse exigenda: Per *præterita mala*, non potest intelligere peccatum incontinentiæ subdiaconorum, vt putauit Turrianus: quorsum enim diceret, ideò exigenda non fore, seu punienda, vt ipse vult, quia proposito mentis appetita non essent? esset enim inepta prorsus ratio. Tùm etiam falsum esset, quod in ea assumeretur, quia incontinentia cum proprijs vxoribus in illis diaconis fuerat secundum propositum metis: si quidem hac intentione vxores ducebant, vt post Ordines etiam illis commiscerentur. Neque etiam intelligi possunt per illa mala præterita pœnæ, quæ antea à Pelagio impositæ erant subdiaconis, videlicet, vt hi subdiaconi, qui iam vxoribus erant copulati, nulla ratione ministrarent in altari, si nollent ab vxoribus separari: & reliqua incommoda, quæ violentam castitatem consequerentur, sicut contendit Michael Medina libro secundo de continentia, capite 25. sub finem; id quod statutum fuerat à Pelagio Gregorij antecessore, vt constat ex libro 3. epistolarum Gregorij epistola 34. & refertur canone, *Multorum* 27. quæstione secunda: nam vt hęc pœna priuationis ministerij altaris iusta imponeretur, & reliqua incommoda incurrerentur, nõ opus erat, quod proposito voluntatis essent appetita, ac proinde

Græcis sacerdotibus licitũ esse vti Matrimonio ante ordines contracto Patrũ autoritate probatur.

Gregorij primũ testim. 27.

Responsio Turriani.

73

74

Medinæ

Pelagius Papa.

75

Ratio contra Turrianum.

proinde non rectè dixiſſet Gregorius, huiuſmodi mala præterita non fuiſſe exigenda: eoquòd propoſito voluntatis ſubdiaconorum non fuiſſent appetita, & deſiderata: per mala igitur præterita intelligit Gregorius ſeparationes ſubdiaconorum ab vxoribus, & vxorum à ſubdiaconis maritis; vocat autem mala has ſeparationes, nó quia caſtitas, obquã fierent, ſecundũ ſe mala ſit, ſed quia iniuria vtrique coniugi irrogaretur; eoquòd ſine propoſito caſtitatis Matrimonium contrahentes ius habent ad vſum Matrimonij, quo ſi priuarentur ſine conſenſu proprio, malum, & damnum paterentur contra iuſtitiam. Hęc ergo mala, & damna, quæ vocat Gregorius præterita, non quia iam illata eſſent, ſed quia circa contractum præteritum Matrimonij eſſent, ſi violenter inferrentur, inquit ipſe, non eſſe violenter exigenda à ſubdiaconis, & vxoribus eorum. 76

Vera Gregorius expoſitio.

Addit deinde idem Pater: *Et futura mala caute cauentur*: quæ quidem verba ſub bſcura quoque ſunt. per *futura autem mala*, intelligit Turrianus eodem loco vſum coniugij in ſubdiaconis, quem putat neceſſario iure Diuino malum eſſe; & ita à Gregorio præcipi, vt deinceps nullo modo permittatur. Verum ex eodem principio hæc expoſitio reijcienda eſt: quia vt vidimus, vſus coniugij ante Ordines contracti non eſt ex ſe malus. At Michael Medina eodem loco putat, per *futura mala*, intelligere Gregorium incommoda, quæ ex coniugio, & vſu illius in ſacris miniſterijs conſequuntur, eoquòd multo melius ſeruata continentia à miniſtris altari ſeruiatur.

77 Ego vero cenſeo per futura mala intelligi peccata, & damna ſpiritualia, quæ ſequerentur, ſi ſubdiaconi illi à thoro coniugali ſepararentur: nam quod attinet ad meliorem in futurum adminiſtrationem emiſſo voto continentiæ ante Ordines ſuſceptos iam initio dixerat Gregorius: nunc vero in poſteriori parte, de qua nunc agimus, ſolum loquitur de incommodis, quæ ex ſeparatione orerentur: dixerat enim paulò antea; *Atque per hoc in deterius cadat*: ſcilicet ſubdiaconus, ſi ab vxoris thoro cõtra voluntatem ſuam, & vxoris ſeparetur.

Secundũ teſtimonium Stephani Papæ. Iuo.

Secundum teſtimonium pro eadem ſententia eſt Stephani Papæ III. in Concilio Lateranenſi, & refertur canone, *Aliter*, trigeſima prima diſtinctione, & ab Iuone Carnotenſi in Pannormia libro tertio, capite octuageſimo quarto, vbi ſic dicitur: *Aliter ſe Orientalium traditio habet Eccleſiarum: aliter huius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: nam earum ſacerdotes diaconi, & ſubdiaconi Matrimonio copulantur; iſtius autem Eccleſiæ, vel Occidentalium nullus ſacerdotum à ſubdiacono vſque ad Epiſcopum licentiam habet coniugium ſortiendi*: refert ante hos duos diuerſos imò contrarios mores tanquam licitos, & honeſtos iuxta gentium diuerſitatem, & regionum: quod neque noſter Turrianus negare potuit. Nihilominusne ex opinione, quam animo iam diu imbiberat, moueretur, tam manifeſtum teſtimonium ex ſuo ſenſu interpretari non dubitauit. Reſpondet igitur in prædicto libro ſecundo de dogmatibus characteris, §. *Venio ad aliud*, Matrimonio copulari in prædicto decreto non eſſe idem, quod Matrimonij copula, & coniunctione carnali vti, ſed idem quod vinculum Matrimonij contrahere, & inire, in quo, inquit, diuerſum eſſe etiam morem Græcorum, & Latinorum, non quod Græci poſt Ordinationem Matrimonia contrahere poſsint, Latini vero non item: quia in neutra, ait, Eccleſia id vnquam permiſſum, aut licitum fuit: ſed quia in Græca omnibus indiſcriminatim licitum ſit in Matrimonio permanentes ordinari: in Latina vero nequaquam. 78

Confirmat autem Turrianus, quia in fine de Occidentali Eccleſiæ dicitur: *Nullus ſacerdotum, &c. licentiam habet coniugium ſortiendi*, nam ſortiri coniugium non eſt vti copula carnali illius, ſed vinculum contrahere, & obligationem: pro eodem autem ponitur in hoc decreto ſortiri coniugium, & copulari coniugio: cum id, quod ait licere Græcis, neget licere Latinis, & Occidentalibus. Hoc tamen reſponſum refellit Michael Medina libro ſecundo de continentia, capite vigeſimo octauo. Primum, quod hæc Turriani interpretatio contra communem ſenſum Theologorum, & Iurisprudentium ſit, qui prędictum textum Stephani de copula carnali Matrimonij ſemper intellexerunt. Deinde, quia in aliquibus codicibus non dicitur: *Matrimonio copulari*, ſed *in Matrimonio copulari*, quod nihil aliud, quam copulam carnalem inter coniuges denotat. 79

Medinæ Expoſitiõ Turriani in locum Stephani reijcitur.

Deinde, quia Stephanus si solum de vinculo Matrimonij, non de vsu vtrobique esset loquutus, nullum profecto discrimen inter Græcos, seu Orientales, & Latinos, seu Occidentales sacerdotes constituisset. Nam, quod attinet ad Matrimonia post Ordinationem ineunda, & contrahenda, æqua semper fuit ratio vtrorumque: si quidem neque in Ecclesia Græca, seu Orientali vnquam licuit omnibus indiscriminatim sacerdotibus, diaconis, aut subdiaconis post Ordines vxores ducere. Vel si aliquando in Concilio Ancyrano permissum fuit in Ecclesia Græca post Ordinationem Matrimonia contrahere, vt disputatione 249. capite 2. ostendemus; id non fuit permissum omnibus sacris hominibus, sed tantum diaconis, qui in ipsa Ordinatione protestati essent, se non posse continere. Quod vero spectat ad Matrimonium contractum ante Ordinationem, sine vsu tamen illius, in Ecclesia Latina semper licuit, & hodie etiam licet Matrimonio coniunctos ordinari, nisi quod antiquo tempore licebat Latinis vxores domi retinere, etiam post Ordinationem, dummodo cum eis non coirent, vt patet ex Gregorio I. quarto libro dialogorum, capite 11. vbi de Vrsicino scribit, à tempore Ordinationis suæ suam presbyteram semper habuisse vt sororem: per presbyteram autem suam intelligit vxorem suam: inquit tamen eam domi retinuisse; ita tamen vt cum ei licitum esset ministerio illius in mensa, & in alijs vti, non permitteret eam ad se propius accedere. Et sane secundum canonem Apostolorum ita statutũ erat, & in Ecclesia Latina diu seruatum, vt ordinati vxores proprias domi retinerent, nec eas abijcere possent; quod sane vsque ad tempora Stephani III. ita in more positum fuisse non est dubium. Nam quod nullus coniugatus ad sacrum Ordinem admittatur; nisi vxor illius in monasterio profiteatur, aut senex fit, & ab eo separetur, multo posterius quam post tempora Gregorij introductum in Ecclesia fuit, & morem illum tempore Gregorij vsque ad Stephanum III. perseueraſſe, dubitari non potest.

His duabus rationibus, quibus respõsum Turriani manifeste refellitur, addo etiam aliam non minus efficacem: quia Stephanus in eo canone non loquitur de laicis, qui ad Ordines promoueri cupiunt, aut desiderãt; sed de iam ordinatis, & inter eos, qui sunt in Ecclesia Græca, seu Orientali, & in Latina, seu Occidentali respectu Matrimonij discrimen constituit. Ait enim, hoc esse discrimen, quod Græcorum sacerdotes, diaconi, & subdiaconi Matrimonio copulantur: Latini vero sacerdotes à subdiacono vsque ad Episcopum non sortiantur coniugium. Quis autem, obsecro, per sacerdotes diaconos, & subdiaconos intelligat eos, qui cupiunt sacerdotes, diaconi, & subdiaconi fieri, & nõdum facti sunt? Adde, quod si intelligerentur, nullum posset Stephanus discrimen assignare inter Latinos, & Græcos comparatione Matrimonij: nam in Ecclesia Latina, non ordinati possunt non tãtum inire Matrimonia; sed etiam illis vti, desiderium enim, & voluntas horum Ordinum non impedit vsum Matrimonij in vlla Ecclesia. Nihil igitur minus haberent Latini, quàm Græci.

Discrimen inter sacerdotes Ecclesiæ Latinę, & Græcę in seruanda continentia adducit Stephanus.

Præterea, per verba illa, *Matrimonio copulantur*, & per illa, *Coniugium sortiendi*, denotari non potest perseuerantia in coniugio iam facto, si enim hæc significare vellet Pontifex, non diceret, *Matrimonio copulari*, sed, *Copulatos, aut coniunctos esse, aut in Matrimonio permanere*: nam copulari actionem denotat nouam ineundi tunc Matrimonium: neque diceret, *Licentiam habet coniugium sortiendi*, quia gerundium, *Sortiendi*, habet eandem notionem actionis nouæ, quæ tunc fit, sed diceret, *Coniugium retinendi, vel in eo permanendi*; nam ille, qui permanet solum ligatus Matrimonio, non dicitur copulari Matrimonio, aut illud sortiri. Cum igitur loquatur Stephanus de iam ordinatis, & tam Græcis, & Latinis semper commune fuerit non posse inire, & contrahere coniugia, atque non solum in Latina, sed etiam in Græca Ecclesia vsque in hodiernum diem ita seruetur: sequitur, per hoc quod est Matrimonio copulari, aut sortiri Matrimonium, non intellexisse Stephanum idem, quod contrahere, seu inire vinculum Matrimonij: quia sacerdotibus, tam Græcis, quàm Latinis hoc vetitum est, & nequaquam permissum, & in hoc cum Latinis conueniunt: sed idem quod noua actione vti coniugio antea inito, vt sensus sit: Sacerdotibus, & alijs iam ordinatis vsque ad subdiaconum in Ecclesia Græca, vel Orientali licitum esse vti copula Matrimonij, quod est Matrimonio copulari: eisdem vero in Latina non licere. Quod enim verba hæc non denotent perseuerantiam tantum sine nouo vsu, & actione in Matrimonio antea contracto, iã supra notauimus: nihil autem aliud de notare possunt. Quocirca emendatores decre-

80 Antiquus Latinis etiam sacerdotibus vxores suas post ordinem domi retinere absq; vsu matrimonij licebat. *Gregorius. Apostol. canon.*

81

82

83

ti verbo, *Matrimonio*, prædictum canonem non sunt recte interpretati his verbis, *desit: Possunt simul esse in sacris Ordinibus, & Matrimonio iuncti, nã ne á illis*, videlicet Græcis, *postquã ad sacros Ordines ascẽ dissent, licebat cõtrahere*: sed pro *Matrimonio iuncti*, deberẽt dicere: *Et Matrimonio uti*, sicut recte explicuit Glossa verbo: *Copulantur*, quam noster Turrianus immerito refellit. Porro hunc Stephanum fuisse III. qui præcessit Adrianũ I. huius nominis, nullibi notatũ legi: colligo tamẽ ex Platina in vita ipsius, qui sub hoc Stephano narrat celebratũ fuisse Cõcilium Lateranense, sub nullo autem alio Stephano vllum Lateranense Concilium assignat. Quare noster Bellarm. tomo primo lib. 2. de clericis cap. 21. §. *Ad quintũ*, deberet non tã facile hunc canone non admittere, quod Gracianus non explicaret, quotus esset Stephanus, cui tribuebatur, neque ex eo, quod in epistolis vllis Stephani reperiretur, latus enim fuit in Concilio Lateranensi, quod sub tertio Stephano celebratũ fuisse, constat, vt diximus.

Glossa.

Adrianus Bellarm.

Tertium testim. ex Clemente

Tertium testimonium est Clemẽtis III. in cap. *Quæsitum. De Pœnitentijs, & remissionibus.* Vbi cũ interrogatus fuisset his verbis: *Vtrum sacerdotibus Græcorum, quibus legitimo Matrimonio licet vti, pœnitentia publica sit imponenda, si eam sibi postulent pro filijs oppressis iniungi.* Respondet Pontifex, quo pacto pro hoc peccato, vel ex inductria, vel ex negligentia, vel ex incuria facto pœnitentia illis sit imponenda. Supponit autem Pontifex, vsum Matrimonij sacerdotibus Græcis licitũ esse. Respondet tamen Turrianus in illo libro. §. *Obijciunt præterea*, verisimile non esse, respondisse Pontificem in Græcis licere, cũ de eo nihil quæreretur, neque ad id, de quo quærebatur, necessariũ erat. Solum enim ab eo quæsitum fuit, vtrũ esset illis publica pœnitentia imponenda pro filijs ab ipsis oppressis? sed verba illa ab aliquo addita fuisse. Verũ hęc cõiectura cõmentitia est, atque in præsenti, si alicuius momenti esset, multis etiam alijs æque vtiliter adhiberi posset: ac proinde nihil firmum in testimoniorum allegatione habere possemus. Deinde respondet; etiam si à Pontifice id dictum sit, nihilominus id non dixisse tamquam Pontificem definiẽdo, sed tamquam Doctorem ad interpretãdum. Nos quidem nõ contendimus omnia, quæ in decretalibus dicuntur præter ea, quæ ad definitionẽ, & responsum spectant, esse certa, & à Põtifice de Sede definita: sed saltem illius opinionis Pontificem fuisse:

Reijcitur responsa Turriani. Prius.

84

Posterius.

quod quidem in præsenti nobis sufficeret contra Turrianum. Addimus tamen, ita illud permissum fuisse à Pontifice, vt ta uquã omnibus notum, & indubitatũ pronunciauerit; nequis scandalizaretur, quod audiret de filijs sacerdotum tam manifestam quæstionem ad Sedem Apostolicam impune fuisse delatam. 85

Obiectio Turriani.

Obijcit tamen Turrianus responsum Nicolai I. ad consulta Bulgarorũ apud Gratianum 28. distinct. canone: *Consulendum*, vbi cum Bulgari interrogassent Nicolaum, vtrum presbyterum habẽtem vxorem deberent sustentare, & honorare? Nicolaus respodet: *Ad quod respondemus, quoniam licet ipsi valde sint reprehẽsibiles, nos tamẽ Deũ conuenit imitari, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos: deiicere verò à vobis ideo non debetis, quoniã neque Iudam Dominus, cum esset mendax discipulus, de numero Apostolorum eiecit. Verum de presbyteris vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, neque de eorum vita quidpiam inuestigandum, sed Episcoporum iuditio quid quid est, per omnia reseruandum.* (Est autem in lib. Nicolai I. responsionum ad consula Bulgarorum c. 70. in tertio tomo Conciliorum.) Verũ omissis alijs quæ Medina lib. illo 2. de continẽtia c. 27. congerit: respondeo primò cũ ipso, illud quæsitum non fuisse de Græco presbytero, qui apud Bulgaros vxorem haberet more Ecclesiæ, nusquam enim apud vllum Autorem legimus, aut Pontificem, aut Concilium, aut aliquem Patrem ex Latinis morẽ hunc Græcorum reprehendisse, sed Bulgaros reuera interrogasse de sacerdote nationis suæ, qui more Græcorum vxorem habebat, cum tamen Bulgaria more Ecclesiæ Latinę viueret, & Nicolai decretis indies in melius reformaretur. Deinde dico, Nicolaũ de huiusmodi sacerdote recte respondisse, non quidem permittendo, aut tolerando tanquam minus bonum: vt indicat Michael Medina, sed potius reuera reprehensione valde dignum censendo. ita tamẽ vt illud non esset à laicis puniendum, neque ob id ipsi congruam sustentationem ei negare possent, sed ita, vt illud ad Episcopum deferrent, & ipse tamquam legitimus iudex emendaret, & puniret. Porro autem Nicolaum existimasse, malum esse Bulgaris sacerdotibus habere vxores, nõ video quo pacto negare potuerit Michael, cum Pontifex Bulgaros exhorteretur ad alẽdos huiusmodi sacerdotes exẽplo Dei, qui solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & peccatores, & exemplo 87

Nicolaus.

Diluitur primò.

Medina. 86

Secundò

Christi, qui Iudam tolerauit: quod enim ait Michael argumentum Nicolai non fuisse à simili, sed à maiori, friuolũ est. Primum quoniam si sacerdotes illi non peccabant, quorsum dixit tolerandos esse, & non multandos pœna illa temporali negationis alimentorum: quod enim minus perfecte viuerent, in causa esse non poterat, vt Bulgari dubitarent, an essent illis alimenta denegãda? Deinde quia nisi peccarent, sed more Græco absque peccato vxores habere poterant, non recte vsus fuisset Pontifex exẽplo Dei, & Christi, vt diximus, nec argumẽtum inde duceret à maiori, vt contendit Michael: quorsum enim probaret, illos, qui nequaquam indigni erant alimentis, neque eis priuare iure poterant, sustentandos esse, quia Deus etiam sustentat malos, & Solem suum oriri facit super eos. Postremo denique non exhortaretur Nicolaus laicos, vt non iudicarent vitam presbyterorum, & si quid eis correctione dignum videretur, ad
88 Episcopum deferrent, nisi existimaret, sacerdotem vxorem habere apud Bulgaros, vetitum, & malum esse: potius enim sacerdotes huiusmodi defenderet, & excusaret. Scio quidem eo tempore multos sacerdotes Græcos, & Armenios apud Bulgaros fuisse, qui diuersa docerent, vt colligitur ex cap. vltimo illius libri Nicolai, ad consulta Bulgarorum, & his licitum fuisse vxores more suæ gentis habere; nihilominus censeo, Pontificem non de sacerdote Græco, aut Armenio, sed de Bulgaro fuisse interrogatum, qui more Latinæ Ecclesiæ viuere debebat. Quare mihi non probatur notatio addita huic canoni apud Gratianum ab emendatoribus decreti verbo *Presbyterum*, vt intelligatur de presbytero Græco, aut Armenio tantum, quòd gens illa nondum à Romana Sede Episcopum accepisset. Nam in illo capite vltimo ad consulta Bulgatorum, non dicitur omnes sacerdotes, qui tunc Bulgaris ministrabant, fuisse Græcos, & Armenios, sed multos apud ipsos eo tempore ex Græcis, & Armenijs fuisse, qui diuersa docerent, nempe ab ijs, quæ à Latinis docebantur. Noster Turrianus, qui emendationi decreti interfuit videtur huius annotationis Autor: sicut, & aliarum quas supra refutauimus, vt ita iuxta suam opinionem
89 ex hoc capite colligeret, Græcis sacerdotibus licitum non fuisse vxores in vsum Matrimonij habere.

Quartum testim. ex Innocentio III.

Postremum testimonium Pontificum sit Innocentij III. in capite, *Cum olim. De clericis coniugatis*, vbi quæsitum fuerat ab eo, vtrum filius sacerdotis Græci, quem in sacerdotio ex vxore genuerat, ordinari posset apud Latinos. Respondet autem his verbis: *Nos attendentes, quod Orientalis Ecclesia votum castitatis non admisit, quam Orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in superioribus vtuntur Matrimonio iam contracto, mandamus, quatenus nisi pro eo, quod inter Latinos Graci huiusmodi conuersatur, consuetudo regionis non repugnet, si aliud canonicum non obsistat, ad confirmationem, & consecrationem eiusdem sine dubitatione procedas*: quo nihil clarius pro hac nostra sententia dici potuit, cum expresse dicat Innocentius, & Græcos votum continentiæ non admisisse, & huiusmodi filium sacerdotis Græci nullum habere legitimum impedimentum, quominus Latino etiam more ordinari possit ex eo, quòd filius sit sacerdotis, nempe quod ex legitimo Matrimonio genitus, legitimus etiã censeri debeat. Cæterum nostro Turriano nõ deficit subterfugiũ, quo testimonium tam præclarum eludere videtur. Respõdet igitur in illo lib. 2. de dogmatibus characteris. §. *Rursus fortasse*, Pontificem non approbare quod Græci faciunt, sed solum cauere, ne obstet ad Ordinationẽ alicuius, quod fuerit à Græco sacerdote genitus, etiam si in Ecclesia Latina ordinari velit, eo quod Græci licere sibi putãt, post Ordines sacros Matrimonio vti, & ita filij eorum apud ipsos infames nõ sint. Addit præterea si Pontifex existimaret vsum Matrimonij licere Græcis sacerdotibus, fore, vt nullo modo caueret, ne id ipsi ordinando aliquo modo obstaret, sed quia putauit, reuera illis non esse licitum, ideo illud cauisse ob rationem dictam. Verum effugium hoc facile potest præcludi, & primum quidem, vt à posteriori incipiamus, Pontifex non ideo cauit, illud non esse canonicum impedimentum, quòd ipse putaret, filios sacerdotum Græcorum reuera illegitimos esse, sed quod Archiepiscopus, qui illud interrogauit, fortasis, ita existimauit, aut de eo dubitauit, aut certe existimans Matrimonium Græcorum sacerdotum legitimũ esse, & ita filios ex eo natos similiter etiã non esse impedimentũ pro ordinãdis more Græcorum in Græca Ecclesia: tamẽ quia videretur ei talis vsus Matrimonij contra morem Ecclesiæ Latinæ, dubitauit, an pro Ordinatione in Ecclesia Latina facienda esset alioquod impedimentum? ad quod Pontifex respondet, dubitationẽ Archiepiscopi omnino tollens, non autem quòd ipse de legitimo Matrimonio dubitaret.

Filium Græci sacerdotis genitũ ex Matrimonio ante ordinationẽ inito legitimum esse censet Innoc.

90

Effugium.

Præcluditur.

91

Deinde

Deinde cum pro ratione, & fundamentō ſui reſpōſi illud adducat, quod Eccleſia Græca pro Græcis ſacerdotibus, priuſquam ordinarentur, Matrimonio coniunctis, non admiſerit votum continentiæ, ſine dubio exiſtimauit, eos ea lege, quòd Eccleſiaſticae eſſet, non teneri: nam de iure, & lege Diuina, non recte dixiſſet: *Quia illam nō admiſerunt, &c.* Sentit igitur, eorum coniugia, & vſum eorū legitimum eſſe, ac proinde filios inde progenitos non eſſe ſacrilegos, ſed vere legitimos cenſendos: adde, quod nequaquam confirmaret electionem filij ſacerdotis Græci, quē ſciebat contra ius Diuinum genitum fuiſſe; imo & hæreticum, quod putaret, ſicut pater eius ſacerdotes gentis ſuæ voto continentiæ non teneri, ſi vera eſſet opinio Turriani, præſertim cum aſſerit, hunc morem Græcorum ex errore Nicolaitarum profectum.

61

His omnibus, quæ diximus, adde contra Turrianum ex ſententia Nicolai II. & Innocentij III. ſubdiaconatum aliquo tempore in Eccleſia Latina, ſine obligatione continētiæ collatū fuiſſe, & ideo inter ſacros Ordines recenſeri non conſueuiſſe, vt inde ipſe videat, quo pacto licet ſententia ſua pro diaconatu, & ſacerdotio, & Epiſcopatu eſſet probabilis, pro ſubdiaconatu omni prorſus probabilitate deſtituta eſſet. Porro autem ſubdiaconatum hanc obligationem aliquando non habuiſſe diſput. 248. cap. 3. oſtendemus.

Sub diaconatum aliquando ſine obligatione continentiæ collatū eſſe nt Nicolaus, & Innocent.

Ratione efficaci eadem ſententia communis contra Turrianum probatur.

CAPVT VII.

QVAMVIS Communis ſententia, quam contra Turrianum præmiſimus, de vſu licito coniugij ſacerdotū in Eccleſia Græca ſatis ſuperque teſtimonijs allegatis confirmata maneat, vt nemo eam negare poſsit: placuit tamen efficacem etiam rationem in hoc capite afferre, non ſolum pro maiori eius confirmatione, ſed etiam, vt aliqua notatu digna pro natura legis, & obligationis, qua ſacerdotes in Eccleſia Latina ad continentiam ſeruandam tenentur, obiter explicētur. Ratio autem eſt huiuſmodi: ſi iure Diuino impoſita eſſet ſacris hominibus obligatio ſeruandi caſtitatem, ea non ex voto ab eis emiſſo, ſed ex Diuina volūtate proueniret; nullum enim fundamentum eſt, vt diacamus, Epiſcopum ordinantem iure Diuino debere votum exigere ab ordinandis, aut ipſos non requiſitos ad illud emittentū teneri: nam ſi Deus vellet ſacris Ordinibus continentiam annectere, non opus eſſet, eam ſic conſtituere, vt per votum emittēdum ab ordinatis exigeretur, ſed lege ſua illam abſolute præciperet.

Efficax ratio pro vera ſententia.

93

Ex Diuina autem voluntate non eſt lex vlla continentiæ poſita hominibus ſacris, nā ſi ita eſſet, duplici quidem peccato in Eccleſia Latina peccaret, qui propria vxore, quam ante Ordines duxerat, vteretur, & triplici, qui cum ſoluta peccaret; quod tamen eſt falſum, neq; vllus hactenus dixit. Ergo obligatio impoſita ſacris hominibus non ex Diuina lege deriuatur, ſed ex humana præcipiētę, vt votum continentiæ ab ordinandis exigatur, & ſine illo nullus ordinetur. Porro autem fore, vt duplici peccato peccaret Latinus ſacerdos, qui ſua vxore vteretur, ſi lege Diuina, & non ſolum voto ad continentiam ſeruandam teneretur, facile probari poteſt. Nam quamuis lex continentiæ Diuina eſſet in materia religionis in reuerentiam Sacramenti, & Ordinis: ita vt tranſgreſsio illius eſſet peccatū ſacrilegij, tamē hoc peccatū eſſet diuerſę rationis à peccato violationis voti: vt ex ijs, quæ diximus ſupra diſput. 246 cap. 3. manifeſte colligitur, etenim obligatio voti nulli prorſus imponi poteſt, niſi ipſe voluntate ſua ſpoponderit, & Deo promiſerit: eſt enim hæc voti obligatio fidelitatis erga Deum, quę eſt veritas promiſsionis in futurum ſeruanda: hæc autem non aliunde, niſi ex voluntate promittentis ortum habere poteſt. Peccatum autem oppoſitum voto eſt cuiuſdam infidelitatis erga Deum, quæ eſt falſitas, nemo autem falſitatis, & infidilitatis reus eſſe poteſt ob tranſgreſsionē alicuius legis, niſi ipſe prius promiſerit, & promiſsione ſe ipſum obligauerit: qua ratione Scot. in 4. d. 37. q. vnica. §. *Hæc eſt*, verſiculo: *Contra*, Durandus eadem diſtinct. quæſt. 1. numero 5. & Paludanus quęſt. 1. articul. 3. ad argumētum in oppoſitum numero 19. recte dixerūt obligationem voti nullo ſtatuto, aut lege, neque ex facto alterius alicui imprimi poſſe, niſi ipſe cōſentiat, & promittat: id quod nos etiam ſupra diſp. 246. c. 3. demonſtrauimus. Eſſet igitur diuerſum peccatum ſacrilegij in ſacerdote vti vxore propria, quatenus eſſet contra legem continentiæ, in ipſa inſtitutione ſacerdotij a Chriſto impoſita, à peccato contra votum emiſſum in ipſa Ordinatione, ac proinde duplici peccato ſacrilegij peccaret,

Argumentum ab inconuenienti.

64

Scotus, Durandus, Paludanus.

caret, vt contendimus. Almainus vt vidimus ſubra diſput. 246. cap. 1. refert aliquos exiſtimaſſe homines in ſacris Ordinibus conſtitutos, lege Diuina continentię teneri ad hoc, vt poſt Ordines ſuſceptos non contraherēt Matrimonium, neque eo vtantur. In qua ſententia fuit etiam maior pars Doctorū facultatis Theologiæ Pariſienſis: vt refert Maior in 4. diſtinct. 24. quæſt. 2. in principio, cum quibus & ipſe Maior in ea queſt. cóſentire plane videtur: iuxta eam autē ſiquis poſt Ordines ſuſceptos vxorem duceret, & eā agnoſceret, duplici peccato ſacrilegij peccaret: altero contra legē Diuinā continentiæ, coniunctam Ordinibus ex ſua inſtitutione, altero contra votum, quod orninati in ſua ordinatione emittunt, & quia Matrimoniū irritum eſſet, peccaret etiam peccato fornicationis. Verum hi non loquebātur de lege continentiæ reſpectu illorum, qui ante Ordines Matrimonium cōtraxerunt: id quod expreſſe notant Maior in prędicta quæſt. 2. §. *Sed hanc determinationem*, & Almainus loco citato, quos quidem putant ſtatuto ſolo Eccleſiaſtico teneri ad emittendum votum cōtinentię, quod ſeruare debeant in Matrimonio ante Ordines contracto. Verū noſter Turrianus lib. illo de domgnitibus characteriſcis. §. *Sunt alij*, ſub finem, plane affirmat: continētiam eſſe propriam Ordinis ſacri ex ipſa Diuina inſtitutione, & ex ipſa natura Ordinis prout à Deo inſtituti. Ex quo denotat ſic ordinatos non tantum voto, ſed etiam lege Diuina ad continentiam cum vxoribus, quas etiam antea duxerant, ſeruandam teneri. Alij vero, vt refert Caiet. tom. 1. opuſc. tract. 27. §. *Quoad ſecundum*, dixerunt, ordinatos non ex voto, ſed ex ſola lege Eccleſiaſtica ad ſeruandam caſtitatem cum proprijs vxoribus, & alijs teneri, iuxta quam opinionem fieret, vt is, qui poſt Ordines propriam vxorem cognoſceret, peccaret peccato ſacrilegij, non tamen violatione voti. Si autem vltra obligationem Eccleſię Epiſcopus ordinans exigeret votum continentię, & ordinādus illud emitteret, deinde accedens ad vxorem duplici peccato ſacrilegij contra religionem peccaret, quod tamen eſt falſum, vt diximus.

Reſtat igitur, vt omnes ordinati Ordine ſacro in Eccleſia Latina Eccleſiaſtica ſolum lege ad hoc teneātur, vt emittant votum cōtinentiæ, etiam cum propria vxore ſi illam habent, vt deinde eā non vtantur, quæ quidē lex à multo tempore in Eccleſia Græca recepta non fuit: hoc autem votum omnes cēſenturemittere, & obligatione ejus teneri quotiesde eo, aut de ſeruenda caſtitāte, iuxtā ritum Eccleſiæ admonentur: aut etiam ſi non admoneantur illius conſcij ſunt; ſi tamen interius ipſi non repugnēt, neque contrariam habeant voluntatem: ſicut recte obſeruauit Caietanus in prędicto opuſculo. Porro autem ſtatutum fuiſſe ab Eccleſia, vt ab ordinandis votum exigeretur: & vt ipſi ſe ſeruaturos caſtitatem promitterent, cōſtat ex multis canonibus ex Gregorio lib. 1. epiſtola 42. in fine: & refertur cononet *Nullum*, 28. diſtinct. vbi præcipit Gregorius, vt Epiſcopus nullum deinceps ordinaret ſubdiaconum, niſi prius caſte ſe victurū promitteret. Et in Concilio Toleta. 11. canone 10. & refertur conone *Quamquam* 23. diſtinct. vbi etiam præcipitur, vt votum continentiæ ab ordinandis ſacris Ordinibus exigatur. Atque votum huiuſmodi in ipſa Ordinis ſuſceptione emitti, ſupponitur plane in cap. *Cum olim*, *De clericis coniugatis*, & cap. vnico, *De voto & voti redemptione*, in 6. Quare ſi quis alias omnino ignarus, huiuſmodi votum emittī ſolitum in ipſa Ordinū ſuſceptione, ita ab Epiſcopo ordinaretur, vt ab eo votum non exigeret: neque expreſſe, neque implicite votum emittere cenſeretur, ſed liber omnino maneret, vt propriam vxorē cognoſcere poſſet, ſicut manſerunt ſubdiaconi in Sicilia ordinati, de quibus loquitur Gregorius in illa epiſtola 42. citata. Nūc vero quod omnibus in Eccleſia Latina manifeſtum, ſit continentiæ votum annexum eſſe ſacris Ordinibus, nullius ſane poſſet ex ignorantia vlla ab emiſſione voti implicita in ipſa Ordinationis ſuſceptione excuſari.

Prēterea, vt votum implicite ordinatus emittere dicatur, ſatis eſt reipſa ſuſcipere Ordinem ipſum, ſi nō adſit peccatum fictionis, quod attinet ad votum continentiæ, vt ſtatim explicabitur: vt optime docuit Caietanus in prędicto opuſculo, quia tamen voluntas nullius cogi poteſt, & voluntate repugnāte non cenſetur emitti votum, vt ſi quis expreſſe nollet promittere, neque hæc voluntas ſuppleri poſsit per legem, dicēdam eſſet, eum, qui ſic ordinaretur, peccaturū peccato fictionis, vt idē Caietanus obſeruauit: quia denotabit exterius ipſa Ordinatione ſe emittere votum: cum tamen reuera interius nollet vouere. Cum vero accederet ad propriam vxorem, vel ad alienam, peccaturum tantum peccato ſacrilegij, contra id, quod exterius Deo vouiſſe viſus eſſet, & promiſiſſet: quia id quod exterius promiſit, deberet eodem modo opere implere, ſicut is, qui iuraret falſum ſine intentione iurandi, & adducendi

Deum

Almainus. 96 Maior. 97 Caietanus. Gregorius. Cōcil. Tol. Gregorius. Qui ignarus eſt emittendi votum fit ordinatus poteſt Matrimoniū contrahere. Caietanus. 98 99

Quo iure ordinati ſacris ordinibus in Eccleſia Latina teneantur ſeruare caſtitatem

Deum in teſtem, nihilominus peccato periu rij peccaret, vt ſuo loco ex mente eiuſdem Caietani dicemus. Recentiores nonnulli de hac obligatione continentiæ in ſacris homi nibus ita philoſophantur, vt dicant omnes ad eam teneri voto, vel lege Eccleſiaſtica. Id- que colligunt ex Concilio Tridentino ſeſsio ne 24. canone 9. vbi (inquiunt) ſtatuitur, vt

Trid. clerici poſt ſuſceptos Ordines caſtitatē ſeruent, vel lege Eccleſiaſtica, vel voto; hanc ve-

100 rò legem Eccleſiaſticam non dicunt eſſe pro omnibus, ſed pro ijs dumtaxat, qui inuiti ordinantur, non quòd putent hos lege caſtitatis ſe abſolutè obligare, ſed ſub diſiūctione, videlicet, vt aut ſeruent illam, ſi miniſtra re velint in ſacris, aut non miniſtrent. Verum horum ſententia quo pacto ex canone illo Concilij deducatur, non video. Nam ibi ſolum dicitur. *Si quis dixerit, clericos in ſacris Ordinibus conſtitutos, vel regulares caſtitatem ſolenniter profeſſos, poſſe Matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe, non obſtante lege, vel voto, &c. Anathema ſit.* Ex quibus verbis prædicta ſententia, nec leuiter inſinuatur: ibi enim non agitur de obligatione continentiæ cum propria vxore, vel cum alia, ſed de Matrimonio cōtrahendo, & definitur, ſacris Ordinibus initiatos, vel regulares profeſſos, non poſſe illud contrahere, & contractum ab eis nullum eſſe. Addit verò Concilium: *Lege, vel voto*, non vt oſtendat non licere huiuſmodi hominibus contrahere Matrimonium propter legem, aut votum, quia vtroque eis vetitum eſt, ſed vt oſtendat, tale Matrimonium vno, aut alio modo irritum, & inane eſſe. Eſt enim controuerſia inter Theologos, an votum profeſſorum regularium natura ſua ſit cauſa, vt nullum ſit Matrimonium: an hoc ſolum ex lege Eccleſiaſtica voto annexa proueniat, vt vidimus 1.2. diſput. 165. cap. 7. & infra diſput. 249. cap. 9. de voto ſolenni ſacerdotum, & aliorum Ordinum dicemus. Et quia certum eſt, nullum eſſe huiuſmodi Matrimonium: in contro

101 uerſia autem poſitum, qua de cauſa irritum ſit: ideo addidit: *Lege, vel voto.*

Matrimonium à profeſſis regularibus irritum poſt votum caſtitatis emiſſum irritum eſt. Concil. Tol.

Cæterum contra id quod diximus obijciet nobis aliquis id, quod dicitur in Concilio Toletano 11. canone illo 10. & refertur canone. *Quamquam.* 23. diſtinct. in hunc modum. *Quamquam omnes, qui ſacris mancipantur Ordinibus, canonicis regulis teneantur adſtricti, expedibile tamen eſt, vt promiſſionis ſua vota ſub cautione ſpondeant, quos ad promotionis gradus Eccleſiaſtica probat diſciplina. Solet enim plus timeri, quod ſingulariter pollicetur, quam quod generali ſponſione concluditur.* Quibus verbis duplex videtur ſignificari obligatio ordinatorum ad ſeruandam caſtitatem, altera ex lege Eccleſiaſtica, altera vero ex voto ab ipſis emiſſo, ac proinde iuxta ea, quę ſu- 102 pra diximus, eos duplici peccato ſacrilegij peccare, quoties ad proprias, aut alienas mulieres accedunt, quod tamen negauimus. Reſpondeo, per canonicas regulas, quibus ordinati adſtringerentur ad ſeruandam continentiam, non intellexiſſe Concilium leges ſimpliciter eam præcipientes, ſed præcipientes, & annectentes votum ſacris Ordinibus, ratione quarum, quiſquis ordinatur ſacro Ordine, hoc ipſo quod ordinatur, abſque vlla expreſſa voluntate vouendi cēſetur votum emiſiſſe, & votum eius dicitur implicitum. Præcipit autem Concilium, vt Epiſcopi ordinantes non ſint contenti hac generali obligatione, & modo vouendi, ſed etiam, vt efficiant, ſingulos ordinandos expreſſe continentiā promittere: quia hoc vtilius, & magis conueniens iudicarunt Patres, propter rationem in canone expreſſam. Porro Concilium per leges illas, & regulas canonicas intellexiſſe eas, quas diximus, videlicet non abſolutè præcipientes continentiā, ſed votum illius ſacris Ordinibus annectentes, colligo ex illis verbis: *Solet enim plus timeri, quod ſingulariter pollicetur, quam quod generali ſponſione concluditur.* Cum enim ait, *Generali ſponſione*, plane intelligit votum implicitum, quod omnibus Ordinibus ex lege, & regula canonica generaliter annexum eſt, non autem alterius legis obligationem, quæ certè non poſſet generalis ſponſio vocari: præ- 103 ferunt igitur Patres expreſſum votum ſingulariter ab vnoquoque emiſſum, tacite, quod omnibus generale eſſe videtur: non quia ſingulare, & expreſſum alio modo, vel ad aliud genus peccati obliget, ſed quia magis timeri ſolet, & cautiores efficit vouentes.

Non ſolū implicitè ſed explicitè ordinati vota debent emittere.

Ipſius prædicti loci ex Concil. Tolet.

Diluuntur argumenta Turriani, ex ſacra Scriptura deprompta.

CAPVT VIII.

ARGVMENTA Vero Turriani, leuiora quidem mihi viſa ſunt, mirorque, quod illis tātus vir, non ſolum ſemel in prædictam ſententiam, ſed iterum etiam contrà omnes Theologos adduci potuerit, & in ea vſque ad mortē perſeuerare. Fecit hoc ſanè, quòd

quod cum esset castitatis amantissimus, virtutis zelo nimium accensus, id quod animo ardenter cupiebat, ex quolibet Scripturę, & Patrum testimonio expresse sibi colligere videbatur. In hoc vero capite argumenta ex locis Scripturæ, in sequenti vero alia ex testimonijs Patrum petita dissoluemus. Iam vero ad singula veniamus.

Ad primũ Deut. 33. 1014

Ad primum testimonium Deuteronomi 33. dico, mirabile sane esse, eo voluisse Turrianum suam sententiam confirmare: nam si alicuius momenti ad id esset, probare tur inde non solum sacerdotes noui, sed veteris etiam Testamenti ad seruandã castitatem eadem lege fuisse obligatos: nam si nescire filios suos esset non generare illos ex licito coniugio, neque Leuiticis sacerdotibus licitum fuisset filijs generandis ex Matrimonio operam dare. Adde quod licet nescire filios esset eos non generare, nescire patrem, & matrem id significare non potest: quamuis autem vtroque modo loquendi denotaret Scriptura id, quod contendit Turrianus, videlicet sacerdotes, & leuitas deberenõ esse solicitos eorum, quę sunt mundi, nó proinde sequeretur vsque adeo ad hoc teneri, vt hac ratione à Matrimonij vsu abstinere deberent: alioquin & Leuitici sacerdotes, cũ quibus Moyses in eo loco loquebatur, ad hoc etiã fuissent obligati, q̃ est absurdũ. Quod vero dixit Dionysius, Episcopos, & sacerdotes debere omnes pariter carnales appetitus, & affectus continere: hoc dixit, vt denotaret finẽ vitæ perfectę, in qua Christus imitandus ipsis proponitur, dum signum crucis eis imprimitur, vt nimirũ Christi impeccabilitatem, prout potu erint, imitentur, vt inquit ipse Dionysius ibidem. Ex quo nó fit, vt debeant etiam ab vsu licito coniugij abstinere, & hoc iure Diuino ipsis præcipiatur. Concedimus quoque, Clementem Alexandrinum loco citato locum illum Lucæ 14. *Et non odit fratrem, &c.* eo modo fuisse interpretatum, vt is dicatur odisse patrem, & matrem, & hac ratione posse esse discipulum Christi, qui neque ciuilibus moribus coniungitur, neque Matrimonio copulatur: per discipulum autem Christi intellexisse eum, qui vitam perfectam Christi imitari contendit, non autem eum, qui tantum necessaria ad salutem tantum seruat, & facit: sacerdotes autem, & Pontifices non tam stricta lege tenentur, vt Christi perfectam vitam illo modo imitari debeant, aut peccati mortalis reatum incurrant.

Dionysius. Clemẽs Alex. Luca 14.

105

Cæterum ostendamus, sensum illius loci Deuteron. longe diuersum esse. Nullus enim hactenũs eo modo, quo Turrianus, eũ interpretatus est, sed aliqui cũ Batablo ita interpretatur, vt illis verbis explicet Moyses æquitatẽ Leui in iudicando, quod in iudicio, neque personam patris, neque matris, aut alterius cognati, & consanguinei acciperet, & ideo nullum horum diceretur agnoscere. Caietanus vero sic exponit, vt Leui secundum legem latam, Numerorum 21. non agnosceret patrem, & matrem in morte: ita vt lugeret eum, sicut reliqui de populo; sicut ipse exponit etiam in illud cap. 21. Leuitici: multo tamen melius Abulensis, Lyra, & Dionysius Carthusianus in eum locum dicunt, Moysem benedicendo ibi Leui, alludere ad zelum religionis, & fidei, quo accensa Tribus Leui, Exod. 32. simul cum Moyse arreptis gladijs occidit ex ijs, qui adorauerant vitulum aureum, in illa die tria millia hominum, in quo neminipepercit, neque patri, neque filio, neque fratri, neque cognato: ideoque dixit ibi Moyses ad illos: *Cõsecrastis manus vestras, &c. hodie Domino vnusquisq; in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio*, quam ipse postea proprinquus morti Deut. 33. illis tribuit. Et quamuis eo loco non exprimatur pater, & mater, sed frater, & filius: tamen de matre, & patre idem quoque fecisse, dubitandũ non est: tametsi Abulensis quæst. 4. in illud caput censeat, de patre, & matre hoc loco mẽtionem fieri, non quod Leuitæ occiderint patres, & matres suas, sed ad exagerandum zelum religionis. Hac igitur ratione vicinus morti Moyses benedicens Leui dixit Deuter. c. illo 33. *Qui dixit patri suo, & matri suæ nescio vos, &c.* Nam cũ in ipsos strictis gladijs irruissent, dicebant patres, & matres eorum, nos sumus parentes vestri, putantes hac ratione posse à næce liberari: at leuitæ respõdebant: *Nescio vos.* Quare cum subdit Moyses, *Et nescierunt filios*, idem prorsus significare voluit quòd de parentibus. Quorsum igitur Turrianus putauit: *Nescire filios*, eo loco idẽ esse, quod non habere illos, alioquin credat etiam, Leuitas nõ habuisse patres, & matres, quòd de patribus, & matribus suis dixerũt. *Nescio vos*, sicut testatur Moyses in prædicto testimonio Deuter. 33. Quod autem dixit paulo antea Moyses de eodem Leui. *Quẽ probasti in tentatione, & iudicasti ad aquas cõtradictionis*, scilicet, intelligebat de sententia lata contra ipsum Moysen, & Aaron: qui de ea Tribu erant. Nam cum tentatus esset populus Deum ad aquas contradictionis: Moyses, & Aaron increduli Domino fuerunt, & ideo iurauit illis Deus, ipsos non introituros in terram promissionis, vt scribitur Num. 20. vt

Loci illius Deut. 33. vera expositio. *Batablus.*

Caietanus.

106

Abulensis. Lyra. Dion. Carth.

Exodi 32.

107

Numer. 20.

omittẽ

omnes exponunt. Quod vero præceſſit in hunc modum: *Perfectio tua, & doctrina tua viro ſancto tuo*, deſcriptio eſt veſtimenti ſacerdotalis, in cuius racionali ſcriptum erat, *Vrim Tumim*, hoc eſt, *perfectio, & doctrina*, ſeu *illuſtratio*.

Solutio ſecunda. 1. Pet. cap. 5

Ad ſecundum teſtimonium, ex 1. Petri capite 5. dico, cum Petrus exhortatur ibi, vt omnem ſolicitudinem in Deum proijciamus, & non ſimus de aliquo ſoliciti, non ad Paſtores ſpeciatim, ſed ad omnes in vniuerſum verba referre. Nam proxime antea dixerat: *Humiliamini ſub potẽti manu Dei*, & alia, quę ad omnes fideles in vniuerſum pertinebant: cum igitur ſubdit: *Omnem ſolicitudinem, &c.* intelligendum eſt, ad omnes etiam in vniuerſum loqui. Adde quod licet ad ſolos ſacerdotes ob aliquam peculiarem cauſam, & ration-m peculiarem loqueretur, non proinde ſequeretur, præceptum aliquod, ſed cõſilium tantum tradidiſſe, nec de ſolicitudine, quam Matrimonio coniũcti ex vſu vxorum patiuntur, ſed de nimia, quæ eſſet cõtra legẽ Dei ſolicitudine in vniuerſum intelligi deberet.

109

Ad tertiũ ex Apoc. 2

Ad tertiũ teſtimonium, quod erat Apocalypſis 2. dico, quamuis hoc inter alia fuiſſet peccatum Nicolai diaconi, quod vxore poſt Ordines ſuſcepros vteretur, tamen in prædicto loco non fuiſſe notatum Epiſcopum illum, quod in ſua Eccleſia haberet, qui docerent cum Nicolao, licitum eſſe initiatis Ordinibus ſacris, vxores ſuas cognoſcere: neque video vllum interpretem, aut recentiorem, aut antiquum præter Turrianum, hucuſque in hunc ſenſum Ioannem intellexiſſe. Nec mirum eſt, nam ex ipſo cõtextu, & hiſtoria Scripturæ, & Clemẽtis Alexãdrini alius ſenſus omnino diuerſus elicitur: nam in eo cap. ideo reprehenſus fuit à Ioãne Epiſcopus Pergami, quia permitteret in ſua Eccleſia aliquos ſectatores doctrinæ Balaam; *Quia habet* (inquit) *tenentes doctrinam Balaam*: atqui doctrina Balaam non erat, quã putat noſter Turrianus Græcos ſacerdotes nunc imitari, vtẽdo vxoribus ſuis, ſed quam illic Ioannis expreſſit his verbis: *Qui docebat Balac, mittere ſcandalum coram filijs Iſrael, edere, & fornicari.* Nam cum vocatus fuiſſet Balaam à Rege Balac, vt malediceret populo Iſrael, hoc ei conſilium dedit, vt mitteret mulieres Moabitidas in caſtra Iſraelitarum, quæ eos ad fornicationem, & ſacrificiã ſua prouocarent. Et ita legimus Numerorum 25. filios Iſrael fornicatos fuiſſe cum filiabus Moab, & ad earum ſacrificia vocatos fuiſſe, & ex eis comediſſe: & ad hoc factum alludit Ioannes. Porro autem hoc conſilium dediſſe Balaam Prophetam Regi Balac ex veteri Teſtamento etiam conſtat. Primum ex cap. 24. Numer. vbi cum Balaam adductus fuiſſet ad maledicendum populo Iſrael, & ipſe dixiſſet, ſe non poſſe populo illi maledicere, quia Deus non ſinebat, neq; permittebat, vt maledicta in ipſum iactaret, ſubdidit: *Verumtamen pergens ad populum meũ dabo conſilium, quod populus tuus populo huic faciat extremo tempore*: ac ſi diceret; Ego hic nihil populo huic maledictis meis nocere poſſum, verumtamen poſtquam rediero in domum meam, dabo tibi conſilium, quo tandem ei plurimum noceas, nempe vt mittas ad eum mulieres Moabitidas, &c. Quare, *Extremo tempore*, idem eſt, quod tandem, finita hac mea profectione, qua vocatus à te veni, idque pro extremo, & vltimo remedio erit ad id, quod deſideras obtinendum. Sic explicat hunc locum Caietanus, Lyranus & Dionyſius, & Abulenſis. Quod attinet ad conſilium Balaam: nam illa verba, *Extremo tempore*, varie exponi ſolent: mihi autem maxime placet interpretatio allata.

Numero 24. 111

Caiet. Lyranus. Dionyſius. Abulenſis.

Deinde id conſtat ex capite trigeſimo primo Numerorum ante medium vbi huius cõſilij Balaam, expreſſa fit mẽtio, cum dicitur: *Nonne iſtæ* (ſcilicet mulieres) *ſunt, quæ deceperunt filios Iſrael ad ſuggeſtionem Balaam, & prænaricari vos fecerunt in Domino ſuper peccato Phogor*: quia igitur Nicolaus, vt cõſtat ex illo teſtimonio Clementis dimiſſa vxore ſua ob illam occaſionem, quam ipſe Clemens refert, permiſit, vt alij prout vellent ea vterentur, & ita eis occaſionem fornicationis dedit, fecitque eos cũ vxore ſua fornicari: ideo dixit Ioannes, Nicolaum, & Nicolaitas doctrinam Balaam habuiſſe. Quo circa inter errores Nicolai, & Nicolaitarum à Scriptoribus hic etiam connumeratur, vt liberam facultatem concederet fornicandi: nam, vt inquit Clemens, *In medium adducta muliere permiſit cuiveller, eã nubere. Aiunt enim* (Nicolai diſcipuli) *hãc actionẽ illi voci conſentaneã, quæ dicit, quod carnẽ vti oporteat: eamque factum, & dictum abſolute, & inconſiderate ſequentes, qui eius hæreſim perſequuntur imprudenter, effuſeque fornicantur.* Refert quoq; Epiphanius hęreſi illa 24. hũc Nicolaum docuiſſe: niſi quis ſingulis diebus Venerem exerceret, fore, vt non poſſet fieri particeps vitæ ęternę. Et tãdem ipſum fuiſſe in vſum carnis cõtra naturã. Ex quo recẽtiores Scriptores, quos nõ oportet referre, hũc errorẽ, quẽ diximus, Nicolao tribuunt.

Numero 25.

Clem. Alex

110

Numero 31.

Epiphanius 112

Fateor prẽterea ingenue, Nicolao nõ licuiſſe

se sua vxore vti, sicut contendit noster Turrianus, id tamen minime probari, vt ipse Turrianus vult ex eo, quod zelotypiæ ardore in vxorem fuerit commotus: nam, & ille qui ex voto continentiæ ab vxore abstinet, zelotypia etiam erga ipsam moueri potest, egre ferens, quod alius ea vtatur. Id tamen recte cõuincitur ex Epiphanij verbis citatis pro sententia Turriani in 1. cap. si quidem ait Nicolaum se ab vxore sua aliquandiu continuisse ad imitationem eorum, quos Deo addictos videbat. Quibus manifeste indicat, voto cõtinentiæ se Deo addixisse, sicut, & reliquos ministros altaris: quod, vt disp. 248. cap. 1. dicemus initio nascentis Ecclesiæ seruatum est. Non inficior ex zelotypia etiã incensum fuisse, vt suam vxorem agnosceret, & hoc esse, quod ait Epiphanius, *Sed prætextus quosdam non ita bonos, sibi ipsi venans excogitabat, ad proprij affectus petulantiæ defensionem, ea, quæ magis ipsi conferebant*: nondum tamen lapsus erat, neque vxore sua vtebatur: subdit vero Epiphanius: *Deinde vero à proposito elapsus cum propria vxore coibat, minime curiose*, hoc est, zelotypiæ prætextu, quo suspicaretur, vxore sua alios vti, à proposito continentiæ defecit. Quod vero ait Epiphanius: *Minime curiose*, Græcè est ἀπερισπῶς, aduerbium à nomine ἀπερισπῶς, quod significat non curiosum. *Curiosus* autem Latinè denotat eum, qui nimiam curam adhibet, significat etiam non superuacaneum: & quia tunc non frequenter Nicolaus vxore vtebatur, ideo dixit Epiphanius ἀπερισπῶς quod quidẽ melius, *Non frequenter* verteretur. Postea vero erubescens se victũ, vt refert idem Epiphanius, ausus est dicere, sin gulis diebus Venerem exercere oportere.

113

Iam vero quo pacto ex prædicto loco Apocalypsis, & historia Nicolai colligere potuit noster Turrianus, lege Diuina continentiæ sacerdotes, & alios in sacris constitutos, teneri? non quidem ex doctrina Nicolai, quam reprobat Ioannes: neque enim ab vllo notatur doctrina Nicolai, quòd dixit licere sacerdotibus vti vxoribus, quas ante Ordines duxerint, sed quòd liberam facultatem fornicandi concesserit: quinimo dixerit, necessarium esse Venerem exercere. Neque ex facto & peccato eius id deducere potuit Turrianus: ipse enim cum vxore propria ideo peccauit: quia à proposito lapsus est, hoc est, quia votũ nõ seruauit, quo se Deo addixerat imitatione aliorũ hominũ sacrorũ, vt ex verbis Epiphanij recitatis manifestè cõstat. Græci autẽ recte sentientes, non dicunt, licitũ esse violare votum continentiæ semel emissum,

114

sed non cõgunt, neque legem imponunt de emittendo huiusmodi voto ab ordinandis; in quo autem recentiores Græci grauiter errent, & antiqui minime errauerint, disput. 248. cap. 1. dicemus. Adde; quod Ioannes capite illo 2. Apocalypsis, non alludit ad peccatum illud Nicolai, quo à proposito continentiæ defecit, sed ad errorem illius de doctrina fornicationis, quòd diceret, licitum esse fornicari. 115

Respondetur argumentis Turriani, ex testimonijs Patrum petitis.

CAPVT IX.

IAM Vero ad argumenta Turriani ducta ex Patrum testimonijs respondere, operosum non erit. Primum quidem sumptum ex verbis Pontificalis, quibus ordinandi admonentur de seruanda continentia, friuolum plane est: quod enim Episcopus ordinaturus admoneat ordinandos, ideo fit, quia sponte sua se debeãt, voto continẽtiæ in ipsa Ordinis susceptione adstringere: & quia aliqui Episcopi hoc votum non exposcunt expresse pro voto emittẽdo, saltẽ, vt dicunt, interpretatiue, satis est, ipsos eo modo admonere. Adde quod licet ordinandi non essent vllum votũ emissuri, sed tantum ex eo tempore ad continentiam obligandi, non proinde inferre deberet Turrianus ex hac admonitione obligationẽ continentiæ iure Diuino pro ordinãdis. Nã licet solo iure Ecclesiastico sine voto ad eam essent obligandi, merito quidem Episcopus ordinans eos admonere deberet, vt quisque sciret, quale onus ab eo die suis humeris imponeret. Primum argumentũ soluitur

Ad secundum testimonium Conciliorum Carthaginiensium iam satis patet ex cap. 4. huius disputationis: nam per verba illa: *Secundum proprias definitiones*, licet dixerimus intellexisse Concilia illa propria statuta Ordinum, non autem tempora determinata, & certa, non propterea sequitur, per propria statuta intelligenda esse statuta orta ex natura, & institutione ipsorum Ordinum, vt ita credamus Diuino iure ipsius institutionis ministros ad continentiam obligari: sed recte intelligi possunt statuta Ecclesiastica, quæ ideo propria dicantur, quia ipsis Ordinibus annexa, & veluti passiones propriæ coniuncta sunt. Secundum testimoniũ ex Conciliis exponitur. 116

Ad

Ad tertiũ ex Dionyſio.

Ad tertium teſtimonium, quod erat Dionyſij, reſpondeo: primum per deſiderium, ſeu appetitus carnis, ſeu carnalium non potuiſſe intelligere Dionyſium concubitũ cum propria vxore ex honeſto fine, ſicut ipſa lex fieri poſtulat. hoc enim opus vocauit Auguſtinus opus charitatis etiam ſi non procedat ex amore amicitiæ erga Deum, ſed ex ſolo affectu honeſtatis, quam ſecundum ſe habet caſtitas coniugalis, vt oſtendimus 1.2. diſput. 192. c. 2. Quare per ceſſationem, ſeu inefficaciam, non intelligit ceſſationẽ ab hoc opere: opera enim carnis iuxta phraſim, & modum loquendi Pauli ad Galat. 5. ſunt peccata, ſicut è cõtrario opera, & fructus ſpiritus ſunt opera virtutis: nam vt ait Apoſtolus: *Caro concupiſcit aduerſus Spiritum, Spiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim inuicem aduerſantur.* Et paulo poſt: *Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt fornicatio*, (non dixit concubitum cum propria vxore) *immunditia, impudicitia, &c.* inter quæ deinde connumerat peccata ſpiritualia, hoc eſt, quæ cum corpore non communicant, videlicet inuidiam, æmulationem. Deinde reſpõdeo, etiam ſi per carnalem affectum Dionyſius intellexiſſet concubitum cum propria vxore, ex prædicto teſtimonio illud deduci non poſſe, ſacris initiatos, aut ſacerdotes iure Diuino à proprijs vxoribus continere debere, ſed tantum iure Eccleſiaſtico: nam hæc ceſſatio non per cæremoniam inſtitutam iure Diuino, ſed iure tantum Eccleſiaſtico denotaretur. Namque Dionyſius putat, denotari per ſignum Crucis, quod ordinandis adhibetur: hæc autem cæremonia pro nulla Ordinatione à Chriſto inſtituta fuit, cũ neque ad materiã, neque ad formã alicuius pertineat, vt ex dictis ſupra manifeſtè patet, ſed pro ritu tantum Eccleſiaſtico, ſicut multæ fuerit introducta.

Signum crucis ordinandis adhibitũ, non ex inſtitutione Chriſti ſed Eccleſiæ introductum eſt.

Ad quartum ex Sixto.

Ad quartum teſtimonium, quod erat Sixti III. vt reſpondeam, pronuncio, neceſſe eſſe ſacerdotes continentes eſſe, non quomodocunque, ſed ſecundum Scripturam Pauli ex primo ad Corinth. ſeptimo, de qua ibi Pontifex loquebatur: hinc tamen minime ſequi hoc præceptum Diuinum eſſe: nam ſecundum eandem Scripturam, ſacerdos non poteſt eſſe bigamus, & tamen hoc præceptum, de non admittendo bigamo ad ſacerdotium, non Diuinũ, ſed Apoſtolicum eſt, quod ab Eccleſia relaxari, & abrogari poteſt: cũ tamẽ ſi Diuinũ eſſet, neq; ab Eccleſia per diſpẽſationẽ relaxari neq; abrogari poſſet. Cum autem nos dicimus, præceptũ continentiæ ſacrorum hominum eſſe Eccleſiaſticũ nõ Diuinũ, per Eccleſiaſticũ nõ intelligimus, quòd poſteriori tẽpore, ſed quòd ab initio naſcentis Eccleſiæ ab Apoſtolis ipſis introductum fuit. Potuit tamẽ deinde ab Eccleſia, & à ſummis Pontificibus abrogari.

Ad quintũ Siricij.

Ad quintum, quod erat Siricij Papæ, reſpondeo, Pontificẽ in priori parte teſtimonij citati, vſque ad verbum, *Reperire*: hoc voluiſſe ſolum diſcrimen inter Eccleſiam Euangelicam & antiquam conſtituere: vt Chriſtus, qui venit non ad ſoluendum legem, ſed ad implendum, voluerit quidem ſuam Eccleſiam Euangelicam caſtitatis ſplendore radiare, & antiquæ antecellere, vt ita in die iudicij ſine macula, & ruga, hoc eſt, perfectam inueniat: non quia ad ſeruanda n caſtitatem præceptum aliquod inſtituerit; ſed quod eam egregie commendauerit, & ſequendam propoſuerit: hoc quidem vſque ad illud verbum, *Reperire*. Cum vero poſtea ſubiungit: *Quarum ſanctionum ſacerdotes, atque leuitæ inſolubili lege conſtringuntur, vt à deo dinationis noſtræ ſobrietati, ac pudicitiæ, & eo de noſtra mãſuetudine diſcedamus, & corpora, &c.* fatemur ipſum exiſtimaſſe, ſacerdotes, & leuitas lege inſolubili continentiæ teneri, non tamen dixiſſe, aut ſenſiſſe, hanc legem eſſe Diuinam: cum id ex verbis eius minime intelligi, neque colligi queat: nam quod vocauerit eam inſolubilẽ, parum refert, vt proinde dicamus, de Diuina fuiſſe loquutum; cum hoc videatur proprium illius, quòd inſolubilis ſit: nam per inſolubilem, non opus fuit, vt intelligeret eã, quæ neque diſpenſatione relaxari poſſit, aut abrogari ab Eccleſia, ſed recte intelligere potuit, & reuera intellexit talem legem, quam ſacerdotibus, & leuitis ſoluere non liceat, aut tranſgredi, ſed ea neceſſario obligari, & teneri debeant: ideoque eam inſolubilem comparatione cum ipſis ſolum factæ appellauerit. Præterea his, quæ dicta ſunt, nihil obſtat, quod ſtatim dixerit. *Quarum ſanctionum*: quibus verbis ſine dubio ad præcedentia relatis Diuinas ſanctiones, quibus Eccleſiam Euangelicam præſtare voluit antiquæ, Chriſtus ſignificare voluit. Ex quo ſequi videtur, legem inſolubilem harum ſanctionum, qua dixit ſacerdotes, & leuitas teneri, eſſe Diuinam. Hoc inquam, non obſtat, nam per ſanctiones intellexit plane conſilia caſtitatis, & continentiæ, nõ præcepta, quæ tradidit in Euãgelio, quæ in ſacerdotes & leuitas in legẽ tranſierunt: alioquin ſi per ſanctiones etiam leges, & præcepta intelligeret, ſentiret vtique non ſolum ſacerdotes, & leuitas, ſed multos etiam alios

lege castitatis teneri: nam per castitatem, quã voluit Christus Ecclesiam Euangelicam antiquæ antecellere, cuius dixit esse sanctiones, non solum intellexit castitatem sacrorum homium, sed etiam cæterorum, qui iuxta consiliũ Christi eã amplecti vellent.

122

Fatemur quoque Siricium dixisse, se non noua pręcepta sed antiqua per ignauiam neglecta renouaturum, quę Apostolica, & Patrum institutione antea fuerant constituta. Verũ quo pacto inde deducat Turrianus esse Diuina, & non Ecclesiastica non videmus. Nam præcepta Apostolica, & Patrum Ecclesiastica vere vocari, nullus hactenus negauit. Quocirca, licet dicamus hoc præceptum cõtinentiæ fuisse Pauli, id, quod contendit Turrianus, minime consequitur: imo vero oppositum, vt paret, sicut de præcepto de bigamo non ordinando supra diximus. Argumẽtum vero Siricij, & aliorum Patrum ibi adductum, quod desumptum fuit ex comparatione cum sacerdotibus veteris Legis, qui tempore tantum vicis suæ continentiam seruauant, id solum probat, sacerdotibus nostris, quòd frequentiores sint in sacrificio, recte ab Ecclesia perpetuam continentiam ex voto fuisse præceptam.

Lex continentiæ ab Apostolis lata fuit sacris hominibus.

Ad sextũ Epiphanij.

Ad sextum quod erat Epiphanij respondeo, Epiphanium non dixisse, legem continentię impositam sacris hominibus ex prędicatione Christi fuisse profectam, sed post Christi aduentum non admitti ad Ecclesiã Dei sacerdotes, qui adhuc cum vxoribus permanentes, filios generant: id autem non dixit, quia lex hæc sit à Christo instituta, sed quia ab Apostolis statim ab initio Euangelicę prędicationis lata fuerit. Ex quo, vt in præcedente responso notauimus, potius sequitur esse legem Ecclesiasticam, quam Diuinam, id quod manifeste ex ipsius Epiphanij verbis confirmatur: nam eodem modo loquitur de bigamo non admittendo ad sacerdotium: cum tamen nemo hactenus ex Theologis dixerit, hoc esse pręceptum Diuinum, sed Ecclesiasticum. Et hac sola ratione Epiphanius, dixit hos canones Ecclesiasticos: sed Ecclesiasticam regulam de cõtinentia sacrorum hominum esse secundum doctrinam, & ordinationem Apostolicam, quod non negamus. Ad argumentum vero Epiphanij, sumptum ex sacerdotibus veteris Testamẽti, quo vsi fuerunt alij Patres, vt in præcedente solutione vidimus, eodem modo, quo ibi, respondendum est.

123

Ad septimum Eusebij.

Ad septimum testimonium, quod erat Eusebij Cesariensis, eodẽ modo respondendum est, quo respondimus ad testimonium Epiphanij: nã per leges noui Testamenti de continentia sacrorum hominum intelligit, sicut Epiphanius, leges non à Christo, sed ab Ecclesia, vel ab Apostolis traditas in nouo Testamento: loquitur enim Eusebius eodem modo de lege continentiæ, & de lege de non admittendo bigamo ad Ordines, quam colligit ex Diuino sermone Pauli 1. ad Corint. 7. lex autẽ de bigamis nõ admittendis non est Diuina, sed Ecclesiastica, vt supra notatũ est.

124

1 ad Cor. 7.

Ad octauũ ex Nysseno.

Ad octauũ, quod erat Nysseni dico, ipsum quidem existimasse impurum sacerdotem ad celebrandum, qui vxore sua vteretur, nõ quidem propter legem à Christo latam, sed ab Apostolo, quod quidem satis erat, vt id diceret Nyssenus. Ad testimonium vero Aratoris, quod ibidẽ allegauimus, respõdeo, ideo ipsum dixisse almam fidẽ iubere, vt sacerdotes continentes sint, sed per almam fidem, nihil aliud intellexisse, nisi præceptum Pauli, quod nos libenter fatemur.

Ad Aratorem.

Ad nonũ Maximi.

Ad nonum testimoniũ, quod erat Maximi, dico, ipsum solum causam assignasse, ob quã sacerdotibus noui Testamenti lex continentiæ imposita fuerit, cum tamen Leuitici ea non tenerentur: quia videlicet sacerdotium noui Testamenti dicatur secundum Ordinem Melchisedech, qui non legitur vxorem habuisse, ob id tamen non sensisse, hanc legẽ continentiæ ex ipsa sacerdotij institutione deriuatam fuisse: quocirca verbis eius plene satisfieri potest, si dicamus, ad hoc etiã Ecclesiam inferenda lege continentię respexisse, vt sacerdotes Christi, qui fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech, essent sine vxoribus, vel sine vsu earum.

125

Ad decimum Cyrilli.

Ad decimum, quod erat Cyrilli Hierosolymitani, eodem modo respondeo, videlicet Christum natiuitate sua ex Virgine illud quidem docuisse, vt sacerdotes sui futuri essent continentes: non quia ita præceperit, sed quia pręcepto Ecclesiæ suę ad continentiam seruandam obligandi essent. Neque vero sentit Cyrillus aliter id fieri non potuisse, posito quod Christus ex Virgine sine opera viri natus fuit, sed maxime decens fuisse, vt ita fieret.

126

Ad vndecimũm, ex Cõcil. Antiocheno.

Ad vndecimum ex Concilio Antiocheno pronuncio: primum quidem eo tempore apud Græcos etiam in more positum fuisse, vt sacri homines continentiam cum proprijs vxoribus seruarent, & ideo recte quidem dixisse Concilium, necessarium tunc fuisse sacris hominibus cum proprijs vxoribus continentes esse.

Deinde dico canone illo vetitum fuisse iure optimo, ne sacerdotes mulieres introducti-

Basilius. Per. Niceni.

Eusebius.

147.

138

Chryſoſt.

Ad 12. ex Petro Damiano. 129

130

Innocent. 135

Sſſ 2 viris

Gitias, quas Antiochenſes, συνείσακτους, vocabant, domi retinerent, aut admitterent. Latina autem tranſlatio noſtri Turriani, quã cap. illo 2. retulimus, pro his mulieribus habet vxores, cùm tamen nomen Græcum γυναῖον, quo vtitur Concilium illud, ſicut etiam Baſilius in epiſtola ad Georgium, & Patres Concilij Nyceni, canone 3. vt notauimus ſupra cap. 4. non vxorem legitimi Matrimonij, ſed mulierculam ſignificet, & cõmune etiam ſit ad vxorculam: & ita tranſlatio Latina Euſebij, & epiſtolæ prædictæ, quæ eſt in illo Cõcilio, nunquam habet vxores, ſed mulieres, aut mulierculas, aut ſubintroductas. Ex quo conſtat, noſtrum Turrianum accommodare voluiſſe prædictum teſtimonium ad ſuam opinionem, & ideo ſine fundamento vxores tranſtuliſſe: cum tamen ſub introductas mulieres transferre debuiſſet. Cumque loco citato manifeſte oſtenderimus, canonem 3. Concilij Niceni, & epiſtolam Baſilij, & huius Concilij, in quibus de ſubintroductitijs mulieribus ſermo fit, nõ eſſe intelligendum de proprijs, & legitimis vxoribus, ſed de alijs quæ introductitiæ dicebantur: eodem modo nunc de canone Cõcilij Antiocheni aſſerimus: prohibet autem Concilium Antiochenum, has mulieres introductitias intra domus ſacrorum hominum eſſe propter malam ſuſpicionem, quæ inde oriebatur, vt ibidem probauimus. Rationem vero, ob quam maxime expediat ſacros homines hac mala ſuſpicione carere, ſubdit his verbis iuxta tranſlationem Turriani. *Quemadmodum enim increpare, aut admonere alterũ queant* (ſcilicet ſacri miniſtri) *ne amplius vnà cum mulere, ſiue vxore verſetur tanens, ne labatur, ſicut ſcriptum eſt.* Noſter autem Turrianus illud *ſiue vxore*, addidit de ſuo, cum tamen aliæ tranſlationes id non habeant, ſed ſolum *Cum muliere*, cum ibi ſolum ſermo ſit de mulieribus introductitijs: Quo circa, vt de vxoribus veris interpretaretur hunc canonem, coactus fuit, hæc extrema verba intelligere de laicis vxores habentibus, quos ſacri miniſtri increpare debent, & monere, ne ſuis coniugibus vtantur, eo quod libidinoſi admodum ſint: quæ quidem expoſitio valde extorta eſt, vt patet. Multo autem melius intelliguntur de laicis, qui, & has ſubintroductitias mulieres domi maiori cum periculo habebant: contra quos, vt vidimus ſupra in eo capite quarto, Chryſoſtomus in homilia ibidem allegata acriter inuehitur, vt ſenſus ſit, fore vt ſacri homines, qui has mulieres ſubintroductas minori forſam cum periculo domi haberent, non poſſent laicos, qui eas etiã maiori cum periculo admittebant, increpare, & de ea re admonere.

Ad duodecimum, & poſtremum teſtimonium, quod ex Petro Damiano allatum eſt, reſpondeo, non dixiſſe Damianum, per ipſam legem pudicitiæ ſacerdotalis factam fuiſſe reprobationem veteris Legis, quæ non eſt facta, niſi per Diuinam legem: ſed cum grauiter increpaſſet Epiſcopum Taurinenſem, quòd in Eccleſia ſua permitteret clericos, contra munditiam Eccleſiaſticam, & canonicam autoritatem, & Sanctorum Patrum ſanctiones vxoribus commiſceri: deinde, vt reſpondeat obiectioni, qua aliqui hunc prauum morem defendebant, quòd nimirum in antiqua lege ſacerdotes vxoribus ſuis copularentur, & ex illis filios procrearent, reſpõdet, in lege Euangelica illud ceſſaſſe, & abrogatũ eſſe, cũ reliqua antiqua lege propter illius inutilitatẽ, vt dicitur ad Hebr. 7. quod qua ratione intelligendũ ſit in paraphraſi illius loci explicauimus: & quia in lege Euãgelica ad clericorũ promotionem nulla habetur ratio generis, ſicut in lege veteri habebatur, ſed ſolũ ſanctitatis, & virtutis: ideo in eorũ electione ceſſaſſe iura cõiugij, meritoque ſacerdotes vxoribus copulari nõ permitti. Hinc autem minime licet inferre, ipſam legem continentiæ eſſe legem Euangelicam à Chriſto inſtitutã, per quam abrogata ſit antiqua lex ſacerdotum; quin potius cum ipſe Damianus ſolum dixerit vſum vxorum in ſacerdotibus Euangelicis eſſe contra canonicam autoritatem, & Patrum ſanctiones, non autem dixerit, eſſe contra legem Chriſti, manifeſte indicat, hanc legem continentiæ ſacerdotalis non eſſe Diuinam, ſed Eccleſiaſticam. Et hactenus de lege continentiæ ſacrorum hominum cum vxoribus, quas ante ſacram Ordinationem duxerunt.

Ad id vero, quod ait Turrianus, Petrum Damianum, citare canonem Apoſtolorum, in quo dicatur Diuinarum legum eſſe diſciplinam, vt incontinentes in officijs talibus poſiti omni honore Eccleſiaſtico priuentur, dico me legiſſe Damianum, nec in eo prædictam epiſtolam inuenire potuiſſe, vt monui c. 2. Ego tamen nõ video, quonã fundamento Damianus prædicta verba ex canone Apoſtolorum citare potuerit. Fateor quidẽ, ea eſſe apud Innocentiũ I. in epiſtola 3. quæ eſt ad Exuperium c. 1. in principio. Verũ illa ipſe non allegat ex illo canone Apoſtolorum, allegaſſet autem, ſi reuera eſſent, ſed potius ipſe citat Siricium Papã in hunc modum: *De his, & Diuinarum legum manifeſta eſt diſciplina Beatæ recordationis*

viri Siricij Epiſcopi monita euidentia cõmearũt, vt incontinentes in officijs talibus poſiti, omni Eccleſiaſtico honore priuentur. Loquitur autem de miniſtris, qui vxoribus vtebantur. Dicit autem Diuinarum legum manifeſtam eſſe diſciplinam: non quia in lege noua Euangelij
131 legem à Chriſto latam de hac re habeamus, ſed quia hęc Eccleſiaſtica lex, de continentia ſacrorum hominum conſtituta, ex lege Diuina veteris Teſtamẽti, quaſi diſciplina ex doctrina fuerit deriuata, ſicut ipſam deriuat Euariſtus argum. illo, quod. c. 6. retulimus videlicet: ſi antiqui ſacerdotes in tẽpore vicis ſuæ ab vxoribus abſtinebãt, merito quidẽ. Euãgelicis ſacerdotibus præceptum eſt, vt ſemper abſtineant. Tum quia frequentiores ſunt in miniſterio, quam illi: tum etiam quia multo perfectius eſt eorum miniſterium, & ſacerdotium. Vtrum autem Petrus Damiani recte reijciat decretum Concilij Triburienſis, videbimus infra diſput. 149. cap. 2. vbi etiam explicabimus qua ratione ſententiæ ipſius Damiani, & conſuetudini Romanæ eccleſiæ aduerſaretur.

Corollaria præcedentis doctrinæ.

CAPVT X.

HIS, Quæ hactenus diximus de continentia ſacrorum hominum ſeruanda in Matrimonio cõtracto ante Ordines, quędam addere oportet, quibus melius hoc præceptum intelligatur. Primũ eſt de viro, qui poſt Matrimonium ratum, non conſummatum ordi
133 natur, quo pacto hoc præcepto continentiæ teneatur. Eſt autem in primis præmittẽdum, in Eccleſia Latina nullum virum Matrimonio coniunctũ ad ſacros Ordines aſſumi poſſe, niſi prout iure conceſſum eſt & inferius, explicabitur: ſicut expreſſe definiuit Ioann. XXII. in extrauagante: *Antiqui, De voto, & voti redẽptione.* Quod ſi quis ordinetur poſt Matrimonium, etiam nondum conſummatũ præterquam in caſibus iure permiſſis, manet irregularis, quia vt in eadem extrauagante ſtatuitur, etiam diſſoluto Matrimonio videlicet per mortem vxoris, vel per ingreſſum illius in Religionem, neque in ſuſcepto Ordine miniſtrare, neque ad alium aſcẽdere, neq; ad beneficiũ aliquod aſſumi poteſt, niſi in Religione aliqua approbata profiteatur. Præcipitur præterea ibidẽ, vt ſic ordinatus ingrediatur Religionẽ, vel per cenſurã cogãtur Matrimoniũ conſummare. Omiſſa autem nunc illa controuerſia, de qua Pontifex in hac extrauagante videtur loqui: vtrum
134 qui ordinatus eſt, aut emiſit votum caſtitatis, debeat Religionem ingredi, neque ſatisfaciat, ſi Matrimoniũ conſummet, nũc in præſente dicendum eſt, eum, qui ſecundum iura poſt Matrimonium ratum, non conſummatũ recipit Ordinem ſacrum, ita emittere votũ ſolenne continentiæ, vt non diſſoluatur Matrimonium ratum; nihilominus eo voto ita teneri, vt neque petere, neque reddere poſsit vxori debitum coniugale: ſicut docet Abbas in cap. 1. *De conuerſione coniugatorum*: & ratio manifeſta demonſtrat. Cum autem iure permittatur, vt quiſque poſt Matrimonium ratum, nõ cõſummatũ ingredi poſsit Religionem inuita vxore, nõ autẽ vt ſuſcipiat ſacros Ordines, tamen exiſtimo, nemini licitum eſſe recipere ſacros Ordines contra voluntatem vxoris poſt Matrimonium huiuſmodi, etiam eo animo, vt poſtea ingrediatur Religionẽ, etiam contra voluntatem vxoris, & in ea profiteatur, & Epiſcopum, qui eum ſic ordinaret, graviter peccaturum: nam cum id nullo iure permittatur, & poſt Ordines ſuſceptos accidere poſsit, vt nolit, aut nequeat in Religione profiteri, periculoſũ valde eſſet, eum ſic ordinare: & qui vellet hoc modo ordinari nõ detegens Matrimoniũ huiuſmodi, ſine dubio furtim ordinaretur, & pœnas iuris impoſitas ſic ordinatis incurreret.

Abbas.

Ratione probatur.

De eo autem, qui contra voluntatẽ vxoris vel ea ignorante, poſt Matrimoniũ conſummatũ ordinatur, certum eſt, redire debere ad vxorem, & ei debitum reddere, quamuis ab ea id petere non poſsit. Nã ſicut iure ſtatutum eſt, vt vir, qui contra voluntatẽ vxoris, aut ea inſcia profeſſus eſt in Religione extrahatur, & tradatur vxori: ſicut habetur in cap. *Quidam*, & cap. *Plures. De conuerſione coniugatorum*: ita de eo qui coniuge renuente, aut inſcia, aut ſine conſenſu illius ordinatus eſt, ſentire oportet, vt reddatur vxori, ſeruet autem votum caſtitatis ex parte ſua, ſicut docuit Pãnormitanus in cap. 1. *De conuerſione coniugatorum*, numer. 7. Angelus in ſumma verbo: *Matrimonium*, 4. numero 11. Syueſter in ſumma verbo: *Diuortiũ* quæſt. 17. dicto 4. Tabiẽna, *Matrimonium*, 1. quæſt. 3. Armilla, *Diuortium*, numero 11. Roſella verbo, *Matrimonium*, & verbo, *Impedimẽtum*, initio, idemque ſeruandum eſt, ſi vxor cõſenſit, vt maritus ordinaretur coacta metu, neq; oportet vt metus ſit mortis cadens in conſtantem virum, ſed ſatis eſt ſi ſit iuſtus metus, & ita notarunt prædicti Doctores.

Qui ordinatur poſt cõſummatum Matrimoniũ inuita vxore tenetur illi debitum reddere nõ petere.

135

Pãnormit. Angelus. Syluſter. Tabiena. Armilla. Roſella.

Nam

Ioann. Pap. Qui ordinatur poſt Matrimonium etiã nondũ cõſũmatũ præter quam caſibus iure permiſſis manet irregularis

Nam in capite *Accedens*, ita ſtatuitur prō eo, qui ingreditur Religionem conſentiente vxore ex metu verberum, & aliorum grauaminum: idemque iudiciū eſſe de marito hoc modo ordinato. Similiter putant prædicti Doctores poſſe ab vxore reuocari eum, qui ordinatus eſt ipſa ſciente, & nō contradicente: idque colligunt ex cap. *Conſuluit, De conuerſione coniugatorum*, ex quo ego non video quomodo colligatur: cumque hoc accidere non poſsit, niſi publica autoritate iudicis interueniente, caſus hic nunquam euenire poterit.

Obſeruandum.

Scire tamen oportet, quæ requirantur, vt quis poſt Matrimonium ſecundùm iura recte poſsit ad ſacrum Ordinem promoueri: Gloſſa in illa extrauagante, verbo, *Nouerit conuenire*, dicit, tunc poſſe aliquem ſecundum iura ad ſacrū Ordinē promoueri, quando ad hoc obtinet licentiam vxoris, ſiue ratum, ſiue conſummatum ſit Matrimonium, & ipſa voueat continentiam: ita definitum fuit in Concilio Agathenſi, canone 16. & 17. & refertur canone *Epiſcopus* 77. & docuit Hūbertus Legatus Leonis IX. in reſponſione ad Nicetam, & refertur canone, *Seriatim*, ex Leone IX. diſtinct. 32. in his tamen locis definitum non lego, neceſſarium eſſe, vt vxor Religionē ingrediatur, & profiteatur in ea. Nam quod dicitur in Concilio Agathenſi, vt vxor Religionem promittat, non de ſtatu Religionis, ſed de continentiæ voto in ſeculo emiſſo intelligitur, vt recte explicat Gloſſa illius canonis, *Epiſcopus*, verbo *Religione*: dicitur enim ibi, vt vxoris voluntas requiratur: & ſequeſtrato māſionis cubiculo, religione promiſſa maritus ordinetur. Atqui ſequeſtratio, & ſeparatio cubiculi intra domū propriā, & extra Religionem intelligitur: religione igitur promiſſa, idē eſt, quod continentia per votū, quod eſt opus religionis, promiſſa.

Gloſſa. 136

Cōcil. Agath. Humbertus. Leo IX.

Verum Sotus in 4. diſtinct. 37. quæſt. 1. articul. 2. poſt. 2. concl. inquit, non ſolum neceſſariū eſſe cōſenſū vxoris, vt maritus Ordinem ſacrū ſuſcipiat, ſed etiam vt ipſa Religionē approbatā ingrediatur, aut ſexagenaria ſit, & in ſeculo manens cōtinētiā voueat ſicut dixerat etiam d. 27. quæſt. 1. articul. 4. §. *Poteſt & vnus*, neceſſarium eſſe, coniugatū de licentia alterius ingrediatur Religionem: id quod ipſe confirmat ex canone: *Agathoſa*. 27. diſtinctione, quæſtione ſecunda, & ex capite, *Cum ſis*, & capite, *ex parte Abbatis*, *De conuerſione coniugatorum*, & conſentit Gloſſa in illam extrauagantem citatam, & in capite, *Coniugatus*, *De conuerſione coniugatorum*. Ex antiquis vero Scholaſticis S. Thomas in quarto diſtinct. trigeſima ſeptima quæſt. prima, articulo primo, ad ſecundum, vbi inquit, vxorem, de cuius licentia maritus ſuſcepit maiorem Ordinem, debere vouere continentiam, non tamen intrare Religionem: ſi timeat ſe exponi periculo, manendo in ſeculo.

Sotus. 137

S. Thomas 138

Ego vero exiſtimo primum, id, quod ait Sotus, nequaquam colligi ex canone illo *Agathoſa*, ibi enim dum agitur de periculo vxoris manentis in ſeculo, ſolū dicitur, vt niſi diuortium præceſſerit, ſi maritus contra voluntatem eius ingreſſus fuit Religionem, etiam ſi tonſuratus ſit, hoc eſt, habitum ſuſceperit, vxori reſtituatur, ne conuerſio eius vxori relictæ in ſeculo noceat, & perditionis occaſio eſſe poſsit. Deinde dico, iure recentiore, videlicet Alexandri III. maritum non poſſe recte ad Ordinem ſacrum promoueri, etiam ſi vxor conſentiat, & ipſa continentiæ votum in ſeculo emittat, cum tamen id antiquo iure ſufficeret: vt patet ex canonibus citatis: ſed opus eſſe, vt Religionem ipſa profiteatur. Ita puto ſtatutum fuiſſe ab Alexandro, in capite *Coniugatus*. *De conuerſione coniugatorum*, inquit, enim: *Nullus coniugatorum eſt ad ſacros Ordines promouendus, niſi ab vxore continentiam profitente fuerit abſolutus*, certe per profeſſionem continentiæ, non aliam quam ſolennem in Religione approbatam intellexit; tametſi Gloſſa illius capitis, per profeſsionē caſtitatis votum etiam ſimplex intelligat, cuius interpretatio in hac parte mihi non probatur, & ita in capite, *Sane*, eodem titulo idem Alexander prohibet, vxoratum in Epiſcopum ordinari, niſi vxor prius continentiam profeſſa, ſacrum ſibi velamen imponat, & Religioſam veſtem, hoc eſt, profeſſarum aſſumat: id quod de ſuſcipiendis alijs ſacris Ordinibus coniugatis intelligendum eſſe, indubitanter cenſeo. Porro autem per veſtem Religioſam intelligi veſtem profeſſarum, patet: quia non ſufficeret ſolā veſtem nouiciatum ſuſcipere, quę datur antequam imponatur velamen.

Alexand. 4.

Verum quia idem videtur eſſe ius coniugatis, vt ingrediantur Religionem de conſenſu vxorum, & vt eiſdē conſentientibus ſacros Ordines ſuſcipiant: puto etiam poſſe coniugatum ordinari de conſenſu vxoris, etiam ſi illa in ſeculo permaneat, votum tamen caſtitatis emittat, quando illa ita ſenex eſt, & ſterilis, vt ſine ſuſpicione poſsit in ſeculo manere: ita enim ſtatutum fuit ab eodem Alexandro in capite: *Cum*

Exceptio præcedentis aſſertionis.

139

sis, De conuersione coniugatorum, pro maritō volente ingredi Religionem, eadem enim ratio videtur esse pro eodem marito volente sacros Ordines recipere. Cæterum vt omnis suscipio malt, & occasio è medio tollatur, existimo necessarium esse, vt maritus post Ordines in eadem domo cum vxore non permaneat, & ita nunquam factum audiui hisce tēporibus vt quisquam ordinatus cum vxore sua habitare intra eādem domum permittatur, etiam si valde senes sint:

104

Secundo addendum est de presbytera, seu diacona, seu subdiacona, hoc est de vxoribus sacrorum hominum, non solum semper in Ecclesia Latina simul cum maritis hoc ipso, quod ad Ordines admittebantur, votum continentiæ emittere cōsueuisse, ac proinde post mortem maritorum ad secundas nuptias transire eis non licuisse, sed etiam Matrimonia sic cōtracta aliquando irrita fuisse, & inania: quod sane non aliunde prouenire potuit, nisi ex lege Ecclesiastica, quę mulieres sic vouentes inhabiles efficere potuit ad contrahendum; tametsi earum votū simplex tantum esset, cum illę non ingrederentur Religionem: sicut nunc etiam in nostra Societate votis simplicibus emissis post biēnium annexa est inhabilitas ad contrahendum Matrimonium ex constitutione Gregorij XIII. *Ascendente Domino*, ita vt Matrimonium post illa contractum nullum sit. Et primum quidem non licuisse his mulieribus ad secundas nuptias transire, constat primum ex natura voti, quod licet simplex sit, impedit Matrimonium contrahendum. Has vero mulieres in Ecclesia Latina simul cum viris votum continentiæ emittere consueuisse, in præcedentibus satis probatum est.

Emisso voto simplici post biēnium in nostra Societate inhabilis est quis ad cōtrahendū Matrimonium. *Gregorius.*

Præterea his mulieribus non licuisse ad secundas nuptias transire, constat ex canone 1. Synodi Romanę, sub Gregorio Magno, quæ habetur post libros Regiſtri, & post interrogationes Augustini Canthuarienſis, ibi enim anathema dicitur presbyterę, quæ mortuo coniuge alteri nupserit: & ex respōsione Humberti Legati Leonis IX. ad Nicetam, & refertur ex Leone IX. canone *Seriatim* 32. distinct. & ex canone, *Si qua vidua*, 28. distinct. qui desumptus est, non ex Martino Papa in Concilio, vt habet Gratianus, sed Martino Bracarensi in collectione canonum ex Synodis Græcis, capite 29. & ex Cōcilio Toletano 1. canone 18. in his tamē canonibus nec verbū quidē est, ex quo colligere liceat hęc Matrimonia irrita fuisse, solū legi canonem 15. Concilij Aurelianensis 1. & refertur canone, *Si se cuiquam*, distinct. illa 28. in quo plane videtur hoc Matrimonium irritum declarari: statuitur enim ibi, vt si-

Rom. Synod.

Humbertus Martin. Bracar. Synod. Græc. Cōcil. Tol. Cōcil. Aur.

101

qua relicta presbyteri, aut diaconi, se alteri coniunxerit, separentur: aut certe si in crimine permanserint, excommunicatione plectantur. Quæ sane pœna iniusta esset, nisi Matrimonium irritum, & coniunctio eorum concubinatus censeretur. Nam Matrimonium contractum post votum simplex alterius coniugis dissolui non potest, etiam quod attinet ad thorum, sed sic cōtrahentes puniri debent alio modo: violaretur enim ius Matrimonij, & mariti, quod per Matrimonium habet ad petendum debitum: & ita vt vidimus 1. 2. disput. 165. cap. 7. Matrimonia inita post votum continentiæ à religiosis, antequam voto Religionis lex Ecclesiastica irritans Matrimonia deinde contracta esset annexa, non dissoluebantur. Ego certe non legi antiquum aliquem canonem ante Concilium illud Aurelianēse, in quo Matrimonia huiusmodi irritarentur: suspicor tamen Patres illius, Concilio eo supposito ita statuisse.

101

Cæterum cum hoc tempore nullus post Matrimonium contractum ordinetur in Ecclesia Latina, nisi vxore ipsius in Religione profiteatur, vel si senex, & sterilis sit, in seculo simplex votum continentię emittat: pro ea, quæ in Religione professa fuerit, satis manifestum est, Matrimoniū quod postea contraxerit, irritum esse, sicut aliarum etiam religiosarum mulierum. Pro ea tamen, quæ in seculo manens simplex tantum votum emiserit, quod quidem raro contingit, nescio vtrum maneat ius antiquum irritans Matrimonium, quod tunc forsam necessarium fuit, cum frequēs esset in Ecclesia Latina, viros Matrimonio coniunctos ad Ordines sacros assummi, vxoribus dumtaxat continentiā vouentibus, & in seculo, imo intra eandem domum permanentibus.

Facto prius diuortio licet viro ad huc renuente vxore, ad sacros ordines ascendere.

Tertio addendum est id, quod ex illo canone, *Agathesa*. 27. quæst. 2. quæ est Gregorij lib. 9. epistolarum, epist. 44. colligi videtur, licere nimirum viro sine consensu vxoris, imo etiam ipsa renuente, ad sacros Ordines ascendere, celebrato prius diuortio cum vxore ex culpa, aut causa ipsius vxoris: sermo autem est de diuortio, quo ad thorū post Matrimonium consummatū: & quāuis in eo canone solum dicatur, licitum esse post diuortium hic factum ingredi Religionem, & in ea profiteri: quam sententiam sequutus est, & vt veram supponit Innocentius III. in capite, *Constitutus*, *De conuersione coniugatorum*;

143

Innocent. 3.

gatorum, tamen eadem ratio omnino eſt de promotione ad ſacros Ordines atque de Religionis ingreſſu: & ideo dixi, hanc ſententiam de promotione ad Ordines ſacros poſt factum diuortium colligi ex prædicto canone *Agathoſa*, quam ex Theologis expreſſe tradunt Sotus in 4. diſtinct. 27. quæſt. 1. artic. 4. ſub finem, & diſtinct. 36. quæſt. vnica, articul. 5. ſub finem. Et ex Iuriſperitis Pānormitanus in dicto cap. *Conſtitutus*: & ex Summiſtis, Sylueſter verbo, *Diuortium*, quęſtione 17. dicto 1. Armilla eodem titul. nu. 11. Tabienna *Matrimonium*. 1. quæſt. 3. citantq; Sylueſter, & Armilla Paludanū, quod aſſerat in omni caſu, in quo licet poſt Matrimonium conſummatū Religionem ingredi, licitum etiam eſſe ad ſacros Ordines promoueri. Id quod ipſe docuit in 4. diſt. 27. art. 2. parum à principio, num. 10. Conſtat autem facto diuortio, licitum eſſe Religionē ingredi, & in ea profiteri ſine conſenſu coniugis, cuius culpa diuortium factum eſt: ergo licebit ad ſacros Ordines promoueri. Putant autem aliqui de promotione ad Ordines ſine conſenſu vxoris poſt fornicationem, ita eſſe definitum in cap. *Conſtitutus*. *De conuerſione coniugatorum*. Verum in eo capite id non aperte decernitur: ſolum enim, quod cum quidam puellam in vxorem duxiſſet, & Matrimoniū cū ea conſummaſſet, & illa poſtea alteri viro nupſiſſet, prior ille maritus Ordines ſacros ſuſcepit, & deinde ſtimulante cōſcientia Religionem fuit ingreſſus, Pontifex autem definiuit eiuſmodi virum à Religione non extrahendum, neque impediendum, quominus regulare votum implere poſſet, quod quidem non fuit à Pontifice definitum fauore voti Ordinibus annexi, ſed voti regularis.

Sotus.

Pānormit.

144 Syluester. Armilla. Tabienna.

Quo circa non deſunt ex Iuriſperitis, qui putent, poſt diuortium culpa vxoris factum non poſſe maritum ſacros Ordines ſuſcipere, licet poſsit Religionem ingredi, & profiteri. Ita docent Innocentius III. Hoſtienſis, & Ioannes Andreas in capite, *Veniens*. *De conuerſione coniugatorum*. Antonius de Butrio, Ancarranus, & Henricus in capite *Conſtitutus*, eodem titulo, & Aſtenſis in ſumma libro octauo, titulo vndecimo, articulo ſecundo, quęſtione nona: putant enim diuerſam eſſe rationem de iure ingrediendi Religionem, & de iure ſuſcipiendi ſacros Ordines, poſt diuortium eo modo factum: quia eo ipſo, inquiunt, quod vir Ordines ſuſcipit, debet ſtatim vxor, votum continentiæ emittere, ad quod eam compelleſe minime conuenit; tamen eo ipſo, quod vir ingreditur Religionem, non debet vxor votum emittere caſtitatis. Adde etiam quod in illo capite *Conſtitutus*. *De conuerſione coniugatorum*, dicitur, virum illum, qui propter adulterium vxoris Ordines ſuſceperat, conſcientiæ ſcrupulis agitatum Religionem ingreſſum fuiſſe, hoc autem non alia de cauſa feciſſe videtur, niſi quia poſt Ordines ſuſceptos deprehendit, ſe non poſſe ita ordinatū in ſeculo permanere.

145

Innocent. Hoſtienſis. Ioan. Andreas. Antonius de Butrio. Ancarranus. Henricus. Aſtenſis.

Hæ tamen rationes friuolæ ſunt, & contra ſententiam, quam ſequuti ſumus, nihil momenti habent: quod enim aſſerunt, diuerſam eſſe rationem pro Ordinibus recipiendis, & pro ingreſſu Religionis poſt diuortium, nullo iure aduerſarij probare poſſunt: nam in iure ſolum cautum eſt, vt vxor emittat votum continentiæ, aut Religionem ingrediatur, quando ex ipſius libero conſenſu maritus recipit Ordines ſacros: & hoc idem cautū eſt, quando eōdem modo maritus ingrediatur Religionem. Sicut vero quando vxor cauſam dedit diuortio, maritus plenum ius habet cōtra ipſius voluntatē ingrediendi Religionē, vt Gregorius definiuit in canone illo: *Agathoſa*, 27. quæſt. 2. & in iure nō inuenimus definitum, vxorem in eo caſu emittere debere votum caſtitatis: ita etiam cur negabimus ei plenum ius Ordines ſuſcipiendi, eo ipſo quod ius habet relinquendi vxorem in perpetuum? Cumque eam relinquere poſsit, abſque hoc quod ipſa voueat caſtitatem: cur etiam non poterit eodem modo Ordines ſuſcipere, cum in hoc caſu cautum non ſit, vt vxor vouere debeat, ſed tantum in eo, in quo ex conſenſu ipſius maritus ordinatur?

146

Gregorius.

Quod vero vir ille ſcrupulis conſcientiæ vexatus voluit Religionem ingredi, aliqui putant id feciſſe, quia ipſe etiam adulterij commiſerat: horum tamen reſponſum reijcit Pānormitanus in dicto capite: *Conſtitutus*, quia ſi ipſe cōmiſiſſet etiam adulterij, ius non haberet dimittendi vxorem, etiam per ingreſſum in Religionem. Abbas autem reſpondet, ingreſſum fuiſſe Religionem, vt ſuorum peccatorum pœnitentiam commodius ageret. Ego vero exiſtimo, prædictum virum Hugonem nomine, qui cum eſſet acolythus, mulierē illam duxerat, & poſtea propter adulterium reliquerat, ſtimulis conſcientiæ vextum fuiſſe, quod putaret ſe id non potuiſſe facere. Et ſicut dicitur in eodem capite, prout integre refertur ab Antonio Auguſtino in collatione tertia Decretalium libro tertio, titulo 25 capite 2. ex conſilio fratrum quorundam

Panormit.

147 Abbas.

Antoninus. Auguſtinus.

Ciſtercienſium Religionem eorum ingreſſus eſt: certe, vt ego exiſtimo, quod illi putarent hoc in iure permiſſum eſſe: non autem ad ſuperiores Ordines aſcendere. Verum vt ibidem dicitur, tandẽ remtotam Abbati manifeſtauit, qui hoc ei conſilium dedit, vt ſaluti animæ ſuæ prouideret, nempe, vt ego etiam cenſeo, quod ipſe dubitaret, an potuiſſet etiã Religionẽ ingredi, & ideo ad Põtificem res delata eſt. Parum autem refert, quod ipſe Hugo dubitaret, an potuiſſet ſic ordinari, & ideo ſtimulis conſcientiæ vexatus fuerit, cũ hæc conſcientię ſtimulatio ex ignorãtia potuerit proficiſci, ſicut reuera profecta eſt. Nã & Abbas etiã poſtea dubitauit (certe ex ignorantia ſimiliter) de ingreſſu in Religionem, an Hugo ille in eam ingredi potuiſſet vxore relicta: cum tamen Gregorius Magnus lib. illo 9. Epiſtolarum epiſtola 44. & refertur, canone illo: *Agathoſa*, 27. quæſt. 2. plane definijſſet licere viro propter fornicationẽ vxoris ingredi Religionem, vt vidimus. Põtifex autem non reſpõdet ad ſcrupula conſcientiæ de Ordinibus ſuſceptis, quia de hoc nõ interrogabatur, ſed ad ſcrupulum de ingreſſu in Religionem, in qua permanebat, de quo fuerat interrogatus ex conſilio Abbatis. Reſpõdet autem, ſicut fuerat à Gregorio definitũ, idemque reſpondiſſet, ſi de Ordinibus tantũ ſuſceptis interrogatus fuiſſet. Demum obſeruandum eſt, cum dicimus, facto diuortio culpa, aut cauſa vxoris poſſe virum ſacris Ordinibus initiari, intelligẽdum eſſe de diuortio facto ex quacumque cauſa legitima, quę ſecundum iura admittitur. Quamuis Gregorius Magnus loco citato, ſolum mentionem faciat fornicationis, quę eſt cauſa diuortij expreſſa in Euangẽlio.

104

Gregorius.

De antiquitate, & vſu legis continentiæ ſacris Ordinibus annexæ, tam in Eccleſia Græca, quam Latina. Diſputatio 248.

De antiquitate, & vario vſu legis continentiæ in Eccleſia Græca. Cap. 1.

De vſu huius legis in Eccleſia Latina. Caput 2.

Quo tempore cœperit votum continentiæ eſſe annexum ſubdiaconatui in Eccleſia Latina. Caput 3.

Cap. 1.

De antiquitate, & vario vſu legis continentiæ in Eccleſia Græca.

CAPVT I.

PRAECEPTVM Continentiæ ſacrorum hominum duas continet partes, alteram de continentia ſeruanda in Matrimonio ante Ordines contracto, de qua hactenus diſſeruimus: altera de continentia ſeruanda in Ordinibus ſuſceptis comparatione Matrimonij contrahendi, quæ ſactos homines ita obligat, vt nullus deinceps Matrimoniũ contrahere iure poſsit, de qua ſupereſt videamus. Verum antequam de ea diſſeramus, operępretium fore iudicaui, omnia quæ ad priorem partem huius præcepti pertinent, nẽpe de antiquitate, & duratione eius in vtraque Eccleſia, in præſente diſputatione tractare.

Et quidem, quod ſpectat ad antiquitatem, & originem, in primis illud vt certum ſtatuendum eſt, hanc legem de continentia in Matrimonio ante contracto non modo certis temporibus miniſterij, & vicis, verum etiam omnino ſeruandã à tempore Apoſtolorum in vtraque Eccleſia Græca, & Latina cępiſſe: ſicut optime ſenſit Sotus 7. de iuſt. quæſt. 6. artic. 2. cõcluſ. 4. Albertus Pighius controuerſia 15. §. *Quod autem interdum*, & Michael Medina lib. 2. de continentia c. 36. Addo etiam cum Medina, ab ipſis Apoſtolis fuiſſe latã, imo ex ſententia Epiphanij, & à Paulo expreſſam 1. ad Timotheum 3. Mitto autem teſtimonium Calixti in canone: *Preſbyteris*, 27. diſt. incl. quo antiquitatem huius præcepti à tempore Apoſtolorũ confirmant Albertus Pighius, & Sotus putantes, eſſe decretum Calixti I. quod tamen non eſt, niſi ſecundi, vt habetur in decreto emẽdato. Adde, quod licet eſſet Calixti I. non ſufficeret ad eam antiquitatem comprehẽdendam, quã contendimus.

Vnde cœperit antiquitas continentiæ in vtraque Eccleſia.

Sotus. Alb. Pigh. Medina.

Epiphanius 1. ad Timoth. 3. Alloquitur Sotus.

Venio autem ad multa alia præclara teſtimonia Patrum, quibus id comprobari poteſt. Nam Clemens Romanus, in epiſtola ad Iacobum fratrem Domini, columna 2. inter multa alia documenta, hoc vnum de miniſtris altaris in hunc modum tradit: *Ad Dominica autem miniſteria tales eligantur, qui ante Ordinationem ſuam coniuges ſuas nouerint, quod ſi poſt Ordinationem miniſtro altaris contigerit proprium inuadere cubile vxoris, ſacratiſ*

Clem. Rom. Cõcil. Carth.

erarij non intret limina, nec sacrificij portiter fiat, &c. In fine autem epistolæ testatur se hæc omnia ex Petro Apostolo magistro suo accepisse. Concilium quoque Carthaginense secundum canone 2. de lege castitatis, quam custodiendam proposuit, & præcepit, non tanquam de lege tunc noue tradita, sed tanquam de antiqua, & ab Apostolis lata loquitur: *Vt quod* (inquit) *Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus.* Sixtus præterea 3. lib. de castitate non solũ dixit, esse necesse, sacerdotes cõtinentes esse, sed etiam secundum scripturam Pauli, videlicet quod putauerit, hoc preceptum ab ipso traditum fuisse: nescio tamen quo pacto ipse ex epistola 1. ad Corinth. cap. 7. conetur deducere. Siricius Papa in epistola 4. quæ est in Concilio Tellensi cap. 7. dissertis verbis inquit, se non noua, sed antiqua præcepta traditurum, Apostolica, & Patrum constitutione constituta, quæ tamen per ignorãtiã, & desidiam neglecta erant. Et illud 1. ad Thimoth. 3. *Vnius vxoris virum*, explicat de non permanente in vsu coniugali, sed in continentia cum vxore propria. Manifestum etiã est testimonium Epiphanij lib. aduersus hæreses hæresi 59. inquit enim, post Christi aduentum sanctam Dei prædicationem non permittere, vt in ministris altaris admittatur is, qui ex vxore adhuc viuente liberos generat, sed continens ab vxore; hanc autem legem vocat canonem Ecclesiasticum. Adde etiam Eusebium, cuius etiam testimonium allegauimus, sicut & præcedens Epiphanij, & reliqua in præcedente disputatione cap. 2. His omnibus accedit, quod in multis Concilijs hæc lex continentiæ tanquam antiqua innouatur, & ex nullo Concilio post tempora Apostolorum constat, originem traxisse. Et sane cum certum sit, hanc legem à tempore Apostolorum cœpisse, dubitandum non est in Ecclesia Græca multo tempore, sicut in Latina fuisse seruatam. Quocirca mihi non probatur sententia Iodoci Clictouęi in propugnaculo de continentia, cap. 6. 7. 21. & 22. quam refert, & sequitur Claudius Spenceus lib. 1. de continentia cap. 4. non parũ à principio, licuisse nimirum in primitiua Ecclesia sacris hominibus, & Episcopis Matrimonio ante Ordines contracto, & vxoribus vti. Cęterum pro comperto etiam habeo ante tempora Concilij Nicęni consuetudine cõtraria in Ecclesia Gręca fuisse abrogatã, ita, vt absq; peccato liceret ministris altaris consuetudinem cum proprijs vxoribus habere; nam si contra prædictam legem abusus solum aliquis fuisset introductus, neque vir sanctus Paphnutius obsisteret Concilio, neque lex illa continentiæ ferretur; neque Patres Concilij ipsius annuissent, vt vidimus disp. præcedente cap. 4. Verum post tempora illius Concilij, vel in tota Græca Ecclesia, vel in aliquibus eius prouincijs hanc legem reuixisse ex testimonijs Epiphanij, & Hieronymi, quæ in eodem cap. 4. contra historiam de Paphnutio adduximus, manifeste constat.

Patrum testimonijs monstratur.

Siricius.

3

1. ad Timoth.

Epiphanius.

Eusebius.

Iodocus.

Spenceus.

4

5

Cęterùm à tempore 6. Synodi nunquam in Ecclesia Græca hanc legem inualuisse, sed semper abrogatam mansisse, quod attinet ad sacerdotes, & alios ministros, mihi dubiũ nõ est, neque apud vllum Autorem lego, castitatem cum vxoribus à sacerdotibus, & alijs ministris ex pręcepto postea seruatam fuisse, quin potius procedente tempore circa obseruationem illius prauum morem fuisse introductum, constat ex epistola Vmberti legati Leonis Noni in lib. aduersus calumnias Michaelis Patriarchę, & Leonis Acridani Episcopi Bulgariæ, quem ante 500. annos scripsit: refert enim, Gręcos hanc impudicã consuetudinem tunc habuisse; vt qui ordinandi essent prius interrogarentur, vtrum vxores haberent an non? qui si respondissent se non habere, cogerentur prius eas assumere, quam ordinarentur: quem prauum morem Græcos hoc tempore non retinere, constat ex Hieremia Patriarcha Constantinopolitano in censura Orientalis Ecclesię in epilogo illius parum à principio, in quo refert hoc in more apud Gręcos positum esse, vt ijs sacerdotibus, qui in castitate viuere non possunt, potestatem dent, vt vxores prius accipiant; non dicit cogunt, sed potestatem dant.

A sexta Synodo legẽ continentiæ sacrorum hominum abrogatam esse mõstratur.

Vmbertus.

Hieremias Patriarcha.

Adde quod hoc tempore ad Episcopatum nemo ab eis assumitur, qui vxorem habuerit, sed religiosum tantum castitatem professum, vel qui castitatem perpetuam seruat, & vxorem iam non habeat, sicut refert Albertus Pighius cõtrouersia 15. §. *Sed manet*. Et ego dum essem Romę ab ipsis viris Gręcis fidedignis accepi. Nihilominus admixtum errorem cum hac consuetudine alias licita eos nunc habere, qui ab illo tẽpore Leonis Noni cœpit, ex eodem epilogo patet; nam Patriarcha ille Hieremias subdit hæc verba: *Illud item non ignoramus, turpitudinis germina multa suscipi in eos, qui sacerdotes vxores accipere prohibent.* Quibus morem Latinorum notare tanquam iniustum, & prauum, non obscure videtur. Supererat, vt diceremus de natura huius legis continentiæ in Ecclesia Græca, vtrum esset solum de emittendo voto ab ordinatis, an solum lex lata ab Ecclesia in

Albertus.

6

honorem,& cultum ſacri miniſterij,de hoc tamen ſequente capite agemus.

De vſu huius legis in Eccleſia Latina.

CAPVT II.

CVM de origine,& antiquitate legis cõtinẽtiæ,tam pro Eccleſia Latina,quàm pro Græca in præcedente capite dictum ſit,reliquum eſt, vt in præſenti de ijs tantum, quæ ad vſum illius in Eccleſia Latina pertinent,diſſeramus. Et primo quidem,quod ſpectat ad interruptionem huius legis in Eccleſia Latina, non lego aliquid expreſſum, aut in hiſtorijs, aut in Concilijs, aut in Patribus, ex quo conſtet, obligationem, & vim illius in Eccleſia Latina aliquando ceſſaſſe; quocirca colligere licet moribus vniuerſę Eccleſiæ Latinę ita fuiſſe receptum,vt nullibi abſque peccato miniſtris altaris vnquam licuerit, vxoribus commiſceri,ſicut Græcis licuit, & nunc etiam licet. Loquor autem de miniſtris altaris in vniuerſum;nã ſpeciatim de ſubdiaconis,quid ſentiendum ſit, inferius videbimus.Fateor quidem,in Concilio noſtro Illiberitano canone 33. talem legem de continentiã latam fuiſſe, vt aliquã interruptionẽ antiquæ legis Apoſtolorum præceſiſſe, indicari videatur:dicitur enim in hunc modum: *Placuit in totum prohiberi Epiſcopis, presbyteris,diaconibus,& ſubdiaconibus poſitis in miniſterio abſtinere ſe à coniugibus ſuis,& non generare filios,&c.* Cũ ait Concilium *in totum* videtur denotare,legẽ illam latam fuiſſe de ſeruanda continentia omni tempore, & non tantum tempore vicis miniſterij, ſicut tunc in Eccleſia Græca ſeruabatur.

Lex continentiæ in Eccleſia Latina à prima ſui impoſitione nunquã excidit.

Porrò autem hunc in modum ità ſeruãri tunc conſueuiſſe hanc legem in Eccleſia Græca,perſuaſum mihi habeo ex hiſtoria de Paphnutio, quam præcedente diſp. cap. 4. memoraui: nam hoc Concilium Illiberitanum,vel paulò poſt, aut ſicut noſtri Hiſpani volunt,paulò ante Concilium Nicęnum cõgregatum fuit, & celebratum, & vtrique Oſius Cordubenſis interfuit. Tempore autem Concilij Nicęni non fuiſſe ſeruatam legem Apoſtolorum de continentia cum vxoribus,niſi tempore vicis,ſi vera eſt prædicta hiſtoria,manifeſtum eſt,ſicut præcedente capite deduximus. Atque fortaſsis,vt ſupra notauimus, Oſius Cordubenſis, qui iam interfuerat Concilio Illiberitano; ideò propoſuit in Concilio Nicęno ſeruandam legem de

Oſius.

cõtinentia in totum,quod iam in Concilio Illiberitano fuiſſet lata. Tẽpore autẽ vicis vt minimũ à Græcis continentiã ſeruari conſueuiſſe,ſuadet canon 14.6.Synodi generalis,& mos Græcorum abeo tempore vſque in hodiernũ diem conſtanter perſeuerans. Hinc igitur colligi videtur,in noſtra Hiſpania interruptionẽ aliquam fuiſſe huius legis Apoſtolorũ,& ideò renouatam fuiſſe in Concilio Illiberitano,vel propter aliquẽ maximum, & vniuerſalem abuſum id factum fuiſſe. Vel denique illud *in totũ* referri poteſt, nõ ad tempus,quaſi ibi præcipiatur, vt in omni tẽpore à ſacris hominibus continentię ſeruetur, ſed ad totũ ſtatutũ miniſtrorum altaris,eorum in quã,qui proximè in altari miniſtrãt,vt ita cõprehenderẽtur ſubdiaconi, qui fortaſsis vſq; ad illud tẽpus hoc præcepto cõtinentię non tenebantur. Adde,quod ſi verũ eſt, quod ait Petrus Damian.in epiſt. ad Cumbertũ Epiſcopũ Taurinenſem,vt ex Turriano memorauimus diſp.præced.c.2.in 12.teſtimonio,vi delicet in Concil.Triburenſi cõceſſum fuiſſe ſacris hominibus,vt poſt Ordinationẽ etiam ad Matrimonia tranſire poſſent:& lex huius Concilij Prouincialis in aliqua parte recepta fuit,ſequitur in aliqua parte Latinę Eccleſię præceptũ de ſeruãda continentia interruptũ fuiſſe in vſu coniugij contracti poſt Ordinationẽ,quanto magis in vſu eiuſdẽ antea contracti:hunc tamẽ canonẽ nunc nõ legimus in Concilio Triburienſi,quod habemus.

Synod.Gen.

Cõcil.Elib.

Cõcil.Trib.

Cęterũ cum hęc lex continentię duobus modis eſſe potuerit, vel ita vt abſque voto emiſſo miniſtri altaris in reuerentiã miniſterij ſeruare deberent caſtitatem, vel ita vt non ordinarentur,niſi prius emiſſo voto continẽtiæ,exiſtimo,hoc ſolum poſteriori modo in Eccleſia Dei,tam Græca,quàm Latina ſemper fuiſſe.Huius voti emittẽdi ab ordinãdis mẽtio fit in Gõcilio Ancyrano cano.10.aliàs 9. quod quidẽ ante Nicęnũ celebratum fuit, licet inter Concilia poſt Nicęnũ ponatur.Nam poſtquã diaconis conceſſum fuit,vt ſi in ipſa Ordinatione proteſtati fuerint,ſe vellevxores ducere, poſtea ad nuptias trãſire poſſint: de alijs,qui in ipſa Ordinatione tacuerũt, & id proteſtati non fuerũt,dicitur: *Quicũq; ſane tacuerint,& ſuſceperint manus impoſitionem profeſſi continentiã,& poſtea nuptijs obligati ſunt, à miniſterio ceſſare debent.* Cum ait *profeſſi cõtinentiam*,indicat votũ illius: & cum inquit, *tacuerint*,denotat plane votum, quod implicitum,ſeu tacitum vocamus.

Cõcil.Anc.

At vero in Concil.Arelatẽſi 2. tẽpore Cõſtãtini Imperatoris,& Sylueſtri Papę cano. 2.votũ continentiæ ſignificatur his verbis:

Cõcil.Arel.

Aſſumi

Aſſumi aliquem ad ſacerdotium non poſſe in vinculo coniugij conſtitutum, niſi fuerit promiſſa conuerſio. Promiſſa conuerſio, idem eſt quod promiſſa caſtitas. De ſubdiaconis vero canone 3. definitur, vt nullus ſecum habeat vxorem, niſi conuerſam, per conuerſam autem intelligitur, quæ votum caſtitatis emiſerit; nam in canone 2. per conuerſionem caſtitas denotatur; & hinc fiebat, vt vxor ſacerdotis, vel diaconi, poſt mortem mariti ad ſecundas nuptias tranſire non ſineretur. Meminerunt etiã eiuſdem voti Concilium Toletanum, 1. canone 1. & Concilium Toletanum 4. canone 16. Imò clariſsimè colligitur ex Concilio Carthaginenſi 3. canone 19. & refertur canone *Lectores* 32. diſt. ibi enim præcipitur, vt lectores, dum venerint ad annos pubertatis, aut cogantur vxores ducere, aut caſtitatem profiteri, profecto non alia ratione, niſi quia alij miniſtri eam profitebantur. Profiteri autem caſtitatem idem eſt, quod illam vouere.

Cõcil. Tol. Concil. Tol. 4° Concil. Carth.

Adde etiam Gregorium Magnum libro 1. epiſtolarum epiſtola 42. & refertur canone, *Antetricesimum*. 31. diſt. qui præcepit, vt in Sicilia deinceps nullus ſubdiaconus ordinaretur, niſi prius votum cõtinentiæ emiſiſſet, videlicet more Romanæ Eccleſiæ, eoquòd antea in Sicilia ea conſuetudo non fuiſſet. Neque vero putandum eſt, ſicut aliqui exiſtimare videntur, ab his ſolum temporibus votum continentiæ cœpiſſe, & antea ſola lege Eccleſiaſtica miniſtros obligatos fuiſſe, ſic enim deinceps duplici obligatione religionis tenerentur, nempe voti, & lege caſtitatis, ac proinde eam tranſgredientes duplici peccato ſacrilegij peccarent, vt diſp. præced. cap. 7. probauimus, quod mihi difficile ad modum, & ſine fundamento eſſe videtur. Potius igitur dicere debemus in his locis fieri mentionem voti, quod à tempore Apoſtolorum ab ordinandis emitti, præceptum fuit. In iure vero recentiori multo magis manifeſte fit mentio voti emiſsi in Ordinatione, vt videre licet in cap. *Quod votum*, vnico. *De voto & voti redemptione* in 6. in quo dicitur votum ſolenne, ſicut votum in Religione emiſſum. De initio autem ſolennis voti, & quare ita dictum fuerit, diximus 1.2. diſput. 165. capite 8.

Denique apud Græcos hanc legem continentiæ nullam aliam fuiſſe, niſi voti emiſsi ante Ordines, mihi etiam perſuaſum habeo, tum ex eo, quod hic mos vouendi caſtitatem à tempore Apoſtolorum incœpit, & ita viduæ quæ ad ſtatum vidualem eligebantur, & diaconiſſæ eam promittebant, vt vidimus diſput. 245. cap. 3. ac proinde eodem modo à viris ordinãndis ſeruatũm fuiſſe credendum eſt; tum etiam, quia hoc noſtro tempore Hieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus in cenſura Orientalis Eccleſiæ in epilogo illius, explicans modum, quo hæc lex continentiæ cum proprijs vxoribus ab eis nunc ſeruatur, inquit, priusquam ab eis miniſtri ordinẽtur, moneantur, vt ſi velint, vxores accipiant; quod ſi aliqui nolint, & caſtitatẽ profiteantur, nullam amplius licentiam eos habere coniugij. Supponit igitur, nunc apud eos Græcos eos, qui nolunt habere vxorem, caſtitatem profiteri.

Ex quo colligere licet, id, quod nunc poſt 6. Synodum ab aliquibus tantum Græcis ſeruatur, nempè ab ijs, qui nolunt vxores ducere, & illis vti, antiquitus ab omnibus ſeruari conſueuiſſe. Id autem quod nunc ſeruatur eſt, vt votum emittant caſtitatis ante Ordinationem. Adde, quod poſt canonẽ 13. 6. Synodi licet ordinandi diaconi, & ſacerdotes apud Græcos non emittant votum continentiæ abſolutum, emittunt tamen pro certis temporibus, videlicet vicis, & miniſterij: nam in eo canone præcipitur, vt illis diebus abſtineant, ac proinde vt votum emittant de ſeruanda caſtitate pro illis dũtaxat. Porrò autem ſacros homines non teneri duplici vinculo, videlicet voti, & legis, neque vnquã hoc vtroque modo obligari conſueuiſſe, mihi ſemper perſuaſum etiam habui, ne ſine fundamẽto dicamus eos duplicẽ ſpeciem peccati ſacrilegij committere, ſi continentes non ſint: quo autem pacto probetur, duplex fore peccatum ſacrilegij, ſi lege & voto tenerentur, oſtendimus ſupra diſput. 247. cap. 7.

Poſtremò denique pro vſu huius præcepti in Eccleſia Latina illud notandum eſt, ſacris hominibus non ſolum præceptum fuiſſe, vt ante Ordinationem votum continentiæ emitterent, ſed etiam procedente tempore nullum coniugatum ad Ordines admiſſum fuiſſe, niſi ab vxore ita ſepararetur, vt intra eandem domum cum ea non maneret, vt ita omnis occaſio incontinentiæ tolleretur, ſicut diſp. præced. cap. vltimo dictum eſt: imò vero, vt ibi diximus, non ſolum ſeparari debet vxor à viro ordinando, ſed etiam oportet, vt in monaſterio caſtitatem profiteatur, cum tamen antiquo tempore non ſolum permitterẽtur ſacri homines poſt Ordines ſuſceptos, & votum continentiæ emiſſum vxores domi retinere, ſed etiam prohiberentur eas domo eijcere, etiam intuitu ſeruandæ caſtitatis: ſic enim exiſtimo intelligendum eſſe canonem 5. aliàs 6. Apoſtolorum, in quo dicitur, *Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus*,

vxo-

vxorem ſuam non ejiciat religionis prætextu, ſi autem ejiciat ſegregetur, & ſi perſeueret, deponatur. Quod enim Michael Medina inquit lib. 2. de continentia, cap. 16. hanc retentionem vxorum fuiſſe ad vſum coniugij, vt inde probet, præceptum continentiæ annexũ Ordinibus ſacris non eſſe Diuinum, cum tunc permitteretur vſus, mihi nunquam probari potuit: & cum doctrina ipſius eodem lib. capite 36. 37. & 39. minimè conſtat; ibi enim pro virili contendit, hoc præceptum continentiæ non eſſe recens, neque à Syricio inſtitutum, ſed ex Apoſtolica conſtitutione dimanaſſe: quod quidem ſi verum eſt, nulla ratione prædictus canon de vſu coniugali intelligi poteſt.

Adde, quod verba ipſa canonis noſtram interpretationem perſpicuè indicant. Cum enim dicitur, *Prætextu religionis*, per religionem denotare videtur canon caſtitatem, aut vinculo virtutis religionis ex lege ſine voto debitam, aut promiſſam ex voto; in Græco autem dicitur, εὐλαβείας quæ vox cautionem propriè ſignificat, videlicet ſeruandæ caſtitatis Deo debitæ, vt diximus, quę etiam hoc modo religio quædam eſt, & merito ita appellatur, ſicut etiam in Concilio Arelatenſi 2. ſuperius allegato, caſtitas dicitur cõuerſio. Neque eo tempore periculo incontinentiæ ſacri homines exponebantur, quod ſinerentur domi cum vxoribus commorari, ſicut contendit Medina, vt inde probet, ad vſum coniugalem retentas fuiſſe, quoniam tunc miniſtri eligebantur eximiæ virtutis, & quorum caſtitas etiam poſt Matrimonium iam diu probata eſſet. Quod autem ait Humbertus Cardinalis, vt refertur canone *Omnino*, trigeſima prima diſt. explicans hunc canonem Apoſtolorum, intelligendum ita eſſe, vt non abijcerentur vxores à cura maritorum, ſed tantum à thoro, ne cum illis dormirent, non eſt ita accipiendum, vt eijcerentur quidem à domo, non tamen à cura alendi eas, & ſuſtentandi, id enim non dicit Humbertus: ſed tantum contendit, in eo canone Apoſtolos non conceſſiſſe ſacris hominibus, vt cũ vxoribus dormirẽt, quod nos etiã dicimus. Ideò autem Apoſtoli in eo canone præcipiunt, ne tali prætextu religionis vxor domo pellatur, quia, cum maritiad ſacros Ordines aſſumebantur, ſolum ſeparatio fiebat quoad thorum per votum continentiæ, non autem quoad curam, & gubernationem domus: & hoc diu obſeruatum fuiſſe, etiam in Latina Eccleſia, conſtat ex his, quæ in eo capite diximus. Hic autem canõ, quod attinet ad Epiſcopos, reuocatus fuit in 6. Synodo in Trullo canone 12. in quo præceptum fuit, vt deinceps nullus Epiſcopus cum vxore ſua vnà habitaret. Sumpſerunt autem Patres illi occaſionem ferendi hunc canonem, quia audierunt, in Lybia, & Affrica, & alijs in locis offendiculum, & ſcandalum oriri inter fideles, quod viderent, Epiſcopos cum vxoribus proprijs ſimul habitare.

Cõcil. Arel. — Medinæ. — Humbertus. — Sexta Synodus.

Porrò Patres illos intellexiſſe canonem ſicut diximus; conſtat, quia poſtquam legem contrariam tulerunt, addiderunt hæc verba: *Hæc autem dicimus non ad ea abolenda, & euertenda, quæ Apoſtolicè ante conſtituta ſunt, ſed ad meliora progreſſionis curam gerentes, & ne ſtatus Eccleſiaſticus illo probro afficiatur.* Rectè quidem nouerunt Patres ſe contra Apoſtolorum canonem tunc pronũtiaſſe, & ita contra Apoſtolice conſtituta decreuiſſe, ſed quia non libidine contradicendi Apoſtolis, ſed zelo religionis, & maioris perfectionis id definierunt, ideò dixerũt, *non ad ea abolenda & euertenda, &c.* Præterea tũc Epiſcopos in Affrica, & Lybia lege caſtitatis fuiſſe obligatos, nõ dubitarunt Patres; alioquin iniuſtè quidem iuſſiſſent, vt deinde ab vxoribus ſepararentur, neq; ſimul habitarent, qui eo vſque nullum caſtitatis votum emiſiſſent, neque ſub aliqua lege continentiæ Epiſcopi eſſent ordinati: ſicut Gregorius lib. 1. epiſtolarum epiſtola illa 42. permiſit, vt hypodiaconi, qui ſine voto continentię erant ordinati, ſine illo permitterentur ſemper viuere. Nam quamuis in Gręcia nullum tunc haberent votum caſtitatis Epiſcopi, ſiquidem tempore Concilij Nicęni Paphnutius reſtitit, ne pro omnibus ſacris hominibus, & Epiſcopis lex continentiæ ferretur, ſicut diſput. 247. capite 4. ex Socrate vidimus, quod nimirum tunc in Græcia liberum eſſet etiam Epiſcopis cum vxoribus dormire, ſicut ait etiam Balſamon in commentario illius canonis Apoſtolorum; tamen in Affrica lex continentię ex voto ſemper fuit ſacris Ordinibus annexa, atq;, vt dixi, iniuſtè ſane Synodus præcepiſſet, vt Epiſcopi vxores domo eijcerent, ſi antea nullum votum cõtinentię emiſiſſent; illęſum enim ius coniugij permanere debebat. Adde, quod nullum ex cohabitatione Epiſcoporum cum vxoribus ſcandalum oriri poterat, ſi ipſi antea continentiam non voluiſſent. Quocirca etiam mihi nõ placet, quod ait Claudius Spenceus lib. 1. de continentia, cap. 4. aliquantulum à principio, ſextam Synodum non præcepiſſe, vt Epiſcopi vxores domo expellerent, ſed vt habitantes ſimul continentiam cum illis ſeruarent. Nam verba Synodi manifeſtè indicant, vxores domo pelle-

Gregorius — Paphnutius — Balſamon — Claudij placitum non probaturi

pellendas ob rationem dictam.

Quod vero idem Balsamon in commentario illo asserit, prædictum canonem Apostolorum, quod ad presbyteros, & diaconos attinet exoleuisse. *Episcopi enim*, inquit, *vt dictum est post Episcopatum vxores habere non possunt*, quasi dicat, non exoleuisse, quod spectat ad Episcopos, iuxta ea quæ diximus, sic posset explicari, quia ex tempore sextæ Synodi coniugati non essent ad Episcopatū assumendi, & ita in eis canonis quinti Apostolorum depositio nullum posset habere locum. In presbyteris autē, & alijs, cum adhuc vxores haberent, & illis vti possent, canon Apostolorum de non eijcienda vxore prætexture religionis seruandæ exoleuisse, quia nulla ab eis castitas seruanda necessario erat, prætextu cuius vxor domo expelli posset. Verū cum hic Autor in commentario canonis 12. Trullani putet, tempore Apostolorum licitum fuisse Episcopis vti vxoribus, & Matrimonio, verba illius citata ex commentario canonis Apostolorum, eo modo explicari nequeunt, quinimò suspicor mendum aliquod esse in translatione, cum potius deberet dicere, canonem Apostolorum, intellectum sicut ipse intelligit, quod attinet ad Episcopos exoleuisse suo tempore, non autem quod attinet ad alios.

Expositio.

Quo tempore cœperit votū continentiæ esse annexum Subdiaconatui in Ecclesia Latina.

CAPVT III.

Innocentius III. in cap. *Amultis, de ætate, & qualitate, & Ordine præficiendorum*, expressè dixit, subdiaconatū ex sententia Vrbani II. in canone, *Nullus ad Episcopatum*. 60. dist. in primitiua Ecclesia nō fuisse Ordinem sacrum, hoc est non habuisse annexum votum castitatis: ex quo Ordinem aliquem sacrum vocari, & à non sacro, qui nō obseruet votū cōtinentiæ, distingui, monuimus supra disput. 247. capite 6. ex mente eiusdem Innocentij; imò existimauit idem Innocentius in eodem cap. tempore Nicolai II. hunc Ordinem sacrum fuisse, hoc est votum castitatis coniunctum habuisse. Probat autem, quia idem Nicolaus inquit: *Erubescant impij, & intelligant iudicio Spiritus sancti, eos, qui in sacris Ordinibus, presbyteratu, diaconatu, & subdiaconatu sunt positi, si castè non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate, & ad similitudinem diaconi, & presbyteri subdiaconus debet continentiam obseruare, sicut & in 6. Synodo*, videlicet canone 6. Refert autem Innocentius hæc verba ex alio decreto illius, quod est apud Iuonem in Panormia lib. 3. titu. *De continentia clericorum*, cap. 102. & 103. Verum quamuis tempore Nicolai II. sine dubio subdiaconatus fuerit sacer Ordo habens votum continentiæ annexum, tamen vt obseruaui supra disput. citata, ego non video quo pacto illud colligere potuerit Nicolaus II. ex canone 6. vel ex aliquo alio 6. Synodi: nam in illo canone 6. id solum statutum fuit, vt nullus post Ordinē susceptum diaconatus vxorem aliquam ducere, & Matrimonio sibi copulare posset (de quo sequente disputatione dicemus) at Matrimonio contracto ante Ordinationem non vti, certè neque in eo canone, neque in alio 6. Synodi præcipitur, quin potius canone 1. non tantum subdiaconis, sed etiam diaconis, & sacerdotibus conceditur, vt in Matrimonio ante Ordines contracto vxoribus vti possint, & filios generare. Cæterum quamuis id quod contendit Nicolaus ex 6. Synodo non colligatur, hoc certum esse debet, tempore ipsius subdiaconatum sacrum Ordinem fuisse cum voto continentiæ, in primitiua vero Ecclesia non item, neque votum castitatis annexum tunc habuisse, id enim expressè testatur Nicolaus II. atque inde manifeste conuincitur; nam quamuis tempore primitiuæ Ecclesiæ legamus presbyteris, & diaconis in Matrimonio antea contracto continentiam præceptam fuisse, tamen de subdiaconis multo post tempore id statutum legimus; nisi velimus, id, quod de diaconis definitum fuit, de subdiaconis etiam intelligi, vt contendit noster Turrianus libro citato, quod sane cum decreto Nicolai II. constare non potest: nam si sub nomine diaconorum subdiaconi essent intelligendi, verum non esset, quod ait Nicolaus, & Innocentius III. probat, à tempore primitiuæ Ecclesiæ subdiaconatum Ordinem sacrum non fuisse. Quocirca & hinc multo melius eiusdem Turriani sententia de continentia huic Ordini iure Diuino annexa hoc testimonio Nicolai, & Innocentij III. confutatur; nam cum ipsi testentur, aliquando huic Ordini non fuisse coniunctam continentiam, idque seruatum fuisse tempore Ecclesiæ primitiuæ, consequitur, huic Ordini iure Diuino annexam non esse: quis enim credat, eo tempore, cum legum maximè Diuinarum obseruantia in Ecclesia plurimùm vigebat,

Innocentius. Vrbanus. Textus Synodi. Subdiaconatus in primitiua Ecclesia sacer Ordo, non est habitus, neque illi castitas annexa. Nicolaus. Turrianus. Innocentius.

vigebat, tranſgreſſionem huius legis omni in vniuerſum nationi impune fuiſſe permiſſam.

Acuo tempore in Eccleſia Latina conſtitutio ſubdiaconatui ánecticœperit

Cæterùm, quia de continentia ſubdiaconorum in Eccleſia ſolum Latina agimus: nam de continentia eorũ, & aliorum ſacrorũ hominum in Eccleſia Greca ſatis ſuperque iam dictum eſt, ideò, quoad fieri poteſt, oſtendamus à quo tempore ſubdiaconi ex præcepto Eccleſiæ Latinæ continentiam ſeruare cœperint. Enumerauimus autem decreta, in quibus id ſtatutum videtur, incipientes ab antiquiori; tametſi certò & definite nobis non conſtet de initio, quo primùm hęc lex continentiæ lata fuerit. Et primò quidem in noſtra Hiſpania hæc lex continentiæ cœpiſſe videtur, videlicet in Concilio Illiberitano, quod ante Niceenum Hiſpani credimus fuiſſe celebratum; nam canone 33. pro ſubdiaconis, ſicut pro diaconis, & presbyteris continentia præcipitur. Verba canonis habes capite 2. huius diſput. Poſtea vſque ad tempora Concilij Arelatenſis, & Syricij Papæ in decretis Conciliorum, & Pontificum nihil de hac re lego; nam quod in Synodo Romana ſtatutum fuit circa ſubdiaconos, non de Matrimonio antea contracto, ſed poſt Ordinem contrahendo intelligitur, vt infra dicemus. Syricius autem Papa epiſtola 1. cap. 7. Patres etiam Concilij Arelatenſis 2. canone 2. & 3. loquentes de continentia ſacris hominibus præcepta, ſolum dicunt, ſacerdotibus, & leuitis hanc legem impoſitam eſſe. Quibus verbis denotare videntur, hos ſolum, & non ſubdiaconos hac lege eo tempore fuiſſe obligatos, ac proinde legem continentiæ pro ſubdiaconis latam in Concilio Illiberitano, aut in vniuerſa Eccleſia Latina nõ fuiſſe admiſſam, aut certè cõſuetudine cõtraria iam fuiſſe abrogatã, quorũ vtrũq; mihi difficile non parum videtur. Quocirca puto, Syricium, & Patres Concilij Arelatẽſis per leuitas ſubdiaconos intelligere. Eo autem tempore ſubdiaconos in Eccleſia cõtinentiam ex voto iam obſeruare conſueuiſſe, mihi perſuaſum habeo, quia cum antea in Concilio Niceno actum eſt de lege continentiæ ferenda, iam celebratum fuerat Cõcilium Illiberitanũ, & Oſius, qui præerat Niceno, ſicut mihi probabile fit, pro ſubdiaconis etiãhanc legẽ in totã Græciã introducere voluit ſicut erat in Hiſpania lata: ad hoc autẽ ſupponere deberet in tota Latina Eccleſia tũc ſic obſeruari cõſueuiſſe, alioquin morẽ vnius tantũ prouintiæ toti generali Concilio pro Eccleſia etiam Græca probandũ non proponeret. Fateor quidem, Socratem in ſua hiſtoria, cum agit de propoſitione huius legis ferendæ, ſolum mentionem facere de Epiſcopis, presbyteris, & diaconis, ſed diaconorũ nomine ſubdiaconos etiam intellexiſſe videtur, vt ex coniecturis, quas diximus, colligitur, quas tamen neque ſimiles habemus, vt in primitiua Eccleſia, cum ſermo eſt de lege continentiæ pro diaconis, per diaconos ſubdiaconos etiam intelligamus; quin potius vrgens eſt argumentum deſumptum ex decreto Nicolai Secundi, & Innocentij Tertij, vt oppoſitum credamus.

Cõcil. Illib

Syricius Pap. Synod. Rom

Cõcil. Nicenum.

Socrates.

Cæterùm poſt hęc ſæcula tempore Auguſtini in Concilio ſexto Affricano, cui ipſe interfuit, canone 28. qui nunc habetur apud Balſamonem in commentarijs canonum Sanctorum, lex continentiæ lata fuit etiam pro ſubdiaconis, cum tamen in alijs Concilijs Carthaginenſibus, vt in Concilio quinto canone tertio, & refertur canone, *De quorundam*, diſtinctione 84. & in Concil. 2. canone 2. nulla de ſubdiaconis mentio fiat, ſed de diaconis. Ob eaſdem tamen rationes, quibus ſupra probaui, Siricum Papam, & Concilium Arelatenſe nomine diaconorum ſubdiaconos etiam denotaſſe: idem de his Concilijs Carthaginenſibus exiſtimo dicendum, eoquòd celebrata fuerint poſt Niceenum, & Illiberitanum. Iam vero poſt hæc Leo Primus in epiſtola 84. quæ eſt ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem, alias 82. capite quarto, expreſſè refert legem continentię in Eccleſia Latina pro ſubdiaconis, non vt tunc ab eo latam, ſed vt antiquiorem. Quocirca non mirum ſi à tempore dicto hæc lex in Eccleſia Latina cœpiſſet, cum nullam aliam originem illius legamus. Gregorius etiam Magnus libro primo epiſtolarum epiſtola 42. & refertur canone, *Ante triennium*, trigeſima prima diſtinctione, & libro tertio, epiſtola trigeſima quarta, & refertur canone, *Multorum*, vigeſima ſeptima, quęſtione ſecunda: eandem legem pro Eccleſia Latina plane vt antiquiorem ſupponit antea latam, & ſeruatam, & præcipit, vt in Sicilia recipiatur; nam in ea moribus recepta non erat, eoquòd more Græcorum, quod attinet ad diaconos, nuberent. Huius etiam legis meminit Hugo de ſancto Victore, vt vidimus ſupra diſputat. 247. capite 6. Quare Patres Trullani canone decimo tertio ſextæ Synodi, referentes legem Latinæ Eccleſiæ pro ſacris hominibus, & nullam mentionem de ea pro ſubdiaconis facientes, ſine dubio nomine diaconorum ſubdiaconos etiam intellexerunt; nam à tempore Leonis I. ſine dubio ea lex ita

Augustinus.

Balsamon.

Leo 1.

Greg. Mag.

Pat. Trul.

Hug. de S. Vict.

vniuer-

vniuerſalis fuit, vt ſubdiaconos etiam obligaret, ſicut ex dictis conſtat. Mitto nunc decretum Calixti Papæ II, canone, *Presbyteris*, 27. diſt. eoquòd recentior fuit tempore Lotharij III. Imperatoris, & in eo canone ſolùm prohibentur ſubdiaconi, poſt Ordinationem contrahere Matrimonium, quem canonem putauit Albertus Pighius controuerſia 15. §. *Presbyteris*, eſſe Calixti I. multo antiquioris, cuius etiam authoritate ductus Sotus in 7. de iuſtitia, quæſt. 6. art. 2. poſt quartam concluſionem, in eodem Calixto deceptus eſt. Neque obſtat, quod hic Pontifex paulò ante tempus, in quo Gratianus ſcripſit, fuerit, ipſe verò ſoleat tàtum antiquorum Pontificum canones referre: nihil enim obſtat, quominus & hunc canonem etiam referre voluerit. Adde, quod vt emendatores decreti notarunt, in codice Vaticano hic canon inuentus eſt in fragmento cuiuſdam Concilij ad Vrbano II. habiti, cap. 2. Vrbanus autem II. aliquanto antiquior fuit Gratiano, & quod maius eſt, idem Gratianus refert canonem Innocentij II. in Concilio Romano. 27. quæſt. 1. canone, *vt lex*, qui tamen Innocentius II. fuit poſt Calixtum II. quinque annis.

Calixtus 2.

Albert. Pighius.

Sotus.

Vrbanus.

Gratianus.

Innocentius.

Vtrùm ſacris hominibus interdictum ſit iure diuino, an Eccleſiaſtico, poſt ſacros Ordines Matrimonia contrahere? Diſput. 249.

Diuina lege vetitum eſſe ſacris hominibus ad Matrimonia poſt Ordines tranſire, Turrianus & alij variè ſenſerunt. Cap. 1.

Qui nam Apoſtoli vxores habuerint, & quo pacto eis vſi fuerint. Cap. 8.

Diuina lege vetitum eſſe ſacris hominibus ad Matrimonia poſt Ordines tranſire, Turrianus, & alij variè ſenſerunt.

CAPVT I.

QVAMVIS in precedenti controuerſia de vſu vxorum ex Matrimonio ante Ordines contracto, ſolus Franciſcus Turrianus docuerit, legè continentiæ ſacrorum hominum Diuinam, & non tantum Eccleſiaſticam eſſe; tamen, quod ſpectat ad contrahendum Matrimonium poſt Ordines, & eo vtendum, non ipſe ſolus, ſed alij etiam cum eo idem exiſtimarunt, videlicet legè Diuina, & non tantum Eccleſiaſtica ſacros homines ita à Matrimonio, & vſu illius arceri, vt poſt Ordines ſuſceptos, neque illud contrahere, neque in eo vxoribus vti poſſint. Quam quidem ſententiam prius quidem docuerat Iodocus Clictouçus Doctor Pariſienſis lib. de continentia cap. 13. quem ego non legi, niſi ab alijs citatum, neque mirandum eſt; nam vt refert Maior in 4. diſtin. 24. quæſt. 2. in principio, quæſtio hæc paucis ante annis in facultate Pariſienſi fuerat examinata, & maior pars Theologorum illius temporis, & plurium ſententia eò inclinauit, vt id iure Diuino ſacris hominibus vetitum eſſet, non quidem ratione voti in ſacris Ordinibus emiſſi, ſed ratione ſtatus Eccleſiaſtici; quibus etiam conſenſiſſe videtur ipſe Maior in prædicta quæſtione, tametſi §. *Ecce paruulus*, dicat, ſe non ita perſtare in hac ſententia, vt exiſtimet, ob nullam ſpiritualem vtilitatem Reipublicæ licere cum vllo ſacerdote diſpenſare, vt Matrimonium contrahat: tametſi prius dixiſſet, conſtituto ſemel, quod hæc lex Diuina eſſet, fieri non poſſe, vt per diſpenſationem Pontificis alicui ſacerdoti licentia concedatur ducendi vxorem. Fortaſsis probabilius putauit aſſerere, legem quidem Diuinam eſſe, tamen quia oppoſitum quoque probabile eſſet, ideò diſpenſationi locum eſſe. His omnibus conſenſit poſtea Michael Medina lib. 2.

Iure Diuino vetitum eſſe poſt Ordines ſuſceptis Matrimonium contrahere, & illo vti ſenſerunt aliqui Clictouens. Maior.

Medina.

Respondetur argumentis contra continentiam ſacrorum hominum in vniuerſum. Cap. 6.

Satisfit argumentis Philippi Melanchthonis, & Centuriatorum contra eandem continentiam ſacrorum hominum. Cap. 7.

lib. 2. de continentia capite 7. exiſtimans non ſolum ratione voti, ſed ratione ſui ſtatum ſacrorum hominum iure Diuino pugnare cum vſu Matrimonij poſt Ordines ipſos contracti: ex quo exiſtimare quoque debet, ipſum Matrimonium ſic contractum irritum eſſe, quamuis id expreſſe nó affirmet. Neque vero hanc ſententiam ipſe, & Turrianus de ſacerdotibus & diaconis, ſed etiam de ſubdiaconis tradunt. Pariſienſes autem non explicant vtrum de ſacerdotibus tantum, an de diaconis, & ſubdiaconis etiam ſit intelligenda.

4

Cæterum noſter Turrianus non alijs teſtimonijs eam confirmat, niſi ijs quibus diſput. 247. capite 2. in vniuerſum probare voluit, ſacros homines iure Diuino continentiæ teneri, vt neque in Matrimonio ante Ordines contracto vxoribus vti poſſint; quocirca ea hoc loco repetere opus non eſt: nam eodē modo in præſenti diſſolui debent. Verum cū Michael Medina de continentia ſacrorum hominum in Matrimonio ante Ordines inito aliter ſentiat quam Turrianus vt diſputatione citata cap. primo vidimus, & de continentia ſeruanda à ſacris hominibus pro Matrimonio poſt Ordines non contrahendo in eadem cum ipſo ſententia ſit, proprijs rationibus ex teſtimonijs Scripturæ, & Patrum petitis, hanc partem ſpeciatim capitibus ſequentibus ſuadere contendit, quas in præſentē recenſebo.

Prima ratio ideprompta eſt ex teſtimonio Pauli 1. ad Timoth. 3. vbi Paulus præcipit, vt Epiſcopus ſit vnius tantum vxoris vir, idemque ſtatuit paulò inferius de diaconis, & ad Titum 1. hoc ipſum de presbyteris definiti; ex quo ſequitur (inquit Medina) iterum eos coniugium, & Matrimonium poſt Ordines contrahere non poſſe. Cumque hoc præceptum (vt ipſe putat) etiam hæreticis conſentientibus, ſit ex Chriſti doctrina, & conſtitutione, colligit, hos omnes miniſtros altaris iure Diuino ita obligari, vt poſt Ordines Matrimonia inire, & illis vti nó poſſent. Secunda ratio ducitur à Medina ex 26. canone Apoſtolorum aliàs 25. aut 27. vbi dicitur: *Innuptijs autem, qui ad clerum promoti ſunt, præcipimus, vt ſi voluerint, vxores accipiant, ſed lectores, cantoreſque tantummodo.* Quem canonem recipiunt, & renouant Patres Trullani in ſexta Synodo canone 6. vbi nullis alijs miniſtris Eccleſię niſi lectoribus, & cantoribus permittitur, poſt Ordines Matrimonia cō trahere, ſicut explicat ibidē Balſamon. Tertio confirmat Michael Med. quia in Synodo Neocæſarienſi, quæ teſte Balſamone on nea Synodos Orientis, & Occidentis antēceſſit, canone primo ſtatuitur, vt presbyter, qui vxorē duxerit, videl cet poſt Ordines, ab Ordine deponantur. Idem prohibetur presbyteris ſub eadem pœna in Concilio Romano ſub Syluestro canone 19. Adde etiam canonem 8. in quo idem pro ſubdiaconis ſtatuitur, quam nisi ibi pœna non aſsignetur. Hinc autem arguit Michael Medina in hunc modum, cum eo tempore liceret ante Ordines Matrimonia contrahere, & eorum vſus poſt Ordines ſuſceptos vetitus non eſſet non ab humana aliqua conſtitutione, ſed Diuina prędictā legē profectam exiſtimare debemus: nam Patres illi neminem tam graui pœna punirent propter ſolam humanę legis tranſgreſsionem.

Quadrimo 3.

Ad Titum 1.

Teſtimonijs ſcripturę & Cōciliorū prædicta ſententia probatur.

Medina.

5

Synod Neocæſarienſis. Balſamon.

Quarto probat, quia in Concilio Aurelianenſi 3. canone 7. idem prohibetur ſub pœna excōmunicationis: prohibuerat autem antea (inquit Michael) idem Concilium canone primo (dicere autem debuit ſecundo) vt ij, qui in Matrimonio fuerant ad ſacros Ordines promoti, ſi caſtitatem cum vxoribus, & continentiam non ſeruarēt, laica communione contenti eſſent, & ab Ordine proprio caderent; maior autem eſt pœna excommunicationis impoſita ijs, qui poſt Ordines ſuſceptos Matrimonia contrahunt: ergo ſignum eſt, hoc eſſe maius peccatum, ac proinde contra ius Diuinum, cum aliud prius ſit tantum contra ius Eccleſiaſticum: nam eo ſeculo excommunicationis ſententia, non niſi in eas culpas, quæ contra ius Diuinum erant, ferebatur.

Concil. Aurelianenſe.

Quinto quia in Concilio Toletano capite quinto contra ſacerdotes, miniſtros, qui eo tempore poſt Ordines vxores ducebant grauis pœna ſtatuitur, eo quod dixerint Patres Toletani, huiuſmodi peccatum eſſe contra literas, & Patrum conſtitutiones. Et cap. 7. idem ſtatuitur circa eos, qui metu aliquo, vel aliqua inſtante neceſsitate ordinati ſunt: vtuntur autem Patres exemplo calicis, & vaſis conſecrati, vt quemadmodum ab eo tolli non poſt conſecratio, & ideo prophanis vſibus deſeruire non permittitur, ita etiam ſacri homines Ordinatione ſua interdicti ſint ad Matrimonium contrahendū, & tali Matrimonio vti: quod quidem, inquit Medina, indicium eſt, non ex iure Eccleſiaſtico, ſed ex ipſa Ordinum inſtitutione proficiſci, vt ſic ordinati ad Matrimonium tranſire non poſsint, ſicut ex ipſa benedictione vaſis, vt ad alios vſus deſeruire nequeat. Conſulto autem prætermitto plura alia teſtimonia Pontificum, & Patrum, quæ congeſsit idem Michael Medina lib. illo 2. de continentia

Concil. Tol.

7

tinentia, capite decimo, & vndecimo, eodem namque modo ſicut, & præcedentia explicari poſſunt, nihilque prorſus momenti pro hac ſententia habere, manifeſtum eſt.

7 Id ſolum in confirmationem illius addere placuit, quod cum in vtraque Eccleſia, tam Græca, quam Latina, hæc conſuetudo conſtanti traditione ſeruata fuerit, vt nullus poſt ſacram Ordinationem ad Matrimonia tranſire poſsit, videtur ſane id non tam ex Eccleſiaſtico, quam ex Diuino iure dimanaſſe.

Poſt Sacram Ordinationem Matrimonium contrahere, iure tantum Eccleſiaſtico, viris ſacris interdictum eſſe vera, & conſentaneæ teſtimonijs Patrum, ſententia eſt.

CAPVT II.

NEGARE certe non poſſumus, à tempore Apoſtolorum, vt in fine præcedētis capitis docebamus, vſque in præſens, tam Græcis, quam à Latinis, abſque vlla interminſione id ſeruatum eſſe, vt nullus ſacerdos, aut Epiſcopus poſt Ordinem ad Matrimonia tranſire poſsit. Verum id non tantum diaconis, & ſubdiaconis, ſed etiam Epiſcopis, & presbyteris ſolo iure Eccleſiaſtico vetitum eſſe, probabilior opinio Scholæ fert, quam in hoc capite manifeſte confirmabo. Neque vero id ſolum intelligo de

8 ijs, qui ante Ordinationem nullum Matrimonium contraxerant, ſed etiam, qui poſt prius Matrimonium ad Ordines fuere promoti, vt aliud deinde inire Matrimonium, & eo vti hoc ſolo iure Eccleſiaſtico, non Diuino prohibeantur. Hanc ſententiam de omnibus ſacris hominibus abſolute, & abſque limitatione vlla ex Scholaſ expreſſe tradiderunt Doctores antiqui, & cum eis Almainus, Syluester, Viguerius, Sotus, Bellarminus, diſput. 247. cap. 3. à nobis allegati, qui non ſolum loquuntur de continētia clericorū in Matrimonio ante Ordines contracto ſeruanda, ſed etiā ne Matrimoniū poſt Ordines cōtrahatur. Quibus etiā addere poſſumus Claudium Spenceum ibidem citatum, eo quod de præcepto continentiæ ſacrorum virorum eodem modo, nulla facta diſtinctione, Eccleſiaſticum eſſe ſentiat. Demum Caietanus tomo primo opuſculorum, titulo vigeſimo ſeptimo in principio, 9 vbi ſolum loquitur de poteſtate ſacrorum virorum ad contrahendum Matrimonium, hanc ſententiam expreſſe tradidit.

Almainus. Syluester. Viguerius. Sotus. Bellarmin. Claudius.

Iam vero primum probatur ratione ductā ex canone nono, aliàs vigeſimo Concilij Ancyrani, quem pro hac opinione allegat Caietanus ex canone *Diaconi* vigeſima octaua diſtinctione: vbi ſic dicitur: *Diaconi quicumque ordinantur, ſi in ipſa Ordinatione proteſtati ſunt, & dixerunt velle ſe coniugio copulari, quia ſic manere non poſſunt, ſi poſt modum vxores duxerint, in miniſterio maneant, propterea quod eis Epiſcopus licentiam dederit. Quicumque ſane tacuerint, & ſuſceperint manus impoſitionem profeſſi continentiam, & poſtea nuptijs obligati ſunt, à miniſterio ceſſare debent.* Nam cum Patres in hoc Concilio permiſſerint in aliquo caſu diaconos, & ſubdiaconos poſt Ordinationem Matrimonia contrahere, conſequitur plane eos ſenſiſſe, his ſacris hominibus ipſa inſtitutione Chriſti, & natura Ordinationis interdictum non eſſe poſt Ordinationem Matrimonia contrahere, alioquin hi Patres turpiter plane lapſi eſſent. Quodſi eo ſeculo nulla huiuſmodi Diuini præcepti notitia habebatur, incredibile ſane eſt, illud à Chriſto fuiſſe inſtitutum.

Vera ſententia teſtimonio Cōcil. Ancyrani adſtruitur.

Reſpondet tamen noſter Turrianus libro ſecundo de dogmatibus characterici, §. *Ad hæc obijcient*, duobus modis: primum quidem Synodos Prouinciales eſſe, & fuiſſe ſemper ſubiectas Sedis Apoſtolicæ retractationi, ſi quid in eis cum veritate, aut Diuina, aut Eccleſiaſtica lege diſcrepet, quale eſt hoc. Verum quamuis negare non poſsimus Prouincialia Concilia ante Pontificis confirmationem errare poſſe, tamen vt id de aliquo affirmare ſine temeritate poſſimus, firmioribus ſane fundamentis niti debemus, quam Turrianus. Et quamuis hoc Concilium faceret facultatem viris ſacris contra præcepta vniuerſalium Conciliorum, ac proinde eius decretum in hac parte obſeruandum non eſſet, tamen indubitatum nobis eſſe debet, Patres illius Concilij, quorum autoritas, & ſcientia contemnenda non eſt, illud pro comperto habuiſſe, non eſſe contra ius Diuinum, & ipſorum Ordinum ſacrorum inſtitutionem, poſt Ordinationē ſacram ad Matrimonium trāſire. Recipitur autem hoc Concilium, &

Effugium Turriani

10

approbatur à Patribus sextæ Synodi in Trullo congregatis, canone secundo, & aliqui Episcopi, qui huic Synodo interfuere ad Nicænum quoque conuenerunt. Adde quod cum hoc Concilium celebratum sit ante Nicænum tempore Marcelini Papæ, & in Concilio Nicæno Patres noluerint legem continentiæ in Matrimonio ante Ordinationē contracto ferre, vt vidimus disp. 147. cap. 4. mirum non est, si eo tempore hæc etiam lex in tota Græcia recepta fuerit, præsertim, cum nulla appareret tunc lex Concilij generalis contraria, contra quam hic canō vim habere non possit. Deinde respōdet Turrianus ibidem, benigne explicans prædictum canonem Concilij Ancyrani: inquit igitur, Concilium non habuisse ratum coniugium à diaconis, & subdiaconis in eo casu contractum, nec liberam facultatem eis concessisse illud contrahendi, & in Matrimonio sic contracto vxore vtendi, sed hoc tātum, vt ordinatus, qui sic ex licentia Episcopi contraheret, de gradu suo, & Ordine non moueretur, sed post eiusmodi nuptias in eo permaneret: ita tamen vt vxore sua minime vteretur, sic enim (inquit) iustum est de Concilio sentire.

Reijcitur. Concil. Trull. Conc. Nicæn. 13

Cæterum, quamuis Concilium in eo canone solum dicat, eiusmodi sacros homines sic contrahentes, de gradu suo remouendos non esse: tamen manifeste conuinci potest, vsum Matrimonij sic contracti Concilium eis concedere voluisse, ac proinde eos non peccasse: non enim dicit Concilium, vt ij, qui protestati essent tempore Ordinationis, se continere non posse, & de licentia Episcopi sub hac conditione, vt possent contrahere, ordinati essent, de suo Ordine non mouerentur, quamuis id aliàs peccatum esset: nam si Concilium hoc vellet tantum permittere tamquam malū, crederet sane, Episcopos sic ordinantes diaconos, & licentiam ad Matrimonia concedentes, grauiter peccare: quo circa id prius Episcopis prohiberet. Et quamuis sic ordinatos impune toleraret, ipsos tamen Episcopos acriter puniret, quòd ministros habentes propositum contra leges Ecclesiasticas, & Diuinam ordinarent. Atqui neque Episcopis eiusmodi Ordinationem prohibet, neque sic ordinatos punit: ergo Concilium non voluit id tamquam malum permittere. Adde, quod Concilium id etiam ex se vere concesserit, vt qui cum ea protestatione ordinarentur, ab Ordine non remouerentur, neque vllam pœnam incurrerent. Quod quidem nulla ratione concederet, si peccatum contra ius Diuinum, aut leges Ecclesiasticas, quibus derogatum non esset, aut derogari non posset, esse existimaret. 14

Porro Michael Medina, libro secundo de continentia, capite decimo quarto sub finem, hunc canonem reijcit, & contemnit, ductus autoritate Balsamonis, in commentario illius: nos autem non contendimus nunc seruandum esse, cum videamus, plura alia decreta Conciliorum contraria moribus Ecclesiæ recepta esse, & seruari: & hac sola ratione à Balsamone reijcitur; non tamen quòd huiusmodi lex ab initio contra ius Diuinum esset, vt contendit Medina. Nec Balsamon, aut alius prudens Theologus facile credat, tot Patres in Concilio Ancyrano congregatos contra ius Diuinum canonem tulisse. Adde etiam quòd, vt refert Balsamon ibidem, tempore Leonis Imperatoris consuetūdine receptum erat, vt sacri viri intra biennium potestatem haberent coniugia ineundi, quam ipse Leo in illa sua constitutione abrogauit, & penitus extinxit: fuisse autem iniquam hanc consuetudinem, non asserit Balsamon. Illud tamen valde mirandum est, quod cum Michael Medina loco citato, sicut noster Turrianus reijciat prædictum canonem, certe non alia de causa, nisi quia contra ius Diuinum latum esse credat, deinde capite decimo octauo eiusdem libri non vereatur eiusdem testimonio vti, ad probandum vetitum non esse iure Diuino sacris hominibus vti coniugio ante Ordines contracto; nam cum hic canon non intelligatur de vsu coniugij ante Ordines contracti, neque ad illum licentiam præbeat, sed de contrahendo Matrimonio post Ordines, & illo vtendo, in quo putat Medina, etiam iuri Diuino aduersari: quo pacto, quæso, eius autoritate suam sententiam de vsu Matrimonij contracti ante Ordines confirmare non veretur? Bene quidem video, ex vsu licito Matrimonij contracti post Ordines, recte probari, licitum esse vsum Matrimonij antea contracti: tamen, cum Medina censeat, non licere vti Matrimonio contracto post Ordinationem, & canonem Ancyranum ea in parte aduersari iuri Diuino, nullum inde ipse argumentum desumere potuit. Medina. Balsamon. 15 16

Alij vero ex his Recentioribus qui sua scripta prælo mandarunt, alio modo prædictum locū interpretātur. Respōdēt igitur, Concilium

Concilium in eo canone loquì de ijs, quì proteſtati fuerint, non quidem ſe velle poſtea vxores ducere, ſed ſe velle vti vxoribus ante Ordinationem ductis. Hoc tamen reſponſum ex verbis canonis manifeſtè refellitur, dicitur enim de his: *Si poſtmodum vxores duxerint in miniſterio maneant*, ſecundum aliam vero tranſlationem, *Hi poſteaſi ad nuptias venerint, maneant in miniſterio*, &c. Venire autem ad nuptias, & ducere vxores, non eſt vti vxoribus antea ductis, ſed tunc eas ducere. De proteſtatione autem eorum dicitur: *Si in ipſa Ordinatione proteſtati ſunt, & dixerint velle ſe coniugio copulari*, & ſecundum aliam tranſlationē: *Velle ſe habere vxores*, ſecundum autem tertiam: *Oportere ſe vxores ducere*, quod quidem quis intelligat de vſu vxorum, cum quibus iam antea contraxerant? Demum Archidiaconus, & Ioannes à Turrecremata, & Geminianus, in prædictum canonem ita eum intelligunt, vt ſi diaconi eo modo contraherent, id ſolum facto non iure facerent: ſed quia facta illa proteſtatione Ordinantur, ſeparandos fuiſſe ab vxoribus, non tamen puniendos pœna ſuſpenſionis, quia priùs ipſi id proteſtati fuiſſent. Verum, cum in eo canone nulla fiat mentio ſeparationis ab vxoribus, ſine fundamento prædicti Doctores ſuſpicati ſunt, illud Matrimonium facto non iure contrahi potuiſſe, & nullum fuiſſe. Accedit, quod ſicut ſupra dicebamus, nulla hic ordinatis pœna depoſitionis, aut alterius rationis à Concilio imponeretur, ſi autē illud peccatū eſſet, Epiſcopis ſaltem non leuem, ſed grauiſſimam imponeret.

Aliorum expoſitio non congruit verbis Concilij.

Archidiac. Turrecremata. Geminian.

Huic canoni Concilij Ancyrani addere poſſumus illum Concilij Triburienſis, quem citat Petrus Damianus, in epiſtola ad Cumbertum Epiſcopum Taurinenſem, vt ex Turriano commemorauimus diſput. 247. capite ſecundo in duodecimo teſtimonio pro ſententia ipſius Turriani, nunc autem in Concilio Triburienſi, quod habemus, non inuenio, nam in eo concedebatur facultas promotis ad ſacrum Eccleſiaſticū Ordinem ineundi poſtea coniugia: de quibus autem miniſtris Eccleſiaſticis intelligeretur, mihi non conſtat. Hunc igitur canonem Ancyrano etiam addere poſſumus, vt noſtram ſententiam confirmemus. Quamuis enim illum nolit recipere Damianus, eo quod decretis Romanorum Pontificum, vt ipſe ait, non concordet, quod attinet ad legē, & hac ſola ratione à Damiano nō recipiatur; tamē quod attinet ad doctrinā, nulli definitioni Pontificū, aut Romanæ Eccleſiæ, aut alterius Concilij aduerſatur. Quod igitur attinet ad legem, plane quidem eſt contra leges Pontificum, & aliorum Concilium, quibus ſacris hominibus expreſſe interdicitur Matrimonia contrahere, & alijs etiam quibus prohibetur, Matrimonijs antea contractis vti: in quo non opus eſt, vt decreta Conciliorum concordent, quia vnum Concilium contra legem, & mores alterius recte decernere poteſt, prout viderit expedire. Quo modo autem lex vnius vim habeat contra legem alterius, vt eam abroget, non eſt huius loci tractare, & ex his, quæ diximus in tractatu de legibus pendet, & hoc tantummodo Triburienſe Concilium videtur non cōcordaſſe cū alijs Cōcilijs Eccleſiæ Latinæ, & decretis Pontificum: at in doctrina nihil omnino contrarium docuit. Cum enim tulit huiuſmodi legem, ſolum ſenſit non eſſe iure Diuino vetitum ſacris hominibus Matrimonia contrahere poſt Ordinationem, alioquin prædictum canonem non ferret. In hoc autem, quod quidem ad doctrinam ſpectat, nullius Concilij, aut Pontificis definitioni aduerſatur, nec hac ratione à Damiano eius definitio reijcitur: nos autem hinc ſolum volumus noſtram confirmare ſententiam.

Cōcil. Lib. Damianus.

Eadem vera ſententia ratione, confirmatur, & probatur.

CAPVT III.

DEINDE Hæc ſententia duabus rationibus confirmari poteſt, quarum prior eſt: ſi iure Diuino vetitum eſſet ſacris hominibus, poſt Ordinationem Matrimonia contrahere, & illis vti, id non proueniret ex voto, quia vt dicebamus ſupra diſput. 247. cap. 3. nulla lex Diuina ad hoc obligat, vt votum emittamus; ſed hoc ex facto noſtro pendet: ac proinde ius Diuinum ex ſe abſque voto prohiberet vti coniugio poſt Ordines contracto, & eius obligatio eſſet in materia Religionis: ita vt tranſgreſsio ipſius eſſet peccatum in genere ſacrilegij, ſpecie diuerſum à tranſgreſsione voti, vt probauimus loco citato. Quo circa, ſi quis poſt Ordinationem contraheret Matrimonium,

Prima ratio veræ ſententiæ.

& vxore ſic ducta vteretur, duplici peccato ſacrilegij peccaret; altero contra ius Diuinum annexum inſtitutioni Ordinis, altero contra votum, quod tamen nullus hactenus conceſsit.

Secunda ab inconueniente.

Altera ratio eſt deducta ab abſurdo, quia ſi iure Diuino ratione inſtitutionis, & non ſola ratione voti ſacri homines non poſſent poſt Ordinationem contrahere Matrimoniũ, & eo vti, ſequeretur, non poſſe vlla de cauſa ſummũ Pontificem cum ſacerdote diſpenſare, vt Matrimonium contrahat, & eo vtatur, quod tamen eſt abſurdum, & contra id quod paſsim fieri videmus. Qua quidem ratione conuictus Ioannes Maior loco citato, expreſſe dixit, ſe non ita eſſe addictum opinioni Pariſienſium, qui dicebant, ſacros homines iure Diuino non poſſe Matrimoniũ poſt Ordinationem contrahere, vt exiſtimaret, non poſſe ſummum Pontificem vlla de cauſa eis licentiam concedere, vt Matrimonium contrahant, & eo vtantur. Porro autem hoc abſurdum ex oppoſita ſententia conſequi, manifeſtum eſt, quia ſummus Pontifex non poteſt vlla de cauſa per diſpenſationem iuris Diuini obligationem ex parte relaxare, vt omnibus in confeſſo eſt. Et quidẽ ſi iure Diuino id vetitum eſſet, eodem iure vlla de cauſa minime decens eſſet Matrimonia ſic cõtrahere, & illis vti, ac proinde neque ex cõceſsione ſũmi Pontificis id fieri poſſet: neque enim ipſe efficere poſſet, vt decens eſſet, neque legem auferre, quam non poſuit. Neque obſtat quod ipſe dicatur in voto etiam ſolenni diſpenſare, & ita relaxare eius obligationem, vt quis poſtea Matrimonium cõtrahere poſsit: hoc enim non efficit relaxando ius Diuinum, quo vouentes teneantur ad ſeruãdum id, quod promiſerunt, ſed remittendo verbum promiſsionis factæ Deo, quo remiſſo obligatio voti tollitur è medio. Diſpenſatio quoque, quæ fit in diſſoluendo Matrimonio rato non conſummato, non fit auferendo, aut relaxando ex parte obligationem iuris naturalis, qua coniuges tenentur, vt maneãt in Matrimonio ſemel cõtracto, ſed diſſoluendo contractum ipſum, ex quo nata fuit obligatio iuris naturalis, ad quod credimus ſummum Pontificem poteſtatem à Deo habere: non autem ad relaxandum vllo modo etiam ex parte legem Diuinam, ſed de his fuſius ſuo loco.

Obiectio.

At dicat quis, quamuis ſummus Pontifex diſpenſare poſsit, vt ſacri homines poſt Ordinationẽ Matrimoniũ cõtrahãt, & eo vtantur: tamen non poſſe diſpenſare, & facultatem eis concedere, vt ſimul etiam in Ordine miniſtrent. Ita reſpondet Michael Medina, libro ſecundo de continentia, cap. 15. qui ita putat ſacrum Ordinem pugnare cum Matrimonio futuro, & vſu illius, vt nequeat ſimul quis in Ordine miniſtrare, & Matrimonio illo vti, & ita intelligenda videtur eius ſententia, quam eodem libro capite ſeptimo in fine pronunciauit, & nos in primo capite huius diſputationis retulimus. Verum hoc reſponſum futile eſt: nam quod ſummus Pontifex non diſpenſet in aliquo ſacris initiato, vt poſt Ordinationem Matrimonium contrahat, & eo vtatur, ratio eſt: quia quamuis ſummus Pontifex in lege Eccleſiaſtica poſsit diſpenſare: tamen id ſine cauſa rationi conſentanea efficere nequit: nulla autem ſubeſſe poteſt, vt permittat cum vſu Matrimonij ſacerdotem, aut alium miniſtrum altari deſeruire: & ideo in lege ex hac parte non diſpenſat: non tamen quia iure Diuino hęc duo inter ſe pugnent. Contra vero ipſa ratio poſtulare videtur, vt cum plures alij maneant ſacerdotes, & miniſtri, vel loco illius, in quo diſpenſatur, ordinari poſsint, ipſe ſimul cõiugio vtatur, & altari miniſtret contra communem Eccleſiæ Romanę vſum. Quod ſi iure Diuino, & ex ipſa Ordinis inſtitutione miniſtratio in Ordine ſacro cum vſu Matrimonij poſtea contracti repugnaret, iure etiã Diuino vetitum eſſet, id facere, quo neceſſarium impedimentum miniſterio ipſius Ordinis opponeretur: quis hoc non videat? ac proinde eo Diuino iure vetitum eſſet Matrimonium contrahere, cuius vſus fructus eſſet impedimentum neceſſarium ipſius Ordinis miniſterio. Ex quo etiam foret, vt Pontifex cum ordinatis diſpenſare non poſſet, vt Matrimonia contraherent, ex quorum vſu neceſſario ab exercicio Ordinis iure Diuino ceſſare deberent.

Medina.

Soluitur.

Summus Põtifex iuſtã ob cauſam diſpenſare poteſt, vt qui ordinatus eſt Matrimoniũ cõtrahat in illo ſtatu.

Accedit, quod ſi iure Diuino indecens iudicaretur, ſacros homines poſt Ordinationẽ Matrimonia contrahere, & illis vti, eorũ Matrimonia poſtea contracta irrita eſſent, non ex ſtatuto Eccleſiæ, ſed ex ipſo Diuino iure: nam ſi iure Diuino indecorum eſſet, ſacros viros poſtea contrahere, & vti Matrimonio, talis vſus Matrimonij ſemper indecens eſſet, ac proinde nullum ius ex Matrimonio ad vſum illius habere poſſent: hac enim ratione Matrimonium contractum cum filia nullum eſt iure naturali, quia patrem ad filiam accedere ſemper indecorum iudicatur, neque per contractum Matrimonij talis vſus decens reddi poteſt. Eſt autem contra communem

munem, & veram Scholæ opinionem Matrimonium poſt Ordinationem contractum iure Diuino irritum eſſe: ergo dici non poteſt, ſacros homines Diuina lege prohiberi poſt Ordines contrahere: cæterum non iure Diuino, ſed Eccleſiaſtico tantum irritum eſſe Matrimonium poſt Ordines contractum, Schoiaſtici omnes, tam ex Schola Scoti, quam Sancti Thomæ communiter docent, vt ſuo loco videbimus. Et quamuis Thomiſtæ non pauci præſertim ex Dominicana familia, ita de voto ſolenni Religionis philoſophentur, vt dicant, ſuapte natura, quatenus votum ſolenne ratione traditionis, quam dicunt eſſe ſolennitatem, cum Matrimonio pugnare: ac proinde ſuapte natura illud irritare, ſi poſtea fiat, quod tamen falſum eſſe oſtendimus 1. 2. diſputat. 165. capite ſeptimo; tamen de voto ſolenni ſacrorum virorum longe aliter ſentiunt, & plane docent, ſolo iure Eccleſiaſtico inhabiles eos reddere ad contrahendum. Quæ quidem cum ita ſint, & nullum firmum fundamentum habeamus, ſed valde futilia, & inania, vt aſſeramus iure Diuino interdictum eſſe ſacris hominibus, poſt Ordinationem contrahere, ſicut capite ſequente videbimus, non eſt quod à communi, & recepta in Scholis opinione cum paucis Recentioribus moueamur.

Schola D. Thomæ & Scoti procadé ſententia refertur.

25

Corollaria præcedentis doctrinæ.

CAPVT IIII.

CAETERVM, Vt eam exactius explicemus, ijs, quæ diximus aliqua notatione digna addẽda ſunt. Primum quidem eſt, prædictam ſententiam non ſolum intelligendam eſſe de ijs, qui inepti ad Ordines fuerunt promoti, ſed etiam de ijs, qui contracto prius Matrimonio ordinati ſunt, vt vtrique ſolo iure Eccleſiaſtico, non Diuino Matrimonia contrahere prohibeantur: nam quamuis is, qui ante Ordines Matrimonium contraxit, poſt Ordinationem contrahere, alia quoque ratione prohibitus ſit, nempe ne digamus fiat, quod Eccleſiaſtici Ordinis impedimentum eſt; tamen vtroque titulo ſolo iure Eccleſiaſtico prohibetur Matrimoniũ cõtrahere, ſiquidẽ impedimentum digamiæ, nõ ex Diuino iure, ſed ex Eccleſiaſtico procedit, tametſi Apoſtolus 2. ad Timotheum 3. hanc etiam legem digamiæ tulerit, cũ dixit Epiſcopum, & diaconum eligendum eſſe, vnius vxoris virum. Quamuis autem hoc ius Eccleſiaſticũ digamiæ, ſicut etiam lex de non contrahendo Matrimonio poſt Ordinationem, autoritate Eccleſiæ, aut conſuetudine abrogari poſsit, tamen exiſtimo Concilium Ancyranum, concedens facultatem diaconis, proteſtantibus tẽpore Ordinationis ſuæ, ſe non poſſe continere, eam non cõceſsiſſe ijs, qui ante Ordines Matrimonium contraxerunt, ſed antea nuptis: potius enim non admitteret eos ad Ordines, quã digamos aliquando eſſe pateretur. Hoc enim præceptum de digamis non admittendis, vſque in hodiernum diem in tota Eccleſia, tam Græca, quam Latina ſemper permanſit, & numquam abrogatum fuit, tametſi cum aliquibus circa illud diſpenſatum fuerit.

1. ad Timoth. 3.

Cõcil. Ancyran.

27

Secundo videndum eſt, vtrum ſemper vetitum fuerit Matrimonium poſt Ordinationem contrahere, & quidem, quod attinet ad præceptum, certum eſſe debet ab initio Eccleſiæ id vetitum fuiſſe, & ſolum tempore Ancyrani Concilij in Eccleſia Græca hoc præceptum ex parte ceſſaſſe, in Latina vero tempore Triburienſis, ſi verũ eſt, id quod ex Petro Damiano allegauimus capite precedente. Porro autem ab initio Eccleſiæ id fuiſſe interdictũ conſtat ex can. 27. alias 25. Apoſtolorum, vbi dicitur: *Innuptis autem, qui ad clerum promoti ſunt, præcipimus, vt ſi voluerint vxores accipiant, ſed lectores cantoreſque tantummodo*, vbi per lectores, & cantores aliqui intelligunt omnes promotos ad quoſcumque minores Ordines. Ego vero intelligerem inferiores lectoribus, quales erant oſtiarij, ita vt exorciſtis, & acolythis hæc facultas non concederetur: tametſi poſſent ante Ordinationẽ vxores ducere, & poſt Ordinationem illis vti, & ita intelligerem illud, *Tantummodo*, vel vocem *Solos*, quam alia tranſlatio habet. Poſtea in Concilo Romano ſub Syluestro canone octauo, ſubdiaconis tantum, ac proinde cæteris omnibus, in ſuperiori gradu conſtitutis prohibitum fuit poſt Ordinationem ad Matrimonium tranſire, ea certe de cauſa, quod in hoc Ordine fortaſsis canon Ancyrani tunc ſeruaretur circa eos, qui vſi fuiſſent proteſtatione, quam ſupra diximus, vel abſolute, vel certe quia abuſus aliquis in hac re cõtra antiquã legẽ irrepſiſſet. Idẽ expreſſe prohibitũ fuit presbyteris in eodẽ Cõcilio can. 19. atq; eadẽ de cauſa hoc preceptũ renouatũ fuit in omnibus Cõcilijs

Petr. Dam.

Poſt ſacrõs ordines Matrimoniũ contrahere ab initio Eccleſiæ prohibitum eſt.

Cõcil. Rom.

28

Cõcil. Anc.

allegatis in primo capite pro ſumma Medinæ, & denique in alijs decretis Pontificum, quæ ipſe citat loco ibidem ſignato, & nos conſulto prætermiſimus. Demum in ſexta Synodo in Trullo, canone ſexto, Græci Patres canonem illum Apoſtolorum omnino confirmarunt, & innouarunt: dico autem innouarunt, quia id, quod in Concilio Ancyrano conceſſum multo antea fuit, neſcio, an aliquo tempore in Eccleſia Græca etiam duraverit, quin potius ſuſpicor, aut illud nũquam receptum fuiſſe, aut parum ſane perſeueraſſe: renouati autem fuerunt antiqui canones, vt abuſus, qui irrepſerant, omnino tollerentur. Putant etiam Michael Medina lib. 2. de continentia capite nono, in eadem ſexto Synodo canone 16. eodem modo prohiberi ſacros homines poſt Ordinationem ad Matrimonia tranſire. Verum multo melius Balſamon canonem illum interpretatur de ijs, qui ante Ordinationem Matrimonia contrahebant ignoranter cum conſanguineis, quæ vocant Patres Trulliani illicitas nuptias, & poſtea ordinabantur. Præcipiunt autem, vt is, qui ſic contraxerit, dignus cathedra ſit, hoc eſt, ſedem cum alijs ſacerdotibus in choro retineat, populum tamen non benedicat: quod quidem recte explicat ibi Balſamon. Nobis autem illud ſufficiat contra Medinam, Patres Trullanos in eo canone, non agere de ſacris hominibus, qui poſt Ordinationem Matrimonia contraherent, de ijs enim egerant canone ſexto, prohibentes hæc Matrimonia: quo circa in hoc canone fruſtra iterum idem prohiberẽt. Adde quod hic canon latus fuit contra eos, qui ignoranter contraherent, hoc eſt, cum aliqua culpa ex ignorantia, quæ ſaltem præſumpta eſſet, ſacri autem homines non poterant peccare ex ignorãtia cõtrahentes poſt Ordinationem, vt liquet.

De num in Concilio tertio Carthaginẽſi, quod multo ante tempora ſextę Synodi celebratum eſt, canone 19. & refertur canone *Lectores*, 32. diſt. contra canonem Apoſtolorum ita ſtatuitur: *Placuit, vt lectores, cum ad annos pubertatis venerint, togantur, aut vxores ducere, aut continentiam profiteri*. Iuxta aliam vero lectionem, vt notauit Surius, ſic habet: *Vt lectores vſque ad annos pubertatis legant, deinceps autẽ niſi vxores cuſtodita pudicitia duxerint, aut continentiam profeſſi fuerint, legere non ſinantur*. Vbi facultas illa libera ducendi vxores conceſſa in canone illo Apoſtolorum, aliquo modo reſtricta fuit.

Tertio examinare oportet, vtrũ Matrimonium poſt Ordines ſacros contractum, ſicut ſure humano vetitum ab initio Eccleſiæ fuit, eodem etiam iure irritum fuerit, an non? Et quidem hoc tempore iure etiam Eccleſiaſtico irritum eſſe in Eccleſia Latina, manifeſtum eſt ex capite: *Quod votum*, quod vnicum eſt, *De voto, & voti redemptione*, in 6. Præterea hunc effectum non oriri ex natura voti, imo neque ex ſolennitate eius, quatenus ſolennitas eſt, ſed ex peculiari lege Eccleſiaſtica ſolenni voto iam annexa, ex ijs quæ. 1. 2. diſput. 165. capite 7. diximus, manifeſte colligere licet: nam neque natura voti, prout ex voluntate ſola vouẽtis eliciti, hanc vim habere poteſt, vt ibidem oſtẽdimus, neque ſolennitas ipſa ſecundum ſe conſiderata, cum hęc nihil aliud ſit, quam certa quædam cęremonia ab Eccleſia præſcripta, ſub qua votum emittitur: nimirum quod fiat, vel in ſuſceptione ſacri Ordinis, vel in profeſſione Religionis, quę poſſet vere permanere, etiam ſi Matrimonium ſubſequens irritum non fuerit. Adde etiam quod, vt ibidem diximus, hęc etiam vis irritandi Matrimonium votis ſimplicibus poſt biennium in Societate noſtra emiſsis, per Extrauagantem Gregorij XIII. quę incipit: *Aſcendente Domino*, conceſſa eſt, & tamen non ſunt effecta ſolennia, vt ibidem monſtrauimus. Porro autem non ſolum apud Latinos, ſed etiam apud Græcos, Matrimonium poſt Ordinationem ſacram initum nullum eſſe, ex Scholaſticis Doctoribus docent Paludanus in quarto diſtinct. 37. quęſt. prima, articul. primo concluſione quarta: & Sylueſter in ſumma verbo: *Matrimonium*, octauo quęſt. 12. dicto 6. ex quibus Paludanus non explicat, à quo tempore cęperit apud Græcos Matrimonium ſic poſt Ordinationem ſacram contractum, irritum, & nullum eſſe. Sylueſter vero cenſet à tempore Apoſtolorum, & vetitum fuiſſe, & nullum: ex quo ſequitur eadem omnino lege vetitum fuiſſe, & irritum. Citat autem Sylueſter ad hoc canonem: *Nicæna*, diſt. 31. deſumptũ ex hiſtoria de Paphnutio, apud Socratem lib. 2. hiſtoriæ tripartitæ cap. 14. & canonẽ: *Si quis eorum*. 32. diſtinct. deſumptum ex 6. Synodo generali in Trullo, canone ſexto, & canonem: *Cum in præterito*, 84. diſtinct. deſumptum ex canone ſecundo, Concilij ſecundi Carthaginenſis. Verum ex his canonibus id probari non poteſt: nam in canone Nicæna, ſolum refertur hiſtoria de Paphnutio, quo pacto ille reſtiterit Patribus Nicænis, ne legẽ ferrent, de continentia ſeruãda à ſacris hominibus in Matrimonio ante Ordinationẽ contracto, vt vidimus ſupra

Cicil. Trul.

69

Medina.

Balſamon.

Verior expoſitio prędicti canonis.

Cicil. Carth.

80

31

Matrimonium poſt ordines contractũ peculiari lege Eccleſiaſtica non voti ſolennitate in Eccleſia Latina irritũ eſt.

32

Paludanus.

Syluester.

Cicil. Trul.

Cic. Carth.

prā disp. 247. cap. 4. In can. autē, *Cum in præterito*, nihil de Græcis agitur, sed solum de Affricana Ecclesia, neque agitur de non contrahendo Matrimonio post Ordinem, sed de non vtendo illo ante Ordines contracto. In canone autem, *Si quis eorum:*
34 prohibetur quidem Græcis contrahere Matrimonium post Ordinationem sacram, sicut ab Apostolis vetitum erat: eorum tamen Matrimonium irritum non fit, aut declaratur.

Ex alijs vero canonibus, in quibus prohibetur sacris hominibus post Ordinationem Matrimonium contrahere, non inuenio ab antiquo tēpore hæc Matrimonia irrita fuisse, sed legem Ecclesiæ simpliciter solū prohibentem lego, quæ ad irritandum Matrimonium non sufficit. Ita in canone Apostolorum 27. alias 25. superius citato: quin potius ex canone 19. Concilij Romani sub Syluestro, non obscure colligi videtur hæc Matrimonia, sic contra legem contracta, rata, & vera fuisse, nam si irrita essent, præciperetur in Concilio, vt separarentur, etiam si alia simul pœna contra eos statueretur, quia nō permitteret Cōcilium in statu illo fornicationis sic coniunctos permanere: ibi tamen solum assignatur presbyteris sic contrahentibus, & vtentibus coniugio pœna suspensionis, aut depositionis: ergo non obscure colligitur, Matrimonium huiusmodi verū, & ratū tunc fuisse. Ponitur autem pœna suspensionis per duodecim tantum annos ei, qui, *Negleto*, egerit contra canonem, hoc est, qui ex incuria, & negligentia, non ex malitia: is vero qui, *Publicè*, hoc est scienter, & ex malitia: *Condemnetur in perpetuum*, inquit Concilum, hoc est, depositionis pœnam incurrat, quæ est suspensio perpetua. Neque enim de alio genere condemnationis & pœnę, nisi de eo quod præmiserat idem canon, hæc verba sunt intelligenda, nisi quod illa pœna, quæ præcesserat, erat duodecim annorum, hæc autem erat perpetua. Eadem quoque, & nulla alia pœna depositionis ab Ordine, nulla facta distinctione in modo peccandi, sicut fecit postea Concilium Romanum, imposita fuerat antea in Concilio Neocæsariensi canone 1. postea in Aurelianensi tertio canone 7. pœna tantum excommunicationis infligitur.

Cōcil. Rom.

Cōcil. Rom.

Cæterum in Concilio Toletano octauo, capite septimo, pœna separationis Matrimonij statuitur: nam qui sic contraxerit, nō tātū priuatur Ordine dignitatis, & ab Ecclesię liminibus eijcitur; sed etiā perpetuo carceri intra alicuius monasterij claustra re-

Cōcil. Neocesariense. Aurelianense. Cōcil. Tol.

53

cluditur, quod sine separatione ab vxore fieri potest: hoc autē est indicium aliquod nō obscurum, vt colligamus, hæc Matrimonia eo tempore iam fuisse nulla, aut per illud Concilium irrita effecta fuisse. Nam licet peccatum fuisset etiam ex parte mulieris, scienter cum sacerdote cōtrahere, tamē non ob id separaretur in perpetuum à iure coniugij, quāuis alia graui pœna puniretur, veluti neque ea, quæ cum viro post votum simplex continentiæ ab eo emissum scienter contraheret. Adde, quod hæc pœna imposita videtur presbytero, & alijs sacris hominibus post Ordinationem contrahentibus cum muliere, vel sciente, vel ignorante, ipsos esse sacris initiatos, quia absolute imponitur: mulier autem id ignorans nullam pœnam meretur, & ita in eo canone nulla mulieribus pœna assignatur; maxima autem esset assignanda si contra ipsius voluntatem vir eius a consortio ipsius perpetuo separaretur, & detruderetur in carcerem. Verum ad hæc vsque tempora non inuenio decretum vniuersalis Concilij, aut summi Pōtificis Romani, quo hæc separationis pœna sacris hominibus Matrimonia contrahētibus imponatur; imo vero neq; postea in 6. Synodo, can. 6. ibi enim solum pœna depositionis sacris hominibus; mulieribus autem, quas duxerint, nulla omnino decernitur: canone autē 26. pręcipitur quidem vt in Matrimonijs illicitis sacrorum hominū separatio fiat, eo quòd nulla essent. Verum hic canon non intelligitur de illicitis Matrimonijs, quæ tantum illicita essent, quod à sacris hominibus post Ordinationem contraherentur, sed de Matrimonijs ante Ordinationem initis cum consanguineis in gradibus prohibitis, vt supra in hoc capite notauimus.

36

Sexta Synodus.

Calixtus Papa.

Quo tempore Matrimonia post Ordines inita cęperint esse irrita.

Ego igitur vsque ad Calixum II. qui fuit tempore Lotharij III. Imperatoris, prope tēpora Gratiani, vel Vrbani II. qui paulo antiquior fuit, non inuenio legem vllam, qua hęc Matrimonia post Ordinationes contracta irrita fiant; sed solum prohibeantur, quod longe diuersum est: ipse autem Calixtus canone: *Presbyteris*, vigesima septima, distinct. (quem, vt pręcedente disputatione capite vltimo dixi, aliqui falso putant fuisse primum, & vt ibi notaui fortassis fuit Vrbanus II.) in Concilio Romano capite secūdo presbyteris, diaconis, subdiaconis, & monachis, Matrimonia cōtrahere interdixit, & cōtracta disiūgi pręcepit, nō quidē alia ratione, nisi quia voluit inhabiles efficere personas huiusmodi ad contrahendum: nam, vt in hoc capite notaui, separatio con-

37

iugum, non obscurum indicium est, ex quo colligamus, Matrimonium nullum fuisse. Præsertim, cum Innocentius II. qui Calixto post Honorium II. paulo post successit, vt vidimus disputat. precedente cap. vltimo, in Concilio Romano cap. 7. §. *Vt lex.*, & refertur canone, *Vt lex.* 27. quæst. 1. Matrimonia à sacris viris, presbyteris, diaconis, & subdiaconis contracta irrita declaret. Nam postquam præcepit, vt qui ex his duxerint vxores, separentur: subiungit causam his verbis: *Huiusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractam, Matrimonium non esse censemus, &c.* supponit igitur Pontifex, per legem Ecclesiasticam iam antea latã, non tantum fuisse vetita vtcumque hæc Matrimonia, sed etiam ita prohibita, vt nulla, & irrita essent. Ego autem non inuenio ius, in quo irrita essent effectu, nisi ea in quibus præcipiebatur, vt sic contrahentes separarẽtur, quæ quidem iã allegauimus. Atque hinc etiam colligere licet, Matrimonia regulariũ multo antea fuisse irrita, nempe tẽpore Gregorij I. qui in lib. 1. Epistolarũ epistola 40. præcepit, vt regulares hoc modo contrahentes post professionem separarẽtur, sicut vidimus 1. 2. disput. 165. cap. 7. Quocirca, cum recentiori iure Bonifacij VIII. in c. *Quod votum*, quod vnicum est: *De voto, & voti redemptione*, in 6. declarat, votum solenne, quod ad dirimendum Matrimonium postea contractum vim habet, esse illud, quod emittitur in susceptione Ordinum, vel in professione Religionis, non fert legem ad irritanda hæc Matrimonia, sed secundum leges Ecclesiasticas iam supponit nulla esse, & solum declarare vult, quod nam dicatur solenne votum ad hunc effectum, obiterque explicat, vnde nam vim illam habeat Matrimonia postea contracta dirimendi. Eodem modo in capite *Diacono*, & in capite: *Ex literarum, qui Clerici vel vouentes, &c.* nõ irritatur in posterum Matrimonium à sacris hominibus contractum, sed supponitur nullum esse.

Innocentio

Concil. Rom.

38

Matrimonia contracta à regularibus à tẽpore Gregorij I. nulla sunt.

Bonifacius.

39

Postremo addẽdũ est de clericis in minoribus constitutis illud citra tontrouersiam esse, licere eis Matrimonia contrahere, & ab eis contracta firma, & vera esse: ita Couarruuias 2. parte de Matrimonio, capite sexto. §. 3. num. 4. Et quamuis eorũ Matrimonia cum vidua etiam, & corrupta contracta vera sint, tamen si eiusmodi vxorem duxerint, in Ordine ministrare non sinuntur. Et ita intelligitur canõ *Seriatim*. 32. distinctione, qui dicitur esse Leonis IX. est tamen Humberti Legati Leonis, in responsione ad Nicetam, vbi dicitur, his clericis in minoribus constitutis non permitti in Romana Ecclesia, vt viduam, aut corruptam ducant. Neque vero graue peccatum censeri debet, quod quis in minoribus constitutus velit cum vidua contrahere, & ita vltro suspensionis pœnam incurrere, eo quòd hi Ordines non sint à Christo, sed tantum ab Ecclesia instituti, & ita non magni momenti censeri debeat, si quis perpetuum sibi opponat impedimentum in eis ministrandi: præsertim cum in eis etiam laici, & non ordinati ministrent. Adde etiam quod si habeant beneficia, & vxorẽ ducant virginem, amittent illa, vt habetur in cap. 1. *de clericis coniugatis*, ex Alexandro III. tametsi ibi non dicatur ipso facto vacare, sed eos cogendos esse relinquere beneficia. Pensiones quoque amittunt, vt fert communis opinio Iurisperitorum, quod sane ego intelligerem de illis, quæ titulo clericali collatæ sunt, hæ enim veram habent rationem beneficij, & nomine beneficij significantur, id quod de pensionibus eodem modo intellexit Couarruuias loco citato, num. 6. qui alios Iurisperitos ad hoc allegat, & hoc obtinet stylus, & vsus Curiæ Romanæ. Et hoc modo intelligendum puto Ludouicum Gomezium, in regula de annali professione. q. 21. qui dixit, pensionem non vacare per Matrimonium, eo quòd omnino laico concedi potest: intelligi igitur debet de pensione, nõ titulo clericali, neque beneficij constituta, & assignata.

Minoribus Ordinibus initiari Matrimonia possunt cõtrahere.

40

Alensis.

Ludouicus Gomezius.

Notat autem Couarru. num. illo 4. per Matrimonium contractum à clerico beneficiario cum impubere, vere non vacare beneficia ab eo obtenta, eo quòd hoc Matrimonium non habeat vim Matrimonij, sed sponsalium de futuro ex iure ipso, perquę beneficia non vacant. In quam sententiam citat Couarruuias Hẽricum in cap. *Diuersis fallacijs. De clericis coniugatis.* Secus autem existimat ipse Couarruuias cum alijs, quos allegat, quãdo clericus contrahit Matrimonium, nullum ob impedimentum iuris, non propter defectum consensus: non tamen desunt qui oppositum opinentur. Et ego non video, quodnam sit discrimen inter hęc duo, quæ diximus genera Matrimoniorum, nam Matrimonium cum impubere nullum etiam est ob impedimentũ iuris Ecclesiastici, quod eiusmodi personam inhabilem reddit ad Matrimonium, sed de hoc in tractatu beneficijs ex professo. Quod vero attinet ad priuilegium immunitatis, vtrum illud amittant clerici, qui contrahunt Matrimonium alibi videbimus.

41

Couarruu.

Humbertus.

Dissol-

Diſſoluuntur argumenta Michaelis Medinæ cap. 1. allata.

CAPVT V.

42 DVO genera argumẽtorum ſuperſunt, quæ in hoc capite, & ſequentibus diluere oportet, quædam ſunt ex Michaele Medina pro opinione eius in hac diſputatione cap. 1. memorata, non minus ſanè infirma, quam ea, quæ pro ſententia Turriani diſp. 247. cap. 1. & 2. adduximus. Quædam ſunt hæreticorũ, quæ pugnant contra præceptum continentiæ ſacrorum hominum vtrouis modo, hoc eſt, ſiue in Matrimonio poſt Ordinationem, ſiue in Matrimonio antea contracto. Ea vero ex omnibus, quæ hactenus diximus de continẽtia, facile dilui poſſunt.

Primum argumentũ diluitur.

Ad primam igitur rationem Michaelis Medinæ ſumptam ex Paulo ad Timotheum, & ad Titum, quibus præcipit vt Epiſcopus ab eis eligatur, & diaconus, qui ſint vnius vxoris viri, reſpondeo: ex eo teſtimonio rectè quidem ſequi Epiſcopum, ſeu diaconum electum vnius vxoris virum non poſſe poſt Ordines Matrimonium contrahere, videlicet mortua priori vxore: ſic enim eſſet duarum vxorum vir: ſicut autem non decet vt aſſumatur ad hos Ordines vir duarum vxorum, ſed vetitum eſt: ita etiam nõ decet, ſed prohibetur, eum, qui in eo Ordine conſtitutus eſt, eſſe duarum vxorum virum, quod eſt eſſe digamum. Verum hinc non licet inferre iure Diuino vetitum eſſe omnibus ſacris hominibus, poſt Ordinationem vxorem ducere. Primum quidem, quia licet id ſequeretur ob rationem dictam, in ijs, qui ante quam haberent vxores initiati ſunt, id minimè conſequeretur: nam quamuis hi poſt Ordinationẽ Matrimonium contraherent, digami non eſſent ſicut alij. Deinde, quia quamuis illi, qui poſt contractum Matrimonium ad Ordines fuerunt promoti, iterum poſt Ordinationem contraherent, digami eſſent; tamen non propterea ius aliquod Diuinũ tranſgrederentur; ſed humanum, ius enim, quod prohibet digamos ordinati, aut in Ordine miniſtrare, non Diuinum, ſed Eccleſiaſticum eſt, cum in eo ſummus Pontifex diſpenſet: ergo nullo iure Diuino prohibentur ij, qui poſt Matrimonium ordinati ſunt, iterum poſt Ordines Matrimonium aliud contrahere. Quod autẽ ait Medina, verba Pauli continere Diuinum præceptum; idque hæreticos etiam libenter fateri, nſcio quonã fundamento aſſerere potuit; neque enim omnia, quæ Paulus aſſerit, aut præcepta proponit, ius Diuinum in ſe continent.

43

44

Verba Pauli non indicant Diuinum præceptum.

Ad cæteras verò tres rationes ſumptas ex authoritate canonis Apoſtolorũ, & ex Concilijs Neocæſarienſi, & Romano, & Aurelianenſi, vnico verbo reſpondeo, illis ſolũ probari, vetitũ, eſſe ſacros homines poſt Ordinationem ad Matrimonia tranſire, quod non negamus; non tamen id vetitum eſſe Diuino iure. Nam neque ea omnia, quæ Apoſtoli, aut Concilia in ſuis canonibus tradiderunt, ſunt Diuinæ leges à Chriſto acceptæ, quis hoc nõ videat? Vnde ergo Medina ſpeciatim de hoc præcepto id colligere potuit? Quod vero id deducere contendit ex eo, quod in prædictis Concilijs graui pœna puniantur, qui prædictam legem tranſgreſſi fuerint, nempe aut depoſitionis, aut excommunicationis; multo magis friuolum eſt: nam propter tranſgreſſionem ſolius legis Eccleſiaſticæ multi huiuſmodi pœnis puniuntur, vt patet ex iure, in quo paſsim hæ pœnæ tranſgreſſoribus imponuntur. Loca autem referre opus non eſt, quòd vulgatiſsima ſint. Quocirca non parum miror, virum non vulgariter doctum tam friuolis rationibus ita fuiſſe deluſum, vt communi Scholæ ſententiæ aduerſari non dubitaret.

Ad fundamentũ ex Concilijs Medinæ.

Ad quintam rationem depromptam ex Concilio Toletano 8. cap. 5. & 7. quæ maiorem videtur habere vim, reſpondeo, ex eo quòd Patres Toletani dicant, peccatum eorũ, qui poſt ſacram Ordinationem contrahunt, eſſe contra ſacras literas, & Patrum conſtitutiones, minimè fieri, eſſe etiam contra ius Diuinum; non quidem quod dicant eſſe contra Patrum conſtitutiones, quia non omnes Patrum conſtitutiones continent ius Diuinum, vt omnibus in Schola indubitatũ eſt: non quod dicant eſſe contra ſacras literas: nam in ſacris literis præceptum etiam iure Eccleſiaſticum interdum tradi, quale eſt illud de bigamia, manifeſtum eſt. Sicut igitur, qui digamum ad Ordinem admitteret, contra ſacras literas facere diceretur, licet non peccaret conta ius Diuinum, ita etiam, qui poſt Ordinem Matrimonium contraheret. Neque refert quod Patres vtantur exempio calicis, quem poſt conſecrationem ad alios vſus deſeruire vetitum eſt, quia præceptum prohibens vſum prophanum calicis conſecrati non eſt Diuinum, ſed Eccleſiaſticum, ſicut & ipſa conſecratio: neque ex natura ipſius cõſecrationis neceſſario conſequitur, ſed ab

Rationi ex Concil. Tolet. ſatis.

45

Eccleſia ità additum eſt, vt non addi potuerit. Sic igitur neque ex natura Ordinationis oritur, vt ordinatus poſt ſacram Ordinationem Matrimonium contrahere nequeat, hoc enim præceptum eſſet Diuinum; ſed quia ab Eccleſia Ordinationi additum fuit.

Soluitur vltima ratio nis.

Ad poſtremam rationem dico, ex eo, quod hoc præceptum in Eccleſia tam Græca, quàm Latina fuiſſet obſeruatum, non fore, vt inde ſequeretur Diuinum eſſe: nam & illud de bigamia ſemper etiam ſeruatum fuit in vtraque Eccleſia, & ab Apoſtolo traditum, hoc eſt nunquam abrogatum, & tamen non Diuinum, ſed Eccleſiaſticum eſt. Adde, quod, vt capite 2. vidimus, poſt Concilium Ancyranum, hoc præceptum ex parte interruptum fuit in Eccleſia Græca, in Latina vero poſt Concilium Tributienſe.

47

Reſpondetur argumentis cõtra continentiam ſacrorum hominum in vniuerſum.

CAPVT. V.

VERVM eninuero contrà legem caſtitatis, & votum, quod emittere coguntur, qui ad ſacros Ordines in Eccleſia promouentur, hæretici noſtri temporis alio modo pugnant, pro virili contendẽtes, miniſtros Eccleſiæ liberos eſſe debere, vt vel Matrimonio ante Ordinationem contracto vtántur, aut poſt Ordinationem ipſam illud contrahant, & cum vxoribus dormiant. Ad id autem probandum arguunt Caluinus Philippus Melanthon, & Centuriatores, quorum argumenta refert noſter Bellarminus, & diſſoluit tomo primo libro primo de clericis, capite 20. & in ſequentibus nos etiam diluemus.

Caluinus. Argumenta contra continentiã ſacrorum hominum adducuntur.

Primum argumentum Caluini: Liberum eſt Diuino iure cuilibet contrahere Matrimonium, & nulli homini licet id prohibere, quinimò, qui id prohibuerit, notam hæretici incurret. Nam Apoſtolus 1. ad Timotheum 4. notam hæreticorum eſſe dicit nuptias prohibere. Reſpondet Bellarminus capite 20. neminem cogi ab Eccleſia, vt ſeruet caſtitatem, ſed ſolum ab eo, qui vult ordinari eam conditionem requirere, vt votum caſtitatis emittat: ſicut etiam Eccleſia

48

1. *ad Timot.* 4. *Bellarm.*

non ſimpliciter prohibet iudicia forenſia, quę quiſque iure Diuino libere poſſet exercere, ſed requirit hanc conditionem ab eo, qui ad Ordines promoueri deſiderat. Verũ cum hanc conditionem poſtulare ſit deinde prohibere ordinato id, quod ei antea liberum erat, non videtur omnino hoc modo argumento ſatisfieri. Adde, quod non alio modo liberum erat iure Diuino, & naturali vnicuique contrahere Matrimonium, & eo vti, quàm erat liberũ edere quacumque hora diei, & quibuscumque cibis veſci, & tamen Eccleſia ſimpliciter prohibuit certis anni temporibus veſci quibuſuis cibis, & quauis hora comedere, neque id ſolum præcipit, poſtulans vt conditionẽ in Baptiſmo, ſiquidem à paruulis cum baptizantur, eam poſtulare non potuit. Accedit, quod niſi explicemus, quale ſit ius, quod quiſque habere dicitur ad Matrimonium contrahendum, ſatis fieri plenè non poterit, vt inferius videbimus. Oportet igitur alio modo argumento ſatisfacere. Reſpondeo ergo ex doctrina à me tradita 1. 2. diſput. 157. cap. 4. iure ipſo naturali vnumquemque liberum eſſe, hoc eſt ex ipſa naturæ ſuæ conditione, & creatione, imò etiam ex eadem rẽctè dici, quod ius habeat ad contrahendum Matrimonium, idemque de iure Diuino conſecrãte Matrimonium in Sacramentum dico. Verum ius hoc non eſt præcepti, ſed permiſſionis, & idem eſt quod facultas ad cõtrahendum. Quamuis autẽ iuri naturali, aut Diuino, quod eſt præcepti, nulla lege humana, etiam Eccleſiaſtica derogari poſſit, etiam per modum conditionis ad contractum requiſitæ; iuri tamen naturali, & Diuino permiſſionis, & facultatis rectè derogari poteſt, non ſolum per modum conditionis requiſitæ ad contractum, ſed etiam abſolute. Portò autem neque per modum conditionis derogari poſſe iuri naturali, aut Diuino præcepti, patet, quia non poſſet Eccleſia ab eo, qui vult ordinari exigere ſub conditione, vt fornicaretur, aut vſuram acciperet, aut vt conferret Sacramenta in alia forma, & materia, quàm ab Eccleſia ſunt inſtituta, ſicut poſtulat ab eo caſtitatem. Hac ratione iuri naturali libertatis, quod quiſque habet, derogari potuit per ius gentium, per quod introducta ſunt bella, & ſeruitutes, quod ſecundarium ius eſt, vt loco citato explicuimus, & iure Eccleſiaſtico derogatum eſt, non per modum conditionis requiſitæ ad contractũ aliquẽ, ſed abſolute iure Matrimonij, quo quiſquę cuilibet nubere poterat, quatenus

Ad primũ ſolutio.

49

50

pes

per ius Ecclesiasticum effectum est, vt aliquę personæ ad contrahendum inhabiles redderentur, vt consanguineę intra quartum gradum, & aliæ huiusmodi. Eadem ratione iustis de causis Ecclesia prohibuit absolute, vt certis temporibus non vesceremur quibusuis cibis, neque quauis hora, cum tamen iure naturali facultatem haberemus, quibusuis cibis vescẽdi. Sic igitur Ecclesia prȩcipere potuit, vt personæ Ecclesiasticæ Matrimonia non contraherent, neque contractis ante Ordines vterentur, & ita derogare facultati, & permissioni, quam iure naturali habebãt. Quod autem huic facultati non absolute derogatũ sit per ius humanum, sed sub conditione, videlicet, si quis voluerit Ordinem sacrum suscipere, ideò effectum est, quia non erat rationi consentaneum, vt omnibus hominibus, vel cuilibet sine tali causa, aut humilię ęc facultas tolleretur. Ad illud ex 1. ad Timotheum 4. respondet recte Bellarminus, eo loco notari ab Apostolo vt hæreticos eos, qui absolute nuptias prohibituri erant: sic Augustinus lib. 30. contra Faustum cap. 6. de Manichęis hunc locum Pauli intellexit, quod in eo ipsorum error prædictus esset. Ad eos etiam, & ad Iouinianum applicat eadem verba Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum post num. 8. Autor Cõmentariorum in epistolã Pauli apud Ambrosium in hunc locum de eisdem Manichęis, Marcionistis, & Patritianis prophetiam Apostoli intelligit. Chrysostomus homilia 12. in illud caput de Manichęis, Encratitis, seu Iatianis Marcionistis. Potrò autem statui sacro castitatis votum annectere, & nullo alio modo vllũ ad Ordines recipere, non est absolute nuptias prohibere, vt patet. Et sanè si Caluinus, & alij hęretici huius ætatis existimarent, Ordinationem ministrorum esse sacram, & à Christo institutam ad ea ministeria, ad quæ catholici credunt eos consecrari, non dubitarent concedere, votum continentiæ rectè illis annexum ab Ecclesia fuisse. Quod verò ait Paulus ibidem, illam hęresim futuram fuisse nouissimis temporibus, nihil obstat ijs, quæ diximus, sicut contendunt hęretici, quoniam per nouissimos dies intelligit posteriorem mundi ætatem à Christo vsque ad diem iudicij; quod si intelligeret nouissima tempora post aduentum Christi prope diem iudicij nõ rectè probarent hęretici, loqui Paulum de hoc præceto continentiæ, quod antiquum est in Ecclesia Christi, vt supra vidimus. Vtrum autem Manichęus simpliciter prohibuerit nuptias, an tantum aliquibus: non est nunc disputandum contra Caluinum; sed in materia de Matrimonio: eoquòd nobis nunc satis est fuisse alios hæreticos, qui absolute omnibus nuptias prohiberent.

Præceptũ continentiæ sacris ordinibus annexum non destruit naturale, sed eius permissionem tollit.

51

Bellarm.

Augustinus

Hieronym.

Chrysost.

52

Secundo arguit ex illo 1. ad Timotheum 3. & ad Titum 1. Vbi inter alia, quæ requirit Paulus, vt quis sit Episcopum, aut etiam diaconum eligatur, postulat, vt sit vnius vxoris vir, quod quidem inter cæteras dotes ad hos Ordines requisitas enumerare videtur: ergo non solum permittit, sed præcipit, vt ministri sint Matrimonio coniuncti. Lutherus quoque lib. de captiuitate Babylonica cap. de Ordine in eundem sensum accepit hęc verba Pauli, vt in illis solum prohibeat Apostolus scortationem, & ideò præcipiat, vnumquemque ministrum suam habere vxorem. Theodoretus in eum locum in cõmentarijs, & Chrysostomus homilia 10. ita interpretantur, vt Paulus dixerit vnius vxoris virum propter sacerdotes Iudęorum, & Gẽtilium, qui plures vxores habebant, ne Euangelici plures etiam, sed vnam tantum habere possent. Quam interpretationem se ex alijs accepisse testatur Theodoretus; accepit autem ex Chrysostomo. Eodem modo intellexerunt hunc locum Caluinus in commentarijs illius, & in cap. 1. ad Titum, Centuriatores centuria 1. lib. 2. cap. 4. & alij hæretici nostri temporis: nihil quod Caluinus, & hęretici contendunt, tanquam necessarium præcipi ab Apostolo, vt ministri eligendi vxorem habeant propter vitandam scortationem, & fornicationem; Theodoretus autem non: sed si eligendus est, inquit, vxorem habens, eligatur qui vnam tantum habuerit. Prædicta tamen expositio, quod attinet ad pluralitatem vxorum simul reijciendã à ministris Ecclesiæ, facile reijcitur. Primùm, quia cum hoc commune esse deberet omnibus Christianis, & non tantum ministris, cum in lege Euangelica multitudo vxorum non admittatur; frustra Paulus id pro ministris specialiter postulasset; alioquin postulare debebat, vt baptizati essent, & non circumcisi. Deinde quia sicut Paulus dixit pro ministris, *Vnius vxoris virum*, pro vidua eligenda dixit, 1. ad Timotheum 5. *quæ fuerit vnius viri vxor*, nunquam tamen etiam apud Gentiles in vsu fuit, vt vna mulier duorum, aut plurium virorum vxor esset. Hac igitur omissa interpretatione respondeo, primum, hoc argumento non posse vllo modo probari, licere ministris post Ordinationem ad Matrimonia transire; sicut hęretici nostri temporis contendunt; quia loquitur Paulus de eo, qui iam habens vxorem assumendus est.

53

1 ad Tim. 3.

Ad Tit. 1.

Obijcit Caluinus, & Lutherus.

Theodoretus Chrysost.

1 ad Tim. 5.

Solutio

54

Deinde dico, neque hoc argumento probari

bari ex ſententia Pauli, poſſe miniſtros poſt Ordinationem vxore, quam antea duxerant, vti: nam rectè poſſet eligi miniſter, qui aut fuiſſet, aut certe tunc eſſet vnius vxoris vir: ita tamen, vt ea tunc non vteretur. Neque
55 vero præcipit ibi Paulus, vt non, niſi vnius vxoris vir eligatur, ſed, vt Græci Patres, & cæteri catholici expoſitores explicant, ne eligatur digamus. Id quod hac ratione manifeſtè conuinco? nam cum ait Paulus, *vnius vxoris virum*, non intelligit, qui tunc vnam vxorem habeat, & nullam antea habuerit; ſed qui vnam tantum tunc habeat, vel vnam tantum habuerit, & tunc viduus ſit: quorſum ergo hoc diceret Paulus, niſi ad illud tantum reſpiceret, quod diximus, vt nimirum non eſſet digamus? nam ſi habuiſſe vnam antea tantum vxorem, & tunc nullã habere, ſatis eſſet, vt quis eligi poſſet, eligi quoque poſſet, ſi tunc vnam haberet, etiamſi ea tunc non vteretur: dummodo aliam antea non habuiſſet: non ergo præcipit Paulus tanquam neceſſarium, vt eligendus vxorem habeat, quantò minùs, vt ea vtatur.

Porrò autem Paulũ non loqui de homine, qui, vt eligatur, tunc neceſſario habeat vxorem, ſed qui vel illam habuerit, vel eam tunc habeat, & nullam antea, manifeſtum eſt ex c. 5. eiuſdem primæ Epiſtolæ ad Timotheum: vbi loquens de vidua eligenda ad ſtatũ viduale m, inquit, quæ fuerit vnius viri vxor, ne ſcilicet bigama fuiſſet: non igitur poſtulat in viris ad miniſterium eligendis, vt tunc habeant mulieres, quantò minùs, vt eis vtantur. Neque, vt dixi, poſtulat Paulus vt neceſſarium habuiſſe, vel habere tantum vnam vxorem, vt virgo nullo modo eligi poſsit, ſed id poſtulat ne digamus, & qui plures vxores habuerit, vel vnam habeat, & aliam habuerit, non eligatur. Hoc modo intellexerunt Paulũ omnes Græci, & Latini expoſitores in illud 1. ad Timoth. 3. & ad Titum 1. Tertullianus lib. 1. ad vxorem, cap. 7. quod enim ait lib. de Monogamia cap. 12. *Quot ex digamia præſident apud vos?* putat Bellarminus tomo 1. lib. 1. de clericis, cap. 24. ideò dictum, quòd ex diſpenſatione aliqui digami Epiſcopi eſſent, aut quòd eſſent Epiſcopi, qui
56 in Gentilitate alterâ duxerant, qui opinione quorundam digami ſunt. Ego tamen puto illud dixiſſe eis, ad quos ſcribebat, reprehendens eos, quòd Apoſtoli præceptum in eo non ſeruarent, quòd quidem præceptum eodem modo intelligit ſicut in illo lib. ad vxorem, vt vnius vxoris vir eligendus idem

Expoſitio in locum Pauli ex Patribus petita. *Bellarm.*

ſit, quòd non digamus: eodem modo explicat locum Pauli Epiphanius aduerſus hæreſes hæreſi 59. aliquantulum à principio, Ambroſius lib. 20. Epiſtolarum epiſtola 82. poſt medium, vbi notat, non excludi à Paulo exortem coniugij. Auguſtinus lib. de Bono coniugali cap. 18. in principio. Denique expoſitores Pauli in vtrùmque locum ita notant, hic ſolùm à Paulo excludi digamum, vt dicãt, non poſtulaſſe tamquam neceſſarium ad Ordinationem, vt ordinandus vxorem haberet, & omnino celebs excluderetur, quos ſigillatim referre opus non eſt. *Epiphanius Ambroſius. Auguſt.* 57

Ex quibus omnibus conſtat, falſam eſſe expoſitionẽ Lutheri, qui interpretatur Paulum ita, vt præcipiat Epiſcopum eligi talem, vt habeat vxorem propter ſcortationẽ, & fornicationem vitandam. Cæterum duas rationes, quas ad hanc interpretationem confirmandam affert, diſſoluamus. Primùm obijcit in hunc modum: poſtquam Apoſtolus 1. ad Timoth. 3. dixit: *Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, ſubiungit, *vnius vxoris virum*. Et ad Titum 1. *Si quis ſine crimine eſt*, addidit, *vnius vxoris vir*: ergo per vnius vxoris virum excludere voluit crimẽ, & aliquid reprehenſione dignũ. Atqui polygamia non eſt digna reprehenſione: ergo illam noluit excludere. Reſpondet Bellarminus, hoc loco nomine criminis, ob quod meretur quis reprehenſionem, intelligere Paulum non ſolum id, quod verè peccatum eſt, quia non ſola peccata reprehenduntur, ſed id quod etiam ſignum aliquod habet incontinentiæ, qualis eſt polygamia, & ideò eam excludi à Paulo in eo loco: nam & in Concilio Neocæſarienſi canone 7. prohibentur ſacerdotes intereſſe nuptijs digamorũ. Quæ ſane expoſitio colligi videtur ex Chryſoſtomo in illum locum ad Titum 1. Verum cum reprehenſibilem apud Paulum 1. ad Timoth. 3. idem ſit, quod ſine crimine, ad Titum 1. & digamia nomen criminis verè non mereatur, hęc interpretatio probanda non eſt, quam reuera non tradidit Chryſoſtomus, ſi attente legatur, tametſi dixerit, ſecundas nuptias multis accuſationibus patere, & ideò oportere Epiſcopum digamum non eſſe. Multo igitur melius deinde reſpondet Bellarminus, illud *vnius vxoris virum*, aut *vir*, non eſſe expoſitionis eius, quod præceſſerat, nempe *irreprehenſibilis, & ſine crimine*, ſed eſſe aliquid ab Apoſtolo requiſitum pro ordinando, vt inter alias animæ dotes digamus non ſit, ſiquidem inter alia poſtulat

Lutherus.

Bellarm.

1. ad Timoth. 3.

1. ad Timoth. 3. Ad Titum 1

Secunda ſolutio placet. 58

1. ad

1. ad Timoth. 3. vt non sit neophytus, quod sane non est reprehensione dignum, nec crimen vllum.

Lutheri obiectio. Deinde obijcit Lutherus quod huius loci 1. ad Timoth. 3. idem sensus sit, & illius 1. ad Corinth. 7. *Vnus quisque vxorem suam habeat*. In quo loco non prohibentur secundæ nuptiæ. Respondeo tamen ex dictis supra & ex ijs, quæ dicemus capite sequente explicantes prædictum locũ 1. ad Corinth. 7. satis manifestum fore, non esse eundem sensum Apostoli vtrobique, neque in illo cap. 7. loqui Paulum cum ministris Ecclesiæ, vt vxores habeant propter vitandam fornicationem. Alia verò, quæ Lutherus adducit contra Monogamiam examinabimus in tractatu de Matrimonio, nunc ad alia præsenti disputationi propria transeamus.

1. ad Cor. 7

60

Tertiò arguit ex illo ad Hebręos. 13. *Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus*. Nam si in omnibus honorabile est connubium, & thorus, erit etiam in sacerdotibus. Respondeo, nullum ex Patribus hoc modo prædictum locum intellexisse, imò neque ex catholicis expositoribus. Ex quo liquet hæreticos ad suum errorem confirmandum hoc testimonio miserum vulgus decipere voluisse, verba Pauli aliò detorquentes. Theophylactus explicat in omnibus hominibus, qui tamen legitimè coniuncti sunt, siue sint senes, siue iuuenes, siue Græci, siue Iudęi. Fulgentius lib. de fide ad Petrum cap. 3. satis post medium explicat de omnibus, ita vt etiam comprehendat continentes, quibus honorabile debeat esse coniugium, hoc est, ab eis vituperandum non sit, vt malum: quamuis ipsi continentiam, vt meliorem probent. Ego vero in paraphrasi, & annotationibus in eum locũ, cũ OEcumenio illud, *in omnibus*, ita explicui, vt in omni re, & occasione vni coniugi ab altero honor deferatur, & quia præcipua res Matrimonij, in qua honor coniugibus deferri debet, est thorus fideliter custodiẽdus, ideò dixi additum fuisse à Paulo, *& thorus immaculatus*. Hæc sanè expositio nostra est secundum mentem Pauli, qui eo capite documenta mutuæ charitatis Hebręis præbere cupit. Quorsum autem inter hæc documenta licentiam præberet ministris altaris, vt vxores ducerent, & eis vterentur, vel quorsum diceret, hoc eis permissum esse, & a nullo vituperandum: potiùs enim coniuges ad mutuã charitatem exhortari oportebat.

Ad Heb. 13

Instat Luterus.

Theophyl.

Fulgentius

Propri expositio in locũ Pauli.

61

Quartum argumentũ sumptum ab exẽplo Apostolorum inferiùs examinabimus. Quintum desumitur ex historia Socratis de Paphnutio, quam retulimus: noster autem Bellarminus contendit nullius esse authoritatis, vt ita argumentum Caluini inde desumptum dissoluat. Verùm vt nos etiam notauimus ad diluendum eius argumentũ necessarium non erat historiam illam negare: nam ex ea non sequitur sacris hominibus post Ordinationem licere Matrimonia contrahere, & illis vti, sicut Caluinus contendit; sed tantum eo tempore Concilij Nicęni vetitum non fuisse sacris hominibus Matrimonio ante Ordines contracto vti, quod nos ingenue fatemur: neque enim dicimus præceptum continentiæ sacrorum hominum esse Diuini iuris. Neque vero inde inferre licet, immerito Ecclesiam Latinam ex præcepto suo sacris hominibus cõtinentiæ votum addidisse; cum tamen id Græci non habeant, neque morem illorum damnauerint: est enim longè diuersa ratio ipsorum, & Latinorum sacerdotũ, vt disp. 248. cap. 3. notauimus; quod Latini frequentiores sint, & in sacrificando, & alijs altaris ministerijs.

Quartum & quintũ argumẽtũ.

62

Solutio postremi.

Satisfit argumentis Philippi Melancthonis, & Centuriatorum contra eandem continentiam sacrorum hominum.

CAPVT. VII.

CONTRA eandem legem castitatis in vniuersum multa alia congerunt argumenta Philippus Melancthon, & Centuriatores Madeburgenses, quæ refert, & dissoluit noster Bellarminus lib. illo 1. de Ilyricis, cap. 21. & 22.

Bellarm.

Primò arguit Philippus, ex eo quòd Apostolus præcipiat omnibus 1. ad Corinth. 7. vt propter fornicationem vnusquisq; vxorem suam habeat. Mitto autem argumẽtum illud, quod ipse sumit ex illo Gen. 1. *Crescite, & multiplicamini*, quod ipse contendit pręceptum esse: est enim stultum argumẽtum, cum verba illa potiùs exprimant institutionem naturæ, & vim eius, quam pręceptum imponant, vt in materia de Matrimonio fusiùs dicemus. Ad hoc autem argumẽtũ desumptũ ex testimonio 1. ad Corint. 7. respon-

1. ad Cor. 7

Genesis 1.

reſpondet Bellarminus, Paulum loquutum fuiſſe de coniugatis, qui cum in paganiſmo vxorem duxiſſent, poſt conuerſionem dubitabant, an ad eas accedere poſſent? & ipſis ſcripſiſſe, vt vnusquiſque ſua vxore vteretur ad vitandam fornicationem. Citatque pro hac interpretatione Tertullianum lib. de Monogamia, & Hieronymum lib. 1. cõtra Iouinianum. Atque reuera ita explicat Tertullianus in illo lib. cap. 11, addens, dictum Apoſtoli ſecundum indulgentiam eſſe, non ſecundum imperium, vt nulli præcipiat vxore ſua vti propter fornicationem. Eandemque expoſitionem Tertulliani ſequuntur Chryſoſtomus homilia 19. in eam epiſtolam in principio, & Theodoretus in eum locum, niſi quod non addunt, illud dictum fuiſſe ſecundum indulgentiam. Hieronymus vero lib. illo 1. contra Iouinianũ poſt num. 8. ſub finem, explicat quidem de gentibus ad fidem conuerſis, non quod illis ſuadeat Paulus vxores ducere, etiam propter fornicationem: ſic enim, inquit, ſuaſiſſet etiam, vt quotieſcumque vxor moreretur, aliam quiſque duceret, ſed quod dicat, vt eam, quam ante conuerſionem ad fidem habebant, conuerſi retineant, & ea vtantur propter vitandam fornicationem: ideòque dixiſſe putat Paulum ſuam, videlicet, quod iam antea ab eis ducta eſſet. Neque verò cenſet hoc dixiſſe Paulum aliquibus qui putarent, aut dubitarent, an poſt conuerſionem ad fidem liceret vxoribus ſuis vti, vt interpretatus eſt Tertullianus. Autor denique commentariorum in Paulum apud Ambroſium hunc locum videtur intelligere de ducendis vxoribus, eoquòd propter prædicationem falſam Pſeudo Apoſtolorum aliqui dubitabant Corinthij, vtrum liceret vxores ducere? Iuxta has vero Patrum interpretationes manifeſtum eſt, nullius eſſe momenti argumentum Philippi.

Tertullianus. 36 Chryſoſt. Theodoret. Hieronym. Pſeudo Ambroſ.

Ego ſanè probabilius exiſtimo loquì Paulum ijs, qui antea iam vxorem duxerãt, & ad interrogationem ipſorum reſpondere voluiſſe: incipit enim caput hoc modo, *De quibus autem ſcripſiſtis mihi*. Quocirca cenſeo, Paulum voluiſſe ipſis dicere cõtra Pſeudo Apoſtolos, licitum eſſe nuptias cõtrahere, ſed expedire vxorem propriã agnoſcere ob periculum fornicationis vitandum, non quod aliqui eorum dubitarent, an poſt cõuerſionẽ id liceret: quis enim dubitet, cum conuerſi fuerunt ad fidem, & prius ab Apoſtolo edocti, non ſatis intellexiſſe, id licitũ eſſe? ſed quod aliqui eorum accenſi ſpiritu, & deſiderio perfectionis deſiderarent ab vxoribus abſtinere. Porrò autem Paulum loquì de coniugatis nõ autem de innuptis, & non habentibus vxorem, patet, quia paulò inferiùs de ijs incipit loqui in hunc modum, *Dico autem non nuptis, & viduis*: his ergo oſtendit, quid in hac re eligere debeãt. Et primum quidem dicit illis bonum eſſe non accedere ad mulierem, ſcilicet propriã, & cum illa caſtitatem, quoad fieri poſſit, ſeruare, & hoc denotare cum ait, *bonum eſt homini* (hoc eſt coniugato) *mulierem*, ſcilicet propriam, *non tangere*. Dicit autem bonum, ſicut Græci exponunt, non quomodocũque, ſed eximiè bonum, & valde perfectum, licet Græcè ſolum ſit Καλὸν, quod poſitiuum eſt, & denotat *bonum*. Verum nequis volẽs ſequi id, quod perfectum eſt, periculum pateretur incontinentiæ, & laberetur in peccata carnis: ſuadet Paulus, vt quiſque ſuam vxorem habeat, non quidẽ vt ducat: quia nõ loquebatur hoc loco de innuptis, ſed vt ea, quã iam duxit, vtatur: idemq; ipſis mulieribus dicit, vt vnaquæque marito ſuo hac de cauſa, vt viderit expedire, vtatur: ne autem illud quod dixerat de muliere, hoc eſt, de vxore propria non cognoſcenda, & tanquam eximiè perfectum propoſuerat, quis ita intelligeret, vt etiam ſeruandæ caſtitatis cauſa, & deſiderio perfectionis liberum eſſet cuilibet, ita abſtinere ab vxore ſua, & illam non tangere, vt neque peteret ab ea debitum, neque ei redderet, & id intelligeret per hoc, quod eſt non tangere vxorem, ſubiungit: *Vxori vir debitũ reddat, ſimiliter autem & vxor viro, &c.* quæ ſequũtur, quæ hoc ipſum confirmant vſque ad illud, *Nolite fraudare inuicem: niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, &c.* Hoc eſt; Nolite negare debitum vxori petenti, niſi forte aliquando accidat, vt inter vos conueniat, ne vllus ab alio debitum petat, neque reddat, vt ita liberius poſſitis vacare orationi: hoc autem ſolum fiat ad tempus. Per *fraudare* ſine dubio intelligit Paulus non reddere debitum; nam illud nõ petere, non eſt fraudare: dicit autem: *niſi forte*; quia aliquando accidere poterit, vt ex deuotione ita conueniat inter coniuges. Et hoc eſt quod ait, *Ex conſenſu*.

Ad primũ fundamentum. 37 38

Cæterùm quamuis Paulus Corinthijs, etiam innuptis, & viduis ſcriberet, vt vnuſquiſque illorum duceret vxorem ob vitandam fornicationem; hoc enim etiam dixit paulò inferiùs de innuptis, & viduis loquẽs, illis verbis: *Quod ſi non ſe continent, nubant, melius eſt enim nubere, quam vri*: dictum Pauli ſolum de ijs eſſet intelligendum, qui in peri-

periculo incontinentiæ versarentur: atqui non omnes ita versantur in eo periculo, vt consilium Apostoli traditum in eo capite sequi non possint, alioquin nō dixisset ipse in eodem capite: *Volo enim vos esse sicut me ipsum*, nempè continentes, *sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic.* Et iterū, *Dico autem non nuptis, & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego.* Nempè intelligebat, plurimos esse, qui donum continentiæ sine periculo amplecti possent: & cū innuptiæ essent ita in perpetuum posse perseuerare, vt illis multo melius futurum esset: cumque ad Ordines Ecclesiasticos eligi debeant viri, quorum probata vita senectus sit, vt ait Concilium Tridentinum sessione 23. cap. 12. *De reformatione*: rectè quidem Ecclesia nullum eorum admittere vult, nisi prius continentiam, & castitatem perpetuam profiteatur: neque in hoc doctrinæ Pauli vllo modo aduersatur: siquidem ex sententia illius in eo cap. hoc melius est.

68

Tridento

Secundum argumētum Philippi est: lex Pontificia, quæ continentiam sacerdotio adiunxit, est contra decreta antiquorum Conciliorum: ergo iniqua cēsenda est. Quę sint autem hæc Concilia, seu antiqua decreta, Philippus non explicat. Noster autem Bellarminus plura profert, in quibus concedi videtur licentia sacris hominibus, & vtendi Matrimonio ante Ordinationem contracto, & post Ordinationem illud cōtrahendi, quæ non est opus referre; quæ enim Concilia concesserint hanc facultatē sacris hominibus, vel vtendi vxoribus, vel eas ducendi, & qua ratione id potuerit effici, ex dictis in præcedentibus disputationibus satis liquet. Cumque ostensum fuerit neutrum esse vetitum iure Diuino, sed tantum Ecclesiastico, mirum non est, si aliqua Concilia ob aliquas causas vtrumque concesserint: alia verò Concilia, & Pontifices ob alias alio tempore, & loco vtrūque prohibuerint: nam leges Ecclesiasticæ, tam Conciliorum, quàm Pontificum à posterioribus rectè possunt reuocari, ita vt reuocatio iniusta iudicari non debeat. Omissis verò alijs canonibus, qui in superioribus satis superque explicati sunt, circa duos tantum aliquid hoc loco notare libet. Alter est canon *cum igitur*, 35. quæst. 1. qui refertur vt Augustini, in quo dicitur: *Ecclesia post Apostolica instituta quædam consilia perfectionis addidit, vtpote de continentia clericorum.* Vbi continentia clericorum solū dicitur consilium; ex quo sequi videtur, eius non esse præceptum. Verum hæc verba non sunt Augustini, sed Gratiani sub finem illius canonis, quibus noluit denotare continentiam pro sacris hominibus adhuc sub consilio, non sub præcepto manere, sed eam, quæ erat sub consilio tantum Euangelico, neque à Christo præcepta, ab Ecclesia annexam fuisse sacris Ordinibus, ex voto tamen seruandam. Cæterum illud mihi in Gratiano displicet, quod dixerit, hoc votū continentiæ additum fuisse Apostolicis institutis, cum ipsi plane illud instituerint, vt ex disp. 248. cap. 3. manifeste patet.

69

Ad secundum.

Bellarmin.

Can. 25.

Gratian. dic.

70

Petrus Martyr citat canonē ex Leone Papa I. in epistola 87. aliàs 85. quæ est ad Episcopos Affricanos in hęc verba: *Dicere enim Apostolo inter alias electionis regulas; is Episcopus ordinetur, quem vnius vxoris virū fuisse, aut esse constiterit, tam sacra semper habita est ista præceptio, vt etiam de muliere sacerdotis eligenda eadem intelligatur seruanda conditio, ne forte illa prius quam in Matrimonio eius viueret, qui aliam non habuisset vxorem, alterius viri esset experta coniugium.* Ex quo testimonio, cum dicatur vxor Episcopi eligēda, colligit Martyr posse Episcopos Matrimonium contrahere. Verum rectè obseruauit Bellarminus, mendum esse manifestū, & *pro muliere sacerdotis eligenda*, in melioribus codicibus legi, *Muliere sacerdotis eligendi*. Colligitur autem manifeste mendum, tū ex eo quod idem Leo in epistola 36. aliàs 84. quæ est ad Anastasium Thessalonicensem cap. 5. de electione Episcopi præcipit, vt eligatur: *Non laicus, non neophitus, neque secundæ coniugis maritus, aut qui vel vnā quidem habeat, vel habuerit, sed neque qui sibi viduam copulauerit.* Addit autem cap. 4. neminem Episcopali excellentię idoneum esse, qui se à voluntate vxoria, necdum refrenasse deregitur. Quomodo igitur tribueret in alia epistola facultatem Episcopo eligendi vxorem? Tùm etiam ex eo, quod lex, & conditio, quam ibi postulat pro vxore Episcopi, est, vt non fuerit vidua alterius, sicut etiam nullus in Episcopum potest eligi, qui digamus sit: nam si quis duxerit viduam, digamus est, ac proinde ita se habet, vt eligatur Episcopus, ac si duas habuisset vxores: quorsum ergo Leo, vt doceret, hoc esse impedimentum Episcopi eligendi, ageret de vxore eius post Episcopatum eligenda, cum illa si vidua ducta esset ante electionem Episcopi, eodem modo obstaret, quominus maritus eius in Episcopum eligeretur. Mitto etiam quartum, & quintum argumentum Philippi, eoquòd parui momenti

Petrus Martyr mendacio conuincitur.

71

Leo Papa.

menti ſint: legãtur apud Bellarminum, & ſufficiat nobis adducere argumentum Centuriatorum Madeburgenſium deſumptum ex epiſtola Vdalrici Epiſcopi Auguſtani ad Nicolaum Papam I. quæ nuper excuſſa fuit Baſileæ, & refertur ab ipſis Centuriatoribus centuria 9. cap. 10. in qua narrat Autor, Beatum Gregorium I. ſuo decreto aliquando vxores ſacerdotibus abſtuliſſe. Deinde, cum paulò poſt iuſſiſſet idẽ Gregorius, ex ſua piſcina piſces aliquos capi, piſcatores pro piſcibus ſex millia capita infantium ſuffocatorũ extraxiſſe, quod, cum intelligeret (inquit) Gregorius, ex occultis fornicationibus ſacerdotum ortum habuiſſe, reuocauit decretum caſtitatis, & peccatum ſuum, quod talem legem tuliſſet, lachrymis, & fructibus dignis pœnitentiæ purgauit.

Vdalricus.

72

Prædicta hiſtoria reijcitur.

Verum quis non videat, hanc hiſtoriam fabellam inconcinne confictã eſſe. Et primum quidem tempora non cohærere, rectè notat Bellarminus: nam Vdalricus aſſumptus fuit ad Epiſcopatum anno Domini 924. vt in ſuo chronico ſcribit Abbas Vpergenſis, & Hermanus Contractus; vel ſicut habetur in chronico Eccleſiæ, anno 903. at vero Nicolaus Papa I. ad quem ſcribitur epiſtola, obijt anno 867. vt ſcribit Onuphrius libro de Romanis Pontificibus; in ea autem epiſtola Autor illius ſe Epiſcopum nominat. Cætera etiam, quæ attinẽt ad tẽpora, & Autorem epiſtolæ, rectè Bellarminus loco citato proſequitur, neque opus eſt hoc loco ea referre. Illud ſolum notare libet rẽ ita prodigioſam videri, vt credibilis nullo modo, ſed planè conficta videatur. Nam quo pacto tot mille capita hominum, vel hamo, vel rete extrahi potuerunt quis explicet? Mitto alias coniecturas, quas Bellarminus rectè expendit ad conuincendam hiſtoriæ falſitatem. Quibus etiam adde, hanc epiſtolam non reperiri Auguſtæ inter opera Vdalrici, vt teſtatur Staphylius in reſponſione ad fictas diſſenſiones, quas inter catholicos eſſe falſò criminatur Mathias Illiricus, & ideò etiam merito cenſet, cõfictam eſſe. Et hæc dicta nobis ſufficiant.

Bellarminus.

Abb. Vperg. Hermanus.

73

Staphylius.

Quinam Apoſtoli vxores habuerint, & quo pacto eis vſi fuerint.

CAPVT. VIII.

INTER alia argumenta, quæ congerit Caluinus ad confutandam legem Eccleſiaſticam de continentia ſacrorum hominum; quartum erat deſumptum ab exemplo Apoſtolorum, quos habuiſſe vxores, & illis vſos fuiſſe, affirmat Caluinus, vt inde colligat, cæteris etiam viris Eccleſiaſticis concedendum eſſe libertatem vtendi Matrimonio. Porro autem Apoſtolos vxores habuiſſe; imò etiam circumduxiſſe; probant ex illo Pauli 2. ad Corinth. 9. *Nunquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas? aut ego ſolus, & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi?* quaſi dicat: Habemus vtique, ſed nolumus. Verum, quamuis, quod attinet ad factum Apoſtolorum, vtrum vxores habuerint, an non? inter catholicos non ſatis certum ſit, & in contrarias ſententias ſint diuiſi, vt inferiùs videbimus; tamen illud apud omnes indubitatum eſt, poſt vocationem eorum ad Apoſtolatum eos non fuiſſe vxoribus vſos, ſed continentes, ſicut etiam hi Patres fatentur, qui affirmant, eos vxores habuiſſe, idq; manifeſte colligitur ex illo Matthei 19. quod Petrus nomine cæterorum Apoſtolorum dixit Chriſto: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*: nam cum poſtea explicans Chriſtus, quæ ſint ea, quæ relicturi erant ij, qui ipſum ſequi debebant, dixit: *Et omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut vxorem, &c.* ſine dubio ſicut rectè expendit Hieronymus in lib. 1. aduerſus Iouinianum num. 30. poſt medium, ſignificauit, diſcipulos ſuos, qui tunc ipſum ſequi debebant, vxores, ac proinde earum etiam vſum relicturos fuiſſe. Quamuis igitur concederemus, omnes Apoſtolos vxores habuiſſe, ex eorum exemplo nihil Caluinus colligere potuit pro ſui erroris confirmatione; non quidem vſum Matrimonij ante Ordines contracti; cum Apoſtoli Matrimonio contracto ante Apoſtolatum poſtea vſi non fuerint: neque libertatem contrahendi Matrimonium poſt Ordinationem, cum nullus eorum poſt Apoſtolatum contraxerit, & hoc citrà omnium controuerſiam ſit. Et ſanè, ſi Apoſtoli vſi non ſunt Matrimonio contracto ante Apoſtolatum, manifeſtum eſt, neque poſt Apoſtolatum aliquod contraxiſſe. Cæterũ obiter quoque examinare oportet id, quod de Apoſtolis aſſumit in ſuo argumẽto Caluinus, videlicet, eos omnes vxores habuiſſe, quod quidem, vt dixi, apud catholicos in

74

Hieronymus.

75

Corruit argumentũ Caluini.

quæſtione poſitum eſt, & ſane antiquiores, & temporibus Apoſtolorum magis propinqui in ea fuere ſententia, vt Apoſtoli omnes vxores habuerint: ita tradidit Ignatius in epiſtola 6. aliàs 9. quę eſt ad Philadelphienſes, non parum ante medium his verbis: *Non detraho autem cæteris beatis, qui nuptiis copulati fuerunt, quorũ nunc memini, opto enim Deo dignus, ad veſtigia eorum in regno ipſius inueniri, ſicut Abraham, & Iſaac, & Iacob, ſicut Ioſeph, & Iſaias, & cæteri Prophetæ, ſicut Petrus, & Paulus, & reliqui Apoſtoli, qui nuptijs fuerunt ſociati, qui non libidinis ſ causa, ſed poſteritatis ſubrogandæ gratia cõiuges habuerunt:* hactenus Ignatius, qui nullum Apoſtolorũ, excipit, & expreſſe numerat Paulũ. Quamuis in codice Vaticano, & alijs antiquis codicibus nõ nominetur Paulus, vt recte notauit Bellarm. to. 1. lib. illo 1. de clericis. c. 20. ad 4. argument. ſed & Pamelius in librũ Tertuliani de monogamia ſcholio 13. refert ex Ricardo Malleo Anglo, in codice quodam peruetuſto Oxonienſi non fuiſſe Paulum inter coniugatos numeratum ab Ignatio. Exceperat autem paulo ante ex Prophetis Hieremiã, ex Apoſtolis autẽ dilectiſsimũ diſcipulum nempe Ioannẽ Euangeliſtã, quos inter virgines cõmemorauerat: Clemẽs præterea Alexandrinus lib. 3. Stromatũ, idẽ plane affirmat de Petro, & Philippo Apoſtolis; quinimo, & de Paulo, quòd dixerit 1. ad Corinth. 9. verba quæ ſupra pro argumento Galuinĩ recitauimus. Et ad Philippenſes 4. *Rogo te germane compar*: per *comparem* intelligens vxorẽ ſuam. Et de Philippo aſſerit filiàs ſuas viris tradidiſſe: hunc locũ Clementis citat Euſebius lib. 3. hiſtoriæ cap. 30. additque cap. 32. Philippum Apoſtolum vnum ex duodecim filias habuiſſe; idque refert ex Policrate epiſtol. ad Victorẽ Papam; inquit tamen ex ijs duas virgines fuiſſe, & alterã prophetiſsã, quæ apud Epheſum permanſit. Hoc idem refert Nicephorus ex Clemente Alexandrino lib. 2. hiſtoriæ cap. 44. poſtquã autẽ hanc ſententiam præmiſit de omnibus Apoſtolis, quòd vxores habuerint; in extremis verbis capitis inquit, multos ex Græcis de Paulo exiſtimare nõ habuiſſe vxorem, idq; colligere ex illo 1. Cor. 7. *Volo autem omnes homines eſſe ſicut me ipſum.* Cæterum vt ſupradixi, Clemens expreſſe dixit Apoſtolos ſuas vxores, quas ſecum circumferebãt habuiſſe, ſicut ſorores, quod quidem intelligit poſt vocationẽ ad Apoſtolatum.

Bellarminus loc. citat. nihil in hac cõtrouerſia definit, illud tamẽ contendit ex duobus locis, ex quibus Clemens colligit Paulum habuiſſe vxorem, id nullo modo probari. Baronius autem tomo 1. Annalium, ſub anno 57. §. 66. ſententiam oppoſitam cum Tertuliano defendit: nimirum nullum Apoſtolorum, præter Apoſtolum Petrum, vxorem habuiſſe: ita docet Tertullian. lib. de monogamia c. 8. Ideo autẽ de ſolo Petro aſſerit maritatũ fuiſſe, quia legerat in Euangelio, eũ ſocrum habuiſſe. Idem ante Baronium docuerant Claudius Spenceus lib. 1. de continentia. c. 8. & Pameliusin librum illũ Tertulliani de monogamia, ſcholio 13. cuius præcipuum inſtitutum, ſicut etiam Baronij eſt defendere, Paulum numquam maritatũ fuiſſe: de Paulo autẽ, & alijs Apoſtolis, probat Baronius §. 66. nullum præter Petrum vxorẽ habuiſſe ex antiquiſsimo Tertulliano lib. de monogamia ca. 8. vbi id expreſſe teſtatur: capite etiam tertio plura addidit de cœlibatu Pauli, & aliorum Apoſtolorum, omnes que locos Tertulliani, ex quibus cœlibatus Pauli probari poteſt, in vnum colligit. Deinde Baronius. §. 67. idem ſpecialim de Paulo: quia Elion in feſtiſsimus hoſtis Pauli, vt narrat Epiphanius aduerſus hæreſes, hæreſi 30. poſt quatuor folia, quantumuis vehementer Apoſtolum Paulum calumnijs exagitaret, tamẽ eũ abſque vxore fuiſſe, antequã ad Chriſtũ conuerteretur, manifeſte oſtendit, cum dixerit, ideo ad fidẽ Chriſti fuiſſe cõuerſum, quòd puellam, quã in coniugem ducere volebat, nõ fuerit aſſequutus. Quòd ſi antequam in Chriſtũ crederet, vxorem non habuit, quis dicat, ipſum poſtea eã duxiſſe. Cum Tertulliano idem ſenſiſſe de omnibus alijs Apoſtolis, Hieronymus lib. 1. aduerſus Iouinianum, excepto ſcilicet Petro, nullum eorũ vxorem vnquam habuiſſe, putat noſter Bellarminus loco citato. Verũ Hieronymus in eo lib. num. 30. poſt mediũ & 31. de omnibus Apoſtolis id ſolum eſſerit etiam ſi ex ſuperfluo concedatur Iouiniano, Apoſtolos omnes vxores habuiſſe ante vocationem ad Apoſtolatum, poſt Apoſtolatum tamen officium cõiugale eos omnino reliquiſſe, tũ etiam licet de Petro negari nequeat, vxorem aliquando habuiſſe, quia legimus Lucæ 4. habuiſſe ſocrum, tamen de alijs minime probari poſſe virgines nõ fuiſſe. At ipſe certe non affirmat, omnes virgines, aut agamos, hoc eſt, innuptos ſemper fuiſſe, neque prædicti Theologi aliquem alium ex Patribus pro ſua ſententia allegant.

Mihi vero in hac re, primum quidem videtur Clementem Alexandrinum, cuius

Gelasius

Eusebius

Philippum Apostolum vxorem non duxisse ostenditur. Actor. 6.

81

83

Torinus. Ambrosius. Marianus.

85

Theodoretus

Autor com.

1. ad Cor. 7. Ignatius.

Clem. Alex. Eusebius. Nicephorus.

Tertulliano

1. ad Cor. 6

Paulum non duxisse vxorem ostenditur Chrysostom. Theodoretus. Oecumen. Theophilac. Autor com. Haimo. Anselmus Hieronymus Tertullianus Augustin.

Pamel. 4. Regum 4.

operâ apocrypha, censet Gelasius in canone: *Sancta Romana.* 15. distin. manifeste deceptum fuisse, & cum eo Eusebium in eo, quod aiunt, Philippum vnum ex duodecim Apostolis ex vxore filias procreasse. Nam Philippus, qui quatuor filias dicitur habuisse, non fuit vnus ex duodecim Apostolis, sed vnus ex septẽ diaconis, qui Actor. 6. inter alios connumeratur. Namque de hoc Philippo dicitur Actorũ 21. quatuor filias virgines habuisse Prophetas, vocatus autẽ in eodem cap. Philippus Euangelista non simpliciter, quasi esset vnus ex quatuor, sed dicitur vnus ex septem, nã & septem diaconi, quos diximus supra disput 236. cap. 4. Actorum 6. electos fuisse, tantum ad mẽsam electi postea fuerunt ad altare, vt ibidẽ nonnotauimus: munus autem diaconi inter alia est Euãgelizare, vt probabimus disput. 230. cap. 8. ideo igitur vocatus fuit Euangelista. Errauit quoque manifeste Clemens in eo quod dixit Philippũ tradidisse filias suas viris in Matrimonium. Nam cum c. illo 21. Actorum dicantur Virgines, & Prophetæ, potius credendũ est virgines etiã permansisse, atq; ita refert Eusebius ex illo Policrate.

Deinde existimo cũ Hieronymo, etiã si de Petro manifeste cõstet ex Scriptura, vxorem habuisse, tamẽ de alijs nihil probari posse virgines non fuisse. Dico autem probari non posse ex canonica aliqua Scriptura, aut ex constanti Ecclesiæ traditione, negare tamen non possum magnæ autoritatis esse testimonium Ignatij discipuli Apostolorum, & præferri merito debere testimonio Tertulliani, quòd multo sit antiquior, & opera eius non sint, vt apocrypha declarata, sicut illa, quæ sunt Tertuliani, à Gelasio Papa in canone, *Sancta Romana*, 15. distinct. & quod attinet ad reliquos Apostolos, præter Petrum, & Paulum irrefragabile videri. Nã licet credere possimus Paulum ab eo nominatum non fuisse inter reliquos Apostolos, coniugatos, sed ab aliquo hæretico suppositum falsò fuisse, sicut contendit Baronius, cum constet in exemplari illo Oxoniensi Vaticano, & Mathiæ Coruini Regis Pannoniæ, quod se legisse testatur Ambrosius Camaldulensis, vt refert Marianus Victorius in epistolam Hieronymi 22. schol. 56. Paulũ, non habere: tamẽ quod spectat ad alios Apostolos in vniuersum, non video quo pacto, scriptura Ignatij falsitatis insimulari possit, sed neque Baronius, neq; alius aliquã in eo textus corruptionẽ, aut deprauationẽ ostendit. Verũ cũ dicit Ignatius Apostolos vxores habuisse, non cogimur intelligere Ioannem aut Paulum, sed satis est, cæteros intelligere, & sane cũ hi in adolecentia ad Apostolatum fuerint vocati, ratio ipsa maxime suadere videtur fuisse cœlibes. nã post vocationem credibile non est, eos vllũ matrimoniũ contraxisse, & eo vsos fuisse. Hac ratione Theodoretus in illud ad Philippẽses 4. *Rogo & te germane compar*, probat Paulum numquam vxorẽ habuisse, & Autor cõmentariorũ in Paulũ, apud Ambros. in illud 1. ad Corinth. 7. *Dico autem non nuptis, &c.* bene video testimonium Ignatij, pro constanti traditione nobis non sufficere, nihilominus nihil esse scio, quod ei præferri debeat, aut possit.

Postremo contra Clementem Alexãdrinum, Eusebium, & Nizephorum pro cõperto habeo, ex locis ab hæreticis in hoc argumẽto allegatis minime probari, Paulũ vxorem habuisse: cumq; testimoniũ Ignatij nõ obstet, & non desit præclarum ipsius Pauli testimoniũ ad id confirmandum, cũ Tertulliano, & alijs pronuntio, ipsum nunquã vxorem habuisse. Primũ quidẽ de locis ab hæreticis allegatis id sigillatim ostendo. Nam cũ ait Paulus 1. ad Corinth. 9. *Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, &c.* per mulierem sororem non intellexit vxorem, seu mulierem, quæ esset, loco sororis, & ipsi ministraret, sicut cæteri, Apostoli habebant: ita enim exponũt Græci omnes, & Latini, Chrysostom. Theodoret. & OEcumenius Theophylact. Autor commentariorũ in Paulũ apud Ambrosium Haymo, & Anselmus, quos Recentiores omnes expositores sequuntur, & Theologi, qui de hac re disputãt, à nobis iã citati. Adde etiã Hieronymum lib. 1. contra Iouinianũ num. 30. aliquantulum ante finem, & Tertullianũ lib. de monogomia c. illo 8. n. 59. & Augustinum lib. de opere monachorũ c. 4. qui Patres etiã notarũt nomẽ Græcum γυνὴ, hoc loco positã, cõmune esse, & ad vxorem, & ad mulierem quancumque nõ vxorẽ, & vt obseruauit Tertullianus apud Græcos aliud, propriũ nomẽ est vxoris quale est γαμετὴ sicut Pamelius notauit scholio 59. illius lib. erant enim sicut docẽt Hieronymus loco allegato, & Græci in illũ locũ Pauli, piæ mulieres, quæ de sua substãtia Apostolos sustentabãt, sicut Sunamitis 4. Reg. sustẽtabat Elisæum, & hæ cõmittabãtur Apostolos: probãt etiam Theologi allegati hũc sensũ ex eo quod dixit Paulũ mulierẽ sorotẽ. Nã cũ eã sororẽ appellauit, intellexit plane nõ vxorẽ, sed sororẽ esse nõ quidẽ sanguine, sed charitate sequę officiũ sororis præstaret: de vxore autem

tem non recte diceret mulierem vxorem. Confirmat præterea, ex eo quod voci Græcę γυναῖκα, Latine *Mulierem*, non addidit Paulus articulum τὴν, vt denotaret certâ mulierem, quę eſſet vxor, ſed ſine articulo mulierem quamcumque ſignificauit, hunc ſenſum eodem etiam modo cõfirmat noſter Salmeron in hunc locum Pauli.

Salmeron.

Obijcit tamen Petrus Martyr, in hunc locũ primæ ad Corinth. 4. primũ, quia niſi Paulus vellet vxorem denotare, ſolum diceret ſororem, & non adderet mulierem, id enim ſuperuacaneum videtur. Deinde, quia cum ait *Poteſtatem*, denotat autoritatem, hanc autem non haberet Apoſtolus in mulierem illam ſororem, ſed in vxorem. Poſtremo, quia ſi illæ mulieres miniſtrabãt Apoſtolis ſequeretur eos nihil à populis accepiſſe, quod tamen eſt falſum, vt patet ex illo primę ad Theſſalonicenſes 2. *Cum poſſemus vobis oneri eſſe, ſicut & cæteri Apoſtoli*, videlicet quòd neceſſaria ſuſtentationi ab eis acciperent.

86

Obiectio.

1. ad Theſſalonicenſes. 2.

Ad primum reſpondet Bellarminus cap. citato, mulieres vocatas fuiſſe ſorores, ſicut viri etiam vocabantur fratres, & cum Paulus dicere deberet *Mulierem ſororem*, mutauit ordinem, & dixit, *Sororem mulierem*, & idem eſt ac ſi diceret, *Mulierem ſororem*.

Solutio.

Bellarminus

Ad ſecundum reſpondet Apoſtolum loqui de poteſtate, quam habebat non in mulieres, ſed in actionem eas circunducendi, ſi ſequi vellent, vel ſi de poteſtate in ipſas mulieres, non fuiſſe loquutum, de poteſtate viri in vxorem, ſed Doctoris in diſcipulã. Ego vero exiſtimo facilius reſponderi, ſi dicamus per poteſtatem intellexiſſe Paulum facultatem, & licentiam: contendit enim, ibi ſolum non minus ſibi licere, & permiſſum eſſe, quã alijs Apoſtolis, quãuis ea licẽtia vti nollent: dixerat enim initio capitis: *Non ſum liber?* oſtendens ſe eandem libertatem habere, quam alij Apoſtoli habebant. Et paucis interpoſitis: *Numquid non habemus, Poteſtatem manducandi, & bibendi*, & poſtea ſubdit illud, de poteſtate circũducendi mulierem ſororem. Quis autem dicat per poteſtatem manducandi ipſum intellexiſſe autoritatem mãducandi, & bibendi: cur igitur per poteſtatem circunducendi mulierẽ ſororem intelliget autoritatem, & non potius licentiam, eo autem ſpectãt ea omnia, ad quæ dicit ſe habere licentiam, vt oſtendat in medio capitis ſe à multis, quę recte poterat facere abſtinuiſſe, vt plures lucri faceret; & ita ait: *Nam cum liber eſſem ex omnibus omnium me ſeruum feci vt plures lucri facerem*, hoc eſt poteſtatem haberem, & liber eſſem ad plura, quæ mihi licita ſunt, omnia autem cãpit. 9. quæ dicit de licẽtia, & poteſtate, eo ſpectãt, vt confirmet id, quod cap. præcedente dixerat de idolothytis, vt quamuis quiſque poteſtatem habeat de illis manducandi, hoc eſt liberũ, & permiſſum ſit ei, tamen hac licentia abuti non debet. ſi ſit alteri offendiculum, hoc igitur confirmat exemplo ſui, qui à pluribus, quæ ſibi licebãt abſtinuit, vt plures lucri faceret. In cap. autem illo octauo de illa licentia ait: *Viderene forte hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis*. Hoc autẽ modo recte conſtat, & connectitur contextus capitis 9. cum cap. 8. & totus contextus capitis 9. in ſe.

87

88

Sensus Pauli in vtroque cap. cõnectitur.

Ad tertium Petri Martyris reſpondet Bellarminus, illas mulieres non miniſtraſſe Apoſtolis pecunias, ſed tantum miniſterium, & operam ſuam exhibuiſſe, & ita Apoſtolos à populis accepiſſe neceſſaria ad vitæ ſuſtẽtationem, vel recte mulieres illas fuiſſe diuites, & ſuſtentaſſe Apoſtolos, de ſua ſubſtantia: tamen, quia interdum non ſequebatur Apoſtolos, non ſemper eos aluiſſe, & tunc à populis ſuſtentationem accepiſſe. Hieronymus vero abſolute docet, iuxta morem Hebræorum, has mulieres de ſubſtantia ſua Apoſtolis miniſtraſſe. Nam, & mulieres, quæ Chriſtum ſequebãtur, de ſua ſubſtãtia ei miniſtraſſe, cõſtat Lucæ octauo capite, & hinc etiam colligit Auguſtinus loco citato has mulieres exemplo aliarum, quæ Chriſto de bonis ſuis miniſtrabant, Apoſtolos de ſua ſubſtantia aluiſſe.

Hieronymus

Lucæ 8.

Auguſtinus

Ego igitur exiſtimo has mulieres ita de ſubſtantia ſua Apoſtolis prędicãtibus, quos ſequebantur miniſtraſſe, vt etiam Apoſtoli à populis aliqua in ſui ſuſtentationem acciperent, ne mulieres nimium grauarentur, aut quia ſubſtantia ipſarum plene non ſufficeret. Quod enim ait Caietanus in hunc locum has mulieres non potuiſſe miniſtrare Apoſtolis de ſua ſubſtantia, cum illi prędicarent extra Iudęam, extra quam difficile eſſet Apoſtolos de ſuis bonis ſuſtentare non obſtat, quominus dicamus eas etiam ex parte Apoſtolis neceſſaria miniſtraſſe, præſertim cum non ſit neceſſe aſſerere, has mulieres omnes fuiſſe ex Iudæa, quia potuerunt eſſe ex alijs regionibus, quibus Apoſtoli Euangelium prędicarunt, & ita tertium argumẽtum Martyris facillime diſſoluitur. Et hactenus de priori teſtimonio, quo Caluinus contendit probare Paulum vxorem habuiſſe, ex quo, vt vidimus, id minime deduci poteſt. Illud quoque ad Philippenſes 4. *Rogo te germane compar*, nihil ad id probandum mo-

Tertium fundamentum ſoluitur.

89

tihabet, Faber Stapulenſis, & Eraſmus hoc teſtimonio decepti putarunt, Paulum vxorem habuiſſe: eoquòd Græcè pro *compar* ſit συζυγος, nam συζυγος, idem quòd Latinè eum, qui cum alio ſub eodem iugo eſt ζυγος enim iugum denotat. Hinc etiam Clemens Alexandrinus colligit, Paulum vxorem habuiſſe. His tamen obſtant primum plures Patres, qui de Paulo, id expreſſe negarunt: atque omiſſo Tertulliano, qui vt ſupra vidimus, de omnibus Apoſtolis excepto Petro id etiam negat, de Paulo ſpeciatim ita docuerunt Hieronymus in epiſtola ad Euſtochiũ de cuſtodia virginitatis, quæſt. 22. num. 56. vbi inquit, non eſſe audiendos, qui docent, Paulum vxorem habuiſſe. Idem ſentiunt Epiphanius aduerſus hæreſes hæreſi 58. non parum poſt medium, Ambroſius lib. exhortationis ad virgines longè a principio, vbi adducit illud 1. ad Corinthios 7. *Volo autem vos omnes eſſe ſicut meipſum*: & Autor Commentariorum in Paulũ apud ipſum Ambroſium in illud 1 ad Corinth. 7. *Dico autem non nuptis, &c.* Citant etiam aliqui Auguſtinum libro de gratia, & libero arbitrio cap. 4. Ibi tamen poſt medium ſolum docet, Paulum ab omni concubitu continuiſſe, & in hunc ſenſum exponit illud 1. ad Corinth. 7. citatum, *Volo autem, &c.* Hoc autem fieri poterat etiam ſi tunc coniugem haberet, ſi ea tantum tanquam ſorore vteretur, quod quidem ſatis nobis eſſet contra hæreticos, qui contendunt vſum coniugij cum miniſterio Eccleſiæ coniungere, ſi aliud contra eos de Paulo probare non poſſemus.

Clem. Alex. 90 Hieronymus Epiphanius Ambroſius Auguſtinus 1. Ad Corinth. 7.

Deinde expoſitioni Clementis, Euſebij, & aliorum obſtat communis interpretatio, tam Græcorum, quàm Latinorum, qui prædictum teſtimonium ad Philippenſ. 4. non de vxore intelligunt, ſed alio modo. Et ſanè quamuis συζυγε ſi verbum ex verbo reddas, idem eſt quod Latinè *coniugalis*; tamen Græci Patres, & Latini non de vxore, ſed alio modo interpretantur. Chryſoſtomus homilia 13. refert ſententiam quorundam, qui putabant eſſe nomen propriũ alicuius hominis, cui commendabat curam illarum mulierum, quæ ſimul cum Paulo in Euangelio laborauerunt. Ipſe tamen putat fuiſſe virum aliquem inſignem fratrem illarum mulierum, quarum ibi meminit, aut maritum alicuius ex illis, cooperarium tamen ipſius in Euangelio, & parum intereſſe vno, aut alio modo hũc locum interpretari. De opinione autem eorum, qui ex hoc loco duxerunt, Paulum vxorem habuiſſe nullam

Expoſitio aliquorum in prædictũ locum Pauli relinquitur. Chryſoſt. 91

mẽtionem facit. Verum poſtea Theodoretus in eum locum, inquit, quoſdam ex hoc loco ſtulte exiſtimaſſe, Paulũ vxorẽ habuiſſe, eosq; cõfutat ex teſtimonijs 1. ad Corinth. 7. vbi ſe (inquit) in numero cœlibũ retulit. Putat igitur Theodoretus Paulum vocaſſe Germanum cõparem eum, qui iugum pietatis ſecum ſimul trahebat. Theophylactus quoque prædictæ opinionis de vxore Pauli meminit, & errorem vocauit, eamq; confutat ex eo, quòd ſi intelligeret Paulus vxorem non diceret, γνησιε, Latinè, *Germanè*, ſed γνησια, Latine *Germana*, quod enim vt refert OEcumenius, qui ex hoc loco probare contendebant Paulum vxorem habuiſſe, dixerunt γνησιε συζυγε, poſſe etiam accipi fœmininè, eoquòd ſint voces communes duorum: quorum ſentẽtiam hac in parte ſequitur noſter Salmeron in prædictum locum, ipſe OEcumenius nõ probat, neque improbat, ſed aliam rationẽ affert, ob quam per illas voces non intelligat Paulus vxorem, quia nimirum ſi vxorem haberet, neque eam circumducere ſecum vellet, non Philippis, ſed Tarſis eam reliquiſſet, cum ipſi Tarſenſis patria eſſet. Quem autem intelligebat per Germanum cõparem explicant Theophylactus, & OEcumenius, ſicut Chryſoſtomus, & addit Theophylactus, forſan fuiſſe cuſtodem illius carceris, quaſi diceret Paulus, iam tandem frater es Germanus, nunc coniugalis vir, ſi inopere Domini iugum trahas mecum, adiuuans illas, ſcilicet mulieres. Illud autẽ de nomine proprio, quod eſſet, *Germanus*, cuius meminit Chryſoſtomus, etiam probat OEcumenius. Iam verò quis non videat, quã perperam Clemens, Euſebius, & hæretici noſtri tẽporis, deducere voluerint Paulum vxorem habuiſſe ex prædicto loco, ad Philippẽſes 4.

Theodoretus Theophyl. 92 OEcumen. Salmeron. 63 Ad Philip. 4.

Porrò autẽ ipſum nõ habuiſſe vxorẽ probant nõ pauci Patres ex illo 1. ad Corint. 7. *Dico autẽ non nuptis, & viduis bonũ eſt illis ſi ſic permaneant, ſicuti & ego.* Ita Hiero. in illã epiſt. 22. ad Euſtochiũ de cuſtodia virginit. n. 55. in fine, & 56. in princip. Epiphan. hæreſi illa 58. nõ parũ poſt mediũ. Ambro. lib. illo exhortationis ad virgines longè à principio, Theodoret. in illud ad Philippen. 4. *Rogoto & te Germane cõpar.* Et in prædictũ locum 1. ad Corinth. 7. Ratione autem manifeſta id conuici poteſt, nam cũ ibi loquatur cum innuptis, & viduis non autem cum coniugatis, & ſe in exemplum adducat, vt ipſum imitentur; manifeſte conuincitur, ipſum nunquam vxorem duxiſſe: etenim ſi aliquando eam habuiſſet, & iam

Ratio efficax.

viduus

viduus esset, certè posset se in exemplum viduis proponere, vt ipsum imitarentur, ne alias vxores ducerent, neque ad secundas nuptias transirent; sed continentes in statu
94 viduitatis permanerent; atqui proponit se innuptis, & viduis: per innuptos autem, non viduos, sed qui nunquam vxorem habuerũt intelligit, vt manifestum est. Ergo ideò se illis in exemplum proponens in numero cœlibum se constituit. Alioquin si ipse aliquando vxorem habuisset, & viduus in cõtinentia tantum permaneret, respondere possent innupti, se velle semel experiri vsum coniugij, & deinde in viduitate se continentes futuros. Hinc igitur apertè conficitur, Paulum se proposuisse in exemplum; quod nunquam vxorem habuisset. Porrò autem nemo probabili aliqua ratione nixus, dicere posset, Paulum post scriptam epistolam ad Corinthios, quæ teste Theodoreto scripta fuit post epistolam ad Philippenses, vxorem duxisse. Quis enim hoc credat, aut vnde suspicari illud posset? ergo hinc fit vt nunquam vxorem habuerit. Et certè, vt minimum, contra hæreticos illud sequitur, Paulum tunc continentem fuisse, & ab vxore tunc abstinuisse: nam in eo loco exhortabatur Corinthios ad continentiam: quorsum ergo se in exemplum ipsis proponeret, si continens ipse non esset?

Cæterum Autor Commentariorum in Paulũ explicans eum locũ 1. ad Corinth. 7.
95 *Dico autem non nuptis & viduis*, ex illo non solum colligit, Paulum nunquam vxorem habuisse, sed virginem semper fuisse: nam nisi esset integer corpore (inquit ille) cur volebat omnes homines esse sicut ipse erat, vt paulò etiam antea in eodẽ cap. dixerat? Si autem vxorem habuisset, vel virgo nõ fuisset, non optaret omnes homines virgines esse, quod est falsum. Probat autem vxorem non habuisse ex eoquòd ad Euangelium in iuuenili ætate fuisset vocatus, vt supra ex ipso, & Theodoreto notauimus.

De tonsura clericali. Disputatio. 250.

De antiquitate tonsuræ clericalis. Cap. 1.
De ratione ob quã tonsura in Ecclesiam fuit introducta, & de significatione eius. Cap. 2.
Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 3.
Conuelluntur fundamenta hæreticorum. Cap. 4.

De antiquitate tonsuræ clericalis.

CAPVT. I.

HANC continentiam ab vsu venereo, & ab alijs carnis peccatis tonsura clericali denotari, ex ijs quæ dicemus, non obscure patebit: quamuis & aliam etiam significationem habere non dubitem, vt inferiùs dicam. In præsente autem controuersia agendum nobis erit de omnibus, quæ ad hanc tonsuram pertinent. Primum de antiquitate illius, deinde de significatione, & causa, obquam fuerit instituta: postremò de obligatione deferendi illam.

Totius disputationis ordo.

Error hæreticorum.

In primis ergo hæretici nostri temporis, qui contra omnes Ecclesiæ cæremonias obloqui non dubitarunt, de tõsura monachorum, quæ fere eadem est cum clericali, perperam etiam senserunt. Centuriatores centuria 4. c. 6. dixerunt, tonsuram monachorũ rem esse superstitiosam, minimè consentaneam Scripturis, & vsui Ecclesiæ purioris. Caluinus autem lib. 4. institutionum, c. 19. §. 27. videtur sensisse, vsum tonsuræ à tẽpore solũ Augustini cœpisse, ea de causa quod tunc homines effœminati comam alere solerent, id quod indecens omnino clericis, & monachis videbatur; ne cum lasciuis hominibus cõmunicare viderentur. Deinde Hortensius Landus in lib. de persecutione barbarorũ multa contra tonsuram docet, eamq; quibusdam Scripturæ locis impugnat. Primus est Leuitici. 19. vbi sic dicitur: *Neque in rotundum attendebitis comam, neque radetis barbam.* Secundus est Hieremiæ 9. sub fine, vbi Dominus dicit se visitaturum, *Super omnes, qui attonsi sunt in comam.* Tertius est Leuitici 21. vbi de sacerdotibus dicitur, *Non radent caput neque barbam.* Et Ezechielis 44. idem habetur. Quartus est Hieremiæ apud Baruch cap. vlt. in epistola, quam misit ad captiuos in Babylonia vbi videt sacerdotes idolorum, quod sedeant in templo illorũ habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam, & capita nuda. Verum contra hæreticos duo nobis de tonsura ostendenda sunt, alterum est de antiquitate, alterum de causa, & significatione eius. Circa priùs manifeste deceptũ fuisse Caluin. quod dixerit, tonsuram non fuisse antiquiorẽ Augustino, ex eo patet, quod Dionysius, & alij antiquiores Patres illius meminerunt. Primò quidẽ Dionysius 6. c. de Ecclesiastica Hierarchia part. 2. in fine, aliàs capite 10. in mysterio

Leuit. 19. Hierem. 9. Leuit 21. Hierem. vltimo.

Conuincitur hæretici.

Dionysius.

monaſticæ conſecrationis tonſuræ mo-
nachorum mentionem facit, non autem
tonſuræ clericalis in Ordinatione, vt falsò
putauit Dominicus Sotus in 4. diſtinctione
Sotus. 23.q.2.ar.1 poſt primam concluſionē. Ne-
que Vvaldenſis to. 3. qui eſt de Sacramen-
Vvaldenſis. talibus tit.9.c.8.n.3.qui citat Dionyſium,
Linconien. & ex quo deſumpſit Sotus cū commentario
Linconienſis, intellexit Diony. de tonſura
clericali, ſed de monachali, quamuis in mar-
gine de clericali ab aliquo incaute ſit nota-
tum, & in ſummario capituli. De cleri-
cali autem tonſura agit hic Autor tit.7.cap.
64. De eadem monachorum tonſura loquitur
Epiphanius aduerſus hæreſes hæreſi.
Epiphanius. 80.poſt medium, vbi reprehēdit monachos
Meſopotamiæ quod cōmas muliebres pro-
ducerent, & ſacco conſpicuo veſtiti incē-
derent, quos oportebat (inquit) eſſe reuerē-
dos in tonſura. Sic etiam Auguſtin. lib. de
opere monachorum, cap. 31. & 32. acriter
Auguſt. reprehendit monachos, qui cōmam alebāt.
Baſilius. Monachalis quoque tonſuræ mentionem
Paulinus. faciunt Baſilius in regula monachorū ſuorū
nuper Romæ excuſſa, & Paulinus epiſtola 7.
quæ eſt ad Seuerum, Saluianus Maſilien. lib.
Salvianus. 8. de vero iudicio, & prouidentia Dei ſub
Athanaſius. finem. Monialium autem tonſuræ meminit
Athanaſius lib. de virginitate non parum
ante medium, vbi deſcribens habitum vir-
ginum ait: *Capilli circumtonſi*, & Palladius
in hiſtoria Lauſiaca cap.38. Clericalis ve-
to tonſuræ mentio fit ab Aniceto epiſtola
1.cap.4. Hieronymo in epiſtola ad Auguſt.
quæ eſt 26. apud eundem Auguſtinum, &
ab Auguſtino in epiſtola 147. ad Proculei-
anum Epiſcopum. Nam Hieronymus ait:
Fratres tuos, &c. ſalutes, præcor coronam tuam.
Auguſtinus verò *per coronam noſtram nos ad-*
iurant veſtri, per coronam veſtram vos adiurant
veſtri. Per coronam autem non videntur
4 aliam intelligere, niſi tonſuram capillorum
Ammianus clericalem. Narrat quoque Ammianus Mar-
cellinus lib.12. temporibus Iuliani Apoſta-
tæ, Theodorum quendam Eccleſiæ præfe-
ctū ab Ethnicis occiſum, quod cirros pue-
rorum tonderet, hoc eſt, quod plures pue-
ros in clericos eligeret, & ordinaret, & ad
hoc capillos tonderet. Lib. quoque 3. codi-
cis Theodoſiani titu. de fide catholica lau-
datur Otreius Epiſcopus Melitēſis, de quo
Cyrillus. narrat Cyrillus apud Lyppomanū in 5. to.
in vita S. Euthimij, quod cum Euthimium
in lectorē ordinauit, pilos, qui ex lege ton-
Nazianz. dentur pueris, totōderit. Adde etia Nazian-
zenū oratione 28. in Maximū num. 9. vbi de
electis per vim in Paſtores, & Epiſcopos

ait, nihil aliud eos contuliſſe niſi commam,
quam raſerunt. De ea quoq; loquuntur Iſi-
dorus lib.2.de officijs Eccleſiaſticis, cap.4. Iſidorus.
quod eſt de tonſura, Beda lib. 5. hiſtoriæ
Anglorū cap.22, col.7. Germanus Patriar- Beda.
cha Conſtantinopolitanus coætaneus Bedæ Germanus.
in hiſtoria rerum Eccleſiaſticarum in to.4.
aliàs 6. Bibliothecæ antiquorum Patrum. §. Tonſura
Genu non flectere, qui tres Patres expreſſe af- clericalis
firmant ritum tonſuræ clericalis ab Apoſto- ab Apoſto-
lis dimanaſſe. Ex ipſis autē id deſumpſerunt lis ortum
Alcuinus lib.de Diuinis officijs, cap.35. & habuit.
Amalarius lib. 2. de Eccleſiaſticis officijs, 5
cap.5. & lib.4.c.39. in 6.tomo Bibliothecæ Alcuinus.
antiquorū Patrū, Rabanus lib.1.de inſtitut. Amalarius.
clericorum cap.3. & Hugo de S. Victore Hugo.
lib.2.de Sacramentis, par.3.c.3. Denique ex Gregorius.
Patribus Gregorius Turonenſis in vita S.
Patritij cap.17. ſcribit, S. Nicetium Epi-
ſcopum ab ipſo ortus ſui tempore ex vtero
natum fuiſſe cum corona quadam capillorū
in circuitu capitis, cum tamen more infan-
tium reliquum capitis nudum eſſet à capil-
lis, ſicut infantes habere ſolent: quod indi-
cium fuit dignitatis Eccleſiæ, ad quam aſ-
ſumendus erat. His omnibus Patribus adde
Iuſtinianum Imperatorē in authentico de Iuſtinianus.
monachis, §. *Conuerſationis*, collatione 1.
vbi mentionem facit tonſuræ monachalis,
& ſignificat à laicorum tonſura diuerſam
fuiſſe: iubet enim, vt ſi ſeruus admittatur ad
vitam monachalem, quod quidem ipſe per-
mittit: per triennium ſit in probatione ſub
habitu, & tōſura laici, antequam monacha-
lem habitum, & tonſuram recipiat. Ex Cō-
ciliis autem, quartum Carthaginenſe cano- Cōcil. Car-
ne 44. vbi prohibetur, ne clericus commam thag.
nutriat, neque barbam. Et Toletanum 4.
canone 40. Et Triburienſe ſub Arnulpho
Imperatore cap. 20. quod inquit, tradente 6
Apoſtolo Petro hanc tonſurā in Eccleſiam
fuiſſe deriuatā. Ex quibus conſtat cōtra hæ-
reticos, tonſuræ vſum in Eccleſia antiquis-
rē fuiſſe Auguſtino, imò vero ab ipſis Apo-
ſtolis dimanaſſe, vt ſequente etiam capite
patebit.

De ratione, ob quam tonſura in Eccleſiā fuit introducta, & de ſignificatione eius.

CAPVT. II.

ISIDORVS, & cæteri poſteriores Doctores varias cauſas, & ſignificatio-
nes tonſuræ clericalis aſſignant, quas
hic in vnum colligere, & examinare
decre-

decreui. Omnes autem notant, hanc tonſurã in modũ coronæ fieri debere, & ex eius figura varias cauſas, & ſignificationes deducunt. Iſidorus cæteris antiquior loco citato, primũ cenſet, hunc vſum tonſuræ in Eccleſiam Euangelicam, & perſonas Eccleſiaſticas fuiſſe deriuatum ex tonſura Nazarçorum, qui in lege veteri tondebantur, & hoc ritu fuiſſe tonſos Ezechielem, vt dicitur cap. 5. ſuę prophetię, & Priſcillã, & Aquilã, & Paulum in Actibus Apoſtolorũ cap. 18. vt quẽadmodum Nazaræi in veteri Lege Diuino cultui mãcipati crine præciſo innouabãtur, ſic etiam & clerici eodem ritu ſuam innouationem denotent. Quam quidem rationem ex Iſidoro refert, & minime improbat Baronius, quin potius probare videtur tomo 1. ſub anno Domini 58. §. C. 122. his verbis: *Ex his etiam, quòd Nazaræi, qui cæteris ſanctiores haberentur, religionis ergo in Templo capita radenda offerrent, Apoſtolica traditione in Eccleſiam deriuatum traditur, vt qui à communi hominum vita recedentes, exquiſitius viuendi genus aſſectarentur, ac per omnia ſeſe Diuino cultui manciparęt, deberent eorum capita radi:* Vetum Dominic. Soto in 4. diſt in ct. 24. quęſt. 2. artic. 1. poſt primã concluſionem, & noſtro Bellarmino tomo primo lib. 2. de monachis cap. 40. merito non placet: reddit autem rationem, quia Nazarçi tunc ſolum tondebantur, quando deſinebant eſſe Nazarçi, ſicut, inquit, patet Numer. ſexto: id quod etiam Iſidorus loco citato obſeruauit. Nazarçus enim erat, qui ſe Domino voto conſecrabat, interim tamen dum tempus voti durabat, à quibuſdam abſtinebat, finito vero tempore voti tõdebatur, & crines capitis in ſacrificium Domino in igne offerebat. At clerici noſtri tondentur quidem non finito tempore voti ſui, ſed ſtatim atque ad eum Ordinem admittuntur: non igitur congruit hæc ratio inſtitutioni tonſuræ clericalis. Obſeruandum tamen eſt, Nazarços tonderi conſueuiſſe, non ſolum finito tempore voti, ſed etiam intra illud, ſi accideret interdum ipſos pollui ex contactu mortui, ſic enim ſtatim tondendi erant, & offerre debebant ſacrificium, vt in illo cap. 6. Numeri dicitur: neutro autẽ modo hæc tonſura Nazarçorum cauſa eſſe potuit, vt inſtar eorum clerici noſtri tõderentur: cumque hoc poſteriori modo tonſus fierit, vel Aquila, vel Priſcilla, vel Paulus Actorũ 18. videlicet, quod pollutus eſſet, neſcio qua ratione dixerit Iſidorus, tonſuram Eccleſiaſticam inſtar huius tonſuræ in Eccleſiam fuiſſe introductã. Porro autem tonſuram illam Actorum 18. ſtatim fuiſſe occaſione illa, quòd aliquis eorum pollutus eſſet in mortuo, manifeſtũ eſt, quia illã facta fuit Cenchris, vt dicitur in eo capite, tonſura autem facienda finito tempore voti, fieri debebat ante oſtium tabernaculi fœderis, nimirum in ciuitate Hieruſalem, vt dicitur Numeri 6. cap. Ideo autẽ illa tonſura Pauli, vel alterius dicitur facta Cẽchris, quæ erat ciuitas Corinthij in littere maris, quia acciderat ibi, vt polluereturtactu alicuius mortui. Præcipiebatur autem Numeri 6. vt ſemel atque Nazarçus polluereturſine mora raderet caput in eodem die purgationis. Cæterum, cum Paulus ex ſuaſione Iacobi Actorum 21. raſſus fuit cum alijs, qui habebant votum ſuper ſe, nempe quod Nazarçi eſſent, id fecit in Templo Ieroſolymitano. Quo autẽ tempore id fecerit videlicet, vtrũ in priore alcẽſione, an in poſteriori, diximus 1. 2. diſput. 182. cap. 8. Ezechielem autem nõ fuiſſe tõſum inſtar Nazaræi manifeſtũ eſt, ſed ideo capillos, & barbã raſiſſe ex præcepto Domini, & vnam partem capillorum igne cõbuſſit, & alteram partem cõcidit Gladio, & tertiã in ventũ diſperſit, vt hoc facto ſuo indicaret, quid Dñs facturus eſſet populo ſuo. Quocirca tõſura noſtra inſtar illius facta nõ eſt, vt videtur ſentire Iſidorus. Deinde idem Iſidorus aliam cauſam huius tonſuræ in eodem loco aſſignat, videlicet, vt criminibus carnis noſtræ, quaſi crinibus exuamur, & ita innouatis ſenſibus eniteſcamus, expoliantes nos veterem hominem cum actibus ſuis. *Quã renouationem* (inquit ille) *in mente oportet fieri, ſed in capite demonſtrari, vbi mens noſcitur habitare.* Hanc cauſam de tonſura ipſa ſecundũ ſe aſſignat Iſidorus: aliã vero adducit, ob quã in figuram, & formam coronæ, & circuli fiat detonſo capite ex parte ſuperiori, relicto autem circulo capillorum, in parte inferiori in modum coronæ, vt hac figura denotetur ſacerdotium, & Regnum: nam apud veteres thiara conſtituebatur in capite ſacerdotum byſſo confecta, & rotunda, quaſi ſphæra media, & hæc, inquit, ſignificabatur parte illa capitis toſa. Circulo capillorum in modũ coronæ aureus circulus, quo capita Regum cingebantur. Hæc omnia ex Iſidoro deſumpſerunt Rabanus, lib. 1. de inſtitutione clericorum cap. 3. & Hugo de Sancto Victore, lib. 2. de Sacramentis. 3. par. cap. 3. & Vvaldenſis tomo 3. qui eſt de Sacramentalibus, tit. 7. cap. 64. n. 2. & ſequent. Albinus autẽ Alcuinus illud ſolum de origine tonſuræ, quòd inſtar Nazarçorum in Eccleſia ab Apoſtolis fuerit introducta: nam quod attinet ad modum coronæ, quæ relinquitur ex tonſurã

Iſidorus. 9 quæ debeat eſſe tonſuræ figura. Ezech. 5. Act. 18. Baronius. Soto. Num. 6. Significatio, tonſuræ quã affert Iſidorus, reijcijtur. Act. 18. 10 11 12 Rabanus. Hugo. Vvaldenſis. Alcuinus.

ſurā ſequitur Beda, cuius ſententiam ſtatim referemus, ſicut & Magiſter in 4. diſt. 24. c. *Tales autem*, quod attinet ad originem tantum ductum ex Nazaræis. Beda cap. illo citato dicit, quamuis Apoſtoli non vno, & eodē modo fuerint tonſi, Petrum Principem eorum, in modum coronæ tonderi conſueuiſſe, ex quo putat conſuetudinem Eccleſiaſticam fuiſſe deſumptam, nō tantum quod ille tonſuram in hunc modum geſtauit, ſed quia eo modo in memoriam coronæ ſpineæ Domini noſtri Ieſu Chriſti attonſus eſt, relicto circulo illo capillorum in modum coronæ. Meminit quoque ibidem coronæ, quam Simon Magus ex tonſura capillorum geſtare ſolebat: erat enim media tantū corona à parte videlicet anteriori capitis, & fronte, à poſteriori vero decuruata, narratq; ibi aliquos magnos viros in Scotia ſuo tempore, ex more patriæ ſemicoronas hoc modo habere cō ſueuiſſe. Hanc originem coronæ, quā tradit Beda ex Beato Petro, in memoriam ſpineæ coronæ probauit poſtea Albinus Alcuinus in lib. de Diuinis officijs, cap. illo 35. citato. Amalarius vero Epiſcopus Treuerenſis, lib. 2. de Eccleſiaſticis officijs, capite 5. quamuis dicat, ſe legiſſe in cuiuſdam viri Epiſtola, Petrum primum tonſuram in modum coronæ geſtaſſe, atque id non probet, quod vir ille non magnæ autoritatis eſſet, tamen lib. 4. cap. 39. iterum de corona agens, iam legerat teſtimonium hoc Bedæ, quod retulimus ex Epiſtola Ceolfridi Abbatis ad Aytanum Regem Pictorum, & illud reuerenter ſuſcipit, & probat. Amalarius lib. illo 2. de Eccleſiaſticis officijs c. 51. aliquomodo adrationē Iſidori alludens, aliā cauſam aſsignat, inquit igitur, caput radi ex ſuperiori parte, per quam denotatur ſuperior pars animæ, & rationis, nihil aliud eſſe quam ſuperfluas cogitationes amputari. Cōfirmatque autoritate Gregorij in Moralibus, quōd dicat caput tondere eſſe cogitationes ſuperfluas à mente reſecare. Ideo autē in inferiori parte capitis, per quam ſignificatur inferior pars animæ, & rationis, ait relinqui circulum capillorum: vt denotetur virtus æqualitatis rationi cōſentiens. Tunc enim res (ait) tēporales bene gubernantur, cum rationi cōueniunt. Demū Germanus Patriarcha, in Theoria rerum Eccleſiaſticarū. §. illo *Genu nō flectere*, docet tōſurā capitis ſacerdotis, & rotundam eius pillorū mediam ſectionem, vice coronæ ſpineæ Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, in quo cum Beda conſentit, vt videre liceat in vtraque Eccleſia Græca, & Latina eodem tempore eandem cauſam tonſuræ, & coronę receptiſsimam fuiſſe. Quod ſane non aliunde, niſi ex Apoſtolica traditione videtur profectum: ſubiungit tamen aliam cauſam, & rationem, quod nimirum Petrus eam etiam ſic geſtaſſe dicatur: non vt notarunt Beda, & alij Latini Patres; ſed quia cum miſſus eſſet ad prędicandum à Dño, & Magiſtro ſuo, nimirum quando duodecim miſsi ſunt, ab ijs, qui eius prædicationem non receperunt, ei caput in modum coronę pro illuſsione, & ludibrio tonſum eſt, eique Magiſter Chriſtus benedixit, & infamiam in honorem, & illuſionem in gloriam conuertit, & poſuit ſuper caput eius coronam ex lapide, & petra fidei. Vixit hic venerabilis Patriarcha tempore Leonis Iſaurici Iconomachi multo ante 7. Synodum generalem. Hanc rationem Germani pro tonſura clericali in modum coronæ adducit Abulenſis quæſt. 25. in cap. 19. Leuit. ex nullo tamen Autore eam refert. Figuræ autem huius tonſuræ in circulum, & modum coronę, non ſolum meminerunt Patres Toletani in eo Concilio, Iſidorus, Beda, Germanus, & alij citati in hoc capite, ſed etiam Anicetus in epiſtola 1. cap. 4. Adde etiam Concilium Triburienſe loco citato in præcedente capite.

Mitto aliam tationem quod nimirum tonſio capitis ſignum eſſet pœnitentiæ, & conuerſionis, quę ſaltem pro tonſura monachorū & monialium locum habere poſſet: tum etiā eam, quam Hieronymus aſsignat pro tonſura monialium in epiſtola ad Sabinianū, quæ eſt 48. numero 13. quōd nimirum, cum nunquam lauarent caput, neque illud vngerent, ne opprimerentur à prauis animalibus quæ inter crinem, & cutem generari ſolent, tondere caput conſueuerint: quē morem tā pro virginibus, quam pro viduis, quæ in monaſterio recipiebantur in Aegypto, & Syria fuiſſe narrat. Sed reuera ea cęremonia denotari mundicomptentum in monialibus, dubitandum non eſt, nam capilli in magno pretio pro ornamento corporis mulieribus eſſe ſolent.

Beda. M. giſter.

15

Tonſuram ſpineæ Chriſti coronæ ſimilitudinem ferre ſenſit Beda *Amalarius.*

Variæ tonſurę ſignificationis ex Autoribus adducūtur

Germanus.

13

Abulenſis.

Anicetus. Cōcil. Trib.

Hieronymus.

Corollaria præcedentis doctrinæ.

CAPVT III.

CAETERVM, Vt totam hanc rem exactius explicemus, quædam addēda ſunt, & deinde argumenta hæreticorum diſſoluenda

14

15

Primum igitur addendum eſt, antiquo tempore

pore eundem fuisse coronæ modum clericis, & monachis catholicis, id quod facili ratione colligere licet ex quarto Concilio Toletano cap. 40. vbi sic definitur: *Omnes clerici, vel lectores, sicut leuitæ, & sacerdotes detonso superius capite toto inferius, solam circuli coronã relinquant non sicut hucusque in Galiciæ partibus lectores facere videntur, qui prolixis, vt laici comis in solo capitis apice modicum circulum tondent. Ritus enim iste in Hispanis hucusque hæreticorum fuit.* Quem modũ tonsurę describerat Isidorus loco citato, vt vidimus cap. præcedente. Iam vero consuetudine obtentum est, vt monachorum dumtaxat tonsura, & corona hoc modo fiat, clerici vero magna ex parte alio modo, videlicet in apice solũ in minorem circulum radant capillos, cæteros autem pro vt alij laici non tam demisse, sicut circulum illum tondeãt. Quod vero attinet ad magnitudinẽ circuli, variæ sunt cõsuetudines satis notæ.

Secundo etiam addendum est, antiquo tẽpore, non tam radi, quam tonderi monachos, & Ecclesiasticos consueuisse depresse quidẽ, non tamen ad pressum, sed ita vt cutis tecta maneret. Mitto autem testimonia Clementis Alexandri III. lib. pedagogi, quòd nõ loquatur de tonsura clericorum in capite, cum ait: *Sed pili tondendi sunt, non nouacula, sed tonsorum forficibus:* sed de tonsura quorum cumque hominum, non quidem capitis, sed pilorum barbę, qui in superiori labri parte inter comedendum polluuntur, quod ait non nouacula tondendos, esset enim indecorum eos sic radere, & reliquum barbę oblõgum relinquere, sed forficibus tonsorum, in eam mirum mediocritate, quę ad eum finem conueniens videatur. Hæc tamen consuetudo probari potest ex Hieronymo in illud Ezechielis 46. *Cumque ingredientur, &c.* nam explicans præceptum illud Domini ibi traditum sacerdotibus: *Caput autem suum nõ radent, neque comam nutrient, sed tondentes attõdebunt*, quod 70. dixerũt, *capita sua nõ radẽt, & comas non ad pressum tondebunt, &c.* inquit: *Iusta quod dicimus, neque calui tium nouacula esse faciendum, neque ita ad pressum tondendum capur, vt raserũ similes videantur, sed in tantũ capillos dimittẽdos, vt operta sit cutis.* Iuxta quẽ etiam morẽ antiquum Ecclesiæ Optatus Mileuitanus, libro secundo contra Parmenianum, non parum ante finem, reprehendit hæreticos Donatistas, quòd raderent capita sacerdotum, *Vbi*, inquit, *vobis mandatum est radere capita sacerdotum, cũ è contrario sint tot exẽpla proposita, fieri non debere.* Adde quod Patres citati, in hac disputatione præter Anicetum, & Cõcil. Carthagin. 4. can. 44. (secundũ quandam lectionẽ, vt notauit Surius, Basiliũ, & Nazianzenũ) verũ Nazianzenus Græce vtitur verbo ξυρᾶσθαι, quod Latine est tondere: & ita fortasse alij Græci nihil de rasura curantes (Interpretes autem radendi verbo vsi sunt) nullum rasuræ clericorum, sed tonsurę mentionem faciunt. Verũ de hac re non multum curandum est, nunquam enim prohibita fuit rasura sacerdotibus nouæ Legis, sed neque præcepta, & ita huiusmodi cęremoniæ pro temporũ diuersitate variari absq; peccato possunt.

Tertio de rasura, aut tõsura barbæ aliquid dicamus. Et quidẽ sicut recte obseruauit Baron. tom. 1. sub anno 58. §. 140. nusquã legimus, aut monachos, aut clericos barba rasos in Orientali Ecclesia, secus autẽ in Ecclesia Occidentali. Discrimẽ autẽ hoc ortũ putat ex varia consuetudine nationum, eo quòd Græci omnes barbati incedere soliti essent. Contra vero in Occidente præsertim Romæ tonsa barba præsertim in matura ætate, nobilitatis insigne esset. Hinc autem factũ est, vt monachi, & clerici Christiani more gentiũ barbati, aut tonsi barba incederent. Hũc autẽ morem pro Gallia firmat testimonio Sydonij lib. 4. epist. 13. vbi de Germanico Episcopo Cãtilanẽsi id testatur: quo autẽ tẽpore in Italia hic mos perseuerauerit, Baronius nõ definit, quin potius ait incertum esse. In nostra Hispania, & Gallia, adhuc perseuerat, & præter testimonium Gregorij Papæ in epistola 7. ad Iacobum Episcopum Calaritanũ, qui præcepit Iacobo, vt sacerdotes suos barbam tondere cogeret, dicens hãc esse maiorum consuetudinem, habemus etiam canonem 44. Concilij 4. Carthaginensis, in quo prohibentur clerici nutrire comam, & barbam. Verum in hoc consuetudini patriæ stãdum est, tametsi Itali, & Religiosi apud nos existentes negotij alicuius gratia, more suæ patriæ barbam nutriãt absque nulla nota, & peccato.

Quarto videndum est, vtrum clerici præcepto aliquo teneantur ad tonsuram eo modo, quo præscripta est, in modum scilicet coronę, iuxta qualitatem, quam diximus vsu receptam esse, Syluester in summa verbo, *Clericus*. 2. num. 2. & Angelus, *Clericus* 4. num. 1. referunt Pãnormit. in cap. *Si quis. De vita, & honestate clericorum*, in ea fuisse sententia, vt quicunque clericus indiscriminatim mortaliter peccaret, si tonsurã non deferat, siue ille sit in maioribus constitutus, siue in minoribus etiam sine beneficio. Quam sententiam ipse Syluester nimium seueram meritò

Coronæ modus idẽ fuit clericis & monachis. *Cõcil. Tolet.* 17 *Isidorus.* Antiquitus non radi, sed tonderi clerici, & manachicõ sueuerunt. *Clem. Alex.* *Hieronymo.* 18 Meleuitanus *Cõcil. Carth. Surius.* 19 Rasura sacerdotibus nouæ legis nunquam prohibita, neque præcepta est. *Baronius.* *Sydonius.* *Gregorius.* Tondendę barbæ Patriæ consuetudini standum est. *Syluester.* *Angelus.* 20 *Pannormę*

rito censet, quocirca ipse loco citato, & Sotus in 4. distinct. 21. quæst. 2. art. 1. post secundã conclusionẽ Angelus loco citato. Nauarrus in summa cap. 25. num. 110. & Armilla verbo *Clericus*, nu. 10. multo melius docẽt, primum quidem clericum in minoribus sine beneficio non debere coronã deferre ex præcepto, neque peccare si illam non deferat, præsertim si coniugatus sit, vt statuitur in cap. *Ioannes*, de clericis cõiugatis, quod si bigamus sit non solũ non debet, sed etiam non potest illã deferre, vt definitur in c. *Altercationis*, de bigamis in 6. vbi digami priuantur, omni priuilegio clericali, imo sub anathematis pœna prohibentur tonsuram, vel habitũ clericalem deferre: ita etiam docuerunt Sotus loco citato, & Ricardus in 4. dist. 24. articul. 2. quæst. 2. & 3. Deinde docent eos, qui minoribus Ordinibus sunt initiati, & beneficiũ habent, sicut etiã cõstitutos in sacris debere ex præcepto Ecclesiæ habitum clericalem, & tonsuram more patriæ deferre. De clericis in minoribus habentibus beneficiũ; ita decretum est in cap. illo *Ioannes*, de clericis coniugatis, atq; hoc præceptum renouatum à Pio V. Motuproprio ab eo edito, super reformatione cleri vrbis, idemque de clericis sacris initiatis præcipit, quod quidẽ iure communi etiam notissimum erat, ex c. *Si quis*. de vita, & honestate clericorum vbi anathemate damnatur clericus, qui comam laxauerit. Et in Concilio Carth. 4. canone 44. prohibitum erat, ne clericus comam nutriret, neque barbam. Et in Cõcilio Agatensi canone 20. & à Gregorio II. in Concilio Rom. habito in Basilica Sancti Petri cap. 17. & refertur canone, *Si quis*. 23. distinct. & est idem quod cap. *Si quis*, de vita, & honestate clericorum, quod quidem Gregor. II. proposuit in eo Concilio. & ipsi proponenti illud anathema, tertio respõderunt omnes Episcopi, *Anathema sit*, & de hoc nulli dubiũ vnquam fuit.

Cæterum, vtrum semper censeri debeat mortale, an non, omnes Doctores citati, explicant. Panormitanus loco allegato, in omnibus clericis indiscriminatim censet esse mortale, Armilla inquit, periculosũ esse iudicare in hac re de mortali: cum sint variæ opiniones, Angelus, & Nauarrus sententiam Panormitani, quod attinet ad mortale absolute amplectũtur, nulla alia adhibita limitatione, nisi ea, quam diximus, vt solum hæc obligatio intelligatur in clericis beneficiarijs existentibus in minoribus, & de existentibus in sacris. Multo tamen melius Syluester putat mortale non esse, nisi notabilis in hoc excessus fiat vltra modum consuetum: nam licet hoc præceptum ex obiecto obliget ad mortale tamẽ ex leuitate materiæ veniale reddi potest, leuitas autem materiæ in hoc casu ex duratione temporis, arbitrio prudentis non aliunde expendi debet, vt manifeste patet, cum tamen in alijs præceptis non ex diuturnitate temporis, sed aliunde consideretur. Ratio vero est, quia cum habitus, & signum hoc clericale propter honestatem, & bonum exemplum laicorum instituta sint, & huic fini magis, aut minus aduersetur transgressio huius præcepti, quo maiori, aut minori tempore durauerit, ideo ex illius mensura desumenda est quantitas, & mensura peccati. Addit autem Sotus fore, vt tam is, qui Ordines susciperet sine tonsura, quam ille qui eos sine illa conferret peccaret grauiter, & in collatione maiorum Ordinum, & receptione putat fore mortale, quia grauius peccatum est sine tonsura Ordines suscipere, quã post susceptos eam non deferre; & tamen non explicat quando erit mortale post Ordinationem tonsuram non deferre. Mihi tamẽ difficile videtur id, quod dixit de collatione, & receptione Ordinum sine tonsura, vbi scãdalum cessaret, aut nota in populo. Et grauius existimo non deferre tonsuram longo tempore, quam breui illo in quo recipitur, & confertur Ordo, eam non habere. Id autem, quod diximus ex capite, *Si quis*. De vita, & honestate clericorũ. De anathematis pœna in eos, qui comam nutriũt, ita explicat Sotus loco allegato, & Caietanus in sum. verb. *Clericorum peccata*, vt pœna hæc ipso facto non incurratur nisi post admonitionem, vt si monitus quis non paruerit excommunicetur. Quod autem dicitur etiam de barba in eo canone 44. Concilij 4. Carthaginensis, in Italia vsu receptum non est, sed omnes barbam deferre possunt: quinimo & Itali viuentes in Hispania eodem modo eã nutriũt sine peccato, & scandalo. Addequòd Concilium illud Prouinciale fuit, & ita in tota Ecclesia obligare non potuit, nisi quatenus à summo Pontifice approbaretur. Quocirca consuetudini standum est. Cætera quæ pertinent ad honestatem clericorum, siue in habitu, siue in alijs exercitationibus, & officijs legãtur apud Autores citatos, facilia enim sunt. Solum pro omnibus in vniuersum notanda est doctrina Caietani in summa verbo *Clericorum peccata*, tamquam manifeste falsa, videlicet nullum peccatum clericorum circa habitum, honestatem, & exercitia, quæ iure Ecclesiastico prohibẽtur esse peccatũ mortale, nisi fiat ex contumacia, temeritate, aut contemptu. Habet autem hæc falsa doctrina

Sotus. Angelus. Nauarrus. Armilla.

21

Sotus. Ricardus.

Pius 5.

Cõcil. Carth. Cõcil. Agat. Gregorius.

Panormit.

Armilla. Angelus. Nauarrus.

22

Syluester.

23

Placitum Soti non probatur.

24

Caiet.

ipsius

ipſius fundamentum in aliis eiuſdem autoris, non minus falſa, quam fuſius confutauimus prima ſecundæ, diſputatione 143. capite ſecundo, & tertio: & putat enim ille nullum humanum præceptum obligare ad mortale, cuius tranſgreſsio contra proximi, aut Dei charitatem non eſt. Verum cum hæc omnia clericis præcipiantur, vt coram alijs honeſtatem præ ſe ferant, neque vllam dent occaſionem alijs, vt ſtatum clericalem vilipendant, grauitas, & leuitas materiæ huius præcepti ex hoc fine expendenda eſt, & inde cenſeri debet mortale, aut veniale, id quod arbitrio tantum prudentis definiendum eſt, cum in iure definitum non ſit, in quo, vt dixi, moræ tẽporis ratio eſt habenda.

Reijcitur Caiet. doctrina.

Grauitas, aut Leuitas huius præcepti vnde ſumẽda.

Conuelluntur fundamenta hæreticorum.

CAPVT IIII.

IAM Vero argumenta hæreticorum capite primo allata, diluere facillime poterimus. Ad omnes autem locos illud commune reſponſum adhiberi poteſt, quidquid in eis cæremoniale eſt, aduentu Chriſti iam ceſſaſſe, & ita non ſolum non obligare modo, verum etiam ex vi antiqui præcepti ſeruati non poſſe. Huiuſmodi eſt illud Leuitici vigeſimo primo, & Ezechielis quadrageſimo quarto: *Non radent caput, neque barbam*. Illud autem præcepit Deus ſacerdotibus tantum Iudæorum, ne in hoc imitarentur mores ſacerdotum Gentilium, & idolorum, qui radebant caput, & barbam; ideoque irridet eos Hieremias, in illo vltimo teſtimonio. Noſter Bellarminus, tomo primo libro ſecundo de monachis, cap. 40. §. *Ad tertium*, putat nõ prohibiti eo loco Leuitici vigeſimo primo, abſolute, ne ſacerdotes radant caput, & barbam, ſed ne in ſignum doloris in morte alicuius propinqui ſui id faciant: id quod notauit Iſichius in eum locum. Ego tamen puto id abſolute prohiberi, & non ea tantum ratione; nam niſi ibi abſolute prohiberetur, quomodo poſtea Ezechiel 44. capite, hoc idem præceptum de non radendo capite, & barba abſolute, non autem in ſignum triſtitiæ ſuper mortuo, commemoraret, quaſi traditum illi populo? cum nullibi niſi Leuitici vigeſimo primo traditum inueniatur: neque enim ipſe Propheta traderet præcepta cæremonialia illi populo. Et ita in eo capite, ſolum ea cõmemorat præcepta, quæ Dominus dederat populo, & ipſi tranſgrediebantur. Porro autem Ezechielem capite quinto ſuæ prophetiæ non fuiſſe raſum, ſed tondiſſe tantum capillos capitis, & barbæ, patet ex his, quæ præcedente capite diximus: & ita nihil contra hoc præceptum, & iuſſum Domini fecit, ſicut putauit Bellarminus. Quo autem modo illud fecerit, ibidem explicuimus.

Leuit. 21. & Ezech. 44. 20

Bellarmin.

Iſichius. Verus ſenſus prædicti loci. Leuit. 21.

Ezech. 5. 27

Recte tamen notat Bellarminus ideo tẽpore Optati, & Hieronymi non fuiſſe in vſu raſurã pro corona clericali, quia ad huc ſacerdotes Gentilium perſeuerabant, qui caput radebant: vt patet ex Ambroſio epiſtola 36. parum à principio, & Hieronymo in illud Ezechielis 44. *Cumque ingredientur portas, &c.* de ſacerdotibus Iſidis, & Serapis. Mitto id, quod præcepit etiam Dominus Leuitic. 19. & 21. vt non facerent ſciſuras in carne ſua, hoc enim ad noſtrum inſtitutum non pertinent, eſſe tamen diuerſum præceptum manifeſtum eſt.

Ambroſius Hieronymus

Ad illud autem Leuitic. 19. *Neque in rotundum tondebitis comam, neque radetis barbam*, idem reſpondetur, quod attinet ad vim cæremonialis præcepti, vt nullam poſt Euangelium vim obtineat: & idẽ ad illud Hieremiæ nono. Nihilominus addo, attonderi in rotundum comam, non eſſe idem, quod in modum coronæ tondere, ſicut nunc clerici tondentur, ſed varijs alijs modis hunc locum à catholicis explicari. Iſichius ibidem putat, idem eſſe, quod ornare comam radendo in rotundum aſpectum capitis. Et hanc interpretationem tribuit Symacho, cum dicit ſecundum tranſlationem Septuaginta: *Non facietis ſiſoem extema*. Aquila verò ſic vertit: *Non rotundabis regionem capitis, &c.* Quod idem eſſe videtur, & hunc ſenſum ſequitur Abulenſis quæſt. 25. in cap. 19. Leuitic. niſi quod tonſuram illam in circulum, non tantum intelligit pro parte anteriori, in qua eſt aſpectus, ſed in omnem partem & hic ſenſus quadrat lectioni noſtræ Vulgatæ. Cyprianus autem libro tertio ad Quirinum ita legit, *Non facietis circum ex coma*, quod idem exiſtimo eſſe, atque facere criſpos capillos de induſtria, ex quorum concurſu fiat veluti circus: vt ita prohibeat Deus de induſtria in tortos, aut criſpos capillos facere, quam expoſitionem refert Theodoretus quæſt. 27. in Leuiticum explicans hunc locum, & inquit aliquos putaſſe ſignificari per vocem illam

ad illud Leuitici.

Iſichius. Symachus. Abulenſis. 28

illam

illam Græcam στίγμην, quam habent Septuaginta, in tortos crines de induſtria. Theodoretus tamen alio modo explicat videlicet, vt prohibeat Deus morem Græcorum, ſolebant enim ſinere capillos puerorum promitti, & poſtea eos dæmonibus dedicare Ex quibus omnibus liquet hunc locum nihil momenti, contra nos habere: locum autem illum Hieremiæ nono, de atoníſis in comam, quos inquit Dominus ſe viſitaturum eodem modo puto intelligendum. Nam Septuaginta transferunt: *Et circa omnem attonſum circa faciem ſuam*: nimirum in rotundũ venuſtatis graria. Theodoretus explicat de Iſmaelitis, qui pilos genarum auelle ſe conſueuerant.

Locus 11. tem 9. explicatur.

LAVS DEO.

COMPLVTI,

Ex Officina Andreæ Sanchez de Ezpeleta.
Anno Domini 1613.

INDEX DISPVTATIONVM, ET CAPITVM, QVAE HABENTVR in hoc tertio tomo tertiæ partis.

De essentia, & partibus huius Sacramenti. Disput. 167.

EVCHARISTIAM Esse vere Sacramentum à Christo Domino institutum, & inter reliqua præstantissimum. Cap. 1.

De natura, & essentia huius Sacramenti variæ Scholasticorum opiniones. Cap. 2.

Naturam huius Sacramenti totam in speciebus consecratis consistere, quinta, & vera sententia est. Cap. 3.

Diluuntur argumenta aliarum opinionum. Cap. 4.

Quo pacto corpus, & sanguis Christi ad hoc Sacramẽtum pertineat. Cap. 5.

Diluuntur argumẽta contra prædictã sententiã. Ca. 6

Vtrùm hoc Sacramentum sit vnum, vel plura? Disput. 168.

Vtramque speciem Eucharistiæ vnum, non plura esse Sacramenta. Cap. 1.

Plures species panis, & plures species vini consecratas esse plura Sacramenta numero diuersa. Caput 2.

An Sacramentum Eucharistiæ sit necessarium medium ad æternam beatitudinem, & salutem? Disput. 169.

Status controuersiæ. Cap. 1.

Hoc Sacramentum esse necessarium necessitate, non solum præcepti sed etiã finis, seu medij, aliqui Scholastici non eodem modo existimarunt. Cap. 2.

Hoc Sacramentum solum esse necessarium ad salutem necessitate præcepti, alij multo probabilius asserunt. Cap. 3.

Diluuntur argumenta primæ opinionis. Cap. 4.

De materia consecrationis corporis Christi. Disput. 170.

Materiam consecrationis corporis Christi esse panem; fides catholica docet. Cap. 1.

Non ex solo tritico confici posse panem idoneum consecrationi, aliqui vane opinantur. Cap. 2.

Solum panem triticeum esse materiam idoneam consecrationi, vera sententia adstruit. Cap. 3.

Neque panem confectum ex amido, neque massam ex tritico, sed panem ex farina tritici sine admixtione alterius rei, esse idoneam materiam consecrationi. Cap. 4.

De numero, quantitate, & præsentia materiæ consecrandæ. Disput. 171.

Numerum hostiarũ debere esse determinatũ. Cap. 1.

De quantitate materiæ consecrandæ secundum paruitatem. Cap. 2.

De quantitate materiæ consecrandæ secundum magnitudinem. Cap. 3.

Quo pacto materia consecranda præsens esse debeat sacerdoti? Cap. 4.

Vtrum Christus in pane fermentato, an in azymo consecrauerit? Disput. 172.

Christum eo anno, quo mortuus est, Pascha Iudæorum celebrasse, contra quosdam hæreticos probatur. Cap. 1.

Christum celebrasse Pascha Iudæorũ non decima tertia Luna, sed decima quarta primi mensis, contra Græcos ostenditur. Cap. 2.

Christũ Pascha celebrasse cũ discipulis decimaquarta Luna in fine, & ita in azyma cõsecrasse, Iudæos

vero in fine ſequentis diei, aliqui ex Latinis docuerunt. Cap. 3.

Chriſtum, cæteroſque Iudæos eadē Luna decima quarta Martij in priori, non in poſteriori veſpera celebraſſe, alij autumant. Cap. 4.

Chriſtum Dominum eadem die, & hora, qua cæteros Iudæos, agnum Paſchalem cœnaſſe, probabilior opinio fert. Cap. 5.

Chriſtum, cæteroſque Iudæos eadē Luna decima quarta in fine illius ſecundum legem Paſcha celebraſſe, eadē antiqua, & vera ſententia adſtruit. Cap. 6.

Duabus prioribus rationibus pro opinione Burgenſis allatis reſpondetur. Cap. 7.

Quinque ſequentibus rationibus, cap. 3. allatis pro ſententia Burgenſis latis ſit. Cap. 8.

Notantur quædam pro ſolutione poſtremæ rationis ſententiæ Burgenſis. Cap. 9.

Diſſoluitur poſtremum argumentum ſententiæ Burgenſis. Cap. 10.

Diluuntur rationes ſententiæ Luyſij Legionenſis. Cap. 11.

Diluuntur duo alia argumenta, quæ contra noſtram ſententiam fieri ſolent. Cap. 12.

De Sabbatho, δευτεροπρωτῳ, hoc eſt, ſecundo primo. Diſput. 173.

Variæ ſententiæ. Cap. 1.

Vera ſententia. Cap. 2.

Obiectio contra explicationē traditam de Sabbatho ſecundo primo. Cap. 3.

An pro materia conſecrationis corporis Chriſti neceſſarius ſit panis azymus, vel fermentatus? Diſput. 174.

Varij de hac re hæreticorum errores. Cap. 1.

Variæ catholicorum ſententiæ. Cap. 2.

Catholica, & vera ſententia. Cap. 3.

Diluuntur argumenta Græcorum. Cap. 4.

An vinum vitis ſit idonea materia conſecrationis ſanguinis. Diſput. 175.

Vinum vitis ex vuis eſſe materiam conſecrationis calicis, catholica, & certiſſima ſententia eſt. Caput 1.

Tres difficultates circa prædictam doctrinam. Cap. 2.

An vino conſecrādo miſceri debeat aqua? Diſput. 176.

Aquam vino conſecrando miſcendam eſſe, contra hæreticos oſtenditur. Cap. 1.

Diluuntur obiecta hæreticorum, contra prædictam doctrinam. Cap. 2.

Vtrùm miſcere aquam vino ſit neceſſarium ex Diuino, an ex humano præcepto? Diſput. 177.

Circa præceptum miſtionis aquæ cum vino opiniones duæ minime probandæ. Cap. 1.

Tametſi Chriſtus aquam vino miſcuerit, cùm primum conſecrauit, præcepto tamen ſolo humano, non Diuino eam nos miſcere debere, vera ſententia eſt. Cap. 2.

Diluuntur argumenta aliarum opinionum in primo capite allata. Cap. 3.

Vtrùm aqua, quæ miſcetur vino, conuertatur in corpus Chriſti, etiam ſi prius in vinum conuerſa non fuerit, an non? Diſput. 178.

Aquam miſtam vino non conuerti in ſanguinem Chriſti, niſi prius in vinū ſubſtantialiter fuerit mutata, probabilior ſententia eſt. Cap. 1.

Diluuntur argumenta tertiæ ſententiæ, quæ in primo capite allata ſunt. Cap. 2.

An corpus Chriſti vere ſit ſub ſpecibus huius Sacramenti? Diſput. 179.

Hanc præſentiam hæretici negant. Cap. 1.

Veritas catholica à Conciliis definita. Cap. 2.

Eadem veritas teſtimonijs Patrū cōfirmatur. Cap. 3.

Ioannem Euangeliſtam capite ſexto de Euchariſtia Sacramento loqui, contra hæreticos, & nonnullos catholicos oſtenditur. Cap. 4.

Ex prædicto loco Ioannis ſexti probatur prædicta veritas. Cap. 5.

Eadem doctrina catholica ex verbis inſtitutionis huius Sacramenti in vniuerſum probatur. Cap. 6.

Ex eiſdem verbis ſigillatim idem oſtenditur. Cap. 7.

An ſubſtātia panis, & vini maneant in Sacramento poſt conſecrationē? Diſp. 180.

Varij hæreticorum, & catholicorum errores de hac re. Cap. 1.

Nihil ſubſtantiæ panis, aut vini manere in hoc Sacramento, ab Eccleſia definitum eſt. Cap. 2.

Eadem catholica doctrina autoritate Patrum comprobatur. Cap. 3.

Ex verbis Chriſti idem colligitur. Cap. 4.

Refelluntur catholici, qui ex verbis conſecrationis diſtinctionem, & conuerſionem panis, & vini colligi negant. Cap. 5.

Refutantur hæretici, qui defendunt veritatē prædictæ enūciationis ſine tranſubſtātiatione. Cap. 6.

Impugnantur variæ ſententiæ, & errores, quos circa impanationem ſupra memorauimus. Cap. 7.

Refellitur error Vbiquiſtarum. Cap. 8.

Diluuntur argumenta aduersariorum aduersus conuersionem panis, & vini. Cap. 9.
Quædam Scholasticorum opinio de hac re improbatur. Cap. 10.

De natura, & essentia transsubstantiationis, & conuersionis panis, & vini, in corpus, & sanguinem Christi. Disputatio 181.

Per transsubstantiationem fieri, vt materia panis incipiat esse sub forma corporis Christi, existimauit Durandus. Cap. 1.
Transsubstantiationem esse actionem terminatam ad modum præsentiæ corporis, & sanguinis Christi sub accidentibus, Paludanus, Marsilius, & Scotus docuerunt. Cap. 2.
Transsubstantiationem formaliter esse actionem, per quam modus aliquis substantialis producatur, Recentiores varie opinati sunt. Cap. 3.
Transsubstantiationem esse conuersionem ipsius Christi, Gabriel putauit. Cap. 4.
Transsubstantiationem esse nouam conseruationem corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia, Recentiores nonnulli contendunt. Cap. 5.
Transsubstantiationem esse non posse conseruationem corporis, aut sanguinis Christi, ex natura ipsa conseruationis, & conuersionis, contra præcedentem sententiam demonstratur. Cap. 6.
Idem ex termino ad quem conuersionis aduersus eiusdem sententiæ Autores probatur. Cap. 7.
Idem ex ratione instrumenti aduersus eosdem monstratur. Cap. 8.
Prædictum modum conuersionis superuacaneum esse, ex veritate verborum consecrationis, & ex fine Sacramenti contra eosdem ostenditur. Cap. 9.
Tres aliæ sententiæ refelluntur. Cap. 10.
Transsubstantiationem formaliter non esse actionem, sed ordinem substantiæ in substantiam, & ad ipsum corpus, & sanguinem Christi terminari, vt probabilior opinio Scholasticorum auctoritate confirmatur. Cap. 11.
Prædicta sententia exponitur, & confirmatur. Caput 12.
Fundamenta quintæ opinionis in capite quinto allata conuelluntur. Cap. 13.
Quo pacto ratione huius conuersionis corpus, & sanguinem Christi de pane, & vino enuntiare possimus. Cap. 14.

An corpus Christi præsens fieri potuerit huic Sacramento absque conuersione panis in ipsum? Disput. 182.

Opiniones antiquorum Scholasticorum. Cap. 1.
Quid de hac re Recentiores Scholastici sentiant. Cap. 2.
Prima pars veræ sententiæ confirmatur. Cap. 3.
Secunda, & tertia pars nostræ sententiæ probatur. Cap. 4.

An panis, & vinum per consecrationem anihiletur? Disput. 183.

Panem, & vinum per consecrationem anihilari, nonnulli Scholastici autumant. Cap. 1.
Panem, & vinum in hoc Sacramento non anihilari, communis, & vera sententia est, varie tamen ab Autoribus probatur. Cap. 2.
Posterior sententia optima ratione, & solutione argumentorum prioris confirmatur. Cap. 3.

An quælibet res in quamlibet aliam conuerti possit? Disput. 184.

Variæ Scholasticorum sententiæ. Cap. 1.
Prior pars veræ opinionis. Cap. 2.
Refelluntur sententiæ aduersariorum, quas contra hanc priorem partem adduximus. Cap. 3.

Vtrum totus Christus sit in hoc Sacramento ex vi verborum, seu Sacramenti, aut alio modo? Disput. 185.

Totum Christum esse in hoc Sacramento, fides catholica docet. Cap. 1.
Quid sit ex vi verborum, & Sacramenti sub qualibet specie, & quid per naturalem connexionem, & concomitantiam. Cap. 2.
Totum sanguinem esse ex vi verborum in calice. Cap. 3.

Quid nomine corporis, quod dicitur esse sub speciebus panis intelligi debeat? Disput. 186.

Tres opiniones Scholasticorum refelluntur. Caput 1.
Tres aliæ opiniones de eadem re. Cap. 2.
Corpus humanum constans carne, ossibus, & alijs, aut mortuum, aut viuum disiunctim, non autem alterum definite, ex vi verborum sub speciebus panis esse, probabilior opinio est. Cap. 3.

Quo pacto quantitas, cæteraque accidentia sint cum corpore, & sanguine Christi in hoc Sacramento? Disput. 187.

Quantitatem Christi, aut saltem effectum illius formalem, non esse in hoc Sacramento, Durandus, Gabriel, & Ocham dixerunt. Caput 1.
Quantitatem Christi sine proprietate sua, & acciden

tia, nullum habentia ordinem ad locum esse in hoc Sacramento, vera sententia est. Cap. 2.
Neque quantitatem, neque vlla accidentia corporis Christi esse ex vi verborum in hoc Sacramento, nonnulli existimarunt. Cap. 3.
Quantitatem in vniuersum, & aliqua accidentia esse ex vi verborum in hoc Sacramento, probabilior opinio fert. Cap. 4.

An totus Christus sit sub qualibet parte specierum panis, vel vini? Disput. 188.

Totum Christum manere sub singulis partibus diuersis post consecrationem. Cap. 1.
Totum Christum sub singulis partibus ante diuisionem non contineri, quo sensu alij dixerint. Cap. 2.
Totum Christum esse in singulis partibus Eucharistiæ, quan vmuis paruis inter diuisionē, contra Alexandrum, & Bonauenturam ostenditur. Cap. 3.
In punctis, & indiuisibilibus specierum Eucharistiæ non esse Christum. Cap. 4.

An idem corpus possit esse in diuersis locis simul? Disput. 189.

Idem corpus non posse vllo modo esse in diuersis locis, etiam si in vno tantum sit secundum extensionem, senserunt hæretici. Cap. 1.
Idem corpus posse esse in pluribus locis simul non tantum indiuisibili modo sed etiam secundum extensionem, Scholastici aliqui docuerunt. Cap. 2.
Notantur aliqua, quæ Autores nonnulli concedunt, vt prædictam sententiam defendant. Cap. 3.
Ea, quæ notata sunt in præcedente capite, immerito à prædictis Autoribus concedi. Cap. 4.
Non posse idem corpus secundum extensionem in diuersis locis simul, bene tamen in vno secundum extensionem, in alijs vero indiuisibili modo à Deo constitui, autoritate probatur. Cap. 5.
Prædicta sententia ratione probatur. Cap. 6.
Diluuntur argumenta hæreticorum in primo capite allata ad probandum, non posse esse vllo modo idem corpus in diuersis locis. Cap. 7.
Respondetur argumentis catholicorum cap. 2. adductis ad probandum, idem corpus posse esse in diuersis locis simul secundū extensionē. Cap. 8.

An Christus sit in hoc Sacramento tamquam in loco? Disput. 190.

Christum esse in hoc Sacramento tamquam in loco per se, aliqui Theologi docuerunt. Cap. 1.
Corpus Christi sub hoc Sacramento ita esse in loco, & distantia propria, vt per se moueri possit, vide Theologi affirmant. Cap. 2.
Christum sub speciebus non esse tamquam in loco, neque habere proprium vbi, & distantiam, alij Theologi multo probabilius adstruunt. Cap. 3.
Corpus Christi ita esse in hoc Sacramento, vt ratione modi, quē in se habet, non proprio motu intrinsece, sed solum motu specierum extrinsece moueri queat, vide Theologi probabilius adstruunt Cap. 4.
Diluuntur oppositiones contra præcedentem sententiam. Cap. 5.

An Christus, prout existens in hoc Sacramento neque videri, & pati, neque agere possit? Disput. 191.

Corpus Christi, prout existens in Eucharistia neque vi naturæ, neque virtute supernaturali videri posse, nonnulli arbitrantur. Cap. 1.
Christum existentē in Eucharistia videri posse ab oculo corporeo, non naturali, sed supernaturali virtute prædito, probabilior sententia est. Cap. 2.
Neque agere, neque pati potest corpus Christi, prout est in hoc Sacramento corporea actione, neque passione. Cap. 3.

De his, quæ per concomitantiam conueniunt Christo existenti in hoc Sacramento. Disput. 192.

Existentiam supernaturalem corporis Christi in hoc Sacramento non pendere ab existentia naturali extra Sacramentum. Cap. 1.
Quæcumq; prioraloco, quæ imprimūtur corpori Christi extra Sacramentū, non necessario comitari ipsum in Sacramēto virtute sola agētis naturalis, sed volūtate Dei, nonnulli Recentiores senserunt. Cap. 2.
Quæcumq; prioraloco, quæ imprimuntur corpori Christi extra Sacramentū, ablq; vlla alia virtute supernaturali, necessario comitari ipsum in Sacramento, vera, & probabilior opinio est. Cap. 3.
Diluuntur oppositiones aduersariorum capite secundo allata. Cap. 4.

De his, quæ per denominationem Christo in Sacramento tribuuntur. Disp. 193.

Sententia quorundam Recentiorum. Cap. 1.
Vera de ijs prædicatis sententia. Cap. 2.

De modo, quo accidentia panis, & vini post conuersionem existunt in hoc Sacramento. Disput. 194.

Quænam accidentia panis, & vini maneant in hoc Sacramento. Cap. 1.
Quo pacto quantitas maneat in hoc Sacramento facta consecratione. Cap. 2.
Cætera accidentia manere in quantitate, sicut in subiecto

ſubiecto eodem modo quo antea, cum tamen ſine illa alio modo manere poſſent. Cap. 3.

De actione, & corruptione ſpecierum Sacramenti. Diſput. 195.

Species panis, & vini in hoc Sacramento, propria virtute eodem modo agere poſſe, ac ſi in propria ſubſtantia eſſent. Cap. 1.

Speciebus corruptis aliquam ſubſtantiam produci, Scholaſtici varie ſentiunt. Cap. 2.

Subſtantiam, quæ videtur ex ſpeciebus generari, vera creatione à Deo produci, probabilior opinio fert. Cap. 3.

Quo pacto ex ſpeciebus Sacramenti homo, aut animal nutriri, & ſuſtentari poſſit. Cap. 4.

Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 5.

Per ſolam miſtionem liquoris non conſecrati cum ſpeciebus abſque alia alteratione, Chriſtum non deſinere eſſe in Sacramento. Cap. 6.

Vtrùm Chriſtus ipſis verbis cõſecrationis bene dixerit panẽ, & vinum, & conſecrauerit? an aliam benedictionem, & gratiarum actionem verbis conſecrationis præmiſerit. Diſput. 196.

De gratiarum actione, & benedictione, qua Chriſtus fuit vſus in hoc Sacramento, Doctores varie ſentiunt. Cap. 1.

Chriſtum non ſolùm Deo gratias egiſſe, ſed etiam panem, & vinũ ante conſecrationem benedixiſſe vera ſententia eſt. Cap. 2.

Poſt gratiarum actionem, & benedictionem ante conſecrationẽm ipſam Chriſtum panem fregiſſe. Cap. 3.

Vnum ſolùm calicem fuiſſe etiam apud Lucam 22. capite, quem Chriſtus in cœna benedixit, & conſecrauit: illud tamen: Non bibam de generatione vitis, *ad alium calicem referri, putat noſter Maldonatus. Cap. 4.*

Non ſolùm vnius tantum calicis mentionem feciſſe Lucam capite 22. ſed etiam illa verba, Non bibam, &c. *Ad illum ſolum retuliſſe, efficaciter contra Maldonatum probatur. Cap. 5.*

Quid per generationem vitis, & quid per nouum vinum, quem Chriſtus bibiturus erat in regno Dei, intelligatur. Cap. 6.

Vtrùm eiſdem verbis, quibus Chriſtus, an alijs corpus, & ſanguinem eius conſecremus. Diſput. 197.

Quo pacto Chriſtus conſecrauerit Cap. 1.

Non ſolis verbis, quibus Chriſtus conſecrauit, niſi etiam addatur oratio, ſacerdotes nunc conſecrare, exiſtimarunt aliqui Græci. Cap. 2.

Verbis illis, Hoc eſt corpus meum, &c. *quibus Chriſtus conſecrauit, nos etiã abſque vlla alia oratione conſecrationem perficere, vera ſententia eſt. Cap. 3.*

Diluuntur obiecta Græcorum. Cap. 4.

Quæ verba pertineant ad eſſentiam formæ conſecrationis panis, & vini. Diſput. 198.

A illis verbis: Hoc eſt corpus, &c. *&* Hic eſt calix, &c. *ita incipere formam conſecrationis, vt ſine præcedẽtibus fieret conſecratio. Cap. 1.*

Non ſolum verba illa, Hic eſt calix ſanguinis mei, *ſed etiam alia, quæ poſtea adduntur, ad ſubſtantiam formæ pertinere, nonnulli varie ſunt opinati. Cap. 2.*

Verba illa: Noui, & æterni Teſtamenti, *& cætera quæ adduntur in forma calicis, ad eſſentiam formæ non pertinere, vera, & communis ſententia eſt. Cap. 3.*

Verba, quæ adduntur formæ calicis, non pertinere ad ſubſtantiam illius, aut ex intentione proferentis vllo modo ad eſſentiam. Cap. 4.

Quid ſignificet illud *Tradetur*, & illud *Effundetur*, quæ ſunt in additamentis. Diſput. 199.

Illud Tradetur, *&* effundetur, *recentiores nonnulli referunt ad id, quod fit in Euchariſtia. Cap. 1.*

Duabus etiam rationibus, & ſolutione obiectorum eadem opinio, & expoſitio confirmatur. Cap. 2.

Diluuntur argumenta prioris ſententiæ. Cap. 3.

Corollaria huius diſputationis, & præcedentis. Cap. 4.

Vtrùm verba conſecrationis capiantur, vt aiunt, recitatiue, ſeu materialiter, an vero formaliter, & ſignificatiue. Diſput. 200.

Verba conſecrationis capi recitatiue, nonnulli putãt, alij vero recitatiue, & ſignificatiue ſimul. Cap. 1.

Verba conſecrationis ſignificatiue ſolum à ſacerdote proferri, probabilior opinio fert. Cap. 2.

Diſſoluũtur obiecta contra veram ſententiam. Cap. 3.

Quid demonſtret pronomen *Hoc*, & *Hic*, in verbis conſecrationis? Diſput. 201.

Pronomen Hoc, *&* Hic, *in forma conſecrationis demõſtrare panem, & vinum, hæretici, & catholici varie ſunt opinati. Cap. 1.*

Per pronomina Hoc, & Hic, in formis conſecrationis quid commune vtrique termino conuerſionis, ante conuerſionis inſtans demonſtrari, Scholaſtici non pauci docuerunt. Cap. 2.

Per illa pronomina ita ſolum demonſtrari id, quod eſt in fine prolationis, vt ſubſtantiue capiatur, nonnulli ex tertia claſſe ſenſerunt. Cap. 3.

Pronomina illa adiectiue poni, ipſumque corpus, & ſanguinem Chriſti demonſtrare, alij eiuſdem tertiæ claſſis probabilius autumant. Caput 4.

Diſſoluuntur obiecta contra præcedentem ſententiam. Cap. 5.

Vtrum verba conſecrationis ratione veritatis ſint cauſa conuerſionis, an ratione ſolius ſignificationis, priuſquam intelligantur vera? Diſput. 202.

Verba conſecrationis eſſe vera, non ex intentione ſola proferentis, ſed ex primaria vocum inſtitutione, contra Sotum oſtenditur. Cap. 1.

Veritatem verborum conſecrationis, non eſſe cauſam vllo modo effectricem, ſed ſolum finalem conuerſionis. Cap. 2.

An hoc Sacramentum ſumenti conferat augmentum iuſtificationis? Diſputatio 203.

Hoc Sacramentum conferre ex opere operato augmentum gratiæ habitualis, & iuſtificationis, indubitatum eſſe debet. Cap. 1.

Hoc Sacramento gratiam augeri, certo quodam momento temporis poſt ſumptionem, non tamen quandiu in ſtomacho eſt. Cap. 2.

An præter vnionem ſpiritus cum Deo per charitatem, virtute huius Sacramenti peculiari vnione caro noſtra cum carne Chriſti vniatur. Diſput. 204.

Virtute huius Sacramenti nos conſequi ſolam vnionem ſpiritualem cum Chriſto, nonnulli in Cõplutenſi, & Salmanticenſi Academia docuerunt. Cap. 1.

Virtute Euchariſtiæ inter carnem noſtram, & carnem Chriſti, etiam corruptis ſpecibus, peculiarem vnionem manere, probabilior ſententia eſt, Patrum, & Theologorum autoritate firmata. Cap. 2.

Variæ expoſitiones predictæ doctrinæ, & teſtimoniorum Patrum refelluntur. Cap. 3.

Vera ratio vnionis inter carnem noſtram cum carne Chriſti, quæ fit per hoc Sacramentum, & à Patribus aſſeritur. Cap. 4.

Additis corollarijs præcedentis doctrinæ, diſſoluuntur argumenta aduerſariorum. Cap. 5.

An virtute huius Sacramenti aliquando remittatur peccatum mortale. Diſput. 205.

Hoc Sacramentum non eſſe per ſe inſtitutum ad remittenda mortalia, & in eo, qui conſcius mortalis accedit, ea non remittere, contra hæreticos probatur. Cap. 1.

Diluitur argumentum quoddam hæreticorum. Caput 2.

Hoc Sacramentum ex opere operato per accidens peccatum mortale nonnunquam remittere, nõ pauci Scholaſtici exiſtimarunt. Cap. 3.

Oppoſita ſententia probabilior eſt. Cap. 4.

Præcedens opinio efficaci ratione confirmatur. Caput 5.

Vtrùm neceſſaria ſit aliqua diſpoſitio, vt percipiens hoc Sacramentum fructum illius conſequatur, an non? Diſputatio 206.

Præter ſtatum iuſtificationis aliam diſpoſitionem ad effectum huius Sacramenti requiri, varie nonnulli Scholaſtici ſenſerunt. Cap. 1.

Statum iuſtitiæ ita ſufficere ad effectum primarium huius Sacramenti, vt neque diſtractione mentis, neque vllo peccato veniali impediatur, vera ſententia eſt. Cap. 2.

Diluuntur argumenta primæ ſententiæ. Cap. 3.

An præter ſtatum gratiæ, & ſanctitatis ad dignam perceptionem Euchariſtiæ, Sacramentalis quoque confeſsio neceſſaria ſit. Diſput. 207.

Status gratiæ ita neceſſarius eſt ad dignam perceptionem Euchariſtiæ, vt ſine illo ad eam accedere non parum graue peccatum ſit. Cap. 1.

Cum veniali peccato, etiam quod in ipſa perceptione Sacramenti committitur, ad Euchariſtiam accedere, nullum peccatum etiam veniale eſt. Cap. 2.

Ad dignam Euchariſtiæ perceptionem præter ſtatum gratiæ confeſsionem peccati mortalis commiſsi ſemper neceſſariam eſſe, ab Eccleſia definitum eſt. Cap. 3.

Præceptum præmittendi confeſsionem ante Euchariſtiam, non ſolum Eccleſiaſticum, ſed etiam Diuinum eſſe. Cap. 4.

An ex aliqua cauſa accedere poſsit quis ad hoc Sacramentum. Diſput. 208.

Duo casus, in quibus falso aliqui concedunt, posse non præmissa confessione sumi Eucharistiam. Cap. 1.

Varij casus, in quibus licet, non præmissa confessione communicare, ad duo capita solum reducuntur. Cap. 2.

Sacerdotem, qui vrgenti necessitate non præmissa cõfessione celebrauit, iure humano debere quam primum confiteri, laicum vero non item. Cap. 3.

An peccatori secreto, sicut & notorio, Eucharistia deneganda sit? Disput. 209.

Sacerdos Sacramentum ministrans indigno vnum solum peccatum committit, quamuis complicet consortium indigne percipientis. Cap. 1.

Quo pacto notorius peccator esse debeat, vt publice ei Eucharistia denegetur. Cap. 2.

Occulto peccatori Eucharistia publice deneganda nõ est. Cap. 3.

Diluuntur obiecta contra præcedentem doctrinam. Cap. 4.

Peccatori occulto, occulte etiam Eucharistiam petenti, neganda est. Cap. 5.

Vtrùm ad purgationem delicti, de quo suspectus quis est, Eucharistia ministrari possit, an non? Disput. 210.

Varia Scholasticorum placita. Cap. 1.

Confutantur recitatæ opiniones. Cap. 2.

Vera sententia. Cap. 3.

An hoc Sacramentum à ieiunis solum percipi possit. Disput. 211.

A tempore Apostolorum præceptum Ecclesiasticum fuisse, ne hoc Sacramentum ab vllo nisi ieiuno perciperetur, contra hæreticos ostenditur. Cap. 1.

Diluuntur obiecta hæreticorum. Cap. 2.

Non solum Ecclesiasticum, sed etiam naturale ieiunium intra diem naturalem, præcedere debet communionem. Cap. 3.

Propter periculum mortis imminens communionem à laicis non ieiunis percipi posse. Cap. 4.

Sacerdoti non ieiuno in aliquibus casibus extra periculum mortis, licet Sacramentum hoc sumere. Cap. 5.

An paruulis, & amentibus, & energumenis Eucharistia ministrari possit? Disput. 212.

Status controuersiæ. Cap. 1.

Quamuis paruuli non solum Sacramentalis, sed etiã spiritualis manducationis huius Sacramenti capaces sint, eis tamen illud ministrare non licet. Cap. 2.

Tametsi omnes amentes sint capaces fructus huius Sacramenti, nõnullis tamen negari debet. Cap. 3.

Energumeni quo pacto ad Eucharistiam sint recipiendi? Cap. 4.

Vtrùm præceptum sumendæ Eucharistiæ Diuinum sit, an solum humanum? Disput. 213.

Præceptum Eucharistiæ sumendæ non esse Diuinum, aliqui existimarunt. Cap. 1.

Præceptum sumendæ Eucharistiæ, Diuinum esse probabilior, & verior sententia est. Cap. 2.

Vtrùm hoc præceptum virtute solum Diuinæ constitutionis, absque Ecclesiæ determinatione obliget? Disput. 214.

Sententia eorum, qui dicunt, non esse mortale peccatum emittere ex sola negligentia hoc Sacramentum in articulo mortis, refellitur. Cap. 1.

Præceptum sumendi Eucharistiam, quod semel in articulo mortis, sub mortale obligat, esse Diuinum, probabilior opinio fert. Cap. 2.

Extra articulum mortis, ita præceptum Diuinum huius Sacramenti obligare, vt necessarium fuerit per Ecclesiam tempus determinari. Cap. 3.

De personis, qui hoc præcepto tenentur. Cap. 4.

An virtute vtriusque speciei maior gratia recipiatur, quam virtute alterius tantum? Disput. 215.

Vtramque speciem nunquam plus gratiæ conferre, quam alteram tantum, nonnulli Scholastici autumant. Cap. 1.

Maiorem fructum gratiæ ex vtraque specie huius Sacramenti, quam ex altera tantum percipi, probabilior sententia docet. Cap. 2.

Diluuntur argumenta prioris sententiæ. Cap. 3.

An Ecclesia Romana laicis iuste interdixerit vsu calicis? Disput. 216.

Iniuste Ecclesiam priuasse laicos communione calicis, hæretici non pauci dogmatizant. Caput 1.

Communionem sub sola specie panis licitam esse, contra hæreticos ex Scriptura ostenditur. Cap. 2.

Eadem veritas antiqua Ecclesiæ traditione confirmatur. Cap. 3.

Iure optimo Ecclesiam Latinam communionem sub vtraque specie laicis interdixisse. Cap. 4.

Argumenta aduersariorum ex Scriptura petita diluuntur. Cap. 5.
Argumenta hæreticorum desumpta ex testimonijs Patrum, & ratione diluuntur. Cap. 6.

An Christus corpus, & sanguinem suum in cœna Iudæ tradiderit? Disput. 217.

Christum corpus, & sanguinem suum Iudæ non dedisse, variè aliqui Patres, & Doctores autumãt. Cap. 1.
Iudam cum cæteris Apostolis corpus, & sanguinem Christi in cœna postrema percepisse, communis, & vera sententia est. Cap. 2.
Diluuntur argumenta prioris sententiæ. Cap. 3.

An ad consecrationem huius Sacramenti plures sacerdotes simul concurrere possint? Disput. 218.

Proprium ministrum consecrationis huius Sacramenti esse solum sacerdotem, in primis contra hæreticos supponitur. Cap. 1.
Status controuersiæ proposita explicatur. Cap. 2.
Consuetudo plurium sacerdotum eandem hostiam simul consecrantium variè à Doctoribus defenditur. Cap. 3.
Vera ratio defendendi prædictã consuetudinẽ. Cap. 4

De ministro dispensationis huius Sacramenti. Disput. 219.

Non solum sacerdoti, sed etiam diacono conuenit dispensatio huius Sacramẽti, quamuis non eodem modo. Cap. 1.
Non omnes sacerdotes, sed pastores esse ordinarios ministros dispensationis huius Sacramẽti. Cap. 2.
Alijs sacerdotibus, qui nõ sunt pastores, conuenit huius Sacramenti dispensatio. Cap. 3.
Religiosis ex priuilegio Pontificis eadem facultas delegata est. Cap. 4.
Laicis etiam conceditur, vt de manu simplicis sacerdotis sine licentia parochi Eucharistiam recipiant. Cap. 5.

De essentia, & natura sacrificij in vniuersum. Disput. 220.

Varia sententia, & definitiones hæreticorũ. Cap. 1.
Varia sacrificij in vniuersum definitiones tradita à catholicis. Cap. 2.
Vera sacrificij in vniuersum definitio. Cap. 3.

An Christus in Missa immoletur? Disputatio 221.

De voce Missa. Cap. 1.
Sententia hæreticorum de sacrificio Missæ. Cap. 2.
Christum in Missa vere, & proprie in sacrificium offerri. Cap. 3.
Diluuntur argumenta hæreticorum. Cap. 4.

In qua actione Missæ vera, & propria ratio sacrificij consistat? Disp. 222.

Oblationem illam, quæ quibusdam verbis fit à sacerdote, ad rationem sacrificij nullo modo pertinere. Cap. 1.
Neque fractionem, neque distributionem huius Sacramenti ad essentiã sacrificij spectare. Cap. 2.
De consumptione huius Sacramenti comparata cum sacrificio varia sententia. Cap. 3.
Essentiam huius sacrificij in sola consumptione non consistere, neque ex illa constare, neque eam aptã esse, vt ad aliquid horum à Christo institueretur. Cap. 4.
In sola consecratione huius Sacramenti, totam essentiam huius sacrificij positam esse, in vniuersum probatur. Cap. 5.
Vera ratio sacrificij in cõsecratione posita, varie exponitur à Theologis. Cap. 6.
Eatenus solum in consecratione rationem huius sacrificij positam esse, quatenus sacrificium crucis ea repræsentatur, testimonijs Patrum ostenditur. Cap. 7.
Essentia huius sacrificij ex sola mortis Christi repræsentatione, optima ratione colligitur. Cap. 8.
Diluuntur obiecta aduersariorum. Cap. 9.

Vtrũm essentia huius sacrificij necessario postulet consecrationem vtriusque speciei, an alterius tantum consecratio ad eam sufficiat? Disput. 223.

In consecratione alterius speciei solum integrã rationem sacrificij reperiri, nonnulli Theologi autumant. Cap. 1.
Sacrificium Christi incruentum instituisse in cõsecratione vnius tantum speciei, verum reipsa in consecratione, & destitione vtriusque substantiæ institutum fuisse alij censent. Cap. 2.
Ad rationem Sacramenti, & sacrificij vtriusque speciei consecrationem ita necessariam esse, vt etiam ex licentia Pontificis vna tantum consecrari nequeat, prior pars vera sententia est. Cap. 3.
Rationem sacrificij in consecratione vtriusque speciei, nulla habita ratione conuersionis ita positam esse, vt in consecratione alterius tantum non potuerit commode constitui, posterior pars vera sententiæ est. Cap. 4.
Diluuntur oppositiones aduersariorum, cap. 1. & 2. allatæ. Cap. 5.
Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 6.

De ſacrificio, quod in Miſſa offerimus cõparato cum ſacrificio cœnæ, & crucis, & cum ratione Sacramenti. Diſp. 224.

Sacrificium Miſſæ, quod a ſacerdotibus offertur, aliquo modo idem eſſe cum ſacrificio cœnæ, & aliquo modo diuerſum. Cap. 1.
Sacrificium Miſſæ aliquo modo eſſe idem cum ſacrificio crucis, aliquo modo eſſe diuerſum. Cap. 2.
Sacrificium incruentum, tam quod in cœna a Chriſto proxime oblatum fuit, quam quod nunc a ſacerdotibus offertur, propitiatorium eſſe, ſicut ſacrificium cruentum crucis. Cap. 3.
Quo pacto inuicem comparentur ratio Sacramenti, & ſacrificij in Euchariſtia. Cap. 4.

Quo pacto Chriſtus offerat ſacrificium Miſſæ? Diſput. 225.

Chriſtum hoc ſacrificium actu, & proxime offerre, nõnulli Recentiores aſſerunt. Cap. 1.
Præcedens ſententia examinatur. Cap. 2.
Chriſtum ſolum remote, & ratione ſolius inſtitutionis, hoc ſacrificium offerre, probabilior opinio fert. Cap. 3.
Diluuntur argumenta prioris ſententiæ. Cap. 4.

De alijs offerentibus hoc ſacrificium. Diſput. 226.

Omnes, ſoloſque ſacerdotes verum ſacrificium Miſſæ cõficere, proximeq; Deo illud offerre. Cap. 1
Alios fideles præter ſacerdotes ſacrificium Miſſæ quodammodo offerre. Cap. 2.

Pro quibus hoc ſacrificium offerri poſsit? Diſput. 227.

Pro omnibus viuentibus fidelibus baptizatis, non excommunicatis ſacrificium Miſſæ offerri poſſe. Cap. 1.
Pro fidelibus cathecumenis, & pro infidelibus licere hoc ſacrificium ſpeciatim, & directe offerre Recentiores nonnulli aſſeruunt. Cap. 2.
Sacrificium Miſſæ ſuapte natura pro non baptizatis offerri non poſſe, pro baptizatis vero etiam hæreticis, niſi excommunicati eſſent, ſore, vt recte immolaretur, vera opinio fert. Cap. 3.
Diluuntur argumenta prioris ſententiæ, cap. 2. allata. Cap. 4.
Pro quibus defunctis hoc ſacrificium offerri poſsit. Cap. 5.

De effectibus huius ſacrificij. Diſp. 228.

De remiſsione culpæ, & donatione gratiæ virtute huius ſacrificij, variæ Scholaſticorum ſententiæ. Cap. 1.
Hoc ſacrificium non habere vim remittendi mortalia inſtar Sacramenti, prior pars veræ ſententiæ eſt. Cap. 2.
Hoc ſacrificium non habere vim inſtar Sacramenti remittendi venialia, vel augendi iuſtificationem, ſed vim impetrandi auxilium Dei poſterior pars veræ ſententiæ. Cap. 3.
Oblatione huius ſacrificij proxime, & ſemper remitti pœnam temporalem tam mortuorum, quam viuentium, non tamen ſemper alia bona temporalia conferri, probabilior ſententia eſt. Cap. 4.

Vtrũm omnes effectus huius ſacrificij ſuperius enumerati dicendi ſint ex opere operato, an non? Diſput. 229.

Variæ Theologorum opiniones. Cap. 1.
Vera ſententia. Cap. 2.

De magnitudine valoris huius ſacrificij. Diſput. 230.

Valorem, & virtutem huius ſacrificij finitam eſſe, non pauci Theologi autumant. Cap. 1.
Valorem huius ſacrificij infinitum eſſe ratione dignitatis Chriſti offerentis, alij Theologi varie opinantur Cap. 2.
Valorem huius ſacrificij infinitum eſſe non ratione rei oblatæ, neque ratione proxime offerentis, ſed ratione ſuæ inſtitutionis probabilior opinio fert. Cap. 3.
Diſſoluuntur argumenta primæ opinionis. Cap. 4.

An hoc ſacrificium pluribus applicatum ita ſingulis proſit, ac ſi paucioribus applicaretur? Diſput. 231.

Hoc ſacrificium pluribus applicatum, nen ita prodeſſe ſingulis, ac ſi paucioribus applicaretur, Theologi nonnulli variè ſenſerunt. Cap. 1.
Hoc ſacrificium pluribus applicatum ita ſingulis prodeſſe, ac ſi paucioribus applicaretur, alij Theologi variè defendunt. Cap. 2.
Hoc ſacrificium pro pluribus quouis modo oblatum, non minus ex opere operato valere ſingulis, quam ſi pro paucioribus offerretur, abſque vlla limitatione vera ſententia eſt. Cap. 3.
Refutantur ſententiæ precedente capite memoratæ. Cap. 4.
Diluuntur obiecta contra noſtram opinionem. Cap. 5.
De variis modis, quibus hoc ſacrificium a ſacerdote applicari poteſt. Cap. 6.
De diſpoſitione neceſſaria ex parte eius, pro quo offertur hoc ſacrificium. Cap. 7.

De tempore debito celebrandi, & offerendi hoc ſacrificium. Diſput. 232.

Sacerdotes aliquoties in anno celebrare debere, probabiliori opinio fert. Cap. 1.
Quibus diebus celebrare liceat. Cap. 2.
A qua hora diei Miſſæ celebratio primum poſsit incipere? Cap. 3.
Ad quam horam diei Miſſæ celebratio poſsit differri? Cap. 4.
Non ſemper, ſed aliquando licere eidem ſacerdoti plures Miſſas celebrare. Cap. 5.

Vtrùm neceſſe ſit ſemper in loco ſacro, & altari, & cum vaſsis, & veſtibus ſacris celebrare. Diſput. 233.

De loco ſacro, & idoneo ad celebrandum. Cap. 1.
De altari ad celebrandum neceſſario. Cap. 2.
De ornatu altaris neceſſario ad celebrandum. Cap. 3
De vaſis, & veſtibus ſacris. Cap. 4.

De iuſto ſtipendio pro Miſſæ celebratione. Diſput. 234.

Quo titulo iuſtum ſtipendium pro Miſſæ celebratione debeatur, & quo pacto aſsignari debeat. Cap. 1.
Sacerdotem etiam pauperem pro vnius Miſſæ celebratione plura integra ſtipendia, & vnum pro Miſſa, cuius obtatione ſub conditione fuerat applicauerit, accipere poſſe, nõnulli cẽſent. Ca. 2.
Nec ſacerdotem plura ſtipendia pro vna Miſſa, nec vnum pro Miſſa, quam iam celebrauit, & in futurum applicandam reliquit, accipere poſſe. Cap. 3.
Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 4.

DE SACRAMENTO Ordinis, ſeu Ordinationis.

An Ordo, ſeu Ordinatio ſit Sacramentum nouæ legis? Diſput. 235.

ORDINATIONEM Eſſe Sacramentum nouæ legis, aliqui hæretici negarunt. Cap. 1.
Ordinationem verè, & proprie Sacramentum eſſe fides catholica eſt, definitione Eccleſiæ, & Patrũ traditione confirmata. Cap. 2.
Eadẽ veritas catholica Scripturæ, & conſenſu Scholaſticorum confirmatur. Cap. 3.

Quot ſint Ordines in Eccleſia, & quæ ſint eorum officia. Diſput. 236.

De prima tonſura. Cap. 1.
De quatuor minoribus Ordinibus, & eorum fruitionibus. Cap. 2.
De ſubdiaconis. Cap. 3.
De miniſterio diaconorum, qui erant pro menſis, vera ſententia. Cap. 4.
Diſſoluuntur rationes Doctorum oppoſita ſententiæ. Cap. 5.
Quanto tempore hoc miniſterium in Eccleſia perſeuerauerit, & quo pacto? Cap. 6.
De miniſteriis ſacrorum diaconorum, quæ ex ſola Eccleſiæ conſtitutione illis conueniunt. Cap. 7.
De miniſteriis diaconorum, quæ ex Diuina inſtitutione eis adſcripta ſunt. Cap. 8.
De nominibus ſacerdotum, & Epiſcoporum. Cap. 9.
De officijs presbyterorum, & Epiſcoporum. Cap. 10.

An prima tonſura, & quatuor minores Ordines ſint Sactamenta. Diſput. 237.

Primam tonſuram, & quatuor minores Ordines eſſe Sacramenta aliqui exiſtimarunt, alij vero id de quatuor tantum Ordinibus dixerunt. Caput 1.
Nec primam tonſuram, nec quatuor minores Ordines eſſe Sacramenta à Chriſto inſtituta, ſed ſola Eccleſiæ conſtitutione dimanaſſe, probabilior ſententia eſt. Cap. 2.
Diſſoluuntur argumenta prioris ſententiæ. Cap. 3.

An Ordo diaconatus, & ſubdiaconatus ſint Ordines à Chriſto in Sacramenta inſtituti. Diſput. 238.

Diaconatum non eſſe Sacramentum à Chriſto inſtitutum Durandus, & Caietanus exiſtimarunt, de ſubdiaconatu vero nõnulli alij Theologi idẽ docuerunt. Cap. 1.
Diaconatum eſſe Sacramentum à Chriſto inſtitutum, certa fide catholica credendum eſt, idemque de ſubdiaconatu probabilior opinio fert. Cap. 2.
Diluuntur rationes communes aduerſariorum contra Ordinem diaconatus, & ſubdiaconatus. Caput. 3.
Duæ priores peculiares rationes pro ſententia Durãdi de diaconatu, vna ex materia, & forma illius, altera ex Scriptura deſumpta, diluuntur. Cap. 4.
Duæ rationes peculiares pro ſententia Durandi de ſubdiaconatu diſſoluuntur, vna ex materia, & forma, altera ex manuum impoſitione deſumpta. Cap. 5.
Ad tertiam peculiarem rationem pro ſententia Du-

rãndi de ſubdiaconatu, deſumptam ex ſtatu ſacro, quem habet, reſpondetur. Cap. 6.

Quarta ratio peculiaris pro ſententia Durandi de ſubdiaconatu deſumpta ex miniſtro illius diſſoluitur. Cap. 7.

An ſacerdotium ſit Ordo à Chriſto in Sacramentum inſtitutus? Diſput. 239.

Sacerdotum Ordinationem Sacramentum eſſe, catholici omnes contra hæreticos pronunciant. Caput 1.

De materia, & forma huius Ordinationis variæ opiniones catholicorum minus probabiles. Cap. 2.

Prior pars veræ ſententiæ de materia, & forma Ordinationis ſacerdotis. Cap. 3.

Poſterior pars veræ ſententiæ de materia, & forma Ordinationis ſacerdotis ex ipſa Ordinatione Apoſtolorum demõſtratur. Cap. 4.

Eadem prior pars veræ ſententiæ ex ritu, quem nunc ſeruat Eccleſia in Ordinatione ſacerdotis oſtenditur. Cap. 5.

Obiecta contra hanc noſtram ſententiam diluuntur. Cap. 6.

An Epiſcopatus ſit Ordo in Sacramentũ à Chriſto inſtitutus. Diſput. 240.

Epiſcopatum iure Diuino à ſacerdotio non differre, ac proinde eius Ordinationem non eſſe Sacramentum, nonnulli hæretici, & catholici ſenſerunt. Cap. 1.

Epiſcopatum à Chriſto fuiſſe inſtitutum, nihilominus neque eſſe Ordinem, neque Sacramentum, Scholaſtici non pauci aſſeuerant. Cap. 2.

Epiſcopatum à Chriſto eſſe inſtitutum, prior pars veræ ſententiæ eſt. Cap. 3.

Epiſcopatum Ordinem, & Sacramentum eſſe, poſterior pars veræ ſententiæ eſt. Cap. 4.

Diluuntur rationes cap. 1. pro priori ſententia allatæ. Cap. 5.

De Matrimonio ſpirituali Epiſcopi cum Eccleſia in ipſa Ordinatione celebrato, & de tranſlatione ex vna in aliam Eccleſiam. Diſput. 241.

Epiſcopus ordinatus ad aliquam Eccleſiam etiam occupatam Matrimonium ſpirituale cum ea contrahit, quamuis huiuſmodi coniugium ad eſſentiam conſecrationis non ſit neceſſarium. Caput 1.

Tranſlationem Epiſcoporum ex vna in aliam Eccleſiam vetitam eſſe, Conciliorum, & Pontificum decretis oſtenditur. Cap. 2.

Non tantum iure poſitiuo, ſed etiam naturali Diuino tranſlationem Epiſcoporum prohibitam eſſe. Cap. 3.

Diſſoluuntur rationes duæ, quæ pro poſteriori difficultate præcedente capite allatæ ſunt. Cap. 4.

A quo tranſlatio Epiſcoporum fieri poſsit. Cap. 5.

Quibus de cauſis tranſlatio Epiſcoporum fieri poſsit. Cap. 6.

De ſtatu, & dignitate Cardinalium Eccleſiæ Romanæ. Diſput. 242.

De antiquitate nominis Cardinalis. Cap. 1.

De ſignificatione eiuſdem nominis. Cap. 2.

Ordinem proprium Cardinalium fuiſſe à Chriſto inſtitutum, & antiquiorem Epiſcopatu, Ioannes à Turrecremata autumat. Cap. 3.

Ordinem proprium Cardinalium non fuiſſe a Chriſto inſtitutum, contra Ioannem a Turrecremata oſtenditur. Cap. 4.

De dignitate Cardinalium comparatione facta cum Epiſcopis. Cap. 5.

Obiectiones contra præcedentem doctrinam. Cap. 6.

Quo pacto Chriſtus figuram omnium Ordinum geſſerit, quos hactenus memorauimus. Cap. 7.

De miniſtro huius Sacramenti, & Ordinum. Diſput. 243.

Miniſtrum ſufficientem Ordinationis eſſe Epiſcopum etiam hæreticum excommunicatum, & ſuſpenſum. Cap. 1.

Epiſcopum etiam degradatum eſſe ſufficientem miniſtrum Ordinationis. Cap. 2.

Miniſtrum Ordinis etiam ex commiſſione non ſimplicem ſacerdotem eſſe poſſe, plerique opinantur varie Scholaſtici. Cap. 3.

Simplicem ſacerdote, non ſolum minorum Ordinum, ſed etiam maiorum vſque ad presbyterium, miniſtrum ex commiſſione eſſe poſſe, alij arbitrantur. Cap. 4.

Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 5.

De miniſtro Ordinationis Epiſcoporum. Cap. 6.

De efficacia miniſtri huius Sacramenti. Cap. 7.

De electione miniſtrorum Eccleſiæ. Diſput. 244.

Variæ hæreſes de hac re. Cap. 1.

Miniſtros Eccleſiæ neque generatione carnali propagari, neque a ſolo Deo eligi, catholica doctrina eſt. Cap. 2.

Electionem miniſtrorum Eccleſiæ nec ad populum neque ad principes, ſeu magiſtratus, ſed ad Eccleſiaſticos ſpectare. Cap. 3.

Quo pacto conſenſus populi in electione miniſtrorum requirendus ſit? Cap. 4.

Diluuntur

Diluuntur argumenta hæreticorum noſtri temporis contra prædictam doctrinam catholicam Caput 5.

De ſexu neceſſario requiſito in ſuſcipiente Ordines. Diſput. 245.

Mulieres in diaconiſas, ſacerdotiſas, & Epiſcopiſas, vere ordinari poſſe, hæretici exiſtimarũt. Cap. 1.
Mulieres neque vllo Ordine, neque prima tonſura initiari poſſe, vera ſententia eſt. Cap. 2.
Conuelluntur fundamenta hæreticorum. Cap. 3.

De ætate, & qualitate ordinandorum, & de temporibus Ordinationum. Diſput. 246.

Hominem in quacumque ætate, etiam infantili, capacem eſſe huius Sacramenti, & cuiuſuis Ordinationis Eccleſiaſticæ ſecundùm iura. Cap. 1.
Diluuntur argumenta ſententiæ Durandi. Cap. 2.
De obligatione ſeruandi votum continentiæ in eo, qui ante vſum rationis, aut ex metu ordinatur. Cap. 3.
De ætate ordinandorum iure requiſita. Cap. 4.
De qualitate Ordinandorum. Cap. 5.

Vtrum ſacris Ordinibus poſt Matrimonium initiati iure Diuino, an Eccleſiaſtico continere debeant? Diſput. 247.

Sacris Ordinibus initiatos præcepto Diuino continẽtiã in Matrimonio etiam antea contracto teneri, teſtimonijs Scripturæ Franciſcus Turrianus confirmare nititur. Cap. 1.
Teſtimonia Conciliorum, & Patrum pro eadem ſententia Turriani. Cap. 2.
Iure Eccleſiaſtico clericos ante ſacros Ordines coniugatos continentiam ſeruare debere, communis, & vera Scholaſticorum ſententia eſt. Caput 3.
Præcedens doctrina ex ſententia Paphnuntij confeſſoris, quam dixit in Concilio Nizeno, confirmatur. Cap. 4.
Eadem ſententia ex decretis Conciliorum oſtenditur. Cap. 5.
Teſtimonijs Pontificum idem plane conuincitur. Caput 6.
Ratione efficaci eadem ſententia communis contra Turrianum probatur. Cap. 7.
Diluuntur argumenta Turriani ex ſacra Scriptura deprompta. Cap. 8.
Reſpondetur argumentis Turriani ex teſtimonijs Patrum petitis. Cap. 9.
Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 10.

De antiquitate, & vſu legis continentiæ, ſacris Ordinibus annexæ, tam in Eccleſia Græca, quam Latina. Diſput. 248.

De antiquitate, & vario vſu legis continentiæ in Eccleſia Græca. Cap. 1.
De vſu huius legis in Eccleſia Latina. Cap. 2.
Quo tempore cœperit votum continentiæ eſſe annexum ſubdiaconatui in Eccleſia Latina? Cap. 3.

Vtrum ſacris hominibus interdictum ſit iure Diuino, an Eccleſiaſtico poſt ſacros Ordines Matrimonia contrahere? Diſput. 249.

Diuina lege vetitum eſſe ſacris hominibus, ad Matrimonia poſt Ordines tranſire, Turrianus, & alij variè ſenſerunt. Cap. 1.
Poſt ſacram Ordinationem Matrimonium contrahere, iure tantum Eccleſiaſtico viris ſacris interdictum eſſe, vera, & conſentanea teſtimonijs Patrum ſententia eſt. Cap. 2.
Eadem vera ſententia ratione confirmatur, & probatur. Cap. 3.
Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 4.
Diſſoluuntur argumenta Michaelis Medinæ cap. 1. allata. Cap. 5.
Reſpondetur argumentis contra continentiam ſacrorum hominum in vniuerſum. Cap. 6.
Satis ſit argumentis Philippi Melanchthonis, & Centuriatorum contra eamdem continentiam ſacrorum hominum. Cap. 7.
Quinam Apoſtoli vxores habuerint, & quo pacto eis vſi fuerint? Cap. 8.

De tonſura clericali. Diſput. 250.

De antiquitate tonſuræ clericalis. Cap. 1.
De ratione, ob quam tonſura in Eccleſiam fuit introducta, & de ſignificatione eius. Cap. 2.
Corollaria præcedentis doctrinæ. Cap. 3.
Conuelluntur fundamenta hæreticorum. Cap. 4.

FINIS.

INDEX LO-
CORVM SACRAE
SCRIPTVRAE QVAE IN
hoc tertio tomo explicantur.

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Genesi.



Cap. 1. *FACTVS Est vespere, & mane dies vnus, disput. 172. num. 128.*

Crescite, & multiplicamini, disp. 216. num. 53. disp. 249. num. 62.

Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem, disp. 172. num. 129.

2. *Fruat de in carne vna, disp. 204. n. 33.*

3. *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui disput. 245. num. 8.*

17. *Foedus pactum meum, quod obseruabitis inter me, & vos disput. 179. num. 91.*

30. *Redeunteque ad vesperam Iacob ad agro, disp. 172. num. 54.*

41. *Septem labes sunt septem anni, disput. 179. num. 90.*

47. *In optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Iessem, disp. 172 num. 135.*

Ioseph vero Patri, & fratribus suis dedit possessionē in Aegypto in optimo terræ loco Ramesses, vt præceperat Pharao, ibidem, num. 13.

Ex Exodo.

Cap. 12 *NIhil operis facietis in ea, exceptis illis, quæ ad vescendum pertinent, disp. 172. num. 44. & 87.*

Immolabitque eum omnis multitudo filiorum Israel ad vesperam, ibidem num. 52. & 99.

Vsque ad diem vicesimum primam eiusdem mensis ad vesperam, ibidem, num. 55.

Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes, ibidem, num. 57. & 11.

Transibo per terram Aegypti nocte illa, &c.

Factum est autem in noctis medio percussit Dominus &c. ibidem.

Pharao quoque vocauit Moysem & Aaron nocte illa, & ait, surgite, & egredimini, &c. ibidem.

Habebitis hunc diem in monumentum, & celebrabitis eum, ibidem num. 56.

Nihil ex victimis in sequentem diem reliquētis, ibidem, num. 53.

Est enim Phase disp. 179. num. 91. & 92.

Quid est hoc? ipse est panis, &c. disput. 21. num. 16. 16.

Non facies omne opus in eo, disputatio. 172. numero 87. 20.

Septem diebus azyma comedetis, ibidem num. 96.

Et celebrabitis eam solennem Domino, ibidem, numero. 99.

Primo mensis decima quarta die mensis ad vesperam comedetis azyma, vsque ad diem vigesimam primam, ibidem num. 11.

Nox ista est observabilis Domini, ibidem, num. 132.

Erit autem vobis signū in ædibus, in quibus eritis, & videlo sanguinem, & transibo, ibidem numero 134.

Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque mane, ibidem num. 136.

Sanguis Testamenti, quod mandauit ad vos, disput. 199. num. 17. 24.

Consecrastis manus vestras, &c. hodie Domino, &c. disput. 247. num. 106. 32.

Solennitatem hebdomadarum facies tibi, in primitiis fragum messis tuæ triticeæ, disput. 173. num. 15. 34.

Ex Leuitico.

Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, de spicis adhuc virentibus, torrelis igne, & confringes in morem farris, disput 173. num. 14. Cap. 2

Cum autem obtuleris sacrificium, coctum in clibano, de similia, panes scilicet absque fermento, disp. 220. num. 28.

Rogabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei, disp. 224. num. 22. 4.

Neque in rotundum attendetis comam, neque radetis barbam, disput. 250. numer. 2. & 27. 19.

Non radent caput, neque barbam, ibidem. 21.

Nihil operis facietis in eo, exceptis ijs, quæ ad vescendum 32.

tendum pertinent, disput. 172. num. 44.

A vespere vsque ad vesperã celebrabitis Sabbatha vestra, ibidem, num. 54. 99. & 126.

Et affligetis animas vestras die nono mensis a vespera in vesperam, &c. ibidem, num. 55.

Ha sunt ergo feria Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam Phase Domini est, & quinta decima die mensis huius solennitas azymorum Domini est: septem diebus azyma comedetis, ibid. num. 96.

Nihil ergo operis facietis in eo, legitimum, sempiternum erit vobis, Sabbathũ requietionis est, ibidem num. 97. & num. 128.

Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem: feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ ad sacerdotem, & altero die Sabbathi, ibidem num. 139. & 140. & disput. 173. num. 13.

Numerabitis ergo ab altero die Sabbathi, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, disp. 173. num. 10.

23. Et sic offeretis sacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos, de duabus decimis similæ fermentatæ, ibidem, num. 16.

Ex Numeris.

10. Surge Domine, & dissipentur inimici tui, disp. 180. num. 64.

11. Auferam de spiritu tuo, & tradam eis, vt sustentẽt tecum omnes populi, disput. 238. num. 22.

24. Verumtamen pergens ad populum meum dabo consilium, quod populus tuus populo huic faciat extremo tempore, disp. 247. num. 111.

13. Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel, ad suggestionem Balaam, & prauaricari vos fecerunt in Domino super peccatum Phegor, ibidem.

33. Profecti de Rameses in mense primo, in quintadecima die mensis primi, altera die Phase, disp. 172. num. 56.

Ex Deuteronomio.

4. Deus tuus ignis consumens est, disp. 179. num. 84. & 85.

16. Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, &c. disp. 172. num. 63.

Immolabisque Phase Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus, &c. ibidem, num. 69.

Immolabis Phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto, ibidem num. 133.

Septem hebdomadas plenas numerabis tibi ab ea die, qua falcem miseris, ibidem, num 142.

Obserua mensem nouarum frugum, & veri primum temporis, disp. 173. num. 13.

33. Qui dixit patri suo, & matri suæ nescio vos, & nescierunt filios suos, &c. disp. 247. numer. 105. &c.

Ex Libro secundo Paralipomenon.

Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino — Caput 26.
disput. 220. num. 4.

Ex Libro primo Esdræ.

Et de his, qui templo seruiebant (quos dederat Dauid & principes in seruitutem Leuitarum seruientes ducentos, disp. 236. num. 36. — Cap. 8.

Ex Libro secundo.

Habitauerunt ergo sacerdotes, & Leuitæ & de populo, & Cantores, & Ianitores, & Nathinæi in vrbibus suis, ibidem num. 38. — Cap. 7.

Ex Tobiæ libro.

Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam disp. 196. num. 10. — Caput 12.

Ex Psalmis.

Satiabor cum apparuerit gloria tua, disput. 169. num. 50. — Psalm. 16.

Videbitur Deus Deorum in Sion, disp. 179. numer. 93. & 94. — Psalm. 83.

Ex Prouerbijs.

Sortes mittuntur in sinu, à Domino autem temperantur disp. 244. num. 9. — Caput 16.

Ex Isaia.

Vinum tuũ mixtum est aqua disp. 176. nu. 9. & 19. — Cap. E
Frange esurienti panem tuum, disp. 199. num. 24. — 58.
Et assumam ex eis in sacerdotes, & Leuitas, dicit Dominus, disp. 244. num. 5. — 16.

Ex Ieremia.

Sacrificate de fermento laudem, disp. 174. numer. 37. & 38. — Cap. 4.
Super omnes qui attonsi sunt in comam, disp. 150. num. 2. — 9.

Ex Ezechiele.

Non radent caput, neque barbam, disp. 250. numer. 26. & 27. — Caput 44.

Ex Iona.

Et miserunt sortes, & cecidit sors super Ionam, disput. 244. num. 16. & 17. — Cap. 1.

Ex Nehemia.

Non enim fecerant taliter à diebus Iosue filij Nun filij Israel, disp. 172. num. 46. — Cap. 8.

INDEX LOCORVM NOVI TESTAMENTI.

Ex Euangelio Matthæi.

HIC EST Filius meus dilectus, disputat. 216. num 41. — Cap. 3.

Ad nihilum valet vltra, &c. disput. 243. numer. 6. — 5.

Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos, disp. 244. — 7.

numero 47. & 48.
8. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent, &c. disp. 217. numer. 50.
12. Non legisti, in lege, quia Sabbathum Sacerdotes in Templo violant, & sine crimine sunt, disp. 172. numer. 45.
13. Semen est Verbum Dei, disp. 179. numer. 90.
15. Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem, disp. 172. numer. 118.
Cum gratias egisset. Et, Cum benedixisset, disp. 196. numer. 15.
16. Tibi dabo claues Regni cœlorum, disp. 244. numer. 46. & 47.
Nunquid ego sum Domine? qui intingit manum mecum, &c. disp. 217. numer. 20. & sequentibus
18. Quæcumque alligaueritis super terram, &c. disp. 244. numer. 45.
Cerne pe inter te, & ipsum solum, & c. ibidem numer. 46.
19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c. disp. 249. numer. 77. & sequentibus.
20. Itaque iam non sunt duo, sed una caro disp. 204. numer. 33.
Non libem amodo de hoc genimine vitis, &c. disp. 196. numer. 47. & sequentibus.
26. Prima die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, &c. disp. 172. numer. 4. & 15.
Scitis quia post biduum Pascha fiet, ibidem num. 49.
Non in die festo ne forte tumultus fieret in populo, ibidem num. 84.
Tempus meum prope est, ibidem numer. 93.
Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis, ibidem numer. 116.
Comantibus autem eis &c. ibidem numer. 119.
Hoc est corpus meum. Hic est enim sanguis meus disp. 179. numer. 75. & sequentibus, & numer. 81 & disp. 180. numer. 32. & 90.
Hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur, disp. 185. num. 25. & 26. & disp. 198. numer. 4. vsque ad nonum, & numer. 17. & sequentibus, & disp. 199. num. 6. vsque ad vigesimum, & num. 16. 36. & 44. & disp. 201. numer. 33. & disp. 223. numer. 48.
Accepit Iesus panem, & benedixit, fregit, deditque discipulis suis, & ait: accipite, & comedite hoc est corpus meum disp. 196. nu. 4. 7. 11. 12. & 21. & disp. 198. num. 4. & sequentibus.
Bibite ex hoc omnes disp. 201. numer. 36. & disp. 116. numero 55.
Ter me negabis disp. 217. numer. 31.
Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem, disp. 242. numer. 44.
28. Vespere autem Sabbathi, quæ lucescit in prima Sabbathi disp. 172. numer. 55. & disp. 221. numer. 25.
Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, euntes ergo baptizate, &c. disp. 242. nu. 56. & 57.

Ex Euangelio Marci.

Fides tua te saluam fecit: vade in pace, disp. 197. numer. 30. 31. Cap. 5
Cum gratias egisset, & cum benedixisset disp. 196. numer. 15. 8.
Itaque iam non sunt duo, sed una caro disp. 204. numer. 33. 10.
Primo die azymorum quando Pascha immolabant, &c. disp. 172. num. 3. 15. & 49. 14.
Et manducantibus illis, ibidem, num. 119.
Hoc est corpus meum, &, Hic est sanguis meus disp. 179. numero 75. & sequentibus, & num. 81. & disp. 180. numer. 32. & 90.
Quo vis eamus, & paremus tibi, vt mãduces Pascha, disp. 179. numer. 93.
Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur. disp. 185. numero. 25. & 26. & disp. 198. numero 4. vsque ad nonum, & numero 17. & disp. 199. numero 6. 20. 26. & 36. & sequentibus, & disp. 201. numer. 33 & disp. 216. numer. 56.
Et accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis: hic est sanguis, &c. disp. 196. numero 32. & disp. 198. numero 4. & 17. & disp. 216. numero 55.
Vnus ex vobis tradet me disp. 217. numero 21.
Erat autem Parasceue, quod est ante Sabbathum disput. 172. num. 70.
Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, disput. 242. numero 56. & 57. 16.
Euntes in mundum vniuersum, &c. ibidem numero 18. & 26.
Et cum transisset Sabbathum Maria Magdalena, Maria Iacobi, &c. disp. 172. numer. 90.

Ex Euangelio Lucæ.

Et erat Anna Prophetissa filia Phanuel, disp. 245. num. 8. & 15. Cap. 2
Factum est autem Sabbatho secundo primo, cum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas disp. 173. numer. 10. & 11. 6.
Quos Apostolos nominauit disp. 242. numer. 25.
Aquam pedibus meis non dedisti, disputat. 172. numer. 115. 7.
Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. disp. 197. numer. 31.
Quis me tetigit, disp. 180. numer. 95. & disp. 193. numer. 15. 8.
Et dies erat Parasceues, & Sabbathum illucescebat, disp. 172. numer. 91. 16.
Si habueritis fidem sicut granũ sinapis, dicetis huic arbori Moro eradicare, disputatio. 246. numer. 15.
Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi 22.

occidi pascha, disp. 172. num. 50.
Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscū, ibidem, num. 93. & num. 117. & disp. 216. num. 82.
Et cum facta esset hora discubuit, disp. 172. numer. 116.
Accipite, & diuidite inter vos omnes, disp. 177. nu. 12. & disp. 216. num. 55.
Hoc est corpus meum, (&) Hic est calix noui Testamenti in sanguine meo, disp. 179. num. 75. &c. & 181. & disp. 180. num. 32. & 90. disput. 185. num. 25. & 26. & disp. 198. num. 4. & sequentibus. & disp. 199. nu. 6. vsque ad 20. 26. 36. &c. & disp. 201. num. 33. & disp. 221. num. 14. & 27. & disp. 233. numero 28.
Quo vis eamus, & paremus tibi, vt manduces Pascha, disp. 179. num. 13.
In qua necesse erat occidi Pascha, ibidem: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, disp. 185. numer. 10.
Et accepto calice gratias egit, & dixit; Accipite, & diuidite inter vos, disp. 188. num. 3.
Et cum facta esset hora discubuit, & duodecim Apostoli cum eo, disp. 196. num. 27. & sequentibus.
Dico autem vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat, ibidem num. 32. & 36. & sequentibus. 46. & 47. & disp. 216. num. 82. & 83.
Dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo, ibidem.
Donec impleatur in regno Dei, ibidem, num. 52.
Hoc facite in meam commemorationem disp. 213. num. 9. &c. Et disp. 216. num. 56. &c. Et disput. 218. num. 6. & 42. & disp. 221. num. 42. & disp. 223. num. 16. 18. & 48. & disp. 226. num. 2. & disp. 235. num. 26. & disput. 239. num. 1. &c. num. 22. 32. & 35. disput. 242. num. 25. 44. 48.
Qui pro vobis effundetur, disp. 216. num. 56.
Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa, disp. 217. num. 21. &c.
Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater Regnum, disput. 242. numer. 18. & 16.

Cap. 23. Et reuertentes parauerunt aromata, & vnguenta, & Sabbatho quidem siluerunt secundum mandatum, disput. 172. num. 90.

24. Vna autem Sabbathi valde diluculo venerunt portantes, quæ parauerunt aromata, ibidem numer. 91.

Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, & fregit, & porrigebat illis. disp. 216.

Ex Euangelio Ioannis.

Vidi Spiritum descendentem sicut columbam, disput. 180. num. 61. 63. Cap. 1.
Ego sum vitis vera, disput. 220. num. 6. 5.
Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. non habebitis vitam in vobis, disp. 169. num. 30. & disp. 179. num. 34. & sequentibus, & 64. & sequentibus, & disp. 213. num. 7. & 8. & disp. 216. num. 48. vsque ad 54. per errorem, 45. 6.
Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, disp. 179. num. 34. & sequentibus. 64. & sequentibus.
Ego sum panis viuus, &c. ibidem num. 41. &c. & disp. 180. num. 90.
Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, disp. 179. num. 53. & disp. 186. num. 7. disp. 215. num. 9.
Hoc vos scandalizat: si ergo videritis filium hominis ascendentē, vbi erat prius, disp. 179. numer. 67. vsque ad 71.
Nunquid, & vos vultis abire? (&) ad quem ibimus, &c. ibidem, num. 73.
Spiritus est, qui viuificat, caro autem non prodest quidquam ibidem.
Cum vidisset ergo turba, quia Iesus non esset ibi disput. 180. num. 86.
Qui manducat me, viuet propter me, (&) ego sum panis viuus, &c. disp. 185. num. 5. & disp. 216. num. 54. per errorem 45.
Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, &c. disp. 195. num. 50. disp. 203. num. 10. 11.
Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet: qui credit in me non sitiet, disp. 199. num. 24.
Qui manducat hunc panem, viuet in æternum, &c. disp. 215. num. 25. & disp. 216. num. 7.
Accepit Iesus panem cum gratias egisset attribuit, discumbentibus, disp. 216. num. 8.
Non ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? disp. 244. num. 6.
Ego sum lux mundi disp. 242. num. 43.
Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, &c. disp. 213. num. 7. 8. 9.
Consummatum est, disp. 221. num. 31.
Lazarus mortuus est, gaudeo propter vos, vt credatis, quia non eram ibi disp. 180. num. 86. 11.
Quod facis fac citius, quidam enim putabant, quod dixisset ei Iesus: eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum, disp. 172. num. 85.
Ante diem festum Paschæ sciens Iesus, &c. ibidem, num. 94. 121. 122. & 123. 13.
Vnus ex vobis me traditurus est, ibidem, num. 103.
Cum surrexisset à cœna, ibidem num. 103. vsque ad 209.
Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, (&) mundi estis, & ibidem num. 113. & 114

Et

Et cœna facta, surgit à cœna, ibiã. nu. 115. & 116.
Si non laberote, non habebis partẽ mecum, nu. 118.
Cum ergo exiſſet, dixit Ieſus, nunc glorificatus eſt filius hominis, diſput. 217. num. 14.
Ille eſt cui intinctum panem porrexero, &c. ibidem, num. 15. & ſequentibus.
Cum ergo accepiſſet illam buccellam exiuit cõtinuo, ibidem num. 25. 26. & 27.
Et cum intinxiſſet panẽ dedit Iude, &c. ibid. n. 28.
Et vos mundi eſtis, ſed non omnes, ibidem num. 31.
14. *Sciens Ieſus, quia venit hora eius, vt trãſeat ex hoc mundo ad patrem. diſp. 172. num. 93.*
16. *Erat autem magnus ille dies Sabbathi, ibidem numer. 80. 81. & 82.*
18. *Non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha, ibidem n. 62.*
Ergo Rex eſt tu? Tu dicis, quia Rex ſum, diſp. 217. num. 23.
19. *Erat autem Paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta, diſ. 172. num. 70.*
Et continuo exiuit ſanguis, & aqua, diſ. 178. nu. 3.
Paſce oues meas, diſp. 242. num. 25.

Cap. 1 **Ex Actis Apoſtolorum.**

Et dederunt eis ſortes, & cecidit ſors ſuper Mathiã,
2. *diſp. 244. num. 9.*
Et cum implerentur dies Pentecoſtes, erant omnes, &c. diſp. 242. num. 34.
Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & cõmunitione, & fractione panis, diſp. 196. num. 20. & diſp. 216. num. 16.
Omnes etiã, qui credebant erant pariter, & habebãt omnia communia diſp. 236. num. 68.
Quem oportebat cœlum ſuſcipere, vſque in tempora reſtitutionis hominum, diſp. 189. num. 8.
3. *Argentum, & aurum non eſt mihi, diſp. 196. n. 51.*
Viri fratres oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid de Iuda, diſp. 239. num. 31.
6. *Hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum, & orantes impoſuerunt eis manus, diſp. 236. numero 40. & diſp. 244. num. 6. & 35.*
Eo quod deſpicerentur vidue eorũ in miniſterio quotidiano, diſp. 236. num. 68.
13. *Tunc tiunantes. & orantes, imponentesque eis manus, dimiſerunt illos, diſp. 235. num. 18.*
14. *Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas ciuitates preſbyteros, diſp. 244. num. 50.*
20. *In quos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos. diſput. 235. num. 24.*
26. *Ad hoc enim apparui tibi, vt conſtituam te miniſtrum, & teſtem eorum, quæ vidiſti, &c. diſp. 289. num. 8. & 72.*

Ex Epiſtola ad Romanos.

5. *Vſque ad legẽ eorũ peccatum erat, diſp. 221. n. 40.*
8. *Si autem ſpiritu facta carni, mortificaueritis, viuetis, diſp. 179. num. 61.*
16. *Commendo autem vobis Phœbem ſororem noſtram, quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ, diſp. 245. num. 28. 29. & 30.*

Ex Epiſtola 1. ad Corinthios.

Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſ- 4.
penſatores myſteriorum Dei, diſp. 216. nu. 40.
Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chri- 6.
ſti, &c. diſp. 204. num. 34.
Secularia igitur negotia ſi habueritis, &c. diſput.
236. num. 6. 7.
Nam qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi,
diſp. 247. num. 17.
Vxori vir debitum reddat, ſimiliter autem, & vxor
viro, diſput. 246. num. 65.
Volo autem omnes homines eſſe, ſicut me ipſum, diſp.
249. num. 77. & 90.
Non ne Chriſtum Ieſum Dominum veſtrum vidi, 9.
diſp. 189. num. 8. & 72.
Neſcitis quoniam qui in ſacrario ſunt, quæ de ſacra-
rio ſunt edunt, &c. diſp. 234. num. 1.
Vnum corpus ſumus omnes, qui de eodem pane parti-
cipamus, diſp. 168. num. 15. 10.
Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat,
& de calice viuat, &c. diſp. 167. num. 42. & 11.
diſp. 247. num. 65.
Similiter, & calicem poſtquam cœnauit dicens, &c.
diſp. 272. num. 103. 12.
Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine.
ib. diſp. 179. n. 81. & diſp. 198. n. 24. 39. &
40. & diſp. 199. n. 4. &c. & diſp. 201. n. 33
Itaque quicunque manducauerit panẽ hunc, & bibe-
rit calicẽ Domini indigne, &c. diſ. 180. n. 67.
Panis, quem frangimus, &c. & vnus panis multi ſu-
mus, ibidem num. 88. & diſp. 193. num. 17.
& diſp. 216. num. 18.
Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradetur. diſ. 185
Quod ſi nos metipſos diiudicaremus, non vtique iu-
dicaremur. diſp. 205. num. 30.
Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat,
diſp. 206. nu. 12. & diſp. 207. n. 24. 29. 31.
33. 42. & ſequentibus.
Si quis eſurit domi manducet, &, iã non eſt Domini-
cam canã manducare, &c. diſ. 211. n. 14. vſ-
que ad 23.
Hoc facite quotieſcunque bibetis, in meam cõmemo-
rationem, diſp. 213. n. 9. &c. & num. 15.
Cætera cũ venero diſponam. ibidem.
Accipite, & manducate: Hoc eſt corpus meum. &c.
ibid. num. 58. 59.
Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis,
&c. ibidem num. 60. et 62.
Hoc facite quotieſcunq; bibetis, diſ. 213. n. 9. & 15
diſ. 218. n. 7. & diſp. 223. n. 16. 18. & 49.
Mulieres in Eccleſia taceant, &c. diſp. 245. nu. 8.

Ex ſecunda Ad Corinthios

Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat, diſp. Cap. 3
174. num. 37.
Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, 6.
diſp. 232. num. 6.
Numquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem 9.

ducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, diſput. 249. num. 77. uſque ad 87.

Ex Epiſtola ad Galatas.

Cap. 1. Cum autem placuit ei, qui me ſegreganit, &c. diſp. 235. num. 18.

3. Non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber, non eſt maſculus, neque fœmina, diſput. 245. num. 16.

Ex Epiſtola ad Epheſios.

Cap. 2. Qui eramus longe facti ſumus prope in ſanguine eius, diſp. 198. num. 40.

4. Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, alios Prophetas alios Doctores, & Paſtores, diſp. 235. num. 25. & diſp. 241. num. 40.

5. Itaque viri debent diligere uxores ſuas, ut corpora ſua, qui ſuam uxorem diligit ſeipſum diligit: nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit, diſp. 240. num. 33.

Ex Epiſtola ad Philippenſes.

Cap. 4. Rogo te Germane compar, diſp. 249. nu. 77. &c.

Ex Epiſtola ad Theſſalonicenſes.

Cum poſſemus uobis oneri eſſe, ſicut & cæteri Apoſtoli, diſp 249. num. 86. &c.

Ex prima ad Timotheum.

Cap. 3. Oportet ergo Epiſcopũ irreprehenſibilem eſſe unius uxoris uirum, diſp. 249. n. 42. & 53.

3. Unuſquiſque uxorem ſuam habeat, ibidem n. 60.

Mulierem ſimiliter pudicam, &c. diſp. 245. n. 17.

4. Prohibentium nubere ibidem. n. 48.

Adoleſcentiam tuam nemo contemnat, diſp. 246. num. 40.

Noli negligere gratiam quæ in te eſt, &c. diſp. 236. num. 23. & diſp. 240. num. 28. 38. & 59.

Omnis creatura Dei bona eſt, &c. Sanctificatur enim per uerbum Dei, & orationẽ, diſp. 196. n. 13.

Cum manuum impoſitione presbyterij, diſp. 23. n. 21

5. Nemini cito manus impoſueris. ibidem, & diſput. 236. num. 39.

Seniorem ne increpaueris: obſecra, ut Patrem, diſp. 236. num. 97.

Adoleſcentiores uiduæ, ad uiduale ſtatum ne ordinentur, diſp. 245. num. 20.

Viduas honora, quæ uerè uiduæ ſunt, &c. ibi. n. 12.

Quæ fuerit unius uiri uxor, diſp. 249. num. 54.

Ex ſecunda ad Timotheum.

Cap. 1. Per impoſitionem manuum mearum, diſp. 253. num. 21. per errorem 12.

Admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, &c. ibid. num. 23. 24. & 25.

Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris, ſed uiritatis, & dilectionis, & ſobrietatis, ibidem.

4. Miniſterium tuum imple. diſp. 236. num. 39.

Ex Epiſtola ad Titum.

Cap. 1. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, &c. & Conſtituas per ciuitates presbyteros, &c. diſp. 236. num. 97. & diſp. 244. num. 3.

Si quis ſine crimine eſt uniusuxoris uir. d. 246. n. 58

Ex Epiſtola ad Hebræos.

Omnis Pontifex ex hominibus aſſumitur, diſp. 220. num. 4. & diſp. 234. n. 28. & diſp. 224. num. 18. & 28. Cap. 5

7. Et alij quidem plures facti ſunt ſacerdotes, id circo, quod morte prohibentur permanere, diſput. 221. num. 28. & 29.

Hic autem, eo quod manet in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium, ibidem.

9. Teſtamentum in mortuis confirmatum eſt, &c. diſp. 199 num. 16.

Hic ſanguis noui Teſtamenti, quod mandauit ad uos Deus, diſp. 201. num. 41.

Sed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta, diſp. 221. n. 16. & 30.

Et ideo noui Teſtamenti mediator eſt, &c. diſp. 221. num. 40. & diſp. 225. num. 10.

Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorũ exhaurienda peccata, diſp. 225. num. 18.

10. Vbi autem horum remiſſio, iam non eſt oblatio pro peccato, ibidem.

In qua uoluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti, diſp. 221. n. 16. 30. 31.

Voluntarie enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, &c. diſp. 221. nu. 28. & 29.

Honorabile cõnubium in omnibus, & thorus immaculatus, diſp. 249. num. 60. & 61. 13.

Beneficientiæ autem, & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus, diſp. 212. num. 13.

Ex prima Petri.

Unuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterum illã adminiſtrantes, diſp. 232. n. 6. Cap. 4

Seniores ergo, qui in uobis ſunt, obſecro conſenior, & teſtis Chriſti paſſionum, &c. diſp. 236. n. 99. & ſequentibus. 1.

Paſcite qui in uobis eſt gregem Dei, &c. omnem ſollicitudinem veſtram proijcientes in eum, &c. diſp. 247. n. 109.

Ex prima Ioannis.

Omnis Spiritus, qui ſoluit Ieſum ex Deo natus eſt diſp. 185. num. 5. Cap. 4

Tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & ſanguis, diſp. 178. num. 30.

Ex Apocalypſi.

Ecce noua facio omnia, diſp. 296. num. 48. Cap. 21

Qui docebat Balac mittere ſcandalum cum filijs Iſrael, edere & fornicari. diſp. 247. num. 110. & ſequentibus.

Septem capita ſeptem montes ſunt, diſput. 179. numer. 91. 17.

FINIS.

INDEX RERVM OMNIVM QVAE IN HOC VOLVmine continentur.

Litera D. disputationem denotat, litera N. numerum. Numerorum series à quauis disputatione inchoatur, & terminatur ad sequentem per commentarios etiam articulorum, qui inter nonnullas disputationes interiacent.

Quæ vero hoc signo † in margine notantur ad Logicam, Philosophiam, Metaphisicam ve pertinent.

Singulis verbis numeri in margine præfiguntur, vt quæ aliunde vocantur verba, nullo negotio inuenias.

A.

Abbas.

† 1 ABBATIBVS Iure cõmuni concessum est minores Ordines conferre. disput. 243. num. 2.

2 Hæc facultas ad regulares tantum subditos restricta est à Tridentino. ibidem.

3 Abbatibus Cistercienſibus concessum est sacras Ordines, excepto sacerdotio conferre. ibid. nu. 38.

4 Hoc priuilegium a Tridentino reuocatum est, & restrictum ad primam tonsuram, & minores Ordines conferendos. ibidem num. 44.

Absolutio.

1 Absolutionis beneficium, nec per se, nec per accidens conferri potest sine confessione, aut signis contritionis. disp. 206 num. 16.

2 Absolutio est proprius actus iurisdictionis supponens potestatem iudiciariam. disp. 219. n. 28. & 29.

3 Non potest absolutio cõcedi alieno subdito ex sola spe certa ratihabitionis proprij sacerdotis. ibi.

4 Absolutionis effectum potest Ecclesia in ministro illius etiam Episcopo impedire. disp. 243. num. 8.

Accidens.

† 1 Accidentia, quæ non habent figuram vasis, primario saltem indicant propriam substantiam, quandiu sub illis est. disp. 170. num. 32. & 33.

† 2 Demonstratis accidentibus propria sola substantia demonstratur, si adest, secus vero necessario demonstratur aliena. ibidem.

† 3 Non potest demonstrari spiritus existens in corpore, nisi demõstrato aliquo proprio accidenti illius. ibidem num. 59.

4 Ex accidentibus humanitatis optimè probant Patres contra hæreticos, in Christo esse veram humanitatem. disp. 180. num. 58.

† 5 Accidentia, quæ non dicunt ordinem ad locum, sunt in corpore vbicunque existat, secus quę comparatione loci ei conueniunt. disp. 182. nu. 25.

† 6 Accidentia, quæ rem genitam comitantur, alijs actionibus a generatione producuntur. ibid. n. 33.

7 Accidentium separatio quomodo significetur per verba, vide *Verbum*. num. 40.

8 Accidentia panis requiruntur, vt fiat demonstratio, non tamen supponũtur separata. dis. 283. n. 17.

9 Si separatio accidentium vel accidentia separata opponerentur substantiæ panis, hæc in illa diceretur conuerti. ibidem.

† 10 Accidentium separatio non postulat ex se successionem alterius substantię. ibidem num. 22.

† 11 Accidentia separata panis necessaria sunt ratione demonstrationis, ne desitio panis sit anihilatio ibidem num. 30.

† 12 Non apparet quomodo corpus, vel Angelus possit esse sub accidentibus alterius Angeli. disp. 184. numer. 20. & 26.

13 Accidentia Angeli, sub quibus esset substantia alterius, non essent magis nota ei, cui fit demonstratio, quam ipsa substantia. ibidem num numero 21.

† 14 Si eſſent accidẽtia propria materiæ primæ, poſſet fieri conuerſio materialis demonſtratione ſub illis facta, ſicut modo in conſecratione, ibidem numer.36.
† 15 Accidentia corporea in quantitate, vt in ſubiecto ſunt, ibid. & diſp.187.num.22.
† 16 Nonnulla accidentia, præter quantitatem, ad diuerſitatem partium corporis heterogenei requiruntur. diſp.287.num.21.& 26.
† 17 Aliqua accidentia in vniuerſum ſunt ex vi verborum ſub ſpeciebus panis, non tamẽ ſub ſpeciebus vini, ibid. & num.22.
18 Accidentia ſingularia determinatè non ſunt per ſe ſub ſpeciebus panis. ibid.
† 19 Ab accidentibus corporis mortui, & viui poteſt abſtrahi vna ratio communis vniuoca ſecundum quam per ſe ponantur ſub ſpeciebus panis, ibidem num.23.
20 Si aliqua accidentia ſolum eſſent per concomitantiam ſub ſpeciebus panis, non conſequerentur neceſſario veritatem verborum, ibidem numer.29.
21 Accidentia ſolum connotantur, & indirectè ſignificantur per verba conſecrationis, ibidem numer.28.
† 22 Accidentia corporea non habent diuerſam extenſionem, & vbi à quantitate. diſp.289.nu.29.& diſp. 190.num.20.& 24.
† 23 Si accidentia haberent proprias extẽſiones, & vbi mouerentur per ſe localiter, & idem corpus pluribus motibus ſimul. diſp.189.num.30.
† 24 Aliqua accidentia, & qualitates poſſunt manere in corpore ablata extenſione actuali. ibid.n.61.in fi.
† 25 Alia accidẽtia à quãtitate, nec partes extẽſionis, nec vbi aut diſtantiam ſecundum ſe habere poſſunt, ſecus eſſe non poſſent modo indiuiſibili, ibidem n.26.&.27.
† 26 Fieret etiam vt vel ſecundum ſe locum replerẽt, vel ſemper exiſterent modo indiuiſibili, vel tandem ſub quantitate proprium modum exiſtendi amitterent, ibid.n.28.
† 27 Si accidentia poſſent eſſe ſecundum ſe in loco ſine quantitate, & illum determinatum non requirerent, poſſent ab omni abſolui. num.35.
28 Si alia accidentia ſub quantitate haberent propriũ vbi, poſſent ſub illa modo indiuiſibili eſſe: & immediate inhærerẽt ſubſtantiæ, ibid.nu.31.& 32.
† 29 Accidentia poſſunt habere partes intenſionis, ibidem num.33.
† 30 Reliqua accidentia habent formaliter extenſionẽ vbi, & diſtantiam à quantitate. ibi. num.35.
† 31 Accidentia abſoluta à loco inhærentia corpori in vno loco eſſent cum illo exiſtente in alio abſque noua actione. diſp.192.num.34.& 35.
† 32 Idem cõtingeret ſi corpus in altero loco eſſet modo indiuiſibili, id exigente natura rerum, ibidem num.36.
† 33 Reliqua accidentia proximè quantitati inſunt. diſput.194.num.5.
34 Accidentia, ſicut modus à ſubſtantia diſtincta, nõ accidentia, ſed modi potius ſubſtantiales dicendi ſunt, ibid.num.10.
† 35 Accidentia ex natura rei indiſtincta à ſubſtantia, non ſunt accidentia prædicamentalia, ſed prædicabilia. ibidem.
† 36 Accidentia etiam propria, non poſtulant eſſentialiter actu ineſſe ſubiecto, ſed poſſe. ibidem.
37 Si accidentia ſuam propriam extenſionem haberent, inhærerẽt immediate ſubſtantiæ, & non media quantitate, ibid. num.26.
38 Omnia accidentia corporea inhærent ſubſtantiæ media quantitate. ibid.num.27.& 29.
39 Quodlibet accidens abſque quantitate, poteſt à ſubſtantia ſeparari. ibid.num.33.
40 Accidens eſt integrum principium operandi, & ſolum indiget ſubſtantia, aut quãtitate, vt ſubiecto, & vehiculo. diſp.195.num.4.& 5.
41 Accidens indiget quantitate. vt cõditione ad agẽdum, ſine qua naturaliter non operaretur. num.5.
42 Accidens dicitur principiũ *Quod* agendi, & eſt principium *Quo*, comparatum cum ſubſtantia, cuius eſt accidens. num.6.
43 Accidentia non producunt propria virtute ſubſtãtiam, ita vt Deus illis præſentibus, & non cooperantibus illam producat. ibidem.

Accidens ſeparatum.

1 Si accidentia ſeparata opponerentur ſubſtãtiæ panis, hæc in illa diceretur conuerti. diſp.183.nu.17.
2 Accidentium ſeparatio non poſtulat ex ſe ſucceſſionem alterius ſubſtantiæ, ibidem num.21.
3 Accidentia ſeparata panis, neceſſaria ſunt ratione demonſtrationis, ne definitio panis ſit annihilatio. ibidem num.30.
4 De fide eſt aliqua accidẽtia panis, & vini, quæ ſpecies dicuntur, ſine ſubiecto manere. diſp.194. n.1.
5 Neceſſarium fuit accidentia ſeparata manere, nõ tamen aliqua deſinere ad veritatem verborũ conſecrationis. ibidem num.2.& 4.
6 Omnia accidentia panis, & vini, nomine ſpecierũ Scholaſtici Patres, & Concilia comprehendunt, ibidem num.4.
7 Si ex definitione Concilij, ſolum accidentia ſenſibilia, & eis connexa manerent definitum eſſet alia non manere, ibidem.
8 Omnia accidentia etiam occulta, ſi qua ſunt ſeparata manere definitum eſt, ibidem num.6.& 7.
9 Hæc accidentia, quæ ſeparata manent, nequeunt alteri rei congruere. ibidem num.8.
10 Quod ex his accidentibus non colligatur ſubſtantia panis, nõ exprincipijs philoſophiç, ſed fidei corrigentis Philoſophiam contra hæreticos probandum eſt. ibidem num. 9.
† 11 Si ex accidentibus ſeparans philoſophia non poſſet colligere ſubſtantiam panis, & vini, nec de aliis rebus, ex propr ijs accidentibus poſſet iudicare. ibidem num.9.
† 12 Omnia accidentia abſoluta, à ſubiecto ſicut res à re diſtincta ab illo ſeparari poſſunt, ibid.num.10.
† 13 Accidentia ſeparata non conſeruantur à Deo in genere cauſæ materialis, ſed efficientis. ibidem.
† 14 Accidentibus ſeparatis cõmunicatur modus exiſtendi per ſe poſitiuus ſimilis modo ſubſtantiæ, ibidem num. 16. & ſequentibus.
† 15 Prius habent accidentia Euchariſtiæ negationẽ exiſtendi in alio, quã modũ exiſtendi per ſe, ſecus quã ſubſtantia, & alia accidentia. ſi ſeparentur non deſtructo ſubiecto. ibidem num.17.& 18.
† 16 Accidens cum ſeparatum per ſe producitur, aut conſeruatur creari dicitur, ſecus quando in ſubiecto eſt, ibidem num. 19.
† 17 Cætera accidentia, quæ manent in hoc Sacramẽto, quantitati, vt ſubiecto inhærent cui ſolũ communicatur modus per ſe, ibi. n.25.& ſequentibus.
† 18 Accidentia ſeparata Euchariſtiæ eodẽ modo operantur actiones quæ ſenſu percipi poſſunt, ſicutſi eſſent in proprio ſubiecto diſp.195.num.1.
† 19 Necnõ actiones quibꝰ ſubſtãtiã producerẽt ibi.n.2

† 20 Accidentia ſeparata, non accipiunt aliquam virtutem ad producendum formam accidentalem, ſed ſine illa ad hoc ſufficiunt, ibidem numer. 3.
† 21 Si accidentia ſeparata non attingunt generationē vnius formæ, non poſſunt attingere corruptionē contrariæ, ibidem num. 7. & 8.
† 22 Accidens ſeparatum virtute ſubſtantiæ producit ſubſtantiam ſine concurſu alio propriè ſubſtantiæ, quia natura ſua virtus eſt ſubſtantiæ, ibidem num. 10.
† 23 Accidens ſeparatum non indiget ſpeciali virtute Dei effectrice ad producendum aliud accidens, dummodo à Deo conſeruetur. ibidem. num. 11.
† 24 Accidentia ſeparata eodem modo ſenſum immutant, & ſunt cauſa cognitionis intellectus, ex ſe ſicut antea, ibidem.
† 25 Accidentia ſeparata, non minus ab agente contrario poſſunt corrumpi, alia ſubſtantia diuerſa illis ſuccedente, quam ſi in propria ſubſtantia manerent, ibid. num. 12.
† 26 Vt ex accidentibus ſeparatis generetur alia ſubſtantia non redit eadē ſubſtantia in ſpecie, quæ antea erat, ibidem nu. 15.
† 27 Ex quantitate ſeparata non poteſt generari ſubſtantia, vt ex ſubiecto, ibidem num. 18.
† 28 Accidentibus ſeparatis nulla potentia, ſeu poſsibilitas communicatur, ibidem num. 20. & 21.
† 29 Ex accidentibus ſeparatis, nequit ſubſtantia generari naturali virtute agentis creati, ibidem.
† 30 Horum accidentium deſitio nequit dici conuerſio, ibidem num. 27.
† 31 Abſque probabilitate dicitur, ea quæ ex accidentibus ſeparatis videntur generari, ex aere ſolum circunſtante produci, ibidem num. 28.
† 32 Subſtantia, quæ ex accidentibus ſeparatis videtur generari, non ex ipſis, ſed per creationē producitur, diſpoſitionibus id poſtulantibus, non naturaliter, ſed vt myſterium lateat. ibidem num. 29. & ſequentibus.
† 33 Alijs accidentibus ſeparatis corruptis corrumpitur quantitas, ibidem num. 32.

Acetum.

1 In Aceto, nec conſecrare licet, nec poteſt, vtpote quod non eſt ſimpliciter vinum. diſput. 175. num. 10.
2 Acetum ſpecie difert à vino, & ex illius corruptione fit, ibidem.

Acoluthus, ſiue Acolytus.

1 Acoluthi nominis ætymologia. diſput. 236. numer. 27.
2 Acolythi officium, ibidem nu. 28. &c.
3 Acoluthus etiam ceroferarius dicitur, quod nomen Caluinus irridet. diſput. 236. ibidem.
4 Acoluthorum apud antiquiores Patres, nulla fit mentio, & apud quos primo inueniatur, diſp. 237. num. 20. vſque ad 23.
5 Ex conſuetudine Concilij Carthaginenſis quarti colligitur Ordinem Acoluthi non eſſe Sacramentum, ibidem num. 22.
6 Acolutho duplex materia ſub duplici verborum forma traditur, & quænam ſit, & quare, ibidem num. 32. & 33.
7 Acoluthi Ordo duplici traditione confertur, ibidem num. 34.

Actio.

† 1 Actio non dicitur productiua, ſed productio, & effectio termini. diſp. 181. num. 22.
† 2 Actio, qua terminus accidentarius producitur, nequit dici ſubſtantialis, ibidem. num. 32.
† 3 Actio nequaquam terminatur ad rationem ſolum communem, ſed ad rem indiuiduam, ibidem num. 82. & ſequentibus.
4 Requiratur ne noua actio productiua, vel conſeruatiua ad transſubſtantiationem, vide conſeruatio, & transſubſtantiatio.
† 5 Actio vel motus intenſionis nequit terminari ad antiquam qualitatem, non producto aliquod de nouo, ibid. num. 115.
6 Nulla actio pertinet per ſe ad transſubſtantiationem, ibi. num. 130.
† 7 Nulla actio terminata ad corpus Chriſti pugnat cum ſubſtantia panis, ibi. num. 131.
8 Eadem actio conſeruat corpus Chriſti in cœlo, & in terra, non tamen conſtituit præſens. diſp. 182. num. 25. & 30.
† 9 Non eadem actio dat rei eſſe, & conſeruat, & præſentem conſtituit, ibidem num. 31.
† 10 Eadem actio eundem tantum terminum poteſt producere, ibid. num. 28.
† 11 Actio propria per ſe producit præſentiam rei, & alię actiones accidentia, quæ rem genitam comitantur. ibi. num. 30. & 33.
† 12 Actio aliquid determinatum, & definitum pro termino habere debet: ſecus quam ordo rationis. diſp. 186. num. 41.
† 13 Eadem actione accidens, & ſubſtantia produci non poteſt. diſp. 187. num. 31.
† 14 Actio corporea requirit actualem extenſionem agentis, & paſsi, vt conditionem neceſſariam, ſicut approximationem. diſp. 191. num. 24. 25. 26. & 27.
† 15 Actiones animæ omnino ſpirituales non pēdent à corpore, niſi pro hoc ſtatu ex parte obiecti, ibidem num. 28.
† 16 Actiones vitales, etiam quæ pendent ab obiecto externo comitantur corpus in duobus locis, in vno per ſe, & in altero per concomitantiam. diſp. 192. num. 50.
† 17 Actio quando eſt motus, ſemper eſt in paſſo, ſiue à termino diſtinguatur, ſiue ſecus. diſput. 193. numer. 24.
† 18 Actio externa, ſemper ſignificatur cum aliqua circunſtantia loci ex parte agentis, ibidem.
† 19 Nulla actio productiua corporis Chriſti, eo ipſo vi ſua deſtruere poteſt panem. diſp. 201. num. 9. per errorem 6.
20 Actio immolationis fieri poteſt mala ex malo fine. diſp. 227. num. 22.

Actio gratiarum.

1 Omnis gratiarum actio eſt benedictio, non è cōtrario. diſp. 196. num. 10.
2 Gratiarum actio ſubrogari poteſt, aliquando pro benedictione, & è contrario, ſed non ſemper. ibidem.
Actio gratiarū Chriſti, vide *Chriſtus*, num. 68. 69. & 70. & *Euangeliſta*, num. 1. 2. & 3.
3 Cum gratiarum actio Deo fiebat ſuper rem aliquam, ſtatim ipſius rei benedictio cōſequebatur, ibi. num. 13.

4 Gratiam actio, ad res inanimatas referri nequit. ibidem num. 15.

Actio iurisdictionis.

1 Actio propria iurisdictionis est ius, aut sententiam dicere. disp. 219. num. 30.

Actio Sacramentalis.

1 Singulis actionibus consumendi Eucharistiã, in hoc genere diuersis, præmitti debet ieiunium. disput. 211. num. 58.

2 Ad eandem actionem Sacramentalem pertinet consumere reliquias eiusdem sacrificij, ibi. nu. 59.

Adductio.

1 Adductio corporis Christi necessaria est ad conuersionem, solũ: quia ea fit præsens corpus, & sanguis Christi. disp. 181. num. 136.

Administratio.

1 Administratio Sacramenti, quæ scitur effectu primario caritura licita non est. disput. 206. numero 16.

2 Administratio Sacramentorum in nostram vtilitatem à Deo instituta est. disput atio. 209. numero 21.

3 Administratio Eucharistię sub vna vel duabus speciebus, iudicio Ecclesiæ laicis fieri potest. disput. 223. num. 23.

Vide *Eucharistia administratio* à num. 2.

Adoratio.

1 Adoratio latriæ ferri potest in calicem; etiam si aliquid aquæ, vel alterius liquoris in propria substantia perseueret. disp. 178. num. 28.

2 Adoratio importat spiritum submissionis, & signa submissionis externa, ibid.

3 Affectus adorationis latriæ in Deum solum potest ferri: licet signa externa, etiam ad res creatas tendant. ibidem.

4 Non debet adorari Sacramẽtum Eucharistiæ sub conditione. disp. 209. num. 41.

5 Sine periculo idolatriæ adorari potest imago Christi in cruce pendentis, etiam si re ipsa ibi dæmon lateat, ibid.

6 Adorans Hostiam non consecratam, Christum cogitatione sua ibi apprehẽdens idolatriam non cõmittit, ibid.

AEgrotus.

1 AEgrotus non ieiunus etiam ieunio Ecclesiastici potest sumere Eucharistiam in articulo mortis, ne sine viatico moriatur. disputatio 211. numero 35.

2 AEgrotus non debet, nec potest in eadem AEgritudine non ieiunus sumere Eucharistiam, si eã iam sumpserit, siue ieiunus, siue non ieiunus, ibidem num. 39. 40.

3 AEgroto non ieiuno non licet extra periculum mortis deuotionis ergo Eucharistiam sumere ibi. num. 41.

4 AEgrotus in periculo mortis tenetur Eucharistiã suscipere ex præcepto Diuino, si sit copia Sacramenti secundum Ecclesiæ ritum, ibidem numero 62.

AEtas.

1 AEtas pro ordinandis non semper eadem fuit in Ecclesia, disp. 246. num. 36.

2 AEtatem triginta annorum pro ordinando presbytero postulauit Concilium Neocesariense, ibidem num. 37.

3 Aetatem 20. annorum pro diacono Cõcilium Cartaginense præscripsit, ibidem nnm. 38.

4 Concilium Agatense definiuit, ne presbyter, aut Episcopus ante 30. annos, & diaconus ante 25. ordinarentur. ibidem num. 139.

5 Aetatis 30. annos ad presbyteratum, 20. ad diaconatum, 35. ad Episcopatum, & ad lectorem 18. Iustinianus Imperator postulauit, ibidem numero 39.

6 In ætate 18. annorum ad subdiaconatum, 20. ad diaconatum 25. ad presbyteratum quisque promoueri posse, Clemens V. decreuit, ibidem. numero 41.

7 Annũ 22. ætatis ad subdiaconatum, ad diaconatum 23. vigesimum quintum ad præsbyterium, Concilium Tridentinum definiuit, ibidem numer. 42.

8 Aetas pro ordinandis requisita in Tridentino ad regulares extenditur, ibidem.

9 In 22. anno completo mendicantes ob priuilegiũ, Religioni Minorum concessum nequeunt ad sacerdotium promoueri, ibidem num. 43.

10 Ante 7. annum nullus prima tonsura ordinari potest, ibidem num. 41.

AEternitas.

† 1 AEternitas alicui creaturæ potest communicari non vt Deo conuenit. disputatione 189. numero 68.

2 AEternitas, quæ est attributum Dei suapte natura est sine initio, & fine, & essentialiter Deum comitatur. ibid. num. 69.

3 AEternitas quæ communicaretur creaturæ, non essentialiter conueniret durationi illius, sed posset separari, ibi.

AEthyopes.

1 AEthyopum Missa, vide *Missa*. numero primo, & tertio.

Affricanum Concilium.

1 Non docet mistionem aquę cum vino consecrando esse Dominicam traditionem, disputatione 177. num. 21.

2 Non docet peccatori occulto, non esse negandam publice Eucharistia, disputatione 209. numero 19.

3 Præcepit ne Eucharistia sumeretur à non ieiunis, præter quam in die Cœnæ Domini, in quo dispensauit. disp. 212. num. 3. & 4.

Agatense Concilium.

1 Concilium Agatense vigesimum quintum annum, ante diaconi benedictionem, & ante trigesimum annum, ne presbyter, aut Episcopus consecretur definiuit. disputatione 245. numero 38.

Agens.

† 1 Agens naturale indiget materia circa quam operetur, secus quam agens primum, disput. 182. num. 32.

† 2 Agens creatum necessario generat rem in hac præsentia, & non in alia; ibidem numero 33.

† 3 Ex parte agentis, prius natura introducitur forma, quam expellatur contraria licet simul tempore. disput. 183. num. 17.

† 4 Agens requirit actualem extenſionem, tamquam conditionem neceſſariam, vt actione corporea operetur. diſp.191.num.24.25.26.& 27.

† 5 Agens naturale non intendit primarie non eſſe formę, aut ſeparationē illius à materia, diſputat. 195.num.7.

† 6 Agens quod non poteſt producere vnam ſubſtãtiam producendo, aut coniungendo formam cũ materia, non poteſt contrariam corrumpere, aut ſeparare, ibid.

† 7 Agens creatum non poteſt deſtruere quantitatem Euchariſtiæ, ſed tantum reliqua accidentia, quæ in illa ſunt, ibid.num.30.

† 8 Agens creatum non habet vim introducendi formam in materiam ſubito creatam, ſed in eam quam paulatim ipſum præparauit, ibid. numer. 31.

† 9 Agens creatum nõ introducit formam in genito proximè per ſuam ſubſtantiam, ſed per propria accidentia, ibid.num.32.

Agnus.

1 Ritus de ſeruando agno immolando in domo à die 10.menſis primi, vſque ad 14. fuit poſteris Iudæis perpetuo præceptus, diſp.172.num.6.

2 Agni præparabantur ab Hyeroſolymitanis etiam proexteris aduenientibus ad immolandum eos, ibid.

3 Sufficiens familia ad eſum agni viceni, aut deni homines cenſebantur, ibidem.

4 Eadem nocte in qua Dominus percuſsit primogenita AEgyptiorum, agnus Paſchalis præceptus eſt immolari aſſus igni, ibid.num.57.

5 Agnus immolandus erat Luna 14. ad veſperam ante Solis, ſcilicet occaſſum, & ſtatim feſtinanter comedendus. ibid.num.101.

6 Agni manducatio poterat veſperam poſt occaſſum Solis attingere, ibid.

7 Solum erat prohibitum, vt nihil agni remaneret vſque mane, ibid.

8 Eſus agni non inepte cœna dici potuit. ibi num. 102.

9 Agnus à ſtantibus ſolum comedebatur, neque in hoc vſu vlla fuit Iudæis diſpenſatio. ibi. num. 105. & 108.

10 Agnus Paſchalis præcipue fuit figura ſacrificij Chriſti cruenti. ibi. num. 125.

11 Non oportuit inter agni cœnam Euchariſtiã inſtitui. ibi.

Agnus à Chriſto immolatus, vide *Paſcha*.

Agreſta.

1 Agreſta an ſit apta materia cõſecrationis calicis, vide, *Vinum*. num.4.

Albigenſes.

1 Omnino negarunt Sacramenta nouæ legis. diſp. 169.num.14.

Alexander.

1 Alexander I. non negauit Chriſtum vino conſecrando aquam miſcuiſſe, ſed docuit huius præceptum à Patribus accepiſſe. diſp.177.nu.25.

Alexandrinum Concilium.

1 Docet per Euchariſtiam augeri in nobis habitum gratiæ ex opere operato. diſp.203. numer.11. in fine.

Alienigena.

1 Vide, *Peregrinus*.

Altare.

1 Altare, in quo ſacrificium Miſſæ fieri debet, lapideum debet eſſe. diſp.233.num.9.

2 Hoc altare aliquando fuit ligneum, ibidem.

3 Idem eſt altare ac id quod vulgo dicitur ara. ibidem nu.8.

4 Altaria debẽt eſſe vncta chriſmate, & ſacrata benedictione Epiſcopi, ibidem num.12.

5 Religioſi Societatis IESV eſt, vt poſsint in partibus remotis altaria benedicere, ibidem.

6 In Altari non conſecrato ſacrum facere peccatũ mortale eſt, ibidem.

7 Si Altare ita ſit confractum, vt non remaneat pars in qua poſſet exiſtere calix, & hoſtia, benedictionem amittit, ibidem.

8 Si Altare motum fuerit, & non amiſerit formam etiam ſi fixũ eſſet non amittit cõſecrationẽ, ibid.

9 Non omnino opus eſt, vt altare ita ſit magnũ, vt totũ pedẽ calicis, & totã hoſtiã contineat. ibi.n.16

10 Altare portatile non debet eſſe duplicatũ in duas partes, nec fieri ex duobus vnum, ibi.

11 Non eſt neceſſarium conſecrare altare cum reliquijs ſanctorum. ibidem.

12 Nunquam conceſſa fuit partem hoſtiæ conſecratę reponere ſub ara, ſeu altaribus. num.17.

13 Altare licet cõſtruere verſus quãuispartẽ. ibi.n.20.

14 Altaris apparatus, vide *Ornatus*.

Amalarius.

1 Docet præceptum ieiunandi ad ſumptionem Euchariſtiæ, non à Chriſto, ſed ab Apoſtolis fuiſſe inſtitutum. diſp.211.num. 11.

Ambroſius.

3 Docet ſolis verbis Chriſti fieri conſecrationẽ, & reliqua præcedentia ſolũ ad laudẽ Dei proferri, & orationi deſeruire. diſp.198.num.5.& 6.

2 Non docet verbum (*effunditur*) in forma conſecrationis referri ad effuſionem in Euchariſtia, & non in cruce. diſp.199.num.26.

Amens.

1 Amentes omnes poſt Baptiſmum capaces ſunt ſpiritualis manducationis Euchariſtiæ, quæ cũ Sacramentali coniuncta eſt. diſp.212.num.20.& 24.

2 Amentibus, & phræneticis, qui ante amentiam Euchariſtiam petierunt, miniſtranda eſt, niſi aliquid irreuerentiæ timeatur. ibid.num.24.

3 Amentibus à natiuitate non eſt adminiſtranda Euchariſtia, defectu vſus Eccleſiaſtici, ibidem numer.26.

4 Amentibus, qui ſui aliquando compotes fuerunt, miniſtrari poteſt Euchariſtia pro viatico in articulo mortis: etiam ſi expreſſe nunquam petierint, ſi tamẽ nulla adſit ſuſpicio peccati mortalis. ibid. num.26.& 27.

5 Non licet his amentibus quotannis Euchariſtiã concedere. ibid.num.27.

6 Amentes non ab infantia tenentur præcepto ſumendæ Euchariſtiæ. diſp.214.num.33.

7 Amens, qui nunquam vſus eſt ratione ſola voluntate Epiſcopi ordinantis adhibita vera materia, & forma, veram reciperet ordinationem. diſ. 246.num.8.

8 Amens, qui aliquando vſus eſt ratione, vt recipiat Ordinem requiritur, vt præceſſerit voluntas non retractata illum recipiendi. ibidem.

Amor.

1 Amor ſua natura contendit ad vnionem realem

amantium eo modo quo fieri poteſt. diſ.204.n.3.
2 Amor interdum quamtumuis perfectus ſolum poteſt amantes loco coniungere,ibidem nu.32. & 33.
3 Amor aliquando ita coniungit,vt amantes vna caro ſint non duæ. ibi.
4 Amor non ſolum efficit vnionem naturalem inter coniuges, ſed etiam inter illicite adhærentes. bid. num. 34.

Analogia.

† 1 Non omnis analogia eſt cum methaphora, licet aliqua cum ea ſit. diſp.193. num.10.
† 2 Inter rem ſignificantem, & ſignificatam aliqua analogia eſſe debet.diſp.223.num.14.

Andreas.

† 1 Andreas Freyhub merito notatur, quod auſus ſit aſſerere,Epiſcopos titulares non eſſe vere Epiſcopos.diſp.241.num.3.

Angelus.

1 Angelus dum eſt in corpore vere eſt ibi ſecundum ſubſtantiam ſuam. diſp.182.num.21.
2 Angelus poteſt in ſe producere modum vnionis cũ corpore. ibi num.24.
3 Angelus non poteſt fieri præſens, vel vniri indiuiſibili corporis licet partibus illius continuis præſens ſiat. diſp. 188.num. 24.
4 Angelus eſt in tẽpore ſolum per ſimplicem exiſtentiam cum eo,quo etiam modo coexiſtit inſtanti. ibi num.30.
5 Angelus eſt præſens per modum quendam vnionis. ibi & diſp.189.num. 62.
6 Modus indiuiſibilitatis Angeli,diuerſus eſt à modo indiuiſibilitatis indiuiſibilis quantitatis. diſp. 188.num.3.
7 Angelus ita habet vbi,& diſtantiam corporis, cui vnitur,vt illud in ſe intrinſece non recipiat,ſed ſecundum ſolam extrinſecam denominationem.ibi.
8 Angeli,qui perſonam Dei induebant nullis præmiſſis verbis,ſed abſolute in perſona Dei loquebantur.diſp.198.num.8.
9 Angelus exiſtens in aqua intra vas diceretur loco moueri,ſi aqua effunderetur, & ipſam comitaretur,non tamen diceretur propriè effundi. diſput. 190.num.13.

Anihilatio.

1 Anihilatio variè vſurpatur ab Scoto,& nominalibus. diſp.183.num.2.3.& 4.
2 Admittitur libenter ab hæreticis, vt conuerſio ab Euchariſtia reijciatur. ibi num.7.
3 Anihilatio varijs rationibus inefficacibus ab alijs excluditur. ibi num.9.vſque ad 23.
4 Aniulatio a Catholicis contra hæreticos refellitur, vt panis in corpus Chriſti conuerti dicatur. ibi num.19.
† 5 Ambulare ſolum eſt facere, vt id. quod erat, nihil ſit. ibi numer. 19.20.& 25.
6 Etſi corpus Chriſti non ſuccederet pani deſinenti deſitio eius non eſſet anihilatio ſolum ratione ſeparationis accidentium. ibi num.21.
7 Anihilationi non obſtaret, quod accidentia manerent. ibi. num.22.
† 8 Anihilatio non eſt compoſiti per accidens. ibi.
† 9 No dicitur anihilari,quod cõuertitur in aliud,licet nihil illius maneat.ibi nu.24.& 25. & diſ.184. n.2.
10 Non anihilatur ſubſtantia panis & vini,quia in corpus,& ſanguinem Chriſti ex vi verborum conuertuntur. diſp.183.num.24.& 25.
11 Vitaretur anihilatio etiam ſi corpus Chriſti de nouo non fieret præſens cum pane. ibi numer.26. & 27.
† 12 Terminus anihilationis non eſt nihil alicuius,ſed nihil abſolute,& ſimpliciter. ibi num.28.
13 Anihilans ita facit nihil. vt nõ faciendo vnum deſtruat aliud,ſed ſimpliciter deſtruat. ibi.
† 14 Anihilari diceretur ſubſtantia deſinens alia non ſuccedẽte,quamuis manerent accidentia.ibi num. 30.& diſp.184.num.2.
15 Accidentia ſeparata neceſſaria ſunt,vt deſitio panis non ſit anihilatio. num.illo 30.
16 Anihilatio non eſt in poteſtate alicuius creaturæ. Diſp.195. num. 30.

Anima.

1 Anima Chriſti nulla ratione ex vi verborum eſt ſub ſpeciebus panis.diſp.186.num.14.& 19.
2 Si anima aliqua ratione eſſet ſub ſpeciebus panis ex vi verborum corpus per illa ſignificatum eſſet compoſitum,æque includens materiam,& animam. ibi num.18.
† 3 Anima recte dicitur actus corporis, in quo includitur. ibi num.19.& 30.
† 4 Anima, non intelligitur forma corporis organici, niſi prius intelligatur forma animalis. ibi. nu.21.
† 5 Quælibet anima,etiam rationalis eſt forma naturalis materiæ tribuens ei omnem rationem intra genus ſubſtantiæ,quæ in animante reperitur. ibi num.24.& 25.
† 6 Anima rationalis non poteſt tribuere materiæ rationem ſubſtantiæ ſpiritualis, ſed corporeæ. ibi num.25.
† 7 Eſſe quod tribuit anima non eſt ipſa anima: quæ non tribuit eſſe ſolum dando ſe ipſam.ibi.
† 8 Anima etiam ſpiritualis tribuit eſſe corporeum receptum in materia. ibi.
† 9 Non poſſunt in eodem viuente plures animæ eſſe.ibi.
† 10 Anima non definitur per materiam primam, cum quantitate, & organis diſpoſitam.ibi num.30.
† 11 Definitur anima per corpus, quod viuit, ſine circulo.ibi.
12 Anima rationalis eſt tota in tota materia continua, & tota in qualibet parte, ſed non in indiuiſibilibus materiæ,diſp.188.num.29.
† 13 Anima rationalis non animat indiuiſibilia materiæ. ibi.
† 14 Anima rationalis ita habet vbi, & diſtantiam corporis cui vnitur: vt illud in ſe,& intrinſece non recipiat; ſed ſecundum ſolam extrinſecam denominationem. diſp.190.num.35.
† 15 Licet Anima rationalis, haberet in corpore proprium vbi ratione vnionis naturalis,cum illo ſecundariè ab eodem motore moueretur. ibi n.48.
16 Anima poteſt moueri in vna parte corporis, & in alia quieſcere. ibi. num.50.
† 17 Anima non pẽdet à loco vt ſit, neque vt operetur operationes ſpirituales. diſp.191. num.28.
† 18 Nec pendet ã corpore in his operationibus,niſi pro hoc ſtatu,ex parte obiecti. ibi.
† 19 Anima nequit pro hoc ſtatu, niſi miniſterio ſenſuum adiuuetur,intelligere & velle. ibi.
† 20 Non poteſt eadem anima informare materiam,in vno loco, & eandem in alio non informare, licet poſſit aliquam eius partem non actuare. diſp.192. num.47.& 49.

Annulus.

1 Annulus apud omnes nationes fuit ſymbolum Matri-

Matrimonij. disp.241.numer.3.
2 Annulus immissus in digitum Episcopi consecrati, est symbolū Matrimonij consummati cum Ecclesia ibid.

Annus.

A quo mense inciperet Annus apud Hebræos, *Vide mensis.*

Anselmus.

1 Quo sensu dicat Anselmus Christum anno vltimo non celebrasse Pascha. disp.172. numer.11.
2 Non dicit Anselmus peccare venialiter, qui cum veniali ad Eucharistiam accedit. disp.207.n.20.
3 Non desunt, qui dicant cōmentaria in Paulum nō Anselmo, sed Heruæo esse adscribenda, ibidem.

Anterus.

1 Anterus Papa transtulit Episcopi iudicio Episcoporum Comprouincialium commisit. disput. 241.numer.44.

Antisiodorense Concilium.

1 Non dicit mistionem aquæ cum vino esse Dominicam traditionem. disp.177.numer.21.

Antytipon.

1 Antytipon non significat figuram rei, quæ rem ipsam in se habet. disp.197.numer.40.
2 Antytipon sine fundamento passiue sumitur, ibidem numer.42.
3 Antytipon denotat qualitatem, non cum re repræsentata, sed cum typo, & imagine, ex qua desumptum est. ibid.numer.44.
4 An ytipō respectu cuius conueniat Eucharistiæ, vide *Eucharistia*, numer.62.& 63.

Apostoli.

1 Suis manibus singuli Apostoli, singulas partes panis consecrati acceperunt, & calicem inter se diuiserunt. disp. 196.numer.23.& 24.
2 Apostoli simul cum Christo non consecrarunt, vt ipse solus Autor Eucharistiæ ostenderetur. disput. 218.numer.43.
3 Apostoli prius à Christo nominati fuerunt, quam in Episcopos, & presbyterosi stituti. disp.242.n.25
4 Apostolorū status nō fuit status Cardinalitū ibid.
5 Apostoli non prius Cardinales, quam Episcopi, & presbyteri fuerunt, ibidem numer.28.
6 Apostoli non fuerunt Christi Cardinales, sicut nunc Romani sunt Summi Pontificis, ibidem.
7 Apostoli non sunt ordinati in cœna in Episcopos per illa verba, *Accipite Spiritum Sanctum*, ibid.n.45.
8 Apostoli non sunt ordinati à Petro in Episcopos. ibidem numer.47.
9 Apostoli non sunt ordinati in cœna per verba illa: *Hoc facite in meam commemorationem*, ibidem.48.
10 Apostoli non sunt ordinati in Episcopos in die Penthecostes ibidem à num.53.
11 Vndecim Apostoli proxime sunt in Episcopos ordinati à Christo Domino, verbis Matth. vltimo: *Data est mihi omnes potestas*, ibidem numer.57.
12 Nullus Apostolus cohabitauit cum vxore saltem post electionem ad Apostolatum. disp.249. nu.74.
13 Apostolos habuisse vxores ante Apostolatum non nulli sentiunt, ibidem num.77.& sequent.
14 Non est omnino certum, an vxores ante Apostolatum habuerint Apostoli, ibidem numer.83.
15 Electione ad prædicationē omnes Apostoli in Episcopos sunt ordinati. disp.235.num.16.
16 Apostolos Marci 6. quando oleo vngebant infirmos, ordinatos fuisse sacerdotes post Tridentinū sine errore defendi nequit. disp.239.numer.32.
17 Apostolis potestatem remittendi peccata, non solum in Sacramento Pœnitentiæ, sed etiam in Baptismo collatam fuisse Ioan.20. Cyrillus existimat. ibidem numer.29.
18 Vnctio, qua Apostoli vngebant infirmos, non fuit Sacramentum vnctionis, ibidem num.32.
19 Cum cæteris Apostolis Iudas in cœna ordinatus fuit sacerdos, ibidem.
20 Apostolis traditam fuisse in cœna potestatem absoluendi, impeditam tamen, fide fundamento asseritur, ibidem numer.34.
21 Apostoli sola manuum impositione sine Chrismate, ex Diuina institutione confirmabant, ibidem numero 36.

Apparitio.

1 Apparitiones omnes Christi post illius ascentionē ministerio Angelorum sunt factę. disp. 189.num.72.
2 Angeli, quæ solent, loquūtur nomine Dei, vel Christi, & ideo dicitur Deus, vel Christus apparuisse, ibidem.
3 Ex apparitione Christi ministerio Angelorū optime probat Paulus Resurrectionē Christi, ibidem.
4 Non potest Christus, licet habeat corpus gloriosum sub quantitate, qua voluerit, apparere. disp. 139. numer.30.
5 Apparitiones in speciebus Eucharistiæ: vide species consecratæ, numer.44.& sequent.

Appetitus.

1 Appetitus humanitatis Christi non est satiatus etiam si habeat perfectiorem personalitatem disput.194.num.21.
† 2 Appetitus accidentis separati non satiatur cum modo per se supernaturale ibidem.
† 3 Appetitus ad naturalem perfectionem non satiatur per formam oppositam etiam nobiliorem, ibidem.

Aqua.

1 Christus aquam vino miscuit ante consecrationē, & omnes sacerdotes id facere tenentur. disputatio 176.numer.6.7.& 8.
2 Aquam vino misceri aliquando bonum aliquid, aliquando secus significat, ibidem numer.9.& 10.
3 Potissima ratio mistionis aquæ cum vino consecrando est exemplum Christi, ibidem numer. 12.& 15.
4 Ratio mistionis aquæ, est etiam quod ex latere Christi sanguis, & aqua fluxerit, ad quod significandum aqua miscetur, ibidem.
5 Aqua, & sanguis de latere Christi fluentes Baptismum, & Eucharistiam significant, ibidem.
6 Aqua etiam vino miscetur, vt vnio populi Christiani cum Christo significetur, ibidem.
7 Licet aqua apponatur vino ante consecrationem non fit, vt prædicta vnio denotetur ante, sed consecratione facta, ibidem numer.10.
8 Prædicta aquæ appositione nō significatur, nos à Deo offerri, vt sacrificium cum Christo, sed fructū huius sacrificij participare, ibidem.
9 Aquam in cœna ante consecrationem Christū vino misceri catholica sententia est. disp.177.num.8.
10 Christus aquam vino consecrando miscuit, non ratione temperantiæ, sed alia de causa, ibidē n.11.
11 Aqua vino consecrando miscetur solum ex præcepto Ecclesiastico, ibidem numer.13.14.& 15.
12 Aquæ mistio omitti potest ex dispensatione Ecclesiæ iusta de causa secus priuata Autoritate vr-

gene etiam quauis neceſsitate, ibidem num. 16.
13 Magis neceſſariũ eſt, aquam vino miſcere quam cum certis veſtibus Miſſam celebrare, ibidem.
14 Miſtio aquæ non pertinet, vt quid neceſſarium ad materiam conſecrationis calicis, ſed ſine illa conſecratio habebit effectum, ibidem num. 17.
15 Aqua miſceri debet à ſacerdote in altari; & non ſufficit vinum eſſe antea aqua miſtum, ibidem numer. 18.
16 Aqua infundi debet ante oblationem, nec ſufficit infundi ab alio, quam a ſacerdote, niſi ita à miniſtro illius, ibidem num. 19.
17 Aqua poteſt infundi à ſubdiacono autoritate ſacerdotis in Miſsis ſolennibus, ibidem.
18 Aqua vino miſcenda modiciſsima debet eſſe ibidem.
19 Non tulit Chriſtus legem de aqua infundenda, ſed Eccleſiæ diſpoſitioni reliquit, ibidem numero 20.
20 Non eſt potiſsima ratio miſcendi aquam, quod ex latere Chriſti ſanguis, & aqua fluxerit, vt aliqui Patres docent, ſed ad immitationem Chriſti, vt tradunt Tridentinum, & Eugenius IIII. ibid. num. 24.
21 Aqua in vinum conuertitur virtute ipſius vini. diſp. 178. num. 2.
22 Aqua in vino infuſa, non conuertitur in humorem flegematicum, ibidem.
23 Aqua vera non flegmatica; humor de latere Chriſti fluxit num 3.
24 Aqua vino infuſa non permanet in multas partes diuiſa, ſub ſpecie propria ante, & poſt conſecrationem, ibidem num. 4.
25 Aqua vino infuſa prius in vinum conuertitur, & inde tranſit in ſanguinem Chriſti, ſed ſi non præceſſit prior conuerſio non ſequitur ſecunda, num. 11. vſque ad 16.
26 Si aqua non ſit in vinum conuerſa antequam proferantur verba conſecrationis manet in propria ſubſtantia miſta cum ſpeciebus conſecratis, nu. 16.
27 Cum Patres dicunt aquam ſimul cum vino conuerti, non intelligunt proxime, ſed quia aqua trãſmutatur in vinum, & vinum in ſanguinem. ibidem. num. 17.
28 Aqua facile conuertitur in vinum ſi modiciſsima infundatur, iuxta ritum Eccleſiæ, ibidem num. 18.
29 Aliquando poteſt aqua non conuerti in vinum & tunc manebit in propria ſpecie, neque ob hoc verba conſecrationis effectu ſuo carerent numero 19.
30 Aqua poteſt ſeparari à vino arte aliqua quando ob magnitudinem aquæ, vel ob temporis breuitatem in vinum tranſire non poteſt. num. 25.
31 Aqua vel alius liquor ſumptus per modum vnius potus cum ſanguine Chriſti non violaret ieiunium ab Eccleſia requiſitum pro ſumptione Euchariſtiæ, ibidem num. 27.
32 Licet aqua in propria ſubſtantia maneret, poſſemus calicem latriæ adoratione colere, num. 28.
33 Licet aqua in principio prolationis verborum cõſecrationis non ſit in vinũ conuerſa ſi tamen conuerteretur ante finitam prolationem, in corpus Chriſti tranſiret. diſp. 201. num. 42. & 43.

Aquiſgranenſe Concil.

† 1 Aquiſgranenſe Concilium meminit numeri 7. dũtaxat diaconorum, qui Epiſcopo in ciuitatibus aſsiſtebant. diſp. 236.

Ara.

Vide, *Altare.*

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopalis dignitas per degradationem deperditur. diſp. 243. num. 18.

Ariſtoteles.

† 1 Quomodo animal toto tepore vitæ ex Ariſtotele augeatur, licet non ſemper ſecundum partes formales in comment. à 1.
† 2 Docet paruũ miſtibile facile tranſmutari in magnum. diſp. 178. num. 14.
† 3 Pro eodem ſumit Ariſtoteles, corpus organicũ, & corpus potentia vitam habens diſp. 186. n. 26. & 30.
4 Potentia vitam habens apud Ariſtotelẽ, idem eſt ac actu habens vitam, & per potentias, & inſtrumẽta operans illius exercens. ibidem num. 27.
† 5 Docet definitionem dandã eſſe per priora, & notiora, licet aliquando aliquid per appoſitum, vt abſolutum, ibidem num. 32. & 33.
† 6 Diſtinxit extenſionem quantitatis ſecundum ſe ab extenſione in ordine ad locum, ſicut eſſentiã à paſſione. diſp. 187. num. 13.
† 7 Duplici ſenſu dicit moueri aliquid per accidens. diſp. 190. nu. 12. & 40.
† 8 Sentit reliqua accidentia a quantitate ex ſe nullã habere extenſionem, ſed omnem à quantitate eis prouenire. ibidem num. 24.
9 Motum, & quietem tamquam ſenſibilia communia aſsignauit, & quo ſenſu. diſp. 191. num. 15. & 16.
† 10 Non negat Ariſtoteles aliqua accidentia inhærere ſubſtantiæ medijs alijs. diſp. 194. num. 31.
† 11 Docet Ariſtoteles non dari veram miſtionem ſola partiũ diuiſione per infuſionem diuerſi liquoris ſine phyſica immutatione. diſp. 195. num. 67.

Armeni.

1 Armeni, & alij hæretici negant aquam miſcendã eſſe vino conſecrando. diſp. 176. num. 1. 4. & 5.
2 Errarunt exiſtimantes paruulos ſalua fide non poſſe niſi poſt Baptiſmum Euchariſtiam ſuſcipiant. diſp. 214. num. 34.

Aromata.

1 Aromata omnia pie mulieres emerunt ad vngendum corpus Chriſti poſt Sabbathum. diſp. 172. numer. 91.
2 Aromata parare ad ſepulturam in Sabbatho non erat prohibitum, ibidem.

Artotyritæ.

1 Artotyritæ hæretici panem, & caſeum non pro materia conſecrationis, ſed pro ſacrificio, videntur habuiſſe. diſp. 170. num. 2. & 3.
2 Hi hæretici variis nominibus appellantur, & qua de cauſa, ibidem.

Attributum.

1 Attributum Diuinum prout Deo conuenit nequit creaturæ communicari. diſp. 189. num. 68.
2 Proprium Dei attributum eſt æternitas, & immenſitas, ibidem num. 69.

Augmentum.

1 Quotidianum augmẽtum ſanctitatis accreſcit ex quotidiana Euchariſtiæ ſumptione. diſp. 206. numer. 18.
2 Augmentum ſpirituale proueniens ab Euchariſtia & corporale proueniens a cibo corporeo diuerſo modo confertur, ibidem.
3 Augmẽtum animalis nõ prouenit ab actione cibi ſed ſolius animalis. ibidem.

4 Spirituale augmentum non prouenit ab actione ſumentis, ſe ipſius cibi conutrentis in ſe ſumentem, ibidem.
4 Gratiæ augmentum per Euchariſtiam vide, *Euchariſtiæ effectus.*

Auguſtinus.

Auguſtinus cur Parasceue cœnam puram appellat, vide *Paraſceue*, num.4.
1 Priora verba capitis 6. Ioānis de manducatione, per fidem intelligit Auguſtinus alia vero de manducatione reali corporis Chriſti. diſp.179.num.46. 55.56.& 57.
2 Solum concedit Auguſtinus corporibus glorioſis pateſtatem penetrandi cibum non illum conuertendi. diſp.181.num.11.
3 Auguſtinus negat conuerſionem formalem corporis in ſpiritum non totalem. diſp.184.num.18.
† 4 Non docet Auguſtinus, idem corpus poſſe eſſe ſimul in duobus locis ſecundum extenſionem. diſ. 189.num.10.
† 5 Solum negat Auguſtinus poſſe idem corpus cum extenſione eſſe totum vbique, ibidem num.63.
† 6 Negat Auguſtinus poſſe idem corpus eſſe ſimul in pluribus locis ſecundum extenſionem, non vero ſpiritualiter, ibidem num.66.67.68.
7 Pſeudo Auguſtinus non negat corpus Chriſtiin ſtomachum mitti, ſed in ventrem & in ſeceſſum. diſ. 193.num.92.
8 Auguſtinus illis verbis, *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum*, tantum loquitur de verbis Baptiſmi. diſp.200.num.10.& 11.
9 Ex Auguſtino non colligitur non peccare mortaliter eum qui cum veniali ad Euchariſtiam accedit. diſp.207.num.15.& 16.
10 Pſeudo Auguſtinus non dicit peccare venialiter, qui cū veniali ad Euchariſtiam accedit, ibidem numer.15.
11 Auguſtinus, & Pſeudo Auguſtinus docent deberè premitti confeſsionem mortalis ante Euchariſtiam, ibidem nu.36.
12 Hanc obligationem dicunt eſſe ex præcepto Diuino num.46.
13 Docet Auguſtinus ob pollutionē, quæ venialis ſaltē in cauſa eſt, abſtinendum eſſe ab Euchariſtia, neque aliud eſſe congruum. diſp.210. numer.23.24. 25.
14 Non putat Auguſtini peccatum eſſe cum veniali ante commiſſum ad Euchariſtiā accedere, ibidem nu.21.
15 Docet Auguſtinus à tempore Apoſtolorum Euchariſtiam à ieiunis eſſe ſummendā. diſp.211.num.10.
16 Auguſtinus varijs in locis triplex genus manducationis Euchariſtiæ, tradidit, ex quo alij ſumpſerunt. diſp.212.num.3.
17 Non docet Auguſtinus paruulis neceſſariam eſſe ſumptionem Euchariſtiæ reipſa, ſed votum illius, & manducationem per fidem. diſp.214.nu.36.
18 Docet Auguſtinus Chriſtum in Emaus panem conſecratum diſcipulis tradidiſſe. diſp.216. num.9.
19 Docet quædam in Scriptura omnibus præcipi quædam vero ſingulis, ibidem num.13.
20 Non docet Auguſtinus neceſſariam omnino eſſe laicis ſumptionem calicis, ibidem num.67.
21 Docet Auguſtinus Iudam è cœna diſceſsiſſe antequam Chriſtus ſolennem ſermonem ad diſcipulos haberet. diſp. 217.num.14.
22 Decet, buccellam intinctam Iudæ à Chriſto porrectam, non fuiſſe Sacramentum, ibidem. n.15.& 16.
23 Sacrificium verum apud Auguſtinum idem eſt, quod præſtantius, & magis Deo gratum: non vero idem, quod ſacrificium proprie. diſp.220.num.6.
23 Verum ſacrificium apud Auguſtinum opponitur ei quod in ſigno aliquo conſiſtit, ibidem num.7.

Aurelianenſe Concilium.

1 Non dicit miſtionem aquæ cum vino eſſe Domini cam traditionem. diſp. 177.nu. 4.& 21.
2 Statuit, vt certum perſonarum genus ob quedā peccati genus communione priuetur. diſp.209. numer.9.

Azymus panis.

1 In azymo Chriſtum conſecraſſe certa eſt Latinorum ſententia ex Matth.26. Marci 14. Luc.22. deſumpta. diſp.172.num.15. vide, *Chriſtus*, n.4.& 27.
2 Falſo aliqui concedunt eo die azymorum, ibidem num.61.
3 Panis azymus nuſquā in Scriptura Paſcha dicitur: neque id Patres docuerunt, ibidem num. 62.& 64.
4 Totum tempus azymorum Paſcha appellari conſueuit ibidem,
5 Panis azymus non erat ſacer, nec immundis prohibitus, ibidem.
6 Panis azymus dicebatur panis afflictionis, ibidem num.63.
7 In ſolennitate azymorum permiſſum erat cibaria præparare, ibidem num.70.
8 In feſto azymorum, quodlibet aliud opus præter neceſſarium ad parandos cibos, videtur prohibitum. ibidem num.82.
9 Ius dicere, & accuſare in feſto azymorum non inuenitur expreſſe prohibitum in lege antiqua, ibid.
10 Licet prima die azymorum prohibitum fuiſſet opus fore ſe, Iudæorum Principes legis interpretatione iudicarunt, ſibi licere Chriſtum capere, & occidere, ibidem num.83.
11 Primo die azymorum non erat prohibitum opus miſericordiæ, ibidem num.88.& 89.
12 Azymorum feriæ per ſeptem dies celebrandæ erāt, ibidem num.96.
13 Primus, & ſeptimus dies azymorum ſolennes erat, & feſtiui, ita vt non liceret opus, niſi præparandi cibos, ibidem.
14 Feriæ azymorum diſtinctæ omnino erat à Phaſe, ſeu Paſcha, ibidem.
15 In alijs diebus azymorum à primo, & ſeptimo operari licebat: dicebantur tamen feriæ ſanctæ, & dies afflictionis, ibidem num.98.
16 Primus dies azymorum vtpote feſtiuus à veſpera diei decimæ quartæ incipiebat, ibidem.
17 Azyma non erāt comedenda Luna decimaquarta niſi cum agnus comedebatur, ibidem. nun. 101.
18 Feſt primum diem azymorum offerebantur ſpicæ iam maturæ, vel quaſi maturę. diſp.173. num.14.
19 Azymitæ vocati ſunt Latini à Recentioribus Græcis. diſp.147. num.2.& 3.
20 Conſecrationem in azymo non ſolum illicitam, ſed etiam inualidam eſſe Recentiores Græci autumant. ibidem.
21 Mutatio azymi in fermentatum nuſquam fuit in tota Eccleſia, ibidem num.12.
22 Error Græcorum eſt in eo quod Latinos ob conſecrationem in azymo damnēt, ibidem num.14
23 Azymus panis multo congruentior materia eſt ad conſecrationem, quam fermentatus. ibidem n.23.
24 Non vtimur azymo, vt cum Iudæis conueniamus, neque vt ipſi vtebantur, ſed vt Chriſtum imitemur, ibidem num.35.36.& 37.

24 Azymi qua occaſione ceperint, vide verbo, *Iudæi*, num.7.
25 Quomodo azymus panis, vel fermẽtatus, requiratur ad conſecrationem vide: *Fermentatum*, nu.9.

B.

Bagomili.

1 BAGOMILI Hæretici in quo circa Euchariſtiam erraverint diſp.167.num.2.

Balaam.

1 Balaam conſilium ad regem Balac, quale. diſp.247. num.110.

Balſamon.

1 Balſamonis interpretatio, ac ſententia circa continentiam tempore acceſſus ad altare. diſp.247.numer.62.& 63.

Baptiſmus.

1 Baptiſmus, & Pœnitentia ſunt ad ſalutem neceſſaria in re vel in voto. diſp.167 num.25.
2 Baptiſmus, qui dicitur Antitypon, paſſionis, & ſepulturæ Chriſtum non continet mortem, & ſepulturam Chriſti re ipſa, ſed illius effectum. diſputatione 197.num.40.
3 Baptiſmus dicitur Antitypon aquæ diluuij, quia eſt ſimilis naturæ, & ſimilem effectum in nobis præſtat, ibidem num.42.
4 Baptiſmi effectus non eſt ſola ablutio ſpiritualis ſed etiam character fidei. diſp.168.num.29.
5 Baptiſmi forma non operatur donec verba illa: *In nomine Patris, &c.* quibus fit profeſsio fidei finiãtur. ibidem.
6 Trina merſio non eſt de eſſentia Baptiſmi, ſicut nec tanta vel tanta merſio, ibidem n.41.
7 Ad eſſentiam indiuiduam Baptiſmi pertinet copioſa ablutio vel trina merſio, cum fit, niſi verborum prolatio antea finiatur, ibidem.
8 Ad formam, & effectum Baptiſmi eſſentialiter pertinet particula *Ego*, licet nõ neceſſario debeat exprimi. ibidem num.42.
9 Si quis formæ Baptiſmi inſereret aliqua verba, nõ ideo ad eſſentiam, ſubſtãtiam, effectum ve Baptiſmi pertinerent, licet retardarent effectum, ibidem num.48.
10 Si adderetur formæ Baptiſmi verbum *Procedentis ab vtroque* neque ad effectum concurreret, neque, ipſum retardaret, ibidem num.49.
11 Non indigne ſumit Baptiſmum, qui conſcius mortalis accedit. diſp.205.num.2.
12 Baptiſmus ad remiſsionem mortalis primario inſtitutus eſt. ibidem.
13 Baptiſmus inſtitutus eſt per ſe pro mortuis per originale, & per accidens pro mortuis per alia peccata, quæ originale comitantur, ibidem num.6.
14 Baptiſmus ſemel tantum ſuſcipitur, quia vnum tãtũ eſt originale. ibidem.
15 Baptiſmus aliquando in mortali miniſtrari poteſt propter inſtans periculum baptizandi. diſp. 270. num.3.
16 Baptiſmus licite miniſtrari poteſt paruulo exiſtẽti in extrema neceſsitate, a peccatore, quando non poteſt moraliter à peccato liberari. diſp. 207. num.22.
17 Non baptizati, ſicut non ſunt capaces aliorum Sacramentorum, ſic nec manducationis Sacrãmentalis Euchariſtiæ. diſp.212.num.8.
18 Non baptizatis ſpecies conſecratæ non ſunt Sacramentum, ibidem.
19 Ad Baptiſmi eſſentiam, & effectum non eſt neceſſaria voluntas recipientis, ſed ſat eſt, ſi non reniteatur, ibidem num.25.
20 In Baptiſmo ſubmerſio, aut trina merſio, non ſignificat in anima nouum modum generationis. diſp.215 num.20.
21 Cũ Baptiſmus cõferatur ſub trina merſione, nõ datur gratia vſque ad vltimam niſi antea finiatur prolatio verborum, ibidem num.22.
22 Trina merſio in Baptiſmo, non eſt Diuini iuris. diſp.223.num.23.
23 Baptiſmus non eſt ianua orationis, ſicut Sacramẽtum. diſp.227.num.18.
24 Pro non Baptizatis non poteſt offerri ſacrificium ibidem.num.25.
25 Baptiſmus celebrari non poteſt, altero proferente formam altero applicante materiam. diſp.237.numer.23.
26 In Baptiſmo aqua eſt materia remota proprinqua vero eſt ablutio. diſp.238.num.51.
27 Poteſtas remittendi peccata in Baptiſmo collata fuit Apoſtolis Ioan. 20. ex mente Cyrilli. diſp. 237.num 29.
28 Quare in Baptiſmo Chriſti Spiritus Sanctus in columbæ ſpecie deſcenderit, ibidem num.44.
29 Baptiſmus ſuſceptus ex vllo metu modo adſit conſenſus, irritari non poteſt. diſp.246.num.34.
30 *Baptiſmi ſuſcipiendi præceptum, vide præceptum* n.57.

Baſilius.

1 Pro eodem vſurpat Baſilius typon, & antitypon diſput.197.num.40.
2 Vocat Baſilius panem, & vinum antitypon corporis, & ſanguinis Chriſti, non poſt, ſed ante conſecrationem, ibidem num.56.& 57.

Baſilienſe Concilium.

1 Concilium Baſilienſe ſeſsione 30. iam ſchiſmaticum erat, & nullius autoritatis. diſp.215.num.27.
2 Solum definit iuſtè Eccleſiam priuaſſe laicos altera ſpecie, & alteram ipſis ad ſalutem ſufficere. ibidẽ.

Beatitudo.

1 Perſeuerans in gratia vſque ad mortem ius habet ad beatitudiem, & immortalitatem corporis. diſp. 204.num.41.
2 Beatitudo animæ, & corporis eſt peculiaris effectus Euchariſtiæ, ibidem num.44.

Benedictio.

1 Non omnis benedicto eſt gratiarum actio, ſed omnis gratiarum actio eſt benedictio. diſp. 196. num.10.
2 Benedictio aliquãdo ſubrogari poteſt pro gratiarum actione, & è contrario, ſed non ſemper.
3 Benedictio alicui ex iure Eccleſiaſtico conceſſa, licet de facto ſemper cũ re permaneat, tamẽ natura ſua nõ eſt perpetua, & de facto ex voluntate Eccleſiæ poteſt de perdi. diſp.243.num.18.
4 Benedictio ex iure Diuino collata natura ſua eſt perpetua, nec poteſt vllo pacto deperdi. ibidem numer.21.

Benedictini monachi.

1 Benedictini monachi habent præceptũ ſingulis mẽſibus cõfitendi, & cõmunicandi. diſputatione 214. num.27.

Beneficium.

2 Beneficium Eccleſiaſticum, aut patrimonium ad victum honeſtè ſufficiens requiritur in ſecularibus ad ordinem recipiendum. diſp. 246. num. 59.

3 Huiuſmodi beneficium, aut patrimonium alterari vel extingui non poteſt, abſque licentia Epiſcopi. ibidem.

4 Hoc beneficium reſignari non poteſt niſi prius facta mentione quod illius titulo ſit promotus ad ordines. ibidem.

5 Beneficio, aut patrimonio ficto ordinari graue peccatum eſt ibidem num. 62.

6 Beneficia Eccleſiaſtica non vacant in his, qui tantum deſponſati ſunt de futuro. diſp. 247. num. 4.

Berengarius.

1 Negauit veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia. diſp. 179. num. 12.

2 Ter ſuum retractaui errorem, & in tertia abiuratione & Pœnitentia permanſit, ibidem num. 19. 20. 21. & 22. diſp. 193. num. 13.

3 Poſt ſecundam retractationem alium errorem excogitauit Berengarius, quem alij dicti impanatores ſequuti ſunt. diſp. 179 nu. 22.

4 Chriſti impanationem adſtruxit Berẽgarius, quem imitati ſunt alij hæretici. diſp. 180. num. 1. & 2. & diſp. 193. num. 13.

5 Contendebat Berengarius pronomina *Hoc, & Hic* in verbis conſecrationis ipſas ſubſtantias panis, & vini demonſtrare. diſp. 201. num. 2.

Bernardus.

1 Locum Ioannis capite 6. non ſolum de manducatione ſpirituali, ſed etiã de corporali, intelligit D. Bernardus. diſp. 179. num. 58.

2 Docet S. Bernardus neceſſariam eſſe ſumptionem calicis pro tota Eccleſia, non pro ſingulis fidelibus. diſp. 216. num. 77.

Bertranus.

1 Bertranus fuit Autor erroris, negantis veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia, diſp. 179. num. 11.

Blaſtus.

1 Blaſtus hæreticè cenſuit Paſcha Chriſtianum neceſſario eſſe celebrandum. Luna decima quarta. à quo errore non potuit eum, ſicut neque alios plures Irenæus reuocare. diſp. 174. num. 10.

Bohemi Hæretici.

1 Iniuſtè laicis communione calicis priuant Bohemi; impudenter dogmatizant. diſp. 216. num. 1. & ſequentibus.

Bonum.

1 Bona temporalia non conferuntur virtute ſacrificij Miſſæ niſi quatenus conducunt, ad ſpiritualia. diſp. 228. num. 33.

2 Bona temporalia non conferuntur certa lege virtute huius ſacrificij, ibidem num. 32.

Bracharenſe Concilium.

1 Statuit Concilium Bracharenſe, vt etiam in feria quarta cœnæ Domini Miſſa à ieiunis celebraretur. diſp. 211. num. 3.

Brutum.

1 Licet bruta Chriſtum in Euchariſtia dicantur mãducare, non tamen Sacramentaliter. diſp. 212. num. 8.

2 Brutis ſpecies panis ſumptæ nullo modo ſunt Sacramentum. ibidem.

Bucella.

1 Buccella intincta Iudæ à Chriſto porrecta nõ fuit Euchariſtia. diſp. 217. num. 15. & 16.

2 Buccella prius fuit data Iudæ, quam Euchariſtia, ibidem num. 18. & ſequentibus.

3 Buccella, poſtquam Iudas confeſtim exiit nõ fuit aliquando accepta à Chriſto. ibidem num. 29.

Bulgaria, & Bulgarij.

1 Bulgaria more Eccleſiæ Latinæ viuebat, licet ſacerdotes ibi vxores haberent. diſp. 246. num. 86.

2 Bulgarij ſacerdotes merito reprehenduntur à Nicolao I. in eo quod vxores haberent, ibidem nu. 89.

Bulla Cruciatæ.

1 In Bulla Cruciatæ conceditur expreſſe elargienti eleemoſynam ibi aſſignatam facultas recipiendi Euchariſtiam à quolibet ſacerdote. diſp. 219. num. 47. &c.

2 Conceditur in bulla facultas celebrandi, aut faciẽdi celebrare in præſentia familiæ per horam ante diem, & per horam poſt meridiem, etiam tempore interdicti, ibidem nu. 49.

3 Conceditur etiam, vt ſoli habentes bullam, ſi laici fuerint intereſſe poſſint Diuinis officijs tempore interdicti. ibidem.

4 Conceditur item, vt Euchariſtia cæteraque Sacramenta quouis tempore præterquam in die Paſchatis, à quolibet ſacerdote, habentes bullam recipere poſſint, ibidem & ſequentibus.

5 Per cætera Sacramenta intelligit bulla ſolam extremam Vnctionem, & Pœnitentiam, ibidem numer. 54.

C.

Caietanus.

1 CAIETANVS Et alij à falſa ſententiã ſibi impoſita liberantur. diſp. 181. num. 109. & ſequẽtibus.

2 Caietani ſententia, aſſerens nullum eſſe præceptum præmittendi confeſſionem mortalis ante Euchariſtiam, vt error damnatur à Tridentino. diſp. 207. num. 23. 24. & ſequentibus.

3 Caietani ſententiam modo defendere hæreticũ eſſet, ibidem num. 27.

4 Si quis cum Caietano, in prædicta ſententia mente tantum ſentiat, hæreticus erit, non tamen excõmunicatus. ibidem num. 28.

5 Caietani doctrina de clericali habitu refellitur. diſp. 250. num. 24.

Chalcedonenſe.

1 Teſtimonium Concilij Chalcedonẽſis, ex quo aliqui probant, titulares Epiſcopos non eſſe vere Epiſcopos, explanatur. diſp. 241. num. 4.

Calix Chriſti.

1 Prius fuit totus calix à Chriſto conſecratus, & deinde Apoſtolis porrectus, vt inter ipſos diuideretur. diſp. 188. num. 2.

2 Vnus tantum calix in cœna fuit diſcipulis à Chriſto porrectus, de quibus Lucas meminit, diſp. 196. num. 29. & ſequentibus.

3 Vnus tantum in cœna fuit calix eui, & gratiarum actio præmiſſa eſt in ſanguinẽ Chriſti, conſecratus ibidem num. 31. & 32.

4 In calice diſtinctè fuerunt gratiarum actio, benedictio, & conſecratio, ibidem nu. 32.

5 Calix in cœna porrectus, pro refectione, & recreatione

tione postremus fuit, ibidem numero 48.
6 Calix Christi dicitur effundendus in cruce ratione sanguinis contenti. disp. 199. num. 25.
7 Calix in propria significatione accipitur propoculo, & vase cū dicitur: *Calix sanguinis, &c.* ibidem nu. 36.
8 Calix ibi figurate acciperet falsa aut inepta esset ratio, ibidem num. 37.
9 Inepte calix in forma consecrationis figurate acciperetur, ibidem in fine.
10 Qui calicem Christi sumunt, nouum augmentum gratiæ per ipsum consequuntur. disp. 215. nu. 5. & sequentibus.
11 Calice Christi denotatur noua refectio, & distincta à præcedenti, ob quam dicemur, calice inebriari, ibidem num. 18. & sequentibus.
12 Pro nouo effectu calicis Christi, non est necessaria noua dispositio, ibidem nu. 23.
13 Christi calix laicis olim tribuebatur. disp. 216. numer. 1.
14 Calicis vsus iure optimo interdictus est laicis ab Ecclesia Latina. ibidem num. 39. & sequentibus.
15 Calicis vsus non est commendatus ab Apostolis propter hæresim Manichcorū futuram, ibidem nu. 41. & 42.
16 Calicis vsus interdictus est ab aliqua ob incommodainde prouenientia. ibidem nu. 44.
17 Aliquibus concedi potest, à summo Pontifice vsus calicis, & nonnullis de facto cōceditur. ibi. n. 46.
18 In aliquibus casibus potest calix Christi à laico sumi num. 47.
19 Calicis consecrati, profanatimis prohibitio est de iure Ecclesiastico. disput. 249. numer. 45. vide *Vinum*,

Caluinus.

1 Caluinus duplici mendacio conuincitur circa vsum consecrandi infermentato, disp. 174. numero 26.
2 Docet vsum fermentati fuisse ab initio Ecclesiæ, & azymum introductum ab Alexandro. ibidem.
3 Negauit Caluinus præsentiam veram Christi in Eucharistia. disp. 197. num. 16.
4 Hostiarios admittit Caluinus, non tamen secundum solennē Ecclesiæ ritum. disp. 236. nu. 17.
5 Caluinus lectorum officium in Ecclesia olim fuisse fatetur, negat tamen fuisse ordinem, ibidem numer. 22.
6 Falso existimauit Caluinus exorcistæ officium, tantum fuisse gratiam gratis datam ibidem numer. 26.
7 Impudenter irridet Caluinus nomen acholyti, & cerofetarij, ibidem. num. 28.
8 Falso dicit Caluinus acholytos solum fuisse cubicularios Episcoporum, ibidem.
9 Caluinus putat sacerdotem debere vxorem ducere. disp. 249. n. 53.

Cameracensis.

1 Cameracensis consensit Kemnitio negāti transsubstantiationem colligi ex Scriptura, vel definitione aliqua disp. 28. nu. 47.

Cana.

1 In Cana Galilææ in vinum aqua conuersa fuit, vera productione vini in materia aquæ. disp. 181. numer. 14. 8. & 157.

Canon.

1 Canones aliqui exponuntur. disp. 243. num. 12.
2 Canon Hylarij, vide Hylarius, num. 2. & 3.

Capharnaitæ.

1 Promissionem Christi de vera manducatione carnis, & sanguinis illius Capharnaitæ intellexerūt. disp. 179. num. 61. 66.

Caput.

1 Caput: *Inter Corporalia*, de translatione Episcoporum ex instituto explanatur. disp. 241. num. 25.
2 Caput *Cum dilectus*, de his quæ vi, metus ve causa exponitur. disp. 246. nu. 35.

Cardinalis.

1 Cardinalis nomen antiquius esse tempore Gregorij Magni contra Caluinum ostenditur. disp. 242. num 1.
2 Cardinalis nomen, quo tempore determinato cœperit non est vnde constet. disp. 242. num. 2.
3 Cardinalis significat idē quod præcipuus, & a quo sicut à cardine pendent cæteri, ibidem num. 4.
4 Cardinalis ex Leone IX. sic dicitur quia propinquiores sunt Pontifici, qui cardini ianuæ comparatur, ibidem num. 8.
5 Cardinalis nomen a cardine deriuatur, ibi. n. 11.
6 Cardinis nomen regionibus ciuitatis Romæ fuit impositum, & inde nomen Cardinalis ad diaconos in illis constitutos deriuatur, ibidem.
7 Nomen Cardinalis postea ad presbyteros. & Episcopos eorumque titulos, seu Ecclesias accommodatum est, ibidem.
6 Cardinales prius regionarij sunt nuncupati à regionibus quibus præficiebantur, ibidem num. 13.
9 In quo sensu nominibus, cardo, Cardinādus, & Cardinalis, vtatur sæpe Gregorius Magnus, ibidem numer. 14.
10 Status proprius Cardinalium Romanæ Ecclesiæ nō est specialis Ordo à Christo institutus, ibidem numer. 21
11 propium munus Cardinalitię dignitatis non incœpit a tempore Apostolorum, ibidem.
12 Cardinales prout Episcopi, presbyteri, & diaconi a Christo instituti sunt, ibidem,
13 Apostoli cum in Apostolatum fuerunt electi non habuerunt Cardinalitiam dignitatem, ibi. n. 25.
14 Cardinalis presbyter, aut diaconus quo ad potestatem ordinis inferior est Episcopo, ibidem n. 13.
15 Cardinalis presbyter, aut diaconus quo ad potestatem regiminis Ecclesiæ vniuersalis præstantior est Episcopo non Cardinali, ibidem nu. m. 14.
16 Inter Cardinales presbyteros non debet Hieronymus adscribi. ibidem num. 16.
17 Presbyteri Cardinales, nisi essent Romani Pontificis legati, antiquitus post omnes Episcopos sedebant. disp. 242. num. 41.

Caro.

1 Caro Christi ex deitate virtutem viuificandi habet disp. 179. num. 73 & 74.
† 2 Caro mortua æquinoce est caro. disp. 286. num. 10. & 28.
† 3 Esse carnis non est a forma distincta ab anima, ibidem num. 23.
† 4 Caro non est sola materia cum quantitate, vel modo illius, ibidem num. 36.
† 5 Caro præter quantitatem aliud temperamentum postulat quam os. disp. 187. num. 21.
6 Vt caro, & alię partes eterogeneę diuersa sortiantur nomina debent per quantitatem, & alia accidentia diuersimode disponi, ibidem.

Carolstadius.

1 Carolſtadius fuit Lutheri diſcipulus, & ſpecialiter negauit veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia diſp.179.num.15.

Carthaginenſe Concilium

1 Concilium Carthaginenſe tertium, non ſenſit miſtionem aquæ cum vino eſſe Dominicam traditionẽ.diſp.177.n.21.

2 Præcepit hoc Concilium Euchariſtiam non niſi à ieiunis ſumendam præter quam in die anniuerſario in quo cœna celebratur propter diſpenſationem. diſp.211.n.3.& 4.

3 Nunquam docet fideles ieiunos debere ſacro intereſſe, præter quam in die anniuerſario ibidẽ numer.4.

4 Concilium Carthaginenſe quartum docet aliquibus amantibus pœnitentiam, & Euchariſtia conferendas eſſe, diſp.212.n.21.

5 Hoc Concilium docet diſpenſationem corporis Chriſti, non eſſe diacono committendã niſi cogente neceſsitate, diſp.219.n.6.& 7.

6 Ex hoc Concilio colligitur plalmiſtatum non eſſe ordinẽm.diſp.235.n.14.

7 Prohibet Carthaginenſe quartum Epiſcopo curam rei familiaris, ibidem num.62.

8 In hoc Concilio ſtatutum eſt, ne primæ ſedis Epiſcopus appelletur Princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdotum, ibidem num. 103.

9 Ex eodem Concilio colligitur differentia inter manuum impoſitionem in ordinatione ſacerdotis, & diaconi.diſ.238.n.41.

10 Non aſſignat hoc Concilium pro materia in ordinatione diaconi impoſitionem manuum, ibidem num.41.& 42.

11 De qua manuũ impoſitione intelligendum ſit Cõcilium Carthaginenſe quartum.diſp.239.num. 35. & 52.

12 Concilium Carthaginenſe tertiũ definiuit ne diaconus ante vigeſimũ quintũ ætatis annum ordinaretur.diſp.249.num.38.

13 Decreta Concilij Carthaginenſis ſecundi confirmata ſunt à Concilio magno Carthaginenſi. diſp. 247.num.62.

14 Quid dixerit de ſeruanda caſtitate à ſacerdotibus. ibidem num.65.

15 Huius Cõcilij locus de ſeruanda continentia explicatur, ibidem num.16.& ſequentibus.

Caſſus.

1 Caſſus obliquus per ſe cum verbo *Eſſe*, ſine alio recto a quo regatur non perficit ſenſum.diſp.298.numer.39.

Caſtitas.

1 Caſtitas non eſt præcepta ab Eccleſia, ſed ſub conſilio relicta, & quia res difficilis, & quia Matrimonia neceſſaria.diſp.213.num 5.

Cathaphrygæ.

1 Cathaphrygarum hæreſis fuit mulieres in diaconiſſas altaris ordinari debere.diſp.245.n.1.

2 Cathaphrygæ cum Montaniſtis, Quintilianus, Priſcilianis, Peputianis, & Arcotyritum idẽ ſunt ibi.

Catechiſmus.

1 Catechiſmus Pij V. vide *Pius V.* num.2.& 3.

Celebratio. & celebrare.

1 Celebrare cooperto capite nullibi prohibetur. diſp. 233.num.45.

2 Non celebrare in toto curſu vitæ, aut in toto anno ex ſe peccatum mortale eſt.diſp.232.numer. 1.& 3.

3 Non celebrare quater, aut quinquies in anno eſt peccatum mortale, ibidem num.11.

4 Talis celebratio ex natura ſacerdotij non exigitur diebus determinatis, ibidem 19.

5 Parochi, & beneficiati frequentius debent celebrare, ibidem n.12.

6 Ex ſe valde licitum eſt ſacerdoti quotidie celebrare. ibidem n.13.

7 Feria quinta in cœna Domini abſque licentia licet celebrare, ibidem n.13.

8 Conſuetudo non celebrandi non habet vim legis. ibidem.

9 In feria quinta cœnæ Domini multi celebrant ibidem.

10 In feria ſexta Paraſceue nulli licet celebrare. ibidem n.17.

11 Feria ſexta non licet conſecrare vinum, ibidem num.19.

12 In Sabbatho Sancto non licet ſacram facere, ibid. num.23.

13 Quo tempore liceat celebrare vel non vide.

Centuriatores.

1 Centuriatores hæretici, vide *hæretici*, num.2.

Character

1 Character, ſeu poteſtas ordinis, non neceſſario debet eſſe ad conficienda Sacramenta, & quare diſp. 238.num.17.

2 Character datur in ſacerdotio, non ſolum ad bene ſed ad ſimpliciter aliquid faciendum ſecus in aliis ordinibus, & in confirmatione, ibidem num.18.

3 Vt diuerſi characteres in ordinationibus imprimatur opus eſt, vt vnũ alius neceſſario non ſupponat.diſp.239.num.54.

4 Quomodo de characterе in ordinatione ſacerdotis ſit philoſophandum, ibidem numer.56.

5 Character non eſt in ſpecie naturalis potentiæ, ſed in ſpecie habitus, & diſpoſitionis, qua ſubiectum bene ſe habet ad ſe, ibidem.

6 Poteſtas conſecrandi, & abſoluendi nihil addit ſupra characterem præter relationem, ibi.nu.57.

6 Extenſio characteris non eſt inſtar extenſionis quantitatis, ſed habitus circa varias concluſiones. diſp.240.uum.52.

8 Quamuis diuerſus character imprimeretur in ordinatione Epiſcopi à characterе ſacerdotali, tamen non præmiſſo ſacerdotali Epiſcopatus imprimi non poſſet, ibidem num.54.

9 Character ſacerdotalis non includit in ſe characteres diaconi, & ſubdiaconi, ſed eos tamquam præuios iure requirit, ibidem num.55.

10 Character impreſſus in quouis ordine imprimitur ab Epiſcopo, vt ab inſtrumento Dei.diſp.243.n.79. & ſequentibus.

Chorepiſcopus.

1 Chorepiſcopi ordines [illegible], etiam presbyterij ex cõmiſſione Epiſcopi conferebãt.diſp.243.num.40. & ſequentibus.

2 Chorepiſcoporum arrogantia à Damaſo repreſſa, & quinam illi fuerint.diſp.238.n.28.

3 Chorepiſcopi olim etiã ſubdiaconatum conferebant, ibidem n.63.

3 Chorepiſcopi aliqui fuerint ne Epiſcopi, aliquorum ſententia, ibidem

5 Aliquos Chorepiſcopos Epiſcopos fuiſſe, ex Damaſo, & alijs probatur.ibi.cm.

6 Chorepiſcopi inſtituti fuerunt inſtar ſeptuaginta diſcipulorũ, ibidem num. 68.
7 Chorepiſcopus idem quod Epiſcopus Villanus, & eius nominis Ethymon, ibidem.
8 Chorepiſcopi plane abrogati ſunt à Damaſo, & quare, ibidem num. 70.
9 Chorepiſcopos cum poteſtate ordinãdi diaconos, etiam Damaſi poſt tempora permanſiſſe, ex Concilijs conſtat, ibidem.
10 Chorepiſcopos, licet in duplici differentia agnouerit Damaſus, numquam concedit eſſe veros Epiſcopos, ibidem.
11 Quid de Chorepiſcopis Antiochenum Concilium ſenſerit, explanatur, ibidem num. 71.

Chriſtus.

1 Immolatio Paſchatis à Chriſto facta, vide *Paſcha* num. 1 & 2.
2 Chriſti corpus, vide: *Corpus Chriſti*.
3 Chriſti calix, vide *Calix*.
4 Chriſtum vltima nocte cum diſcipulis ſuis cœnaſſe teſtantur quatuor Euangeliſtæ. diſp. 172. num. 7.
5 Chriſtus Luna decimaquarta Paſcha celebrauit, ibidem num. 15.
6 Chriſtum in azymo conſecraſſe ex Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. manifeſte deducitur, ibidem
7 Effugiũ locorum Scripturæ, quæ Luna decimaquarta, & in azymo Chriſtum conſecraſſe aſſerunt, præcluditur, ibidem num. 16. & 17.
8 Chriſtus Luna decimaquarta ad veſperã celebrauit, & ſecundum legem non potuit in fermentato conſecrare, ibidem num. 18.
9 Chriſtus, cæteriq; Iudæi eadem Luna decimaquarta Martij, & eadem hora à lege præfixa Paſcha celebrarunt, ibidem num. 41. vſque ad 52. & num. 130,
10 Chriſtum in pane azymo conſecraſſe, defendi poteſt iuxta opinionem Burgenſis, ſecus vero iuxta Græcorum ſententiam. ibidem num. 42.
11 Defendi poteſt in opinione Burgenſis, veritatem reſpondere figuræ, id eſt, immolationem Chriſti agni immolationi, ibidem.
12 Chriſtus Luna decimaquinta fuit occiſſus poſt tri die illius diei, in quo Paſcha celebrauit, ibidem numer. 52.
13 Chriſtus eodem die, & hora cum reliquis Iudæis immolauit, qua veteres Iudæi immolarunt, quando egreſſi ſunt de Aegypto, ibidem n. 56. 58. & 59.
14 Chriſtus occiſſus eſt prima die ſolemni azymorũ quod plures teſtantur Patres, ibidem num. 59.
15 Si Chriſtus in priori veſpera Luna decimaquarta agnum comediſſet, ſequitur in fermentato conſecraſſe, ibidem num. 60.
16 Si Chriſtus in poſteriori veſpera Luna decimaquarta agnum immolauit, non potuit conſecrare in fermentato, ibidem num. 124.
17 Chriſtus, & Iudæi Luna decimaquarta in poſteriori veſpera Paſcha celebrarunt, ibidem num. 61.
18 Chriſtus illud Paſcha vocauit ſuum quia illam horã ſũm opere deſiderauerat, ibidem num. 93.
19 Chriſtus non ſolum cum diſcipulis agnum manducauit, ſed aliam vel alias cœnis ſumpſit, ibidem numer. 102.
20 Chriſtus non prius inſtituit Euchariſtiam quam diſcipulorum pedes lauerit, ſed inſtitutio fuit vltimum opus cœnæ, ibidem num. 103.
21 Chriſtus non lauit pedes ante cœnam agni, ibidem
22 Non ſurrexit Chriſtus ad lauandum diſcipulorum pedes inchoata iam ſecunda cœna, ibidem n. 110.
23 Chriſtus non ſurrexit ad lauandũ pedes ante expletam cœnam agni, ibidem num. 111. & 112.
24 Chriſtus non recubuit poſt eſum agni ad ſolam Euchariſtiæ inſtitutionem, ibidem.
25 Chriſtus lauit pedes diſcipulorum ante cœnam communem finita cœna agni ſecundum Hæbreorum morem, ibidem num. 115.
26 Chriſtus lotione pedum ſignificare voluit Apoſtolis leuiorum culparum abſolutionem ad ſumendam Euchariſtiam, & ſimul ſeruare conſuetudinem cõuiuarum, ibidem num. 118.
27 Chriſtus in cœna communi nondum finita, corpus & ſanguinem ſuum conſecrauit, & diſcipulis dedit ibidem num. 119.
28 Qui dixerint, Chriſtum lauaſſe pedes poſt cœnam cõmunem, quomodo philoſophari debeant, ibidem num. 120.
29 Chriſtus in nulla cœna veſci potuit fermentato, ſecundum legem, ibidem num. 124.
30 Chriſtus conſecrauit in azymo in cœna communi non poſt multam noctem, ibidem.
31 Chriſto occiſo in ſolemnitate Azymorum, & lex impleta eſt, & veritas reſpondet figuræ, quomodo aliqui Patres optime intelliguntur, ibidem num. 124. & 125.
32 Chriſtus miſcuit aquã vino conſecrando. diſp. 176 num. 6. 7. & 8. & diſp 177. num. 8. & ſequentibus. vide: *Aqua*, num. 8. & 9.
33 Chriſtus parum calicis, & panis conſecrati, ſingulis diſcipulis dedit. diſp. 177. num. 12.
34 Chriſtus non tulit legem de aqua calici infundenda, ibidem num. 20.
35 Quamuis ſemper temperate Chriſtus viuiſſet, parum tamen aquæ in calicem cõſecrationis infudit. diſp. 178. num. 20. & 21.
36 Licet Chriſtus tantum aquæ infudiſſet, vt in vinum non poſſet tranſmutari, non ideo aqua eſſet materia conſecrationis, & nos ſemper Eccleſiæ cõſuetudinem obſeruare deberemus. ibidem num. 21.
37 De fide eſt Chriſtum vere, & realiter eſſe in Euchariſtia, diſp. 279. num. 17. & ſequentibus.
38 Chriſtus prioribus verbis cap. 6. Ioan. non de carne ſua, ſed de Diuinitate loquutus eſt ſecus vero poſterioribus, ibidem num. 43. & ſequentibus.
39 Noluit Chriſtus cap. illo 6. explicare modum manducationis ſuę carnis, nec de ſimilitudine carnis, ibidẽ num. 72. 73. & 74.
40 Chriſtus non tropice, ſed proprie loquutus eſt in verbis conſecrationis, ibidem num. 81. 82 & 83.
41 Chriſtus vbique habet quæ independenter à loco illi conueniunt, ſecus quæ relata ad locum. diſp. 180. num. 92.
42 Chriſtum totum ſuum ſanguinẽ in paſſione effudiſſe multo probabilius eſt. diſp. 185. num. 26.
43 De Chriſto in Euchariſtia omnia prædicata ſubſtantialia vere enunciantur. diſp. 193. num. 1.
44 Quæ Chriſto conueniunt ratione ſpecierum, & ſolum denotant vnionẽ cum illis vel præſentiam, proprie de Chriſto enuntiantur ibidem.
45 Quid de alijs prædicatis Chriſti varij ſẽſerint Doctores fideliter refertur num. 2. vſque ad 8.
46 Chriſto ſub ſpeciebus proprie conueniunt prædicata quæ denotant motum, aut exiſtentiam in loco, ibidem num. 9.
47 Prædicata, quæ nec motum, nec aliquid Chriſto intrinſecũ denotat ſolum per figuram Chriſti conueniunt, ibidem num. 11.
48 Multa quæ ſpeciebus conueniunt de Chriſto per figuram vere enunciari poſſunt, ſed non omnia, ibidem. & num. 12.
49 Idem contingeret ſi cum Chriſto maneret ſubſtãtia panis, ibidem num. 12.

50 Non ſolũ de Chriſto ſub ſpeciebus poſſunt enũciari, quæ Patres enuntiarunt ſi eadem figura in alijs locum habeat. ibid. num. 14.

51 de Chriſto ratione ſpecierum dicuntur per figurã voces ſolum, quæ ad aliquem ſenſum referuntur. ibidem num. 14. 15. & 23.

52 Chriſto ſpeciatim tribuuntur, quæ ad manducationem pertinent, quia habet rationem cibi ſpiritualis. ibidem num. 16.

53 Chriſtus dicitur in Sacramento frangi, non quia diuidatur ſecundum partes, ſed ſecundum exiſtentiam in Sacramento. ibid. num. 17.

54 Frangi, & miſceri de Chriſto in Euchariſtia dicuntur ſine figura. ibidem num. 19.

55 De Chriſto in hoc Sacramento dicuntur prædicata ſignificantia qualitatem illi impreſſam, ibidem num. 24.

56 Non dicuntur de Chriſto in Sacramento prædicata, quæ ſignificant actionem externam alicuius agentis in corpus Chriſti. ibidem.

57 Chriſtus poteſt eſſe ſub ſpeciebus, quando ipſis immutatis aliquid aliud ob oculos videntis verſatur. ibidem num. 26.

58 Chriſtus non videtur in propria ſpecie, nec caro illius prout eſt ſub Sacramento, nec alio modo in nullis apparitionibus. ibidem. nu. 29. & 30.

59 Non poteſt Chriſtus etiam glorioſus ſub qualibet quantitate apparere. num. 30.

60 Tandiu Chriſtum manet ſub ſpeciebus, quamdiu ſub illis ſubſtantia panis, & vini maneret. ibidem num. 31. & 32.

61 Chriſtus manet in Sacramento, quandiu eadẽ numero quantitas ſpecierum manet. ibidem num. 32. & 33.

62 Quando apparet caro, vel ſanguis mutatione ſpecierum, ſicut non eſt eadem numero quãtitas, ſic nec Chriſtus perſeuerat. ibid.

63 Chriſtus tandiu ſub ſpeciebus manet in quouis loco, quandiu ſpecies ita permanent, vt propria ſubſtantiam conſeruarent, non vltra. diſp. 195. num. 54. 55. & 56.

64 Chriſtus non deſinit in Euchariſtia primarie per mutationem ſui deferentis ſpecies, ſed per harum corruptionem. ibid. num. 57.

65 Chriſtus deſinit eſſe ſub ſpeciebus per mutationẽ, qua modum vnionis cum ſpeciebus amittit, non tamen fertur in cœlum per mutationem localem. ibid. & num. 58.

66 Non deſinit Chriſtus eſſe ſub ſpeciebus, ſi miſceatur alius liquor per ſolam partium diuiſionẽ, abſque phyſica mutatione. ibidem num. 63.

67 Chriſtus deſinit eſſe ſub ſpeciebus, quoties per alterationem liquoris aduenientis corrũpantur. ibid.

68 Eodem modo deſinet Chriſtus ſiue ſpecies corrumpantur per alterationem prouenientẽ ab alijs ſpeciebus conſecratis, ſiue ab alio liquore. ibi & n. 70.

69 Chriſtus nõ deſineret eſſe ſub ſpeciebus, licet per continuationem cum alio liquore fieret tertium, abſque phyſica corruptione. ibid. num. 68.

70 Nec ſi ſpeciebus conſecratis liquor diuerſę ſpeciei infundatur per ſolam diuiſionem, ſine phyſica alteratione. ibidem num. 69.

71 Chriſtus, cum Sacramentum inſtituit, gratias egit, benedixit, & verba conſecrationis protulit. diſp. 196. num. 1.

72 Chriſtus non benedixit panem verbis conſecrationis, ſed prius. licet nõ conſtet nobis, quibus verbis. ibidem num. 4. 5. 6. & 7.

73 Chriſtus benedixit panem, & vinum actione diſtincta à conſecratione, & gratiarum actione. ibidem num. 13.

74 Chriſtus quoties Patri gratias egit, ſuper rem aliquam oratione vſus eſt, quę eſſet ipſius rei benedictio. ibidem num. 14.

75 Chriſtus peculiari gratiarum actione, & benedictione ante conſecrationem inter cœnandũ vſus eſt contra Caluiniſtas. ibidem num. 15. & 16.

76 Chriſtus panem conſecratum nõ fregit, vt morem patriæ ſeruaret. ibidem num. 18.

77 Fractio, aut diuiſio panis à Chriſto facta, non fuit peculiaris ſecundum ſe, ſed ratione concomitantium. ibidem.

78 Chriſtus ſolum vſus eſt fractione panis cum diſcipulis, aut quia non ſatis erat panis ad manducandum, aut quia corpus ſuum conſecrare voluit, & illis diſtribuere. ibidem num. 19. & 20.

79 Chriſtus vſus eſt fractione panis ad ſignandum effectũ peculiarem Sacramenti, nempe vnionem. ibid.

80 Chriſtus agnitus eſt à diſcipulis eũtibus in Emaus, in fractione panis ſecundum ſe, antequam verbis conſecrationis vteretur ibidem num. 20.

81 Chriſtus in tot fruſta panem diuidebat, quot erãt manducaturi, vnde cognoſci potuit in fractione panis. ibidem.

82 Chriſtus prius fregit panem, quam conſecraret. ibidem. num. 21.

83 Chriſtus pro omnibus partibus panis eadem verba conſecrationis ſimul protulit, quarum ſingulas ſinguli ex diſcipuli ex patena acceperunt. ibidem. num. 22.

84 Chriſtus in Emaus Euchariſtiam conſecrauit, & miniſtrauit diſcipulis. ibidem num. 24.

85 Chriſtus ſemper gratiarũ actionẽ, & benedictionẽ in initio cœnę præmittebat antequam recũberet ſed inter cœnandum non vtebatur benedictione, niſi conſecrare vellet. ibid. & num. 30.

86 Chriſtus in Emaus in fine cœnę benedixit, fregit, & conſecrauit panem. ſicut Luna decima quarta fecit. ibid. num. 25.

87 Chriſtus non vſus fuiſſet fractione panis, niſi plures Euchariſtiam eſſet miniſtraturus, nec modo neceſſaria eſt. ibid. num. 26.

88 Chriſtus vnum tantum calicem in cœna diſcipulis porrexit non duos, de quo his Euangeliſta meminit. ibidem. num. 29. & ſequentibus.

89 Chriſtus non egiſſet Deo gratias ſuper calicem, niſi illum vellet conſecrare. ibid. num. 30.

90 Chriſtus dixit ſe amplius non manducaturum, nec bibiturum. donec cum diſcipulis in regno Dei iterum manducaret, & biberet, eadem. diſp. 196. nu. 46. & 47.

91 Chriſtus per Regnum Dei ſtatum reſurrectionis intellexit, in quo cum diſcipulis victurus erat vita immortali. ibidem.

92 Chriſtus vocauit vinum nouum, non ſolum ratione modi potationis, ſed ratione ſui, vtpote regni, in quo futura ſunt omnia noua, & præſtantia. ibidem. num. 47. & 48.

93 Chriſtus poſt reſurrectionẽ antequam ad cœlos aſcenderet non manducauit, neque bibit, vt cibo, & potu recrearetur, & reficeretur. ibi. n. 48

94 Chriſtus vocauit calicem genimen vitis, quia ex vero vino vitis conſecratio facta fuit, & ratione accidentium. ibidem num. 49.

95 Chriſtus per nouum vinum, quod pollicitus eſt diſcipulis intellexit beatitudinem ipſam. ibidem. num. 50. 51. & 52.

96 Chriſtus eiſdem verbis, quibus nunc vtitur Ec-

cleſia, ſemel tantum prolatis conſecrauit. diſp. 197. num. 6. vſque ad 11. & num. 21.

94 Hoc non probatur ex Eugenio IIII. neque ex capite, *Cum Martha*, ſed ex Tridentino, ibidem num. 7.

93 Chriſtus non potuit facere conuerſionem, & tranſ ſubſtantiationem, niſi conſuetis verbis, vel alijs æquiualentibus. ibidem num. 8.

99 Cum dicitur Chriſtus prius dediſſe calicem diſcipulis, & eos ex illo bibiſſe, & poſtea verba conſecrationis protuliſſe, eſt narratio per anticipationē. ibidem. num. 13.

100 Chriſtus vnctus eſt ipſa eſſentia Deitatis, ibidem num. 41.

101 Si Chriſtus dixiſſet, *Ecce corpus meum* (vt forte Hebraice dixit) non minus conſecraret, quam dicendo: *Hoc eſt corpus meum*, diſp. 201. num. 41.

102 Chriſtus in verbis conſecrationis, non mutauit antiquam verborum ſignificationem. diſput. 202. num. 1.

103 Non obeſt, quod Chriſtus diſcipulis non ieiunis Euchariſtiam tradiderit, vt nos ieiuni accedere debeamus. diſp. 211. num. 12.

104 Chriſtus potuit præcipere Apoſtolis, vt petentibus Euchariſtiam miniſtrarent, licet alijs liberum eſſet illam ſuſcipere. diſp. 213. num. 13.

105 Chriſtus diſcipulis in Emaus panem cōſecratum, tantum fregit, & dedit. diſp. 216. num. 8. & ſequentibus.

106 Chriſtus ſuum corpus & ſanguinem ſumpſit. ibidem num. 81. & ſequentibus.

107 Chriſtus corpus, & ſanguinem ſuum Iudæ in cœna dedit. diſp. 217. num. 6. *per errorem* 26. & ſequentibus.

108 Chriſtus Iudæ Euchariſtiam dedit poſt buccellam intinctam. ibidem num. 18. vide *Iudas*.

109 Chriſtus facta prima cœna, & ablutione pedum loquutus eſt de proditore buccellam illi dedit, & omnibus Euchariſtiam, &c. ibidem num. 19. & ſequentibus.

110 Chriſtus dedit Euchariſtiam Iudæ publico peccatori, quod alteri ſacerdoti non liceret, ibidem num. 31.

111 Chriſtus ſe ipſum in vltima cœna Patri ſacrificauit. diſp. 221. num. 27.

112 Chriſtus in Miſſa iam non meretur, ibidem numero 401.

113 Si Chriſtus haberet virtutem impetrandi, haberet etiam merendi. diſp. 230. num. 11.

114 Chriſti humanitas, vide *Humanitas*.

115 Chriſti exiſtentia in Euchariſtia, vide *Euchariſtia*, num. 51. & ſequentibus, & Chriſti *Exiſtentia*. numer. 1.

119 Chriſtus offert ſacrificium Miſſæ, tanquam ſacerdos per miniſtros. diſp. 225. num. 14.

120 Si Chriſtus proxime offerret ſacrificium Miſſæ, orare poſſet nunc in cœlo. ibi.

121 Si Chriſtus proxime offerret, denuo mereretur. ibi. num. 16. & 21.

122 Nullum meritum Chriſti poteſt inniti merito paſſionis eius, aut alteri priori, cum omnia ſint æqualia. ibi. num. 19.

123 Chriſtus non offert proxime, & actu pro nobis ſicut in cœna, & in cruce ſeipſum obtulit. diſp. 227. num. 24.

124 Chriſto conuenit ſacerdotium non ex electione, ſed natura ſua. ibi.

125 Chriſtus omnium ordinū in ſeipſo aliquod exemplum expreſsit. diſp. 242. num. 43.

126 Chriſtus linteo præcinctus, vt lauaret pedes diſcipulorum, ſubdiaconatus officium expreſsit. ibidem num. 44.

126 Chriſtus miniſtrans in cœna Sacramenti corporis & ſanguinis ſui diaconi munus expreſsit. ibidem.

127 Chriſtus in cœna corpus, & ſanguinem ſuū conſecrans officio ſacerdotis functus eſt. ibi.

128 Chriſtus in cœna dicens: *Hoc facite in meam commemorationem*. Et cum dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* Epiſcopi figuram expreſsit. ibi.

129 Chriſtus vndecim Apoſtolos proxime in Epiſcopos ordinauit. Matthæi vltimo, illis verbis: *Data eſt mihi omnis poteſtas, &c.* ibi. num. 57.

130 Chriſtus munere Epiſcopi, non ſolum ordinando ſacerdotes, ſed etiam Epiſcopos functus eſt. ibidem.

131 Chriſtus fuit ſacerdos non iure hæreditario, ſed ſecundum ordinem Melchiſedech. diſput. 244. num. 5.

Chriſti exiſtentia.

1 Totus Chriſtus exiſtit ſub qualibet parte ſpecierū diuiſa ante conſecrationem, & ſpecialibus verbis conſecrata. diſp. 188. num. 2.

2 Et etiam ſi plures ſpecies indiuiſæ vnica ſolū verborum forma conſecrentur. ibid.

3 Totus Chriſtus exiſtit ſub ſingulis partibus diuiſis poſt conſecrationem. ibid. num. 2.

4 Falſo citantur aliqui Autores, quaſi dixerint totum Chriſtum exiſtere ante diuiſionem in tota quantitate panis, & partem in parte. ibidem numero 4.

5 Dici nequit totum Chriſtum exiſtere in tota quantitate, & partem in parte, niſi admittatur Chriſtum cum ſua quantitate eſſe modo diuiſibili. ibidem num. 5.

6 Si Chriſtus modo diuiſibili in Sacramento exiſteret, non poſſet totus ſub tam parua quantitate cōcludi. ibidem.

7 Ante diuiſionem ſpecierum non exiſtit totus Chriſtus in tota quantitate, & pars in parte diſentiente nullo. ibid. & num. 8.

8 In bonum ſenſum explicantur Autores, vt putauerint totum Chriſtum eſſe ſecundum ſe in ſingulis partibus materiæ diuiſis, in quibus ante diuiſionem erat cum dependentia ab *alijs*, & per modum vnius. ibid. num. 7.

9 Eodem modo philoſophantur Autores de corruptione alicuius partis in diuiſione. ibid.

10 Et ſi Chriſtus incipiat eſſe totus in ſingulis partibus diuiſis, in quibus antea totus non erat, non fierent plures conuerſiones panis in corpus Chriſti. ibid. num. 8. & 9.

11 diuerſo modo Chriſtus exiſtit in partibus ſingulis diuiſis, & ante diuiſionem nemine negante. ibid. num. 10.

12 Totum Chriſtum exiſtere in tota hoſtia, & totū in ſingulis partibus ante diuiſionem, omnes Scholaſtici docent. ibid. num. 11.

13 Certum videtur contra aliquos totum Chriſtum exiſtere in ſingulis partibus ſpecierum quantumuis paruis ante diuiſionem. num. 13. & ſequentibus.

14 Licet hoc non ſit ab Eccleſia definitum, oppoſitum erroneum, & temerarium eſt, ibid. num. 17. & ſequentibus.

15 Si in minima parte ante ſeparationem aliquid tantum Chriſti exiſtat, ſequitur Chriſtum

non

non eſſe modo indiuiſibili in Euchariſtia, ibid. num.10.
16 Fit etiam partem illam ſeparatam non poſſe retinere totum Chriſtum, ibid.
17 Si in illa minima parte nec totus Chriſtus, nec illius aliquid exiſtat, nec in tota quantitate aliquid Chriſti erit, ibid. nu.21.
18 Chriſtus nō exiſtit in indiuiſibilibus Euchariſtiæ, ſed ſolum in partibus. ibid. num.24.
19 Solum Chriſtus exiſtit vbi erat ſubſtantia panis, & vini ibid. num.24. & 25.
20 Dici non poteſt Chriſtum exiſtere in indiuiſibilibus quantitatis, ſi indiuiſibilia ſubſtantiæ nō ſunt materia conſecrationis, ibid. num.27.
21 Quamuis ob continuitatem præſentiæ Chriſtus exiſteret in indiuiſibilibus continuatiuis, non ideo eſſet interminatiuis. ibid. num.28.
22 Si Chriſtus exiſteret in indiuiſibilibus quantitatis facta diuiſione illius, inciperet Chriſtus de nouo exiſtere in extremis indiuiſibilibus. ibid.
23 Chriſtus exiſtere non poteſt vbi antea non erat, ſine noua conſecratione, ibid.
24 Chriſtum poſſe potentia abſoluta exiſtere in indiuiſibilibus quantitatis ſimul cum partibus, vel in illis tantum, non ſatis liquet. ibid.
25 Corpus Chriſti exiſtit in quantitate per modum poſitiuum vnionis. ibid. num.30. & diſputatione 186. num.59.
26 Modus indiuiſibilis exiſtendi corporis Chriſti, diuerſus eſt à modo indiuiſibilitatis indiuiſibilis quantitatis diſp.188.num.31.
27 Chriſtus non exiſtit in Sacramento, vt in loco, nec habet proprium vbi, & diſtantiam, ſed ſolum ratione ſpecierum, ſicut Angelus dicitur eſſe in loco. diſput. 190. numero 15. & ſequentibus, vſque ad 46.
28 Chriſtus ſecundum modum coniunctionis cū ſpeciebus, quo intrinſecè exiſtit, non mouetur per ſe, nec proprio motu, ſed ſolum motu ſpecierum. ibidem.
† 29 Chriſtus prout exiſtens in Euchariſtia, nequit ſpecies viſibiles ſui naturaliter in oculum producere, nec naturaliter ab eo videri. diſput. 191. num. 2. & 3.
30 Corpus Chriſti exiſtit in Euchariſtia modo indiuiſibili ſine extenſione quantitatis ad locum. num.2.
† 31 Chriſtus exiſtens in Euchariſtia videri poteſt oculo corporeo virtute ſupernaturali prædito. ibidem num.7. & ſequent.
† 32 Poſſibilem eſſe viſionem Chriſti exiſtentis in Euchariſtia plures cum Sancto Thoma tradunt, ſed non eodem modo. ibidem num.8.9.10. & 11.
† 33 Chriſtus exiſtens in Euchariſtia, non poteſt vlla ratione ſpeciem ſui in oculum producere. ibidem num.12.
† 34 Poſſet Chriſtus exiſtens in Euchariſtia videri, aut ſpecie à ſolo Deo producta, aut Deo cum ſpecie cū oculo concurrente. ibidem.
† 35 Chriſtus in Euchariſtia, nihil contrarium modo extenſionis in loco habet, quod impediat ne videatur. ibid. num.13. & 14.
† 36 Modus indiuiſibiliter exiſtendi corporis Chriſti, non eſt poſitiuus, ſed ſola priuatio extenſionis in loco. ibidem.
† 37 Chriſtus exiſtens in Euchariſtia, prout ſpeciebus coniunctus videri poteſt, non tamen modus ipſe vnionis. ibid. num.14.18. & 19.
† 38 Chriſtus exiſtens in Euchariſtia, poteſt actiones ſpirituales ſine dubio exercere. diſp.191. num. 23. & 28.
† 39 Si Chriſtus ſolum exiſteret in Sacramento, nō poſſet intelligere, & velle, ſicut nec exercere operationes ſenſuum. ibidem
† 40 Poteſt tamen modo intelligere Chriſtus prout in Sacramento, quia extra Sacramentum operatur ſenſu interiori. ibidem.
† 41 Chriſtus prout exiſtens in Sacramento, nō poteſt intelligere per conuerſionem ad phantaſma, ſicut nec phantaſmate vti. ibi.
† 42 Chriſtus prout exiſtens in Sacramento, non poteſt elicere operationes ſenſus etiam interni, eodem numero in ſine.
† 43 Modus exiſtentiæ Chriſti in Euchariſtia, pendet à modo naturali exiſtendi in cœlo, ſine quo non eſſet. diſp.192. num.1.2.3. & 4.
† 44 Chriſtus exiſtens in cœlo, non eſt cauſa exemplaris, nec phyſica inſtrumentaria exiſtentiæ in Sacramento. ibidem num.2.
45 Chriſtus ita voluit exiſtere in Euchariſtia, vt ſupponeret, ſe in cœlo futurum, & non aliter. ibidem.
46 Chriſtus voluit exiſtere in Sacramento, vt exiſtens in cœlo nobis ſolatium relinqueret. ibidem num.4.
47 Nullus docet exiſtentiam Chriſti in Euchariſtia nō pendere ab exiſtentia ſubſtantiali ipſius. ibidem num.5.7.8. & 9.
† 48 Modus exiſtentiæ Chriſti in Sacramento, non pendet ſuapte natura à modo exiſtendi naturaliter extra Sacramentū, ſed ex ſola inſtitutione. ibidem num.7. & 8.
49 Fieri non potuit, vt prius Chriſtus exiſteret in Sacramento, & poſtea ex viſceribus B. Virginis gigneretur. ibidem num.12.
50 Chriſtus potuit in Euchariſtia exiſtens de Virgine naſci. ibidem.
† 51 Quæ Chriſto exiſtenti in vno loco abſolute conueniunt, ipſum vbicumque fuerit naturaliter comitantur. ibid. num.25. & ſequent.
52 Chriſtus non orat in cœlis, quia iam Deus illi promiſit, quidquid ob illius merita facturus eſt, & hæc ex Chriſti libero arbitrio non pendet. diſp.197. num.59. Vide *Oratio*.

Chriſti ſanguis.

1 Si in ſpecie panis, totus eſſet actus Euchariſtiæ contineretur non diceretur ſanguis Chriſti ſub ea cōtentus bibi, ſed manducari, diſput. 215. numero 29.
2 Sanguis Chriſti, hoc eſt, ex imagine Chriſti percuſſi fluens ad omnes fere Eccleſias delatus, eſt. diſp. 216. num.29.
3 Non prius ſanguis Chriſti ſumendus eſt, ſed è contrario. ibidem num.31. Vide *Calix Chriſti*.
4 Chriſti ſanguis, qui in calice conſecratur, iure optimo vocatur nouum Teſtamentū, prout in Cruce re ipſa effuſus fuit. diſputatione 221. numero 41.

Chriſti verba.

1 Verba Chriſti apud Lucam 22. ad ſolum calicem conſecratum referuntur. diſput. 196. num. 36. & ſequentibus.
2 Verborum Chriſti verus, & germanus ſenſus per otium exponitur ibidem, vſque ad numer. 43.
3 Aliqua Chriſti verba ad Paſcha, alia vero ad calicem ſanguinis referuntur, ibid. n.39. & ſequent.

4 Chriſtus ſuis verbis ſignificauit ſe amplius non manducaturum, nec bibiturum, donec cum diſcipulis in regno Dei iterum manducaret, & biberet, ibid. n. 46. & 47.
5 Per regnum Dei intellexit Chriſtus ſtatum reſurrectionis, in quo cum diſcipulis victurus erat immortali vita ibid. vide *Verba conſecrationis.*

Chryſoſtomus.

1 Non negauit, aquam vino conſecrando eſſe miſcẽdam, aut eam Chriſtum miſcuiſſe, & ipſe ſemper miſcuit, diſp. 177. num. 23.
2 Priora verba capitis 6. Ioannis, non de carne Chriſti, ſed de diuinitate intelligit Chryſoſtomus, ſecus poſteriora, diſp. 179. nu. 45.
3 Non docuit Chryſoſtomus ſubſtantiam panis, & vini manere in Euchariſtia. diſputatione 180. numer. 102.
4 Solum docet, Chriſtum eſſe præſentem reipſa ſub ſpeciebus, non tamen hoc habere per verum vbi cum diſtantia. diſp. 190. num. 37.
5 verba illa formæ conſecrationis, *Frangitur*, & *effundetur*, refert Chryſoſtomus ad paſſionem Chriſti. diſp. 199. num. 19.
6 Per verba, *In remiſſionem peccatorum*, intelligit Chryſoſtomus redemptionem vniuerſalem totius generis humani. ibidem.
7 Loquitur aliquando Chryſoſtomus de fractione Chriſti in Euchariſtia, aliquando de fractione in paſſione ſumpta fractione pro communicatione, qua ſe omnibus dedit. ibidem numero 22. 23. & 24.
8 Docet peculiarem aliquam vnionem realem carnis Chriſti ad noſtrã per Euchariſtiam fieri, & perſeuerare adhuc corruptis ſpecibus in ſumentibus digne. diſp. 204. num. 15. & 16.
9 Non negat Chryſoſtomus quemlibet debere confeſsionem mortalis præmittere ante Euchariſtiam diſp. 207. num. 34. & 35.
10 Docet Chryſoſtomus oportere nos ieiunos ad Euchariſtiã accedere, & hortatur, vt poſt ſumptionẽ abſtinentes ſimus. diſp. 211. num. 9. & 13.
11 Docet Chryſoſtomus, Chriſtum in Emaus corpus ſuum diſcipulis tradidiſſe. diſputatione 216. numero 12.
12 Numquam docet ſpecies vini ſeruatas fuiſſe in ſacratijs, ſed loquitur de reliquijs ſanguinis Chriſti in ſanctuario ſeruatis. ibi. num. 28. & 29.
13 Non definit Chryſoſtomus, laicis neceſſario dandum eſſe calicem Chriſti. ibidem num. 71.
14 Chryſoſtomus docet Chriſtum de calice conſecrato prius bibiſſe, & de pane conſecrato manducaſſe. ibid. num. 83.
15 Chryſoſtomi locus difficilis de ſeptem diaconis, ab Eraſmo oſcitanter in Latinum conuerſus explanatur. diſp. 236. num. 44.

Cibus.

† 1 Cibus, & potus, ſolum ſignificant recreationem, & corroborationem viuentium. diſput. 205. numero 26.
† 2 Cibus ſpiritualis, & materialis, non eodem modo unt cauſa nutritionis. diſputatione 206. numero 18.
3 Aliqui cibi, ſimul pellunt famen, & ſitim extinguunt ſola manducatione. diſputatione 215. numer. 29.

Circumciſio.

1 Circumciſio dicebatur proprie fœdus, aut pactum, quia cecidit ſuper pactum. diſputatione 199. numer. 43.
2 Non obeſſet circumciſionem dici pactum per figuram, dummodo proprijs verbis eſſet inſtituta. ibidem.

Ciſtercienſes.

1 Ciſtercienſis Abbas, vide *Abbas*. numero 3. & 4.

Clemens.

1 Clemens Romanus docet Chriſtum vino conſecrãdo aquam miſcuiſſe, diſp. 176. num. 7.
2 Clemens Alexandrinus diſtinguit duplicem ſanguinem Domini carnalem, & ſpiritalem, & quomodo. diſp. 179. num. 63.
3 Clemens Romanus non vocat Euchariſtiã antitypon, corporis, & ſanguinis Chriſti, ſed paſſionis tantum. diſp. 197. num. 47. & 48.
4 Clemens ſextus Pontifex docet maius gratiæ augmentum percipi ex communione in vtraque ſpecie quam in vna tantum. diſputatione 215. numero 6.
5 Clemens Alexandrinus, non dicit ſine potu ſanguinis neminem poſſe incorruptionem conſequi. diſp. 219. num. 63. & 64.
6 Clemens Romanus ſenſit, Chriſtum corpus, & ſanguinem ſuum Iudæ non dediſſe. diſp. 217. numero 2. & 3.
7 Clemens Romanus docet diaconis conuenire diſpenſare Euchariſtiam, non ex officio, ſed ex comiſſione. diſp. 219. num. 5.
8 Clemens Pontifex quinque tẽpora aſſignauit adſacros Ordines ſuſcipiendos. diſputatione 246. numero 41.

Clementina.

1 In clementina *Religioſi* imponitur pœna excommunicationis religioſis, qui ſine licentia parochialis presbyteri Euchariſtiam laicis miniſtrare præſumpſerint. diſp. 219. num. 31.
2 Per presbyterum parochialem intelligit Clementina, parochum licet presbyter nõ ſit, & potioni ratione Epiſcopum, & Pontificem ſummum. ibidem num. 32.
3 Intelligitur etiam in Clementina nomine presbyteri parochialis Vicarius ipſius. ibi.
4 Non imponitur in Clementina pœna miniſtrantibus ex ignorantia, vel ex voluntate præſumpta parochi. ibi. num. 33.
5 Pœna illa imponitur in Clementina religioſis diſpenſantibus Euchariſtiæ, non vrgente neceſsitate ſiue publice, ſiue ſecreto, ibidem.
6 Non eſt hæc pœna impoſita religioſis miniſtrantibus Euchariſtiam aliis religioſis, etiam ſine licentia præpoſitorum. ibi. num. 34.
7 Non eſt impoſita pœna in Clementina miniſtrantibus ex licentia circa hoc Sacramentum, aut ex peculiari priuilegio. ibi. num. 35.

Clericis.

1 Clerici dicti a voce Κλῆρος Latine ſors, hæreditas. diſp. 236. num. 9.
2 Clerici conſtituti in minoribus poſſunt ducere virginem in vxorem, diſp. 249. num. 39.
3 Aliam præter virginem ducentes in ordine miniſtra non ſinuntur, ibid.
4 Quare hi clerici peccatum graue non committant huiuſmodi vxorem ducentes, ibid.
5 Clerici Matrimonium contrahentes amittunt beneficia Eccleſiaſtica, & poſſeſsiones clericales ſulo collatas. ibi.

Qui

6 Quinam clerici ſint ad capillorum coronam ferendam obligati. diſp. 250. num. 21.
7 An clericus obligetur ad coronam ferendam ſub mortali, aut ſub veniali. ibidem num. 22.

Clerus.

1 Clerus vniuerſus ſimul cum populo aliquando Epiſcopum antiquitus eligebat. diſput. 244. numero 25.

Cletus.

1 Cletus, & Linus, abſolute creati ſunt Epiſcopi abſque vlla Eccleſia. diſp. 241. num. 8.
2 Non fuerunt Chorepiſcopi. ibidem.

Cælum.

1 Creato nouo cœlo ſupra primum hoc diceretur eſſe vbi antea erat contineri tamen de nouo. diſ. 182. num. 20.

Cœna.

† 1 Cœna, præcipuum prandium olim erat. diſp. 172. num. 76.
2 Cœna ſi in Sabbatho pararetur, impura eſſet ibidem.
3 Cœna dici potuit eſus agni, non tamen omnia, quæ Chriſtus nocte illa fecit, vna cœna dici poſſunt ibidem num. 103.
4 Iniuſte afferuntur aliqui Patres, quaſi dixerint in cœna agni Chriſtum, & Apoſtolos recubuiſſe. ibidem num. 106.
5 Non probatur efficaciter Chriſtum tres cœnas feciſſe ibidem num. 109. & 110.
6 Recumbere idem eſt, quod ad menſam accedere, & cœnare. ibidem.
7 Pro cœna agni non erat mos lauandi pedes. ibidem.
8 Pro cœna agni, Iudæi pedes non lauabant, nec diſcipuli Chriſti lauarunt. ibid. num. 113.
9 Ante communem cœnam, mos erat lauandi pedes conuiuarum, cum deberent recumbere. ibid. num. 115.
10 Cœna Dominica, apud Paulum non eſt Euchariſtia, ſed communis cœna pro omnibus poſt illam. diſp. 211. num. 20 & 21.
11 Anticipatio Dominicæ cœnæ in Corinthijs mortale erat, vel ob præceptum Pauli, vel ob effectum ſchiſmatis. ibidem num. 22. & 23.
12 Cœna Dominica, non ſolum hebat in die anniuerſario cœnæ Domini, ſed etiam in alijs diebus anni. ibidem num. 24.
13 Cœna pura quæ, & cur dicatur, vide *Paraſceue.* num. 4.
14 In qua cœna Chriſtus conſecrauerit, vide *Chriſtus*, num. 25. & 27.

Cæremonia.

1 Ratione cæremoniarum, quæ additæ ſunt ab Eccleſia in Miſſa, non ſuperordinatur aliquid teſtamento Chriſti, diſputatio 221. num. 42. vide *Cultus.*

Cogitatio.

† 1 Cogitatiua facultas nobilior, omni ſenſu exteriori, & vniuerſalior, non poteſt aliquid indiuiſibile, vel indiuiſibili modo exiſtens confingere. diſput 191. num. 2. & 3.
† 2 Vim habet cogitatio vtendi ſpecie repræſentatiua auri, verbi gratia cum quantitate, & figura ad cogitandum ſolum colorem auri, ſine quantitate eius cum quantitate, & figura alterius, non tamen ſine omni quantitate, ibidem numero 3.

Colonienſe Concilium.

1 Non docet verba omnia quæ ponuntur pro conſecratione calicis eſſe formæ conſecrationis eſſentialia. diſp. 198. num. 10. & 30.

Color.

† 1 Color indiuiſibili modo exiſtens, nec ſpeciem ſui producere, nec ab oculo videri naturaliter poteſt. diſp. 191. num. 2. & 3.
† 2 Color poteſt videri ab oculo corporeo ſupernaturali virtute prædito. ibidem num. 7. & ſequentibus.
† 3 Color in Sacramento, & extra eiuſdem rationis, & eodem modo inſe viſibilis, ibid. n. 12.

Communio.

1 Communio appellatur Euchariſtia ratione vnionis realis, moralis carnis Chriſti cum carne digne ſumentis, diſp. 204. num. 41.
2 Communio laica non ſolum erat eorum qui non conſecrabant, ſed etiam qui ſub ſpecie ſolius panis communicabant. diſp. 216. num. 32.
3 Communio laica non diſtinguebatur à ſacerdotali, ex eo ſolum quod in diſtincto loco eſſet. ibidem num. 33.
4 Communio laica peregrina etiam appellata eſt. ibidem num 35. & 36.
5 Communio præſanctificatorum eſt communio Euchariſtiæ ſub ſpecie ſola panis, quæ eo die non conſecratur. ibid. num. 36.
6 Communio præſanctificatorum, tam in Eccleſia Græca, quam Latina, aliquibus diebus obſeruatur. ibidem.
7 Excommunione præſanctificatorum recte colligitur, licitam eſſe communionem laicorum, ſub ſpecie ſola panis. ibid.
8 Communio ſub vtraque ſpecie iure optimo laicis interdicta eſt ab Eccleſia Latina. ibidem nu. 39. & ſequentibus.
9 Aliquibus conceditur communio ſub vtraque ſpecie, & alijs poteſt aliquando licere. ibid. num. 46. & 47. vide *Euchariſtiæ ſuſceptio.*
10 Communio Iudæ, vide *Iudas.*

Concilium.

1 Quam plura Concilia definiunt veram, & realem Chriſti præſentiam in Euchariſtia. diſp. 177. num. 17. vſque ad 25.
2 Plura Concilia locum Ioannis 6. *Niſi manducaueritis, &c.* intelligunt de corporali manducatione. ibidem num. 38.
3 Plura Concilia definiunt nihil ſubſtantiæ panis, aut vini in Euchariſtia poſt conſecrationem manere. diſp. 180. num. 15. vſque ad 19.
4 Quando Concilij definitio directe contra aliquam opinionem pugnat hæreſis illa cenſenda eſt. ibidem num. 109.
5 Quando Concilium docet ex aliquo loco Scripturæ veritatem aliquam Eccleſiam collegiſſe nequit illud fundamentum non eſſe firmum. diſput. 181. num. 102.
6 Non ſolum definit Concilium in capitibus e.. contra quæ hæreſes ab hæreticis traditæ ſunt. diſput. 187. num. 21.
7 Concilia non ſubiungunt damnationem pro ſinguiis legibus à ſe latis, ſed quando ſtatuunt contra errorem aliquem præcedentem. diſput. 207. numer. 30.

8 Multa Concilia docent præmittendam eſſe confeſsionem mortalis ante Euchariſtiam. ibidem numer. 37.
9 Plura Concilia ad ſuſceptionem Euchariſtiæ extra caſum neceſsitatis ieiunium definiunt. diſput. 211. num. 3. & ſequentibus.
10 Aliqua Concilia Euchariſtiam energumenis omnibus, vel aliquibus ob aliquam cauſam negarunt. diſp. 212. num. 29.
11 Plura Concilia tradunt legem de miniſtranda Euchariſtia pro viatico in articulo mortis. diſp. 214. num. 6. 7. & 8.
12 Aliqua Concilia determinarunt præceptum ſuſcipiendi Euchariſtiam, ad tria ſaltem anni tempora. ibid. num. 24.
13 Aliqua Concilia diuerſa loca pro communione deſignarunt. diſp. 216. num. 33.
14 Concilia prohibent laicis vſum calicis. ibidem num. 39.
15 Ex nullo Concilio colligitur illicite laicos priuari vſu calicis. ibid. num. 78.
16 Definiunt Concilia miniſtrum neceſſarium conſecrationis eſſe ſacerdotem. diſp. 218. nu. 9.
17 Aliqua Concilia poteſtatem ordinariam diſpenſandi Euchariſtiam Paſtoribus Eccleſiarum docet conuenire. diſp. 219. num. 21.
18 Concilia vnanimi conſenſu definiunt, Ordinem Sacramentum eſſe. diſput. 235. num. 6. & ſequentibus.
19 Concilium Prouinciale, poteſt errare ante Pontificis confirmationem. diſp. 249. num. 9.
20 Concilia in morum decretis aduerſari ſibi poſſunt, & quomodo. ibid. num. 19.
21 *Concilia ſpecialia ſpecialibus verbis inueniri.*

Concomitantia.

1 Per concomitantiam totus Chriſtus eſt ſub qualibet ſpecie. diſput. 223. num. 36. vide *Chriſti exiſtentia.*

Concretum.

1 Concretum ſubſtantiæ ſupponitur pro natura ipſa, ideſt pro compoſito ex vtraque parte, diſp. 186. num. 18.
2 Non poteſt concretum pro altera parte tantum compoſiti ſupponi, ibid.
3 Concretum accidentis directe ſupponitur pro ſubiecto habente formam connotata forma indirecte. ibid.

Confeſſarius.

1 Poteſt eſſe confeſſarius idoneus vt abſoluat pœnitentem ab omnibus peccatis, & tamen aliquem cum eo integre confiteri non debere, diſput. 208. num. 5.
2 Si confeſſarius non poteſt abſoluere à caſibus reſeruatis, non eſt cenſendus pœnitens habere copiam confeſſoris. ibi. num. 7.
3 Non decet confeſſarium in altari confeſsionem alicuius audire. ibidem num. 11.
4 Non debet permittere miniſtrans Euchariſtiam; vt aliquis, vel ibi confiteatur, vel diſcedat ſine cõmunione. ibidem.
5 Poteſt confeſſarius ratione peccati in confeſsione cogniti remouere pœnitentẽ ab officio, ſi abſque nota, aut ſuſpicione violat onis ſigilli id fieri poſsit. diſp. 209 num. 53.
6 Poteſt vti confeſſarius ſcientia confeſsionis, vt neget Euchariſtiam ſine teſte peccatori occulto eã ſecretò petenti. ibidem.
Quando confeſſarius non nouit peccatum in confeſsione, neque alij id ſuſpicari poſſunt, poteſt Euchariſtiam negare, coram alijſ peccatum ſcientibus. ibid. num. 56.

Confeſsio.

1 Confeſsio omnino neceſſaria eſt, vt abſolutionis beneficium conferatur. diſp. 206. num. 16.
2 Non debet quis confiteri vt duo peccata, nec vt circunſtantiam aggrauantem ſimultaneam tranſgreſsionem plurium præceptorum prohibentium opus ob eandem rationem motiuam. diſput. 207. num. 6.
3 In confeſsione non debet quis neceſſario explicare ſe ad Euchariſtiam duobus, aut pluribus mortalibus impeditum acceſsiſſe. ibidem, & num. 12.
4 Non eſt neceſſario præmittenda confeſsio pro venialibus ad Euchariſtiam ſuſcipiendam. ibidem num. 19.
5 Neceſſarium eſt, nunc confeſsionem Sacramentalem mortalis cõmiſsi præmittere ad dignam Euchariſtiæ ſuſceptionem. ibi. num. 22.
6 Semper neceſſarium fuit ex præcepto ab initio Eccleſiæ confeſsionem mortalis præmittere Euchariſtiæ ibidem num. 24. & ſequent.
7 Præceptum præmittendi confeſsionem ad Euchariſtiam eſt Diuinum à Chriſto in ipſa Sacramẽti inſtitutione traditum. ibidem num. 40. & ſequẽtibus.
8 Si pro quocunque mortali non eſſet neceſſaria cõfeſsio ad Euchariſtiam, non eſſent arcendi ab illa pœnitentes contriti. ibidem num. 38.
9 Confeſsio præmitti debet Euchariſtiæ iure Diuino, non naturali, ſed poſitiuo. ibi. num. 40.
10 Nulla alia probatio niſi per confeſsionem, ſat eſt peccatori ad ſuſcipiendam Euchariſtiam. ibi. numero 43.
11 Ob aliquam cauſam poteſt interdum non præmitti confeſsio mortalis ad Euchariſtiam. diſput. 208. num. 1.
12 Improbabile eſt poſſe confeſsionem mortalis non præmitti ad Euchariſtiam ob maiorem deuotionem, facta copia alicuius confeſſarij. ibid. n. 3. & 4
13 Sine præmiſſa confeſsione mortalis communicare licet, ſi non ſit copia confeſſarij, & neceſsitas vrgeat. ibi. num. 5. & ſequentibus.
14 Poteſt, & debet præmitti Euchariſtiæ confeſsio nõ integra, quando ex confeſsione alicuius peccati graue incommodum ſequeretur, & neceſsitas cõmunicandi vrgeret. ibidem.
15 Annua confeſsio non poteſt omitti, licet quis integre confiteri ob incommodum graue non poſsit. ibidem.
16 Neceſsitas communicãdi præmiſſa confeſsione vrget, aut quando præceptũ inſtat, aut quando omiſſio eſſe nequit, ſine nota infamiæ. ibidem. num. 8. & ſequentibus.
17 Non debet confeſsio alicuius peccati audiri à ſacerdote exiſtenti in altari. ibidem num. 11.
18 Non poteſt ſacerdos ab altari diſcedere, vt alicuius peccati confeſsionẽ audiat. ibidem num. 12.
19 Non poteſt non præmitti confeſsio mortalis ad Euchariſtiam ratione ſcandali ſtricti, ſed ratione infamiæ. ibidem nu. 14. per errorem 41.
20 Sacerdos, qui celebrauit vrgente neceſsitate, non præmiſſa confeſsione mortalis debet cum primũ potuerit confiteri. ibidem num. 16.
21 Confeſsionis tempus determinari poteſt ab Eccleſia, & confeſsionem Sacramentalem præcipi, licet non quoad interiora, ibidem num. 17. & 18.

Non

22 Non tenetur confiteri finita Miſſa, quam primum poſit ſacerdos, qui ſine neceſſitate vrgenti celebrauit non præmiſſa confeſſione mortali. ibidem num. 19.

23 Non tenetur confiteri ſacerdos, qui habens copiam confeſſarij, & recordatus peccata etiam ante ſumptionem Euchariſtiæ, ratione infamiæ non confitetur. ibi. num. 20.

24 Solum obligat confeſſio, quam primum poſſit ſacerdotem, qui non habens copiam confeſſarij vrgente neceſſitate celebrauit, non præmiſſa confeſſione, cum conſcius eſſet mortalis. ibidem numer. 22.

25 Eodem modo facienda eſt confeſſio in prædicto caſu, ſiue ſacerdos celebrauerit conſitus, ſiue ſecus. ibidem.

26 Præceptum hoc confitendi, quam primum poſſit in caſu dicto, non obligat laicos, aut ſacerdotes laicorum more communicantes. ibidem.

27 Non præmittere confeſſionem ante Euchariſtiã, non eſt duplex, ſed vnũ tantũ peccatum ibid. n. 24.

28 Cum ſacerdos tenetur confiteri poſt communionem, cum primum poſsit, obligatur etiam ad confeſſionem interioris. ibidem num 25.

29 Sine detrimento ſecreti confeſſionis, negari poteſt Euchariſtia ſine vllo teſte peccatori noto tantum in confeſſione ipſa. diſput. 209. numer. 53.

30 Violaretur ſecretum confeſſionis, ſi negaretur Euchariſtia peccatori coram alijs ſcientibus idem peccatum quando in confeſſione notum eſt. ibidem num. 56.

31 Monere pœnitentẽ, aut dirigere circa peccatum audituin confeſſione, non eſt improperare illi peccatum, nec contra reuerentiam debitam Sacramẽto confeſſionis. ibidem.

32 Ineptum medium, & periculoſum ad purgationem delicti Prælatum audire confeſſionem ſuoditorũ. diſp. 210. num. 16.

33 Prælatus non poteſt vti ſcientia confeſſionis ſine detrimento ſecreti debiti, ibidem.

34 Confeſſionis præceptum vide *Præceptum*, num. 56.

Confirmatio.

1 In confirmatione vngimur gratia Spiritus Sancti, quæ ſolum eſt quædam participatio Diuinitatis. diſput. 197. num. 41.

2 Confirmationis miniſter iure Diuino conſtitutus eſt Epiſcopus. diſp. 219. num. 3.

3 Confirmatio miniſtrari poteſt a ſimplici ſacerdote ex commiſſione. ibi.

4 Confirmatio quare augmento corporali comparetur in commentario art. 1. quæſt 77.

Coniugatus, & coniux.

1 Coniuges ratione adhæſionis ex affectu fiunt vna caro, & vnum corpus. diſp. 204. num. 34. 35.

2 Coniux dubius de valore Matrimonij debet petenti coniugale debitum reddere. diſput. 209. num. 24.

3 Coniugibus quondam interdicta erat Euchariſtia, eo die quo ſe carnaliter cognouerint. diſp. 210. num. 26. & 27.

4 Nullus coniugatus in Eccleſia Latina ad maiores Ordines promouebatur, niſi prius emitteret votum continentiæ ſimul cum vxore. diſp 245. numer 50.

5 Coniugati in Eccleſia Græca, vt eſſent Epiſcopi vouebant caſtitatem, presbyteris vero, & diaconis licebat cum vxoribus vitam degere. ibidem num. 52.

Coniugium.

1 Coniugium ſpirituale Epiſcopi cum Eccleſia iure Diuino conſtituere ambigere non licet. diſput. 241. num. 40.

Coniunctio.

† 1 Quæ coniunctiones ſunt permanentes coniunctiones ſimul eſſe debent neceſſario, præcipue, ſi adæquatæ coniungantur. diſp. 285. num. 8. & 9.

Connotatio.

† 1 Connotatio eſt conſignificatio, ideſt vnius cum alio ſignificatio. diſp. 185. nu. 15.

† 2 Connotatiui ſignificatio conſtat ex directa ſignificatione, & ex connotatione directum, & indirectum ſignificatum requirens. ibi.

† 3 forma concretorum connotatur indirecte, non directe ſignificatur. ibi. num. 16.

† 4 si nomine *Corpus*, connotaretur Diuinum ſuppoſitum illud eſſet ex vi verborum in Euchariſtia. ibidem.

5 Corpus non connotat ſuppoſitum, nec magis Diuinum, quam humanum connotaret. ibi.

6 Connotari dicitur, quod in obliquo caſu ſignificatur, & in recto de ipſo vox non prædicatur, ſed in obliquo. diſp. 187. num. 30.

Conſcientia.

1 Conſcientia erraminis impediens Ordinis executionem, licet ſit rationabilis cauſa renunciationis Epiſcopatus, non tamen ad translationem. diſput. 241. num. 56.

Conſecratio, & conſecrare.

1 Tam Græcus, quam Latinus, ſacerdos in conſecratione panis obſeruare poteſt, & debet morem propriæ Eccleſiæ. diſp. 174. num. 24. 25. 26.

2 Conſecrationis apta materia eſt panis, tam azymus quam fermentatus, n. 26. 32. 33.

3 Græci Romæ exiſtentes conſecrant in fomentato permiſſa Pontificis, ibid. & num. 29.

4 Aliqui religioſi qui Græco ſermone omnia Diuina, & miſſam in Italia celebrant, in azymo conſecrant, ibid.

5 Sacerdos peregrinus, vel qui ſolum negotij alicuius cauſa alicubi habitat, tenetur conſecrare ſecundum morem propriæ Eccleſiæ. ibidem numer. 28.

6 si Græci vel Latini, in alieno ſolo propriam Eccleſiam habere permittantur, tenentur conſecrare, iuxta conſuetudinem propriæ patriæ. ibid. num. 29.

7 si Græcus inter Latinos, & contra, vt incola habitaret, nec haberet propriam Eccleſia, deberet conſecrare iuſta conſuetudinem Eccleſiæ in qua viuit ibidem num. 30.

8 Non licet in conſecratione vti fermentato vel azymo indiſcriminatim, vt falſo docet Caluinus. ibidem num. 33.

9 Nos conſecrando in azymo Chriſtum imitamur, nec cum Iudæis in vſum azymi conuenimus, ibi. num. 35. 36. 37.

10 Conſecratio in aceto, nec licita nec valida eſt. diſput. 175. num. 10.

11 In conſecratione duplex eſt Ordo in ipſis ſubſtantijs, & rebus ordinatis ſecundum denominationes. diſp. 181. num. 139.

12 In conſecratione alter ordo eſt conuerſionis, alter inuerſus ſucceſsionis; ibi.

13 In conſecratione primarius effectus à ſacerdote intentus eſt, quod primario ſignificatur verbis. diſput. 183. num. 15.

14 Illud in conſecratione fit conſequenter, quod verbis non exprimitur ad eorum tamen ſignificationem neceſſario requiritur, & eiſdem fit ibidem.

15 In conſecratione hic ordo ſeruatur, enuntiatur præſens corpus Chriſti, deſinit panis, & accidentia ſeparantur, ibi.

16 conſecratio eiſdem verbis, quibus nunc vtitur Eccleſia ſemel tantum prolatis à Chriſto fuit facta, diſp. 197. num. 6. vſque ad 12.

17 Non probatur ex Eugenio IIII. nec ex capite *cũ Martha*, conſecrationem factam fuiſſe a Chriſto verbis, quibus nunc vtimur, bene tamen ex Tridentino, num. 6. & 7.

18 Conſecratio perficitur verbis: *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt calix*, *&c.* quibus Chriſtus conſecrauit, abſque alia oratione. ibidem numer. 20. vſque ad 29.

19 Si conſecratio non fieret prolatis verbis conſecrationis, abſque alia oratione, nec verba vera eſſe poſſent, nec ex eorum veritate colligeretur conuerſio, ibi. num. 22.

20 Conſecratio eodem modo fieret, licet verba quæ in canone præmittuntur, omitterentur. diſp. 198. num. 4. 5. 6. & 7.

21 Conſecratio calicis fit antequam proferantur, verba illa: *Noui, & æterni teſtamenti*, *&c.* num. 17. & ſequentibus.

22 Si prædicta verba ad conſecrationem neceſſario pertinerẽt, aliqui Patres Græci, AEthyopes, & Mocaraues non conſecraſſent. ibi num. 19.

23 Conſecratio, & conſumptio, non poſſunt efficere vnum ſacrificium. diſp. 222. num. 27.

24 In ſola conſecratione Sacramenti altaris, tota eſſentia ſacrificij poſita eſt. ibidem num. 30. & ſequent.

25 Conſecratio eo ipſo, quod mortem Chriſti repræſentat, & quaſi præſentem eam efficit, denotat Deum autorem vitæ, & mortis. ibi. num. 65.

26 Conſecratio in Miſſa eſt oblatio. ibi. num. 70.

27 Omnis conſecratio nõ eſt oblatio, aut ſacrificium, omnis autem oblatio, & ſacrificium eſt quædam conſecratio. ibid. num. 71.

28 Ex ſola Dei voluntate inſtitui poſſet conſecratio vnius tantum ſpeciei pro ſacrificio incruento, & commemoratiuo. diſp. 223. nu. 36.

29 Conſecratio vtriuſque ſpeciei analogiam habet cum morte Chriſti, vt eam repræſentet, ibidem num. 36.

30 Conſecratio vtriuſque ſpeciei proxime non mortem, ſed mortis cauſam ſignificat. ibid. num. 37.

31 Ex duplici conſecratione non poteſt colligi duplex ſacrificium. ibi. num. 50.

32 Cum plures conſecrant, quilibet poteſt offerre, ac ſi ſolus conſecraret, diſp. 231. num. 41.

33 Conſecratiõ ex iure Eccleſiaſtico conceſſa, licet de facto ſemper cum re permaneat natura ſua, nõ eſt perpetua. diſp. 243. num. 16.

34 Conſecratio ex iure Diuino collata natura ſua eſt perpetua, ibid. num. 21.

35 Conſecrationis calicis materia, vide *Vinum*.

36 Requiratur ne ad conſecrationem calicis miſtio aquæ, vide *Aqua*, num. 1.

37 Conſecrationis verba, vide, *Verba conſecrationis*.

38 Conſecrationis forma, vide *Forma conſecrationis*.

39 Conſecrationis miniſter, vide *Miniſter*, a num. 2. & *Sacerdos*, à num. 70. *Conſecrationis locus*, vide *locus* num. 3. & ſequentibus.

Conſeruatio.

1 Conſeruatio corporis Chriſti non terminatur ad idem ad quod terminatur conuerſio. diſp. 181. nu. 73. & ſequent.

† 2 Conſeruatio corporis Chriſti per ſe terminatur ad corpus animatum. ibid. nu. 76.

3 Licet duplex ſit conſeruatio corporis Chriſti non totalis neutra terminatur primario ad terminum conuerſionis. ibid. num. 76.

4 Conſeruatio corporis Chriſti non poteſt eſſe conuerſio, ſi humanitas Chriſti, & verba conſecrationis ſolum ſint inſtrumenta moralia. ibi. nu. 86. & 87.

5 Conſeruatio non erit conuerſio, ſi humanitas, & verba ſint inſtrumenta Phyſica. ibidem numer. 88.

† 6 Nihil poteſt ſe ipſum conſeruare adhuc inſtrumẽtaliter. ibid num. 89. 90. & 94.

† 7 Nequit conſeruari Chriſti humanitas pluribus actionibus prout in cœlo, & prout in Euchariſtia. ibi. num. 90.

8 Non poteſt eadem res pluribus actionibus conſeruari, ſicut nec produci, niſi pluribus indigeat. ibidem.

9 Quamuis conſeruatio noua addenda eſſet Chriſto, vt exiſtenti in Euchariſtia, non poſſent addi ſingulæ conſeruationes pro ſingulis Sacramentis. ibi. num. 93.

† 10 Si eſſent duæ conſeruationes corporis, non haberent inter ſe ordinem aliquem. ibidem numero 94.

11 Sine alia conſeruatione, vel productione præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia, & deſitio panis optime ſtat. ibidem num. 97.

12 Sine alia conſeruatione, vel productione, vera tranſubſtantiatio defenditur. ibi.

† 13 Eadem actione conſeruatur Chriſtus in cœlo, & in terra. diſp. 182. num. 25.

† 14 Non ex vi huius conſeruationis, ſed alterius actionis conſtituitur corpus Chriſti in Euchariſtia. ibi. & num. 28.

† 15 Si corpus Chriſti duplici conſeruatione totali cõſeruaretur vtraque eſſet, vbicumque ipſum exiſteret. ibid. & num. 26.

† 16 Conſeruatio ſola ratione diſtinguitur à re creata. ibidem.

† 17 Conſeruatio rei omnino abſtracta eſt à loco. ibi. num 27.

† 18 Manente eadem cauſa conſeruante, etſi tempus varietur, non poteſt variari conſeruatio, ſecus variata cauſa. ibi.

† 19 Eadem conſeruatione vbique corpus Chriſti conſeruatur. ibi.

† 20 Si per conſeruationem corporis Chriſti eiuſdem præſentia produceretur, multiplex ponenda eſſet conſeruatio. ibi. num. 28.

† 21 Conſeruatio, nec primarie, nec ſecundarie terminatur ad præſentiam. ibi. num. 31.

Conſuetudo.

1 Sola negatio conſuetudinis nihil improbat, vt malum. diſp. 210. n. 17.

2 Antiqua conſuetudo fuit vt mulier poſt partum per aliquot dies Eccleſiam non intraret. ibid. n. 16.

3 Hæc conſuetudo abro gata eſt ita vt liberum illi ſit Eccleſiã ſtatim ingredi vel per aliquot dies cũ deuotione abſtinere, ibidem num.27.
4 Conſuetudo ſumendi Euchariſtiam pro viatico vim præcepti haberet ſi Præceptũ non eſſet. diſp. 214.num.6.
5 Conſuetudo negandi Euchariſtiam afficiendis vltimo ſupplicio merito ſublata eſt, ibidem num.19.
6 Conſuetudo quotidie communicandi fuit abinitio naſcentis Eccleſiæ. ibidem num.21.& 22.
7 Apud plures viguit conſuetudo communicandi quotidie, ibid.num.27.
8 Conſuetudo præbend laicis ſolam ſpeciẽ panis, ex ſcriptura, & patribus probatur omiſſa in efficaci probatione aliorum, diſp .216.n.7. & ſequentib
9 Vt conſuetudo vim legis obtineat debet eſſe valde manifeſta, diſp.232.num.24.
10 Conſuetudo Eccleſiæ vide *Eccleſia* num.6.16.29 & ſequentibus.

Conſumpito.

1 In conſumptione ſacerdotis, eſſentia ſacrificij nõ conſiſtit. diſp.322.num.23.
2 Conſumptio ad eſſentiam ſacrificij non pertinet, ibidem.
3 Conſumptio non eſt apta, vt pro ſacrificio Chriſti ineruento inſtitueretur ibidem.

Conſtantienſe Concilium.

1 Definit Concilium Coſtantienſe non manere ſubſtantiam panis aut vini poſt conſecrationem in Euchariſtia, diſput.180. num.16.
2 Solum definit totum Chriſtum ſub qualibet ſpecie integre contineri, & de fructu nihil dicit. diſp. 215.num.27.per errorem 18.
3 Damnat Concilium Conſtantienſe errorem Vvicleffi de Sacramento Ordinis. diſp.256.num.2.

Contemptus.

1 Omnis contemptus legis, & ſuperioris mortale peccatum eſt, vt pote expreſſa inobedientia. diſp. 199.num.29.

Continentia.

1 Continentiæ votum apud Latinos ſacris ordinibus eſt annexum. diſp.246. nu.24.
2 Continentiæ votum non obligat ſacris ordinibus initiatos ante vſum rationis, ibidem num.25.
3 Continentiæ votum obligat etiam eos, qui ex meta graui cadente in conſtantem, virum ſunt ordinati, ibidem num 34.
4 Continentiæ votum clerici ante ſacros ordines Matrimonio coniuncti, iure Eccleſiaſtico ſeruare debent. diſp.247.num.16.& ſequentibus.
5 Continentia in Eccleſia Latina debet eſſe perpetua, quod ex veterilege probatur. diſp.247.num.58
6 quid de ſeruanda caſtitate. & continentia, cenſuerit Concilium Cartaginenſe ſecundum exponitur, ibidem num.16.& 65.
7 Continentiam eſſe de lege Eccleſiaſtica ex Concilio Lateranenſi probatur, ibidem num.98.
8 Continentiam poſt ſacros ordines non eſſe de iure Diuino, haud obcure colligitur ex Synodo Antirana, ibidem num.70.
9 Continentia ſeruabatur à ſacerdotibus cum vxoribus à tẽpore Concilij Anthiocheni, ibi.num.126.

Contractus.

1 Contractus Matrimonij Epiſcopi cum Eccleſia initur per electionem, & fit ratus per confirmationẽ diſp.241 num.12.
2 Perficitur hic contractus tempore conſecrationis dum ordinatus in Epiſcopum plenam Eccleſiæ curam in ſe ſuſcipit, ibidem.
3 contractus Matrimonij Epiſcopi cum ſecunda Eccleſia initur in electione, fit ratus in confirmatione, perficitur a de pra poſſeſſione.

Conuerſio.

1 Conuerſio omnis eſt alicuius in aliquid aliud. diſp 181.num.38.
† 2 Conuerſio vnius in aliud requirit cõnexionem inter illa duo vel ex natura rei, vel ex ipſo modo enũciandi. ibidem num.226.& 127.
† 3 In qualibet generatione reperitur conuerſio ibidem.
† 4 Productio formæ contrariæ in ſubiecto ad conuerſionẽ per ſe pertinet, ibidem num.129.
† 5 In conuerſione naturali eſt productio vnius termini & corruptio alterius ex vi illius, ibidem n.4.131 & diſp.184.num.34.
† 6 Conuerſio terminatur ad poſitiuum terminum ſecus quam defitio. diſp.182.num.132.
† 7 Cõuerſio formaliter nõ dicitur productio, ſeu adductio rei, ſed potius effectus illius, ibidem num 133.& diſp.183.num.31.
† 8 Conuerſio formaliter eſt denominatio in eo, quod diſinit requirens denominationem ſucceeſſionis in eſſe in termino conuerſionis. diſp.187.n.134.
† 9 Conuerſio tam naturalis, quam Sacramentalis ſolum eſt formaliter prædicta denominatio, ibidem.
† 10 Denominatio conuerſionis eſt extrinſeca, & ſolius rationis, ibidem num.135.
† 11 Conuerſio fieri nequit in ſolam præſentiam corporis Chriſti, ibidem num.137.
† 12 Coruerſio non poteſt fieri in corpus cum præſentia, vt in terminum totalem, ibidem.
13 Conuerſio fit in ſolam ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti, perſe, & primario ſignificatam per verba, ſupponitur in præſentia ibiden num.138.
14 In Canna Galilææ conuerſa fuit aqua in vinum, vera productione vini in materia aquæ licet aliter fieri poſſet, ibidem num.148.
† 15 Quod in aliud conuertitur anihilari non dicitur diſp.183.num.24.& ſepuente.
16 Subſtantia panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti ex vi verborum conuertitur, ibidem
† 17 Ad veram cõuerſionẽ non requiritur neceſſario oppoſitio exnatura rei inter rerterminos, ſed ſufficit oppoſitio veræ enunciationis ibidem.num.16.
18 Vera conuerſio ſtaret, etiã ſi corpus Chriſti non adduceretur de nouo ſed antea ibidem eſſet præſens ibidem num.29.& 27.
19 Ad conuerſionem neceſſaria ſunt accidentia ſeparata propter demoſtrationem ibidem num.30.
† 20 Ad conuerſionem vnius rei in aliam fruſtra requiritur cõmunicatio in materia, & errone è per èmanentia materiæ. diſp.238.num.2.& 3.
† 21 Deitatem in creaturam conuerti non poſſe certũ eſt nu.7.& 28.
† 22 Ad conuerſionem requiritur connexio, & oppoſitio rei deſinentis, & eius in quod cunuertitur, ibidem num.10.11.13.14.
23 Vna ſubſtãtia nequit in aliam conuerti niſi habeat accidẽtia intrinſeca ſenſui ſubiecta ſub quibus demoſtratio fieri poſsit per pronomen num.10.& ſequenti.
24 Non dicitur conuerſio ex eo ſolum, quod vna res deſinat, & altera ſimul incipiat ſine opppſitione, ibidem num.13.& 24.
25 Conuerſio panis in corpus Chriſti alio modo quã

per verba demonſtratiua fieri non potuit num. 16 & 27.
† 26 Corpus in Spiritum conuerti poteſt, Spiritus vero neque in corpus, neque in Spiritum. ibidem num. 17.
† 27 Non poteſt quælibet ſubſtãtia in quamlibet cõuerti, ſicut, neque ſub accidentib us cuiuslibet manere, ibidem num. 20. & 26.
† 28 Vna ſubſtantia in aliam conuerti poteſt ſolum demonſtratione aliquo modo ad ſenſum, ac proinde ſub accidentibus ſolum corporis, ibidem num. 22. & 27.
† 29 Non conuerteretur vna ſubſtantia in aliam licet, Deus illam non deſtrueret, niſi producendo aliam ibidem, num. 24.
† 30 Non conuertitur vna ſubſtantia in aliam ex eo ſolum, quod maneat loco illius, ibidem.
† 31 Nulla creatura conuerti poteſt in deitatem, ſicut in adæquatum, & integrum terminum conuerſionis, ibidem num. 31.
† 32 Creatura conuerti poteſt in deitatem, ſicut in aliquid ipſius termini, ibidem num. 31. & 23.
† 33 Formalis conuerſio ſolum fit inter res compoſitas manente materia communi, ita vt vna forma ex natura ſua aliam corrumpat, ibidem num. 33.
† 34 Conuerſio formalis per ſolam veritatẽ verborum fieri nequit, ibidem.
† 35 Conuerſio materialis non erit etiam ſi materiæ ſibi ſuccedant ſub eadem forma, ibidem num. 34. & 35.
† 36 Poſſet eſſe materialis conuerſio ſi materia ſine forma haberet propria accidentia, ſub quibus demõſtratio fieri poſſet, ſicut nunc fit in conſecratione ibidem num. 36.
† 37 Conuerſio ſolum fit in id quod eſt in Sacramento ex vi verborum. diſp. 181. num. 11.
38 Si conuerſio ſit productio nequit terminari ad rationem communem animæ. diſput. 186. numero 11.
39 Conuerſio terminari poteſt ad rationem communi animæ ſi ſola illa per verba ſignificarentur, cum ſit ſola ſubſtantiarum ſucceſſio, ibidem num. 12.
40 Non eſt certum in Euchariſtia fieri conuerſionẽ materiæ in materiam, & formæ in formam, ibidem num. 35.
41 Conuerſio ſit totius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam ſine diſtinctione materiæ, & formæ, ibidem.
42 Terminus formalis conuerſionis panis ſignificatus nomine *Corpus*, non eſt materia cum modo relicto ex quantitate, nec materia viuificata, ibidem num. 36. & 43.
43 Ordo conuerſionis poteſt ad corpus viuum aut mortuum diſiuntim terminari, ibidem numero 42.
44 Conuerſio per ſe terminatur ad corpus organicum conſtans carne oſſibus, &c. & habens eſſe aliquod ſuſtantiale indeterminatum. ibidem.
45 Poſſet fieri conuerſio ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, manente ſubſtantia huius modo indiuiſibili, diſp. 181. num. 5.
46 Si conuerſio eſſet productio termini, deberet eſſe productio per ſe eius, quod per ſe ſignificetur verbis, ibidem num. 31.
47 Si conuerſio eſſet productio non vnam, ſed multiplex neceſſario eſſet productio, ibidem.
48 Conuerſio eſt Ordo iter ſubſtantiam panis, & ſubſtantiam corporis Chriſti cum quantitate, & alijs accidentibus, ibidem.
49 Conuerſio eſt ſubſtantialis, quia præcipuũ ſignificatum eſt ſubſtantia corporis, & cætera ſolum cõnotantur, ibidem.
50 Licet cõuerſio ſit ſolius ſubſtãtiæ, nõ ſit in ſolam ſubſtantiam, ſed etiam in accidentia, ibidem n. 32.
51 Si conuerteretur quantitas Euchariſtiæ in materiã primã, nouum miraculum intercederet. diſp. 195. num. 24.
52 Saltem conuerſionem poſtularet myſterium Euchariſtiæ vt lateret, ibidem.
53 Non conuertitur quantitas in materiam primam, ibidem. num. 25
54 Conuerſio non niſi conſuetis verbis vel alijs æquiualentibus à Chriſto fieri potuit. diſp. 197. numer. 8.
55 Ad Conuerſionem ſola veritas enunciationis. cũ qua permanere non poteſt ſubſtantia panis, aut vini, ſatis eſt. diſp. 198. num. 33.
56 Si aqua in fine prolationis verborum eſſet conuerſa in vinum, licet non fuiſſet in principio illius, in corpus Chriſti conuerteretur. diſp. 201. num. 42. & 43.
57 Cauſa efficiens inſtrumentaria conuerſionis, eſt ſola ſignificatio verborum. diſp. 202. num. 14.
58 Cauſa finalis conuerſionis eſt veritas verborum, ibidem.
59 Eo ipſo quod panis, & vinum conuertuntur in corpus, & ſanguinẽ Chriſti Sacramentum altaris mortem Chriſti repreſentat. diſp. 222. num. 39.
60 Conuerſio quæ fit in Euchariſtia, non eſt ſenſibilis ibidem num. 52.
61 Vide *Tranſubſtantiatio*.
62 Fundamentum denominationis conuerſionis, vide *Denominatio*, num. 2. & 3.

Conuiuium.

1 In conuiuio tantum eſt cibus, & potus, quorum, quilibet peculiari modo reficitur. diſput. 215. numero 9.
2 Conuiuium proprie dicitur Euchariſtia, ibidem, & num. 29.

Corinthij

1 Corinthij commune conuiuium comparare conſueuerant, vt poſt ſumptam Euchariſtiam omnes ſimul in Eccleſia manducarent. diſp. 211. num. 17.
2 Corinthij non reprehenduntur ab Apoſtolo, eo quod non ieiuni communicarent, ſed quia cum omnibus non cœnabant poſt Euchariſtiam, ibidẽ, num 15. 16. & 17.
3 Dicuntur Corinthij corpus Domini ad iudicium & damnationem manducare, quia cum propoſito accedebant non admittendi poſtea pauperes ad cœnam communem. ibidem num. 21. & 22.
4 Corinthij mortaliter in hoc peccabant, ſiue ob præceptum appoſitum, ſiue ob effectum ſchiſmaticis, ibidem num. 22. & 23.

Corpus.

1 Corpora damnatorum apud Iudæos eadem die de cruce erant tollenda & ſepelienda, diſput. 172. num. 80.
De corporibus ſepeliendis in Sabbatho, vide *Sabbathum* num. 5.
2 Corpus poteſt conuerti conuerſione totali in corpus, & etiam in ſpiritum. diſp. 184. num. 17.
3 Corpus ſignificatum verbis conſecrationis, nõ eſt idem quod materia prima. diſp. 186. num. 2.
4 Non eſt corpus ſecundum rationem communem corporis do predicamento ſubſtantiæ, quod verbis conſecrationis ſignificatur. ibidem num. 7.

Corpus poſitum ex vi verborum carnem humanam habere debet, ibidem.

6 Si corpus ſecundum rationem communem intelligeretur verbis conſecrationis anima etiam ſecundum rationem communem eſſet ibi ex vi verborum, ibidem num. 13.

7 Corpus organicum ſiue mortuum, ſiue viuum ponitur ſub ſpeciebus panis ex vi verborum, ibidem num. 14.

8 Si corpus eſſet idē quod compoſitum æque includens materiā, & animam, anima eſſet ex vi verborum ſub ſpeciebus, ibidem nu. 18.

† 9 Quamuis corpus organicum includeret formam recte diceretur anima actus corporis organici, ibi. num. 19. & 30.

† 10 Corpus organicum non dicitur vniuoce de mortuo, & viuo, ſed æquiuoce, ibidem, & nu. 20. & 29.

† 11 Corpus organicum hominis viuentis ſub animali immediate in prædicamento conſtituitur, ibidem num. 20. & 21

12 Corpus poſitum ex vi verborum non eſt compoſitū ex materia, & forma corporeitatis, ibidem nu. 23. & 24.

13 Corpus organicum, & corpus potentia vitā ideſt animam habens, idem eſt, ibidem num. 26.

14 Copus mortuum licet habeat partes heterogeneas organicum dici nequit, ibidem num. 27.

15 Corpus exiſtens in Sacramento ex vi verborum non eſt abſtractum à viuo, & mortuo ſed æquiuoce de illis dicitur, ibem num 29. & 33.

16 Per corpus viuens definitur anima, & illud per partes ſolum Methaphiſicas definiri poteſt, ibidem numer. 30.

17 Corpus, inquod fit conuerſio non eſt ſola materia cum modo quantitatis, ibidem num. 36.

18 Corpus inquod fit connerſio carnē & oſſa haberē debet ibidem.

19 Corpus viuum, aut mortuum diſiunctim verbis conſecrationis ſignificatur, ibidem num. 38. 39. 40. & 42.

20 Quod corpus ſit viuum aut mortuum non ex ſignificatione, ſed ex naturali cōcomitantia habet, ibidem num. 40

21 Corpus viuificatum dicitur altera pars animalis ibidem num 43.

22 Corpus etherogeneum vel organicum quale eſt in Euchariſtia eſſe nequit ſine quantitate, & alijs accidentibus diſp. 187. num. 10. 21. 26.

23 A corpore mortuo, & viuo nequit abſtrahi cōceptus aliquis vniuocus, ibidem num. 22.

24 Si talis cōceptus corporis abſtraheretur eſſet corpus ex vi verborum ſecundum illam rationem cōmunem, ibidem num. 23.

25 Corpus connotat quantitatem, & alia accidentia ibidem num. 30.

26 Corpus non poſſe eſſe in duobus locis ſimul vlla ratione multis contendunt hæretici. diſp. 189. num. 2 & ſequentibus.

27 Falſo aliquibus imponitur ſententia dicens poſſe eſſe idem corpus ſimul in duobus locis circumſcriptiue, qnod plures alij tenent, ibidem num. 6. vſque ad 12.

28 Duo corpora poſſe eſſe ſimul in eodem loco omnes catholici concedunt, ibidem, num. 11. & 48.

29 Quid corpus in duobus locis exiſtens habeat vel poſsit habere iuxta varias ſententias. numer. 14. vſque ad. 20.

30 Ex his quæ corpori in duobus locis exiſtenti ab aliquibus conceduntur, anſam ſumunt hæretici impugnandi myſterium Euchariſtiæ, ibidem num. 21.

† 31 Ex eo, quod corpus ſit in duobus locis non ſequūtur aliqua abſurda, quæ inde inferri ſolent, ibidē num. 24. & 25.

† 32 Quæ corpori conueniunt ſecundum ſe & abſolute à loco, illi vbicumque cōpetunt: ſecus ea quæ relata ad locum conuenirent, ibidem num. 25. vſque ad 39.

† 33 Non eſſet corpus in diuerſis locis albū & nigrum mortuum. & viuum, ſanum & ægrotum, &c. ibidem num. 26 errore 27. & num. 28. & 29.

† 34 Corpus non poteſt eſſe ſimul in vno loco cum vna forma & in alio ſine illa. ibidem num. 32.

† 35 Idem corpus & ſi eſſet in diuerſis locis non poſſet moueri ſimul motibus contrarijs, ibidem num 36.

† 36 Si corpus reciperet duas qualitates contrarias vel duo vbi, ab vno quoque ſolum reciperet proprium effectum formalem ibidem num. 37.

† 37 Corpori exiſtenti in duobus locis poſſet competere ſurſum, & deorſum, proprinquum, & remotum, ibidem num. 38.

† 38 Nequit idem corpus ſecundum extenſionem in diuerſis locis ſimul à Deo collocari, ibidem num. 40. & ſequentibus.

† 39 Item corpus conſtitui poteſt ſimul in vno loco ſecundum extenſionem, & in alijs modo indiuiſibili, ibidem num. 40. & 52.

† 40 Non poſſe idem corpus ſecundum extenſionem eſſe ſimul in diuerſis locis efficaciter ab aliquibus probatur ibidem num. 43. & 44.

† 41 Non eſt concedendum in vlla opinione idem corpus poſſe eſſe in toto vniuerſo, aut in maiori loco ſub vna diſtantia ibidem num. 45.

† 42 Non poteſt paruum corpus maiori adæquari per vllam potentiam. diſp. 189. num. 45.

† 43 Et ſi corpus in diuerſis locis conſtitui poſſet, non eſt concedendum intra eamdem omnino diſtantiam bis, aut ter conſtitui, ibidem num. 46.

44 Si corpus eſſet ſimul in diuerſis locis. hoc poſſet habere à principio intrinſeco naturali, ibidem numer. 47. & 78.

† 45 Si Duo corpora eſſent penetrata quod fieri poteſt neutrum poſſet à ſe ipſo mouere ratione impedimēti ibidem num. 37. 48. in fine, & 75.

† 46 Corpus exiſtens in diuerſis locis habet ſufficientem virtutem ad morum & careret impedimento, vnde vtrobique moueretur naturaliter. ibidem & num. 55 56. & 47.

† 47 Corpus graue extra centrum & ſi à Deo detineatur quod cum violenria fiet graulitat, & ſibi & corpori ſub ipſo conſtituto impulſum imprimit, ibidē num. 46.

† 48 Si in centro corpus ponatur non quieſcet, niſi centrum ſuæ grauitatis cum centro magnitudinis vniuerſi ſimul conſtituatur, ibidem.

† 49 Corpus graue proiectum habet vbi ſurſum, & ab impulſu, & à propria grauitate partialiter non tamen naturaliter ideo mouetur, ibidem num. 50.

† 50 Non ſolum virtus qua corpus tendit ad locum ſed etiam, qnæ impedit, vel retardat eſt cauſa præſentiæ acquiſitæ vel retentæ, ibidem.

† 51 Corpus à Deo conſtitutum in duobus locis extra centrum, detineretur contra naturam renitente propria grauitate, ibidem, & num. 51 52. & 56.

† 52 Corpus ſemper mouetur aut natura aut vi, & eiſdem etiam ſolum poteſt quieſcere, ibipem n. 51.

53 Effectus grauitatis potēſt à deo in corpore impediri, & grauitas auferri, ibidem num 52.

† 54 Sicut impoſsibile eſt corpus in diuerſis locis conſtitui, ita vt ſit in actu primo proxime ad producendum

cendum in ſe plura vbi ſic ita conſtitui, vt ſit in actu primo remote ad eadem plura vbi producenda ibidem num.53.

55 Corpus indiuiſibiliter exiſtens in diuerſis locis, vel corporibus, non eſt in potentia, vt ſit modo diuiſibili in locis diuerſis, & in illis moueatur, ibidē & num 54.

† 56 Corpus exiſtens in diuerſis locis ſecundum extenſionem, etiam ſublata grauitate, eſſet in potentia remota, vt grauitaret, & moueretur, ibidem n. 54.

† 57 Corpus contra ſuam naturā grauitate priuaretur ibidem.

58 Corpus terreſtre, & cœleſte aer etiam, & ignis nequeunt in diuerſis locis ſimul cum extenſione collocari, ibidem num 55.

† 59 Licet poſsit corpus diuerſis motibus contrarijs moueri implicat idem corpus propria virtute ſimul diuerſa vbi habere, ibidem num.56.

† 60 Non minori virtute indiget corpus ad continuandum duplex, vbi, quam ad primo producendum, ibidem num.58.

61 Idem corpus nequit eſſe in diuerſis temporibus, ſimul etiam ſi poſſet eſſe in diuerſis locis, ibid.n.63.

† 62 Quamuis idem corpus poſsit eſſe in pluribus locis ſimul cum extenſione, non ideo poſſet eſſe vbique & toti vniuerſo adæquate reſpondere, ibidē n.64.

† 63 Licet poſſet idem corpus in toto vniuerſo eſſe ſecundum extenſionem non eſſet vbique totum, ibidem num.64.

† 64 Corpori indiuiſibiliter exiſtenti poteſt à Deo cōmunicari, *Eſſe vbique*, non tamen ideo communicaretur immenſitas Dei atributum, ibidem num.69.

† 65 Si corpus ſit in duobus locis non ideo erit à ſe ipſo diuiſum, exiſtens in loco, & non exiſtens, ibidem num.70.&71.

66 Corpus exiſtens in loco circunſcriptiue ei adæquate reſpondet, ſed non eſt in alio loco, ibidem.

† 67 Corpus exiſtere definitiue in loco non excludit exiſtentiam in alio, ſed vt ſic adæquate illi reſpondet, ibidem.

† 68 Non obſtat ſola vnitas, vt idem corpus ſit in diuerſis locis modo diuiſibili, ſed moles, & extenſio ad locum. ibidem num.71.

† 69 Corpus exiſtere ſimul in diuerſis locis ſecundum extenſionem eſt contra rationem quantitatis, & contra ipſam rationem exiſtendi in loco, ibidem num.76.

† 70 Corpus, vt operetur, & ſpecies ex ſe mittat indiget extenſione quantitis ad locum, diſp. 191. numer.2.& 3.

† 71 Corpus indiuiſibiliter exiſtens, nequit vlla potentia ſpeciem ſui in oculo producere. ibidem n.12.

72 Cum corpus in hoc aut illo loco videri dicitur nō videtur ipſum *Vbi*, ibidem num.14.

† 73 Multa docent Recentiores circa ea quæ corpori in duobus locis exiſtenti conueniunt, quibus non fauent Doctores quos citāt. diſp.192. num.13. vſque ad 24.

† 74 Quæ corpori exiſtenti in vno loco imprimuntur, virtute eiuſdem naturalis agentis ipſum comitātur vbicumque fuerit, ſi locū non reſpiciant ibi. num.25.& ſequentibus.

† 75 Qualitas corpori impreſſa in vno loco deriuare tur in illud alibi per comitantiā rationē connexionis, non actione alia noua. ibidem numero 33.

† 76 Quidquid coniungitur aut detrahitur corpori in vno loco eſt ei coniunctum, aut detractum in alio quocumque modo exiſtat ratione naturalis connexionis, ibidem num. 33.34.& 40.

† 77 Licet accidentia corporis in vno loco eſſent cum corpore in alio ſine noua actione partialis ſubſtantię, hoc haberet noua actione Dei id exigente natura rerum, ibidem. ennm.34.& 35

† 78 Idem contingeret ſi corpus in altero loco eſſet modo indiuiſibili, ibidem num.36.

† 79 Si corpus exiſtens in duobus locis cum extenſione in vno vulnus accipiat, in vtroque aliquo modo mutaret locum, ibidem num.42.& 46.

† 80 Quod corpus adquireret per raritatē vel accretionem, aut deperderet per oppoſita in vno loco idē haberet vel amitteret in alio ratione naturalis cōnexionis. ibidem num.44.& 45.

† 71 Si vnum corpus exiſtens in duobus locis in altero aliud generaret. non ideo genitum eſſet in duobus locis ibidem num.46.

† 82 Idem corpus nequit mori in vno loco, & viuere in alio ibidem.

† 83 Actiones immanentes quas corpus in vno loco eliceret etiam dependenter ab obiecto haberet in alio etiam indiuiſibili per concomitantiam, ibidē num.50.

† 84 Corpus organicum ſignificari poteſt nomine carnis, non tamen nomine ſubſtantiæ. diſp.199.n.31.

85 Corpus Chriſti vide *Corpus Chriſti*.

86 Corporis debilitas impediens ordinis executionem ſæpe eſt adrenunciationem Epiſcopatus, non tamen ad tranſlationem. diſp.241.num.56.

Corpus Chriſti.

1 Corpus Chriſti eſt pars eſſentialis Sacramenti Euchariſtiæ. diſp.167.num.38.vſque ad 44.

2 Corpus Chriſti eſt res & Sacramētum ſimul diſtinctum à Sacramento tantum. ibidem nu.48.

3 Corpus, & ſanguis Chriſti debet ſignificari per aliquid ſenſibile nempe ſpecies, vt ſic totum Sacramentum dicatur forma viſibilis. ibidem num.49.

4 Corpus Chriſti dicitur ſentiri tangi, &c. remotis mediis ſpeciebus. diſp.180.num.95.

5 Corpus Chriſti nequit ſuſtentare accidens ſi paries vt ſubiectum, neque in genere efficientis inſtumē taliter. diſp. 181. num.51.

6 Corpus Chriſti & panis non dicunt connexionē, & oppoſitionem ex natura rei, ſed ex modo ſignificandi verborum. ibidem num.127

7 Corpus Chriſti à Patribus dicitur creari vel fieri ex pane ſolum, quia virtute verborum panis in ipſum conuertitur, num.144.

8 Corpus Chriſti poteſt à Deo in Euchariſtia conſtitui modo indiuiſibili manente ſubſtantia panis, vel deſtructa, & non conuerſa in corpus diſp. 182. numer.14.& ſequentibns.

9 Corpus Chriſti poteſt ſimul cum ſubſtantia panis vere eſſe, & in cœlo manere, ibidēnum.16.& 21.

10 Corpus Chriſti propria virtute nequit ſe alteri corpori indiuiſibili modo vnire. ibidem num.24. vide *Productio*, num.4.

† 11 Quæ corpori Chriſti conueniunt ſine ordine ad locum, vel ad modum exiſtendi cum Sacramento vbique illud comitātur, ſecus quæ per reſpectum ad locum, ibidem num.15.& 26 & diſp.187.num. 12. & ſequentibus & diſp.189.num.60.& diſp.192.numer.25. vide, *Conſecratio*, num.13.15.

12 Corpus Chriſti ſit præſens Euchariſtiæ non conuerſione ipſa, ſed mutatione accidentali, neceſſario requiſita ad tranſubſtantiationem quæ non eſt tranſubſtantiatio. ibidem num.33.

13 Quod corpus ſit in Euchariſtia ex vi verborum diſp.186.num.2.7.& ſequentibus.

14 Quamuis corpus Chriſti poſſet potentia abſoluta,

aliter in ſe & aliter ſub ſpeciebus eſſe id de facto non contingit, ibid. nu. 39.
15 Bene negat Durandus corpori Chriſti in Euchariſtia vera præſentiam circunſcritiua aut definitiua diſp. 187. num. 8.
16 Si corpus Chriſti eſſet in Sacramento glorioſum nõ poſſet alibi exiſtens occidi. diſp. 189 num. 34.
17 Corpus in Euchariſtia impaſsibile tum nõ ſic cõſe prout ibi exiſtens non prout alibi manens, ibidem num. 34. & 36.
18 Corpus Chriſti in Euchariſtia non eſt, vt in loco nec ſecundum ſe habet diſtantiam, ſed ſolum ratione ſpecierum ac proinde nec eſt in potentia remota vt moueatur per ſe. diſp. 189. num. 54. 56. & 60. & diſp. 190. num. 15. & ſequentibus.
19 Corpus Chriſti per vbi ſupponẽs extenſionem ad locum determinatur ſolum ad locum cœli per aliã formam ſupponens ſolam extenſionem quãtitatis eſt capax vt coniungatur ſpeciebus, ibidem num. 61. 62. & 70.
20 Corpus Chriſti ſub ſpeciebus non mouetur per ſe nec proprio motu, ſed ſolum per accidens motu ſpecierum à ſacerdote proxime mouetur, ibidem, num. 39. 40. 41 42. 47. & 50.
21 Corpus Chriſti ſolum habet modum vnionis cum ſpeciebus, cum quibus mouetur retento eodem modo ſicut Angelus, & anima rationalis in corpore, ibidem numer. 34. 35. 47. & 50. & diſp. 191. num. 18.
22 Corpus Chriſti ita habet vbi ſpecierum, vt illud in ſe non recipiat, ſed ſolum ſecundum intrinſecã denominationem. diſp. 190. num. 34. 35. 47. & 50. & diſp. 193. num. 9.
23 Si corpus Chriſti eſſet ſub ſpeciebus vt in loco moueretur proprio motu & non diceretur à ſacerdote moueri. diſp. illa 190. num. 37, 41. 42. 47. & 48.
24 Vnionẽ Corporis Chriſti cum ſpeciebus ponunt plures cum Sancto Thom. ibidem.
25 Virtus trahendi ſecum corpus Chriſti nequit ſpeciebus communicari & licet communicaretur corpus Chriſti moueretur ſacerdote quod inficiari nõ poteſt, ibidem num. 43. & 46.
26 Corpus Chriſti in vno Sacramento motis ſpeciebus à ſacerdote per accidens mouetur, & in alio tunc quieſcere poteſt, ibidem num. 50.
27 Non dicetur corpus Chriſti diuidi, aut frangi, quãuis dicatur moueri, ibidem num. 51.
28 Non poteſt corpori Chriſti diuidi, aut frangi per denominationem extenſecam conuenire, ſicut motus, & exiſtentia in loco ibidem.
† 29 Modus quo corpus Chriſti coniungitur ſpeciebus non eſt commune ſenſibile, nec ſenſu percipi poteſt. diſp. num. 191. num. 18.
† 30 Modus præſentiæ corporis Chriſti ſub ſpeciebus, ſolum eſt negatiuus & ſi poſitiuus eſſet non eſſet ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, ibidem n. 19.
† 31 Nihil eſt quominus corpus Chriſti videri poſſet in tota quantitate ſpecierum, & in quauis parte non viſo modo aliquo, ibidem.
† 32 Corpus Chriſti poſſet videri abſtractum á coniunctione cum ſpeciebus ſed vt ſic, non videretur, prout eſt in Sacramento, ibidem.
† 33 Poſſet corpus Chriſti videri cum præſentia, & coniunctione, atque à Deo prout eſt in Sacramento, ibidem
† 34 Corpus Chriſti, vt exiſtit in Euchariſtiæ non poteſt agere actione corporea in materiam externam, nec in ſe ipſum. ibidem num. 23. 24. & 25.
† 35 Non poteſt corpus Chriſti, ab exteriori agenti actione corporea pati, ibidem.
† 36 Poteſt corpus Chriſti exiſtens in Euchariſtia ſpiritualiter operari, ibidem, & num. 28.
† 37 Nequit corpus Chriſti, vt exiſtens in Euchariſtia aliud tangere, vel ab eo tangi, ibidem num. 25
† 38 Siquæ corpori Chriſti imprimerentur in vno loco ex naturali connexione ipſum non comitarentur in alio ſi id non fieret voluntate dei. diſp. 192. n. 32.
39 Si corpus Chriſti tempore paſsionis fuiſſet in Sacramento eſſet exangue, licet non eſſet fundendus ſanguis ab illo vt exiſtenti ſub Sacramento, ſecus ac ſi corpus poſſet eſſe ſimul in duobus locis cum extenſione, ibidem num. 43.
40 Corpus, & ſanguinis Chriſti dicuntur miſceri in Euchariſtia, quia vnum alio in Sacramento circundatur. diſp. 193. num. 18.
41 Corpus Chriſti, non ſolum dicitur manducari abhominibus, ſed etiam à brutis à quibus deboratur. diſp. 195. num. 45. 50. & 51.
42 Corpus Chriſti vere immanet ſub ſpeciebus deboratis ab animalibus vel in locum ſordidum ejectis ante corruptionem, ibidem. num. 46.
43 Nullus Autor docet, corpus Chriſti deſinere, eſſe ſub ſpeciebus ſimul ac ab homine ſumitur ibidem num. 49.
44 Abſurdum eſt dicere corpus Chriſti tandiu eſſe ſub ſpeciebus, quandiu manducantur, & non finita manducatione, etiã ſi ab iniuſto ebrio vel bruto manducentur. ibidem. num. 50. & 51.
45 Corpus Chriſti tandiu manet ſub ſpeciebus, in quo uis loco ſint, quandiu ſpecies ita permanent, vt ſubſtantiam panis, & vini conſeruarent, non vltra ibidem num. 54. 55. & 56.
46 Corpus Chriſti non definit eſſe in Euchariſtia primario per ſuã mutationem, ſed per corruptionem ſpecierum, licet mutetur amittendo modum vnionis cum ſpeciebus. ibidem num. 57.
47 Nequit dici, corruptis ſpeciebus cospus Chriſti fieri præſens in cœlum per motum localem ibid. n. 58.
48 Corpus Chriſti antiquitus in manibus fidelium tradebatur. diſp. 196. num. 23.
49 Corpus Chriſti recte potuit dici in paſsione propter laborum abundantiam, & propter communicationem, quale omnibus dedit. diſp. 199. num. 21. & 24.
50 ſtatim ac ſumitur corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis gratiam producet ante ſumptionem ſanguinis diſp. 215. num. 21.
51 Corpus Chriſti in paſsione operabatur noſtram ſalutem quatenus in eo Chriſtus merebatur per bona opera, & paſsionis, ibidem num. 29.
52 Corpus Chriſti, ptius quam ſanguis ſumendum eſt diſp. 216. num. 3.
53 Per mortem, & mactationem myſticam redit ur aptum corpus Chriſti, vt manducetur. diſp. 222. numer. 76.
54 Corporis, & ſanguinis Chriſti præſentia, vide *Præſentia*.
55 Vox *Corpus* in conſecratione vide: *Verbum*, num. 9. & 10.
56 Corporis Chriſti conſeruatio vide, *Conſeruatio*.
57 Quomodo corpus Chriſti ſignificetur per verba, vide *Verba conſecrationis*.
58 Corporis Chriſti quantitas vide, *Quantitas*, nu. 20. & ſequentibus.

Corruptio.

1 Corruptio ſecundario intenditur à natura, & agente naturali. diſp. 181. num. 8. & 28.

2 Corruptio formæ non poſt attingi ab agente quod ne quit contrariam producere vel coniungere cũ materia. diſp. 195. num. 7. 8. & 30.

Creatio, Creatura.

1 Aliquid creatum conuerti poteſt in aliquid in creatum ſaltem, vt in terminum inadæquatum. diſp. 180. num. 113.

† 2 Creatio, & conſeruatio rei ſolum ratione diſtinguitur ære creata. diſp. 182. num. 25.

† 3 Creatio nec primarie, nec ſecundarie terminatur ad præſentiam ibidem num. 30. & 31.

4 Creatio potius a recreata præſentiam habet quam è contrario, ibidem num. 31.

† 5 Eadem creatio poteſt in hac vel in alia præſentia incipere. & ab alia actione coniuncta determinatur ad hanc præſentiam, ibidem num. 32.

† 6 Creatio non eſt compoſiti peracidens nec illi ob eſſent accidentia producta. diſp. 183. num. 2 2 29.

† 7 Prius creatur ſubſtantia, & prius corrumpitur quã accidentia, ibidem.

8 Non creatur quod in ſubiecto producitur. diſp. 195. num. 21.

† 9 Impoſsibile eſt creaturam propria virtute ad effectum ſupra naturam cum Deo concurrere. diſp. 189. num. 56. in fine.

† 10 Creatura aliqua æterna eſſe poteſt, ibidem numer. 68.

Crimen.

† 1 Criminis purgatio vide, *Purgatio*.

Cultus.

1 Multa ad religiosum cultum pertinentia inſtitui poſſunt in Eccleſia. diſp. 221. num. 42.

2 ratione cultus additi ab Eccleſia in Miſſa non ſuperordinatur aliquid teſtamento Chriſti, ibidem num. 43.

Cyprianus

1 Cyprianus docet Chriſtum aquam miſcuiſſe vino conſecrando. diſp. 16. num. 7.

2 Exiſtimauit Cyprianus eſſe præceptum Diuinum de aqua miſcenda, ſed non credidit hoc eſſe neceſſarium ad ſubſtantiam materiæ conſecrandæ. diſp. 177. num. 20.

3 Nõ legit Cyprianus, *Hoc eſt ſanguis*, ſed *Hic eſt ſanguis* diſp. 201. num. 37.

4 Docet Cyprianus præmittendam eſſe confeſsionẽ mortalis ante Euchariſtiam. diſp. 207. num. 37.

5 Docet Cyprianus nos debere ieiunos ad Euchariſtiam accedere. diſp. 211. num. 8.

6 Non docet Cyprianus neceſſarium eſſe laicis calicem ſanguinis Chriſti. diſp. 216. num. 65. 67. & 69.

7 Pſeudo Cyprianus docet, præceptum eſſe ſumendi calicem non tamen proſingulis, ibidem n. 70.

Cyrillus.

1 Non vocat Cyrillus Alexandrinus Baptiſmum antitypon paſsionis Chriſti, & confirmationem Antitypon olei quo Chriſtus vnctus eſt quod illa realia contineant, ſed quia aliquem effectum habent. diſp. 197. num. 41.

2 Docet Cyrillus ſpecialem aliquam vnionem naturalem carnis Chriſti ad noſtram per Euchariſtiã fieri in ſumentibus digne, & perſeuerare ad huc corruptis ſpeciebus diſp. 204 num. 17. & 18.

3 Nunquam docet Cyrillus per Euchariſtiæ Sacramentum tolli aliquando peccatum mortale, ſed quatenus ſacrificium eſt. diſputatione 205. numer. 27.

4 Non docet Cyrillus Ioan. 6. ſolum tradi vtilitatem Euchariſtiæ non neceſsitatem. diſp. 213. num. 7.

D

Damaſcenus.

1 DOCET Chriſtum vino conſecrando aquã miſcuiſſe diſp. 177. num 9.

2 Non cõparat in omnibus Damaſcenus conuerſionem panis Euchariſtiæ cum conuerſione alimenti in aliti ſubſtantiam. diſp. 181, n. 11. & 144.

3 Docet panem, & vinum conſecratum non poſſe dici Antitypa corporis, & ſanguinis Chriſti, ſed Antitypon beatitudinis. diſp. 197. num. 38. 46 & 48.

4 Non docet Damaſ. per Sacramentum Euchariſtiæ tolli aliquando mortale, ſed per illud vt ſacrificiũ eſt diſp. 205. num. 28. 29. & 30.

Definitio.

† 1 Non definitur anima per materiam primam cum quantitate. ſed per corpus, quod viuit, ſine circulo tamen diſp. 186. num. 30.

† 2 Non debet definiri corpus viuens per partes phyſicas ſed definitione mathaphyſica, ibidem.

† 3 Quæ mutuo inter ſe eſſentialiter referuntur ſicog noſcantur quiditatiua notitia, vt inſe ſunt, non indigent alia definitione nec committitur circulus. ibidem. num. 31.

† 4 Relata, quæ non cognoſcuntur, vt ſunt, non debẽt definiri vnum in ordine ad aliud, vt relatum ibidem.

† 5 Materia definitur, ex qua aliquid fit cum inſit ibidem.

6 Forma definitur principium motus, & quietis ibidem.

7 Definitio debet dari per priora, & notiora, ibidem num. 32.

† 8 Quædam definiri debent per oppoſitum abſolutè tamen ſumptum, ibidem num. 32.

† 9 Definitio Concilij vide, *Concilium*.

Deitas, & Deus.

1 Dei voluntas ſine mutatione rerũ nequit eſſe cauſa nouæ oppoſitionis inter ipſas diſp. 184. num.

† 2 Non poteſt Deus conſtituere oppoſitionem inter ſubſtantias niſi mediis verbis demoſtratiuis. ibidẽ num. 13. & 24.

† 3 Nequit Deus alio modo quam per verba conuerſionem Sacramentalem efficere, ibidem. num. 16

4 Deus non tantum poteſt facere, quæ voluit, & aliquando facturus eſt, ſed etiam quod nunquam facere decreuit, diſp. 179. num. 2.

† 5 Dei potentia illud habet pro obiecto, quod vllo modo eſſe poteſt, ibidem.

† 6 Deus poteſt granitatem a graui auferre vel illius effectum impedire, non tamen idem corpus in diuerſis locis cum extenſione ſimul collocare, ibidẽ num. 53.

7 Dei conuerſio vide *conuerſio*, num. 23.

8 Conuerſio in Deum vide *conuerſio*, num. 33. & 36.

† 9 Deitæternitas vide *æternitas*.

† 10 Dei immenſitas vide *immenſitas*.

† 11 Dei attributum vide *attributum*.

Delictum.

12 Delictum vide *Peccatum* delicti purgatio vide *Purgatio* à num. 1.

Demonſtratio.

per quod aliud demonſtratur debet eſſe eo notius et, cuius demonſtratio diſp. 184 num. 27.

2 Ex vi demõſtrationis alienæ ſubſtantiæ per propria alterius Angeli accidentia non deſineret Angelus, ibidem num. 22.

3 Sola demonſtratione aliquomodo ad ſenſum ac proinde ſub accidentibus ſolum corporis vna ſubſtantia in aliam conuerti poteſt, ibidem, & n. 27.

4 Demonſtratio fieri ſolum poteſt per accidẽtia propria, & intrinſeca, non per locum, ibidem num. 24.

5 Demonſtratio pronominis, vide *Pronomen*.

6 Demonſtratiua verba vide, *Verba conſecrationis*, num. 1. 2. 3. 20. 44. 45. &c.

7 Quando per accidentia demoſtretur propria ſubſtantia, quando aliena vide, *Accidens*. num. 1. & 2.

Denominatio.

1 Denominatio ordinis eſt formaliter cõuerſio diſp. 181. num. 134.

2 Fundamentum denominationis conuerſionis eſt deſitio panis, ibidem num. 135.

3 Aliud huius denominationis fundamentum neceſſarium eſt corpus, & ſanguis Chriſti, vt ſignificatum verbis conſecrationis, ibidem num. 136. vide, *Conuerſio*, num. 9. 10. & 11.

Deſitio.

1 Deſitio rei terminatur formaliter ad non eſſe rei, diſp. 181. num. 132.

2 Res dicitur deſinere in aliam non formaliter, ſed cauſaliter, ibidem.

3 Deſitio ſubſtantiæ panis antiquo Eccleſiæ domare, & expreſſa definitione ſtabilita eſt. diſput. 180. num. 50.

4 Deſitio ſubſtantiæ panis, & vini non exprimitur verbis conſecrationis, licet virtute ſignificationis illorum fiat ſecundarie. diſp. 181. num. 8.

5 Talis debet eſſe deſitio ſubſtantiæ qualis primæ ſignificationi verborum reſpondet. ibidem.

6 Tota ſuſtantia panis, & vini deſinit ex vi verborũ conſecrationis, ibidem num. 9. & 10.

7 Prius eſt ſubſtantiam panis definire quam accidẽtia per ſe conſeruari. diſp. 281. num. 34.

8 Deſitio ſubſtantiæ prior eſt quam ſeparatio accidentium, ibidem num. 70. & diſp. 183. num. 23.

9 Deſitio panis, & vini non prouenit a verbis conſecrationis phyſice ſed ſola negatione influxus, ibidem num. 140.

10 Deſitio panis, & vini ab aliquibus dicitur anihilatio, & ab alijs inefficaciter contrarium probatur. diſp. 183. num. 2. vſque ad 23.

11 Deſitio panis, & vini non eſt anihilatio quia horum ſubſtantiæ conuertuntur in corpus, & ſanguinem Chriſti, ibidem num. 24. & ſequentibus.

12 Deſitionis cauſa per modum formæ oppoſitæ eſt aliquid primarie factum a conſecrante ex vi verborum ibidem num. 25.

13 Deſitio ratione talis oppoſitionis non eſt anihilatio, ibidem num. 26.

14 Deſitio panis proueniret a corpore Chriſti enunciato per verba etiam ſi antea eſſet præſens, & nõ eſſet anihilatio, ibidem.

15 Et ſi in deſitione panis nihil illius maneat non dicetur anihilatio, ibidem num. 28. & diſp. 184. n. 2.

16 Deſitio coniuncta cum aliquo eſſe non tendit ad nihil ſimpliciter num. illo 28.

17 Deſitio panis, non terminatur, ad non eſſe ſimpliciter, & abſolute, ibidem. & num. 29.

18 Si alia ſubſtantia non ſuccederet diceretur ſubſtantia deſinens anihilari etiam manentibus illius accidentibus ibidem num. 30. & diſp. 184. num. 2.

19 Vt deſitio panis non ſit anihilatio neceſſaria ſunt accidentia panis ſeparata, ratione demonſtrationis. diſp. 181. num. 30.

20 Deſitio panis & vini quomodo ſignificetur per verba vide verba, *Cõſecrationis*, n. 27. 28. 31. 34. 35. 39. & 40.

21 Deſitio ſpecierum Euchariſtiæ non poteſt dici cõuerſio diſp. 195. num 27.

22 Quod deſinit ſine generatione oppoſitæ formæ, & habet eſſe perſe, non corrumpitur ſed anihilatur ibidem num. 30.

Deſtructio.

1 Deſtructio ſubſtantiæ panis ſecundarie cauſatur â verbis conſecrationis. diſp. 181. num. 128.

Deuotio.

1 Actualis deuotio, aut attentio non requiritur, vẽ primarius effectus Euchariſtiæ conferatur. diſput 206. num. 7. & ſequentibus.

2 Si deuotio, aut attentio eſſet neceſſaria ad effectũ Euchariſtiæ indigne miniſtrarentur Euchariſtia pueris, & amentibus, ibidem num. 16.

Diaconus.

1 Poteſt diaconus vinum infundere autoritate ſacerdotis in Miſsis ſolemnibus. diſp. 177. num. 19.

2 Diaconis conuenit non ex officio ſed ex commiſſione diſenſare corpus, & ſanguinem Chriſti, vrgente neceſsitate. diſp. 219. num. 45. & ſequenti- & diſp. 238. num. 45.

3 Vrgente neceſsitate, & abſente Epiſcopo aũt presbytero poteſt diaconus Euchariſtiam miniſtrare ex voluntate vniuerſalis Eccleſiæ non expectata commiſsione. ibidem num. 10. & 11.

4 Si vrgente neceſsitate Epiſcopus vel presbyter iniuſte nolit miniſtrare Euchariſtiam nec illius diſpenſationem diacono committere, poterit ipſe eam diſpenſare. ibidem num. 12.

5 Diaconus vi ſuæ ordinationis aliquid præ alijs habet qui dignus reditur cui Euchariſtiæ diſpenſatio commiratur ſicut & baptizãdi munus. ibidem num. 19.

6 Diaconus Græce, Latine miniſtrum ſeu famulũ ſonat. diſp. 236. num. 39.

7 Diaconus vſu Eccleſiaſtico nunc ſolum miniſtrũ altaris quem diaconum vocamus ſignificat, ibidem num. 40.

8 Septem illi viri de quibus Actorum 6. non ſuceperunt eo loco diaconatus ordinem ex ſententia patruum, ibidem num. 48.

9 Diaconi de quibus Actorum 6. ad menſarum miniſteria electi deinde ſacro diaconatus ordine fuere inſigniti. ibidem num. 52.

10 Cur Apoſtoli ad menſarum miniſteria viros plenos Spiritu Sancto elegerũt, etiam ſi tunc ad ſacrum diaconatus ordinem non eligerẽtur, ibidem num. 61.

11 Cur ſeptem diaconi manuum impoſitione, & oratione electi, ibidem num. 63.

12 Diaconi, qui menſis miniſtrabant, vſque ad Origenis immo & Grægorij Magni tempora duraſe certum eſt, ibidem num. 62.

13 Fuiſſe illos diaconos ſacro ordine inſignitos, ex hiſtoria Diui Laurentij conſtat, ibidem n. 67.

14 Menſarij iſti diaconi, menſis aderãnt licet cibos nõ inferrent, ibidem num. 69.

15 Ad munus diaconorũ mẽſarũnõ modo diaconi, verum etiam preſbyteri Archipresbyteri, & Archidiaconi tempore Gregorij Mag. electi ſunt, ibidem num. 67. & 71.

16 Diaconi, non erant idem cum Œconomis Ecclesiarum ibid. num. 75.

17 Ministerium Ecclesiasticæ disciplinæ diaconis non Diuina institutione, sed Apostolica, & Ecclesiastica conuenit, ibid. num. 77.

18 Introducere cathecumenos, & ad baptismum præparare diaconis ex Diuina institutione conuenit ibid. num. 78.

19 Septem diaconi regionarij instituti sunt à Fabiano Papa, & quod eorum munus, ibidem num 79.

20 Septem diaconi Cardinales vocati, vsque in hunc diem perseuerantes ordinati sunt à Siluestro Papa præter duos alios qui parrochiarum curam Romæ habebant. ibidem num. 81.

21 Officium assistendi Episcopo prædicti, diaconis conuenit. ibidem.

22 Hoc munus, non iure Diuinæ institutionis, sed Ecclesiasticæ diaconis designatum fuit, ibidem.

23 Numerus septimus diaconorum, de quibus Nycephorus, & Aquisgranense Concilium loquuntur intelligitur de ijs qui Episcopo in ciuitatibus assistebant, ibi. num. 82.

24 Septem tantum diaconi in vrbibus fuerunt tempore Neocesarienſis Concilij. ibidem.

25 Tertium diaconi officium extra altare est psalere in choro, quod non iure Diuino, sed Ecclesiastico vsu ei conuenit. ibidem num. 83

26 Canere, seu legere Euangelium, & sacerdoti in altari inseruire iure Diuino diaconis conuenit, secus alia quæ vsu Ecclesiastico variari possunt eadem. disp. 236. num. 85.

27 Liber Euangeliorum propria materia est ordinationis diaconi, ibidem.

28 Ex octo ministeriorum generibus quæ diacono conueniunt ad quinque Diuino iure, ad tria autem Ecclesiastico destinatur, ibidem num. 85.

29 Primum munus, quod ex Diuina institutione diacono conuenit est Euangelij prædicatio. ibidem.

30 Benjamin diaconus, quod à prædicatione cessare nolet à Persarum Rege occiditur, ibidem n. 87.

31 Solum videtur concedi facultas diaconis à Concilio Vasensi homilias recitandi, & quare, ibidem num. 89.

32 Secundum diaconorum munus est baptizare quod licet ex Diuina institutione, non tamen potestate ordinaria, sed ex commissione illis conuenit. ibi. num. 90.

33 Tertium diaconorum ministerium ex Diuina institutione est sacerdoti in altari ministrare id quod potestate ordinaria eis conuenit, ibidem.

34 Quartum officium diaconi est calicem à sacerdote consecratum si quando dispensandum sit populo ministrare. ibidem num. 91.

35 Quintum ministerium est ex Diuina institutione populum ad orationem pro cathecumenis, & pœnitentibus exhortari. ibidem num. 63

36 Hoc munus diacono ex Diuina institutione non definite præscribitur, sed sub ministerio seruiendi sacerdoti in altari continetur. ibidem.

37 Diaconi an iuxta legis Leuitis à Patribus comparantur, & quare, ibidem num. 64.

38 Diaconatum nonulli haud ignobiles Autores nõ à Christo, sed ab Apostolis ortum existimant. disp. 238 num. 1. & sequentibus.

39 Diaconatum esse Sacramentum à Christo institutũ communis, & vera sententia tenet, ibidem numer. 10.

40 Ab aliquibus hæc conclusio prædicta probatur. ibi. num. 12. & 13.

41 Diaconatus attingit effectum spiritualem gratiæ in forma ordinationis, ibidem num. 17.

42 Non bene infertur doctrina D. Thomæ diaconatum non esse Sacramentum aut esse solum Sacramentale, ibidem num. 15 21. & 22. &c.

43 Solius manuum impositionis in ordinatione diaconi meminit Carthaginense quartum, ibidem numer 29. & 41.

44 Forma verborum, sub quibus diacono traduntur stola, dalmatica, liberque ad huius ordinis materiam pertinere non recte aliqui putant, in materiã impositione sub certa verborum forma totã essentiam ordinationis diaconi consistere, senserunt, aliqui ibidem num. 31.

45 Antequam esset liber Euangeliorum fuerunt diaconi, non solum mensarum sed etiam altaris, ibidem num. 32.

46 Solam traditionem libri Euangeliorum esse materiam ordinis diaconatus, & verba, quibus traditur, formã, communis sententia est. ibidem num. 35. & sequentibus.

47 Oppositasententia non solum temeritatis, sed etiã erroris nota inuri potest, ibidem.

48 Manuum impositio non pertinet ad materiam huius Sacramenti, sed est cæremonia quædam, & ritus Sacramento omnino accidentarius, ibidem numer. 35.

49 Manuum impositio, & verba illi respondentia nullum peculiare diaconi ministerium significat, ibidẽ num. 35.

50 Verba illa accipe Spiritum Sanctum deprecatoria sunt, non imperatiua, significantia magnam fiduciam, ibidem num. 39.

51 In Ecclesia Anicien. in ordinatione diaconi non tradebatur liber, nõ tamen fuit vera ordinatio, nec Sacramentum, ibidem num. 40. & 45.

52 Differentia inter manuum impositionem in ordinatione sacerdotis & Diaconi ex Carthaginensi 4. colligitur ibid. num. 41. & disp. 235. num. 21.

53 Non assignatur pro materia in ordinatione Diaconi à prædicto Concilio impositio manuũ ibid. n. 42

54 Apostolorum tempore sola manuum impositione absque libri traditione conferebatur Diaconatus ibid. n. 45.

55 Præcipuum munus Diaconi est Euangelium legere ibid.

56 Post Concilium Florent. non licet varie de materia, & forma ordinationis Diaconi opinari, licet forte antea licuisset, ibid. num. 45.

57 Licet Apostoli non essent vsi ordine diaconatus quod falsum est non sequeretur Sacramentum nõ esse. ibidem num. 46.

58 Sine diaconatu verum esset sacerdotium collatum disp. 240. num. 54.

59 Quomodo in ordinatione diaconi verba *Accipe Spiritum Sanctum* non sufficienter denotent munus, & gradum illius, bene tamen in ordinatione Episcopi, ibidem. num. 60.

60 Diaconi munus fuit vngere oleo sancto frontem mulierũ, quæ baptizabantur, & viros baptizatos suscipere. disp. 245. num. 44.

61 Diaconi coniugati in Ecclesia Latina debebant cum vxoribus votum castitatis emittere, secus in Ecclesia Græca ibidem n. 50.

62 Diaconus iuxta aliqua Concilia ante vigesimum quintum ætatis annum no poterat ordinari. disp. 246. num. 38.

63 Abusus Hispanorum ordinandi in diaconos, & leuitas pueros, & infantes, prohibitus extra Concilio Toletano 4. ibidem.

64 Pro ordinatione diaconi 25. ætatis annum, Iustinianus Imperator postulauit.ibid.num.39.
65 In 20. anno quisque ad diaconatum promoueri potest ex Clementis V. decreto.ibidem num.39.
66 In 23. anno, diaconum ordinari debere Concilium definiuit Tridentinum.ibi.num.41.
67 Diaconi præter linguam Latinam, ea quæ ad proprium munus pertinent, debent intelligere.ibid.
68 Diaconum posse aliquãdo Matrimoniũ contrahere Synodus Ancyrana definit dis.257.n.70.& dis.249.

Diaconissa.

1 Diaconissæ fuerunt aliquando in Ecclesia aliqua cæremonia consecratæ, disp.245.num.28.
2 Diaconissæ inceperant iam tempore Pauli, ibid.
3 Diaconissarum electio, & ordinatio, primo in Ecclesia Græca abrogata fuit in Concilio Laodiceno.ibidem num. 32.
4 In Ecclesia Latina, vsque ad tempora Leonis I. ordinatio diaconissarum perseuerauit.ibid. nu.34.
5 In diaconissas virgines eligi consuerunt viduæ tamen in defectum earum. ibidem num.36.
6 Diaconissæ etiam presbytidæ ratione ætatis nuncupabantur.ibidem num.37.
7 Viduæ ante 60. annum non eligebantur in diaconissas.ibid.num.40.
8 Virginum ætas, quæ ad diaconissas consecrabantur arbitrio Episcopi relinquebatur ante tempora Concilii Calcedonensis. ibidem.
9 In Concilio Calcedonensi, annus 40. fuit assignatus, vt virgines in diaconissas eligerentur. ibid,
10 Diaconissarum munus primo erat, reliquas mulieres instruere de rebus, de quibus cum diaconis, aut Episcopis agere deberent.ibidem num.44.
11 Secundum munus diaconissarum erat, ad portam mulierum custodiæ gratia manere.ibid.
12 Tertium munus diaconissarum erat, abstergere ex fronte mulierũ, quę baptizabantur, oleũ sanctũ.ibi.
13 Quartum munus erat fœminas baptizatas suscipere. ibidem.
14 Quinto mittebãtur ab Episcopis in domos mulierum.ibid.
15 Tempore Epiphanij munus diaconissarum erat fœminarum indigentium curam gerere.ibi. n.48.
16 Diaconissæ, Episcopissæ, presbyteræ, &c. mulieres aliquando dictæ sunt, non ratione officij, sed a viris, quorum vxores erant.ibid. num.49.

Dies.

1 Dies non eodem mod, sed diuerso a diuersis nationibus computari solebant. disp.172.nu.128. vide *Lunæ*

Dionysius.

2 Non dixit Dionysius Sacramentum Eucharistiæ esse consummationẽ reliquorum, licet aliam excellentiam illi tribuat.disp.167.num.8.
2 Non admittit Dionysius in verbis consecrationis metaphoram aliquam.disp.179.num.98.
3 Non docet Dionysius fieri consecrationem per orationem, sed potius per verba, *Hoc est, &c.* disp. 197.num.17.& 36.
4 Ex Dionysio non colligitur Ecclesiæ consuetudo ministrandi Eucharistiam paruulis. disp.212.num. 12.vsque ad 16.
5 Dionysius docet, prius Christum se cõmunicasse, quam discipulos.disp.216.num.81.
6 Docet Dionysius Iudam corpus, & sanguinẽ Christi percepisse, fuisse tamẽ exhęredatum benedictione spirituali.disp.217.num.9.10. & 11.

Discipuli.

1 Discipuli Christi illius promissionem, Ioann. 6. de vera, & reali manducatione carnis intellexerunt, & scandalizati sunt.disp.179.num.70.& 71.

Discrimen.

1 Quod discrimen versetur inter Sacramentum, & sacrificium.disp.230.num.16.

Dispensatio.

1 Dispensatio in soluendo Matrimonio, qualis sit, disp.249. num.21.
2 Dispensatio in vsu sacri ministerij, quare non fiat a Pontifice, erga homines sacris initiatos postquam facta est, vt contrahant Matrimonium.ibi.nu.23.
3 Dispensatio Eucharistiæ, vide *Minister, & Eucharistiæ administratio.*

Dispositio.

† 1 Dispositiones accidentariæ, non possunt recipi in nuda materia prius natura, quam informetur forma substantiali. disp.195.num.26.& 32.
2 Solus status gratiæ est sufficiens dispositio ad primarium effectum Eucharistiæ. dis.206.n.7.& seq.

Distinctio.

† 1 Distinctio ex natura rei inter rem, & modum, optime colligitur ex non mutua separatione.disp.190. num. 3.
† 2 Distinctio essentialis partium, non potest desumi ex eo, quod illis essentiale est.ibid.nu. 52.

Diuisio.

† 1 Diuisio nequit alicui conuenire per extrinsecam denominationem sicut motus. disp.190. num.51.
2 Christus in Eucharistia dicitur diuidi non secundũ partes, sed secundum existentiam in Sacrmento. disp.193.num.17.
3 Diuisio panis a Christo facta, vide *Christus.* num. 73.74.75.76.& sequent.

Dogma.

1 Dogmata fidei aperte, & proprijs verbis tradita sunt.licet postea per figuram aliquam explicentur, disp.199.n.838.& 84.

Dolor.

† 1 Dolor non est sine vulnere, aut aliqua diuisione continui. disp.192.num.42.

Durandus.

1 Durandus errauit dicens, materiam primam panis, & vini, manere sub speciebus post consecrationem. disp.180.num.14.& disp.181.numer. 3.4. & 5.
2 Sensit Durandus corpus Christi in Eucharistia nulla ratione moueri, disp.190.num.38.
3 Temeritatis notatur Durandus, eo quod improbauerit plures sacerdotes eandem hostiam posse consecrare, disp.218.num.18.

Duratio.

† 1 Duratio Angeli non solum est in tempore, sed etiã in instanti, disp.188.num.30.
† 2 Durationis instans, duratio est.ibid.

E.

Ebionitæ.

1 EBIONITAE Hæretici, in azymo consecrabant corpus Christi. & per aquam solam perficiebant

ſciebant conſecrationem calicis.diſp.174.num.2. & diſp.175.num.2.
3 Ebionitæ putarunt, poſt Chriſti aduentum legalia obſeruanda eſſe, eadem diſp.174.num.5.
3 Non fuit introductum fermentatum in Eccleſia occaſione erroris Ebionitarum.ibid. num.6.
4 Ebionitæ, vel non fuerunt diſtincti ab Aquarijs,& Tacianis, vel hi eorum errorem de conſecratione in ſola aqua ſequuti ſunt.diſp.175. num.2.

Eccleſia.

1 Eccleſia propria peregrini cenſetur ea, ad quam rediturus eſt.diſp.174.num.24.
2 Si Græci,vel Latini in alieno ſolo propriam Eccleſiam habere permittantur, tenentur obſeruare in conſecratione conſuetudinem propriæ patriæ. ibidem.
3 Eccleſia relaxare poteſt iuſta de cauſa præceptū miſcendi aquam vino conſecrando. diſp.177.n.16.
4 Eccleſia colligit ſenſum verborum ab Spiritu Sancto intentum ex traditione, & conſenſu Patrum. diſp.180.num.52.
5 Cur Eccleſia in abiuratione Berengarij metaphoris vti voluerit,cum aliàs in ſimilibus non conſueuerit eis vti.diſp.193.num.20.& 23.
6 Antiquitus conſueuit Eccleſia infundere ſpecies conſecratas in parua quantitate magnæ copię vini non conſecrati,certam ſequuta ſententiam. diſp. 195.num.65.
7 Eccleſia vtitur benedictione communi ante conſecrationem.diſp.196. num.5.
8 Eccleſia congruenter non vtitur fractione ex eodem pane,ſed vnicuique ſuum panem tribuit, & vni tantum Sacramentū etiam miniſtrat.ibi.n.26.
9 Eccleſiæ ſenſus eſt Chriſtum verbis, quibus nunc ea vtitur conſecraſſe.diſp.197. num.13.
10 Eccleſia vniuerſalis ſentit per verba: *Hoc eſt corpus meum,& hic eſt calix,&c.* abſque alia oratione fieri conſecrationem.ibi.num.20.
11 Eccleſia Græca,& Latina poſt cōſecrationē vtitur orationibus,vt cōſecratio ſit in ſalutē.n.33.34.& 58
12 Eccleſia Græca præmittit verba aliqua conſecrationi,vt ad illam præparet ſe ſacerdos.ibi.num.37.
13 Eccleſia Latina ſimilia verba poſtponit, vt profiteatur ſacerdos ſe feciſſe, quod Chriſtus præcepit in ſui memoriam, vel vt excuſet ſe quod tantum myſterium fuerit auſus perficere. ibi.
14 Nequit ſine errore dici Eccleſia,tam Græca,quam Latina peccare in omiſſione additamenti formæ conſecrationis vini, vel panis, aut ignorantia inuincibili excuſari.diſp.198.num.44.
15 Eceleſia Latina ſemper vtitur in verbis cōſecratio nis calicis verbo *Effundetur* de futuro. diſp.199.n.9.
16 Coniunxit Eccleſia verba illa.*Pro vobis & pro multis* vt expreſsius ſignificaret pretium ſanguinis futurum pro toto genere humano,ibidem num.15.
17 Eccleſia omittit additamentum formæ conſecrationis panis,& non vini, vt confirmatio noui Teſtamenti explicaretur,ibidem num.27.
18 Eccleſia verba,*Myſterium fidei* in conſecratione calicis à Chriſto antiqua traditione accepit,ibidem.
19 Conſuetudo Eccleſię ponendi particulam *Enim*, in verbis Cōſecrationis,vim præcepti habet,quæ ſine peccato omitti nequit.ibid.num.28.
20 Eccleſia ſemper intellexit verba conſecrationis virtute ſignificationis prout à Chriſto inſtituta operari conuerſionem.diſp.200.num.12.
21 Plus diſtat ab Eccleſiæ vnitate infidelis, quam fidelis exiſtens in peccato.diſp.207.num.13.
22 Interdum Eccleſia prohibet diſputationem de re aliqua,quam nondum definiuit.ibi.num.27.
23 Nunquam damnat Eccleſia ſub pœna excōmunicationis aſſerentes aliquid pertinaciter, & abſolute,quia eo ipſo vt errorem contra fidem damnet aſſertum.ibidem.
24 Eccleſia poteſt imponere præceptum, vt modificetur obligationem præcepti Diuini de tēpore confeſsionis.diſp.208.num. 17.
25 Eccleſia poteſt præcipere confeſsionem Sacramentalem, licet non quoad peccata interiora,numer. 18.& 26.
26 Eccleſia cū determinat præceptū Diuinū cōfeſsionis ad aliquod tēpus obligat, vt tunc confiteantur fideles peccata mortalia etiā interiora. ibid.n.16.
27 Omnino præcipit Eccleſia monachis Benedictinis, vt ſingulis menſibus confiteantur, & non determinat præceptum Diuinum. ibid.
28 Eccleſia non poteſt ex ſe directe præcipere,vt quoties quis haberet peccata ſolum interiora confiteretur. ibidem.
29 Eccleſia ante 1100. annos ieiuniū ad ſumptionem Euchariſtię extra neceſsitatē obſeruauit.diſp.211. num.3.& ſeq.
30 Eccleſia Africana in die cœnæ Domini diſpēſauit in ieiunio ad ſuſcipiendā Euchariſtiam.ibi.num.5.
31 Eadem Eccleſia feria V. cœnæ Domini bis offerre conſueuit,& vtraq; oblatio fiebat à nō ieiunis.ibi.
32 Eccleſia antiquitus conſueuit ſingulis dare buccellam panis conſecrati, quam in calice domum delatam ſecreto deguſtarent.ibi.nu.8.
33 Aliquādo fuit in Eccleſia præceptū ſeruandi ieiunium aliquo tempore, poſt Euchariſtiæ ſumptionem,quod paulò poſt conſuetudine contraria abrogatum eſt.ibi.num.10.
34 Eccleſia autoritate cōdendi leges, qua pollet,multa ſtatuere poteſt,quæ Chriſtus non præcepit. ibidem num.13.
35 In antiqua Eccleſia,tanta quantitas panis, & vini conſecrabatur,quanta ſat erat,vt quiſque partem acciperet.ibidem num.52.
36 Nihil hactenus Eccleſia declarauit, de adminiſtrāda Euchariſtia prætermiſſo Ordine Eccleſiaſtico. ibidem num.63.
37 Eccleſia olim conſueuit paruulis Euchariſtiam miniſtrare.diſp.212.num.13.
38 Non ideo Euchariſtiam paruulis Eccleſia miniſtrabat, vt eos a menſa dæmoniorum abduceret. ibidem num.18.
39 Eccleſia antiquitus Sacramentum ſub vtraque ſpecie miſtum paruulis tribuebat, ibidem numero 19.
40 Eccleſia Latina merito laicis ſolum miniſtrat corpus Chriſti ſub ſpecie panis, negato calice. ibidem.
41 Ab eo forte tempore quo Eccleſia Latina cœpit negare calicem laicis Euchariſtiam paruulis negauit. ibi.
42 Fuit in Eccleſia conſuetudo recitandi nomina eorum,qui munera ad altare Domini obtuliſſent. ibidem num.29.
43 Nunquam vniuerſaliter interdixit Eccleſia Euchariſtiam energumenis.ibi. num.32.
44 Eccleſia non poteſt præceptum ieiunij Quadrageſimalis ſine incommodo abrogare. diſput.213. num.5.
45 Eccleſia poteſt præcipere aliqua à Chriſto ſub conſilio tantum relicta. ibidem.
46 Eccleſia non præcepit caſtitatem, & quia res difficilis,

cilis, & quia Matrimonia neceſſaria. ibidem.
47 Non totum id, quod ab initio Eccleſiæ in ea obſeruatum eſt præceptum Diuinum cenſeri debet. ibidem num. 6.
48 Eccleſia hucuſque non expreſſe definiuit Euchariſtiam eſſe neceſſariam. ibidem.
49 Eccleſia merito aliquando negauit Euchariſtiam in articulo mortis in pœnam aliquorum criminum. diſp. 214. num. 19.
50 Niſi Eccleſia determinaſſet tẽpus præcepti, & Euchariſtiæ, & pœnitentiæ extra articulũ mortis, nullum tempus arbitrio prudentis ſignari poſſet, in quo præceptum affirmatiuum obligaret. ibi. n. 20.
51 Initio naſcentis Eccleſiæ ex illius præcepto fideles quotidie communicabant. ibid. num. 21.
52 Poſtea Eccleſia hoc præceptum Euchariſtię determinauit ad tria ſaltem anni tempora. ibi. nu. 24.
53 Poſtremo illud determinauit Eccleſia ad tempus Paſchatis. ibid. num. 26.
54 Eccleſia vtebatur olim pro laicis vtraque ſpecie. diſp. 216. num. 1.
55 Eccleſia iuſte negauit laicis communionem ſub vtraque ſpecie. ibid. num. 7. & ſequentibus, & nu. 39. & ſequent.
56 Eccleſiæ traditio præbendi Euchariſtiã laicis ſub ſpecie tantum panis inefficaciter ab alijs probatur. ibid. num. 19. vſque ad 23.
57 Eccleſiæ traditio efficaciter probatur. ibid. num. 24. & ſequentibus.
58 Eccleſia ſolita fuit ſeruare Euchariſtiam pro ęgrotis ſub ſpecie tantum panis. ibi. n. 24. & ſequent.
59 Mos fuit in Eccleſia, vt Euchariſtia domi etiam a laicis ſeruaretur, & ſumeretur. ibid. num. 30.
60 In pœnam delicti grauis, ſolita fuit Eccleſia negata communione clericali, laicam ſolum concedere. ibid. num. 33.
61 Eccleſia tam Græca, quam Latina, vtitur communione præſanctificatorum. ibid. num. 36. vide *Communio*.
62 Eccleſia ſemper habuit poteſtatem immutandi aliquid iuſta de cauſa circa Sacramentorum adminiſtrationẽ, ſalua eorum ſubſtantia. ibidem.
63 Eccleſia interdixit laicis vſum calicis ad extirpa hæreſes, incommodaque vitanda. ibid. num. 41. & ſequentibus.
64 Eccleſia aliquibus cõmunionẽ ſub vtraque ſpecie concedit, & alijs poteſt iuſta de cauſa concedere. ibidem num. 46. & 47.
65 Eccleſia, & Summus Pontifex, poſſunt præceptum Apoſtolicum iuſtis de cauſis abrogare. ibi. nu. 60.
66 Non eſt minor Eccleſiæ poteſtas inferendis præceptis, quam Apoſtolorum. ibidem.
67 Eccleſia Romana conſueuit, vt cum Pontifice publice celebrante, presbyteri Cardinales ſimul conſecrarent. diſp. 218. num. 13.
68 In Eccleſia Græca Epiſcopus nunquam ſine ſacerdote, & diacono celebrat, cum quo ſimul ſacerdos verba conſecrationis profert. ibidem.
69 Nequit Eccleſia immutare aliquid formæ, materiæ, aut efficacitatis Sacramentorum. ibi. num. 25.
70 Eccleſia non offert per ſacerdotem, vt præcipuus offerens per miniſtrum. diſp. 225. num. 14.
71 Eccleſia, quo ſanctior eſt, in qua miniſter offert ſacrificium altaris, eo eſt magis meritorium ſacrificium. diſp. 229. num. 10.
72 Eccleſiam a Deo poteſtatem accepiſſe, vt multa iuſta de cauſa ſtatuat, quę nec Diuino iuri, nec rationi aduerſentur, iure Diuino conſtat. diſ. 240. nu. 5.
73 Eccleſia poteſt tollere facultatem Epiſcopi hæretico, excommunicato, aut ſuſpenſo, vt minores Ordines ab ipſo collati validi non eſſent, id tamen de facto non fecit. diſp. 243. num. 3.
74 Eccleſia prohibuit, ne licite vllum Ordinẽ Epiſcopi hæretici, excommunicati, aut ſuſpenſi conferrent. ibid. num. 4.
75 Eccleſia nequit impedire effectum Sacramenti, neque immutare materiam, formam, vel miniſtrum illius. ibid. num. 8.
76 Eccleſia excommunicans, aut ſuſpendens Epiſcopum, nequit characterem illius, aut poteſtatem auferre. ibidem.
77 Eccleſia nullius Sacramenti effectum, niſi abſolutionis valet impedire. ibid.
78 Eccleſia nullo iure poteſt auferre poteſtatẽ, aut cõſecrationẽ alicui iure Diuino collatam. ibi. nu. 21.
79 Poteſt Eccleſia auferre conſecrationem, & poteſtatem ex iure Eccleſiaſtico alicui conceſſam. ibid.
80 Nequit Eccleſia auferre ab Epiſcopo poteſtatẽ Ordines maiores conferendi, ſecus minores. ibi. n. 22.
81 Eccleſia noluit irritos eſſe de facto minores Ordines ab Epiſcopo degradato, excommunicato, vel hæretico collatos. ibid.
82 Eccleſiæ miniſtri carnali generatione nequeunt propagari. diſp. 244. num. 4.
83 Miniſtri Eccleſiæ non ſunt a ſolo Deo eligendi. ibid. num. 6.
84 Non eſt conueniens electionem miniſtrorum Eccleſiæ ſortibus fieri. ibi. num. 8.
85 Eccleſiæ miniſtros nõ eſſe eligendos a populo, vel magiſtratibus de fide eſt. ibi. num. 17.
86 Eccleſia vniuerſalis, cui ſinguli paſtores, excepto Romano Pontifice obedire debent, non ſunt omnes fideles laici, ſed Concilium generale Epiſcoporum legitime congregatum. ibi. num. 49.
87 Eccleſia in ordinandis, non ſemper eandem ętatem poſtulauit. diſput. 246. num. 36.
88 Eccleſiaſtico tantum iure clerici ante ſacros Ordines coniugati votum continentiæ ſeruare tenentur. diſp. 247. num. 16. & ſequent.
89 Eccleſia Matrimonium ſpirituale init, & conſummat cum Epiſcopo ad ipſam cõſecrato. diſ. 241. n. 1.
90 Eccleſia Latina ſemper pro more habuit continentiam in ſacerdotibus. diſp. 247. num. 70.
91 Licitum fuit ſemper in Eccleſia Latina Matrimonio coniunctos, ordinari. ibid. num. 80.
92 Eccleſia quomodo definiat ex verbis Scripturę, vt de *Verba*, num. 16. & 17.

Effectus.

† 1 Effectus formalis ſine forma, aqua procedit, neque eſſe, neque intelligi poteſt. diſp. 186. num. 36.
† 2 Virtus cauſæ formalis ad effectum formalem, nulla potentia ſuppleri poteſt. ibi.
3 Effectus Miſſæ ſacrificij eſt duplex. diſp. 228. nu. 1.
4 Quoſnam effectus habeat ſacrificium Miſſæ. diſp. 228. per totam.
5 Effectus Euchariſtiæ, vide *Euchariſtiæ effectus*.

Efficiens, & efficacitas.

1 Efficiens, vide *Agens*, *Efficacitas verborum*, vide *Verba conſecrationi*, num. 20. & ſequentibus.

Electio.

1 Electio miniſterorum Eccleſiæ, nequit conuenienter fieri ſortibus. diſp. 244. num. 8.
2 Electio Mathię in Apoſtolatum per ſortes ex peculiari inſpiratione, & alijs modis excuſatur a Patribus. ibi. num. 10.
3 Electio per ſortes Rectoris Complutenſis Acade-

miæ licita eſt. ibi. num. 13.
4 Electio per ſortes inter dignos ad adminiſtrationem temporalem rei publicæ licita eſt ibid.
5 Electionem miniſtrorum Eccleſiæ, ad principatos magiſtratus, vel populum, non ſpectare definitum eſt à Trident. ibi d. num. 17.
6 Electio, ſeu vocatio miniſtrorum Eccleſiæ ad Ordines maiores. & minores ad Epiſcopos in ſuis Diœceſibus iure Diuino pertinet. ibi num. 21.
7 Hæc electio ad Pontificem Romanũ etiam pertinet. ibi.
8 Electio ad Epiſcopatum à Summo Pontifice, & ab alijs ex conceſsione poteſt fieri. ibidem numero 23.
9 Electio Epiſcopi fiebat antiquitus à Metropolitano, & à Comprouincialibus Epiſcopis. ibidem numero 23.
10 Electio Epiſcopi aliquando à clero vniuerſo concurrente populo, ex conceſsione fieri conſueuit. ibidem.
11 Ad electionem Sũmi Pontificis, ius primaria eſt in ipſo Pontifice, vt ſibi poſsit ſucceſſorem aſsignare eadem diſp. 244. num. 26.
12 In electione Summi Pontificis, modus ſeruandus præſcriptus eſt Cardinalibus ab ipſo Pontifice. ibidem.
13 Electio Pontificis antiquitus ex conſenſu Imperatorum fiebat. ibi. num. 28.
14 Hæc electio modo pertinet ex conceſsione ad Cardinales, Epiſcopos, presbyteros, & diaconos. ibidem num. 29.
15 Defficientibus Cardinalibus ad Concilium generale iure Diuino prædicta electio pertinet. ibidem num. 31.
16 In eiuſmodi euentu aliquando liceret Epiſcopis totius orbis, imo teneri poſſent electionem pontificis clero Romano, vel Epiſcopis vicinis committere ibid. num. 33.
17 Electiones miniſtrorum Eccleſiæ aliquo tempore ex conſenſu populi ſunt factæ. ibid. num. 34.
18 Nunquam conſenſus populi ita fuit requiſitus ad electionem miniſtrorum, vt ſine illo eorum ordinatio eſſet irrita ibidem.
19 Electio miniſtrorum Eccleſiæ tempore Apoſtolorum non fiebat ex plebis conſenſu.
20 Duces & magiſtratus olim eligebantur erectione manuum. diſp. 235. num. 16.

Eliberitanum Concilium.

1 Statuit Concilij Eliberitanũ, vt certum perſonarum genus ob quoddam genus peccati, communione priuaretur. diſp. 209. num. 9.

Energumeni.

† 1 Energumenis non eſt Euchariſtia modo denegan da. diſp. 212. num. 32.
† 3 Nunquam lege vniuerſali Eccleſiæ, nec pro omni tempore energumenis fuit interdicta Euchariſtia, bene tamen lege aliqua ſpeciali extra articulum mortis. ibi. num. 3.
† 3 Energumeni tenentur præcepto ſumendi Euchariſtiam. diſp. 214. num. 32.

Ens.

† 1 Ens non dicit conceptum communem ſubſtantiæ, & accidenti, ſed proxime ſignificat ſubſtantiam, & accidens. diſp. 201. num. 47.
† 2 Ens vere, & non identice prædicatur de ſubſtantia, aut accidenti propter diuerſum modum ſignificandi. ibi.

Enuntiatio.

† 1 Vnum de alio proprie enunciatur ſolum ratione vnionis cum eſt vnio duarum naturarum in ſuppoſito, vel forma cum ſubiecto. diſput. 180. numer. 62.
† 2 Improprie vnum enuntiatur de alio etiam ſine prædicta vnione. ibi.
† 3 Non poteſt prædicatum enuntiari de ſubiecto, niſi ſubiectum maneat, & demonſtretur, ſiue in fine, ſiue in principio prolationis. ibi. num. 90. 91.
† 4 Quomodo enuntietur corpus de pane proprie, & ſanguis Chriſti de vino. diſp. 181. num. 150.
† 5 Vere, & proprie enuntiationes efficiuntur in hoc myſterio cum præpoſitionibus *ex*, & *de*, ibi n. 154.
† 6 Enũtiatio illa, *Panis fit corpus Chriſti*, & ſimiles falſæ ſunt: ſi proprie accipiantur. ibid.
† 7 Enuntiationes aliæ, in quibus eſt verbum *eſt*, ſecundum proprietatem falſæ ſunt vnde improprie vnã accepit Concilij Romanũ à Berengario ibi. n. 158
† 8 In enuntiatione continente ſenſum diuiſum veritas aliquando reperitur. diſp. 186. num. 41.
† 9 Vere enuntiantur de Chriſto in Euchariſtia omnia prædicata ſubſtantialia. diſp. 193. nu. 1.
† 10 Vere enuntiantur, & proprie de Chriſto in Euchariſtia, quæ illi conueniunt ratione ſpecierum, denotando ſolam vnionem, vel preſentiam. ibi.
11 Quid de enuntiatione aliorũ prædicatorum varij ſenſerunt Doctores faciliter refertur n. 2. vſq. ad 8.
† 12 Prædicata quæ denotant motum aut exiſtentiam in loco vere, & proprie de Chriſto, ſub ſpeciebus enuntiantur. ibi. num. 9.
† 13 Poteſt prædicatum proprie de aliquo enuntiari licet extrinſece, & ſecundarie illi conueniat, alteri vero intrinſece. ibi.
† 14 Prædicata quæ nec motum ſecundum locũ in corpore Chriſti, nec aliquid intrinſecum illi, ſed ſpecibus ſolis denotant, vere enuntiantur de Chriſto, licet per figuram. ibi. num. 11.
† 15 Non omnia quę ſpeciebus conueniunt de Chriſto vere enuntiari poſſunt. ibi. & num. 12.
† 19 Idem eontingeret, quoad enuntiationem ſi cum Chriſto maneret ſubſtantia panis num. illo 12.
† 17 Alia de Chriſto ſub ſpeciebus enuntiari poſſunt præter ea quę Patres prædicarunt, ſi ſimilis figura poſsit reperiri. ibi. num. 14.
† 18 De Chriſto enũtiantur per figuram ratione ſpecierum ſolum ea quoad aliquem ſenſum referuntur ibid. num. 15.
19 Spetiatim de Chriſto enuntiantur ratione ſpecierum, quę ad manducationem pertinent, quæ habet rationem cibi ſpiritualis ibid. n. 16.
20 De Chriſto in Euchariſtia ſine figuram ratione ſpecierum frangi, & miſceri. ibid. num. 19.
21 Enuntiantur ſecundum quod ipſum & vniuerſa litera ex Ariſtot. quæ per ſe prædicantur de omni ſubiecto, & cum eo reciprocantur. diſp. 194 n. 31.
† 22 Enuntiatio identica, aut tautologica, ſolũ eſt quando idem nomen eodem modo ſignificant aut ſynonymon ex parte ſubiecti, & prædicati ponitur. diſp. 201. num. 46. & 47.
† 23 Vere, & non identice enuntiatur ens de ſubſtantia, aut de accidenti, quamuis non dicat vnum cõceptum abſtractum illis commune. ibi. num. 47.
† 24 Enuntiatio non eſt vera quandiu eius durat prolatio, ſed cum primum finita eſt. diſp. 202. nu. 3. & 4.
† 25 Enuntiatio non ſignificat proferentibus, ſed audientibus, ex quibus menſura ſignificationis vocũ ſumitur. ibi.
† 26 Enuntiatio, tam practice, quam ſpeculatiue vera eſt

eſt, ſiid quod enuntiat præſens, paulo ante præteritum, aut paulo poſt futurum ſit. ibidem num. 5. & 6.

† 27 In ſignificatione enuntiationis ſpeculatiuæ, vel practicę veritas eodem modo ſumitur ex conuenientia cum enuntiata, ibid. num. 9. & 10.

† 28 Enuntiatio pratica dicitur quia per illam ratione ſignificationis aliquid efficitur eadem diſp. 202. num. & 10.

† 29 enuntiatio ſpeculatiua eſt, quæ non efficit ſed tãtum enuntiat aliquid eſſe aut non eſſe. ibid.

† 30 Si enuntiatio practica eſt cauſa ſuæ veritatis id habet faciendo quod ſignificat vnde oritur veritas. ibid. num. 13.

† 31 In enuntiatione ſignificatiõ prior eſt veritate & indiferens eſt a l veritatem, & falſitatem, vt ſubiectum commune. ibid. num 14. & 15.

Epij Kia.

1 Epij Kia eſt emendatio erroris legis. diſp. 211. nu. 44 & diſp. 219. num 14.

2 Epij Kia ſolum habet locũ quando lex erat & redderur pernitioſa, ac proinde ceſſat, eadem diſput. 211 num. 44. & diſp. 223. num. 15.

3 Epij Kia nequit legi adhiberi ab inferiori ex ſola coniectura probabili, niſi quando caſus ſubitus eſt, & ſuperior conſuli non poteſt. ibidem num. 45.

4 Epij Kia nequit adhiberi ad excipiendum caſum ſingularem legis, niſi euidens ſit in eo caſu, rationem legis ceſſare, quando circa poteſtatem legislatoris, non eſt diuerſitas opinionum. ibi. num. 43. & 59.

5 Epij Kia legi vniuerſali adhiberi poteſt ſola ratione probabili, quando circa poteſtatem legislatoris ad obligandum fuerit diuerſitas opinionum. ibi. num. 59.

6 Non eſt locus epij Kiæ de præmittendo ieiunio, & alijs legibus Eccleſiaſticis, vt ſacerdos conſecret ad miniſtrandam Euchariſtiam in articulo mortis exiſtenti. ibi num. 63. & 64.

Epiphanius.

1 Epiphanius diaconus docet panem, & vinum cõſecratum non poſſe dici antitypa corporis & ſanguinis Chriſti, ſed potius ipſum corpus, & ſanguinem, diſp. 197. num. 38. & 16.

2 Docet ieiunium ad ſumendam Euchariſtiam introductum fuiſſe ab Apoſtolis. diſputatione 211. num. 8.

3 Docet ſacerdotem per Baptiſmum, & pœnitentiã filios Eccleſiæ generare, & Epiſcopos per ordinationem patres. diſp. 240. num. 33.

Epiſcopus.

1 Nequit probabiliter dici per ſe Epiſcopum diſpenſare in lege Eccleſiaſtica de ieiunio ad conſecrandum, vt Euchariſtia miniſtretur exiſtenti in periculo mortis. diſp. 211. num. 65.

2 Epiſcopus recens conſecratus ſimul cum conſecrante, verba conſecrationis proferre debet. diſput. 218. num. 13.

3 Debet hic Epiſcopus verba proferre cum ſufficienti intentione ad conſecrandum. ibidem numero 37.

4 Curare debet prædictus Epiſcopus, ne præcipue celebrantem in prolatione præueniat, quod ſi caſu accidat, nihil contra debitam reuerentiam Sacramenti fit. ibid. num. 39. & 40.

5 Cura rei familiaris Epiſcopo prohibetur in Concilio Carthaginenſe quarto. diſputatione 236. numero 71.

6 Epiſcopi, quare dicti presbyteri. ibid nu. 99. & diſput. 240. num. 35.

7 Epiſcopus nomen eſt dignitatis. ibid. num. 99. & 100.

8 Epiſcopus Græce, idem quod Latine ſuperintendens. ibid. num. 102.

9 Epiſcopi cur Pontifices dicti. ibidem num. 102.

10 Olim Epiſcopi Pontifices, imo Summi Pontifices, & ſacerdotes vocati, nunc fere ſolus Romanus Pontifex hoc gaudet nomine. ibidem num. 103.

11 Epiſcopi etiam Antiſtites dicti, & quare. ibidẽ numero 105.

12 Quæ munera Epiſcopis Pontificale deſignet, quæ Ignatius, & quę Dionyſius. ibidem num. 111.

13 Quæ Epiſcopis cum ſacerdote communia, & quæ propria, ibidem num. 112.

14 Epiſcopi non ſolũ in intentiori, ſed etiam exteriori foro ius dicunt. ibidem.

15 Sub conſecratione, quæ Epiſcopo inter alia demãdatur, intelligitur chriſmatis confectio eiuſque adminiſtratio per Confirmationis Sacramentum. ibidem num. 11. & 12.

16 Sub oblatione Epiſcopi continetur corporis, & ſanguinis Chriſti refectio. ibidem.

17 Munera Epiſcopi in Pontificali aſsignata iure Diuino Epiſcopatui ſunt connexa, licet aliqua etiam ſacerdotibus conueniant. ibidem num. 12.

18 Aliqua Patres Epiſcopis tribuunt, quæ iure Eccleſiaſtico Epiſcopis ſunt annexa, & reſeruata, ibidem num. 113.

19 Ea, quæ in Pontificali Epiſcopo tribuuntur Patrũ autoritate ſunt confirmata. ibidem num. 112. & ſequentibus.

20 Tota materia Sacramenti Ordinis à ſolo Epiſcopo tradi, & forma ab eo ſolum proferri debet, & quare. diſp. 238. num. 48.

21 Epiſcopus à presbytero non differt ex ſententia Aerei, qui fuit hæreticorum primus. diſput. 240. num. 1.

22 Epiſcopalis ordo de medio tollitur ab hæreticis. ibidem num. 5.

23 Poſt Tridentinum nequit ſine hæreſi differentia inter Epiſcopos, & presbyteros negari, ibidem, & num. 7. & 8.

24 Hanc differentiam Epiſcopi à presbytero aliqui Patres, & Scholaſtici cum Hieronymo non agnouerunt. ibidem. num. 9.

25 Deducitur ex prædicta ſententia Epiſcopatum non eſſe Sacramentum, ibidem num. 17.

26 Epiſcopatũ, & a Chriſto inſtitutum, & Sacramentalem, & ordinem eſſe vera ſententia docet, ibidẽ num. 23.

27 Epiſcopatum ſupra ſacerdotium fuiſſe a Chriſto inſtitutum poſt Tridentinum ſine nota hæreſi negari nequit, ibidem, num. 26. & 36. & 37.

28 Ordinationem Epiſcopi Sacramẽtum eſſe ex Scriptura, & Patribus probatur. ibidem numero 29. & 38.

29 Ex poteſtate conferendi Sacramenta Ordinis, & Confirmationis, recte cõligitur diſcrimen inter Epiſcopum, & ſacerdotem ibidem num. 32.

30 Epiſcopi per ordinationem Patres in Eccleſia generantur teſte, Epyphanio ibidem.

31 Epiſcopi aliquando presbyteri dicti. ibidem numero 35.

32 Epiſcopus non ſola poteſtate Ordinis, ſed etiam iuriſdictionis iure Diuino ſuperior eſt ſacerdote. ibidem num. 41.

33 Epiſcopus differt a ſacerdote ratione iuriſdictionis quæ eſt in foro exteriori, nō iuriſdictionis quæ eſt in foro interiori, ibidem num. 41.

34 Poteſtas iurisdicendi iure Diuino Epiſcopis conuenit. ibidem.

35 Epiſcopi titulares poteſtatem actiuam iuriſdictionis habent, non tamen materiam applicatam. ibidem num. 42.

36 Cum Epiſcopus excommunicat, aut ab excommunicatione abſoluit, Chriſti auctoritate non Romani Pontificis id facit. ibidem num. 43.

37 Epiſcopus eſt quaſi ſacerdos magis perfectus, vnde Epiſcopatus non eſt omnino diſtinctum Sacramentum à ſacerdotio, ibidem num. 47.

38 Epiſcopatus ſe habet ad ſacerdotium, ſicut poteſtas abſoluendi ad poteſtatem ordinandi. ibidem num. 50.

39 Epiſcopus ad ſacerdotem comparatur, ſicut adultus ad iuuenem. ibidem num. 51.

40 De charactere in ordinatione Epiſcopi varia placita. ibidem num. 51.

41 Quomodo ſit philoſophandum de charactere Epiſcopatus, eadem diſp. 240. num. 54.

42 Licet diuerſus character in Epiſcopatus, & ſacerdotio imprimeretur, non poſſet imprimi Epiſcopalis, non præmiſſo ſacerdotali, ibidem numero 54.

43 Poteſtas Epiſcopalis ſecundum ſe conſiderata, & prout diſtincta à ſacerdotali, non eſt ea præſtantior. ibidem num. 55.

44 Quare Epiſcopus dicatur in eminentiori gratia ſuper ſacerdotes conſtitutus. ibidem.

45 Cur Epiſcopatus, & ſacerdotiū, non vno die conferantur. ibidem num. 56.

46 Materia proxima ordinationis Epiſcopi eſt manuum impoſitio quæ fit à tribus Epiſcopis ſub illa forma. *Accipe Spiritum Sanctum.* ibidem numero 53.

47 Quare vnctio materia ordinationis Epiſcopi eſſe non poſſit ex Patribus colligitur. ibidem.

48 In ordinatione Epiſcopi, verba: *Accipe Spiritum Sanctum*, ſufficienter denotant munus, & gradum Epiſcopi ſecus in ordinatione diaconi. ibidem num. 60.

49 Quare Chriſtus ſub generali illa verborum forma Epiſcopos ordinari voluerit. ibidem numero 61.

50 Maior gratia confertur in ordinatione Epiſcopi, quam ſacerdotis, & quare, ibidem.

51 Ad materiam ordinationis Epiſcopi impoſitionem libri Euangeliorum ſupra ceruices ordinandi pertinere, nonnulli exiſtimant. ibid. num. 61.

52 Impoſitio libri Euangeliorum à tempore Apoſtolorum adhiberi conſueuit. ibidem nu. 62.

53 Impoſitio libri Euangeliorum, ad materiam ordinationis Epiſcopi non poteſt pertinere. ibidem num. 63.

54 Quomodo ex Concilio Carthaginenſi non colligatur impoſitionem libri Euangeliorum ad materiam ordinationis Epiſcopi pertinere. ibidem num. 64 & 65.

55 Epiſcoparus non lariori ſignificatione, ſed proprie ordo dicendus eſt. ibidem.

56 Epiſcopus titularis, licet reſideat in loco exempto, & nullius Diœceſis vigore cuiuſuis priuilegij de promouendo quoſcunq. ad ſe venientes pro tempore conceſſi, ſubditum alterius Epiſcopi, ſine ſui Prælati expreſſo conſenſu, aut literis dimiſſorijs ad primam etiam tonſuram licite ordinare non poteſt. diſp. 243. num. 46.

57 Huiuſmodi Epiſcopus id ſic efficiens ab exercicio Pontificalium per annum ipſo iure ſuſpenſus eſt. ibidem.

58 Alij Epiſcopi ſubditum alieni ſine propij Prælati facultate ordinantes per integrum annum ab officio ordinandi ſuſpenduntur. ibidem nu. 48.

59 Iure naturali Diuino prohibitum eſt Epiſcopo ordinare non ſubditum. ibidem.

60 Epiſcopus, aut ipſius miniſtri pro collatione cuiuſuis Ordinis, pro literis dimiſſorijs, aut pro ſigillo nihil etiam ſponte oblatum poſſunt recipere. ibidem num. 51.

61 Epiſcoporum Notarij ſi aſſignato ſalario pro officio careant, pro ſingulis literis dimiſſorijs, ſeu teſtimonialibus decimam tantum partem vnius aurei poſſunt recipere. ibidem.

62 Epiſcopus contra iuris ordinem primam adhuc tōſuram miniſtrans ex Motuproprio Sixti Quinti ſuſpenditur à collatione omnium ordinū, ab exercitione munerum Pontificalium, & interdicitur illi ingreſſus Eccleſiæ abſolutè, & non ad tempus. ibid. num. 55.

63 Epiſcopus in cuius Diœceſi aliquis eſt oriundus, vel habet domicilium, vel Eccleſiaſticum beneficium, nomine Prælati cuius facultas ad recipiendos vel miniſtrandos ab alio Epiſcopo Ordines requiritur, intelligi debet. ibidem num. 56.

64 Epiſcopus non niſi ab Epiſcopo etiam ex commiſſione poteſt conſecrari. ibidem num. 58.

65 Epiſcopus non niſi à tribus Epiſcopis ex iure Diuino, vt ab ordinarijs miniſtris conſecrari poteſt. ibi num. 59.

66 Ex commiſſione duobus iuno, & vni Epiſcopo conſecratio alterius poteſt competere. ibidem numero 63.

67 Epiſcopi ordinationem ab omnibus comprouincialibus cum Metropolitano ſi non eſſet difficile, deberi fieri Patres & Pontifices voluerunt. ibidem num. 67. & diſp. 244. num. 23.

68 Vt Epiſcopi conſecratio duobus, aut vni Epiſcopo committatur, non quæuis difficultas, ſed neceſſitas cogens requiritur. ibidem num. 74.

69 Epiſcopus alium ordinans, ſolum eſt inſtrumentum Dei tam ad conferendam poteſtatem, & imprimendum charactrem, quam ad conferendam gratiam. ibidem. num. 79.

70 Epiſcopi electio pertinet ad Summum Pontificem licet ab alijs ex commiſſione poſſit fieri, cum confirmatione ipſius Summi Pontificis, diſput. 244. num. 23.

71 Epiſcopus ordinans vtitur in forma verbo imperandi ad denotandum certam poteſtatem, quam ad eum effectum habet, diſputatione illa 243. numer. 83.

72 Epiſcopi electio aliquando à clero vniuerſo concurrente populo ſolebat fieri. ibidem num. 25.

73 Epiſcopi conſugati in Eccleſia Græca, & Latina, votum caſtitatis die ordinationis debebant emittere. diſp 245. num. 52.

74 Epiſcopus poteſt conſecrari ante vſum rationis, licet hic requiratur, vt Matrimonij ſpiritualis vinculo maneat Eccleſiæ obligatus. diſput. 246. num. 12.

75 Ne Episcopus ante trigesimum ætatis annum ordinetur, Concilium Agathense statuit. ibidem numer. 38.

76 Pro Episcopi ordinatione trigesimum quintũ ætatis annum, Iustinianus Imperator postulauit. ibidem num. 39.

77 Ad Episcopum pertinet scientiæ, & doctrinæ examen adhuc regularium, qui ordinandi sunt in Hispania. ibidem num. 35.

78 Episcopus ordinãs non habentem titulum beneficij, aut patrimonium, ad illius sustentationem ex Tridentino non tenetur, licet alijs pœnis maneat obnoxius. ibidem num. 60.

79 Absque Episcopi facultate nequit ordinatus patrimonium, vel beneficium, ex quorũ titulo Ordines susceperit extinguere, vel alterare, ibi nu.

80 Episcopus potest relinquere propriam Eccl. siam ob aliquam causam. disp. 241. num. 42.

81 Episcopus non potest transire in aliam Ecclesiam prætextu diuitiarum, aut maioris potestatis, etiam in compensatione laboris præteriti. ibidem n 47.

82 Episcopus in huiusmodi casu existimatur per animum transire ex Concilio Sardicensi, ibid. nu. 48.

83 Non potest Episcopus licite eligi, nec electio confirmari in aliam Ecclesiam ob prætextum diuitiarum, aut maioris potestatis etiam in compensatione laboris præteriti. ibi. num. 50.

84 Episcopus sperare non potest retributionem laborum quos in Ecclesia suffert in diuitijs, & maiori potestate ibid.

85 Licita est Episcopi translatio ob spem maioris lucri spiritualis in maiori Ecclesia, nisi maior vtilitas ex electione alterius commode possit supleri ibid. n. 52.

86 Episcopus superior est Cardinali presbytero, aut diacono quoad potestatem Ordinis, disp. 242. numer. 13.

87 Episcopus non Cardinalis inferior est presbytero, aut diacono Cardinali, quoad potestatem regiminis Ecclesiæ. ibidem num. 14.

88 Episcopus antiquis temporibus ante omnes presbyteros, etiam Romanos Cardinales sedebat. ibidem num. 41.

89 Episcopi merito modo Cardinalibus postponuntur. ibi.

102 Episcopus consecratus etiam hæreticus, & excommunicatus minister sufficiens est cuiuluis ordinationis. disp. 243. num. 2. 3. & 8.

101 Episcopus nec per excõmunicationẽ, suspensionẽ, vel alio modo potest amittere characterem & potestatem acceptam ex iure Diuino. ibi num. 8.

102 Episcopi, sicut & alijs ministri Sacramentorum, nequeunt ab Ecclesia impediri, quin valide effectus Sacramentorum, excepto Pœnitentiæ, efficiant. ibidem.

103 Potestas Episcopi ex iure Diuino illi competens iure Ecclesiastico auferri non potest, secus potestas ex iure humano concessa. ibi. num. 18.

104 Potestas conferendi Ordines maiores, potest ab Episcopo auferri, aliter est de Ordinibus minoribus. ibidem num. 21.

105 Si Episcopus degradatus, hæreticus, vel excõmunicatus Ordines minores cõferat, licet peccet mortaliter, noluit Ecclesia eos ritos esse. ibid. nu. 22.

106 Episcopus carens aliquo Ordine etiam minori, si sciens cerillum, aut alium maiorem Ordinem conferat, peccat mortaliter. ibidem num. 24.

107 Episcopus carens aliquo Ordine, etiam ex maioribus valide omnes Ordines potest conferre. ibid.

108 Nullus potest Episcopatũ recipere, nisi prius fuerit ordinatus sacerdos. ibi.

109 Simplex sacerdos non potest Episcopatum conferre etiam ex commissione. ibi. num. 5.

110 Quare Episcopis perpetua cõtinentia indicta fuerit. disp. 247. num. 59.

111 Episcopus Pergami quare reprehensus à Ioanne Apostolo. ibi. num. 109.

112 Episcopatus non datur modo apud Græcos, nisi castitatem perpetuo seruantibus. disputatio. 248. num. 5.

113 Episcopis prohibitum fuit à sexta Synodo vxorem domi retinere. ibi. num. 6.

114 Episcopus sacris hominibus aliquando potuit facultatem concedere ad Matrimonium post sacros Ordines. disp. 249. num. 9. & sequent.

Error.

1 Error de impanatione immerito tribuitur Scoto, & alijs. disp. 180. num. 68.

2 Error aliquorum catholicorum, de vnione panis, & vini cum verbo impugnatur. ibi. nu. 70. & 71.

3 Erroris notantur aliqui catholici circa pronomen *Hoc* in forma consecrationis. disp. 201 nu. 6. & 8.

4 Errori hæreticorum, vide *Hæreticus*.

Est Verbum.

1 Est Verbum, vide *Verbum*, num. 7. & 8.

Euangelistæ, & Euangelium.

1 In nullo Euangelista duo verba benedictionis, & gratiarũ actionis simul continentur, cum agitur de consecratione panis, aut vini. disp. 196. nu. 11.

2 Euangelistæ Matthæus, & Marcus, diuersis participijs idem prorsus significarunt, nempe eandem benedictionem Dei, cum agitur de consecratione. ibid. num. 12.

3 In Euangelio solum fit mentio benedictionis, quæ fuit facta à Deo per gratiarum actionem. ibidem. num. 13.

4 Euangelistæ aliquando narrant per anticipationem prius, quæ posterius facta sunt, licet hoc sine vrgenti ratione admitti non debeat. ibi. num. 21.

5 Euangelistæ omnes non omisserunt aliqua verba ex essentialibus formæ cõsecrationis. disp. 198. n. 23.

6 Nullus Euangelistarum memorauit omnia verba quibus nunc vtitur Ecclesia pro forma calicis. ibi.

7 Euangelistæ in verbis additis consecrationis vsi sunt Græce præsenti pro futuro. disp. 199. num. 8. & 9.

Eucharistia.

1 Eucharistiæ Sacramentum, sicut & reliqua nõ necessario Deus instituit, congruenter tamen instituta sunt in com. art. 1.

2 Eucharistiæ Sacramentum nullus hæreticorum peculiariter expresse negauit, licet circa ipsum multipliciter errauerint. disp. 167. num. 1.

3 Eucharistię vnum esse ex septem Ecclesiæ Sacramentis Catholica doctrina est. ibid. num. 5.

4 Eucharistiæ Sacramentum inter reliqua est præstantissimum. ibi. num. 6. & 7.

5 Eucharistiam esse cõsummationem aliorum Sacramentorum non docuit Dyonisius ibid. num. 8.

6 In Sacramento Eucharistiæ plura inueniuntur ibidem. num. 9.

7 Tota essentia Sacramenti Eucharistiæ in solis speciebus consecratis posita est. ibidem nu. 17 & 36.

8 Euchariſtię Sacramentũ, habet eſſe permanens ſecus ac alia. ibi.

9 Verba non eſſe formalem cauſam Sacramenti Euchariſtiæ, ex Eugenio Quarto, Tridentino, & ratione oſtenditur. ibi. num. 23.

10 Nomen Sacramenti Euchariſtiæ non ſupponitur directè, vel indirectè pro verbis. ibi. num. 27.

11 In ſpeciebus Euchariſtiæ, nihil per modum formę remanet à verbis præteritis, eadem diſput. 167. num 28.

12 Si Euchariſtia a Deo ſine verbis conſecraretur, idem eſſet Sacramentum ſecus quàm Baptiſmus. ibidem.

13 Euchariſtiæ Sacramentum poteſt ab vno ſacerdote confici, & ab alio miniſtrari. ibi. num. 29.

14 Euchariſtiæ Sacramentum quomodo maneret manente materia, & præcrita forma, ſi ex vtraque conſtitueretur eſſenti liter. ibid. num. 30.

15 Sacramentũ Euchariſtiæ in facto eſſe ſimplex quoddam eſt ex materia, & forma non conſtitutum. ibi. num. 34.

16 Poteſt dici Euchariſtiam componi ex ſpeciebus, vt materia, & ſignificatione, vt forma, ibid. nu. 35.

17 Ad ſubſtantiam Sacramenti Euchariſtiæ pertinet corpus, & ſanguis Chriſti, ita vt componatur eſſentialiter ex illis, & ex ſpeciebus. ibid. num. 38. vſque ad 44.

18 Corpus Chriſti eſt res, & Sacramentum ſimul, licet pertineat ſimpliciter ad Sacramentum Euchariſtiæ. ibid. num. 48.

19 Species panis, & vini conſecratæ vnum ſunt Sacramentum Euchariſtiæ in ſpecie. diſp. 168. num. 4. & ſequent.

20 Quare ſpecies panis, & vini dicantur plura Sacramenta Euchariſtiæ. ibi. num. 9.

21 Quælibet ſpecies conſecrata non eſt integrum Sacramentũ Euchariſtiæ. ibi. nu. 10.

22 Sacramentũ Euchariſtiæ perficitur duplici forma, & duplici materia. ibidem.

23 Plures ſpecies panis, & vini, ab eodem, vel pluribus ſacerdotibus conſecratę & ab vno, vel pluribus ſumptæ plura ſunt numero Sacramenta Euchariſtiæ. ibi. num. 13. & ſequent.

24 Vnitas numerica Sacramenti Euchariſtiæ non debet ſumi ex eo quod accidentariũ eſt. ibidem num. 15.

25 Sacramentũ Euchariſtiæ excellentiſſimum, quia autorem gratiæ in ſe continet. ibi. num. 32.

26 Diſcrimen inter cibum ſpiritualem Euchariſtiæ, & corporalem traditur. ibi.

27 Nominis *Euchariſtiæ*, antiquitas, & ethimologia. ibidem num. 34.

28 Euchariſtia non eſt hoc tempore dicenda cœna Domini. ibid. num. 35. & 36.

29 Panis, & vinum non ſunt dicenda materia remota Euchariſtiæ, ſed circa quam fit conſecratio. ibidem num. 37. vide *Materia*.

30 In Euchariſtia non ſolum ſit commemoratio paſſionis. ſed etiam vnionis populorum inter ſe, & cum Chriſto. diſp. 176. num. 10.

31 Euchariſtia teſtamenti, & pacti rationem habet. diſp. 179. num. 82.

32 Euchariſtia propriſſimis verbis inſtitui debuit. ibi. num. 83.

33 Euchariſtia cur poſt conſecrationem panis dicatur. diſp. 180. num. 88. & 94.

34 Euchariſtia non conſtat materia, & forma in facto eſſe, ſed tantum in conſecratione. ibi. nu. 89.

35 Cur in Euchariſtia a Patribus dicatur corpus Chriſti creari, vel fieri ex pane, vide *Panis*. num. 6.

36 In Euchariſtia totus Chriſtus ſub qualibet ſpecie continetur ſecundum fidem. diſ. 185. n. 5. & ſequen.

37 Hæc veritas ab aliquibus ex Scriptura ineffi caciter probatur. ibi. num. 10.

38 In Euchariſtia eſt totus Chriſtus cum his, quę ad ſuã integritatem, & perfectionem poſtulat. ibi n 21. & 23

39 In qualibet ſpecie Euchariſtiæ eſt aliquid ex viverborum, in quod fit converſio, & alia per concomitantiam. ibi. & nu. 12. vide *Species conſecratæ* à n. 16.

40 In Euchariſtia eſt tota Trinitas per concomitantiam. ibid. num. 17.

41 In Euchariſtia ſunt duæ perſonæ per concomitantiam ratione connexionis cum perſona Verbi, & non ratione immenſitatis. ibidem.

42 Quæ in Euchariſtia ſunt per connexionem naturalem quia ibi ſunt, dicuntur manducari, non è contrario. ibi. num. 18.

43 De modo, quo omnia, quæ in Chriſto ſunt, in Euchariſtia exiſtunt nõ eſt diuerſitas ſentiendi. ibi. n. 21.

44 Diſtinctionem eſſendi in Euchariſtia ex vi verborum, & per concomitantiam definit Tridentinũ, & eam negare eſſet hæreſis. num. 22.

45 In Euchariſtia ſunt concomitanter, quæ naturaliter ſunt coniuncta cum illo, quod eſt ex vi verborum, etſi exiſtentia illius ab illis non pendeat. ibi. num. 23.

46 Non eſt in Euchariſtia ex vi Sacramenti cibus in ore, aut in ſtomacho, quando in coctus eſt.

47 In Euchariſtia nequeunt partes ſanguinis Chriſti prius diuiſæ per ſimultatem vniri. ibid. num. 28.

48 Euchariſtiæ Sacramentum non dicitur antitypon corporis, & ſanguinis Domini, ſicut aliqui volunt, diſp. 197. num. 38. 41. & 42.

49 Euchariſtia recte a Patribus appellatur antitypon paſſionis Chriſti, & fruitionis æternæ. ibid. nu 43.

50 Euchariſtia prout corpus, & ſanguinem Chriſti cõtinet, non eſt diſtinctio, & ſimilitudo, ſed potius identitas. ibid. num. 45.

51 Licet in bono ſenſu Euchariſtia dici poſſit antitypõ, corporis, & ſanguinis Chriſti, hic tamen modus loquẽdi, vt hæreticorũ cauẽ debet. ib. n. 46. & ſeq.

52 In Euchariſtia non eſt vera effuſio ſanguinis per modum ſacrificij, ſed repræſentatio illius. diſput. 199. nu. 10.

53 Euchariſtia non habet ratione viatici ex Eccleſiæ ſtatuto, ſed ex Diuina inſtitutione. diſp. 214 n. 10.

54 Euchariſtia eſt conuiuium conſtans cibo, & potu diſp 215. num. 9.

55 Nequit ſine abſurdo dici Euchariſtiam quatenus ſignum ſenſibile eſt non eſſe cauſam inſtrumentalem etiam gratiæ. ibid. num. 11.

56 Euchariſtia ſeruari ſolita ſemper fuit pro ægrotis, & aliquando per annũ. diſ. 216. n. 24. & ſequent.

57 Euchariſtia ſub ſpecie ſolius panis pro ægrotis ſeruabatur. ibidem.

58 Euchariſtia aliquando aſſeruabatur domi etiam à laicis, & ſumebatur. ibi. num. 30. & ſequentibus.

59 Euchariſtia iure optimo laicis porrigitur ſub ſpecie ſolius panis. ibi. num. 39. & ſequent.

60 Aliquibus laicis cõceditur Euchariſtia ſub vtraque ſpecie, & alijs iuſta de cauſa concedi poteſt. ibi. n. 46. & 47.

61 Euchariſtia ſub nulla ſpecie eſt medium neceſſarium ad ſalutem, ibidem num. 50.

62 Si Euchariſtia eſſet medium neceſſarium hoc haberet ratione præcepti. ibidem.

63 Euchariſtię Sacramento reſpondet auxilium in ordine ad pe. ſeuerantiam, non tamen infallibili lege. diſp. 229. num. 14.

64 Quomodo in Euchariſtia ſit ſanguis, vi le *Species conſecratæ*, nu 11. 16. ibidem 17. 19. 22. & ſequentibus.

Euchariſtiæ Adminiſtratio.

1 Euchariſtiæ adminiſtratio, qua ſcitur effectu primario caritura, licita non eſt, diſp. 206. n. 17.

2 Euchariſtiam indigno ſcienter ſine honeſta ratione adminiſtrare grave peccatum eſt contra ius Diuinum naturale. diſp. 209. num. 1. 11. & 32.

3 Euchariſtiam indigno miniſtrare non eſt duplex peccatum, licet ex ſe importet peccatum accipientis, ibidem num. 2. & 3. & 4.

4 Indigna Euchariſtiæ adminiſtratio conſiſtit in eo, quod falſum ſignificetur ipſa adminiſtratione, ibidem num. 2.

5 Si quis indigna Euchariſtiæ adminiſtratione alium ad idem prouocaret, duplici peccaret peccato, ibi. num. 3.

6 Adminiſtratio Euchariſtiæ in mortali alteri exiſtenti in mortali, non eſt duplex peccatum, ibidem num. 4.

7 Obligatio digne adminiſtrandi Euchariſtiam oritur ex præcepto negatiuo obligante ſemper circa talem materiam cum debitis circunſtantijs numer. 5. & ſequentibus.

8 Non eſt adminiſtranda Euchariſtia publico peccatori etiam publice petenti, niſi de emmendatione illius publice conſtet, num. 9. 10. & ſequentibus.

9 Secreto adminiſtrari poteſt Euchariſtia publico peccatori, ſi priuatim de illius emmendatione cõſter, ibidem num. 10.

10 Magis prohibitum eſt publico peccatori Euchariſtiam miniſtrare, quam illius Miſſam audire, ibidem numer 11. vide *Peccatori & peccatum*, à num. 26.

11 Non poteſt non adminiſtrari Euchariſtia peccatori ſecreto publice petenti, ibidem num. 19. & 20

12 Adminiſtratio Euchariſtiæ inſtituta eſt à Deo in noſtram vtilitatem, ibidem num 21.

13 Adminiſtrari debet Euchariſtia peccatori ſecreto, publice petenti quia præceptum religionis ceſſat inſtante præcepto non infamandi, ibidem, & ſequentibus.

14 Non eſt adminiſtranda Euchariſtia peccatori ſecreto publice petenti, propter ſpem conuerſionis à peccato, ibidem num. 26.

15 Nec adminiſtranda eſt Euchariſtia in caſu dicto ob ſcandalum populi vitandum, ibidem num. 27.

16 Nec ad miniſtranda eſt, quia habet ius ad Euchariſtiam, quo ſolum priuatur peccato publico, ibidem num. 28. & 29.

17 Indigna Euchariſtiæ ad miniſtratio non ſumit ſpeciem malitiæ ex damno illato proximo, ſed ex irreuerentia reſpectu Sacramenti, ibidem numer. 38. & 39.

18 Obligatio non infamandi fratrẽ in ad miniſtratione Euchariſtiæ non occurrit cum obligatione ſuedi vitam ſpiritualem, ſed cum præcepto non miniſtrandi indigno ob irreuerentiam, ibidem.

19 Non poteſt villarat one ad miniſtrari hoſtia non conſecrata, pro conſecrata, ſiue ſciente, & conſentiente eo, qui ſumit, ſiue ſecus, ibidem numer. 41. 42. & 43.

20 Non poteſt Euchariſtia miniſtrari peccatori occulto ſecreto eam petenti ab vllo ſacerdote in vllo tempore, ibidem num. 51. & ſequentibus.

21 Non eſt adminiſtranda Euchariſtia in dicto caſu etiam ſi peccatum ſit notum in confeſſione dummodo alijs inde peccatum non innoteſcat aut illius confeſſio, ibidem num. 55. & 56.

22 Nemini ſuſpecto de aliquo crimine adprægrinem illius adminiſtranda eſt Euchariſtia. diſp. 210. num. 1. 13. & ſequentibus

23 Euchariſtia adminiſtrari debet ſuſpecto à crimine niſi ſuſpicio æquiualeat manifeſto crimini. ibidem num. 18.

24 Si ſupicio talis ſit, vt non admittatur probatio in contrarium, & crimen ſit publicum, non eſt Euchariſtia publice adminiſtranda, ibidem.

25 Si crimen non ſit publicum non eſt publice negãda Euchariſtia, ibidem.

26 Si paruuli capaces non eſſent ſpiritualis manducationis nunquam licuiſſet illis Euchariſtiam adminiſtrare. diſp. 212. num. 12.

27 Non ideo Euchariſtia olim adminiſtrabatur paruulis vt à mensa dæmoniorum adducerentur, ibidem num. 18.

28 Iure optimo non adminiſtratur iam Euchariſtia paruulis, quibus olim ſub vtraque ſpecie mixta tribuebatur, ibidem num. 19.

29 Non adminiſtratur Euchariſtia ſemper ad inſtaurandum aliquid per calorem peccati venialis deperditum, ſed ad augendam gratiam ſimpliciter, ibi. num. 20. & 21.

30 Amentibus qui ante amentiam petierunt Euchariſtiam adminiſtranda eſt. ibidem, num. 24.

31 Nõ eſt adminiſtranda Euchariſtia amẽtibus ãtiuitate eadem diſp. 212. num. 26.

32 Euchariſtia adminiſtrari poteſt pro viatico amentibus, qui aliquando ſui compotes fuerunt, ſi tamẽ nulla in illis ſuſpicio mortalis ſit, ibidem numer. 26. & 27.

33 Euchariſtia adminiſtrari debet Energumenis, ibi. num. 22.

34 Nequit Euchariſtia adminiſtrari etiam in articulo mortis pueris carentibus ſufficiente vſu rationis. diſp. 214. num. 43.

35 Nequit Euchariſtia adminiſtrari etiam vrgente neceſsitate ab inferiori quam ſit diaconus, diſp. 219. num. 13. & ſequentibus.

36 Poteſt miniſter Euchariſtiæ ſibi ipſi in neceſsitate eam adminiſtrare, ibidem num. 17.

37 Adminiſtratio Euchariſtiæ non conuenit niſi habenti iuriſdictionem ſupra eum cui Sacramentum diſpenſat, ibidem num. 20. & ſequentibus.

38 Adminiſtrare Euchariſtiam parochis & alijs paſtoribus conuenit ratione officij alijs ex diſpenſatione, ibidem num. 21. & ſequentibus.

39 Adminiſtrari poteſt Euchariſtia alicui ex voluntate tantum præſumpta ſuperioris illius, ibidem numer. 28.

40 Euchariſtia poteſt alienis ouibus miniſtrari ex ſola ſpe rati habitionis proprij paſtoris, ibi. n. 30.

41 Euchariſtiæ adminiſtratio non eſt propria actio iuriſdictionis, quamuis ſit propria habentis iuriſdictionem, ibidem.

42 Quamuis miniſtrare Euchariſtiam alienis ouibus ſine licentia proprij paſtoris ſit graue peccatũ contra hoc tamen in vniuerſum nulla eſt ſtatuta pœna in iure, ibidem num. 31.

43 Adminiſtratio Euchariſtiæ ſub vna vel duabus ſpeciebus laicis fieri poteſt iudicio Eccleſiæ. diſput. 223 num. 23.

44 Euchariſtiæ adminiſtratio, quomodo prohibita ſit religioſis inclementina *Religioſus* vide *Clementina*.

45 Quomodo id religioſis ex priuilegio liceat vide *Religioſus* num. 4. & ſequentibus.

46 Apparitiones in Euchariſtia vide *Species cõſecratæ* à num. 44.

Euchariſtiæ effectus vel fructus.

1 Quæ ſimilitudo, & analogia ſit inter nutritionẽ ſpiritualem Euchariſtiæ, & corporalis tibi in commentatio articul. 1. quæſt. 77.

2 Euchariſtiæ effectus non eſt nobis ad vitã maxime neceſſarius. diſp. 167. num. 9.

3 Gloria corporis, & immortalitas eſt effectus Euchariſtiæ, ſed non ſolius. diſp. 169. num. 31.

4 Pauci docent eſſe de fide augmentum gratiæ habitualis eſſe effectum Euchariſtiæ. diſp. 203. numer. 3 & 4.

5 De fide eſt augmentum gratiæ habitualis, & iuſtificationis eſſe effectum Euchariſtiæ ex opere operato, & non ſolum ex opere operantis ratione auxilij collati, num. 5. & ſequentibus.

6 Augmentum gratiæ quæ eſt effectus Euchariſtiæ differt ab agumento collato per alia Sacramenta, ratione finis auxiliorum quæ ei ſunt præparata ad finem, ibidem num. 12.

7 Hoc augmentum confertur, vt efficiamur vnus ſpiritus, & vna caro cum Chriſto, & ad excitandum feruorem caritatis contra venialia, & omnia mortalia. ibidem.

8 Non eſt inconueniens quod hic effectus Euchariſtiæ quotidianæ ſumptione, in qua confertur augeatur, ibidem num. 13. & 20.

9 Prædictus Euchariſtiæ effectus non incipit nobis dari eo temporis momento quo melius ad illũ diſpoſiti ſumus. diſp. eadem 103. num. 14.

10 Falſo dicitur Euchariſtiæ effectus conferri in aliqua duratione indiuiſibili reſpondente noſtro tempori diuiſibili, ibidem num. 16.

11 Non eſt cur dicatur Euchariſtia non ſolum concurrere ad productionem gratiæ ſed etiam ad illius conſeruationem ibidem.

12 Nequit dici gratiam per Euchariſtiam produci in eo inſtanti, inquo maxima pars ſpecierum primũ eſt vltra terminum indiuiſibilem futuris antequã non eſt manducatio, ibidem num. 17.

13 Incertum eſt quando Euchariſtiæ effectus conferatur vt pote pendens ex voluntate Dei, ibidem num. 18.

14 Euchariſtiæ effectus nempe gratia non confertur toto tempore quo Chriſtus ſub ſpeciebus in ſtomacho perſeuerat, ibidem numer. 20. & ſequentibus.

15 Nihil noui circa effectum, & Inſtitutionem Euchariſtiæ aſſerendũ eſt quod non ſit comuni Eccleſiæ ſenſu firmatum, ibidem.

16 Si effectus Euchariſtiæ conferretur toto tempore quo ſpecies ſunt in ſtomacho, illum poſſet recipere qui indigne ſuſcepit, ſi conteratur, ibidem n. 22.

17 Poſſet etiam prædictus effectus continuo augeri. licet non adſit actualis deuotio, ibidem, & numer. 23.

18 Fieret etiam vt qui digne ſuſcipit Euchariſtiam. ſi mortale committat, tempore quo creditur ſpecies in ſtomacho perſeuerare, ſacrilegus ſit quia effectum impedit eadem. diſp. 103. nu. 24.

19 Fit item ex illa productione effectus Euchariſtiæ, recipientem in mortali continuo peccare donec ſpecies eſſe deſinant in ſtomacho, ibidem.

20 Nec non ſit, vtilius eſſe ad effectum Euchariſtiæ percipiendum in magna quantitate Euchariſtiam ſumere, ibidem num. 25.

21 Non erit maior effectus Euchariſtiæ eo quod maior ſit quantitas ſpecierum vel quod plures ſpecies ſimul aut ſucceſſiue pro eodem Sacramento acciplantur, ibidem numer. 26.

22 Euchariſtiæ effectus non eſt tantum vnio ſpiritualis cum Chriſto, ſed vnio peculiaris carnis Chriſti, & noſtræ adhuc corruptis ſpeciebus. diſp. 204. numer. 8. & ſequentibus.

23 Ratione prædicti effectus vna caro cũ carne Chriſti fieri dicimur ſicut per caritatem vnus ſpiritus cum Chriſto ſumus, ibidem.

24 Vnio illa non eſt tantum ſecundum propinquitatem, aut per qualitatem à carne Chriſti in noſtram & multo minus figurata, aut hiperbolica, ibi. num. 21. vſque ad 28.

25 Per Euchariſtiam non difunditur caro Chriſti per omnes partes carnis ſumentis, ibidem num. 29.

26 Non eſt effectus Euchariſtiæ vnio carnis Chriſti ad noſtram, per phyſicam continuationẽ, aut per conuerſionem vnius in alteram, ibidem num. 30.

27 Hic effectus vnionis licet non ſit per ſolum effectum ortũ habet ex affectu charitatis per proprium effectum conſummato. ibidem.

28 Hic effectus vnionis carnis Chriſti cum noſtra, conſiſtit in eo quod Chriſtus ex intimo affectu per modum cibi intra nos operetur. ibidem num. 34.

29 Ratione effectus vnionis realis moralis Chriſtus corpora noſtra eſtimat vt propria, ibidem n. 35.

30 Effectus Euchariſtiæ non eſt maior vnio quam moralis ſeu myſtica, inter carnem Chriſti, & carnem noſtram, ibidem.

31 Per Euchariſtiam cõſummatur Matrimoniũ ſpirituale quod contrahitur per charitatẽ, & cui per fidem ſponſalia præcedunt. eadem diſputatio. 204. num. 36.

32 Non ſit vnio carnis cum carne In Euchariſtia ſumpta à peccatore, cũ non eſſet conſummatio meritis duorum nec eorum habeat ex charitate, ibidem. num. 37. 30. & 40.

33 Ratione effectus vnionis prædictæ dicitur Euchariſtia Synaxis, & communio, ibidem num. 41.

34 Propter eundem effectum dicitur caro noſtra per Euchariſtiam præparari ad immortalitatem. ibidẽ num. 42 & 43 & 44.

35 Effectus peculiaris Euchariſtiæ eſt vita æterna, non ſolum animæ, ſed etiam corporis, ibidem numer. 44.

36 Effectus Euchariſtiæ eſt perſeuerantia, cum ſit nutritio animæ in bonis, & preſeruatio à mortalibus, ibidem.

37 Propter hos effectus dicitur Euchariſtia pignus & arrha æternæ vitæ, ibidem.

38 Vnio carnis noſtræ cum carne Chriſti dicitur realis ſubſtantialis, & naturalis quia non cogitatione tantum, & affectu, ſed reipſa coniunguntur, ibidem

39 Non eſt effectus per ſe Euchariſtiæ remiſſio mortalis, & collatio ſpiritualis vitæ, ſed vegetatio in ea. diſp. 205. num. 3 4 5. & 6.

40 Iuſtificatio a mortalibus mõ eſt effectus per ſe Euchariſtiæ, ſed rei Sacramẽti, nempe ſanguinis, pro cut in cruce oblati. ibidem num 14.

41 Euchariſtia nunquam confert primam iuſtificationem licet quis accedat attritus, & putans ſe digne ad Sacramentum accedere, ibidem numer. 28. & ſequentibus.

42 Effectus remiſſionis mortalis nõ colligitur ex inſtitutione Euchariſtiæ ſed potius oppoſitum, ibidem num. 25.

43 Sine fundamento dicitur ad effectum remiſſionis peccatorum per Euchariſtiam debere eſſe hominem attritum eadem diſp. 205. num. 33.

44 Per Euchariſtiam non remittitur ex opere operato pœna æterna aut aliquid pœnæ temporalis debitæ

mortis

mortalibus iam dimiſsis ibidem numer.34.

45 Effectus Euchariſtiæ, eſt remiſſio venialium, & aliquid ſaltem pœnæ temporalis illis debitæ, ibidem

46 Eo modo, quo remiſsio venialis eſt effectus Euchariſtiæ eſt etiam effectus remiſsio alicuius pœnæ illi debitæ, ibidem num. 35.

47 Effectus Euchariſtiæ primarius eſt augmentum habitus gratiæ ex opere operato collatum. diſp. 206. num. 6.

48 Non ſunt effectus primarius Euchariſtiæ auxilia gratiæ collata ad excitandum feruorem caritatis contra venialia, & ad præparandum à mortalibus, ibidem.

49 Ad effectum primarium Euchariſtiæ percipiendũ ſufficiens diſpoſitio eſt ſolus ſtatus gratiæ, ibidem num. 7. & ſequentibus.

50 Effectus Euchariſtiæ primarius, nec diſtractione mẽtis, nec vllo peccato veniali impeditur, ibidem, & diſp. 207. num. 18.

51 Ad effectum Euchariſtiæ non requiritur id quod ad dignam ſuſceptionem neceſſarium non eſt, ibidem num. 12.

52 Ponere obicem effectui primario Euchariſtiæ nõ poteſt non eſſe mortale niſi excuſet ignorantia, ibidẽ

53 Non poteſt non Euchariſtia aut cum effectu ſumi aut cum nouo peccato mortali niſi ignorantia excuſet, ibidem num. 17.

54 Euchariſtiæ effectum non percipit accidens cum mortali bona fide, quamuis non peccet, ibidem num. 15.

55 Si ad effectum Euchariſtiæ eſſet neceſſaria actualis deuotio aut attentio indigne miniſtraretur Euchariſtia paruulis & amentibus, ibidem num. 16.

56 Euchariſtiæ collatio quæritur effectu caritura, licita eſſe non poteſt, ibidem.

57 Non eſt effectus Euchariſtiæ ex opere operato, protectio ab incurſu dæmonum, quæ in amentibus eſſe poteſt eadẽ diſputatione 206. numer. 16. & 17.

58 Nõ eſt effectus Euchariſtiæ ex opere operato liberatio ab aliqua moleſtia, aut afflictione corporis ibidem num. 17.

59 Ex quo iuuana ſumptione Euchariſtiæ quotidiana ſanctitatis augmentũ accreſcit, ibidem num. 18.

60 Augmentum gratiæ diuerſo modo cauſatur ab Euchariſtia, ac augmentum corporale à materiali cibo, ibidẽ.

61 Euchariſtiæ effectus non præcipuus ſine veniali poteſt impediri. diſp. 207. num. 21.

62 Nequit ſine errore dici eundem effectum Euchariſtiæ percipi, ex Sacramento, ſolo voto, & reipſa ſumpto. diſp. 202. num. 4.

63 Euchariſtia reipſa ſumpta aliquid operatur ex opere operato, vltra meritum ſumentis, ibidem.

64 Nullius fructus Euchariſtia percipitur ex ipſa, in voto tantum ſuſcepta, niſi fructus ipſius operis meritorij, ibidem & num. 5.

65 Non poteſt Euchariſtia re ipſa cum fructu recipi, & Sacramentali manducatione, non edi, ibidem num. 7.

66 Euchariſtiæ effectus percipi poteſt à paruulis baptizatis, ibidem num. 9. & ſequenti.

67 effectus Euchariſtiæ ſimilatus nutritioni, non quia ſolum ſit ad inſtaurandum deperditum, ſed quia eſt ad augendam gratiam ſimpliciter, ibidem num. 21.

68 Nunquam Euchariſtia reſtituit aliquid ſanctitatis habitualis amiſſæ per veniale, licet inſtauret feruorem charitatis per veniale amiſſum tribuendo auxilia gratiæ, ibidem.

69 Euchariſtiæ effectus percipi poteſt ab amentibus baptizatis, ibidem num. 20. 24 & ſeq.

70 Maior effectus ſeu fructus gratiæ percipitur ex vtraque ſpecie Euchariſtiæ quam ex altera tãtũ diſp. 215. num. 5. & ſeq.

71 Probabile eſt etiam ſine noua diſpoſitione maiorem effectum gratiæ percipi virtute duarum ſpecierum, quam vnius tantum ibidem num. 6.

72 Non eſt maior effectus gratiæ quo plures ſpecies eiuſdem rationis ſumuntur. ibidem num. 10.

73 Pro nouo effectu Euchariſtiæ per calicem conferẽdo non eſt neceſſaria noua diſpoſitio, ibidem numer. 23.

74 Ad effectum Euchariſtiæ non requiritur alia diſpoſitio præter ſtatum gratiæ ibidem.

75 Aliquo effectu gratiæ priuantur communicantes in vna tantum ſpecie non tamen neceſſario ad ſalutem, ibidem num. 26.

76 Non eſt idem effectus corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia licet fuerit idem impoſitione ibidẽ num. 29.

Euchariſtiæ finis.

1 Finis per ſe Euchariſtiæ eſt tantum nutrire in vita ſpirituali. diſp. 205. num. 5. & 6.

Euchariſtiæ inſtitutio.

1 Euchariſtiæ inſtitutio vide *Inſtitutio*, n. 5. & ſequẽtibus.

2 Sic ne Euchariſtia inſtituta ad effectum remiſſionis mortalis vide *Inſtitutio* num. 7. & ſeq.

3 Euchariſtia propriſsimis verbis inſtitui debuit. diſp. 179. num. 81.

Euchariſtiæ miniſter.

1 Euchariſtiæ Sacramentum poteſt ab vno ſacerdote confici, & ab alio miniſtrari. diſp. 167 num. 29. vide *Miniſter*, num. 1. 2. 3. 4. 6. & ſeq.

Euchariſtiæ neceſſitas.

1 Euchariſtiæ Sacramentum ſolum eſt neceſſarium ad ſalutem neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici diſp. 16. num. 17. & 18.

2 Euchariſtia non eſt neceſſaria in re vel in voto ad primã gratiam ſicut Bap. iſmus, & Pœnitẽtia ibidem num. 19. & 20.

3 Euchariſtia non eſt neceſſaria in re vel in voto ad perſeuerantiam, ibidem numer. 22. & ſequentibus.

4 Quomodo votum Euchariſtiæ ſit neceſſarium ad ſalutem, ibidem. num. 24.

5 De neceſſitate Euchariſtiæ ad ſalutem explanatur mens S. Thom. & aliorum Patrum, ibidem numer. 27. 29. 30.

6 Euchariſtia non eſt medium ad ſalutem neceſſarium. diſp. 211 num. 63.

7 Euchariſtia præcepto Diuino nobis neceſſaria eſt diſput. 213. num. 3. & ſeq

8 Euchariſtiæ neceſſitas non ſatis probatur ex fructu, & effectu illius, ibidem num. 4.

9 Non eſt Euchariſtia omnino neceſſaria ad perſeuerandum licet vtiliſsima ſit, ibidem.

10 Si Euchariſtia eſſet neceſſaria ratione effectus nõ præcepto Diuino poſitiuo ſed Diuino naturali neceſſaria eſſet ibidem & diſp. 216. num. 50.

11 Euchariſtia ſub nulla ſpecie eſt medium neceſſarium ad ſalutem. diſp. 216. num. 50.

12 Neceſſitas Euchariſtiæ ſuſcipiendæ non præmiſſa confeſsione vide *Euchariſtiæ ſuſceptio*, num. 21. & ſequẽtibus.

INDEX RERVM.

Euchariſtiæ ſignificatio.

1 In Euchariſtia corpus, & ſanguis Chriſti ſignificantur per ſpecies vt ſic totum Sacramentum ſit forma ſenſibilis. diſp. 167. num. 49.

2 Species ſolum ſignificant effectum ſpiritualem, vt continent corpus Chriſti, ibidem.

3 Viuificatio ſpiritualis animæ & ſuſcitatio a morte peccati ſub Euchariſtiæ ſignificatione nulla tenus cadunt. diſp. 205. num. 5.

4 Euchariſtia ſolum ſignificat recreationē & corroborationem in ſpirituali vita gratiæ, ibidem numer. 29.

5 Res ſignificata Euchariſtiæ, & non contenta eſt vnio cum Chriſto, vt cibo ſpirituali, & cum fidelibus, vt cum conuiuis. diſp. 206. num. 21.

Euchariſtiæ ſumptio.

1 Euchariſtiæ ſumptio non eſt ad delenda mortalia ſed ad vitæ ſpiritualis augmentum. diſp. 205. n. 3. & ſequentibus, vide, *Euchariſtiæ effectus* numer. 35. & ſequentibus.

2 Euchariſtię ſuſceptio requirit ſtatum gratiæ, ibidem & diſp. 207. num. 1.

3 Suſceptio Euchariſtiæ in ſtatu mortalis ſacrilegiū eſt. diſp. illa 205. num. 3. & ſequentibus.

4 Non poteſt quis ab indigna ſuſceptione Euchariſtiæ excuſari quod difficile ſit ſe ad gratiam per ſolam contritionem præparare niſi in vno caſu, ibidem num. 2.

5 Poterit quis Euchariſtiā in mortali aliquando ſuſcipere ſine peccato quando incepto ſacrificio nec mortaliter conteri nec ſine magno honoris diſpendio illud relinquere poteſt, ibidem num. 3.

6 Sumens Euchariſtiā in mortali, & contra præceptum non duplici ſed vno tantum peccato peccaret, ibidem num. 5. & 6.

7 Euchariſtiæ ſuſceptio ſi prohiberetur, eſſet in ritu religionis non alterius virtutis ibidem num 6.

8 Euchariſtiæ ſuſceptio eo grauius peccatū eſt quo cum pluribus mortalibus quis accedit, ibidem numer. 11.

9 Suſceptio Euchariſtiæ cumpluribus peccatis non eſt circunſtantia notabiliter aggrauans. ibidem numer. 12.

10 Suſceptio Euchariſtiæ cum peccatis carnalibus ex vna parte grauius peccatum eſt quam ſuſceptio cum ſpiritualibus ex alia tamen parte è contrario, ibidem.

11 Sumptio Euchariſtiæ cū peccatis ſpiritualibus per ſe & ſimpliciter maius peccatum eſt quam cum carnalibus, ibidem.

12 Euchariſtiæ ſumptio ab infideli maius peccatū ſimpliciter eſt quā ſumptio à fideli etiam exiſtenti in peccato eadem diſp. 205. num. 13.

13 Sumens Euchariſtiam vnitatem ipſius cum Eccleſia reipſa profitetur, ibidem.

14 Non peccat mortaliter qui cum veniali ſuſcipit Euchariſtiam ſi in ipſa ſumptione veniale cōmittatur ibidem num. 14. & 16.

15 Sumptio Euchariſtiæ ob finem venialis peccati peccatum veniale erit, ibidem num. 17.

16 Euchariſtiæ ſumptio cum veniali actu vel habitu non eſt peccatum ad hoc veniale, ibidem num. 18.

17 Ad Euchariſtiæ ſuſceptionem non eſt neceſſario præmittenda confeſsio pro venialibus, ibidem numer. 1.

18 Ad dignam ſuſceptionem Euchariſtiæ certum nūc eſt debere præmitti confeſsionem Sacramentalē mortalis commiſsi ibidem num. 2.

19 Abnitio Eccleſiæ ex præcepto hoc ipſum neceſſarium fuit, ibidem num 24. vſque ad 35.

20 Præceptum præmittendi confeſsionem, ad ſuſceptionem Euchariſtiæ eſt à Chriſto in Sacramenti inſtitutione latum ibidem numer. 40. & ſequentibus.

21 Obligatio præmittendi confeſsionem ante Euchariſtiæ ſuſceptionē interdū ob aliquā cauſam ceſſat diſp. 208. num. 1

22 Non poteſt ſuſcipi Euchariſtia omiſſa confeſsione mortalis facta copia confeſsarij vel ob maiorem deuotionem vel vt confiteatur quis proprio ſacerdoti, ibidem num. 3. & 4.

23 Suſcipi poteſt Euchariſtia ſine confeſsione mortalis, ſi deſit copia idonei ſacerdotis, & neceſsitas vrgeat, ibidem num. 5. & ſequentibus.

24 Euchariſtia poteſt ſuſcipi aliquando præmiſſa eō confeſsione non integra & etiam nulla præmiſſa, ibidem num. 6. & 7.

25 Neceſsitas ſuſciplendi Euchariſtiam non præmiſſa confeſsione ob defectum confeſſarij vrget in periculo mortis, ibidem num. 6.

26 Eadem neceſsitas vrget quando inſtat præceptū aut quando omiſsio eſſe non poteſt ſine nota infamiæ, ibidem num. 9.

27 Sola neceſsitas celebrandi coram populo vt præcepto audiendi Miſſam ſatisfaciat non excuſat parochum, vt Euchariſtiam ſuſcipiat non præmiſſa confeſsione ibidem.

28 Neceſsitas ſuſcipiendi Euchariſtiam non præmiſſa confeſsione vrget in acerdote iam exiſtente in altari, & in laico quando non poteſt à loco cōmunionis ſine nota diſcedere numer. 10. & ſequētibus.

29 Non poteſt Euchariſtia ſuſcipi non præmiſſa confeſsione ratione ſcandali rigoroſi ſed ratione infamiæ ibidem num. 14. per errorem 41. vide, *Confeſsio* num 19. 21. & 22.

30 Suſcipere Euchariſtiam non præmiſſa confeſsione mortalis non eſt duplex ſed vnum tantum peccatum ibidem num 24.

31 Euchariſtiæ ſuſceptio non eſt inſtituta ab aliquo Concilio ad purgationem criminis ita vt poſularetur à Deo ſignum aliquod manifeſtum. diſputatione 210. num. 10.

32 Poterat quis ſumere Euchariſtiam ad purgationē, ſine eo quod tentaret Deum, ibidem num. 11.

33 Suſceptio Euchariſtię potuit inſtitui ad purgationem criminis per modum iuramenti numero 13. & 14.

34 Etſi ſumens Euchariſtiam ad purgationem inuocaret ſupra ſe potentiam Dei, vt ſigno viſibili damnaretur niſi innocens eſſet, non tentaret Deum ibidem num. 14.

35 Purgatio per ſuſceptionem Euchariſtiæ à Vvormatienſi Concilio inſtituta ex ſelicta eſt, licet modo contraria conſuetudine ſit obrogata & illicita ibidem num. 13. vſque ad 18.

36 Pollutio nocturna etiam prouenīens ex turpi cogitatione ſine culpa mortali non impedit dignam Euchariſtiæ ſuſceptionem licet congruum ſit ab ea abſtinere, niſi adſit nota, ibidem num. 19.

37 Euchariſtiæ ſuſceptio aliquando prohibita fuit mēſtruatis mulieribus, & coniungatis, qui eodem die ſimul cohabitauerint, ibidem num. 26. & 27.

38 Seclusa lege poſitiua non eſt interdicta etiam ſub veniali Euchariſtiæ ſuſceptio menſtruatis & coniugatis ibidem num. 28.

39 Euchariſtię ſuſceptio lege aliqua præditis eſſet

prohi-

prohibita, mortaliter peccaret Euchariſtiam ſuſcipiendo, ibidem.
40 Nunquam fuit lex non ſuſcipiendi Euchariſtiam poſt nocturnam pollutionem non voluntariam, qua lege poſita non poſſet non eſſe mortale, ibidem.
41 Euchariſtiam debere ſumi à ieiunis extra caſum neceſſitatis ſanctum eſt ab Eccleſia. cl. p. 211. numer. 2. & ſequentibus.
42 Præceptum ſumendi Euchariſtiam à ieiunis à tempore Apoſtolorum fuit, & à Patribus traditur, ibidem num. 6. & ſeq.
43 Euchariſtiæ ſuſceptio an qui tutò ſecreto ex buccella panis conſecrati in calice domum delata, ibidem num. 8.
44 Non ante ſumptionem Euchariſtiæ, ſed poſt, cõmune conuiuium pro omnibus apud Corinthios præparari conſueuerat, ibidem num. 16. & 17.
45 Euchariſtiam ad iudicium Corinthij ſuſcipiebant quia cum propoſito accedebant, non admittendi pauperes ad ſequentem communem cœnam, ibidem num. 21. & 22.
46 Ad dignam Euchariſtiæ ſuſceptionem non ſolum ieiunium Eccleſiaſticum, ſed etiam naturale requiri omnes iam indubitanter affirmant eadem. diſp. 211. num. 27. & ſeq.
47 Euchariſtiæ ſuſceptio poſt minimam partem cibi peccatum mortale eſt, ibidem num. 28
48 Euchariſtiæ ſuſceptio impediretur defectu Ieiunij ſi reliquiæ cibi etiam interdentes relictæ de induſtria deglutirentur, ſecus ſi ſolum caſu, vel aliquid per modũ ſalibæ tranſiciatur, ibidem num. 30.
49 Euchariſtiæ ſuſceptio ſolum requirit Ieiunium illius diei, hoc eſt, vt poſt mediam noctem nihil ſumptum fuerit, ibidem num. 33. vide *Ieiunium*,
50 Euchariſtiæ ſuſceptio non impeditur ex eo quod cibus præteriti diei in ſtomacho digeſtu non fuerit, ibidem num. 33.
51 Aliqua ex cauſa a non ieiunis Euchariſtia ſuſcipi poteſt, ibidem num. 35.
52 Euchariſtia poteſt ſuſcipi à laico non Ieiuno etiam Ieiunio Eccleſiaſtico in articulo mortis. ne ſine viatico moriatur, ibidem.
53 Non debet, nec poteſt ſuſcipi Euchariſtia in eadẽ ægritudine à non Ieiuno, qui ieiunus vel non ieiunus eam iam ſumpſit ibidem num. 39. & 40.
54 Euchariſtiæ ſuſceptio pro viatico ſemel tantum obligat in articulo mortis etiam ſi deinceps peccatum committatur, ibidem num. 39.
55 Non licet ægroto non ieiuno citra periculũ mortis deuotionis ergo Euchariſtiam ſuſcipere, ibidem num. 41. & ſequentibus.
56 Suſceptio Euchariſtiæ à ſacerdote ad integritatẽ Sacramenti ex inſtitutione Sacramenti pertinet ibidem num. 48.
57 Suſceptio particularum Euchariſtiæ pro eadem actione Sacramentali reputatur, ibidem numer. 52. & 53,
58 Non poſſunt ſuſcipi particulæ Euchariſtiæ à laico vt cõſummantur poſt ſumptam aquam, ibidem numer. 54.
59 Poteſt ſuſcipi Euchariſtia à ſacerdote vel laico in abſentia ſacerdotis etiam non ſeruato ieiunio, quando periculum irreuerentiæ imminet, ibidem num. 57.
60 Euchariſtiæ ſuſceptio triplex Sacramentalis tantum, ſpiritualis tantum, Sacramentalis, & ſpiritualis ſimul diſp. 212. num. 1.
61 Nequit ſine errore dici eundem fructum percipi ex ſuſceptione Euchariſtiæ ſolo vŏtŏ, æquè ex reali etiam ſumptione diſputatione 212. numero 104.
62 Non poteſt ſuſcipi Euchariſtia reipſa cum fructu & Sacramentali manducatione non edi, ibidem, num. 7.
63 Euchariſtiæ ſuſceptio neceſſaria eſt ex Diuino præcepto. diſp. 213. num. 3. vide *Præceptum*, à num. 51.
64 In ipſa ſolum ſumptione Euchariſtiæ fit commemoratio paſſionis Chriſti, ibidem num. 12.
65 Euchariſtiæ ſuſceptio præſertim pro viatico res magni momenti eſt vt obliget ſub mortali diſput. 214. num. 5.
66 An ſit præceptũ illius, vide, *Præceptum* a num. 62. & *Peccatum*, a num. 42.
67 Exiſtens in periculo mortis poſſet non ieiunus Euchariſtiã ſuſcipere etiam ſi præcedẽti die bene valens illam accepiſſet, ibidem num. 14.
68 Non pendet ex voluntate ſumentis Euchariſtiam quod ſit pro viatico. ibidem num. 16.
69 Qui ſemel in ægritudine Euchariſtiam pro viatico ſuſceperit non tenentur iterum cõmunicare, licet in peccatum cecidĕrit, ibidem num. 18.
70 Euchariſtiæ ſuſceptio varie ab Eccleſia determinata fuit eadem diſputatione. 214 num. 21. vſque ad 36.
71 Euchariſtia frequentius quam octauo quoque die raro, & non niſi ab hominibus probatæ virtutis ſuſcipitur, ibidem num. 27.
72 Rariſsimè diebus ſingulis Euchariſtia ſuſcipitur ibidem.
73 Non licet laico in eodem die bis Euchariſtiam ſuſcipere ex præcepto Eccleſiaſtico niſi immineat periculum irreuerentiæ, ibidem num. 30.
74 Ex ſumptione diuerſarum ſpecierum maior effectus gratiæ percipitur, ſecus ex perceptione plurium. diſputatione 215. num. 5. & ſequentibus, & num. 20.
75 Suſceptio Euchariſtiæ ſub vna tantũ ſpecie licita eſt. diſp. 216. num. 7. & ſequentibus.
76 Solum poteſt ſuſcipi Euchariſtia ſub vna ſpecie, à laicis ibidem num. 39. & ſequentibus.
77 Aliquibus cõceditur ſuſceptio Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, & alijs iuſta de cauſa concedi poteſt ibidem num. 46. & 47.
78 Suſceptio Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie omnibus communiter, non ſingulis præcipitur, ibidem num. 52. & 59.
79 Euchariſtia ſuſcepta fuit ab ipſo Chriſto, ibidem num. 81. & ſeq.
80 Suſceptam fuiſſe Euchariſtiam à Chriſto Sacramẽtaliter vel etiam ſpiritualiter controuerſia vocũ eſt, non rerum, ibidem num. 84.
81 Suſceptio Euchariſtiæ ad implendum præceptum annuæ communionis debet eſſe de manu, aut de licentia parochi. diſp. 219. num. 40.
82 Licitum eſt Euchariſtiam ab hæreticis in extrema neceſſitate accipere, niſi hoc ipſo videretur quis ſuo facto hæreſim ſacerdotis approbare, ibidem numer. 63.
83 Euchariſtiæ ſuſceptio à ſacerdote vide, *Sacerdos*, num. 48.

Euchariſtiæ tactus.

1 Non quilibet Euchariſtiæ tactus, etiam à peccatore ſine manducatione mortale eſt. diſputatione, 206. num. 21.
2 Euchariſtiæ tactus in mortali, ex eo quod tactus eſt, non eſt moralle. diſp. 219. num. 60. & 61.

Eucharistiæ vsus.

1 Eucharistiæ vsus non est Sacramentum. disp. 167. num. 26.
2 Eucharistiæ vsus est conditio sine qua species nō causarent gratiam. ibidem num. 31.

Eugenius.

1 Eugenius IIII. quo modo sit intelligendus circa partes Sacramenti Eucharistiæ. disp. 167. num. 32.
2 Quam materiam, & formam Eucharistiæ assignauerit Eugenius IIII. ibidem num. 33. & 34.
3 Eugenius IIII. docet Christum Dominum vino consecrando aquam miscuisse. disp. 177. numer. 11. & 15.
4 Docet Eugenius IIII. modicissimam aquam vino esse miscendam, ibidem num. 19.
5 Eugenius IIII. definit totum Christum esse sub qualibet parte specierum facta diuisione post consecrationem. disp. 188. num. 2.
6 Solum tradidit Eugenius IIII. pro forma consecrationis verba saluatoris nostri disp. 197. numer. 28. per errorem 27.
7 Definit Eugenius IIII. augmentum gratiæ habitualis esse effectum Eucharistiæ. disp 203. num. 7.
8 Eugenius docens, Christum dedisse buccelam Iudæ non definit, vt Pontifex, sed vt priuatus Doctor loquitur. disp. 217. num. 31.

Eustatius.

1 Eustatius Episcopus hæreticus qualem errorem habuerit de continentia sacerdotum. disp. 247. num. 50. & 52.

Excommunicatio.

1 Excommunicationis sententia ad terrorem solum aliquando ferri solet, id quod ex circunstantijs colligitur. disp. 210. num. 1.

Exemplar.

† 1 Idem respectu sui ipsius non habet rationem exemplaris causæ. disp. 192. num. 2.

Existentia.

† 1 Existentia necessario comitatur essentiam rei, neque illius accidentibus potest communicari. disp. 180. num. 109.
† 2 Existentia panis, & vini, non expræsse excluditur à Concilio, sed comitanter in Sacramento Eucharistiæ, ibidem.
† 3 Existentia vel esse rei, non potest esse sine propria substantia, ibidem num. 110.
† 4 Accidentia nequeunt existere existentia substantiæ, ibidem num. 111.
† 5 Existentia non potest esse proximum subiectum quantitatis, nec terminare accidentia separata, ibidem num. 112.
† 6 Existentia est modus, & quasi actus indistinctus ab essentia, ibidem,
7 Existentia panis & vini cum substantia vtriusque conuertitur in esse creatum existentiæ corporis & sanguinis Christi, cum corpore, & sanguine, ibidem num. 113.
8 Non est necessarium vt existentia panis in existentiam corporis Christi directe conuertatur, ibidem.
9 Existentia Christi in Eucharistia vide, *Christi existentia.*

Exorcista.

1 Exorcistæ munus. disp. 236. num. 23.
2 Exorcistæ munus non posse ab vllo alio exerceri notat Alcuinus, ibidem numero 17.
3 Falso existimauit Caluinus Exorcistæ officium tantum fuisse gratiam gratis datam, ibidem.
4 Exorcistam olim inter ordines Ecclesiasticos relatum non fuisse autoritate Patrum probatur. disp. 235. num. 25.
5 Exorcistæ pro materia traditur liber in quo exorcismi continentur, & quæ sit forma. ibidem numer. 32.

Extensio.

1 Extensio actualis requiritur necessario ad actionē, & passionem corpoream non ad spiritualem. disp. 191. num. 24. 25. & 28.
2 Extensio quantitatis, vide *Quantitas*, num. 9. & seq. & num. 24. 26. & 31.

Extrema Vnctio.

1 Vnctio qua Apostoli infirmos vngebant, non fuit Sacramentum extremæ Vnctionis. disputatione 239. num. 32.
2 Quisnam sit minister extremæ Vnctionis, ibidem num. 40.

F.

Fabianus Papa.

1 FABIANVS Decreuit præceptum cōmunionis ad tria saltem anni tempora determinare. disp. 214. num. 24.

Facies.

† 1 Facies æquiuoce dicitur de mortua, & viua. disp. 286. num. 20.
† 2 Esse faciei non est à forma distincta ab anima, ibidem num. 23.

Falsitas.

† 1 Falsitas non nisi in iuditio esse potest. disp. 184. numer. 57.
2 Vide *Mendacium.*

Feria.

1 Feriæ Azymorum, vide *Azymus* numer. 16. 17. & 18.

Fermentare, & fermentatum

1 Error de necessitate consecrandi in fermentato olim habuit ex opinione Patrum, Græcorum dicentium, Christum Luna decima tertia Pascha iudæorum celebrasse. disp. 172. num. 13. & 14.
2 Quinam errorem de fermentato sequuti fuerint quaue occasione, ibidem num. 15.
3 Nullus ex antiquioribus Græcis docuit Christum in fermentato consecrasse. disp. 174. num. 1. & 2.
4 Vsum consecrandi in fermentato sine errore in Ecclesia fuisse introductum non firmo fundamento aliqui docuerunt, ibidem num. 3 & 4.
5 Mutatio Azymi in fermentatum nusquam in vniuersali Ecclesia fuit, ibidem num. 11. & 13.
6 Vsus Græcorum consecrandi in fermentato, ante tempora Leonis IX. sine errore cæpit: huius vero tempore viguit cum errore coniunctus n. 13. & 25.
7 Vsus fermentati qua de causa apud Græcos cæperit non liquet ibidem num. 14.
8 Error Græcorum non est in consecratione fermentati, sed in eo, quod damnet consecrationem in Azymo, ibidem.
9 Tam fermentatus panis, quam Azymus sufficiens materia est ad effectum cōsecrationis iuxta catholicam doctrinam eadem disp. 174. numero 20. 21. & 22.

10 Fermentatus panis non ita congrua materia consecrationis est sicut azymus. & ob exemplum Christi, & ob ipsam panis naturam, ibidem num. 23.
11 Collegium Græcorum Romæ fermentato nunc vtitur in consecratione consentiente Pontifice, ibidem num. 26.
12 Græcis Romæ existentibus non permittitur laicis in fermentato Eucharistiam ministrare. ibidem.
13 Iudæi in suis sacrificij fermentatos panes offerebãt ibidem num. 35
14 Sacrificium in fermentato exprobrat Iudæis Amos Propheta, ibidem num. 33.
15 Non licet sacerdoti Latino vrgente quauis necessitate vti fermentato, ibidem.
26 Cur Iudæi non fermentauerint in eggressione Egypti, vide *Iudæi* num. 6.

Festinatio.

1 Festinatio Iudæorum in eggressione ex Egypto vide *Iudæi* num. 6.

Festiuitas.

1 Festiuitates Hebræorum computabantur â vespere vnius diei vsque ad vesperam sequentis. disput. 172. num. 23. & 97.
2 Reliqua festa Iudæorum præter Sabbathum exordium, & nobilitatem accipiebant â Neomenia seu Kalendis mensis primi per diuersos dies hebdomadæ, ibidem num. 24.
3 In festo expiationis & prima die Azymorum alia ve festiuitate præter Sabbathum licuit Iudæis cibos ad prandium, & cœnam præparare, ibidem numer. 44.
4 Non fuit facta translatio festiuitatum a tempore Esdræ vt falso vult Burgensis ibidem num. 45. & 46
5 Festiuitati Sabbathi & solennitati ludi, & choreæ nihil derogabant, ibidem num. 45.
6 Quare festiuitatis translatio à Iudæis Recentioribus sit excogitata, ibidem num. 46.
7 Iudæos semper ob seruasse Lunam decimam quartã Martij pro festiuitate, & solennitate Paschatis qui Patres docuerant, ibidem num. 47.
8 Rabbini ipsi improbant translationem festiuitatis Paschatis quasi non recepta antea fuerit, ibidem.
9 Ex sententia Burgensis etiam sequitur concursus immediatus duarum festiuitatum solennium quod ipse vitare contendit eadem disp. 172. num. 48.
10 Festum Pentecostes solenne anno, quo Christus mortuus est, proxime post Sabbathum fuit, ibidem.
11 Primus dies festiuus azymorum anno, quo Christus mortuus est, dies fuit translatus contra Rupertum, ibidem num. 51.
12 Si intercessisset dies aliquis inter festum celebrationis Paschatis & primum diem festiuum azymorum Christus consecrasset in fermentato Ibidem.
13 Festiuitas Paschatis & festiuitas primi diei azymorum non poterant alio die interiacente fieri, & diuidi, ibidem num. 12.
14 In alijs festiuitatibus præter Sabbathum prohibitum non erat cibaria præparare, ibidem num. 70.
14 Festiuitas Sabbati maxima erat inter omnes festiuitates Iudæorum, ibidem numero 8?.
16 Iudæi putarunt licuisse sibi festiuitatem violare in Christi causa agenda, & morte, ibidem num. 84.
17 In festiuitatibus Sabbathi, & primi diei azymorũ non erant prohibita opera misericordiæ licet id falso aliqui Iudæi putarent, ibidem num. 28. & 29.
18 Cũdicitur apud Ioan. 13. *Ante diẽ festum* festiuitas sumitur pro die vsuali ibidem num. 94.
19 Initio festiuitatis azymorũ fecit Christus quæ narrat Ioan. 13. ibidem num. 95.
20 Omnes festiuitates Sabbatha in Scriptura appellãtur ibidem num 97.
21 In omn festiua solennitate populus Iudæorum ab opere vacabat, ibidem num. 98.
22 Festiuitates celebrabantur a vespera in vesperam aliæ vero dies vnica gaudebant vespera, ibidem num. 126.
33 Omnes festiuitates Sabbathũ requietionis dici potuerũt., ibidem num. 127.
34 In qualibet festiuitate solenni meti, & offerri poterant manipuli, & alia in Dei cultum effici, ibidem num. 241.
25 Festum Pentecostes vide *Pentecostes* num. 1. & 2.

Fictio.

1 Fictio in Sacramentis valde pernitiosa, & execranda est. disp. 209. num. 41.

Fides, & fideles.

1 Fides docet meritum passionis Christi fuisse vniuersalem causam salutis nostræ. disputatione 221. num. 37.
2 Fide constat sacrificium offerri posse pro anima in Purgatorio existenti, disputatione 227. numero 43.
3 Triplici ratione fideles à sacerdote dicuntur hoc sacrificium offerre. disp. 227. num. 10.
4 Fideles dicuntur offerre sacrificium, vt sunt membra Ecclesiæ, & per affectũ interiorem, & denique ratione alicuius ministerij vel eleemosynæ. ibidẽ.

Figura.

1 Figura dicitur sensibile commune quod modificat intrinsece speciem coloris, & simul cum eo repræsentatur. disp. 191. num. 17.

Filiæ.

1 Filias nescire in Scriptura quid sit. disputatione 247. num. 107.

Flagellantes.

1 Qui flagellantes fuere, & in quo errore. disp. 179. num. 15.

Florentinum.

1 Definit non manere substantiam panis, aut vini post consecrationem in Eucharistia disputatione 108. num. 17.
2 Congregatum est Florentinum, vt Græci lõga perfidia ab Ecclesia Latina distracti ad concordiam cum Latinis adducerentur. disput. 167. num. 35. & disp. 247. num. 16.
3 Concil. Florent. de minoribus ordinibus quid sanxerit. disp. 237. num. 39.

Fœdus.

1 Fœdus vide *Testamentum*.

Forma.

† 1 Forma corporeitatis non est ponenda in materia prima. disp. 186. num. 23. & 24.
† 2 Non est ponenda forma corporeitatis, vt tribuat materiæ esse corporis organici, sed sola anima sufficit. ibidem. n. 26.
† 3 Virtus formæ, vel formalis causæ, ad proprium effectum substantialem vel accidentarium nulla potentia potest suppleri. ibidem num. 36.
† 4 Forma tribuit effectum subijecto eo ipso quod illius est, & hoc posito aliud nequit impediri. disp. 187. num. 7.

5 Forma ſanguinis eſt ſub ſpecibus ex vi verborũ licet ſolum indirecte ſignificetur. ibidem numero 28.
6 Forma ſubſtantialis eſt actus materiæ primæ, & in quantitate vt in proprio ſubiecto recipi non poteſt. diſp. 195. num. 18.
7 Formæ, vel formalis conuerſio, vide *Conuerſio* numer. 36.
8 Formæ definitio, vide *Definitio*, num. 6.

Forma conſecrationis.

1 Vnica forma plura numero Sacramenta conſecrari poſſunt. diſp. 188. num. 2.
2 Forma Sacramenti Euchariſtiæ ſunt verba determinata conſecrationis, ſicut. & aliorum Sacramentorum diſp. 192. num. 14.
3 Non ſolum non ſunt de eſſentia formæ conſecrationis verba, quæ in canone præmittũtur, ſed nec neceſſario requiruntur ad effectum conſecrationis. diſp. 193. num. 4. 5. 6. & 7.
4 Verba præcedentia ad formam conſecrationis eſſentialiter pertinerent, ſi ſubſequentia ſine illis non ſignificarent conſecrationem, ibidem num. 6 in fine.
5 Si forma conſecrationis neceſſario requireret præcedentia verba, ſacerdos non conſecraret. ibidem num. 7.
6 Ad formam, & eſſentiam conſecrationis calicis. nec pertinent, nec ex intentione proferentis pertinere poſſunt verba illa, *Noui & æterni Teſtamenti.* ibidem num. 17. & ſeq.
7 Si ad formam conſecrationis calicis prædicta verba pertinerent aliqui Patres Græci, æthyopes, & mozarabes non conſecraſſent. ibidem num. 19.
8 In forma conſecrationis nõ Eccleſia, ſed ſolus Chriſtus poteſt diſpenſare, ibidem.
9 Si formæ conſecrationis calicis eſſentialia eſſent verba illa addita, ſimiliter formæ conſecrationis panis eſſent eſſentialia, quæ à Græcis illi addũntur, ibidem num. 25.
10 Si quis priora verba vtriusque formæ conſecrationis proferret ſine additione aliorum vere enunciaret, vnde ſtatim fieret conuerſio, ibidem numer 26. 19 & 40.
11 Inſtitutio verborũ pro forma conſecrationis a cõmodatur ſignificationi eorum, & è cõtrario eadẽ. diſp. 198. num. 29.
12 Non pertinent ad formam conſecrationis omnia verba, quæ maiuſculis literis notantur, ibidem.
13 Ad formam conſecrationis non pertinent verba omnia, quæ ibi à Chriſto ſunt prolata, ibidem numer. 30.
14 Nõ ſunt de eſſẽtia formæ cõſecrationis calicis verba addita, licet determinent præcedentia, ibidem
15 Non pertinent ad formam conſecrationes illa verba, *Qui pro vobis effundetur*, ſed ſine illis ſtare poteſt conſecratio, ibidem num. 33.
16 In forma conſecrationis nequit diſtingui pars ſubſtantialis ab eſſentiali, ibidem numer. 37. & ſeq. & num. 42.
17 In forma conſecrationis tota prolatio, quantumuis protracta & quælibet pars illius eſſentialis eſt & ad effectum concurrit, ibidem num. 38.
18 Si aliquæ morulæ prolationis ad eſſentiam formæ conſecrationis non pertinerent, nec ad ſubſtantiã ſpectarent, ad effectum ve concurrerent ibidem.
19 Quamuis in forma conſecrationis tradita à Paulo voces *nouum Teſtamentum* ad eſſentiam pertinerent, & ad effectum concurrerent id non ſequitur in forma, qua vtitur Eccleſia ibidem numer. 39.
20 In forma conſecrationis tradita à Paulo ſine dictis particulis non ſtat ſenſus neceſſarius, vt vinũ conuertatur in ſanguinem, ibidem.
21 Sine verbis additis formæ conſecrationis manet ſenſus requiſitus ad conuerſionem. ibidem num. 40. & 41.
22 Niſi illud additamentum, quod fit formæ conſecrationis exprimeretur, nullo modo intelligeretur in forma ibidem num. 42.
23 Si illud additamentum formæ conſecrationis ad huius ſubſtantiam pertineret, id eſſet ex inſtitutione Chriſti, & illius omiſsio eſſet peccatũ, ibi. n. 34.
24 Si illud additementum formæ conſecrationis calicis ad ſubſtantiã formæ pertineret, idẽ eſſet de additamẽto formæ conſecrationis panis, eadem. diſp. 198. num. 44.
25 Nequit dici additamentum vnius formæ conſecrationis ad ſubſtantiã illius ex intẽtione proferentis pertinere, & non additamentum alterius. ibidem num. 44. & 45.
26 Non poteſt dici additamentum formæ conſecrationis calicis ad ſubſtantiam pertinere, quia ſine illo fieret conſecrartio, licet forma eſſet imperfecta ibidem num. 45.
27 Nequit illud additamentum formæ eſſe illi eſſentiale ex ſola intentione miniſtri, ibidem numero 47 & 48.
28 Additamentum formæ conſecrationis, *Datur vel frangitur, effundetur* ſeu *effunditur*, ad paſsionem, & crucem melius, quam ad fractionem, & effuſsionẽ Euchariſtiæ refertur. diſputatione 196. num. 6. & ſequentibus
29 Ex additamentis formæ conſecrationis ſic intellectis veritas corporis Chriſti efficaciter probatur, licet veritas ſacrificij incruenti inde non probetur, ibidem num. 20.
30 Si per, *Effunditur*, in forma conſecrationis calicis Chriſtus voluiſſet ſignificare ſacrificium incruentum, non proprie ſed figurate loquutus eſſet, ibidẽ num. 10.
31 Cur additamentum prioris formæ conſecrationis Eccleſia committat, & non poſterioris, ibidem numer. 27.
32 Additamentum formæ conſecrationis calicis, *Miſterium fidei* à Chriſto traditione antiqua accepit Eccleſia, ibidem.
33 In vtraque forma conſecrationis additur particula *Enim*, quam certum eſt ad earum eſſentiam, vel ſubſtantiam non pertinere ibidem. num. 18.
34 Non eſt neceſſaria dicta particula ad neceſſarium ſenſum formæ conſecrationis, ſed ſolum ad continuationem ſermonis, ibidem.
35 Omiſsio particulæ, *Enim*, in forma conſecrationis cum ſcientia & prudentia erit peccatum mortale ſecus ſi ex negligentia, vel oſcitantia, ibidem numer. 30.
36 Mutatio cuiuſlibet dictionis in formis conſecrationis cuiuſuis Eccleſiæ mortale erit, ibidem.
37 Senſus neceſſarius formæ cõſecrationis ſine quo nequit valide fieri mutatio eſt vt ſignificetur à ſacerdote nomine Chriſti corpus organicum, ibidẽ numer. 31.
38 Mutatio formæ conſecrationis per ſolam commiſsionem ſoleciſmi non obſtat effectui conſecrationis, ibidem.
39 Si in forma conſecrationis mutaretur verbum, *Eſt, in, ſit* non fieret conſecratio eadem. diſp. 199. num. 33.
40 Sic mutata forma conſecrationis non fieret ex vi

illius conuerſio totius in totum.ibidem.
41 Falſum eſt, verbum *eſt*, pro forma conſecrationis corporis non eſſe in Græcis codicibus ibid.n.34.
42 Ablato verbo *eſt*, à forma conſecrationis poſſet fieri à Chriſto præſens ſuum corpus non tamen fieri conuerſio.ibi.& num.35.
43 In verbis eſſentialibus formę cõſecrationis calicis nulla figura admitti debet.ibidem. nu.36. & 37.
44 Additamentum formæ conſecrationis, *Effundetur*, per figuram de calice enuntiatur.ibidem num.38.
45 Additamentum formæ, *Teſtamentum*, proprie dicitur de ſanguine Chriſti.num.41.& 42.
46 Licet in verbis eſſentialibus formę conſecrationis non ſit admittenda figura in aliis eam admittere nullum eſt inconueniens.ibidem num.42.& 43.
47 In verbis formę conſecrationis virtus effectiua, nõ eſt qualitas ipſis inhærens.ibidem nu.45.
48 Verba formæ conſecrationis, non phiſyce, ſed vt inſtrumenta moralia ad effectum conſecrationis concurrunt ibid.
49 Non poſſunt eſſe phyſicum inſtrumentum ad producendum corpus Chriſti, neque ad cõuerſionem. ibidem, & eodem num.in fine.
50 Enuntiationes formarum cõſecrationis veræ ſunt dubitante nullo.ibidem num.47.
51 Verba formæ conſecrationis, relicta ſunt à Chriſto in antiqua ſua ſignificatione. diſp.202.num.2.
52 Nequit dici ſignificationem formæ cõſecrationis, aut eius veritatem non eſſe prius natura ex parte efficientis, quam ſit conuerſio. ibidem num.8.
53 Verba formę cõſecrationis ſunt cauſa cõuerſionis ratione ſignificationis prioris veritati ipſorũ.ibidem num.14.
54 Forma conſecrationis panis, cõſequitur ſuum effectum antequam perficiatur forma conſecrationis vini, quod de fide eſt ibi.num.16.

Fractio, & frangere.

1 Frangi nequit alicui conuenire per extrinſecã denominationem.diſp.190.num.51.
2 Fractio ex eodem pane neceſſaria non eſt, & commodius Eccleſia ea non vtitur. diſp.196. num.26.
3 Frangi dicitur aliquis eo quod moleſtia, & labore ſit afflictus.diſp.199.num.22.
4 Fractio panis à Chriſto facta, vide *Chriſtus*. nu.73.

Franciſcani Fratres.

1 Franciſcanos Prælatos in India habere priuilegiũ Ordines ſacros, excepto ſacerdotio ſubditis conferendi viri fidedigni tradunt.diſp.243.num.38.

Fructus.

1 Fructus Miſſæ non eſt æqualis quando offertur intentione confuſa, ac quando offertur ſpeciali intentione.diſ.231.num.25.
2 Ad fructum huius ſacrificij nihil intereſt, vt primo loco, vel ſecundo fiat commemoratio, dummodo vtriuſque diſtinctè fiat mentio.ibi.num.40.
3 Solum baptizati ſunt capaces fructus huius Sacramenti.ibi.num.42.
4 Fructus remiſsionis pœnæ temporariæ communicari non poteſt, per hoc ſacrificium homini exiſtenti in peccato mortali.ibid.num.44.
5 Fructus dictus remiſsionis pœnę temporarię per hoc ſacrificiũ colligi poterat ſi Chriſtus voluiſſet.ibid.
6 Ad percipiendum fructum huius ſacrificij requiritur ſtatus gratiæ.ibi.num.45.
7 Maior eſt fructus ſacrificij, quo quis melius eſt diſpoſitus. ibid.
8 Hoc ſacrificium non habet effectum recedente fictione.diſp.231.num.51.
9 Fructus Euchariſtiæ, vide *Euchariſtiæ effectus*.

Frumentum.

1 Frumentum licet commune ſit omni grano habẽti ariſtas frequens tamen huius nominis vſus in Scriptura eſt proſcitico diſp.170.num.18.

Fundamentum.

1 Fundamentum denominationis cõuerſionis, Vide *Denominatio*.num.2.& 3.

G.

Gelaſius.

1 Gelaſius Papa non docet ſubſtantiã panis, & vini permanere in Euchariſtia poſt cõſecrationẽ. diſp. 180.num.101.
2 Vocat Gelaſius Euchariſtiã imaginem corporis, & ſanguinis Chriſti, imo docet ibi manere ſubſtantiam panis, & vini non tamen hic fuit Gelaſius Põtifex. diſp.197.num.55.
3 Non docet Gelaſius Papa neceſſariam eſſe ſumptionem ſanguinis laicis, ſed ſacerdotibus tãtum. diſp.216.num.76.& 77.
4 Gelaſius Papa docet Iudam e cœna diſceſiſſe antequam Chriſtus ſolennem ſermonem ad diſcipulos habuiſſet.diſp.217.num.14.

Genadius.

1 Genadius fuit Autor libri de Eccleſiaſticis dogmatibus apud Auguſtinum, & non bene audit in materia de gratia. diſp.177. num.22.
2 Senſit Genadius Chriſtum aquam vino conſecrando miſcuiſſe.ibi.

Generatio.

† 1 Generatio eſt potius in hac præſentia, quã in alia ratione materiæ circa quam fit.diſp.182.nu.32.
† 2 Generatio vnius eſt cauſa corruptionis alterius. diſp.195. num.7.
† 3 Generatio non prouenit ab agente vtente inſtrumẽto ſeparato ſi productio formę tribuatur agẽti vniuerſali.ibi.num.9.

Gnoſtici.

1 Gnoſticorum execrabilis, & nefandus error circa panem offerendum.diſp.170. nu.5.

Gorgonia.

1 Gorgonia à fratre ſuo Gregorio Nazianzeno miris laudibus commendatur.diſp.197.num.49.& 51
2 Gorgonia ſanguinẽ Chriſti ſecum habere nõ poterat, vtpote priuata mulier priuatam domum cum marito habitans.ibi.num.52.
3 Gorgonia non habebat ſecum corpus, aut ſanguinem Chriſti, ſed reliquias, aut imagines aliquas paſſionis Chriſti. ibi.& num.53.& 54.

Gangrenſe Concilium.

1 Concilium Gangrenſe, contra quos errores inſtitutum fuerit.diſp.247.num.50.& 52.

Græci.

1 Non eodem die, vel Luna Chriſtum, & Iudæos cæteros Paſcha celebraſſe, Græci ſentiunt.d.172.n.9.
2 Aliqui Patres Græci ſentiunt cũ Latinis Chriſtum Luna decimaquarta cœnaſſe, & celebraſſe, & deinde traditum fuiſſe.ibi.nu.19.
3 Græci nunc Romæ exiſtentes fermentato vtũtur ad conſecrationem permiſſu Pontificis, licet non fermentatum, ſed azymum laicis miniſtrare poſſint. diſp.174.num.26.

4 Græci ſolíti ſunt miſcere aquam cum vino ante cõ ſecrationẽ, & iterum aquam calidam poſt conſecrationem ipſam.diſp.176.num.2. & 3.

5 Græci numquam negarunt veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia.diſp.179.num.24.

6 Aliqui Græci exiſtimarant, non ſolis verbis quibus Chriſtus cõſecrauit, ſacerdotes nunc cõſecrare, niſi etiam addatur oratio.diſp.197.nu.17.18.& 19.

7 Græci in Concilio Florentino optime reſpondérant, ſe poſt verba conſecrationis non orare, vt fiat conſecratio, ſed vt fiat in ſalutem noſtram.ibi dem num.33. & 34.

8 Non conſtat Græcos exiſtimaſſe verba illa: *Quod pro vobis tradetur*, ad eſſentiam formę conſecrationis panis pertinere.diſp.193.num.10.

9 Nequit ſine nota erroris dici, antiquos Græcos calicem non conſecraſſe. ibid.num.20.21.43.44.

10 Græci antiqui non putarunt laicis neceſſariam, eſſe communionem calicis, nec de Recentioribus id conſtat.diſp.216.nu.2.& 3.

11 Nunquam Græci Latinis obijciunt, quod ſub vna tantum ſpecie laici communicent, licet contra illi efficiant.ibid.nu.38.

12 Græci nunquam reprehenduntur, quod ſub vtraque ſpecie etiam laici communicent.ibid.nu.46. Græcorum Miſſa, vide *Miſſa*, n.4.

13 Græcus acerdos quando teneatur morem propriæ Eccleſiæ obſeruare in conſecratione, vide *Conſecratio*:. num.5. & ſequentibus.

14 Græci errore Nicolaitarum non fuere infecti.diſput.247.n.70.& 114.

15 Græci ſacerdotes antiquitus cogebantur vxores ducere ante ſuſceptionem ordinis: modo liberum illis relinquitur.diſp.248.num.5.

16 Græcorum hodiernus error, circa conſuetudinem Latinæ Eccleſiæ.ibid.num.6.

17 Græci capillos puerorum dæmonibus offerebant. diſp.250.num.28.

Gratia.

1 Gratia naturæ ſuæ ſine Dei acceptatione cũ peccato pugnat.diſp.139.n.27.

2 Si homo in gratia indigeret acceptatione Dei, vt eſſet dignus gloria, & non poſſet eſſe in vno loco in gratia, & dignus gloria, & in alio in peccato, & dignus æterna pœna.ibid.

3 Gratiæ ſtatus ſufficiens diſpoſitio eſt ad officium primarium Euchariſtiæ.d.206.n.7. & ſequentibus.

4 Gratia habitualis non minuitur per peccatum veniale.diſp.212.n.21.

5 Maior effectus gratiæ percipitur ex vtraque ſpecie Euchariſtiæ quam ex altera tantum diſp. 215. n.5.& ſequentibus. vide *Euchariſtiæ effectus*, a n.67.

6 Gratia collata in quouis ordine confertur ab ordinãte, vt ab inſtrumento Dei.diſ.243.n.79.& ſeq.

7 Gratia collata per Euchariſtiam, vide *Euchariſtiæ effectus*.

Gratianus.

1 Gratianus non ſatis tenuit mentem Gregorij Magni in canone *Relatio*.diſp.242.num.16.

2 Gratianus quo tempore ſcripſerit.diſp.298.nu.6.

Grauitas.

† 1 Grauitas poteſt a Deo auferri à corpore graui, vel illius effectus impediri.diſp.189.nu.53.

† 2 Grauitas auferretur à corpore contra illius naturam.ibid.num.54.

3 Grauitas peccati, vide *Peccatum*.num.7. & ſequentibus.

Gregorius.

1 Gregorius Nyſſenus non comparat in omnibus conuerſionem panis Euchariſtiæ cum conuerſione alimenti in ſubſtantiam aliti. diſp.181. num.11. & 144.

2 Gregorius Nyſſenus demonſtrationem euidentẽ nobis offert ad probandum in conſecratione ſola conſiſtere totam eſſentiam ſacrificij.diſ.222.n.35.

3 Gregorius Nazianzenus non vocat lumen ſublunare antitypon æterni, quaſi denotet æqualitatẽ. diſp.197.num.45.

4 Non vocat Gregorius Nazianzenus antitypõ corporis Chriſti, ſed myſteriorum, & reliquias, vel alia ſigna vocat antitypon corporis Chriſti.ibi.nu.49. 50. & ſequentibus.

5 Gregorius Magnus docet propter pollutionem nocturnam prouenientẽ ex infirmitate naturæ, excrãpula, aut ex praua cogitatione ſine conſenſu voluntatis, non eſſe prohibitam ſumptionẽ Euchariſtiæ.diſp.210.num.21.

6 Docet Gregorius Magnus propter primum, & tertium genus pollutionis non eſſe abſtinendum à communione, propter ſecundum verò id eſſe cõgruum in ſignum humilitatis. ibidem.

7 Mens Gregorij Magni non fuit ſatis perſpecta a Gratiano in canone *Relatio*.diſp.242.num.16.

8 Gregorius XIII. facultatem diſpenſandi in Interſtitijs, & alijs requiſitis Præpoſito Generali Societatis IESV, & eius delegatis conceſſit.diſp.246. num. 50.

9 Præcipit Gregorius XIII. Epiſcopis ne interſtitia, & alia, quæ ab alijs ordinandis exigere ſolent, a religioſis Societatis exigant.ibidem.

10 Noluit Gregorius XIII. hoc priuilegium alteri religioni eſſe commune.ibidem.

Guſtus.

† 1 Guſtus eſt quidam tactus.diſp.206.num.22.

H.

Habitus.

† 1 Habitus habent partes actus ſecundum extenſionem.diſp.190.num.33.

† 2 Habitus eſt virtus, & habilitas potentię circa plures concluſiones, & obiecta.ibidem.

† 3 Habitus infuſi intenſio ſub experimento non cadit, ſicut intenſio habitus acquiſiti. diſp.206. num.18.

4 Habitus infuſus, non præſtat facilitatem ad operandum ſicut acquiſitus. ibid.

† 5 Habitus acquiſitus circa primam concluſionẽ alicuius ſcientiæ extenditur circa alias. diſ.239.n.56.

† 6 Prædicamentum habitus imperfectum eſt nec ſpecibus gaudet ſaltem ſubalternis.diſp.190.nu.49.

7 Hæbrei, vide *Iudæi*.

Hæreticus.

1 Hæretici non negarunt ſpecialiter Sacramentum Euchariſtiæ.diſp.167.num.1.

2 Hæretici Lutherani, Zuyngliani, & Centuriatores parum intereſſe putant, in azymo, vel in fermentato conſecrare licet verbis, & factis morem Græcorum conſuetudini Latinorum præferant.diſput. 174.num.14.& 15.

3 Aliqui hęretici veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia negant non tamen eodem fundamento. diſput.179.num.2.& diſp.216.num.5. & 6.

4 Prædicti hæretici cũ alijs non errarunt ſpecialiter circa

circa myſterium Euchariſtiæ, ſed circa myſterium Incarnationis, & non bene ab aliquibus intelligun tur. diſp. illa 179. num. 4. 5. 6. & 10.
5 Hæretici Recentiores docent Chriſtum Ioannis 6. nō de reali manducatione Euchariſtiæ, ſed de ſpirituali fuiſſe loquutum. ibi. num. 33. & 34.
6 Verba inſtitutionis Euchariſtiæ, multipliciter hæretici eludere inaniter conantur, vt præſentiam realem negent. ibidem num. 76. vſque ad 80.
7 Fatentur hæretici Euchariſtiam in cœna à Chriſto traditam eſſe Sacramentum ſalutis tunc traditum ibid. num. 81.
8 Variè fingunt hæretici præſentiā ſubſtantiæ panis & vini in Euchariſtia, vel totalem, vel ſecundum partem. diſp. 180. num. 1. & ſequentibus.
9 Tranſubſtantiationem vt nouum inuentum hæretici reijciunt. ibid. num. 20.
10 Verba conſecrationis cū impropriētate immerito vſurpant hæretici, vt defendat veritatem verborum ſine tranſubſtātiatione. ibid. n. 57. & ſequen.
11 Refutantur hæretici dicentes panem, & vinum in corpus, & ſanguinē Chriſti ex parte mutari. ib. n. 66
12 Hæretici refelluntur dicētes partes ſumptas à peccatoribus in pānem, & vinum reddire, vel aliquid ſubſtantiæ panis manere. ibi. num. 67.
83 Humanitati Chriſti abſtracte ſignificatæ proprietates Diuinas communicari autumant hæretici, & refelluntur. ibid. num. 72. vſque ad 76.
14 Concedunt hæretici humanitati Chriſti vbiquitatem. ibid.
15 Hæreticorum argumenta aduerſus conuerſionē panis & vini diluuntur. num. 89. & ſequentibus.
16 Ponunt hæretici anihilationem in Euchariſtia ne admittant conuerſionem. diſp. 186. num. 7.
17 Hæretici intinctores non docuerunt ſub ſingulis ſpeciebus integrum Chriſtum no contineri. diſp. 185. num. 2.
18 Sacramentarij hæretici docent corpus, & ſanguinē ſolum eſſe in Euchariſtia, vt in ſigno. ibid. num. 3.
19 Hæretici qui docuerunt non ſufficere populo alteram tantum ſpeciem ſumere, non ex eo negarunt Chriſtum in ſingulis ſpeciebus contineri. ibid.
20 Plures hæretici comitantiam in Euchariſtia negant. ibid. num. 4.
21 Solum probant hæretici ſub ſpeciebus panis, ex vi verborum tantum contineri corpus, & in illud ſolū fieri conuerſionem panis, quod verum eſt. ibi. n. 12
22 Negarunt Hæretici modum exiſtendi in Euchariſtia per concomitantiam ne totum Chriſtum ſub qualibet ſpecie concederent. ibid. num. 19.
23 Qui oppoſitum, quam traditum ſit in capitibus, Concilij ad doctrinā pertinens, ſciens docuerit, hæreticus erit. ibid. num. 20.
24 Hæretici qui admiſerunt totum Chriſtum ſub qualibet ſpecie eſſe non negant diſtinctionem eſſendi per ſe, & per concomitantiam. ibid. num 21.
25 Hæreticum eſt negare diſtinctionem in Euchariſtia ex vi verborum, & per concomitantiam. ibid. num. 21. & 22.
26 Nullus hæreticorum error fuit exiſtentiam totius Chriſti ſub ſingulis partibus ante ſeparationē negans, ſed poſt ſeparationem. diſp. 188. num. 18.
27 Impoſsibile putant hæretici, corpus vllo modo in duobus locis ſimul eſſe. diſp. 189. n. 2. 3. 4. & 5.
28 Inficiantur hæretici, Chriſtum in propria perſona viſum fuiſſe à Paulo. ibid. num. 8.
29 Quid ſentiāt hæretici de nutritione ex ſpeciebus conſecratis. diſp. 195. num. 36. & 37.
30 Hæretici antiqui dixerunt corpus, & ſanguinem Chriſti deſinere eſſe ſub ſpeciebus ſimul atque Sacramentum ore peccatoris ſumitur. ibid. num. 49.
31 Hæreticorum deliria circa verba conſecrationis referuntur, & refelluntur. diſp. 297. n. 15. 20. & ſeq.
32 Hæretici varie docent pronomina, *Hoc*, & *Hic*, in verbis conſecrationis ſubſtantiā panis, & vini demonſtrare. diſp. 201. num. 2. & 3.
33 Aliqui hæretici docent Euchariſtiam eſſe per ſe inſtitutam ad remiſsionem mortalium. diſp. 250. nu. 1. & 2.
34 Prædicti hæretici putant digne aliquem ad Euchariſtiam accedere cum mortalibus. ibid.
36 Ex eorundem doctrina hæretici conuincuntur. ibidem num. 3. 8. 9. & 10.
36 Si hæretici concederent Sacramentum iuſtificare ex opere operato, & Chriſtum eſſe in Euchariſtia, concederent etiam per Euchariſtiam nullum mortale per ſe remitti. ibid. num. 14.
37 Hæretici antiqui, & Recentiores ieiunium ante communionem contemnunt. diſp. 211. num. 1.
38 Hæretici nō pauci dogmatizant iniuſtè Eccleſiam priuaſſe laicos communione calicis. diſp. 216. num. 1. & ſequentibus.
39 Hæreticorum obiecta diluuntur. ibid. n. 1. m. 48. & ſequentibus.
40 Hæretici Recentiores docent quemlibet Baptizatum habere poteſtatem conſecrandi Euchariſtiā, & alij non conſectarie id negant. diſp. 218. num. 4.
41 Hæretici Caluiniſtæ contendunt non niſi communi ratione iuxta Patrum conſuetudinem Chriſtum præmiſiſſe conſecrationi gratiarum actionem, & benedictionem. diſp. 196. num. 16.
42 Hæretici capaces ſunt, vt pro illis offeratur ſacrificium Miſſæ. diſput. 227. num. 24.
43 Hæretici excommunicati non ſunt capaces, vt pro illis offeratur ſacrificium Miſſæ. ibidem. num. 25.
44 Hæretici capaces ſunt fructus cuiuſuis orationis aliorum pro ipſis factæ. ibid.
45 Hæreticis prodeſſe poteſt ſacrificiū ex opere operato. ibid. num. 33.
46 Plures hæretici cum Luthero Ordinis Sacramentum negant, quod alij concedunt. diſp. 235. num. 1. & 2.
47 Plures hæretici ſequuti Aetium docuerunt Epiſcopum a presbytero nulla ratione diſtingui. diſp. 240. num. 1.
48 Aliqui hæretici, non ſolum Epiſcopalem, ſed etiam ſacerdotalem ordinem de medio tollere vi entur. ibi. num. 5.
49 Aliquorum hæreticorum hæreſis fuit, ſolius Dei munus eſſe, eligere paſtores, & miniſtros Eccleſiæ. diſp. 244. num. 2.
50 Hæretici noſtri temporis, omnem electionem vocationem ſeu miſsionē miniſtrorum Eccleſiæ, ad vniuerſalem Eccleſiam docent pertinere. ibi.
51 Aliqui hæretici exiſtimarunt mulieres in diaconiſſas altaris ordinari debere. diſp. 145. num. 1. & 3.

Hermaphroditæ.

1 Hermaphroditę, ſi prævaleat ſexus fœmineus, omnium Ordinum ſunt incapaces diſp 245. num. 1.
2 Hermaphroditę, ſi prævaleat ſexus maris, capaces ſunt Ordinum, licet ab illis ſint repellendæ. ibi.

Hermenegildus.

1 Hermenegildus Hiſpaniæ Princeps noluit ab hæretico Euchariſtiā accipere extra tēpus neceſsitatis, ne ſuo facto ſacerdotis hæreſim videretur approbare. diſp. 219. num. 63.

Hieremias.

1 Hieremias Patriarcha cum alijs Græcis, verâ Christi præsentiam in Eucharistia fatetur, quidquid hæretici velint. disp 179. num. 25.

Hieronymus.

1 Hieronymus docet Christum vino consecrando aquam miscuisse. disp. 177. num. 8.
2 Intellexit Hieronymus locum Ioannis 6. de carne, non secundum se, sed prout vnita videtur. disp. 179. num. 59. 60. 61. & 62.
3 Non intelligit Hieronymus verba consecrationis metaphoricè, licet in sensu spirituali aliquando vsurpet. ibi. num. 102.
4 Docet Hieronymus Christũ se ipsum comedisse, & conuiuam, & conuiuium fuisse. disp. 216. num. 81.
5 Hieronymi locus difficilis, vbi sentire videtur proprium diaconorum munus esse, mẽsis pauperũ, & viduarum ministrare, explanatur. disp. 236. nu. 6.
6 Hieronymus varijs locis contendit, idẽ esse presbyterum, quod Episcopum ibi. nu. 98. & 99.
7 Hieronym. nõ fuit presbyter Cardinalis d. 241. n. 6

Hilarius.

1 Priora verba capitis 6. Ioan. nõ de carne Christi, sed de Diuinitate intelligit Hilarius. dis. 179. n. 43. & 44.
2 Canõ, *Vba pars, De consecratione* dis. 21. nõ Hilarij Papæ, sed Hilarij Episcopi esse existimatur. dis. 188. n. 19.
3 Non loquitur ibi Hilarius de existentia totius Christi in singulis partibus Eucharistiæ, ante diuisionem, sed illa facta. ibi.
4 Docet Hilarius vnionẽ peculiarẽ naturalem carnis Christi ad nostram, per Eucharistiam fieri in sumentibus digne, & perseuerare corruptis speciebus. disp. 204. num. 11. 12. 13. & 14.
5 Docet Christum corpus suum, & sanguinem Iudæ non dedisse. disp. 217. num. 1. & 2.

Hoc.

1 Pronomen *Hoc*, vide *Verba consecrationis*, num. 6. & *pronomen*. num. 11. & sequentibus.

Homicidium.

1 Homicidiũ Principis grauius peccatũ est, ex genere suo, quã homicidiũ priuatæ personæ. d. 107. n. 11
2 Homicidium spirituale directe intentum, grauius peccatum est quam corporale. disp. 209. num. 37.

Homo.

1 Homo habet duo genera partium, essentiales, & integrantes. disp. 198. num. 37.

Hostia.

1 Hostia quæ offertur in sacrificio incruẽto est Christus. disp. 168. num. 17.
2 Plures hostiæ simul consecratæ ad vnum tantum sacrificium pertinent: licet sint plura numero Sacramenta. ibi.
3 Hostia non consecrata, pro consecrata numquam potest ministrari. disp. 209. num. 41.
4 Hostia, quæ seruatur feria quinta, non seruatur in memoriam sepulturæ. disp. 232. num. 18.

Hugo.

1 Hugo Victorinus, nõ docet posse esse corpus viuũ in vno loco, & mortuũ in alio: sed in Sacramento à nullo contrario pati posse. disp. 189. num. 33. & 34.
2 Non docuit Hugo Victorinus, Christum non traijci in stomachũ cum speciebus, licet simul explicet effectum spiritualem. disp. 295. nu. 53.
3 Hugo Victorinus sensit subdiaconatum, & minores ordines, non à Christo, sed ab Ecclesia institutos esse, ac proinde non esse Sacramenta. disput. 237. num. 10. & 13.

Humanitas Christi.

† 1 Humanitas Christi nõ est vbique. d. 180. n. 87. & seq.
† 2 Humanitas Christi duobus tãtũ modis potest esse præsens circumscriptiue, & definitiue. ibid. nu. 89.
† 3 Ante institutionem Sacramẽti humanitas Christi solum erat præsens circumscriptiue. ibidem.
4 Si humanitas Christi esset vbique cum qualibet re sumeretur sicut cum Eucharistia, vel potius numquã sumeretur, seu manducaretur. ibi. nu. 82. & 84.
5 Humanitas Christi in Eucharistia habet de nouo modum accidentalem, sed substantialiter non mutatur. disp. 181. num. 91.

I.

Iacobus.

1 IACOBVS Apostolus tradit aquã vino consecrãdo Christũ miscuisse. d. s. 176. n. 6. & d. 177. n. 8.

Ianſenius.

1 Ianſenius refert Iudæos nocte immolationis agni solitos esse lucerna quærere fermentatum, vt è domibus illud ejicerent. disp. 172. nu. 60.

Iconomachi.

1 Iconomachi hæretici nõ negarunt præsentiã corporis Christi in Eucharistia, sed humanitatem Christi depingi posse. disp. 179. num. 7. & 8.

Idololatria.

1 Idololatria non cõmittitur sine expressa intẽtione adorandi pro Deo, id quod reuera Deus non est. disput. 209. num. 41.

Ieiunium.

1 Præceptum ieiunãdi ante sumptionẽ Eucharistiæ ab Apostolis fuisse traditũ, docet Isidorus. d. 211. n. 11.
2 Ieiunium naturale est abstinẽtia à quocunque genere rei, quæ per os sumitur. ibid. num. 29.
3 Ieiunium naturale nõ dissoluitur ex eo, quod reliquiæ cibi inter dentes relictæ in stomacum casu traijciantur, aut aliquid per modum saliuæ deglutiatur. ibidem. num. 29.
4 Nõ maneret ieiunium naturale, si reliquiæ cibi etiã inter dentes relictæ de industria deglutiãtur. n. 30
5 Ieiunium naturale solueretur, si aliquid secari visio in ore ex altero die per modum medicinæ relicti etiam casu deglutiatur. ibid. num. 31.
6 Ieiunium naturale nõ soluitur per aliquaquæ traijciuntur in stomachum, nõ per modum cibi, & medicinæ. ibidem.
7 Ieiunium naturale solum postulat, vt nihil eo die, idest à media nocte, traiectum fuerit cibi, aut alterius rei. ibid. num. 33.
8 Ieiunium naturale aliter assignandum esset apud nationes, in quibus per sex mẽses sol nõ occidit, & per totidem alios numquam appareret. ibidem.
9 Ieiunium præmitti debet singulis actionibus consumendi Sacramentum, quæ in genere actionis Sacramentalis censentur diuersæ. ibidem num. 18.
10 Ieiunij Quadragesimalis præceptum, licet Ecclesiasticum, nequit ab Ecclesia sine incommodo abrogari. disp. 213. num. 5.
11 Ieiunium requisitum ad Eucharistiã nõ violatur ex sumptione alicuius partis aquæ, vel alterius liquoris per modũ vnius potus cum sanguine Christi. disp. 178. num. 27.

Ignatius.

1 Ignatij Epiſtola in qua Paulus dicitur habuiſſe vxorem, cuius autoritatis ſit. diſp. 249. n. 82. & 83.

Ignis.

† 1 Ignis ſi cũ extenſione a Deo in duobus locis ſimul poneretur, vtrobique poſſet calefacere. diſ. 189. n. 57

† 2 Ignis ex ſe poteſt ſimul diuerſas materias calefacere, niſi diſtantia loci impediat. ibidem.

Ignorantes, & ignorantia.

1 Ignorantes ſui compotes non ſunt capaces mãducationis Sacramentalis. diſp. 212. nu. 8. vide *Manducatio*. num. 51. & ſequentibus.

2 Vt quis ratione ignorantiæ à culpa excuſetur, non ſemper debet alios peritos cõſulere. diſ. 205. n. 16.

3 Ignorãtia inuincibilis, ſeu inculpabilis in omnibus locum habet circa res, quas proprio iudicio definiunt. ibid. num. 17.

Imago.

1 Sacrificiũ Miſſæ quamuis ſit imago mortis Chriſti verum, & proprium eſt ſacrificium. diſ. 222. nu. 63.

Immenſitas.

1 Immenſitas propriè no poteſt cõmunicari creaturæ, ſed participatio, quędã immẽſitatis. d. 189. n. 69

2 Immenſitas ſic Deo conuenit, tanquã propriũ attributũ, vt nõ ſolum petat Deũ eſſe in rebus creatis, ſed etiã in quibuſcũque de nouo crearetur. ibi.

Immolatio.

1 Immolatio Chriſti, ſolum ſacerdotibus tanquam miniſtris tribui poteſt. diſp. 225. num. 12.

2 Actio immolationis, poteſt eſſe mala ex prauo fine. diſp. 227. num. 22.

3 Immolatio Paſchalis agni, vide *Chriſtus*. n. 7. & 11. *Agnus*. nu. 5. & *Paſcha*. nu. 8. 9. & 10.

Immutatio.

1 Ex immutatione colligitur rem offerendam debere eſſe permanentem. diſp. 220. num. 25.

2 Immutatio panis, & vini per tranſubſtantiationẽ non eſt ſacrificium. diſp. 221. num. 23.

3 De immutatione incẽſi idẽ dicendũ eſt. ibi. n. 24.

4 In ſacrificijs antiquis ante manducationẽ rei oblatæ non erat immutatio. ibidem.

5 Immutatio nõ eſt ratio formalis ſacrificij abſoluti, ſed aliquid ex parte materię illius neceſſarium requiſitum.

Impanatores.

1 Vide *Hæretici*. num. 8.

Imperator.

1 Ex Imperatorum conſenſu fiebat antiquitus Summi Pontificis electio. diſp. 244. num. 28.

2 Imperator Iuſtinianus decreuit, ne minores 30. annis presbyteri, 20. diaconi, 35. Epiſcopi, decem & octo lectores ordinarentur. diſp. 246. num. 39.

Incompoſsibilitas.

1 Incompoſsibilitas, vide *Oppoſitio*.

Indiuiſibile, & indiuiſibilia.

† 1 Indiuiſibilia ponẽda ſunt in quantitate, punctum, linea, & ſuperficies. diſp. 188. num. 24.

† 2 In indiuiſibilibus nõ eſt ſubſtatia panis, nec indiuiſibilia panis ſunt panis. ibi. nu. 25.

† 3 Indiuiſibilia ſubſtantiæ, ſi darentur, nõ eſſent ſubſtantia, haberent tamen proportionem menſuræ cum indiuiſibili quantitatis. ibi.

4 Quamuis indiuiſibili ſubſtatiæ panis corpus Chriſti ſuccederet, non ſuccederet inſitu, quem illud cũ indiuiſibili quantitatis habebat. ibi.

5 Si indiuiſibile ſubſtantię eſſet ſubſtantia, poſſet ſacerdos ſolã ſuperficie interiorẽ conſecrare. ibi. n. 26.

6 Si indiuiſibilia ſubſtãtiæ nõ ſunt materia conſecrationis dici non poteſt Chriſtum eſſe in indiuiſibilibus. ibi. num. 27.

7 Quamuis ob continuationem præſentiæ Chriſtus eſſet in indiuiſibilibus continuatiuis quantitatis non ideo eſſet in terminatiuis. ibid. nu. 28.

8 In indiuiſibilibus quantitatis ſimul cum partibus vel in illis tantum corpus Chriſti exiſtere poſſe exiſtentia abſoluta non ſatis conſtat. ibi.

9 Indiuiſibilitas corporis Chriſti in Euchariſtia, nõ eſt modus poſitiuus, ſed priuatio extẽſionis ad locum. diſp. 191. nu. 13.

10 In indiuiſibilibus quantitatis, non eſt Angelus, nec corpus Chriſti præſens, licet ſit præſens partibus quantitatis continuę. ibi. num. 29.

† 11 In indiuiſibilibus materiæ non eſt anima rationalis nec ea ànimat. ibi.

† 12 Modus indiuiſibilitatis Angeli, & corporis Chriſti, non ſunt eiuſdem rationis cum indiuiſibilitate in diuiſibilis quantitatis. ibi. num. 31.

† 13 Non eſt primum indiuiſibile poſt illud, quod eſt in medio quãtitatis, & æqualiter diſtat ab extremis. diſp. 203. num. 17.

14 An in indiuiſibilibus ſpecierum exiſtat Chriſtus, vide Chriſti exiſtentia. num. 18. & ſequent.

Indiuiduum.

1 Indiuiduum vaguum nequit pro nomine *Hoc*, demonſtrari. diſp. 201. num. 16.

Infamia.

1 Quãuis infamia ex iudicijs ſit ſufficiens principiũ inquirendi, non eſt ſufficiens, vt ſtatim puniatur quis, tanquã mãnifeſtus peccator. diſp. 209. nu. 14.

2 Infamia, & infamatio, vide *Peccator*. n. 5. & ſequen.

Infidelis.

1 Omnes infideles tenentur præcepto ſumendę Euchariſtię, cui obligationi nõ ſatisfaciunt niſi prius baptizentur. diſp. 214. num. 31.

2 Infidelis non baptizatus, etiam ſi ingratia ſit nõ eſt capax Sacramenti Euchariſtiæ. ibi.

3 Infidelibus poteſt prodeſſe ſacrificium Miſſæ, ex opere operato. diſp. 227. num. 33.

Infinitum.

† 1 Ex infinito in potentia colligitur infinitum ſimpliciter. diſp. 230. num. 15.

Infuſio.

1 Infuſio ſanguinis Chriſti, in ora ſumentiũ, nec eſt id, in quo ſacrificium incruentum cõſtitit, nec per quod conſumatur. diſp. 199. num. 17.

2 Infuſio illa ſanguinis ſolum pertinet ad vſum Euchariſtiæ, quatenus Sacramentum eſt. ibi.

† 3 Infuſio non ſolum motum localem, ſed cum tali partium poſitione denotat. ibi.

4 Infuſio non ſine figura de ſanguine Chriſti in Euchariſtia dicitur. ibi.

Innocentius.

1 Innocentius III. non negat Chriſtum vino conſecrando aquam miſcuiſſe. diſp. 177. nu. 23.

2 Docet aquã prius in vinũ, deinde in ſanguinẽ Chriſti conuerti. diſp. 278. num. 11. & 12.

3 Docet corpus Chriſti in Euchariſtia incorruptibile fuiſſe poſte cœnæ, ſed non docet poſſe ibi viuere, & alibi occidi. diſp. 189. num. 34.

4 Non docet omnia verbaque ponuntur in canone pro consecratione calicis ad essentiam formæ cõsecrationis pertinere, sed fuisse à Christo prolata. disp.198.num.3. per errorem 13.
5 Damnat peccati sacerdotem qui ne in mortali celebraret ficte consecrauit,& docet grauius in hoc peccare quã si in mortali celebraret.disp.209.n.42.
6 Abrogauit consuetudinem quę obseruabatur ne mulieres post partũ per aliquot dies Ecclesiam ingrediãtur, & liberum hoc reliquit.disp.210.n.26.
7 Determinauit præceptum sumendi Eucharistiam ad tempus Paschatis vt modo seruatur.d.214.n.26.

Institutio.

1 Sacramenti Eucharistiæ non fuit vt determinata solum quantitate consecratio valida esset.disp. 171.num.18.
2 Institutio Sacramenti Eucharistiæ facta fuit Mat. 26.Marc.14.Lucæ 22.disp.179.num.75.
3 Hęc institutio proprijs verbis fieri debuit, & similiter institutio Sacramenti.ibid.num.82.& 92.
4 In institutione Eucharistiæ traditum fuit dogma fidei omnibus credentibus ibid.num.83.
5 Facta iam institutione potest Sacramentum figurate significare.ibid.num.92.
6 Nihil noui circa institutionẽ Sacramentorũ asserendum est quod communi Ecclesiæ sensu firmatum non sit.disp.203.num.21.
7 Catholica sententia tenet nõ esse per se institutã Eucharistiam ad delendum mortale. disp. 205. n. 3. & sequentibus.
8 Eucharistia tantum instituta est pro viuis,vt in vita vegetentur.ibid.num.5.& 6.
9 Ex institutione Eucharistiæ non colligitur remissio mortalis, sed potius oppositum.ibid.n.25.
10 Instituta fuit Eucharistia sub speciebus cibi,& potus,in quibus eius significatio.ibid.num.26.
11 Institui potuit Eucharistia eiusdem virtutis,& sine vllo præcepto.disp.213.num.4.
12 Eucharistia instituta est sub duplici specie non solum,vt sacrificium,sed etiam,quatenus Sacramentum,vt esset instar conuiuij. disp.215.num.9.
13 Institui potuit Eucharistia ita, vt sub vna specie minus gratię,quã sub vtraque tribueretur.ibi.n.12
14 Institui potuit Eucharistia, vt per vnam speciem tribueretur vnus gradus gratiæ respondens significationi illius,& per alteram alius.ibid.num.16.
15 Huiusmodi videtur fuisse institutio Eucharistiæ. ibi.num.17.
16 Institutioni Eucharistiæ congruit,vt à pluribus simul aliquando consecretur.disp.218.nu.40.& seq.

Instrumentum.

† 1 Nihil potest esse instrumentum ad sui ipsius conseruationem.disp.181.num.89.& 90.

Intellectus.

1 Intellectus deceptionem circa substantiam panis in Eucharistia fides congruenter corrigit. disput. 180.nu.97.& disp.184. num.57.
2 Intellectus operatio non pendet à loco,vnde sufficienter adiuuatur operatione sensus, licet sit in alio loco.disp.191.num.24.

Intensio.

† 1 Intensio habitus infusi sub experimento non cadit,secus intẽsio habitus acquisiti.disp.206.n.18.

Intentio.

† 1 Priuata intentio ministri,quæ non aduersatur substantiæ formæ Sacramenti non impedit effectum illius. disp.169,num.38.
2 Intentioni vniuersali conficiendi Sacramentum potest alia distincta ita nocere, vt Sacramentum impediat.disp.171.num.5.
3 Si minister pœnitentiæ habeat intentionem absoluendi solum à duobus mortalibus,si sint plura,nõ efficeret Sacramentum,& similiter si vellet absoluere à duobus venialibus vage.ibi. num.6.
4 Quomodo requiratur determinata intentio ad offerendum sacrificium pro aliquo, nec sit eadem ratio de intentione Sacramenti, & offerendi Sacrificium.ibid.num.7.
5 Intentio accedẽtis ad Eucharistiam in mortali nũ quam est,vt falso significet, se esse iunctum cum Christo.disp.207.num.4.
6 Intentio suscipientis Sacramentum nequit suspẽdere illius effectum,si cætera adsint requisita.disp. 215.num.22.
7 Intentio determinans materiam consecrationis, vide *Materia*.

Ioannes Parisiensis.

1 Docet panẽ vniri hypostatice in Eucharistia Christo medio corpore humanitatis. disp.180. nu.14.

Iosephus.

1 Ex Iosepho non probatur Iudæos in Aegypto agnum immolasse ineunte 14. Luna. disp.172.n.130.

Irenæus.

1 Irenæus decretum Victoris Papæ de celebratione Paschæ probauit, damnationem tamen Asianæ Ecclesiæ propter obseruationem antiquæ consuetudinis celebrandi, secus.disp.174.num.8.
2 Non potuit Irenæus Blestum hæreticum ab errore celebrandi necessario Luna 14. reuocare. ibid. num.10.

Isidorus.

1 Isidorus docet præceptum ieiunandi ante sumptionem Eucharistiæ ab Apostolis fuisse traditum. disp.211.num.11.

Iudas.

1 Iudas non discessit à cœna antequam cum reliquis corpus,& sanguinem Christi sub Sacramẽto perciperet.disp.217.nu.6.per errorem 26.& sequentibus
2 Iudas Eucharistia percepta concionẽ Christi post cœnam habitam non expectauit. ibid.
3 Iudas primus fuit detectus tanquam proditor, & buccellam intinctam à Christo accepit, quam Sacramentũ susciperet.ibi.n.18.& sequentibus.
4 Iudas illico exiuit, postquam audiuit à Christo, *Quod facis, fac citius*.ibi. num.27.
5 Iudæ etiam publico peccatori,Christus voluit Eucharistiam conferre.ibid. num.31.
6 Per Episcopatum, ac ministerium, quod sortitus est Iudas non sacerdotium,sed Apostolatus intelligendus est.disp.239.num.31.
7 Iudas cum cæteris Apostolis in cœna ordinatus fuit sacerdos.ibid.num.32.

Iudæi.

1 Iudęi à vespera in vesperam sua festa, & Sabbatha celebrabant.disp.172.num.22.
2 Iudæos ex dispensatione celebrationem Paschæ distulisse vsque ad Lunam decimam quintam, qui senserint.ibi.num.23.
3 Iudęi egressi sunt de Aegypto mane,quod successit proxime vesperę seu nocti, in qua celebratum fuit Phase.ibi. num.57.

4 Iudæi præcipitatione, qua exierũt de Aegypto, non potuerunt fermentare. ibi. num. 57.
5 Iudæi in memoriam azymorum, quibus vesci coacti sunt in egressione Aegypti, septem dies azymorum post Pascha obseruarunt. ibi. num. 58.
6 Iudæi egressi sunt ex Aegypto parum post mediam noctem illam, in cuius initio Pascha fuerat immolatum, & quid doceant. ibidem.
7 Etiam si Iudæi Pascha transtulissent, non in Sabbatho, sed feria sexta ad occasum debuissent celebrare. disp. illa 172. num. 7.
8 Iudæorum Principes forte existimarunt, nõ licere sepulturam, nec in die Sabbathi, neque prima die azymorum, licet hanc voluerint potius violare. ibi num. 80.
9 Iudæi putarunt licere in Christi morte, & accusatione festum violari ob maius bonum, ibi. nu. 84.
10 Falso Iudæi putabant, opus misericordiæ die Sabbathi fuisse prohibitum. ibi. num. 88. & 89.
11 Apud Iudæos post exitũ de Aegypto duo fuere feriarum genera, sanctæ dictæ, altera Phase, azymorum altera. ibi. num. 95.
12 Iudæi non sunt cõgregati in eundem locũ Rameſſes, ex quo profecturi essent, & egressuri de Aegypto. ibi. num. 134.
13 Iudæi prohibebantur egredi de domo sua, nocte illa post immolatum agnum ibidem.
14 Iudæi semper manserunt in terra Iessem, propè ciuitatem Rameſſes. ibi. num. 135.
15 Iudæi ante quam egrederentur de Aegypto, petierunt ab Aegyptijs vasa argentea, & ibid. num. 136.
16 Iudæi egressi sunt iam iam diluculo lunæ decimæ quintæ instante. ibidem.
17 Iudæi in suis sacrificijs panes fermentatos offerebant. disp. 174. num. 35.
18 Iudæis familiare erat gratias agere ante cibi cuiusque sumptionem, & benedictionem cibi præmittere. disp. 196. num. 15.
19 Iudæis mos erat in cœna agni, vt paterfamilias panem azymum proprijs manibus prius diuideret, & benediceret, nec tamen in omni alia cœna. ib. n. 18
20 Iudæi initio secundæ mensæ, quæ succedebat cœnæ agni solebant panem in pulte intingere. disp. 217. num. 19.
21 Iudæi pro Gentilibus etiam sua sacrificia offerebant. disp. 227. num. 31.
22 Quo die Iudæi celebrarint Pascha, in Aegypto, & anno passionis Christi, vide *Pascha*. n. 10. & *Christus*, n. 7

Iudex.

1 Iudex interdum non potest vti scientia publica, sed propter scientiam priuatam aliquo remedio vti debet, pro saluanda vita Innocentis. disputat. 209. num. 30.
2 Iudex deberet publicè etiam cum detrimento famæ alicui proprijũ ensem negare, si priuata scientia cõstaret, illum eo ense esse occidẽ dum. ib. n. 32. & 34

Iulius Papa Primus.

1 Non prohibet Iulius laicis vsum calicis, nec præcipit, sed iubet ne Eucharistia intincta sanguine illis porrigatur. disp. 216. num. 4.

Iuramentum.

1 Iuramentum execratorium est in quo potentia Dei, vt testis inuocatur. disp. 210 num. 14.
2 Hoc iuramentum cũ veritate, & rationabili causa non est peccatũ, sed potius religionis opus. ibid.
3 Si iurãs dixerit falsum (quod præsumendũ nõ est) non imputatur extorquenti iuramentum. ibidem.

Iurisdictio.

1 Iurisdictio altera ordinaria ratione officij, altera delegata ex commissione. disp. 219, num. 20.
2 Iurisdictionis potestas nihil aliud est, quã potestas ius dicendi seu sententiã ferendi. disp. 140. n. 41.
3 Iurisdictio duplex, & quænam illa sit. ibi. num. 41.
4 Diuersa est iurisdictio Episcopi & sacerdotis in foro exteriori, secus in interiori. ibidem.
5 In qualibet iurisdictione duo reperiuntur, & quænam illa sint. ibidem.
6 Potestas ius dicendi iure Diuino Episcopis conuenit. ibidem.

Ius.

1 Ius Diuinũ præcepti derogari non potest iure vllo humano etiam Ecclesiastico. disp. 249. num. 49.
2 Ius Diuinum permissionis derogari potest à lege humana. ibid.
3 Ius hominis ad matrimoniũ cuius naturæ sit. ibid.

Iustificatio.

1 Iustificatio à veniali, non est necessaria ad salutem. disp. 207. num. 21.

Iustinus.

1 Non docet Iustinus peccata mortalia post susceptam Eucharistiam remitti, sed per effectum carnis Christi fide credendæ. disp. 205. nu. 31. 32. & 33.
2 Docet Iustinus eos qui in somnis ex turpi cogitatione præter voluntatem polluuntur, non debere à sumptione Eucharistiæ abstinere. disp. 210. nu. 20.
3 Ex Lucæ 22. colligit Iustinus præceptum Diuinũ Eucharistiæ. disp. 223. num. 9.
4 Non docet Iustinus esse præceptum Domini pro singulis sumendi calicem. disp. 216. num. 68.
5 Iustinus tribuit diacono dispensationem corporis, & sanguinis Christi, aut quia cũ communiter necessitas exigebat, vel quia iure Ecclesiastico tũc prohibitum non erat. disp. 219. num. 8. & 9.

Iustitia.

1 Iustitia erga æquales minus digna virtus est, quãobseruãtia erga cõstitutos in dignitate. dis. 207. n. 11.
2 Iustitiæ partes potestatiuæ assignantur, obseruantia, religio, & pietas. ibid.

Iustus.

1 Iustus ex quotidiana sumptione Eucharistiæ, & quotidiano exercitio virtutũ quotidie fit magis iustus, & sanctus. disp. 206. num. 18.

K.

Kalendæ.

1 QVando Kalendæ celebrarentur à Iudæis vidẽ, *Festiuitas, & Neomenia.*

Kataphrygæ.

1 Kataphrygæ hæretici panem confectum ex farina & sanguine infantis non pro materia confectionis, sed pro sacrificio habuerunt. disp. 170. num. 4.

Kemnitius.

1 Nomen transubstantiationis Kẽnitius insectatur, & conuersionẽ panis in substantiam Christi ex Scriptura non colligi autumat. disp. 180. n. 86. & 87.
2 Kemnitius dum docet Eucharistiam esse per se institutam ad remissionem mortalium contradictioni, & inconstantiæ conuincitur. disp. 205. nu. 2. 7. 8. 9. & 10.

3 Error Kemnitij circa manuum impoſitionem in Sacramento Ordinis, & circa promiſſionem gratiæ, Diuinamque inſtitutionem refutatur. diſput. 235. num. 22. 23. & 25.

L.

Labor.

1 LABORES In Eccleſia perpeſsi nequeunt eſſe rationabilis cauſa, vt Epiſcopus ad ditiorem Eccleſiam, vel maioris poteſtatis transferatur. diſp. 241. num. 47.

Laicus.

1 Laicus qui vrgente neceſsitate communicauit, nõ præmiſſa confeſsione mortalis, nõ tenetur ad confitendum, quam primum poſsit. diſp. 208. num. 23.
2 Laicus non ieiunus, etiam ieiunio Eccleſiaſtico poteſt ſuſcipere Euchariſtiam in articulo mortis. diſ. 21. num. 35.
3 Non poſt laicus ratione deuotionis ſæpius non ieiunus communicare. ibidem num. 39. & 40.
4 Laicus poteſt in abſentia ſacerdotis etiam non ieiunus Euchariſtiã ſummere, quando periculum irreuerentiæ imminet. ibidem num. 57.
5 Laici olim ſub vtraque ſpecie communicabant. diſput. 216. num. 1.
6 Laicis iuſte negatur Euchariſtia ſub vtraque ſpecie licet aliqua gratia priuentur. ibidem num. 7. & ſequentibus, & 39. & ſequentibus.
7 Laicis olim ſoliti erant aſſeruare domi Euchariſtiam, vt opportune ſumerent, ibid. nu. 30.
8 Laica communio non ſolum erat eorum, qui non conſecrabant, ſed qui ſub ſpetie ſolius panis communicabant. num. 32.
9 Quamuis laicis eſſet olim diſtinctus locus communicandi, non tamen ex hoc ſolum laica communio à ſacerdotali diſtinguebatur. ibid. n. 33.
10 Laicis permiſſum quondam fuit tangere ſpecies panis, calicem autem non item, ibid. num. 35.
11 Laica communio peregrina etiam appellata eſt. ibidem, & n. 36.
12 Aliquibus laicis conceditur, & alijs poteſt aliquando concedi communio ſub vtraque ſpecie. ibidem num. 46. & 47. & diſp. 223. num. 23.
13 Laicis, & inferioribus diacono, iure humano eſt prohibitum, ne corpus Chriſti miniſtrent, vel manibus tangant etiam vrgente neceſsitate articuli mortis. diſp. 219. num. 13. & ſequentibus.
14 Laicis interdum conceditur, vt de manu ſimplicis ſacerdotis ſine licentia parochi Euchariſtiam ſuſcipiant. ibid. n. 44. & ſequent. vide *Bulla Cruciatæ*.
15 Laicus etiam ex commiſsione nequit eſſe ordinationis miniſter. diſp. 243. num. 27.

Lateranenſe Concilium.

1 In Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. trãſ ſubſtantiatio panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti definitur. diſp. 180. num. 15. & 16.
2 Non clare definit Lateranenſe augmentum gratiæ habitualis eſſe effectum Euchariſtiæ ex opere operato. diſp. 203. num. 6.
3 Ex Lateranenſi probatur continentiam in ſacerdotibus eſſe de lege Eccleſiaſtica. diſp. 247. nu. 68.
4 Concilium Lateranenſe celebratum fuit à Græcis, & Latinis, ibidem num. 69.

Latini.

1 Latini ſacerdotes in qua materia debeant conſecrare, vide *Conſecrare*, num. 2. 5. & ſequentibus.

Lector.

1 Quid de lectoris officio Patres, quid Pontificale ſtatuat. diſp. 239. num. 18. 19. 20. & 21.
2 Lectoris officiũ olim in Eccleſia fuiſſe fatetur Caluinus, licet neget fuiſſe ordinem. ibidem. nu. 22.
3 Lector poteſt minus ſolenniter prædicare, & catechizare cathecumenos. ibidem num. 89.
4 Lectorẽ inter Ordines Eccleſiaſticos olim nõ fuiſſe autoritate Patrum probatur. diſp. 237. num. 25.
5 Lectores olim etiã cathecumeni creabãtur, n. 26.
6 Lectoris materia eſt liber, quem lectionarium vocant, & quæ forma. ibidem num. 32.
7 Lector ne ante 18. annos ætatis ordinaretur Iuſtinianus Imperator decreuit. diſp. 246. num. 39.
8 Lectori Eccleſiæ qualis licentia fuit vxorem ducendi. diſp. 249. num. 30.

Leo.

1 Leo in Scriptura aliquando malum aliquod, interdum aliquod bonum ſignificat, & idem in alijs rebus contingit. diſp. 176. num. 9. & 10.

Leo Papa.

1 Leo Primus docet præmittendam eſſe confeſsionem mortalis ad Euchariſtiam. diſp. 207. n. 38. & 39.
2 Sentit Leo Primus hanc obligationem eſſe ex Diuino præcepto. ibi. ante num. 46.
3 Leo primus docet prius Iudam, vt proditorẽ detectum fuiſſe, quã Euchariſtiã acciperet. diſ. 217. n. 18
4 Leo Nonus Cardinalibus hoc nomen exiſtimauit fuiſſe impoſitum, quia propinquiores ſunt Pontifici, qui cardini ianuæ comparatur. diſp. 242. num. 8.

Lex.

1 Cum Lex poſitiua humana prohibeat, quod naturali, aut Diuina erat prohibitum ob eandem rationem motiuam, non eſt duplex peccatum in tranſgreſsione. diſp 207. num. 6.
2 Nulla hactenus lex ad terrorem ſolum lata eſt. diſput. 210. num. 12.
3 Lex fuit quondam pro menſtruatis mulieribus, & coniugatis, qui ſe eodem die carnaliter cognouerint, ne ad Euchariſtiam accederent, ibidem num. 26. & 27.
4 Lex Moyſi præcipiebat ne mulieres per aliquot dies poſt partum Templum adirẽt, ibidem numero 26. & 27.
5 Lex antiqua videtur fuiſſe, quæ prohiberet mulieribus Eccleſiæ ingreſſum per 30. dies poſt Matrimonium, & illius conſumationem, quæ contraria conſuetudine abrogata eſt, ibidem num. 27.
6 Si eſſet lex prohibens Euchariſtiam menſtruatis, aut cõiugatis eo die copullatis, vel pollutis in ſomnis ſub mortali obligaret, ibidem num. 28.
7 Nunquam fuit lex prohibens communionem poſt pollutionem nocturnam non voluntariam, ibi-
8 Nulla lex obligare poteſt ad mortale circa materiam leuem. diſp. 211. num. 28.
9 Lex humana Eccleſiaſtica ita deficere poteſt in caſu ſingulari, vt per Epikiã emẽdata, ſit, ibi. n. 42.
10 Exceptio ſingularis á verbis generalibus legis, quãdo potuit lege comprehendi fieri nequeunt euidens ſit in eo caſu ceſſare rationem legis, ibidem num. 43. vide *Præceptum*
11 Cum verba legis obſcura ſunt locus eſt interpretationibus probabilibus Doctorum pro varijs caſibus occurrentibus, ibidem num. 45.
12 Verba legis præmittendi ieiunium ad Euchariſtiam ita perſpicua ſunt, vt nulla opinionum varietas circa eam eſſe poſsit, ibidem.

13 Lex de præmittendo ieiunio ad Euchariſtiam excipit cauſam ſumendi ſemel Euchariſtiam in ægritudine pro viatico, & quiſque per veram Epikiã excipere poſſet, ibidem num. 46.

14 Lex ſola ratione probabili interpretari, poteſt, at non niſi euidenti per Epikiam corrigi niſi circa poteſtatem legislatoris fuerit varietas opinionũ ibidem num. 59.

15 Lex humana non poteſt licite abrogari, etiam ab ipſo legislatore, quod inde mala in republica ſequerentur, diſp. 213. num. 4.

16 Lex continentiæ ſacerdotum reuocata fuit a Concilio Toletano 8. diſp. 247. num. 8.

17 Eadem lex edita eſt in Concilio Eliberitano ante Synodum Ramanam, ibidem num. 70.

18 In ſacerdotibus lex continentiæ ab vxore ante ordines ſacros ductã non eſt de iure Diuino teſte Cõcilio Grangrenſi, ibidem num. 51.

19 Idem ex Gregorio Magno, & alijs Pontificibus probatur, ibidem num. 27. & ſeq.

20 Lex iſta quomodo intelligenda, ibidem numero 119.

21 Legem iſtam inſolubilem putabat Syricius Papa ibidem num. 120.

22 Lex continentiæ ab Apoſtolis inſtituta eſt, ibidem num. 122.

23 Lex de non admittendo bigamo ad ſacerdotium, non eſt de iure Diuino, ibidem numero 123. & 124.

24 Lex continentiæ in ſacerdotibus etiam cum vxoribus prius ductis, quo tempore cæperit, diſp. 248. numer. 1. & 2.

25 Lex prædicta a Synodo generali abrogata manſit apud Græcos non tamen tempore miniſterij ſacri, ibidem num. 5. & 6.

26 Lex præfata ſemper manſit integra in Latina Eccleſia, ibidem num. 6.

27 Lex iſta duplici modo potuit eſſe, ibidem.

28 Lex coninnentiæ apud Græcos qualis fuerit, ibidem.

29 Lex prohibens ne ſacri homines, vel Epiſcopi contrahant Matrimonium poſt ordinationem nõ eſt de iure Diuino. diſp. 249. num. 8.

30 Lex bigamiæ qualis & quam vim habuerint in Eccleſia. ibidem num. 26. & 42.

31 Lex de non contrahendo Matrimonio poſt ſacros ordines quando incepit, & quibus in dicta ſit, ibidem num. 27.

32 Lex bigamiæ in vtraque Eccleſia ſemper ſtabilis fuit ibidem num. 37.

33 Lex de continentia ſacerdotis varie impugnatur ab hæreticis noſtri temporis, ibidem numero 4. & ſequentibus.

Liber.

1 Liber de Eccleſiaſticis dogmatibus, non eſt Auguſtini, ſed Genadij qui in materia de gratia non omnino bene audit. diſp. 177. num. 22.

2 Liber de Diuinis Officijs apud Rupertũ editus eſt ab Vualerãmo, non à Ruperto. diſp. 180. n. 7. 8. & 9.

Linus.

1 Linus, & Cletus abſolute creati ſunt abſque vlla Eccleſia. diſp. 241. num. 4.

2 Non fuere Corepiſcopi. ibidem.

Liquor, & liquidum.

† 1 Omnis liquor qui ſola contuſione exprimitur, aũ etiam aliqua aquæ iuſuſione, non mutat ſpeciem ſed priorem retinet. diſp. 175. num. 13.

† 2 Liquor virtute ignis, & aliarum præparationũ expreſſus tranſit ſubſtancialiter in formã aliquã ibi.

† 3 Res liquidæ prius diuiſſæ per ſimultatem localem vniuntur, ſolum quando retinent naturalem modum exſtendi in loco. diſp. 185. num. 28.

† 4 Vt fiat continuatio liquoris per extrema vna pars non debet eſſe in loco alterius. ibi.

† 5 Non diu ditur liquor in minimas partes infuſione alterius eiuſdem ſpeciei, abſque continuatione cum illo. diſp. 195. num. 67.

† 6 Continuatio accidentium vnius liquoris cum ſpecijs conſecratis eſt cauſa diuiſionis. ibidem.

Literæ dimiſſoriæ.

1 Sine literis dimiſſorijs, aut expreſſo conſenſu proprij Prælati, nullus Epiſcopus aliorum ſubditũ ordinare poteſt. diſ. 243. num. 48. vide *Epiſcopus*.

2 Literas dimiſſorias, vt ab alijs ordinentur prohibitum eſt cõcedi clericis ſæcularibus ab Abbatibus, Collegijs, & Capitulis cathedralium. ibi. num. 52.

3 Priores S. Iacobi, & S. Ioannis in Hiſpania literas dimiſſorias ſecularibus clericis concedere conſueuerunt, ibidem.

4 Idem in ra ſuos prioratus ſubditos ſeculares, & alios cum dimiſſorijs aduenientes per Epiſcopos titulares ordinant, ibidem.

Locus, & locus celebrationis.

† 1 Impoſsibile eſt eſſe diuerſa loca in eadem omnino diſtantia. diſpu. 188 num. 46.

† 2 Eſſe in loco, & moueri poteſt alicui cõuenire per extrinſecã ſolum denominationem. diſputatione 190. num. 51.

3 Communicare nõ licet in alio loco præter Eccleſiam, aut oratorium de licentia Epiſcopi dicatum. diſp. 233. num. 2.

4 Eccleſia in qua conſecratur debet eſſe conſecrata, benedicta aut creata de licencia Pontificis, ibidem.

5 Ob neceſsitatem aliquã licet facere ſacrum in loco etiam nullo modo dicato in talem vſum, ibidem num. 5.

6 In mari aut fluuio non licet celebrare, ibidem.

7 Religioſis Sotietatis Ieſu conceſſum eſt, vt poſsint in miſsionibus celebrare extra ſacrum locum, ibidem num. 7.
Hoc idem facere poſſunt Epiſcopi, ibidem.

8 Facere ſacrum extra locum ſacrum ſine neceſsitate eſt peccatum mortale, ibidem num. 8.

Ludouicus.

1 Ludouicus Caroli filius ceſsit iuri ſummum Pontificem eligendi. diſp. 244. num. 18.

Luna.

1 Luna decima quarta Martij apud Iudæos anno quo Chriſtus mortuus eſt fuit 18. octauo die Aprilis apud alias nationes. diſp. 172. n. 24.

Luther, & Lutherani.

1 Lutherus, & diſcipuli errorẽ de impanatione Chriſti multipliciter defendunt. diſputatione 180. nume. 3. 4. 5. & 57.

2 Proprietates Diuinas in humanitatem Chriſti abſtracte ſumptam ex vnione fuiſſe deriuatas lutherani docent, ibidem n. 72. & 73.

3 Lutheranorum error, qui coincidit cum hereſi Euthycianorum, & Theopaſchitarum refellitur, ibi, num. 74. & 75.

4 Manifeſte impugnatur error vbicationis humanitatis Chriſti a Lutheranis excogitatus, ibidem n.18. & ſequentibus.
5 Lutherani damnãt priuatam Miſſam in qua plures non communicant, licet non doceant adſtantes debere communicare. diſputatione 214. numero 23.
6 Lutherus negauit ſuum corpus & ſanguinem Chriſtum ſumpſiſſe. diſp.216.n.81.
7 Docet Lutherus quemlibet conſecratum habere poteſtatem conſecrandi Euchariſtiam licet non ſemper id liceat. diſp.218.num.4.
8 Lutherus, & plerique ex diſcipulis ordinis Sacramentum negant diſp.235.num. & 22.
9 Lutherus non ſolum Epiſcopalem ſed etiam ſacerdotalem ordinem de medio tollere videtur. diſput 240 num.5.
10 Vide *Hæreticus* 3 num.2.

M.

Madeburgenſes.

1 MADEBVRGENSIVM Inſignis fabula ad imprabandam legẽ continentiæ ſacerdotalis refellitur. diſp.249.n.71.& 72.

Magiſter.

1 Magiſter ſententiarum ſubdiaconatum, & minores ordines non à Chriſto ſed ab Eccleſia inſtitutos eſſe, ac proinde non eſſe Sacramentum ſenſit. diſp.237.num.10 & 13.

Malitia, & malum.

1 De duobus malis occurrentibus quorum alterum neceſſario faciendum eſt eligi debet quod eſt contra minorẽ virtutẽ, quando ex parte obiecti nulla deeſt circunſtantia pro obligatione cuiuſquã præcepti. diſp.209.num.24.
2 Nihil malitiæ additur operi interno ex opere exteriore ſi affectus eodem modo perſeueret, ſed hic ſæpe creſcit accedente opere, ibidem numero 35.
3 Quodlibet malum temporale ſuſtineri debet, ne malum, aut damnum ſpirituale contingat, ibidem num.37.

Manducatio.

1 Manducare non ſolum dicit ore ſumere, & dentibus terere, ſed etiam in ſtomachum traijcere. diſp 195.num.51.
2 Corpus Chriſti vere dicitur manducari ratione ſpecierum ibidem.
3 Manducatio Euchariſtiæ triplex Sacramentalis tãtum Spiritualis tantum, Sacramentalis & Spiritualis ſimul. diſp 212. num.1.
4 Manducatio ſolum Sacramentalis eſt qua peccatores hoc Sacramentum ſumunt. ibidem num.3.
5 Manducatio Spiritualis tantum eſt eorum, qui fide & voto illum panem edentes fructum illius percipiunt. ibidem.
6 Nequit ſine errore dici eundem effectum percipi ex manducatione Spirituali Euchariſtiæ atque ex reali ſimul ſumptione. ibidem num.4.
7 Manducatio Sacramentalis, & Spiritualis ſimul eſt qua Chriſtus non ſolum reipſa in Euchariſtia manducatur, ſed etiam cum fructu præcipitur. ibidem num.6.
8 Manducationes relatæ in diuerſis, & diuerſo modo reperiuntur. ibidem.
9 Manducationis Sacramentalis capaces ſunt parui uli. ibidem num.7. vide, *Paruulus*.
10 Non poteſt non Sacramentum manducatione Sacramentali edi, ſi reipſa fructuoſe recipiatur, ibidem.
11 Ignorantes ſui compotes non ſunt capaces manducationis Sacramentalis. ibidem num.8.
12 Hi ignorantes Sacramentum vt communem panẽ manducare volunt, habentes proinde diſpoſitionem oppoſitam Sacramentali manducationi. ibidem.
13 Bruta quamuis dicãtur Chriſtum manducare, nõ tamen Sacramentali modo. ibidem.
14 Non baptizati licet mãducent Chriſtum, & ſpecies Sacramentales, non tamen Sacramentali modo. ibidem.
15 Paruuli capaces ſunt Spiritualis manducationis, quæ cum Sacramentali coniuncta eſt. ibidem numer.9. & ſeq.
16 Manducatio Spiritualis tantum non conuenit paruulis expreſſe ſed virtute ſolum. ibidem.
17 Manducationis Spiritualis Euchariſtiæ quæ cum Sacramentali coniuncta eſt omnes amentes baptizati ſunt capaces. ibidem num.20.
18 Non ſolum hæretici Recentiores ſed plures catholici locum Ioannis 6. *Niſi manducaueritis, &c.* intelligunt tantum de manducatione Spirituali. diſput. 179. num.35.
19 De reali, & corporali manducatione locum illum intelligunt quam plures Patres. ibidem num.36.37 & 38.
20 Non de eadem manducatione Chriſtus loquitur in illo capite ſed de diuerſis. ibidem num.41.

Manichæi.

1 Manichæorum impudicus error circa panem offerendum. diſputatione 170. num.6. & diſp.216.num. 19. & 20.
2 Impie dixere Manichæi Chriſtum diſtentum per Solem, & Lunam & ex omni ligno ſuſpenſum fuiſſe, &c. diſp.189.num.66.
3 Ex Manichæorum conſuetudine non probatur cõſuetudo Eccleſiæ tribuendi laicis ſolam ſpeciem panis. diſp.216.num.19. & 20.

Manipuli.

1 Manipuli meſsium die proximo poſt diem azymorum primum offerendi erant. diſputatione 172. nu 239.
2 Anno quo Chriſtus mortuus eſt oblati ſunt manipuli die Sabbati. ibidem & num.41.
3 A die in quo manipuli offerebantur excluſiue numerandæ erant ſeptem integræ hebdomadæ vſque ad feſtum Pentecoſtes, idem num.140.
4 Manipuli meri poterant, & reliqua omnia neceſſaria ad manipulorum obiationem perficiendã die Sabbati. ibidem num.142.
5 Manipuli eo die in quo offerebantur meri poterãt & debebant. ibidem num.142.

Manuum impoſitio.

1 Manuum impoſitionis in ordinatione presbyteri vbi meminit Scriptura diſputatione 235. numero 16. & 22.

Marcus.

1 Marcus Euangeliſta in Liturgia tradit Chriſtum aquam vino conſecrando miſcuiſſe. diſp.176. num. 6. & diſp.177. num.8.

2 Marcus Ephesinus in causa fuitne Græci cum Latinis in pristinam concordiam in Florentino adducerentur. disp. 197 num. 35.

Martius.

1 Martius mensis vide, *Mensis*. num. 2. & 3.

Martyr.

1 In memoria Martyrum licet offerre sacrificium quatenus in eo commemorantur, & pro eorum victorijs Deo offertur. disp. 227. num. 41.

Materia consecrationis.

1 Panis, & vinum non sunt dicenda materia remota Eucharistiæ, sed materia circa quam fit consecratio disp. 169. n. 37.

2 Duplex materia consecrationis corporis, & sanguinis Christi disp. 270. num. 1.

3 Multiplex consecrationis materia hæreticis haud certo tribuitur, ibidem num. 2. vsque ad 7.

4 Materia consecrationis corporis Christi est panis disp. 179. num. 7.

5 Non est materia consecrationis panis ex castaneis herbis leguminibus, neque ex eo quod vulgo, dicitur Mayz confectus, ibidem num. 8.

6 Materia consecrationis corporis Christi debet esse communis, ibidem.

7 Materia cõsecrationis corporis Christi sine qua nõ fit consecratio est tantum panis triticeus, ibidem num. 51.

8 Materia consecrationi apta fieri nequit ex hordeo spelta, & farre, ibidem num. 19.

9 Panis simpliciter talis dictus ex omni grano tritici diuersæ etiam speciei confectus est materia consecrationis. ibidem num. 20.

10 Ex typha, seu blatta, Hispane, *Centeno*, non efficitur panis idoneus pro materia consecrationis, ibidem num. 21.

11 Ex liligine, Hispane *candeal*, fit apta materia consecrationis, ibidem num. 20.

12 Materia proxima consecrationis non conficitur ex amydo, ibidem num. 23.

13 Massa non est materia apta consecrationis, cum tamen ex mica panis fit quasi massa, adhuc est materia idonea consecrationi, ibidem.

14 Panis vt sit materia sufficiens consecrationis debet fieri ex farina triticea, & aqua naturali sine mixtio ne notabili alterius farinæ vel liquoris ibidem num. 26. & 27. 29.

15 Si illa mistio notabilis sit non fiet consecratio si autem parua perficitur, licet cum peccato ibidem.

16 Materia consecrationis tam corporis quam sanguinis Christi debet esse definita, & determinata. disp. 171. num. 3.

17 Si intentio feratur in materiam indefinite non fit consecratio ibidem.

18 Materiæ designatio nequit Deo vel alteri à consecrante committi, ibidem num. 3.

19 Pars proportionalis materiæ consecrari non potest seorsim ibidem num. 7.

20 Quælibet pars materiæ quantumuis parua, toticõiuncta consecrari potest. ibidem num. 9.

21 Pars materiæ quæ aliquo sensu percipi potest idonea est vt consecretur, ibidem.

22 Quælibet parua quantitas panis, vel vini separata in qua posset consecrari substantia panis, vel vini sufficiens est vt corpus, & sangui Christi sub ea constitutus retineatur, ibidem num. 12.

23 Quantitas materiæ panis, vel vini vt possit fieri consecratio, debet esse aliquo sensu sensibilis consecranti ibidem numer. 13.

24 Quamuis materia consecrationis possit secundario demonstrari verbis consecrationis si tamen ipsa non esset sensibilis proxime consecrãti non esset sufficies materia cõsecrationis nec designare ipsa posset verbis. ibidem num. 14.

25 Quantitas materiæ in qualibet magnitudine sine termino ex se præcisse poterit valide consecrari, & si non licite, ibidem num. 15.

26 Non solum potest consecrari ea quantitas materiæ, quæ pro fidelibus necessaria est, sed longe maior, ibidem num. 19.

27 Materia cõsecrationis debet esse præsens sacerdoti ibidem num. 20. & 21.

28 Præsentia materiæ debet sumi in ordine ad cogitationem alicuius sensus, cum qua possit quis recte vti pronomine, *Hoc*. bidem num. 21. & 23.

29 Sufficit per pronomen, *Hoc*, demonstrari materiã consecrationis contentam in alio, vt sit sufficiens sensatio materiæ ad consecrationem, ibidem numer. 24.

30 Ad consecrandum plures materias simul existentes sat est aliquam, vel aliquas sensu percipere, vt omnis cum vlus consecretur, ibidem.

31 Si materia consecrationis sit præsens secundũ partem, & si tanta sit vt secundum tantam magnitudinem sensu percipi nequeat, tota poterit consecrari secundum omnes partes continuas. ibidem numer. 25.

32 Si qua alia materia misceatur materiæ panis, & in eam non conuertatur, non conuertetur in corpus Christi, sed in propria substantia manebit. disput. 178. num. 22.

33 Materia consecrationis calicis, vide, *Vinum*.

34 Materia præcepti, vide, *Præceptum*.

Materia prima.

† 1 Materiam primam panis, & vini manere in Eucharistia post consecrationem sensit Durandus. disp. 180. num. 14.

† 2 Materia supponitur generationi non creationi. disput. 182. num. 32.

† 3 Materia non potest desinere ex eo quod forma, qua informabatur aliam informare incipiat. disp. 184. num. 34. & 35.

† 4 Materia virtute agentis creati nec sine forma esse potest nec annihilari, ibidem.

† 5 Informatio nouæ materiæ nõ destrueret informationem antiquæ, ibidem.

† 6 Materia prima nequit intelligi cum modo quantitatis, quin intelligatur habens quantitatẽ, disput. 186. num. 36.

† 7 Materia prima à nulla causa creata produci potest sed à Deo per creationem. disputatione 198. nume 10. 21. & 31.

† 8 Materia prima sola Dei voluntate creatur quando corrumpuntur species vt mysteriũ lateat & forma etiam introducitur, ibidem num. 26. in fine 31. & 33.

† 9 Non fuit materia præparata ad introductionẽ formæ per imutationem specierum factam à credẽto gente, ibidem num. 33.

10 Materiæ conuersio, vide, *Conuersio*, num. 37.

11 Materiæ definitio. vide *Definitio*, num. 5.

12 Materia ordinationis, vide *Ordinatio*, num. 1.

Matthias.

1 Matthiæ electio per sortes ex peculiari inspiratione, & ex alijs causis excusatur à Patribus. disp. 244. num. 10.

2 Matthiæ electio non fuit per radium simile vestigium sensibile, ibidem num. 13.
3 Matthiæ electio fuit per proprias, & veras sortes non metaphoricas, ibidem num. 15.
4 Matthiæ electio non fuit ex consensu multitudinis ibidem num. 49.

Matisconense Concil.

1 Concilium Matisconense præcepit Eucharistiã sumi à ieiunis præter quãm die Cœnæ Domini. disput. 211. num. 5.
4 Statuit Matisconense Concil. vt reliquiæ sacrificij 4. vel 6. feria paruulis ieiunantibus vino conspersæ ministrarentur, ibidem num. 6.
4 Matisconense Concil. fuit prouinciale non confirmatum à Pontifice, vnde pro sua tantum prouincia legem ferre potuit, ibidem num 60.
4 Non docuit hoc Concilium non licere sacerdoti ex natura rei post sumptam ablutionem reliquias eiusdé sacrificij consumere, licet contrarium potuisset præcipere, ibidem.
5 Matisconense Concilium loquitur de reliquijs, quæ pro ægrotis in sacrario reponi consueuerant, quas docet innocentibus esse tribuendas, vt consumerentur ibidem.

Matrimonium.

1 Matrimonij cõsummatio efficit ex duobus corporibus vnam carnem. disp. 204. num. 33 & 34.
2 Matrimonium spirituale contrahitur per Matrimonium, & per Eucharistiam cõsummatur, ibidé num. 35.
3 Matrimonij minister non est alius, quam contrahentes. disp. 209. num. 55.
4 Testis necessarius Matrimonij est parochus, ibidem.
5 In Matrimonio corpora contrahentium sunt pro materia tantum, etiam si ministri sint. disput. 238. num. 36.
6 Semper fuit eadem materia, & forma Matrimonij à Christo instituta, licet circa accidentaria fuerit aliqua mutatio. disp. 239. num. 37.
7 Matrimonium Episcopi cum Ecclesia per electionem initum, & ratum per confirmationem, perficitur tempore consecrationis dum ordinatus in Episcopum plenam Ecclesiæ curam in se suscipit. disp. 241. num. 10.
8 Matrimonium Episcopi cum 2. Ecclesia initur in electione, fit ratum in confirmatione, perficitur ad ejus possessione, ibidem.
9 Ex huiusmodi Matrimonio cõsummato fortius vinculum inter Episcopum & Ecclesiam, quam ex Matrimonio carnali rato inter coniuges resultat, ibi num. 22. & 33.
10 Huius Matrimonij dissolutio reseruata est Deo, sicut dissolutio Matrimonij carnalis. ibidem numero 23.
11 Matrimonium carnale cõsummatum fortius vinculum inducit, quam spirituale, ibidem num. 35.
12 Matrimonium carnale ratum soluitur per ingressum religionis ex voluntate alterius spirituale vero non item, ibidem num. 34.
13 Matrimonium spirituale Episcopi cum Ecclesia Diuino iure constare ambigere non licet, ibidem num. 46.
14 Matrimonium Episcopi cum Ecclesia ob bonum publicum, & commune alterius Ecclesiæ, vel aliud simile dissolui potest. disp. 241. num. 43.
15 Ordinatus ante vsum rationis potest contrahere Matrimonium carnale, disp. 246. num. 25. & seq.
16 Si matrimoniũ contraheret, qui libere suscepit ordines sacros etiã absque voto castitatis, quale peccatum sacrilegij committeret, ibidem num. 29.
17 Matrimonij ante ordinem contracti continentia solũ iure Ecclesiastico seruari debet. disp. 247. numer. 16. & seq.
18 Matrimonium contractum post ordines sacros irritum non est iure Diuino disputatione 249. numer. 14.
19 Matrimonium ante ordinationem contrahentibus cum consanguinea quid præceptum fuerit à sexta Synodo generali, ibidem num. 29.
20 Matrimonium contractum post ordines sacros irritum est iure Ecclesiastico, & a quo tempore, ibidé num. 31. & 46.
21 Prædictum Matrimonium in Græca Ecclesia non irritum sed prohibitũ probari potest, ibidem n. 34.

Melchisedech.

1 Melchisedech, in Clybano sacrificauit disp. 220. numer. 28.
2 Vinum oblatum à Melchisedech ex duplici capite potuit immutari, ibidem num. 29.
3 Melchisedech inter sacerdotes vxorem habuisse, non legitur. disp. 247. num. 125.

Mendacium.

1 Mendacium in verbis nequit vlla ratione non esse peccatum disp. 207. num. 4.
2 Mendacium, aut falsitas in rebus præter intentionem vtentis illis à peccato excusari potest, ibidem.
3 Mendacium in administratione Sacramenti graue peccatum esset. disput. 209. num. 42. & 43.

Mendoça.

1 Cardinalis Mendoça Episcopus Burgensis docuit per Eucharistiam digne sumptam nos consequi realem & substantialem vnionem carnis nostræ cum carne Christi disp. 204. num. 1.

Menses.

1 Menses apud Iudæos erant lunares triginta constãtes diebus, & aliquibus alijs horis. disputatione, 172. num. 24.
2 Mensis Martius qui incipiebat à nouilunio continenti prope Equinoctium vernale erat primus mẽsis totius anni, ibidem
3 In mense Martio segetes in Palestina maturæ aut quasi maturæ erant. disputatione 173. numero 13. & 17.
4 Mensis azymorum dicebatur mensis nouarum frugum, ibidem.

Menstruata.

1 Menstruatæ quõdam interdicta erat susceptio Eucharistiæ. disp. 210. num. 26. & 27.
2 Menstruatæ mulieres non admittebantur in Ecclesiam cum alijs sed in loco solitario erant, ibidem

Meritum.

1 Meritum passionis Christi etiam extenditur ad peccata commissa post Baptismũ disputatione 221. num. 39.
2 Nullum meritum Christi potest inniti merito passionis eius, aut alteri priori, disputatione 225. numer. 19.

Mersio.

1 Trina mersio in Baptismo non est Diuini iuris. disp. 223. num. 23. vide. *Baptismus*.

Messaliani.

1 Meſſaliani, ſeu Maſſilian hæretici in quo circa Euchariſtiam lapſi fuerint diſp. 167. num. 2.

Metropolitanus

1 Metropolitani, & Epiſcopi comprouinciales Epiſcopum antiquitus eligebãt diſp 244. num. 23.

Metus.

1 Metu coactus ad ordines ſuſcipiendos ita, vt nulla ratione alias conſentiret nec manet vere ordinatus; neque ad continentiam tenetur. diſp. 246. num. 31.

2 Metu etiam mortis, & qui caderet inconſtantem virum conſentiens vere manet ordinatus, & ad caſtitatem tenetur ſicut ſi abſque metu votum caſtitatis emiſiſſet, ibidem num. 32. & ſeq.

3 Metus huiuſmodi ſufficiens cauſa videtur vt Pontifex cum illo diſpenſaret vt Matrimonium poſſet contrahere ibidem.

Miniſter.

1 Miniſter Sacramenti alias indignus poteſt vrgente neceſsitate licite miniſtrare.

2 Miniſter omnino neceſſarius conſecrationis eſt ſacerdos diſp. 218. num. 6. & ſequentibus & diſp. 219 num. 20.

3 Nequit laicus vlla vrgente neceſsitate miniſter eſſe conſecrationis. diſp. 218. num. 11.

4 Plures miniſtri ſimul licite poſſunt eãdem oblationem in eadem Miſſa conſecrare. ibidem num. 13.

5 Miniſter confirmationis iure Diuino conſtitutus eſt Epiſcopus & ex commiſsione poteſt eſſe quilibet ſacerdos. diſp. 219. num. 3.

6 Miniſtri ordinarij diſpenſandi Euchariſtiam ſunt ſacerdotes ibidem num. 3. & 4.

7 Diaconi ex commiſsione non ex officio miniſtri ſunt diſpenſationis corporis, & ſanguinis Chriſti, ibidem num. 5 & ſeq.

8 Diaconi poſſunt Euchariſtiam miniſtrare vrgente neceſsitate etiam ſine commiſsione Epiſcopi, aut presbyteri, ibidem num. 10. 11. & 12.

9 Inferioribus diacono prohibitum eſt iure humano Euchariſtiam miniſtrare, aut tangere etiam vrgente neceſsitate, ibidem num. 3. & ſeq.

10 Miniſter Euchariſtia poteſt ſine neceſsitate ſe ipſum communicare, ibidem, num. 17.

11 Miniſter Sacramenti in aliis ab Euchariſtiſta, & Matrimonio ſemper diſtinguitur à recipiente, ibidem.

12 Miniſter Matrimonij non eſt ſacerdos, ſed ipſi contrahentes, ibidem.

13 Munus miniſtrandi Euchariſtiam nemini conuenit niſi habeat poteſtatem iuriſdictionis in eum, cui Sacramentum diſpenſat, ibidem numer. 19. in fine & ſequentibus.

14 Miniſtri ordinarij diſpenſationis Euchariſtiæ ſunt parochi, & paſtores, ibidem numero 21. & ſequentibus.

15 Solis ſacerdotibus tamquam miniſtris tribui poteſt immolatio Chriſti. diſp. 225. num. 12.

16 Abſque miniſtro non poteſt ſacerdos celebrare. diſput. 233. num. 43.

17 Hic miniſter ſacerdotis non poteſt eſſe fœmina, ibidem.

18 Euangelij miniſtri tam pro celebratione miſſarũ quam pro alijs Euangelij muneribus digni ſunt ſtipendio aliquo ad vitæ ſuſtentationem. diſputatione 233. num. 3.

19 Prædicti miniſtri accipere poſſunt illud ſtipendiũ, etiam ſi alias diuites ſint vel habeat capellaniã, ibid.

20 Quo ſanctior eſt miniſter Miſſæ eo magis meritorium eſt ſacrificium ex opere operantis. diſp. 239. num. 11.

21 Miniſtro ſacrificij Miſſæ licet minus ſtipẽdium, quã ab Epiſcopo vel alio quouis prælato ſtatutum eſt, accipere diſp. 234. num. 8.

22 Non poteſt miniſter accipere à pluribus pro vna tantum Miſſa plura ſtipendia.

23 Miniſtri Sacramentorum nequeunt impediri ab Eccleſia, quin valide effectus Sacramentorum, excepto Pœnitentiæ efficiant. diſp 243. num. 8.

24 Miniſter ordinationis etiam ex commiſsione nequit eſſe laicus, ibidem num. 27.

25 Miniſter ordinarius ordinũ etiã minorũ nequit eſſe ſimplex ſacerdos, ibidem num. 28

26 Miniſter ordinarius conſecrationis Epiſcopi ex iure Diuino debent eſſe tres Epiſcopi. ibidem nume 10. 63.

27 Ex commiſsione vrgente neceſsitate duplex, aut vnus Epiſcopus ſufficiens miniſter erit, ibidem numer. 74.

28 Miniſter ordinationis ſolum eſt inſtrumentum Dei tam ad imprimendum characterem & poteſtatem ordinato, quam ad confirmandam gratiam, ibidem.

29 Miniſter ordinationis vtitur forma verbo imperandi ad ſignificandam certam poteſtatem quam, habet, ibidem.

30 Miniſtri legis Euangelicæ carnali generatione nequeunt propagari. diſp. 244. num. 4.

31 Miniſtri legis Euangelicæ à ſolo Deo eligendi non ſunt, ibidem num. 6.

32 Non eſt conueniens ſortibus miniſtrorum electionem fieri. ibidem, num. 8.

33 Miniſtros Eccleſiæ neque à populo neque a principibus eligendos eſſe de fide eſt, ibid. n. 17.

34 Miniſtrorum Eccleſiæ electiones aliquo tempore ex conſenſu populi ſunt factæ. ibidem num. 24.

35 Nunquam fuit ita requiſitus conſenſus populi ad electionem miniſtrorum vt ſine illo ordinatio facta eſſet irrita, ibidem.

36 Electio miniſtrorum Eccleſiæ tempore Apoſtolorum non fiebat ex conſenſu populi. ibidem.

37 Miniſter Euchariſtiæ vide, *Euchariſtiæ adminiſtratio & ſacerdos* num. 31. & ſeq.

Miniſterium

1 Miniſterium Eccharistiæ duplex, aliud in conſecratione materiæ, aliud in illius traditione poſitũ. diſp. 218. num. 1. & 2.

2 Miniſterium diſpenſandi Euchariſtiam ex officio conuenit ſacerdotibus. & ex commiſsione etiam diaconis. diſp. 219. num. 3. & ſeq.

3 Miniſterium conſecrandi Euchariſtiam ſolis, & omnibus ſacerdotibus conuenit. diſp. 218. num. 6. & ſeq. & diſp. 219. num. 20.

Miniſtratio.

1 Miniſtratio Euchariſtiæ vide, *Euchariſtiæ adminiſtratio.*

Miſſa.

1 Miſſa nequit celebrari ſine certis veſtibus priuata authoritate ob neceſsitatem quamlibet. diſput. 177. num. 16.

2 In Miſſa æthyopum poſt verba conſecrationis populus ter reſpondet, *Amen*, & teſtatur ibi adeſſe corpus Chriſti. diſp. 197. num. 21.

3 Miſſa Mozarabis à Beato Leandro inſtituta, & in tota Hiſpania diu recepta vrebatur vera forma conſecrationis, non conſtante omnibus verbis, quibus

quibus vtitur Latina.disp.198.num.20,21.& 22.
4 Missa æthyopum vtebatur vera forma consecrationis non constante omnibus verbis quibus modo vtitur Ecclesia Latina.ibidem.
Missa Græcorum vtaudet forma consecrationis non tamen constat omnibus verbis quibus vtitur Latina,ibidem.
6 Missa facilius interrumpi potest ante quam post canonem.disp.208.num.13.
7 Nunquam fuit præceptum audiendi Missam ante quam aliquid cibi sumeretur.disp.211.num.4.
8 Missa non est nomen Hæbraicum,aut ab Hæbraico deriuatum.disp.227.num.1.
9 Missa pro dimissione, quæ fiebat & in medio, & fine sacri accipienda est,ibidem num.8.
10 In Missa vere & proprie Deo offertur sacrificium, ibidem num.20.
11 Missa est causa particularis nostræ redemptionis applicans fructum meriti mortis Christi, ibidem num.41.
12 In Missa Christus iam non meretur,ibidem.
13 In Missa fractio corporis Christi non est de essentia sacrificij.disp.222.nnm.13.& 14.
14 Missæ sacrificium homini cum sola attritione dispoſito non remittit mortalia.disp. 228.num.14.vsque ad 16.
15 Missa quæ celebratur feria 5. in cœna Domini finiēda est antequam finiatur Missa solemnis.disp.232. num.16.
16 Iure naturali non est prohibitum plures Missas celebrare,nec Diuino disp.232.nnm.42.
17 Statutum est ab Innocentio III. ne in eodem die excepto die Natiuitatis plures Missæ ab eodem sacerdote dicantur,ibidem num.45.
18 In die Natiuitatis licitum est tres Missas celebrare, ibidem.
19 In nullo euentu licebit bis celebrare, nisi in die Natiuitatis, aut cum sacerdos habuerit plures Ecclesias,ibidem.num,51.
20 Quæ in Missa omittuntur non debent repeti nisi sub missa voce,& sine audientium perturbatione, disp.233.num 40.
21 Dicere in Missa aliquam orationem voce intelligibili,quæ in ea nunquam dici solet, peccatum,ibidem.
22 Missam sacerdotis coniugati quondam apud Græcos non esse audiendam falso multi putarunt.disp. 247.num.51.

Missale Romanum.

1 Missale Romanum ponit,ut necessariam contritionem,& præceptum confitendi, quam primum possit,sacerdoti,qui vrgente necessitate non præmisit confessionem defectu confessarij.disputatione. 208.num.21.
2 Sacerdoti qui in altare recordatus peccati rationē infamiæ non potest confiteri,solum ponit missale vt necessarium remedium contritionem, non facta mentione præcepti de statim confitendo,ibidem.

Misericordia.

1 Misericordia dignior virtus est, imo dignissima inter virtutes,quæ circa proximum versantur. disput 209.num.36.

Mixtio.

1 Mixtio interdum solum significat motum, distantiam & præsentiam localem,sine corruptione.Imo &sine diuisione rei,quæ miscetur. disputatione 193.numero 18.& 19.
2 Vera mixtio nō datur sola partium diuisione vel infusione vnius liquoris cum alio sine alteratione.disp.295.num.67.
3 Mixtio aquæ,vide *Aqua*.

Misterium.

1 Quoties mysteria fidei explicari possunt ita fieri debet ne detur hæreticis occasio irridendi.disput. 181.num.141
2 In Mysterijs fidei non solum veritas sed etiam proprietas loquendi seruari debet.disputatione. 183. num.1.

Modus.

† 1 Modus existendi per se est quid positiuum quamuis dicat etiam negationem existendi in alio.disp. 194.num.57.
2 Modus existendi per se specierum non est causa negationis existēdi in alio,sicut modus per se substātiæ.& accidentium quæ separantur non destructo subiecto,ibidem num.18.
3 Modus existendi per se soli quantitati communicatur non alijs accidentibus cum illa existentibus ibidem num.25.& seq.

Modus vnionis *Vide*, Vnio.

1 Modus existendi per se,& per concotantiam vide Species *Consecratæ* n.14 & sequentibus,& *Eucharistia* num.54.& sequentibus.
2 Modus quantitatis vide *Quantitas* num.9.& sequētibus.
3 Modus existendi Christi vide, *Christi existentia*.
4 Modus præsentiæ corporis Christi vide *Corpus Christi* num.19.& sequentibus & *Christi existentia* n.26.& sequentibus.

Moguntinum Concilium.

1 Concilium Moguntinum docet,impositionem manuum ad sacerdotij essentiam pertinere.disp.239. num.42.
2 Hoc Concilium prouinciale fuit & a Sede Apostolica nondum approbatum.disp.215.num,80.
3 Docet Concilium Moguntinum sub vna tantū specie æque vtilem esse Eucharistiam ad salutem ac est,necessariam ac sub utraque.ibidem.

Monachi.

1 Monachi antiqui reprehenduntur quod comas multebres gererent.disp.250.num.3.

Montani.

1 Mōtani vel Montanistæ hæretici Paschā luna decima quarta martij celebrandū esse necessario autumabant.disp.174.num 9.

Mors, & mortale.

1 Per mortem,& mactationem mysticam redditur aptum corpus Christi,ut manducetur.disp.222.numer.76.
2 mortale peccatum,vide *Peccatum*.

Mos.

1 Non pendet opus externus in genere moris ab aliquo quandiu non manet sub eius potestate. disp. 225.num.20.
1 Mos Ecclesiæ v de *Ecclesia*,

Motus, & mutatio.

1 Non potest motus conuenire illi,cui forma nequit sita pro motum nequit competere disp.190.n. 41.
2 Moueri potest alicui conuenire per extrinsecam solum denominationem.ibid.num.51.

† 3 Motus eſt ſenſibile commune, ſed qui nihil eſt in ipſo mobili præter quantitatem ipſius. diſput. 191. num. 15. & 16.

4 Motus dicitur ſentiri quoties cum ipſo mobili duo alia corpora vt minimum ſentiuntur, ita vt ſenſus in tria dia fimul feratur ibidem num. 16.

† 5 Motus abſque modificatione ſpeciei ſenſibilis proprij dicitur ſenſu percipi, ibidem num. 17.

† 6 Non conſtat inter autores motum eſſe aliquid intrinſecum mobili vel extrinſecum ſolum denominationem. diſp. 193. num. 10.

† 7 Motum ſecundum ſe magis ac magis velox in infinitum fieri potes ſed non aquouis motori. diſp. 198. num. 39.

8 Mutatio rei quæ in ſacrificium offertur & ad rationem ſacrificij ſpectat talis debet eſſe vt ſit ſenſibus. diſp. 232. num. 52.

9 Motus Chriſti in Euchariſtia vide. *Corpus Chriſti* nu 19. & *Chriſti Exiſtentia* à num. 26.

10 Motus nequit terminari ad antiquum terminū non addito alio denouo. diſp. 181. num. 115.

11 Duplex mutatio eſt fundamentum tranſubſtantiationis, ibidem num. 124.

12 Vtraque iſta mutatio alia verborum forma potuit à Chriſto fieri, ibidem.

Mozarabes.

1 Mozarabum Miſſa vide. *Miſſa* num. 3.

Mulier.

1 Mulier poſt partum per aliquos dies Eccleſiam nō ingrediebatur ex antiqua conſuetudine. diſp. 280. num. 25.

2 In lege Moiſi præceptum erat ne mulier per aliquos dies poſt partum templum ingrederetur, ibidem.

3 Antiqua conſuetudo abrogata eſt, vt liberum ſit mulieribus ſtatim poſt partum Eccleſiam ingredi, vel ex deuotione aliquando abſtineri, ibidem.

4 Antiqua lege cautum videtur, ne mulieres poſt Matrimonium, & illius conſummationem Eccleſiam ingrederentur, quæ conſuetudine contraria abrogata eſt, ibidem num. 27.

5 Mulieres Sacramenti ordinis ſunt incapaces. diſp. 245. num. 5.

6 Hanc incapacitatem mulierem ex iure Diuino prouenire conſtans & perpetua Eccleſiæ traditio perſuadet, ibidem num. 7.

7 Nulla mulier, etiam Eua, ab initio mundi adhuc inter barbaras nationes legitur Deo ſacrificium obtuliſſe, ibidem num. 8.

8 Mulieribus ordines minores etiam prima clericalis tonſura, non tantum iure Eccleſiaſtico, ſed etiā naturali Diuino prohibiti ſunt, ibidem.

9 Mulier cur ſit capax doni proheciæ, ſecus ordinis Sacramenti. diſp 245. num. 15.

10 Mulieres aliquæ cur olim ſubdiaconiſſæ, diaconiſſæ ſacerdotiſſæ & Epiſcopiſſæ nuncuparentur, cū nullo ordine ſacro eſſent initiatæ, ibidem numer. 17.

11 Aliquando mulieres his nominibus nuncupabantur, non ratione officij ſed à viris quorum vxores erant, ibidem num. 49.

12 Mulieres introductitiæ, quæ in Concilio Nicæno clericis prohibentur, nec vxores, nec vllo genere cognationis coniunctæ erant diſput. 247. num. 42. & ſequentibus.

13 Prædictæ mulieres ſolum erant, quæ prætextu pietatis, vt ſoroes ad obtinuerā admittebātur, ibidem

14 Mulier vocata Soror à Paulo, quænam fuerit diſputatione 249. numero 85. & 86.

15 Mulieres quædam piæ ex parte ſuſtentabant Apoſtolos, ibidem num. 88.

16 Mulier menſtruata, vide *Menſtruata*.

Mundities.

1 Mundities requirebatur ad eſum panis propoſitionis non vero ad eſum panis azymi. diſp. 172. num. 62. & 63.

Muſtum.

1 Intra granum concluſum muſtum non eſt materia apta conſecrationi. diſp. 175. num. 11. & 14.

† 2 Muſtum in granis concluſum & expreſſum eiuſdem ſunt ſpeciei. ibidem num. 12.

† 3 Expreſſio muſti ſolum eſt ſeparatio liquoris à partibus craſſioribus, cum quibus muſtum continebatur. ibidem.

4 Muſtum in granis incluſum non deficit à materia apta conſecrationi ex defectu præſentiæ ad ſacerdotem, ſicut nec vinum incluſum in vaſe. ibidem num. 14.

† 5 Muſtum in grano incluſum optime poteſt demonſtrari, ibidem.

6 Muſtum incluſum in grano conſecrari nequit quia non eſt per modum potus ibidem.

8 Muſtum expreſſum, & nondū defęcatū, vide *Vinum* num. 5. & 6.

N.

Nazarei.

1 Nazarei quomodo gerebant capillos. diſput. 250. num. 9.

2 Nazarei poſt voti impletionem capillos ſacrificabant, ibidem.

3 Nazæorum tonſura, quibus differt à clericis noſtris, ibidem num. 10.

Neceſſitas.

1 Duplex neceſſitas ad ſalutem medij, & præcepti diſp. 169. num.

2 Hæc duplex neceſſitas non bene explicatur ab aliquibus, ibidem. num. 2. vſque ad 7.

3 Neceſſaria eſt obſeruatio præceptorum obligantium ſub mortali ad ſalutem æternam, neceſſitate medij negatiue ſolum, ibidem num. 7.

4 Proprie & abſolute dicuntur neceſſaria neceſſitate medij, quæ noſ iuſtificant, & peccata auferunt poſitiue, ibidem num 9.

5 Vtraque neceſſitas medij & præcepti ſimul inuenitur aliquando in eodem opere, ibidem.

6 Neceſſarium neceſſitate præcepti eſt quod ſolum confert ad ſalutem æternam negatiue, ibidem numer. 10.

7 Neceſſarium neceſſitate medij, ſeu remedij. vel finis eſt quod ad vitam æternam poſitiue confert. ibidem.

8 Neceſſitas Euchariſtiæ. vide, *Euchariſtiam*.

9 Neceſſitas ſtatus gratiæ ad Euchariſtiæ ſuſceptionem, vide *Euchariſtiæ ſuſceptio*, numero 2. & ſequentibus.

10 Neceſſitas vrgens ſuſcipiendi Euchariſtiam non præmiſſa confeſſione, vide, *Euchariſtiæ ſuſceptio* numer. 25. & ſequentibus, & *Confeſſio* numero 16. & ſequentibus.

11 Neceſſitas confeſſionis ad Euchariſtiæ ſuſceptionē vide, *Euchariſtiæ ſuſceptio* num. 16. & ſequentibus & *Confeſſio*, num. 4. & ſequentibus.

Negatio.

1 Cui peccatori neganda Euchariſtia, vide *Peccator*, num.1.& ſequentibus.

Neomenia.

1 Neomenia & Kalendę primi menſis celebrabantur quo die accurreret nouilunium vernalis equinoctij,ni nouilunium inciperet poſt 18.horam illius diei, aut occurreret in ſecunda, quarta vel ſexta feria.diſp.172.num.25

2 Neomenia quomodo mobilitatem alijs feſtiuitatibus afferret,vide. *Feſtiuitas*,

Neocæſarienſe Concilium.

1 Concilium Neocæſarienſe non fuit generale, & eius canon 24. correctus videtur à ſexta Sinodo generali.diſp.236 num.9

2 Tempore Neocæſarienſis Concilij ſeptem tantũ diaconi in vrbibus fuere,ibidem num.82.

Nicenum Concilium.

1 Concilium Nicenũ decreuit,vt iuxta definitionẽ Victorij Papæ Paſcha à nemine celebraretur Luna decima quarta.diſp.174.num.10.

2 Præcepit Concilium Nicenum vt cum diſceſſuris a vita ſeruetur antiqua lex præbendi Euchariſtiã pro viatico diſp.114.num.6.

3 Cõcilium Nicenum vocat Euchariſtiam vltimum, & neceſſarium viaticum,quia lege Diuina præcipitur in articulo mortis,ibidem num.10.

4 Agnouit Concilium Nicenum,& probauit morem ſeruandi Euchariſtiam pro infirmis.diſput.216 numer.25.

Nicetius.

1 S.Nicetius Epiſcopus natus fuit cum quadam corona Capillorum.diſp.250.num.5

Nicolaus,& Nicolaitæ.

1 Nicolaus Papa I.non definit continentiam ſacerdotum eſſe de iure Diuino. diſputatione 247.numer.85.& 86.

2 Nicolaus hæreticus quare incontinens factus fuerit,ibidem num.112.

3 Nicolaitarũ nonnulli errores circa continentiam numerantur,ibidem.num.111.

Nomen.

† 1 Nomen *Corpus* non conatat.ſuppoſitum etiam in recte.diſp.185.num.16.

† 2 Si nomen *Corpus* connotaret ſuppoſitum Diuinũ hoc eſſet ex vi verborum in Euchariſtia ibidem.

3 Si nomen *Corpus* ſuppoſitum connotaret eſſet Diuinum vel humanum,ibidem.

† 4 Nomen *Corpus* non eſt Concretum ſed abſtractũ, ibidem.

5 Nomen *Corpus* in verbis conſecrationis non ſignificat tantum materiã primam. diſputatione. 186. num.3.& 39.

† 6 Nomen *Corpus*, non ſignificat materiam cum anima rationalita vt ratione ſolius materiæ fiat cõuerſio in totum compoſitum,ibidem num.4.

† 7 Nomen *Corpus* non ſignificat corpus,vt eſt ſpecies ſubalterna prædicamenti ſubſtantiæ, ibidem num 7.& 39.

† 8 Nomine carnis totum corpus perfiguram ſignificamus,ibidem num.8.

† 9 Nomen *Corpus* in verbis conſecrationis ſignificat rationem corporis organici ſiue mortui ſiue viui ibidem num.14.39.& 40.

† 10 Nomen *Corpus*, ſignificaret cõpoſitum ex materiã & anima,ſi anima ex vi verborum poneretur ſub ſpeciebus panis,ibidem num.18,

† 11 Nomen *Corpus*, non ſignificat materiam primam cum modo quantitatis,ibidem num.36.

† 12 Nomen *Corpus*, ſignificat corpus diuerſarum partium quod ſolum in animantibus reperitur, ibidem num.37.

† 13 Nomen *Corpus*, in forma verborum æquiuoce de viuo,& mortuo prædicatur, ibidem numer.38.39.& 40.

† 14 Significatio nominis *Corpus* æque pater ad corpus viuum,& ad mortuum,ibidem num.38.

† 15 Nomine *Corpus*, quantitas neceſſario ſignificatur diſput 187.num.20.

† 16 Nomen *Corpus*, connotat quantitatem & alia accidentia,ibidem num.30.

† 17 Nomen connotatiuum de connotato nõ in recto ſed in obliquo prædicatur,ibidem.

† 18 Nomen homo licet in recto ſignificet humanitatem non dicitur de ea in recto,quia etiam connotat ſuppoſitum,ibidem.

† 19 Nomen ſemel prolatum non alio modo ſignificat in principio prolationis, & deinceps.diſput.201. num.19.

20 Nomen,Miſſa neque eſt Hæbraicum neque ab Hebraicis deriuatum.diſp.221.num.1.

† 21 Nomina ſignificant ad placitum.res autem naturaliter.diſp,222.num.28.

† 22 Nomen Concretũ vide. *Concretum*

Nominales..

† 1 Vnicuique rei materiali ſuam extenſionem,& quãtitatem ex natura rei non diſtinctã Nominales cõcedũt.diſp.190.num.24.

Notarius.

† 1 Notarius Epiſcopi pro ſingulis literis dimiſſorijs, aut teſtimonialibus ſi aſsignatum pro officio nõ habeat ſalarium decimam partem aurei poteſt recipere.diſp.243.num.51.

Numerus.

† 1 Numerus dicitur ſenſibile commune ſentitur tamen abſque modificatione ſpecie ſenſibilis propri dummodo plura ſimul ſenſu percipiantur. diſput. 161.num.17.

Nutritio.

† 1 Nutritio poteſt contingere ex ſpeciebus Sacramẽtalibus per veram creationem ſubſtantiæ.diſput. 195.num.35.& 37.

2 Nutritio ſpiritualis non eodem modo cauſatur ab Euchariſtia ac materialis à cibo corporeo.diſp.206 num.18.

† 3 Nutritio animalis non fit ab actione cibi,ſed ſolũ ab actione animalis.ibidem.

4 Nutritio ſpiritualis non fit ab actione ſumentis, ſed cibi conuertentis ſumentem in ipſum, ibidem.

O.

Obiectum.

† 1 Obiecti præſentiã pro ſenſibus externis requiritur ſolum vt conſeruetur ſpecies. diſputatione 192.num.50.

† 2 Obiectum ad genus cauſæ formalis tribuentis ſpeciem reducitur. diſputatione 202. numero 81.

Oblatio.

1 Ex parte rei oblatę, eſt diſcrimẽ inter ſimplicẽ oblationem, & ſacrificium abſolutum. diſp. 220. nu. 20.
2 In oblatione ſimplici res oblata non immutatur, ſecus in ſacrificio abſoluto. ibi.
3 Ratio formalis oblationis, & ſacrificij in ſignificatione, & nota alicuius cultus, & honoris erga Deũ poſita eſt. ibid. num. 21.
4 Significatio oblationis, & ſacrificij in rebus poſita eſt. ibid.
5 In ſimplici oblatione denotamus dominium rei vniuerſale, & Deum potius quam nos Dominum eſſe rei oblatę, & reliquorum, quæ poſsidemus. ibid. num. 22.
6 In Eccleſia Dei datur oblatio, quæ vere & proprie ſacrificium ſit. diſp. 221. num. 24. & 25.
7 In oblatione Chriſti in Miſſa profitemur Deum autorem vitæ, & mortis. ibi. num. 26.
8 Latius patet oblatio quam ſacrificium. diſput. 222. num. 54.
9 Non omnis conſecratio eſt oblatio, aut ſacrificiũ, omnis autem oblatio, & ſacrificium, eſt quædam conſecratio. ibi. num. 71.
10 Oblatio ſacrificij Miſſæ, ita dicitur munda, vt nulla malitia, aut iniquitate offerentium inquinari poſsit. diſp. 227. num. 22.
11 Vt oblatio huius ſacrificij Deo accepta ſit ad effectum inſtitutũ, ſatis eſt puritas rei oblatę. ibi. n. 25.
12 Offerre ſacrificium pro alio eſt in illius cõmodum immolare. ibid. nu. 2.

Obligatio.

1 Obligatio, vide *Præceptum*.
2 Obligantur fideles feria 6. ſi occurrat feſtũ officio Diui no intereſſe, no vero paſsioni, & orationibus. diſput. 232. num. 18.

Obſeruantia.

1 Obſeruãtia erga conſtitutos in dignitate digniorvirtus eſt, quam iuſtitia erga æquales. diſp. 207. nu. 11.
2 Obſeruantia eſt pars poteſtatiua iuſtitiæ. ibid.

Oculus.

† 1 Oculus corporeus nequit naturaliter, nec ſupernaturaliter ſpecie accipere à corpore indiuiſibili, vel indiuiſibili modo exiſtenti. diſp. 191. nu. 2. 3. & 12.
† 2 Non poteſt oculus obiectum indiuiſibiliter exiſtẽs naturaliter videre, bene tamen ſupernaturali virtute. ibid. & num. 7. & ſequentibus.
† 3 Oculus cum videt rem in hoc, vel illo loco non videt ipſum vbi. ibid. num. 14.
4 Oculus corporeus poteſt videre Chriſtum ſpecies coniunctum, non tamen ipſum vnionis modũ. ibid. & num. 18. & 19.

Oecolampadius.

1 Negauit Oecolampadius veram Chriſti præſentiã in Euchariſtia. diſp. 179. nu. 15.

Oeconomus.

1 Oeconomi in ſingulis Eccleſijs à varijs Concilijs conſtituti ſunt, ſinẽ quorũ conſenſu Epiſcopus Eccleſiaſticas facultates tractare nõ poteſt. d. 236. n. 75
2 Oeconomi dicti a diaconis menſarũ differebãt. ibi.

Operatio.

1 Operatio ſpiritualis nõ pẽdet a loco. diſ. 191. n. 28.
† 2 Operatio corporea non elicitur, niſi a potentia habente modum quantitatis. ibidem in fine.
† 3 Operationes ſenſuum, non ſolum dicũtur verſari circa propria ſenſibilia, & circa propriam eorum ſubſtantiam, ſed etiam circa ſubſtantiam illis contectam, aut tectam. diſp. 193. num. 15.
4 Operatio externa, quandiu non manet ſub poteſtate alicuius, non pendet ab illo in genere moris. diſp. 225. num. 20.
5 Operatio ſpecierum, vel accidentis ſeparati, vide *Accidentia ſeparata*. num. 15. & ſequent.
6 Operatio Euchariſtiæ vide *Euchariſtiæ effectus*.

Ophitæ.

1 Ophitæ incantationibus ſerpentem inuocabant, vt oblationes lamberet, quas, vt a ſacerdote Chriſto ſanctificatas offerebant. diſp. 197. nu. 14.

Oppoſitio.

1 Oppoſitio requiſita ad conuerſionem, vide *Conuerſio*. num. 19. & 24.
2 Quæ oppoſitio pugnet cum anihilatione, vide *Anihilatio*. num. 10.
3 Oppoſitio ſubſtantiarũ, vide *Subſtantia*, n. 19. & 20.

Oratio.

1 Fruſtra eſt oratio pro perſeuerantia effectus, de qua certi ſumus. diſp. 197. num. 31.
2 Exlicentia ad orandum non colligitur eadem ad offerendum. diſp. 227. num. 27.
3 Oratio ſpeciali intentione facta plus prodeſt quã generali. diſp. 231. nu. 38.

Ordo.

† 1 Duplex ordo conuiuſus in conſecratione Euchariſtiæ reperitur. diſp. 181. num. 139.
2 Ordo ſucceſsionis poteſt terminari ad vnum, auẽ alium terminum diſiunctim, ſecus quam actio. diſput. 186. num. 41.
3 Ordo rationis panis tranſeuntis poteſt terminari ad corpus viuum, aut mortuum diſiunctim. ibidem num. 42.

Ordo Romanus.

1 Liber dictus ordo Romanus ſcriptus fuit ante tẽpora Caroli Magni. diſp. 216. nu. 37.
2 Ex ordine Romano colligitur mos communicandi ſub ſpecie tantum panis. ibid.

Ordo, Sacramentum, ordinatio, & ordinatus.

1 Sacramentum Ordinis verum eſſet, & ſuum habẽret effectum in paruulis, & aliquibus amentibus. diſp. 212. nu. 25.
2 Omnes ordinati ſimul cum Epiſcopo ordinante verba conſecrationis proferunt, ex præcepto Pontificis. diſp. 218. num. 13.
3 Qui munus Ordini annexum ſine ordine ſolẽniter exercet, iure ipſo irregularis eſt. diſputatione. 219. num. 31.
4 Ordinis Sacramentum aliqui hæretici negant, alij non plene contendant. diſp. 235. nu. 1. & 2.
5 Ordinem in vniuerſum Sacramentum eſſe fide catholica tenendum eſt. ibid. nu. 5.
6 Ordo Sacramentum a Concilijs Pontificibus, & Patribus vnanimi conſenſu recipitur. ibid. num. 6. & ſequentibus.
7 In ordinatione presbyterorum, meminit Scriptura manuum impoſitionis. ibid. num. 16. & 22.
8 Ordinationi factam fuiſſe promiſsionem gratię, ex Scriptura probatur. ibidem num. 22.
9 Ordinationis inſtitutio Scripturæ teſtimonijs oſtenditur. ibid. num. 24.
10 Ordinem Sacramentum ſcholaſtici vno ore

recipiunt, eiusque vera definitio traditur. ibidem num.27.
11 Sacramentum Ordinis antiquitus non ordo, sed ordinatio dicebatur: nunc tamen pro eodem ordinatio, & ordo sumitur. ibid. num.30.
12 Nominis Ordo, variæ acceptiones. disp.236. nu. 6.
13 Ordines minores clerici Ordines dicuntur, quia ad aliquod munus clericorum sunt destinati. disput. 256. num.9.
14 Septem sunt Ordines Ecclesiæ, quatuor minores, tres maiores, & qui. ibi. num.15.
15 Quatuor minores Ordines, & primam tonsuram Sacramenta esse à Christo instituta qui senserint. disp.237. num.1.& 3.
16 Minorum Ordinum mentio apud antiquissimos Patres fit. ibi. num 5. vsque ad 8.
17 Quatuor minores Ordines Sacramenta non sunt. ibi. num.9.
18 Quod aliquis Ordo habeat annexam obligationē recitandi horas, aut seruandi castitatem est ex iure humano non Diuino. ibi. num.14.
19 Ex eo quod aliquis Ordo sit Sacramentum, & administerium suum potentiam conferat, non recte infertur eius administrationē in mortali esse mortalem. ibi. num.15.
20 Cantare Ordinatum Euangelium, aut Epistolam, in mortali non est mortale. ibi.
21 Ex varietate minorum Ordinum in Ecclesia recte colligitur non esse Sacramenta. ib. num.16.
22 Inter minores Ordines antiqui Patres laborantes, seu fossarios enumerant. ibi.
23 Ordines minores, quamuis non semper fuerint distincti in Ecclesia semper tamen fuerunt eorum ministeria, & nomina. ibi. num.25.
24 Ecclesiastica potestas sufficit ad instituendum Ordinem in Ecclesia. ibi. nu.29.
25 Minores Ordines non Diuino, sed Ecclesiastico iure sunt instituti. ibi.
26 Chorepiscopi, Archidiaconi, Archipresbyteri, non habent Ordinem distinctum in Ecclesia, & quare. ibidem.
27 Minoribus Ordinibus materiam Ecclesia designauit, nō quod putet his gratiam conferri, sed vt instar aliorum ordinatio fiat: eadem disp.237. nu.30.
28 Quænam materia sit hostiarij, lectoris, & exorcistæ. ibi. num.31.
29 Quatione intelligendū sit minores Ordines, & primam tonsuram characterē imprimere. ibi. n.38.
29 Ex eo quod minores Ordines iterari non possint, non recte infertur esse Sacramenta. ibi. nu.39.
30 Ordinem in ratione Sacramenti se habere instar totius potestatiui cuius tota plenitudo sit in sacerdotio in alijs vero quedam participatio, sensit D. Thom. cum alijs. disp.238. num.19.
31 Ordo, & gradus Ecclesiasticus idem sunt. ibi. n.24.
32 Sacramentum Ordinis est vnum genere nō specie. ibi. num.26.
33 Bipartitus sacerdotū Ordo apud Anacletū. ib. n.27
34 Tota materia Sacramenti Ordinis, a solo Episcopo tradi, & forma ab eo solo proferri debet. ibi. n.48.
35 Materia Ordinationis, per quam confertur character ea est quæ indicat præstantiorem actionem ordinandi. ibi. nu.49.
36 Sat est, quod ordo sacerdotis pro materia habeat manuum impositionem, ad hoc quod per manus impositionem significetur Ordinis Sacramentum. ibi. num.15.
37 Non est idem Ordo sacer, & maior. ibi. num. 57.
38 Sacer dicitur Ordo qui annexum habet votum castitatis. ibi.
39 Ordinis Sacramentum ab alio, quam ab Episcopo collatum irritum est, & inane. disp. 240. num.30.
40 Nouem Ordines in Ecclesia militante, sicut in triumphante qui senserint. ibi. nu.44.& 45.
41 Septem Ordines sunt in Ecclesia quatuor minores, & tres maiores. ibi. num.47.
42 Licet Patres varie de Ordinum numero loquantur liberum iam non est, hoc aut illo modo de illo sentire. ibi.
43 Ordinum omniū etiam minorum, Christus in se aliquod exemplum expressit. disp.241. nu.43.
44 Omnium Ordinum minister est Episcopus consecratus. disp.243. nu.1.
45 Omnium Ordinum sufficiens minister est Episcopus hæreticus, aut excommunicatus. ibi. nu.3.& 8.
46 Ordinati ab Arrianis decreuit Innocentius, & alij ne in Ecclesia in ordine, & gradu suo reciperentur. ibi. num.6.
47 Ordinati ab Episcopo hæretico suspenso, vel excōmunicato, quam pœnam incurrant. ibi. nu.2.
48 Ordines maiores sine minoribus recipies vere in illis ordinatus non erit. ibid. num.24.
49 Ordo receptus ab Episcopo carente illo, aut minori Ordine, valide recipitur. ibid.
50 Ordinationis minister nequit esse laicus etiam ex commissione. ibi. num.27.
51 Ordinum etiam minorū, nullus simplex sacerdos potest esse ordinarius minister. ibi. nu.28.
52 Cardinalibus, & Abbatibus concessum est, quatuor minores Ordines, & primam tonsuram conferre. num.33. per errorem 6.
53 Hæc facultas conferendi Ordines à Tridentino fuit confirmata. ibid.
54 Ordines sacros, excepto sacerdotio, subditis conferre Abbatibus Cistercien sibus concessum. ibid. num.38.
55 Idem priuilegium Prælatis Franciscanis in India fuisse concessum viri fidedigni tradunt. ibi.
56 Quodnis huiusmodi priuilegium Abbatibus concessum à Tridentino reuocatum est, & ad primam tonsuram, & quatuor minores Ordines restrictum. ibidem num.44.
57 Ordines sacros ministrare etiam presbyterium ex Episcopi commissione Corepiscopis concessum est ibi. num.40.
58 Ordines omnes etiā sacros, posse à sacerdote simplici, ex commissione cōferri, plures nec sine graui fundamento docent. ibi. nu.34.& sequent.
59 Hæc commissio, nec laico, nec non sacerdoti, licet in sacro Ordine constituto ex ipsorum sententia fieri potest. ibi. num.42.
60 Hæc cōmissio fieri, non potest primario ab Episcopo, sed à Summo Pontifice, eadē disp.243. nu.43.
61 Episcopus titularis ordinare licite non potest sciēter, vel affectata ignorantia subditos alterius Episcopi, sine illius expresso consensu, aut literis dimissorijs. ibi. nu.46.
62 Episcopus alienis sine cōmissione proprij Episcopi Ordinē ministrans pœnam suspensionis ab officio ordinandi per integrum annū incurrit. ibi. nu.48.
63 Ordinari absque facultate proprij Prælati suspensi manent, neque exercere possunt munus Ordinis. num.96.
64 Ordinare non subditum, iure Diuino naturali prohibitum est. ibid. num.98.
65 Ad veram Ordinationem Episcopi, necessarij sunt ex iure Diuino, vt ordinarij ministri tres Episcopi. ibid. num.63.
66 Ordinatio Episcopi duobus, imo, & vni Episcopo ex commissione potest competere cogente necessitate. ibid. ex num.74.

67 Ordinationem Epiſcopi ab omnibus Comprouincialibus, ſimul cum Metropolitano debere fieri, ſi poſſit Patres. & Pontifices voluerunt. ibidem numer. 67.

68 Ordinis Sacramentum fœmineus ſexus, vt illius incapax nequit recipere. diſp. 245. num. 5.

69 Hanc incapacitatem Ordinis ex iure Diuino prouenire perpetua Eccleſiæ traditio probat. ibid. num. 7.

70 Ordines minores, & clericalis tonſura, mulieribus prohibentur, non tantum Eccleſiaſtico iure, ſed etiam naturali Diuino. ibid. num. 10.

71 Omnium Ordinum incapaces ſunt hermaphroditæ, ſi ſexus fœmineus in illis prævaleat, ſecus ſi è contrario, quamuis ſemper ſint ab Ordinibus arcẽdi. ibi. num. 13.

72 Nullus coniugatus Ordinem maiorem in Eccleſia Latina ſuſcipiebat, niſi prius votum caſtitatis cum vxore emitteret. ibi num. 50.

73 In Eccleſia Græca ordinatio Epiſcopi votum caſtitatis requirebat, ſecus alij Ordines. ibi. num. 52.

74 Omnium Ordinum capaces ſunt pueri ante vſum rationis. diſp. 246. num. 6.

75 Ordo collatus paruulo ſine conſenſu parentum, ſola voluntate Epiſcopi validus eſt. ibid. num. 9.

76 Quælibet ordinatio collata amenti, qui nunquam vſus eſt ratione ſola voluntate Epiſcopi adhibita vera materia, ac forma valida eſt. ibidem num. 8.

77 Ordo collatus amenti, qui aliquando habuit vſum rationis, niſi præceſſerit voluntas non retractata recipiendi illum, validus non eſt. ibid.

78 Ad ordinationis eſſentiam nullus cõtactus totius, aut partis materiæ ex parte ordinandi requiritur. ibid. num. 10.

79 Ordinationis materia eſt traditio poteſtatis in aliquam rem, quæ ſine contactu recipientis poteſt fieri. ibi. num. 22.

80 Ordines ſacri apud Latinos votum continentiæ habent annexum. ibi. num. 24.

81 Ordinati ante vſum rationis non tenentur voto caſtitatis, vnde libere poſſunt ad Matrimonium tranſire. ibid. num. 25. & ſequentibus.

82 Ordinatus cum ſufficienti libertate, & ſine voto caſtitatis, ſi matrimonium contraheret, quale peccatum ſacrilegij committeret. ibi. num. 25.

83 Ordinem ita coactus recipiens, vt interius nulla ratione conſentiret, neque ad continentiam teneretur, nec verum ordinem, poteſt ſuſcipere. ibidem num. 31.

84 Ordinatus metu mortis extrinſecus illato cadente inconſtantem virum, ſi interius conſentiret, verum Ordinem ſuſciperet, & voto caſtitatis teneretur. ibid. & num. 34.

85 In ordinandis, non ſemper eandem ætatem poſtulauit Eccleſia. ibi. num. 36. vide *ætas*.

86 Ordines minores quouis die Dominico conferri poſſunt. ibi. num. 45.

87 Prima tonſura quouis anni tempore concedi poteſt. ibi.

88 Ordines ſacri, non niſi in Sabbathis quatuor temporum anni, Sabbatho Sancto, aut Sabbatho ante Dominicam in paſſionem miniſtrari poſſunt. ibid.

89 Ordines minores, & ſubdiaconatum ſimul in die Sabbathi recipere nullo iure prohibitum eſt. ibi. num. 47.

90 Duos Ordines ſacros in eodem die furtiue, & contramandatum Epiſcopi ſuſcipere prohibitum eſt eadem. diſp. 246. num. 47.

91 Conſuetudo eſt in Hiſpania Ordines Minores eodem die conferendi. ibi. num. 49.

92 Ad vnum Ordinem ſacrum, nemo poteſt promoueri niſi poſt annum ab altero ordine ſuſcepto, niſi ſufficiens ſit cauſa diſpenſandi in interſtitijs. ibidem.

93 Ad Ordines ſuſcipiendos prebitas vitæ, morũ integritas, doctrina, & ſcientia requiritur. ibid. nu. 51.

94 Ad Ordines minores nequit admitti Latinam linguam ignorans. ibid.

95 Nullus ſecularis ordinari poteſt, niſi beneficium Eccleſiaſticum, vel patrimonium ad victum honeſtum ſufficiens pacifice poſſideat. ibi. num. 60.

96 Ordinandus ſacris, quare votum emittat caſtitatis. diſp. 247. num. 93.

97 Ordinandos expreſſe vouere caſtitatem, voluit Concilium Toletanum ſecundum. ibi. num. 102.

98 Ordinandi moniti ad continentiam ligarentur ex iure tantum Eccleſiæ quamuis non emitterent votum. ibid. num. 115.

99 Ordinato non licet cum vxore priſtina habitare. ibi. num. 140.

100 Ordinatum iam non poſſe vxorem ducere, etiam de iure Diuino ſentiunt aliqui. diſput. 249. num. 1. 2. & 3.

Organum, vel organicum.

† 1 Ad organorũ conſtitutionem, quatitas, & alia accidentia, neceſſario requiruntur. diſp. 187. nu. 26.

† 2 Organicum corpus, vide *Corpus*. n. 18. 20. & 21.

Ornatus.

1 Altare debet habere ornatum illi congruum, vt in eo fiat ſacrificium. diſp. 233. num. 22.

2 In altare debet eſſe lumen ex cera, non ex oleo, niſi aliqua inſtet neceſſitas. ibi. nu. 25.

3 Ad ornatum altaris requiritur, crux (licet non omnino) & Miſſale. ibi.

4 Vide *Altare, Vas*, & *Veſtis*.

Os.

† 1 Oſa non ſunt ſolum materia, cum quantitate, aut modo illius. diſp. 186. num. 36.

† 2 Os eſſe non poteſt ſine quantitate, duritie, & ſicitate. diſp. 187. num. 26.

3 Oſa, & carnes ſunt ſub ſpecibus panis ex vi verborum, in Euchariſtia. ibi.

Oſculum pacis.

1 Oſculum pacis, non incepit, loco quotidianæ communionis, ſed adhuc ea ſtante in ſignum vnionis. diſp. 214. num. 22.

2 Oſculum pacis antea fiebat, ante vel paulo poſt lotionem manuum ſacerdotis. ibid.

3 Oſculum pacis congruenter translatum eſt paulo ante communionem. ibi.

Oſtiarius.

1 Oſtiarij qui dicantur, & eorũ officiũ. diſ. 236. n. 17.

2 Oſtiarios admitrit Caluinus, nõ tamen ſincere ſecundum Eccleſiæ ritum. ibi.

3 Materia oſtiarij ſunt ſolum claues, quæ ab Epiſcopo traduntur. diſp. 237. num. 31.

4 Oſtiarij forma. ibi.

P.

Pacis oſculum.

1 Vide, *Oſculum*. num. 1. & ſequentibus.

Pactum.

1 Vide *Teſtamentum*.

Panis.

1 Panis vnde dicatur, & quoruplex. disp. 170. nu. 8.
2 Panis consecrationi idoneus, confici nequit ex hordeo, spelta, aut ferre, ibid. num. 19.
3 Panis confectus ex qualibet specie frumenti, non dicitur simpliciter panis. ibid. num. 2.
4 Panis confectus ex amydo non dicitur simpliciter panis, vnde neque est materia apta consecrationis. ibid. num. 24.
5 Panis propositionis sacri erant, & ad eorũ esum mundicies requirebatur. disp. 172. num. 63.
6 Panis siue azymus, siue fermentatus, simpliciter panis dicitur. disp. 174. num. 21. & 22.
7 Panis azymus, & fermentatus solum accidentaliter differunt. ibid. num. 32. & 33.
8 Quamuis panis azymus, & fermentatus specie differrent, posset vterque esse materia idonea consecrationis. ibid.
9 Panis ab attollendo dicitur, siue quia fermẽtatione attollitur cõspersio farinæ, siue quia vires corporis attollat. ibi.
10 Quamuis panis azymus, & fermentatus, solum accidentarie differant, non licet eo indifferenter vti in consecratione. ibi.
11 Panis, & vinum post consecrationem, non sunt dicenda figura corporis, & sanguinis Christi, sed potius ipsum corpus, & sanguis Christi. disputatione 179 nu. 10.
12 Non de eodem pane loquitur Christus toto capite 6. Ioannis. ibid. num. 41.
13 Panis cur enuntietur de Eucharistia in sensu catholico, & quo sensu dicebatur de manna. dis. 180. n. 88.
14 Panis dicitur corpus Christi, quia in illud conuertitur. ibid. num. 94.
15 Panis oponitur corpori Christi ex modo significã di verborum. disp. 181. num. 127
16 Panis post consecrationem, non debet dici, antytipon corporis Christi, licet sic dicatur ante illam. disp. 197. num. 46. & sequentibus.
17 Panis benedictus succesit loco communionis. disp. 214 num. 22.
18 Eo ipso quod panis, & vinum, conuertuntur in corpus, & sanguinem Christi, Sacramentum altaris repræsentat mortem Christi. disp. 222. num. 39.
19 Sacrificium Missæ, aliquando vocatur sacrificium panis, & vini, ab speciebus, panis, & vini, sub quibus Christus offertur. ibid. num. 53.
20 Panis, & vinum latiori significatione, offerri dicuntur. ibid. num. 54.
21 Substantia panis, & vini, quæ cõuertitur neque ad sacrificium pro re oblata, neque pro ipsa oblatione spectat. disp. 223. num. 44.
22 Panis azymus, vide *Azymus*. num. 1. 4. 6. & 7.
23 Panis fermentatum, vide *Fermentatum*. nu. 3. & 4.
24 Quomodo requiratur panis azymus, vel fermentatus ad consecrationem, vide *Fermentatum*. num. 9. & sequentibus.
25 Panis consecratio, vide *Consecratio*. num. 1.
26 Panis species, vide *Species consecratæ*.
27 Panis substantia, vide *substantia*.
28 Panis desitio, vide *desitio*. num. 4. 5. & 6. & *Anihilatio*. num. 3. & 4.

Papa, vel Pontifex.

1 Papa non potest dispensare in præcepto consecrandi sub vtraque specie. disput. 223. num. 15. & sequent.
2 Potest Papa dispensare cum aliqua persona, ciuitate, aut natione, vt calice pro comunione vta tur remoto errore contrario, secus sitis vigeat. disp. 216. nume ro 45.
3 Iustis de causis potest Papa præceptum Apostolicum abrogare. ibi. num. 60.
4 Non est minor potestas Papæ in ferendis præceptis, quam Apostolorum. ibi.
5 Non potest Papa, ea quæ iure Diuino tradita sunt vlla de causa mutare. disp. 223. num. 21.
6 Ex eo quod Papa auferat promissionem, obligationem etiam promissionis auferit. ibidem num. 28. & 29.
7 Solus Papa nomine Summi Pontificis gaudet, licet olim Episcopi Pontifices, & Summi Pontifices sint dicti. disp. 236. num. 102. & 103.
8 Papæ nomen, quod olim etiam Episcopis tribuebatur Romano Pontifici iam relictum est. ibid. num. 105.
9 Aliqui Papæ statuerunt, ne ex ordine subdiaconatus ad Episcopatum quis promoueretur. disp. 238. num. 59.
10 Papa nequit confirmare electionem Episcopi in aliam Ecclesiam prætextu diuitiarum, aut maioris potestatis, etiam in retributionẽ laboris præteriti. disp. 241. num. 50.
11 Papæ licentia ad translationem Episcopi sine causa rationabili, non efficit validam translationem. ibi. num. 59.
12 Papæ consensus ad translationem Episcopi etiam ex causa rationabili necessario requiritur. ibidem.
13 Papæ electio à tempore Apostolorum per multos annos ad omnes presbyteros, & diaconos pertinebat. disp. 242. num. 43.
14 Papa ex plurium sententia iure Diuino potest sacerdoti, non Episcopo facultatem concedere omnes ordines etiam sacros ministrandi. disput. 243. num. 43.
15 Ius ad Papam eligendum primarie est in ipso Papa. disp. 244. num. 26.
16 Papa dispensare potest sacris hominibus, vt Matrimonium contrahant. disp. 219. num. 21.

Paphnutius.

1 Paphnutij historia à Socrate, & Sozomeno relatæ fidem adhibendum esse probatur. disp. 247. num. 28. & sequent.
2 Paphnutij sanctitatem mirifice laudat Rufinus. ibi. num. 39.
3 Paphnutius idem, qui Miletianus fuit. ibid.

Parasceue.

1 Parasceue præparationem ciborum significat, quę pridie fieri consueuit ad manducandum. disput. 172. num. 70.
2 Parasceue solius dici festi Sabbathi erat. ibidem.
3 Modo non potest diei Parasceue, seu viligia illius festiuitatis in qua incidit, sed alterius. ibidem numer. 71.
4 Omnis feria sexta seu Parasceue Sabbathi cœna pura dicebatur texte August. Irenęo, & Amalario. ibid. num. 74.
5 Non videtur probabile omni, feria sexta seu Parasceue Sabbathi solennem cœnam a toto populo Iudaico celebrari. ibid. num. 75.
6 Parasceue Sabbathi cœna pura dicebatur propter cœnam quæ eodie secundum legem ritæ, & sine cere pro Sabbatho parabatur. ibid. num. 76.
7 Parasceue seu feria sexta vocabatur no mine operis quod in ea fiebat sicut dies Paschæ ibidem.

Paruulus.

1 Paruuli capaces ſunt manducationis Sacramentalis Euchariſtiæ.diſp.212.num.7.
2 Paruulis vere conuenit manducatio ſpiritualis Euchariſtiæ. ibi.
3 Paruuli licet ignorent, id quod manducant, non tamen habent voluntatem contrariam manducationi Sacramentali.ibid.num.8.
4 Paruuli capaces ſunt ſpiritualis manducationis, quæ cum Sacramentali coniuncta eſt, ideſt poſſunt recipere Sacramentum reipſa cum fructu.ibi.n.9.
5 Paruulis non conuenit expreſſe manducatio ſpiritalis tantum, ſed virtute ſolum. ibi.
6 Si paruuli capaces non eſſent ſpiritualis manducationis, numquam licuiſſet illis Euchariſtiam miniſtrare.ibid.num.12.
7 Paruulis conſueuit Eccleſia miniſtrare Euchariſtiam.ibi.nu.13.& ſequentibus.
8 Antiquitus pars aliqua idolothyti inos paruulorum injici ſolebat.ibi.num.18.
9 Paruulis in antiqua Eccleſia, non ideo miniſtrabatur Euchariſtia, vt à menſa dæmoniorum abducerentur. ibi.
10 Iure optimo non miniſtratur iam paruulis Euchariſtia.ibi.num.19.
11 Paruulis olim Sacramentũ Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie miſtum tribuebatur. ibi.
12 Paruuli nulla neceſsitate ad ſumendam Euchariſtiam obligantur.diſp.214.num.35.
13 Paruuli ſolo Baptiſmo gratiam adoptionis conſequuntur, cum qua damnari nequeunt, ſed vitam æternam conſequentur.ibi.
14 Paruulus ante vſum rationis capax eſt Sacramenti Ordinationis, ita vt valide conferri poſsit. diſput. 246 num.6.
15 Vt paruulus poſsit Sacramentum Ordinis ſuſcipere non requiritur conſenſus parentum.ibi. nu.7
16 Ad conſecrationem Epiſcopatus ſuſcipiendam nõ requiritur in paruulis vſus rationis requiritur tamen, vt conſecratus vinculo Matrimonij ſpiritualis cum Eccleſia maneat obligatus.ibi.num.12.
17 Paruulus ante vſum rationis ordinatus, nõ tenetur voto caſtitatis.ibi.num.15.& ſequent.
18 Paruulus ſic ordinatus libere poſſet ad Matrimonium tranſire.ibi.num.28.

Parochus, & Paſtor.

1 Non poteſt Parochus celebrare omiſſa confeſsione mortalis ſolum, vt populus præcepto audiendi Miſſam ſatisfaceret.diſp.208.num.8.
2 Parochus tenetur quatum potuerit confeſſarium quærere, vt officio ſuo ſatisfaciat.ibi. nu.9.
3 Parochus non ſolum debet audire confeſsionem, & miniſtrare Euchariſtiam tempore præcepti cõmunis, ſed extra illud.diſ.209.num.52.& 213.n.13.
4 Parochus debet profectui ouium inuigilare, codẽ num.52.& nu.illo 13.
5 Parochus, vel Paſtor Eccleſiæ debet Sacramentum miniſtrare ſecũdũ præſcriptũ Eccleſiæ. d.211.n.63.
6 Paſtoribus Eccleſiarum, vel parochis, ſolum conuenit poteſtas ordinaria diſpenſandi Euchariſtiã.diſp. 209.n.21.& 22. vide *Euchariſtiæ adminiſtratio*. n.36.
7 Paſtoris munus exigit vt ipſe ſolus poteſtati habeat paſcedi oues ſuas.ibid.num.22.& 23.
8 Non ſolum parochus Paſtor dicitur, ſed etiam proprius Epiſcopus, & ſummus Pontifex ibid.num.25.
9 Parochus non eſt miniſter, ſed teſtis neceſſarius Matrimonij.ibid.num 55.
10 Parochus non tenetur ex iuſtitia offerre ſacrificiũ pro ouibus.diſp.214.num.27.
11 Quomodo Parochus ſtipendia pro Miſſis diſtribuere debeat ibid.num.30.

Parricidium.

1 Parricidium grauius peccatum eſt alio ſimplici homicidio, vtpote contra altiorem virtutẽ.diſ.207.n.11.

Pars.

† 1 Partes eterogeneæ cum eadem anima animentur debent per accidentia diuerſo modo diſponi. diſ. 197.num. 21.
† 2 Nequit intelligi diuerſitas partium cõſtituentium corpus organicum ſine quantitate, & alijs accidentibus.ibid.num.25.
† 3 Partes integrantes non differunt eſſentialiter, ſed ſolum ratione extenſionis quãtitatis. diſput. 190. num.52.
4 Pars ſubſtantialis, nequit ab eſſentiali in forma conſecrationis diſtingui licet in alijs rebus hæc diſtinctio detur.diſp.198. num.37.
5 Quomodo in partibus Chriſtus exiſtat, vide *Chriſti exiſtentia*. num.1.vſque ad 17.

Particula.

1 Particula (Anti) ſignificat æqualitatem cum diſtinctione, reſpectu eius cui coniungitur. diſp.197. num. 44.& 45.
2 Particula (Enim) in formis conſecrationis ab Eccleſia additur, ſed non pertinet ad eſſentiam, vel ſubſtantiam formæ. diſp.199.num.28.
3 Hæc particula non eſt neceſſaria ad ſenſum formæ neceſſarium, ſed ad continuationem tantum ſermonis.ibi.
4 Omiſsio particulæ (Enim) erit ſine dubio peccatum, vtpote contra Eccleſiæ conſuetudinem, quæ vim præcepti habet. ibi.
5 Omiſsio particulæ (Enim) cum ſcientia, & prudentia, peccatum mortale erit, ſecus ſi ex negligentia, aut oſcitantia.ibi.num. 30.
6 Particula (Enim) a Matthæo in verbis calicis ponitur, & in alijs ab Eccleſia congruenter additur.diſput.202.num.23.
7 Hæc particula non cogit, vt verba recitatiue proferantur, ſed ſat eſt ſi in perſona Chriſti. ibidem.

Paſcha.

1 Paſcha Chriſtum celebraſſe eo anno quo mortuus eſt contra hæreticos probatur.diſ.172.nu.3.
2 Paſcha Chriſtum celebraſſe Luna decimaquarta, & cæteros in Lunam decimamquintam ex diſpenſatione diſtuliſſe quidixerint, & quibus fundamẽtis.ibi.num.23.vſque ad 33.
3 Paſchatis celebrationi potuiſſe ex diſpenſatione, iuxta de cauſa differri non improbabiliter, docet Burgenſis.ibid.num.43.
4 Nulla fuit neceſsitas differendi Paſcha Iudæorum in ſequentem diem, vnde non eſt tranſlatum, ibidem.
5 A tempore Eſdræ, lex immolandi Paſcha abſq; vlla diſpenſatione fuit impleta.ibid.
6 Occurſus duorum feſtorum, non erat cauſa ſufficiens differendi celebrationem Paſchatis.ibid.
7 Non potuerunt aliqui ex Iudæis Paſcha immolare die à lege conſtituto, & alij ex diſpenſatione die ſequenti. diſputatione 172. num.50. vide *Phariſæi*. num.1.
8 Paſcha fuiſſe immolatum à Chriſto codẽ die, quo immolarunt Iudæi, quando egreſsi ſunt de terra Aegypti.ibidem.num.56.

9 Iudæos ſin Aegypto poſteriori veſpera Lunæ 14. Paſcha immolaſſe, colligitur ex Scriptura. ibi. & n. 130.

10 Paſcha Ioannis 18. ſignificat aliqua ſacrificia, quæ ſeptem diebus azymorum offerebantur. ibi. n. 67.

11 Vt ſacrificia Paſcha dicta Iudæi manducarent, noluerunt ſe contaminare intrando prætorium. ibidem, & num. 69.

12 Paſchata etiam aliquando dicebantur animalia ipſa oblata. ibidem num. 69.

13 Paſcha dicebatur dies feſtus, & agnus qui eo die immolabatur. ibidem. num. 76.

14 Paſcha dicebatur totum tempus azymorum, primus tamen, & vltimus dies erant feſtiui Paſchæ. ibidem num. 121.

15 *Ante diem feſtum Paſcha*, idem eſt apud Ioannem, atque ante proximum vſualem diem primum azymorum. ibidem num. 122. & 123.

16 Qualis diſſenſio fuerit inter Eccleſiam Græcam, & Latinam, circa diem celebrationis Paſchæ. diſp. 174. num. 7.

17 Paſcha Chriſtianorum in die Dominica ſolum celebrari, in qua, & non ante ieiunium ſolueretur, Victor Papa decreuit. ibidem.

18 Si dies Dominica eſſet 14. Lunæ Martij in ſequentem Dominicam Paſcha noſtrum erat transferendum. ibidem.

19 Propter celebrationem Chriſtiani Paſchatis Lunæ 14. cum Iudæis, Aſianam Eccleſiam Victor Papa merito ob exortas hæreſes damnauit. ibid. & n. 9.

20 Paſchatis tempus merito Eccleſia mutauit, ne cum Iudæis conueniret tempusve ieiunij adimeretur. ibidem num. 36.

21 Quo die Paſcha celebratum fuerit à Chriſto, vide *Chriſtus*, num. 6.

22 Paſchatis translatio, vide *Feſtinitas*, num. 4. & 6.

23 An diceretur Paſcha panis azymus, vide *Azymus*, num. 4. & 5.

Paſchalis Agnus.

1 Vide *Agnus*. num. 5.

Paſchaſius.

1 Paſchaſius docet neceſſarium eſſe laicis calicem Domini. diſp. 216. num. 72.

Paſſio.

1 Paſſio corporea requirit extenſionem actualem paſſi, ſicut contritionem neceſſariam, ſicut approximationem. diſp. 191. nu. 24. 25. 26. & 27.

Paſtor.

1 Paſtor, vide *Parochus*.

Paſtophorium.

1 Quid Paſtophorium diaconi, ſeu ſecretaria, & quid in eis aſſeruaretur. diſp. 238. nu. 62.

Patena.

1 Patena, vide *Vas*.

Patres.

1 Patres priora verba cap. 6. Ioannis, de diuinitate, & manducatione fidei, poſteriora vero de humanitate, & manducatione Sacramentali intelligunt. diſp. 179. nu. 42. & ſequentibus.

2 Quamplures Patres docent nihil ſubſtantiæ panis, & vini in Euchariſtia poſt conſecrationem manere. diſp. 180. num. 21. vſque ad 31.

3 Plures Patres ex veritate verborum conſecrationis deſitione ſubſtantiæ panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti colligunt. ibidem num. 36. vſque ad 42.

4 Recte probant Patres contra hæreticos, ex accidentibus propriis humanitatis ſubſtantiam, quam in Chriſto ſimul cum diuinitate confitebantur eſſe veræ humanitatis. diſp. 180. num. 98.

5 Nuſquam indicant Patres in Euchariſtia eſſe vnionem hypoſtaticam Chriſti & panis ibid. n. 99. & 100.

6 Patres cum docent corpus Chriſti in Euchariſtia creari, aut ex pane fieri ſolũ volunt virtute verborum panem in ipſum cõuerti. diſp. 181. n. 144.

7 Patres docent totum Chriſtum ſub qualibet ſpecie in Euchariſtia contineri. diſp. 185. nu. 6. & 7.

8 Docent Patres contra hæreticos ſimul Chriſtum, & in cœlo, & in altari eſſe, ſed non docent eſſe in duobus locis, ſecundũ extenſionẽ. d. 189. n. 9. 10. & 73

9 Non negant Patres peculiarem benedictionem à Chriſto conſecrationi præmiſſam ſed potius ſupponunt. diſp. 196. num. 5. & 6.

10 Plures Patres docẽt Chriſtum eiſdẽ verbis, quibus nunc vtitur Eccleſia cõſecraſſe. diſp. 197. n. 9. & 11.

11 Patres docent verbis: *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt calix, &c.* quibus Chriſtus conſecrauit, abſque alia oratione fieri modo conſecrationem. ibid. nu. 22. vſque ad 28.

12 Patres antiquiores nunquam panem, & vinum poſt conſecrationem antytipon corporis, & ſanguinis Chriſti appellarunt, ſed ante illam. ibi. n. 46. & ſeq.

13 Plures patres docent precibus ſacerdotis Euchariſtiam confici, quia verba conſecrationis prolata ea fide qua Chriſtus inſtituit, vim habent orationis, & precationis. ibid. num. 59.

14 Aliqui Patres docent ſola verba Chriſti, quæ conſecrationem ſignificant ad conſecrationem pertinere. diſp. 198. num. 6.

15 Plures Patres non ponunt proforma calicis omnia verba, quibus nunc vtitur Eccleſia. ibidem nu. 22.

16 Patres quamplures verba addita conſecrationi, *Tradetur, effundetur, &c.* ad paſſionẽ referunt. diſ. 199. num. 7.

17 Non docent Patres clarè augmentum gratiæ habitualis, eſſe effectum Euchariſtiæ ex opere operato diſp. 203. num. 6.

18 Patrum ſententiæ primo aſpectu obſcuræ, vel difficiles ex eorũ inſtituto cognoſcẽdæ ſunt. d. 204. n. 7

19 Complures Patres ponunt peculiarem vnionem inter carnem Chriſti, & noſtram per Euchariſtiam ſumentibus digne, adhuc corruptis ſpeciebus. ibidem num. 10. vſque ad 28.

20 Nequit dici Patres ibi locutos fuiſſe per figuram, nedum per hyperbolem. ibiddem numero 22. 23. & 24.

21 Nec dici poteſt Patres tantum loqui de coniunctione carnis Chriſti cum noſtra, qualis eſt ſecundum proprinquitatem loci. ibidem numero 26. & 27.

22 Nec Patres loquuntur de coniunctione per qualitatem à carne Chriſti in noſtram productam. ibidem num. 28.

23 Patres docent, ratione vnionis carnis Chriſti cum noſtra in Euchariſtia, carnem noſtram ad immortalitatẽ præparari. ibidem, & numero 41. 42. & 43.

24 Aliqui Patres ponentes vnionem ſpiritualem in Euchariſtiã non negant vnionem carnis Chriſti ad noſtram. ibid. num. 45.

25 Plures Patres docent non eſſe per ſe inſtitutam ad remiſſionem mortalis. diſp. 205. num. 3. & 4.

26 Nullus Patrum docet per Euchariſtiam peccatum mortale aliquando auferri. ibidem num. 27. & ſequent.

27 Nullus Patrum requirit neceſſariò deuotionem ad effectum Euchariſtiæ ſuſcipiendum, ſed ad illam,

lam, vt ad quid, vtile hortantur. diſp. 206. num. 17.
28 Nullus ex Patribus negat neceſſariũ eſſe præmittere confeſsionẽ mortalis ante Euchariſtiam, & aliqui illam expreſſe requirunt. diſp. 207. num. 35. vſque ad 39.
29 Patres docent eſſe ſeruandum ieiunium ad ſuſceptionem Euchariſtiæ ex Apoſtolica traditione. diſput. 211. num. 7. & 8.
30 Patres tradũt de more habuiſſe Eccleſiam paruulis Euchariſtiam miniſtrare. diſp. 212. n. 16. 7.
31 Aliqui Patres ob aliquam cauſam dixerunt Euchariſtiam de negandam eſſe energumenis. ibid. num. 29. & 32.
32 Alij Patres docent illis eſſe tribuendam ibid. n. 30. 31. & 32.
33 Aliqui Patres hortantur ad quotidianam cõmunionem, alij nec laudant, nec vituperant. diſ. 214. n. 27.
34 Non docent Patres paruulis neceſſariã eſſe Euchariſtiam reipſa, ſed votum illius, & manducationẽ per fidem. ibid. nnm. 36.
35 Plures Patres docent Chriſtum in Emaus panem conſecratum diſcipulis tradidiſſe. diſp. 216. n. 9.
36 Aliqui Patres docent aſſeruari ſolitam Euchariſtiã pro ægrotis, quod tantũ fiebat ſub ſpecies panis. ibid. num. 24. & 25.
37 Plures Patres docent laicos etiam ſeruare conſueuiſſe Euchariſtiam domi, vt opportune ſumerent. ibidem num. 30.
38 Quidam Patres dicunt populum bibere ſanguinem Chriſti, quia ſuo tempore vſus calicis non erat laicis interdictus. ibidem num. 62.
39 Aliqui Patres tribuunt vitam ſpiritualem, & incorruptionẽ potius ſanguini Chriſti, non tamẽ quia ſine illo non conferatur. ibidem num. 63. 64. & 65.
40 Nonnulli Patres docent eſſe præceptum ſumendi ſanguinem, non tamen pro ſingulis, ſed pro omnibus communiter. ibidem num. 68. & ſequent.
41 Alij Patres aliter docent calicem ſumi debere, ſed nullus præſentem Eccleſiæ conſuetudinem damnat. ibidem num. 70. & ſequentibus.
42 Quamplures Patres docent Iudam corpus, & ſanguinem Chriſti percepiſſe. diſp. 217. nu. 6. 7. & 8. per errorem 26. & 27.
43 Plures Patres docent buccellam intinctam Iudæ à Chriſto porrectam, non fuiſſe Euchariſtiã. ibi. n. 16.
44 Aliqui Patres docent miniſtrum neceſſarium conſecrationis eſſe ſacerdotem. diſp. 218. num. 10.
45 Omnes Patres ordinem Sacramentum eſſe dicunt diſp. 235. num. 6. & ſequent.
46 Patres docẽt ſeptẽ illos viros, de quibus Act. 6. eo loco nõ ſuſcepiſſe ſacrũ diaconatus ordinẽ. d. 236. n. 48
47 Patres comparant diaconos Leuitis antiquæ legis. ibidem num. 64.
48 Patres docent Epiſcopos olim Pontifices, imo ſummos Pontifices fuiſſe appellatos. ibidem nu. 103.
49 Plures Patres officia à Pontificali ſacerdotibus aſsignata diuerſis verbis aſsignant. ibidem. num. 108.
50 Antiquiſsimi Patres Minorum Ordinum meminere. diſp. 237. num. 5. vſque ad 8.
51 Inter minores Ordines antiqui Patres numerant laborantes, ſeu foſsarios. ibid. num. 16.
52 Apud antiquiores Patres nulla acoluthorũ mentio fit, & apud quos primo inueniatur. ibi. n. 20. & 23.
53 Impoſitionem manuum ad ſacerdotij eſſentiam pertinere plures Patres docent. diſp. 239. n. 42. & ſequentibus.
54 Patres cur varie de Ordinum numero loquantur diſp. 240. num. 47.
55 Patres damnãt aſſerentes Chriſtum non tradidiſſe Apoſtolis Spiritum Sanctum Ioan. 20. verbis *Accipite Spiritum Sanctum*. diſp. 239. num. 28.

Patrimonium.

1 Patrimonium, aut beneficium Eccleſiaſticum ad victum honeſte ſufficiens, requiritur ad Ordinem ſuſcipiendum. diſp 246. num. 59.
2 Hoc patrimonium, aut beneficiũ alterari, aut extingui non poteſt abſque licentia Epiſcopi. ibid.
3 Patrimonio ficto, aut beneficio ordinari, graue peccatum eſt. ibidem nu. 62.

Paulus.

1 Optime probat Paulus Chriſti reſurrectionem ex apparitione Angeli nomine Chriſti viui. d. 189. n. 72
2 Paulus veram formam conſecrationis calicis tradidit licet omiſſerit aliqua verba quibus nunc vtitur Eccleſia. diſp. 198. num. 24. & 33.
3 Paulus reprehendit Corinthios, non quod non ieiuni communicarent, ſed quod communem cœnã cũ omnibus nõ cœnarent. diſ. 211. n. 15. 16. & 17.
4 Per cœnam Dominicam non Euchariſtiam, ſed aliam communem cœnã poſteriorem intelligit Paulus. ibid. num. 20. & 21.
5 Anticipatam Corinthiorum cœnam mortali damnat Paulus, vel propter præceptum oppoſitum, vel ob effectum ſchiſmatis ibid. num. 22. & 23.
6 Paulus quando electus in Apoſtolatũ. d. 235. n. 18.
7 Paulo, & Barnabę ad quid manus impoſitę. ib. n. 21
8 Paulũ fuiſſe nuptũ ſentire aliqui. d. 244. n. 77. & 78.
9 Paulum vxorem non habuiſſe optima ratione probatur. ibid. num. 93.

Peccare, & Peccatum.

1 Peccatum, & gratia natura ſua abſque acceptatione Dei opponuntur. diſp. 189. num. 28.
2 Conſciũ eſſe peccati mortalis, aut habere conſciẽtiã peccati ſolum eſt apud D. Thom. exiſtimare aliquem ſe eſſe in ſtatu mortalis. diſp. 204. num. 47.
3 Peccatum mortale, nec per ſe, nec per accidẽs per Euchariſtiã aufertur. diſ. 205. n. 3. 4. 5. 6. 14. 20. & ſeq.
4 Peccatum veniale, aut diſtractio mentis non poteſt primarium Euchariſtiæ effectum impedire. diſput. 206. num. 7. & ſequent.
5 Peccatum veniale non fit mortale, ex eo quod ſit tempore ſumptionis Euchariſtiæ. ibid. n. 7. 12. & 13.
6 Non peccat duplici peccato qui in mortali, & contra præceptum ad Euchariſtiã accedit. diſ. 207. n. 5.
7 Grauitas peccati per ſe conſideratur ex obiecto per accidens ex parte peccantis. ibidem num. 7.
8 Peccatum indigne accedendi ad Euchariſtiã ex ſe grauius eſt cęteris cõmiſsis in puras creaturas. ibid.
9 Hoc peccatũ ex obiecto minus graue eſt reliquis quæ in ipſum Deum committuntur. ibidem.
10 Peccata eo ſunt grauiora ex ſe, quo perfectioribus virtutibus opponuntur. ibidem, & num. 10. & 11.
11 Peccatum indigne ſumendi Euchariſtiam, poteſt eſſe per accidens minus graue alijs commiſsis in puram creaturam. ibid. num. 8.
12 Peccatũ minus graue ex genere ſuo ęquare nequit malitiã grauioris ex genere illius, quauis ſuperare poſsit pœnam ſenſus illi debitam. ibi. & n. 9. & 10.
13 Eo grauius quis peccat quo cum pluribus peccatis ad Euchariſtiam accedit. ibidem num. 11.
14 Grauius peccatũ eſt ſimpliciter ſumere Euchariſtiam cum peccatis ſpiritualibus, quam cum carnalibus licet ex aliqua parte plus peccet ſumens cum carnalibus. ibi. num. 12.
15 Grauius peccat ſimpliciter infidelis ſumẽs Euchariſtiam, quã fidelis comunicans in peccato. ibi. n. 13.

16 Non peccat mortaliter qui cum veniali ad Euchariſtia accedit. ibi.num.14.& 16.
17 Peccatum veniale erit ſuſceptio Euchariſtiæ ob finem peccati venialis.ibi.num.17.
18 Non eſt peccatum adhuc veniale Euchariſtiã cum veniali actu vel habitu ſuſcipere.ibi.nu.18.
19 Peccatum veniale etiam commiſſum in ipſa ſuſceptione Euchariſtiæ non impedit præcipuum illius effectum. ibi.
20 Pro peccatis venialibus non eſt neceſſario præmittenda confeſsio ad Euchariſtiam.ibi. num.19.
21 De peccatis ſecretis, nunquã fuit neceſſarium agere pœnitentiam publicam.ibi.
22 Non eſt peccatum veniale impedire effectum nõ præcipuum Sacramenti.ibid.n.21.
23 Si peccatum eſſet aliquem effectum Euchariſtiæ impedire ob deffectum diſpoſitionis non veniale, ſed mortale cenſeri deberet. ibid.
24 Peccatum etiam veniale ſemper eſt contra præceptum ibid.nu.33.
25 Nullum peccatum eſt minus digne res tractare quam poſſumus.ibid.
26 Non eſt duplex peccatum, accedere ad Euchariſtiã non præmiſſa confeſsione mortalis. diſ.280. n.24.
27 Graue peccatum eſt Euchariſtiam indigno ſcienter ſine ratione honeſta miniſtrare. diſp.209.nu.1.
28 Non eſt duplex numero peccatum in adminiſtrando Sacrameto indigno etiam ſi ſacerdos ſuadeat alteri, vt communicet ibi.num.2.3. & 4.
29 Peccatum quod natura ſua complicat conſortium alterius non eſt duplex, nec duplicem habet malitiam.ibi.num.3.
30 Duplex eſſet peccatum, ſi quis indigna adminiſtratione Euchariſtiæ, alium ad idem prouocaret. ibi.
31 Peccatum indigne adminiſtrationis Euchariſtię cõſiſtit in hoc quod falſum ſignificetur ipſo Sacramẽto. ibi.
32 Non committeret duplex peccatum ſacerdos cõmunicans in mortali, aut miniſtrans exiſtenti in mortali. ibi.num.4. vide *Sacerdos*.num.34.& ſequẽtibus.
33 Peccatum indigne adminiſtrandi Sacramentum, non omiſsionis, ſed commiſsionis eſt.ibi. num.8.
34 Peccatum oppoſitum religioni grauius eſt, quam peccatum oppoſitum iuſtitiæ.ibi.num.20.
35 Maius peccatum eſt homicidium ſpirituale directe intentum quam corporale.ibi.num.37.
36 Peccatum adminiſtrandi Euchariſtiam peccati nõ ſumit ſpeciem ex damno illato proximo, ſed ex irreuerentia reſpectu Sacramenti.ibi.num.38. & 39.
37 Peccatum inuitandi ad fornicationem non ſumit ſpeciem ex damno ſpirituali quod infertur. ibid. num.38.
38 Peccatum inuitandi alium ad peccatum vel occidendũ ſe ſpiritualiter non eſt in peculiari ſpecie, ſed in ea in qua eſt peccatum ad quod inuitat, & quo ſe occidit.ibi.
39 Peccatum mortale erat anticipata Corinthiorum cœna, vel ob præceptum poſitum, vel ob effectum ſchiſmatis.diſp.211.num.22. & 23.
40 Peccatum mortale eſt ſumere Euchariſtiã poſt minimam ſumptionem cibi.ibidem num.28.
41 Peccatum veniale non minuit gratiam habitualẽ, nec ſtatum ſanctitatis.diſp.212.num.21.
42 Peccatum mortale erit omiſsio Euchariſtiæ ex ſola negligentia, ſi pro articulo mortis præceptum eſt ſumendi illam.diſp.214.num.4.& 5.
43 Contra præceptum magni momenti, ita peccatur
44 mortaliter omiſsione, ſicut, & commiſsione. ibid.
Si non eſt mortale omiſsio Euchariſtiæ in articulo mortis, veniale eſſe nequit.ibid.num.5.
45 Nullum eſt peccatum omiſsionis contra affirmatiuum Euchariſtiæ, aut Pœnitẽtiæ extra articulum mortis, ſi tempus ab Eccleſia non determinaretur ibidem.nnm.20.
46 Graue peccatum eſt Euchariſtiam alienis miniſtrare ſine licentia proprij paſtoris, contra quodin vniuerſum nulla eſt ſtatuta pœna in iure. diſput. 219.num.31.
47 Peccatum adhuc veniale nõpoteſt remitti, niſi per internam renouationem.diſp.218.num.18.
48 An ad delendum peccatum ſit inſtituta Euchariſtia noſtra vide *Inſtitutio*, nu.7. & ſequent.
49 Iuſtificatio à peccato, vide *Iuſtificatio*.
50 Peccati confeſsio, vide *confeſsio*.
51 Peccatum publicum, aut notorium, vide *Peccator*. num.1.& ſequent.

Peccator.

1 Peccator non ex eo dicitur publicus, ſeu notorius, quod ſex perſonis innoteſcat.diſp.209.num.12.
2 Vt quis ſit peccator publicus, cui denegetur Euchariſtia, non ſat eſt infamia laborare in vicinia. ibi num. 13.
3 Vt quis ſit peccator publicus requiritur, vt peccatum ſit notum per ſententiam, vel per confeſsionem ab ipſo in iudicio, vel per euidentiam quæ nõ poſsit celari.num.211.& ſequent.
4 Quando peccatũ notum eſt per euidentiam facti, non poteſt certus numerus teſtium aſsignari, vt peccator dicatur publicus.ibi num.15.
5 Et ſi huiſmodi peccator notorius, non ſit adſtãtibus ſacro, poteſt nihilominus aliquando ab Euchariſtia publice arceri, ſi aliunde cito manifeſtandus prudenter creditur.ibi.
6 Non eſt cenſendus publicus peccator, vt illi negetur Euchariſtia, licet per euidentiam facti peccatũ notorium ſit, ſi inde ampliùs homo ſimpliciter infamandus eſſet.ibi.
7 Quando quis eſt peccator notorius per confeſsionem coram iudice, aut per ſententiam, non eſt ei adminiſtranda Euchariſtia, vt pro paruo illius fama conſeruetur.ibi.num.16.
8 Peccator in vno loco publicus non poteſt in alio vbi notorius non eſt infamari, aut reuelari. ibid. num. 18.
9 Peccator publicus etiam in alio oppido, vbi breui infamandus creditur, arceri debet à ſumptione Euchariſtiæ, eadem diſp.209.num.17.
10 Peccatori petenti Euchariſtiam in oppido, in qua non creditur reuelatum ibi crimen, non eſt denegãda.ibi.num.18.
11 Si alias licitum non eſſet in aliquo loco peccatorẽ infamare nec hoc licebit, ob ſeruandam reuerentiam Euchariſtiæ.ibid.
12 Peccatori occulto non licet Euchariſtiam publice negare. ibid.num.19.
13 Peccatum, dum in peccato manet, nullum ius habet ad petendam Euchariſtiam, licet ad genus cõmunionis cum toto populo illud habeat.ib. n. 27.
14 Peccatori occulte ſecreto petenti Euchariſtiam debet a quouis ſacerdote, quouis tempore negari. ibid.num.51.& ſequentibus.
15 Peccator ſi non habet ius ad pluries petendam Euchariſtiam, nec ad petendã ſemel habebit, ib.n.53.
16 Nulla infamiæ nota peccatori occulto, inutitur ex eo quod ſecreto illi Euchariſtia negetur, ibid.num.55.

17 Vt peccatori occulto Euchariſtia denegetur nullus debet ad eſſe teſtis, cui de nouo peccatum innoteſcat ibidem.
18 Peccatori poteſt negari Euchariſtia coram alio ſciente peccatum, ſi ſacerdos illud non nouet in confeſsione, nec alter id poteſt ſuſpicari, nō ſecus ibidem num. 56.
19 Vide *Euchariſtia adminiſtratio*, numer. 2. & ſequentibus.

Pelagius.

1 Pelagius non cenſuit infantes præcepto ſumendæ Euchariſtiæ teneri. diſp. 214. num. 33.

Penſiones.

1 Penſiones aliquæ merè laicis ab Eccleſia concedi poſſunt. diſp. 249. num. 40.

Pentecoſtes.

1 Pentecoſtes feſtum anno quo Chriſtus mortuus eſt incidit in diem Dominicum diſputatione 172. numer. 14.
2 Feſtum Pentecoſtes in quo erat oblatio panum primitiarum tritici, ſeptē plenis hebdomadis poſt oblationem manipularum incidebat ibidem.
3 In feſto Pentecoſtes non ſpicæ tritice æ ſed duo panes primitiarum ex ſimila tritici noui offerebantur. diſp. 173. num. 16.

Peregrinus.

1 Peregrinus & alienigena alicubi negocij cauſa habitantes tenentur leges & conſuetudines illius ciuitatis ſeruare. diſp. 174. num. 9
2 Eccleſia propria peregrini ea eſt ad quam rediturus, ibidem.
3 Peregrinus ſacerdos in qua materia debeat confeſsare vide, *Confeſsarius* num. 5.

Perceptio.

1 Preceptio Euchariſtiæ. vide *Euchariſtiæ ſuſceptio*.

Perſeuerantia.

1 Perſeuerans in gratia vſque ad mortem ius habet ad beatitudinem animæ, & ad beatitudinem & immortalitatem corporis. diſp. 104. num. 41.

Perſona.

1 Perſonalitas verbi ſolum terminauit naturam humanam. diſp. 185. num. 17.
2 Duæ perſonæ Diuinæ non ſolum ratione immenſitatis ſed ratione naturalis connexionis cum ſecūda perſona ſunt in Euchariſtia per concomitantiā ibidem.
3 Perſonarum Trinitas, vide *Trinitas*.

Pertinatia.

1 Pertinaciter aſſerere errorem damnatum ab Eccleſia hæreticum eſt. diſp. 207. num. 27.
2 Cum pertinatia aliquid aſſerere eſt poſt definitionem Eccleſiæ oppoſitum ſcienter affirmare, ibidē.

Petrobruſiani.

1 Petrobuſiani hæretici qui fuerint & quo errore infecti. diſp. 167. num.
2 Petrobuſiani negarunt omnino Eucharistiæ Sacramentum. diſp. 179. num. 3

Petrus.

1 Petrus Cluniacenſis quomodo referat errorem Petr. de Bruis. diſp. 167. num. 4.
2 Petrus Apoſtolus prius fuit Pontifex orbis quam vrbis. diſp. 242. num. 28.
3 Petrus Apoſtolus non ordinauit reliquos Apoſtolos in Epiſcopos. ibidem num. 47.
3 Petrus Apoſtolus magis commotus eſt armorum ſtrepitu irruentium in Ieſum, quam præditione traditionis eiuſdem. diſp. 217. num. 18.
5 Petrus Apoſtolus quare tonſura vſus fuerit. diſput. 250. num. 12. & 14.
6 Petrus Damianus quare male citatur à Turriano diſp. 247. num. 131.

Phariſæi.

1 Phariſæi, & ſacerdotes eodem die quo Chriſtus & reliquus populus Iudæorum Paſcha celebrarunt, nec in ſequentē diem diſtulerunt. diſputatione 172 num. 65. & 66.
2 Phariſæorum paſsiuū ſcandalum in quo differat à ſcandalo paſsiuo puſillorum. diſputatione. 241. numer. 58.
3 Phariſæorum ſcandalum paſsiuum non eſt rationabilis cauſa tranſlationis Epiſcopi ſecus ſcandalum puſsilorum. ibidem.

Phaſe.

1 Phaſe num. 33. *Altera die Phaſe*, non poteſt ſumi pro alijs ſacrificijs ab immolatione agni. diſputatione 172. num. 56.
2 Phaſe celebratio feſtiua non erat licet Deo dicata vnde non à veſpera in veſperā habebatur ſed in veſperā Lunæ decimæ quartæ immolari fas erat, ibidem num. 98.
3 Phaſe duobus cōſtabat immolatione ſcilicet agni & eius manducatione ibidem num. 101.
1 Phaſe celebritas non habebat duas veſperas cum non eſſet Sabbathum ſed vnica tantum, ibidem numer. 126. & 127.

Philippus.

1 Philippus Apoſtolus neque vxorē neque filios habuit diſp. 249. num. 81.

Phræneticus.

Vide, *Amens*

Pilatus.

1 Pilatus in indicando feſta Iudæorum obſeruauit. diſp. 172. num. 82.

Pius. V.

1 Pius V. expunxit partem commentarij Caietani. nō quia falſam iudicauit doctrinā ſed quia parū curabat Caietanus de ſententia Sancti Thomæ. diſput. 198. num. 32.
2 Pij V. Catechiſmus ſolū habet autoritatē Theologorum Doctorum, ibidem.
3 Catechiſmus Pij V. non docet omnia verba poſita pro forma ealicis eſſe eſſentialia ſed omnia proferri debere ibidem.

Pixis.

1 Vide. *Vas*.

Pœna.

1 Pœnæ legis per ſolam rationis ſimilitudinem extēdi nequeunt, ſed verbis legis ſtricte ſtandum eſt. diſp. 219. num. 31.
2 Pœna temporalis remittitur virtute ſacrificij Miſſæ iuxta Tridentini definitionem. diſput. 228. numer. 27.
3 Pœna lata à Concilio Romano Matrimonium cōtrahentibus poſt ſacros Ordines. diſputatione 249. num. 34.
4 Pœna ſeparationis quando inuenitur lata erga cō

¶¶¶¶¶¶ 5 traben-

trahentes Matrimonium poſt ordinationem ſacrã ibidem num.36.

Pœnitentia.

1 In Pœnitẽtię Sacramento prolatis ſolis verbis, *Ego te abſoluo à peccatis tuis*, totus effectus ſtatim conſequitur. diſp.198, num.19.
2 Alia verba, *In nomine Patris* etiam non conducũt ad ſignificandum effectum eſſentialem Sacramenti Pœnitentiæ, neque ad eſſentiam formæ pertinent ibidem.
3 Ad formam, & effectum Sacramenti Pœnitentiæ eſſentialiter pertinet particula Ego, licet, non neceſſario debeat exprimi, ibidem num.41. & 42.
4 In Sacramento Pœnitentiæ quædam ſunt partes eſſentiales, alia ſubſtantialis, & veluti integrans, ibidem.
5 Satisfactio eſt pars ſubſtantialis integrans Sacramenti Pœnitentiæ quia ad peculiarem effectum Sacramenti conſtituitur, ibidem num.42.
6 Pœnitentiæ Sacramentum inſtitutum eſt tantum pro mortuis poſt Baptiſmum. diſputatione 205. num.6.
7 Nunquam fuit neceſſaria Pœnitentia publica, de peccatis ſecretis num.207. num.19.
8 Antiquitus publici peccatores publice pœnitentiam agebant ante quam à ſacerdote abſoluerentur. diſp.201. num.9.
9 Pœnitẽtiæ Sacramentum aquouis ſacerdote in extrema neceſsitate miniſtrari poteſt diſput.291. numer.63.
10 Pœnitentiæ Sacramentum inſtitutum eſt ad conferendam primam gratiam & ideo eſt neceſſarium ibidem.
11 Præceptum Pœnitentiæ in articulo mortis ſolum obligat eos, qui mortale commiſerunt, cuius abſolutionem à ſacerdote non ſunt conſecuti. diſp.214 num.12.
12 Pœnitentiæ Sacramentum obligat pro reconciliatione, & prima gratia conſequenda, ibidem numero 18.
13 Qui poſt Pœnitentiam in articulo mortis gratiam amiſit iterum debet Sacramentum Pœnitentiæ ſuſcipere ibidem.
14 In Sacramento Pœnitentiæ miniſter ſolam formã profert. diſp.237. num.24.
15 Sacramentum Pœnitentiæ colligitur ex poteſtate abſoluendi à peccatis Apoſtolis tradita diſp.239. num.4.
16 Sacramentum Pœnitentiæ poſt Reſurrectionem Ioannis 20. inſtitutum eſſe Tridentinum decreuit ibidem num.26.
17 In Pœntienria & Matrimonio ſemper fuit eadem materia, & forma à Chriſto inſtituta licet circa accidentalia fieret aliqua mutatio, ibidem. num.37.
18 Quæ requiratur à Tridentino vt ſacerdos ſit miniſter congruus Pœnitentiæ, ibidem num.40.
19 Abſque manuum impoſitione ordinatus ſacerdos à peccatis abſoluere non poſſet, ibidem numero 45.
20 Poteſtas actiua abſoluendi à peccatis à ſolo Deo conferri poteſt per ordinationis Sacramentum, ibidem.

Policrates.

1 Polycrates octauus Epiſcopus Aſianus reſtitit Victori Papæ circa celebrationem Paſchatis. diſp.174 num.7.

Pollutio.

1 Pollutio quando impediat ſuſceptionem Euchariſtiæ vide *Euchariſtiæ ſuſceptio*, numero 36. & ſequẽtibus.

Pontifex.

1 Vide *Papa*.

Populus.

1 Populi conſenſus aliquo tempore ad electionem miniſtrorum Eccleſiæ fuit requiſitus. diſput.244. num.34.
2 Nunquam populi conſenſus fuit requiſitus ad electionem miniſtrorum Eccleſiæ iure Diuino, ibidem.
3 Sine populi conſenſu ordinatio miniſtrorum facta nunquam fuit irrita, ibidem.
4 Populi conſenſus ad electionem miniſtrorum Eccleſiæ tempore Apoſtolorum non exigebatur, ibidem.

Potentia.

1 Potentia ſpiritualis non pendet à loco vt operetur diſp.191. num.28.
2 Potentia corporea vt operetur indiget modo quantitatis & extenſionis eodem num. in fine
3 Dei potentia vide, *Deus* numer.1.2.3.4, &.5.

Poteſtas.

1 Poteſtas conſecrandi & abſoluendi quibus verbis à Chriſto fuerit Apoſtolis data. diſputatione 235. num.26.
2 Poteſtas abſoluendi à peccatis tradita fuit Apoſtolis Ioan. 20. illis verbis *Accipite Spiritum Sanctum*, diſp.239. num.3.
3 Poteſtas ſacerdotum conſecrandi, & abſoluendi in Scriptura expreſſe continetur, ibidem num.1.
4 Ex traditione poteſtatis abſoluendi colligitur Sacramentum Pœnitentiæ, ibidem num.4.
5 Poteſtas benedictio aut conſecratio alicui ex iure Eccleſiaſtico conceſſa licet de facto ſemper perſeueret tamen natura ſua non eſt perpetua ſed ex voluntate Eccleſiæ deperdi poteſt. diſputatione. 243. num.18.
6 Poteſtas, benedictio, aut cõſecratio ex iure Diuino collata natura ſua eſt perpetua nec poteſt vlla ratione deperdi ibidem n.21.
7 Poteſtas abſoluendi à peccatis reipſa non recipitur niſi prius recipiatur poteſtas cõſecrandi corpus Chriſti ibidem num.24.
8 Poteſtas collata in quouis ordine, confertur ab ordinante vt ab inſtrumento Dei ibidem num.83
9 Poteſtas abſoluendi non fuit in cœna Apoſtolis collata ſimul cum poteſtate conſecrandi ſed poſt Reſurrectionem diſp.239. num.24.
10 Poteſtas quę eſſet Sacramentum non fuit collata per ordinationem ſacerdotibus antiquę legis. ibidem num.34.
11 Quare in traditione poteſtatis abſoluendi non vtatur Epiſcopus inſufflatione qua vſus eſt Chriſtus. ibidem num.35.
12 Poteſtas remittendi peccata ſacerdotibus propria & proxime conuenit, ibidem. num.40.
13 Poteſtas dimittendi peccata per Baptiſmum etiã laicis competit per confeſſionem vero & Vnctionem ſolis ſacerdotibus, ibidem num.42.
14 Poteſtas actiua abſoluendi à peccatis à ſolo Deo cõferri poteſt per ordinationis Sacramentũ, ibi. n.49
15 Poteſtas abſoluendi neceſſario præ requirit poteſtatem conſecrandi. ibidem num.54.
16 Poteſtas conſecrandi, & abſoluendi nihil aliud addit

dit ſupra characterem præter relationem deſtinationis Diuinæ ad hoc, aut illud miniſterium, ibidē num. 57.
17 Poteſtas integra per partes à ſacerdotibus accipitur non tamen character, ibidem num. 48.
18 Poteſtas abſoluendi non præmiſſa poteſtate conſecrandi neque rata eſt nec vera, diſput. 240. n. 54.
19 Cur Poteſtas conſecrandi, & abſoluendi eodē die conferatur, ſecus ſacerdotium, & Epiſcopatus, ibidem num. 56.

Præceptum.

1 Tranſgreſſio duplicis præcepti Diuini & humani ob eandem rationem motiuam latū nō eſt duplex peccatum. diſp. 207. num. 6.
2 Præceptum eſt & ab initio Eccleſiæ fuit præmittendi confeſſionem Sacramentalem peccati commiſſi. diſp. 207. num. 22. 24. & ſequentibus.
3 Præceptum hoc eſt Diuinum a Chriſto in ipſa Sacramenti inſtitutione latum, ibidem num. 40. & ſequentibus.
4 Vbi nullum eſt præceptum, nullum peccatum eſſe poteſt. ibidem num. 33.
5 Præceptum præmittendi confeſſionem Euchariſtiæ eſt Diuinum poſitiuum, ibidem num. 40.
6 Huius præcepti obligatio ob aliquam cauſam interdum ceſſat. diſp. 208. num. 1.
7 Strictius obligat præceptum annuæ confeſſionis, quam præceptum confitendi integre. ibidem n. 5.
8 Præceptum præmittendi confeſſionem ad Euchariſtiam ſtrictius obligat quam præceptum integrè confitendi, ibidem num. 6.
9 Præceptum annuæ confeſſionis obligat, vt quotannis à ſacerdote de noſtris peccatis iudicemur eo modo quo ſine aliquo damno fieri poteſt. ibidem.
10 Præceptum præmittendi confeſſionem Euchariſtiæ obligat vt prius à ſacerdote proueamur eo modo quo abſque damno fieri poteſt ibidem.
11 Præceptum ieiunij ad ſumendam Euchariſtiam humanum tantum eſt, ibidem num. 13.
12 Præceptum aliquando traditum verbo ſolum ſimplici imperatiui, ibidem num. 19.
13 Præceptum Eccleſiaſticum poteſt modificari obligatione Diuini confitendi peccata determinando tempus, ibidem. num. 17.
14 Præceptū humanum imponi poteſt de confeſſione Sacramentali licet non quoad peccata interiora num. 18.
15 Præceptum confeſſionis ante Euchariſtiam non eſt per ſe, & affirmās, ſed ratione communionis, & negatiuum, ibidem, num. 24.
16 Præceptum contritionis ad dignam adminiſtrationem & ſuſceptionem Sacramenti non eſt per ſe, & affirmatiuū, ſed ratione alterius & negatiuū ibidem.
17 Præceptum confitendi quam primum poſsit cum ſacerdos non præmiſſa confeſſione celebrauit intelligitur etiam de peccatis internis. ibidem numero 26 29.
18 Hoc præceptum non eſt omnino Eccleſiaſticū quoad ſubſtantiā, ſed quoad determinationē tēporis, ibidem.
19 Præceptum digne adminiſtrandi Sacramentum ceſſat ex aliqua rationabili cauſa quia ſolum obligat circa illam materiam ſub aliquibus circunſtantijs. diſp. 209. num. 5.
20 Hoc præceptum eſt ſimpliciter negatiuum ibidē num. 6.
21 Præceptum non furandi, & non occidendi ſimpliciter eſt negatiuum, ſed ſub quibuſdam circunſtantijs ibidem num. 7.
22 Contra præceptum affirmatiuum ſola omiſſione peccatur. ibidem.
23 Præcepta negatiua obligant ſemper & pro ſemper ſcilicet circa materiam cum debitis circunſtantijs ibidem num. 22.
23 Magis prohibitum eſt publico peccatori Euchariſtiam miniſtrare, quam Miſſam illius audire ibidem num. 11.
25 Præceptum iuſtitiæ non infamandi proximū magis obligat quam præceptum religionis digne adminiſtrandi Euchariſtiam eadem diſput. 209. numer. 20. & ſequentibus 38. & 39.
26 In occurſu duorum præceptorum quando nulla deeſt circūſtantia pro obligatione cuiuſque eligi debet tranſgreſſio illius quod eſt contra minorem virtutem. ibidem n. 24.
27 Præceptum non adminiſtrandi indigno non obligat quando inſtat præceptum non infamandi proximum. ibidem & num. 38. & 39.
28 Nullum genus præcepti propter vnū ſcandalum præmitti debet. diſp. 208. n. 14. per errore 41. &. diſp 209. num. 27.
29 Non eſt peculiare præceptum non occidendi fratrem ſpiritualiter neque ipſe huius rei ſpeciale præceptum habet. diſp. illa 209. num. 38.
36 Vtrumque illud ſequitur ex præcepto non operandi contra hanc, aut illam virtutem. ibidem.
31 Præceptum peculiare miſericordiæ aut iuſtitiæ nobis incumbit tuendi vitam corporalem, & non dāi occaſionem amittendi eam ibidem.
32 Præceptum non præbendi occaſionem alteri amittendi conceſo etiam proprio enſe v. g. fortius obligat, quam præceptum non infamandi. ibidem.
33 Præceptum non infamandi fratrem in adminiſtratione Sacramenti non occurrit cum præcepto tuendi vitam ſpiritualem, ſed cum præcepto non miniſtrandi indigne ob reuerentiam. ibidem. num. 39.
34 Præceptum ſumendi Euchariſtiam à ieiunis ab Eccleſia traditum eſt à tempore Apoſtolorū & à Patribus receptum. diſput 211 n 2. vſque ad 11.
35 Materia præcepti non ſumendi Euchariſtiam poſt ſumptionem cibi aut potus non eſt cibus aut potus ſed Euchariſtiæ perceptio, ibidem num. 20.
36 Præceptum communicandi in articulo mortis maioris obligationis eſt vt pote Diuinum quam præceptum Eccleſiaſticum non ſumendi Euchariſtiam poſt ſumptionem cibi ibidem num. 35. & 46. & diſput. 214. num. 14.
37 Præceptum ſumendi Euchariſtiam pro viatico in articulo mortis ſemel tantum obligat etiam ſi deinde peccatum committatur. diſput. illa 211. numero 39.
38 Hoc præceptum & obligatio reciproca eſt in ægroto, vt recipiat, & in ſacerdote vt miniſtret Sacramentum ibidem num. 40.
39 Præceptum humanum Eccleſiaſticum ita deſinere poteſt in caſu ſingulari, vt per Epijkiam corrigendum ſit. ibidem num. 42.
40 Nequit dici præceptum Eccleſiaſticum præmittendi ieiunium ad Euchariſtiā corrigendum eſſe per Epijkiam in caſu in quo ægrotus ex ſola deuotione communicare vult ibidem.
41 Hoc præceptum obligare potuit in dicto caſu quāuis non in caſu extremæ neceſsitatis, ibidem numer. 43.
42 Exceptio ſingularis a verbis generalibus præcepti quando potuit præcepto comprehēdi fieri nequit niſi euidens ſit in eo caſu ceſſare rationem

præ-

præcepti, ibidem.
43 Euidens non eſt præceptum de præmittendo ieiunio Euchariſtiæ, ceſſare quoties ægrotus ex deuotione vult communicare, ibidem.
44 Præceptum præmittendi ieiunium ad Euchariſtiam excipit caſum ſemel ſumendi illam in ægritudine pro viatico, & quiſque cũ excipere per Epij Kiam poſſet eadem diſp. 214, num. 46.
45 Præceptum ieiunij ad Euchariſtiam in occurſu precepti integritatis ſacrificij non obligat, ibidem numer. 48.
46 Præceptum integritatis ſacrificij Diuinum eſt & licet ſolum eſſet Eccleſiaſticum maioris eſſet virtutis, quam præceptum ieiunij ibidem.
47 Præceptum conſumptionis Sacramenti & ſacrificij eſt diuinum & licet eſſet Eccleſiaſticum maioris eſſet virtutis, quam præceptum ieiunij ibidem
48 Præceptum præmittendi ieiunium Euchariſtiæ ſolũ obligat pro ſingulis actionibus diuerſis conſumendi Sacramentum non pro ſingulis particulis conſumendis, ibidem num. 59.
49 Præceptum Euchariſtiæ ſumendæ Diuinum eſt. diſput. 213. num. 2. & ſeq.
40. Præceptum ieiunij Quadrageſimalis, licet Eccleſiaſticum nequit ab Eccleſia ſine incommodo abrogari, ibidem num. 5.
51 Præceptum Euchariſtiæ Diuinum eſſe ex Scriptura colligitur, ibidem num. 6. & ſeq.
52 Non cadit ſub præceptum commemoratio paſſionis Chriſti in ſumptione ipſius nec expreſſa huius intentio, ibidem num. 11.
53 Præceptum memorandi paſſionem Chriſti ſolum eſt de ipſa ſumptione, ibidem num. 12.
54 Præceptum confeſſionis non colligitur tantum ex eo quod Chriſtus præcepit ſacerdotibus vt abſolueren ſed ex eo quod etiã facultatem retinẽdi peccato commiſit, ibidem num. 13.
55 Præceptum ſuſcipiendi Baptiſmum non colligeretur ex eo quod Chriſtus præceperit Apoſtolis vt baptizarent niſi accederet illud Ioannis 3. *Niſi quis renatus &c.* ibidem.
56 Præceptum commemorationis paſſionis Chriſti in ſumptione Euchariſtiæ eſt pro omnibus fidelibus ibidem num. 15.
57 Si pro articulo mortis præceptum eſt ſumendi Euchariſtiam vel conſuetudo habens vim præcepti peccatum mortale erit omiſsio ex ſola negligentia. diſp. 214. num. 4. & 5.
58 Præceptum de re magni momenti non poteſt non ad mortale obligare, ibidem.
59 præceptum ſi rei magni momenti voluntarie ex negligentia violetur, ſiue omiſsione, ſiue cõmiſsione mortale erit, ibidem,
60 Præceptum deſumenda Euchariſtia in articulo mortis nequit ſine temeritate negari, ibidem numer. 6.
61 Præceptum ſumendi Euchariſtiam in articulo mortis Diuinum eſt num. 8. & ſeq
62 Præceptum Diuinum de Euchariſtia eſt affirmatiuum num. 10.
63 Nullum tempus pro obſeruatione præcepti Euchariſtiæ commodius aſsignari poſt quã articulus mortis, ibidem
64 Nequit probari præceptum eſſe Diuinum ex antiquitate & immutabilitate illius, ibidem.
65 Præceptum Euchariſtiæ in articulo mortis homines etiam iuſtos & confeſſos comprehendit eadẽ. diſp 214. num. 12.
66 Præceptum Sacramenti Pœnitentiæ in articulo mortis vel ſolum obligat exiſtentes in morali vel nondum a mortalibus abſolutos a ſacerdote ibid.
67 Præceptum Euchariſtiæ in articulo mortis inchoata iam ægritudine incipit obligare & ſolum intra illud tempus impletur, ibidem num. 14.
68 Si hoc præceptum impleretur ante articulum mortis quolibet die ante illum impleretur ibidem.
69 Nunquam præceptum impletur ante tempus obligationis, ibidem num. 15. & 16.
70 Vt præceptum ad impleatur attendendum eſt nõ ad intentionem implendi ſed ad ſubſtantiam operis præcepti, & tempus obligationis, ibidem.
71 Qui ſemel in ægritudine Euchariſtiam pro viatico ſumpſit iam amplius in eo præcepto non obligatur, ibidem num. 18.
72 Præceptum Pœnitentiæ iterum obligat eum qui in articulo mortis poſt illius ſuſceptionem gratiam remiſit, ibidem.
73 Præceptum Euchariſtiæ in articulo mortis nec determinari nec commutari ab Eccleſia poteſt eadẽ diſp. 214. num. 19.
74 Præceptum Euchariſtiæ extra articulum mortis ab Eccleſia determinandum Chriſtus reliquit, ibidem num. 22. & 22.
75 Si præceptum Euchariſtiæ & Pœnitentiæ ab Eccleſia non determinaretur non poſſet tempus aſsignari in quo arbitrio prudentis præceptum affirmatiuũ obligaret extra articulum mortis, ibidem.
76 Præceptum fuit fidelibus initio naſcentis Eccleſiæ quotidie communicandi, ibidem n. 21.
77 Præceptum poſtea fuit communicandi ter ſaltem, in anno ibidem num. 24. in fine.
78 Hoc præceptum modo determinatum eſt ad tempus feſtius Paſchatis ibidem num. 26.
79 Peculiare præceptum frequentius communicandi, poteſt eſſe pro religioſis iuxta quod vnuſquiſque tenebitur, ibidem num. 27
80 Præceptum latum pro ſacerdotibus non communicandi bis eodem die pro laicis etiam intelligitur, ibidem num. 30.
81 Hoc præceptum eſt Eccleſiaſticum & aliquando ſacerdotem non obligat aliquando etiam nec laicum, ibidem.
82 Præceptum ſumendi Euchariſtiam omnes infideles obligat ita vt prius debeant baptizari, ibidem. numer. 31.
83 Huic præcepto affirmatiuo ſatisfaciet baptizatus Euchariſtiam in mortali recipiens.
84 Præceptum ſumendi Euchariſtiam plane obligat omnes adultos baptizatos ſanæ mentis, ibidem numer. 32.
85 Hoc præceptum obligat Energumenos ibidem.
86 Præceptum Euchariſtiæ obligat a mentes non a natiuitate vtiliam recipiant cum ſunt ſanæ mentis vel pro tempore obligationis illam petant, ibidem num. 33.
87 Præceptum ſumendi Euchariſtiam non obligat paruulos, ibidem. n. 35.
88 Præceptum ijs ſolum imponi poteſt quin pleno rationis vſu vruntur, ibidem.
89 Ad præcepti confeſsionis obligationem ſat eſt ſiquis diſcernat inter bonum, & malum, & ſciat aliquid eſſe peccatum, ibidem num. 40,
90 Vt præceptum Euchariſtiæ obliget requiritur diſcretio inter panem communem & cœleſtem & inter effectus, & præparationem vtriuſque ibidem.
91 Præceptum ſumendi Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie totí Eccleſiæ impoſitum eſt & per ſingulos nõ impletur ſatis eadem diſput. 213. num. 53 & 59.
92 Quædam omnibus communiter in Scriptura præcipiuntur quædam vero ſingulis ibidem.

93 Id quod permittitur Diuino iure, aut naturali prohiberi potest præcepto humano licet non id, quod præcipitur. disp. 219 num. 9.
94 Præceptum sumendi Eucharistiam non obligat ægrotum nisi cum commode suscipere potest ibidē numer. 16.
95 Præcepto annuæ communionis satisfieri potest quocumque die ex quindecim ambientibus Paschа, ibidem num. 38. & 39.
96 Non satisfacerent laici huic præcepto accepta Eucharistia eo tempore de manu religiosi etiā in absentia proprij sacerdotis, ibidem num. 43.
97 Præceptum communionis ita dicto tempore obligat vt illo etiam elapso impleri debeat cum fuerit oportunitas, ibidem.
98 Præceptum consecrandi sub vtraque specie Diuinum est. disd. 223. num. 15. & sequentibus.
99 Nullum præceptum humanum omitti, aut transgredi potest ob vitandum scandalum etiam ex ignorantia, & infirmitate, quod dicitur pusillorum, ibidem num. 19.
100 Præceptum confitendi vide, *Confessio* num. 19. & sequentibus. In sacerdote, vide *Sacerdos* num. 29. & sequentibus.
101 Præceptum communionis quo tempore obliget pueros vide, *Pueri* num. 1. & seq.

Prædicamentum.

1 Prædicamentum vbi, situs, & habitus minus perfecta sunt nec speciebus gaudent saltem subalternis disp. 190. num. 49.

Prædicatio.

1 Prædicatio vide *Enunciatio*.

Prædicatum.

1 Prædicatum superius significatum per modum totius non coniungitur cum pronomine meum disp. 186. num. 9.
2 Omnia prædicata substantialia de Christo in Eucharistia vere enunciantur. disp. 193. num. 1.
3 Potest prædicatum de aliquo proprie enuntiari, cui solum extrinsece & secundarie conuenit licet alteri intrinsece conueniat, ibidem num. 9.
4 Quomodo enuncientur de Christo prædicata accidentalia vide. *Christo* num. 42. & sequentibus & *Enuntiatio* num. 13. & seq.

Prælatus.

1 Prælati nomine cuius facultas ad recipiendos, & ministrandos ordines ab alieno Episcopo requiritur intelligi debet Episcopus in cuius diœcesi est oriundus vel habet Ecclesiasticū beneficium vel domicilium disp. 243. num. 55.
2 Prælati nomine intelliguntur etiam præpositi religionum ex priuilegio sedis Apostolicæ, ibidem num. 36.
3 Prælati nomine etiam intelligitur Vicarius officialis Episcopi si Episcopus longe absit. ibidem n. 58.
4 Nomine prælati intelligitur etiam capitulum in sede vacanti, ibidem.

Præparatio.

1 Præparatio ciborum non erat opus seruile apud Iudæos disp. 172. num. 44.
2 Præparatio ciborum in die præcedente festum seu Parasceue solum erat ante Sabbathum ibi.

Præpositio.

1 Præpositiones Ex, & De aliquando solum ordinem terminorum significant aliquando subiectum cōmune vtrique termino. disp. 181. num. 254.
2 Præpositio De, frequentius significat subiectum cōmune, & Ex frequentius ordinem terminorum, ibi.

Præsens.

1 Præsens communiter accipitur non pro solo instanti sed etiam pro tempore paulo ante præterito, aut Paulo post futuro disp. 202. n. 5. & 6.

Præsentia.

1 Eadem est ratio de præsentia corporis Christi sub speciebus, & de præsentia sanguinis. disp. 179. n. 1.
2 Præsentiam veram Christi in Eucharistia ex diuerso capite negant hæretici ibidem num. 2.
3 Vera, & realis præsentia Christi in Eucharistia fide creditur. ibidem. num. 17. & seq.
4 Hæc præsentia definitur in pluribus Concilijs, ibi vsque ad num. 25.
5 Veritas præsentiæ Christi est vnus ex articulis fidei quem etiam rudes scire debent nō ratione solius speculationis sed ratione alicuius operis. ibidem num. 26. & 26.
6 Hæc realis Christi præsentia a Patribus per omnes ætates fuit semper recepta, & tradita, ibidem num. 28. 29. 30. 31. & 32.
7 Non de eadem præsentia & pane loquitur Christus toto cap. 6. Ioann. ibidem num. 41.
8 Præsentia Sacramentalis Christi ex 6. Ioan. efficaciter cōtra hæreticos suadetur, ibidem n. 64. & 65
9 Eadem præsentia ex institutione certo stabilitur, ibi num. 75. & 76.
10 Non fit conuersio in solam præsentiam corporis & sanguinis Christi. disp. 181. num. 137.
11 Sola præsentia corporis & sanguinis Christi nulla ratione sufficeret ad destruendum panem & vinū ibidem. vide. *Conuersio* num. 14.
12 Præsentia necessario requisita est ad transsubstantiationem sed non pertinet directe ad terminum formalem conuersione, ibidem num. 138.
13 Aliquid potest fieri naturaliter præsens vbi antea non erat præter creationem solum mutatione locali vel conuersione. disp. 182. num. 19 & 20.
14 Præsentia corporis Christi non est modus substantiæ qui per eandem actionem modificatam produci debeat, ibidem num. 30.
15 Præsentia per se produci potest, ibi & n. 22.
19 Præsentia non producitur primarie nec secundarie per creationem rei corporeæ vel illius consecrationem ibidem num. 31.
27 Præsentia Christi non conuersione, sed mutatione accidentali requisita ad transsubstantiationē producitur, ibidem n. 33. & 34.
18 Præsentia Christi in Eucharistia producitur mutatione accidentali terminata ad nouum modum, existendi seruato priori loco, ibidem. num 34.
19 Præsentia circumscriptiua, & definitiua bene negatur à Durando corpori Christi. disp. 187. num. 8.
20 Præsentia Sacramentalis secundum se, non habet respectum distantiæ, & immobilitatis, sed rationē specierum ibidem num. 9. vide. *Christi existen. ca.*
21 Præsentia Angeli, & corporis Christi in quantitate vel modus vnionis in se indiuisibilis est sed dicit ordinem ad quantitatem continuam. disputatione 188. num. 29.
22 Vt Angelus & Christus sint præsentes omnibus partibus quantitatis continuis non requiritur, vt sint præsentes indiuisibilibus, ibidem.
23 Eadem est præsentia quantitatis substantiæ & aliorum accidentium. disp. 189. num. 29. & seq. & disput 109. n. 20. & 24. & disp. 192. n. 28.
24 Præsētia obiecti pro sensibus externis requiritur vt conseruet

conſeruet ſpecies. diſp. 192. num. 50.
25 Præſentia ſubſtantiæ panis, & vini vide, *Subſtantia*
26 Præſentia creationis vide *Creatio* num. 4. & 5.
27 Præſentia generationis vide, *Generatio*, num. 1.

Presbyter.

1 Presbyter quid proprie, quid fere ſemper in ſacris literis ſignificet. diſp. 236 num. 96.
2 Presbyterum & Epiſcopum idem eſſe variis locis contendit Hieronymus licet aliquando presbyterum pro ſacerdote ſumat, ibidem num. 98. & 99.
3 Quare Epiſcopi presbyteri ſint nuncupati. ibi.
4 Presbyter nomen eſt ætatis Epiſcopus dignitatis, ibidem num. 99. & 100.
5 Vſu Eccleſiaſtco presbyteri ſacerdotes non Epiſcopi vocãtur ibidem num. 111.
6 Presbyteri omnes, & diaconi à tempore Apoſtolorum per multos annos ad Concilia vocabãtur, & ſummum Pontificem eligebant. diſp. 242. num. 23.
7 Presbiteri coniugati in Eccleſia Latina debebant cum vxoribus votum caſtitatis emittere, in Eccleſia vero Græca licebat illis cum vxoribus vitã degere. diſp. 245. num. 50.
8 Presbyter ne ordinaretur ante 30. ætatis annum aliqua Concilia, & Iuſtinianus imperator decreuerunt. diſp. 246. num. 31.
9 Ad presbyteratum quiſque promoueri poteſt 25. ætatis anno ex ſtatuto Clementis V. ibidem n. 41.
10 Presbyterum ante 25. ætatis annum ordinari non poſſe, etiam pro regularibus Concilium Tridentinum decreuit. ibidem n. 42.

Princeps.

1 Princeps debet ſi poteſt impedire ne Hæreticus in Paſtorem multitudis eligatur. diſp. 244. n. 48.
2 Princeps debet curare, vt Paſtor falſam doctrinam tradens deponatur, vel emendetur modo eius depoſitionem & emendationem capiti totius Eccleſiæ relinquat, ibidem.

Principium.

† 1 Cum principium habet ſufficientem efficacitatem ad omnem rationem in effectu producendam ſuſtra additur aliud principium, vel cauſa. diſput. 195 numer. 4.

Priores.

1 Priores Sancti Iacobi, & Sancti Ioannis in Hiſpania literas dimiſſorias ſæcularibus clericis concedere conſuetudine retinuere. diſp. 243. num. 52.
2 Priores ijdem intra ſuos prioratus ſubditos ſæculares, & alienos cum dimiſſorijs aduenientes per Epiſcopos Titulares ordinant, ibidem.

Prioritas.

† 1 Prioritas & Ordo temporis non eſt ſufficiens cauſa ordinis ſecundum naturam. diſp. 281. n. 24.

Prius, & poſterius.

† 1 Idem poteſt eſſe prius & poſterius altero indiuerſo genere cauſa. diſp. 202. num. 13.
2 Nequit aſsignari duplex ordo prioris, & poſteriores inter efficiens, & obiectum. ibidem.

Probatio.

1 Probatio criminis. vide, *Purgatio*,

Productio.

† 1 Nõ poteſt eadẽ res duabus productionibus totalibus produci vel conſeruari diſp. 128. n. 24.
2 Vide *Conſeruatio*. num. & 8.
† 3 Non poteſt eadem res per eandem actionem produci vel conſeruari, & præſentiam accipere, ibidẽ num. 25.
4 Exvi productionis non conſtituitur corpus Chriſti in Euchariſtia ſed ex vi alterius actionis, ibidem.
5 Productio rei non terminatur, etiam ſecundarie ad præſentiam. ibidem numero 30. & 31.
† 6 Prius producitur ſubſtantia, & prius corrumpitur, quam accidentia. diſp. 183. num. 22.
† 7 Id quod totum ſimul producitur non poteſt non incipere per primum ſui eſſe & reſpondere primo alicui inſtanti noſtri temporis. diſp. 203. num. 16.
8 Productio termini, quo modo ad conuerſionem pertineat, vide *Conuerſio*, num. 5. 6. & 8.

Prohibitio.

1 Prohibitio vide *Præceptum*.

Prolatio.

1 Prolatio Syllabę formæ conſecrationis, cum longius protrahitur, tota, & qualibet pars illius eſſentialis eſt. & ad effectum concurrit, diſp. 158. n. 38.
2 Nulla eſt, tam parua prolatio, qua minor eſſe nequeat. ibidem.
3 Prolatio verborum, vide *Verborum prolatio*.

Promiſsio.

1 Promiſsio nequit obligare, niſi fiat ex propria voluntate expreſſa, aut interpretatiua. diſ. 246. n. 26.

Pronomen.

† 1 Pronomina demonſtratiua nequeũt ſubſtantiam demonſtrare, niſi ratione accidentis ſenſibilis intrinſeci. diſp. 184. num. 12.
2 Aliis pronominibus potuiſſet Deus inſtituere verba conſecrationis, quibus nunc, nec licite, nec valide vti poſſumus. ibidem nu. 16. & 22.
3 Per pronomina nequit ſub accidentibus vnius Angeli alius demonſtrari etiam ad intellectum. ibidem num. 21.
4 Pronomen *Meus*, in verbis conſecrationis non refert ſuppoſitum, ſed naturã, cuius dicitur eſſe ſanguis, & corpus. diſp. 185. num. 14. & 15.
5 Ex vi pronominis, non eſt humanitas cum anima in hoc Sacramento. ibi.
6 Si pronomen referret ſuppoſitum, ex vi verborum eſſet in Euchariſtia ſuppoſitum Diuinum. ibidem num. 15.
7 Si pronomen illud connotaret idem ſequeretur, ibidem numr. 16.
8 Pronomen, *Meum*, dici non poteſt deprædicato ſuperiori ſignificatum permodum totius, & ſpeciei ſubalternæ ſed de eoquod eſt vel dicitur per modum partis. diſp. 185
9 Pronomen, *Meum*, determinat corpus, vt ſignificet corpus humanum ſingulare humanitatis Chriſti. ibidem num. 38.
10 Pronomen, *Meum*, in verbis conſecrationis proferri debet à ſacerdote vt nomine Chriſti formã proferat, & effectum habeat. diſp. 159. num. 31.
11 Si pronomen, *Hoc*, mutaretur in aduerbium loci *Hic*, non fieret conſecratio, ibidem.
12 Si pronomen, *Hoc*, mutaretur in *Hic*, & è contrario commiſſo ſolum ſolecyſmo fieret conſecratio ſicut modo. ibidem.
13 Pronomen, *Hoc*, cum verbo, *Eſt*, demonſtrat ſubſtãtiam propriam accidentium ſi adeſt & non aliam ibidem n. 35. diſp. 216. n. 48.
14 Pronomen. *Hoc*, cum alio verbo quancumque aliam ſubſtantiam demonſtrare poteſt n. illo 35.
15 Pronomen, *Hoc*, & *Hic*, in verbis conſecrationis nõ acciden

accidentia, ſed ſuſtantiam demonſtrant diſp. 201. num. 3.
16 Hæc pronomina nequeunt ſubſtantiam panis. & vini vere demonſtrare, ibidem.
17 Si pronomen *Hoc*, ſolum demoſtraret panem vt ſignũ corporis Chriſti fieret ſignificatio verborum ſine cõuerſione, & veritate corporis Chriſti, ibidẽ I. num. 6.
18 Dificile eſt licet valde probabile pronomen, *Hoc* ſignificare ante finem prolationis verborum, contentum ſub ſpeciebus vage, ibidem n. 13.
19 Pronomen, *Hoc*, adiectiue ſumptum demonſtrare indiuiduum determinatum in fine prolationis nẽpe corpus Chriſti, ibidem.
20 Pronomen, *Hoc*, ſubſtantiue ſumptum nequit demonſtrare vere contemptum ſub ſpeciebus ſimul atque profertur, ibidem & n. 14.
21 Si pronomen *Hoc*, ſumatur ſubſtantiue ſignificare debet hoc contemptum ſub ſpeciebus determinatum eadem diſp. 201. num. 13. & 15
22 Nequeunt pronomina ſubſtantiam ſub ſpeciebus vage demonſtrare, ibidem num. 15. & 39.
23 Pronomen *Hoc*, nequit indiuiduum vagè demonſtrare, ibidem num. 16.
24 Licet hoc pronomen ſpecies in obliquo demonſtret aliud debet in recto demonſtrare eodem num. & ſequentibus.
25 Pronomen non alio modo ſignificat in principio prolationis & in fine. ibidem num. 19. 20.
26 Pronomen *Hoc*, non demoſtrat toto tempore prolationis ſubſtantiam panis ſecundum ſe, & in fine eandem vt conuerſam in corpus Chriſti, ibi. n. 21.
27 Pronomen *Hoc*, ſubſtantiue acceptum male explicatur ab aliquibus, ibidem n. 23. 24. & 25.
28 Pronomen, *Hoc*, non connotat expreſſe panem cõuertendum, nec id in quod panis conuertendus eſt, ſub hac ratione demoſtrat, ſed ſimplicitertantum corpus ipſum, ibidem num. 25.
29 Probabiliſsimum eſt pronomẽ *Hoc*, ſignificare ſubſtantiam indiuiduam, quæ eſt in fine prolationis, ibidem num. 26. 27. & 28.
30 Pronomen *Hoc*, & *Hic*, id ſolum demõſtrant quod eſt in fine prolationis, ibidem num. 29. & ſequentibus & 45.
31 Hæc pronomina ponuntur adiectiue, & nihil aliud ex parte ſubiecti ſub illis intelligitur, ſed pronomen tantum eſt, pro ſubiecto propoſitionis eodẽ num. & ſequentibus.
32 Pronomen vt ponatur ſubſtantiue ſẽper debet eſſe in neutro genere ſi vero adiectiue, debet conuenire cum prædicato in genere numero & caſu eadẽ. diſp. 201. num. 31.
33 Pronomen, *Hic*, ſemper ponitur adiectiue, & cum prædicato in genere numero, & caſu conuenit, ibi.
34 Pronomen *Hoc*, & *Hic* in forma conſecrationis cõueniunt in quauis lingua cum prædicato in genero numero, & caſu, ibidem num. 31. 32. 33. & 36.
35 Sub pronomine *Hic*, nequit potus aut liquor, vel aliud quid ex parte ſubiecti intelligi, ſed prædicatũ proxime demonſtratur, ibidem num. 34.
36 Pronomen *Hic*, nunquam ponitur ſubſtantiue loco pronominis *Hoc*, licet poſsit poni adiectiue, ibidem num. 37. 38. & 39.
37 Si pronomina dicta ſubſtantiue ſumuntur facilius per illa oſtenderetur panis, & vinum quam corpus, & ſanguis quod fabet hæreticis ibidem num. 40.
38 Prædicta pronomina in vulgari modo loquendi adiectiue ſumuntur eadem. diſp. 201. num. 41.
39 Licet pronomina hæc proxime demonſtrent prædicatum non ſit propoſitio identica nec tautologia, ibidem num. 46. & 47.
40 Per pronomen *Hoc*, adiectiue ſumptum poteſt non ſubſtantia, ſed etiam accidens demonſtrari, ibidẽ num. 48.
41 Pronomen *Hoc* etiam adiectiue ſumptum non poteſt per accidentia panis demonſtrare corpus Chriſti ſi propria ſubſtantia accidentium ibi maneat. ibidem.
42 Si pronomen *Hoc* poneretur ſubſtantiue in forma calicis fieret conſecratio ſub illo tamen intelligeretur in fine prolationis contentum ſub ſpeciebus ſecundum rationem ſubſtantiæ in vniuerſum. ibidem num. 49.
43 Hic ſenſus pronominis minus aptus eſſet licet verus vnde illum in verbis Chriſti non admittimus, ibidem num. 50.

Proportio.

1 Res quæ habent proportionem cum ſignificatis ſacrificij, poſſunt pro ſacrificio inſtitui. diſput. 222. num. 9.

Propoſitio.

1 Propoſitio vide, *Enuntiatio*.

Proprietas.

1 Proprietates naturæ Diuinæ, non communicãtur naturæ humanæ Chriſti in abſtracto ex vinione, vt falſo docent hæretici. diſp. 180. n. 74. 75. & 76.
2 Inter proprietates naturæ Diuinæ, & humanæ nõ bene aſsignari diſcrimen oſtenditur, ibi. n. 7. & 98.

Pſalmiſtatus.

1 Pſalmiſtatus à ſecunda tonſura differt. diſp. 236. numer. 12.
2 Pſalmiſtatum non eſſe ordinem ex Concilio Carthaginenſe 4. colligitur, ibidem num. 14.
3 Cantores olim in Eccleſiaſtico gradu fuere conſtituti, & non niſi ab Epiſcopo poterant eligi. diſp. 237. num. 18.
4 Pſalmi pronunciatores, & lectores olim etiam cathecumeni creabantur, ibidem num. 22.
5 Pſalmi cantores, & foſſarij nunc ordinem Eccleſiaſticum non habent, ibidem num. 28.

Pueri.

1 Nullum eſt pro pueris certum tempus ſtatutum à iure pro hoc aut illo præcepto Eccleſiaſtico quoad obligationem culpæ. diſp. 214. num. 37.
3 Non eſt eadem obligatio pœnæ pro pueris, & pro adultis. ibidem.
3 Prius aduenit pueris tempus obligationis præcepti confeſsionis, quam communionis, ibidem n. 40.
4 Pueri excuſantur à præcepto communicandi cum abijs quorum curæ ſunt non ſinuntur communicare, ibidem num. 41.
5 Pueri obligantur præcepto annuę cõmunionis quo tempore adeſt ſufficiens rationis vſus ad Euchariſtiam, ibidem num. 40.
6 Idem dicendum eſt de pueris in mortis articulo, ibidem num. 41.
7 Pueris carentibus ſufficienti vſu rationis nequit Euchariſtia miniſtrari, etiam in articulo mortis ibidem num. 43.

Purgatio.

1 Purgatio criminis ſolita fuit per aquam feruentẽ & ferrum candens fieri. diſp. 210. num. 6.
2 Si ſuſpectus de crimine ex ijs purgationibus illæſus prodibat innocens cenſebatur ſecus ſi aliquid inde pateretur, ibidem.
3 Hæ purgationes delicti abrogatæ ſunt quia in eis tenta-

tentaretur Deus. ibidem

4 Purgatio criminis per aquam frigidam fieri consueuit, & abrogata est vt peregrina, ibi. n. 6. 7. 8. & 9.

5 Purgatio criminis per Eucharistiam non est instituta à Concil. Vvormatiensi, ita vt postularetur à Deo signum manifestum, ibidem n. 10.

6 Poterat quis sumere Eucharistiam ad purgationē sine eo quod Deum tentaret, ibidem.

7 Purgatio suspitionis de crimine instituta in Vvormatiensi licita erat, ibidem n. 13. & sequentibus.

8 Purgatio illa non est licita sed consuetudine contraria abrogata vt peregrina. ibi, & num. 16. & 17.

9 Purgatio per Eucharistiam fieri potuit licite per modum iuramenti sine eo quod Deus tentaretur ibidem & num. 14.

10 Licet ad purgationem criminis sumeret quis Eucharistiam inuocās intrase potentiā Dei, vt signo sensibili damnaretur nisi innocens esset non tentaret Deum, ibidem.

11 Huiusmodi inuocatio ad purgationem est iuramētum quoddam execratorium. ibidem.

12 Purgans se de crimine per ferrum candens aut aquā feruidam sine causa fieret à Deo miraculum, ibidem num. 15.

13 Ad purgationem criminis inepsum & periculosum medium est præsumptum audire confessionem subditorum, ibidem num. 16.

14 Purgatio criminis per Eucharistiam illicita est, nō solum quia non est in cōsuetudine sed quia ex hoc peregrina censetur, ibidem. num. 17.

Punctum.

1 An in punctis existat Christus vide *Christi existentia*, num. 18. & seq.

Q.

Qualitas.

† 1 IN Quolibet mixto post quantitatem sunt necessario primæ omnium qualitates elementares disp. 194 num. 5.

† 2 Primæ qualitates sunt calor frigus humor, & siccitas. ibidem.

† 3 Cæteræ omnes qualitates etiam occultæ ex temperamento primarum oriuntur. ibidem num. 5.

† 4 Qualitates, seu virtutes occultæ in aliquibus rebus concedendæ sunt ibidem num. 7.

† 5 Non quælibet qualitas est sua quantitas, sed omnes extenduntur ratione quantitatis cui proxime inhærerent, ibidem num. 27. 28. & 29. vide. *Accidens.*

Quantitas.

† 1 Quomodo quælibet res requirat determinatam quantitatem ex mente S. nctī Tho. disp. 196. n. 38

2 Quantitas corporis, & sanguinis Christi quæ est in cœlo est in Eucharistia constituens corpus quātum & extensum modo tamen indiuisibili. disput. 187 n. 3. vsque ad 12.

3 Licet quantitas Corporis Christi esset cum substantia per comitantiam posset Deus efficere, vt esset tota sub tota quantitate panis penetrata, & pars in parte, ibidem num. 5.

4 Posset esse quantitas Christi sub speciebus per se & non cum modo quantitatis. ibidem.

† 5 Quantitas etiam apud nominales non est idem cum forma loci, ibidem num. 6.

6 Si quantitas a re quāta non distingueretur, nō posset esse substantia Christi, sine quantitate, & effectu formali illius. ibidem numerō 7.

7 Sine quantitate non potest esse corpus heterogeneum, & organicum cum sine illa materia nullam habeat instrumentorum distinctionem, ibid. n. 10.

8 Quantitas corporis Christi est in Eucharistia siue substantia ex se nullas habeat partes extensionis (quod verius est) siue secus, ibidem num. 11.

† 9 Quantitati essentia est extendere partes substantiæ secundum se sine ordine ad locum. ibidem n. 13 & disp. 194. num. 27.

† 10 Quantitatis proprietas est qua extensio partium proxime aptæ efficitur, vt loco contineri possit, æquari, &c. disp. illa 187. numer. 13.

† 11 quantitas Christi in Eucharistia habet essentialē extensionem. caret proprietate, ibidem.

† 12 Quantitatis proprietas distinguetur ex natura rei à quantitate sicut modus a re vnde sine illa esse nequit, ibidem num. 13.

† 13 Quantitas Christi est cum ipso in cœlo secundum essentiam, & modum quo catet in Eucharistia, ibidem.

† 14 Quantitatis modus non est relatio realis intrinseca nec extrinseca, ibidem num. 14.

† 15 Est modus absolutus habens vicem fundamenti relationis æqualitatis, continentiæ, aut mensurabilitatis. ibidem.

16 Si hic modus quantitatis esset relatio non posset deesse Christo in Eucharistia. ibidem.

17 Quantitas Christi in vniuersum est per se sub speciebus panis hæc vero, aut illa singulare, solum per concomitantiam. disp. 187. num. 19. & seq.

† 18 Nequit esse modus quantitatis in materia, quin hoc ipso sit quantitas ipsa. ibidem n. 7. & 20.

19 Quantitas sanguinis nullo modo ponitur ex vi verborum sub speciebus vini, ibidem. num. 21.

20 A quantitate corporis mortui, & viui potest abstrahi ratio communis vniuoca secundum quam ponatur sub speciebus panis, ibidem num. 23.

21 Sine quantitate nequit esse extensio in substantia neque diuersitas organorum. idem n. 26.

22 Quantitas, & alia accidentia quæ ad rationem organici corporis pertinent per se ponuntur sub speciebus panis, licet indirecte significentur. ibidem num. 28.

23 Si solum essent per concomitantiam non consequerentur necessario veritatem verborum, ibidem num. 29.

† 24 Non est diuersa extensio quantitatis, & aliarum quātitatum nec diuersum vbi. disp. 189. num. 29. & disp. 194. num. 28.

† 25 Quantitas, & alia accidentia per se mouerentur, & idem corpus pluribus motibus simul si quodlibet suam extensionem, & vbi haberet, ibidem n. 30.

† 26 Quantitas est extensio, aut diuisibilitas partium disp 190. num. 20.

† 27 Alia quantitatis difinitio ab aliquibus Recentioribus, quæ quantitati discretæ non conuenit, ibidem num. 11.

† 28 Quantitas discreta non haberet per se impenetrabilitatem ac proinde nec esset quantitas in opinione Recentiorum, ibidem num. 22.

† 29 Quantitas cum moueretur non mutat modum impenetrabilitatis, ibidem n. 23.

† 30 Vbi nec est passio quantitatis nec illi tribuit modū impenetrabilitatis ibi.

† 31 Immerito inqualibet re quanta tres extensiones consignantur, ibidem num. 25.

† 32 Quantitati sine extensione in ordine ad locū nullum vbi nec distantia potest conuenire, eadē disp 190. num. 26.

33 Quantitati cum extensione ad locum nequit communicari

municari modus indiuiſibiliter exiſtendi. ibidem num. 27.

† 34 Quantitas ad vnum tantum medium exiſtendi in loco inclinatur, & eadē perſeuerans ad tantum locum determinatur. ibi. nu. 25.

† 35 Ratione extenſionis quātitatis partes integrantes ſubſtantiæ diferunt, & diuiſibiles ſunt, ibidem num. 52.

† 36 Extenſionem quantitatis conſequitur diuiſibilitas vt propria paſsio. ibid.

† 37 Quantitas eſt ſenſibile commune quod modificatur intrinſece ſpeciem coloris, & ſimul cum eo repræſentatur. diſp. 191. nu. 17.

† 38 Extenſio quantitatis, nō eſt medium quo aliquid agit, aut patitur actione corporea, ſed cōditio neceſſariō requiſita ſicut approximatio. ibid. nu. 24. 25. 26. & 27. & diſp. 195. nu. 5.

39 Dum eadem numero quantitas manet licet cæteraaccidentia mutentur eadem manet ſubſtantia. diſp. 193. nu. 32.

40 Non poteſt manere quantitas eiuſdē menſurę in corruptione rei vel inmutatione aliorum accidē tium, quæ ſufficiet ad corruptionem ſubſtantiæ. ibi. num. 33.

† 41 Eade manente quātitate nequit res corrumpi. ibi.

† 42 Quantitas eſt ſubiectum proximum aliorum accidentium. diſp 194. nu. 5. 27. 28. & 29.

† 43 Quantitas ſpecierum per ſe ad modum ſubſtantię manet. ibi. nu. 11.

† 44 Quantitas conſeruatur in hoc Sacramēto ſupernaturaliter cum modo poſitiuo per ſe exiſtēdi ſimili modo ſubſtātiæ, & nō actioni Dei. ibi. n. 16. & ſequē tibus.

† 45 Prius habet quantitas negationē exiſtendi in alio quam modum exiſtendi per ſe. ibi. nu. 17.

† 46 Quantitas ſeparata alia actione conſeruatur ab ea qua conſeruabatur in ſubiecto, ibidem numero 18.

† 47 Quantitas habet modum per ſe à Deo ſupernaturaliter non ſuapte natura, eadem diſp. 194. num. 19. & 20.

† 48 Quantitas ſeparata ſupernaturali modo, & violento exiſtit non faciato appetitu proprio naturali. ibid. num. 21.

† 49 Sola quantitas cui vt ſubiecto reliqua accidentia ſeparata inhærent modum per ſe habet. ibi. num. 25. & ſequentibus.

† 50 Quantitas ex natura rei diſtinguitur à ſubſtantia & qualitatibus. ibi. nu. 27. & 28.

† 51 Quantitas Euchariſtiæ propria virtute ſuſtentat reliqua accidētia, vt proximum, & integrum ſubiectum, ſicut quando erat in ſubſtantia, ibi. nu. 34.

† 52 Quantitas nullam habet efficacitatem, & ſolum requiritur ad operationem aliorum accidentium vt ſubiectum, & vt conditio, diſput. 195. num. 3.

† 53 Ex quantitate nō poteſt ſubſtantia generari, nec ex illa, & forma ſubſtantiali compoſitum produci. ibi. nu. 18. & 31.

† 54 Quantitas Euchariſtiæ ſolum deſeruire poteſt, vt diſpoſitiones præuias alterius formę recipiat, ibi.

† 55 Si quantitas conuerteretur in materiam primam nouum miraculum interueniret, ibidem nu. 24.

† 56 Hæc quantitatis conuerſio fieret, vt myſterium Euchariſtiæ lateret. ibidem.

† 57 Quantitas non conuertitur in materiam primam licet hæc illi ſuccedat. ibi. nu. 25. & 26.

† 58 Licet quantitas in materiam primam conuertetur tamen non poſſet dici ab agente naturali vera generatione formam introduci virtute præcedentium diſpoſitionum. ibi.

† 59 Quantitatis, & ſpecierum deſitio, non poteſt dici conuerſio. ibi. nu. 27.

† 60 Quantitas ſeparata nequit deſtrui ab agenti creato, vtpote non habens contrarium. ibi. nu. 30.

† 61 Quātitas ſi prout eſt in Sacramento deſineret, vere annihilaretur. ibi.

62 Quantitas ſpecierum cū alijs diſpoſitionibus non cōmunicatur materiæ de nouo creatę, ſed corruptis ſpeciebus ipſa quoque corrumpitur. ibi. n. 32.

63 Quantitas vnius materię nequit alteri communicari. ibi.

64 Quantitas materiæ conſecrationis, vide *materia conſecrationis*. num. 1. 2. & 3.

Quartadecimani.

1 Quartadecimani hæretici, neceſſario putabant Lunā decimaquartā Paſcha eſſe celebrandum. diſ. 174. nu. 9.

Quies.

† 1 Quies eſt ſenſibile commune, ſed quæ nihil eſt in ipſo corpore præter quantitatem ipſius. diſp. 191. nu. 15. & 16.

† 2 Quies dicitur ſentiri quoties cum ipſo corpore duo alia, vt minimum ſentiuntur, ita vt ſenſus interia illa ſimul feratur. ibi. nu. 16.

3 Quies ſentiri dicitur abſque modificatione ſpeciei proprij ſenſibilis. ibi. num. 17.

R.

Redemptio.

1 Redemptionis noſtræ vniuerſalis cauſa fuit ſacrificium crucis, particularis vero ſacrificium Altaris, diſp. 222. num. 31.

Regio.

1 Regionibus ciuitatis Romæ Cardinis nomen fuit impoſitum vnde Cardinalis nomen ad diaconos ibi conſtitutos primo fuit deriuatum diſ 242. n. 11.

2 Regionarij prius Cardinales nuncupabantur ob regiones, quibus præficiebantur. ibi. nu. 13.

Relatio, & Relatiuum.

1 Nulla relatio etiam extrinſeca ceſſare poteſt ſola voluntate Dei, abſque mutatione alicuius abſoluti. diſp. 187. nu. 15.

2 Relatio æqualitatis, ſeu adæquationis, variari nō poteſt vlla potentia, quandiu manet eadem quantitas in extremis. diſp. 189. nu. 45.

3 Relationes non poſſunt vlla potentia à fundamēto ſeparari. diſp. 194. nu. 11.

Religio, & Religioſi.

1 Religionibus mendicantibus, vt priuilegijs ſuis vterentur, non obſtante Concilio Tridentino Pius V. motu proprio conceſsit. diſp. 246. num. 43.

2 Hanc conceſsionem Gregorius XIII. reuocauit licet poſtea priuilegia mendicantibus in foro conſcientiæ reſtituerit. ibid.

3 Religioſi Mendicantes, non poſſunt vti priuilegio ad ſuſcipiendos Ordines ante legitimā ætatem etiam ſi ſuperior Prouincialis cum illis diſpenſet. ibi. nu. 44.

4 Hoc priuilegium poterit illis prodeſſe, vt quibus fide ante legitimā ætatem fuerit ordinatus ex cōceſſion Prouincialis in foro interiori poſsit in ordine ſuſcepto miniſtrare ibidem.

5 Regularium ad Ordines ſuſcipiendos ſcientiæ, & doctrinæ examen ad Epiſcopos pertinet. ibi. n. 55
6 Regularium Societatis IESV, ſcientiæ, doctrinæ, & morum examé ad ordinationem ipſorum ad Præpoſitũ Generalẽ, & eius delegatos ſpectat ex priuilegio ſpeciali alteri religioni nõ cõmuni. n. 58.
7 Religioſis Societatis ex eodem priuilegio poteſt ipſorum Præpoſitus in interſtitijs diſpenſare. ibi.
8 Omnes religioſi poſt vota tria ſolennia, vel ſimplicia, titulo paupertatis voluntariæ legitimè ſacris Ordinibus initiantur. ibi. nu. 62.
9 Religionis ingreſſus deſtruit vinculum Matrimonij carnalis rati, ſecus ſpiritualis inter Epiſcopum & Eccleſiam. diſp. 241. nu. 34.
10 Religioſi aliqui Latini in Italia Officia Diuina, & Miſſam, Græco ſermone celebrant, conſecrant Sacramentum in azymo. diſp. 174. nu. 26.
11 Propria religioſorum bona pro tota congregatione dedicantur. diſp. 211. nu. 23.
12 Religioſi ſpeciali præcepto frequentius accedendi ad Euchariſtiam teneri poſſunt. diſ. 214. n. 27.
13 Religioſis ex diſpenſatione, & priuilegio conuenit Euchariſtiam diſpenſare. diſp. 219. num. 23.
14 Religioſis, qui ſine licentia ſpeciali parrochialis præsbyteri laicis miniſtrare præſumpſerint pœna excommunicationis imponitur. ibid. num. 31.
15 Vide *Clementina Religioſi*, num. 4. & ſequent.
16 Religioſis minoribus de obſeruãtia, & noſtræ Societatis, & alijs quibus horum priuilegia cõmunicantur conceſſum eſt, vt ſine licentia Rectorum parochialium Euchariſtiam miniſtrent feſto Paſchatis excepto. ibi. num. 37. vide *Societas Ieſu*.
16 Non conceditur religioſis in ſuis priuilegijs facultas miniſtrandi Euchariſtiam ægrotis per modum viatici. ibi. nuũ. 42.
17 Religioſi poſſũt celebrato ſacro in domibus egrotorũ illis miniſtrare Euchariſtiã per modũ viatici ib.
18 In extrema neceſsitate poſſunt religioſi miniſtrare Euchariſtiam per modum viatici deficiẽte proprio ſacerdote. ibi. & nu. 43.
19 Licet religioſi poſsint tempore Paſchatis Euchariſtiã laicis miniſtrare, non ideo hi ſatisfacerẽt præcepto communionis etiam abſente proprio ſacerdote. ibi. nu. 43.

Remiſsio.

1 Remiſsio pœnæ quæ confertur pro ſacrificijs Miſſæ certa lege confertur, tam viuis, quam defunctis. diſp. 228. nu. 31.
2 Ad remiſsionem pœnæ per ſacrificium Miſſæ ſuffi ciens diſpoſitio eſt ſtatus gratiæ. diſp. 231. nu. 50.

Renunciatio.

1 Renũciatio Epiſcopatus prohibita eſt iure naturali ſine rationabili cauſa. diſp. 241. nu. 23.
2 Hæc renunciatio ſine Diuina autoritate fieri nequit. ibid.
3 Renũciatio Epiſcopatus ob cõſciẽtiã criminis impedientis executionẽ ordinis eſt iuſta. ibi. nu. 56.
4 Renũciatio ob debilitatem corporis reddentẽ impotẽtẽ Epiſcopũ ad executionẽ ordinis licita eſt. ib.
5 Renũciatio Epiſcopatus ob defectũ ſciẽtię ad adminiſtrationẽ ſpiritualẽ neceſſariã eſt licita. ibid.
6 Renunciatio Epiſcopatus ob ſcãdalum paſsiuũ puſilorum eſt iuſta, ſecus ob paſsiuum Phariſæorũ, vel actiuum ipſius Epiſcopi. ibi. nu. 58.
7 Renũciatio Epiſcopatus ob irregularitatẽ ſiue proueniat ex delicto, ſiue ſecus licita erit. ibi. nu. 59.

Repræſentatio.

1 Per ſolam repreſentationẽ mortis Chriſti, in conſecratione ita ſignificatur Deus auctor vitę, ac mortis, ſicut per ipſam erat à mortẽ Chriſti. d. 222. n. 65

Res.

1 Solum res, quæ habent proportionem cum ſignificato ſacrificij inſtitui poſſunt pro ſacrificio. diſ. 222. num. 31.

Reſpublica.

1 Reſpublicę Genuæ, & Florentiæ, licite ſorte eligunt magiſtratus inter dignos. diſp. 244. n. 3.

Roma.

1 Romæ antiqua, & recentior diuiſio. diſ. 236. n. 80.

Romanum Concilium.

1 Tria Concilia Romana, quo tẽpore & occaſione celebrata ſint. diſp. 179, n. 18. vſque ad 22.
2 Duo Concilia damnãt aſſerentes aliquid ſubſtantiæ panis, aut vini in Euchariſtia poſt conſecrationem manere, diſp. 180. nu. 15. & 16.

Rupertus.

1 Rupertus non fuit autor libri de Diuinis officijs, vbi error de vnione hypoſtatica Verbi cum ſubſtãtia panis, & vini cõtinetur. diſp. 180. nu. 7. 8. & 9.
2 Fuit etiam in eo errore de vnione hypoſtatica panis cum verbo. ibi. num. 11.

S.

Sabbathum.

1 IN Solo die Sabbathi prohibitum erat cibaria ad manducandum præparare, imo, & ignem accendere, diſp. 172. nu. 7.
2 Solius Sabbathi erat Paraſceue. ibidem.
3 Sabbathum cur magnus dies dicatur, Ioan. 19. in ſententia aliorum. ibi. nu. 77. & ſequentibus.
4 Non erat expreſſe prohibitum corpora in die Sabbathi manere, licet id decens non eſſet. ibi. n. 80.
5 In Sabbatho decens non erat corpora ſepelire, licet id licuiſſet. ibi. & nu. 81.
6 Dies ille Sabbathi dicitur magnus ab Euãgeliſta propter communem ſolennitatem Sabbathi illius legis antiquæ. ibid. nu. 62.
7 Sabbatho non prohibebatur miſericordiæ opus. ibi. nu. 88. & 89.
8 Sabbatho potuit vngi Chriſtus, ſed quia eo die nõ vẽdebãtur aromata, hoc opus dilatũ eſt. ibi. n. 90.
9 Per Sabbatha omnem ſolennem, & feſtum diem intelligit Scriptura. ibi. nu. 97.
10 In Sabbatho, & qualibet alia feſtiua ſolennitate, licebat manipulos metere, & offerre. ibi. nu. 142.
11 Sabbathum ſecundum primum apud Lucam, non ſignificat diem feſtum, qui proxime conſequebatur diem Sabbathi. diſp. 173. nu. 2.
12 Sabbathũ ſecundũ primũ ibi, nõ ſignificat Sabbathum ſuccedẽs feſto occurrẽti in feria 6. ibi. n. 30.
13 Sabbathum ſecundo primum nõ erat primus, aut ſeprimus dies azymorũ, aut feſtũ Pẽtecoſtes. n. 7. & 8
14 Sabbathum ſecundo primum nõ dicebatur, quia in eo incideret ſolẽnitas alterius feſtiuitatis. ibi. n. 9.
15 Sabbathum ſecundo primũ dicebatur Sabbathum primę hebdomadę è ſeptẽ, quę a primo die azymorum, vſq. ad feſtũ Pẽtecoſtes numerabãtur. n. 10.
16 Prohibitum erat ex ſe Sabbatho ſpicas vellere, niſi excuſſaret vrgens neceſsitas, ibid. num. 11.
17 Sabbathi obſeruatio, & feſtiuitas, vide *Feſtiuitas*. num. 14. & 15.

Sacerdos.

1 Sacerdos conficit Sacramentum Euchariſtiæ, non virtute propria, ſed Dei, diſput. 171. num. 16.
2 Sacerdos non tantum poteſt conſecrare eam quantitatē materiæ, quę pro fidelibus ſufficit, ſed longe maiorem. ibid. nu. 17.
3 Concedere ſacerdoti hanc poteſtatem opus fuit eximiæ prudentiæ, & ſapientiæ ibi, nu. 18.
4 Sacerdos Latinus, & Græcus poteſt, & debet morem propriæ Eccleſiæ in conſecratione panis retinere. diſput. 174. nu 24. vide *Conſecratio*, nu. 5.
5 Prius ſacerdos cōſecrat panem, deinde diuidit Sacramentum, & tandem accipit. diſp. 188. num. 2.
6 Sacerdos poſſet ſuperficiem ſubſtantiæ conſecrare, ſi indiuiſibile ſubſtantiæ eſſet ſubſtantia, ibidem num. 26.
7 Sacerdos mouendo ſpecies proxime mouet corpus Chriſti, ſecundario, & per accidens. diſp. 190. num. 15. & 45.
8 Sacerdos non recitatiue tantum, ſed ſignificatiue nomine Chriſti, verba conſecrationis profert. diſp. 197. nu. 18.
9 Sacerdos eiſdem verbis, quibus Chriſtus conſecrauit perficit conſecrationem ſine alia oratione ibidem nu. 20. vſque ad 29.
10 Sacerdos etiam Græcus poſt conſecrationis verba non orat, vt panis fiat corpus Chriſti, ſed vt nobis ſpiritualiter proſit. ibid. num. 33. & 34.
11 Sacerdos orat pro conſecratione ante prolationem verborum, quia effectus Sacramenti adhuc pendet ex ſuo arbitrio, quod vt requiſita adhibeat indiget gratia. ibidem num. 59.
12 Sacerdos proferens verba conſecrationis nomine Chriſti, ſignificat corpus, & ſanguinem Chriſti. diſput. 198. nu. 8.
13 Sacerdos profert verba in nomine Chriſti hoc ipſo, quod ſua intentione gerens perſonam Chriſti, iuxta intentionem Eccleſiæ ea profert. ibidem.
14 Quilibet ſacerdos debet vti verbis conſecrationis iuxta conſuetudinem propriæ Eccleſiæ diſp. 199. num. 30.
15 Vt ſacerdos nomine Chriſti formam proferat debet vti pronomine *Meum*, ſecus non conſecraret. ibid. num. 31.
16 Sacerdos verbis præcedentibus formam conſecrationis hiſtorice Chriſti facta narrat, non recitat verba. diſp. 200. num. 21.
17 Sacerdos miniſtrans in altari, non debet confeſſionem alterius audire. diſp. 203. nu. 21.
18 Sacerdos miniſtrans Euchariſtiam omnibus in diſcriminatim debet porrigere. ibidem.
19 Non debet ſacerdos pati aliquem a menſa diſcedere, vt confiteatur. ibid.
20 Sacerdos exiſtens in altari, qui ibi mortalis recordatur, non debet diſcedere, vel vocare confeſſarium, vt illi confiteatur. ibid. nu. 12.
21 Poſt conſecrationem ſpeciali ratione, non poteſt ſacerdos diſcedere ratione præcepti, de conſumēdo ſacrificio. ibidem.
22 Sacerdos non deberet ab altari diſcedere etiā recordatus excōmunicationis, aut cōmiſſionis. ib. 13
23 Non poteſt ſacerdos communicare non præmiſſa confeſſione mortalis ratione eſcandali rigoroſi. ibidem nu. 14. per errorem 41.
24 Sacerdos qui vrgente neceſsitate celebrauit non præmiſſa confeſſione mortalis confiteri debet dum primum poſsit eadem. diſp. 208. nu. 16.
25 Sacerdos qui ſine neceſsitate in mortali celebrauit, non obligatur finita Miſſa ad confiterdum quam primum poſsit. ibid. nu. 19.
26 Sacerdos habēs copiam confeſſarij, & recordatus peccati etiam ante ſumptum Sacramentum non tenetur confiteri tur ratione infamiæ, non tenetur ad confeſſionē, poſteaquam primum poſsit. ibid. nu 20.
27 Solus ſacerdos qui non habens copiam confeſſarij vrgente neceſsitate, non præmiſſa confeſſione celebrauit cū conſcius eſſet mortalis, tenetur ad cōfitendum quam primum poſsit. ibid. nu. 22.
28 Eodem modo obligatur ſacerdos ad cōfitendū in prædicto caſu, ſiue celebrauerit contritus, ſiue ſecus. ibidem.
29 Sacerdos obligatur tunc ad confeſsionem etiam interioris peccati. ibidem. nu. 26.
30 Grauiter peccat ſacerdos Euchariſtiā indignis ſciēter miniſtrans, niſi honeſta ratione excuſetur. diſput. 209. nu. 1.
31 Sacerdos cōmunicans in mortali nō peccaret duplici peccato, vel no habēte duas malitias. ib. nu. 4
32 Nec ſi exiſtens in mortali Euchariſtiam miniſtraret exiſtenti in mortali. ibid.
33 Sacerdos non peccat mortaliter ex eo quod Euchariſtiam in mortali deferat vel alteri porrigat, ſed ex eo quod illam conficiat. ibid.
34 Sacerdos duplex peccatum committit ſi Euchariſtiam in mortali conficiat, & exiſtenti in mortali miniſtret, ibid.
35 Non ſufficit infamia ſacerdotis vt illius Miſſam audire non poſsimus. ibid. num. 14.
36 Vt ſacerdotis Miſſam audire non poſsimus requiritur manifeſtatio peccati ipſius per ſententiam confeſsionem, aut euidentiam. ibidem.
37 Sacerdos ob euidentiā criminis ex ſola fama, & nō ex rei euidentia nō eſt puniēdus, vt peccator. ibid.
38 Sacerdos nō poteſt peccatori publico, publice Euchariſtiam petenti eam miniſtrare. ibid. nu. 15. & 16. vide *Peccator*, nu. 5. & ſequent.
39 Non poteſt ſacerdos peccatori ſecreto publico petenti Euchariſtiam eam negare. ibid. nu. 19.
40 Sacerdos ſi commode ſine nota, poſſet peccatori ſecreto Euchariſtiam non miniſtrare ad id tenetur. ibidem nu. 30. & 45.
41 Sacerdos non poteſt negare publice Euchariſtiam peccatori occulto, etiam accedente indigne ex ignorantia. ibidem nu. 34.
42 Non poteſt ſacerdos pro vitanda irreuerētia & infamia, porrigere hoſtiam nō conſecratam pro conſecrata peccatori, ſiue ipſo ſciente, & conſentiēte, ſiue ſecus. ibid. nu. 41.
43 Quiuis ſacerdos debet occulto peccatori ſecretō petenti Euchariſtiam eam quouis tempore negare, eadem diſp. 209. num. 51. & ſequent.
44 Sacerdos hoc debet facere etiam ſi in confeſsione peccatum nouerit. ibid. num. 52. & ſequent.
45 Sacerdos in occulto negans Euchariſtiam nullā infamiæ notam peccatori ſecreto inurit. ibi. nu. 55.
46 Sacerdos in occulto debet negare Euchariſtiam, vt nulli innoteſcat peccatum. ibid.
47 Sacerdos debet Euchariſtiam negare, etiam ſi adſint alij quibus antea notum erat peccatum dum modo non nouerit illud in cōfeſsione, licet alij id ſuſpicari poſsint. ibid. nu. 56.
48 Sacerdos laica communione ratione periculi mortis, poteſt non ieiunus communicare, ſicut laicus. diſp. 211. nu. 47.
49 Sacerdos non ieiunus, poteſt ſuſcipere Euchariſtiam quando neceſſe eſt perficere Sacramentum, & ſacrificium. ibidem.

50 Sacerdos debet vinum conſecrare, & ſumere ſi prius aquam pro vino fudit, & ſumpſit. ibid.

51 Vnus ſacerdos etiam ieiunus debet perficere Miſſam incoatam ab alio vt Sacramentum ipſum, & ſacrificium, quod alter non conſumpſit conſumatur. ibidem num. 48.

52 Sacerdos cum in altari recordatur ſe ieiunum nõ eſſe poteſt Euchariſtiam ſumere, ne notam incurrat, ſi diſcedat. ibidem nu. 49.

53 Sacerdos quoties conſumpto corpore, & ſanguine caſu remanent particulę debet eas nõ ieiunus ſumere. ibidem.

54 Sacerdos ſoluto ieiuno naturę per ablutionem calicis poteſt conſumere quaſlibet particulas relictas ex præſenti ſacrificio, vel in ſacrario repone re. diſp. illa 211. nu. 51. 53. & 56.

55 Sacerdos debet conſumere Sacramentum, & ſacrificium quod obtulit, ad quod ſat eſt ieiunum eſſe antequam conſumere incipiat. ibid. nu. 53.

56 Non poteſt ſacerdos laico, vel ſacerdoti more laici communicanti poſt ſumptam aquam tribuere particulas conſumendas. ibidem nu. 54.

57 Non poteſt ſacerdos conſumere poſt ſumptã ablutionem reliquias alterius ſacrificij, ſed in ſacrario reponere debet. ibidem nu. 54. & 55.

58 Quandiu ſacerdos ab altari non diſceſit, recte poteſt quamlibet particulam eiuſdem ſacrificij poſt ſumptam ablutionem conſumere, ſecus ſi iam diſceſſit. ibid. nu. 57.

59 Sacerdos quandiu in altari eſt ad hoc eſt conſtitutus, vt ea quæ ad ſacrificiũ pertinent perficiat. ibidem.

60 Sacerdos non ieiunus, poteſt Euchariſtiam ſumere, quando periculum alicuius irreuerentiæ immineret. ibidem.

61 Non poteſt ſacerdos non ieiunus Miſſam celebrare, vt in ea Euchariſtiam conſecret pro ægroto extreme laboranti eadem diſput. 211. num. 62. & ſequent.

62 Sacerdos non tenetur miniſtrare Euchariſtiam exiſtenti in periculo mortis quando copia non eſt ſecundum legitimum Eccleſiæ ritum. ibidem.

63 Non poteſt ſacerdos pro miniſtranda Euchariſtia exiſtenti in extrema neceſsitate conſecrare, non ſeruatis legibus Eccleſiæ de modo celebrandi. ibidem.

64 Probabile non eſt poſſe ſacerdotem ſolum panem conſecrare, & ad ægrotum deferre licet ſacerdos non communicet. ibidem num. 64.

65 Sacerdos conſecrãs, vere ſacrificat, & iure Diuino debet ſacrificiũ conſummare, & communicare. ibidem.

66 Sacerdos poteſt vti Epikia tam circa tempus celebrationis, quam circa ieiunium, alioſve ritus. ibidem.

67 Sacerdos non poteſt quotidie bis celebrare, exceptis aliquibus caſibus. diſp. 214. num. 30.

68 Sacerdos habens curam amentium, non à natiuitate debet etiam tempore amentiæ Euchariſtiam illis miniſtrare. ibid. nu. 33.

69 Sacerdotes non poſſunt non celebrare ſub vtraque ſpecie. diſp. 216. nu. 67.

70 Sacerdos eſt omnino neceſſarius miniſter conſecrandi Euchariſtiam, diſputatione 218. num. 6. & ſequent.

71 Plures ſacardotes licite poſſunt ſimul in eadem Miſſa eandem oblationem conſecrare, ſecundum vniuerſalem Eccleſiæ conſuetudinem. ibidem nu. 13.

72 Nequeunt adhuc valide plures ſacerdotes ſimul conſecrare partialiter formam proferentes. ibidem num. 40.

73 Si plures ſacerdotes ſimul proferant verba conſecrationis omnes conſecrabunt. ibid.

74 Si alter ſacerdos prius abſoluat verba formæ ipſe ſolus conſecrabit. ibidem.

75 Plures ſacerdotes ſimul coſecrantes, concurrunt vt cauſæ totales morales inſtrumentariæ. ibidem num. 15. & 16.

76 Non eſt in poteſtate ſacerdotis ſuſpendere, effectum verborum, vſque ad certum tempus licet poſsit illum impedire, ibidem numero 21. 22. & 31.

77 Non ideo licet plures ſacerdotes ſimul conſecrare, quod omnes ad idem momentum intentionẽ conſecrandi referant. ibidem.

78 Neque ex eo quod virtus verborum prius proferentium in aere maneat, vſque ad inſtans vltimæ prolationis. ibid. num. 25.

79 Cum plures ſacerdotes ſimul verba proferũt omnes formaliter, & ſignificatiue proferunt, eadem diſp. 218. num. 28.

80 Plures ſacerdotes ſimul verba proferunt abſoluta intentione conſecrandi, & non ſolum conditionata. ibid. nu. 29, & 30.

81 Sacerdotes nouiter ordinati, nequeunt habere intentionem abſtractam, quæ neque ad conſecrandum, neque ad non conſecrandum ſufficiat. ibid. num. 33.

82 Nequit ſacerdos ſimul proferre verba materialiter, & cum intentione conſecrandi, ſub quauis conditione. ibid. num. 35.

83 Omnes ſacerdotes conſecrantes cum Epiſcopo, verba proferre debent cum ſufficienti intentione ad conſecrandum, ibidem numero 37.

84 Curare debent hi ſacerdotes ne Epiſcopum præcipue celebrantem in prolatione præueniant. ibidem num. 38. per errorem 8.

85 Si aliquis ſacerdotum caſu prolationem abſoluat priuſquam Epiſcopus, nihil fit contra reuerentiam debitam Sacramento, ibidem num. 39, & 40.

86 Conuenienter inſtitutioni Euchariſtiæ plures ſacerdotes poſſunt ſimul conſecrare. ibid. numero 41. & 42.

87 Sacerdotes ſunt miniſtri ordinarij diſpenſandi Euchariſtiam, diſput. 219. num. 3. & 4.

88 Sacerdos ſi non poſſet celebrare etiam extra articulum mortis, poſſet ſe ipſum communicare, ibid. nu. 17.

89 Sacerdos ægrotus qui rẽciperet Euchariſtiam a diacono, non debet eam proprijs manibus accipere. ibid. num. 19.

90 Omnibus, & ſolis ſacerdotibus miniſterium conſecrationis conuenit. ibid. num. 20.

91 Nulli ſacerdoti conuenit munus miniſtrandi Euchariſtiam niſi iuriſdictionẽ habeat in recipientem Sacramentum ibid.

92 Aliquibus ſacerdotibus conuenit diſpenſare Euchariſtiam virtute ordinariæ iuriſdictionis alijs ve ratione delegatæ ibid.

93 Sacerdotibus Paſtoribus conuenit diſpenſare Euchariſtiam ratione offiicij, alijs ex commiſſione proprij Paſtoris. ibidem numero 21. vſque ad 25.

94 Vt ſacerdos alienus aliquem abſoluat, non ſufficit ſpes certa ratihabitationis eadem. diſput. 219.

num.28.& 29.
95 Poteſt ſacerdos alienis ouibus Euchariſtiam miniſtrare, ex ſola ſpe futuræ ratihabitationis. ibidem num.30.
96 Sacerdos diſpenſans Euchariſtiam alienis ouibus ſine licentia proprij Paſtoris grauiter peccat, ſed tamen contra illum non eſt in iure ſtatuta pœna aliqua. ibid.nu.31.
97 Nullus ſacerdos poteſt ex priuilegio, aut commiſsione confeſsiones audire, qui non prius fuerit ab ordinario approbatus. ibidem numer.55. & 56.
98 Sacerdos ex priuilegio, aut cõmiſsione, poteſt Euchariſtiam miniſtrare, non ſpectata approbatione ordinarij. ibid.
99 Sacerdotes non parochi ab ordinario in Hiſpania approbantur ad Euchariſtiæ, & aliorum Sacramentorum adminiſtrationẽ. ibidem nu.57.
100 Quoties conſecrat ſacerdos conſecrat in memoriam paſsionis. diſput.223. num.18.
101 Præcipuus ſacerdos cum plures conſecrant tenetur ſumere Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie. ibidem num.29.
102 Soli ſacerdotes Eccleſiæ proximè, & actu ſacrificium Miſſæ offerunt tanquam miniſtri. diſput. 225.nu.12.
103 Eccleſia non offert per ſacerdotem, tanquam præcipuus offerens per miniſtrum. ibidem numero 14.
104 Quilibet ſacerdos poteſtatem habet conficiendi Sacramentum, & offerendi. diſp.226. nu.4.
105 Sacerdos eo ipſo, quod characterem accipit, poteſtatem conſecrandi, & offerendi accipit. diſput. 227.nu.6.
106 Sacerdos non poteſt ſibi reſeruare applicationem ſacrificij faciendam in futurum. diſputatione 234.nu.21.
107 Sacerdos ex iuſtitia tenetur celebrare, ſi ſtipendium accepit. ibid.nu. 25.
108 Sacerdoti non licet accipere pro vna tãtum Miſſa ſtipendium à pluribus etiam ſi hoc ſacrificium infiniti valoris ſit. diſp.231.nu.27.
109 Sacerdos pro tempore futuro, non poteſt applicare ſacrificium Miſſæ. ibi.nu.51.
110 Sacerdos à ſacris dicitur. diſp.236.nu.95.
111 Sacerdos vocatur etiam presbyter, & quare. ibi. num.96. & 101.
112 Quinque munera ſacerdoti in Pontificali aſsignãtur, & quæ. ibi.nu.106.
113 Munus abſoluendi ſacerdotis, ſub eo quod Pontificale præeſſe vocat continetur. ibidem numero 167.
114 Officia à Pontificale ſacerdotibus aſsignata plures Patres diuerſo modo illis tribuunt. ibidem num. 108.
115 Omnia munera à Pontificali aſsignata ſacerdotibus iure diuino illis competunt, præter aquæ, & frugum benedictionem. ibi.nu.110.
116 Quæ, & quomodo ex his muneribus alijs conuenire poſsint. ibi.
117 Sacerdoti in traditione calicis cum vino, & aqua & patenæ cum hoſtia character imprimitur. diſp. 235.nu.42.
118 Sacerdotis ordinationem ſacramentum eſſe negant hæretici, catholici vno ore profitentur. diſp. 236. nu.1.
119 Poteſtas ſacerdotum conſecrandi, & abſoluendi expreſſe in Scriptura continetur. ibi.
120 Quo loco Apoſtoli a Chriſto conſecrati fuerint Sacerdotes non bene aliqui definiunt. ibid.
121 Certum omnino non eſt illis verbis *Hoc facite in meam commemorationem*, vel alijs Apoſtolos in ſacerdotes fuiſſe conſecratos. ibid.2.
122 Apoſtoli ſacerdotes a Chriſto ordinati ſunt traditione Euchariſtiæ tanquam materia, & verbis *Hoc facite*, pro forma. ibi. num.3.
123 In vnctione nulla denotatur traditio poteſtatis ſacerdotalis. ibi.nu.6.
124 Poteſtas ad abſoluendum in ſacerdotibus neceſſario tanquam priorem ſupponit poteſtatem ad offerendum. ibi.
125 Traditione calicis cum vino, & aqua, & patenæ, cum hoſtia confertur ſacerdoti poteſtas offerendi. ibi.nu.7
126 Quid alij ſenſerint de materia, & forma ordinationis ſacerdotis, & Apoſtolorum in ſacerdotes. ibi.num.8.9.& 11.& 12.
127 Sacerdotis ordinatio integre cõſtituitur ex duabus materijs, & duabus formis. ibidem numero 20. & 23.
128 Quid aliqua Cõcilia de materia ordinationis ſacerdotis ſenſerint. ibi.nu.20.
129 Qui differat manuum impoſitio in ordinatione ſacerdotis, & diaconi. ibi.nu. 21.
130 Impoſitio manuum, quæ poſt communionem à ſolo Epiſcopo fit ad materiam, & verba illa, *Accipe Spiritum ſanctum*, ad formam ordinationis ſacerdotes ſpectant. ibi.nu.23.
131 Per verba illa, *Accipe Spiritum ſanctum &c.* confertur ſacerdotibus poteſtas ad abſoluendum. ibidem num.24.
132 Sacerdotibus antiquæ legis non conferebatur poteſtas per ordinationem quæ eſſet Sacramentum. diſp.239.num. 34.
132 Sacerdotes ordinati ſunt à Chriſto traditione corporis, & ſanguinis iam conſecrati ab Epiſcopis vero traditione calicis cum vino, & aqua, & patenæ cum pane. ibi.num.35.
133 Per manuum impoſitionem ſacerdotes ordinati aliqua Concilia docent. ibi.nu.37.39.& 52.
134 Sacerdos ordinatus traditione calicis, & patenæ, niſi ad eſſet manuum impoſitio cum verbis, *Accipe Spiritum, &c.* non eſſet miniſter vnctionis, & pœnitentiæ ex Tridentino. ibi. nu.4.
135 Poteſtas remittendi peccata, quæ ſacerdotibus proprie conuenit, quomodo proxime, & non remote conueniat. ibi.
136 Poteſtas remittendi peccata per confeſsiones, & vnctionis Sacramentum, ſolis ſacerdotibus cõuenit. ibi nu.42.
137 Quare Chriſtus in ſacerdotum ordinatione ſuflauerit. ibi.num.44.
138 Materia ad exercendam poteſtatem remittendi peccata applicari debet ſacerdotibus nõ ab Epiſcopo, ſed à proprio Paſtore. ibid.nu.48.
139 Sacerdos ordinatus, abſque manuum impoſitione à peccatis abſoluere non poteſt. ibi.num.49.
140 Sacerdos per partes accipit integram poteſtatem, non tamen characterem. ibidem nu. 58.
141 Poſt Tridentinum negari ſine hæreſi nõ poteſt ſacerdotem iure Diuino ab Epiſcopo differre. diſp. 240.nu.5.& 8.
142 Sacerdotem ab Epiſcopo ſolum differre iure Eccleſiaſtico nonnulli Patres, & catholici Doctores cum Hieronymo ſenſerunt. ibidem numero 9.
143 Sacerdos per Baptiſmum, & Pœnitentiam filios in Eccleſia generat. ibidem. nu. 33.
144 Sacerdote ſine commiſsione Epiſcopi conferen-

te confirmationem irritum ibit Sacramentum. ibidem.
145 Sacerdos iure Diuino, ab Epiſcopo differt, non ſola poteſtate Ordinis, ſed etiam iuriſdictione, quæ eſt in foro exteriori. ibidem nu. 41.
146 Sacerdos cum ab excommunione abſoluit, aut à peccatis, non Romani Pontificis, ſed Chriſti auctoritate id facit. ibidem. num. 43.
147 Epiſcopus ad ſacerdotem comparatur, ſicut vir adultæ ætatis cum iuuene. ibidem num. 51.
148 Sacerdos ſimplex nequit eſſe ordinarius miniſter Ordinum etiam minorum. diſputat. 243. num. 28.
149 Sacerdos ſimplex, non poteſt ex commiſſione Epiſcopatum conferre. ibidem num. 32. per errorem 5.
150 Sacerdotem ſimplicem, poſſe omnes Ordines etiam ſacros ex commiſſione conferre plures, nõ ſine graui fundamento docent. ibidem num. 34. & ſequentibus.
151 Sacerdos poteſt eſſe parnulus ante vſum rationis. diſp. 246. nu. 6.
152 Sacerdos præter linguam Latinam, & ſcientiam eorum, quæ ad proprium munus ſpectant, capax debet eſſe, vt populum doceat neceſſaria ad ſalutem. ibid. nu. 53.
153 Sacerdos non eſt neceſſe ſit idoneus ad confeſſiones ſtatim audiendas. ibidem.
154 Sacerdotes cum ſuis vxoribus quondam habitare potuiſſe, ex Trullana ſynodo ſexta Generali conſtat. diſputat. 247. nu. 53.
155 Sacerdotem tantum tempore, quo altari miniſtraturus erat ab vxore abſtineri debere, non colligitur ex Carthaginenſe Concilio, ibidem num. 60. & ſequent.
156 Sacerdotibus Græcis, quare permiſſum ſit vti vxoribus. ibidem nu. 58.
157 Sacerdotes Græci ratius ad altare accedebant, quam Latini. ibidem.
158 Sacerdotibus cum vxoribus ante Ordines ductis, vt cum ſororibus habitare licebat antiquitus, in Eccleſia Latina. ibidem nu. 80.
159 Sacerdotibus nullibi vnquam licitum fuit Matrimonium contrahere. ibid. nu. 82.
160 Filius ſacerdotis Græci in ſacerdotio ex vxore genitus potuiſſet apud Latinos in ſacerdotem ordinari. ibidem nu. 89.
161 Sacerdotis Græci filius contra ius Diuinum genitus, nunquam ad Ordines admitteretur. ibid. num. 62.
162 Sacerdos non tenetur duplici vinculo ad continentiam. diſp. 248. nu. 6.
163 Sacerdotibus poſt votum continentiæ vxorem è domo eijcere non licuit, & quare, ibid.
164 Sacerdotes veteris Legis prohibebantur abſolute capilos radere. diſp. 250. nu. 6.
165 Sacerdotes ſolum poſſunt ſacrificare, & per conſecrationem deſtinantur miniſtri proprij. diſp. 220. nu. 4. & 5.
166 Sacerdotes in ſacerdotio non ſuccedunt Chriſto diſp. 221. nu. 28.
167 Quomodo ſacerdos operetur per verba, vide *Verba conſecrationis*. Quomodo teneatur morem propriæ Eccleſiæ obſeruare in conſecratione, vide *Conſecratio*. nu. 5.
168 Quomodo proferat verba conſecrationis, vide *Verborum prolatio*.
169 Sacerdos idoneus ad confeſſionem, vide *Confeſſarius*.

Sacerdotium.

1 Sacerdotium Chriſto conuenit non ex electione, ſed natura ſua. diſp. 227. nu. 24
2 Sacerdotij materiam eſſe manuum impoſitionem, & verba illis reſpondentia eſſe ipſius formam qui ſenſerint, & quo fundamento. diſput. 230. nu. 5.
3 Alij vel vnctionem, vel manuum impoſitionem ſacerdotij materiam eſſe falſo autumant nihil afferentes de forma. ibi.
4 In ſacerdotio duplex eſt manuum impoſitio, quarum altera tantum iure Eccleſiaſtico neceſſaria eſt ibid. num. 6.
5 Altera manuum impoſitio licet non conſtituat totam eſſentiam ſacerdotij ad eius materiam, & formam ſpectat. ibid. num. 7.
6 Quænam ſit vera, & integra ſacerdotij materia, & forma. ibid. num 8.
7 Per Epiſcopatum, & miniſterium quod ſortitus eſt Iudas, non intelligitur ſacerdotium, ſed Apoſtolatus. ibi. nu. 31.
8 Sacerdotium Euangelicum, duas inſignes cõtinet poteſtates, alteram in verum, alteram in myſticum Chriſti corpus. ibi. num. 32.
9 Manuum impoſitionem ad ſacerdotij eſſentiam pertinere Concilij Moguntini, & Patrum auctoritate probatur. ibidem numero 42. & ſequentibus.
10 Sacerdotij ordo è medio tollitur ab aliquibus hæreticis. diſp. 240. nu. 5.
11 Epiſcopatus ſe habet ad ſacerdotium, ſicut poteſtas abſoluendi ad poteſtatem ordinandi. ibid. num. 50.
12 Sacerdotium collatum, non collato Ordine diaconatus verum eſt, & firmum. ibidem numero 14.

Sacramentum.

1 Sacramenti definitio directe corpori, & ſanguini Chriſti conuenire nequit, ſed tantum ſpeciebus. diſp. 167. nu. 13.
2 Nomen Sacramenti in alijs ab Euchariſtia ex æquo ſupponitur pro materia, & forma ſimul. ibidem nu. 20.
3 Sacramentum non ſupponitur pro verbis directe, neque indirecte. ibi. nu. 27.
4 In omnibus Sacramentis optime diſtinguuntur Sacramentum tantum, res tantum, res, & Sacramentum ſimul. ibi. nu. 48.
5 Res, & Sacramentũ ſimul non ſemper diſtinguitur a Sacramento ſimpliciter licet diſtinguatur a Sacramento tantum. ibi.
6 Non quælibet pars eſſentialis Sacramenti eſt forma viſibilis inuiſibilis gratiæ, licet debeat ſignificari per aliquid ſenſibile, ibidem numero 49.
7 Sacramentum Euchariſtiæ conficitur duplici forma, & dupliti materia, non tamen conſtat. diſput. 168. nu. 10.
8 Plures ſpecies panis, aut vini ab eodem, vel pluribus ſacerdotibus conſecratæ, & ab vno, vel pluribus ſumptæ plura ſunt numero Sacramenta. ibidem nu. 13.
9 Sumptio non eſt pars Sacramenti, ſed conditio ſine qua non operatur Sacramentum. ibi. num. 17.
10 Sacramentum debet eſſe ſenſibilem in individuo illis, quibus eſt Sacramentum licet non omnibus. diſp. 171. nu. 12.
11 Nullum Sacramentum inſtitutũ eſt per figuras, &tro-

& tropos, licèt fis poſtea poſsit explicari. diſp. 179. num. 81. & 92.
12 In Sacramentis aliqua ſunt ad eorum eſſentiam non neceſſaria quorum omiſsio peccatum erit. diſput. 199. nu. 28.
13 Sacramenta non dicuntur nouum Teſtamentum, tanquam ſigna voluntatis teſtatoris, in quibus ea expreſſa ſit. ibi. num. 40.
14 Sacramenta omnia ſolum ſunt inſtrumenta moralia Dei ad ſuos effectus producendos. ibid. num. 45. 46. & 47.
15 Omnia Sacramenta eatenus dicuntur operari, qua tenus Sacramenta ſunt, hoc eſt ſigna, diſputatione 202. num. 8.
16 Sacramenta communiter definiuntur, quod ſint ſigna rei ſacræ ſanctificantis nos, ideſt primæ gratiæ habitualis. diſp. 203. num. 7.
17 Singula Sacramenta conferunt augmentum gratiæ ad effectus peculiares. ibi. num. 12.
18 Congruum non erat omnia, aut plura Sacramenta ad eundem effectum inſtitui, diſp. 205. num. 5.
19 Nullus effectus ex opere operato Sacramentis attribui debet ſine ſufficienti fundamento, ibidem num. 24.
20 Sacramenta nouæ Legis efficiunt quod ſignificant, & nullus eis tribui poteſt effectus, qui ſub eorum ſignificationem non cadat. ibi. num. 25.
21 Quodlibet Sacramentum eo modo quo remittit culpam peccati, remittit pœnam, aut totam, aut partem ſecundum proportionem diſpoſitionis. ibidem num. 34.
22 Ponere obicem omni effectui Sacramenti mortale eſt. diſp. 206. num. 11.
23 Sacramenti adminiſtratio, quæ ſcitur effectu primario cariturali cita eſſe non poteſt. ibi. nu. 16.
24 In Sacramentis valde pernitioſa, & execranda eſt fictio. diſp. 209. nu. 41.
25 Nequit licite Sacramentũ miniſtrari incapaci præcipui effectus illius. diſp. 212. nu. 12.
26 Ad cuiuslibet Sacramenti eſſentiam, & effectum, non eſt neceſſaria voluntas recipientis, ſed ſat eſt ſi ipſe non renitatur. ibi. num. 25.
27 Sacramentorum effectus, aut Scripturę, traditione, aut definitione Eccleſiæ, vel ex ipſorum ſignificatione cognoſci debet. diſp. 215. num. 9.
28 Sacramenta Euangelica præ aliis efficiunt quod ſignificant. ibi.
29 Sacramenta noua ſunt inſtrumenta Diuinitatis ad producendam gratiam. ibi. nu. 12.
30 Hoc ipſo quod Sacramentum denotat renouationem interiorem, per quodlibet confertur diſtinctus gradus gratię, ab eo qui prius per aliud fuit collatus. ibi. num. 18.
31 In alijs Sacramentis ab Euchariſtia parua mora inter prolationem formæ, & applicationem materiæ, non impedit veritatem verborum. diſp. 218. num. 30. & 31.
32 Nequit Sacramenti effectus ex ſola intentione ſuſpendi, ſi cætera adſint requiſita. ibi.
33 In Sacramentis non licet actum agere, niſi aliqua ratio excuſſet. ibi. nu. 39.
34 In alijs Sacramentis ab Euchariſtia, non congruet aliquando à pluribus ſimul confici. ibidem num. 40.
35 Sacramenti miniſtri ſemper diſtingui debent præterquam in Euchariſtia, & Matrimonio. diſput. 219. num. 17.
36 In Sacrificio Miſſæ Chriſtus iam non meretur. diſp. 221. nu. 41.
37 Sacramenta veteris legis, licèt ſignificarent Chriſtum, non tamen erant Chriſtus. Sacramentum autem Miſſæ eſt ipſe Chriſtus, quem ſignificat. diſp. 222. num. 67.
38 Sacramentum Miſſæ, quod attinet ad dolores, & mortem Chriſti, quam ſignificat, non eſt id quod ſignificat. ibid.
39 Miniſter ordinarius Sacramenti ex Diuina inſtitutione eſt Epiſcopus, ex comiſsione vero Pontificis etiam ſimplex ſacerdos. diſp. 223. num. 29.
40 Recipientes indigne Sacramentum eo ipſo impedimentum opponunt cuilibet alteri effectui diſput. 227. num. 25.
41 Non competit Sacramentis omnibus de attrito facere contritum. diſp. 228. num. 25.
42 Sacramenta nouæ Legis tribus perficiuntur ritu ſeu ſigno exteriori, promiſsione gratię, & Diuina inſtitutione. diſp. 235. nu. 6.
43 Ad eſſentiam Sacramenti nouæ Legis, non requiritur gratia iuſtificãs, qua re ipſa peccata deleatur, ibid. nu. 23.
44 In adminiſtratione Sacramentorum Diuino iure neceſſarium eſt, vt miniſter exprimat ſufficienter actionem ſuam miniſtrandi, excepto Sacramento Pœnitentiæ. diſp. 237. nu. 23.
45 Actiones, quæ non attingunt effectum ſpiritualem in anima, ſed præperant ad eam, quæ illum attingit, non ſunt Sacramenta, ſed Sacramentales. diſput. 238. nu. 16.
46 Exorciſmus, & chatechiſmus non ſunt Sacramenta, ſed Sacramentalia Baptiſmi. ibi. nu. 17.
47 Non conſtat in omnibus Sacramentis inſtitutam fuiſſe pro materia remota rem aliquam diſtinctam ab ipſo miniſtrante, & ſuſcipiente, ibidem num. 37.
48 Quæ ad eſſentiam Sacramentorum pertinent ſicuè à ſolo Chriſto potuerunt inſtitui, ita à nullo alio poſſunt introduci. ibi. nu. 38.
49 Manuum impoſitio non pertinet ad materiam Sacramẽti, ſed eſt ceremonia quædam, & ritus Sacramento accidentarius. ibi. nu. 39.
50 In omne Sacramento, præterquam quod in Matrimonio firmo, ſemper debet eſſe in verbis. ibidem num. 51.
51 Ad eſſentiam Sacramenti non requiritur, vt omnino ſimul proferatur forma, & applicetur materia, aut aliqua eius pars. ibi.
52 Nullum niſi à Chriſto, nec poſt illius aſcenſionem, inſtitutum eſt Sacramentum. ibid. nu. 57.
53 In materia Sacramentorum aliquid conſtitutum fuit à Chriſto pro tempore ſequente, aliquid aliud ipſe, aut etiam Apoſtoli pro materia, & forma ſumpſerunt. diſp. 239. nu. 97.
54 Aſsignationem materiæ, & formæ Sacramentorum, quæ non determinata fuit à Chriſto, Eccleſiæ fuiſſe relictam, omni probabilitate caret, ibidem nu. 36.
55 Eccleſiæ fuiſſe relictam poteſtatem, vt ſalua Sacramentorum ſubſtantia mutare poſſet, quæ ad ſuſcipientium vtilitatẽ, & Sacramentorum veneratione magis expedire iudicaret ex Tridentino conſtat. ibi.
56 Nullum Sacramentum præter Baptiſmum, Euchariſtiam, & Ordinem, à Chriſto miniſtratum fuit. ibid. num. 59.
57 In quocunque Sacramento, in quo plures formæ partiales aſsignantur plures quoque materię conſtituendæ ſunt. ibid. nu. 60.
58 Quæ ad Sacramentorum eſſentiam ſpectant, vt miniſter

niſter forma, & materia, ita iure Diuino ſtatuta ſunt, vt eccleſiaſtico ſubijci non poſsint. diſp.240. num.30.
59 Gratia Sacramẽtalis in ipſa applicatione materiæ & formæ, & per ipſam confertur. ibid. num.59.
60 Forma, & materia Sacramentorum à legitimo miniſtro applicari debent. ibidem nu.63.
61 Plura numero Sacramenta vnica forma poſſunt cõſecrari. diſp.188. num.2.
62 Sacramenti forma, vide *Formæ conſecrationis*, nu. 8. & verba *Conſecrationis*, num.78.
63 Sacramentum Baptiſmi, vide *Baptiſmus*.
64 Sacramentum Pœnitentiæ, vide *Pœnitentia*.
65 Sacramentum Euchariſtiæ, vide *Euchariſtia*.

Sacrificium.

1 Sacrificia offerebantur ſeptem diebus azymorum, quibus non niſi mundi veſci poterant. diſput.172. num.77.
2 Sacrificia hæc Paſchara dicebantur, de quibus omnes poterant comedere, ſi tamen mundi eſſent. ibi. nu.68.
3 Sacrificium incruentum, nec conſiſtit in ſanguinis infuſione in ore ſumentium, nec per illam cõſummatur. diſp.199. num.12.
4 Sacrificium incruentum Euchariſtiæ non fuit conſummatio noſtræ redemptionis, nec cauſa vniuerſalis illius, ſed particularis. ibi. nu.17.
5 Deus vult ſacrificium offerri propter noſtram, nõ propter ipſius vtilitatem. diſp.209. nu.21.
6 Dicentes quodlibet opus factum, vt ſancta Societate Deo adnexum, eſſe ſacrificium, cum hæreticis conſentire videntur, & refutantur late. diſ.220. nu.2.3.4. & 5.
7 Altare, & ſacrificium ſemper coniunguntur etiam apud Barbaros, & Hæbraice ab eadem radice deriuantur. ibi. nu.5.
8 Quodlibet opus bonum ſacrificium ab Auguſtino vocatur lata quadam ſignificatione. ibi. num.6.
9 Sacrificium verum apud Auguſtinum opponitur ei, quod ſolum in ſigno aliquo conſiſtit, ibidem num.7.
10 Multa in Dei honorem offeruntur, quæ ſacrificiũ non ſunt. ibi. nu.8.
11 Sacrificium ad ſolam religionem pertinet. ibidem num.11.
12 Variæ definitiones ſacrificij afferuntur, & refelluntur. ibid. num. 4. vſque ad 18.
13 Si immutatio ſammiſſionem ſignificat ſacrificium ab adoratione non differt. ibi. num.18.
14 Sacrificium natura ſua non poſtulat miniſtrum legitimum. ibid.
15 Sacrificium eſt ſignum Diuinæ omnipotentiæ, qua Deus eſt auctor vitæ, & mortis, & cuius nutu res omnes eſſe, & deſtrui poſſunt. ibi num.22.
16 Sacrificium Deo offertur ad placandum ipſum, vt ita aliquid ab eo impetremus, & in gratiarum actionem. ibid. num.25.
17 Sacrificium duplex alterum abſolutum, alterum relatiuum. ibid. num.26.
18 Sacrificium abſolutum eſt, quod non eſt alterius ſacrificij commemoratio. ibid.
19 Sacrificium relatiuum idem eſt ac commemoratiuum. ibid.
20 Sacrificia antiqua non ſunt commemoratiua nuncupanda. ibid. num.27.
21 In ſacrificio commemoratiuo non eſt neceſſarium vt res mutetur. ibid.
22 Sacrificium Melchiſedech, & panes propoſitionum in cryuano ſacrificabantur. ibidem numero 28.
23 Ad rationem ſacrificij non eſt neceſſarium, vt fiat vero Deo, ſed ſufficit, vt aliter deferatur, qui apprehenditur, vt Deus. ibidem num.30.
24 Sacrificium offertur Deo in Miſſa verè, & propriè. diſp.221. num. 20.
25 Non pugnat in eadem re ratio ſacrificij, & Sacramenti. ibid. nu.26.
26 Sacrificium crucis, vim habuit per modum vniuerſalis medij ad tollenda quæcunque peccata. ibidem.
27 Sacrificium altaris non operatur ſalutem noſtram per modum vniuerſalis cauſæ. ibid. nu.38.
28 Fractio corporis Chriſti, non eſt de eſſentia ſacrificij in Miſſa. diſp.222. nu.13. & 14.
29 Non poteſt conflari vnum ſacrificium ex conſumptione, & conſecratione. ibid. nu. 28.
30 In ſacrificijs antiquis ante manducationem rei oblatæ erat immutatio. ibid. num.29.
31 In ſola conſecratione tota eſſentia ſacrificij altaris poſita eſt. ibid. num.30. & ſequent.
32 Sacramentum altaris eatenus ſacrificium eſt, quatenus mortem Chriſti repræſentat, ibidem numero 39.
33 Sacrificium Miſſæ, aliquando vocatur ſacrificium panis, & vini, à ſpecibus panis, & vini, ſub quibus Chriſtus offertur. ibid. nu.53.
34 Latius patet oblatio, quam ſacrificium, eadem diſput. 222. num.54.
35 Sacrificium Miſſæ, quamuis ſit imago mortis, verum, & proprium eſt ſacrificium. ibidem numero 63.
36 Ratio ſacrificij in ſignificatione omnipotentiæ Dei autoris vitæ, & mortis, poſita eſt formaliter. ibidem nu.64.
37 Ad ſacrificium commemoratiuum non ſufficit ſolum ſignum mortis alterius rei, ni contineat rem ipſam, cuius mors ſignificatur, ibidem num.66.
38 Sacrificia antiquæ legis, vera eſſent etiam ſi Chriſtus nec futurus, nec moriturus eſſet. ibid. num.67.
39 Repræſentatio mortis Chriſti ſacrificijs, & Sacramentis veteris Legis accidentarie coniungebatur. ibid. nu.67.
40 Sacrificium commemoratiuum aliud abſolutum ſacrificium ſui ipſius debet repræſentare. ibidem. num. 68.
41 Sacrificium nõ conſiſtit in verbis, ſed in rebus ibidem num. 70.
42 Sacrificium incruentum poſtulat, vt ſub vtraque ſpecie conſecretur, diſp.223. num.18.
43 Sacrificium Miſſæ in ſola præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti, ſub duplici ſpecie ex vi verborum conſiſtit nulla habita ratione conuerſionis, ibidem num.32.
44 Eodem modo fieret ſacrificium ac nunc, ſi abſque vlla panis, & vini conuerſione corpus, & ſanguis Chriſti, ſub duplici ſpecie conſtitueretur. ibidem num.33.
45 Conſecratio vnius tantum ſpeciei, non eſt apta ad ſignificandam mortem Chriſti, & ſacrificium incruentum. ibid. nu.36.
46 Ex ſola Dei voluntate inſtitui poſſet pro ſacrificio incruento, & commemoratiuo, conſecratio vnius tantum ſpeciei. ibidem.
47 In Eccleſia præter ſacrificium Miſſæ, nullum eſt aliud ſacrificium, ibidem num.54.

Eccle ſia

48 Ecclesia nullum iam potest instituere sacrificium, ibidem num. 55.
49 Sacrificium Missæ accidentarie solum differt à sacrificio cœnæ, disp. 224. num. 2.
50 Eadem numero res oblata est in sacrificio Missæ ac fuit in sacrificio crucis, ibidem n. 7.
51 Actio sacrificandi in his duobus sacrificijs est diuersa, ibidem num. 8.
52 Sacrificium Missæ à sacrificio crucis differt etiam ratione offerentis, ibidem n. 8.
53 Inter sacrificium Missæ, & crucis est distintio specifica ex parte signi, ibidem num. 11.
54 Quamuis in eadem Missa plures materiæ consecrẽtur vnum est sacrificium, in diuersis vero diuersa, ibidem num. 12.
55 Sacrificium Missæ vere est propitiatorium, & impetratorium, ibidem num. 36.
56 Sacrificia veteris legis vere erant propitiatoria, ibidem num. 24.
57 Sacrificium Missæ bona alia præter remissionem pœnæ nobis impetrat eadem disputatione 224. num. 22.
58 Sacrificium ex propria natura suos habet effectus ibidem num. 27.
59 Rus Sacramenti non est medium comparatione sacrificij num. 28.
60 Victima huius sacrificij non efficitur per Sacramẽtum, ibidem num. 29.
61 Ratio Sacramenti concomitanter se habet cum natura sacrificij, ibidem num. 30.
62 In sacrificio Missæ non solum est eadẽ hostia, quæ fuit in sacrificio crucis, sed etiam idem offerens, disp. 225. num. 1.
63 Oblatio sacrificij Missæ ita dicitur munda vt nulla malitia, aut iniquitate offerentium inquinari possit. disp. 227. num. 28.
64 Sacrificium cruentum Christi dignitatem infinitã habuit per modum meriti, ibidem num. 26.
65 Sacrificium altaris quod modo offertur non est infinitum in genere meriti, ibidem num. 27.
66 Omne sacrificium est propitiatorium eadem. disp. 227. num. 1.
67 Pro baptizatis non excommunicatis sacrificium Missæ offerri potest ibidem num. 3.
68 Non pro quibus orare licet sacrificium licet offerre ibidem num. 16
69 Pro catecumenis non licet directe sacrificium offerre neque pro excomunicatis, ibidem.
70 Sacrificium Missæ non habet virtutem remittendi mortalia homini sola attritione dispositio. disput 228. num. 14.
71 Sacrificium Missæ non habet vim remittendi venialia vel augendi iustificationem, ibidem num. 17
72 Sacrificium Missæ vim habet impetrandi auxilium Dei ibidem num. 20. vide *Auxilium*.
73 Sacrificium crucis non sanctificauit per modum Sacramenti conferendo gratiam habitualem. ibidẽ numer. 25.
74 Sacrificium Missæ ad remissionem pœnæ prodest tam viuis quam defunctis, ibidem num. 27.
75 Hoc sacrificium non est meritorium comparatione Ecclesiæ, sicut comparatione sacerdotis. disp. 229. num. 7.
76 In hoc sacrificio est virtus impetrandi per modum meriti non solum ex opere operato, sed etiam ex opere operantis, ibidem n. 1.
77 Sacrificium habet vim impetrandi ex opere operãtis ratione publicæ dignitatis sacerdotalis, ibidem numero. 9.
78 Hoc sacrificium ex malo aliquo fine vel circunstãtia viriari potest respectu operantis. ibidem n. 13.
79 Et si hoc Sacrificium non producat actu infinitum effectum, habet tamen infinitam virtutem, disp. 230. num. 15.
80 Sacrificium altaris non est eiusdem rationis cũ sacrificio crucis ibidem num. 17.
81 Per sacrificium Missæ non meretur Christus nostrã redemptionem, ibidem.
82 Quod discrimen versetur inter Sacramentum, & sacrificium, ibidem num. 18.
83 Hoc sacrificium pluribus applicatum ita singulis prodesse ac si paucioribus applicaretur variis modis ab aliquibus defenditur. disputatione 231. numero 3.
84 Vt sacrificium prosit homini, pro illo debet effici a sacerdote, ibidem num. 12.
85 Sacrificium crucis non profuit Christo nisi ratione deuotionis, ibidem.
86 Duplici intentione offerri potest hoc sacrificium generali scilicet & particulari, ibid. n. 10.
87 Fructus huius sacrificij ex opere operato dependet ex sola applicatione sacerdotis, ibidem num. 13
88 Si sacerdos sacrificium pro alijs non offerret, nihil illis ex opere operato prodesset, ibidem num. 15.
89 Hoc sacrificium applicatum intentione generali ita prodest pluribus ac paucioribus, ibidem numero 16.
90 Si hoc sacrificium offeratur intentione speciali idẽ prodest multis, ac paucioribus. ibidem.
91 Quando hoc sacrificium offertur pro pluribus non præstat tantum effectum ex opere operantis, ac si pro paucioribus offerretur, ibidem num. 20.
92 Sacrificium speciali voluntate oblatum, plus prodest ac generali, ibidem num. 38.
93 Non pendet ex voluntate ministri, vt per sacrificium sequatur vnus effectus, & non alius. disputatione 231. num. 35.

Sanguis.

1 Sanguinis substantia hic quantitate aliove accidente recte nomine sanguinis denotatur. disp. 187. num. 21. & 27.
2 Sanguinis forma est sub speciebus ex vi verborum licet solum indirecte significetur, ibidem num. 28.
3 Sanguis Christi etiam à brutis dicitur bibi, & cũ speciebus esse adhuc in stomacho peccatoris aut animalis, disp. 195. n. 45. 50. & 51.
4 Sanguis Christi intra domum seruari non poterat à fidelibus laicis sed tantum in vasis sacris. disput. 197. n. 51.
5 Sanguis in calice non separatur à corpore Christi nec reipsa effunditur licet effusio illis repræsentetur. disp. 199. num. 11.
6 Infusio sanguinis Christi in ora sumentium nec est id in quo consistit sacrificium incruentum nec per quod cõsummatur ibidem num. 12.
7 Illa sanguinis infusio solum pertinet ad vsum Eucharistiæ quatenus Sacramentum est ibidem.
8 Quamuis sanguis Christi ratione specierum dicatur in ora sumentium infundi sed non absque omni figura, ibidem.
9 Sanguis Christi dicitur effundi in remissionem peccatorum etiam proillis quibus efficaciter non prodest, ibidem num. 14.
10 Sanguis Christi dicitur nouum testamentum, vel noui testamenti quatenus in passione reipsa effusus, ibidem num. 15. 16. 17. & 18. & disp. 205. n. ume. 10 13.
11 Sanguis Christi prout in Eucharistia solum est parti

cularis cā uſa remittendi in vno quoque peccata venialia per modum Sacramenti. diſp. illa 199. numero 18.

12 Sanguis Chriſti prout effuſus in paſsione eſt cauſa vniuerſalis noſtræ redemptionis ibidem & diſput. 205. num. 14.

13 Sanguis Chriſti in Euchariſtia per modum ſacrificij ſolum eſt cauſa per modum impetrationis remittendi in vno quoque venialia, & mortalia peccata. diſp. illa 199. n. 18.

14 Sanguis Chriſti propriè dicitur teſtamentum pactū ſeu fœdus, quatenus fuit cauſa & conditio promiſſionis gratiæ, ibidem n. 41. & 42.

15 Sanguis Chriſti, qui in calice conſecratur iure optimo vocatur nouum Teſtamentum prout in cruce reipſa effuſus fuit. diſp. 221. num. 41.

16 Sanguis de latere Chriſti vide *Aqua*, num. 3. & 4.

17 Sanguinis quantitas, vide, *Quantitas*, num. 2. vſque ad 19.

18 Sanguis exiſtens ſub ſpeciebus vide, *Species conſecrata*, num. 16. *Euchariſtia*, num 11. 19. 22. & ſeq.

Satisfactio.

1 Satisfactio eſt pars ſubſtantialis integrans Sacramenti Pœnitentiæ ad peculiarem effectum Sacramenti conſtitutum. diſp. 183. n. 42

Scandalum.

1 Non eſt omittendum aut tranſgrediendum præceptum aliquod ob vitandum vllum ſcandalū. diſp 203. num. 14. poſt errorem 41. & diſputatione 209. num. 27.

2 Non eſt ſcandalum in famatio a'icuius apud populum. diſp. 209. num. 27.

3 Ob ſcandalum vitandum non poteſt omitti, aut tranſgredi præceptum humanum etiam ortum ex ignorantia, & infirmitate, quæ dicitur puſillorum diſp. 223. num 11.

4 Quid ſit ſcandalum paſiuum puſillorum, & quid Phariſæorum. diſp. 241. num. 58.

Ob paſsiuum ſcandalum puſillorum iuſta eſt Epiſcopi tranſlatio, ſecus ob ſcandalum paſsiuum Phariſæorum vel actiuum ipſius Epiſcopi ibidem.

Scientia.

1 Defectus ſcientiæ ad ſpiritualem adminiſtrationē rationabilis cauſa eſt ad renuntiationem Epiſcopatus non vero ad tranſlationem. diſputatione 241 num. 56.

Scotiæ Regina.

1 Regina Scotiæ cum ad martyrium adduceretur, ſe ipſam commuuicauit diſpenſatione Pontificis, vel etiam bona fide diſp. 219. num. 18.

Scotus.

1 Scoti ſententia de tranſubſtantiatione fideliter exponitur. diſp. 180. num. 45. & 46.

2 Scotus ſenſit ex verbis conſecrationis abſolute nō conuincī deſitionem ſubſtatiæ panis, & vini, ibidem num. 48. & 49.

3 Scotus poſuit tranſubſtantiationē in ordine ſubſtantiæ ad ſubſtantiam. diſputatione 181. numero 121. 122. & 123.

4 Sine errore docet Scotus formam panis eſſe accidentariam & non ſubſtantiariā. diſputatione 184. num. 37.

5 Docet Scotus accidentia abſoluta à loco conuenire corpori in pluribus locis exiſtenti, ibidem numero 21 & 22.

6 Non docet Scotus modum exiſtendi Chriſti in Euchariſtia non pendere ab eſſe ſubſtantiali ipſius, ſed non pendere natura ſua à modo exiſtendi extra diſp. 192. num. 5. 7. & 8.

7 Conſequenter docet Scotus non manſurum Sacramentum quoad rem contentam ſi forma corporeitatis à materia prima ſeparetur, ibidem numero 9. & 10.

8 Scotus quidam hæreticus fuit primus autor erroris negantis veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia diſp. 179. num. 11.

Scriptura.

1 Nihil obſcurè dicitur in Scripura ad mores vel fidem ſpectans quod alibi clare dictum non ſit. diſp. 179 num. 85.

2 In Scriptura non eſt ad figuras confugiendum niſi autoritas vel ratio euidens cogat. ibidem numero 83.

3 In Scriptura per nouum & noua intelliguntur præſtantia diſp. 196. num. 43.

4 Ex Scriptura oſtenditur licitam eſſe communionem ſub ſpecie ſolius panis diſput. 216. num. 7. vſque ad 78.

5 Scriptura quædam omnibus communiter præcipit quædam vero ſingulis ibidem num. 51.

6 Filios neſcire quid ſit in Scriptura. diſput. 247. numer. 107

7 Scripturæ verba vide, *Verba*. n. 15. & 17.

Senſibile commune.

† 1 Vbi proprium nulla ratione eſt ſenſibile commune nec ſub ſenſum cadit. diſp. 191. num. 15.

† 2 Senſibilia communia ſunt motus & quies, quæ tamen nihil ſunt in ipſo mobili præter quantitatem ipſius. ibidem & num. 16.

† 3 Hæc ſenſibilia dicuntur ſentiri quoties cum ipſo mobili duo alia corpora ſimul ſentiuntur, ibidem

† 4 Senſibilia communia, quantitas & figura modificantur intrinſece ſpeciem coloris & ſimul cum eo repræſentantur. ibidem num. 17.

† 5 Motus quies, & numerus abſque modificatione ſpeciei ſenſibilis proprij dicuntur ſenſu percipi. dū modo plura ſimul ſenſibilia percipiantur. ibidem.

Senſus Potentia.

† 1 Non magis fallitur ſenſus circa ſenſibile proprium & commune poſt conuerſionem in Euchariſtiæ quā antea diſp. 180. num. 97.

† 2 Senſus optime conuincitur ad fatendum verum corpus argumento deſumpto ex actu, ibidem numer 98.

† 3 Etiam ſi ſenſus iudicaret in Sacramento Euchariſtiæ non deciperetur. diſp. 184. num. 37.

† 4 Non percipit ſubſtantiam ſenſus niſi per accidēs ibidem.

† 5 Nullus ſenſus externus vel internus in rem indiuiſibilem vel indiuiſibili modo exiſtentiferri naturaliter poteſt. diſp. 191. n. 2

† 6 Senſus poteſt ferri in tale obiectum virtute ſupernaturali, ibidem n. 7 & ſequentibus.

† 7 Senſus non dicitur ſentire motum & quietem niſi ſimul tria corpora ad minus percipiat, ibidem numer. 17.

† 8 Sēſus poteſt ſupernaturaliter percipere corpus Chriſti prout ſpeciebus coniunctum non tamen ipſum modum vnionis ibidem n. 14. 18. & 19.

† 9 Senſus externi non operantur niſi ab exteriori aliquo à gente prius patiantur ibidem num. 18.

† 10 Non poſunt ſenſus externi pati ab exteriori agente niſi habeant extenſionem actualem. ibidem.

† 11 Senſus interni licet ſpecies in abſentia obiecti retinean

neãnt operari non poſſunt niſi habeant modum extenſionis quantitati. eodem numero in fine.
12 Senſus non ſolum dicuntur verſari circa propria ſenſibilia, & circa propriam horum ſubſtantiam, ſed etiam circa ſubſtantiam illis contentam, aut tectam, ibidem num. 15. Senſus verborum vide *Significatio*.

Separatio.

1 Myſtica ſeparatio corporis, & ſanguinis Chriſti in eo conſiſtit vt primario, & per ſe ſit corpus ſub vna ſpecie & ſanguis ſub alia cætera vero per concomitantiam. diſp. 223. num. 41.
2 Separatio accidentium, vide *Accidens ſeparatum*, numero 7. 8. & 9.

Sepulchrum.

1 Sepulchrum locus pro mortuis, vnde intulit Angelus Chriſtum non eſſe in Sepulchro, quia ſurrexerat. diſp. 189. num. 69. in fine.

Seruus.

1 Seruus à Iuliano Imperatore, quomodo ad tonſuram monachalem permitteretur. diſputatione 250 num. 5.

Significatio.

1 Cibus & potus ſignificant ſolum recreationem, & corroborationem viuentium. diſputatione 205. num. 26.
2 Ex ſola ſignificatione Sacramenti ſecluſo iure poſitiuo ſumi debet ratio irreuerentiæ, & peccati diſput. 206. num. 23.
3 Significatio nominis diſtinguitur à ſignificatione rei, quod hæc naturalis & illa ad placitum. diſp. 222. num. 28.
4 In ſignificatione omnipotentiæ Dei Autoris vitæ & mortis ratio ſacrificij ſita eſt, ibidem num. 55.
5 Significatio, & ſenſus verborum, vide *Verba*.
6 Significatio connotatur, vide *Connotatio*. numero 2. & 3.
7 Significatio nominis, vide *Nomen*.
8 Significatio verborum, vide, *Verborum ſignificatio*.
9 Significatio Euchariſtiæ, vide *Euchariſtiæ ſignificatio*.

Signum.

1 Signum crucis ordinandis adhibitum quæ cæremonia ſit. diſp. 247. num. 118.

Simon.

1 Simon veniens de villa non videtur feſtum violaſſe. diſp. 172. num. 92.
2 Simon cogi potuit adferendam crucem Chriſti à gentibus ſeruis Pilati, ibidem.
3 Simon Magus vſus eſt tonſura clericali diſp. 250. num. 12.

Situs.

1 Situs imperfectum prædicamentum eſt nec ſpecie bus gaudet ſaltem ſubalternis. diſputatione 190. num. 49.

Sixtus V.

1 Sixtus quintus conferenti hanc primam tonſuram contra iuris ordinem ſuſpenſionem à collatione, omnium ordinum & executione munerum Pontificalium & interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ abſolute ſtatuit. diſp. 243. num. 55.

Societas Ieſu.

1 Religioſis noſtræ Societatis conceſſum eſt, vt ſine licentia Rectorum parochialium Euchariſtiam miniſtrent fidelibus feſto Paſchatis excepto. diſput. 239. num. 37.
2 In conſtitutionibus noſtræ Societatis habetur poſſe ſæculares de manu noſtra Euchariſtiam ſuſcipere in die Paſchatis dummodo præcepto communionis antea vel poſt in propria parochia ſatisfaciant ibidem.
3 Societatis conſtitutiones per diem aut feſtum Paſchatis intelligunt totum tempus Paſchale in quo præcepto annuæ communionis ſatisfieri poteſt, ibidem num. 38.
4 Societatis IESV Præpoſitus Generalis & eius delegati priuilegium habent à Gregorio XIII. ita diſpenſandi in interſticijs, & alijs requiſitis vt Epiſcopus ab ordinandis huius religionis interſtitia, & alia exigere non debeat. diſp. 246. n. 50.
5 Hoc priuilegium Societatis IESV noluit Græg. rius vt alteri religioni communicaretur, ibidem.

Sortes.

1 Sortibus electionem miniſtrorum Eccleſiæ fieri nõ eſt conueniens. diſp. 244. num. 8.
2 Sortibus Matthiam eligi in Apoſtolatum ex varijs cauſis potuit eſſe iuſtum, ibidem. n. 13.
3 Sortibus vti ad magiſtratus, & gubernatores inter dignos eligendos licitum eſt, ibidem.

Species Sacramentales.

1 Species Sacramentales Euchariſtiæ proxime & primarie effectum Sacramentalem ſignificant. diſput. 167. num. 23.
2 In ſpeciebus Euchariſtiæ nihil per modum formæ remanet ex præteritis verbis, ibidem num. 28.
3 Species Sacramentales ſolum proxime ſignificant gratiam Sacramentalem, & vnionem corporis myſtici, ibidem num. 30.
4 Species Sacramentales ſe habent vt materia reſpectu ſignificationis quæ comparatur vt forma, ibidem num. 35.
5 Species Sacramentales ſunt Sacramentum Euchariſtiæ, ibidem num. 36.
6 Species conſecratæ panis, & vini vnum in ſpecie ſunt Sacramentum Euchariſtiæ in ratione Sacramenti. diſp. 168. num. 4. & ſeq.
7 Quare ſpecies panis, & vini dicantur plura Sacramenta, ibidem num. 9.
8 Quælibet ſpecies conſecratæ non eſt integrum Sacramentum Euchariſtiæ, ibidem num. 10.
9 Plures ſpecies panis aut vini ab eodẽ vel pluribus ſacerdotibus cõſecratæ & ab vno vel pluribus ſumptę plura numero ſunt Sacramenta. ibidem num. 13 & ſequentibus.
10 In pluribus ſpeciebus conſecratis ſunt plures ſignificationes & cauſæ rei ſacræ, ibidem num. 17.
11 Plures ſpecies ſimul ſumptæ ſunt vnum conuiuium ſpirituale, & vna refectio, ibidem.
12 Species conſecratæ non ſunt dicendæ figura corporis & ſanguinis Chriſti, ſed ipſum corpus & ſanguis. diſp. 179. n. 10.
13 Diuerſitas eorum quæ ſub ſpeciebus continentur ex vi verborum colligitur ex diuerſitate ſignorum, & non excluduntur concomitantia. diſput. 185. num. 11.
14 Sub qualibet ſpecie quædam ſunt ex vi verborum & alia ex naturali cõnexione, & concomitantia, ibidem num. 12. & diſp. 187. num. 12.
15 Sub ſpeciebus panis non eſt ex vi verborum ſanguis anima nec Diuinitas ſed tantum corpus Chriſti. diſp. 185. num. 13.
16 Illa ſunt ratione concomitantiæ & connexionis naturalis,

ſuralis quam ſi non haberent non adducerentur, ibidem.

17 Sub ſpeciebus panis in triduo ſolum, eſſet corpus mortuum & ex ſangue, ibiden num. 14.

18 Si corpus à Diuinitate diſceſsiſſet in triduo non eſſet tunc Diuinitas ſub ſpeciebus panis, ibidem.

19 Sub ſpeciebus vini ſolum eſt ſanguis ex vi verborũ cætera ratione connexionis & concomitantię, ibidem & num. 23.

20 Sub vtraque ſpecie conſecrata tota Trinitas eſt per concomitantiam, ibidem num. 17.

21 Quæ ſub ſpeciebus panis ſunt per connexionem naturalem quia ibi ſunt dicuntur manducari, ibidẽ numer. 18.

22 Sanguis eſſet ſub ſpeciebus panis concomitanter ſi naturaliter eſſet cum corpore licet vita Chriſti à ſanguine non penderet, ibidem num. 23.

23 Sub ſpeciebus vini non ſolus eſt ſanguis qui effundẽdus erat ex vi verborum ſi alius in corpore Chriſti manſit ibidem num. 25.

24 Totus ſanguis in corpore Chriſti exiſtens eſt ſub ſpeciebus vini ex vi verborum ibiden.

25 ſub ſpeciebus non conſtitueretur ſanguis continuus ex vi verborum ſi in ſe eſſet diuiſus in varias partes ibidem num. 27.

26 Cum diuiſione ſanguinis ſub ſpeciebus veritas verborum conſecrationis conſtare poſſet ibidem.

27 Nulla ratione eſt ſub ſpeciebus anima Chriſti ex vi verborum. diſput. 186. num. 14. & 19.

28 Sub ſpeciebus eſt corpus Chriſti ex vi verborũ viuũ aut mortuũ, & alterutrum per concomitantiam habet, ibidem num. 38. 39. 40.

29 Sub ſpeciebus panis eſt quantitas corporis Chriſti in vniuerſum ex vi verborum licet hæc, aut illa qualitas ſit per accidens. diſp. 187. num. 18. & ſequẽtibus.

30 Sub ſpeciebus vini nullo modo ponitur quantitas ſanguinis ex vi verborum ibidem num 21.

31 Sub ſpeciebus panis ponũtur per ſe aliqua accidentia cum quantitate in vniuerſum non vero ſub ſpeciebus viui ibidem & num. 22.

32 Sub ſpeciebus panis non ſunt per ſe accidentia ſingularia determinate ibi.

33 Sub ſpeciebus panis poteſt poni per ſe ratio communis vniuoca abſtracta ab accidentibus corporis mortui & vini, ibidem n. 23.

34 Non poteſt poni per ſe ſub ſpeciebus panis vna ratio communis abſtracta à corpore viuo & mortuo, ibidem.

35 Sine fundamento conceditur ſpeciebus virtus ad trahendum ſecum corpus Chriſti, & conſtituendum in vbi diſp. 190. num. 42. 43. 44. & 45.

36 Non poteſt ſpeciebus cõmunicari virtus hæc principalis, ſed inſtrumentalis & ſi communicaretur, corpus Chriſti moueretur a ſolo Deo & non à ſacerdote, ibidem. num. 43.

37 Non eſt neceſſaria virtus attractiua in ſpeciebus neque ad tranſubſtantiationem neque vt ſub illis permaneat corpus Chriſti ibidem num. 45.

38 Species conſecratæ dicuntur corpus, aut ſanguis Chriſti per figuram diſp. 193. num. 11.

39 Ratione figurę quæ ſpeciebus conueniunt, de Chriſto enunciari ſolent & poſſunt ſed non omnia, ibidem & num. 12.

40 Idem contingeret ſicum Chriſto maneret ſubſtãtia panis ſub ſpeciebus, ibidem num. 12.

41 De Chriſto ſub ſpeciebus alia enunciari poſſunt, quæ Patres non prædicarunt ſi ſimilis figura reperiatur, ibidem num. 14.

42 Ratione ſpecierum per figuram ea ſolum de Chriſto dicuntur, quæ ad aliquem ſenſum referuntur, ibidem num. 14. & 15.

43 Ratione ſpecierum de Chriſto ſub illis ſine figura enunciantur frangi & miſceri, ibidem n. 19.

44 Chriſtus poteſt eſſe ſub ſpeciebus quando ipſis immutatis aliquid aliud ob oculos videntis verſatur, ibidem num. 26.

45 In ſpeciebus non eſt facta mutatio quando apparitiones non ſunt omnibus eodem modo ſed diuerſo ibidem.

46 Species immutatæ fiunt quando eędem ſunt apparitiones reſpectu omnium diſp 193. num. 27.

47 Speciebus mutatis vel etiam immutatis fieri poſſunt apparitiones virtute Dei, & altero vel vtroque modo factæ iam ſunt, ibidem num. 28. 48.

48 Cum in ſpeciebus fiunt apparitiones nec Chriſtus in propria ſpecie nec caro illius prout eſt in Sacramento nec alio modo videtur, ibidem num. 19. & 30.

49 In ſpeciebus nunquam aparet caro Chriſti aut alterius, ſed carnis effigies ibidem num. 30.

50 Sub ſpeciebus tandiu manet Chriſtus quamdiu ſub illis maneret ſubſtantia panis & vini, & quandiu eadem numero quantitas manet, ibidem num 31. 32. 33. & diſp. 195. num. 54. & ſequentibus.

51 Quando in ſpeciebus apparet caro vel ſanguis mutatione ipſarum non manet eadem quantitas nec corpus Chriſti eadem. diſp. 193. num. 41.

52 Nomine ſpecierum ſchola ſtici antiqui Patres & Cõci. omnia accidentia panis & vini intellexerunt. diſp. 194. num. 4.

53 Si nomine ſpecierum accidentia ſolum ſenſibilia & eis cõnexa intelligeretur, definitum eſſet alia nõ manere, ibidem.

54 Ex ſpeciebus nulla ratione generatur ſubſtantia, ſed per creationem producitur diſpoſitionibus in illis introductis id poſtulantibus non naturaliter, ſed, vt myſterium lateat. diſput. 195. num. 26. & ſequentibus.

55 Speciebus Sacramentalibus animal vere nutriti ſolet, & enebriari ibidem num. 35.

56 Eadem modo ex ſpeciebus fit nutritio quo producitur alia ſubſtantia videlicet per creationem, ibidem. num. 37.

57 Species conſecratæ a veſtijs & auibus comedi poſſunt, & ab igne cremari, ibidem num. 38. & 39.

58 Deuoratis ſpeciebus aliquid in ſeceſum emittitur, quod alias non emitteretur licet non aliquid Sacramenti, ibidem num. 40.

59 Sumptis ſpeciebus in modica quantitate nequit homo diu naturaliter ſuſtentari licet aliquid ſubſtituatur loco materiæ, ibidem num. 41.

60 Speciebus conſecratis in iuſta quantitate ſumptis poteſt homo ſubſtentari creata noua materia cum forma per miraculum, ibidem n. 42.

61 Sumptis ſpeciebus poteſt homo inebriari, & venter illius diſtendi, ibidem num. 43. & 44.

62 Aquocumque ſpecies manducari dicẽtur dicitur etiam manducari corpus Chriſti, ibidem numero. 45.

63 Sub ſpeciebus à beſtijs deuoratis, vel in loco ſordido eiectis ante corruptionem permanet corpus Chriſti eadem. diſp. 195. num. 46.

64 Nullus Autor docet ſub ſpeciebus deſinere eſſe corpus Chriſti ſimul atque ſpecies ore hominis ſumuntur. ibidem num. 59.

65 Abſurdum eſt dicere ſub ſpeciebus tandiu manere corpus Chriſti quandiu manducantur, & non finita manducatione etiam ſi ab iniuſto ebrio vel bruto manducẽtur. ibidem num. 50. 51.

66 Prius natura corrumpuntur ſpecies quam Chriſtus deſinat eſſe ſub illis, ibidem num. 57. & 58.

67 Species immutari poſſunt mixtione extraneæ ſubſtantiæ non conſecratæ & non ſolum impreſſione contrariæ qualitatis, ibidem num. 59.

68 Si ſpeciebus conſecratis infundatur alius liquor & fiat mixtio per ſolam partium diuiſionē abſque phyſica immutatione non deſinit ibi eſſe Chriſtus ibidem num. 63. & ſeq.

69 Tunc ſolum ſub ſpeciebus deſinet eſſe Chriſtus, quoties per alterationem liquoris aduenienti, ſpecies corrumpentur, ibidem

70 Idem eſt ſiue ſpecies infundantur alijs ſpebiebus conſecratis ſiue liquori non conſecrato, ibidem & numer. 70.

71 Non diuidentur ſpecies in minimas partes infuſione alterius liquoris eiuſdem ſpeciei abſque continuatione cum illo eadem. diſp. 195. n. 67.

72 Non deſineret Chriſtus eſſe ſub ſpeciebus licet per continuationem cum alio liquore fieret tertium abſque phyſica corruptione, ibidem. n. 68.

73 Species cōſecratæ facta diuiſione per minimas partes ſenſibiles manent & cum alijs ſentiri poſſunt licet ab illis ſenſu dicerni nequeant, ibidem. n. 69.

74 Si ſpeciebus conſecratis liquor diuerſæ ſpeciei infundatur per ſolam diuiſionem ſine phyſica alteratione non deſinet eſſe ſub illis Chriſtus, ibidem.

75 Species conſecratæ eodem modo agent in conſecratas ac agerēt ſi propriā vini ſubſtantiam haberent, ibidem n. 70.

76 Species vere manducari dicuntur cum ſunt in ore & intradentes conteruntur. diſp. 203 num. 17.

77 Ex vtraque ſpecie maior effectus gratiæ percipitur quam ex altera tantum. diſputatione 215. numero 5. & ſequentibus vide *Euchariſtiæ effectus* nu. 67. & ſequentibus.

78 Vna quæque ſpecies Euchariſtiæ ſuam habet ſignificationem diuerſam, & ſuum effectum per ſe operatur ibidem num. 9. & ſeq.

79 Species panis, & vini ſunt inſtrumenta Diuinitatis ad gratiam diuerſam producendā iuxta diuerſam ſignificationem ibidem nnm. 12. & 13.

80 Vnicuique ſpeciei ſuus gradus diſtinctus gratiæ reſpondet, & vtraque maiorem refectionem ſignificat quam altera tantum, ibidem n. 18.

81 In vtraque ſpecie perfectior eſt ſignificatio ex parte rei ſignificatæ quam altera tantum, ibidem numero 19.

82 Quamuis ſpecies panis ſolum Chriſti corpus contineret totam gratiam ad ſalutem neceſſariam conferret ibidem. n. 25.

83 Finis utriuſque ſpeciei idem eſt plus tamen gratiæ confertur per vtramque ſpeciem ſimul quā per alteram tantum, ibidem n. 29.

84 Si in ſpecie panis totus Euchariſtiæ effectus contineretur non diceretur ſanguis Chriſti ſub ea contectus bibi ſed manducari, ibidem, & diſput. 216 num. 50.

85 Licita eſt cōmunio ſub ſpecie tantum panis. diſput 216, num. 7. & ſeq.

86 Sub ſpecie tantum panis ſolita fuit aſſeruari Euchariſtia pro ægrotis, ibidem numero. 24. & ſequentibus.

87 Species vini nunquam ſeruatæ fuerunt in ſacrarij ibidem num. 28.

88 Cōmunio ſub vtraque ſpecie iure optimo laicis interdicta eſt, ibidem num. 39. & ſeq.

89 Aliquibus conceditur vtraque ſpecies, & alijs poteſt aliquando licere, ibidem num. 45. & 47.

90 Ad ſolam ſpeciem panis reffertur manducare bibere vero ad ſolam ſpeciem vini, ibidem nu. 50. & 51.

91 Sub vtraque ſpecie debet ſumi Euchariſtia ex præcepto non à ſingulis, ſed ab aliquibus, num. 55. & ſequentibus.

92 Species non ſe tenent ex parte rei oblatæ ſed ex parte actionis diſp. 223 n. 43.

93 Species vini vide *Vinum*, maxime n. 12.

94 Corpus exiſtens ſub ſpeciebus vide *Nomen* Exiſtentia Chriſti ſub ſpeciebus vide *Chriſti exiſtentia*.

95 Quæ ſpecies maneant & quomodo vide, *Accidentia ſeparata* nu. 1. & ſeq.

96 Species Sacramentales quomodo operentur, vide *Accidentia ſeparata* num. 15. & ſequ.

Species ſenſibilis.

1 Non poſſunt ſpecies ſenſibiles naturaliter nec ſupernaturaliter ab obiecto corporeo indiuiſibiles exiſtentiā in oculum mitti. diſputatione 191. numer. 2. 3. & 12.

2 Per ſpeciem ſenſibilem obiecti abſentis poteſt Diuina potentia viſio fieri diſp. 193. num. 26.

Sphæra.

1 Sphæra, vide *Cœlum*.

Spicæ.

1 Spicæ offerebantur poſt primum diē azymorum, fere ſemper naturæ & contuſæ in modum farris. diſp. 173. num. 14.

2 Spicæ primitiarum debebant eſſe hordeaceæ nō alterius frumenti ibidem.

3 Spicæ, ſi virides aliquando eſſent igni torrendæ erant, ibidem.

Spiritus.

1 Spiritus nec in Spiritum nec in corpus conuertitur teſt. diſp. 134. num. 17. & 27.

Sponſalia.

1 Sponſalia præcedunt inter animam & Chriſtum per fidem, diſp. 204. n. 36

Stephanus.

1 Stephanus non ſtatim poſt ordinationem martyrio affectus. diſp. 136. num. 63.

2 Stephanus non tertio nonas Auguſt. ſed poſtridie natalis Domini menſe Decembris martyrio coronatus, ibidem num. 64.

3 Stephani feſtum curdie tertia Auguſti celebrari ſolitum ex Aug. ibidem.

4 Cur Stephani translatio tertio Auguſti celebretur, ibidem.

5 Stephanus non pauperum diaconus fuit ſed in ſacro diaconatus ordine Iacobo miniſtrauit. ibidem num. 66.

Aeſtimatio.

1 Aeſtimatio duplex publica & priuata. diſputione 234 num. 5.

Stipendium.

1 Stipendium pro munere Euangelij non eſt omnibus miniſtris æquale. diſp. 234. num. 18.

2 Non maius ſtipendium meretur miniſter pauper quam diues, ibidem.

3 Stipendium non confertur pro valore Miſſæ, ſed in ſubſidium ſubſtentationis ſacerdotis, ibidem num 20 vide *Miniſter*.

Subdiaconus, & ſubdiaconatus.

1 Subdiaconi munus ex Patribus, & Pontificibus diſp. 236. n. 31. & 32.

2 Neceſſaria & eſſentialis materia ordinationis ſubdiaconi

diaconi eſt ſolus calix vacuus cum patena, quam ſolus tradit Epiſcopus, ibidem num. 32. diſp. 234. nu 42. & 41.
3 Primitiua Eccleſia inter ſacros ordines non numerat ſubdiaconatum quod ſub eo tempore non habuerit connexum votum continentiæ diſput. 237. num. 12.
4 Subdiaconatum, & minores ordines non à Chriſto ſed ab Eccleſia inſtitutum, ac proinde non eſſe Sacramenta aliqui cum Magiſtro ſenſerunt, ibidem. 10. & 13. & diſp. 238. num. 1.
5 Subdiaconatus licet aliquando non habuerit annexum votum caſtitatis ſemper tamen fuit Sacramentum à Chriſto inſtitutum, ibidem num. 14. & diſp. 234 num. 10.
6 In ordinatione ſubdiaconi quamuis duplex ſit forma, & materia, in alterius traditione tantum conſertur ordo, ibidem n. 17.
7 Licet veriſimum ſit ſubdiaconatum eſſe Sacramentum non adeò efficaciter probatur, ac de diaconatu, ibidem num. 12. 13. & 14.
8 Subdiaconatus meminit diuus Ignatius Martyr, ibidem num. 15.
9 Subdiaconatus attingit effectum ſpiritualem, gratiam videlicet, in anima ordinati, ibidem num. 17.
10 Non bene infertur ex doctrina D. Thom. aut ſubdiaconatum non eſſe Sacramentum aut plura eſſe Sacramenta quam ſeptem, ibidem num. 19. 22. & ſequentibus.
11 Difficile eſt aſsignare formam in ordinatione ſubdiaconi ea tamen vere aſsignatur in Pontificali, ibidem num. 51. 52. & 53.
12 Subdiaconatus non ſemper fuit ordo ſacer cum nõ ſemper habuerit votum caſtitatis, ſemper tamẽ fuit Sacramentum, ibidem num. 57.
13 Circa continentiam ſubdiaconi, quid Græca, quid Latina Eccleſia ſtatuat, ibidem num 58.
14 Subdiaconatui ante tempora Vrbani II. annexum fuit votum caſtitatis, & Vrbani ſententia explicatur, ibidem num. 58. & 59.
15 Ex ſubdiaconatu ad Epiſcopatum nullus promoueri poterat ex ſtatuto Vrbani II. quod poſtea permiſit Innocentius III., ibidem
16 Omni tempore licitum fuit ſubdiaconis vaſa ſacra corporis, & ſanguinis Chriſti tangere, ibidem numer. 60.
17 In aliquibus Concilijs vetitum eſt ſubdiaconis tangere vaſa ſacra non vacua, ſed cum Euchariſtia, ibidem num. 61.
18 Ex eo quod ſubdiaconus poſsit vaſa ſacra tangere, aut non tangere, hic ordo ſacer dicendus eſt, ibidẽ num. 63.
19 Subdiaconatus olim etiam à Chorepiſcopis conferebatur. ibidem.
20 Ordinarius miniſter ſubdiaconatus eſt Epiſcopus ex commiſsione vero ſimplex ſacerdos ex aliquorum ſententia in decreto Eugenij IIII. fundata, ibidem num. 74.
21 Subdiaconi præterlinguam Latinã ea, quæ ad proprium officium ſpectat debent intelligere. diſp. 246. num. 53.
22 Subdiaconatum cum minoribus ordinibus eodem die conferre nullo iure prohibitum eſt. ibidem numer. 47.
23 Non eſt conſuetudo in oppoſitum introducta quę vim habeat legis. ibiden.
24 Ne ante vigeſimum ætatis annum ſubdiaconi ordinentur Synodus Trullana decreuit, ibidem numer. 39.
25 Ad ſubdioconatum in 18. ætatis anno quisque prõ moueri poteſt ex ſtatuto Clementis V. ibidem numer. 41.
26 Subdiaconum ante vigeſimum ſecundum ætatis annum ordinari non poſſe Concilium Tridentinũ etiam proregularibus definiuit. ibidem n. 42.
27 Ad ſubdiaconatum ſine ſufficienti cauſa ſupplendi interſtitia non poteſt quis aſcendere niſi poſt annum aſsuſceptione poſtremi gradus ordinum minorum, ibidem num. 49.
28 Subdiaconus aliquando in Latina Eccleſia non obligabatur ad continentiam. diſputatione 242. numer. 16.
29 Subdiaconatum quare non conſueuerit inter ſacros ordines recenſeri, ibidem.
30 Subdiaconus voto cõtinentiæ ſubdi quo tempore cœpit diſp. 248. num. 6.
31 Subdiaconatus aliquando ordo ſacer non iudicabatur ibidem.
32 Poſsit ne ſubdiaconus aquam calici infundere, vide *Aqua* num. 14. & 15.

Subſiſtentia.

1 Subſiſtentia panis & vini nequit ſine propria ſubſtantia manere & ideo tacite eam excludit Tridentinum ab Euchariſtia. diſp. 180. num. 109.

Subſtantia.

1 Subſtantiam panis, & vini in Euchariſtia manere varie adſtruũt hæretici diſputatione 180. num. 1. vſque ad 5.
2 Subſtantiam panis & vini manere vnitam hipoſtatice Verbo vel Chriſto medio corpore humanitatis aliqui etiam catholici docuerunt. ibidem numer. 5. & ſequentibus.
3 Nihil ſubſtantiæ panis aut vini poſt conſecrationem in Euchariſtia manere catholica ſententia docet, ibidem nu. 15. & ſequentibus & diſp. 184. n. 38.
4 Idem quam plures tradũt Patres antiqui & Recentiores. diſp. illa 180. num. 21. vſque ad 31.
5 Eadem definitio ſubſtantiæ ex verbis conſecrationis manifeſte deſumitur ibidem num. 32. & ſequẽtibus.
6 Subſtantia propria demonſtratur demonſtratis accidentibus ſi adſint, ſecus etiam aliena ibidem nu. 33. & 34.
7 Cum ſubſtantia habet figuram vaſis demonſtratis accidentibus poteſt demonſtrari alia ſubſtantia cõtenta. ibidem.
8 Manente ſubſtantia panis, ac vini non eſſent vera verba conſecrationis ibidem num. 55.
9 ſubſtantiæ panis definitio antiquo Eccleſiæ dogmate, & expreſſa definitione ſtabilita fuit. ibidem num. 59.
10 Refutãtur dicentes aliquid ſubſtantiæ panis in Euchariſta manere vel in eam corpus Chriſti aliquando conuerti. ibidem n. 66. & 67.
11 Subſtantia humanitatis Chriſti optime probatur à Patribus contra hæreticos ex propſijs humanitatis accidentibus. diſp. 180. num. 98.
12 Definitio ſubſtantiæ panis, & vini non exprimitur verbis conſecrationis licet virtute ſignificationis illorum fiat ſecundario. diſput. 181. num. 8.
13 Talis debet eſſe definitio ſubſtantiæ qualis primariæ ſignificationi verborum reſpondet. ibidem
14 Tota ſubſtantia panis & vini definit ex vi verborum conſecrationis. ibidem. num. 9 & 10.
15 Prius eſt ſubſtantiã panis deſtrui quam accidentia per ſe conſeruari. diſp. 181. n. 34.
16 Definitio ſubſtantiæ prior eſt quam ſeparatio accidentium

tium, ibidem numero 70.
17 Substantia panis, & vini solum desinit per negationem influxus Dei conseruātis ibidem num. 140.
18 Substantia secundum se capax est præsentiæ indiuisibilis vel coniunctionis cum alio corpore. disp. 181. num. 24.
19 Inter substantias secundum se nequit esse in cōpossibilitas desitionis ex natura rei aut sola Dei voluntate, disp. 184. num. 11. (per errorem 10) & num. 12. & 13.
20 Substantiarum oppositio prouenire solū potest ex veritate verborum ratione pronominis demōstratiui, ibidem & num. 14.
21 Non esset, & substantiarum oppositio nisi hoc ipso, quod verba enuntiant esse vnius necessario peterent ad sui veritatem non esse alterius, ibidem numer. 15.
22 Substantia corporea vel spiritualis nequit sub accidentibus alterius substantiæ spiritualis manere, ibidem num. 26.
† 23 Substantia non est sensibilis per se sed accidens, ibi. numer. 37.
24 Etiam si substantia ex se habeat partes quod nobis non probatur quantitas corporis Christi esset in Eucharistia. disp. 187. num. 11.
† 25 Si substantia ex se haberet partes extensionis hæ essent diuersæ figuræ ibidem.
† 26 Si substantia & cætera accidentia præter quantitatem haberent partes extensionis ex se, illa proxime substantiæ inhærerent, ibidem.
† 27 Substantia nequit habere extensionem nec diuersitatem organorum sine quantitate & alijs accidentibus ibidem num. 26.
28 Substantia corporis est præcipuum significatum, verborum consecrationis panis accidentia solum connotāturibidem n. 31.
29 Substantia panis, & vini non est in indiuisibilibus quantitatis. disp. 188. num. 25.
30 Indiuisibilia substantiæ panis, si darentur non essent panis nec substantia, ibidem vide, *Indiuisibile*, num. 3. 4. & 5.
† 31 Substantia ex se non habet partes integrantes secundum extensionem nec heterogeneas nec homogeneas licet habeat partes essentiales physicas disp. 190. num. 20. 24. 33. & 52.
32 Si substantia & cætera accidentia secundum se haberent partes extensas peterent modum existendi diuisibilem nec possent in Eucharistia modo indiuisibili poni ibidem num. 27.
† 33 Fieret etiam vt vel secundum se locum replerent vel semper existerent modo indiuisibili vel denique sub quantitate proprium modum existendi amitterent ibidem num. 28.
† 34 Si substantia & alia accidentia possent esse in loco secundum se sine quantitate vnus locus naturalis esset illius ibidem n. 29.
† 35 Si substantia & accidentia secundum se nullū modum existendi in loco determinato postularent, possent voluntate Dei ab omni loco absolui, ibidem.
† 36 Substantia ablata quantitate seu extensione actuali illius non posset ad puntum confluere, vel moueri ibidem n. 30.
† 37 Si substantia adhuc sub quantitate habet proprū vbi posset sub illa modo indiuisibili esse sicut Christus in Eucharistia, ibidem n. 31.
† 38 Non possunt concipi partes integrantes substantiæ nisi secundum extensionem, ibidem nu. 33
† 39 Substantia indiuisibiliter existens non est subiecta mensuræ distantiæ, aut initio mensuræ ibidem numero 35.
† 40 Substantia & alia accidentia à quantitate solum sunt in loco per modum vnionis cum quantitate, aqua formaliter habent extensionem, ibidem, & distantiam, ibidem.
† 41 Partes integrantes substantiæ ratione extensionis quantitatis differunt & diuisibiles sunt eadem. disput. 190. num. 52.
† 42 Quamuis posset Deus duas substantias in se distinctas producere non tamen posset ex eadem sine quātitate per diuisionem duas efficere, ibidem.
† 43 Duæ partes substantiæ postquam diuisæ sunt ratione quantitatis sine quantitate vniri aut coniūgi non poterunt, ibidem.
† 44 In substantijs materialibus nulla alia vnio poni potest nisi ratione indiuisibilium quantitatis, & extensionis, ibidem n. 53.
† 45 Substantia partialis quæ corpori adiungeretur in vno loco ipsum commitaretur in alio noua Dei actione, id exigente natura rei. disputatione 192. numer. 34. & 35.
† 46 Idem contingeret si substantia in altero loco esset modo indiuisibili, ibidem num. 36.
† 47 Substantia quæ detraheretur in vno loco esset etiam naturaliter in alio detracta licet indiuisibili modo in hoc existeret, ibidem n. 37.
† 48 Substantia dicitur proprie videri licet per accidens & secundario videatur. disputatione 193. num. 10.
† 49 Substantia prius habet modum positiuum existendi per se quam negationem existendi in alio. disp. 164. num. 17.
† 40 In qualibet substantia tantumest vna quantitas. ibidem num. 27. & 28.
† 51 Substantia non concurrit effectiue cum accidenti ad similem effectum producendum. disput. 195. numer. 4. & 11.
† 52 Substantia non potest coalescere ex quantitate & forma substantiali ibidem num. 18.
† 52 Substantia quæ ex speciebus videtur generari, nō ex ipsis sed per creationem producitur dispositionibus id postulantibus non naturaliter sed vt mysterium lateat, ibidem nu. 29. & seq.
† 53 Substantia quæ succedit immutationi specierum, dicitur à solo Deo creari ratione solius materiæ licet introductio formæ sit productio ex aliquo, ibi. num. 54.
† 54 Ex vna substantia non fit alia solo numero distincta disput. 195. num. 68.
55 Substantiæ conuersio vide, *Conuersio*.
56 Substantia sanguinis vide *Sanguis*, numer. 1. & sequentibus.

Superior.

1 Superiores præpositi religionū ex priuilegio sedis Apostolicæ sunt prælati sine quorū facultate subditis ordines ministrari ab Episcopo non possunt. disp. 243. num 56
2 Non habent superiores de iure communi subditis literas dimissorias ad ordines suscipiendos concedere, ibidem num. 17.

Sumptio.

1 Sumptio est conditio sine qua non operatur Sacramentum Eucharistiæ non tamen est pars Sacramēti. disp. 168. num. 17.
Sumptio alicuius partis aquæ per modum vnius potus cum sanguine Christi non impedit aliā sumptionem Eucharistiæ. disp. 178. n. 27.
§ Sumptio Eucharistiæ, vide *Eucharistiæ susceptio, Suspectus*

Suſpectus.

1 Suſpectus de crimine, vide *Purgatio* num 5. vſque ad 5. in ordine ad Euchariſtiam vide *Purgatio* num. 5. & ſequentibus. Vide etiam *Euchariſtiæ adminiſtratio* n. 21. 22. 23. & 24. & *Euchariſtiæ ſuſceptio* num. 31. 32. 33. 34. & 35.

Synodus.

1 Canon 16. ſextę Synodi à ſeueriori Baronij nota vindicatur. diſp. 236. num. 41.
2 Sexta Synodus generalis correxit canoné vigeſimum quartum Concilij Neoceſarienſis ibidem numer. 56.
3 Synodus Conſtantienſis damnauit aſſerentes Chriſtum non tradidiſſe Apoſtolis Spiritũ Sanctum Ioan. 20 verbis. *Accipite Spiritum Sanctum*, diſputatione. 289. num. 27.
4 Synodus ſexta generalis Trullana præcepit Epiſcopo varijs in Prouincijs ne cum vxoribus quas ante habebant habitarent. diſputatione. 247. num. 52. & 58.
5 Synodus Romana ſub Syluestro nihil habet de vſu Matrimonij ante ordines contracti, ibidem numer. 70.
6 Synodus Ancyrana de hoc etiam nihil habet, ibidem num. 16.

T.

Tactus.

1 Tactus Euchariſtiæ vide *Euchariſtia tactus.*

Tempus.

1 Diuerſa tempora ſimul eſſe pugnat, & eandem rem eiſdem ſimul eo exiſtere. diſp. 189. num. 62.
2 Tempus ſuſceptionis Euchariſtiæ in periculo mortis ex ipſo Diuino iure eſt determinatum. diſp. 212. num. 33.
3 Quo tempore conferatur gratia per Euchariſtiam, vide *Euchariſtiæ effectus* num. 6. & ſeq.
4 Ante auroram non licet abſque priuilegio facere ſacrum. diſp. 232. num. 27.
5 In tempore hiemis præcipue in locis in quibus tardius luceſcit, licet ante auroram celebrare, ibidem numer. 69.
6 In nocte Natiuitatis iure communi licitum eſt omnes 3. Miſſas ante auroram celebrari, ibidem numer. 31.
7 Nocte Reſurrectionis ante auroram olim fiebat ſacrum, ibidem num. 32.
8 Miſſæ non poſſunt inchoari poſt meridiem. ibidé num. 37.
9 Ob ægritudinem alicuius licet aliquantum ante auroram vel poſt meridiem celebrare, ibidem numer. 41.
10 Tempus diſcretionis certo definiri nequit pro omnibus diſp. 241. num. 37.
11 Quo tempore obligetur puer ad Euchariſtiam, vide *Pueri* num. 1.

Templum.

1 Templa in honorem Sanctorum erigantur non vt ſacrificium illis offeratur. diſputatione, 227. numero. 42.

Tentatio.

1 Ratio formalis tentandi Deum cõſiſtit in eo quod ſignum abeo petatur ad experiendã ſcientiã, aut potentiam ipſius. diſp. 210. numero 41.
2 Nõ tentaret quis Deum licet ſumens Euchariſtiam inuocaret potentiam Dei vt ſigno viſibili damnaretur niſi innocens eſſet, ibidem

Terminus.

† 1 Terminus ſingularis quadruplex apud logicos. diſput, 201. num. 15.

Tertullianus.

1 Non admittit Tertull. in verbis conſecrationis metaphoram licet dicat, *Id eſt figuram corporis mei.* diſput. 179. num. 100. &. & 101.
2 Tertull. docet Euchariſtiam ſumendam eſſe à ieiunis. diſp. 211. num. 7.
3 Non docet Tertull. neceſſarium eſſe ſanguinẽ Chriſti ad vitam ſpiritualem conſequendam. diſp. 216. numer. 64. & 65.

Teſtamentum, & teſtator.

1 Teſtamentũ & pactum proprijs & apertis verbis fieri debet. diſp. 179. n. 82.
2 Teſtamentum antiquum ſimul pactum & teſtamentum fuit, ibidem.
3 Teſtamenti & pacti vim habet Euchariſtia, ibidem.
4 Sub pactum cadebat circuncidendi actio. ibidem num. 91.
5 Teſtamentum nouum non traditione corporis Chriſti ſed ſanguine ipſius confirmatum fuit. diſp. 195. num. 27.
6 Teſtamentum eſt voluntas eius qui poſt mortem, reliquit alijs hæreditatem, ibidem num. 40.
7 Teſtamentum dicitur proprie Scriptura in qua voluntas teſtatoris continetur ibidem.
8 Sacramenta non dicuntur nouum teſtamentum, tamquam ſigna voluntatis teſtatoris, & in quibus ea expreſſa ſit ibidem.
9 Teſtamentum pactum ſeu fœdus ſine figura dicitur non tantum de voluntate expreſſa ſigno, ſed etiam de reipſa quæ cadit ſub voluntate, ibidem numer. 41.
10 Teſtamentum nouum idem omnino eſt quod pactum, & fœdus nouum. ibid. 42.
11 Teſtamentum proprie dicitur de ſanguine Chriſti vt de cauſa, & conditione promiſſionis gratiæ ibidem diſp. 295. num. 31.
12 Fœdus vel pactum dicebatur de circunciſione proprie quia hæc cecidit ſub pactum, & nihil obeſt per figuram dici. diſp. 199. num. 43.
13 Teſtamentum in forma calicis ſolum denotat conditionem ſeu fœdus ſub quo relicta fuit hæreditas diſp. 205. num. 13.
14 Teſtamentum fuit effuſio ſanguinis aut ſanguis effuſus ſub cuius pacto confirmata fuit voluntas teſtatoris & relicta hæreditas, ibidem 15
15 Non dicitur teſtamentum nouum ſanguis prout in Euchariſtia ſed quieſt in Euchariſtia prout effundendus aut effuſus in cruce, ibidem.
16 Quod non pugnat cum voluntate vltima teſtatoris non dicitur ſuperordinari diſputatione 221. numero. 43.

Theodoretus, & Theodorus.

1 Theod. non docet ſubſtantiam panis & vini manere in Euchariſtia. diſp. 180. n. 103.
2 Non vocat Theod. Euchariſtiam antytipon corpõris & ſanguinis Chriſti ſed verum typi archetypon diſp. 197. n. 54.
3 Theodorus quidam quod pueri tonſuram daret tempore Iuliani Apoſtatæ occiſſus eſt. diſp 250. n. 4.

Theophylactus.

1 Theophyl. non negat quemlibet debere præmittere confeſsionem mortalis ante Euchariſtiam. diſp. 207. nu. 34. & 35.

Thiara.

1 Thiara ſacerdotũ antiquorum qualis. diſ. 250. n. 11

Sanctus Thomas.

1 Sanctus Thomas benigne exponitur circa naturã Sacramenti Euchariſtiæ. diſp. 167. num. 18.
2 Sanctus Thomas poſuit transſubſtãtiationẽ in ordine ſubſtantiæ ad ſubſtantiã diſ. 181. n. 117. & 118.
3 Sanctus Thom. docet ſubſtantiã corporis Chriſti, ſolũ potuiſſe fieri preſentẽ accidentibus panis de relictione loci, vel conuerſione panis, hoc eſt, ſeruata imitatione naturæ. diſ. 182. nu. 19. & 20.
4 Bene probat D. Thomas, formã ſubſtantialem panis non manere à materia ſeparata. diſ. 184. n. 38.
5 Non tradit eandem doctrinam D. Thomas in art. 1. & 2. quæſtionis 76. ibi. num. 41. & 42.
6 Diuus Thomas docet animã eſſe terminum cõuerſionis ratione ſui effectus formalis. diſ. 186. nu. 43.
7 Docet D. Thom. cũ alijs quantitatẽ eſſe ſub ſpecie bus panis per cõcomitantiã videlicet hãc quãtitatẽ ſingularẽ, nõ quantitatẽ in vniuerſũ. de 187. n. 20
8 Docet cum alijs S. Thomas non poſſe idem corpus eſſe ſimul in duobus locis ſecundum extenſionem. diſp. 189. num 41. & 42.
9 Senſit Diuus Tho. Chriſtũ vt perſe ipſũ Paulo aut alijs appareret locum cœli deſeruiſſe. ibid. n. 73.
10 Tradit cum alijs Chriſtum non eſſe in Sacramento vt in loco nec habere propriũ vbi, & diſtantiam diſp. 190. num. 15.
11 Docet D. Thom. omnia accidentia, quæ inhærent Chriſto in vno loco indepẽdenter à loco cõmitari ipſũ naturaliter in alio. diſ. 192. n. 26. & 27.
12 Docet S. Thom. verba quæ in forma calicis Eccleſia Latina addit eſſentialia eſſe formę cõſecrationis, & ſine illis nõ conſtare. diſ. 198. n. 9. & ſequent.
13 D. Thomas per ſubſtantiam Sacramenti intelligit ſemper eſſentiam illius. ibi. nu. 34. 35. & 36.
14 Docet D. Thom. verba conſecrationis proferri ſignificatiue tãtum, & non materialiter. de 200. n. 20.
15 Sentit D. Thomas verba conſecrationis ratione ſignificationis eſſe cauſam conuerſionis, licet veritatem dicat eſſe cauſam (intellige finalem) diſp. 202. nu. 14.
16 Docet D. Thomas Euchariſtiam cõferre nobis gratiam habitualem inuniuerſum. ibidem poſt nu. 16.
17 Diuus Thomas docet per votum, tam paruulos, quam adultos iuſtificari efficacitate Chriſti, ſed non prout contentiſub ſpeciebus. ibidem.
18 Per conſcium peccati mortalis, aut habentem cõſcientiam peccati intelligit D. Thomas illum qui exiſtimat ſe eſſe in ſtatu mortalis, licet nõ cum affectu mortalis. diſ. 240. nu. 47. in fine.
19 Sanctus Thom. & alij non docent per Euchariſtiã aliquando auferri mortale ex opere operato, ſed ex ſola Dei benignitate concedente actualem charitatẽ, ob præſentiam Chriſti. diſ. 205. n. 21. 22. & 23
20 Docet D. Thom. ſumptionem Euchariſtiæ, nõ prodeſſe per modum Sacramenti niſi ſumentibus, nõ tamen negat aliter prodeſſe. ibid. nu. 35.
21 Docet per peccatum veniale commiſſum tempore ſuſceptionis Euchariſtiæ impediri ex parte effectum Sacramenti. ibid. num. 36.
22 Senſit D. Tho. ad primarium Euchariſtiæ effectum percipiendum, ſufficere ſolum ſtatum gratiæ. diſp 206. num. 7. 8. & 9.
23 Probat D. Thmo. accedentem in mortali ad Euchariſtiam peccare mortaliter quia falſo denotat ſecum Chriſto vt ciuo, & cum fidelibus vt conuiuis Vniri, ibidem num. 20. & 21.
24 Solum docet D. Th. eſſe peccatum tactum Chriſti in mortale per manducationem, alium tactum ibidem num. 22. & 23.
25 Diuus Th. docet P. P. antiquæ legis non manducaſſe in manna Euchariſtiam ſpiritualiter modo ſicut nos, ſed per figuram. diſp. 212. n. 6.
26 D. Th. docet præceptum Euchariſtiæ Diuinum eſſe licet locum Ioannis 6. intelligat de ſpirituali tantum manducatione. diſp. 213. n. 8.
27 Senſit D. Th. quod libet Sacramentum valide à pluribus poſſe conficj, & Euchariſtiam aliquando etiam licite. diſp. 217. n. 38.
28 Non docet D. Th. ſolius ſacerdotis eſſe diſpenſare Euchariſtiam diſp. 219. num. 1
29 Docet D. Th. diſpenſationem ſanguinis Chriſti cõmuniter committi poſſe diacono corporis vero non niſi cogente neceſſitate quia in hac tõtingere debet Sacramentum. ibidem num 6.
30 Mens S. Th. de valore ſacrificij Miſſæ elucidatur. diſp. 230. num. 19.
31 D. Th. cum alijs docet ordinem in ratione Sacramenti ſe habere inſtar totius poteſtatiue, cuius tota plenitudo ſit in ſacerdotio in alijs vero ordinibus quædam participatio. diſp. 238. n. 19.
32 Cum D. Th. docet in impoſitione manuum quæ fit ab Epiſcopo. & alijs ſacerdotibus conferri gratiam non de gratia ex opere operato, ſed per modum impetrationis eſt intelligẽdus. diſp. 239. n. 18

Titularis Epiſcopus.

1 Titulares Epiſcopi qui ad aliquam Eccleſiam occupatam ordinantur Matrimonium ſpirituale cũ ea contrahunt. diſp. 241. n. 4
2 Titulares Epiſcopi ſunt iure Epiſcopi nec oppoſitum docet Concilium Calcedonenſe, ibidem.
3 Titulares Epiſcopi ad Eccleſiam determinatam ordinantur, ibidem.

Toletanum Concilium.

1 Concilium Septimum Toletanum præcipit ne aliquis poſt cibum vel potum quantumuis minimum Miſſam celebret. diſp. 211. n. 4. & 28.
2 Idem Concilium Toletatum docet debere aliquãdo ſacerdotem non ieiunum Euchariſtiam ſumere & ſacrificium perficere. ibidem n. 48.
3 Concilium Toletanum II. ſupponit interdum Euchariſtiam amentibus miniſtrari. diſp. 212. n. 22. per errorem 42.

Tonſura, & tonſura prima.

1 Prima tonſura non eſt ordo Eccleſiaſticus. diſput 236. n. 3. & 6.
2 Prima tonſura initiati in nullo gradu eminenti ad miniſterium templi ſunt conſtituti. ibi.
3 Primam tonſuram, & quatuor minores ordines Sacramenta eſſe à Chriſto inſtituta non nulli Theologi, & iuris periti ſenſerunt. diſp. 237. n. 1.
4 Prima tonſura ante ſeptimum annum nulli licet inſigniri. diſp. 246 nu. 45.
5 Prima tõſura quouis tẽpore miniſtrari põt. ib. n. 45.
6 Ad primam tonſuram nullus poteſt admitti niſi fidei rudimenta fuerit eductus, & legere aut ſcribere ſciat ibidem n. 52.
7 Tonſuræ rotunditas apud Hebræos non fuit eadem ac apud chriſtianos. diſp. 250. n. 27.
8 Tonſura clericalis ab hæreticis quomodo improbetur ibidem n. 5. & ſeq.

9 Tonſura clericalis ab Apoſtolis ortum habuit. ibidem num.2.3.4.& 5.
10 Tonſurę clericalis variæ cauſæ, & quæ eius forma. ibidem nu.9. & 13.
11 Tonſura Pauli Apoſtoli vbi, & quomodo facta ſit ibidem num.11.
12 Tonſura Ezechielis qualis fuerit. ibidem.
13 Tõſura nra thiarę ſacerdotũ antiquorũ reſpõdet. ib
14 Tonſura fuit ſignum pœnitentiæ, & mundi contemptus. ibidem num.14.
15 Tonſuræ diuerſis in clericis, & monachis. ibidem num.16.& 17.
16 Tendendi nõ radendi capillos, & barbas ſacerdotis mos fuit. ibidem num.17.
17 Tonſuræ vſus fuit in Orientali Eccleſia raſurę vero in Occidentali. ibidem num.19.
18 Varius vſus in hoc, & variæ cauſæ diuerſarum Prouinciarum. ibid. num.16.

Traditio.

1 Traditio Eccleſiaſtica, vide *Eccleſia*.

Translatio Epiſcopi.

1 Ex trãſlatione Epiſcopi ſine rationabili cauſa ambitioni, & alijs incõmodis aperitur additus. diſp. 241.num.20.
2 Translatio Epiſcopi prohibita eſt iure naturali ob vinculum cõiugij, quod ex matrimonio Epiſcopi cum Eccleſia reſultat. diſ.241.n.22.& ſequent.
3 Translationem Epiſcopi remiſit Anterus Papa iudicio Epiſcoporum Cõprouincialium. ibid. nu.44.
4 Translatio Epiſcopi, primario pertinet ad Summum Pontificem, & ex cõmiſſione illius alijs poteſt competere. ibidem num.45.
5 Translatio Epiſcopi prætextu diuitiarum, aut maioris poteſtatis etiam in compenſatione laboris præteriti eſt illicita. ibidem.n.47.& 50.
6 Huiuſmodi translationem prohibet Sardicenſe Concilium fieri per ambitum. ibidem nu.48.
7 Translatio Epiſcopi ob ſpem maioris fructus ſpiritualis in maiori Eccleſia licita eſt, niſi hæc maior vtilitas ex electione alterius cõmode poſſet ſupleri. ibidem num.52.
8 Translatio Epiſcopi ob conſcientiã criminis impedientis executionem ordinis, nõ eſt licita licet ſufficiat ad Epiſcopatus renuntiationem, eadem diſput.241.num.56.
9 Translatio Epiſcopi ob debilitatẽ corporis redentem illum impotentem, ad exequendum Ordines nõ eſt licita, niſi in maiori ciuitate tale impedimentum ſperaretur auferendum. ibidem.
10 Translatio Epiſcopi ob defectum ſcientiæ ad ſpirituale miniſtrationẽ neceſſarium non eſt licita. ibi.
11 Translatio Epiſcopi ob ſcãdalum paſſiuum puſillorũ eſt iuſta ſecus ob ſcandalum paſſiuum Phariſæorum, vel actiuũ ipſius Epiſcopi. ibidem num.58.
12 Translatio Epiſcopi propter rationabilẽ cauſam requirit conſenſum Summi Pontificis. ibid.nu.59.
13 Translatio Epiſcopi, ex licentia Sũmi Põtificis ſine cauſa tamen rationabili, erit irrita, & inanis. ibi.
14 Talis translatio prohibita eſt iure poſitiuo, & na naturale. ibid.n.7.& ſequentibus.

Transſubſtantiatio.

1 Transubſtantiatio apellata eſt ab Eccleſia conuerſio panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti. diſp.181.num.1.
2 Occaſione huius nominis myſterium conuerſionis difficile & hæreticorum argumentis expoſitum Theologi recentiores reddiderunt. ibid.num.2.
3 In transubſtantiatione fit conuerſio totius ſubſtantiæ panis, & vini in ſubantiam corporis, & ſanguinis Chriſti. ibid.num.8.
4 Nihil ibi manet ſubſtantiæ panis, & vini, teſte Tridentino. ibidem num.6.& 7.
5 Transubſtantiatione terminari ad præſentiã corporis Chriſti falſo tribuitur aliquibus Doctoribus ibidem num.15.vſque ad 19.
6 Trãſubſtantiatio non eſſet, ſi ad preſentiam corporis Chriſti tantum actio illa terminaretur, ſed eſſet actio accidentaria. ibid.n.21.22.& 23.
7 Falſo tribuitur antiquis cum S.Thom. quaſi dixerint terminari transubſtantiationem ad modum aliquem ſubſtantialem. ibidem num.24.
8 No grauantur aliqui in transubſtantiatione duas actiones poſitiuas concedere, ead. diſ.181.n.29.
9 Poſito modo vnionis corporis Chriſti cum ſpecibus pro tẽpore transubſtantiationis, non recte hæc defenditur, ibidem num.30.& ſequentibus.
10 Non poteſt eſſe transubſtantiatio productio modi vnionis corporis Chriſti cum ſpeciebus. ibid.
11 Quamuis hic modus poneretur incompoſsibilis cum ſubſtantia panis, non recte fiat transubſtãtiatio requiſita. ibidem num.35.
12 Transubſtantiatio non ſolum dicitur, quia eſt conuerſio ſubſtantiæ, ſed etiam, quia eſt in ſubſtãtia. ibidem num.37.
13 Trãſubſtantiatio nõ eſt actio, per quã ſolum fiat, vt corpus, & ſanguis Chriſti ſint id in quod panis, & vinum conuertuntur. ibid.num.39.40.& 41.
14 Non eſt cõſeruatio Chriſti transubſtantiatio virtute verborum continuata. num.43.& 44.
15 Nec poteſt eſſe antiqua actio conſeruationis. ibidem num.45.& 46.
16 Falſo referuntur aliqui, quaſi dixerint eſſe actionem conſeruatiuam corporis Chriſti. ibid. n.48.
17 Quomodo aliqui dicant eſſe actionem conſeruatiuam Chriſti. ibid.nu.47.vſque ad 57.
18 Impoſsibilis eſt modus conuerſionis, vel transubſtantiationis per conſeruationem ſubſtantię Chriſti. ibidem num.59.& ſequentibus.
19 Illa conſeruatio non eſſet transubſtantiatio, ſed communiter ſe haberet, cum deſitione panis. ibidem num.66.& ſequentibus.
20 Productio vnius ſubſtantiæ, non eſt transubſtantiatio, ſi non ſit cauſa deſitionis alterius, eadem diſput.181.num.66.
21 Non eſt transubſtantiatio ex eo, quod ratione tãtũ agentis duæ mutationes ſint contxæ. ib.n.71.
22 Transubſtantiatio non terminatur ad idem ad quod terminatur conſeruatio Chriſti. ibidem nu.73.& ſequentibus.
23 Terminus formalis per ſe transubſtantiationis, ſolum eſt corpus, & ſanguis Chriſti. ibid.num.75.
24 Poſita præſentia corporis Chriſti, & deſitione panis ſine alia actione trãſubſtãtiatio fiat ib.n.97.
25 Vera transubſtantiatio ſine noua conſeruatione, vel productione optime conſtat. ibid.nu.97.& 98. & diſp.187.num.32.
26 Vera transubſtantiatio ex veritate verborum à Tridentino colligitur diſp. illa 181.num.98.
27 Transubſtantiatio fit cõueniẽtiſsimo modo, quo poteſt ſola adductione corporis Chriſti. ibi.n.100.
28 Præter cõuerſionem vnius ſubſtantię in aliã nulla actio alia ad transubſtantiationem neceſſaria eſt. ibid.nu.104.
29 Hæc transubſtantiatio non ſolum conuerſio ſubſtantiarum, ſed, & ſubſtantialis conuerſio dici poteſt. ibid.nu.105.
30 In transubſtantiatione non idem, quod erat panis fit corpus Chriſti. ibid.nu.113.

Termi-

31 Terminus transſubſtantiationis non eſt eſſe corpus Chriſti, id quod erat panis, ibidem num. 114.
32 Tranſubſtantiatio non eſt actio terminata ad antiquam ſubſtantiam corporis Chriſti. ibid. nu. 115.
33 Transſubſtantiatio formaliter, neque eſt mutatio nec productio alicuius, ſed relatio ſubſtantiæ deſinentis ad ſubſtantiam, in quam deſinit, ibidem num. 116. & ſequentibus.
34 In transſubſtantiatione duplex ordo intercedit, ibidem num. 118. & 139.
35 Veram ſententiam d transſubſtantiatione tradunt Doctores, cum D. Thom. & Scoto. ibid. num. 117. & ſequentibus.
36 Duplex mutatio eſt fundamentum transſubſtantiationis. ibid. nu. 124. 135. & 186.
37 Transſubſtantiatio fit ex eo, quod panis tranſit, & conuertitur in corpus Chriſti, vt in ſibi contrarium. ibidem num. 129.
38 Nulla actio, vel productio, pertinere poteſt per ſe ad transſubſtantiationem. ibid. nu. 130. & 184.
39 In transſubſtatiatione eſt adductio corporis Chriſti, & deſitio panis, ſed neutrum eſt transſubſtantiatio. ibid. nu. 231. & 132.
40 Transſubſtantiatio formaliter eſt denominatio in eo quod deſinit, requirens denominationem ſucceſſionis ineſſe in termino conuerſionis. diſp. illa. 181. nu. 134.
41 Transſubſtantiatio ſolum eſt formaliter prædicta denominatio extrinſeca, & ſolius rationis. ibi.
24 Terminus formalis transſubſtantiationis ſolum eſt ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti. ibid. num. 138.
43 Præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti. neceſſario requiritur ad transſubſtantiationem, ſed ad terminum formalem non pertinet. ibid.
44 Transſubſtantiatio non poteſt fieri in ſolam præſentiam, nec in eam cum corpore Chriſti, ibidem num. 137.
44 Transſubſtantiationis myſterium in prædicto ordine facile, & congruenter ſine alia actione ſubſiſtit. ibi. nu. 141. & 142.
46 In transſubſtantiatione non ponimus ſolam ſucceſſionem, & translationem ad locum, ſed ſubſtantialem conuerſionem. ibi. nu. 146. & 147.
47 Transſubſtantiatio nullo modo producit præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia. diſput. 182. n. 33. & 34. vide conuerſio.
48 Transſubſtantiatio nõeſt ordo inter ſubſtantiã panis, & ſubſtantiam corporis Chriſti cum alijs accidẽtibus. diſp. 187. nu. 31.
49 Transſubſtantiatio dicitur hæc conuerſio, quia præcipuum ſignificatum eſt ſubſtantia corporis, & accidentia ſolum connotantur. ibi.
50 Transſubſtantiatio non niſi conſuetis verbis, vel alijs æquialentibus à Chriſto fieri potuit. diſput. 197. num. 4.

Tribuienſe Concil.

1 Tributienſe Concilium fuit Prouinciale non approbatum, & tertiam partem aquæ in calicem infundi permittit. diſ. 177. nu. 19. & diſ. 178. nu. 18.

Tridentinum Concil.

1 Concilium Tridentinum docet, Chriſtum vino cõſecrando aquam miſcuiſſe. diſp. 177. nu. 11.
2 Docet Tridentinum aquam vino eſſe miſcendam ex præcepto ſolum Eccleſiaſtico. ibi. nu. 15.
3 Definit Trident. fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti. diſp. 180. nu. 18. & diſ. 181. num. 5.
4 Definit hoc euenire ex veritate verborũ cõſecrationis. diſ. 180. nu. 43. & diſ. 181. num. 98. & 145.
5 Definitus Trident. nihil ſubſtantiæ panis, & vini in Euchariſtia manere, non excludit expreſſe exiſtentiam, & ſubſiſtentiam illius, ſed tacite, & conſequenter. diſp. 180. nu. 19.
6 Tridentinum definit transſubſtãtiationem ex eo quod Chriſtus ſuũ corpus eſſe dixit, quod ſub ſpeciebus panis offerebat, &c. diſ. 181. nu. 102. & ſeq. & diſp. 198. nu. 26. & 27. & diſp. 200. num. 12.
7 Definit Tridentinum animam, & ſanguinẽ Chriſti non eſſe ex vi verborum, ſecus corpus ſub ſpeciebus panis, ſed ex concomitantia. diſp. 185. nu. 10. & 12. & diſp. 200. nu. 13.
8 Quæ Trident. in capitibus tradit ad doctrinã pertinentia, vt veritatem catholicam definit, & contradicens ſcienter hæreticus erit. diſp. 185. n. 20. & diſp 188. nu. 15. & 17. & diſp. 207. nu. 26.
9 Tridentinum canones conducit, vt hæreſes quæcauere debeamus, expirmeret. diſ. 185. n. 20. & 21.
10 Non ſolum definit Trid. in capitibus ea contra quæ hæreſes ab hæreticis traditæ ſunt. ibi. n. 21.
11 Tridentinum definit diſtinctionem eſſendi in Euchariſtia ex vi verborum, & per concomitantiam ibid. num. 21. & 22.
12 Tridentinum intelligit totum ſanguinem exiſtẽtem in corpore Chriſti ſub ſpeciebus vini ex vi verborum exiſtere. ibid. num. 26.
13 Docet Trid. conuerſione fieri in totã ſubſtãtiam corporis Chriſti aſſignans tantum, quod præcipuũ eſt in termino conuerſionis. diſp. 187. num. 32.
14 Solum definit Trident. totum Chriſtum eſſe ſub qualibet parte ſpecierum diuiſione facta poſt conſecrationem. diſp. 188. nu 2. 17. & 18.
15 Cum in Canonibus definit Tridentinum ſub anathemate, quod in capitibus ſimpliciter definierat, in eodem ſenſu vtrobique definit. nu. illo 17.
19 Vtrobique Concilium Tridentinum catholicam ſententiam non pronuntiat niſi occaſione alicuius erroris. ibi.
17 Solum docet Tridentinum, Chriſtum eſſe præſentem reipſa ſub ſpeciebus licet ſimul ſit in cœlo, nõ tamen docet hoc habere per verum *vbi* cum dictã tia. diſp. 190. nu. 4. & 37.
18 Docet Tridentinum, quæcumque Chriſto ſecundum ſe conueniunt independenter à loco, ipſum vbicumque fuerit naturali connexione comitari. diſp. 192. nu. 29. 30. 31.
19 Tridentinum definit ſpecies dumtaxat panis, & vini, poſt transſubſtantiationem manere. diſput. 194. num. 4.
20 Docet Tridentinum Chriſtum poſt benedictionem panis illum conſecraſſe per verba conſecrationis. diſp. 196. num. 4.
21 Docet Chriſtum conſecraſſe verbis, quibus nunc vtitur Eccleſia ſe multantum prolatis. diſp. 197. n. 7. & 8.
22 Supponit Tridentinum verba quæ formis conſecrationis adduntur ad effectum cõſecrationis minime requiri, ſed ſine illis ſtare. diſp. 198. nu. 9. & ſequentibus.
23 Tridentinum ſumit verbum, *eſt*, in forma conſecrationis prout ſubſtantiuum eſt, ſignificans conuenientiam vnius cum alio. diſputatione 201. num. 8.
24 Trid. non meminit panis, ſed eius, quod offerebat ſub ſpecie panis. ibid. in fine.
25 Trid. docet per pronomen, *Hoc*, non ſolum ſpecies in obliquo, ſed contentum ſub illis in recto, & determinate demonſtrari. ibid. nu. 16. & 17.

26 Tridentinũ non ſentit per pronomen, *Hoc*, Chriſtum demonſtraſſe proxime nõ corpus ſuum, ſed oblatum ſub ſpeciebus. ibid. nu. 44. & 45.

27 Trident. ſentit verborum conſecrationis ſignificationem eſſe prius natura ex parte efficientis, quam conuerſionem. diſp. 202. nu. 8.

28 Trident. colligit præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti ex veritate verborum, non vt ex cauſa efficienti, ſed ex effectu euidenter. ibid. nu 15.

29 Aſsignat tanquã effectum Euchariſtiæ, non ſolum præſeruationem à mortalibus, & curationem à venialibus, ſed etiam nutritionem, & augmentum ſpiritualis vitæ, & ſanctitatis. diſp. 203. n. 8. & 9.

30 Tridentinum docet omnia Sacramenta conferre gratiam habitualem ex opere operato omnibus non ponentibus obicem. ibi. nu. 9. & 22.

31 Definit Tridentinum Euchariſtiã non eſſe per ſe inſtitutam ad remiſsionem mortalis. diſp. 205. n. 3.

32 Ex natura inſtitutionis Sacramenti, multa fidei dogmata circa Sacramentum Pœnitentiæ, Tridẽtinum colligit. ibid. nu. 26.

33 Tridentinum aſsignat remiſsionem venialium tãquã propriũ effectũ Sacramẽti Euchariſtiæ. ib. n. 34

34 Tridentinum definit, hominem per Euchariſtiam præſeruari à peccatis futuris. ibi. nu. 35.

35 Solum requirit Tridentinum ſtatum ſanctitatis ad percipiendam Euchariſtiam præmiſſa confeſſione, ſi conſcientia mortalis ſit. d. 206. n. 10. & 11.

36 Tridentinum declarat nunquã fuiſſe neceſſarium de peccatis ſecretis publicam gere pœnitentiam. diſp. 207. nu. 19.

37 Definit Tridentinum neceſſarium eſſe præmittere confeſsionem Sacramentalem mortalis comiſſi ad Euchariſtiæ ſuſceptionem. ibi. nu. 22.

38 Declarat hoc ipſum ab initio Eccleſiæ fuiſſe neceſſarium ex præcepto. ibi. nu. 24. vſque ad 32.

39 Trident. damnans ſententiam Caietani, non anathematis, ſed excõmunicationis voce vſus eſt, quia vſque ad illud tempus non fuit manifeſta hæreſis ibid. num 25.

30 Præceptum præmittendi confeſsionẽ ad Euchariſtiam vocat Trident. Apoſtoli, eo quod ille præceptum Domini explicuit. ibi. num. 43.

41 Trident. declarat huius præcepti obligationem interdum ceſſare, nempe ſi deſit copia confeſſarij, & neceſsitas vrgeat. diſp. 208. n. 1. & 4.

42 Tirdent. tradidit primo præceptum ſacerdotibus qui vrgente neceſsitate ſine præmiſſa confeſsione celebrarunt, cõfitẽdidũ primũ poſſent. ib. n. 16

43 Aliquando Trident. tradit præceptum verbo ſimplici imperatiui. ibi.

44 Non præcipit Trid. ſacerdotem confiteri quã primum poſsit, qui ſine neceſsitate in mortali celebrauit. ibi. nu. 19.

45 Nec tradidit illud præceptum, quando ſacerdos recordatus peccati etiam ante ſumptionem Sacramenti habens copiam confeſſarij ratione infamiæ non confitetur. ibi. nu 20.

46 Trident. non tradit præceptum confitendi, quã primũ poſsit pro laico qui vrgente neceſsitate cõmunicauit no præmiſſa cõfeſsione mortalis. n. 23.

47 Trident. obligat per illud præceptum cõfitendi quã primum poſsit quãdo nõ eſt præmiſſa cõfeſsio ad cõfeſsionem etiã interioris peccati. ibi. nu. 26.

48 Trident. adducit triplex genus manducationis Euchariſtiæ, Sacramentalis tantum, ſpiritualis tantum, Sacramentalis, & ſpiritualis ſimul. diſ. 212. n. 1.

49 Nõ damnat Trident. dicentes manducationẽ tantum ſpiritualem non eſſe minus fructuoſam, quã ſi cum reali coniuncta ſit, ſed negantes Chriſtum in Euchariſtia Sacramentaliter manducari. ibi. n. 3.

50 Non docet Trident. Sacramentum Euchariſtiæ in voto tãtum ſuſceptum operari aliquid ex opere operato ſupra meritum ſuſcipientis. ibi. nu. 5.

51 Docet Trident. fuiſſe olim in Eccleſia conſuetudinẽ miniſtrandi particulis Euchariſtiam, non ob neceſsitatem præcepti, ſed ob aliam rationabilẽ cauſam. ibi. nn. 17. & 18.

52 Tridentinum docet Chriſtum præcepiſſe, vt ſumptione ſui corporis commemoraremus paſsionem ipſius. diſp. 213. nu. 10. & 11.

53 Trident. docet non eſſe illicitas, ſed laudandas Miſſas, in quibus ſolus ſacerdos Sacramentaliter communicat. diſp. 214. num. 23. & 24.

54 Non tradit Trident. præceptum pro monialibus, vt ſingulis menſibus communicent, ſed dicit, vt moneantur. ibi. num. 27.

55 Definit Trident. paruulos nulla neceſsitate ad ſuſceptionem Euchariſtiæ obligari. ibi. nu. 35.

56 Solum docet Trident. totum integrum Chriſtum ſub qualibet ſpecie contineri, non tamen dicit æqualem effectum in vna tantum ſpecie ſumi. diſ. 215. nu. 24. 25. & 26.

57 Trident. docet ſpeciem panis ſolam ſufficere ad ſalutem, & licitum eſſe cã ſine calice ſumere. diſp. 216. nu. 7. & 52.

58 Trident. n. prohibet laicis vſum calicis. ibi. nu. 39.

59 Declarat Trident. Eccleſiam ſemper habuiſſe poteſtatem aliquid mutandi in adminiſtratione Sacramentorum, ſalua eorum ſubſtantia. ibid.

60 Definit Trident. Apoſtolos illis verbis, *Hoc facite*, &c. conſtitutos fuiſſe ſacerdotes, & præceptum conſecrandi accepiſſe. diſp 218. nu. 8.

61 Trident. docet miniſtros ordinarios diſpenſandi Euchariſtiam eſſe ſacerdotes. diſp. 219. num 4.

62 Trident. decernit nullum ſacerdotũ poſſe ex priuilegio, aut conceſsione confeſsiones audire, qui non prius fuerit ab ordinario approbatus. ibi. n. 55. & 56.

63 Tridentin. definit præceptum conſecrandi ſub vtraque ſpecie Diuinum eſſe. diſp. 223 num. 15.

64 Ex Tridentino, & Florentino colligitur, Chriſtum eſſe principalem offerentem. diſp. 225. num. 11.

65 Quid de remiſsione mortalium virtute Miſſæ Trident. definiat. diſp. 228. nu. 14.

66 Trident. definit pœnam temporariam remitti virtute ſacrificij Miſſæ. ibi. nu. 27.

67 Trident. exponit quam conueniens fuerit in noua lege nouum ſacerdotium inſtitui, ad quod per plures gradus aſcenderetur. diſputat. 236. num. 1. & 2.

68 Trident. docet diaconatum, & ſubdiaconatũ Sacramentum eſſe à Chriſto inſtitutum. diſput. 238. num. 10.

69 Quid Trident. de minoribus Ordinibus doceat. diſp. 237. nu. 39. & deinceps.

70 Ex Trident. deducitur presbyteros per manuum impoſitionem ordinari. diſp. 239. nu. 37.

71 Ex Tridentino colligitur ſacerdotem ordinatum, traditione calicis, & patenæ, niſi manuum impoſitionem, cum verbis, *Accipe Spiritum* &c. reciperet, non fore miniſtrum Vnctionis, nec Pœnitẽtiæ. ibid. nu. 40.

71 Nequit poſt Trident. ſine hæreſi non agnoſci differentia iure Diuino inter presbyteros, & Epiſcopos. diſp. 240. num. 5.

72 Quid de ſacerdotio, quid de Epiſcopatu, Tridentinum decreuerit. ibid. nu. 29.

Poſt

74 Post Tridentinum nequit sine graui nota negari ordinationem Episcopi sacram, & Sacramentum esse ibid. nu. 36.

Trinitas.

1 Tota Trinitas est sub vtraque specie in Eucharistia per concomitantiã sicut Diuinitas. d. 185. n. 17

Triticum.

1 Non est vna species infima tritici, sed multiplex, disp. 170. nu. 20.

V.

Valor.

1 VAlorem sacrificij Missæ esse infinitum à multis varijs modis defenditur, dis. 230. nu. 1.
2 Infinitas huius valoris non desumitur ex opere operantis, ibidem num. 9.
3 Valor huius sacrificij non desumitur ex infinitate rei, quæ offertur. ibid. nu 9.
4 Valoris huius sacrificijs infinitas non desumitur ex sacerdote, etiam si consideretur mystice prout personam Christi gerit. ibid. nu. 12.
5 Valor iste sumitur ex Christi institutione. ibidem num. 13.

Vas.

1 Ad Missæ sacrificium requiritur calix, & patena disp. 233. num. 28.
2 Materia calicis, & patenæ debet esse aurũ vel argentum, vel stannũ excepto vasis pede, qui ex alia materia fieri potest vigente necessitate. ibi. n. 29.
3 Calix, & patena ad Missæ sacrificium debent esse consecrata, ibid. num. 32.
4 Hęc vasa nõ possunt consecrari nisi ab Episcopo, aut a Patribus Societatis IESV, vitã in partibus valde remotis de gentibus. ibidem.
5 Si vas consecratum inauretur, alia de nouo indiget consecratione. ibidem num. 33.
6 Si vas consecratum frangatur, ita vt ad munus cõsuetum deseruire non possit, consecratione amittit. ibidem nu. 35.
7 Vas in quo reponuntur hostiæ consecratę, non necessario debet consecrari. ibid. nu. 36.
8 Contingere sacra vasa sine necessitate, peccatũ est. ibidem.
† 9 Vas, vel calix sumitur proprie propoculo. d. 99. n. 36

Vasense Concilium.

1 Non docet Concil. Vasense peccatori occulto nõ esse negandam publice Eucharistiam, dis. 209, n. 19

Vbi.

† 1 Non est diuersum vbi quantitatis, & aliorum accidentium. disp. 189. nu. 29.
† 2 Si diuersa vbi his concederentur, mouerentur per se, & idem corpus pluribus motibus simul ibi. nu. 30
† 3 Non est diuersum vbi vitæ, & materiæ primæ. ibidem num. 31.
† 4 Priuatio vitæ in materia non haberet diuersum vbi ab ipsa materia. ibid. nu. 32.
† 5 Pars corporis non habet diuersum vbi ab vbi totius, ibid.
† 6 Si idem corpus duo vbi reciperet, ab vno quoque proprie tantũ effectũ formalẽ acciperet. ibi. n. 37.
† 7 Vnum vbi solum potest constituere corpus in vna distantia, & ibi tantum illi cõuenire. ib. n. 38. & 61
† 8 Impossibile est duo vbi sub eadem distantia eidẽ corpori communicari. ibid. nu. 46.
† 9 Non solũ producitur, vel cõseruatur vbi à virtute mouente, vel conante, sed etiã ab impediente. ib. n. 50.
† 10 Vbique dicitur esse, quod est in qualibet parte alicuius loci. ibid. nu. 65.
† 10 Vbique dicitur esse, quod est in qualibet parte alicuius loci. ibid. nu. 65.
11 Vbi neque est passio quantitatis, nec ei tribuit impenetrabilitatem. disp. 190. nu. 23.
† 12 Nullum vbi, nullaque distantia substantiæ compositæ, & alijs accidentibus secundum se conuenire potest, imo neque quantitati sine extensione in ordine ad locum. ibidem nu. 26.
† 13 Prædicamentum vbi imperfectum est, neque speciebus gaudet saltem subalternis. ibid. nu. 49.
† 14 Vbi proprium nulla ratione est sensibile commune, nec sub sensu cadit. d. 191. n. 13. vide *præsentia*.

Vbiquistæ.

1 Vbiquistarũ varius error traditur. d. 180. n. 72. & 73
2 Error Vbiquitatis, & omnipotentiæ humanitatis Christi refellitur. ibi. nu. 74. vsque ad 87.
3 Posita vbiquitate humanitatis Christi, nulla esset efficacitas verborum consecrationis. ibid. nu. 75.

Veniale peccatum.

1 Veniale peccatum, vide *Peccatũ* n. 4. 22. 24. 25. & 41.

Verbum.

1 Verba Scripturæ non raro in solo figurato sensu reperiuntur. disp. 180. nu. 51.
2 Aliquando ex verbis in sensu figurato acceptis Ecclesia aliquid certo definit, aliquando ex verbis in proprio sensu. ibidem nu. 52.
3 Quando duplex verus verborum sensus esse potest, Ecclesia colligit intentũ sensuum Spiritus Sancti ex traditione, & consensu Patrum, ibid.
4 Quando verba duplicem sensum verũ habere possunt diuerso modo ex illis colligit dogma Tridentinũ, ac quãdo vnum tãtum. ib. n. 52. vsque ad 56.
5 Verba innouari, vel excogitari possunt ad noua mysteria significanda. ibid. nu. 86.
6 Ad veritatẽ verbi practici satis est, vt in fine operetur, speculatiuum verò verbum significatum supponit factum. disp. 181. num. 106.

Verba consecrationis.

1 Verba consecrationis supra totum calicẽ prolata, tantum demonstrant id quod sub speciebus vini in calice continetur. disp. 118. num. 23.
2 Verba consecrationis demonstrãt quod in calice præcipuũ est & ex quo sumitur denominatio, & ratione illius vera sunt & effectũ habent ib. n. 24.
3 Verba consecrationis non ex intentione proferentis sed iuxta communem significationem demonstrant ibid.
4 Verba consecrationis non tropice sed proprie a Christo prolata sunt; quid quid dicant hæretici disp. 179. num. 81. & sequentibus.
5 Nullus præter hæreticos recentiores in verbis cõsecrationis figuram agnouit. ibid. 86.
6 Verbum *Hoc*, quatuor modis explicatur ab hæreticis, & duo priores explodũntur. ibi. 89. & 90.
7 Verbum *est*, in consecratione non sumitur figurate pro *significat*, nec sumi potest contra hæreticos, ibid. num. 90. & 91.
8 Verba consecrationis nõ sunt vera ratione cõmunicationis idiomatũ, eadem dis. 179. nu. 94.
9 Verbum *Corpus*, in Eucharistia non significat corpus mysticum, sed proprium Christi. ibi. nu. 95.
10 Verbum *Corpus*, non accipitur pro signo corporis etiam efficaci Christi. ibi. nu. 96. & 97.

11 Verbum *Meum*, in conſecratione non figurate (vt hæretici ſtulte docent) ſed proprijſsime ſumitur, ibi. nu. 98.

12 Ex verbis conſecrationis manifeſte colligitur deſitio ſubſtantiæ panis, & vini, diſp. 108. num. 32. vſque ad 35.

13 Ex verbis conſecrationis Patres, & Tridentinum deſitionem definiunt, ibi. nu. 36. vſque ad 43.

14 Verus ſenſus verborum conſecrationis, vnus tantum poteſt eſſe cum quo ſubſtantia panis, & vini, nequeunt permanere, neque oppoſitum eſt probabile, ibi. nu. 50. & ſequentibus.

15 Verbum *Hoc*, aut *Hic*, non accidentia, ſed ſubſtantiam propriam, vel alienam ſub accidentibus exiſtentem demonſtrat, ibidem nu. 58. & diſp. 201. num. 48.

16 Verba conſecrationis improprie intelliguntur ab hæreticis, diſp. illa 180. nu. 57.

17 Verba conſecrationis, non haberent efficaciam poſita vbiquitate, ibi. nu. 75.

18 Efficacitas vorborum comparatione primarij effectus pendet ex ſignificatione, vel ſunt idem, diſp. 181. nu. 78. & 79.

19 Efficacitas phyſica verborum ſuperuacanea eſſet, vt per vnum inſtans Chriſtus conſeruaretur, & poſtea à ſolo Deo. ibi nu. 95.

20 Ex ſola verborum veritate colligitur tranſubſtantiatio. ibi. nu. 97.

21 Verba conſecrationis vera exiſtunt ſi panis deſit, & adſit de nouo corpus Chriſti, etiam ſine noua actione circa ſubſtantiam corporis. ibid. num. 98. & 147.

22 Vt verba ſint vera optime colligit Eccleſia deſitionem ſubſtantiæ panis, ne nouum ſine neceſsitate admittatur miraculum. ibid. num. 101. 144.

23 Veritas verborum conſecrationis practica eſt, ſed in eodem poſita, in quo ſpeculatiua addita efficiẽtia eadem. diſp. 181. num. 106.

24 Ad veritatem verborum practicam ſat eſt vt in fine operentur. ſpeculatiua vero ſignificatum ſupponit factum. ibid.

25 Verba ſunt vera veritate practica ſi earum virtute corpus Chriſti ita fiat præſens ſub ſpeciebus, vt demonſtrari poſsit, & eo ipſo deſtruatur panis, ibid. & num. 107. & 124.

26 Alijs verbis mutationes fundantes tranſubſtãtiationem potuerunt a Chriſto fieri. ibi. num. 124.

27 Effectus verborum, & ſi idem non tamen eodem modo tunc fieret, ibid. num. 125.

28 In præſenti verborum forma vnum tantum ſignificatur, nempe corpus Chriſti, neceſſario tamen poſtulans deſitionem panis, ibid.

29 Verba conſecrationis primario conſtituunt caput Chriſti. & ſecundario deſtruunt panem, ibid. num. 128. & diſp. 183. num. 16. & 24.

30 Ad veritatem verborum requiritur præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus, ſiue de nouo aducatur ſiue ſecus. diſp. illa 181. n. 136. & 147.

31 Verba conſecrationis nequeunt eſſe inſtrumenta phyſica tranſubſtantiationis. ibid. num. 139. & 140.

32 Ex veritate verborum non ſolum colligitur conuerſio ſubſtantiæ, ſed etiam ſubſtantialis, & non ſolum ſucceſio ibid. num. 146. & 147.

33 Quod primarie verba ſignificant eſt primo intentum, & effectum a ſacerdote aliud conſequenter, diſp. 183. num. 15.

34 Primarium verborum ſignificatum eſt corpus, & ſanguis Chriſti, abſentia, ſeu deſitio panis, & ſeparatio accidentium conſequens. ibid.

35 Verborum prolatione per acta & ſignificato iam corpore Chriſti deſtruitur hoc ipſo panis, & accidentia manent ſeparata ſimul tamen tempore omnia fiunt. ibid. num. 17. & 21.

36 Ex veritate verborum ſacerdos conſecrando deſtruit, & ideo non anihilat partes. ibid. nu. 25.

37 Idem verborum effectus ſtare poſſet, etſi corpus Chriſti antea eſſet præſens tempore. ibid. n. 27.

38 Vt verba ſint cauſa oppoſitionis ſubſtantiarum, & conuerſionis, debent hoc ipſo quod vna demõſtrant, exigere deſitionẽ alterius. diſp. 184. nu. 15.

39 Non niſi verbis demonſtratiuis fieri poteſt cõuerſio, & conſecratio. ibi. nu. 27.

40 Ex vi verborum aliqua in Euchariſtia continentur, & alia per concomitantiam, diſp. 185. num. 11. 12. & 19.

41 Ex vi verborũ ſunt in qualibet ſpecie, quæ verbis ipſis expreſſe ſignificantur, in quæ ſolum fit conuerſio, ibi. & diſp. 186. nu. 8.

42 Verborum vis ſignificationi reſpondet aliud autem per accidens ſit ratione concomitantiæ, diſp. illa 185. num. 13.

43 Quid in qualibet ſpecie, ex vi verborum fiat, quid concomitanter, vide *Species conſecratæ*, n. 16. & ſeq.

43 Verba conſecrationis panis non ſignificat ſanguinem animam, nec diuinitatẽ expreſſe, ſed corpus Chriſti, ibi.

44 Manente eadem ſignificatione verborum relata illa nõ adducerentur, ſi cum corpore Chriſti nõ eſſent connexa. ibi.

45 Verba conſecrationis vini ſolum ſignificant expreſſe ſanguinem Chriſti, ibid. num. 14.

46 Verba conſecrationis calicis, non vnirent ſanguinem, aliàs diuiſum, ibi. nu. 27.

47 Verba non denotant vnum ſanguinem numero, ſed ſpecie, ibi.

48 Si vteremur verbis, *Hæc eſt caro mea*, eodem modo fierit conſecratio, ac modo, diſp. 186. num. 7.

49 Ex vi verborum anima Chriſti, ſecundum nullãrationem eſt ſub ſpeciebus panis, ibi. nu. 19.

50 Verbis conſecrationis panis corpus viuũ, aut mortuum ſignificatur, ibi. nu. 38. 39. & 40.

51 Non ex vi verborum, ſed ex naturali concomitãtia, corpus aliquando eſt viuum, aliquando mortuum potuit eſſe, ibi. num. 40.

52 Ex vi verborum eſt quantitas corporis Chriſti in vniuerſum ſub ſpeciebus panis, hæc vero aut illa quantitas ſingularis, per accidẽs, d. 187. n. 19. & ſeq.

53 Ex vi verborum conſecrationis calicis, nullo modo ponetur quantitas ſanguinis ſub ſpeciebus vini, ibi. nu. 21.

54 Ex vi verborum ſunt aliqua accidentia in vniuerſum ſub ſpeciebus panis, non tamen ſub ſpeciebus vini, ibi. & nu. 22. 26. & 31.

55 Ex vi verborum non ſunt ſub ſpeciebus panis accidentia ſingularia determinate, ibi.

56 Ex vi verborum poteſt eſſe vna ratio cõmunis accidentibus, ſub ſpeciebus panis, non vero vna ratio communis corporis, ibi. nu. 23.

57 Quamuis verba conſecrationis panis indirecte ſignificent aliqua accidentia hæc ex vi verborũ ſunt ſub ſpeciebus, ibi. nu. 27.

58 Ex vi verborum eſt forma ſanguinis ſub ſpeciebus licet non ſignificetur directe, ibi.

59 Verborum veritas, etiam ſine connotato ſtare nequit, vbi illud dicitur eſſe in Sacramẽto ex vi verborum, ſine quo verborũ veritas cõſtare nõ poteſt. ib.

60 Verborum veritate integra manente potest auferri omne id quod in hoc Sacramento est per concomitantiam, ibidem n. 29.

61 Significatum præcipuum verborum consecrationis panis est substantia corporis Christi accidentia solum connotantur, ibidem n. 31.

62 Verborum veritas petit desitionem substantiæ solius non tamen insolam substantiam, sed in accidentia corporis, ibidem n. 32.

63 Ad verborum veritatem necessum fuit accidentia separata manere. disp. 194. n. 2.

64 Ad veritatem verborum non est necessum aliqua accidentia, sed solam substantiam panis, & vini desinere, ibidem n. 5.

65 Verba determinata consecrationis, & benedictionis pro forma consecrationis requiruntur. disput. 197. num. 1.

66 Eisdem verbis quibus nunc vsitur Ecclesia semel tantum prolatis Christus consecrauit, ibidem numero 6. vsque ad 11.

67 Hoc non probatur ex Gregorio IIII. nec ex capite *Cum Marthæ* benetamen ex Tridentino, ibidem num. 6. & 7.

68 Non nisi consuetis verbis vel alijs æquiualentibus conuersio à Christo fieri potuit. ibidem numero 8.

69 Verba consecrationis non recitatiue tantum sed significatiue nomine Christi à sacerdote proferũtur, ibidem.

70 Verba consecrationis nomine Christi, & alterius sacerdotis non significant quod factum est sed rem significant & simul illam efficiunt eadem, disputatione 179. n. 31.

71 Verbis determinata consecrationis sunt forma Sacramenti Eucharistiæ sicut & aliorum Sacramentorum, ibidem num. 14.

72 Verbis, *Hoc est corpus meum, & hic est calix, &c.* quibus Christus consecrauit absque alia oratione perficitur consecratio panis, & vini, ibidem num 20. vsque ad 29.

73 Si prolatis verbis consecrationis absque alia oratione non fieret consecratio nec verba vera esse possent nec ex eorũ veritate colligi posset conuersio, ibidem num. 22.

74 Verba quæ in canone præmittuntur nec sunt de essentia formæ consecrationis nec cum probabilitate dici potest ad effectũ consecrationis necessario requiri. disp. 198. n. 4. 5. 6. & 7.

75 Solum verba Christi quæ consecrationem significant illam operantur, ibidem num. 6.

76 Si verba præcedentia ita requirerentur, vt sine illis sub sequentia non significarent consecrationem ad formã consecrationis essentialiter pertinerent, ibidem numero 6. in fine

77 Si verba præcedentia necessario requiruntur ad formam consecrationis sacerdos non consecraret ibidem num 7.

78 Significatio verborum consecrationis accommodatur effectui ex eo quod sacerdos illa proferat nomine Christi, & in persona illius, ibidem numer. 8.

79 Verba illa *Noui, & æterni Testamenti, &c.* nec pertinent nec ex intentione proferentis pertinere possunt ad propriam essentiam id est substantiã consecrationis calicis ibidem num. 17. & seq.

80 Ex eo quod verba literis maiusculis notentur non sequitur ad formam consecrationis essentialiter pertinere, ibidem n. 19.

81 Non omnino verba quæ à Christo prolata sunt circa cõsecrationem ad illius essentiam pertinent, ibidem num. 30.

82 Quamuis verba addita formæ consecrationis determinent præcedentia non sequitur esse essentialia formæ, ibidem.

83 Verba illa, *Qui pro vobis effundetur* non sunt necessaria consecrationi vini sed sine illis fieri potest ibi num. 33. vide *Forma consecrationis.*

84 Verba *Effundetur, & tradetur* intelligũtur de effusione & traditione in passione & non in Eucharistia disp. 199. num. 6. & sequentibus.

85 Verba illa, *Pro multis*, non dixit Christus pro solis discipulis sed pro omnibus dixit ibidem numero 10. 13. & 14.

86 Si verbum, *Effundetur*, significaret effusionem sanguinis solum in Eucharistia non conueniret cum voce *Testamentum*, ibidem. num. 15.

87 Verba *Nouum testamentum* dicuntur de sanguine eo quod sub effusione fieret confirmatio noui testamenti, ibidem n. 16. 16. & 17.

88 Ex prædictis verbis intellectis de effusione & traditione in passione efficacius colligitur veritas corporis Christi in Eucharistia, ibidem num. 20.

89 Verba, *Mysterium fidei*, in forma calicis antiqua tradit sine à Christo accepit Ecclesia, ibidem numero 27.

90 Desciuiunt ea verba ad explicandam dignitatẽ sanguinis & mortis Christi, ibidem.

91 In verbis consecrationis ponitur particula. *Enim*, ex consuetudine Ecclesiæ eadem, disp. 199. n. 28.

92 Quamuis hæc particula ad substantiam formæ cõsecrationis non pertineat sine peccato omitti nequit, ibidem.

93 Mutatio verborum formæ consecrationis quibus Ecclesia siue Latina siue Græca vti consueuit, peccatum erit, ibidem n. 30.

94 Mutatio cuiuslibet dictionis in verbis consecrationis mortale erit, ibidem.

95 Mutatio verborum per cõmissionem solecismi tãtum non obstat effectui Sacramenti, ibidem numero 3. vide *Forma consecrationis*, numero 34. & sequentibus.

96 Quamuis in verbis consecrationis circa substantiam eius non sit admittenda metaphora in aliquibus alijs verbis ea admittere nullum est incommodum ibidem num. 42.

97 Si verbum *Est*, in forma consecrationis esset idem quod, *Transit* aut, *Conuertitur* nec panis conuerteretur in corpus Christi nec vllo modo defineret disp. 202. numero 9. per errorem, 6. & numero. 10.

98 Verba consecrationis sunt vera non ex intentione sola proferentis sed exprimaria vocum institutione disp. 202. num. 2. & 3.

99 Sine verbis neque per Diuinam potentiam potest constitui corpus Christi primarie sub vna specie, & sanguis sub alia, & reliqua per concomitantiam disp. 223. num. 429

100 Verba consecrationis non pertinent formaliter & tamquam aliquid intrinsecum sed sunt necessaria causa ad immolandum sicut ensis ibidem.

Verbum Diuinum.

1 Si verbum Diuinum assumeret duas humanitates fierent duo homines, disputatione 168. numero 17.

Verborum prolatio.

1 Verba formæ consecrationis significatiue solum à sacerdote proferuntur. disputatione 200. numero 7. vsque ad 21.

Eadem verba nequeunt significatiue, & recitatiue proferri, ibidem n.15.& seq.

3 Idem est verba proferri materialiter, & proferri recitatiue n.8.15.17.& 22.

4 Verba formæ consecrationis non proferuntur à sacerdote recitatiue solum seu materialiter, sed significatiue, ibidem n.9. per errorem.41.

5 Verba significatiue prolata à Christo, & à sacerdote conuersionem efficere intellexit semper Ecclesia, ibidem num.12.& 13.

6 Si verba recitatiue solum a sacerdote ex institutione Christi proferentur licet posset fieri præsens corpus Christi, sed nullatenus per conuersionem. ibidem num.14.

7 Inde eneruatur fundamentum ad probandã præsentiam Christi in Sacramento & veram conuersionem vnde erroris insimulari potest illa sententia, ibidem.

8 Ex verborum prolatione recitatiue solum non colligeretur materiã consecrationis debere esse præsentem sacerdoti. ibidem num.15.& 16.

9 Verbum proferri recitatiue idem est quod referre alium illud dixisse, & eo eliquid significasse, ibidem.

10 Verbum proferri significatiue idem est quod sumi formaliter, ibidem.

11 Verbum recitatiue prolatum circa idem profertur circa quod alius illo significatiue vsus est. disput. illa 200. num.17.

12 Verba consecrationis à sacerdote significatiue prolata non sunt falsa qui proferuntur in persona Christi & in commemorationem, & repræsentationem ipsius, ibidem num.18.19.& 20.

13 Verbis prolatis ante formam consecrationis facta Christi narrantur non recitantur verba, ibidem num.21.

14 Verba præcedentia solum dicuntur recitatiue, vt attentum faciant sacerdotem vt verba consecrationis in persona Christi proferat, ibidem.

15 Verba consecrationis cum in nomine & persona Christi proferantur illam repræsentando aliquomodo recitatiue proferuntur licet non proprie, & materialiter, ibidem. n.22.

16 Verba consecrationis prolata sunt à Christo significatiue, disputatione 200. numer.2.& disp. 201. num.4.

17 Verborum prolatio solum concurrit ad consecrationem vt instrumentum ex Diuina institutione. disp.218.num.18.

18 Vnaquæque verborũ prolatio est integrũ instrumentum morale consecrationis, ibidem.

19 Neque indecens est proferre verba consecrationis super rem consecratam ac Baptismum itera re, ibidem num.39.

Verborum significatio, & veritas.

1 Significatio verborum consecrationis est prius ex parte efficientis quam conuersio. disput.202. num.8.

2 Quod verborum significatio & veritas sit ens rationis non obest quominus sit conditio physici instrumenti, aut saltem moralis. ibidem.

3 Non prius natura conuenit verbis veritas etiam prædicta quam conuersio sit. ibidem numero 9.

4 Non est prius ingenere efficientis veritas verborum quam conuersio, & posterius in genere causæ obiectiuę, ibidem n.13.

5 Verba consecrationis sunt causa conuersionis non ratione veritatis, sed ratione significationis prioris ipsa veritate ibidem. num.14.

6 Veritas verborum est effectus significationis in genere efficientis, & causa finalis conuersionis, ibidem & num.15.

Vercelense Concilium.

1 Vercelense concilium dimissum fuit à Romano & quo tempore celebratum. disput. 179. numero 18.19.& 20.

Veritas.

1 Veritas verborum, vide, *Verba & verborum significatio, & veritas.*

2 Veritas enuntiationis, vide *Enuntiatio.*

Vespera.

1 Vespera non initium diei sed finem denotat. disput. 172.n.52.& 128.

2 Vesperæ in qua primo immolatus est agnus proxime fuisse fit initium Lunæ decimæ quintę. ibidem.

3 Cum præcipiebatur agnus immolari ad vesperam & alibi dicitur ad *Vesperam*, intelligitur posterior pars diei ibidem num.54.

4 Posterior vespera nepe ante occasum magis proprie dicitur vespera quam prior scilicet post solis occasum, ibidem.

5 Vespera sumitur in Scriptura & pro parte diei quę est post meridiem ante occasum solis, & etiam post occasum. ibidem n.99.

6 Vespera feriæ sextæ dicebatur apud Hebræos festiuitas Sabbathi vel Sabbathum non tamen dies Sabbathi. ibidem n.123.

7 Qua vespera immolauerint Pascha Iudæi in Aegytho, vide, *Pascha.* num.10.

8 Qua vespera celebrauerint Christus & Iudæi vide. *Christus* n.15.

9 Quæ solemnitates duplici vespera gauderent, vide *Festiuitas* n.22.

Vestis.

1 Contingere vestes sacras non est peccatum, at cõtingere sacra vasa & corporale aliquod peccatum est disp.233.num.36

2 Quęna non vestes consecrari debeant. ibidem.

3 Celebrare sine vestibus sacris peccatum est mortale ibidem n.37.

Viaticum.

1 Eucharistia non est viaticum ex statuto Ecclesiæ sed ex Diuina constitutione. disputatione 224.numero 10.

2 Viaticum non se habet ad viam sicut equus, sed sicut cibus, qui simpliciter necessarius est, ibidem.

3 Eucharistia non sumitur pro viatico ex voluntate sumentis, sed ratione temporis obligationis præcepti ibidem num.16.

4 Qui multis viaticum corporale amissum restitui necessario debeat vt viam quis incolumis perficiat non habet viaticum Spirituale. ibidem numero 18.

Vicarius.

1 Vicarius officialis Episcopi conferri debet prælatus cuius facultas requiritur ad ministrandum ordinem cum Episcopus longe abest. disputatione 246. num.56.

Victor Papa.

1 Victor Papa quid circa celebrationem Paschæ decreuerit

ceruerit vide *Pascha* numero 19.29.& 2.

Vidua.

1 Viduæ tempore Apostolorum nulla interveniente cæremonia eligebatur vt in congregatione viduarum vitam cœlibem ducerent, disputatione 245.num.19.

2 Viduæ huiusmodi in laico habitu permanentes continentiã vouebant, ibidem num.21.

3 Viduæ prædictæ ex redditibus Ecclesiasticis alebãtur, ibidem.

4 Cur hæ viduæ non nisi ætatis sexaginta annorum eligerentur, ibidem.n.24.

5 Solitæ erant huiusmodi viduæ simul in Collegijs viuere, ibidem n.26.

6 Viduæ ad nullum Ecclesiæ ministerium aut gradum præfecturæ eligebantur, sed tantum ad statum vidui tatis, ibidem.

7 Viduæ in diaconissas eligebantur, & consecrabãtur cæremonia speciali, ibidem n.33.

8 Viduæ quæ diaconissæ etiam presbytidgratione ætatis dici consueuere ibidem num.37.

Vienense Concilium.

1 Vienense Concilium non definit augmentũ gratiæ habitualis esse effectum Eucharistiæ. disput 203, num. 6.

Villagagnon.

1 Villagagnonis error fuit Pascha Iudæorum non fuisse à Christo celebratum eo anno, quo mortuus est. disput. 172. num. 2.

2 Villagognonis sectatores non potuerunt dicere Christum vltima nocte cum discipulis suis nõcœnasse, ibidem num.7.

3 Bene stat cum hoc errore, quod Christus consecrauerit in azymo, ibidem n.8.

Vinculum.

1 Vinculum coniungij strictius intercedit in Matrimanio spirituali Episcopi cum Ecclesia rato vel cõsummato quã in carnali rato inter vxorem, & virũ disp 241. num. 23. & 33.

2 Vinculum Matrimonij carnalis cõsummati fortius est quam vinculum spirituale, ibidem numero 35.

3 Vinculum Matrimonij carnalis rati soluitur per ingressum religionis, ex sola voluntate alterius, spiritualis vero non item, ibidem num. 34.

Vinum.

1 Solum vinum vitis proprie dictæ est materia necessaria, & idonea consecrationi calicis. disp. 175. num. 1. & 4.

2 Vinum solius vitis propriæ est idonea materia cõsecrationis etiam si specie inter se differant. numero 4. & 5.

3 In vino albo aptius consecratur ob mundiciam licet in rubro aptius significetur sanguis Christi, ibidem num. 5.

4 Agresta non est vinum simpliciter vnde nec materia apta consecrationis siue specie differat à vino siue secus, ibidem n. 6:

5 Vinum nondum defæcarum aut bene coctum ex vuis expressum est materia veræ consecrationis vt pote eiusdem rationis cum puro vino, ibidem num. 7.

6 In vino nondum defæcato non licet consecrare nisi vrgente necessitate, ibidem numero 7.

7 Consuetudo aliquarum Ecclesiarum miscendi aliquo die anni partem musti cum vino puro intolerabilis non est ibidem.

8 In vino dicto *Lora* non potest fieri consecratio si maior sit pars aquæ iniectæ secus si parum aquæ infunderetur quæ in vinum transiret, ibidem numero 9.

9 Vinum acidum vel ascens cons materia sufficies est ad effectum consecrationis licet ab vsu abstinẽdũ sit, ibidem num. 10.

10 Vinum specie differre ab aceto perfecto, quod non est materia consecrationis. ibidem.

11 Vinum omnino congelatum materia est apta cõsecrationi dum modo non corrupatur eadem. disp. 175. n. 17. & 18.

12 Vinum congelari nequit vsque ad corruptionem ibidem n. 17. & 19.

13 Species vini congelatæ sanguinem Christi sub illis positum retinent, ibidem n. 18.

14 Non licet vinum congelatum in calice consecrare, ibidem.

15 Vinum vt sit materia consecrationis calicis habere debet statum, & modum potus non cibi, ibidẽ num. 19.

15 Vinum formaliter plus habet frigoris quam caloris licet virtute magis calidus sit. ibidem.

17 Vinum infundi potest à diacono in Missis solemnibus. disp. 177. n. 19.

18 Vina Orientis fortiora, quam vina Germaniæ, aut Italiæ. disp. 178. num. 20.

19 Contentum solum sub speciebus vini verbis consecrationis calicis demonstratur, ibidem numero 22.

20 Contentum in calice admixta etiam modica aqua simpliciter dicitur vinum, ibidem numero 25.

21 Vinum non potest consecrari sola infusione, & mixtione specierum consecratarum. disput. 185. numero 65

22 Ex infusione vini eiusdem speciei, & earumdem qualitatum, nõ possunt dissolui species consecratæ ibidem n. 64. & seq.

23 Vinum post consecrationẽ nequit dici antitypũ sanguinis Christi. disput. 157. num. 46.

24 Vinum oblatum à Melchisedec ex duplici capite potuit immutari. disp. 220. num. 29.

25 Vinum & panis latiori significatione offerri dicũtur disp. 222. num. 54.

26 Vini species vide *Species consecratæ*, Mixto aquæ cũ vino consecrando vide *Aqua*. Vini substantia, vide *Substantia*.

27 Vini desitio vide *Desitio* num. 4. 5. & 6. & *Annihilatio* num. 3. & 4.

Vir.

1 Nulus vir coniunctus in Matrimonio etiam non cõsummato ordinari potest nisi prout iure positũ est. disp. 247. n. 133 & 134.

2 Vir post Matrimonium ratum & non cõsummatũ si ordinetur quomodo obligetur ad votum castitatis, ibidem n. 134.

3 Vir huiusmodi ingredi potest religionem inuita vxore licet non ordinari, ibidem.

4 Vir ordinatus inscia vxore vel inuita post consummatum Matrimonium, tenetur reddere debitum non tamen potest petere, ibidem & n. 125.

5 Vt talis vir ordinetur legitime quid requiratur, ibidem n. 138.

6 Vir Matrimonio coniugatus, vt plurimum ordinari non potest vxore manẽte in seculo aliquando tamen potest ibidem num. 128. & 129.

7 Vir aliquando inuita vxore poteſt ad ſacros ordines promoueri, & in religionem ingredi. ibidem num.143. & ſeq.

Virtus.

† 1 Virtus naturalis corporis, quæ non poteſt illud in duobus ſolis ſimul primo cõſtituere nõ poteſt illa conſtruare aut continuare. diſputatione 189. numero 58.

2 Perfectior virtus eſt religio, quam iuſtitia. diſput. 209. num. 20.

† 2 Virtus ſpecierum vide *Species conſecratæ*, numero 35 & 36.

Viſus, & videre.

Viſus, & videre vide, *Oculus. & Chriſti exiſtentia* nu. 29. 31. 34. & 37.

Vita.

1 Non dicitur aliquis habere inſe vitam æternam, niſi viuat vita gratiæ & iuſtificationis. diſp. 203. num. 10.

Vmbertus.

1 Vmbertus Cenomanenſis ſcripſit aduerſus calũniam Michaelis Patriarchæ. diſputatione 247. numero 54.

Vnio.

† 1 Licet prius produci debeat quod vnien lum eſt quam vniatur, ſi tamẽ productum iam ſit, nõ opus eſt prius adduci ſed ipſa vnione fieri poteſt præſens ni circumſcriptiue antea exiſtat. diſput. 181. num. 29.

2 Vnio peculiaris carnis noſtræ cum carne Chriſti per Euchariſtiam ſit adhuc corruptis ſpeciebus. diſputatione. 204. numero 9. & ſequentibus, & numero 47.

3 Ratione prædictæ vnionis fieri dicimur vna caro cum carne Chriſti ſicut per charitatem vnus ſpiritus efficimur, ibidem.

4 Non eſt hæc vnio tantum ſecundum proprinquitatem, aut per qualitatem productam à carne Chriſti in noſtram, nec figuram, ſeu per hyperbolem. ibidem n. 22. vſque ad 28.

5 Per hanc vnionem non diffunditur caro Chriſti per omnes partes carnis ſumentis, ibidem numero 25.

6 Ex prædicta vnione fit vna caro per phyſicam vtriuſque carnis continuationem, aut per conuerſionem vnius in alteram, ibidem num. 30.

7 Hæc vnio licet non ſit per ſolum affectum, originem habet ex affectu charitatis per proprium effectum conſummato. ibidem.

8 Semper ab amantibus intenditur vnio realis eo modo, quo fieri poteſt. eadem. diſputatione 204 num. 31.

9 Aliquando ſolum ſit ab amore vnio ſecundum locum, quandoque vero in eadem carne, ibidem num. 32. & 33.

10 Vnio realis non ſolum oritur ex copula inter conlugatos, ſed etiam inter illicite adhærentes, ibidem num. 34. & 37.

11 Vnio realis carnis Chriſti cum noſtra conſiſtit in eo quod Chriſtus ex intimo affectu per modum cibi intranos operetur, ibidem.

12 Ratione huius vnionis realis moralis Chriſtus corpora noſtra æſtimat vt propria ſicut maritus corpus vxoris, ibidem n. 35.

13 Vnio inter carnem Chriſti & noſtram non eſt maior quam moralis ſeu myſtica, ibidem.

14 Hæc vnio non ſit cum peccatore ſumente Euchariſtiam, ibidem n. 37 39. 40.

15 Vnio realis moralis, quæ ſit inter coniugatos vel alios ex mutuo amore adhærentes non reperitur ſi alter non coniuxcogatur, ibidem num. 38.

16 Hæc vnio reperitur inter coniuges conſumantes Matrimonium quamuis non ex mutuo amore, ibidem n. 39.

17 Ratione vnionis carnis Chriſti cum noſtra dicitur caro noſtra à Patribus ad immortalitatẽ per Euchariſtiam præparari, ibidem n. 41. & 42.

18 Vnio carnis Chriſti cum noſtra dicitur realis, ſubſtantialis, & naturalis quia non cogitatione & affectu tantum, ſed reipſa coniunguntur, ibidem numero 44.

† 19 Præter vnionem formæ cum materia, & efficientis cum ſubjecto alia vnio realis ſubſtantialis, & naturalis reperitur ibidem num. 46.

† 20 Coniunctio efficientis cum ſubjecto non proprie dicitur vnio ibidem.

† 21 Vnio realis, qua ex duabus ſubſtantijs fit vna non manet ipſis loco ſeparatis ſecus vnio carnis Chriſti ad noſtram, ibidem n. 47.

22 Vnio peculiaris cum Chriſto vt cum cibo ſpirituali, & cum reliquis fidelibus vt conuiuis eſt res ſignificata Euchariſtiæ. diſput. 206. numero 20.

† 23 Vnio cum cibo non conuenit niſi prius viuenti. ibidem num. 21.

† 24 Vnio cum conuiuis non conuenit niſi ei qui cum illis antea amicus eſt ibidem.

25 Vnio duorum quomodo iuuet ad enuntiationem vide. *Enuntiatio.*

Vnio hypoſtatica.

1 Aliqui catholici potuerunt vnionem hypoſtaticã ſubſtantiæ panis cum Verbo in Euchariſtia. diſp. 180. num. 5. & ſeq.

2 Vnio hypoſtatica duarum naturarum in Chriſto dicitur eſſentialis non quia fiat ex illis vna eſſentia ſed quia vtraque reipſa ad compoſitionem cõvenit. diſp. 204. num. 44.

Vnitas.

1 Vnitas Euchariſtiæ vide *Euchariſtia.*

Vocatio.

1 Vocatio ſeu miſsio miniſtrorum Eccleſiæ eſt ceſſatio iurisdictionis in aliquos. diſputatione 244. numero. 10.

2 Vocatio, ſeu miſsio miniſtrorum Eccleſiæ ad plebẽ, & principatum nequit ſpectare, ſicut nec electio ibidem vide *Electio.*

Voluntas.

1 Voluntas non ſolum dicitur ſine figura de voluntate expreſſa ſigno ſed etiam de reipſa quæ cadit ſub voluntate diſp. 199. n. 41.

2 Voluntas Dei vide *Deus*, numero. 1.

3 Voluntas offerendi ſacrificium duplex, generalis & ſpecialis diſp. 231. n. 29

Votum.

1 Votum ſumendi Euchariſtiam pro aliquo tempore tanti eſſet momenti vt ad mortale obligaret. diſp. 241. num. 5.

2 Votum emiſſum metu cadenti in conſtantem virum non minus obligat, quam ſi abſque metu eſſet emiſſum diſp. 246. num. 44.

3 Votum caſtitatis emiſſum in religione ſolum ipſo iure irritum manet, ibidem.

4 Votum neminem potest obligare ex lege, aut ex facto alieno, sed ex proprio consensu. disput. 247. num. 64.
5 Votum castitatis ab ordinandis exigendum implicite esse annexum sacris ordinibus vbi statutum non fuerit, ibidem n. 97. & 98.
6 Votum castitatis implicitum sacris ordinibus si quis omnino ignoraret non obligaretur illo, ibi-
7 Votum continentiæ quomodo censetur à sacerdotibus emissum, & quando, ibidem.
8 Votum castitatis non emittitur cum adest ficto licet castitatis seruatio obligeret emittentē exterius, ibidem num. 99
9 Votum huiusmodi non necesse est ab Episcopi expresse exposci, ibidem num. 115.
10 Votum castitatis quare emittitur, ibidem numero 122.
11 Votum simplex continentiæ vxorū sacerdotum Matrimonium postea contractum facit aliquando irritum, ibidem num. 140.
12 Votum solenne religionis natura sua non irritat contractum postmodum Matrimonium. disp. 239. num. 15.
13 Votum continentiæ in ordinandis natura sua nō irritat Matrimonium, ibidem n. 31.
14 Votum simplex castitatis in societate IESV facit irritum Matrimonium post modum contractum, ibidem.

Vox.

1 Vox vide *Verbum & nomen.*

Vrbanus.

1 Quid Vrbanus de sacro subdiaconatus ordine senserit. disp. 138. num. 59.

Vsus.

1 Vsus Eucharistiæ, vide *Eucharistia.*

Vvaldensis.

1 Vvaldensi tribuitur quasi dixerit inuisibilē gratiam id est Christum verbis significatum esse Sacramentum Eucharistiæ, disputatione 169. numero 10.
2 Vvaldensis ab hac impostura liberatur, ibidem num. 11. 12.
3 Falso omnino docet Vvaldensis Christum aquam vino non miscuisse, & plane conuincitur. disp. 177 num. 10 & 20.
4 Vvaldensis vir eruditis & doctus male ex Augustino suam sententiam colligit, ibidem num. 22.
5 Vvaldenses hæretici damnati sunt non quod minores ordines esse Sacramenta negauerint, sed quod ordines esse inficiabantur. disp. 237, n. 24.

Vvaleramus.

1 Vvaleramus fuit Autor libri de Diuinis officijs apud Rupertū vbi vnio hypostatica panis cum verbo hæretice adstruitur. disp. 180. n. 7. 8. & 9.

Vvicleffus.

1 Vvicleffi errores regnum Bohemiæ infecerunt, quorum vnus erat veram Christi præsentiā in Eucharistia negare. disp. 179. n. 15.
2 Vvicleffi error de Sacramento ordinis in Concilio Constantinopolitano damnatur disp. 235. numero 2.

Vulgatus.

1 Vulgatus Interpres semper vtitur verbo futuri cum est sermo de effusione sanguinis, disp. 199. n. 9.
2 Vulgatus cum de corpore loquitur vel vtitur verbo futuri vel sumit præsens pro futuro, ibidem
3 Vulgatus non vtitur verbo, *Frangetur* sed *Tradetur* intelligens de traditione in passione non in Eucharistia, ibidem.
4 Non esset vera translatio vulgati per futurum si de Eucharistia quam Christus tunc discipulis porrigebat intelligerētur verba, *Effundi*, & *Frangi*, ibidem.

Vvormatiense Concilium.

1 Vvormatiense Concilium non requirit mixtionem aquæ cum vino ad substantiam materiæ consecrandæ sed vt sine peccato fiat disp. 177. n. 22.
Vvormatiense fuit Concilium prouinciale, & non approbatum vnde errare potuit, disp. 210. n. 9.
3 Non sine magno fundamento dicendum est hoc Concilium errasse, ibidem.
4 Non est dicendum hoc Concilium probationem criminis per Eucharistiam superstitiose induxisse, ibidem.
5 Non voluit Vvormatiense præbere Eucharistiam ad purgationem delicti ita vt cum ea postulare-tur à Deo signum aliquod manifestum, ibidem n. 10. 11. & 12.
6 Non statuit Vvormatiense probationem per Eucharistiam vt deterreret homines à peccatis propter timorem; Eucharistia tamen nunquam sumeretur, ibidem n. 11.
7 Neque vt timore Sacramenti per contritionem ad Deum conuersus in receptione illus suspectus, iustificaretur a peccato, ibidem n. 12.
8 Purgatio suspitionis de crimine instituta in Vvormatiensi ex se licita erat & sine superstitione, ibidem nu. 1. & seq.
9 Canonibus Vvormatiensis de purgatione derogatum est consuetudine contraria ita vt purgatio iam non liceat vt peregrina, ibiden & n. 16. & 17.
10 Purgatio per Eucharistiam licitem instituī potuit ab Vvormatiensi per modum iuramenti, ibidem & numero 14.

Vxor.

1 Vxoris fornicatio est causa in Euangelio assignata, vt possit maritus per diuortium ordinari. disp. 246. num. 107.

Z.

Zuinglius

1 Zuinglius negauit veram Christi præsentiam in Eucharistia. disp. 179. num. 15.

Zuingliani.

1 Vide *Hæreticus* n. 2.

FINIS.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

FINIS.

VA
3.
D.

Signat.ª Top.ª
Est. 26
Tab. 1
Núm. 10

VAZQUEZ
IN
3.m Partem
D. Thomæ
.3.

2363
2609